DECISIONES
SACRI REGII CONSILII NEAPOLITANI,
A VINCENTIO DE FRANCHIS
EIVSDEM CONSILII CONSILIARIO, PRÆSIDE, VICEPROTHONOTARIO, & apud Catholicam Maiestatem electo in Supremo Italiæ Consilio Regente.

COLLECTÆ.

Vna cum Præludijs, & quæstionibus ad Feudorum vsus IACOBVTII DE FRANCHIS,

Quarum nouissima hæc VENETA editio.

Dispersas in diuersis Voluminibus Praeclarissimorum Iurisconsul. Additiones,

HORATII VISCONTI,) IO: ALOYSII RIGII,
FLAVII AMENDOLÆ,) IO: MARIÆ NOVARII.

ANNOTATIONESQVE PETRI ROITII V.I.D. TAVRINENSIS COLLEGIATI.

Sub sua Decisione dispositas continet.

CVM SCHOLIIS EIVSDEM AMENDOLÆ AD FEVDORVM PRÆLVDIA,

NECNON OBSERVATIONES IN SINGVLAS DECISIONES

D. CAROLI ANTONII DE LVCA

CVM NOVISSIMIS DECISIONIBVS EIVSDEM SAC. REG. CONSILII, ac Regiæ Cameræ Summariæ in Obseruationibus, Ad quarum Obseruationum maximam dilucidationem satis confert Tractatus de Linea Legali editus per eundem de Luca, impressus Neapoli, cum in eis multa remissiuè ad dictum Tractatum relinquuntur excutienda.

Opus vtile, & necessarium, cum suo Indice generali.

Liber Primus.



VENETIIS, Ex Typographia Hæredum Orsini Albricij M.DC.LXXV.

SVMPTIBVS IGNATII RISPOLI BIBLIOPOLÆ NEAPOLITANI.

Cum Licentia, & Priuilegio Superiorum.

ILLVSTRISSIMO, AC SPECTABILI DOMINO

D. PETRO VALERO DIAZIO

REGIO COLLATERALI CONSILIARIO, REGIAMQVE CANCELLARIAM REGENTI.

PRoiectissimæ reus audaciæ videri possem, dùm audeo ad te accedere, nisi audaciam mihi faceret facilitas tua, Amplissime Vir, spemq; conciliaret munus, quod tibi offero, nempè doctissimi viri Vincentij de Franchis, S. C. olim Præsidis, viro doctissimo Collaterali Consiliario, ac Regiam Cancellariam Regenti: atque vt munus hoc tibi gratiùs accideret, adieci non modo priscas ad eundem Præsidem illustrium Iurisconsultorum notas, verùm etiam recentissimas Dom. D. Caroli Antonij de Luca Obseruationes, qui quidem licèt ad hãc aleam nouissimus accesserit, omnium tamen opinione primas reportauit; sed hanc omnium commendationem nihili fecerit, nisi tu quoque, qui instar omnium es, accesseris approbator; commendare enim eruditos labores imperiti non possunt, possunt viri eruditiores, quos inter primum obtines locum. Nec vna te, in qua insigniter excellis, Iurisprudentia, ad gloriæ fastigium extollit, sed di-

disciplini-

ſciplinarum etiam omnium, ſeueriorum, humaniorumque literatura commendat; non illa quidem tenuis, & ſuperficiaria, ſed vſquequaque perfecta, ſolidaque. In primis verò linguarum, qua polles, peritia, te meritò linguis omnium commendandum demonſtrat; hiſtoriarum omnium, vt peritiſſimus, ità omnium hiſtorijs celebrandus meritiſſimò agnoſceris. Diuinis verò, humaniſque literis ea ratione es imbutus, vt ab humanis humanitatem eximiam, à Diuinis penè diuinam indueris integritatem; cum humanitate vtendum eſt, nemo te non humaniſſimum experitur: cum in ſontes rigor exercendus, non te aurum emollit, non gratiæ aura corrumpit; nec potentiorum preces produnt imbecillem. Teſtes robuſtæ huius, confirmatæque virtutis tuę, ſunt Magiſtratus omnes, quos tàm ſanctè obijſti, Senatus, quibus tàm ſapienter prefuiſti; teſtes hæ ſupremæ dignitates Regentis, atque Regij Collateralis Conſiliarij, ad quas ſeriùs item & citiùs diceris perueniſſe; ſeriùs quidem, ſi virtus ſpectetur, citiùs verò, ſi numeremus annos, vt exindè tua exordiri decora videantur, vbi aliorum finem habent.

Rapit me ante alia felicitas tua ſapiens, tuaque ſapientia felix, qua difficillimis Reipublicæ temporibus oppidò arduam aduerſus nefarios exules, proſcriptoſque Prouinciam ſuſcepiſti, cum ſcilicèt huiuſmodi hominum temeraria colluuies ità Regnum vniuerſum Neapolitanum perturbauerat, vt nè Neapoli quidem ſecuris nobis eſſe liceret, adeò omnia latrocinijs, rapinis, cędibus ad Neapolitanas etiam ianuas reſonabant. At vbi abs te huiuſcemodi Prouincia ſuſcepta eſt, continuò perquiſiti, exterriti, & contrucidati exules, aut fugati, pœnas dederunt; renocata quies, commercia renouata, pacata Ciuitas, ac Prouinciæ Regni omnes, hactenùs omnimodis afflictæ, tua pruden-

tia,

tia, ac prouidentia reuixerunt; tanti est viros præfecisse Magistratibus, non Magistratus viris. Manifesta equidem narro, & quæ omnes vidimus, omnesque testantur, sed illud ego singulariter, nec inconcinè subiungam, Vir Spectabilis; scilicèt quemadmodùm à Scriptoribus [1] literatissimis diceris *ità in omnibus bonarum artium studijs, liberalissimisque doctrinis versatus, vt te non adeò Ant. AVGVSTINI*, (idest Principis Hispaniæ Iurisconsultorum) *conterraneum, quàm æmulum probes*; sic etiam audient, ac mirabuntur posteri, te non minùs graphicè in hac authoritate virtutis, & reos vel fama iustitiæ terrendi, eximio illi, & celeberrimo viro comparandum. Nàm & inter multiplices eius laudes, hoc etiam exemplum de fugatis prædonibus Tarraconensis Prouinciæ commemoratur, his omninò verbis: *Quis anteà vicus satis tutus ab illorum iniuria videbatur? quis non ager grassantium Sicariorum insolentiam formidabat? quis quæso iter faciebat, qui non se in latronum fore potestatem timeret? Hic Antonius, vt alter Hercules monstrorum domitor, Augiæ stabulum perpurgauit: agrum lolio, & zizanijs, oras omnes monstris liberauit*. Plura adhùc subdit in hanc rem *And. Schottus*, Antuerpiensis [2] ille quidem ortu, sed longo incolatu Hispanus, atque adeò oculatus testis, apud ipsum dignissima quæ perlegantur.

Quæ cùm ità sint, quanto putas gaudio, quantauè animi exultatione excipient lætissimos nuntios tuæ probitatis, & doctrinæ Salmãticensis Academiæ Proceres, quam tu ingenio, eruditione, studijs condecorasti; abs qua tu ad hanc gloriam, dignitatemque expolitus, atque educatus es, in Ouetensi literario Collegio, sanctissimo humani generis Saluatori dicato, quod *selectissimum, totiusque Orbis celebratissimum* inclytus ille *DIDACVS COVARRVVIAS* iàm pridem meritò appellauit: [3] vpotè ex

quo

1 Ezechiel Spanhemius, in Dissertationibus de Præstantia, & vsu Numismatum antiquorum.

2 Schottus in Oratione funeb. Ant. Aug. quę extat in antiqua Bibliotheca Hispaniæ tom. 2. pag. 316. & post Dialogos de emendatione Gratiani nouissimè recusos Parisijs, Stephano Baluzio curante pag. 622.

3 Couarruuias in præfationibus ad lib. 4 Decretal. & ad cap. 2. de Pactis in 6.

quo & ipse vtriusque Iurisprudentiæ Pater profectus est, & innumeri alij semper, in omnes Hispanici Imperij partes, virtute, & doctrina instructissimi viri prodierunt, & hodiè Politicis, Ecclesiasticisque dignitatibus præsident. Quid ad hæc Aragonia tua, hoc est præstantissima Hispaniarum regio, quæ tanto olim inclyta alumno, in præsentiarum tui causa, se ipsa maior exultat? Abesse te patitur, & quamquam reducem expetit, æquo interim id animo fert, quòd per Italiam, & alibi virtutibus tuis gloriam ipsius longè, latèque illustras: & non minùs generis tui, quàm gentis nobilitate splendens, iure merito Regnis tuis imputare potes, quod disertissimus Poeta Celtiber, è Roma ad suos Celtiberos antiquitus modulabatur:

Lib. xii. Epigr. 103.

Ecquid læta iuuat vestri vos gloria Ciuis?
Nàm decus, & nomen, famaque vestra sumus.

Sed omnibus planè tuis animi singularibus ornamentis illud mirandum accedit additamentum, quod laudibus vsquequaque dignissimus, ad laudes ipsas indignaris. Quarè vt ab indignatione tua mihi caueam, & nè mihi succenseas, consultiùs censeo tuis parcere præconijs. Votum tamen interim hoc accipe meum: longè quidem infrà tua merita, sed iuxtà votum huius Vrbis, Regnique vniuersi. Vti hodiè tibi hoc opus Sacri olim Consilij Præsidis offero, ità suo tempore alia commentaria tibi Sacri Cons. Præsidi spero, voueoque me dedicaturum. Ità vale, & diù viue, huius Vrbis, & Regni bono, Aragoniæ tuæ splendori, atque adeò Hispaniarum omnium ornamento. Neapoli Kalendis Aprilis, Anno M.DC.LXXIV.

Dominationi Tuæ

Humillimus, & addictissimus seruus

Ignatius Rispolus.

Eccellentissimo Signore.

IGnatio Rispoli Mercante di Libri in questa Città supplicando humilmente espone à V.E., come del passato anno 1671. ottenne da V.E. Regal Priuilegio, che fosse lecito ad esso supplicante stampare l'Additioni alle Decisioni del Presidente de Franchis di D.Carl'Antonio de Luca, e che nessuno potesse ristampare, nè fare stampare in altre parti l'Additioni, e poi con altro Regal Priuilegio, che fosse lecito ad esso supplicante fare ristampare le dette Decisioni del Presidente de Franchis, con l'Additioni, con l'istessa prohibitione di detto primo Regal Priuileg io. E perche Eccellentissimo Signore esso supplicante hà fatto ristampare in Venetia le dette Decisioni de Franchis con l'Additioni, & in Napoli le dette Additioni separatamente in più tomi per beneficio del Publico, con duplicata, e grandissima spesa di proprio denaro d'esso supplicante; e dubitando, che qualche persona non ostante li Regali Priuilegij speditì à fauore d'esso supplicante l'immettesse in questa Città, & Regno con suo grandissimo danno, & accioche non potessero allegare causa d'ignoranza, ricorre à piedi di V.E., supplicandola di nuouo restar seruita ordinare, che non sia permesso, che da altri si possa vendere, ò intromettersi in questa Città, & Regno la sopradetta Opera, senza espressa licenza in scriptis d'esso supplicante, e suoi heredi, e successori, sotto le pene contente nel Regal Priuilegio spedito à fauore d'esso supplicante, e l'hauerà à gratia, vt Deus &c,

Nulli liceat, vendere, aut introducere libros prædictos seruata forma Priuilegij concessi suprascripto supplicanti cum prohibitione aliorum.

Galeota Reg. Carrillo Reg. Valero Reg. Calà Reg.

Prouisum per S.E. Neap. die 24. Septembris 1674.

Villanus.

AD LECTOREM.

SATYRICVM æmulantium nostræ artis dictum, LECTOR, quis non irrideat? si NOVISS. hanc DECISIONVM DE FRANCHIS EDITIONEM, non nisi caracterum varietate, ac ornatu perpolitam dicunt, antiquæque tabulæ recentibus coloribus renouatæ assimilantur, quod tamen neque labore caret, si recto animo diiudicarent ij, quos verò sua malitia deperdet, tuaque sententia damnabit, dum vltra notularum discrimine segregatas ab ipso textu allegationes, quod non parum delectationis, & vtilitatis studentibus adferre pro experto habemus, dispersas etiam sub diuersis voluminibus tot Additionatorum annotationes in duplicem Tomum redactas, & sub sua decisione repositas videbis, ita vt tempus (quo nil hac nostra tempestate ob librorum multitudinem vastum Iurisprudentiæ Oceanum nauigantibus desiderabilius) iam non in perquirendis VISCONTO, AMENDOLA, RICIO, seu NOVARIO deficiat, sed sufficiat ad eorum scholia ante oculos ex necessitate proposita, examinanda; Neque id tantum curæ fuit, sed vt nouarum rerum cupidis nobisque ipsis satisfaceremus, qui pro more nostro noua semper excudi volumus, nouissimas quoque, nullibique impressas Additiones D. PETRI ROITII nostræ editioni adiunximus, in quarta scilicet parte sub eius nomine, in reliquis verò tribus, ne multiplicati addentium tituli fastidium tibi suscitarent, (quod vtique de alijs fecissemus, si eorum consensus tam de facili haberi potuisset) sub alieno nempè postremi Addentis RICII, vt in Decisionibus ducentesimis quadragesima octaua, quadragesima nona, quinquagesima, & quinquagesima nona, & quingentesima vigesima tertia, aut NOVARII ducentesima quadragesima quinta, tricentesima trigesima prima, vel nullius, vt tricentensimis vigesima tertia, vigesima quarta, & quadrigentesima quarta, cæterisq; in locis conferendis cum antiquis; Demum in capite operis DECISIONARIVM eiusdem ROITII proposuimus, in quo decisionis aliquod argumentum desiderare nescies, quin & ipsam decisionem limitatam, & ampliatam inuenias; His igitur omnibus ad tui commodum editis LECTOR fruere, nosque interim ad alia non minus vtilia festinantes à maleuolis defende. Vale.

b Hactenus

Hactenus ad Lectorem recensita à valdè accurato tunc temporis Typographo in Operis augmentum optimè coacta huic editioni non desunt: Quinimo, & multò vberior redditur, & vbique fæcundior OBSERVATIONIBVS D. CAROLI DE LVCA, qui ad singulas Decisiones doctissimè scripsit, & eruditissimè non tantum doctrinis, sed modernioribus Sacrorum neapolis Tribunalium resolutionibus elucidauit, & explanauit omne dubium, atque curauit plus splendescere SE solo, quàm cæteris Addentibus Viris eruditissimis. Adest quoque distinctus materiarum Index, ne implicata simul copiosè materia confundat; Sed legentis curiositati plenius satisfiat.

AV-

AVCTORIS

VITA

Ex Elogijs Laurentij Crassi I.C. Neapolitani.

Vincentius de Franchis Neapoli, optimorum alumna virorum, vitæ cunabula sortitus est anno Seruatoris nostri, millesimo, quingentesimo, trigesimo primo. A teneris, vt Græci dicunt, vnguiculis, litteras excoluit, & præclarum ingenii specimen dedit. Patrui Iacobutij de Franchis, quem Leo Decimus, & Ferdinandus Rex vnicè amarunt, vestigia feliciter premens iuris prudentiæ operam dedit, & in Palęstra Neapolitana vires exercuit. Magnatum causas, & pauperum simul sine vllo discrimine tutatus est. A Pauperum plebecula ne obolum quidem accepit, a Christo Domino, in cuius tutela sunt, præmia expectaturus. Multitudinem causarum numquam amplexus est, & veritati semper addictus, conscientiæ integritatem non minuit. Præter summam prudentiam ætatis diuturnitate collectam, tanta eloquentia excelluit, vt ex eius ore melle dulcior fluere diceretur oratio, vt de Nestore cecinit Homerus. Hinc factum est, vt illum Hispaniarum Monarcha Philippus Secundus Regium Consiliarium non sine vrbis lætitia, & omnium ferè plausu declarauerit. Pręses deinde Sacri Consilii, & Viceprothonotarius sub nimio laborum pondere numquam elanguit: Immo aduersus onera surgens sursum nitebatur similis Palmæ. Vt pluribus satisfaceret plures audiebat, plura simul dictabat, & omnia adamussim. Calumnias a Foro disterminauit, & Astręam è Cælo deuexit. Decisionum Volumen in tres partes distinctum in lucem protulit, quibus hæredes quartam addiderunt. Filios, & Filias habuit tum Religionum Claustris deuotas, tum nuptas Regni Patritiis. Anni millesimi, sexcentesimi primi, die quinta Aprilis vitam clausit, & in Ecclesia Diui Dominici Patrum Prædicatorum sepultus.

Noi Refformatori dello Studio di Padoa.

HAuendo veduto per fede del Padre Inquisitor nei Libri intitolato. Decisiones Sacri Regij Consilii Neapolitani à Vincentio de Franchis eiusdem Consilij Consiliario, collectę, & Obseruationes S.C.D.Caroli Antonij de Luca in Decisiones D. Vincentii de Franchis, non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Secretario nostro niente contro Principi, e buoni costumi, concedemo licenza ad Antonio Albrici de poterli stampare, osseruando gli ordini &c.

Data li 28. Febraro. 1674.

(Andrea Contarini Cau. Procur. Reffor.

(Angelo Correr Cau. Procur. Reffor.

(

Gio: Battista Nicolosi Secretario.

Die 13. Ianuarij 1674.

EXhibetur per me infrascriptum plena fides Ill.D.Secret.qual.D.Antonius Albritius curauit corrigi prius per D.Gabrielem Babam, & successiuè per me Decisiones Vincentij de Franchis vnà cum Obseruationibus D.Caroli de Luca, aliàs Neapoli seiunctim impressis; Vnde nil prætermisit sui iniuncti muneris. Quare &c.

Francifcus Maria Ambronius.

APPENDIX.

AD *obs.* 301. Datur aliqua communio pascuorum, quę dicitur filiationis, vt exéplificat *Reg. Tap. in c. pondus equum, nu.* 13. in casu, quo ciues alicuius Terrę se conferendo ad alium locum Terræ ibi ędificāt Oppidum; nam isti gaudent vti ciues dictæ Terrę, & possit eti pascuis illius, quamuis illud Oppidum esset diuisum quoad iurisdictioné, quia illa communitas non amittitur, vt refert decisum *Tapia numer. 19. Reg. Marcian. disput. 25. num. 9.*

Ad *obs.* 302. Si testa tor dedit tutori facultatem alienandi, tunc illa voluntas habetur pro decreto Iudicis, & nulla adhibetur solénitas ex *l. 1. C. q. decret. opus nō est.* Alij distinguūt, si facultas sit gnerica, vel specifica, vt primo casu intelligatur seruatis seruādis & sic pręcedétibus subhastationibus *Hodie. ad Surd. dec.* 278. *Rota post Merlin. de pign. dec.* 31. *n.* 5. Sed *Luca in tract. de alien. & contr. prohib. disc* 35. tenet non esse necessarias solemnitates, si concessio facultatis sit attributa ex vna causa. Et si bona relicta sint Ecclesiæ cum facultate, vt in occurrentijs alienari possint, tunc poterunt sine assensu alienari, *Luca vbi sup. nu.* 128. qui confutat *Barbos. de potest. Episc alleg. 95 n. 70. in fine.*

Ad *obs.* 304. Soluens in vim ordinis falsi, an liberetur? Et distinguitur inter depositum regulare, & latens sit falsitas, & liberetur. Si autem in irregulari, & non liberetur, quia dominium pecunię transit in Bancum, & rès perit domino. Sed *Luca in lib. de credit. disc.* 68. aliud tenet cum *Magrett.* in *dec. 6 post obs. ad nou. prag. Sicil.* quando Bancum erectum est pro publica vtilitate, & autoritate, vt hoc casu etiam quod depositum sit regulare, si falsitas sit latens, liberetur Campsor, & *Magrett.* refert in hanc opinionem inclinasse M. R. C. ad fauorem Banci. Facit quod si depositum est factum in gratiam deponentis, & quis depositam penes se pecuniam commisceat cum pecunijs suis, tunc casus furti cedit etiam deponenti licet sit depositum irregulare, *Dec. cons.* 473. *Less. de iust. & iur. disp. 16. n. 11. Luca. d. disc.* 68.

Ad *obs.* 320. Fideiussor non liberatur per absolutoriam in vna instantia latam, in altera reuocatam cum *Add. ad Alex. cōs.* 109. *lib.* 7. & alijs ad comprobationem decisionis *Luca de credit. discur 99. n. 4* Qui *n.* 7. aliud procedere ait in cautione prætoria, & necessaria danda est ab actore, vt pro expensis, & simili, & in his terminis loqui *Cyriacum contr. 285. & Thes. dec.* 2‥8.

Ad *obs.* 332. *Caranz. de partu in tit. de sign. concept.* transcribit *tex. in l. 1. ff. de ventr. inspic.* & post alios ait illas sollemnitates non esse in vsu; Obseruandas tamen esse, si à propinquis mariti ita in iudicio petatur, & refert ita vidisse obseruari in opulentis hæreditatibus, quibus venientes ab intestato inhiare solent, pudicitiæ matronæ notam inurere non verentes, auri sacra famę, quam etiam verum est mulieres ad partus suppositionem aliquando coegisse, vt habetur in *l. 17. partit. tit. 6. p.* 1 De hac materia videndus *Caranz. c. 5. tit. de part suppos nu.* 28. vbi quod substituti filio supposito pręferuntur heredibus ab intestato ex *Soc. cons. 92. lib. 3. Tusc. to. 6. concl.* 109. Limita nisi substitutus sit particeps fraudis, *Caranz. nu.* 31.

Suppositionis partus præsumptio excluditur, cum nulla adest causa supponendi; semper enim facta fuit suppositio ob causam, eamque magnam, *c. officij de pan. & remiss. Boss. de part. suppos. nu. 16. Caranz. nu.* 92.

Etiam si quis permanserit in quasi possessione filiationis, adhuc potest contra eum de suppositione agi, *Caranz. nu.* 90. Suppositio præsumitur, si mulier turbata apparet, quando hilaris debet apparere, vt quia masculum peperisse dicitur *Caranz. n.* 84.

Si mater accusatur de suppositione partus, non est differenda accusatio in tempus pubertatis, *l. 1. §. fin ff. de Carbon. edict.* Si auté principaliter agitur de statu pupilli, & ipsi opponitur in successione, & tunc differenda est quęstio in tempus pubertatis *l. si ventris ff. de ventr. in poss. mitt. Caranz. nu.* 42.

Per socios, & complices criminis potest probari suppositio partus. Sed non ea ratione, quam putat *Dec. cons.* 341. quod sit speciale in hoc crimine, ex quo sit de occultis, & per alios non possit haberi veritas, nam hoc potest patere alijs mulieribus *Caranz. nu.* 46.

Res iudicata cum matre prodest, & nocet filio, cum mater periculum capitis habeat, *l. 1. § fin. ff. de Carbon. edict. Caranz. d. tit. de part. suppos. lect. 3. nu. 97. & seq.* vbi quod dictus *textus* pugnat cum illa regula res inter alios acta de qua in *l. sæpe, ff de re iudic.*

Ad *obs.* 343. Per confessionem constituentis non probatur debitum eius, pro quo sit constitutum ad comprobationē decisionis nuncupatim, *Costa de remed. subsid. remed.* 45. *Harprect. in § de constituta instit. de act. Luca de cred. disc.* 74.

Fallit si accedat stipulatio; quia regula procedit in constituto, quod fit per pactum nudum, quo casu recurritur ad æquitatem prætoriam, quæ non datur nisi pro causa vera, *Mantic. de tacit. lib. 19. tit.* 2 *nu.* 18. Item fallit stante iuramento, quod causę defectum supplet, & non est necesse recurrere ad equitatem subsidiariam, *Gait de credit. c. 3. tit. 1. n.* 461. Item non procedit inter mercatores, *Luca d. disc.* 74.

Ad *obs.* 344. Vbi Iudex, vel creditor omissa via agendi contra fideiussorem, vt reum, vel debitorem repræsentet, directè curet illum carcerare, vnde propterea ille se ponat in fuga. An scilicet ex eo quod ex facto creditoris, vel Iudicis, impossibile, vel difficile redditum sit factumpromissum inducatur eius liberatio agit *Farin. q. 34. nu. 169. & seqq.* vbi asserendo quod ista quæstio sit subtilis, adducit opiniones hinc inde, sed nihil firmat, itaut in eius autoritate nullum possit constitui fundamētum. Nihilominus. Quicquid sit in criminalibus; Quatenus ad terminos ciuiles, in casu quo non per ipsum Iudicem, sed per creditorem principalis debitor positus sit in fuga in hoc casu non potest molestari fideiussor per tradita per *Reg. de Marin. lib. 1. resol. 134. & Reg. Latr. consult. 49. nu.* 14, quia ex facto ipsius creditoris reddita est fideiussori impossibilis, seu defficilis repræsentatio. Præterea nam dum creditor directè, ac per se ipsum voluit se de persona debitoris assecurare, videtur ita renunciasse illi custodię, & assecurationi, quam fideiussori commiserat *Luca de credit. disc. 98. nu.* 12.

Ad *obs.* 350. Si mater transit ad secunda vota nedum ipsa est suspecta, & dicta suspicio nedum afficit matrem, verū etiam auum, & auiam maternam, & alter proximus pręferendus est eis ex relatis per *Thes. dec* 5. Beneuerum quod non per hoc est pręclusum Iudicis arbitriū pro facti qualitate, pręferendi auum, vel auiam maternam, quinimo, & deputandi in tutorem eundem vitricum, quando facti circumstantiæ suadeant, & ob eius prudentiam, ac probitatem, ac etiam ob qualitates matris ita pupillis magis expediat, tam circa educationem personę, quam circa administrationem bonorum, suspicio enim quam lex habet de matre binuba, etiusque secundo viro consistit in præsumptione iuris tantum, quę generaliter, & indubio attendenda est pro regula, sed tamen incapax non est limitationis ex contraria veritate, ex deductis per *Castill. dec. 8. Anna cons. 50. Lucam de tut. & curat. disc. 11. nu. 5. & 6.* & ita refert vidisse pluries practicari quod intellige quando mater non est successura filijs.

Patruus substitutus arcetur ab æducatione pupilli, vt dixi *nu.* 5. Addo *Mastrill. dec.* 230 vbi ampliatur non obstante, quod aderat expressa voluntas patris, qui mandauerat in testamento pupillos penes patruum educandos Nec curandum est de doctrina *Castil. decis.* 219. nam fuit iudicatum contra suam opinionem *Staib. ad res. 141. in obs.*

Ad *obs.* 369 *nu.* 5. An exceptio euictionis, quę posset opponi cōtra delegantem, possit obijci contra delegatarium? Negat *Merlin. contr. 91 lib.* 1. vbi quod sibi imputet emptor, qui correspectiuè alienum debitum purè, & absque reseruatione fecit proprium, atque pro eius releuatione aget contra creditorē ex *Fabr. C. locat. def. 52. Cyriac. contr. 214. & tex. in l. doli, ff de nouat. Roman. cons.* 89. qui contra emptorem concludit Sed *Merlinum* confutat *Andreol. 279. Staib. in obs. ad res. 185. nu. 8. Luca de empt. & vend. disc.* 22. Verum etenim est exceptiones competētes aduersus cedentem, non posse

posse opponi contra delegatarium *Gasp. Thes. lib. 3. q. 111. n. 3.* quod id procedit in exceptionibus de tempore fastæ obligationis cōpetentibus: Secus vbi tunc non competerent, sed postea oriantur ex casu contingenti, tunc forsan non cogitato vt literaliter probat *tex. in d. l. doli*, & in specie de obligatione ad annuū cent m correspectiuum ad castrum ab obligato possessum, vt cessante castro cesset *Roman. cons. 417.* Et ratio, ob quam obligatio emptoris cessat, nō prouenit ab aliqua exceptione personali, vel simili competente aduersus cedentē, sed resultat à cessante causa, & consequenter à cessant. consensu contrahendi ab initio, seu à cessante correspectiuitate *Rota decis. 428. p. 1. recent* quæ vt sollemnis, & magistralis decisio sępius canonizata de ãno 1633. & 1654 vt *Luca n. 2.* qui occurrit autoritatibus *Cuiac. Rom.* & alijs in contrarium adductis per *Merlinum*, *& Fabrum* ait loqui vbi causa debendi cessaret voluntariè, & culposè ex parte emptoris.

Ad *obs. 392.* Addo *Staib. obs. ad resol. 149.* vbi quod emphiteusis cum pacto affrancandi iudicatur venditio, qui *n. 25.* ita decisum refert, & laudat hanc decisionem *D. mei* cum sit casus fortior, nam primo loco concessa fuit emphiteusis cum pacto affrancandi, & postmodum emphiteuta sub concesserat alteri sine dicto pacto, vnde sub emphiteuta, prętendebat excludere vicinum à iure congrui, & tamen fuit iudicatum contrarium.

Ad *obs. 400.* Adde quod moratoria à Principe debitori principali concessa excusat fideiussorē de pręsentādo; quia fideiussoris obligatio non consistit in dando, sed in faciendo, seu prętentando, ita in puncto *de Marin. lib. 1. res. 133 nu. 11. Luca de credit. disc. 98.* vbi aliud quando esset fideiussor debiti, vel de soluendo, *Ann. cons. 82. Muscatell. in prax. fideiuss. p. 2. q. 9.*

Difficultas esset, quando moratoria impetrata esset post contractam moram per fideiussorem, fideiussor enim de pręsētando an liberetur per mortem, vel aliud principalis impedimentum? Resolutio pendet à puncto morę, qua concurrente fideiussor non excusatur, vt è conuerso liberationem obtineat ad *tex. in l. si decesserit, ff. qui satisd. cog. & l. sancicimus, C. de fideiuss.* & firmant congesti per *Farin q. 34. nu. 34.* & contra fideiussorem adest *Cacheran. dec. 48. alias 49.* quam decisionem recenset *Farin nu. 133.* & in iuramento pręcipuum fundamentum est *Cacher.* Si tamen non esset obligatio de repræsentando simpliciter intra certum terminū facta, sed sub expressa conditione quatenus scilicet infra statutum terminum principalis debitor non solueret, in hoc casu exigitur noua interpellatio, per quam obligatus sciat suę obligationis casum euenisse, cum alias probabiliter credere poterit factam solutionem, *Rota dec. 224. p. 9. & decis. 346. p. 6. recent Luca de credit. disc. 94. nu. 12.* Qui *nu. 14.* in eodem proposito fideiussionis de repręsentando in vna *Recatem indemnitatis pro Maria Massuccio cum N. Lecchio coram A. C.* disputatum refert. An fideiussor de repræsentādo principalem debitorem in carceribus in termino dictum 15., vel eo non redeunte solueret debitum, post lapsum termini admittendus esset ad morę purgationem illum repręsentando, itaut effugeret alteram suæ obligationis alternatiuam partem de soluendo, considerat istam esse quęstionē facti. Aut enim moræ purgatio offertur re integra, itaut ius creditoris nullatenus sit effectum deterius, quia nempe debitoris conditio in nihilo sit immutata, proindeque nihil interfit istius redituum ad carceres vno, vel altero tempore sequutum esse & tunc purgationi morę locus esse debeat. Et id ex Canonica equitate. Adhæc nam hodie de Canonica equitate non exigitur pœna conuentionalis vltra id, quod interest. Prætereа quia adimplementum intra certum tempus prestandum, etiam post illud pręstari potest, quando nihil interest eius, cui prętandū est vno, vel altero tempore sequi *Ronit. decis. 53.* Secus in casu, quo ius creditoris effectum esset deterius, quia si debitor statuto tempore ad carceres redijsset, sequi verisimiliter potuisset debiti satisfactio, deinde ob mutationem status debitoris impedita, seu alias difficilior effecta. Infirmitas debitoris an excuset fideiussorem vide *Farin. q. 11. n. 59.*

Ad *numer. 3. Scacc. de appell. quest. 17. lim. 6. memb. 4. num. 112.*

Solidationes computorum factę inter creditorem, & principalem debitorem afficiunt fideiussorem, non concurrentibus collusionis, vel fraudis coniecturis *Rota apud Ottheben. dec. 169. Luca de credito disc. 90. n. 10.*

Fideiussor tutoris apud acta an dicatur fideiussor cōtractus vel iudicij? Et *Muno7. de ratiocin. c. 34.* distinguit quod si extraiudicialiter facta sit fideiussio, & vim contractus obtinebit, & per consequens si citatus non fuerit pro reliquis cum solo tutore, vel curatore calculatis, & liquidatis non poterit exequi *Bal. in l. non ambig. C. de fideiuss. tut.* Secus si penes acta ita *Munoz. n. 3.* vbi ita ex hac decisione resoluit, Cautelam docet *Bald. in l. Sancimus C. de collat.* vt fideiussor se obliget de soluendo quidquid contra suum principalem fuerit liquidatū etiam vbi ipse fideiussor non fuerit citatus, nec auditus Idem tradit. *Munn.* si apposita fuerit obligatio Cameralis, vel cum guarentigia. cum potestate exequendi reliqua resultantia ex tali obligatione:

Ad *Obs. 414.* Fideiussor, quamuis nullas recipiat molestias an agere possit contra debitorem, vt eum eximat ab obligatione? Quod sic quando stetit diu in obligatione *Menoch. de arbitr. c. 88. Caualer. dec. 310* vbi tempus biennij, cum id sufficiens reputatum fuit quoniam ita illius facti circumstantię exigebant. Sed *Luca de credit. disc. 103 nu. 4* cum risu id accipit quoties, ita Iudices vniformiter iudicarent, quia longior terminus quandoque attendēdus, & aliquando minor si mutata sit debitoris conditio in deterius, potest ēt peti exemptio à fideiussione *l. Lucius. Titius § fin. ff. mand. Menoch. n. 10. Luca n. 6* Dissideo tamen ab eo, quod firmat *n. 5.* vbi extendit quando fideiussoris obligatio est cum guarentigia ex *Duran. decis. 75. n. 3. Add. ad Burrat. dec. 401. nu. 23.*

Prætermittendum tamen non est, quod in tutore, qui non administrauit tutelam tradit de *Marin. lib. 1. res. 334.* vt ipse citandus, & vocandus sit vt assistat rationi, & computis illius, qui gessit, ad hoc vt postea facta excussione sine nouo processu possit exequi contra eum.

Ad *obs. 422.* pro opinione *Oldrad* addo *Lucam de donat. disc. 49. n. 6.* quod possit peti residuum ex legato. Nisi assignatio facta in vita sit correspectiua ad renunciationem generalem Rota apud *Molin. dec. 404*

Ad *obs. 427.* In cessione an censeantur translata incedentē iura sterilia, & infructifera scripsi cum distinctione; An cessio fiat ex necessitate vt fideiussori, vel ex æquitate vt possessori, vel tertio soluenti. Vt primo casu cedens faciat sibi equalem cessionarium vt in *decis. 260. & ibi in obs.* Aut cessio fit ex equitate, & tunc cedens non censeatur cedere contra seipsū nec teneatur sibi facere æqualem. Vnde creditor, cui fit solutio partis debiti, non tenetur soluenti cedere sua iura, & se opponere potest pacto de subintrando, cum solum teneatur facere cessionem iurium talium qualium, dummodo cessio non officiat cedenti directe, nec indirecte ex *Bar. in l. Arist. ff. quæ res pign. Olea de cess. tit. 4. p. 3 n. 20. Rota dec. 576. p. 5. recent. Luca de credit. disc. 3. n. 13.* Nisi creditor approbasset pactum de subintrando initum inter creditorem, & debitorem; quia tunc cedendo simpliciter approbando pactū facit sibi equalem, & habet locum opinio *Salic. in d. l. Arristo Add. ad Burratt. in dec. 420. Luca disc. 4. n. 5.* vbi quod creditor anterior in parte dimittendus debet se opponere pacto, facere cessionem iurium talium, qualiū, & cum d. protestatione. *Et Staib.* nouissime in *obs. ad res. 130. n 99* tradit cessionem ex equitate non posse operari contra cedentem: Sed semper cedentem preferri cessionario in consequutione residui ex *Ronit. cons. 53. vol. 1. Mesa lib. 1. var. c 23. n. 6.* vbi affertur pro regula cedentem non intelligi cedere contra seipsum de *Pont. cons. 82. lib. 1. nu. 22. & cons. 119. vol. 2. & cōs. 64. lib. 1* inferens *Staib* non esse necessaria illa verba, quod cessio non officiat directe, nec indirecte ad hoc, vt cedens præferatur cessionario. Quod admittendum non est, quando tertius soluit cum pacto de subintrando in cedentis locū & creditor dimissus habita scientia cedit, & non se opponit.

Omittendum non est de casu controuerso in Ill. Marchionissa Franzone, & Doria, in gradu reclamationis succubuisse Marchionissam, & iudicatum pro equalitate inter primam, & secundā cessionariam, quando videbatur potiora iura fo-

uere

uere secunda cessionaria ex rationibus indicatis.

Cessio quando fit possessori ex æquitate cum clausula qualificata, ita vt non officiat directe, nec indirecte cedenti, non intelligitur adiecta respectu ipsius cendentis quoad voluntarias molestias ab eo inferendas pro residuo crediti neque pro causa anteriori, nam alias esset reportare duplicatam solutionem *Merlin. dec. 874.*

Ad *obs.* 428. In donatione remuneratoria, vt debeatur euictio, necesse est, quod donatarius pro seruitiorum remuneratione habuisset actionem, vel saltem Iudicis officium *Dec. in l. si donatione C. de Collat. Loffred. in paraphras feud. in c. si Titius si de feud. defunct. mil. fuer. controu.*, ita in fauorem Regiæ Curiæ ter iudicatum, primo in causa Ill. Ducis Suessæ prętendentis refectionem ex causa euictionis Baronię S. Georgij donati per Regem Catholicum Magno Capitaneo ob illius ingentia seruitia qui fuit exclusus, nam seruitia illa tã magna debebantur ratione officij Secundo in causa D. Iulij de Capua idem prætendentis, vt de *Ponte cons 59. n. 15.* Tertio in causa D. Ioannis Baptistæ Spinelli pro Comitatu Corati sibi donato, vt *Frecc. a de sub feud. lib. 2. autor. 5. n. 18.*

In donatione remuneratoria facta vxori succedunt filij tam ex primo, quam ex secundo matrimonio *Luca de don. disc. 10.*

Ad *Obs.* 429. *Luca de testam. disc. 5. n. 9.* refert ingentem controuersiam fuisse excitatam per venientes ab intestato circa defectum aperturæ, & publicationis testamenti, eis prętendentibus id fieri non posse nisi coram Iudice citatis ipsis legitimis successoribus ab intestato ex deductis in *dec. 533. p. 4. recent. 10. 3.* Sed responsum fuit examen testium, citationẽ venientium ab intestato, & alia requisita considerata per *DD. in l. 2. ff. quemad. test. aper. & l. publicati 2 C. de testam.* procedere, quando agitur de testamento ordinario per viam priuatam Secus autem vbi cum interuentu Notarij desuper publicationis instrumentũ conficientis, tunc enim scriptura dicitur de per se publica, ideoque absque Iudicis authoritate alijs solemnitatibus per ipsum Notarium adhibitis in ipso actu aperturæ nouis testibus tanquam per nouum instrumentum recognitionis, seu aperturę actum factum, sad publicationem proceditur, vt notant *Castrens. in d. l. 2. Ias. cõs. 67. n. 12. lib. 3. Ronit. dec. 95. n. 15* & id passim seruat praxis. Licet frequẽtius id per Notarium fieri soleat cum pręsentia, & authoritate Iudicis absque tamen citatione venientium ab intestato *Ottob. dec. 81. Rota dec. 215 p. 11. recent. & dec. 362.* Ex quibus ego infero Notarium non posse aperire testamentum sine testibus, & absq; instrumento recognitionis, & aperturæ, & in Regno cum interuentu Regij Iudicis ad contractus, & testium.

Ad *Obs.* 436. filij an succedant vti filij in donatione contemplatione matrimonij addo *Luca de donat. disc. 8. n. 4.* vbi q. licet Rota coram me confirmauerit plures propositiones filijsfamilias fauorabiles. Attamen in subsequentibus disputationibus coram *Priolo* canonizata fuit opinio cõtra filios, vt in donatione contemplatione certi, & determinati matrimonij filij non non censeantur vocati vti filij, sed dominiũ acquiratur soli sponso & quidquid velint *Amat. cons. 68. Castill. dec. 106. Mastrill. dec. 301. Curell. de donat. contẽpl. matr. tract. 1. disc. 1. inspect. 25. n. 2.* verior sit opinio *de Marin. resol. 89 lib. 1. & lib 2. resol. 68.* Aliud est si donator directe vocauit filios donatarii, & non solum simpliciter stipulatus esset donatarius pro eis. In dubio pro exclusione filiorum esse iudicandam; quia creditores habent causam onerosam, filii autem lucratiuam.

In donatione certi, & determinati matrimonii an successio debeat esse pręcipua filiorum ex illo susceptorum, vel omniũ dependet à quæstione vtrum filii censeantur vocati vti filii, vel vti hæredes; nam licet d. donatio dicatur pars cõtractus matrimonialis, & sequatur potius ex correspectiua cõuentione cum sponsa. vel eius parentibus, seu dotantibus pro interesse ipsius sponsæ, & filiorum procreandorum, quam ex mera beneuolentia erga sponsum donatarium. Attamen si filii nõ vocantur vti filij hoc casu filij, & mulier secundariũ habent interesse alimentorum, & speratæ successionis, quã non ex propria persona, sed cum hæreditaria qualitate habẽt, ideoq; verius est omnium filiorum ęqualem esse successionem, nulla data matrimoniorum distinctione, & in eiusdẽ donatarij facultate est repositum ex causa onerosa de bonis disponere in præiudicium filiorum. Secus si filij succedant vti filij Rota coram Cerro *dec. 230. & 428. p. 12. recent. Luca de donat disc. 10.*

Retrocessio donationis contemplatione certi, & determinati matrimonij an possit fieri cessante interesse mulieris pro restitutione dotis, & antefati, & legitimę filiorum, sicut potest maritus res donatas legare, & de eis disponere? Et videtur affirmandum, quia à fortiori ex gratitudinis motiuo donanti retrocedere poterit maritus in toto, vel in parte ex *Molfes. cons. 11. Latr. consult. 54.* pro opinione *Dexart. de qua in obseruat. 205* videndus *Luca de donat. disc. 2. num. 14.*

Creditores possunt exequi bona donata contemplatione matrimonij sine pręiudicio interesse filiorum, quod habent pro alimentis, & res transit cum sua causa *Rouit. cons. 88. lib. 2. Luca de don. disc. 5.* affecta enim sunt filijs pro eorum sustentatione.

Maritus si sub assertione, quod cupiebat sponsæ augere dotem promiserit, vt ipso præmoriente absque liberis coniux superstes deberet esse vsufructuaria eius bonorũ. an d. donatio sit causa mortis? Et videtur affirmandum ex traditis per *Sanc. de matr lib 9. disp 10. nu. 3.* Contrarium probat *Luca de donat. dis. 37. nu. 7.* ex eo quod sit conuentio correspectiua ad matrimonium, & pars contractus matrimonialis, & augmentum dotis, vt in statu viduitatis congruentius pro defuncti viri memoria se sustentare valeat.

Donatio inter viuos an resultet ex irreuocabilitate donationis: Et videtur affirmandum ex *l. vbi ita donatur, ff. de don. caus. mort. Merlin. dec 664.* Alij distinguunt inter promissionem non reuocando in dispositiuis, vel exequutiuis, vt *Barbos. in l. qua dotis nu. 109. ff. sol. matr.* Alii volunt tunc irreuocabilitatem operari, vbi incertum est an vno, vel alio modo donare voluerit. Secus si certa reddatur volũtas donandi causa mortis, quia tunc pactum irreuocabilitatis vitiabitur ex ratione *tex. in l. cum precario, ff de precar.* vt latè discurrit *Barbos. n. 120.* Propensius si donans vltimã voluntatem irreuocabilem appellauerit *Luca de donat. disc. 38. n. 7.* Ita ego semel consului in casu donationis factę per matronam, quæ se restrinserat ad titulum donationis *causa mortis* ita pluries loquens *donationis tamen titulo causa mortis*, apponens etiam clausulam derogatoriam in donatione, prout solet in vltimis voluntatibus, exprimens, vt nõ posset reuocari donatio, nisi cum interuentu donatarij, & id loco clausulę derogatoriæ. Sed quia donatio fuit reuocata post decennium à die donationis, ideo censebam per obliuionẽ nihil operari amplius illam clausulam derogatoriã.

Ad *Obs.* 453. Ius offerendi an competat secundo creditori contra anteriorem ementem sub hasta pro opinione negante *Postius de subhasta. insp. 32.* Sed aientem opinionem probat nouissimè *D. Staib. in obs. ad resol. 115. n. 7* qui ita refert decisum per S.C. pro Monasterio S. Mariæ de Vita de anno 1665. & in gradu restitutionis in integrum de Anno 1667.

Ad *Obs* 457. *n. 9.* Ex *Sanfel. dec. 7.* attuli distinctionem quando ad exequutionem pęnæ proceditur absque alia citatione, & quando cum citatione, & cõsonant verba *Carau. tit. 128. n. 2* ibi *Ex prædictis sequitur; quod si pæna, quæ esset exigenda cũ esset stipulata penes acta, sed aliquis in eam incidisset ratione alicuius banni forte emanati; aut alio modo, exequutio illius non fiet ex abrupto, sed parte ipsa citata ad dicendum causam quare ad eam non tenetur. Et n. 3. Ad vnum tamen aduerte, quod licet in pęnis Fisco acquirendis, & pęnes acta non stipulatis, non detur exequutio parata, sed vocetur pars, vt supradiximus.*

Idem confirmauit idem *Sanfel. decis. 142. num. 3.* ibi *Notandũ tamen duxi, quod semper mihi visum fuit exorbitans elapso termino apposito in mandato procedi ad exequutionem pænæ non accusatis debitis contumacijs, quod est contra omne ius, & ritum M. C.*

Loquitur *d. ritus* per hęc verba *Item nota quod si fit mandatum alicui extraordinarium (tamen non in aliqua causa in qua sit inchoatus processus) ad aliquam pænam, semper expectatur ille, cui factum est mandatum triduo, vt fit in citationibus ordinarijs, & hoc semper seruauit, & seruat, ipsa Curia de consuetudine antiqua.* Subiungens ibi *Sanfel.* quod cum de hoc fuisset disputatum in Collaterali Consilio

filio, quia Mag. Cur. non intendebat procedere hoc ordine, cum hunc ritum ostendisset, cessauit difficultas, quia est pæna mandatorum, & quod ita etiam procedatur pro exactione alicuius pænæ ipreti mandati fatetur idem *Sanfel. in prax. cri. de ord. iud. n. 8.*

Ad *Obseruat. 461.* Prodigum delinquentem nè dum pæna corporali, sed etiam pęna pecuniaria posse puniri tradit decisio. Sed nouissime *D. Staib. in obs. ad resol.* 160. *num. 27.* taxat *D. meum*, vti se inuoluentem. Et in contrarium laudat *glos. in l. si quis instante C. vnde vi*, & *Zas. in l. is cui bonis, ff. de testam.* & ducuntur ea ratione, quia prodigus soluere non potest; dum interdictus est bonis, & pro eadem opinione allegatur *Amend.* Salua tamen reuerentia *Staib.* cum pro decisione stent *Clar. Angel. de malef.* & *ibi Aug.* & præsertim *Farin.* quorum nulla mentionem facit ipse *Staib.* Consequenter decisio maioribus autoritatibus extrinsecis, & intrinsecis est valata, & male *Amend.* recenset *Caball.* qui sequitur decisionem.

Ad *obs. 601.* Fideiussor de soluendo id quod fuerit iudicatum per arbitros non tenetur pro eo, quod iudicatum extitit a Iudice reductionis laudi *Bar. in l. fin. num. 18. C. de contrah. empt. Andreol. contr. 213.*

Fideiussor non tenetur, si computa semel reuisa, & approbata fuerint cum absolutione ab administratione semel visa, & esto in noua reuisione reportaretur debitor *Gugliem. de Cun. in l. fin ff. de pact. per illum textum, & ibi Bar. Fulgos. Ias. Marsil. de fideiuss. in rubr. n. 212 Soc. cons. 9. lib. 4. Andreol. vbi sup.*

Ad obs. 608. n. 8. pro sene adde *Caluin. de æquit. c. 95.* & *Staib. in obs. ad tom. 2. resol.* vt nec tacita, nec expressa priuilegii renunciatio noceat seni.

Ad *obs. 667.* Quādo quis decedit relicto proximiore Clerico, & Instituit extraneū exclusis remotioribus Ev in tres opiniones videtur scissa difficultas. Prima enim opinio est succedere extraneum; quia sicut Clericus testando potest quemlibet instituere, ita è contra si quis instituat extraneum exeluso Clerico proximiore, idque procedit, quando non existunt pares in gradu cum Clerico, sed remotiores, vt *D. meus in decis. 92. circa finem decisionis*, ibi: *Quando non existunt temporè testamenti, & mortis, qui cum patre concurrerent, vel iuris communis, vel consuetudinis dispositione, & sic extraneus institutus certaret cum alijs collateralibus non concurrentibus cum patre, nec cum eo admissis Auth. defuncto, postquam de iure communi, & consuetudinario isti remotiores in gradu essent exclusi per patrem ab intestato, cessaret extraneo instituto conquestus collateralium ex linea, & in hoc casu videtur posse teneri, vt filiusfami. posse restari in extraneo relicto patri debito bonorum subsidio, & procedet præsens decisio, de qua ex prædictis videretur posse dubitari, quando cum patre concurrerent fratres vtrinque coniuncti, consanguinei, vel vterini in casibus per Napod. positis supra allegatis. Scan apec. Actuario de anno 1575. Et dum ab hac sententia esset reclamatum, fuit sanctis. Dominis Consiliarijs duarum aularum confirmata, me existente in alia Aula, quæ verba transcribūtur in alleg. 101. de Marin. to. 3. nu. 13. vbi nu. 14.* idem traditur fratre existente Clerico, non existentibus alijs fratribus laicis si extraneus sit institutus, vt extraneus succedat. Alia est opinio *Montani*, scilicet, quod succedant remotiores, de qua opinione satis dictum est in obs. Tertia est opinio, quod remotiores agnati habeant beneficium contratabulandi testamentum venale, scilicet quod possint desinere impugnare testamentum, & facere, quod succedat extraneus institutus. Vel possint contra tabulare testamentum, sed contratabulando succedat clericus, tanquam redacta causa ad causam intestati, dum clericus ab intestato gaudet beneficio consuetudinis.

Pro qua opinione vrget argumentum desumptum ex *D. meo in d. decis. 92. & Caput. super Consuet. in §. 3. de person.* in explicationem *decis. 411.* eiusdem *D. mei*, dicendo, quod si proximiores post personam Ecclesiasticam rumperent vigore Consuetudinis dispositionem factam in extraneum, certè reducta successione ad causam intestati, Clericus succederet, & sic non succederet, si dispositio non rumpatur ad beneficium Clerici ita vt possit dici, quod habent remotiores hoc beneficium venale, vel pro Clerico, vel pro instituto arg. *l. fittum, §. erit. ff. de bon. poss. contra tabul.*

Hanc opinionem videtur sustinuisse doctissimus D. Erasmus de Pont. in sollemni *alleg. 114. penes de Marin* vbi Franciscus de Bonito in suo vltimo elogio instituit Victoriam eius filiam, ei substituendo Sacrum Montem septem operum Misericordię, in casu quo eadem Victoria in pupillari ętate, vel quandocunque decesserit. Facto casu substitutionis, agnati petierunt medietatem bonorum antiquorum, de quibus dictus Franciscus disponere non poterat, & habebat intentionem fundatam: Attamen insurrexit Monasterium S. Catharinę Monialium Ciuitatis Gaetę ex persona D. Claræ de Bonito Monialis Professæ, & proximiores in gradu dictorum agnatorum, prædictam medietatem bonorum antiquorum petendo, & discusso negotio idem de Ponte fusè scripsit pro dicto Monasterio, loquens per hæc verba in principio: *Cuius partes libenter tuemur, non minus pietate, ac controuersiæ elegantia ducti, & allecti, quam nimia prædicti Pyalientis iustitia foret.*

Facit pro hac opinione *text. in l. fin. ff. de lib. & posth.* vbi si quis emancipauit filium retento in sua potestate nepote, si pręterijt nepotem, & exhęredauit filium, & pręteritus contratabulat testamentū, aperitur via ab intestato, & hodie filius pręfertur licet emancipatus, vti proximior in gradu, vt *glos. in d. l. fin.*

Pro remotioribus agnatis dicitur, non esse verum, quod proximioribus impugnantibus vigore cōsuetudinis dispositionem testamentariam, reducatur res simpliciter ad intestati causā, itaut ab intestato succedatur, sed tantum auferunt ab herede portionē ipsis debitam vigore Consuetudinis, *Imol. in l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 39 & 40. ff. de lib. & posth.* qui dixit hoc esse remedium auocatorium, & fundat *D. meus* in pręsenti decisione. Et si disponens esset intestabilis, & res reduceretur ad causam intestati, in hoc casu laico non rumpente clericus dispositionē impugnaret, & succederet ab intestato, quod est omnino falsum.

Argumentum desumptum ex *d. l. fin.* non obstat, quia aut loquimur iure antiquo inspecto, iuxta quod erat necesse institui nepotem ex filio emancipato existentem in potestate aui & tunc pręterito nepote, erat nullum testamentum, erat nec in potestate nepotis confirmare testamentum aui, illud non contratabulando, vt *Ias. in d. l. fin. n. 14.* Non sic in casu testamenti, in quo pręteritus fuit agnatus remotior. Vlterius *d. l. fi.* correcta fuit, nam hodie filius quamuis emancipatus est instituendus, non autem nepos. Pręterea etiam attento iure antiquo succedebant insimul emancipatus filius, & nepos in potestate existens per edictum de coniungendis cum emancipato liberis. Et quando clericus habet pares in gradu, tunc potest dici succedere laicos cum clerico.

Posset adhuc negari, laicis rumpentibus dispositionem si admitteretur Clericus existens in pari gradu insimul cum eis, esset contra *text. in l. si post mortem, §. liberi, ff. de contratabul.* ibi: *Liberi, qui contratabulas habere nō possunt, nec partem faciunt, si per alios committatur edictum*, & ibi: *Exheredati liberi, quemadmodum edictum non committunt, ita nec commisso per alios edicto cum illis venient ad bonorum possessionem.*

Verum dato, quod fratre laico auocante medietatem vigore Consuetudinis, etiam Clericus concurreret, & vteretur beneficio fratris laici arguendo à *d. decis. 92. D. mei.* Tamen iste casus est valde diuersus à nostro, in quo Clericus præcedet alios proximiores non concurrentes cum eis, nam fratres laici rumpentes dispositionem benè possent admittere Clericum in concursum; Aliud est si consanguinei remotiores impugnantes dispositionem aperirent locum Clerico, qui ipsos excluderent, quoniam vteretur beneficio alterius in exclusionem illius, & contra eum à quo habet *l. si Iudex circumuento*; vbi *Bar. ff. de minor. Bar. in l. si post mortem, §. hi qui, ff. de contratabul. Domin. meus decis. 269. numer. 15.* Pro hac opinione ingeniosissimè hæc scripsit Dom. Vincentius Raetanus, meritissimi olim Reg. Consiliarij Ascanij Raetani filius, in causa Excellentiss. D. Aloysij Poderici, & Ill. Marchionis Montisfalcionis, contra hæredes D. Ottauij Brancatij.

LAVS DEO.

INDEX
RERVM NOTABILIVM
Ex Obseruationibus de Luca copiosè Collectus.

✠ Actio

Alimen-

INDEX.

Assensus

Cala-

INDEX.

dum

Chiro-

Creditor

subsequenti

Exceptio

Excussio

INDEX.

cipali

Formula

Interesse

Iudi-

latronum

offi-

Peculatum

Re-

I N D E X.

Senex

paria

Trebel-

Velleia-

I N D E X.

F I N I S.

INDEX COPIOSISSIMVS TAM EX DECISIONIBVS, & Quæstionibus ad Feuda DD. DE FRANCHIS, Quàm ex Additionibus D. AMENDOLÆ, Collectus.

Et nunc primum vtiliori legentium commodo, ac beneficio in propriam materiarum, & verborum sedem redactus.

A

Et

I N D E X.

princi-

INDEX.

Balius

INDEX.

B.

baro, an

recomen-

INDEX.

cautio

citati

clerica-

collect.

INDEX.

com-

concu-

Ex

I N D E X.

contumax

INDEX.

crucis

debitor

Deli-

docto-

INDEX.

dum

INDEX.

Et in

feuda-

fidei-

fideiuſ-

filia

fra-

G

H

hy-

Iaco-

I N D E X.

I

Inde-

instan-

inuenta-

ius

lega-

lega-

Mascu-

Mens

INDEX.

Monaste-

mulier

N

Natus

nobi-

O

Occi-

P

Partem

pensiones

præce-

prodi-

Q

onus

re-

S.

soro-

hæredi-

succes-

T

Tem-

secu-

soro-

T

Tem-

M proce-

tran-

V

Vidua

INDEX.

FINIS.

DECISIONARIVM DD. DE FRANCHIS,

Cum ampliationibus, & limitationibus ad singulas Decisiones,

Diligenti studio, & cura in alphabeti ordinem digestum, nuncque denuò in lucem editum.

*Quarum definitiones numerus, & *. præsens demonstrat.*

Abortus.

MVLIER vt suam pudicitiam tegat corporis animati abortum procurans fustigatione tãtùm, & detrusione vita durante in loco per Principem declarando punitur, *dec.* 592.

Amp. 1. maximè si nascatur in sexto, vel octauo mense, quia præsumitur non posse viuere, *Non.*

2. si nullus dolus interueniat, *Roit.*

3. & excommunicationis pœna imponitur, *Roit.*

Absentia.

* Pro absente criminaliter citato potest procuratos captiuitatem, infirmitatem, absentiam, & nullitatem actorum maximè citationis opponere, *dec* 232.

Ampl. 1. nullitatis exceptio per quemcumq; interesse pretendentem opponi potest, *Ric. dec.* 232.

2. maximè si sit notoria, nec altiorem indaginem requirat, *dec.* 688.

3. & latitans dicitur absens, *Roit. dec.* 589.

* *Limit.* 1. si citatus non visus fuerit eadem die, vel antecedenti, qua præsupponitur commissum delictum, ob presumptam calumniam, *dec.* 589.

Sublim. limit. 1. quotiescumque abbreuiatur annus datus ad comparendum, tunc absentia verisimilis videtur, *dec.* 589.

Limit. 2. vt absentia admittatur, fisco, & quærelanti est intimanda, qui respondeant, *Ric. dec.* 589.

Limita. 3. absentia probanda est; in dubio enim præsentia præsumitur, *Roit. dec.* 589.

* 4. neque pater admittitur pro filio absente citato ad informandum de delicto, *dec.* 327.

Ampl. d. limit. 4. maximè si constat ex informationibus filium deliquisse, exceptio enim absentiæ dicitur temeraria, *d. dec.*

Amp. 2. si statim cõmisso delicto fuit citatus, *d. dec.*

Amplia. 3. etiam si fuerit citatus post aliquot dies: quia præsumitur post completam informationem, *d. decision.*

Ampl. 4. maximè si fuit citatus personaliter, *d dec.*

Ampl. 5. & præsentia filij probatur per informationem extra delictum captam, & ipso ad illum actum non citato, *d. dec.*

Sublimit. d. 4. *limit.* nisi fuerit citatus post aliquot menses, *d. dec.*

Amplia. dec. 232. pro clerico citato ad foriudicandum agnatus allegans absentiam, vel quilibet procurator impedit, ne ad vlteriora procedatur, *decis.* 329.

Limit. 1. hanc ampliat. nisi citetur clericus ad informandum, *d. dec.* 329.

2. nisi citatus fuerit clericus, vt laicus, & inde forbannitus, *d. decis.*

3. bullæ clericatus non acceptantur in forma iudicij, sed ad iudicis instructionem, *d. dec.*

4. Citatio contra clericum non est concedenda nisi visa informatione, & stantibus indicijs ad torturam, *d. decis.*

5. nisi extent prædicta indicia contumacia erit nulla, *Visc.*

6. neque procurator allegare potest pro absente homicidium commissum fuisse in personam foriudicati, *dec.* 314.

Sublimita 1. *limit.* 6. procurator potest petere indulgentiam, *d. decis.*

2. ad opponendum de indultu generali, secus de speciali, *Amend.*

3. Si pro criminali causa ciuiliter agatur ad pœnam pecuniariam, *Ric.*

4. Si in ea causa possit proferri sententia dessinitiua, *Ric.*

5. Si agatur de delicto inferente penam relegationis, *Ric.*

6. ad opponendum iudicis incompetentiam. *Ric.*

7. in muliere, & vniuersitate, quæ in criminalibus procuratorem constituunt, *Ric.*

Absolutio.

* Absolutus, & relaxatus sub fideiussoria cautione de se præsentando non potest inde molestari ab eodem iudice, sub prætextu erroris decreti liberatorij, aut fisci non auditi, *dec.* 398.

Actuarius 1.

* Non debet esse illius loci, in quo exercet officium sed aduena, *dec*. 98.

Limita 1. nisi esset per modicum tempus, *dec*.

2. in villis, & paruis terris, nam difficile est inuenire extraneos, qui accedant ad villam, *Ric*.

3. in Locumtenente, *Ric*.

Ampla 1. in quocumq; officiali, qui non potest esse in propria patria, *Am*.

2. licet eligatur nõ potest cogi ad exercendũ, *Am*.

3. etiam stante necessitate, *Am*.

4. Nec etiam ab ipso substitutus, *Am*.

Actuarius 2.

Prohibito actuario ne recipiat instrumenta pro eo, cuius est vassallus, sub pęna annullationis instrumenti, non prohibetur in curia pro eodem apud acta recipere obligationes, *dec*. 118.

Limita, in testamentis, & codicillis, *Am*.

Accusatio.

* De morte competit iurę sanguinis, non hæreditario, *dec*. 611.

* *Amplia* 1. Et in ipsa filij præferuntur matri, *ad limit*. 1. *sororem. C. de his quibus, vt indig. decis*. 382.

2. Nec est necessaria remissio vxoris pro morte viri, sed sufficit legitimi hæredis cui successio defertur, *Visc. dec*. 382.

Limita. 1. Filia, quæ renunciauit, aut est exclusa non habet ius accusandi licet sit de sanguine, *Ric. dec*. 611.

2. Vxor præfertur si filij in alio tribunali quęrelam fecerint, quàm in tribunali querelæ vxoris, *Am. dec*. 382.

3. Filiorum remissio de morte matris ab eorum patre occisæ non prodest, *Visc. d. dec*.

Aditio 1.

* Inducitur ex sola cessione hæreditatis, *l. si auiæ. C. de iur. delib*. & ideo non tantum validitas cessionis ex ea sequitur, sed etiam vt cadens teneatur ad omnia ea, ad quæ hæres simpliciter adeundo teneretur, *dec*. 32.

Aditio 2.

* Adeundi ius non potest cedi, *l. si mulier*, §. *ex asse. ff. de iur. dot*. & aditio non præsumitur, quia est quid facti, *l. pro hærede. ff. de Acquir. hæred*. & probatio incumbit dicenti aditam hæreditatem: quæ aditio non probatur per testes singulares aut de auditu, vel per mandatum de adeundo, *dec*. 60.

Amplia. 1. Nec probatur ex confessione hæredis asserentis aliquem esse hæredem, nisi hic contestetur super tali libello, *d. dec*.

2. Nec aditio presumitur licet hæreditas sit opulenta, *d. dec*.

Limita 1. Per facta etiam præparatoria ad adeundum, probatur aditio, *Ric*.

2. Solo animo hæreditas aditur, & per declarationem per verba factam probatur aditio, *Ric*.

Sublimita limit. 2. Sed verba debent esse clara, dispositiua, & nullam dubitationem habentia, *Ric*.

Limita 3. Additio probatur per scripturam, etiam inualidam, *Ric*.

Sublimita limit. 1. In filio intentante quærelam, *Ric*.

Limita 4. Per cessionem bonorum probatur, *Ric*.

Amplia limit. 4. Licet cedens protestetur se non intelligere per talem actum adire hæreditatem, *Ric*.

Limita 5. Transigendo cum legataris, vel alijs creditoribus, *Ric*.

6. Si eleemosynas det pro defuncto ex ipsius rebus non necessarias, ex necessitate, *Ric*.

7. Habitatione domus paternæ, *Ric*.

Sublimita limit. 7. In vxore à viro hærede instituta, *Ric*.

8. Per solutionem æris alieni hæreditarij, *Ric*.

9. Per possessionem hæreditatis, etiam si res esset communis cum possidente, *Ric*.

10. Quotiescunque quis aliquid agit in bonis defuncti, *Ric*.

Adulterium.

* Eius actio competit etiam fratri mariti, *per l. quamuis. 2. C. de adult. dec*. 94.

Ampl. 1. Si concurrat incestus, *d. dec*.

* 2. Si non tamquam fratri, saltem tamquam hæredi, stante conquestu viri in vita, cuius pœna est mors, *dec*. 240.

* 3. Et hæredes viri possunt excipere de adulterio contra vxorem repetentem dotes, dummodo probent virum in vita cóquestum de ipso fuisse, licet iudicialiter quærelam non proposuerit, *dec*. 184.

4. Sufficit etiam, quòd ipse vir, & pater expulerint vxorem reprobando ipsius mores, licet adulterium scirent, & maritus tempus accusandi habuerit, & tacuerit, *Am. dec*. 184.

5. Et ob illius quærelam solam matrimonium separatur, licet fęmina fuerit absoluta. *Am. d. dec*. 94.

Limit. 1. In eius actione non debet capitulari publica vox, & fama, nam propria scientia probaretur, & consequenter lenocinium, *Ric. dec*.

2. Et d. actio quo ad accusandum adulterum quinquennio præscribitur, & respectu adulteræ, seu mensib. vtilibus, quorum duo dantur marito, vt marito reliqui quattuor marito, vt cuilibet alteri, *Ric. d. dec*.

Sublimita limit. 2. dummodo sex menses non excedant quinquennium *Ric. d. dec*.

Ampl. limit. 2. & quinquennium currit ab vltima vice commissi adulterij, non à prima, *Ric. d. dec*.

Sublimita 2. *d. limit*. 2. quinquennium intelligitur quoad pœnam corporalem, sed ad separationem semper competit marito, *Ric. dec*. 94.

Aduocatus 1.

* Non debet recipi in testem pro eo, in cuius fauorem patrocinatur, *l. fin. ff. de testib*. sed sic pro cõtraria parte debet deponere, *glo. in l. etiam. C. de testib*. in ijs scilicet, quæ fit vt testis non vt aduocatus, *dec*. 222.

Amp. 1 Nec iudex esse potest in causa, pro qua patrocinatus est, sed in simile sic, *Am*.

2. Et si efficiatur assessor illius causæ, pro qua patrocinatus est debet eam delegare, non tamen sententia erit nulla, si pronunciet. *Am*.

3. Neque testis esse potest in causa appellationis eiusdem *Ric*.

Limit. 1. Nisi prius fuerit examinatus postea in aduocatum susceptus. *Ric*.

Amp. hanc limit. Etiam si fuerit pactus de salario, si nondum cepit patrocinari, *Ric*.

Limit. 2. Admittitur in subsidium ad iudicis informationem, maximè in ijs, quæ sunt difficilis probationis inspectu qualitatę personæ, *Ric*.

Aduocatus 2.

* Qui pactus est certam mercedem in casu victorię partibus transigentibus non potest integram petere, si trãsactio non in fraudẽ, sed bono cõsilio

filio ob dubium litis facta fuit, *dec.*265.

*Limit.*1. Salarium promissum debetur, etiam si partes se concordauerint, *Visc.*

2. Potest pacisci cum litigante in principio, vel fine causæ, vt sibi certa quantitas soluatur pro suo labore, vincat vel non, & de certo aliquo dando, si vincat vltra stipendium, modò sit moderatum, *Ric.*

3. Pacisci potest de habendo aliquam rem pro salario, de qua non est lis, *Ric.*

Ampl.dec. Et promissio facta de alia re, etiam cum iuramento non valet, *Am.*

Alienatio

Certę rei à fratre fratrem instituente prohibita, an censeatur permissa pro dotanda filia instituti. *ad authen.res qua.C.commun.de legat.dec.*241.

Alienatio 2.

* Rei ecclesiæ, vt in ipsius euidentem vtilitatem sine requisitis solemnitatib. non valet, *dec.*35.

*Ampl.*1. Alienatio rei ecclesiæ facta alicui pro se, & hæredibus, & successoribus sine requisito decreto, etiam re meliorata non valet, *Ric.*

2. Etiam si aliquæ solemnitates interueniant, dummodo læsio non adsit, *Ric.*

3. Nec creditur notario in instrumento afferenti, esse in ecclesiæ vtilitatem, *Ric.*

4. Et emptor rem prædictam ab administratoribus sine solemnitatibus prętium perdit, *Ric.*

5. Successor prælatus potest reuocare alienationem à prædecessore factam sine solemnitatibus, licet sit vtilis, *Ric.*

6. Etiam iuramento apposito de non reuocando, *Ric.*

7. Nec sufficit temporis cursus ipsa facta sine solemnitatibus, licet in euidentem vtilitatem. *Ric.*

*Limita.*1. ecclesia res inutiles, & onerosas alienat. *Am.*

2. Res iam alienabiles effectas, *Am.*

3. Quando in remunerationem laboris, & obsequij dantur res ecclesiæ alienandi prohibitio cessat, *Am.*

Alimenta 1.

* Debentur ab hæredib. iuri viduæ, vel eius hæredibus pro integro anno licet ipsa intra annum moriatur, *l.à nobis, & in l.in singulos.ff.de ann.legat.dec.*155.

* *Ampl.* 1. debentur mulieri ab hæredibus extraneis viri, etiam pro primis sex mensibus, si ipsa non habet, vnde se alat, non obstante consuetud. Neapol. nec dotem extenuant, *dec.*489.

Limita 1. *ad ampl.* est tamen in electione hæredum, aut totius dotis solutio, aut alimentorum pręstatio, *dec.* 489.

2. Debet interim mulier hęredibus operari, aliàs pretium operarum quas facere potuisset deducitur, nisi eius conditio operari non patiatur, *Am.dec.*489.

3. Mulier habens multum de vino illud vendat, & panem emat, & sic dicetur habere, vnde se alat. *Am. d dec.*

4. Sed dicta alimenta recipiens intra annum sibi præiudicat in solutione interesse dotis, *dec.*338

5. Legata cum conditione, si cum filijs steterit, non debentur semel discedenti, si deindè reuertatur, *Ric.dec.*489.

Ampl 2. debita ex prouisione hominis, intelligitur de præsentibus, futuris, & præteritis, ab hæredibus hæredum, & per hæredes hæredum petendas. *Am.dec.*489.

Alimenta 2.

* Frater diues tenetur alere sororem pauperem, *l. qui filium,ff.vbi pup.educ.deb.* & fratrem egenum, *gl.si quis à liberis §.vtrum ff.de lib.agnosc.* sed limita nepotem, aut pronepotem non teneri ad alimentandum patruum, *dec.*178.

*Ampl.*1 & fratrem naturalem, *Am.*

2. Et sororem consanguineam, & vterinam, *Ric.*

3. Fratrem de patre malè meritum, *Ric.*

4. Vel exheredatum, *Ric.*

5. Etiam si frater graue delictum in patrem commiserit, *Ric.*

6. Et clericus ex fructib. ecclesiæ tenetur alere, *Ric.*

7. Licet frater diues pupillus esset, ætas enim non excusat, *Ric.*

8. Non solum alere fratrem, sed vxorem, & eius filios, *Ric.*

9. Etiam ex feudis alimenta debentur sorori, *Ric.*

10. Donec nubit occasione paragij sibi debiti, *dec.*559.

11. Etiam si patre mortuo frater restituerit dotem matri ex qua filia se possit alere, *d.dec.* 559.

12. Et alimenta præterita sunt præstanda, *d. dec.* 559.

Limita 1. hæc non procedunt, quando aliquis ex ascendentib. aut descendentib. superest, *Ric. dec.*178.

2. Sub nomine alimentorum ea continentur, quę ad vitam sustentandam sufficiunt, non quæ à parentibus ex pietate erogantur, vt sumptus studiorum, *Ric.dec.*178.

Sublimita. limit. 1. si ascendentes possunt alimenta subministrare, secus verò, *Ric. dec.*178.

Alimenta 3.

* Præterita non possunt peti ab vno hæredum in solidum, futura sic, *ad limit. l.3.ff.de alim.& cib. leg.* quæ limitat, *l.pro hæreditarij. C.de hæred. act. dec.*203.

Ampl. quod dicitur de alimentis in dote, pro qua quilibet in solidum tenetur, *Am.*

Alimenta 4.

* Pater tenetur filium alere, *l.si quis à liberis. §.1.ff. de lib.agnosc.dec.*576.

*Ampl.*1. etiam de fructib. in quib. vsumfructum ex persona filij habet, *d.dec.*

2. Et si fructus non sufficiunt, bona sunt vendenda, *d. dec.*

3. Et ita demum habere potest vsumfructum, si paratus sit ex eo filium alere, *Roit.*

4. Neque remittere potest vsumfructum acceptatum, vt ab onere alendi se eximat, *Roit.*

5. Filijs naturalib. debentur alimenta, *Non.*

6. Et filio vxorato, *Non.*

7. Et bannito, *Non.*

8. Et monasterium ingresso, *Non.*

9. Et filio immorigerato, seu inobedienti, *Non.*

10. Et ei qui adhuc in vtero est, *Non.*

11. Et hoc onus transfertur in creditores adiudicantes patris vsumfructum, *Non.*

12. Et in tertium patris bonorum possessorem, *Non.*

* 13. Et nolenti ex iusta causa cum patre morari ex consuetud. Neapol. dummodo patri bona sufficiant, *dec.*336.

14. Fiscus accipit bona cum d. onere, *Non. dec.* 576.

* 15. Auus debet nepotem spurium ex filio legitimo,

mò, & naturali alimentare, *dec.686.*

16. Et spurio seorsum habitanti sunt præstanda alimenta, *Ric.dec.336.*

17. Et à matre debentur subducto patris subsidio, *Ricc.dec.336.*

*Limit.*1. nisi,& pauper sit pater,vt vix se alere possit, *Nou.dec.576.*

2. In quibus casibus potest filius exhæredari, in ijs d.& alimentis priuari, *Nou.d.dec.*

3. Proprietas non est vendenda pro alimentis, *dec.336.*

4. Mater, quæ per triennium tenetur filium alere ob paupertatem excusatur, *dec.336.*

5. Si totum patrimonium consistit in pecunia, vel mercib. non est minuendum,*Ric.d.dec.336.*

6. Non tenetur pater consignare dotem filio seorsum habitanti, si diues sit, *Ric. d.dec.*

7. Non debet quis sibi victum coarctare, vel negotiari, vt alterum alat, *Ric. d.dec.*

8. Non debentur à filio parentibus, si nullam, sint artem edocti, *Ric. d.dec.*

9. Ista alimenta debentur iuxta redditum, deducta legitima filiorum, & onerum, *Am. dec. 336.*

Alimenta 5.

* Præterita non debentur, quando iudicis officio petuntur nisi sit ęs alienū contractum,*dec.605.*

Limit. 1. alimenta debita post litem motam,inter futura habentur, ideoque non requiritur, vt æs alienum contrahatur, *d. dec.*

2. Hæcque debentur matri succedenti filio spurio, qui non habebat vnde se aleret, *d. dec.*

* Qui lite pendente obtinuit restituere non debet, si inde succumbat. *ad l. 1. §. interesse. ff. si mul. ventr.nom. dec. 614.*

Amp. 1.etiam si cauerit de restituendo, *d. dec.*

2. Fideiussio in tali casu non est necessaria,*d.dec.*

3. Vxor non tenetur restituere alimenta, quæ ventris nomine accepit, si prægnans inde non reperiatur, *Roit.*

4. Si pendente lite fuerunt taxata,posteà ad minus moderata illud plus acceptum non est restituendum, *Roit.*

Limit. 1. in alimentis receptis vigore alicuius sententiæ, quæ in reclamatione reuocata fuit, *d. dec.*

Ampl. hanc limit. maximè, si pro sententiæ executione præstita sit fideiussio, *d. dec.*

Limit. ampl 2. nisi constet de calumnia alimenta petentis, nam cogi potest ad cauendum, *Ric.*

*Limit.*3.in extraneo, qui alimenta,& litis sumptus receptos restituere tenetur, *Ric.*

4. Nisi cautum sit de restituendo his verbis, quatenus ad id de iure adstrictus sit, *Roit.*

5. In ijs personis quibus de iure naturæ pro alimentis non tenemur, *Roit.*

*Amp. limit.*5.& ab his est præstanda fideiussio,nec sufficit iuratoria, *Roit.*

6. Non sunt lite pendente ei præstanda, qui potest ab alijs alimentari. *Roit.*

Alimenta 7.

* Pupillus non debet educari apud matrem transeuntem ad secundas nuptias, *l. 1. C.vbi pupill educ.deb.* nisi mater non sit ei successura,& vna cum vitrico sit honestæ vitæ, *dec.350.*

*Limit.*1. potest educari, si ipsa ex statuto aliqua in parte succedat, *d.dec.*

*Ampl.*1. & si adsint substituti penes ipsos non est educandus, *Am.*

2. In filia, quæ non vbi vult,sed potius vbi pater iusserit debet ali. *d.dec.*

Appellatio 1.

* Conuinctus, & confessus non appellat. *l.2.C.quorum appell.* nisi delictum cum qualitate ipsum minuente fateatur, *dec.556.*

*Limit.*2.Nisi alleget iustam causam, *Roit.*

3. Non modò quando confessio est qualificata, sed etiam quando absoluta,& spontanea,*Roit.*

4. Hic non potest pœna ordinaria puniri, *d. dec.*

Appellatio 2.

Magna curia obtinuit, vt ab ipsius decreto non appelletur, quod quando, & quibus in casibus procedat, *dec. 120.*

Appellatio 3.

* Cùm appellatur à Magna Curia habēte preeminentiam torquendi reos ex processu informatiuo ad S.C.partes d.Cons. erunt cognoscere an adsint inditia sufficientia ad torturam,non verò an sit casus, in quo debeat, vel non concedi dispensatio pro tortura interēda, *dec.143.*

Appellatio 4.

* Licet pendeat à decreto habilitationis à iuramento ad finem agendi non impedit ad vlteriora procedi, *dec. 602.*

Limita. Si sit appellatum ante sententiam excommunicationis, *d. dec.*

Appellatio 5.

Appellationi interpositę per quęrelantem reo absoluto potest tacitè, vel expresè ab ipso renunciari in præiudicium fisci. *ad rub. C. si vnus ex plur. dec. 658.*

Declara. Vti fiscus non potest appellare; secus verò, *d.dec.*

Appellatio 6.

Appellatus potest petere confirmationem sentētię pendēte adhuc tēpore appellandi, *dec.661.*

Ampl. Et in criminalibus reo scilicet appellationem non prosequente,fiscus per confirmatione instat. *d.dec.*

Appellatio 7.

* Ibi expediri debet, vbi causæ incidentia expedita fuere ex reg. pragmat.*dec. 528.*

Ampl. Si causa principalis fuerit summaria, ita & appellationis, *Am.*

2. Si principalis fuerit iunctis aulis expedita,ita & appellatio. *Am.*

* 3 Et ipsa est eiusdem naturæ, cuius principalis, neque longiores terminos habet,*dec. 520.*

Appellatio 8.

* Si prohibeatur à sententia continente infra certā summam, & à sententia libertatis prohibetur, scilicet quando seruus fuit ęstimatus, *dec. 432.*

* *Limit.* 1. & in causa libertatis datur reclamatio, *decis.684.*

2. Appellatio tamen datur ab incidentibus causæ, à cuius sententia diffinitiua non datur,*Ric. decis.432.*

* 3. Non appellatur à decreto declarante iudicem suspectum vel non, sed sic ab incidentib. coram d. iudice suspecto, si ea grauamen in sententia irreparabile contineant,*decis.408.*

4. Nec à sententia condemnatoria super mercede famuli quoad retardandum solutionem, sed sic, quoad causæ deuolutionem,*Am.*

Appellatio 9.

* Vnius prodest & alteri non appellanti, si sententia vnum tantum caput contineat, vel plura connexa,*l amplioremm in princ.C.de appel.glos. in nu.in-*

Assensus 5.

Eadem die, qua fuit facta venditio expeditus, ipse præsumitur præcessisse. *dec. 649.*

Ampl. è clericatus præsumitur præcessisse collationem ead. die factam, *Ric.*

Assensus 6.

* Registratio post mensem facta refutationum in proximè successuros valet, quia assensu non indigent, & ad abundantem dicitur impetratus, *dec. 663.*

Assensus 7.

* Cautela est; qui differt in id consentire, ad quod ex sententia tenetur, declaratur à Iudice pro consentiente, *per l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matrim.* vel pignora capiuntur, & distrahuntur. *l. si quis à liberis. ff. de lib. agnosc. dec.* 310.

Bannitus. infra. *Exilium.*

Bellum.

* Restitutio rerum captarum in bello ab hostibus, quæ fuerunt amicorum, non est ipsis dominis facienda, si ex interuallo d. res recuperatæ sint, scilicet, quando iam hostes erant cum rebus captis in tuto, secus si incontinenti, & antequam hostes se in tuto reciperent, vel insequentib. eos amicis etiam intra præsidia *ad l. 1. ff. de acqu possess. dec. 268.*

Bancherius. infra. *Mercatura.*

Carcer. 1.

* Iniustè carceratus, si relaxationem obtineat non potest ad creditoris instantiã detineri *dec.* 415

Amplia, si ex scripturis, ex quib. recommendatur non potest iuste capi. *d. dec.*

Carcer. 2.

Sub securitate captus ante omnia est in pristinam libertatem reponendus, *dec.* 590.

Carcer. 2.

Ampl. 1. neq. potest eius recognitio fieri in criminalib. *d. dec.*

2. Si tempore capturæ nihil contra eum constabat. *d. dec.*

3. Si testes sint recepti eo non citato, *d. dec.*

4. Si non est certum actionem esse tempore perituram, *d. dec.*

* 5. Et condemnatus, seu foriudicatus sententiam nullam dicere potest. *decis.* 673.

Limit. Nisi tempore securitatis deliquerit. *dec.* 717.

Carcer. 3.

* Pro se redimendo à captiuitate bona venduntur inuitis coniunctis, & filijs captiuorum. *§. si quis de prædictis gl. ver. debitis auth. vt cum de appel cog. d.* 190.

Ampl. 1. homines regni sunt redimendi de eleemosynis, *d. dec.*

2. Clerici, & Religiosi sunt prius redimendi tamquam digniores, *d. dec.*

3. Pueri, & adolescentes, seu mulieres tamquam fragiliores, *d. dec.*

Limitat. 1. Sed pro redimendis ciuib. non licet tempore belli prohibitas merces ad infideles deferre, *Am.*

2. Redemptus tenetur redimenti pro satisfactione. *Am.*

Carcer. 4.

Carceratus ea omnia opponere potest, quæ reiecta fuerunt, quando citatus fuit ad foriudicandum, *dec.* 674.

Carcer. 5.

* E carcerib. fugiens, indeque effectus Religiosus pro iisdem delictis ab Ecclesiastico punitur, *dec.* 709.

Ampl. 1. Etiam si effracto carcere aufugiat, *d. dec.*

2. Etiam si cauerit de non fugiendo, vel iurauerit, *d. dec.*

3. Idem si è manib. iustitiæ aufugerit, *d. dec.*

Limit. 1. Nisi persona fuerit præuenta, susceptis, scilicet ordinibus dum erat in carcere, *d. dec.*

2. Nisi ipsamet Ecclesia, è carcere, vel iustitiæ manibus eripiat, *d. dec.*

3. Quo ad districtionem personalem pro delictis tantum antea commissis, *d. dec.*

Carcer. 6.

* Eximens captum pro debito ciuili è manib. ministrorum Iustitiæ, *l. Iul. de vi priu.* crimen committit, ideoq; ad interesse partis, & ad triremes per biennium, si sit plebeius, condemnatur, *dec.* 442.

Ampl. 1. Etiam morte punitur, *Am.*

2. Licet exemptus iterum capiatur, *Am.*

3. Et debitorem fallitum recipiens, *Am.*

Limit. 1. Nisi indebitè, & de facto captus fuerit. *Am.*

2. Pater filium eximens non tenetur, *Am.*

3. Item si eximat à casu irretractabili.

Carcer. 7.

* Carceratus non potest petere se liberari virtute eius, quod scriptum reperitur super processu, & in libro, vbi decreta describuntur, notatum per manum Iudicis, quòd ipse inquisitus sit liberandus media cautione, *dec.* 185.

Cessio 1.

* Cessionarius pro rata ei cessa concurrit cum cedente pro residuo ipsi debito in bonis debitoris cessi. *dec.* 260.

Cessio 2.

* Cessionarius primus cum assensu præfertur secundo, qui habuit cessionem cum assensu, post scilicet cessionem, & ante assensum prioris, *dec.* 75.

Cessio 3.

* Cessionario iuris congrui vna cum ipsa re competit vendicatio rei collateralis venditæ, *dec.* 242.

Limita. si cessio est vera, secus si simulata, *Am.*

Citatio 1.

Vt valeat, coram testib. vel publica persona fieri debet, *dec.* 560.

* *Ampl.* 1. Et facta contra absentem ad omnes, & singulos actus, vel ad totam causam non sufficit pro expedienda sententia, nisi addatur, quòd procedetur prout iuris fuerit, & non comparente ad sententiam, & eius executionem inclusiuè. *decis.* 457.

2 Ad sententiam vt sit valida, & intra X. dies possit appellari, personaliter, vel domi fieri debet. *Ric. d. decis.* 457.

3. Tam in ciuili, quàm in criminali debet fieri coram testib. *Ric. d. dec.*

4 Ad dicendum non est omittenda, licet data sit facultas procedendi omni solemnitate omissa, *Ric. d. decis.*

5. Eademque citatio ad dicendum fieri debet in sententia interlocutoria, *Ric. d. dec.*

6. Estque necessaria citatio in electione agrimensoris, vel calculatoris, *Ric. d. dec.*

7 Efficitque sententiam nullam, nisi proferatur eadem die citationis, *Ric. d. decis.*

8 Citandum etiam est pro delatione iuramenti suppletorij, *Ric. d. decis.*

9. Et

9. Et debet esse cum peremptorio, vt sententia sit valida. *Ric.d.dec.*

Limita ampl.7. Nisi procurator ad totam causam citatus fuerit, *Ric.d.decis.*

Citatio 2.

* Facta inquisito ad foriudicandum ad domum quam, olim habitabat, si de præsenti alibi cum familia habitet nulla est, etiam pro eo agnatis comparentib. *dec.514.*

Limita 1. Nisi aliunde se cum familia post commissum delictum transtulerit, *Ric. d. dec.*

2. Si domus diruta sit, citatio in locis frequentatis facta valet. *Ric.*

Citatio 3.

* Nuncio referenti se citasse domi modo, & forma sibi commissa valet, licet non addiderit solitæ habitationis, pro vt sibi in citatione commissum fuerat. *dec.322.*

Clericatus 1.

* Clericus effectus pendente termino relegationis illaque non seruata, à Iudice Ecclesiast. puniendus est, *dec.395.*

Ampl. 1. Si clericus durante relegatione fiat laicus, etiam ab ipso Ecclesiastico puniendus, *Ric.*

* 2. Si post delictum commissum clericales ordines suscipiat. *dec.384*

* 3. Et fugiens à carcerib. si postea clericus efficiatur, *dec.709.*

Limitat. Nisi præuenta sit persona, *d.decis.709.*

2 Post contumaciam, & sententiam foriudicationis in causa homicidij à seculari puniendus, *dec.209.*

Clericatus 2.

* Clericus ab Episcopo loci delicti, licet aliam Diœcesim habeat, punitur, *dec.37.*

*Amp.*1. Licet nullam iurisdictionem in delinquentem habeat *d. decis.*

2. Etiam si delictum sit in vno loco tractatum, & in alio commissum, & idemet occiderit, qui tractauit. *d.decis.*

Limita. Nisi preueniatur ab Episcopo originis, vel domicilij. *d.decis.*

Clericatus 3.

* Clericus pro graui, & facinoroso furto degradatur, & remissus seculari curię ad mortem damnatur. *decis.571.*

*Ampl.*1 & in hæresi, falso, & conspiratione contra Episcopum degradatur, *Roit.*

2. In crimine læsæ Maiestatis humanæ. *Roit.*

3. In homicidio cum assassinio etiam non secuto effectu. *Roit.*

4. In receptatore, vel defendente talem assassinum. *Roit.*

5. In sacrilegio commisso in personam Cardinalis. *Roit.*

6. In omni homicidio qualificato, & proditorio. *Roit.*

7. In omni delicto damnabili, ex quo publicum scandalum sequatur. *Roit.*

8. In crimine assassinij executio fit sine degratione. *d.decis.*

9. Et in atrocissimis delictis contra patriam, aut enormissimè patratis. *d. decis.*

Clericatus 4.

* Clerici regulares sunt capaces bonorum immobilium communi. *decis.14.*

Clericatus 5.

* Clericus per nulla iura trahitur ad iudicium sæculare. *Auth.statuimus. C.de Episcop. & Cler.* nec pro crimine læsæ maiestatis. *decis.691.*

*Ampl.*1. Nec pro falsa moneta. *d.decis.*

* 2. Nec potest agere iure congrui contra laicum in foro sæculari, iuxta consuetud. Neapol. & è contra. *decis.285.*

* 3. Beneficiatus, & primæ tonsuræ, detentus ob homicidium coram sæculari, pro resolutione quæstionis inualiditatis ordinum, & illegitimationis est remittendus Ecclesiastico. *decisio.189.*

*Limit.*1. Nisi habeat bullas notoriè falsas, & de his cognoscit sæcularis. *Amp.d.decis.189.*

2. Ratione feudi subiacet sæculari. *d. decisio. 691.*

3. Bona quæ non sunt de eius patrimonio, si de lęsa Maiestate damnetur ad laicum pertinent. *Roit.*

Clericatus 6.

* Clericus agens possessorio retinendæ coram Iudice sæculari, coram eodem in petitorio reconueniri potest, nec sit remissio. *decis.193.*

Ampl. Clerico nolenti in tali iudicio respondere posse denegari audientiam. *d.decis.*

*Limit.*1. Reconuentionem esse admittendam tantum in causa ciuili, non verò spirituali, vel spirituali tantùm adnexa. *d.decis.*

2. Reconueniri potest, sed in reconuentionali condemnatus non potest carcerari. *Am.*

3. Non reconuenitur quando agitur remedio capitulorum Regni. *Am.*

* 4. Nisi actioni, & liti intentatæ renunciet. *decis. 349.*

5. Sublimita, nisi ante renunciationem fuerit reconuentus. *d.decis.*

* 6 Reconuentus post conclusionem in causa est remittendus, si ita petat. *decis.376.*

Ampl. 2. Post publicationem reconueniri potest. *Am.d.decis.349.*

Clericatus 7.

* Clericus non obstante Neapo. consuetud. vetante quem disponere, nisi de medietate bonorum antiquorum de omnibus disponere potest. *decis.411.*

Clericatus 8.

* Clericus pro bonis Ecclesiæ, & pro offensa in eius personam habet fori electionem, non verò pro bonis proprijs.

Ampl. Neque ad effectum hypothecæ habet item priuilegium cum bonis Ecclesiæ. *Roit.*

Clausula

Vnica solutione contentus vnde desumpta fuerit. *decis.305.*

Collecta 1.

Incolę castri existentis in territorio alterius ciuitatis non possunt cogi ad solutionem collectæ impositæ in ciuitate sed possunt inter se ipsos in castro soluere. *decis.2 ...*

*Ampl.*1. Si iam adsit consuetudo ita faciendi, *d. decis.*

2. Collecta non debet solui à possessoribus feudi redacti à feudali natura in burgensaticum vniuersitatibus in quarum territorio feudum illud erat situm, *Am.*

Collecta 2.

* Exactio annua certarum vnciarum soluta per subditos per 40. & vltra annos Baroni, in futurum etiam debetur vbi ex instrumentis apparet aliqua eius iuris mentio exigendi, *deci-*

Con-

sio.56.

*Ampl.*1.d.exactio etiam minori spatio 50. an.præscribitur, quando allegatur titulus,*d. decis.*

2. Etiam si collecta fuerit concessa pro aliqua causa, quæ deinde sublata sit,si cessante causa solutio continuata fuit, *d. decis.*

Limit. Nisi exactio pendeat à mera voluntate soluentis, quo casu præscribi non potest, *Ric.*

Colonus

* Partiarius non diuidit fructus cum emptore sed habet retentionem pro melioramentis, & actionem personalem contra dominum,*decisio*. 334.

Compensatio,

* Et retentio non dantur contra dotem, sed eius interesse, *decis.*642.

*Ampl.*nec contra eius fructus, *d.decis.*

Conductio 1.

* Conductor molendinorum prioris anni tenetur ad interesse conductori sequentis anni,pro eo quòd malitiosè fecit anticipare molitiones in præiudicium eius, *decis.*96.

Ampl. 1. In colonis erodentibus fundum vt sequenti anno fructus corrumpantur,*d.decis.*

2. In rusticis non benè putantibus vineam multa capita dimittentibus, vt vberius vinum accipiant, *d.decis.*

3. In colonis qui cùm pars feudi debet seminari, & altera quiescere, totum seminant, *d. decis.*

4. In hæredibus prelati morituri,qui fructus immaturos colligunt, *d.decis.*

5. In vsufructuario qui in fraudem proprietarij immaturos quoque fructus colligit,*d.decis.*

6. In proregibus,& gubernatoribus, qui in præiudicium successorum non possunt creare officiales in officijs vacaturis, *Am.*

Conductio 3.

* Conductor primus non est secundo præferendus. *dec.* 406.

Limita 1.Per l.congruit. C. locat. quæ loquitur in prædijs fiscalib. *d.dec.*

2. Per c.ad aures. de reb.Eccl.non alien. quæ loquitur de reb.Ecclesiæ, *d.dec.*

3. In colono rustici fundi, secus in inquilino. *Am.*

4. Nisi colonus fundos steriles ad culturam redegerit. *Ric.*

5. Nisi legitima causa adsit locandi potiùs veteri,quàm nouo, *Ric.*

6. Etiam in conductore Ecclesiæ de æquitate. *Ric.*

Ampl. limit. 3. Dato quod antiquus præferatur, nouus non habet refectionem damnorum contra dominum, *Ric.*

Ampl. 2. Per l.ne cui, quæ generaliter antiquum expellit, & nouum acceptat, *d.dec.*

3. Scholaris etiam potest expelli,*Am.*

4. Per d.l. si nouus sit magis idoneus facultatis, conditionem locantis meliorem faciat,non tã respectu pretij,quàm facilioris solutionis, opportunitatis loci, & personæ idoneitatis, *Ric.*

5. Si antiquus conductor fuerit semper morosus in soluendo, *Ric.*

6. Tàm in vrbanis, quàm in rusticis, *Ric.*

7. Etiam si antiquus expensas fecisset in disboscando, *Ric.*

8. Nec pacto impeditur quin nouus veteri præferatur, saluo semper interesse, *Ric.*

9. Nec per l. congruit fiscales conductores præferuntur, nisi ostendat se pensiones soluisse, *Ric.*

* *Limita.* Per dec. 123. vbi & eius hæredes præferuntur cunctis alijs in relocatione rei per ipsos locatæ.

Ampl. hanc limit. Maximè si tantum velint dare quantum alius, *Am.d.decis.*123.

Conductio 4.

* Conductor absq; culpa locatoris, sed à tertio impeditus frui re conducta aliqua parte temporis conuenti,finito termino non potest continuare conductionem pro eo tempore, quo desijt frui, *dec.* 451.

Limit. Sed conductor impeditus ob spirituum timorem, & periculum potest relinquere rem conductam etiam non soluta pensione, *Ric.*

Ampl. 1. Et officiali non exercenti officium per annum integrum non suppletur salarium in anno sequenti, *Ric.*

2. Neque potest conductor rem conductam retinere pro damnis, & interesse passis, & patiendis ex eo quòd res sibi auferatur ante finitum tempus conductionis, & expelli potest per emptorem, nisi intercesserit iuramentum venditoris,& specialis hypotheca, *dec.*302.

3. Et expelli potest ab emptore licet res ad instantiam creditoris sub hasta vendatur, *dec.* 488.

Confessio 1.

* Delicti incidenter facta ab inquisito sufficit ad eum in penam eius delicti condemnandum, quando crimen confessum est connexum principali delicto, & super illo sunt ei datæ dilationes, *dec.* 240.

Confessio 2.

* Trium sociorum criminis furti contra socium sufficit ad condemnandum etiam si furtum fieret sine fractura, discassatione, vel discalatione, *dec.*570.

Limit. 1. d. confessio etiam in delictis exceptuatis non facit inditium ad torturam, *Ric.*

Ampl. limit. 1. Etiam si duo, vel plures deponant contra eamdem personam,maximè si sint singulares, *Ric.*

Limit. 2. Nisi d.confessio in tortura conualidetur. *Ric.*

3. Et ea tortura debet specialiter inferri pro confirmatione, *Ric.*

4 Nisi fiat coram nominato, & cum iuramento, *Ric.*

5 Neq; iudicium ad formandum inquisitionem facit, *Roit.*

6. Nisi socius contra quem fuisset tortus, nihil fassus esset, *decis.* 577.

9. Nisi tortura habita sit citra præiudicium indiciorum, nam pœna ordinaria in extraordinariam mutatur, *Roit.decis.* 377.

*Ampl.*2.Socius contra socium interrogari potest, quando per inquisitionem proceditur,& contra socium extant alia indicia; & est infamis. *Roit.d.dec.*570.

3. Quando per accusationem proceditur, *Roit.d. dec.*

4. In criminib.Reip.pestiferis,& quæ multitudinem lædunt, *Roit. d. dec.*

5. In crimine hæresis, maleficij,læsæ maiestatis, *Roit.d.decis.*

6. Falsæ monetæ, tonsurationis, assassinij, *Roit. d.dec.*

7.Si.

7. Simoniæ, & ad euitandum futurum damnum, *Rot.d.decis.*

Congruum 1.

* Ius congrui intentatur coram iudice loci rei sitę, non domicilij contractus, Actoris, aut Rei, *decis.389.*

Congruum 2.

* Competit, & ius congrui vicino pro emptione, & venditione, *decis.392.*
2. Quando fit concessio sub annuo censu redimibili in pecunia, *d.decis.*
3. Quando datur plus in pecunia, quàm sit valor census, *d.decis.*
4. Quando datur res cum aliquo onere, *d. decis.*
5. Quando solùm expressio census redimibilis fit in contractu, *d.decis.*
6. In venditione facta cum pacto de retrouendendo, Non.
7. In venditione fructuum pendentium, quia inter immobilia numerantur *Non.*
8. Non tantum in proprietate, sed & in vsufructu, verus proprietarius præfertur vicino in emptione, *Non.*
9. In venditione subhasta. *Non.*
10. Et pro gratificatione, *Roit.*
1. Et ex duobus vicinis ementi tamquam possidenti potius competit, & præfertur, *decisio.* 350.

* *Limit.* 1. Non habere locum in concessione vera in emphyteusim absque facultate affrancandi, *decis.392.*
2. Quando pro intratura aliquid soluitur, *decis.* 392.
3. Quoties venditur res sub conditione, si vicinus petat ius congrui, quod res sit inempta *d.decis.*
4. In venditione annui census constituti super domo, vel fundo, *Non.*
5. In venditione nulla facta à minore ob amissas solemnitates, *Non.*
6. Quando via est in medio, *Non.*
7. In Ecclesia, sed sic in laico ab ea emente, *Non.*
8. In permutatione, nisi detur species æstimata pro pretio, *Non.*
9. Et in permutatione cum refusura, *Non.*

* 10. Nuntius non habet ius congrui contra ciuem, sed textor sic, quia non est rusticus, *d.decis.337.*
* 11. Et illud intentās potest pęnitere, si sibi oblatum fuerit, nec cogitur acceptare, vel prętium soluere, *decis.346.*

Congruum 3.

* Qui iure congrui vendicat rem iam venditam soluto pretio, si de d.re vendita aliquid detractum, & pro rata pretium diminuendum, quia in venditione prima prætiosior res erat, *decis.* 390.

Congruum.

Vide cessio 3. & clericatus 5.

Constitutum.

In actione constitutæ pecuniæ creditor habet probare debitum, non obstante, quod quis se debitum alterius soluere constituat *ad l.1.§. 1. ff.de constit.pec.decis.343.*

Ampl. Hanc actionem procedere etiam ex promissione super præcedenti obligatione inefficaci. *Am.*

Contumacia 1.

* Contumax coram vno tribunali, si pro eadem causa coram alio agat in arbitrio iudicis est, vel audientiam negare, vel in causa procedere, *decis.271.*

Contumacia 2.

* Accusata pendente securitate inualidat sententiam foriudicationis, *decis.673.*

Contumacia 3.

* In ipsa accusanda, ne citatio circumducatur datus est mensis, scilicet de currenti mense factę citationis, & addendi sunt de sequenti dies, qui deficiunt, sicque non refert an sint 30. vel 31. *decis.471.*

Declara 1. Contumaciam non induci, nec litis pendentiam ob citationem circumductam, *Am.*
2. Mensis in appellationibus est triginta vnius diei, & in alijs solùm 30.

Copia.

Repertorum est danda inquisito ante litem contestatam, quando habuit testes pro repetitis, *decis.629.*

Limita. 1. Non dari fisco reluctante, *d.decis.*
2. In causis arduis, *d. decis.*
3. In famosis furtis, *d.decis.*
4. In crimine læsæ Maiestatis, nisi facta relatione Principi, *Roit.*
5. In generali inquisitione reo particulariter ex ea inquisito, *Roit.*
6. Nec neganti delictum, quod notoriè constat ab eo commissum fuisse, *Roit.*
7. Nec ante quæstionem, nisi petenti, *Roit.*

Ampl. 1. Dari vacillanti testi, si est torquendus. *Roit.*
2. Accusatori, *Roit.*
3. Accusato de hæresi, *Roit.*

Creditum 1.

* Creditor anterior, & expressam hypothecam habens prefertur creditori impensarum infirmitatis, & funeris, *decis.51.*

Limita. Nisi essent expensæ verè necessariæ, secus si vellet prodigaliter impendere, *d.decis.*

Amp. 1. Et habens nomen debitoris expresse hypothecatum prefertur alteri volenti compensare etiam apud se, *dec.53.*

* 2. Et anterior in pecunia redacta ex feudo præfertur licet non habeat assensum Regium posteriori habenti, nam pecunia ex re feudali non est feudalis, *decis.64.*

Limita. Nisi creditor habens assensum instet pro venditione rei feudalis, quo casu excluduntur tempore anteriores, non habentes assensum, *d.decis.*

Amp. si venditio fiat mediante pacto de retrouendendo, nam hypothecæ medio tempore extinguuntur, *d.decis.*

Creditum 2.

* Creditor anterior licet minoris quantitatis non potest cogi à creditore posteriore maioris summæ ad capiendum bona debitoris in solutum pro iusto pretio, *decis.82.*

Creditum 3.

* Creditores filij præmortui non habent actionem ad antephatum, quod in bonis dicti filij matri competebat, altero superstite filio, ad quem integrum deuoluitur, *decis.106.*

Creditum 4.

* Creditor habet condictionem indebiti contra legatarium, quando hæres, qui inuentarium non

non confecit, non est soluendo, decis. 246.

Creditum 5.

* Creditor soluenti pro debitore tenetur promittere creditum verum, & non exactum, sed non anterius, dec. 427.

Limit. Nisi vendatur res subhasta, quia si vult pretium debet promittere se anteriorem, & potiorem, *Ric.*

Ampl. Nec potest cogi creditor ad cedendum sua iura extraneo soluenti, *Am.*

Creditum 6.

* Creditores possunt conuenire recta via eum, qui se debitori obligauit ad satisfaciendum ipsis, dec. 273.

Limit. Seruato tamen tempore inter ipsos statuto, *d. dec.*

Ampl. Etiam contra ementem rem censui subiectam cum onere soluendi census, secus si sine onere, *Am.*

Creditum 7.

Creditores anteriores non possunt agere contra hæredem vti hæredem soluentem, neque contra possessorem ab ipso ementem, sed tantùm contra eos, quib. solutum est, *per l. fi. §. & si præfatam. Cod. de iur. deliber. dec.* 272.

Limit. 1. Si in confectione inuentarij omnes creditores citati fuerunt, ita vt ignorantiam prætendere non possint, *d. dec.*

2. Nisi hæres in solutione dixerit se soluere de pecunia propria, & obtinuerit à creditoribus cessionem iurium, nam tunc ipse tenetur, debet enim soluere, vt hæres cum beneficio, *l. d. dec.*

3. Nisi bona hæreditaria vendiderit hæres ei, qui non est soluendo, & hoc ignorat creditor, *d. dec.*

4. Possessor potest conueniri pro parte pretij soluta ipsi hæredi, debet enim apparere, quod pretium sit solutum creditoribus hæreditarijs, *d. dec.*

* *Cura.*

* Viri qui fuit declaratus prodigus non datur vxori, *ex Auth. matri, & auia. Cod. quand. mul. tut. off.* dec 348.

Ampl. d. auth. habet locum in cura licet de tutela loquatur, *d. dec.*

2. Neque vir potest esse curator vxoris mentecaptæ, *d. dec.*

3. Mater nec alia fœmina potest esse curatrix furiosi, *Am.*

Datio in solutum.

* Re pro executione laudi in solutum data, & euicta, non agitur ex laudo, neque ex datione in solutum si recipiens sibi antiqua iura reseruauit, sed primæua actione, *dec.* 50.

Ampl. 1. Prior hypotheca non extinguitur per dationem in solutum in causa dotis, & quando species pro specie datur, *Am.*

2. Si debitor det creditori nomen debitoris falliti. *idem.*

Debitum 1.

Contractum per hæredem an sit deducendum ex medietate tantum, de qua potest disponere, an verò de toto patrimonio, *dec.* 280.

Debitum 2.

* Debitor quantitatis potest dare bona in solutum ex beneficio, *Auth. hoc nisi debitor. C. de sol.* nisi eidem renunciauerit, *dec.* 81.

Limit. 1. Si cum iuramento renunciauit, *d. dec.*

2. Si omni legum auxilio, *d. dec.*

Ampl. d. limita. etiam si bona subhastarentur, & nullus emptor, vel iustus inueniretur, *d. dec.*

Ampl. 2. *d. limit.* & renuncians omni legum auxilio, continet etiam ne teneatur, nisi in quantum facere potest, *Am.*

Ampl. 3. *d. limit.* & comprehendit exceptionem cedendarum, *idem.*

Ampl. 4. *d. limit.* & renuncians tempore pacis, si bellum superueniat de illo videtur cogitasse, *idem.*

Ampl. 5. *d. limit.* Et per eamd. renunciationem sterilitas videtur remissa, *idem.*

Sublimit. d. limit. Non tamen includit speciale beneficium statuti, *idem.*

Ampl. dec. In hæredib. qui non possunt venire contra renunciationem iuratam à defuncto. *Ric.*

Ampl. 2. *dec.* Et in hæredib. cum beneficio inuentarij, non obstante, *l. fin. §. & si præfatam. C. de iur. delib. dec.* 83.

Debitum 3.

* Debitoris nomen iudicatur, vt de bonis existentibus in districtu, quando ibi degeret, & ibidem fuerit vindicatum, secus verò, *decision.* 93.

Debitum 4.

* Debitor repudians hæreditatis portionem sibi oblatam, in fraudem creditoris illud agere non dicitur, *dec.* 101, ad l. qui autem, ff. de his quæ in fraud. cred.

Ampl. 1. Et si debitor aliquod modicum acceperit, vt renunciet nulla actio creditori datur ad reuocationem actionis, sed tantùm ad illud modicum acceptum, si illud alteri remittat, vel cedat debitor, *d. dec.*

2. Lucrum quod defertur viro per statutum posse renunciari, nec dici renunciatum in fraudem creditorum, *d. dec.*

3. In vassallo, cui delata fuit hæreditas, & eodem tempore deliquit contra dominum ob quod hæreditas cadit in commissum, si illam repudiet non dicitur repudiata in fraudem domini, sed idem dominus tenetur proximiorem petentem inuestire, *d. dec.*

4. Bannitus cui delata est hæreditas potest repudiare, *d. dec.*

5. Frater potest admittere sororem ad successionem in præiudicium creditorum, *Ric.*

6. Trebellianica potest renunciari in præiudicium eorumdem, *Ric.*

7. Et filij quib. iure suitatis paterna hæreditas defertur possunt renunciare etiam quoad legitimam, & eius suplementum, *Ric.*

8. A marito donationis causa in fauorem vxoris posse repudiari hęreditatem delatam, *Non.*

9. Pater potest nolle acquirere vsumfructum aduentitiorum filij, licet debitis sit oneratus. *Non.*

10. Vxor potest renunciare lucris acquisitis constante matrimonio, *Non.*

Limit. 1. d. l. & tit. non habet locum in creditorib. hypothecarijs, sed personalem tantùm actionem habentibus, *d. dec.*

2. Prælatus in acquirendis non potest Eccles. præiudicare, *Non.*

3. Prædicti repudiando mortaliter peccant, & in conscientia tenentur, quia in fraudem credito-

ditorum quib. satisfacere debent renunciare videntur, *Ric.*

Debitum 5.

* Debitor soluens tutori, vel curatori, qui inuentarium ritè & legitimè non confecit, non liberatur, licet administratio à iudice fuerit decreta, *dec.* 206.

Limit. Nisi solutio bona fide facta sit, *Am.*

Debitum 6.

Debitor non habens cui rectè soluat an teneatur ad vsuras, *ad l. pecunia fænebris. §. fin. l. cum quidam. §. pupillo. ff. de vsur. dec.* 127.

Debitum 7.

* Pendente iudicio super hæreditate eius debitor non potest conueniri, nisi actio sit tempore peritura, puta quod ipse debitor ad inopiam vergat, *ad l. si bona fidei. ff. de pet. hæred. & l. fin. C. eod. dec.* 596.

Debitum 8.

* Debitor pro debitis carceratus etiam si pecunia debita ad creditorem peruenerit cum obligatione de restituendo, cui & quando opus fuerit, poterit tamen sub fideiussione relaxari, *dec.* 200.

Limita. 1. Non posse carcerari, si sit priuilegiatus nec tenetur nisi in quantum facere potest, *Am.*

2. Si est minor. *idem.*

3. Si sit clericus, qui pro debito ciuili non carceratur, *idem.*

4. Si mulier coniugata licet sit meretrix, *idem.*

5. Si sit senex 70. ann. pro debito ciuili, *idem.*

6. Miles de iure, secus de consuetudine, *idem.*

Sublim. 1. *limit.* 4. Ratione tutelæ administratæ potest carcerari, *idem.*

2. Si sit suspecta de fuga, *idem.*

Ampl. Potest carcerari, non obstante electione bonorum per creditorem facta, *idem.*

Debitum 9.

Debitor obligatus penes acta curiæ, si postea habitum clericalem assumat, an fori declinatoriam habeat, *dec.* 656.

Debitum 10.

* Debitores in solidum obligati si per sententiam simpliciter condemnentur pro rata contra eos exequitur, *dec.* 680. ad l. 1. C. si plures, vn. sent.

Lim. 1. Secus si per præceptum, iudicis nam in solidum contra eos exequitur. *d. dec.*

2. D. l. non procedit quando plures obligati vno instrumento diuisionis beneficio renunciarunt, *Ric.*

3. In indiuiduis.

4. Si in fine sententiæ apponatur omni meliori modo, *Ric.*

5. Quando petitio partis est ad illud formata, secus si aliter, *Ric.*

Ampl. dec. si debitor condemnatus offerat, & deponat portionem suam, habet exceptionem rei iudicatæ contra creditorem eam renuentem accipere, *d. dec.*

Limita. d. ampl. Nisi in instrumento obligationis adesset pactum quod in solidum possint conueniri, & dicti pacti virtute conueniantur, *d. dec.*

Debitum 11.

* Ex duob. debitorib. vno requisito, altero pro eo comparente contumacia requisiti non euitatur, *dec.* 685.

Debitum 12.

* Debitor ob delictum in pœnam corporalem condemnatus versus fiscum, & in pecuniariam pro interesse partis offensæ si non habet in ære luet in corpore, *ad l. 1. §. fin. ff. de pœn. dec.* 358.

Limit. 1. D. l. in debito ex contractu. *d. dec.*

2. In nobili, nec ob causam minimam, sed in vili, *Ric.*

3. In fideiussore promittente de repręsentando inquisitum. *Am.*

Ampl. Et deficiente nummo corporalis pro pecuniaria imponitur, *idem.*

Decima 1.

* Paleæ non est soluenda ab ijs, qui fructuum omnium decimam præstare tenentur, *decis.* 103.

Decima 2.

An eius solutio spectet ad proprietarium hęredē, qui anticipatas solutiones recepit, vel ad secundum in beneficio, *dec.* 107.

Declara. 1. Si decima est Papalis eius solutio spectat ad proprietarium, non ad conductorem, *d. dec.*

2. Et à pensionarijs sunt soluendæ decimæ, si in beneficium, vel ex mera gratia eas tenent, secus si ex contractu, vel ad firmam. *d. decision.*

Decima 3.

De animalib. debita ante vel post ablactationem fętuum sit soluenda, *dec.* 114.

Decima 4.

* Dominus cui decima debetur potest prohibere vasallis, ne messem colligant sine ipsius, vel alterius pro eo interuentu, *dec.* 116.

Decima 5.

Debita Baroni, an debeat vsque ad eius horrea conduci, vel sufficiat in area ei consignare, *dec.* 124.

Decretum.

* Ad finem memorialis positum, quod fiat iustitia, intelligit id fieri quod iuris erit, *decision.* 700.

Delegatio.

* Subdelegatio delegati habentis potestatem subdelegandi, re non integra durat, delegante etiam mortuo, *c. si delegatus ff. de offic. de leg. dec.* 255.

Limit. Si res sit integra, *d. dec.*

Ampl. 1. Creato officiali in casum absentiæ alterius, isto mortuo, & secundò creatus exercet officium etiam ob mortem primi, *d. decision.*

2. *Ampl. limit.* 1. Re integra, & subdelegatus à delegato à Principe non exercet si delegans moriatur, *Roit.*

Delictum 1.

* Extra territorium commissum potest per iudicem domicilij, seu originis puniri, *dec.* 66.

Ampl. 1. Si iudex domicilij, vel originis præueniat in cognitione, iudex delicti remissionem petere non potest. *Am.*

2. Et simul potest à Iudice originis, & delicti puniri, nec vnius absolutoria, aut condemnatoria obest, vel prodest. *Am.*

Delictum 2.

* Committens, quod tempore impetrati priuilegij non erat delictum ad iudicem suæ artis remittitur, *dec.* 434.

Depor-

Deportatio 1.

* Deportatus à loco assignato recedens, si iterum capiatur pœna mortis punitur, *decis.*140.

Limit. In condemnato ad perpetuas triremes, qui si aufugerit, & capiatur ad easdem remittitur, *d. decis.*

Sublimit. limit. Nisi iudex in sententia mortis pœnam comminatus fuerit, *d. decis.*

Deportatio 2.

* Deportatus appellatione pendente validè testari potest, & in eo relicta debentur, *decisio.*501.

Ampl. Licet esset inualidum de iure posset conualidari per hæreditatis aditionem cum benef. leg. *Ric.*

Limit. Si ex aliquo crimine veniat publicatio bonorum, nam condemnatus si condat testamentum, inde sententia confirmatur, eo testamento medio tempore confecto non obstante bona publicari possunt, *Ric.*

Deportatio 3.

* Deportatus in aliquem locum si post terminum sibi præfixum ad recedendum sit repertus in Ciuitate datur fisco recursus ob grauamen, *decis.*487.

Limita. Iste non punitur, si Forensis sit tamquam ignarus consuetudinis ciuitatis, *d. decis.*

Depositum 1.

* Potest fieri in moneta parua dummodo sit approbata, *decis* 508.

Limit. 1. Nisi promissio in certa monetæ specie facta fuerit, *d. decis.*

2. Nisi legitima consuetudo introduxerit, vt creditor quantæcumque quantitatis pecuniam debitam in genere compelli non possit ad recipiendum nisi certam partem eius, *d. decis.*

Ampl. 1. Si quis ex contractu soluere tenetur ducatos auri largos soluendo in moneta, vel alia specie eorum æstimatione liberatur. *Ric.*

2. Creditor tenetur recipere monetam paruam, si nullum damnum ex ea passurus est, *Ric.*

Depositum 2.

* Depositarius, qui obligationem fecit de soluendo depositum, quando opus fuerit, sed restituta sibi obligatione prædicta tenetur soluere, licet ea obligatio non restituatur dummodo ei caueatur, quod non erit molestatus, *decis.*408.

Limit. Sed præuia informatione amissionis obligationis, *Ric.*

Dilatio

* Quinquennalis non habet locum contra creditorem ex causa depositi, *decis.*151.

Ampl. 1. Etiam si depositum sit in pecunia numerata, quæ non habeatur loco speciei, *d. decis.*

2. Neque in debito pupilli pensionibus domorum, pretio rerum comestibilium, nec in venditione animalium pro victu, *Visc.*

3. Si post impetratas licet ante oblatas literas nouos creditores quæsierit, *Nou.*

4. Vel si fuerit condemnatus à supremo Magistratu, vel inferiore iudice, *Nou.*

5. Etiam si contra pauperiorem hoc beneficium imploretur, *Nou.*

6. Si contra Ecclesiam, piam causam, & fiscum. *Nou.*

7. Si iam semel antea idem beneficium sit impetratum, *Nou.*

8. Si cum extero, aut mercatore transeunte quis contraxerit, ratione fraudis euitandæ, *Nou.*

* 9. Et debitori concessa non prodest eius hæredibus cum beneficio leg. & inuentarij, *decisio.* 179.

10. Nec ad d. dilationem concedendam posteriores creditores possunt cogi à maiori parte anteriorum concurrentium, *d. decis.*

11. Nec d. dilatio conceditur contra Neapol. pro pensionibus domorum, *d. decis.*

12. Debitor volens cedere bonis non potest cogi ad obtinendum d. dilationem, *Am.*

13. Nec prodest fideiussoribus, *Ric.*

* *Limita. ampl* 12. d. dilatione concessa eaque elapsa non potest debitor inuitis creditoribus bonis cedere, *decis.*251.

Limit. ampl. 10. Creditor ex causa dotis potest cogi à maiori parte creditorum ad concurrendum cum eis in d. dilatione, *decis.*219.

Dominium 1.

* Reddituum seu functionum fiscalium datorum in solutum transit in creditorem, etiam ante ipsorum liquidationem, *decis.*23.

Ampl Licet sit pactum de non alienando, & in contractu apponatur, vt alienationes contra prædictum pactum censeantur nullius roboris, & habeantur pro non factis, & instrumentum sit iuratum, *decis.*355.

Dominium 2.

An transferatur prohibita alienatione rei heredis per testatorem, quam hæres distraxit, *decisio.* 298.

Donatio 1.

* Facta matri ipsa sibi auctorante intra tempus à patre prohibitum non valet, *decis.*14.

Donatio 2.

* Facta à marito vxori omnium successionum paternarum, & maternarum (matre viuente non consentiente) delatarum, & deferendarum non valet tamquam facta de hæreditate viuentis, *decis.*89.

Limit. Nisi interueniat consensus eius de cuius hereditate agitur, *Am.*

Donatio 3.

* Donante non disponente de reseruatis, ea ad venientes ab intestato spectant, *decis.*45. 600.

Limita. Quando reseruata est facultas disponendi de aliqua re, quæ non facta dispositione spectat ad donatarium, *Visc. Am. Ric. decis.*45.

Donatio 4.

* Donatarius secundus absens, non sequuta traditione, non potest agere vtili rei vendicatione adueniente tempore, quia non fuit translatum dominium, *ad l. quoties. C. de donat. quæ sub modo, & decis.*74.

Donatio 5.

* Omnium bonorum præsentium, & futurorum non valet, *decis.*594.

* *Limit.* 1. Nisi facta reseruatio sit vsusfructus in vita, & ad quos fructus referatur reseruatio, *decis.*168.

2. Quo ad præsentia valet, *decis.*594. *Ric.*

3. Si reseruetur aliquid ad disponendum tàm in vita, quàm in morte, *Roit.*

4. Valet nihilo reseruato, dummodo nihil sit dictum de iuribus, & actionibus, *Roit. d. decisio.* 594.

5. Licet exprimantur mobilia, & immobilia, *Roit d. decis.*

6. Etiam

6. Etiam si adijciantur bona vbique existentia, Roit.d.dec.
7. Si dominium sit reseruatum, Roit.d.dec.
8. Si dicatur, vt possit disponere toto tempore vitæ suæ, Roit.d.decis.
9. Facta ecclesiæ, vel pio loco, Roit.d.dec.
Ampl. Dec. si reseruatum sit testandi ad pias causas, vel ad certum vsum, dec.594.
2. Si donans reseruat sibi aliquid ad disponendum in vita, quod non sit pretiosum, nec excedat alimenta donantis, Roit.d.dec.
3. Etiam si fiat diuersis personis, & in pluribus contractibus, nisi & fiat diuerso tempore, Roit. d.dec.
4. Neque inter patrem, & filium valet vsufructu non reseruato, Roit. d.dec.

Donatio 6.

* Facta absenti non reuocatur ob mortem donantis ante sequutam acceptationem, dummodo notarius pro absente stipuletur, & acceptet, dec.339.
Amplia 1. irreuocabiliter acquiritur absenti, si iuramentum interponatur, Ric.
2. Si vltra notarium alia persona pro absente acceptet, Ric.
3. Per constitutum transfertur possessio in absentem mediante persona notarij, Ric.
4. Heredes donatarij possunt acceptare, Ric.
5. Ius reuocandi etiam ex ingratitudinis causa in hæredes non transit, Visc.

Donatio 7.

* Quæ à patre fit occasione matrimonij filio, est pars ipsius contractus matrimonij, & cum ipso confunditur, & ideò irreuocabilis est, decis. 205.
Limita 1. Nisi matrimonium sit inualidum, Am.
2. Nisi in donatione aliqua sit posita conditio, quæ non fuerit seruata, Am.
3. Imputatur in legitimam, Am.
Amplia 1. Etiam si filius ante, vel post matrimonium, & consentientibus sponsa, & eius matre retrodonauerit patri, d.dec.
* 2. Quando adest clausula ex nunc, pro tunc sequuta morte, & è contra, & præambula hora mortis cum clausula constituti operatur dominij translationem, & iudicatur inter viuos, dec. 213.
3. Etiam inter viuos iudicatur licet mortis mentio facta fuerit in capitulis matrimonialibus, dec.436.
4. Maximè, si mors in dispositione tantùm non in executiuis nominetur, d.dec.
5. Si adijciatur irreuocabiliter, Am.d.dec.
6. In dubio inter viuos præsumitur licet ab infirmo fiat, Am.
7. Licet non ponantur verba inter viuos, sed alia idem sonantia, Am.
8. Vbi alia coniectura, quam mortis capi potest. Am.
9. Facta in genere tantùm mortis mentione, nisi liberi superueniant, Ric.
10. Apposita clausula ad habendum, & possidendum, Ric.
Limit. 4. Per promissionem de non reuocando non censetur inter viuos, Am.

Donatio 8.

* Mortis causa, vt valeat debet fieri coram quinque testibus qui vnico contextu ad fuerint, ad l.fi.C.de donatio.caus.mort. & l.fi.§.in omni C. de codicill. decis.693.
Limita. De iure canonico, & in terris ecclesiæ sufficiunt duo, & parochus, Ric.

Donatio 9.

Propter nuptias (seu antephatum) soluenda vxori defuncti per eius hæredes, quomodo sit liquidanda, dec.186.

Donatio 10.

* Præsumitur valida, quousque durat voluntas patris, quando ipse permittit à filio capi vsumfructum de bonis aduentitijs, & illius fructus sunt restituendi à die reuocationis, scilicet petitionis, dec.585.

Donatio 11.

Facta per matrem filijs secundi matrimonij de omni eo de quo potest disponere de iure communi, vel de iure consuetudinario, an contineat integras dotes deducta legitima, vel tantùm decima partem, dec.607.

Dos 1.

* Filiæ ingredientis Monasterium super bonis patris debet esse secundùm conditionem Monasterij, quod in greditur, dec. 44.
Limit. dec. Non procedere mortuo patre ante ingressum monialis in Monasterium; nam tunc integrum paragium habere debet, ac si in seculo sit, Ric.
Ampl. 1. Filia habens dotem aliarum monialium conqueri non potest, Ric.
2. Dos ducat. 500. habetur pro congrua, tamquam solita dari monasterio, licet altera soror nupta fuerit cum dote ducat. 14000. Non.
3. Neque hoc casu habet supplementum congruæ dotis, Non.

Dos 2.

* Actio pro recuperanda dote viro promissa eidem viro non vxori competit, l.si pro te pater. C.de dot.promiss. amplia, & hæc actio competit hæredibus viri non autem vxori, quæ tantùm agere potest contra dictos hæredes, vt reddant vel soluant, dec.33.
Limita. 1. Quando soluta fuit dos marito per patrem, vel extraneum: nam his mortuis actio pro ea repetenda consolidatur in filia, d.dec. fio.
2. Non procedit soluto matrimonio, Non.
Amplia. Vxor viro viuente, seu filli contra dotantem agere non possunt, sine viri, vel eorum patris cessione, Non.

Dos 3.

* Actio mulieri competens super feudalibus, pro dote recuperanda competit etiam primogenito, qui nolens agere per secundogenitos potest compelli, dec.41.

Dos 4.

* Inofficiosæ dotis actio per matrem vni ex filiab. constitutæ, alteri filiæ non competit, nisi constituente mortua, gl.in l.1.C.de inoffic.dot. & hoc etiam procedit non obstante consuetudine Neapol. disponente bona dotalia, stabilia non posse alienari per mulierem filijs primi matrimonij contradicentibus, nisi ex iusta causa, dec.170.

Dos 5.

An sit restituenda facta, quoad thorum matrimonij separatione, dec.244.

Dos 6.

* De iure communi soluto matrim. per mortem viri si in pecunia cõstituta fuit per eius hæredes

infra annum est restituenda, *l. 1. §. exactio. C. de rei vxor. act.* Sed limita per constitutionem Neapol. naturaliter mortuus esse debet, non ciuiliter, quando est bannitus, *dec. 562.*

Sublim. limit. Nisi restitutio, tam in casu mortis, quàm in omnem alium promissa fuerit, *d. decision.*

Ampl. 1. Esse restituendum etiam viro bannito, *Non.*

2. Vel ad triremes condemnato, *Non.*

3. Et in casu longæ absentiæ, *Non.*

4. Etiam confiscatis bonis ex crimine læsæ maiestatis, *Roit.*

5. Restitutio est facienda summariè sine strepitu iudiciali, *Roit.*

6. Restituenda est etiam donatio propter nuptias, bona parephernalia, & quicquid aliud sperabat lucrari mulier, *Roit.*

7. Et medietas bonorum est restituenda, si inter coniuges pactum fuerit, vel adsit statutum, quòd bona sint communia, *Roit.*

8. Et quarta debetur vxori inopi confiscatis bonis viri, *Roit.*

9. Et separatio bonorum peti potest ab vxore, *Roit.*

10. Et vxore damnata, seu bannita viro est salua dos, *Roit.*

Limit. 3. Sed non creditur mulieri asserenti dotem numeratam, *Roit.*

4. Nec numeratio probatur ex confessione mariti, *Roit.*

5. Nisi sciens marito bannito nupserit, dotemque dederit, *Roit.*

7. Nisi ob solam contumaciam bannitus sit, nam purgata contumacia statim absolutio sequi potest, *Roit.*

Dos 7.

Filia, an possit consequi dotem sibi à patre legatam ab vno ex fratribus in solidum, vel pro portione, *ad l. cum ab vno. 54 ff. de leg. 2. decision. 581.*

Dos 8.

* Seu paragium debitum per fratres sororibus, si ipsę decedant ante nubilem ætatem ad hæredes transmittitur, *dec. 618.*

Dos 9.

* Si restitui petatur ob viri furorem, debet separationis sententia ab ecclesiastico Iudice procedere, *dec. 312.*

Limit. In adulterio, ob quod certum est dotem amitti, & laicus est iudex competens, *d. decis.*

Dos 10.

* Vir dotem non lucratur, si cum vxoris fratribus dotantibus pactum inierit, de non succedendo, quotiescumque vxor sine liberis moreretur, vel cum liberis ex ipsis in pupillari ætate decedentibus, *dec. 491.*

Dos 11.

* A socero restituta de consensu nurus, & cum decreto iudicis patruo dotanti, qui deindè viro eam restituit, est iterum ab ipso socero nurui soluenda, si vir eam dissipauerit, saluo sibi iure contra patruum, cui primum soluerat, *decis. 381.*

Amplia. Si dos per maritum vxori sine causa restituatur, non liberatur ea de perdita, *Visconti.*

Dos 12.

* Mulier non potest de medietate dotis disponere, neque ipsa medietas ad eius hæredes peruenit, prout consuetudo Neapol. disponit, si viri hæreditatem sine inuentarij confectione adijt, quia creditoribus ipsius mariti tenetur, *dec. 518.*

Dos 13.

* Actio de dote inofficiosa per matrem filiæ suæ constituta competit filio ad tuendam legitimam, *dec. 104.*

Amplia. Etiam constante matrimonio, *Am.*

Limit. Mortua filia non datur filijs, contra virum, *Ric.*

Electio 1.

* Determinatio, seu aggregatio facta per maiorem partem Collegij, vel sedilis, ab omnibus facta censetur validaq; est non obstante contradictione minoris partis, *dec. 2.* ad leg. quod maior. ff. ad municipal. l. nominationum, C. de decur. lib. 10. cap. cum omnes, de constitut.

Limita. 1. L. quod maior. quando aggregatio ad honores spectaret ad singulos, vt singulos, *d. dec.*

2. Quando tractatur de admittendo extraneum ad dandum vocem in capitulo, *d. dec.*

3. Non procedit in actibus voluntarijs, *d. decision.*

4. In his quæ important delictum, *Am.*

5. In cessione iurium vniuersitatis facta tam deductorum in iudicio, quam ex priuilegio competentium, *Am.*

6. Quando minor pars habet iustam causam contradicendi. *Am.*

7. Nisi minor pars esset sanior, & prudentior, *Ric.*

8. Quando maior pars fecit electionem nullam, *Ric.*

9. In re communi, in qua omnium consensus requiritur, *Ric.*

10. Quando fit donatiuum per regnum, *Ric.*

11. Nisi per minorem partem aliquid rationabilius disponatur, *Non.*

12. Quando ex mente legis, seu statuentis constat, quòd omnium consensus requiratur, *Non.*

13. Nisi maior pars velit aliquid statuere aduersus illud quod iam diù fuisset obtentum per constitutionem, seu statutum antiquum, *Non.*

14. In accusatione liberti, vt in seruitutem redigatur omnium patronorum consensus requiritur, *Non.*

Ampl. 1. Dictum maioris partis attenditur, quotiescumque est vtile ciuitati licet statuto caueatur, quòd omnium consensus requiratur, *Visc.*

2. d. l. quod maior procedit, & in iudicando, *Am.*

3. In affictatione territorij vniuersitatis, *Ric.*

4. Et ex facto à maiori parte vniuersitatis, vniuersitas non potest puniri, *Ric.*

5. Et statuere potest validè maior pars. *Ric.*

Electio 2.

Ipsa facta statim ius acquiritur de necessitate electo, *dec. 339.*

Lim. 1. Nisi post electionem insufficiens reperiatur, *Roit.*

2. Etiam

2. Etiam si à principio fuerit reputatus habilis. *Roit.*

Ampl. Neque scientia electi requiritur, vt ei ius acquiratur, quando ad munus necessario cogitur, *Roit.*

Electio 3.

* In electionibus faciendis vota conditionalia non faciunt numerum, *decis.* 438.

2. In ipsis debent interuenire, qui ob morem Ciuitatis solent, *Am.*

3. Cessante statuto, vel consuetudine, seruanda est forma, l. nominationum. C. de decur. lib. 10. *Am.*

4. Nec electio valet, si solus vnus de vocandis non vocetur, *Am.*

5. Citatio debet fieri per campanam, bannum, vel nominatim, *Am.*

6. Eadem die celebranda qua proponitur, *Am.*

7. Præcedente iuramento digniori est votandum *Am.*

8. Considerandæ sunt nobilitas, prudentia, fidelitas, conscientia, & experientia, *Am.*

9. Ditiores sunt eligendi, *Am.*

10. Præferendus, qui diù non fuit electus proximè electo, *Am.*

11. Minor non habet vocem actiuam, nec passiuam, *Ric.*

12. Vota alta voce data non valent, *Ric.*

Emphiteusis 1.

* Ecclesiastica concessa pro se, & filijs continet fęminas, *decis.* 30.

Ampl. 1. Si à principio fęmina acquirat rem emphiteuticam ecclesiasticam pro se, & filijs, *Ric.*

2. Si recipiens emphyteusim vnicam tantùm filiam habeat, & sit sine spe alios filios habendi, *Ric.*

3. Si concessio facta fuerit pro benemeritis, *Nou.*

4. Quando statutum, seu consuetudo mandat, quòd fęminæ cum masculis pariter admittantur ad bona emphyteutica, *Nou.*

5. Quando ex alijs verbis inuestituræ constat contrahentes voluisse vocare fęminas, *Nou.*

6. Si emphyteusis concessa sit pro filijs, & hæredibus vsque ad tertium genus, *Nou.*

7. Et feudum habere potest fęmina, quia loco militaris seruitij hodie successit solutio, *Am.*

Emphyteusis 2.

* Emphyteuta Ecclesiæ virtute concessionis sibi factæ à prælato defuncto, etiam pendente cognitione apud commissariam super assensu præstando non potest per successorem pręlatum turbari in possessione, in qua apparet esse, *dec.* 163.

Emphyteusis 3.

* Ecclesiastica si sit finita ob defectum lineæ est emphyteuta, vel eius hæredibus soluendum pretium melioramentorum factorum, *decis.* 191.

Limita 1. si culpa emphyteutæ finiatur, tunc meliorationis, & augmentum, vna cum re emphyteutica ad dominum directum deuoluitur, *d. dec.*

Ampl. 1. Etiam hæredib. extraneis deberi meliorationes, *Ric.*

Limita 2. Cedentem spontè emphyteusim non repetere meliorationes, *Ric.*

3. Maximè, si ad fuerit pactum eas non petendi, *Ric.*

4. Neque creditor emphyteutæ agere potest super meliorationib. factis ab ipso emphyteuta in re ad dominum ex iure prælationis reuersa, *dec.* 226.

Emphyteusis 4.

* Concessa pro redditu correspondente fructib. ad extraneos hæredes transit, *dec.* 235.

Ampl. 1. Et simpliciter recepta extenditur, vsq; ad tertiam generationem, *Am.*

2. Concessa alicui, & successorib. suis de extraneis etiam intelligitur, *Am.*

3. Si sit res ruinosa, & in perpetuum emphyteusim detur transit ad extraneos, *Ric.*

4. Si sit facta cum solemnitatib. requisitis, *Ric.* & *dec.*

Limita. In emphyteusi ecclesiastica, quæ ad extraneos non transit, *Am.*

Emphyteusis 5.

* Res emphyteutica rectè alienatur, si reseruatus fuerit assensus directi domini, licet aliàs traditio secuta fuerit, *dec.* 267.

Ampl. Etiamsi non adsit clausula in alienatione non aliter nec alio modo, *d. dec.*

Emphyteusis 6.

* Emphyteuta cui nulliter sunt concessę res Ecclesiæ tenetur ad census, ac si contractus fuisset validus, *§. si verò. auth. de non alien. reb. eccl. dec.* 296.

Limit. Nisi emphyteuta in nulla fuerit culpa, quia viro credidit, *d. dec.*

Ampl. Et de hoc Ecclesia tenetur, quando prælatus est non soluendo, *d. dec.*

Emphiteusis 7.

* Res emphyteutica, si vẽdatur Ciuitati, quæ mortuas manus habere dicitur, ob iura, & laudemia directo domino competentia, extra manus eiusd. ciuitatis ponenda est *dec.* 659.

Amplia 1. Idem si vendatur Ecclesiæ, quæ & manus mortua dicitur, *Roit.*

2. Etiam si sit fauore piæ causæ, *Roit.*

3. Neque manus mortua consequi potest æstimationem *Roit.*

Emphyteusis 8.

* In venditione rei emphyteuticæ directus dominus vicino pręfertur, etiam quando in concessione est data facultas affrancandi in pecunia, *dec.* 610.

Emphyteusis 9.

* Emphyteusis directo domino obligatus, si directum dominium alteri vendatur poterit cogi ad iterum se eodem modo obligandum emptori, quo domino directo obligatus erat, *dec.* 615.

Emphyteusis 10.

* Beneficiatus Ecclesiæ præfertur in emptione rei emphyteuticæ venditæ subhasta ob delictum emphyteutæ, *per l. fin. C. de iure emphyt. dec.* 482.

Amplia 1. Quando alienatio fit ex obligatione contracta per ipsum alienantem, *d. dec.*

2. Etiam si beneficiatus receperit canonem pro futuro, maximè cum protestatione, *d. dec.*

Limita 1. Prælationem non habere locum in diuisionibus, & donationibus, *Am.*

2. E contra domino directo vendente non præfertur emphyteuta, *Ric.*

Emptio 1.

An emptor retentionẽ habeat contra posteriores creditores, vendicantes rem emptã sibi hypothecatã, si ex eius pecunia per debitorẽ solutum sit creditori anteriori nullo interueniẽte

pacto ipsius emptoris, *dec.* 134.

Emptio 2.

* Emptor bonorum pro sententię executione venditorum, ad eorum restitutionem non tenetur, si sententia retractatur, sed ad prętium contra venditorem agitur, *dec.* 660.

Emptio 3.

* Rem nouam emere non dicitur, nec Neapol. constit. subiacet, qui rem sibi pignoratam, & subhasta venditam pro eodem prętio ab emptore recuperat, *dec.* 450.

Episcopus

* Monasteria exempta visitando potest Archiepiscopus ante se crucem defferre, *dec.* 711.

Ampl. 1. Potest Moniales, & Abbatissas benedicere, *Ric.*

2. Potest & cathedram ad prædicandum, non iudicandum constituere, *Roit.*

3. Et diuinum officium cum pontificalib. per se exercere, non per alium ipso præsente, *Roit.*

Limit. Sed exempta sunt visitanda ex auctoritate Sedis Apostolicæ, *d. dec.*

Euictio 1.

* Si in contractus limine immineat, satisdandum est, *l. si post perfectam. 24. C. de euiction. dec.* 555.

Ampl. 1. d. l. etiam quando imminet euictio ratione hypothecæ, *d. dec.*

2. Et respectu totius est satisdandum, licet super vna parte immineat, *d. dec.*

3. Etiam si lis adhuc mota non fuerit, dummodo notorium sit ius alicuius super re vendita, *Ric.*

4. Non solùm pro lite mota, sed & pro omni alia mouenda, *Ric.*

5. Et inter fratres bona communia diuidentes, quando vni obnoxia, alteri libera obuenerunt, *Ric.*

6. Et inter cohæredes hæreditatem diuidentes, si vni portio euincatur, *Ric.*

7. Et in donatione remuneratoria facta ob seruitia, *Ric.*

8. Et in contractu dotis, quando mulier sciens bona aliena, aut alteri obligata dat marito, *Ric.*

9. Etiam si venditor pignus dederit, aut hypotheca interuenerit debet satisdare, *Roit.*

10. Venditores vnius rei, & plures hęredes vnius venditoris tenentur in solidum, & pro indiuiso. *Roit.*

11. Re euicta non solùm prętium, sed omne aliud interesse impensarum factarum, scilicet, si res euicta plus valebat, quam emptam fuerit restituendum est, *Ric.*

* 12. d. l. procedit non solum agendo, sed etiam excipiendo, *dec.* 557.

Limit. 1. Nisi venditor sit diues, & idoneus facultatibus: nam satisdare non tenetur, *d. dec.* 555. *Ric.*

2. *Ampl.* 7. Nisi euictio ex causa ignoratæ hypothecæ oriatur, *d. dec. Ric.*

3. Lis debet esse mota ante solutionem prętij, *d. dec.* 555. *Roit.*

4. Actio de euictione non competit: nisi pro parte euicta, *d dec. Roit.*

5. Cautio non datur quoties imminebat periculum euictionis cum inde ab initio, & inspecto tempore contractus, quod emptor sciebat, *d. dec. Roit.*

6. A venditore paupere non est satisdandum, sed prętium reponendum penes mercatorem, *d. dec. Roit.*

7. Si plures res diuersis prętijs sint venditæ non debetur euictio: nisi pro prętio de quo agitur, *Roit.*

8. Venditor de euictione non tenetur lite sibi non denunciata nec in auctorē laudato, *d.* 523.

Sublim. 1. *hanc* 6. *limit.* Nisi cum emptore venditor fuerit citatus, *d. dec.* 523.

Sublim. 2. sublimit. 1. quando emptor, & venditor simul possident, & ambo pariter probationes facerent, secus verò quando venditor citatus non comparuit, & in contumatiam fuit condemnatus tunc requiritur denunciatio, *d. dec.* 523.

Sublimit. 2. Vel quando pro indiuiso possiderent; nam eadem est species defensionis, *d. dec.* 523.

Limita. 9. Vbicumque esset promissa euictio cum iuramento, tali casu sufficit sententia, *d. decis.* 523. Quando iuramentū est in specie super ea.

Limita. 10. Nisi emptor agnoscens bonam fidem, & causam iustam cedat, *Am. d. dec.* 523.

11. Venditor non tenetur nisi ab emptore requirantur. *Ric. d. dec.*

Ampl. 1 *limit.* 8 Non solum denunciatio est necessaria, sed & interpellatio, vt venditor veniat ad defendendum, *Ric. d. dec.*

2. Licet venditor sciat litem motam, *Ric. d. dec.*

3. Et est edendum venditori exemplum citationis, & libelli euincere tentatis, *Ric. d. dec.*

Euictio 2.

* Venditor condemnatus adinteresse pro re euicta eandem rem cum interesse offerens emptori liberatur, *decis.* 145.

Euictio 3.

Si remissa ab emptore in contractu, cui etiam habita fides de pretio fuit, & euictione sequuta ante pretium solutum, an ipsum soluendum sit nulla data retentione rei, *decis.* 239.

Euictio 4.

Euictione sequuta, si agitur actionem ex stipulatu attenditur valor temporis contractus *l. ex mille* §. 1. *& l. bonitatis. ff. de euict.* si agitur actione ex empto attenditur tempus euictionis, siue res sit melior, vel deterior facta *in euicta re la 2. ff. de euict. & l. Titius, la 1. ff. de act. empt. decis.* 279.

Exceptio 1.

* L. bene à Zenone, & l. fi. C. de quadrien. præscrip. in decisione causæ reseruatur, *decis.* 377.

Exceptio 2.

* Inquisiti perimens eius confessionem iam factā, & per fiscum acceptatam est recipienda, *ad limit. c. cum dilecti de accusat. dec.* 638.

Limita. dec. 1. Nisi confessio esset geminata, *Ric.*

2. Quando est facta in aula Sacri Consilij, *Ric.*

3. Si est scripta, *Ric.*

4. In ciuilibus, *Ric.*

Exceptio 3.

Generalis si opponatur debet per reum declarari, quando est in facto, & non in iure, *l. age cum geminiano. C. de transact.* sed an declaratio peti possit post litem contestatam, item si à Iudice, parte non opponente, *dec.* 163.

Exceptio 4.

* Rei iudicatæ non obstat agenti, quando in sententia, seu decreto dictum est citra præiudicium iurium opponentis, *dec.* 289.

Amplia. 1. Etiamsi in alijs decretis dictum fuerit

rit non obstantibus oppositionibus, *d.dec.*

2. Si opponens sit minor, *d.dec.*

Excusio 1.

* Exceptio, excussionis obstat viro, & vxori agentib. ad dotem contra bonorum possessores tacita actione hypothecaria, *per l. vbi adhuc in ver. qui non potiora. C. de iur. dot. decis. 370.*

Excussio 2.

* Requiritur etiam quando quis habet rem specialiter obligatam, *ad limit. l. hoc nisi debitor. C. de sol. dec. 587.*

Executio 1.

* Non dicitur ex vnico actu perfecta, si habet causam successiuam, & ideo impedit ad vlteriora procedi in causa reclamationis, *dec. 603.*

Executio 2.

* Sustinetur facta vigore literarũ iudicis, qui tempore executionis non erat amplius iudex, *dec. 405.*

Limit. 1. sit concessa sine causæ cognitione, puta in instrumento habente executionem paratam, *d.dec.*

2. Si sit contra hæredem non citatum, *d.dec.*

Executio 3.

* Contra normam, *l. à Diuo Pio §. si in venditione ff. de reiudic.* facta, non est ipso iure nulla, sed requirit appellationem, *dec. 441.*

Limita. 1. Nisi vendita res esset magni valoris pro modico pretio, & debito stantib. etiam mobilib. sine decreto iudicis, & inordinato processu in causa, *d. dec.*

2. d.l. in animalib. ad culturam aptis, *Ric.*

3. In tegulis domus, *Ric.*

Executio 4

* Per iudicem confirmantem sententiam fieri debet, *dec. 335.*

Ampl. Et potest exequi tàm per primam, quàm secundam sententiam, *Am.*

Limita. 1. Si de iustitia cognouit pronunciando bene, vel malè appellatum, secus si tantum super desertione, *Am.*

2. Nisi recedatur per vim pacti ab appellatione, nam iudex exequetur coram quo pactum fuit initum, *Am.*

Sublimita. Nisi tale pactum initum fuerit ad tollendum tantum appellationem, quo casu primus iudex exequetur, *Ric.*

Executio 5.

* Executor testamentarius non tenetur declarare personam sibi à testatore nominatam pro præstatione legati, *dec. 484.*

Limita. 1. Non creditur ipsi dicenti à testatore mandatum esse, vt hæres aliquid agat absque testibus, secus si dicat, sibi mandatum, vt agat, *Am.*

2. Debet rationem hæredib. reddere, an scilicet fuerit facta solutio in causam à testatore demandatum, *Roit.*

3. Neque potest tamen sibi substituere, *Am.*

Ampl. Potest tamen sibi ipsi eleemosinam distribuere: nisi specialiter prohibeatur, *Am.*

Executio 6.

* Si plures executores testamentarij dati sint vnus sine altero conueniri nequit, *dec. 622.*

Ampl. 1. Maximè, si omnes sint in Prouincia, ita vt commodè citari possint, *d.dec.*

2. Si ipsis sit data potestas exequendi insolidum, *d. dec.*

3. Si debitum illiquidum sit, *d.dec.*

Limit. 1. Posse conueniri executores etiam extante hæredes in ijs, quę animæ exonerationem concernunt, *d.dec.*

2. Si vnus eorum sit debitor hæreditatis ab altero conueniri potest, *Ric.*

Maximè pro satisfactione foris factorum, *Roit.*

3. Si alter mortuus sit, vel exequi nolit, *Roit.*

Executor 7.

* Testamentarius de legatis in genere potest exequi in beneficium legatariorum in specie, *dec. 568.*

Ampl. 1. Et iussus impendere in pios vsus, potest in funus pauperum, *Roit.*

2. Pro paupere potest eligere consanguineum proprium, & testatoris, *Roit.*

Limita. si iubeatur virgines maritare, non potest dotare ingredientem monasterium, *Roit.*

Exilium 1.

In exilium computatur totum tempus, quo quis post sententiam carceratus fuit, *ad l. omnes. C. de pœnis, dec. 317.*

Ampl Etiam si appellauerit, totum tempus appellationis in illud exilij computatur si detentus fuit, *Ric.*

Limit. 1. In carcere ante sententiam, *d.dec.*

2. Nisi ob propriam culpam, puta ad alicuius instantiam detineatur, *d.dec.*

Sublim. hanc 2. limit. Nisi toto tempore exilij ob propriam culpam detentus fuerit, nam & exilium dicitur factum, *dec.*

Exilium 2.

* Vt imponatur non requiritur annotatio bonorum, sed annus currit à die quo contumax declaratur, *dec. 515.*

Limit. 1. In osculante mulierem, quę per trimestrę expectatur, *Ric.*

2. In prouocante ad duellum per tres dies, *Ric.*

3. In crimine recatti, qui quatuor diebus expectatus forbannitur, *Ric.*

4. In omnib. delictis arduis seruant abbreuiatio anni, *Ric.*

Exilium 3.

* Pro banno publicando sunt personaliter citandi agnati, nisi extra ciuitatem sint, *dec. 316.*

Exilium 5.

* Bannitus duo delicta committens vnum intra Ciuitatem aliud extra, pro quo fuit bannitus, gaudet gratia capientis alium bannitum, si pro delicto intra ciuitatem commisso se iuri stare offerat, *dec. 330.*

Exilium 6.

An bannitus contineatur sub consuetudinib. loquentib. de mortuo, *dec. 689.*

Exilium 7.

Exilij cognitione reseruata in concessione iurisdictionis an intelligatur reseruata tantum causa deportationis, vel relegationis etiam, & temporalis exilij, *dec. 116.*

Exilium 8.

* Bannitus etiam ciuis Neapol. bona amittit, quæ filijs, vel agnatis acquiruntur, & restitutus ea non recuperat, maximè si ad tertium peruenerunt, *dec. 213.*

Exilium 9.

* Bannitus in securitate repositus pro certo tempore, quo pendente grauiter deliquit punitur pro eo, & olim commissis, secus si leuiter, *dec. 258.*

Limit. Nisi habuerit indultum, *Am.*

Expensa 1.

* Actor in lite succumbens ob instantiæ peremptionem, & expensas reo soluens non repetit licet inde restitutus vincat, *dec.*331.

Amplia. Et promittens expensas reficere in casu succumbentiæ ad eas non tenetur in quib. actor condemnatur ob instantiam peremptam, *Non.*

Limita. Restitutus expensas recuperat, licet in rescripto non dicatur refectis expensis, si in processu appareat de iudicis negligentia, *Am.*

Expensa 2.

* Expensis substitutorum, qui de partus suppositione dubitant, mulier prægnans debet domum non suspectam à se, vel à iudice electam habitare, *ad formam. l.* 1. §. *de inspiciendo. ff. de ventr. inspic. custod par. dec.* 332.

Expositus.

Morienti exposito sine liberis, an hospitale, in quo aduocatus fuit succedat, *dec.* 198.

Falcidia.

* Non detrahitur ab instituto in re particulari, & restituere grauato, *dec.* 293.

Fatalia

* Currunt in causis reclamationum, *dec.* 646.

Amplia. Et in causis coram Principe agitatis, *d. dec.*

Feudum 1.

* Ex pacto, & prouidentia dicitur, si in inuestitura dicatur, pro se, & liberis, & adsit clausula in fine priuilegij mandantes, qui respondeant sibi liberis, & hæredib. *dec.*6.

Amplia. 1. Et quando inuestitur pro se, & eius filijs, siue liberis, aut descendentibus, *Am.*

2. Quoties sit dictum pro se suisq; hæredibus filijs, & liberis vtriusque sexus, & eius hæredib. filijs legitimè descendentibus natis, & nascituris, *Non.*

3. Etiam si tantummodo dicatur pro se, & filijs, *Non.*

4. Quando conceditur pro se, & descendentib, seu coniunctis de familia non facta mentione hæredum, *Non.*

5. Etiam quando conceditur in quintam generationem, *Non.*

6. Quoties fuit concessum Petro, & liberis suis, *Non.*

Feudum 2.

* Planum, & de tabula spectat ad fęminam masculis deficientib. ex regni constitut. neq; ex antiquo nouum efficitur, si possessori in inuestitura alienandi licentia addita sit, *dec.* 7.

Ampl. 1. Maximè, si pro feudo nullum seruitium personale præstetur, *d. dec.*

2. In feudo improprio, & conditionato, *Non.*

3. In feudis dignitatum, *Non.*

Limita 1. In feudo franco, in quo licet nulla seruitus exigatur tamen fœmina non succedit, *Ric.*

2. In feudo expressim alicui concesso, & hæredib. *Ric.*

3. Fęmina dicitur succedere in subsidium, masculis deficientib. *Ric.*

4. Generaliter fęmina etiam extranea à feudi successione repellitur, *Non.*

Feudum 3.

* Redit ad patrem iure successionis non actione primæua, quando datum fuit matrimonij contemplatione filio, qui sine liberis decessit, & ideò ad æs alienum tenetur pater per eius filium contractum, *dec.* 3.

Feudum 4.

* Vassallis inuestitis alienari per dominum non potest, *dec.*17.

Ampl. 1. quocumque modo, vel in quemcumque sine parem superiorem vel inferiorem alienatio fiat, *d. dec.*

2. Et vassalli habent ius præstationis, quando dominus vult alienare feudum, & demanium petere possunt, *Ric.*

3. Licet non vendatur terra aut iurisdictio vniuersitatis, sed tantùm aliqua particularis iurisdictio puta syluæ, *Ric.*

4. Etiam inter duos Barones iurisdictionem diuisam habentes quorum vnus partem suam alteri vendit, vniuersitas prætertur, *Ric.*

5. Et tale Demanium etiam vnus solus de vniuersitate cæteris contradicentibus habet, dummodo omne onus in se suscipiat, *Ric.*

Limita. ampl. 2. Quando plures terræ vnico pretio fuerunt emptæ, & vna ex his petit Demanium altera non, nam petens non admittitur, *Ric.*

Feudum 5.

* Alienatum, vel eius iura per defunctum cum pacto retrouendendi medio assensu debet per secundogenitos hæredes in allodialibus tantum pro rata redimi, neque solus primogenitus, qui in eo successit redimere tenetur, *dec.* 159.

Feudum 6.

* Mortuo vassallo post calend. Marti, & deuoluto feudo ad Dominum, fructus illius anni spectant ad hæredes vassalli, non autem ad Dominum, quod & procedit, quando feudum non vadit ad Dominum, sed ad agnatum, qui non est hæres in allodialibus, vel est hęres pro parte, *dec.* 19. ad cap. 1. §. his consequenter sui finitur lex.

Ampl. 1. Idem in capellano pendentibus fructibus industrialibus mortuo, *Am.*

* 2. c. procedit, & in pensionibus, & alijs fructibus ciuilibus, *dec.* 572.

Limit. In parte vsufructuario, & in quolibet alio, *Am. d.* 19.

Feudum 7.

* Cùm debet restitui vna cum fructib. non veniunt restituenda dona à vassallis domino facta, *dec.* 172.

Limita. Venit tamen munus, quod singulis annis vniuersitas soluebat Baroni, *d. dec.*

Feudum 8.

* Vni concessum cum cognitione eorum, quæ soli Principi reseruantur puta falsæ monetæ, non transit cum eodem priuilegio, si in plures successiuè alienetur etiam cum assensu, *decision.* 275.

Limita. Nisi specialiter in inuestitura dicatur de falsa moneta, *Ric.*

Feudum 9.

* Concessiones factæ ad certam partem fructuum sine assensu valent, *dec.* 561.

Ampl. 1. Etiam si additum sit aliquid in pecunia, *d. decis.*

2. Etiamsi sit de re Ecclesiastica sine consensu Apostolico, *d. dec.*

3. Maxi-

3. Maximè si sit facta ad meliorandum, *d. decis.*
4. Concessio semper intelligitur facta tacitè ad meliorandum, *Roit.*

Feudum 10.

* Mulier pro feudo soluens releuium conuenitur pro pecunia mutuata ad soluendum releuium, reseruatis ibi actionibus contra Maritum, *decis. 121.*

Feudum 11.

* Hæreditarium filiæ in legitimam imputatur, *decis. 368.*

Ampl. 1. Et imputantur in legitimam officia ad vitam inalienabilia, absque regio assensu prout sunt scribatur, tabelliones Hispaniæ, & Neapol *Ric.*

2. Et pro eo, quòd eius valor legitimam excedit, in Trebellianicam imputatur, *decis. 387.*

Limit. Bona emphyteutica non imputantur, *Ric. d. decis. 368.*

Feudum 12.

* Venditum cum reseruatione dominij, non dato assensu in reseruatione est nulliter venditum, etiam quòd venditor habeat illam conditionem pro reiecta, *decis. 540.*

Fideicommissum.

Pro dotis constitutione obligari, & alienari potest, *per auth. res quæ. C. comm. de legat. decisio. 613.*

Ampl. 1. Et pro restitutione, *d. decis.*

2. Et pro donatione proter nuptias siue antefato, *d. decis.*
3. Et pro interesse, *d. decis.*
4. Et in fideicommisso fraterno procedit d. autho. *d. decis.*
5. Non obstante quod testator prohibuerit, *d. decis.*

Limi. 1. Non pro restitutione dotis confessatę *d. dec.*

2. In feudis, *Ric.*
3. D. auth. non procedit in fideicommisso relicto ab extraneo, *Roit. d. decis.*
4. Non procedit in restitutione dotis vxoris grauati, *Roit. d. decis.*
5. Procedit tantum in congruis dotibus, & consequenter in augmento congruo, *Roit. d. decis.*
6. Non habet locum in filia iam nupta sine dote, *Roit. d. decis.*
7. D. auth. procedit tantùm in subsidium, *decis. 519.*
8. Nec habet locum in casu filiorum natorum post mortem fideicommittentis, *Am. d. decis. 519.*

Fideiussor 1.

* Vnus ex pluribus totum debitum soluere cessa sibi actione per creditorem potest contra confideiussores pro rata agere, *decis. 55.*

Limit. 1. nisi ista non se obligauerit contemplatione alterius fideiussoris, *d. decis.*

2. Ad cedendum non cogi creditorem, quando ita paciscitur ne ad illud non adstringatur. *Non.*
3. Cessio est facienda in ipso actu solutionis, nisi præcesserit pactum de cedendo, *Non.*

Sublimita. Nisi fideiussor proprio nomine soluat, nam tunc etiam ex interuallo cessionem obtinere potest, *Non.*

4. Cessio non est necessaria, quando fideiussor debet repetere à principali ratione indemnitatis promissæ, *Non.*
5. Beneficium cedendarum nihil operatur cùm illi renunciatum est, *Non.*
6. Si fideiussor se fideiussorem neget, & de mendacio conuincatur, *Non.*
7. Quando pater iussit filiofamil. solui pecuniam, & e contra pater pro filio intercedit, *Non.*
8. Si mulier agat contra correum, vel fideiussorem obligatum ad restitutionem dotis. *Non.*
9. Quando creditor successit fideiussori. *Non.*
10. In muliere consentiente viro alienanti, & & renunciante hypothecæ, *Non.*

Ampl. Licet ex interuallo fideiubeatur, *Non.*

Fideiussor 2.

* Non potest inuito creditore liberari, etiam si alius æquè idoneus offeratur, *l. si mandato meo. in prin. versic. idem si negotia mea gerit. ff. mand. decis. 201.*

Fideiussor 3.

De soluendo quicquid fuerit iudicatum, si in prima instantia reus fuerit absolutus, & in secunda condemnatus non tenetur, *ad l. cùm apud Sempronium. ff. iudic. solu. decis. 208.*

Limit. Nisi penès ipsum reperiatur pro eius cautela pecunia liberata debitori, *d. decis.*

2. Si dictum sit in fideiussione, ad omnes causas quomodocumque, quandocumque, qualitercumque, & perquemcumque, *Am.*
3. Si præstita sit fideiussio respectu causæ cum subordinatione ad omnia tribunalia subordinata, *Ric.*

* *Ampl.* 1. Et fideiubens in prima instantia reum præsentare tenetur coram Iudice appellationis quando causa coram eo agitatur nulla data sententia à primo Iudice, sed per retentionem ob illatum grauamen, *ad d. l. nemo apud, & l. 3. ff. iud. solut. decis. 334.*

2. Fideiussor à pœna liberatur, si reum post arreptam fugam præsentet, *Am. d. decis.*

Limita. 4. d. l. non procedit, quando idem iudicium primi Iudicis sit coram alio, *d. decis.*

5. In interlocutorijs ante sententiam appellatio enim ante sententiam non requirit nouam satisdationem, *d. decis. 334.*
6. Nisi reus culpa creditoris aufugiat, *d. decisio.*

Fideiussor 4.

Non præsentans reum, quem promiserat, accusatore reluctante admittitur ad bonorum cessionem ad quam ipse reus non admitteretur, *ad limitat. l. fin. C. qui bon. ced. possess. decisio. 507.*

Fideiussor 5.

Fideiubere promittens, sed non fideiubens, an inde teneatur, ac si fideiussisset, *decis. 574.*

Limita. Licet non teneatur, ac si fideiussisset, tenetur tamen ad id, quod interest, ob non præstitam fideiussionem, *Roit.*

Fideiussor 6.

* De iudicatum soluendo quicquid per vnum Iudicem iudicatum fuerit, non tenetur, si causa ad alium Iudicem remittatur, etiam si super ijsdem actis iudicatum feratur, *decis. 601.*

Limita. Si nullum expresserit iudicem, *decisio. 320.*

Ampl. Dec. 601. procedit, & in delegato, *eadem decis.*

Fidei-

Fideiussor 7.

* Qui pro debitore soluit non potest cogere creditorem ad liquidandum instrumentum contra debitorem, sed ei actionum cessio sufficit, *dec.353.*

Fideiussor 8.

* Ex duobus vno fideiussore mortuo alter in eius locum sub rogandus est, licet superstes sit admodum diues, *dec.480.*

Ampl. In fideiussione prætoria, vel iudiciali, *d. dec.*

Limit. In conuentionali, *dec.*

Fideiussor 9.

* Qui cautionem de non offendendo præstit ad pęnam non tenetur, si alter similiter non præstitit, quia debet esse reciproca, *dec.359.*

Limit. non est reciproca, quando ex vna parte est vanus timor, quia offensus est senex, *d. dec.*

Ampl. 1. Maximè si inimicitia oriatur culpa petentis cautionem, *Am.*

2. Et timens potest portare arma, & habere familia, *Am.*

3. Et possunt cogi inimici à Iudice ne exeant è domo, vel transeant per viam alterius inimici. *Am.*

* 4. Hanc cautionem filius potest petere, à patre naturali, *dec.418.*

Fideiussor 10.

* De iudicatum soluendo, principali interim effecto clerico, & condemnato, non potest conueniri coram Iudice sæculari, cum eius sententia sit nulla ex defectu iurisdictionis, *ad limit. l.1. ff. iudic. solut. dec.400.*

Ampl. Etiamsi clericus de consensu episcopi coram sæculari iurauerit, *Am.*

Limit. Clericus iniustè litigans coram sæculari in expensis condemnatur, *Am.*

Fideiussor 11.

* Antequam soluat potest conuenire principalem ad se liberandum, si fideiusserit per instrumentum liquidum; quod paratam habet executionem, *dec. 414.*

Ampl. 1. Si inter ipsum, & debitore orta sit inimicitia, *Visc.*

2. Si diù in obligatione steterit, debitor bona dissipet, vel condemnatus iam sit, *Am.*

3. Et fideiussor breui condemnandus agit contra debitorem, *Am.*

4. Si tale pactum inter ipsos initum sit, *Am.*

5. Si teneatur ex sententia aut alio actu paratam executionem habente, *Ric.*

Limit. 1. Nisi sit fideiussor euictionis is non nisi secuta euictione agit, *Am.*

2. Agit ad exceptionem postquam creditor habet facultatem agendi non autem prius, *Ric.*

Fideiussio 12.

* Actor reconuentus, qui in foro rei nihil possidet tenetur præstare cautionem de iuri stando, & iudicatum soluendo, *l.1. C. de satisdat. §. pen. instit. eodem.* Sed quia non nunquam reconuentio fit in fraudem ideo procedendum ad vlteriora in causa salua prouisione facienda super petita, fideiussione, tempore publicationis, *decis.311.*

Ampl. Etiam si principalis releuasset procuratorem ab onere satisdandi, *d dec.*

Limita. 1. D. cautio potest præstari in alia Ciuitate eiusdem pecuniæ, & sub eodem domino, sed vbi reconuenitur præstari de facilè nequit, *Ric.*

Sublimit. d. limit. Nisi aliud se habeat fori consuetudo, *Ric.*

2. Quando Ciuitates habent diuersos Principes, quamuis non essent remotæ, *Ric.*

3. Multo magis, quando non posset conueniri sub Iudice, vel Magistratu illius territorij. *Ric.*

4. Nisi procurator sit ad vnum articulum constitutus, qui non potest cogi ad satisdandum, *Am.*

Filia 1.

* Naturalis spuria sequitur originem matris, *l. lex naturæ ff. de stat. hom.* & ideò non dicitur Neapolitana licet pater, sit, nisi & quoque mater fuerit. Neapol. *dec.452.*

Filia 2.

* Nupta facit partem licet non admittatur ad partem, & in legitimæ liquidatione includuntur masculi, & fęminæ; sed dos data filiæ debet etiam augere hæreditatem, *dec. 549.*

Limit. Monachus, & exhæredatus non faciunt partem, *Roit.*

Filia 3.

* Per constitutionem Regni in aliquibus exclusa à successione patris, & matris existentibus masculis, à fratris successione non excluditur, *dec.* 171.

Ampl. etiam si bona essent peruenta ad fratrem ex paternis, aut maternis, *d. dec.*

Filia 4.

* Spuria succedit matri exclusa auia materna etiam à legitima, *dec. 47.*

Limit. Non patri, *d. dec.*

Filia 5.

* Fratris decedentis materna hæreditate non adita in eadem hæreditate succedit cum eodem onere maritandi sorores ex consuetudine Neapol. exclusis ipsis amitis, *dec. 32.*

Ampl. 1. Idem procedere in fideicommisso: nam fęmina proueniens ex masculis excludit substitutum, & est melioris conditionis neptis ex filio, quam filia, *Ric.*

2. In feudorum successione, nam fęmina per ius repræsentationis excludit etiam patruos *Ric.*

3. Neque testamentum ad pias causas coram patre confectum, si non apparet de expresso eius consensu non valet, *Nou.*

Limit. 1. In feudis regalib. & donationib. testari potest. *Am.*

2. Filiusfam. nobilis donare potest. *Am.*

3 Alias res, quam feuda quas habuit à patre sine ipsius consensu donare potest. *Ric.*

4. Si filio sit in feudo concessa facultas alienandi, de ipso testari potest *Ric.*

5. De fructibus feudi disponere potest. *Ric.*

Filius 1.

* Vna cum patre obligatus, si tempore obligationis bona castrentia, vel quasi, aut aduentitia possideat, quo ad ea non conuenitur, sed in bonis paternis, vsque ad vnum nummum tenetur. *ad limit. l.1. C. quod cum eo. dec.70.*

Ampl. 1. Etiam nulla habita ratione, an egeat, vel non. *d. dec.*

2. Maximè, si d. l. renunciauit expressè, secus si generaliter. *dec.181. & Am. d. dec.70.*

3. Etiamsi post contractum superueniat consensus patris. *Ric.*

* *Limita.* Sed non potest carcerari *d. dec.* & carceratus

tus pro obligatione ex interuallo facta debet sub fideiussione de stando viri relaxari. *dec.* 221. ad eamdem *l.*

Filius 3.

* Bona aduentitia sine patris vsufructuarij consensu donare nequit, *l. filiusfam. ff. de donat.* neq; de iisdem disponere *L. fin. §. filijs autem, C. de bon. qua lib. decis.* 71.

Ampl. L. filiusf. etiamsi ex statuto possit disponere, quia non potest donare *d. decis.*

Ampl. L. fin. neque codicilli sine patris consensu valent. *Am.*

Filius 4.

Ex matrim. contracto secundùm nobilium consuetudinem natus, an possit ex testamento disponere in praeiudicium agnatorum, & cognatorum, *decis.* 537.

Filius 5.

* Extra regnum se obligans non iuuatur decreto Regni Neapol. per quod Notarij prohibentur filiorum fœm. obligationem recipere sine patris consensu, vel annullans acta si receperint, *decis.* 72.

Filius 6.

De matre eodem tempore duos viros habente post litem motam, natus ante tamen sententiam separationis matrimonij à secundo viro qui ignorans primum maritum contraxerat, dicitur legitimus, & naturalis, & vt talis patri succedit, *decis.* 130.

Ampl. 1. Maximè, si concubuerit cum vxore post quam declarauit se velle abstinere copula, *d. decis.*

2. Si secuta separatione, & mortuo primo marito, secundus iterum cum ipsa contrahat, *d. decis.*

3. Legitimus etiam est natus ex muliere credente concubentem cum ipsa esse eius maritum, *Am.*

4. Et qui ex putatiuo matrimonio natus est, facitque deficere fideicommissum, *Am.*

Filius 7.

* Non potest patrem conuenire, & condemnari facere secundùm ritum Magnę Curiae, *dec.* 162

Ampl. 1. d. ritum in auo, & omnibus alijs ascendentibus vtriusque sexus, *Ric.*

2. Pro patre spirituali, *Ric.*

3. In fratre contra fratrem, *Ric.*

Limit. In genero contra sororum, *Am.*

Filius 8.

* Æqualiter succedit cum patre in bonis per ipsum patremalteri filio donatis, *decis.* 59.

Filius 9.

* Natus ex concubina succedit patri ab intestato in sexta parte nullis extantibus liberis, nec legitima coniuge per Auth. licet. C. de nat. lib. *decis.* 291.

Filius 10.

* Secundùm consuetudinem Neapol. potest testari de bonis maternis, & ei obuentis à linea materna, saluo patri debito bonorum subsidio aliàs rumperetur testamentum, *decis.* 552.

Limit. In matrimonio contracto secundùm nouum vsum, scilicet, *alla nona maniera*, vix ea, quem pater se à successione exclusit, *d. decis.*

Filius 11.

Duorum matrimoniorum filij, quomodo matri per consuetudinem Neapolitanam succedant, *decis.* 639.

Filius 12.

Consuetudo Neapolitana, si qua mulier, an procedat filijs naturalibus extantibus, *dec.* 640.

Filius 13.

Primi matrimonij, an solus succedere debeat in portione, quae matri obuenit ex altero eius d. filio primi matrimonij praedefuncto, an verò etiam in ea succedat filius secundi matrimonij pro rata, *ad leg. fœmina. C. de 2. nupt. dec.* 666.

Fiscus 1.

* Regius habens interesse in causa in qua dubitatur de collusione inter partes remittitur ad Regiam Cameram lis, *decis.* 132.

Fiscus 2.

* Licet prohibeatur à decretis liberatorijs appellatur, non tamen prohibetur Sacr. Consil. per recursum adire, si notoriè grauatur, *decis.* 148.

Forus 1.

* Delinquens in alterius iurisdictione, quae posita est in territorio ciuitat. Napol. ad eius Dominum remittitur qui in praeuentionis habet in vassallos delinquentes extra territorium, si praeueniat, *decis.* 129.

Forus 2.

Delinquens in mari, si praeuentus fuerit à Magna Curia Vicariae an sit remittendus ad Magnam Curiam Admiratiae habente iurisdictionem in eos, qui de arte maris viuunt, *decis.* 142.

Forus 3.

* Resistens executori alicuius iudicis, & ab eo captus debet remitti ad suum iudicem, nec potest per executoris iudicem puniri, *ad leg. nullum. C. de testib. decis.* 147.

Ampl. & deponens falsum in causa ciuili remittitur ad criminalem, *d. decis.*

* 2. Idem & in resistenti officiali exequenti pro Magna Curia Vicariae si sit de exercentib. artē maritimam ad curiam Admiratiae remittitur, licet ab ipsa Magna Curia in persona praeueniatur, *decis.* 722.

* 3. Et Ragusei coram proprio consule non magno Admirato conueniuntur, *decis.* 723.

Forus 4.

* Delinquens ab ordinario loci captus non potest petere se remitti ad iudices artis cui aliquando vacabat, si pro maiori temporis parte aliā exercebat, *decis.* 175.

Ampl. Et exercitium debet esse continuum, *Ric.*

2. Et est probandum vna cum tempore exercentis, *Ric.*

Limit. Ampl. 2. In subditis Admirato pro quorum probatione sufficiunt litterae ipsius Admirati, sed registratae, *Ric.*

Forus 5.

* Delinquens captus a iudice originis non est remittendus ad iudicem loci delicti licet ipse habeat priuilegia cognitionis contra quoscunque exteros delinquentes in suo territorio, *dec.* 505.

Forus 6.

* Eques Hierosolymitanus delinquens post admissionem, & solutum viaticum ante tamen acceptam crucem, non debet remitti ad eius magnum magistrum, *decis.* 449.

Ampl. Et in clerico, qui votum emiserit de suscipiendo clericatu, cùm nondum sit caracter impressus, *d. decis.*

Limita. l. penultim. ff. de milit. testam. vbi opus para-

ratum habetur pro perfecto, quando est infallibile, *d.decis.*

Forus 7.

* Non debet Baroni permitti, si eum petat, qui contumacem receptauit à Magna Curia declaratum, *decis.* 470.

Forus 8.

* Captus à iudice à quo fuit contumax declaratus remittendus est ad iudicem cui tempore causæ, seu delicti subiacebat, *decis.* 417.

Forus 9.

* Debitor penès acta Curiæ obligatus, si postea habitum clericalem assumat, an fori declinatoriam opponere possit, *decis.* 656.

Forus. vide. *Legem vnicam.*

Frater 1.

* Vterinus æqualiter succedit cum alio fratre vtrinque coniuncto ei, qui mortuus est in bonis maternis, *decis.* 99.

Et an admittatur cum fratre vtrinque coniuncto in bonis maternis mortua sorore vterina, *decis.* 566.

Frater 2.

* Consanguineus, & vtrinque coniunctus pariter succedunt in paragio debito sorori decedenti sine filijs ante nubilem ætatem, *decis.* 619.

Et idem consanguineus excluditur per auiam à successione fratris consanguinei non tamen vtrinque coniunctus *decis.* 682.

Frater 3.

* Foriudicatus non succedit in bonis fratris foriudicati, *decis.* 102.

Fructus 1.

* Maturi, & non exacti per hæredem institutum, eo mortuo spectant ad fideicommissarium non autem ad hæredem instituti *l. postulante. §. sed in huiusmodi, & l. deducta. §. qui post. ff. ad Treb. decis.* 13.

Ampl. idem in fructibus beneficij, qui spectant ad beneficiatum secundum non autem ad hæredes primi beneficiati, *Ric.*

Fructus 2.

* Alienati à matre cum pacto retrouendendi, si redimantur à filio, ipso mortuo reincidunt in pristinam causam, & debentur hæredibus matris succedentibus, *decis.* 39.

Limit. dicti hæredes tenentur ad solutionem pretij erogati in reemptionem, & hæredibus filij datur retentio bonorum, donec pretium prædictum soluatur, *d.decis.*

Ampl. In feudo redempto vigore pacti de retrouendendo, antiquum remanet, & releuium debetur, *Am.*

Fructus 3.

* Rei venditæ, si sint eorum, qui semel in anno percipiuntur ad emptorem spectant, quando verò singulis diebus pro rata temporis inter emptorem, & venditorem diuiduntur, prout sunt domorum, & tabernarum, pensiones, *decisio.* 79.

Fructus 4.

* A muliere percepti ex rebus dotalibus alimentorum necessitatem excedentes, an in beneficium mulieris, vel viri creditorum cedant, *decis.* 617.

Fructus 5.

* Ex meliorationibus per possessorem factis percepti non veniunt in condemnatione restitutionis rei cum fructibus, *decis.* 705.

Fructus 6.

* A filijs restituere grauatis medio tempore conditionis euentus percepti non imputantur sibi in legitimam, *decis.* 522.

Ampl. 1. Neque pater potest facere, vt fructus in legitimam imputentur, *Visc.*

2. Neque in Trebellianicam imputantur, *Nou.*

3. Nec quando vltra Trebellianicam detrahitur legitima, *Nou.*

Limit. 1. Nisi percepti fuerint contra enixam voluntatem testatoris, *Nou.*

2. In legitima parentibus debita, in quam fructus percepti imputantur, *Nou.*

Fructus 7.

Cum agnatis debentur, vel medietas eorum ex consuetud. Neap. aliquo sine filijs decedente, à die mortis computantur, *dec.* 374.

Ampl. Et fructus legitimæ paternæ, vel maternæ à die mortis debentur, *Am.*

* *Limita.* In fructibus inofficiosæ dotis, qui à die tantùm litis contestatæ, *decis.* 558.

Furtum.

Vltra vnicam pœna mortis punitur, *decision.* 315.

Limit. 1. In crimine peculatus, *d.decis.*

2. In raptore, sacrilego, & hæreditatis expilatore, *d.dec.*

* *Ampl.* Etiam si sit aduena, quem ignorantia non excusat, *decis.* 521.

Limit. hanc à glos. Quæ solùm in Regno Neapol. ob furtorum frequentiam procedit, *d.decis.* 521.

2. In Ecclesiasticis non procedit, qui non ligantur, *d.decis.* 521.

* *Ampl.* 2. Et fur, si capiatur à Iudice loci vbi contrectauit ab eo punitur, non ab eo vbi furatus est, *decis.* 681.

Gabellam.

* Per concessionem habens, ius exigendi dohanam habere non censetur, *decis.* 397.

Gratia 1.

* Valida est licet dicat obtinendo partis remissionem, quia intelligitur, si obtinuerit intra sex menses, qui dari solent ad eam obtinendum. *dec.* 509.

Ampl. 1. maximè si offensus excessiuum pretium pro illa conducenda petat, quando à Iudice moderandum est, *Am.*

2. Neque inualidatur si gratiatus accedat ad locum prohibitum offensi, si non fiat animo permanendi, *Am.*

Gratia 2.

* Fruitur primus nominatus licet post nominationem deliquerit, 433.

Gratia 3.

* Fieri potest condemnato per feudatarium habentem cognitionem primam, & secundam cum facultate indulgendi, & remittendi etiam lata sententia, & appellatione pendente, *decis.* 370.

Ampl. Et ante sententiam facere potest licet nullum ius habeat sententiandi, *Am.*

Limita. Facultas gratiandi non intelligitur in generali concessione, nisi in inuestitura exprimatur *Ric.*

Hæres 1.

* Conuentus ex contractu defuncti non declinat forum ob priuilegium ei competens ex persona propria, & non incertum in corpore iuris. *l. apud Iulianum. ff. quibus ex cau. in possess. eat. & l. absens. ff. de iudic. decis.* 234.

Ampl.

tarij, & maximè quoniam sit dominus reuocabiliter, *dec.80.*

Hypotheca 3.

* *Limit.2. R.de pignor.* non habet locum quando in instrumento adest clausula, quòd generalitas specialati non deroget, *dec.5.*
2. Non procedit fauore debitoris, quia est odiosa, *Ric.*
3. In obligatione camerali in qua non attenditur vllus ordo, *Ric.*
4. Si creditor habet constitutum, & ipso vteretur, *Ric.*

Ampl.1. d.l etiam in causa dotis, *Ric.*
2. In fructib. rei specialiter obligatæ, *Ric.*

Hypotheca 4.

* In bonis emptis constituenda in fauorem tertij requirit consensus venditoris quando venditor rei vult, quòd creditor emptoris in re per eum vendita præferatur aliis creditorib. eiusdem emptoris, *dec.67.*

Hypotheca 5.

* Quam pro dote mulier habet super bonis viri extinguitur si ipsa in contractu viri cum altero per verba generalia eam remittat, *dec.477.*

Limit.1. Sed extinguitur tantùm respectu illius rei & personæ cui renunciat, *d.dec.*
2. Quando ipse cum quo contraxit, vel cui renunciauit, aut causam ab ipso habentes bona renunciata possident, non verò alius, *d. dec.*
3. Si vir vltra renunciata bona remaneat soluendo, *d.dec.*
4. Si habeat fideiussorem, vel correos obligatos pro dotis restitutione, *d.dec.*
5. Si fundus remissus non fuerat pro dote obligatus, *d.dec.*
6. Extinguitur quo ad ipsam secus quo ad creditorem ipsa posteriorem, sed anteriorem illo cui remissa fuerunt iura, *d.dec.*
* 7. Extinguitur si cedat iura sua emptori rei sibi obligatæ, sed per dictam cessionem non sibi præiudicat, quo ad alios posteriores creditores, *dec.478.*

Limita hanc 7 ampl. Nisi iuramentum interueniat, tunc neque in subsidium recurrit ad bona cessa, *Ric.dec.478.*

Hypothecaria 6.

* Actio potest in loco intentari vbi res est sita, licet tam actor quam reus sint exteri, præcipuè si vbi res est adsit procurator cum amplis clausulis ab ipso reo constitutus, *dec.177.*

Hypotheca 7.

Pro dote incipit à die dotis promissæ non solutæ, *ad l.1. ff. qui pot. in pign.* & à die initorum capitulorum licet non sit contractum matrimonium *dec.677.*
2. Etiam tacita Hypotheca, *d.dec.*
3. Etiam si per horam tantùm sit anterior expressè præfertur, *Ric.*

* Secundi creditoris non extinguitur si res sibi obligata data fuerit in solutum primo creditori, & ideò ab ipso oblato pretio obtinere potest. *dec.453.*

Limita 1. Extinguitur per alienationem rei hypothecatæ consentiente creditore etiam si res perueniat in dominium debitoris, *Ric.*
2. Quando creditor habet in solutum rem pignoratam, & postea euincitur, *Ric.*
3. Si creditor donat pignus debitori, & postea per ingratitudinem reuocat. *Ric.*
4. Actio primæua non reuiuiscit, vbicumque per transactionem fuerit extincta, *Ric.*

Ampl. Non extinguitur per aditionem hæreditatis debitoris factam à creditore, *Ric.*

Incestus.

* Incestuosus non est filius clerici in sacris constituti, & ideò potest à patre in vsufructu pro concurrenti quantitate alimentorum instituti, & eius filius iure nepos respectiuè, in residuo, & proprietate, *dec.27.*
* *Limit.* In filio equitis Hyerosolimitani professi qui incestuosus dicitur, & sit incapax hæreditatis aui. *dec. 28.*

Indebitum.

Qui restituere debet, & ad interesse ex eo perceptum tenetur, *dec. 319.*

Ampl.1. Si de indebito vtilitas recepta fuerit, *d. dec.*
2. Et illud amittens restituere tenetur, *d. dec.*

Limit. 1. Tunc indebiti actio competit si indebita solutio fit, *Am.*
2. Si solutio coacta fuerit, *Am.*
3. Neque præsumitur locupletior factus nisi probetur, *Am.*

Indultus 1.

* Post eius publicationem delinquenti non prodest. *dec. 468.*
* *Limita* Nisi delinquat in eo loco, vbi publicatus nondum erat licet in alijs locis eiusdem prouinciæ tempore delicti fuisset publicatus, *dec. 360.*

Ampl.1 limit. maximè si indultu dicatur, vt publicetur in ciuitatib. terris, & locis prouinciæ, vt de eo notitia habeatur, *d.dec. 360.*

Limit.2. Nisi probetur delinquentem habuisse notitiam publicationis in alijs terris, *d. dec.360.*

Indultus 2.

* Occidenti eum, qui se clericum dixerat prodest, si tempore citationis non præsentauit bullas, & vt sæcularis contumax fuit declaratus, & forbannitus, *dec.463.*

Iniuriam.

* Factam filio pater remittere non potest, si sit ex l. Cornelia, secus si ex prætoria, *ad l. sed vnius. §. filiofamil. ff. de iniciur.* dec. 715.

Limit. Nisi pater sit vilis qui honorem filij parui faciat, *Roit.*
2. Et pater proprio tantum nomine agere potest pro iniuria filio bannito facta, *Roit.*

Immunitas.

* Ab onerib. realib. ob 12. filiorum numerum patri concessa, *l. si quis Decurio. C. de Decur. lib. 10. & l. fin. C. de iis qui num. lib. d. libr. & l. 2. §. legem. ff. de iur. immun.* conceditur, & matri viuente marito. *l. de personalia. Cod. de his qui num. ib. libr. 10.* dec.259.

Amplia. 1. Et in auo habente 2. nepotes mortuo scilicet filio, *d.dec.*
2. Etiam si filij decedant immunitas continuatur, *Am.*
3. Et mortuo patre, filij immunitate gaudent, *Am.*
4. Et pro bonis acquisitis per patrem post immunitatem, *Ric.*
5. Et filij religionem ingressi, etiam naturales faciunt numerum ad obtinendum immunitatem, *Ric.*
6. Nec Princeps potest reuocare dictam immunitatem, *Ric.*

7. Et

7. Et frater immunis communicat immunitatem cum fratre cohabitante, *Ric.*
8. Et mater mortuo marito obtinet hanc immunitatem, *Roit.*
Limit. d.immunitas non prodest ad eas taleas quę pro causis contractis ante quæsitã immunitatem imponuntur, etiam si concessio dicat, per tutti li carighi occorsi, & che occorteranno, imposti, e che s'imponeranno, *Roit.*

Insignia

* Opere publico non licet propria, vel nomen nisi Principis imponere, *ex l.3.§.fin.ff.de oper. publ.* dec. 443.
Ampl. Nec officialis potest facere statuam in palatio communi, vel arma depingere in opere publico, *Visc.*
Limit. 1. Nisi eiusd. Principis licentia interueniat. *Am.*
2. In capellis, sepulchris, & Ecclesijs, *Am. Ric.*

Instantia

* In causis criminalibus perit biennio, *l. fin. ff. vt intr. cert. temp. l. properandum. C. de iudic.* etiam si per reum sit impedita expeditio, *dec.*250.
Limit. 1. In ciuilibus triennis perit. *Am.*
2. In fiscalibus non datur instantia, sed 30. annorum curriculo habentur pro derelictis, *Am.*
3. Inter priuilegiatos non perit, *Am.*
4. In Ciuitate Neap.& consilio non perit, *Am.*
5. De iure canonico non perit, *Ric.*
6. Et in executiuis, *Ric.*
Amplia. 1. Tam coram Delegato, quam Ordinario iudice, *Am.*
2. Non modò instantia, sed & fictę probationes prout sunt pronuntiæ pro confessis pereunt, sed veræ non, *Am.*
* 3. Instantia semel perempta non reuiuiscit, neque per superuenientem confessionem inquisiti, aut testium informationem, *dec.*653.
* 4. Instantia perempta iudex efficitur priuatus, *dec.*654.

Institutio 1.

* Si fiat caduca, is qui succedit non tenetur restituere portionem instituti prędefuncti testatori cohæredib. institutis, quam eis testator non reliquit, *decis.* 475.

Institutio 2.

* Patre, filio, & nepotib. institutis, omnes simul succedunt, *dec.*633.
Ampl. 1. Si institutio patris contemplatione non fuerit facta, *d.dec.*
2. Si pluralis locutio facta sit, *Ric.*
3. Si appareat testatorem non respexisse ad necessitatem instituendi, *Ric.*

Instrumentum 1.

* Potest reassumi per alium notarium quando qui illud confecit est mente captus, *dec.*300.
2. Quando est impeditus ob multiplicitatem negotiorum, *d.dec.*
3. Quando notarius tenet apothecam, & in ea multos discipulos, per ipsos potest scribi facere instrumenta, *d dec.*
4. Quando notarius est mortuus, vel longo impedimento detentus, *d.dec.*
5. Quando notarius est rebellis, *d.dec.*
6. Quando principalis notarius rogatus est absens, *Ric.*
7. Aut in hostium potestate, *Ric.*
Limit. 1. Dummodo fiat de licentia Magistratus, *d.dec.*

* 2. Debet pars citari, *dec.* 567.
3. Non debet abbreuiationes extendere, sed tantum transcribere, *Ric.d decis.*567.
4. Etiam si in instrumento adsit aliqua rasura, *Ric.d.decis.*567.
5. Octo concurrere debent, vt reasumptio fiat, *Roit.*
Producens non cogitur ad petitionem aduersarij prothocollum, quod ipse non habet exhibere, *decis.*194.
Limit. Sed notarius cogi potest de instrumento rogatus, *d.decis.*

Instrumentum 3.

* Non habet paratam executionem, nisi pro in eo expressis, si pro tacitis non est liquidum, *decis.* 325.
Limita. 1. Nisi interponatur iuramentum decisorium, *Ric.*
2. In instrumento in forma Cameræ, *Ric.*
3. Cum adest iuramentum etiam pro tacitis habet executionem, *Am.*
* 4. Instrumentum locationis ad certum pretium pro quolibet ex tot iugeribus, hoc acto quod mensurari debeant, dicitur liquidum, & paratam executionem contra conductorem habet, *decis.*292.
Ampl. 1. Ne instrumentum guarentigiatum, nisi sit liquidum paratam habet executionem, *Am. d.decis.* 325.
2. Nec pacto fieri potest vt executionem paratam habeat, *Ric.d.decis.* 325.

Instrumentum 4.

* Non liquidatur per accessum iudicis ad domum creditore infirmo, secus verò debitore, *dec.*676.
Limit. Nisi nemo pro debitore comparuerit, *Ric.*

Instrumentum 5.

* Iam actor quàm reus debet iudice pro Tribunali sedente instrumentum, seu scripturas suarum defensionum præsentare ex pragmatic. Regn.Neapol. *decis.*420.

Instrumentum 6.

* Dotale iuxta consuetud.Neapol. an per testes, & quibus casibus probationem in contrarium admittat, *decis.*367.

Instrumentum 7.

* Instrumentum vt habeat ex constitut.Regni executionem paratam ante transactos 20. ann. isti anni debent computari non à die facti instrumenti, sed natæ actionis scilicet secuta conditione, si est conditionale, *decis.* 341.

Instrumentum 8.

* Eius rescissione pendente potest exequi ad instantiam actoris pro consecutione fructuum, *decis.*373.
Ampl. Creditor potest petere annuos census decursos non obstante pendentia litis rescissionis contractus, *Ric.*
Limit. Non potest reasumi in publicam formam pendente eius recissione, *Am.*

Instrumentum 9.

* In publicam formam repertum cancellatum penes debitorẽ solutionẽ pretij inducit, *dec* 361.
Limit. 1. Nisi debitor conuentus excipiat pactum de non petendo, nam per tale instrumentum non probat, nisi, & donationem eius probet, secus si debiti solutionem opponat, *d. decis.*
2. Nisi debitor sit persona domestica creditoris, *d.decis.*
3. Si in instrumento adsit pactum, quod debiti

solutio non possit probari per testes, quia, multo minus per præsumptionem, quæ resultat ex instrumento cancellato, *d.decis.*

4. Si notarius consueuerit dare vnum instrumentum debitori, alterum creditori, *d.decis.*

Ampl. 1. Attenta qualitate, & bona conditione debitoris, *d.decis.*

2. Si debitor sit diues, & creditor pauper, *d.dec.*

3. Si debiti solutio fuerit præfixa intra duos annos, & multum tempus post fluxerit, *d.decis.*

4. Si cum diuturnitate temporis concurrat silentium, & taciturnitas creditoris, *Visc.*

Interesse.

* Est mulieri per consuet. Neapol. taxatum, donec hæredes differunt dotem soluere, & si quid amplius eo patitur non obtinet, *decis.* 472.

Limit. Neque ei debetur si sex mensibus elapsis post mortem viri recepit alimenta, & habitationem, *Ric.*

Inuentarium 1.

* Hæres cum beneficio, & l. inuētarij si vt dissequestrarentur bona se proprio nomine obligauit non tenetur nisi cum d. beneficio *dec.* 648.

Limit. Nisi facta discussione inuentarij appareret penes eum esse bona hæreditaria, &c. *d. decis.*

* 2. Nisi promittens addiderit cum obligatione omnium suorum bonorum, *decis.* 323.

3. Quando constat mentem promittentis fuisse nouandi obligationem, *Roit.d.dec.* 323.

Ampl. 1. Si hæres qui promisit sit mulier, *Roit.d. decis.* 323.

2. Si simpliciter promiserit soluere, *Roit. d. decisio.*

3. Si de mandato iudicis promiserit, intelligitur enim prout de iure, & saluo priuilegio sibi competenti, *Roit.d.decis.*

Inuentarium 2.

* *Ad l.fin.§.donec.C.de iur.de lib.* per quam pendente confectione inuentarij non potest procedi actione hypothecaria, intellige quando agitur actione reali, & cum distinctione, *decis.* 352.

Iudicium 1.

* Nullum est si pater in potestate existens in iudicio fuerit cum filio naturali sine ipsius patris, & aui respectiuè consensu, *per l.fin.§. ex necessitate, C.de bon qua lib.decis.* 494.

Ampl. 1. Etiamsi sit pro alimentorum præstatione, *d.decis.*

2. Etiam si non tractetur de bonis, in quibus patri vsusfructus quæritur, & actio personalis intentata fuerit, *d.decis.*

3. Et filius adoptiuus non potest sine licentia vocare, *Ric.*

4. Idem, & in filijs leuatis de sacro fonte, *Ric.*

Limit. Quo ad castrensia, & quasi, *Am.*

Iudices 2.

* Vtriusque classis non possunt post citationem factam ad dicendum in causa ex pragmatica Regni; quę procedit etiam in causis, in quibus prædicta citatio facta erat ante pragmaticam, elapsis quindecim diebus à die eiusdem pragmaticæ, *decis.* 500.

Iudex 3.

* Statim incompetens fit, atque variatio, & electio alterius iudicis facta fuit, *decis.* 294.

Ampl. 1. Etiam si non fuerit ei inhibitum, *d.decisio.*

2. Etiam si varians per multum tempus non accesserit ad iudicem electum, *d.decis.*

3. Maximè si iudex variatus non præfixerit terminum parti ad comparendum, sed processerit, *d. decis.*

Limit. Varians debet de perhorrescentia iurare, *Am.*

Iudex 4.

* Secularis remisso ad Iudicem Ecclesiasticum articulo merè spirituali, quod emergit in causa prophana debet supersedere in principali, *decis.* 551. 512.

Ampl. 1. Neque potest percipere, vt intra certum tempus causa per Ecclesiasticum expediatur, *decis.* 551.

2. Nec potest in principali procedere, ob partis contumaciam, *decis.* 551.

Limit. 1. Potest tamen præfigere terminum infra quem excipiens se cum processu coram Ecclesiastico præsentet, *decis.* 551.

2. Potest, & statuere terminum varianti, vt coram se capitula quę in curia Ecclesiastica vult probare proponat, ad discernendum an releuent, *decis.* 551.

3. Pars impetrare debet ab ecclesiastico præfixionem duorum mensium contra aduersarium vt probet, eoque non probante causa ad laicum decidenda remittitur, *decis.* 551.

4. Nisi incidens ita principali sit connexum, vt vnum sine altero nequeat determinari, nam in consequentiam licet, quod directè negatur, *Roit.decis.* 551.

Iudex 5.

* Semel vt suspectus remotus, non debet amplius etiam cessante caussa suspicionis ad eandem causam, seu illius dependentia admitti, *decisio.* 719.

Iuramentum.

* Eius absolutio in contractu in quo est renunciatum exceptioni præuentionis liquidationem instrumenti via ritus non impedit, *decis.* 670.

Ampl. Et in obligationibus penes acta paratam executionem habentibus, *Ric.*

Iurisdictio.

* Ciuilis, & criminalis si inter duos dominos eiusdem feudi sit diuisa, eorum vno delinquente in alterius tribunali est inquirendus, *dec.* 274.

* *Ampl.* Neque præueniri potest in præiudicium feudatarij, sed iura feudi seruantur, vbi captus ab vno iudice ad alium remittitur, *decis.* 342.

Laudemium.

* Debetur directo domino facta rerum emphyteuticarum venditione subhasta, *decis.* 277.

Amplia. 1. Et de re quæ in solutum donatur, *Am.*

2. Et quando venditio sit cum pacto redimendi, *Am.*

3. Et quando fit venditio ex testatoris præcepto, *Am.*

4. De re emphyteutica donata primum postmodum ligata, *decis.* 201.

5. Per vxorem à viro institutam, si inuestitura sit transitoria ad extraneos, *decis.* 447.

* 6. Et est soluendum à secundo emptore, pro se, & pro antecessore qui non soluit, *decis.* 430.

7. Possessor rei emphyteuticæ tenetur ad census præteritos, *Ric.ead.decis.*

8. Etiam si dominus directus potuisset commodè exigere à primo, & fuisset negligens, *Ric. ead.decis.* 430.

9. Idem procedit in tributis præteritis, *Ric. ead. decis.*

10. Et

10. Et debetur primo domino si secundus subconcessit in emphyteusim cum consensu primi, *decis.* 437.

11. Ex donatione debetur, *Am. d. decis.*

Limi. 1. Non debetur quando alienatio fit ex causa necessaria, puta religionis, libertatis, dotis, edificiorum publicorum, & publicæ vtilitatis, *Ric. dec.* 277.

2. Successor non tenetur soluere pensiones decursas, *Roit. dec.* 430.

3. Ex contractu conditionali, *Am. d. decis.*

4. Nec quando pignoratur res tanto pretio, vt nulla sit luitionis spes, *Am. d. dec.*

5. Pro re super qua est impositus census, quę potest vendi emptori census sine laudemij solutione, *Am. d. dec.*

6. Ex re emphyteutica data in dotem inęstimata, *Am. dec.* 437.

7. Ex venditione Allodii, *Am. d. dec.*

Laudum 1.

* Annullatur si arbitrer aliquid fecerit pręter contenta in compromisso puta si dederit terminum ad conuincendum, & causa fuerit compromissa in terminis, in quib. reperiebatur, *dec.* 354.

Amplia. 1. Ex defectu potestatis puta si compromissum fuerit per duos menses, & ipsi expirauerint, *d dec.*

2. Licet data fuerit facultas prorogandi, si prorogatio sit facta post finitam præfixionem, *d. dec.*

3. Si non sint decisæ omnes differentiæ in eo compromissæ, *d. dec.*

4. Si non sit publicatum præsente arbitro, *d. dec.*

5. Si pro summa debita assignet bona in solutum, *Ric.*

6. Si in ipso adsit clausula reseruatiua, scilicet si probauerit infra duos menses, *Ric.*

* *Declara. Ampl.* 2. Tempus in compromisso appositum currit à die quo factum fuit, si in eo sit dictum, quod currat ab hodie, *dec.* 626.

Legatum 1.

* Super feudo hæreditario relictum debetur à succedentib. in ipso feudo, etiam institutione irrita, *ad l. si cum pater.* §. *existimaret. ff. de leg.* 2. dec. 1.

Ampl. 1. Etiam si quis tantum in feudo esset institutus, quia, & ille hæres dicitur, *d. dec.*

2. Et legatum quasi æquale esset cum ipso feudo, quia fit appretiatio, *d. dec.*

Legatorum 2.

* Ademptio conditionalium reuocationem non continet, item facta patri non præiudicat eius filiis, à quibus facta non fuit, *dec.* 169.

Ampl. Et verbis generalibus adimentis non subijcitur, id quod in specie reuocari non valeret, *Am.*

Legatum 3.

* Marito factum sub conditione si lectum viduale seruauerit debetur, si conditio ad impleatur, *dec.* 174.

Ampl. 1. Et conditione spreta est restituendum legatum vna cum fructibus, *Am.*

* 2. Et vidua quæ post aliquot annos nupsit, tenetur restituere, quod virtute legat prædicti accepit, *dec.* 231.

3. Et mater tenetur restituere id quod accepit virtute legati prædicti sibi à filio facti, si postea nubat, *Ric. dec.* 231.

Limita. 1. Mulier cui legatum est si castè viuat, si peccet, & inde nubat potest consequi tale legatum, *Ric. d. dec.* 231.

2. Conditio viduitatis reijcitur si tria concurrunt tempus perpetuum locus vniuersalis, & persona indifferenter, *Am. d. dec.*

Legata 4.

Quantitate pluribus, diminutio legati pro rata fit, *l. si verò composita.* §. 1. *ff. de mil. test.* sed an idem fiat quando vni est legata species, & alteri quantitas hærede non existente soluendo, *dec.* 236.

Ampl. Etiam si aliquibus legatarijs iam sit solutum, & aliquibus, non, nam isti contra illos pro sua rata agent, *Am.*

2. Et in legatis piis d. l. ampliatur, *Ric.*

Limit. d. l. in legatis pro dote filiabus factis, *Am.*

* 2. Licet legatum ob hæreditatis inopiam diminuatur onus tamen, ei adiectum non diminuitur, quando dispositio est facta in vim modi, & onus legato adiectum est extrinsecum, *dec.* 362.

Legatum 5.

Inter pauperes distribuendum post mortem legantis, an in eius vita distribui possit, *dec.* 706.

Legatum 6.

* Ademptio non videtur induci quando eius pars alienata fuit cum pacto retrouendendi, *ad limit. l. fideicommissa.* §. *si rem ff. de leg.* 1. & an legatum pro dote filiæ spuriæ ad hæredes transeat, *dec.* 283.

Limit. 2. d. l. Nisi testator à priori voluntate recessisset. *Non.*

3. Nisi iusserit hæredi, vt venderet, *Non.*

4. Nisi rem venditam tradiderit, & pretium acceperit, *Non.*

5. Nisi locationem ad longum tempus fecerit, *Non.*

6. Nisi rem simpliciter legauerit, *Non.*

7. Nisi legatum in pecunia sit exactum, *Non.*

Legatum 7.

* Rei alteri obligatæ testatore sciente coniunctæ personæ factum valet, & debetur ab hæredib. saltem eius pretium, *l. si res, obligata, ff. de leg.* 1. dec. 547.

Ampl. Etiam factum propria causa, & Ecclesiæ, *Roit.*

2. Factum alicui valdè amico, *Roit.*

3. Factum pro libertate, *Roit.*

4. Etiam si ignorauerit rem alienam esse, vel alteri obligatam, nam hæres luere tenetur, *Roit.*

5. Et si solum ius super illa re habuerit testator totam rem videtur voluisse legare, maximè si onus iniunxit legatario, *Roit.*

6. Si solam possessionem rei habebat, & proprietatem legasse videtur, *Roit.*

7. Et quando legatum est feudum eius æstimatio debetur, *Roit.*

8. Tam de iure ciuili, quam æquitate canonica, *Roit.*

Limit. Non valet factum de re Ecclesiæ, nec quo ad æstimationem, *Roit.*

Legatum 8.

* Annuum debetur à morte testatoris, etiam quod tabulæ non sint apertæ, aut hæreditas per multos annos non adita, *l. nec semel. ver. item celsus, & ver. sequen ff. quando dies leg. ced.* dec. 634.

Ampl. Etiam si interpellatio non præcedat, *d. decision.*

2. Et est soluendum in principio anni, *Rot.*

Limit. Est soluendum de fructibus si illos omnes non absorbet, *Ric.*

Legatum 9.

Factum filio naturali ex fratre, amore Dei, an pium dicatur, *decis.565.*

Ampl. 1. Et factum miserabilibus personis dicitur pium, *Nou.*

2. Libertatis causa, *Nou.*

3. Pro redemptione carceratorum ex maleficio, *Nou.*

4. Alimentorum fauore, *Nou.*

5. Dotis factum pauperi etiam filiæ, *Nou.*

6. Hospitalis factum, *Nou.*

7. Pro sepultura, aut monumento consuetudo. *Nou.*

8. Pro anima relictum, *Nou.*

9. Pro refectione, & constructione pontium, & viarum, *Nou.*

10. Pro incertis, & malè ablatis, *Nou.*

11. Relictum Monacho, vel Moniali in Monasterio pauperrimo, *Nou.*

12. Pro mandandis, seu reficiendis muris, & custodia terræ, *Nou.*

13. Datum in satisfactionem bonorum operum, beneficiorum acceptorum, pro maritandis puellis extraneis, ad Missas celebrandas, *Nou.*

14. Quod datur ad maritandum, quę non habet sufficiens patrimonium cum æquè æquali, *Nou.*

15. Quod datur à patre filiofam. studijs incumbenti, & nihil aliunde habenti, *Nou.*

16. Et in legato pio venit quod est maximum, non quod minimum, *Roit.*

Legato 10.

* Frumento, vino, vel oleo, ea debentur quæ mortis tempore reperiuntur, *decis.313.*

Amplia. 1 Idem in pannibus, *d.decis.*

2. In legato nummorum, si inter tempus testamenti, & mortis est variata pecunia, *d. decis.*

3. In vestibus, *d.decis.*

Limita. Debetur pro ea quantitate, quæ testamenti tempore reperiebatur, *d.decis.*

Legatum 11.

* Cuius redemptio a testatore vni ex hæredibus permissa fuit, si redemptum non sit, neque hereditatem redimere debentis, aut eius hæredum auget, *decis.525.*

Legatum 12.

Duplex factum vni eidemque personæ in diuersis scripturis, & quantitatibus, pro eadem causa debetur, *decis.422.*

Limita. Nisi duplicatio fiat in specie, *Ric.*

2. Nisi pro eadem causa, quia secunda dispositio tollit primam, *Ric.*

Legata 13.

* viro vxori relicta filij existentibus quoad vsumfructum tantum ipsi vxori acquiruntur, filijs verò matri præ mortuis, & plena legatorum proprietas ipsi vxori, & eius hæredibus non verò substitutis filiorum, *dec.655.*

Legatum 14.

* A patre cum onere potest filio naturali fieri, quia nihil ex testam. relinquere tenetur, licet ab intestato in duabus vncijs succedat, *dec.720.*

Legatum 15.

* Demonstrationis causa dicitur factum se diuersa oratione, vnde solui debet locus designetur, *decis.721.*

2. Quando locus in executione ponitur, non in obligatione, *Rot.*

Legatus.

* Pro vniuersitatis beneficio missus, & in itinere captiuatus recuperat omne damnum ab eadem vniuersitate, *decis.146.*

Amplia 1. Licet stipendium pro legatione ab ipsa vniuersitate acceperit, *Am.*

2. Neque hoc casu tenetur ad restituendum vniuersitati munera, quæ in legatione accepit, *Am.*

Limit. Sed in emenda sibi per vniuersitate fienda, ipse pro parte sua debet contribuere, *Am.*

Legitima 1.

* Filia super bonis paternis, de quibus non fuit dotata, petere potest à fratribus licet cum iuramento renunciauerit, & nubens à marito fuerit dotata, *decis.119.*

Legitima 2.

* Auia à nepote exclusa est tertia tertiæ, *decision. 63.*

Legitima 3.

Sicuti pater non potest cogi ad dandum legitimam in vita, ita & filius cogendus non est ad illam acceptandum, *decis.133.*

Ampl. 1 Neque mater cogi potest ad dandum legitimam, *Ric.*

2. Neque tenetur pater ad eam assignandum, quando filij bona fuerunt confiscata, *Ric.*

3. Nec cum debitoribus patris pacifici potest filius eos in præiudicium patris liberando pro sua legitima, *Ric.*

4. Nec eam alicui obligare vtroque parente viuo, *Ric.*

Nisi pater viuens eam assignasset.

5. Licet parentes vnicam assignauerint, non possunt ab altero filio ad illud cogi, *Ric.*

Limita. 1. Nisi patri condemnato confiscata fuerint bona, ipso enim adhuc viuente debet legitima assignari, *Ric.*

2. Si filius velit ad sacros ordines promoueri cogitur pater legitimam assignare, seu congruam portionem, vt illas suscipiat, *Ric.*

3. Patre, vel matre religionem ingredientibus, *Ric.*

Legitima 4.

An debeatur filio post liquidatum æs alienum quo non deducto non debetur, an verò ante, sed præstita per cautione, *decision.127.*

Lex 2. C.de rescind. vend.

* Non habet locum, quando testator institutis filiabus mandauit, vt recepta certa dote à patruo eidem d.hæreditatem cederent, licet hæredes patrui dicant se læsos, *decisio. 225.*

2. Habet locum in diuisione, *decisionem 675.*

3. In venditione facta pro debito fiscali, *Roit.*

4. In subhastatione. *Roit.*

5. In venditione facta cum decreto iudicis, *Roit.*

6. Quando venditor donauit illud plus, *Roit.*

7. In re data in dotem inæstimatâ, *Roit.*
8. In locatione, *Roit.*
9. In actibus etiam geminatis, *Roit.*
10. In emphyteusi, & beneficiorum permutatione, *Roit.*
11. In contractibus, bonæ fidei, & stricti iuris. *Roit.*
* 12. Competit emptori læso vltra dimidiam, etiam si contractus fuerit geminatus super eadem re, maximè dolo aduersarij interueniente in vtroque, aut timore iusto, *dec.*243.
Limit. 1. Non competit singulari successori, *Roit. d. decis.*675.
2. Venditori scienti valorem rei venditæ, nisi sit persona simplex. *Roit. d. decis.*
3. Vendenti fundum in quo ignorabat esse Thesaurum absconditum, *Roit. ibid.*
4. Re perempta, *Roit. ibid.*
5. Renunciari potest, sed specialiter, *Roit. ibid.*

Lex fœmina, Cod. de secund. nupt.

* Habet locum in muliere ad secunda vota transeunte, quæ sibi a primo viro donata amittit, & eius filijs restituit, *dec.*632.
Ampl. 1. Et in muliere maiore 18. ann. *d. decis.*
2. Etiam nubente cum consensu tutoris, & filiorum infantium, vel impuberum, *d. dec.*
3. Etiam præsentib. & tacentib. filijs, *d. dec.*
4. Etiam non dato conquæstu, *d. dec.*
* 5. Et in legato mulieri facto pro seruitijs, *decis.* 428.
6. Et in viro procedit, *Ric. d. dec.*428.
Limit. 1. d. l. non procedit quando donatio est facta ob causam, *d. dec.* 632.
2. Procedit in ijs quæ præueniunt titulo lucratiuo non oneroso, *d. dec.*428.
3. Non procedit in ijs, quæ vir ignobilis, aut senex dedit vxori nobili, aut iuueni, *d. decision.* 428.
4. In seruitiis præstitis extra, & vltra maritalem affectum, *d. dec.*

Lex nulli, C. de iudiciis.

† Non habet locum in criminalibus, *dec.* 582.
Limit. habet locum in redditione rationum, *Roit.*

L. diffamari, C. de ingen. manum.

* Intentâs, non potest penes eund. iudicem cogere diffamantem ad productionem suorum iurium, maximè si ipse diffamans coram alio obtinuit supplicationem, *dec.*385.
Limit. Nisi intendet remedium, *l. si contendat. ff. de fideiuss.* nam is qui agit vltra progreditur petendo declarari aduersario nullum ius competere, *d. dec.*
Ad *l. diffamari, & si contendat. dec.*659.

L. vnic. C. quando imp. int. pup.

Beneficio gaudet virgo, sed an, & existens in patris potestate, & quærelans homicidam de morte fratris, *dec.*100.
Ampl. 1. Et habens virum inutilem gaudet, *d. decision.*
2. Vidua diues, *d. dec.*
3. Senes, decrepiti, infirmi, continuo morbo laborantes, studentes, habentes maritos captiuos ab hostibus, bannitos, & ad triremes perpetuò condemnatos, *Am.*
* 4. Meretrix tamquã miserabilis gaudet. *dec.*133.
* 5. Pupillus ex contractu paterno à vidua conuentus, *dec.*553.
6. Clericus, *Roit. d. dec.*
Limit. 1. Viduã contra aliam personam etiam priuilegiatam non gaudet, *decis.* 188.
2. Sed pupillus non potest forum paternum declinare ad ampl. super 5. *d. decis.*553.
3. Nisi vidua conueniat coram Senatu, & pro dotis conuentione, ob duplex priuilegium, *Roit. ibid.*553.
* 4. Pupillus in aui potestate existens, non gaudet, *decis.*671.
5. Pupillus hæbreus etiam minor ann. 14. *Ric. ibid.*671.
Ampl. 1. Et virgo stuprata blandis verbis, sub promissione matrimonij contra stuprantem gaudet, *decis.*559.
8. Licet per vim fuerit stuprata, *Roit. ibid.*599.
9. Et vidua meretriciam vitam ducens, *Roit. ibid.*
* 10. Vt eius priuilegium tollatur, non sufficit generalis derogatio, nisi in priuilegio dicatur non obstante quod sint miserabile personæ, *decis.*187.
11. Et eius priuilegium vni concessum, feudo ad dominum directum reuerso eoque alteri concesso, non videtur tale beneficium etiam concessum, licet in inuestitura dicatur, non obstante quod de priuilegio deberet fieri expressa mentio, *decis.*192.
12. Et eius priuilegium feudatarijs Regni, cum clausula abdicatiua concessum, per eosdem non potest in vassallorum præiudicium renunciari, *decis.*541.
Limit. 6. Non gaudet vidua quæ accusationem instituit in vno loco, ipsa deinde in altero nupta nam ad iudicem loci in quo postremo nupsit est remittenda, maximè si non iurauerit perhorrescentiam, *decis.*257.
13. Mulier quæ diuortium sine sua culpa cum marito fecit gaudet, *Ric. ibid.*257.

L. hac edictali. C. de secun. nupt.

* Mulier non potest plus donare secundo viro quã vni ex filijs primi matrimonij, etiam si donet filijs nascituris secundi matrim. neq; d. lex est correcta per consuetud. Neap. qua mulieri de decima parte disponere permittitur, *dec.*415.
Ampl. 1. Vt d. l. derogetur debet expressè fieri, *d. dec.*
2. Matri decedenti superstitib. filiis ex diuersis matrimoniis æqualiter, & pro virili succeditur, *Visc.*
3. Licet maritus stipuletur pro filiis suis, *Am.*
4. D. l. procedit, & in marito, *Am.*
5. Et si mater excedit d. l. totum, quod per eius dispositionem à marito aufertur datur filiis primi matrimonii insolidum, exclusis penitus illis secundi, *Am.*
6. Quando donatio facta est filiis secundi matrimonii, sed an procedat quando facta est per viam legati, *dec.* 583.
7. In auo, & filiis descendentibus, *Ric. ibidem* 583.
8. Quando aliis relinquitur contemplatione mariti, quem bona possedisse apparet, *Roit. ibid.*583.

Libellum.

* Famosum faciens naturalis mortis pœnæ punitur, *dec.*533.
Ampl. 1. Siue vera, siue falsa scripserit, *d. dec.*
2. Nec requiritur vt libellus affigatur, sed sufficit vt domi, vel in publico, aut in quocumque loco reperiatur, *d. dec.*

3. Maximè si tale delictum sit frequens, *d.decis.*
4. Et in maledicente Principi, *Non.*
5. In reperiente, & non lacerante libellum, si capitale crimen contineat, *Non.*

Limit. 1. Delictum quod in libello continetur debet esse pœnæ mortis, ad hoc vt libellans morte puniatur, *d.decis.*
2. Non punitur, sed absoluitur qui in iudicio illud probat, *d.dec.*
3. Dictæ ampliat. procedunt quando extra iudicium infamatur, *d.decis.*

Litis 1.

* Consors gaudet beneficio simpliciter, & non limitatè petito, & concesso consorti, maximè si contra tertium vult vti, nec renunciatio facta per acquirentem nocet d. consorti, *decis.* 269.

Ampl. 1. Et restitutio concessa minori prodest maiori, *Am.*
2. Et quo ad electionem fori, *Ric.*

Limit. 1. Nisi probetur de beneficio dato, *Am.*
2. In indiuiduis non procedit, *Ric.*

Litis 2.

* Processu combusto debet compilari, *decis.* 707.

Limita. Nisi habeatur copia authentica, *d.decis.*

Ampl. Idem, & in deperdito, nisi reperiatur, cui creditur, si nondum sententia fuerit prolata, *Ric.*

Mandatum 1.

* Sufficit apud acta reuocare, licet reuocatio parti, vel procuratori reuocato non fuerit intimata, *decis.* 490.

Ampl. 1 Neque requiritur notificatio quoties reuocatio nulli præiudicat, *Ric.*
2. Et reuocatio fieri potest non obstante iuramento non reuocandi cùm actus ex sui natura est reuocabilis, *Ric.*

Limita. 1. Debitoribus est notificanda reuocatio, *Am.*
2. Procuratori quo ad negotia est intimanda reuocatio, *Ric.*
3. Quando notificatio reuocationis est facienda, debet certiorari reuocator, licet ipse aliundè se reuocatum sciat, *Ric.*

Mandatum 2.

* Generale tutoris, nomine tutorio factum, ipsius morte, vel finito officio, quo ad negotia, & lites non cæptas, expirat, *decis* 466.

Limit. 1. In mandato vniuersali, *d.decis.*
2. Etiam re non integra fauore libertatis, *Ric.*
3. Quando fit aliquid, quod fieri ex officio necesse est, *Ric.*
4. Quando actus conficiendus post mortem confertur, *Ric.*
5. In causa pia, *Ric.*
6. Fauore pacis faciendæ, *Ric.*

Ampl. Mandatum procuratoris ita finitur morte Episcopi, sicut remotione, translatione, vel renunciatione, *Roit.*

Maritus 1.

* Qui in casu restitutionis promisit restituere dotem in pecunia vel retrocedere nomen debitoris, sibicessum dicto nomine non exacto, sufficit retrocessio fienda per eius hæredē, *dec.* 108

Maritus 2.

* Debet fideiubere de dote soluenda hæredibus vxoris mortuæ in fine anni, quam dilationem habet humanitatis causa, *decis.* 218.

Ampl. 1. Licet cautio non sit promissa, *d.decis.*
2. Ea non præstita sit executio deducto commodo medij temporis, *d.decis.*

Maritus 3.

* Pro debitis à muliere contractis ante matrim. tenetur de ipsis bonis, dotalibus, *decis.* 636.

Limit. 1. Non tenetur de introitibus ipsorum bonorum dotalium, *ead.decis.*

Ampl. d. limit. Neque de introitibus tenetur ad compensationem, *d.decis.*

Limit. 2. Et de dictis boni dotalibus adhuc non tenetur, nisi facta contra vxorem excussione, *d.decision.*
3. Non tenetur de dote pro muliere à fisco condemnata licet & ipse fuerit condemnatus, *Roit.*

Maritus 4.

Licitè potest de iure regni vxorem, in adulterio repertam occidere, sed an dotem lucretur, *decis.* 678.

Ampl. 1. Siue adulter nobilis sit, siue vilis, *Ric.*
2. Et suspectum de adulterio occidendo, minor pœna punitur, *Ric.*
3. Et dotem acquirit, *Roit.*
4. Et castrare potest adulterum, *Roit.*
5. Neque excommunicatur occidens adulterum, qui sit clericus, *Roit.*
6. Non modò repertum, sed fugientem insequendo occidere potest, *Roit.*
7. Et pater potest occidere filiam adulterā, *Roit.*

Mater 1.

* Transiens ad secunda vota succedit in bonis filijs quæsitis ex fructibus paternæ substantiæ, quo ad plenam proprietatem, & pleno iure, non verò quoad vsumfructum tantum, vt in illis, quæ ex paterna substantia habuit, *ad declarat. Auth. ex testamento. C. de secund. nupt. dec.* 18.

Mater 2.

* Filium sibi hæredem faciens in eius testamento potest prohibere, vt vsusfructus bonorum patri acquiratur, *Auth. excipitur. C. de bon. mater.* quæ & ampliatur in bonis dotalibus, *dec.* 161.

Ampl. 1. Non modo expressa, sed & tacita prohibitio sufficit, *Am.*

Limita. 1 Legitimam sub prohibitione vsusfructus patri, non potest relinquere, *Ric.*
2. Ad prohibendum vsumfructum est expressè prohibenda commoditas fructuum alias pater hanc fructuum commoditatem percipiet, *Ric. Non.*

Mater 3.

* Curatorem filio furioso dare non petens, an eius successione priuetur, sicut & ob non petitum tutorem, *decis.* 167.

Mater 4.

* Tenentur de x. partibus nouem filijs relinquere, eorum bonorum quæsiti ab agnatis, & cognatis peruenerunt, quia per consuet. Neap. de x. tantùm parte disponere potest, *decis.* 396.

Mater 5.

* Non succedit filio adulterino, nec contra, *Auth. quib. mod. nat. effic. sui. §. fin auth. quid. mod. nat. effic. leg. §. fin.* sed alimenta tantum ei de æquitate canonica debentur, *decis.* 645.

Ampl. 1. Et in terris Imperij, *d.decis.*
2. Et alimentorum prestatio ad hæredes transit, *d.decis.*
3. A die implorati iudicis officij, *d.decis.*
4. Neque naturalis succedit matri illustri, *Roit.*
5. Neque nepos ex naturali succedit, *Roit.*

Matri.

Matrimonii 1.

Cognitio quando spectat ad secularem,& quando ad ecclesiasticum, *dec.36.*

Ampl. Ad secularem quoque cognoscere spectat, quando quis accusatur, quod matrimonium cum duabus contraxerit, *d.dec.*

Matrimonio 2.

* Copulare tenetur pater filiam nubilis ætatis, & pro facultatum modo dotem ei constituere, *dec.616.*

Amplia. Et monasterium ingredientem tenetur de suo dotare, *Nou.*

Limita. Nisi iam nupta sit, *Reit.*

Melioratio 1.

* Facta à grauato pendente conditione in re restitutioni subiata ad perpetuam ipsius rei vtilitatem soluenda est à fideicommissario, pretio quod restitutionis tempore valet.

Ampl. 1. Etiam si minus valeret quàm expensum sit, *d.dec.*

2. Et in possessore bonæ fidei, *ead. dec.*

3. Nec compensantur fructus percepti, *ead. dec.*

4. Et si pretium excedit meliorationes, id solum restituendum, quod est expensum, *ead.dec.*

5. Si melioratio sit deducta, datur retentio in fundo, *Ric.*

6. Et colono datur retentio,qui fecit expensas in arando, *Ric.*

7. Et exceptio retentionis, aut factæ meliorationis in executione sententiæ opponi potest, *Ric.*

8. Neq; admittitur fideiussio de soluendo quatenus expensæ sunt liquidatæ,vel de proximo liquidandæ,*Ric.*

Melioratio 2.

* Vbi à domino rei melioratæ solui nequit, prouidetur vt sibi sufficiat census tunc super re impositus, *dec.*110.

Limita. Nisi ex dolo meliorauerit ita vt solui nequeat, nam melioratio amittitur, *Ric.*

Meliorationum 3.

In pretio factarum à socero in re ab eius hæredib. euicta, quis præferatur an nurus agens pro parte, an verò creditores dicti soceri pro fructib. perceptis in dicta re euicta, & meliorata, *decis.*527.

Meliorationes 4.

* In re obligata à quocumque factæ, & eidem creditori obligantur, *dec.* 456.

Limit. Possessoris tamen datur retentio pro pretio erogato quatenus res effecta sit pretiosior contra creditorem agentem hypothecaria, *d. dec.*

Meliorata 5.

* Re empta perdito termino solutionis pretij, & eodem tempore mortuo emptore,quo ad meliorationes præferuntur creditores anteriores quo ad rem ipsam venditor si dominium sibi reseruauerit, *dec.*506.

Limit. Mulier creditorib.etiam anteriorib. præfertur, si probet ipsa melioramenta de pecunia dotali facta fuisse, *Ric.*

Mercator 1.

* Seu Bancherius soluere promittens ad certam diem summam contentam in litteris sibi præsentatis eã cogitur soluere,licet scribens interim decoxerit, *decision.* 303.

Ampl. 1. Siue retentæ fuerint litteræ per præsentantem, siue dimissæ penes acceptantem, *d. decis.*

2. Etiam si qui acceptauit non esset debitor scribentis, *d. dec.*

Limit. 1.*ampl.*2. Sed censebitur fideiussor, & tenebitur quando principalis soluendo non erit, *d. dec.*

2. Nisi post acceptationem moriatur qui litteras scripserat,mandatum enim est extinctum, *Ric.*

Mercator 2.

* Vel alius artifex vt suæ artis priuilegio fruatur, debet esse matriculatus, simulque officium exercere, *dec.* 481.

Ampl. 1. Non solùm necessaria est matricula, & exercitium, sed & continuatio exercitij, *Ricius.*

2. Idem in Doctoribus non Aduocantibus, *Ric.*

Meretrix 1.

Vel leno non tenetur ad gabellam meretricum, aut lenonum, si vnum tantum lenocinium sine salario committat. *decis.* 68.

Limit. 1. Iure ex vnico actu dicitur læno vxoris, *d. dec.*

2. Homicida,calumniator, fænerator, lusor, & aleator, ex vnico actu sic denominantur, *d. dec.*

Meretrix 2.

Potest de iure communi è vicinia expelli,scolares & exteri habitantes sine mulierib. in Ciuitate Neapol. ex eius constitut. quæ non extenditur ad scholares in Casalibus Ciuitatis habitantes,licet casalia sint quo ad iurisdictionem diuisa ab ipsa ciuitate, *dec.* 316.

Ampl. 1. Etiam si meretrix habitet in propria domo, *Ric.*

2. Lenones, tabernarij, sulphurarij, qui artem fœtidam exercent, *Visc.*

3. Animalia pestilentia, *Am.*

4. Hæretici, excommunicati, morbosi, pestilentes, leprosi, *Am.*

5. Et possunt cogi ad portandum signum meretrices, *Am.*

*Limit.*1. In meretrice habente virum,nisi ipse eius leno sit, *Visc.*

2. Non potest à ciuitate expelli, si à vicinia, *Visc. Am.*

3. In Doctore, licet mulierem non habeat, *Am.*

Miles 1.

Pro dote conuentus an post conclusum in causa possit hosticam exceptionem opponere scilicet se ad bellum iturum, *dec.* 286.

Ampl. 1. Hanc exceptionem tam in criminalibus quam in ciuilibus, *Am.*

2. Quilibet consanguineus eam opponere potest, *Am.*

3. Et potest opponi contra mulierem dotes repetentem, *Am.*

3. Et eidem exceptioni renunciari potest, *Ricius.*

Lim. Hæc exceptio non competit illius vxori, qui in castris militat. *Ric.*

Miles 2.

* Regiarum triremium extra ipsas delinquens per ordinarium loci delicti puniri debet, *ad l. Magi:*

magisteria C.de iurisdic.dec. 88.

*Ampl.*1.Maximè si præuentio per ordinarium fuerit facta, *d.dec.*

2. Si non sit concessa iurisdictio Capitaneo abdicatiuè, *d.dec.*

3 Maximè si sit delictum commune, vt adulterium, non militare, vt arma vendere, *dict. dec.*

4. Et quando est graue, vt raptus, homicidium, stuprum,secus, si leue,*d.dec.*

5. Si non sit in actu expeditionis, *d.dec.*

* *Limit.* Si sit miles castri, & extra castrum delinquat, nam ad castellanum remittitur, attento præcipuè eius priuilegio cognoscendi, *dec.* 458.

Miles 3.

* Continuus dictus, & Hispanico more *Entrenidos por el Rey,* recedens sine Proregis licentia à ciuitate officio priuari potest, *dec.*455.

Minor 1.

* Atrociter delinquens,puta, veneno parricidium committens mitius non debet puniri, quia minor, *dec.*230.

Limit. 1. Si confiteatur delictum sine curatore in iudicia,vel extra,arte lęsum asserat, quia restituitur, *Am.*

2. Si lenocinium committat, *Ric.*

3. Et homicidium cum causa committens, *Ric.*

Minoris 2.

Res non potest sine decreto obligari, licet eiusdem rei vendendæ fuerit à testatore data facultas,*dec.*302. quæ venditio vt valeat acta requiruntur, *Ric.*

1. Causa vrgens alienandi.
2. Quod debitum non possit solui.
3. Quod liqueat iudici per discussionem.
4. Quod vendatur res minus damnosa.
5. Quod pro paruo debito non vendatur res magna.
6. Interuentus curatoris.
7. Decretum iudicis.
8. Subhastatio.

Minor 3.

* Maiori succedens non restituitur lite iam contestata. *dec.*647.

Limit. In causa tamen appellationis habet terminum ad non posita ponendum, sed non in iam positis, à prædicto maiore cui successit, *d. dec.*

* *Ampl.* Nec iudicem variare potest, *dec.*364.

Monasterium 1.

* Excludit proximiores à bonis Monachi si est capax. *dec.*40.

*Ampl.*1. Et habetur loco filij, *Am.*

2. Succedit siue in bonis quæ habeat tempore ingressus, siue in acquisitis post, *Ric.*

3. Licet non habeat actionem, vel rei vendicationem ad bonaobuenta,potest tamen implorare officium iudicis, *Ric.*

* 4. Ex persona fratris potest impugnare testamentum maternum, in quo filia hærede instituta solum ānuum legatum monacho filio relinquitur, *decis.* 667.

* 5. Capax in communi vendicare potest bona Monachi defuncti à nepotib. per eum institutis in testamento ante Monachatum facto, si testando verisimile est de religione cogitasse, *dec.*423.

6. Et Monachus potest possidere si Abbas conniuentibus oculis permittat, sed non perpetuò, *decis.*718.

Limita 1. Filius substitutus si sit ipse succedit, non monasterium, *Am.decis.*40.

2. Ingrediens monasterium in substituti fraudem ipsi substituto non præiudicat, *Am.d.dec.*

3. Non habetur loco filiæ monialis ad exclusionem matris in loco antephati, *dec.*769.

Monasterium 2.

* Monialium potest cogere vicinum ad tollendum aspectum, quem in se habet etiam publica via intermedia, *decis.*223.

*Ampl.*1. Et potest cogere ad vendendum d.seruitutem altius non tollendi,*d.dec.*

2. Ad vendendam domum pro amplianda Ecclesia, *d.dec.*

Monetam

* Falsam alterius Principis cudens,sed non ad perfectam formam, vt valeat expendi, ad perpetuas triremes condemnatur,*dec.*440.

*Ampl.*1.Si d.moneta in loco vbi fabricatur expenditur,mortis pęna imponitur, *d.dec.*

2. Ad torquendum super hoc crimine sufficiunt instrumenta ad illam fabricandum penes inquisitum reperta, *Ric.*

* Scienter monetam falsam expendens de iure regni pęna mortis punitur, *dec.*401.

4. Si sit malæ vitæ, *d.dec.*

5. Si per socios criminis conuincatur, *d.dec.*

6. Etiam si conuictus sit per testes, qui per rimulam ostij successiuè viderint eum fabricantem, *Ric. ibid.*401.

7. Et accusans de falsa moneta de iniuria, non tenetur, si accusationem non probet, *Am.ib.* 401.

Limita 1. Sciens, & dolosè monetam falsam expendens non excluditur à beneficio indultus generalis, *Ric. ibid.*401.

2. Et cognitio falsæ monetæ non continetur sub concessione meri, & mixti imperij, *Am.dec. ibid.*401.

* 3.Condemnatus de moneta falsa,quia apud eum reperta, & qui nihil in tormentis confessus appellare potest, *dec.*351.

Mortuam

* Esse matrem post filios impuberes creditur, *dec.* 454.

Ampl. Idem in patre, *Am.*

Limit. Secus quando filius est pubes, *Am.*

2. Fœmina præsumitur ante masculum decedere, *Am.*

3.Non ita præsumitur quando extraneus successurus est, sed tantum inter ipsos, *Ric.*

Nepotes 1.

* Ex fratre præferuntur nepotib. ex sorore in successione patrui, quo ad bona existentia in districtu Ciuitatis Neapol. in cæteris verò omnes succedunt, *dec.*412.

Neptis 2.

* Filius non concurrit cum altera nepte defuncti, nec repręsentat personam parentis, ex iure consuetud. vocante proximiores, & sic conformat ius commune, *dec.* 266.

Abneptis 3.

Si concurrat cum sorore. & amita de iure consuetudinario Ciuitatis Neapol. in successione sororis,an admittatur cum eis,*dec.*652.

Nobilitas 1.

* Ab allegante debet probari, & sufficit quasi possessio

fessio non data in contrarium probatione, *dec.* 630.

Limit. Hoc procedit quando incidenter de ea tractatur. *d.decis.*

* *Ampl.* Et probatur per verba enunciatiua alicuius instrumenti antiqui, *dec.*357.

Nobilium 2.

* Et Comitum, qui verè nobiles sunt priuilegijs non gaudet qui per lecturam 20. *ann.* Comes effectus est ad l.1.C.de profess. qui in vrb.Constant. *dec.*115.

Nobilis 3.

* Honorib. sedilis concessis pro se, & suis descendentib. etiam ex fęminis dummodo sint nobiles, vt aliquis descendens ex femina admittatur, non requiritur quod ascendens fuerit nobilis de sedili, sed sufficit simpliciter, *dec.* 207.

Nobilis 4.

* Et plebeius simul furantes differunt in executione pęnæ, nam ille decapitatur, iste suspenditur, *dec.*569.

Amplia 1. Et in crimine læsæ maiestatis, *d. dec.*

2. in suspendentib. vela regia, *Roit.*

3. In crimine peculatus, *Roit.*

4. In occidente adulterum, veneficis, incendiario crimine stellionatus, *Roit.*

5. In tortura subeunda, & carcere imponendo, *Roit.*

6. Et nobilitas maiorum ad hoc prodest, *Ric.*

7. Qui officium iudicandi exercuit, diuites populares, & honestiores pro nobilib. habentur in hoc casu, *Ric.*

* 8. Chyrurgus nobilis reputatur, & dignitatem assequitur, & in genere pęnæ vt talis iudicatur, *dec.* 564.

*Limit.*1. In exilij pęna, quæ est vtriq; communis, *dec.*569.

2. In clericis pro causis sanctæ fidei, *Ric. ibid.* 659.

3. In hæreticis etiam nobilibus, *Ric. ibid.*

4. In crimine falsi, *Ric. ibid.*

5. In pœnis pecuniarijs nobiles intentius puniuntur, *Ric. ibid.*

6. In contemptoribus Principis mandatorum, *Roit. ibid.*

7. Si nobilis plebeium accuset, nec accusationem probet, *Roit. ibid.*

Notarius.

Non tenetur contrahentes cognoscere, & ideò si vnum pro alio obligatum accipiat mandanti non tenetur, *dec.*262.

Amplia. Nec tenetur inspicere, an quantitas pecuniarum sit pro vt partes exprimunt, *Ric.*

Limit. Sed debet in instrumento ponere nomen contrahentis, & patris licet sit mortuus, *Am.*

Nouatio.

* Fit etiam tacitè, si per coniecturas de nouandi voluntate appareat, *ad l. fin. C. de nouat. decis.* 15.

*Coniect.*1. *illa est*, quando debitor delegat alium, etiam non suum debitorem, & creditor acceptat ipsum delegatum, *Ric.*

2. *Coniect.* quando secundus contractus est incompatibilis cum primo, *Ric.*

Offerendi ius 1.

* Non habent creditores contra mulierem petentem dotium assecurationem ob viri ad inopiam vergentiam, neque licitatio debet fieri eorum bonorum, quę ad assecurationem dantur, sed sufficit æstimatio per appretiatores, *dec.*54.

Limita 1. Creditor potest offerre mulieri volenti bona pro dotibus obligata, *Am.*

2. Nisi mulier bona assecurata in tertium cum iudicis decreto, & licentia alienaret, *Ric.*

3. si vxor assecurari velit in pecunia venditis mariti bonis, *Ric.*

4. Si bona mariti essent mobilia, ex quib. vxor non possit fructus pro sui sustentatione percipere, nisi in pecuniam redigantur, *Ric. Non.*

Offerendi ius 2.

* Datur secundo creditori contra primum in re per ipsum primum creditorem empta iure creditoris, *dec.* 69.

Limit. Nisi emeret vt extraneus, *d.dec.*

2. Etiam si secundus creditor notitiam habuerit de oblatione, licitatione, & deliberamento, & tacuerit per multos menses, *d.dec.*

Offerendi ius 3.

An detur secundis creditorib. contra ementem ab hærede cum beneficio inuentarij, cuius pecunia solutum fuit creditorib. anteriorib. & sibi ipsi emptori, *dec.*526.

Offerendi ius 4.

* Non datur contra creditorem, qui emit iure creditoris, licet adiudicatio sit facta plus debito, tenebitur tamen creditor pretium supplere vsque ad iustum valorem, *dec.*224.

Offerens 5.

* Creditor secundus primo tenetur offerre creditum cum vsuris, in quibus compensantur fructus percepti pro concurrenti summa, *decis.* 12.

Officialis 1.

* Accusatus de crimine commisso extra officium pendente accusatione retinet officium, & administrationem, si de crimine in officio commisso cum certum est ab officio esse remouendum administrare prohibetur, *dec.*8.

Limit. 1. Sola accusatio non sufficit ad suspendendum, sed informatio præcedere debet, ex qua aliquid substantiale appareat, *d dec.*

2. Non est suspendendus, nec ei administratio interdicenda, nisi crimen sit notorium, aut famosum, vel delicti enormitas, siue scandalum aliud expostulet, *Non.*

*Ampl.*1. Non solum in officiali perpetuo, sed & in temporali, *ead.dec.*

2. Eo priuatus non debet amplius ad illud admitti, *Non.*

Et an in curia, cui seruit, vel vbi delinquit sit puniendus, *dec.*679.

* *Limita.* In officiali feudatarij delinquente in officio, qui a iudice superiore non ab ipso feudatario punitur, *dec.*407.

Officialis 2.

* Scilicet magister iuratus in baronum terris à baronibus debet eligi, & in cæteris ab vniuersitatibus, *dec.*43.

Officialis 3.

* Non potest se ab officio ciuitatis electi, siue a munere, cui honor est annexus, ob quinque liberorum numerum se excusare, *decis.*65.

Limit. Quinque nepotes nati ex quinque filijs excusant à muneribus personalibus, nepotes verò ex vno tantum filio non, *d.dec.*

2. Fu-

2. Furor, infirmitas, mutela, surditas excusant, *Am.*

Officialis 4.

* Puta bidellus à Magno cancellario creatus, potest ab altero Magno Cancellario succedente remoueri, *dec.* 165.

Ampl. Licet officium exercuerit patiente eodem Cancellario, qui vult remouere, *d.dec.*

Officialis 5.

* Vniuersitatis est eligendus ipsa congregata, non verò per antecedentes officiales semelque electus non est ad idem officium admittendus nisi quinquennio elapso, *ad l.2.C.de mun.& hon. non contin.dec.*210.

Et quid si reconfirmari quis consentiat, an possit fieri, *dec.*264.

Officialis 6.

* A Domino feudi ante locationem electus, non potest per conductorem iurisdictionis, & fructuum feudi recusari, habet tamen electionem soluendi salarium pro suo interesse, *ad l.empto-rem.C.locat.dec.*216.

Ampl. Etiam si ipsa terra locetur, vel vendatur, *Visc.*

Officialis 7.

Confirmatio nemine discrepante facta valet, licet postea aliquis contradicat, *ad l.quod maior.ff.ad municipal.dec.*609.

Officialem 8.

* Potest dominus in terra sua ibi residentem destinare, licet antiquitus non esset solitus residere ac iurisdictione dicti loci alteri cumulatiuè concessa, *dec.*166.

Officialem 9.

* Seu commissarium offendens ante scientiam cõmissionis, vel odio particulari non intuitu officij, aut iustitiæ non subiacet quærelæ eorum, qui officiales offendunt, *dec.*326.

*Ampl.*1. Neque prodiens patriam odio priuato incidit in crimen læsæ maiestatis, *Am.*

Officiales 10.

* Semel vt suspectus remotus, non habet amplius, etiam cessante causa suspicionis admitti, *dec.* 619.

Officialis 11.

* Qui Consiliarius Regius est, vel Præses Regiæ cameræ, & iurisdictionem gabellarum redemptionum, & fabricæ habet eam non ammittit licet Regius Præses efficiatur, *dec.*445.

Ampl. Et debet habere duplicatum Zuccarum, Sal, Ceram, & Cartam, *Visc.*

Officialis 12.

* Non prohibetur legatum ex testamento capere, licet prohibeatur munera acceptare, *ex l.non dubium.C.de testam.dec.*493

Amplia 1. Neque officiales sine iurisdictione, vt fisci Aduocatus muneratur potest accipere, *Am.*

2. Et matrimonium in loco officij contrahere prohibetur, *Am.*

3. Et esse compater, *Am.*

4. Et institutus ab eo, qui coram illo litigabat institutio nulla est, *Roit.*

Limita 1. Potest accipere ad sui, & familiæ sustentationem, si prouiso, seu eius salarium non sufficiat, *Ric.*

2. Si recipiat aliquid remunerationis causa. *Ric.*

Officialis 13.

* Exter, aut non subditus iurisdictioni Principis illius loci non potest a feudatario creari, & iudex qui fuit per annum primæ cognitionis nõ potest sequenti anno esse causarum appellationis, *dec.*479.

Ampl. 1.*par. dec.* Nec clericus potest creari officialis laicorum, *Am.*

2. Et creatus si in officio delinquat non potest puniri, *Ric.*

Amplia 2.*par. dec.* Nec respectu alterius officij refirmari potest, qui antecedenti anno exercuit. *Am.*

2. Neq; in officio administratoris, aut sindici, *Am.*

* Et anno duraturus etiam ipso consentiente à domino ante annum contradicente vniuersitate mutari nequit, *dec.*409.

* 4. Et si propter litem motam, vel aliam causam impediatur intrà annum exercere officium, nihilominus finito anno excluduntur, nec eis subrogatur tempus, quo exercere impediti fuerunt, *dec.*419.

5. Neque tempus reintegratur officiali iustitiæ pro eo, quo vacauit. *Am.*

Officialis 14.

* Gubernator, vel Prorex prouidere potest omnia officia vacantia tempore collationis, sed non futura, *dec.*393.

Limit. Potest prouidere, & validè, si prouisio sit facta pro anno, vel biennio secus si ad beneplacitum, *Ric.*

Officialibus 15.

* Iustitiæ puta hiroarijs non creditur ad finem conuincendi captum, sed torquendi, & ideò tortus nihil fatens liberatur, *dec.*379.

*Limit.*1. In causis grauibus, & capitalibus, *Visc.*

2. Creditur concurrentibus alijs adminiculis, nisi & pro reo concurrant, *Roit.*

*Ampl.*1. Nec dicentibus se cæpisse extra locum sacrum, sed sic reo dicenti se in ecclesia captum, *Ric.*

2. Minus creditur si aliquod commodum ex sua dispositione sunt consecuturi, *Ric.*

Pactum 1.

* Incontinenti appositum super re vendita per vẽditorem, emptoris creditorem ab ea excludit, etiam ipso venditore anteriorem, *dec.*369.

Pactum 2.

* De non petendo vni ex reis per creditorem factum, si sit personale, alteri correo non prodest, *dec.*476

Amplia. Neque fideiussori si non consentit, sed habent exceptionem doli generalem, & cedendarum, *d.dec.*

Pascuus 1.

* Qui pro pascendis centum animalibus tenetur ad solutionem quatuor, si minus habeat debet etiam soluere pro rata, vel eius æstimationem, *dec.*218.

Pascuandi ius 2.

* Non debet ita immediatè dominus territorij concedere in territorio, vt alteri domino certæ partis territorij impediatur vsus pascui pro animalibus inseruientibus culturæ sui particularijs territorij, & tenetur fidare, seu concedere ius pascuandi domino feudi existentis in suo territorio pro animalibus necessarijs ad culturam eius feudi, & pro pretio, pro quo alijs

alijs exteris solitum fuit concedi, *dec.* 301.

Pater.

* Succedens filio vna cum fratrib. vtrinque coniunctis eid. filio, iuxta *Auth. defuncto C. ad Tertull.* non habet vsumfructum in portione filij. *Auth. item hæreditas. C. de bon. quæ lib.* & ad secunda vota transiens de proprietario fit vsufructuarius, *Auth. ex testamento. C. de secund. nupt.* non verò eius portionis quæ filio obuenit ex hæreditate fratris mortui antequam pater secundo nuberet, *dec.* 573.

* *Ampl. d. auth. hæreditas*, quando pater institutus est ab extraneo vna cum filijs, *dec.* 651.

Patronatus ius.

Ad omnes hæredes insolidum transit. c. 1. vbi gl. de iur. patr. sed an eius honor spectet etiam ad secundogenitum extante primo, quando in ipsius fundatione fuit dictum pro se, & hæredibus, *dec.* 85.

Pensiones.

* Domorum quas habitauit tenetur soluere condemnatus in petitione hæreditatis, si ipse domus commodam diuisionem non patiantur, nec cohabitante ipso victore, *dec.* 160.

Penuria.

* Tempore Princeps potest vilius pretium frumento statuere, & alijs frugibus, *dec.* 9.

Ampl. 1. Et ad d. taxationem possunt cogi clerici, & Ecclesia, qui vendentes carius quam sit taxatum tenentur in conscientia illud plus restituere, *dec.* & *Nou.*

2. Diuites gratis mutuare coguntur, *Am.*

3. Officialis potest ciues cogere ad vendendum necessaria tempore necessitatis, *Am.*

4. Iudex ex officio inquirit, & è diuitum manib. fruges tollit, *Am.*

5. Publicani, & affitatores tenentur ante tempus soluere, & non modo iusto pretio, sed & minori vendere, *Am.*

6. Princeps potest prohibere ne exteri emant frumentum in Regno, *Am.*

7. Diuites per capturam, & carcerem coguntur pecuniam vniuersitati mutuare vt frumentum ematur, ne pecunia inuehatur, *Am.*

8. Etiam si diuites sint nobiles, quia nobilitatis ratio non habetur, *Am.*

9. Rustici, & massarii habentes frumenta, & victualia, in ciuitate, & non extra ratione proximioris charitatis vendere debent, *Am.*

10. Iudex potest statuere quantum panis cocti debeat vendi singulis diebus, *Am.*

11. Et prohibere quod forenses non emant, nisi per certam horam ad hoc, vt ciues dulciori pretio emere possint, *Am.*

12. Et causæ contra officiales fraudantes etiam feriatis diebus expediuntur, *Am.*

13. Et quod merces vendantur in grossum, & non minutim, vt maior vbertas appareat, *Am.*

14. Obligatus ad vendendum duo, potest cogi, vt vendat tria competenti pretio, *Am.*

15. Libertas vendendi tolli potest, *Am.*

16. Et Barones habentes merum, & mixtum imperium penuriæ tempore cogere possunt, *Nou.*

Limita 1. Sed compulsio debet esse generalis omnium ciuium, non verò particularis vnius, vel aliquorum, *Am.*

2. Quis cogitur vendere res necessarias ad quotidianum vsum, non autem alias, *Nou.*

Pignus.

* Per alterius pignoris dationem liberatum censetur licet secundum fuerit euictum, *decis.* 708.

Limit. Hoc procedit quando quis ex sui facilitate decipitur, secus si ex dolo aduersarij assecurantis pignus liberum, *d. dec.*

Possessor. 1.

* Bonæ fidei in dubio præsumitur factus locupletior, *per gl. in l. vtrum. ver. consumpsisse. ff. de pet. hæred. decis.* 31.

Possessor. 2.

* Hypothecaria conuentus nullis interim factis meliorationibus totum creditum offerre tenetur, secus si factis, quia tunc possessor liberatur offerendo rei æstimationem etiam minorem credito tempore obligationis *decis.* 38.

Possessor 3.

* Conuentus licet res ad plures alios transierit ipse debet condemnari, sed executio fit contra vltimo possidentem, *decis.* 464.

Possessorio.

* Recuperanda intentato petitorium propositum per viam exceptionis, seu actionis in honore, & dignitate non potest cumulari, *dec.* 90.

Pretium.

* Si maritus, & mulier simul vendant bona stabilia vxoris, & solutionem pretii confiteantur mortuo viro totum ab eius hæredibus vxori debetur, non verò dimidium, quasi aliud dimidium ad eam venditionis tempore peruenenerit, *dec.* 474.

Priuilegiatus 1.

* Pro iuribus cessis ex causa lucratiua non trahit secundum ritus magnæ curiæ, nisi sit miserabilis persona, & cessio non simulata, *dec.* 155.

Priuilegium 2.

* Superueniens forum non mutat siuè motu proprio, aut ad postulationem sit concessum, *dec.* 544.

Priuilegium 3.

* Hospitali concessum extenditur ad habentes ius ab eo, *dec.* 383.

Probationum.

* Etiam data difficultate non potest quis ad mortem condemnari ex testib. examinatis non integris, nam probationes ad condemnandū pęna mortis non iunguntur, *dec.*

Procurator 1.

* Cum potestate substituendi, si virtute d. potestatis ab homine sibi datę substituat non tenetur de facto substituti, *dec.* 212.

Limita 1. Nisi substituens post substitutionem se intromiserit, *d. dec.*

2. Et licet alium substituerit, potest tamen ipse si sit cum generali citari, si cum substituto ex aliquo impedimento agi non possit, *dec.* 465.

Procurator 2.

* Appellationi non potest expressè renunciare, nam collusio præsumitur, *dec.* 579.

Limit. 1. Secus tacite, scilicet eam non prosequendo, *Roit.*

Ampl. 1. Licet cum Libera, *Roit.*

2. Neque ius instantiæ, *Roit.*

3. Nec exceptioni dilatoriæ, *Roit.*

4. Nec iura remittere, *Roit.*

5. Et potest cogi ad prosequendum litem cæptam, non ad prosequendum appellationem, *Roit.*

Pro-

solutio non possit probari per testes, quia multo minus per præsumptionem, quæ resultat ex instrumento cancellato, *d.decis.*

4. Si notarius consueuerit dare vnum instrumentum debitori, alterum creditori, *d.decis.*

Ampl. 1. Attenta qualitate, & bona conditione debitoris, *d.decis.*

2. Si debitor sit diues, & creditor pauper, *d.dec.*

3. Si debiti solutio fuerit præfixa intra duos annos, & multum tempus post fluxerit, *d.decis.*

4. Si cum diuturnitate temporis concurrat silentium, & taciturnitas creditoris, *Visc.*

Interesse.

* Est mulieri per consuet. Neapol. taxatum, donec hæredes differunt dotem soluere, & si quid amplius eo patitur non obtinet, *decis.* 472.

Limit. Neque ei debetur si sex mensibus elapsis post mortem viri recepit alimenta, & habitationem, *Ric.*

Inuentarium 1.

* Hæres cum beneficio, & l. inuētarij si vt dissequestrarentur bona se proprio nomine obligauit non tenetur nisi cum d. beneficio *dec.* 648.

Limit. Nisi facta discussione inuentarij appareret penes eum esse bona hæreditaria, &c. *d. decis.*

* 2. Nisi promittens addiderit cum obligatione omnium suorum bonorum, *decis.* 323.

3. Quando constat mentem promittentis fuisse nouandi obligationem, *Roit. d. dec.* 323.

Ampl. 1. Si hæres qui promisit sit mulier, *Roit. d. decis.* 323.

2. Si simpliciter promiserit soluere, *Roit. d. decisio.*

3. Si de mandato iudicis promiserit, intelligitur enim prout de iure, & saluo priuilegio sibi competenti, *Roit. d. decis.*

Inuentarium 2.

* *Ad l. fin. §. donec. C. de iur. de lib.* per quam pendente confectione inuentarij non potest procedi actione hypothecaria, intellige quando agitur actione reali, & cum distinctione, *decis.* 352.

Iudicium 1.

* Nullum est si pater in potestate existens in iudicio fuerit cum filio naturali sine ipsius patris, & aui respectiuè consensu, *per l. fin. §. ex necessitate, C. de bon. quæ lib. decis.* 494.

Ampl. 1. Etiamsi sit pro alimentorum præstatione, *d. decis.*

2. Etiam si non tractetur de bonis, in quibus patri vsusfructus quęritur, & actio personalis intentata fuerit, *d. decis.*

3. Et filius adoptiuus non potest sine licentia vocare, *Ric.*

4. Idem, & in filijs leuatis de sacro fonte, *Ric.*

Limit. Quo ad castrensia, & quasi, *Am.*

Iudices 2.

* Vtriusque classis non possunt post citationem factam ad dicendum in causa ex pragmatica Regni; quę procedit etiam in causis, in quibus prædicta citatio facta erat ante pragmaticam, elapsis quindecim diebus à die eiusdem pragmaticæ, *decis.* 500.

Iudex 3.

* Statim incompetens fit, atque variatio, & electio alterius iudicis facta fuit, *decis.* 294.

Ampl. 1. Etiam si non fuerit ei inhibitum, *d. decisio.*

2. Etiam si varians per multum tempus non accesserit ad iudicem electum, *d. decis.*

3. Maximè si iudex variatus non præfixerit terminum parti ad comparendum, sed processerit, *d. decis.*

Limit. Varians debet de perhorrescentia iurare, *Am.*

Iudex 4.

* Secularis remisso ad Iudicem Ecclesiasticum articulo merè spirituali, quod emergit in causa prophana debet supersedere in principali, *decis.* 551. 512.

Ampl. 1. Neque potest percipere, vt intra certum tempus causa per Ecclesiasticum expediatur, *decis.* 551.

2. Nec potest in principali procedere, ob partis contumaciam, *decis.* 551.

Limit. 1. Potest tamen præfigere terminum infra quem excipiens se cum processu coram Ecclesiastico præsentet, *decis.* 551.

2. Potest, & statuere terminum varianti, vt coram se capitula quę in curia Ecclesiastica vult probare proponat, ad discernendum an releuent, *decis.* 551.

3. Pars impetrare debet ab ecclesiastico præfixionem duorum mensium contra aduersarium vt probet, eoque non probante causa ad laicum decidenda remittitur, *decis.* 551.

4. Nisi incidens ita principali sit connexum, vt vnum sine altero nequeat determinari, nam in consequentiam licet, quod directè negatur, *Roit. decis.* 551.

Iudex 5.

* Semel vt suspectus remotus, non debet amplius etiam cessante caussa suspicionis ad eandem causam, seu illius dependentia admitti, *decisio.* 719.

Iuramentum.

* Eius absolutio in contractu in quo est renunciatum exceptioni præuentionis liquidationem instrumenti via ritus non impedit, *decis.* 670.

Ampl. Et in obligationibus penes acta paratam executionem habentibus, *Ric.*

Iurisdictio.

* Ciuilis, & criminalis si inter duos dominos eiusdem feudi sit diuisa, eorum vno delinquente in alterius tribunali est inquirendus, *dec.* 274.

* *Ampl.* Neque præueniri potest in præiudicium feudatarij, sed iura feudi seruantur, vbi captus ab vno iudice ad alium remittitur, *decis.* 342.

Laudemium.

* Debetur directo domino facta rerum emphyteuticarum venditione subhasta, *decis.* 277.

Amplia. 1. Et de re quæ in solutum donatur, *Am.*

2. Et quando venditio fit cum pacto redimendi, *Am.*

3. Et quando fit venditio ex testatoris præcepto, *Am.*

4. De re emphyteutica donata primum postmodum ligata, *decis.* 201.

5. Per vxorem à viro institutam, si inuestitura sit transitoria ad extraneos, *decis.* 447.

* 6. Et est soluendum à secundo emptore, pro se, & pro antecessore qui non soluit, *decis.* 430.

7. Possessor rei emphyteuticæ tenetur ad census præteritos, *Ric. ead. decis.*

8. Etiam si dominus directus potuisset commodè exigere à primo, & fuisset negligens, *Ric. ead. decis.* 430.

9. Idem procedit in tributis præteritis, *Ric. ead. decis.*

10. Et

10. Et debetur primo domino si secundus subconcessit in emphyteusim cum consensu primi, *decis.* 437.
11. Ex donatione debetur, *Am. d. decis.*
Limi. 1. Non debetur quando alienatio fit ex causa necessaria, puta religionis, libertatis, dotis, edificiorum publicorum, & publicæ vtilitatis, *Ric. dec.* 277.
2. Successor non tenetur soluere pensiones decursas, *Roit.dec.*430.
3. Ex contractu conditionali, *Am.d.decis.*
4. Nec quando pignoratur res tanto pretio, vt nulla sit luitionis spes, *Am. d.dec.*
5. Pro re super qua est impositus census, quę potest vendi emptori census sine laudemij solutione, *Am.d.dec.*
6. Ex re emphyteutica data in dotem inęstimata, *Am.dec.* 437.
7. Ex venditione Allodii, *Am.d.dec.*

Laudum 1.

* Annullatur si arbitrer aliquid fecerit pręter contenta in compromisso puta si dederit terminum ad conuincendum, & causa fuerit compromissa in terminis, in quib. reperiebatur, *dec.* 354
Amplia. 1. Ex defectu potestatis puta si compromissum fuerit per duos menses, & ipsi expirauerint, *d dec.*
2. Licet data fuerit facultas prorogandi, si prorogatio sit facta post finitam præfixionem, *d. dec.*
3. Si non sint decisæ omnes differentiæ in eo compromissæ, *d.dec.*
4. Si non sit publicatum præsente arbitro, *d.dec.*
5. Si pro summa debita assignet bona in solutum, *Ric.*
6. Si in ipso adsit clausula reseruatiua, scilicet si probauerit infra duos menses, *Ric.*

* *Declara. Ampl.*2. Tempus in compromisso appositum currit à die quo factum fuit, si in eo sit dictum, quod currat ab hodie, *dec.* 626.

Legatum 1.

* Super feudo hæreditario relictum debetur à succedentib. in ipso feudo, etiam institutione irrita, *ad l. si cum pater.* §. *existimaret. ff. de leg.* 2. dec.1.
*Ampl.*1. Etiam si quis tantum in feudo esset institutus, quia, & iste hæres dicitur, *d. dec.*
2. Et legatum quasi æquale esset cum ipso feudo, quia fit appretiatio, *d. dec.*

Legatorum 2.

* Ademptio conditionalium reuocationem non continet, item facta patri non præiudicat eius filiis, à quibus facta non fuit, *dec.* 169.
Ampl. Et verbis generalibus adimentis non subijcitur, id quod in specie reuocari non valeret, *Am.*

Legatum 3.

* Marito factum sub conditione si lectum viduale seruauerit debetur, si conditio ad impleatur, *dec.*174.
Ampl. 1. Et conditione spreta est restituendum legatum vna cum fructibus, *Am.*
* 2. Et vidua quæ post aliquot annos nupsit, tenetur restituere, quod virtute legat prædicti accepit, *dec.*231.
3. Et mater tenetur restituere id quod accepit virtute legati prædicti sibi à filio facti, si postea nubat, *Ric. dec.* 231.
Limita. 1. Mulier cui legatum est si castè viuat, si peccet, & inde nubat potest consequi tale legatum, *Ric.d.dec.*231.
2. Conditio viduitatis reijcitur si tria concurrunt tempus perpetuum locus vniuersalis, & persona indifferenter, *Am. d. dec.*

Legata 4.

Quantitate pluribus, diminutio legati pro rata fit, *l. si verò composita.* §. 1. *ff.de mil. test.* sed an idem fiat quando vni est legata species, & alteri quantitas hærede non existente soluendo, *dec.*236.
Ampl. Etiam si aliquibus legatarijs iam sit solutum, & aliquibus, non, nam isti contra illos pro sua rata agent, *Am.*
2. Et in legatis piis d. l. ampliatur, *Ric.*
*Limit.*d.l. in legatis pro dote filiabus factis, *Am.*
* 2. Licet legatum ob hæreditatis inopiam diminuatur onus tamen, ei adiectum non diminuitur, quando dispositio est facta in vim modi, & onus legato adiectum est extrinsecum, *dec.* 362.

Legatum 5.

Inter pauperes distribuendum post mortem legantis, an in eius vita distribui possit, *dec.*706.

Legatum 6.

* Ademptio non videtur induci quando eius pars alienata fuit cum pacto retrouendendi, *ad limit. l. fideicommissa.* §. *si rem.ff. de leg.* 1. & an legatum pro dote filiæ spuriæ ad hæredes transeat, *dec.*283.
*Limit.*2. d.l. Nisi testator à priori voluntate recessisset. *Nou.*
3. Nisi iusserit hæredi, vt venderet, *Nou.*
4. Nisi rem venditam tradiderit, & pretium acceperit, *Nou.*
5. Nisi locationem ad longum tempus fecerit, *Nou.*
6. Nisi rem simpliciter legauerit, *Nou.*
7. Nisi legatum in pecunia sit exactum, *Nou.*

Legatum 7.

* Rei alteri obligatæ testatore sciente coniunctæ personæ factum valet, & debetur ab hærede, saltem eius pretium, *l. si res, obligata,ff.de leg.*1. dec.547.
Ampl. Etiam factum propria causa, & Ecclesiæ, *Roit.*
2. Factum alicui valdè amico, *Roit.*
3. Factum pro libertate, *Roit.*
4. Etiam si ignorauerit rem alienam esse, vel alteri obligatam, nam hæres lucre tenetur, *Roit.*
5. Et si solum ius super illa re habuerit testator totam rem videtur voluisse legare, maximè si onus iniunxit legatario, *Roit.*
6. Si solam possessionem rei habebat, & proprietatem legasse videtur, *Roit.*
7. Et quando legatum est feudum eius æstimatio debetur, *Roit.*
8. Tam de iure ciuili, quam æquitate canonica, *Roit.*
Limit. Non valet factum de re Ecclesiæ, nec quo ad æstimationem, *Roit.*

Legatum 8.

* Annuum debetur à morte testatoris, etiam quod tabulæ non sint apertæ, aut hæreditas per multos annos non adita, *l. nec semel. ver. item celsus, & ver. sequen ff. quando dies leg. ced.* dec.634.
Ampl. Etiam si interpellatio non præcedat, *d. decision.*

2. Et est soluendum in principio anni, *Roit.*

Limit. Est soluendum de fructibus si illos omnes non absorbet, *Ric.*

Legatum 9.

Factum filio naturali ex fratre, amore Dei, an pium dicatur, *decis.565.*

Ampl. 1. Et factum miserabilibus personis dicitur pium, *Nou.*

2. Libertatis causa, *Nou.*

3. Pro redemptione carceratorum ex maleficio, *Nou.*

4. Alimentorum fauore, *Nou.*

5. Dotis factum pauperi etiam filiæ, *Nou.*

6. Hospitalis factum, *Nou.*

7. Pro sepultura, aut monumento consuetudo. *Nou.*

8. Pro anima relictum, *Nou.*

9. Pro refectione, & constructione pontium, & viarum, *Nou.*

10. Pro incertis, & malè ablatis, *Nou.*

11. Relictum Monacho, vel Moniali in Monasterio pauperrimo, *Nou.*

12. Pro mandandis, seu reficiendis muris, & custodia terræ, *Nou.*

13. Datum in satisfactionem bonorum operum, beneficiorum acceptorum, pro maritandis puellis extraneis, ad Missas celebrandas, *Nou.*

14. Quod datur ad maritandum, quę non habet sufficiens patrimonium cum æquè æquali, *Nou.*

15. Quod datur à patre filiofam. studijs incumbenti, & nihil aliunde habenti, *Nou.*

16. Et in legato pio venit quod est maximum, non quod minimum, *Roit.*

Legato 10.

* Frumento, vino, vel oleo, ea debentur quæ mortis tempore reperiuntur, *decis.313.*

Amplia. 1 Idem in pannibus, *d.decis.*

2. In legato nummorum, si inter tempus testamenti, & mortis est variata pecunia, *d. decis.*

3. In vestibus, *d.decis.*

Limita. Debetur pro ea quantitate, quæ testamenti tempore reperiebatur, *d.decis.*

Legatum 11.

* Cuius redemptio a testatore vni ex hæredibus permissa fuit, si redemptum non sit, neque hereditatem redimere debentis, aut eius hæredum auget, *decis.525.*

Legatum 12.

Duplex factum vni eidemque personæ in diuersis scripturis, & quantitatibus, pro eadem causa debetur, *decis.422.*

Limita. Nisi duplicatio fiat in specie, *Ric.*

1. Nisi pro eadem causa, quia secunda dispositio tollit primam, *Ric.*

Legata 13.

* viro vxori relicta filij existentibus quo ad vsumfructum tantum ipsi vxori acquiruntur, filijs verò matri præ mortuis, & plena legatorum proprietas ipsi vxori, & eius hæredibus non verò substitutis filiorum, *dec.655.*

Legatum 14.

* A patre cum onere potest filio naturali fieri, quia nihil ex testam. relinquere tenetur, licet ab intestato in duabus vncijs succedat, *dec.720.*

Legatum 15.

* Demonstrationis causa dicitur factum se diuersa oratione, vnde solui debet locus designetur, *decis.721.*

2. Quando locus in executione ponitur, non in obligatione, *Roit.*

Legatus.

* Pro vniuersitatis beneficio missus, & in itinere captiuatus recuperat omne damnum ab eadem vniuersitate, *decis.146.*

Amplia 1. Licet stipendium pro legatione ab ipsa vniuersitate acceperit, *Am.*

2. Neque hoc casu tenetur ad restituendum vniuersitati munera, quæ in legatione accepit, *Am.*

Limit. Sed in emenda sibi per vniuersitate fienda ipse pro parte sua debet contribuere, *Am.*

Legitima 1.

* Filia super bonis paternis, de quibus non fuit dotata, petere potest à fratribus licet cum iuramento renunciauerit, & nubens à marito fuerit dotata, *decis.119.*

Legitima 2.

* Auia à nepote exclusa est tertia tertiæ, *decision. 63.*

Legitima 3.

Sicuti pater non potest cogi ad dandum legitimam in vita, ita & filius cogendus non est ad illam acceptandum, *decis.133.*

Ampl. 1 Neque mater cogi potest ad dandum legitimam, *Ric.*

2. Neque tenetur pater ad eam assignandum, quando filij bona fuerunt confiscata, *Ric.*

3. Nec cum debitoribus patris pacifici potest filius eos in præiudicium patris liberando pro sua legitima, *Ric.*

4. Nec eam alicui obligare vtroque parente viuo, *Ric.*

Nisi pater viuens eam assignasset.

5. Licet parentes vnicam assignauerint, non possunt ab altero filio ad illud cogi, *Ric.*

Limita. 1. Nisi patri condemnato confiscata fuerint bona, ipso enim adhuc viuente debet legitima assignari, *Ric.*

2. Si filius velit ad sacros ordines promoueri cogitur pater legitimam assignare, seu congruam portionem, vt illas suscipiat, *Ric.*

3. Patre, vel matre religionem ingredientibus, *Ric.*

Legitima 4.

An debeatur filio post liquidatum æs alienum quo non deducto non debetur, an verò ante, sed præstita per cautione, *decision.127.*

Lex 2. C. de rescind. vend.

* Non habet locum, quando testator institutis filiabus mandauit, vt recepta certa dote à patruo eidem d. hæreditatem cederent, licet hæredes patrui dicant se læsos, *decisio. 225.*

2. Habet locum in diuisione, *decisionem 675.*

3. In venditione facta pro debito fiscali, *Roit.*

4. In subhastatione. *Roit.*

5. In venditione facta cum decreto iudicis, *Roit.*

6. Quando venditor donauit illud plus, *Roit.*

7. In

7. In re data in dotem inæstimatã, *Roit.*
8. In locatione, *Roit.*
9. In actibus etiam geminatis, *Roit.*
10. In emphyteusi, & beneficiorum permutatione, *Roit.*
11. In contractibus, bonæ fidei, & stricti iuris. *Roit.*
* 12. Competit emptori læso vltra dimidiam, etiam si contractus fuerit geminatus super eadem re, maximè dolo aduersarij interueniente in vtroque, aut timore iusto, *dec.243.*
Limit. 1. Non competit singulari successori, *Roit. d. decis.675.*
2. Venditori scienti valorem rei venditæ, nisi sit persona simplex. *Roit.d. decis.*
3. Vendenti fundum in quo ignorabat esse Thesaurum absconditum, *Roit. ibid.*
4. Re perempta, *Roit. ibid.*
5. Renunciari potest, sed specialiter, *Roit. ibid.*

Lex fœmina, Cod. de secund. nupt.

* Habet locum in muliere ad secunda vota transeunte, quæ sibi a primo viro donata amittit, & eius filijs restituit, *dec.632.*
*Ampl.*1. Et in muliere maiore 18. ann. *d. decis.*
2. Etiam nubente cum consensu tutoris, & filiorum infantium, vel impuberum, *d. dec.*
3. Etiam præsentib. & tacentib. filijs, *d.dec.*
4. Etiam non dato conquæstu, *d. dec.*
* 5. Et in legato mulieri facto pro seruitijs, *decis. 428.*
6. Et in viro procedit, *Ric. d.dec.428.*
*Limit.*1. d.l. non procedit quando donatio est facta ob causam, *d.dec.632.*
2. Procedit in ijs quæ præueniunt titulo lucratiuo non oneroso, *d. dec.428.*
3. Non procedit in ijs, quæ vir ignobilis, aut senex dedit vxori nobili, aut iuueni, *d. decision. 428.*
4. In seruitiis præstitis extra, & vltra maritalem affectum, *d. dec.*

Lex nulli. C. de iudiciis.

† Non habet locum in criminalibus, *dec.* 582.
Limit. habet locum in redditione rationum, *Roit.*

L. diffamari, C. de ingen. manum.

* Intentãs, non potest penes eund. iudicem cogere diffamantem ad productionem suorum iurium, maximè si ipse diffamans coram alio obtinuit supplicationem, *dec.385.*
Limit. Nisi intendet remedium, *l. si contendat. ff. de fideiuss.* nam is qui agit vltra progreditur petendo declarari aduersario nullum ius competere, *d.dec.*
Ad *l. diffamari, & si contendat. dec.659.*

L. vnic. C. quando imp. int. pup.

Beneficio gaudet virgo, sed an, & existens in patris potestate, & quærelans homicidam de morte fratris, *dec.100.*
*Ampl.*1. Et habens virum inutilem gaudet, *d.decision.*
2. Vidua diues, *d.dec.*
3. Senes, decrepiti, infirmi, continuo morbo laborantes, studentes, habentes maritos captiuos ab hostibus, bannitos, & ad triremes perpetuò condemnatos, *Am.*
* 4. Meretrix tamquã miserabilis gaudet. *dec.233.*
* 5. Pupillus ex contractu paterno à vidua conuentus, *dec.553.*
6. Clericus, *Roit. d. dec.*

* *Limit.*1. Viduã contra aliam personam etiam priuilegiatam non gaudet, *decis.* 188.
2. Sed pupillus non potest forum paternum declinare ad ampl. super 5. *d.decis.553.*
3. Nisi vidua conueniat coram Senatu, & pro dotis conuentione, ob duplex priuilegium, *Roit. ibid.553.*
* 4. Pupillus in aui potestate existens, non gaudet, *decis.671.*
5. Pupillus hæbreus etiam minor ann. 14. *Ric. ibid.671.*
*Ampl.*1. Et virgo stuprata blandis verbis, sub promissione matrimonij contra stuprantem gaudet, *decis.559.*
8. Licet per vim fuerit stuprata, *Roit.ibid.599.*
9. Et vidua meretriciam vitam ducens, *Roit.ibid.*
* 10. Vt eius priuilegium tollatur, non sufficit generalis derogatio, nisi in priuilegio dicatur non obstante quod sint miserabile personæ, *decis.187.*
11. Et eius priuilegium vni concessum, feudo ad dominum directum reuerso eoque alteri concesso, non videtur tale beneficium etiam concessum, licet in inuestitura dicatur, non obstante quod de priuilegio deberet fieri expressa mentio, *decis.192.*
12. Et eius priuilegium feudatarijs Regni, cum clausula abdicatiua concessum, per eosdem non potest in vassallorum præiudicium renunciari, *decis.541.*
Limit. 6. Non gaudet vidua quæ accusationem instituit in vno loco, ipsa deinde in altero nupta nam ad iudicem loci in quo postremo nupsit est remittenda, maximè si non iurauerit perhorrescentiam, *decis.257.*
13. Mulier quæ diuortium sine sua culpa cum marito fecit gaudet, *Ric. ibid.257.*

L. hac edictali. C. de secun. nupt.

* Mulier non potest plus donare secundo viro quã vni ex filijs primi matrimonij, etiam si donet filijs nasciturіs secundi matrim. neq; d. lex est correcta per consuetud. Neap. qua mulieri de decima parte disponere permittitur, *dec.435.*
Ampl. 1. Vt d. l. derogetur debet expressè fieri, *d.dec.*
2. Matri decedenti superstitib. filiis ex diuersis matrimoniis æqualiter, & pro virili succeditur, *Visc.*
3. Licet maritus stipuletur pro filiis suis, *Am.*
4. D. l. procedit, & in marito, *Am.*
5. Et si mater excedit d.l. totum, quod per eius dispositionem à marito aufertur datur filiis primi matrimonii insolidum, exclusis penitus illis secundi, *Am.*
6. Quando donatio facta est filiis secundi matrimonii, sed an procedat quando facta est per viam legati, *dec.* 583.
7. In auo, & filiis descendentibus, *Ric. ibidem 583.*
8. Quando aliis relinquitur contemplatione mariti, quem bona possedisse apparet, *Roit. ibid.583.*

Libellum.

* Famosum faciens naturalis mortis pœnæ punitur, *dec.533.*
*Ampl.*1. Siue vera, siue falsa scripserit, *d. dec.*
2. Nec requiritur vt libellus affigatur, sed sufficit vt domi, vel in publico, aut in quocumque loco reperiatur, *d.dec.*

3. Maximè si tale delictum sit frequens, *d.decis.*
4. Et in maledicente Principi, Non.
5. In reperiente, & non lacerante libellum, si capitale crimen contineat, Non.

Limit. 1. Delictum quod in libello continetur debet esse pœnę mortis, ad hoc vt libellans morte puniatur, *d.decis.*
2. Non punitur, sed absoluitur qui in iudicio illud probat, *d.dec.*
3. Dictæ ampliat. procedunt quando extra iudicium infamatur, *d.decis.*

Litis 1.

* Consors gaudet beneficio simpliciter, & non limitatè petito, & concesso consorti, maximè si contra tertium vulę vti, nec renunciatio facta per acquirentem nocet d. consorti, *decis.* 269.

Ampl. 1. Et restitutio concessa minori prodest maiori, *Am.*
2. Et quo ad electionem fori, *Ric.*

Limit. 1. Nisi probetur de beneficio dato, *Am.*
2. In indiuiduis non procedit, *Ric.*

Litis 2.

* Processu combusto debet compilari, *decis.* 707.

Limita. Nisi habeatur copia authentica, *d.decis.*

Ampl. Idem, & in deperdito, nisi reperiatur, cui creditur, si nondum sententia fuerit prolata, *Ric.*

Mandatum 1.

* Sufficit apud acta reuocare, licet reuocatio parti, vel procuratori reuocato non fuerit intimata, *decis.* 490.

Ampl. 1 Neque requiritur notificatio quoties reuocatio nulli præiudicat, *Ric.*
2. Et reuocatio fieri potest non obstante iuramento non reuocandi cùm actus ex sui natura est reuocabilis, *Ric.*

Limita. 1. Debitoribus est notificanda reuocatio, *Am.*
2. Procuratori quo ad negotia est intimanda reuocatio, *Ric.*
3. Quando notificatio reuocationis est facienda, debet certiorari reuocator, licet ipse aliundè se reuocatum sciat, *Ric.*

Mandatum 2.

* Generale tutoris, nomine tutorio factum, ipsius morte, vel finito officio, quo ad negotia, & lites non cæptas, expirat, *decis.* 466.

Limit. 1. In mandato vniuersali, *d.decis.*
2. Etiam re non integra fauore libertatis, *Ric.*
3. Quando fit aliquid, quod fieri ex officio necesse est, *Ric.*
4. Quando actus conficiendus post mortem confertur, *Ric.*
5. In causa pia, *Ric.*
6. Fauore pacis faciendæ, *Ric.*

Ampl. Mandatum procuratoris ita finitur morte Episcopi, sicut remotione, translatione, vel renunciatione, *Roit.*

Maritus 1.

* Qui in casu restitutionis promisit restituere dotem in pecunia vel retrocedere nomen debitoris, sibi cessum dicto nomine non exacto, sufficit retrocessio fienda per eius hæredé, *dec.* 108

Maritus 2.

* Debet fideiubere de dote soluenda hæredibus vxoris mortuæ in fine anni, quam dilationem habet humanitatis causa, *decis.* 218.

Ampl. 1. Licet cautio non sit promissa, *d.decis.*
2. Ea non præstita sit executio deducto commodo medij temporis, *d.decis.*

Maritus 3.

* Pro debitis à muliere contractis ante matrim. tenetur de ipsis bonis, dotalibus, *decis.* 636.

Limit. 1. Non tenetur de introitibus ipsorum bonorum dotalium, *ead.decis.*

Ampl. d. limit. Neque de introitibus tenetur ad compensationem, *d.decis.*

Limit. 2. Et de dictis boni dotalibus adhuc non tenetur, nisi facta contra vxorem excussione, *d.decision.*
3. Non tenetur de dote pro muliere à fisco condemnata licet & ipse fuerit condemnatus, *Roit.*

Maritus 4.

Licitè potest de iure regni vxorem, in adulterio repertam occidere, sed an dotem lucretur, *decis.* 678.

Ampl. 1. Siue adulter nobilis sit, siue vilis, *Ric.*
2. Et suspectum de adulterio occidendo, minor pœna punitur, *Ric.*
3. Et dotem acquirit, *Roit.*
4. Et castrare potest adulterum, *Roit.*
5. Neque excommunicatur occidens adulterum, qui sit clericus, *Roit.*
6. Non modò repertum, sed fugientem insequendo occidere potest, *Roit.*
7. Et pater potest occidere filiam adulterã, *Roit.*

Mater 1.

* Transiens ad secunda vota succedit in bonis filijs quæsitis ex fructibus paternæ substantiæ, quo ad plenam proprietatem, & pleno iure, non verò quoad vsumfructum tantum, vt in illis, quæ ex paterna substantia habuit, *ad declarat. Auth. ex testamento. C. de secund. nupt. dec.* 18.

Mater 2.

* Filium sibi hæredem faciens in eius testamento pote?t prohibere, vt vsusfructus bonorum patri acquiratur, *Auth. excipitur, C. de bon. mater.* quæ & ampliatur in bonis dotalibus, *dec.* 161.

Ampl. 1. Non modo expresa, sed & tacita prohibitio sufficit, *Am.*

Limita. 1. Legitimam sub prohibitione vsusfructus patri, non potest relinquere, *Ric.*
2. Ad prohibendum vsumfructum est expresse prohibenda commoditas fructuum alias pater hanc fructuum commoditatem percipiet, *Ric.* Non.

Mater 3.

* Curatorem filio furioso dare non petens, an eius successione priuetur, sicut & ob non petitum tutorem, *decis.* 167.

Mater 4.

* Tenentur de x. partibus nouem filijs relinquere, eorum bonorum quæsiti ab agnatis, & cognatis peruenerunt, quia per consuet. Neap. de x. tantùm parte disponere potest, *decis.* 396.

Mater 5.

* Non succedit filio adulterino, nec contra, *Auth. quib. mod. nat. effic. sui. §. fin auth. quid. mod. nat. effic. leg. §. fin.* sed alimenta tantum ei de æquitate canonica debentur, *decis.* 645.

Ampl. 1. Et in terris Imperij, *d.decis.*
2. Et alimentorum prę́statio ad hæredes transit, *d.decis.*
3. A die implorati iudicis officij, *d.decis.*
4. Neque naturalis succedit matri illustri, *Roit.*
5. Neque nepos ex naturali succedit, *Roit.*

Matri-

Matrimonii 1.

Cognitio quando spectat ad secularem, & quando ad ecclesiasticum, *dec.36.*

Ampl. Ad secularem quoque cognoscere spectat, quando quis accusatur, quod matrimonium cum duabus contraxerit, *d.dec.*

Matrimonio 2.

* Copulare tenetur pater filiam nubilis ætatis, & pro facultatum modo dotem ei constituere, *dec.616.*

Amplia. Et monasterium ingredientem tenetur de suo dotare, *Nou.*

Limita. Nisi iam nupta sit, *Rolt.*

Melioratio 1.

* Facta à grauato pendente conditione in re restitutioni subiata ad perpetuam ipsius rei vtilitatem soluenda est à fideicommissario, pretio quod restitutionis tempore valet.

Ampl. 1. Etiam si minus valeret quàm expensum sit, *d.dec.*

2. Et in possessore bonæ fidei, *ead. dec.*

3. Nec compensantur fructus percepti, *ead. dec.*

4. Et si pretium excedit meliorationes, id solum restituendum, quod est expensum, *ead.dec.*

5. Si melioratio sit deducta, datur retentio in fundo, *Ric.*

6. Et colono datur retentio, qui fecit expensas in arando, *Ric.*

7. Et exceptio retentionis, aut factæ meliorationis in executione sententiæ opponi potest, *Ric.*

8. Neq; admittitur fideiussio de soluendo quatenus expensæ sunt liquidatæ, vel de proximo liquidandæ, *Ric.*

Melioratio 2.

* Vbi à domino rei melioratæ solui nequit, prouidetur vt sibi sufficiat census tunc super re impositus, *dec.110.*

Limita. Nisi ex dolo meliorauerit ita vt solui nequeat, nam melioratio amittitur, *Ric.*

Meliorationum 3.

In pretio factarum à socero in re ab eius hæredib. euicta, quis præferatur an nurus agens pro parte, an verò creditores dicti soceri pro fructib. perceptis in dicta re euicta, & meliorata, *decis.517.*

Meliorationes 4.

* In re obligata à quocumque factæ, & eidem creditori obligantur, *dec. 456.*

Limit. Possessoris tamen datur retentio pro prętio erogato quatenus res effecta sit prętiosior contra creditorem agentem hypothecaria, *d. dec.*

Meliorata 5.

* Re empta perdito termino solutionis pretij, & eodem tempore mortuo emptore, quo ad meliorationes præferuntur creditores anteriores quo ad rem ipsam venditor si dominium sibi reseruauerit, *dec.506.*

Limit. Mulier creditorib. etiam anteriorib. præfertur, si probet ipsa melioramenta de pecunia dotali facta fuisse, *Ric.*

Mercator 1.

* Seu Bancherius soluere promittens ad certam diem summam contentam in litteris sibi præsentatis eā cogitur soluere, licet scribens interim decoxerit, *decision. 303.*

Ampl. 1. Siue retentæ fuerint litteræ per præsentantem, siue dimissæ penes acceptantem, *d. decis.*

2. Etiam si qui acceptauit non esset debitor scribentis, *d. dec.*

Limit.1.ampl.2. Sed censebitur fideiussor, & tenebitur quando principalis soluendo non erit, *d. dec.*

2. Nisi post acceptationem moriatur qui litteras scripserat, mandatum enim est extinctum, *Ric.*

Mercator 2.

* Vel alius artifex vt suæ artis priuilegio fruatur, debet esse matriculatus, simulque officium exercere, *dec. 481.*

Ampl. 1. Non solùm necessaria est matricula, & exercitium, sed & continuatio exercitij, *Ricius.*

2. Idem in Doctoribus non Aduocantibus, *Ric.*

Meretrix 1.

Vel leno non tenetur ad gabellam meretricum, aut lenonum, si vnum tantum lenocinium sine salario committat. *decis. 68.*

Limit. 1. Iure ex vnico actu dicitur læno vxoris, *d. dec.*

2. Homicida, calumniator, fænerator, lusor, & aleator, ex vnico actu sic denominantur, *d. dec.*

Meretrix 2.

Potest de iure communi è vicinia expelli, scolares & exteri habitantes sine mulierib. in Ciuitate Neapol. ex eius constitut. quæ non extenditur ad scholares in Casalibus Ciuitatis habitantes, licet casalia sint quo ad iurisdictionem diuisa ab ipsa ciuitate, *dec. 316.*

Ampl. 1. Etiam si meretrix habitet in propria domo, *Ric.*

2. Lenones, tabernarij, sulphurarij, qui artem fętidam exercent, *Visc.*

3. Animalia pestilentia. *Am.*

4. Hæretici, excommunicati, morbosi, pestilentes, leprosi, *Am.*

5. Et possunt cogi ad portandum signum meretrices, *Am.*

Limit. 1. In meretrice habente virum, nisi ipse eius leno sit, *Visc.*

2. Non potest à ciuitate expelli, si à vicinia, *Visc. Am.*

3. In Doctore, licet mulierem non habeat, *Am.*

Miles 1.

Pro dote conuentus an post conclusum in causa possit hosticam exceptionem opponere scilicet se ad bellum iturum, *dec. 286.*

Ampl. 1. Hanc exceptionem tam in criminalibus quam in ciuilibus, *Am.*

2. Quilibet consanguineus eam opponere potest, *Am.*

3. Et potest opponi contra mulierem dotes repetentem, *Am.*

3. Et eidem exceptioni renunciari potest, *Ricius.*

Lim. Hæc exceptio non competit illius vxori, qui in castris militat. *Ric.*

Miles 2.

* Regiarum triremium extra ipsas delinquens per ordinarium loci delicti puniri debet, *ad l. magi-*

magisteria C. de iurisdic. dec. 88.

Ampl. 1. Maximè si præuentio per ordinarium fuerit facta, *d. dec.*

2. Si non sit concessa iurisdictio Capitaneo abdicatiuè, *d. dec.*

3. Maximè si sit delictum commune, vt adulterium, non militare, vt arma vendere, *dict. dec.*

4. Et quando est graue, vt raptus, homicidium, stuprum, secus, si leue, *d. dec.*

5. Si non sit in actu expeditionis, *d. dec.*

• *Limit.* Si sit miles castri, & extra castrum delinquat, nam ad castellanum remittitur, attento præcipuè eius priuilegio cognoscendi, *dec.* 458.

Miles 3.

• Continuus dictus, & Hispanico more *Entrenidos por el Rey*, recedens sine Proregis licentia à ciuitate officio priuari potest, *dec.* 455.

Minor 1.

• Atrociter delinquens, puta, veneno patricidium committens mitius non debet puniri, quia minor, *dec.* 230.

Limit. 1. Si confiteatur delictum sine curatore in iudicia, vel extra, arte lęsum asserat, quia restituitur, *Am.*

2. Si lenocinium committat, *Ric.*

3. Et homicidium cum causa committens, *Ric.*

Minoris 2.

Res non potest sine decreto obligari, licet eiusdem rei vendendæ fuerit à testatore data facultas, *dec.* 302. quæ venditio vt valeat acta requiruntur, *Ric.*

1. Causa vrgens alienandi.
2. Quod debitum non possit solui.
3. Quod liqueat iudici per discussionem.
4. Quod vendatur res minus damnosa.
5. Quod pro paruo debito non vendatur res magna.
6. Interuentus curatoris.
7. Decretum iudicis.
8. Subhastatio.

Minor 3.

• Maiori succedens non restituitur lite iam contestata. *dec.* 647.

Limit. In causa tamen appellationis habet terminum ad non posita ponendum, sed non in iam positis, à prædicto maiore cui successit, *d. dec.*

• *Ampl.* Nec iudicem variare potest, *dec.* 364.

Monasterium 1.

• Excludit proximiores à bonis Monachi si est capax. *dec.* 40.

Ampl. 1. Et habetur loco filij, *Am.*

2. Succedit siue in bonis quæ habeat tempore ingressus, siue in acquisitis post, *Ric.*

3. Licet non habeat actionem, vel rei vendicationem ad bonaobuenta, potest tamen implorare officium iudicis, *Ric.*

• 4. Ex persona fratris potest impugnare testamentum maternum, in quo filia hærede instituta solum ãnuum legatum monacho filio relinquitur, *decis.* 667.

• 5. Capax in communi vendicare potest bona Monachi defuncti à nepotib. per eum institutis in testamento ante Monachatum facto, si testando verisimile est de religione cogitasse, *dec.* 423.

6. Et Monachus potest possidere si Abbas conniuentibus oculis permittat, sed non perpetuò, *decis.* 718.

Limita 1. Filius substitutus si sit ipse succedit, non monasterium, *Am. decis.* 40.

2. Ingrediens monasterium in substituti fraudem ipsi substituto non præiudicat, *Am. d. dec.*

3. Non habetur loco filiæ monialis ad exclusionem matris in loco antephati, *dec.* 769.

Monasterium 2.

• Monialium potest cogere vicinum ad tollendum aspectum, quem in se habet etiam publica via intermedia, *decis.* 223.

Ampl. 1. Et potest cogere ad vendendum d. seruitutem altius non tollendi, *d. dec.*

2. Ad vendendam domum pro amplianda Ecclesia, *d. dec.*

Monetam

• Falsam alterius Principis cudens, sed non ad perfectam formam, vt valeat expendi, ad perpetuas triremes condemnatur, *dec.* 440.

Ampl. 1. Si d. moneta in loco vbi fabricatur expenditur, mortis pęna imponitur, *d. dec.*

2. Ad torquendum super hoc crimine sufficiunt instrumenta ad illam fabricandum penes inquisitum reperta, *Ric.*

• Scienter monetam falsam expendens de iure regni pęna mortis punitur, *dec.* 401.

4. Si sit malæ vitæ, *d. dec.*

5. Si per socios criminis conuincatur, *d. dec.*

6. Etiam si conuictus sit per testes, qui per rimulam ostij successiuè viderint eum fabricantem, *Ric. ibid.* 401.

7. Et accusans de falsa moneta de iniuria, non tenetur, si accusationem non probet, *Am. ib.* 401.

Limita 1. Sciens, & dolosè monetam falsam expendens non excluditur à beneficio indultus generalis, *Ric. ibid.* 401.

2. Et cognitio falsæ monetæ non continetur sub concessione meri, & mixti imperij, *Am. dec. ibid.* 401.

• 3. Condemnatus de moneta falsa, quia apud eum reperta, & qui nihil in tormentis confessus appellare potest, *dec.* 351.

Mortuam

• Esse matrem post filios impuberes creditur, *dec.* 454.

Ampl. Idem in patre, *Am.*

Limit. Secus quando filius est pubes, *Am.*

2. Fœmina præsumitur ante masculum decedere, *Am.*

3. Non ita præsumitur quando extraneus successurus est, sed tantum inter ipsos, *Ric.*

Nepotes 1.

• Ex fratre præferuntur nepotib. ex sorore in successione patrui, quo ad bona existentia in districtu Ciuitatis Neapol. in cæteris verò omnes succedunt, *dec.* 412.

Nepeis 2.

• Filius non concurrit cum altera nepte defuncti, nec repręsentat personam parentis, ex iure consuetud. vocante proximiores, & sic conformat ius commune, *dec.* 266.

Abneptis 3.

Si concurrat cum sorore. & amita de iure consuetudinario Ciuitatis Neapol. in successione sororis, an admittatur cum eis, *dec.* 652.

Nobilitas 1.

• Ab allegante debet probari, & sufficit quasi possessio

fessio non data in contrarium probatione, *dec.* 630.

Limit. Hoc procedit quando incidenter de ea tractatur. *d.decis.*

* *Ampl.* Et probatur per verba enunciatiua alicuius instrumenti antiqui, *dec.* 357.

Nobilium 2.

* Et Comitum, qui verè nobiles sunt priuilegijs non gaudet qui per lecturam 20. *ann.* Comes effectus est ad l.1. C.de profess. qui in vrb.Constant. *dec.* 115.

Nobilis 3.

* Honorib. sedilis concessis pro se, & suis descendentib. etiam ex fęminis dummodo sint nobiles, vt aliquis descendens ex femina admittatur, non requiritur quod ascendens fuerit nobilis de sedili, sed sufficit simpliciter, *dec.* 207.

Nobilis 4.

* Et plebeius simul furantes differunt in executione pęnæ, nam ille decapitatur, iste suspenditur, *dec.* 569.

Amplia 1. Et in crimine læsæ maiestatis, *d. dec.*

2. in suspendentib. vela regia, *Roit.*

3. In crimine peculatus, *Roit.*

4. In occidente adulterum, veneficis, incendiario crimine stellionatus, *Roit.*

5. In tortura subeunda, & carcere imponendo, *Roit.*

6. Et nobilitas maiorum ad hoc prodest, *Ric.*

7. Qui officium iudicandi exercuit, diuites populares, & honestiores pro nobilib. habentur in hoc casu, *Ric.*

* 8. Chyrurgus nobilis reputatur, & dignitatem assequitur, & in genere pęnæ vt talis iudicatur, *dec.* 564.

Limit. 1. In exilij pęna, quæ est vtriq; communis, *dec.* 569.

2. In clericis pro causis sanctæ fidei, *Ric. ibid.* 659.

3. In hæreticis etiam nobilibus, *Ric. ibid.*

4. In crimine falsi, *Ric. ibid.*

5. In pœnis pecuniarijs nobiles intentius puniuntur, *Ric. ibid.*

6. In contemptoribus Principis mandatorum, *Roit. ibid.*

7. Si nobilis plebeium accuset, nec accusationem probet, *Roit. ibid.*

Notarius.

Non tenetur contrahentes cognoscere, & ideò si vnum pro alio obligatum accipiat mandanti non tenetur, *dec.* 262.

Amplia. Nec tenetur inspicere, an quantitas pecuniarum sit pro vt partes exprimunt, *Ric.*

Limit. Sed debet in instrumento ponere nomen contrahentis, & patris licet sit mortuus, *Am.*

Nouatio.

* Fit etiam tacitè, si per coniecturas de nouandi voluntate appareat, *ad l. fin. C. de nouat. decis.* 15.

Coniect. 1. *illa est,* quando debitor delegat alium, etiam non suum debitorem, & creditor acceptat ipsum delegatum, *Ric.*

2. *Coniect.* quando secundus contractus est incompatibilis cum primo, *Ric.*

Offerendi ius 1.

* Non habent creditores contra mulierem petentem dotium assecurationem ob viri ad inopiam vergentiam, neque licitatio debet fieri eorum bonorum, quę ad assecurationem dantur, sed sufficit æstimatio per appretiatores, *dec.* 54.

Limita 1. Creditor potest offerre mulieri volenti bona pro dotibus obligata, *Am.*

2. Nisi mulier bona assecurata in tertium cum iudicis decreto, & licentia alienaret, *Ric.*

3. si vxor assecurari velit in pecunia venditis mariti bonis, *Ric.*

4. Si bona mariti essent mobilia, ex quib. vxor non possit fructus pro sui sustentatione percipere, nisi in pecuniam redigantur, *Ric. Nou.*

Offerendi ius 2.

* Datur secundo creditori contra primum in re per ipsum primum creditorem empta iure creditoris, *dec.* 69.

Limit. Nisi emeret vt extraneus, *d. dec.*

2. Etiam si secundus creditor notitiam habuerit de oblatione, licitatione, & deliberamento, & tacuerit per multos menses, *d. dec.*

Offerendi ius 3.

An detur secundis creditorib. contra ementem ab hærede cum beneficio inuentarij, cuius pecunia solutum fuit creditorib. anteriorib. & sibi ipsi emptori, *dec.* 326.

Offerendi ius 4.

* Non datur contra creditorem, qui emit iure creditoris, licet adiudicatio sit facta plus debito, tenebitur tamen creditor pretium supplere vsque ad iustum valorem, *dec.* 224.

Offerens 5.

* Creditor secundus primo tenetur offerre creditum cum vsuris, in quibus compensantur fructus percepti pro concurrenti summa, *decis.* 12.

Officialis 1.

* Accusatus de crimine commisso extra officium pendente accusatione retinet officium, & administrationem, si de crimine in officio commisso cum certum est ab officio esse remouendum administrare prohibetur, *dec.* 8.

Limit. 1. Sola accusatio non sufficit ad suspendendum, sed informatio præcedere debet, ex qua aliquid substantiale appareat, *d dec.*

2. Non est suspendendus, nec ei administratio interdicenda, nisi crimen sit notorium, aut famosum, vel delicti enormitas, siue scandalum aliud expostulet, *Nou.*

Ampl. 1. Non solum in officiali perpetuo, sed & in temporali, *ead. dec.*

2. Eo priuatus non debet amplius ad illud admitti, *Nou.*

Et an in curia, cui seruit, vel vbi delinquit sit puniendus, *dec.* 679.

* *Limita.* In officiali feudatarij delinquente in officio, qui à iudice superiore non ab ipso feudatario punitur, *dec.* 407.

Officialis 2.

* Scilicet magister iuratus in baronum terris à baronibus debet eligi, & in cæteris ab vniuersitatibus, *dec.* 43.

Officialis 3.

* Non potest se ab officio ciuitatis electi, siue à munere, cui honor est annexus ob quinque liberorum numerum se excusare, *decis.* 65.

Limit. Quinque nepotes nati ex quinque filijs excusant à muneribus personalibus, nepotes verò ex vno tantum filio non, *d. dec.*

2 Fu-

2. Furor, infirmitas, mutela, surditas excusant, *Am.*

Officialis 4.

* Puta bidellus à Magno cancellario creatus, potest ab altero Magno Cancellario succedente remoueri, *dec.* 165.

Ampl. Licet officium exercuerit patiente eodem Cancellario, qui vult remouere, *d.dec.*

Officialis 5.

* Vniuersitatis est eligendus ipsa congregata, non verò per antecedentes officiales semelque electus non est ad idem officium admittendus nisi quinquennio elapso, *ad l.2.C.de mun.& hon. non contin.dec.*210.

Et quid si reconfirmari quis consentiat, an possit fieri, *dec.* 264.

Officialis 6.

* A Domino feudi ante locationem electus, non potest per conductorem iurisdictionis, & fructuum feudi recusari, habet tamen electionem soluendi salarium pro suo interesse, *ad l.emptorem.C.locat.dec.*216.

Ampl. Etiam si ipsa terra locetur, vel vendatur, *Visc.*

Officialis 7.

Confirmatio nemine discrepante facta valet, licet postea aliquis contradicat, *ad l.quod maior.ff.ad municipal.dec.*609.

Officialem 8.

* Potest dominus in terra sua ibi residentem destinare, licet antiquitus non esset solitus residere ac iurisdictione dicti loci alteri cumulatiuè concessa, *dec.*166.

Officialem 9.

* Seu commissarium offendens ante scientiam cõmissionis, vel odio particulari non intuitu officij, aut iustitiæ non subiacet quærelæ eorum, qui officiales offendum, *dec.*326.

*Ampl.*1. Neque prodiens patriam odio priuato incidit in crimen læsæ maiestatis, *Am.*

Officiales 10.

* Semel vt suspectus remotus, non habet amplius, etiam cessante causa suspicionis admitti, *dec.* 619.

Officialis 11.

* Qui Consiliarius Regius est, vel Præses Regiæ cameræ, & iurisdictionem gabellarum redemptionum, & fabricæ habet eam non ammittit licet Regius Præses efficiatur, *dec.*445.

Ampl. Et debet habere duplicatum Zuccarum, Sal, Ceram, & Cartam, *Visc.*

Officialis 12.

* Non probibetur legatum ex testamento capere, licet prohibeatur munera acceptare, *ex l.non dubium.C.de testam.dec.*493

Amplia 1. Neque officiales sine iurisdictione, vt fisci Aduocatus muneratur potest accipere, *Am.*

2. Et matrimonium in loco officij contrahere prohibetur, *Am.*

3. Et esse compater, *Am.*

4. Et institutus ab eo, qui coram illo litigabat institutio nulla est, *Roit.*

Limita 1. Potest accipere ad sui, & familiæ sustentationem, si prouiso, seu eius salarium non sufficiat, *Ric.*

2. Si recipiat aliquid remunerationis causa, *Ric.*

Officialis 13.

* Exter, aut non subditus iurisdictioni Principis illius loci non potest a feudatario creari, & iudex qui fuit per annum primæ cognitionis nõ potest sequenti anno esse causarum appellationis, *dec.*479.

Ampl. 1.*par. dec.* Nec clericus potest creari officialis laicorum, *Am.*

2. Et creatus si in officio delinquat non potest puniri, *Ric.*

Amplia 2. *par. dec.* Nec respectu alterius officij reformari potest, qui antecedenti anno exercuit. *Am.*

2. Neq; in officio administratoris, aut sindici, *Am.*

* Et anno duraturus etiam ipso consentiente à domino ante annum contradicente vniuersitate mutari nequit, *dec.*409.

* 4. Et si propter litem motam, vel aliam causam impediatur intrà annum exercere officium, nihilominus finito anno excluduntur, nec eis subrogatur tempus, quo exercere impediti fuerunt, *dec.*419.

5. Neque tempus reintegratur officiali iustitiæ pro eo, quo vacauit. *Am.*

Officialis 14.

* Gubernator, vel Prorex prouidere potest omnia officia vacantia tempore collationis, sed non futura, *dec.*393.

Limit. Potest prouidere, & validè, si prouisio sit facta pro anno, vel biennio secus si ad beneplacitum, *Ric.*

Officialibus 15.

* Iustitiæ puta hiroarijs non creditur ad finem conuincendi captum, sed torquendi, & ideò tortus nihil fatens liberatur, *dec.*379.

*Limit.*1. In causis grauibus, & capitalibus, *Visc.*

2. Creditur concurrentibus alijs adminiculis, nisi & pro reo concurrant, *Roit.*

*Ampl.*1. Nec dicentibus se cæpisse extra locum sacrum, sed sic reo dicenti se in ecclesia captum, *Ric.*

2. Minus creditur si aliquod commodum ex sua dispositione sunt consecuturi, *Ric.*

Pactum 1.

* Incontinenti appositum super re vendita per vẽditorem, emptoris creditorem ab ea excludit, etiam ipso venditore anteriorem, *dec.*369.

Pactum 2.

* De non petendo vni ex reis per creditorem factum, si sit personale, alteri correo non prodest, *dec.*476

Amplia. Neque fideiussori si non consentit, sed habent exceptionem doli generalem, & cedendarum, *d.dec.*

Pascuus 1.

* Qui pro pascendis centum animalibus tenetur ad solutionem quatuor, si minus habeat debet etiam soluere pro rata, vel eius ęstimationem, *dec.*228.

Pascuandi ius 2.

* Non debet ita immediatè dominus territorij concedere in territorio, vt alteri domino certæ partis territorij impediatur vsus pascui pro animalibus inseruientibus culturæ sui particularijs territorij, & tenetur fidare, seu concedere ius pascuandi domino feudi existentis in suo territorio pro animalibus necessarijs ad culturam eius feudi, & pro pretio, pro quo alijs

alijs exteris solitum fuit concedi, *dec.* 301.

Pater.

* Succedens filio vna cum fratrib. vtrinque coniunctis eid. filio, iuxta *Auth. defuncto C. ad Tertull.* non habet vsumfructum in portione filij. *Auth. item hæreditas. C. de bon. quæ lib.* & ad secunda vota transiens de proprietario fit vsufructuarius, *Auth. ex testamento. C. de secund. nupt.* non verò eius portionis quæ filio obuenit ex hæreditate fratris mortui antequam pater secundo nuberet, *dec.* 573.

* *Ampl. d. auth. hæreditas*, quando pater institutus est ab extraneo vna cum filijs, *dec.* 651.

Patronatus ius.

Ad omnes hæredes insolidum transit. c. 1. vbi gl. de iur. patr. sed an eius honor spectet etiam ad secundogenitum extante primo, quando in ipsius fundatione fuit dictum pro se, & hæredibus, *dec.* 85.

Pensiones.

* Domorum quas habitauit tenetur soluere condemnatus in petitione hæreditatis, si ipse domus commodam diuisionem non patiantur, nec cohabitante ipso victore, *dec.* 160.

Penuria.

* Tempore Princeps potest vilius pretium frumento statuere, & alijs frugibus, *dec.* 9.

Ampl. 1. Et ad d. taxationem possunt cogi clerici, & Ecclesia, qui vendentes carius quam sit taxatum tenentur in conscientia illud plus restituere, *dec.* & *Nou.*

2. Diuites gratis mutuare coguntur, *Am.*

3. Officialis potest ciues cogere ad vendendum necessaria tempore necessitatis, *Am.*

4. Iudex ex officio inquirit, & è diuitum manib. fruges tollit, *Am.*

5. Publicani, & affitatores tenentur ante tempus soluere, & non modo iusto pretio, sed & minori vendere, *Am.*

6. Princeps potest prohibere ne exteri emant frumentum in Regno, *Am.*

7. Diuites per capturam, & carcerem coguntur pecuniam vniuersitati mutuare vt frumentum ematur, ne pecunia inuehatur, *Am.*

8. Etiam si diuites sint nobiles, quia nobilitatis ratio non habetur, *Am.*

9. Rustici, & massarii habentes frumenta, & victualia, in ciuitate, & non extra ratione proximioris charitatis vendere debent, *Am.*

10. Iudex potest statuere quantum panis cocti debeat vendi singulis diebus, *Am.*

11. Et prohibere quod forenses non emant, nisi per certam horam ad hoc, vt ciues dulciori pretio emere possint, *Am.*

12. Et causæ contra officiales fraudantes etiam feriatis diebus expediuntur, *Am.*

13. Et quod merces vendantur in grossum, & non minutim, vt maior vbertas appareat, *Am.*

14. Obligatus ad vendendum duo, potest cogi, vt vendat tria competenti pretio, *Am.*

15. Libertas vendendi tolli potest, *Am.*

16. Et Barones habentes merum, & mixtum imperium penuriæ tempore cogere possunt, *Nou.*

Limita 1. Sed compulsio debet esse generalis omnium ciuium, non verò particularis vnius, vel aliquorum, *Am.*

2. Quis cogitur vendere res necessarias ad quotidianum vsum, non autem alias, *Nou.*

Pignus.

* Per alterius pignoris dationem liberatum censetur licet secundum fuerit euictum, *decis.* 708.

Limit. Hoc procedit quando quis ex sui facilitate decipitur, secus si ex dolo aduersarij assecurantis pignus liberum, *d. dec.*

Possessor. 1.

* Bonæ fidei in dubio præsumitur factus locupletior, *per gl. in l. vtrum. ver. consumpsisse. ff. de pet. hæred. decis.* 31.

Possessor. 2.

* Hypothecaria conuentus nullis interim factis meliorationibus totum creditum offerre tenetur, secus si factis, quia tunc possessor liberatur offerendo rei æstimationem etiam minorem credito tempore obligationis *decis.* 38.

Possessor 3.

* Conuentus licet res ad plures alios transierit ipse debet condemnari, sed executio fit contra vltimo possidentem, *decis.* 464.

Possessorio.

* Recuperanda intentato petitorium propositum per viam exceptionis, seu actionis in honore, & dignitate non potest cumulari, *dec.* 90.

Pretium.

* Si maritus, & mulier simul vendant bona stabilia vxoris, & solutionem pretii confiteantur mortuo viro totum ab eius hæredibus vxori debetur, non verò dimidium, quasi aliud dimidium ad eam venditionis tempore peruenenerit, *dec.* 474.

Priuilegiatus 1.

* Pro iuribus cessis ex causa lucratiua non trahit secundum ritus magnæ curiæ, nisi sit miserabilis persona, & cessio non simulata, *dec.* 155.

Priuilegium 2.

* Superueniens forum non mutat siuè motu proprio, aut ad postulationem sit concessum, *dec.* 544.

Priuilegium 3.

* Hospitali concessum extenditur ad habentes ius ab eo, *dec.* 383.

Probationum.

* Etiam data difficultate non potest quis ad mortem condemnari ex testib. examinatis non integris, nam probationes ad condemnandũ pęna mortis non iunguntur, *dec.*

Procurator 1.

* Cum potestate substituendi, si virtute d. potestatis ab homine sibi datę substituat non tenetur de facto substituti, *dec.* 212.

Limita 1. Nisi substituens post substitutionem se intromiserit, *d. dec.*

2. Et licet alium substituerit, potest tamen ipse si sit cum generali citari, si cum substituto ex aliquo impedimento agi non possit, *dec.* 465.

Procurator 2.

* Appellationi non potest expressè renunciare, nam collusio præsumitur, *dec.* 579.

Limit. 1. Secus tacitè, scilicet eam non prosequendo, *Roit.*

Ampl. 1. Licet cum Libera, *Roit.*

2. Neque ius instantiæ, *Roit.*

3. Nec exceptioni dilatoriæ, *Roit.*

4. Nec iura remittere, *Roit.*

5. Et potest cogi ad prosequendum litem cæptam, non ad prosequendum appellationem, *Roit.*

Pro-

Procurator 3.

* Ad locandum simpliciter, vel vendendum constitutus potest,& pretium recipere de æquitate, secus de rigore, *ad leg. 1. §.igitur proposito. ff. de exec. act. dec. 699.*

Limit. 1. nisi in mandato sit dictio aliqua taxatiua, scilicet tantum, *d.dec.*

2. Constitutus ad emendum pro decem, si pro quindecim emat, non debet releuari pro quinque, *Roit.*

3. Ad certo pretio vendendum fidem de eo habere non potest, *Roit.*

4. Ad lites, & causas non potest compromittere, sed tantum transigere, *Roit.*

5. Ad liberandum donare nequit, *Roit.*

6. Contra omnem personam, non potest contra vniuersitatem comparere, *Roit.*

Amp. 1. Ad solutionem accipiendum datus compensare potest, *Roit.*

2. Ad censum constituendum omnia penalia pacta pro mandati executione apponere potest, *Roit.*

3. Ad exigendum solutionem ab eo, qui sponte soluit recipere potest, *Roit.*

4. Ad emphyteusim renouandam, & canonem recipiendum caducitatem remittere potest, *Roit.*

5. Ad dissipandum donare potest, *Roit.*

Prodigus 1.

* In committendo delinquens corporali pena, vt quilibet alius punitur, *dec. 461.*

Limita. Pecuniariter puniri non potest, *Am.*

Prodigus 2.

* In iudicio, vt minor reputatur, & idem priuilegium habet l. falcinius. §. adeo ff. ex quibus caus. in possess. eat. *dec. 598.*

Ampl. Et habet fori electionem, *Ric.*

Limit. In contractibus ante prodigalitatem gestis non restituitur, *Roit.*

Sed an contra eum possit liquidari instrumentum via ritus, *dec. 672.*

Proditorium

* Delictum illud est, quo amicus sub amicitię colore, vel simulatione offenditur, *dec. 713.*

Ampl. 1. Et retro offendens etiam inimicum, *Ric.*

2. Qui alium sine diffidatione offendit, *Ricius.*

3. Qui venenatam potionem dat, *Ric.*

Præcedentia 1.

* Inter duos Marchiones illius est, qui prius Marchio creatus fuit, licet alter primus litteras executoriales, scilicet interinationis, vel inuestituræ obtinuerit, *dec. 62.*

Ampl. Et in beneficijs preferuntur, qui prius prouisi sunt, *Ric.*

Præcedere 2.

* Consiliarius Regius debet, si ex dispensatione interueniat aduocatus alicuius particularis, & in consilio sedere in suo proprio loco, non autem in nouissimo, *dec. 138.*

Limit. 1. Quando Episcopus est canonicus, vt talis cum cæteris canonicis sedens, eos non precedit, *d.dec.*

2. Aduocatus fisci tunc præcedit omnes iudices eiusdẽ dignitatis, quando agit causas regias, non autem quando suas, vel priuatorum, *d. dec.*

3. Idem in Vicario Episcopi eodemque canonico, *Am.*

4. Prior ecclesiæ in consilio procedit episcopum, *Am.*

5. Consiliarius regius præsidens regiæ Cameræ in ipsa non præcedit cæteros præsidentes, nisi in consiliarij dignitatem ante eos euectus esset, *Ric.*

Præcedere 3.

* Is debet ex trib. eod. tempore electis, qui prius fuerat regius consiliarius, & in dignitate constitutus, *ad l.1. & 2. ff. de alb. scrib. & l. 1. Cod. de consulibus, lib. 12. dec. 144.*

Ampl. 1. Maximè, si tempore electionis aliquod officium administrabat, *d.dec.*

2. Et si prior gradum doctoratus adeptus sit, *d. dec.*

3. Si ætate sit maior, *d.dec.*

4. Maximè si aliquem librum legalis, vel alterius scientiæ ediderit, *Ric.*

5. Et qui libros composuit data paritate temporis, & ætatis doctori nobili præfertur, *Ricius.*

6. Ille præfertur, qui meritis paternis presulget. *Ric.*

7. Filius doctoris alteri, æque bono præfertur, *Ric.*

8. Qui dignitatem habere potuit, illamque recusauit præfertur, *Ric.*

* 9. Et si ambo ante creationem erant in dignitate, ille præfertur, qui in maiori erat, *decis. 365.*

10. Antiquiores clerici, & doctores præcedunt, *Am. ibid.*

11. Archidiaconus, & Archipresbyter in Ecclesia, Vicario generali Episcopi præferuntur, *Am. ibid.*

12. In ordine dignitatis ille præfertur, qui est prior in ordine, *Am. ibid.*

13. In collegis primò receptus licet iuuenis præfertur vltimo existenti: nisi senex maior ordine, & dignitate sit, *Am. ibid.*

14. Habens dignitatem cum administratione præfertur solam dignitatem habenti, *Am. ibid.*

15. Episcopi Vicarius ceteris clericis prefertur, *Ric. ibid.*

16. Episcopus de Collegio, vt de Collegio sedens precedit ratione præexcellentis dignitatis, *Ric. ibid.*

17. Ex doctorib. ille qui exercet, *Ric. ibid.*

18. Episcopus primò ordinatus præfertur vltimò ordinato, nisi iste pallium habeat, *Roit. ibid.*

* 19. Iudex criminalis præcedit ciuilem; nam ille à dextris, iste à sinistris sedet, *dec. 388.*

20. Magnus Cancellarius precedit Magnum Siniscalcum in Comitijs solitis fieri in Ciuitate, sed an electi Ciuitatis præcedant eius septem officia, *dec. 248.*

21. In ingressu Episcopi qui sint præferendi ad deferendum hastas palij, an nobiles Ciuitatis, vel eius Sindici, & electi, *dec. 253.*

Promissio 1.

* Maioris summæ si N. fuerit factus Pontifex, non obligat etiam facto promissionis tempore, *ad l. hæc conditio. §. fin. ff. de condit. & demonstr. dec. 113.*

Pro-

Promittens 2.

Alicuius ratificationem non excusatur, si facit omnem conatum contra canonistas, *dec.624.*

Amplia. 1. Si adsit iuramentum, & clausula, quod quis promittit curare cum effectu, *d. decision.*

2. Si adsint verba, ita quòd faciendo posse suum non excusetur, *d.dec.*

3. Si promittatur, quòd quis faciet nulla addita pœna, *d.dec.*

4. Si appareat contrahentes non esse contentos solo conatu, *d. dec.*

5. Quando promissio, quòd aliquis faciet est correspectiua ad aliud, *d.dec.*

Limita. 1. Nisi simpliciter promittat se facturum, & curaturum, *d.dec.*

2. Nisi impedimentum ob quod promissa adimpleri nequeunt, superuenerit post promissionem, *Roit.*

Quarta

* Ex bonis viri constituitur vxori dotem non habenti, *auth. praeterea. Cod. vnd. vir. & vxor.* Sed non de feudalibus, vel donatis à patre filio primi matrimonij, sed tantum de existentibus in hæreditate tempore mortis eiusdem viri, *dec.318.*

Ampl. 1. Debetur in æstimatione feudi, si non in ipso feudo, *Ric.*

2. Si postea vxor facta sit diues, *Ric.*

3. Non est detrahenda legitima per filium primi matrimonii, sed in ea imputatur, quod sibi donatum est, *d.dec.*

* 4. Et d. quarta debetur quando dos est modica, *decis.* 410.

5. Licet mulier sua culpa effecta fuerit inops, *Ric.ibid.* 410.

6. Et in marito habet locum d.auth. *Ric.*

Limit. 1. Non debetur si vxor prædecedat, *Visc. dec.* 318.

2. Et quatuor debent concurrere, matrimonii existentia, nulla dotis constitutio, mulieris inopia, & mariti diuitiæ, *Roit. decis.318.*

3. Non debetur si vxor mariti hęreditatem expilauerit, *Roit.ibid.*

4. Si sit ei legatum à marito factum, *Roit. ibid.*

5. Si dotem habere patuerit, *Roit. ibid.*

6. Coniux superstes, & quasi sine dote, quartam non habet, si patrem diuitem habeat, *Ric. dec.* 410.

7. Si mulier habet dotem cum qua potest nubere, *Ric. d.dec.*

Ampl. hanc 7. limit. prim. Dos ducatorum mille dicitur sufficiens pro qualibet comitissa, *Am. d. dec.*

8. Dos ducatorum 800. cum qua filia medici nupsit I.V.D. extra ciuitatem congrua habita fuit, *d.dec.*

9. Dos libr. 300. habita fuit pro competenti habita ratione paupertatis ad extremam inopiam, *Ric. d. dec.*

Limit. 8. Si persona sit vilis, & habeat industriam laborandi, & non laborauit licet fuerit senex. *Roit.d. dec.*

9. Non competit nisi non aliunde habenti, fallit tamen si sit mobilis, *Roit.d.decis.*

10. Mulier lucratur quartam quo ad plenam proprietatem ex bonis viri ipso decedente filijs, si verò cum filijs quo ad vsumfructum, *decis.621.*

Reclamatio

* Non conceditur à sententijs duabus conformibus, licet intermedia earum fuerit difformis, *decis.135.*

* *Limit.* Nisi reclametur in criminalibus vel à sententia tantùm continente actum irretractabilem, *decis.139.*

* Et ab incidentibus causæ criminalis à qua per sententiam decisa non licet reclamare, *decis. 637.*

3. Maximè si incidenter contineat damnum irreparabile, *d.decis.*

4. Et à sententia Regis pronunciantis iuxta alterius relationem, *Ric.d.decis.*

Remissio vide *Forus.*

Rei vendicatio

* Non datur contra possidentem rem quæ fuit inter alios permutata, *ad l.cum precib.C.de rer.permut.decis.* 34.

Limita. Nisi in instrumento permutationis fuerit promissa euictio cum generali obligatione bonorum præsentium, & futurorum, nam tunc res permutata venit in obligationem, & sic hypothecaria rem vendicanti competit. *d. decis.*

Renunciatio.

* Amplissimis verbis facta à matre, si ipsa ante patrem decedat filijs non pręiudicat. *l. qui superstitis. ff. de acquir. hæreditat.* amplia 1. etiam si in d. renunciatione legatur pro se, & hęredibus, nec sint filij hęredes matris, *decisio.* 67.

2. Si non sit facta renunciatio, sed sola renunciandi promissio. *Am.*

3. Si promissio fiat à viro, de curando renunciationem. *Am.*

4. Nepotes possunt petere legitimam in bonis aui, vel auię non obstante renunciatione, *Am.*

5. Filij renunciantis succedunt sorori renunciantis vna cum auunculo, *Am.*

6. Filia renuncians bonis paternis, & maternis, si dos ei per patrem in pecunia constituatur, & dos matris sit in specie non obstante renunciatione dotem matris petit, *Am.*

7. Maximè si filij ex persona propria auo succedant, *Ric.*

8. Si nati ex fœminis essent proximiores, nam remotiores excludunt. *Ric.*

9. Renunciatio facta existentibus masculis non pręiudicat, si ipsi pręmoriantur patri, *Ric.*

* 10. Et renunciatio feudi si est personalis reuertit ad renunciantem mortuo ipso cui renunciatum fuit, *decisio.591.*

Limita. 1. Renunciatio facta per filiam tempore quo nullus superest frater masculus, nec postea est natus, eam à successione patris excludit, *Ric.ibid.67.*

* 2. Et generalis renunciatio filię comprehendit etiam ius consuetudinarium respectu bonorum ex successione alterius filię peruentorum *decis.690.*

Repraesentationis ius.

* Respectu lineae transuersalis competens ex consuetud. Neapol. non datur vltra filios fratrum consobrinorum, *decis.* 24.

Qui vna cum fratre consobrino succedunt, quae quomodo, & quando locum habeat, *decision.* 149.

Restitutio in integrum 1.

* Conceditur mulieri aduersus solemnitates in inuentario omissas, & ideo insolidum non tenetur, *decis.* 229.

Ampl. 1. Maximè si sit virgo, *d.decis.*

2. Contra quoscumque tàm creditores, quàm legatarios. *d.decis.*

Limita. 1. Nisi dolus esset expressus, *Ric.*

* 2. Non competit mulieri aduersus lapsum fatalium, *decis.* 284.

3. Neque aduersus sententiam, *d decis.*

4. Neque ob non petitum tutorem filio, *Am.d. decis.*

* 5. Neque si fuerit lesa circa probationes concernentes fori declinatoriam, *decis.* 439.

Restitutio in integrum 2.

* Conceditur minori aduersus appellationem non prosequutam à tutore licet ipse tutor sit soluendo, *decis.* 477.

Limita 1. Non restituitur nisi euidentem laesionem probat, si actus ex sui natura lesionem non includit, *Ric.*

2. Quando per procuratorem cum iuramento constitutum litigat, *Ric.*

3. Si se maiorem iurauit, *Ric.*

* 4. Non restituitur filius minor secundi matrimonij ad excipiendum de adulterio commisso per eius matrem dotem restitui petentem, sed sic contra ante phatum, *decis.* 421.

5. In causa repulsae, nec ad petendum repulsam, *Am.ibid.* 421.

6. In causa remissionis, vel fori declinationis, *Am.ibid.* 421.

7. Doctori minori non conceditur, *Am. ibid.* 421.

8. Vbicumque tractatur magis de lucro odioso, quam de proprio commodo, *Am.ibid.*

* 9. Maiori succedens lite contestata non restituitur, *decis.* 647.

* 10. Non conceditur hospitali ad iterum adeundum haereditatem repudiatam post aditionem, *decis.* 282.

* *Amplia.* 1. Ob probationes omissas restituitur aduersus tres sententias conformes, *decision.* 445.

* 2. Ad allegandum suspicionem omissam post conclusum in causa, *decis.* 431.

3. Ad recusationem iudicis suo tempore non propositam, *Ric.ibid.* 431.

* 4. Et senex restituitur concurrentibus imbecillitate, & fragilitate, *dec.* 608.

* 5. Si eius curator in iudicem suspectum consensit, legitimata scilicet persona in tali oppositione, *dec.* 692.

* 6. Et habet quadriennium ad petendum restitutionem, quod currit etiam feudatario, qui finito 14. anno est perfectae aetatis, *decisio.* 650.

* 7. Pupillo aduersus omissam allegationem exceptionis dilatoriae, *decis.* 290.

8. Et aduersus lapsum instantiae etiam de laesione nomen dicto, *Ric.ibid.*

* 9. Datur & habenti remedium, *l.2.C. de rescin. vend.* nam illa est remedium extra ordinarium, quod per ordinarium non tollitur, *decis.* 248.

Restitutione in integrum 3.

* Pendente nihil est innouandum, & executio sententiae impeditur, si euidenter apparet calumniandi causa non esse petitam, *decis.* 66. N:si dict. restitutio fuerit denegata per decretum, à quo appellatum sit, nam dict. appellatione non obstante exequitur sententia media cautione ad form. *Auth. qua supplicatio, decis.* 702.

Sacrilegus 1.

* Probato, quòd ex occasione pecuniae amissae in ludo, cultro inciderit faciem imaginis B. Mariae Virginis in Ecclesia existentis, amputatione manus, & mortis naturalis punitur, *dec.* 504.

Ampl. Et igne combustus fuit, qui ictum sclopeti in faciem D. Virginis immiserat, *Ric.*

Limita. Etiam pecunia liberatus fuit, qui oculos crucifixi effoderat, qui erat desperatus propter ludum, *d.dec.*

Sacrilegus 2.

Non dicitur, qui genuflexum in gradibus ostii capellae cuiusdam Confraternitatis inter Missae solemnia occidit, & ideo gaudet indulgentia delinquentem capientis, *ad l. si quis hoc genus, C.de episc.& cler.dec.* 402.

Amplia 1. Idem si occidatur in oratorijs hospitalium priuatorum, in aediculis praesbyterorum positis iuxta ecclesiam, vel canonicam clericorum, *ead.dec.*

2. Si quis occidatur in ostio extra clausuram, *d. dec.*

Salarium 1.

* Debetur vasallo seruienti Domino cum animali nulla facta distinctione sit ne animal paruū, vel magnum, nec de accessu vel recessu, nisi & rediret oneratus, *dec.* 152.

Limit. 2. Nisi homo cum animali ad seruiendum non adesset, nam tunc medietas tantum debetur, *Ric.*

Salarium 2.

* Tutori non constitutum, nec per eum petitum non debetur, *per l.à tutorib. §.fin.ff.de admin.tut. l.in eos.ff.de tutel.dec.* 122.

Limit. 1. Balio dato pupillo, quo ad bona feudalia, *d.decis.*

2. Nisi tutor patrocinatus fuerit, & procurauerit pro pupillo nullis expensis factis in salarijs Aduocatorum, aut procuratoris in

in litibus, *ead.dec.*

3. In particulari negotio habetur, *Am.*

4. Officiali debetur, quod eius antecessori, licet non sit constitutum, *Ric.*

* *Amp.* 1. Neque debetur patri, qui fuit balius pro filio habente feuda, licet aliis tutoribus, aut baliis detur, *dec.* 340.

2. Officiali remoto ob propriam culpam non debetur, *Ric.ibid.* 340.

Limit. 5. Aduocatis,& Vicariis etiam non conuentum salarium debetur, *Ric. ibid.*

6. Et salarium Aduocati æquiparatur danti, & fisco, & habet tacitam hypothecam, & ius prælationis, *Ric.ibid.* 340.

7. In concursu duorum debitorum illud salarii anterius præsumitur, *Ric.ibid.*

8. In re per litem recuperata præfertur salarium aduocati cæteris creditoribus, & res cum tali onere transit, *Ric.ibid.*

9. Neque potest procurator remoueri, nisi salario sibi soluto, *Ric. ibid.*

Saluaguardia,

* Quæ conceditur vxoribus filiisfam. & aliis cohabitantibus ne pro delicto fratrum, virorum, vel patrum molestentur, expediri etiam potest antequam eis inferatur molestia, *ad l. si pater tuus.C.qui bon.ced.poss.dec.*256.

Scolaris.

* Qui professionem tantummodo in vtroque iure fecit, non tamen dignitatem aliaque doctoratus insignia adeptus est non punitur, vt nobilis in criminalibus, *dec.* 111.

Ampl. 1. Si ex natiuitate sit ignobilis puta filius fabri, *ead.decis.*

2. Si post delictum commissum non curauerit gradum doctoratus consequi, *d.decis.*

3. Si cum ignobilitate concurrat exercitium vilis artis, *d.decis.*

4. In regnicolis, qui studuerunt in scholis regni, doctoratis tamen extra regnum, *Ric.*

Limita. In ijs regionibus in quibus professi licentiantur publicè per totum collegium facto rigoroso examinari, & per talem licentiam vocantur, & declarantur Doctores, Taurini, & sic dignitatem consequuntur, *Ric.*

Scriptura

* Etiam non extensa puta ab actuario causa in dubio debet habere fidem, *decis.*425.

Sententia 1.

* Alterius sententiæ iam executæ reuocatoria, & ipsa debet exequi licet ab ea sit appellatum, *dec.*136.

Sententia 2.

* Magnæ curiæ si continet summam ducat. 150. nec plus, nec minus executionem habet media cautione, *dec.* 703.

* *Ampl.* 1. Si sententia mandatur exequi dummodo contineat certam summam, exequenda erit vbi continet speciem, aut aliud in facto consistens, cuius æstimatio non excedat summam statutam, *dec.*308.

2. Licet excedat summam si condemnatio fiat in censu, & ad interesse liquidandum, *Am. ibid.* 308.

Limiat. 1. Nisi contineat factum inæstimabile scilicet vxoris ratificationem, *ead. decisio.* 308.

* 2. Nec exequitur si liquidato interesse summam excedat licet excessui per creditorem renuncietur debitore appellante, *dec.*141.

3. *Sublimit. d.* 2. *limit.* Nisi totum interesse renunciet, *Am.Ric.*

Sententia 3.

* Conformes dicuntur quando in prima fuit assignata ratio non bona, & in secunda alia causa melior, *dec.*664.

2. Dicuntur sententiæ conformes Magnæ Curiæ, & Sacri Consilij, in quo concordant ad euitandum reclamationem, licet in alio discordant, *dec.*710.

Sententia 4.

* Inter agentem, & legitimum contradictorem non nocet tertiis possessoribus contra quos agitur pro contentis in sententia. *dec.* 524.

Sententia 5.

* Lata contra principalem iam mortuum nulla est, *dec.*245.

Amplia 1. Lata etiam pro mortuo in causis beneficialibus est nulla, licet mors ignoretur, *Nou.*

2. Pœnalis sententia contra mortuum est nulla si cum ipso lis non est contestata, licet consors sit viuus, *Nou.*

Limit. 1. Nisi constet iudici de morte partis ex allegatione iudiciali, *Nou.*

2. Scilicet si non probetur scientia obitus, *Nou.*

3. In criminalibus, *Nou.*

4. Fauore libertatis, & Ecclesiæ vtilitate, *Nou.*

5. Quando procurator ad causam constitutus fuisset litem contestatus, *Nou.*

6. Vel dominus satis dedisset de soluendo iudicatum præsente, & non contradicente procuratore, *Nou.*

7. Vel quando esset citatus ad sententiam ante mortem, *Nou.*

8. Nisi feratur in personam procuratoris qui est factus dominus litis, *Nou.*

* 9. In sententia lata in iudicio vti possidentis contra defunctum, potest, & contra eius hæredes exequi maximè cùm hæres agit ex iuribus defuncti, nec aliquid noui habet, *dec.* 199.

Sententia 6.

* In paritate votorum in Regia Camera pro reo profertur, sed quid interuenientibus iudicibus diuersorum tribunalium, *dec.* 752.

Limit. 1. Actore per exceptionem effecto pro actore est pronunciandum, *Ric.*

2. In criminalibus mitior opinio attenditur, *Ric.*

Sententia 7.

* Non publicatur si iudices sint dispares in votis circa summam in qua maiori non inest minor decis.356.

Amplia. 1. Nec etiam publicatur iuxta vota corum, qui in maiori summa concurrunt, d. dec.

2. Maximè si adsit protestatio nolle concurrere, d.dec.

Sententia 8.

Appellationis in possessorio reuocans præcedentem, an habeat executionem in fructib. medio tempore à condemnato perceptis, sicut habet in possessione, dec.288.

Sententia 9.

* Lata contra laicum si res perueniat ad clericum vitio litigiosi est per iudicem Ecclesiasticum exequenda, dec.545.

Sententia 10.

* Lata perempta instantia est nulla, fallit in ijs sacri consilij, dec.643.

2. In criminalibus, d.dec.

Sententia 11.

Quæ ad fructuum restitutionem condemnat est ita concipienda ad fructus liquidandos, nec est addendum perceptos dec.687.

Sententia 12.

* Baronis habentis merum, & mixtum imperium confirmata per superiores iudices debet exequi ab officiali eiusdem Baronis, dec.510.

Amplia 1. Si in confirmante aliquid additum sit, nam non ideò conformitas tollitur, & consequenter neq; executio impeditur, d.dec.

2. In criminalibus, d. dec.

Socer.

* Conuentus à Nuru pro dote carcerari non potest, licet renunciauerit beneficio, ne conueniatur nisi in quantum facere potest, dec. 164.

Limita 1. Nisi dolus interueniat in subterfugiendo bona, d.dec.

* 2. Potest tamen contra genero instante instrumentum capitulorum matrimonialium via ritus magnæ curiæ liquidari, quod sit realiter, & personaliter exequi, dec.366.

Societas 1.

* Obsolam decoctionem socij ex qua in egestatem iam inciderit finitur, dec. 249.

2. Inter fratres eorum vno mortuo relicto filio pupillo non censetur continuata, Am.

3. Per cessionem bonorum factam, vel faciendam per vnum ex socijs virtute regię pragmaticæ, Am.

4. Quando socii agere cœperunt separatim, Am.

5. Nimia sæuitia socii, Am.

Socius 2.

* Criminis per gratiam liberatus, potest torqueri ad faciendum indicium contra socium, dec. 459.

Socius 3.

* Partem crediti communis exigens tenetur medietatem exacti dare alteri socio, dec.635.

Solutio

* Trium annorum proximè præteritorum à die litis retro requiritur, non verò quorumcumque trium annorum præteritorum, vt præsumatur in præteritum solutum, dec. 137.

Ampl. 1. Et hoc procedit in solutione canonis emphyteutici, Ric.

2. Et in colono, & censuario, Ric.

3. Et in solutione collectarum, Ric.

4. In solutione pensionis, Ric.

5. Idem in oblationibus, Ric.

6. Etiam si cessauerit in futurum soluere post quam iam docuit de solutione trium annorum, Ric.

Limit. 1. Sed vt dec. procedat, tres solutiones debent esse factæ vnico consensu, Ric.

2. Debent esse annales, non semestrales, vel trimestrales, Ric.

3. In debito merè personali non prouenienteali cuius certæ rei, Ric.

Soror 1.

* Dotata exclusa à successione auunculi concurrente fratre, nec paragium de iisd. bonis habere potest, dec.87.

Soror 2.

* Vterina ęqualiter admittitur cum fratre vterino ad successionem bonorum matri peruentorum per mortem alterius ex fratribus vtrinque coniunctis, & dictę sorori vterinæ tantum, decis.25.

Limit. 1. Dec. procedit de iure consuetudinario, secus de communi, Ric.

Sororis 3.

* Vterinæ portio cedit in beneficium tam vtrinque coniunctorum, quam consanguineorum fratrum non obstante consuetud. Neapol. pręferente vtrinque coniunctos in bonis maternis, dec.26.

Ampl. Etiam si mater fecisset testamentum, & instituisset æqualiter filios primi, & secundi matrimonii.. ...

Soror 4.

* Dotata à fratre de bonis communibus paternis, & maternis cum pacto, quod ea decedéte sine liberis dos ad dotátẽ reuertatur testari potest non

non obstante tali pacto, *dec.196.*

Limita. 1. Secus si de bonis ipsius fratris, *dict. decisio.*

2. Si ipsa pereat ab intestato, & eius filij pupillari ætate, *Am.*

Amplia 1. Maximè si ipsa non sit diues, *dict. dec.*

2. Si stipulata sit donatio causa mortis pro vt est decedendum sine liberis, *d.dec.*

Sorores 5.

Vtrinque coniunctæ de iure consuetudinario non admittuntur contra patrem, & fratres in successione alterius fratris, & ascendentium, *dec.* 543.

Soror 6.

* Primogenita nupta, & dotata à patre non excluditur à sorore innupta in successione fratris ad feudalia, licet Regni constitutio vocet ad successionem transuersalium post masculos sororem nondum nuptam exclusa maritata, *dec.328.*

Ampl. 1. Licet bona a patre, qui illam dotauerat in fratrem deuenerint, *d.dec.*

2. Quo ad alia bona si soror amplissime renunciasset, & non habuisset dotem: nisi de bonis paternis adhuc succedit fratri, *Ric.*

3. Si soror habeat congruum paragium de bonis paternis, & frater noluerit eam de suo paragio dotare, *Ric.*

Soror 7.

* Et fratres vterini succedunt alteri fratri exclusâ amita, *dec.665.*

Sorores 8.

* Moniales excluduntur in succedendo fratri defuncto à nepotibus ex altera sorore etiam clericis, maximè renunciatione per ipsas facta, *dec.375.*

Sponsus

* Aut eius parentes repetunt dona missa sponsæ ex consuetudine regionis, si ipsa ante contractum matrimonium moriatur, *decis.* 503.

Ampl. 1. Licet data fuerint cum facultate disponendi de eis ad eius arbitrium, *d.dec.*

2. Idem procedit in donis missis à socru sponsæ, *d.dec.*

* 3. Et donatio reuocatur, seu legatum sponsæ factum, si matrimonium nullum declaratur, etiam post mortem sponsi, aut sponsæ si conscij fuerunt impedimenti, *decisio.* 52.

Limita 1. Nisi vir osculatus sit mulierem, quo casu ipsa lucratur medietatem, & donata sibi à consanguineis viri, & amicis, *decis.* 503.

2. Etiam si osculata fuerit per Procuratorem ad hunc actum à viro constitutum, *Ric. ibid.* 503.

3. Et si quid pro osculo promissum sit illud totum debetur, *Ric. ibid.*

4. Et omnia, quæ sponsæ data fuerunt ante traductionem ad domum cuiuslibet sint valoris, *Ric.ibid.*

Statutum.

* Seu consuetud. Neapol. præbens facultatem filijsfam. disponendi de bonis maternis, & alijs à linea materna obuenientibus non procedit in bonis sitis, extra territorium statuti, & disponens filiamfam. nubentem secundum ea effici sui iuris non procedit in muliere extera nubente ciui Neapol. *decis.* 546.

Stuprum

* Sine incommissum subiacet pœnæ. §. *item.l.Iulia. institut.de publ.iudic.* cum in capitali, *per l.1.§ fin. ff.de extraord.crimin.* Licet virgo sit nondum viri potens, *dec.534.*

Ampl. 1. Et in officiali cognoscente mulierem, quę coram se litigat, *Nou.*

2. Acclamatio mulieris sufficit ad probandum stuprum, si vir visus sit fugere, *Nou.*

3. Et in patre stuprante filiam ann. 12. minorem, qui combustus fuit, *Nou.*

* Et stuprum adiuncto incestu: nisi deportatione, mulieris in monasterium detrusione punitur, *dec.* 378.

* 5. De nocte cum schalis cum virgine, & vidua consentientibus à duobus. I. V. D. decennalis exilij pœna, & quo ad virginem etiam in dotem punitum, *dec.333.*

6. Barbitonsor vxoratus perpetuarum triremium pœna, cum mortis cominatione, & interesse castigatur, *ibid.*

7. Et in accedentibus ad ancillas maximè, si in domo honestæ personæ commorentur, *Visc. ibid.*

8. Et stupratæ se virginem asserenti statur, *Visc. ibid.*

9. Et in detinente concubinam procedit pœna stupri, *Am ibid.*

10. Et electio fori competit blandis verbis stupratæ, *Visc.ibid.*

Limit. 1. In nobili, qui per septennium ad remigandum damnatur, *Nou.ibid.534.*

2. Si stuprata sit vidua pęna medietatis bonorum, *Nou.ibid.*

3. Si soluta, & sine violentia non est punibile, *Nou.ibid.*

4. Si se offerat, & leniter rogatur, & peccatum est secretum, in foro interiori non tenetur, *Nou.ibid.*

5. Si à stuprata remissionem damnorum obtinuerit, *Nou. ibid.*

6. Etiam cognoscens sub colore matrimonii morte non punitur, *Nou.ibid.*

7. Ductio, vel dotatio est eius pœna, *Visc. decis.* 333.

8. Non creditur mulieri dicenti se tentatam cum violentia, si copula sit sequuta, *Visc. ibid.*

9. Confessio stupratæ non facit indicium ad torturam, capturam, aut inquirendum, *Visc. ibid.*

10. Stuprum excusatur ob vitæ mulieris vtilitatem, *Am. decis.333.*

11. Et ob stuprantis paupertatem dos diminuitur, *Am. ibid.*

Substitutio 1.

* Facta filio, si sine liberis decesserit extinguitur ipso mortuo cum filijs, qui postea sine filijs decesserunt, *dec 92.*

Limita 1. Nisi ex coniecturis colligi possunt testatorem aliter voluisse, *Ric.*

2. Si in conditione positi non sint vocati expressa dispositione, quia tunc licet nascantur, & deficiant, fideicommissi conditio non defecit, secus autem quando essent expresse vocati, *Ric.*

3. Quando in vltimo gradu agnati sunt substituti, *Ric.*

4. Quando agitur de bonis, quæ ad extraneos hæredes transmitti non consueuerunt, *Ric.*

* *Ampl.* 1. Euanescit, quando grauatus ingressus est monasterium capax, nisi testator institutus descendentes substituat, & alienationem prohibeat, vt bona in familia conseruentur, *dec.29.*

* 2. Euanescit substitutio facta si sine filijs, aut liberis exclusa fœmina filia cui dos constituta est, existente nepte ex filio, *decision.* 586.

* 3. Et facta si sine liberis, vel ab intestato alter filiorum institutorum decesserit, euanescit, si vtraque conditio non existat, *decis.* 150.

Et an facta, si filius decesserit sine hæredibus legitimis, & naturalibus vtrumque, & vtriusque probatio requiratur per eum, qui se filium, & hæredem prætendit, *decision.* 153.

Substitutio 2.

* Ex vi clausulæ codicillaris locum obtinet caducata institutione, *dec.* 156.

Amplia. 1. Etiam per verba æquipollentia, scilicet omni meliori modo, *d. dec.*

2. Potissimum fauore piæ causæ, *d. dec.*

Substitutio 3.

* Facta posthumo nascituro, quomodolibet moriente in pupillari ætate, aut sine filijs, obtinet posthumo effecto aborto, *dec.* 299.

Substitutus 4.

* Non admittitur donec superest spes, quòd ex eo cui facta est substitutio possint filij oriri, *dec.* 169.

Successio 1.

Consuetudo Ciuitatis Neapol. disponens circa successionem ab intestato, in quibus casibus procedat, *dec.91.*

Successio 2.

* Matre mortua relicta filia, quæ hæreditate adita decessit, de iure consuetudinario dicitur succedi matri, de iure verò communi filij, *decision.* 92.

Successio 3.

* Inter natos ex damnato coitu in linea collaterali datur, *dec.*238.

Successio 4.

* Etiam in vita possidentis potest declarari ad quem spectet, *dec.* 695.

Amplia. Et filius potest sibi declarari facere, quæ bona maioratus ad ipsum spectent patre dilapidante, *Nou.*

Successio 5.

In successione seruata forma consuetudinis Neapol. an inspiciatur persona mediata, vel immediata, *ad leg. quod scitis, C. de bon. quæ lib. dec.* 696.

Successio 6.

* Proximiores vocati ad successionem dimidiæ bonorum antiquorum aliquo sine filij decedente ex consuetud. Neapol. possunt à primo acquirente bona illa, excludi filijs sine nepotibus aut pronepotibus eius sine liberis decedentibus, *dec.*307.

* *Limit.* Bona in præiudicium proximiorum vocatorum per consuetudinem non posse nec virtute substitutionis in alium transferri, *dec.* 295.

Successio 7.

* In successione bonorum matris tàm de iure communi, quàm consuetudinario Neapol. præfertur amita fratribus consobrinis, *decis.* 157.

Successio 8.

In successione foriudicati decedentis sine liberis, & relictis bonis diuersi matrimonij quómodo bona diuidantur, si succedentes non sunt in pari gradu, *decis.* 563.

Termini 1.

* Omissio in examine testium illud non vitiat. *dec.* 628.

Amplia. Neque processum, *Ric.*

Limit. In criminali etiam non petenti est dandus terminus, *Ric.*

Terminus 2.

* Ex causa potest à iudice abbreuiari, etiam quod ipsius iudicis ministerium non requiratur, *dec.* 588.

Ampl. 1. In iure congrui, vt compellat vicinum ad declarandum ante annum an velit domum iure retractus, *d. dec.*

2. Maximè si nullum incommodum sentiat, *d. dec.*

3. Ad probandum, *Roit.*

4. Ad prosequendum appellationem, *Roit.*

Ter-

Terminus 3.

* Ad concomitandum, & ad impugnandum, seu verificandum apocham datur etiam post conclusum in causa, *dec.631*.

Ampl. 1. Si apocha est trino teste notata, *d.decis.*

2. Si scriptura facit aliqualem probationem, *d. decis.*

3. Si apocha appareat iudicanti vera, & non animo iudicium differendi confecta, *d.decis.*

Tertius

* Etiam priuilegiatus comparens, & petens audiri non impedit causæ iam conclusæ expeditionem, *ad l.is à quo cum seq ff.de rei vendic.decis.* 261.

Limita. 1. Nisi compareat ad infringendum, *Am.*

2. Idem in liquidatione instrumenti, si non malitiosè comparet, *Am.*

3. Quandocumque potest comparere, & causam defendere, *Ric.*

4. Impedit executionem nisi petitorio actum sit, vel possessorio, *Ric.*

Sublimit. hanc 4. limitat. Prætendens se dominum non impedit rei mutuatæ, commodatæ, depositæ, seu precario concessæ restitutionem, nisi incontinenti dominium probet, *Ric.*

* *Amplia* Tertius superueniens pro suo interesse non impedit expeditionem causæ quotiescumque in limine iudicij constat nullum interesse habere, vel sibi per cautionem prouideri posse, *decis.492*.

Limit. Nisi semiplenè de suo interesse edoceat, *Ric. ibid.*

Testamentum 1.

* Vxoris conditum ad instantiam viri in eodem instituti valet. *l.c.m.si quis aliq.test. prob.* nisi dolus minæ, verbera, vel alia iusta causa interueniat eum infirmandi, *decis.*180.

Limit. Et tale testamentum infirmatur, si alius in primo testamento, quam maritus fuerit institutus, *Am.*

Amplia. 1. Et coactio per duos testes probatur, *Ric.*

2. Et iudex ex officio potest ire ad domum infirmi cum testibus, vt liberè possit testari, *Ric.*

Testamentum 2.

* Quando dicatur reuocatum per subsequentem dispositionem, vel declarationem, *decision.* 287.

Et an testamentum primum factum à matre inter filios naturales reuocetur per secundum, sine expressione reuocationis, quæ dicitur requiri ad testamentum factum inter liberos, *decision.* 299.

Testamentum 3.

* Filiæ in quo relicta filio legitima, in residuo instituuntur fratres, & mater existente in medio patre non valet: nisi pro decima parte iuxta consuetud. Neap. *decis.606*.

Testamentum 4.

* In loco valdè remoto cum requisitis solemnitatibus confectum debet in præsentia septem proborum virorum, per notarium publicum, coram præside, cum interuentu regij iudicis ad contractum aperiri, *decis.530*.

Testamentum 5.

* In quo apparet rasura, seu cassatura est reassumendum cum eadem qualitate mortuo Notario, qui recipit, *decis.*485.

Ampl. Maximè, si per aliud instrumentum inter partes constet, quod prædictum testamentum fuerit conditum, *d.decis.*

Limita. Sed in d.cancellatione debent adesse testes, *Ric.*

Testamentum 6.

* Consuetudo Neapol. prohibens, quem de bonis antiquis testari: nisi pro medietate, non procedit patre, vel matre in medio existentibus, *decis.*486.

Testator 7.

* Non potest remittere solemnitates testamentum aperiendi, ideo si clausum, & sigillatum, non appareat fuisse apertum, prout de iure requiritur nullum est, *decis.*429.

Testes 1.

* Debent per nomina, & cognomina nominari, vt valeant, & nominatio debet fieri in vltimis partibus regni ad obtinendum dilationem ex regia Pragmatica, *decis.*57.

Testes 2.

* In causa criminali appellationis possunt repeti, *decis.668*.

Ampl. 1. Maximè, si nihil deductum, aut probatum sit in prima instantia, *d.decis.*

2. Si informatio præsentata non sit per reum, sed eius patrem, aut procuratorem, *d. decisio.*

3. Si testes non fuerunt ritè recepti, *d.decis.*

4. Si simus in primo examine, *d.decis.*

5. Licet articuli sint de directo contrarij, dummodo fiscus, vel pars offensa nihil super eis probauerit, *d.decis.*

6. Quando testes fuerunt excommunicati instante fisco, *d.decis.*

Limit. Sed eorum dicta sunt ad extensum redigenda, *Roit.*

Testes 3.

* Excommunicati contra possessorem probant contra auctorem ab ipso nominatum, *decisio.* 462.

Limit. In criminalib. requiritur partis citatio. *Am.*

Et an excommunicati inter creditorem, & possessorem fidem faciant inter possessoris, & debitoris hæredes, *decis.*345.

Te-

Testes 4.

* Etiam post publicationem recipi possunt, qui super aliquibus capitibus datis in tabula non fuerunt culpa, negligentia, vel malitia iudicis, aut excommunicatoris interrogati, *decision.* 371.
* *Amplia.* Et in criminalibus, etiam si citatum fuerit ad dicendum, secus in ciuilibus, *decis.* 706.

Trebellianica.

An filijs primi gradus prohiberi possit, & quibus causis amittatur, *dec.* 11.

* *Ampl.* Non solum expressè, sed etiam tacitè eis prohiberi potest, *dec.* 612.

Tutela 1.

* In ipsa filij accipienda mater præfertur auo paterno maximè si malè propria bona administrauerit, *dec.* 10.

Ampl. 1. Et præfertur patri naturali, *Ric.*
2. Etiam si debitrix sit pupilli in magna quantitate, *Ric.*
3. Licet transierit ad secundas nuptias, si moriatur maritus potest tutelam reassumere, si res sit integra, *Ric.*
4. Maximè, si à patre fuerit tutrix relicta, *Nonar.*

Limit. 1. Præfertur, si renunciet secundis nuptijs, *Ric.*
2. Si renunciet, S. C. Velleiano, & omni legum auxilio, &c. *Ric.*
3 Si promittat solemnia cum expressa hypotheca suorum bonorum, *Ric.*
4. Non præfertur mater minor, *Ric.*
5. Non præfertur tutoribus testamentarijs, *Non.*

Tutela 2.

* Ab ipsa patrem excusat filius monachus, *decis.* 532.

Ampl. 1. Et filij in bello mortui excusant, *d. decision.*
2. Et filij emancipati, *d. dec.*
3. Non modo monachus monasterij pœnitus incapacis, sed alterius, *d. dec.*
4. Et filia nupta excusat, *Non.*

Tutor 3.

* Potest querelam pupillo competentem remittere, quando id vtile iudicat, sed cum decreto, *dec.* 535.

Tutoribus 4.

* Duobus datis, eorum altero excusato, ex quantitate patrimonij, & qualitate tutoris, qui remansit arbitrabitur iudex, si in locum excusati subrogandus est alius, *dec.* 214.

Ampl. Si vnus ex prædictis duobus sit mater, quæ ad secundas nuptias transeat, tunc iudex arbitrabitur, *Am.*

Tutor 5.

* Post pubertatem pupilli, non potest eius rem vendere maximè in eius preiudicium, neque vendita præscribitur, *decis.* 580.

Tutores 6.

* Dolosi, & culposi non possunt opponere exceptionem cedendarum contra pupillos, *decis.* 662.

Tutor 7.

* Administrationem suscipiens ante præstitam satisdationem, & confectum inuentarium habetur pro suspecto, & si fiat lis pro suspicione, in qua succumbat, in altera vero instantia obtineat non retinet expensas factas in prima instantia, sed in secunda, *dec.* 394.

Tutor 8.

* Est Auunculus, & administrator, & rationes reddere tenetur, quotiescumque iubetur administrare per decretum personam, & bona pupilli, præstita etiam cautione de benè administrando, *dec.* 584.

Amplia. 1. Etiam si in decreto non adsit verbum tutor, *d dec.*
2. Et si quis reliquerit filium mortuum, & viuum in manibus alicuius dicitur tutor, *d. decision.*
3. Si in testamento dicatur relinquo sub gubernio, regimine, cura, & administratione alicuius, ille dicetur tutor testamentarius, *d. dec.*
4. Maximè, si prædictus auunculus in multis scripturis se tutorem nominauerit, *d. dec.*
5. Quando dictum est relinquo in manibus alicuius, *Ric.*
6. Mulier cui relictum est aliquid, si non discedat a filijs censetur facta tutrix, *Ric.*

Limit. 1. Si quis relinquat alicui custodiam, & curam filij sui, *Ric.*
2. Quando filius alicuius solicitudini committitur, *Ric.*
3. Si quis relictus sit dominus, & administrator cum præcepto, vt omnes ei obediant, non dicitur tutor, *Ric.*

Tutor 9.

* Vel Balius possunt dare munera sponsę ductę per consanguineum pupilli, sed cum decreto, *decis.* 712.

Ampl. 1. Et munera singulis annis dari solita sine decreto, *d. dec.*
2. Debitum extrema egestate laboranti remittere potest, *Roit.*
3. Si pater pupilli in principio anni dabat, *la mancia*, & ipse potest, *Roit.*
4. Omnes nobiles mores in ratione rei familiaris acceptus facere potest, *Roit.*
5. Et omnia ea, quæ sine pupilli dedecore negari nequeunt dare potest, *Roit.*
6. Et bonum nuncium afferenti dare potest, *Roit.*

7. Et

7. Et remunerationis causa dare potest. *Roit.*
8. Facienti, vt res pupilli pluris subhastetur, *Roit.*

Limit. Non potest tutor aliquid pro maritanda pupilla accipere, & acceptum condicitur act. ob turp.caus. *Ric.*

Tutor 10.

* Esse non potest frater alterius fratris cum quo patrimonium commune habet, *decisio.* 404.

Ampl. 1. Si communio sit in controuersia, *d.decisio.*
2. Si inter ipsos magnæ sint imputationes, & reputationes, *d.decis.*
3. Licet vnus tantum fundus sit in communione, quando magna debita ex hac communione orirentur, *d. decis.*
4. Si ratione communionis personales præstationes hinc inde essent magnæ quantitatis, *d. decis.*
5. Si patrimonium consistat in negotiationibus, in quibus de facili potest fieri subtractio, & occupatio, *d. decis.*

Limit. Præd. ampliationes, nisi persona sit approbata, *Ric.*

Vassallus 1.

* Obligatus ad conseruationem fructuum feudi pro domino, tenetur etiam ad conseruationem illorum, qui ex cultura propria domini in feudo proueniunt, *decis.* 128.

Vassalli 2.

An possint accipere aquam pro eorum agris irrigandis de flumine, vel fonte, in quibus Dominus ius habet, *decis.* 183.

Vassallus 3.

* Tenetur ad subuentionem domino pro filia monacanda tempore tantum professionis, si d. tempore sit vassallus, secus verò, *decisio.* 42.

Ampl. 1. Et debetur subuentio, quando filiam maritat in nubili ętate, in qua potest liberos procreare, non verò, quando sponsalia de futuro contrahuntur, *d.decis.*
2. Etiam pro Camera facienda debetur, *Am.*
3. Pro doctoratu filij, *Am.*
4. Etiam dote legata, *Am.*
5. Etiam si Baro maritaret sororem non ex necessitate dotis, sed voluntate, *Ric.*
6. Et quando vellet maritare secundam sororem, *Ric.*

* 7. Quando auus paternus maritaret neptem in casibus à iure permissis, in quibus auus tenetur dotare, *decis.* 215.

* 8. Pro maritanda sorore, maximè si sit, & ipsa de vocatis in inuestitura, *decis.* 73.

9. Etiam si sit dominus cum pacto de retrouendendo, & ad tempus, *dec.* 76.
10. Si dominus emit certos introitus terræ cum ipso pacto, vel sine, dummodo iurisdictionem emat, *Am.*

* 11. Et quando feudum est translatum in Ecclesiam cum qualitate allodiali, & idem ab Ecclesia laico concessum est in emphyteusim, *decis.* 131.

* 12. Si simul, & semel duas filias dominus nuptui tradat eius vassalli tenentur duplicem subuentionem præstare, *decis.* 306.

13. Et hæc subuentio debetur pro pluribus neptibus, si ius dotandi pertineat ad auum, non existente filio, vel viuo, sed inope, *eadem decisio.*

Limit. 1. Non debetur auiæ maternæ dominæ feudi pro maritanda nepte ob paupertatem parentum, *decis.* 42.
2. Neq; matri pro filia maritanda in feudo nouo, *Am. dec.* 215.
3. Non debetur subuentio domino pro vexandis alijs vassallis iustè rebellantibus, *Am. decis.* 76.
4. Feudatarius non tenetur vno anno ad duas adhoas, *decis.* 306.

Vassallus 4.

* Non potest Baroni præiudicare, quo ad iurisdictionem causæ consentiendo, vt ipsa coram alio iudice, etiam supremo terminetur, *decis.* 529.

Limit. Nisi vassallus habeat iustam causam: tunc dominus de alio iudice prouidere debet, *Am.*

Vassallus 5. *Et supra salarium* 1.

* Tenetur cum proprijs animalibus domino seruire soluto sibi salario, *decis.* 526.

Ampl. 1. Et ad culturam terrarum feudalium in propria terra domini, *d.decis.*
2. Quando seruitia sunt intus territorium, *d.decisio.*
3. Quando sunt infra dietam, *d.dec.*
4. Quando dominus est in Ciuitate Neap. tenetur conducere frumenta, & alia necessaria, *d. decis.*
5. Ad custodiam carcerum licet ipse Baro habeat prouentus, *d.decis.*

Limita. 1. Non tenetur ad conducendum mollas ad molendina Baronis, *d.decis.*
2. Nec pręstare, aut locare nisi operas solitas, & animalia habilia, *d.dec.*
3. Si dominus habeat plures terras sunt iniungenda seruitia pro numero focculariorum, *d. decis.*
4. Dummodo ista seruitia deceant conditionem vassalli, *d.decis.*
5. Non tenetur, vbi status, & conditio mutatur, *Am.*
6. Nisi dominus habeat propria animalia quibus vti potest, quo casu nequit illa vassalli accipere, *decis.* 211.

* Pro furto in vijs publicis captus per iudicem superiorem est remittendus ad iudicem domini feudi, *decis.* 426.

Ampl. Maximè si non appareat de aliquo ordine iudicis superioris, *d.decis.*

Vel-

Velleianum

* Non prodest mulieri quæ cessit, & renunciauit iuri hypothecarum, cum iuramento in venditione facta per virum, ad quem prætium peruenit, *dec.* 84.
Ampl. 1. Nec in subsidium admittitur mulier ad bona quibus renunciauit, *Am.*
* 2. Neque ei, quæ pro dote intercessit, *decision.* 182.
3. Et intercessit pro filio apud nurum ex causa donationis propter nuptias, seu antephati per filium vxori constituti, *ead. dec.* 182.
* 4. Neque si pro causa pia intercedit, & ad viri conscientiæ exonerationem, *dec.* 237.
* 5. Neque si cum proregis dispensatione se obligat, sed tunc est citanda facta mentione de instrumento obligationis, & dispensationis, *dec.* 623.
Limi. 1. Nisi absolutionem à iuramento obtineat, tamquam enormiter læsa, *Am. dec.* 84.
2. Iuuatur, quando est hæres cum beneficio, legis, & proprio nomine promisit, *Am. dec.* 84.
* 3. Fideiubens pro filio carcerato iuuatur, *decis.* 578.
4. Filia pro patre fideiubens iuuatur, *ead. decision.*
5. Quando denegetur, quando non, *dec.* 279.

Venatio

Quæ & quibus instrumentis sit in terra Baronis subditis interdicta, *dec.* 158.

Venditione 1.

* Ex l. 2. rescissa est in electione condemnati, vel rem restituere, vel prętium soluere, quæ electio durat vsquequo lis fuerit contestata, super executione iudicati, & quando venditor est actor, fructus non veniunt, *dec.* 495.
Limit. 1. Nisi emptor velit rem cum fructib. restituere, & prętium vna cum interesse recipere, *d. dec.*
2. Renuente emptore cùm sit bonę fidei possessor, fructus vsque ad litis contestationem lucratur, *d. dec.*
3. Si ipsemet emptor, *ex d. l.* 2. contractum rescindi petat, omninò ad fructuum restitutionem tenetur, quia voluntariè rescindere dicitur, *d. dec.*
4. Emptor soluens supplementum prętij non tenetur ad eius interesse, *dec.* 496.

Venditor 2.

* Non tenetur ad interesse, nec expensas re euicta, si emptor post latam sententiam contra cum litem enunciauit, sed tantum ad solutionem prętii, *dec.* 112.

Vicinus

* Non potest alteri vicino prohibere, ne teneat filatorium in domo sua, *dec.* 265.
Ampl. 1. Si volens impedire non sit de personis ad hoc priuilegiatis, *d. dec.*
2. Maximè, si non fiat ad æmulationem, *d. dec.*

3. Etiam si somnus impediatur, *d. dec.*

Vidua 1.

* Cui relicta est habitatio, vt apud eam, & in ipsa domo filius educetur, donec vidua viueret, dictam habitationem debet habere mortuo filio, & facta etiam per testatorem ei alia prouisione in casum mortis filii, *dec.* 58.
Ampl. Si legatum respiciat commodum matris, vel matris, & filii, *d. dec.*
Limit. Nisi tantùm fauorem filii respiciat, *d. decis.*

Vidua 2.

* Alimenta à filio accipiens post mortem viri non potest dotis interesse petere pro eo tempore, quo alimenta accepit, *dec.* 217.

Vidua 3.

* Stuprum committens intra luctus annum dotem non perdit, *dec.* 669.
Ampl. Si intra d. annum non pariat, *d. dec.*
Limit. 1. perdit tamen antephatum, donationem, & omnia lucra a marito habita, *Roit.*
Sublim. Nisi semel, aut iterum tantùm sit fornicata, *Roit.*
Sublim. 2. non tenetur in foro conscientiæ ad eorum restitutionem, nisi post sententiam condemnatoriam, *Roit.*
Limit. 2. Et ob tactum solùm mamillarum perdit bonorum proprietatem, & filiorum tutelam, *Roit.*

Vidua 4.

* Debentur ab hæredibus viri vestes lugubres, *dec.* 413.
Amplia. In nobilibus quibus debentur panni pro parandis cameris, & lectum viduale, *d. decision.*
Limita. Nisi dotes sint restituendæ patri vxoris, nam tunc non debentur, *d. dec.*

Vita, & militia 1.

* Petitur actione reali, *dec.* 714.
Et liquidatur inspecto tempore mortis testatoris, & ipsa augetur, si debetur Secundogenito, quando bona aucta post mortem testatoris re integra hæreditatem augent, *decision.* 61.

Vita, & militia 2.

* Debetur filio nato ex secundogenito, quando pater mortuus est in vita aui, *dec.* 542.
* *Ampl.* 1. Et debetur primogenito, qui à successione feudi per clericatum, aut alio modo se exclusit, *dec.* 20.
2. Et vt ab ipsa excludatur requiritur expressa renunciatio, *ead. dec.*
Limit. Non debetur secundogenito, si dignitatem, præbendam, vel quid simile à primogenito accepit, *Am. ead. dec.*

Vni-

Vniuersitas 1.

* Obligata ad concurrendum pro refectione castri, vel alterius loci vicini non tenetur concurrere pro noua ædificatione, *decis.* 78.

Vniuersitas 2.

Quæ se redemit à suo domino, an gaudeat iisdem priuilegijs quæ concessa erant d. Domino, maximè quo ad bona vacantia, *decision.* 125.

* *Limita.* Si se redemit à Domino habente iurisdictionem cum derogatione. *l. vnic. quand. imper.* non potest obtinere remissionem in. terviduam actricem, & alium de vniuersitate, *dec.* 517.

Vniuersitas 3.

* Potest vendere pascuum nemoris (maximè si sit in possessione vendendi) inuito, & contradicente Barone tamquam primo ciue eiusdem vniuersitatis, *decis.* 197.

Vniuersitas 4.

* Habet impositionem assisiæ, non dominus loci, *dec.* 511.

Vniuersitas 5.

* Non potest congregare Consilium sine superioris auctoritate, *decis.* 446.

Limita. 1. Nisi tractetur de litibus contra Barones, valdè adeundo superiorem contra eos, *d. decis.*

2. Et tali casu esset petenda licentia ab ipso superiore, *d. decis.*

3. Nisi causa licita, & necessaria concurrat, *d. decis.*

4. In vniuersitate superiorem non recognoscente, *Ric.*

Vniuersitati 6.

* Quę fecit condemnare administratorem pro computis, & is post quam soluerit eadem computa reuiderit petat, non debet dari terminus ad probandum, *dec.* 347.

Vniuersitas 7.

* Ex causa necessitatis statuere potest in præiudicium alicuius monasterij, ne ad alium molendinum, quàm ad suum quis accedat, *decis.* 380.

Ampl. Etiamsi homines tenerentur per aliquam conuentionem ire ad molendinum monasterij, nam soluendo id quod ibi tenentur possunt ire ad alıud, *Roit.*

Limit. Nisi de magno Ecclesiæ præiudicio agatur, *Ric.*

Votare

* Non possunt iudices additi alijs iudicibus in pari voto existentibus, nisi super ijs, super quibus additi fuere, non super de nouo emergentibus, *decis.* 513.

Vsufructuarius 1.

A quo cautio de benè vtendo, & fruendo non fuit ab initio petita, an debeat postea cauere, & an sufficiat iuratoria, *decis.* 497.

* Et quomodo cauere debeat in rebus soli, quæ vsu consumuntur, & quæ minuuntur, *decisio.* 641.

Vsufructuarij 2.

* Hæredes tenentur soluere legatum mortuo ipso vsufructuario, cui solutio iniuncta fuerat, non verò proprietarius, *decis.* 483.

Ampl. Si constet enixa testatoris voluntate, quod proprietas integra deuoluatur ad proprietarium institutum, *d. decis.*

Vsura 1.

* Debentur pupillo pro legato à die mortis legantis ob moram irregularem, *decis.* 16.

Limita. 1. Quando minor non habet legitimam personam, cui soluatur, *d. decis.*

2. Nisi & ipso debitor esset minor nam priuilegia conquassantur, *d. decis.*

3. Quando pupillus est effectus maior; nam cessat mora irregularis, *d. decisio.*

4. Si minor non adimplet, quod debet, *Am.*

Vsura 2.

* Reo condemnato, & non solutæ currunt, licet in condemnationem non sint deductæ, etiam recepta sorte absque protestatione, *decis.* 21.

Vsura 3.

* Dotium sororibus debentur tantum à die petitionis earum, non à die mortis patris, licet etiam ipsæ sorore educatæ fuerint extra domum patris, vsque ad diem petitionis, *decisio.* 46.

* *Ampl.* Et legati vsuræ debentur à die litis contestatæ, *decis.* 583.

Vsura 4.

* Decursæ à tempore aditionis, vsque ad tempus restitutionis non solutæ per hæredem grauatum sunt à fideicommissario de suo soluendę, *dec.* 49.

Vsura 5.

* Rei legatæ maturæ, & non exactæ per testatorem non debentur legatario cum ipsa re legata, *dec.* 254

Ampl Maximè si hæres sit prægnantissimis verbis institutus, *Ric.*

Vsura

Vsura 6.

• Debentur à die mortis pro legato in quantitate filio relicto, in legitimę scilicet satisfactionem, *dec.* 575.

Vxor

• Quo ad forum gaudet priuilegio mariti ratione artis, & personæ concesso, *dec.* 363.

Limita. 1. Nisi conueniatur tamquam hæres alicuius, *d. dec.*

2. In vidua secundo nubente, quæ iuris radijs non illustratur, *Am.*

Ampl. 1. Efficitur sic de casata viri, vt patris casatę priuilegijs non gaudeat, *Am.*

2. Si nobilis sit, & ignobili nubat, punitur, vt ignobilis, *Am.*

3. Et proprij fori priuilegium Neapolitana perdit extero nubens, *dec.* 416.

4. Siue conueniat, vel conueniatur, *ibid.*

F I N I S.

DECISIONES SACRI REGII CONSILII NEAPOLITANI,

VINCENTIO DE FRANCHIS, EIVSDEM SACRI CONSILII Consiliario, Auctore.

SVMMARIVM.

1 *Sex præcipua difficultates in præſenti deciſione excitantur, & reſoluuntur num.ſeq.16.27.32.35.& 40.*
2 *Legata relicta a venientibus ab inteſtato nominatim (alijs vltra nominatos exiſtentibus ſimiliter hæredibus) non debentur, niſi pro ea parte, pro qua ſuccedunt nominati. Fallit, num.4.& 5.*
3 *Relicta ab inſtituto nomine proprio à ſubſtituto non debentur, Fallit fauore piæ cauſæ, num.8.*
4 *L.Cùm pater. §. cùm extimaret. de legat.2.cum concordant.qualiter procedat, & num.ſeq.*
6 *Relatiuum,quis vel qui,ad appellatiuum magis,quam ad proprium nomen refertur.*
7 *Falſa cauſa finalis viciat inſtitutionem.*
9 *Hæreditas aufertur ab eo, quem, teſtator errans in coniunctione perſonæ, inſtituerat, & transfertur ad venientes ab inteſtato.*
10 *Præſumptio.l.ſupplet teſtatoris errorem.*
11 *Veriſimilitudo attenditur in erronea teſtatoris diſpoſitione.*
12 *L.eam quam.C.de fideicomm.procedit, ſiue ſit error Iuris, ſiue facti.*
13 *Clauſula codicillaris in teſtamento adiecta operatur, legati repetitionē a venientibus ab inteſtato & n.15.*
14 *Clauſula, in vim cuiuslibet vltimæ voluntatis, quid operetur.*
16 *Feudum quando poteſt filius acquirere, licet non ſit hæres, & num.ſeq.& 19.*
18 *Frater, extraneo inſtituto, feudum ex ſe ipſo per l.diſpoſitionem obtinet.*
20 *Hæres in re certa, ad onera non tenetur.*
21 *Feudum hæreditarium non poteſt quis habere, niſi cum qualitate hæreditaria, ſiue poſſit eſſe hæres, ſiue non num.ſequ.*
24 *Hæres in Burgenſaticis, & feudalibus, pro rata bonorum contribuit in ſolutione æris alieni.*
25 *Creditoribus onus ſatisfaciendi feudo hæreditario annexum eſt.*
26 *Feudum hæreditarium ad venientes ab inteſtato, abſque mutuo conſenſu domini, & feudatarij, ſine qualitate hæreditaria deuenire non poteſt.*
28 *Filius quamuis cogatur eſſe hæres patris, feudum paternum alienatum per eum vendicabit excluſo agnato, ſi in hæreditate nihil eſt in fructu,*
29 *Filij, vel agnati conſenſus non requiritur in alienatione feudi hæreditarij.*
30 *Succeſſor non reuocat feudum ex pacto, & prouidentia, de nouo quæſitum alienatum per defunctum.*
31 *Res omnes, per quas cauſas naſcuntur, per eaſdem reſoluuntur.*
33 *Legatum factum ſuper feudo hæreditario non tangit feudum, ſed perſonam hæredis.*
34 *Inuentarium in feudo hæreditario nihil operatur.*
35 *Legata in fraudem facta feudis obeſſe non poſſunt.*
36 *Hæres legatum in fraudem reuocare non prohibetur.*
37 *Grauamen pro feudi valore iniunctum, an valeat.*
38 *L.ſecunda, C. Si quid in fraudem patronorum, declaratur.*
39 *Legitima loco æris alieni habetur.*
41 *Feudum eſt vniuerſitas facti.*
42 *Baronia, quid vniuerſale dicitur.*
43 *Hæres in re certa, quando ad onera teneatur.*

DECISIO PRIMA.

Legatum relictum ſuper feudo hæreditario ab hærede in eo inſtituto irrita inſtitutione an debeatur à ſuccedentibus ab inteſtato in ipſo feudo.

DEceſſit Magnificus Ioannes Baptiſta Pignatellus, inſtituto hærede vniuerſali Hoſpitali S.Mariæ Annunciatæ, inſtitutoque in eodem teſtamento hærede in feudalibus Magnifico Ioanne Andrea Pignatello fratre ſuo patruele, ad quem dixit teſtator ſucceſſionem in feudalibus ſpectare, eundemque grauauit, vt continuò poſt teſtatoris mortem de propria ipſius hæredis pecunia ſolueret eidē Hoſpitali ducatorum octo mille. Mortuo Io.Baptiſta, orta fuit quæſtio ſuper ſucceſſione feudorum inter Magnificam Beatricem Pignatellam amittam, & dictum Ioannem Andream, fratrem patruelem, in regia Camera Summariè, & per

decretum eiusdem Regiæ Cameræ fuit conseruata in possessione amita, quia erat in tertio gradu, cùm Ioannes Andreas existeret in quarto: Hospitale egit in Sacro Consilio, coram me tamquàm generali Commissario omnium causarum ipsius Hospitalis, contra amitam, & fratrem patruelem pro consecutione dictorum ducat. octomille: contra hoc Hospitale Beatrice subscripta opponebatur,

1 Primò, † legatum prædictum non esse factum ab ea, sed à Io. Andrea, nomine proprio. Proinde ipsam ab intestato venientem non teneri.

Secundò feudum ad eam deuenisse contra voluntatem testatoris, qui alium hæredem instituerat. Quo casu, quamuis esset hæres in feudo, non tamen teneri habere ratum factum defuncti.

Tertiò dicebatur pro parte vtriusque conuenti, feudum testatoris non esse valoris ducat. octomille legatorum, vel si esset maioris valoris in modico excedere summam prædictam: & sic in hæreditate nihil remanere in fructu, quo casu ex iuris dispositione, hæredem in feudo, etiam filium non teneri seruare dispositionem defuncti, imò alienata reuocare posse.

Quòd & quartò corroboratur, quia oportebat hæredem pro solutione legati vendere feudum, & sic per obliquum fieret fraus ll. prohibentibus feudorum alienationem.

Quintò, quia propter odium, quo prosequebatur testator Ioan. Andream, & Beatricem, videns non posse disponere de feudo fecit legatum super feudo, in fraudem ipsorum, ab intestato in feudo succedentium, qui dispositionem factam in fraudem seruare non tenentur.

Et vltimò, Io. Andr. fuisse institutum in feudo, & sic in re certa: & quia non erat in gradu, in quo in feudo poterat succedere, successit Beatrix, quæ & ipsa succedet in re certa, & consequenter tamquàm hæredem in re certa, qui loco legatarij habetur, ad onerum solutionem non teneri.

Nunc singulæ rationes expendendæ, quibus vnaquæque earum oppositionum fulciatur, & quoad primum, dicebatur illam fundari ex dispositione *tex. in leg. cum pater. §. cum extimaret, ff. de leg. 2. & in l. 1. §. fin. ff. de leg. 3. & in l. 11. qui vnum, & l. si quis cum nullum, ff. de*

2 *iure codicill.* quibus iuribus cauetur, ad legata † facta à venientibus ab intestato nominatim, vel etiam ab aliquo ex eis nomine appellatiuo, vt est in *d. §. cum extimaret.* Si vltrà nominatos in codicillis, adest alius in eodem gradu, vel in remotiori, non teneri nominatos ad solutionem legati nisi pro medietate, & alios non nominatos non teneri ad solutionem alterius medietatis, quia ab eis legatum non est relictum, & succedunt defuncto ab intestato, præter spem, & voluntatem testatoris, qua ratione hoc tenet *Bart. in d. §. cum extimaret,* & ibi Castr. & Imol. *in l. si Titio, & Meuio, §. Iulianus, ff. de legat.* 3. loquens in succedente contra voluntatem testatoris. Quam opinionem ante eos tenuit Iac. de Arena *in l. eam, quam C. de fideicom.* vbi dixit in specie Bart. 5. *colu. verf. item illud.* dispositionem eius leg. non habere locum, quando esset institutus hæres, qui ex errore testatoris non posset succedere, & ab eo fuissent relicta legata, vel fideicommissa nomine proprio, *per text. in l. Celsus, §. quod alicuius, ff. de leg.* 2. vel quando vitiatur institutio ex defectu solemnitatis, quam testator adhibuisset, si cogitasset, vt excluderet ab intestato venientem, vt dicit Bart. *ibi in principio,* quem sequitur ibid. Ias. *colum. 2. verf. contra istam lecturam,* prout dicebatur esse casus, de quo agebatur, in quo si testator cogitasset de assensu super dicta dispositione, illum obtinuisset in fauorem Ioan. Andreæ, excludendo Beatricem. Quæ opinio etiam confirma-

3 batur in fortiori casu ex regula, quæ est, † Quòd relicta ab instituto nomine proprio, non censentur repetita à substituto, quamuis substitutus in locum instituti succedat, *l. 1. §. in substitutione, ff. ad l. Falcidiam l. si plures, ff. de leg. 3.*

4 Pro parte Hospitalis dicebatur, iura prædicta, † scilicet *tex. in d. §. cũ extimaret, & in d. §. fin. cum concord. supra alleg.* procedere, quando disponens in codicillis factis in beneficium eius, quem credebat esse ab intestato successurum, ab eo nominatim relinqueret legata, vel fideicommissa, & in hoc casu militare rationem Bart. Paul. de Castro, & Imol. quia si contra, vel præter voluntatem, & spem defuncti alius æquè proximus succedit, non tenebitur is, à quo nominatim legatum factum est ad integra legata: secùs autem esse in casu, de quo agitur, vbi in testamento legatum factum est nominatim à Ioan. Andrea, & in casu inualiditatis testamenti est apposita clausula codicillaris, quæ (vt infra probabitur) repetit dispositionem factam in testamento à venientibus ab intestato. Quo casu non Ioan. Andreas nominatim, in cuius persona testamentum effectum habere non potest, sed omnes ab intestato venientes videntur grauati seruare contenta, & disposita per testatorem; & idcircò non mirum si ab omnibus legata debentur, & perinde est, ac si testator dixisset, quisquis mihi hæres erit prædicta facito, prout loquitur Iurisconf. *in l. si plures, ff. de leg.* 3. Et ex his tollitur ratio, qua mouetur Bartol. *in d. §. cum extimaret.* & Imol. *in d. §. Iulian.* quò ideò in casu prædictorum iurium legata non debentur, quia qui concurrit cum successore ab intestato nominato, habet præter spem defuncti. Sed in casu, de quo agitur, omnes venientes ab intestato habent ex voluntate defuncti, ex clausula codicillari in testamento apposita. Et hoc est, quod voluit Bart. *in consil.* 204. Factum tale est.

5 Præterea afferebatur, † regulam illorum iurium non procedere, vbicunque appareret de contraria voluntate testatoris, qui voluisset etiam à non nominatis legata deberi ex dispositione *leg. licet Imperator. ff. de leg.* 1. *& dicti* Bart. *in d. §. cum extimaret.* quæ voluntas dicebatur apparere in præsenti casu, quia instituit testator Ioan. Andream hæredem, & ab eo legatum reliquit cum assertione, quòd ad eum spectabat eius hæreditas,

6 & sic mens sua videtur fuisse, † quòd non vt Io. Andreas proprio nomine, sed vt, ad quem spectabat successio, & in feudo succedere debebat solueret, legatum; & hæc verè fuit eius intentio.

Nec iuribus Hospitalis obstat decisio Bar. *in d. l. eam quam, 5. col. verf. item illud.* quia preterquàm quòd dici posset, prædictam decisionem non procedere ex coniecturata mente testatoris, ex regula *d. l. licet Imperat.* prout in casu nostro: tamen contra Bart. tenuit Cin. & Bal. *ibi 4. col. verf. quæro, numquid leg. nostra,* & respondet obiectis Paul. 3. *col. verf. quæro ab extra,* Ias. ibi 3. *col. verf. istum tex. sic declaratum,* dicit opinionem Bart. non esse veram, licet dicat posse defendi, sed non sine scrupulo. Et licet Corn. *ead. leg. eam quam 4. colum. versic. in ea. fin.* dicat, non esse recedendum à Bar. tamen *in 9. colum. verf. circa* quod dicit vno instituto hærede, prout erat in casu *dict. leg. eam quam,* procedere decisionem, l. prædictæ, quia eadem ratio videtur, vel quòd quis sit institutus nomine proprio, vel appellatiuo, quando est vnus institutus.

Nec etiam obstat id quod dicebatur, allegata non procedere, quando testamentum esset nullum ex defectu solemnitatis, quàm adhibuisset testator, si cogitasset, vt excluderet venientes ab intestato: & huiusmodi dicebatur casus noster, quia testamentum est nullum ex defectu assensus non impetrati in testamento. Quoniam ad hoc respondebatur ex verbis eiusdem testamenti sæpè ponderatis: Hoc enim testamentum conditum fuit cum omnibus solemnitatibus à iure requisitis: vt defectus nullitatis institutionis non adesset, si esset institutus is, ad quem de iure successio spectaret, quia alius assensus in hoc non requirebatur, quem institueret credebat Ioan. Baptista, quando testamentum condidit. Vnde hæc nullitas institutionis oritur ex errore quem testator fecit, instituendo quem ab intestato credebat successurum, & vocatum ad feudum, quæ institutio cor-

corruit, quia testator errauit, & etiam in Burgensati-
cis (ita enim nostrates Allodialia appellare consueuere,
quo nos vocabulo ea ratione vsi sumus, & vtemur)
7 corrueret, † quia falsa causa finalis vitiat institutio-
nem, Bartol. *in d.l. demonstratio falsa.§.1.3. col. versic.*
Tertio modo, & vers.4.quaero, ff.de condit.& demonstr.
quem allegat Ias. *in d.l.eam, quam colum.7. vers.quar-
to quaero. ff.de condit. & demonstrat.* quem allegat Ias.
in dict.l.eam, quam colum. 1.versic. teneo communem.

Et insuper dicebatur non obstare regulam, quòd re-
licta ab instituto nomine proprio, non censentur repe-
8 tita substituto: quia † quamuis illa regula, ex prædi-
ctis adhuc non faciat ad casum, non procedit fauore
piæ causæ. Ita Alexander, & Ias. *in d.l. licet Imperator.*
ff.de legat.1. cum alijs collectis per Tiraqu. *in tract.pia
causa, in 36.priuilegio.*

Ex quibus apparet, ratione conuentorum non pro-
cedere, ipsisque sublatis, pro Hospitali allegabatur de-
cisio Imperatoris, *in dict.l.eam, quam*, secundum in-
telligentiam Azonis, quam Ias. dicit esse singularem,
& peregrinam, dum in ea disponitur, quòd si testator
instituit eam, quam credebat esse eius filiam adopti-
uam, & errauit, quia re vera, & dicta mulier non erat
ritè adoptata, & sic non poterat, vt filia adoptiua esse
hæres, quòd nihilominus legata, seu fideicommissa de-
bentur à venientibus ab intestato, & ratio est, secun-
9 dùm Bartol. ibi post antiquos: † quia putat, eum esse
filium, qui non est, hæreditas aufertur ab eo, & transit
ad venientes ab intestato, ex præsumpta voluntate de-
10 functi: † quia lex præsumit, quòd potiùs testator vo-
luerit, quòd hæreditas vadat ad hæredes ab intestato,
quoad institutum per text. *in l.si pater, & l.nec apud.*
C.de heredit.instituen. & propterea meritò ab eis de-
bentur legata, vel fideicommissa, *l.si sic.§.fin. ff. de le-
gat.3.* Hæc est ratio Bartol. communiter recepta, per
11 quam etiam Salyc. ibi facit regulam, † quòd vbi in-
stitutio est nulla per errorem testatoris, habentur pro
institutis omnes illi, quos testator verisimiliter insti-
tuisset, si sciuisset, illam causam esse falsam, & Iason.
ibi.2.colum.versic.Secundus principalis, qui optimè
declarat, dicens, quòd quando testator errat in causa
finali, ob quam institutus non potest esse hæres, quæ
si nota fuisset testatori, testator instituisset venientes
ab intestato, quòd hoc casu, quia isti veniunt ex præ-
sumpta voluntate defuncti, tenentur ad legata. Hu-
iusmodi est casus noster, in quo quamuis non sit error
in coniunctione personæ, tamquàm in causa finali, qui
error in casu legis prædictæ irritam reddidit institutio-
nem, errauit tamen testator in causa finali, quia pro-
petereà instituit hæredem Ioannem Andream Pigna-
tellum, ex quo credebat de iure ad eum spectare hære-
ditatem suam in feudis, stante Amitæ renunciatione,
vt ex verbis testamenti apparet. Ex quo errore argui-
tur defectus voluntatis in persona instituti, quem ali-
ter non instituisset: & præsumpta voluntas in benefi-
cium Beatricis, quam si credidisset ab intestato suc-
cessuram, instituisset, & cum eodem grauamine, cum
eodem modo ab ea relinqui poterat, vt à dicto Ioanne
Andrea, à quo intentionem habuit relinquendi, vt ab
hærede, & successore in feudis, non autem ab eo, vt
Ioanne Andrea, vt supra dictum est. Et fortiùs, cùm
respectu Beatricis, Institutio hæreditatis in feudis ha-
buisset locum, postquam & hodie apparet, quòd erat
proxima successura, & cessaret nullitas testamenti, seu
institutionis, & in dubio potiùs instituisse Beatricem,
quàm Ioannem Andream, cùm nemo præsumatur eli-
gere viam, per quam eius dispositio impugnetur. Nec
faciat difficultatem huic fundamento, Ioannem Bapti-
stam errasse in iure, cùm ex relatis per Iason. *in dicta
leg.eam, quam 5.colum.versiculo & pondera diligenter*,
12 † dispositio legis prædictæ procedit, siue error sit in
iure, siue in facto. Et licet hoc argumentum sit for-
tissimum, nihilominus ex alio dicebatur, legatum hoc
reddi validum, etiam hæreditate non adita per institu-
tum, ex clausulis codicillaribus in testamento adiectis,
13 † quæ vim habent repetitionis legati à venientibus
ab intestato *l.si iure. C.de testam. manumiss.* vbi Bald.
plenè *l.ex testamento, C. de fideicomm.* plenè Bart. *in l.
prima, in prima quaest. ff.de iure codicill.* Guid. Papæ
dec.123. & plenissimè per Vitalem *in tract. clausul.in
clausula incipien. clausula codicillaris* Corn. *in l. non
iustam, columna tertia, vers ibi, videtur hec gloss. Cod.
ad Trebell. omnes in dicta leg.eam, quam in prima li-
mitatione*, & præcipuè Iason *in 3.notab.in prima fal-
lentia*. Eò etiam magis, quia clausulæ codicillares in
casu, de quo agebatur, erant in corpore testamenti, &
14 vltrà clausulas prædictas, aderat etiam, † quòd vale-
rent iure cuiuslibet vltimæ voluntatis, quæ etiam
clausula magnas vires habet, secundùm Vitalem, vbi
suprà, & Bartol. *dicta leg.prima, in 17.quaestio.ff.de iure
codicill.* Imò dicebatur, quòd etsi clausula hæc non ad-
esset fauore piæ causæ, adhuc subintelligeretur, *per tex.
in leg.in testamento, ff. de fideicomm.libert. per leg.4.
§. Lucius, ff.de aliment.& cib.lega.* ponit Cotta *in Me-
morial.in vers. Amor*, & reassumit Tiraquell. *in tract.
pia causa 96. priuileg.* Nec valet responsio pro parte
Beatricis, quòd hoc testamentum non potest habere
effectum, etiam in vim codicillorum, cùm non possit
astringi Beatrix veniens ab intestato ad restitutionem
huius feudi, quia omissa disputatione, an quemadmo-
dum legato feudo debetur æstimatio, ita etiam institu-
to aliquo hærede in feudo, de quo est controuersia in-
ter Decium *consil.424.* & Curt.iun. *consil.30.* & in hoc
casu posset dubitari, stante mente testatoris, quòd hæ-
res institutus, tamquàm hæres proximior deberet ha-
bere hoc feudum, quo casu cessaret secunda intentio
testatoris considerata per Camer. *in repet.ca. Imperia-
15 lem*. Nihilominus † dicebatur, clausulam prædictam
conseruare legata à venientibus ab intestato, à quibus
peti possent, vt declarat Doctor. vbi suprà, & Bartol. *in
l.si iure, in fin. ff de legat.3.* & Ias. *in 1. limit.d.l.eam,
quam* eò magis, quia non facta restitutione hæredita-
tis per hæredem scriptum in testamento, qui erunt in
casu nostro venientes ab intestato, poterit agi contra
hæredem primum.

Secunda oppositio Magnificæ Beatricis contra Ho-
spitale, nitebatur auctoritati Iacob.de Beluis. *in cap.1.
2.colum.vers.quod dixi, an agnatus, vel filius defuncti*,
16 cuius hæc sunt verba. Quod dixi de filio, † quod non
licèt repudiare hæreditatem, intellige, quando filius
potest patris hæreditatem habere, vel quia pater eum
in testamento instituit, vel quia pater mortuus est in-
testatus. Si verò non potest habere tamquàm hæres,
quia alius est institutus hæres, & pater relinquit filio
legitimam portionem iure institutionis, tunc filius po-
terit feudum acquirere, licèt non sit hæres, nec tenebi-
tur debita soluere, vt *ff.ad Trebel.leg.si quis priore, vbi
de hoc & Cod.de hered. instituen. leg.quoties, & ff. de
hered.instituen.leg.prima.§.si ex fundo, & in Authen.
vt cùm de appellat.cogn §.aliud.* & subdit *de hoc etiam
dic, vt notaui supra, si de feud.fuer.controuer. §.Titius
filios*. Quam decisionem Iacobi de Beluisio, sequitur
Bald. ibi, *4.columna versicul Iacobus autem de Beluis.*
& clariùs loquitur, post distinctionem trium casuum,
scilicet, quando est concessum feudum simpliciter;
quando pro se, & hæredibus, & in his primis casibus
dicit; procedere illum textum *in versiculo vbi verò*,
quòd filius, vel vtrumque habeat, vel vtrumque repu-
diet, & quando pro se, & filijs, & hoc tertio casu di-
cit posse filios, & quoscumque descendentes vnà bona
repudiare (vt eius verbis vtar,) & alia acceptare, di-
17 cens, quòd Iacobus de Beluisio distinguit, † quòd aut
filius potest hæreditatem patris habere, aut non po-
test hæreditatem habere, quia est institutus in re certa,
vel in sola legitima, tunc potest habere feudum, abs-
que hæreditate paterna. Nec tenebitur soluere debi-
ta, per text. *in dict. leg. si quis prior*, & Iacob. de Bel-
uis. & Bald. sequitur Aluarott. *in dicto cap. primo, 6.
columm. versiculo subsequenter addas*, ponendo ea-
dem verba Bald. Mart. de Lauden. *ibi, columm. prima,*

versic. item nota, & Præpos. Alexan. *ibi*. 5. *colum. in prima limit*. Iacob. *in trac. feud. in ver, ita quod ipsi inuestiti in* 4. *limit. in prima col.* qui refert in specie verba Bald. Paris. *in trac. de reintegr. feud. in cap. an si quis stipuletur*, *prima col. in princ. in vers.* & Bald. *fol* 69. Afflict. *in d. c. primo, an agnat.* 2. *colum. vers. & hoc verum puto*, Capic. *in inuestit. in tit. feudorum exequutiones*, *in vers. successor vassalli, in* 3. *limit.* & iterum *in verbo feudum hæreditarium in ver. Et nota benè* Zasius *in trac. feudorum, in tit. de succes. feud. in* 11. *limit. fol.* 87. Pernus *inter consilia, in* 4. *notab.* qui dicit, decisionem Baldi, vbi suprà sibi placere, & opinionem Iacobi de Beluis. procedere etiam in feudo hæreditario, dixit Afflict. vbi suprà, & maximè, quando erat concessum pro se, & hæredibus ex corpore. Subdens, quòd licet aliàs fuerit contrarium decisum, prout apparet *decis.* 240. nihilominus illi Doct. nesciuerunt profundo pelagi nauigare; videtur etiam colligi ex dictis Capicij vbi suprà, & Perni, qui clarè loquitur, & hæc opinio nititur ratione valdè efficaci, ex quo postquam feudatarius dedignatus fuit instituere hunc hæredem, ad quem successio de iure spectabat, poterit hic habere feudum, licet non sit hæres, pro quo facit quod dicit glos. *in constit. Regni, constitutionem Diuæ memoriæ, in verbo ex vtroque pa-*
18 *rente*, quæ in terminis illius constitutionis dicit, † quòd quando moritur frater feudatarius, & alium hæredem extraneum relinquit, nihilominus frater habebit feudum ex se ipso, tanquàm vocatus ex iuris dispositione, & constitutio prædicta loquitur in feudo hæreditario, Afflic. *decis.* 385. *dubio nono*, *colum.* 2. *vers. Nec obstat, quòd fauore dotis*. Vnde cùm in casu, de quo agebatur, Magnifica Beatrix non fuerit instituta hæres, sed alius, & sic eam dedignatus fuit instituere, veniet ad eam hoc feudum, quamuis hæreditarium, ex iuris dispositione, & consequēter dicebatur nō teneri ad onera.

Ex parte Hospitalis dictum fuit, hanc exceptionem nullo modo obstare. Primò, quia in casu, de quo agebatur, cessant rationes dedignationis, ex quo, vt suprà pluries dictum fuit, Beatrix non fuit instituta, credente Ioan. Baptista, stante eius renunciatione feudum ad eam non spectare, sed ad Ioan. Andream non quòd dedignatus fuisset ipsam hæredem instituere, quam similiter instituisset, si ad eam credidisset hæreditatem spectare, prout sub hac credulitate Ioannem Andream instituit.

Secundò decisionem Iacobi de Beluiso procedere in feudo ex pacto, & prouidentia, non autem in feudo hæreditario, quod apparet, quia facta est ad limitationem
19 regulæ præcedentis, quæ erat † quòd filius non potest habere feudum ex pacto, nisi sit hæres patris, limitat, & bene, Iacob. nisi filius non posset esse hæres, quia pater voluit, sed instituit in legitima. Quo casu, quia esset hæres in re certa, scilicet in legitima, quia ad feudum ex pacto, non veniet, vt hæres, vt bene declarat Zasius,
20 & † hæres in re certa non tenetur ad onera, sed habetur loco legatarij, vt est text. *in d. l. quoties, C. de hæred. instit.* quem cum alijs iuribus loquentibus in instituto in re certa allegat Iacob. de Beluis. & quòd voluit intelligere de feudo ex pacto, se ipsum declarat, dum se remittit ad *cap. Titius, si de feud. fuerit controuers.* vbi loquitur in feudo ex pacto, vt dicetur in responsione ad tertiam oppositionem & ita intelligetur, quod dicit Bald. qui limitat tertium casum suprà relatum, & omnes, qui sequuntur Iacob. de Beluis. *in dicto cap. primo*, ita sunt intelligendi, prout ita prædicans intelligit Additio ad consilium Dec. 208. *in verbo admittuntur*, prorumpens quòd Decius facit in hoc iniuriam Bald. & Aluarot. quamuis Decium defendat, & non bene. Zanch. *in repetit. §. cum ita, num.* 358. *versic. & non omitto, fol.* 35. *colum.* 4. & Curt. clarè loquitur in feudis concessis pro se, & liberis, in quibus vera erit conclusio ex mente Andr. *in capit. primo an agnat.* quòd filius nō potest habere feudum, nisi sit hæres, qui co nsecto inuentario, non tenebitur, vt hæres nisi quatenus est in hæreditate, in qua non veniet hoc feudum ex pacto, sed feudum, quod erit hæreditarium, ita intelligitur glos. *in l. in tantum, §. fin. ff. de petit. hæredit.* Vnde cùm in casu, de quo agitur, feudum sit hæreditarium, non procedit decisio prædicta, quæ nec potest adiuuari auctoritate Afflict. *in dicto capit. primo*, qui tenet opinionem prædictam procedere etiam in hæreditario, quia idem Afflict. ibi, post multa allegata pro ista opinione dicit, hanc esse magnam limitationem, & per alios non tactam, & posteà remittit se ad dicta in secundo notab. vbi in tertia limitatione declarat opinionem Iacob. de Beluis. procedere in feudo ex pacto,
21 † quod non intelligitur, nisi quando est concessum pro se, & liberis, vel descendentibus, non autem quando hæredibus ex corpore, vt est casus noster, vt per Andr. *in d. capit. primo, an agnat. & in cap.* 1. *§. si libellum*, *quarta colum. de alienat. feud. pater*, reassumit Capic. *in inuestit. feud. in versic. hæreditarium, in prima conclusione*, & propterea non procedet in casu isto decisio Afflict. *in d. cap. primo, an agnat. tertia columna, versiculo nunc pro intelligentia, num.* 11. Qui tenuit, in feudo concesso pro se, & hæredibus ex corpore, inuentarium idem efficere sicut in feudo ex pacto, & contra eum tenuit Ioseph Cumia Siculus *in prælud. repetit. in cap. si aliquem. in versiculo deueniamus ad secundum punctum, n.* 306. qui dixit, quòd illi Doctores de Consilio, quos dicit Afflict. nesciuisse in profundo pelagi nauigare, fuerunt practici remiges, & optimi nautæ, & in profundo pelagi nauigarunt. Nec iuuabitur dicta opinio auctorit. Paridis, & Capicij in locis prædictis, Quia perfunctoriè loquuntur, & sic non possunt pro auctoritate allegari Abb. *in cap. bona, li.* 2. *col. vlt. n.* 30. *in vers. sed mihi de postulat. prælat.* Soc. iun. *cons.* 1. *penult. colum. volum.* 1. plures cumulat Corb. *in tractat. ex quib. caus. emphyt. iure suo priuat. in titulo de causa priuat. ob non solu. cano. in* 12. *ampliat. n.* 33. *vers.* 12. *& vltim. fol.* 368. Pernus licet dicat sibi placere opinionem Baldi, vt suprà dictum est, Bald. loquitur in feudo pro se, & liberis, & Pernus magis infrà dicit quædam verba, in quibus videtur de prædictis dubitare, & idem Capic. *decis.* 64. in causa Faustinæ, dum voluit respondere ad argumentum, quòd in feudo hæreditario non potest quis succedere, nisi vt hæres, respondet ex decisio. Bald. *in d. cap. primo, an agnat.* quòd non procedit, quando per eum non stat, quin sit hæres, verùm non contentus de responsione prædicta, prout non debebat de ea esse contentus, quia re vera Bald. post Iacob. de Belu. loquitur in limitatione prædicta in feudo ex pacto, dicit posse responderi, prout in sequenti verb. vbi præsupponit, quòd in d. decis. vendicabatur feudum tāquam debitum ex conuentione inita, quòd feudum esset Titij, & filiorum ab eo procreandorum.

Tertiò dicebatur, quòd etsi Iacob. de Beluis. & qui eum sequuntur, loquerentur in feudo hæreditario, eius decisio non esset vera, quia decisio est indubitabilis,
22 † quòd feudum hæreditarium non potest quis habere, nisi sit hæres in ipso feudo, ita Andr. *in cap.* 1. *§. quid ergo, in finalibus verb. de inuestit. de re alien. fac. & in ca.* 1. *§. si l. bellum*, 4. *colum. vers. Sed quid si acquisiuit pro se, de alienat. feud. pater*. Loffred. *cons.* 1. *vers. præterea legitima, nu.* 118. allegat Aretin. *in l. pro hærede §. quid si tamen* 1. *colum ff. de acquir. hæred. & in cons.* 464. *col. vers.* 1. *est feudum concessum*, idem Loffred. *in §. præterea ducatus*, 4. *colu. in fin.* bene declarat Camer. *in cap. Imperialem, fol.* 20. 1. *col. litt. B. vers. atqui dices, & iterum fol.* 26. *colum. vers. Secundò respondeo, & in §. preterea Ducatus*, *fol.* 96. 3. *colum. littera L. vers. alia tamen ratione*, *& fol. sequ. littera P*, vbi concludit in feudo hæreditario teneri esse hæredem filium, seu agnatum in ipso feudo hæreditario, Vnde prædictus Ioseph Cumia *in d. repetit. ca. si quis aliquem in prælud. in* 11. *puncto, circa declarationem feudi mixti*
23 *in* 7. *colum. vers. sexta conclusio*, dicit, † quòd vbi concessio feudi est facta pro se, & hæredibus, vel possint esse hæredes, vel nonnunquam quis admittitur ad feudum, nisi sit hæres, sed potius aperitur via

Domino idem Cum. in repet. d. cap. in verbo Antiquis, vers. hæreditarium feudum antiquum, nu. 59. fol. 373. dicit, hoc feudum non posse haberi citra ius, & nomen hæredis. Et propterea Sacrum Consilium (vt idem Capic. testatur in dec. 199.) non habuit rationem de opinione Iacob. de Beluis. in feudo hæreditario, licet admiserit executionem in subsidium. Quòd nec etiam hodie seruamus: quia vt ex decisione præcedenti 198.
24 eiusdem Capic. apparet † hodie hæredes in Burgensaticis, & feudalibus contribuunt in solutione æris alieni pro rata, & valore bonorum. Et tamen me referente, decisum fuit in casu Isabellæ San Basilijs, & sic fuisse seruatum tempore suo, testatur Frecc. in lib. suo sub feud. in 13. differentia, vbi allegat concord. & Tiraquel. pulchrè in trac. de iure primogenitura, in 35. quæst. n. 27. vers. sequitur denique, & in lib. consuetudinum D. Colutij Coppulæ in cons. quod incipit si quis, vel si qua dicitur. Scias quòd Gulielm. de Cuneo in l. item quæritur, ff. de pecul. voluit quòd in terminis consimilium statutorum onera hereditaria diuidantur inter successores, secundùm valorem rerum in quibus succedunt, præterquàm si à certis hæredibus legatum relictum sit, vt in casu nostro, quia tunc legata præstabuntur ab eo, à quo relicta sunt, l. ab omnibus, & l. turpia, §. fin. de legat. 1. d. l. si plures sup. allegata, ff. de legat. 3. Nec declaratio Alciat. in suo cons. 186. & 189. pro Comite Sacramoro, ad dictam decisionem Capicij aliquid valet, quia verè est contra decisionem centesimam nonagesimanonam, in qua clarè loquitur in feudo hæreditario, & in executione facienda in ipso feudo, non in fructibus ipsius, prout eam intelligit Alciat. Præterea opinio Iacob. de Beluis. si intelligitur in feudo hereditario, ex alio, esset falsa, quia esset in potestate feudatarij mutare natu-
25 ram feudi hereditarij, † quod feudum habet annexum in se onus satisfaciendi creditoribus, seu legatarijs, quia alium posset instituere hæredem, quàm eum, ad
26 quem spectat feudum: † & feudum absque qualitate hæreditaria deueniret ad successorem ab intestato, quod feudatarius sine consensu Domini, & Dominus sine consensu feudatarij facere non potest. Andr. in cap. sancimus quo tempore milit. Loffred. cons. 1. num. 205. vers. nec sine feudatarij voluntate, & in cons. tertio. Item posset ex hac opinione sequi inconueniens, quod ponit Capic. in d. decis. 199. in fine, quia posset testator alium instituere heredem in Burgensaticis vniuersalem, qui adeundo hæreditatem cum beneficio inuentarij non teneretur insolidum, & in hæreditate Burgensatica nihil remaneret, de quo posset satisfieri creditoribus, & hæres in feudo haberet feudum præcipuum, & sic fraudarentur creditores. Nec obstat, quod dicebatur ex mente glos. in dicta constit. constitutionum Diuæ memoriæ, quia quamuis illa glossa dicat, quòd habebit feudum ex se, ex iuris dispositione: nihilominus non per hoc non tenebitur ad onera hæreditaria (prout supra dictum est) quando feudum erit hæreditarium. Nec Afflict. in dec. 385. hoc negat, & quando negaret, ei contradicunt omnes decisiones prædictæ loquentes, quòd feudum hæreditarium non habebit, neque agnatus, neque filius, nisi cum qualitate hæreditaria. Et ex prædictis soluta fuit secunda difficultas.

27 † Tertia oppositio probabatur ex decisione eiusdem Iac. de Beluis. in c. si Titius, in fin. si de feud. controuer. vbi concludit, quòd quando pater alienat feudum pa-
28 ternum, & moritur, † quamuis filius cogatur esse hæres patris, nihilominus si in hæreditate in fructu nihil est, filius vendicabit feudum, exclusio agnato. Quia tex. in d. cap. 1. an agn. & in cap. Titius, debent intelligi, quando de bonis paternis aliquid peruenit, & peruenire potest ad filium: & Iacob. de Beluis. sequitur Leuden. ibi, 4. col. vers. est aduertendum, & Aluarot. col. fin. versic. Quæro ab extra, & Proposit. compilator Aluarotti, vt verbis Zasij vtar, in præfatione ad feuda 3. col. vers. Quære ab extra, & in cap. 1. in 2. limit. an agn. Bald. in cap. 1. de success. feud. & Afflict. in constitutio. Regni, constitutionem Diuæ memoriæ, 3. colum. versic. Quæro, quid si habens feudum, dicit hoc procedere etiam in feudo hæreditario, quia in feudo ex pacto, & prouidentia, non est dubium secundùm eum, & dicit secundùm opinionem Iac. de Beluis. se bis consuluisse, quia Iac. de Beluis. fuit magnus Feudista, & non reperit aliquem, qui eum reprehendat.

Sed pro parte Hospitalis respondebatur huic oppositioni decisionem Iacob. de Beluis. procedere in feudo ex pacto, & prouidentia: de eo enim feudo loquitur tex. in d. cap. Titius, & in hoc feudo datur reuocatio agnato, & filio, iuxta terminos illius text. quia si loqueretur de feudo hæreditario, res esset clara, quòd nec agnatus, nec filius, data alienatione valida possent reuocare feudum alienatum, etiam restituto pretio, quia obstat regula l. cùm à matre, C. de rei vendic. & quando alienatio esset inualida, puta ex defectu Re-
29 gij assensus, † quia in alienatione huius feudi non requiritur assensus filij, nec agnati, vt plenè per Capic. in dict. vers. hæreditarium, hoc casu daretur reuocatio, sed restituto pretio recepto per defunctum: Hoc est, quod dicit Andr. in d. cap. Titius in vers. Quòd si Titius, vbi dicit, text. prædictum loqui in feudo ex pacto, quia secus esset in feudo hæreditario, per text. in cap. primo, an agnat. & in fin. subdit, quòd ille text. non loquitur in feudo nouo, quod acquisiuisset alienans, vel paterno, vt constaret, quod contemplatione alienantis
30 datum esset, & benè dicit, † quia etiam in feudo ex pacto, & prouidentia, de nouo quæsito successor tenetur habere ratum factum defuncti, & nō reuocat. Andr. in §. et si libellum, col. 2. in fin. vers. quid si dictum sit, tibi, & liber. de alienat. feud. pater. & Aluarot. ibi in vlt. quæst. & Loffred. in dicto versiculo Quod si Titius. Anton. de Alexand. inter consilia Loffred. in cons. 52. in primo dub. plenè Capicius in inuest. in versic. ex pacto, & prouidentia, in penult. colum. versic. limita id, quod dictum est, & ratio est secundùm Bald. in cap. inter dilectos 3.
31 colum. vers. Item scias de fide instrum. † Quia omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem resoluitur, non per alias separatas, quia ab eisdem, & per eosdem ortus, & occasus fit generatio, & corruptio feudorum: meminit Tiraquell. postil. connub. in glos. magna, in ver. contractet, n. 19. vers. his omnibus, fol. 140. & Camer. in §. præterea Ducatus, fol. 8. lit. C. & Capic. vbi supra allegat regulam, nihil tam naturale. Belluga in Specul. pri. Rub. 35. §. militares, n. 8. vers. ad hoc fol. 163. à tergo, & facit dictum Innocentij in cap. ab excommunicato 2. col. vers. si enim dixit de rescriptis, de quo infra dec. 602. Et nihilominus dictum fuit, quòd decisio Iacob. de Beluis. loquitur in feudo ex pacto, & prouidentia, non hæreditario: dicit in specie Alexand. in cons. 26. Ponderatis his pen. col. vers. non obstat vltimo, in 5. volum. Quod consilium est legendum, quia multa ad propositum colligi possunt, & est videndum quod nouissimè addit. in d. cap. Titius, in eius apostillis Dominus Episcopus Nicoteræ, & in feudo ex pacto, & prouidentia cum intelligit Maranta cons. 45. vt apparet ex principio, & fine consilij Nec est verum id quod Afflict. dicit, quod si decisio Iacob. de Belu. in d. §. Titius, intelligeretur de feudo ex pacto, non haberet difficultatem, quia in hoc decipitur. Nam faciebat difficultatem, text. in cap. 1. an agnat. quo, vt pluries dictum est, cauetur, Filium non posse habere feudum ex pacto, & prouidentia, nisi sit hæres; Quod verbum Hæres etiam sine corpore iuris intellectum habet leg. hæreditas, ff. de petit. hæred. vult igitur Iacob. de Beluis. vt text. in dicto capit. primo, an agnat. & in dicto cap. Titius, intelligatur, quando ex hæreditate patris filius habet aliquid in fructu, & reipsa, non verbis, quia si nihil haberet, saltem quod æquiualeat valori feudi ex pacto, & prouidentia, & conficeret inuentarium, esset valdè iniquum, quòd postquam necesse est, quòd sit hæres patris, ex hæreditate nihil habet, & feudum ex pacto, & prouid: ntia primi acquirentis absque quali-

qualitate hæreditaria, ei debitum ammittat. Ex his sublata est tertia oppositio.

32 † Quarta oppositio fundabatur ex prohibitione facta per Lotharium, & Federicum prohibentes sic strictè feudorum alienationes sine domini assensu irritando, etiam *in §.calidis* contractus excogitatos in fraudem prohibitionum prædictarum, & iura feudorum prohibuerant dispositiones factas super feudis in testamento, ex quo prouisum est, in eis nullam dispositioné tenere, vel valere, *cap.primo de feud.success.* Si nunc permitteretur, quòd ab hærede in feudis possent fieri legata, per indirectum inducitur alienatio feudorum, quia cogeretur feudatarius vendere feudum, & soluere legatum. Hæc oppositio sublata fuit ex his, quæ Af-
33 flict. concludit *in decis.240.in 3.dub.* † quia postquam feudum est hæreditarium, & legatum hoc non tangit feudum, sed tantummodo hæredem, tenebitur actione
34 personali, sicut tenebatur defunctus, † imò nec inuentarium aliquid operabitur, vt per Afflict. ibi, quem refert, & sequitur Tiraquell. *in trac. de retract. §. primo in glos.4.vers. verum quærimus*, *num.*147. *fol.*142. & hoc est, quod solemniter concludit Loffred *cons.46. in 2.conclus.num.16 cum sequen.* dum concludit, ex legato non induci onus super feudo, sed tantummodo oriri actionem personalem, & fundat optimis rationibus, & auctoritatibus heredem in feudo hæreditario teneri ad omnia onera tàm respectu æris alieni, quàm respectu legatorum, quatenus est valor feudi, in quo inuentarium non releuat, sed facit, quòd non teneatur vltra vires hæreditarias. Quod & etiam dixit Camer. *in repetit. cap.Imperialem fol.20. prima colum. littera E, cum sequent.* qui dixit satis operari beneficium inuentarij in feudo hæreditario, vt non teneatur vltra quam sit in feudo. Et ex hoc videtur sublata dicta quarta oppositio.

35 † Sed dicebatur in quinta oppositione pro parte Io. Andreæ, & Beatricis, prædicta procedere, quando legata non essent facta in fraudem, prout in casu, de quo agebatur, allegabatur: quæ fraus euidenter apparebat re ipsa, postquam in omnibus Burgensaticis Sacrum Hospitale hæredem reliquerat cum nullo, aut paruo onere, & hæreditas in Burgensaticis transcendebat valorem feudi, & in feudo in quo omnino debebant succedere proximiores, onus magnum imposuit; concurrebat etiam in hoc notorium odium, quo consanguineos Io. Baptista prosequebatur, & ex ijs prætendeba-
36 tur, † hoc legatum tanquam in fraudem eorum factum non subsistere, & eundem hæredem posse reuocare legatum, hoc tamquam in fraudem factum, *l.2. vbi glos.& Doct.C.si quid in frau. patr.* reassumunt in propria materia quidam moderni Parisiens. *in tit. de nat. feud. §.8.in glos.3. vers.non obstat, fol.137 col.1.* & ab vno ex Dominis animaduertebatur, quod Loffr. *in*
37 *d.cons.46.* licet fuerit in opinione, † quod valebat grauamen pro valore feudi, quod idem Loffred. tenebat, hoc non procedere quando hoc legatum erat in fraudem, & perpendebat eius verba, dum *in colum. antepen.vers.2.non obst.& pen.col. vers.maximè in hoc casu respondendo secunda obiectioni, de æmulatione, & fraude;* dicit, quòd in illo casu postquam comitatus erat magnus, & respectu comitatus relictum erat, quid modicum, & erat probata reconciliatio, quæ duo non procedebant in casu, de quo agebatur, quia legatum erat saltem pro maiori parte valoris feudi, & inter Ioannem Baptistam, & Ioannem Andræam, & Beatricem non erat aliqua reconciliatio. Sed pro parte Ho-
38 spitalis dicebatur, † quòd *text. in d. l.2. C.si quid. in fraud.patr.* non obstabat, quia, vt gloss. ibi dicit; reuocatio, quæ fit virtute, *d.l.2.* fit ex eo, quia id quod reuocatur, est æs alienum, & subdit esse speciale vbi, vt hæres reuocet factum defuncti, quia patronus dicitur magis debitum accipere, quàm hæredem esse titulo lucratiuo. Et hæc responsio dicit Salyc. ibi, quòd ei non displicet. Sed relictis istis: Regula prædicta, quòd patronus, qui ab intestato succedit liberto, venit contra factum defuncti, quando defunctus fecit in fraudem hæredis, quia reuocat vsque ad quantitatem legitime, ei debitæ, *iuxt.text.in l.1. C.si quid in fraud. patr.* vbi Cyn. *in 6.quæst.* Bart. & alij, & Azor. *in Summa, col.fin. versic.& fit reuocatio*, intelligitur, quando patronus nihil habet de bonis liberti, ita Cyn. *in dicta 6.quæst.&* Paul. de Castr. *penult.col.vers.in glos.ibi.* Item cùm hæredes, benè declarat, hanc regulam prædictam intelligi quando patronus, de quo *l.2.* loquitur, non reperit in hæreditate liberti integram legitimam, quia tunc quamuis patronus succedat ab intestato liberto, si in successione non reperit integrè legitimam, id, quod repetet tanquam alienatum in fraudem, reperet potiùs vt patronus quàm vt hæres, & sic sibi non nocet titulus hæreditarius: sed si patronus haberet legitimam integram, nihil aliud habet quærere dicit Paul. de Castr. Reuocatio igitur prædicta factorum in fraudem in casibus illorum iurium, fit de eo, quod ex iuris dispositione patrono debetur, & per fraudem liberti sublatum, cui patrono non obstat, quòd ei ab intestato successio deferatur, quia aut ex successione ab intestato, habet tantum, quantum est legitima, ei debita, & hoc casu vendicando à possessoribus alienata, ei opponitur de regula prima à matre, & de dictis, *per glos.in l.fin. §.comparatione.C.de iur.deliber.* aut non est tantum in bonis quantum est legitima, & tunc non, vt hæres, sed
39 vt creditor in legitima, † quæ loco æris alieni habetur, vt per omnes *in d.l.2. C.si in fraud. patr.* vendicabit, quantum est legitima, & sic re vera dici non potest, quòd hæres veniat contra factum defuncti, vt hæres, quia licet hìc patronus ex iuris dispositione vocetur ad successionem ab intestatò; si tamen per viam successionis non habet id, quod ei ex iure debetur, vt creditor, pro concurrenti quantitate legitimæ auocabit à possessoribus, in quos in fraudem est facta alienatio, si inuentarium confecerit. In casu, de quo agitur, dicebatur, quòd ista applicari non possunt, quia postquam, vt supra probatum est, hoc feudum non potest haberi absque qualitate hæreditaria, & vt habeant Ioan. And. & Beatrix feudum, oportet, quod sint hæredes in ipso feudo, licet prætendatur legatum factum in eorum fraudem, isti vti hæredes non possunt impugnare hoc factum, scilicet negare solutionem, petendo, vel retinendo feudum, quia hoc feudum ei non ex iuris dispositione absque hæreditaria qualitate, nec vt æs alienum, quemadmodum, vt æs alienum, & absque qualitate hæreditaria debetur patrono legitima portio, & hoc est, quod sub breuioribus verbis voluit dicere. Loffred. *in dict.cons.46.col.pen.num.25. vers.& patet*, dum dicit, quòd in illo comitatu non competebat illis fratribus legitima: pro qua legitima conseruanda patrono, & filijs, ac creditoribus sunt introducta remedia reuocatoria vsque ad concurrentem quantitatem legitimæ D. de Ponte *consil.13. num.29.* quæ remedia non competunt ijs personis, quibus ex iuris dispositione legitima non debetur. Si ergo istis collateralibus legitima non debetur, in quo igitur fiet reuocatio? Non competit istis legitima, ergo non conuenient iura, quibus prouidetur de reuocatione alienatorum in fraudem vsque ad concurrentem quantitatem legitimæ. Nec conueniet decisio dictorum modernorum Parisien. *fundata in d.l.2.& alijs simil.* Secundùm quæ iura eius decisio intelligenda est, imò loquitur quando alienatio fit in fraudem filij primogeniti, cùm legitima debetur: respectu cuius non esset dubium quòd si esset factum legatum pro concurrenti valore feudi, esset dicendum, quòd non cogeretur filius primogenitæ adimplere, nisi in eo, quod excedet valorem legitimæ. Et in eo, quod dicebatur, quòd Loffredus se fundabat in reconciliatione, erat ad maiorem cautelam, quia loquitur per verbum, Maximè, & non est inconueniens, difficultates tolli per viam iuris, prout Loffred. ipsas soluit, dum dicit, non posse conqueri hæredem in illo casu, postquam super comitatu non debeatur legitima, per viam facti, prout loquitur *in d.vers.maximè in hoc casu.*

casu.

casu. Hæc oppositio fuit visa duob. ex Dominis sublata, quia in collateralibus tenebant posse grauari pro concurrẽti valore feudi, quod non poterant habere, nisi vt hęredes, & in filijs deducta legitima, & dicebát hoc esse clarum, vel quòd posset præsumi fraus, vel non, quia vt supra probatum est, non potest hoc feudum haberi, nisi vt hæres. Nec istis in hoc feudo aliqua legitima competebat sed cæteri habuerunt hunc punctum pro difficili, quia videbatur inutilis institutio. Idcircò visum fuit, citrà præiudicium iurium partium, prouidere quòd fieret appretium Castri, vt ipso habito prouideri possit: Quo appretio habito (quia ex eo apparebat, hanc institutionem non esse omninò inutilem) fuit decisum in fauorem Hospitalis, die 13. mensis Iunij, 1575. iunctis duabus aulis, Iubendo actuario.

40 † Sexta & vltima oppositio probabatur, Ioannem
Andream videri institutum in re certa, postquam erat
41 institutus in feudo, † quod est vniuersitas facti, vt
per Andr. *in cap. 1 in fin.* Quid sit inuestitu. Hæredem
autem in re certa non teneri ad onera, dicit *text. in l.*
quoties. C. de hæred. instit. etsi sit fideicommissum à le-
gatario, & legatum non tenet, sed transit in alium,
transibit sine onere illius fideicommissi. Sed ad hoc
faciliter responsum fuit ex dispositione, *l. si certarum,*
ff. de milit. test. Et ex ijs, quæ Baldus ibi dicit, quòd
quemadmodum quis potest habere duplex patrimo-
nium, vnum Paganicum, & alterum Castrense, ita
potest habere patrimonium Burgensaticum, & feuda-
le, & vterque qui succedit, dicetur hæres, prout quoti-
die Sacrum Consilium hæredes successores in feudali-
bus tanquam hæredes cogit pro rata bonorum ad con-
tribuendum in oneribus hæreditarijs, vt apparet *in d.*
decis. Capic. 198. *supra allegata,* & de ea meminit. D. de
Ponte *cons. 52. num. 34. & iterum num. 29.* Item dictum
fuit, de hoc esse particularem decisionem Bald. *in auth.*
42 *cessante C. de legit. hæred.* cuius verba sunt hæc, † quòd
Baronia est quid vniuersale, sicut peculium Castrense;
& ideo quis potest habere vnum hæredem in Baronia,
& alium in Paganicis. Non est igitur hæres in re cer-
43 ta hæres feudi † qui & quando in casu, de quo agitur,
posset haberi vt hæres in re certa, tenebitur ad onera,
quæ testator eidem hæredi in re certa imposuisset. Ita
in proprijs terminis tradit Ang. *in d. l. ex facto, 2. col.*
versic. & hoc limito. ff. de hæred. instit. Et in hoc, & in
cæteris difficultatibus Sacrum Consilium inclinauit in
fauorem Hospitalis.

ADDITIO D. VISCONTI.

ANte num. 1. ibi fuit conseruata in possessione, Adde D. Io. And. Georg. facundissimum Aduocatum, & postea Reg. Cons. nemini secundum *in alleg. 12. num. 43.* vbi hanc, & alias decisiones refert.

Num. 16. 19. 22. dum refert Iacob. de Beluiso *in cap. 1.* An Agnat. dicit eius opinionem loqui in feudo ex pacto, & non hæreditario. Adde D. Regentem de Ponte virum profundæ scientiæ, & lumen Regni Neapolitani, qui de hac decis. meminit eamque sequitur *cons. 13. num. 18. 19.* Vbi refert pluries, ita fuisse decisum, *& iterum cons. 52. num. 17.* doctissimum, & in iure dicendo facundissimum D. Reg. Lanarium *cons. 80. num. 38.* & nouissimè. Idem D. Ioan. Franc. de Ponte Marchio Murchioni *in suo solemni tract. de Potest. Proregis, fol. 279. 280. & seq.* Vbi latissimè, & ad eum recurrendum.

Licet vterque DD. de Anna pater, & filius Iurisconsulti nemini secundi *in alleg. 126. num. 14. & seq. par. 2. fol. 120.* teneant contra, quos nouissimè sequitur D. Præses de Curte doctissimus *de feudis fol. 49. & seq. à num. 60. cum seq.* qui ex professo disputat quæstionem istam, & tenet contra hanc decis. & omnes sequentes Iacob. de Beluiso, & nouissimè D. Ioan. Andr. Georg. *in alleg. 20. num. 6.* sed D. de Ponte *in d. tract. & loco citato,* tenet contra DD. de Curte, & Georg.

Videatur idem Anna filius nunc Regius Consiliarius *cons. 4. num. 43. & cons. 151. in fin. & in allegat. sui Genitoris infra allegãda in addit. lit. B.*

Num. 24. Adde hunc Dominum in *decis. 159. num. 1.* Ann. Sen. Doctorem magnæ intelligentiæ, & optimum causarum Patronum *in alleg. 96. par. 2.* Vrsil. *in Const. in aliquibus 4. no. num. 1.* D. Reg. de Ponte *in dd. cons. 13. num. 25. 26. cons. 52. sub num. 1. & seq.* D. Lanar. *in d. cons. 80. à n. 45. vsque ad 49.* Oculatissimum Ann. Iun. *in d. cons. 4. à num. 5. cum seq.* D. Georg. *in alleg. supra citata num. 33. & in fin. & iterum in alleg. 19. num. 61. vsque ad finem,* vbi declarat, & opinio ista confirmatur, *ex alia decis. istius Domini* 704. qui decretum refert feudatarium succedentem in feudo hæreditario teneri ad solutionem omnium legatorum pro concurrenti valore feudi, & hæredem, renuentem ipsum vendere, posse carcerari

Videatur D. de Curte *de feudis fol. 24. à tergo à num. 17. cum sequ. vbi supra.*

Num. 34. Vide Intrigliol. *decis. 43. num. 17. 87. 88. 89. 90.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Aestimatio feudi legati, vel institutionis titulo relictĩ an, & à quo debeatur.*
2 *Substitutio aliquando propriè dicitur institutio.*
3 *Relicta ab institutis, an censeantur repetita à substitutis, si ab aliis legatis grauati fuerint, & num. 10. 12. & 18.*
4 *Declaratur quidnam in pupillari substitutione, vel alia.*
5 *Decisio quæstionis, cum duabus Limitationibus.*
6 *Conditio apposita in vna persona, vel re, an censeatur repetita in alia persona, vel re.*
7 *Et quid in dubio iudicandum stante Statuto.*
8 *Institutio declarat substitutionem subsequentem.*
9 *Argumentum sumitur de præcedentibus ad sequentibus, & èconttra, remissiuè.*
11 *Testamentum non valens in primo gradu, à secundo incrementum accipit.*
13 *Testatoris voluntas manifestè ex consuetudine clarescit, necnon & alijs, remissiuè.*
14 *Consuetudo, & consuetum, semper attenduntur in contractibus, distractibus, & alijs.*
15 *In societate renouanda, consuetudo attenditur mercatorum, nisi expressè cautum sit societatem non renouandam.*
16 *Voluntas per præsumptiones probatur, & coniecturas, cum & coniectura voluntatem testatoris ostendant.*
17 *Limita hanc regulam in testatore milite cuius voluntas expresse probari debet, & non per ambages.*
18 *In vltima militis voluntate relicta ab instituto, non soluuntur à substituto in quo opiniones recensentur.*
19 *Dispositio l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupil. & l. cum vnus, ff. de condit. & demonstrat. non habent locum in testamento militari.*
20 *Falsa causa vitiat non solùm institutionem, sed etiam legatum, si causa legandi obligatoria existat.*
21 *Amplia, vt procedat etiam in contractu.*
22 *Item in Rescripto, & Gratia.*
23 *Item in Decreto, si falsa causa originem dat Decreto, tacitè, vel expressè.*
24 *Amplia, vt sufficiat falsam causam in parte esse falsã.*
25 *Falsa causa an vitiet Sententiam, Confirmationem, & Rescriptum, & alias Dispositiones: Item Libellum, Confessionem, Cessionem, & Contractum, & quid si adsit Clausula: Ex certa scientia, & in Pontifice Maximo plura, remissiuè.*
26 *Falsa demonstratio rei demonstratæ adiecta, an destruat, legatum, vel contractum.*
27 *Falsa causa an vitiet Legata, & donationes inter*

coniu-

LOnga est hæc decisio, & non poterat esse breuis, quia plura notabilia continet, & hic Regens de Franchis & Præsidens, in his decisionibus plura poterat dicere in tam graui materia, quæ consulto omisit. Ego annotans aliqua ad istam decisionem, & alias vsque ad 530. inclusiuè, breuis ero, ne lector fastidio affectus tum ex decisione, tum ex annotatione me corripiat, sed vt obscurus non fiam, dum breuis esse laboro, quia hic Author percur-
1 rendo tetigit quęstionem, an † feudo legato alicui, vel in eo instituto hærede, si Iure aufertur feudum ipsum, an æstimatio legatario, vel instituto debeatur, de qua *nu.* 14. annotabo aliqua, sed non disputatiuè. Dico quòd nostra est animi sententia remittere lectorem ad scripta per Regentem à Ponte, *in cons.* 88. *incip. Punctus, volum.* 1. qui æstimationem deberi firmauit, & Consiliarium Anna *in cons.* 87. *incip. Ille artic. volum.* 1. Qui sibi ipsis ad inuicem contrariantur, immò ipse Consiliarius *num.* 4. Regentem ipsum pro negatiua legendo dicit firmasse. Vnde si verum esset hoc, essemus in quæstione; Cui opinioni Regentis standum esset, vel legendo, vel consulendo firmatæ. De qui quæstione Gabriellus latè, *lib.* 1. *Conclusionum. tit. de testibus conclus.* 4. *incip. non inutile, num.* 56. *Illatione* 32. & 33. & licet Boerius *in sua quæst.* 155. *num.* 24. firmauerit, dicto Doctoris in lectura standum potiùs, quam in consilijs, quia veritas magis dicitur in lecturis, quia in consilijs possunt esse variæ causę, quæ consulentem mouere possunt, vt dicit Bart. *num.* 2. & Iacobinus 15. *in l. si pater, C. de institut. & substitut.* tamen quòd stetur Doctori consulenti, dixit Cagnol. *in l. Consilij, ff. de regulis iuris.*

iuris. Parisius *cons.*120.*num.*20.*&* 52.*vol.*1. De qua re, An vera sit opinio Boer. vel Cagnoli, conspiciendi sunt, Menoch. *in lib.*2. *præsumptionum*, *præsumptione* 71. *num.*48.*&* *seq.*& argutissimus Ceuallos Hispanus, *in lib. Practicarum quæstionum, quæst.*1.*nu.*55 *&* *seq.* Ideo nos non insistendo cui ipsius Regentis à Ponte opinioni sit standum, cùm pro affirmatiua ipsum sensu visus habemus, & pro negatiua ex sensu auditus qui vincitur à sensu visus, vt *dixit glos. per textum in* §. *finali*, *Institutionibus de gradibus cognat. in verbo*, *per aures*. *in quæstione, an æstimatio debeatur*: post omnes pro, & contra Scribentes, lectorem dirigimus ad Nouissimos *in tit. si de feudo defuncti controuersia, in allegationibus pro Illust. Asculi Apuliæ Principe*, *meo Domino*, *pag.*105.*&* *seq.& latiss.* asserit post omnes: vt alios omittamus per Regentem à Curte, meritiss. *in* 1.*par. Diuersorij feudalis, pag.*451.*num.*83.*&* *seq.* Nec hîc Regens de Franchis carpendus est, in his, quæ dicit raptim, quia aliud est ex professo rem agere, quàm pungendo rem ipsam attingere, & sicut aliqui æstimationem in iure graues authores negauerunt, ita non defuerunt alij qui ipsam deberi conati sunt affirmare, nec his, nec illis rationes aliquo modo deficiunt. Addam solummodo prout mihi relatum est, quòd in causa grani sororum de Venato in anno 1584. fuit decisum extraneo hærede instituto in feudalibus, non deberi per legitimum successorem feudum petentem, & auocantem aliquo modo æstimationem ipsius, & de hoc meminit Consiliarius Anna *in Allegatione genitoris*, 126.*&* 127.& quòd feudo legato nullo vnquam tempore debeatur æstimatio, pluries fuisse decisum dicit ipse Consiliarius *in dicto cons.*87. vnde in feudo ex pacto, & prouidentia dubitandum non esse aliquo modo meo iudicio, & in causa Iuliç Piscicellæ cum Fabio Galeota de mense Iulij 1599. fuit decisum, quòd pro soluendis legatis factis à feudatario vltimo moriente hæredem institutum in feudo in linea collaterali, cogi posse ad vendendum pro integro feudi valore feudum ipsum, etiam quòd nihil remaneat apud institutum in feudo, ea ratione quia collaterali nulla legitima debetur de iure persona turpi non instituta, causa relata à Monteria tunc dignissimè præsidente R. Cameræ, & olim Consiliario Sacri Consilij, & ad præsens Regente Regiæ Cancellariæ. In Collaterali astantibus ac Regentibus Marchos, & Castellet, & Regente Fornatio locum tenente Regiæ Cameræ loco, & Viceregentis à Ponte, qui non poterat interuenire in causa, quia alterius partis fuerat Aduocatus.

Ad num.2. huius decis. In verbo quam opinionem. Adde Peregr. *in Tractatu de fideicommissis, art.*4.*num.*50.*&* *art.*16,*num,*88. *Ad num.*4.*ibi*: *a venientibus ab intestato.* Adde quòd Clausula Codicillaris est huius effectus, quòd inducit repetitionem grauaminis ab omnibus venientibus ab intestato. Bartol. *cons.*204. & Regens à Ponte, *cons.*13.*num.*27.*&* 28.

Ad num.3. in fine.

Adde Menoch. de præsumptionibus lib.4. præsumptione 108.num.24.

Ad num.8.ibi 36.Priuilegio.

Adde Menochium *dicta præsumpt.*108.*num.*37.*li.*4.

Ad num:9.ibi: secundùm intelligentiam Azonis.

Adde quòd opinio Azonis sit Communis, & vera Vasquium *in libro Illustrium Controuersiarum cap.*102.*num.*4. Crassum, *in tract. de fideicommissis q.*29.*nu.*4. Menoch. *de præsumptionibus*, *præsumpt.*24.*num.*10. *lib.*4.& quòd legatarijs, & fideicommissarijs ex dispositione legum, quam de fideicommissis, detur petitio contra venientes ab intestato, secus contra fortuito casu succedere ab intestato. Peregrinus *doctiss. art.*2. *nu.*22. *in dicto tractatu de fideicommissis*. Hæc modo sufficiant, vt ad quæstionem opinionis Iacobi de Beluisio deuenire possimus: quæ an procedat in feudo hæreditario, vel in feudo ex pacto, & prouidentia, reperies Consiliarium Annam variantem. *quia cons.*4.*num.*43. *&* 44. dixit non procedere in feudo ex pacto, sed in Allegatione genitoris reuerentia, vel amore ductus. 96.& 126. contrarium dixit, sed Regens à Ponte, pedes firmauit suo more *in cons.*13.*&* 52 *vol.*1. Moderni *in cap. Titius, in tit. si de feudo defuncti controuersia, pag.*187.*&* *sequenti*. fimbrias ampliant, & Regens à Curte, *in* 1.*parte dicti diuersorij feudalis*, *pag.*49. *num.*60. referendo omnes, illam nouissimè tractat, & an sit vera Conclusio Iacobi de Beluisio, *in c. an agnatus, vel filius, licet non sit hæres, habeat feudum, tam in feudo hæreditario, ex pacto, quàm mixto.* Surd. *in decis. Mantuæ* 235 *incip.* Conclusum fuit, post Osascum *in decis. Pedemontana* 162. *incip. dato*, qui contra Iacobum de Beluisio, Communem esse dicit, *num.*4. *&* *in fin.* distinguit. Alia essent videnda ex Milanensi *in decis. Siciliæ*, 8.*incip. Et quia causæ erant appositoriæ*, *parte* 1.

2 Et quia † substitutio propriè institutio aliquando di-
ci potest, vt probat apertè *text in l. Mulier quæ viro*, §.
fin. ff. de condit. institutionum, quæ lex est 20. *prædicti*
tituli, de qua Marcus Mantua *Singulari* 200.& Franc.
Mar. *Delphinatus decis.*305. *par.*2. Ideo in hac decis.
3 videtur quærendum, † an relicta ab institutis, videan-
tur repetita à substitutis, si ab his legata alia extiterint
relicta, de quo videndus est Bartol. egregiè loquens *in*
4 *cons.*49.*incip Viso testamento*, *vol.*2. † & an procedat
in pupillari substitutione, vel alia Tepatus *Sententia-*
*rum variarum lib.*2.*tit. de substit. in genere*, *pag.*382.
*col.*3.*in princ. decidit*, qui de hac decis. meminit, *in tit.*
*de Legatis in genere, pag.*368.*col.*3.*in princ. vers. lega-*
ta quando debeantur. Firmanus *in repert. in verbo*, *le-*
gatum a quibus relinquatur. Peregrinus *in cons.*60. *in-*
*cip. Viso processu, num.*14.*&* *seq. vol.*1. *Zatius in trac. de*
5 *fideicommissis*, *lib.*1.*art.*4. † Sed tu benignissimè le-
ctor (more tuo) illud aduertas, quòd si relicta fiunt ab
instituto per modum dispositionis, & non conditionis,
& adest vulgariter substitutus, quod differt à pupillari-
ter substituto circa illud, an legata videantur repetita,
prout considerauit acutissimus Alciatus ille, *lib. præ-*
sumptionum, regula prima, præsumptione 35. & Iason.
*cons.*95.*vol* 4 qui regulam limitat in Ecclesia, & ali-
6 mentis, † & an conditio apposita in vna persona, vel
7 re, censeatur in alia repetita persona vel re, † & quid
iudicandum in dubio sit in Statutis Guid. Pap. *dec.*
Gratianopolitana 531.*incipiente*, Miles, & Romanus
8 *cons.*337.& 356. † & quòd institutio declaret substitu-
tionem subsequentem, firmauit Decius *in cons.*371.*in-*
*cip In causa Magnifici militis, nu.*3.*ibi*, *nec huic Con-*
clusioni. vers. pariter substitutio, volum. siue Tomo 2. *in*
9 *nouiter impressis*. † & de alijs à præcedentibus ad se-
quentia, & sequentibus ad præcedentia Mangrellus ad
10 Bart. *in l. si seruus, §. si numerus, ff. de leg.*1. † & de reli-
ctis, an censeantur repetita à substitutis, & quando,
Menochius *de præsumptionibus*, *lib.*4.*præsumpt.*108.
incip. Perutilis, qui affluenter de hac loquitur Conclu-
sione. Et Minadoum *vide dec. S.C.*43. *num.*4. dicen-
11 tem † testamentum non valens in primo gradu, à se-
cundo incrementum accipere & Præsidem hunc do-
ctissimum, *in dec.*58. non omittas cernere, *num.*5.&
12 *seq.* vbi quando † relicta ab instituto repetita non cen-
seantur à substituto, & meliùs *num.*10. vbi latè de ma-
teria *legis Imper. ff. de legat.*1.

Ad num.5. eiusdem Decisionis.

13 Adde, † quòd voluntas testatoris manifestè com-
prehenditur ex consuetudine, vt dicit *gl. in ver. secun-*
dum voluntatem in l. peculium 6. § *sicut*, *&* *in verbo*
voluntas, *ff. de peculio legato*, *&* *textus in l. dominus*
Sticho, §. testamento codicillisue, in verbo consuetudi-
ne. ff. eodem vbi Doctores. Item alijs modis quos ponit
14 Mantica *de coniectur. vltim. volunt.* † Consuetudo
enim, & consuetum semper attenditur in contracti-
15 bus, distractibus, & alijs. Vnde in † renouanda socie-
tate attenditur consuetudo Mercatorum, nisi expressè

dictam

dictum fuerit societatem renouari non debere. Ita Me-
nochius lib. 3. præsumpt. præsumpt. 57. incip. Explicandum nunc est, num. 55. vers. tertia est coniectura. Benè
Petrus Ioannes Anchar. lib. Familiarium Iuris quæstionum, qu. 34. in lib. 1. Latissimè Gab. Rom. lib. concl.
6. concl. 1. & seq. in tit. de consuet. qui infert ad plura
pro interpretatione contractuum, vel vltimæ voluntatis. Doctissimè Ioseph Ludouicus lib. Communium
Conclusionum, conclus. 38. in tit. de obseruantia subsequuta, & eius effectu, Diaz in Reg. 328. & 275. Afflict.
16 decis. 44. vbi nouissimè. † Item voluntas ipsa per præ-
sumptiones probatur, vt voluit Fel. in Rub. de probat.
& Barbat. in cons. 39. vol. 4. Item coniecturis: nam &
ipsæ coniecturæ testantis voluntatem ostendunt, Menoch. cons. 95. num. 34 & cons. 150. num. 46. vol. 1. Benè
17 verum est quòd † testatoris militis voluntas in hac
Regula non complectitur, quæ debet expressè probari,
18 non per ambages. Ideòque † relicta ab instituto, non
soluuntur à substituto in militis elogio, prout sic firmat idem Menoch. lib. præsumptionum 4. præsumpt. 14.
incipiente, Dubitatam: qui relatis opinionibus potiùs
videtur Alciati, & Vaconij, quam Bald. sententiæ inhærere, refertque opinionem Viglij distinguentis, & tan-
19 dem decidit † dispositionem legum iam hoc iure. de
vulgari, & pupillari, ff. & l. cum auus, ff. de condit. &
demonstr. locum in testamento militis non habere, de
quo videri potest præsumpt. 15. & 16. in d. lib. 4. præsumpt.

Ad num. 7.

20 Adde, † vt non modò falsa causa vitiet institutionem
sed etiam vitiat legatum, si causa legandi alias est obligatoria. Ita Cartarius in decis. Genuæ, dec. 133. incip.
Secundùm ea, num. 12. ex doctrina Bart. in l. 2. §. Adeò,
21 ff. de dote prælegata. † & non modò vitiat institutio-
nem, & legatum, sed etiam contractum. Ita Peregrinus
egregiè in cons. 8. incipiente, Prosequendo, num. 5. post
Decium in cons. 317. incip. In causa istorum nobilium,
22 num. 2. † & non modo vitiat institutionem, legatum,
& contractum sed etiam vitiat Rescriptum, & Gratiã.
Decius cons. 373. incipien. Viso cons. num. 13. Peregrin.
23 col. 2. incipien. In causa num. 3. Causa † falsa vitiat De-
cretum si decreto tacitè, vel expressè originem dat,
Alexand. cons. 69. num. 3. incip. In causa, & in lite, vol.
24 2. † & nedum si falsa causa in totum est falsa, sed etiã
in parte, Bald. in l. non sortem, §. si centum, vers. Idem
dico in decretis iudicum, nu. 2. de condictione indebiti.
Nouissimè Brunorus à Sole lib. Propositionum Compẽdij resolutorij Iuris pag. mihi 28. in verbo, causa falsa.
25 † Alia de falsa causa an reddat sententiam, confirma-
tionem, rescriptum, & alias dispositiones nullas, doctissimè scripserunt, Cephal inter consilia vltimar. voluntatum, Dec. 136. n. 1. & seq. vol. 2. Riminald. iunior consil. 355. n. 24. & seq. vol. 4. Latissimè Borgninus in decis.
incip. Per instrumentum, n. 34. 35. & 40. & decisione
prædicta plurima dicit in parte prima, omninò videndus circa rescripta Pontificis Maximi, & quòd vitiet
falsa causa sententiam, libellum, confessionem, cessionem, & contractum etiam si fiat ex certa scientia. De
sententia voluit Castrensis post alios in l. fin. ff. quod
cum eo, Felin. in cap sicut de re iudicata. De libello Bal.
in l. fin. prima opposit. C de edicto. Diui Adriani tollendo. De confessione Bal. in rubr. de constituta pecunia,
n. 8. vers. deinde venio. De cessione, ipsemet Bald. (qui
omnia dixit) in l fin. in fin. vers. interdum falsa causa
exprimitur. In cessione actionum C. de falsa causa adiecta legato, & de contractu distinguit in eadem l. nu. 3.
Sed videndus Alex. cons. 89. Viso puncto, num. 12. & 14.
volum. 2. & cons. 77. incipien. Viso titulo num. 3. vol. 5.
26 † Sed an falsa demonstratio rei demonstratæ adiecta,
destruat legatum, vel contractum, Petrus Ioannes Anchar. q. familiari 72. incip. Deposuerat, num. 6. li. 3. Doctores l. si quis in fundi vocabulo, de leg. 1. & in leg. demonstratio falsa, de conditionibus, & demonstrationi-
27 bus, † & an falsa causa vitiet legata, & donationes in-
ter coniuges factas, & an causæ commensurari debeat
in donationibus, & legatis inter coniuges factis, doctissimè: vbi decisum dicit, & per ipsum obtentum,
Franciscus de Amicis, in lib. feudorum, in impressis
Neapoli anno 1596. 68. in cap. incipiente, Hoc etiam
28 verbum, † an vitiet excommunicationem, videndæ
sunt glossæ in c. 1. & in c. sacro. de sententia excommunicationis, & glo. in c. 51. Episcopus, 11. q. 3. & in c. 1. 4.
q. 5. & Decius in cons. 213. incip. In causa Cathedrali,
29 num. 5. † ego autem timendum excommunicationis
gladium teneo, qui qualiter sit exercendus Sacrum
Oecumenicum Concilium in cap. 3. incip. Quamuis 25.
sess. declarat post tex. in cap. multi, 2. quæst. 1. & in cap.
visis, 16. qu. 2. & in cap. corripiantur, 24. qu. 1. & in cap.
directo. de sententia excommunicationis, in 6. vbi latissimè Doctores, & in Enchiridio de Censuris Feliciani
Episcopi Scalensis. Latissimè scriptum reliquit Iacobus
Menoch. casu 54. 542. 443. 544. & 545. in centuria 6. post
alios, de excommunicationibus, & earum materia, &
Iul. Clar. §. fin. qu. 77. vbi Baiardus. Nouissimè Lopez
de Salcedo, in Pract. Criminali Canonica, cap. 33.

Ad numerum 9. & 10.

Adde Cagnolum in Authentica, cessante, cod. de lib.
præter Molinam in lib. 1. primogenitorum Hispaniæ,
cap. 5. num. 4. Signorolum cons. 11. nu. 13. Gratum cons.
108. num. 31. vol. 2. Menoch. cons. 346. & lib. præsumpt.
4. præsumpt. 24. incipiente, Non semel in dubium reuocat. Hart. Hartm. in lib. 2 de testam. in cap. 21. Atismin.
in lib. Sententiarũ iuris, latè in titulo de inutilibus stipulat. lib. 2. vers. verisimilitudo, vbi hunc Præsidem allegat in hoc nu. 11. & in tit. de falsa causa institutioni,
legato, vel fideicommisso adiecta, fol. 344. & de hac l. si
30 pater. & l. nec apud, in hoc num. 10. & † an institutio
nulla ob errorem testatoris valeat, saltem in vim fideicommissi, Peregrinus in tractatu de fideicomm. art. 2.
num. 19. & 20. qui de hac decisione loquitur. Petrus
Surdus nouissimè in dec. Mantuæ, dec. 104. incip. Impugnando à num. 31. vsque ad finem. Rolandus in cons.
31 11. num. 78. volum. 4. vbi, quòd † licèt consanguinita-
tis causa sit finalis, & vitiet, vt latè idem Surdus dixit,
32 in cons. 1. num. 25. volum. 1. tamen in hoc facienda † est
distinctio inter vltimam voluntatem, & contractum:
33 & † quando consanguinitas esset, vel esse deberet in-
ter testantem, & institutum, vel legatarium, secus si inter legatarium, & tertium, vel hæredem institutum, &
tertium, quia tunc causa finalis consanguinitatis cùm
non sit institutio, vel legatum, non annullantur: quod
etiam voluit Cardinalis Mantica, inter Scribentes celeberrimus, in libro coniecturarum vltimæ voluntatis,
8. tit. 16. num. 2. & seq. & Menoch. de præsumpt. lib. 3.
34 præsumpt 28. † vbi relictum filiifamilias sui ipsius
contemplatione relictum censendum dicunt, non contemplatione patris, prout dixerat ipse Surdus, in num.
35 35. d. decisionis. † Licèt consanguinitas maior sit in
36 patre, quàm in filio, † & de priuilegio consanguinita-
tis, & an consanguinei in beneficijs conferendis sint
præferendi extraneis, Hieronymus Ceuallos Hispanus, in Speculo communium, contra communes, anno
1604. primitus Venetijs impresso, casu 275. incip. Prælati, & quid in officijs infra decis. 210. num. 13. Montanarius in Pragm. 2. quæst. 117. de administratione Vniuersitatis, num. 333.

Ad numerum 16.

37 Adde, † quòd filius non succedit in feudo, etiam ex
pacto, nisi sit hæres allodij. Couarruu. lib. 2. var. resol.
cap. 18. nu. 4. ibi, secundum, & seq. Anna cons. 18. incip.
constit. nu. 12. qui multos allegat, & huius dicti ratio-
38 nem assignant quidam, quia † feudum ex pacto nouũ
in omnibus, & per omnia habet hæreditarij naturam.
Ita Marin. Frec. in Subfeud. in 29. authoritate Baronis,
39 & † in feudo ex pacto, & prouidẽtia antiquo, siue paterno, differentia est constituta, de quo Arius in l. 1. 2.
parte,

parte,num.35.de bonis maternis. Afflict.*dec.*112.Capic.
40 *dec* 97. † alia dixerunt Nouissimi Scribentes,quorum opinio, quia dubitabilis, & his responsum dedit hic
41 † Præsidens eminentis scientiæ, & doctissimus ille Regens à Ponte, qui legum Pons verè dici potest, in principio decisionis huius allegatus. Ideò hoc institutum silentio pertranseundum statuo, & ad num. 18. deueniendum. Ad quem adde, quæ dico de fratre instituente hæredem, non turpem personam, *infra dec.*63. *& ad hunc num.* vide Ozascum *dec.*162.*& quæ ego dec.* 6. & nouissimè Bambacarium *in cap.Titius,p.*187.*si de feudo defuncti,quæst.*1.

Ad num.20.in ver.

43 De † hærede instituto in re certa, an loco legatarij habeatur, vel hæredis, vt est institutus. *Ad materiam l.quoties,de hered instituendis* omninò vide (amantissimè lector) Præsidentem hunc *in decis.* 293. Magnificum Innocentium de Tuso,*nu.*3. *&* 4.Roman.*in cons.* 81.*num.*20.*vers.ad hoc respondetur* Gulielmum de Benedictis,*in cap. Rainutius.in verbo in eo testamento, in princ.n.*2.5.*& seq.de testamentis* Marcum Mantuam, *in lib.*2.*Locorum Communium, cap.*34. Afflictum *in dec.*38.Quidam testator in fine,Menochium,*lib.*4.*præsumpt.præsump.*20.*incip. Coniecturatis.* Brunorum à Sole,*in Compendio propositionum iuris,in verbo,hæres*
42 *in re certa*, qui † hæredem institutum in re certa loco legatarij habendum dicunt, si tamen cohæredem ha-
43 beat. Verùm quo † ad ius accrescendi dubitat, & multa loquitur ipse Brunorus,*in dicto verbo,& in verbo institutus in certa summa est, in verbo, legatarius in re legata, & in verbo substitutio facta in re certa, fol. mihi* 104.*à tergo* 112.*à fronte* 121.*à tergo, & fol.*189. *à fronte.* Sed nouissimè de hoc videndus est Gornazza-
44 nus *in dec.*150.Rotæ Lucensis. Sed èconthra † an verbum,lego,adiectum vniuersitati bonorum,inducat hæredis institutionem nullo cohærede dato, Gulielmus de Benedictis affirmatiuam tenuit, & communem dixit in dicto *cap. Rainutius, n.*3.*de testam.* Sed contrariam communem esse pro negatiua non dubitauit asserere Couaruuias *in cap.Rainaldus,§.*1.*num.*5.*de testam.* &
45 pro negatiua possent esse quæ scripsimus supra † quòd institutus in re certa, appellatione hæredis minimè
46 venit. Sed † affirmatiua verior est, non dato cohærede, vt dixi, & ita nouissimè Cauallos *tenet, in quæst.* 274. *allegati Speculi communium contra communes.* Nouissimè Fachineus *nu.*6.*lib.Controu.Iuris, cap.*15.
48 Et quòd † institutus in re certa non teneatur ad debita,& creditorum onera, & sic institutus in legitima, Consiliarius Anna *cons.*4 *incip.In trac.n.*44.*vol.*1. qui allegat Præsidentem hunc, & Menoch.*cons.*464.*num.* 30.*&* 31.*volum.*5. & Anna pater *in cons. siue allegat.* 126.*incip.In præsenti causa,n.*10. licet ipse Anna filius,
49 opinionem Iacobi de Beluis. † in feudis ex pacto nouo proculdubio procedere dicat, in quo videndus est Capic. *dec.*198. vbi Auditor Petra, & nouissimè Doctor Mastrillus Parthenopeus, & aliqua dixi *in decis.*61.*incip.de Causa.*

Ad Verb. Tertio dicebatur,num.21.

50 Adde Præsidentem hunc *decis.* 368. dicentem † feudum hæreditarium filio in legitimam imputari, & ad-
51 de † quod filius non admittitur ad feudum concessum pro aliquo, & hæredibus, nisi sit hæres progenitoris, secundum Crauettam *cons.*197 *num.*5. *& cons.*256. Rolandum *cons.*67.*vol.*1.*& cons.*3.*vol.*4.*cons.*10.*num.* 9.*vol.*3. Menoch. *cons.*191.*nu.*8.*vol.*2.*& cons.*194.qui
52 dicunt, † quòd succedens feudo hæreditario,debet es-
53 se hæres sanguinis, & hæreditatis, † & quando feu-
54 dum dicatur hæreditarium, & quando † hæres renuncians feudo hæreditario, possit contrauenire facto pa-
55 tris, & † an possit feudum reuocare ex propria persona. Decius latè *cons.* 184. 193. 390. 395. & 445. vbi
56 Modern. de † feudo hæreditario an imputetur in legitimam, videndus est Præsidens.*infra decis.*368.*incip. Magna est*, & an imputetur in Trebel.*in decis.*388. *incip.Decis.a per Sacrum*, vbi dico ad hunc numerum. Adde Tobiam Nonum, *cons.*23.*num.*17.

Ad num.22.

Adde quòd idem tenet Dec.*in cons.*78. *incip. Licet, nu.*6.Natta *cons.*159.*num.*12.Cephalus *cons.* 152.*num.* 57.Iulius Clarus *in §.feudum,quæst.*9.*num.*4. *& quæst.* 76.*n.*3.*in fin.* Afflict *decis.*140. *&* 240. Ozascus *decis.* 161.*Senatus Pedemont.*Milanensis *in decis.Siciliæ,nu.* 18.*& seq.& decis.*8.*num.*220.Peregrinus *in cons.*7. *incip.Viso puncto,num.*6. vbi etiam de feudo misto. Brunorus *in dicto Compendio,in verbo, feudum receptum simpliciter*, qui plures cumulat ad hunc numerum. Ro-
57 landus *cons.*97.*nu.*39. *vol.*1. † & an feudum istud imputetur in legitimam filio, Surd.*in decis. Mantuæ* 235. *incip.Conclusum fuit*,& quod dixit in hoc num. Præsidens, sequitur de Patris *in lib.*2.*tit.de feud. in cap. de feudo ex pacto* 13.*mihi* 92.*colu.*4. *vers.feudum hæredi-*
58 *tarium.* † Feudum nouum ex pacto, & prouidentia, an vni filiorum prælegari possit consentiente Principe, post alios Brunorus *in dicto libro, in verbo feudum nouum,& in verbo pater*,licèt in feudo 13 *mihi* 87. *à tergo,& fol.*148.*à tergo*,qui allegat Afflict.112. & 138. &
59 Vrsillum,& alios tenentes affirmatiuam, † quod secus esset in feudo antiquo, vt latè scribit Cephalus *cons.*3.
60 *num.*34.quod autem † pater simpliciter feudum accipiens absque mentione liberorum, vel hæredum, pro filijs,qui sint hæredes accepisse censeatur, Paris.*cons.*2. *num.*18.*cons.*3.*num.*9.*cons.*23.*num.*159.*vol.*1.Cephal. *in cons.*617.*num.*86.*cum pluribus seqq.*

Ad num.24.

Vide infra *dec.* 159.*vbi dico*,& Consiliarium Annam, qui plures allegat *in allegato cons.*4.*incip. In hac nu.*5. *volum.*1. vbi idem quod hic,*& num.* 10.relatis pluribus opinionibus residet in hac cum Præsidente, dicitq; ita
61 fuisse decisum in causa Isabellæ S.Basilidis, † & plura de vita militia taxanda, & quòd tempus attendatur, ego dicam infra *decis.*61.*incip.in causa, & dec.*49.

Ad num.29.

62 † Ad *l.cùm à matre*, vide Grammaticum *decis.*93. vbi sex limitationes de Bottis, & Carauitam ad ipsam legem; Præsidentem infra *decis.*83.*&* 153.Capicium, *decis.*121.*num.*3. Afflictum *decis.*128. Boer. *decis.*23.
63 Ozascum *decis* 41.*num.*10.*&* 15. † vbi quòd hæres ligatur iuramento defuncti, quoad obseruantiam contractus, licèt non quoad pœnam, Gabriel.Roman.latissimè *lib.*6.*Conclusionum de reg.iur conclus.*11.*nu.*1.
64 † Sed istam regulam, quòd hæres non potest venire contra factum defuncti, Doctores declarant *in l.ex qua persona,de reg.iur.*Brunor.*in verbo, factum hæredis,fol.*84. quando defunctus reliquit hæredi id, quod relinquere debet, aliàs hæres contrauenit facto defuncti,& isto modo Ozascus,*in decis.*180.*declarat*, & Tiraquel.*in lib.de retractu Lignagier.§.*1.*glos.*9.*num.*58.
65 † An autem l.ipsa extendatur ad feudalia, etiam inuentario confecto.Dec. *cons.*207. *incip.ad clariorem,*
66 *in fine.* Ias *in l.*1.*de constitutionibus Principum.* † An autem procedat, quoad Pontificem, Regem Catholicum potentissimum, & Imperatorem, latissimè exornat ipsemet Ozascus *decis.*67.Gramm. *decis.*113. Paulus Fuscus Episcopus Rauelli,*singulari* 13. *&* 16.*incip. Hæres,in littera A.Scribentes in cap.omnes filij, num.* 4.*& in cap.Titius, num.*38.*si de feudo defuncti militis,*
67 † & vtrum Clericus successor teneatur obseruare, Paulus Fuscus *singulari* 125. *incip. Clericus successor*, alia ponit Maranta *disputatione* 10. & Alphanus *in d.*
68 *l.cùm à matre.* Sed notes candidè lector, quòd † hæres pro ea parte tenetur, pro qua succedit, & non

pro

pro alia. Pinellus *in l.3.parte,verſ. & eadem concl. ſio, num.79.C.de bonis maternis*,Coſta *de ratione rata*. Et nouiſſimè, & abundanter Surdus *in deciſ.224.incipit*
69 *inter filias,& ſignanter num.21.*† An filij ex perſona propria poſſint petere ſucceſſionem,licet mater renunciauerit bonis maternis,paternis,& alijs.Præſidens,*infra, dec.87.ad quam plurima.*

Ad num.30,verbo, & nihilominus.

Adde Innoc.*in ca.ab excommunicato, verſ.Si enim de reſcript.* de quo dictum eſt aliquid *infra dec.602.* Maſanta *conſ.43.*

Ad num.32.

70 Adde, quòd † prohibitio Principis Legis vim habet, & dominij translationem impedit. Anna ſenior *in conſtitutione,Diuæ memoriæ,num.46.* & Anna iunior *conſil.38.incipit. Quæ in hac cauſa, num.52.& ſeq.* & no-
71 tandum eſt,quòd † prohibitus alienare,cenſetur etiam prohibitus promittere de alienando, Decius *in conſ.23. 1.col.*& Anna Conſiliarius *conſ.79.nu.15.incip.Quam-*
72 *uis*† quia prohibito vno, prohibita cenſentur omnia, per quæ peruenitur ad illud,*l.Oratio,ff.de ſponſalibus*,
73 & ipſe Anna *conſ.75.incip.Dixit,num.21. vol.1.*† Sed contrarium dicit eſſe verius Brunorus à Sole, *in verbo alienatio fol.10.& in verbo promittere*,aliàs prohibitus alienare, qui dicit alienationem non dici factam, nec pœnam incurrere ex ſola promiſſione alienandi, ſi ad traditionem non eſt deuentum, allegatque hanc eſſe communem opinionem, ex Curtio *in conſ.8. in fin.*ex Tiraquel.*in lib.1.Retractus,§.1.gloſ.2.num.41.* ex Conaruu.*lib.2.reſolutionum,cap.16.num.7.verſ.non enim dicitur res aliena*, & idem concludit ipſe Brunorus in verbo, emphyteuta alienans: ſed latiſſimè, & nouiter hac de controuerſia, & concluſione videndus eſt Doctor. D.Stephanus Quaranta, *in Summa Bullarij, in verbo alienatio* doctiſſimè tractans materiam *Extrauagantis Ambitioſè, de reb. Eccleſiæ non alienandis.*
74 † Sed an prohibitus alienare prohibitione hominis, hæredem extraneum inſtituere poſſit, ſi prohibitio ſit fauore familiæ, Gabriellus *concluſ.10. ſub tit. de fideicommiſſis*,ipſemet Anna, *conſ.53.num.79.* Peregrinus *de fideicomm.art.40.num.57. dec. Pedemontana*, 85. Surdus *dec. Mantuæ.124 incip. Prohibitionis, & dec.*
75 *254.incip.Vt demonſtraret, num.10.& ſeq.*† An autem prohibitio alienationis facta fauore familiæ, fideicommiſſum inducat, & quale, Ceuallos *in d.lib.Communium contra communes qu.525.incip.Satis confuſè*, qui omnes allegat, & Marzarius *in Tractatu de fideicommiſſaria ſubſtitutione*, & Regens à Ponte doctiſ-
76 ſimus *in conſ.46.incipiente.Ex moleſtia*. Et † an prohibitus alienare prohibeatur rem obligare, vel ſuper eam ſeruitutem imponere? quòd ſic,*vide text.in l.fin.*
77 *C.de reb.alienis non alienandis.*† Sed prohibitus alienare, poteſt ſe ad alienandum obligare, & non cadit à feudo, Regens à Ponte, *in conſ.85.incip.In hoc puncto.*

Ad num.39.

78 Adde quòd † legitima dicitur pars debita, & loco ipſius ſucceſſit paragium, & vita militia, & alimenta:
79 † & quòd ſit loco vitæ militiæ, & vita militia loco legitimæ, concludit hic Præſidens *infra dec.20,num.9.*&
80 Anna Conſiliarius, *conſ.6.incip.Quæ pro huius*. † & ipſa legitima debetur in ſtabilibus, ſi adſunt, non in pecunia, vel alluuioni ſubiectis, Magonius *in dec. Florentiæ.35.incip.In cauſa, vbi plura*, & quod legitima iure Naturali, & Ciuili abſque onere debeatur,ipſemet
81 Magonius *in deciſ.Lucenſ.85.incip.Egregius*,vbi † an fructus bonorum tranſcendentium legitimam,computentur in legitimam, & de his,& alijs cumulanter ſcribit Surdus *in dec. Mantuæ 25.incip. In relatione, vbi*
82 *num.11.* † *l.iubemus,dicit non extendendam eſſe vltra caſum in ea contentum, de quo dicam infra dec.20. nu.*
83 *etiam 11.& alijs.* † & quòd vita militia maſculis, & paragium feminis loco legitimæ tradantur.Anna Conſiliarius ſuperiùs *alleg.conſ.75.incip. Dixit*. & Præſidens *infra deciſ.61.num.3.& 4.* & ibidem Anna con-
84 cludit, † compromiſſi prohibitionem ſuper vita militia, extendendam eſſe ad paragium,quia alimentorum loco traduntur, & alimentis æquantur, Affl.ct. *deciſ. 232.*Mag.*num.5.* & quòd ſit portio, & onus feudi in
85 *dec.138.num.2.*Idem Afflict.*incip ſtante* † vbi decidit compromiſſum ſuper vita militia, non valere, ſi dubium ſit an debeatur, ſecus autem ſuper quantitate, quidam Moderni *in cap.omnes filij,ſi de feudo defuncti militis,qu.6 num.1.*alia cumulant; ſed quia trita materia eſt, & de ea ſcripſit quoad ſeminas Regens à Ponte
86 pluries allegatus,*in conſ.65.incip.in terminis*,vbi † an paragium poſſit eſſe minus legitima, *& in conſ.79. incip.Prætendit* Dom. Marcellus, vbi de vita militia maſculorum. Ideò alios ſilentio pertranſeo,ne ſuperfluis papyrum occupem, & fur alienæ ſim laudis. Alia vide circa taxationem vitæ militiæ, & circa alia *infra dec. 20.& 61.*& D.Garſiam Maſtril.*in Tract.de Paragio.*

Ad num.41.

87 Adde † an hæres in re certa, teneatur ad onera, poſt allegata ſuperius, vide Paulum de Caſtr. *in conſ. 347.incip. Quia* Piſanellum ad Afflict. *in deciſ.48.* & Afflict. *in deciſ.38.*

Ad num.42.

88 Adde † de Baronia, & quis poſſit eam facere, & de
89 vnione † feudorum, ex quibus verbis facta cenſeatur, Conſiliarium Annam, *conſ.44.incip. Quæ hanc cau-*
90 *ſam,volum.1.* Item nota, quòd † Baronia conſtat ex multis corporibus, & an poſſit habere feudum in alieno territorio, & an iudicetur ſicut Comitatus,& Marchionatus, Regens à Ponte doctiſſimus,*in conſ.57. incip.In paucis*, ni fallor, & per hæc finis ſit impoſitus Annotationi ad hanc primam deciſionem, ad laudem Sanctiſſimæ Trinitatis, & Beatiſſimæ Deiparæ Vir-
91 ginis Mariæ. Flauius Amendola, V.I.D. † Item an hæres in re certa gaudeat remedio *l.fin. C. de edicto Diui Adriani tollendo*, & an comprehendatur in conceſſione facta pro hæredibus, & in feudis, nouiſſimè, vide Fachineum *in lib.4.controuerſ.Iuris, cap.20. & 21.* ad illud, quòd dicit Præſidens num.prædicto, quòd Baronia eſt quid vniuerſale, ſicut peculium caſtrenſe, Adde Iſerniam contrarium dicentem, *in cap. 1. §. ſimiliter,in 2.Addit.de cap.qui cur.vendidit, & de feudo in cap.1.quid ſit inueſtitura*, vniuerſitatem facti eſſe dicentem.

ADDITIO D. NOVARII.

LEGATVM factum cohæredi in Burgenſaticis, ſoluendum à cohærede in feudalibus certæ quantitatis, ſi altercatio orirerur in ſucceſſione feudali inter hæredem inſtitutum cum altero ſuccedere volente, an legatum prædictum ab alterutro, vel vtriſque debeatur, non obſtantibus prætenſionibus hæredum in hac Deciſione fuit iudicatum in fauorem legatarij Hoſpitalis, & ita obſeruatur apud Peregr.*de fideicommiſ.art.2.à num.19.cum ſequen.* Ann. *conſ.4.num.12.& conſ.31.num.8.* Georg. *alleg.19.nu. 61.& allegat.20.num.43.*abundè de Ponte *in ſuo conſ. 13.à num.19.cum ſequentibus vol.1.* quos in facti contingentia, dum eſſem requiſitus de voto in anno 1620. fui ſecutus, & ita audiui deinde executum, licet totum oppoſitum diſputatiuè ſcribat Amic. *in tit.de his, qui feud.dar. poſſ.*, *faciunt etiam num.9. & in §.veniendo ad primam ſub num.12.* Tu tamen cum non ſequaris, ſed deciſioni tali factæ ſige pedes.

OB-

OBSERVATIONES I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA MELPHICTEN.

SVMMARIVM.

1 *Frater patruelis institutus in feudo antiquo hereditario exclusus fuit per amitam à successione: affertur ratio, cum intellectu ad text. contrarium in ca. 1. de eo qui sibi, & hered. suis mascul. &c. num. 2.*

3 *Decisio vera erat tunc temporis, sed hodie per gratiam indultam Regno secus.*

4 *Referuntur exempla exclusionis fœminarum, sed exclusionem filiæ non approbat Auctor, & declarat in quo feudo procedat gratia, num. 5.*

6 *Discutitur quæstio. An sit necesse in disponendo exprimi gratiam, & adducitur pars aiens.*

7 *Resoluitur negatiuè, & occurritur contrarijs impensius si vasallus leget aliquid mulieri, ac traditur, quis masculus debet institui, num. 8.*

9 *Extraneo instituto in feudo non competit remedium, l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*

10 *Succedens in feudo hereditario ex lege inuestituræ alio instituto in eo an teneatur ad legata congeruntur Auctores negantes contra D. Pres. & innehentes contra decisionem D. Gizzarelli.*

11 *Propugnat D. Io: Baptista Mucci opinionem Afflicti explosam hic, & per D. R. de Marin. in materia feudi hereditarij cum clausula iuris Francborum, vt sit ex pacto, & prouidentia.*

12 *Euertitur defensio, & resoluitur controuersia contra succedentem in feudo.*

13 *Heredes ab intestato ad legata tenentur, quoties testator errauit cum instituit heredem.*

14 *Excutitur articulus. An si quis institutus fuit in vno, vel aliquibus feudis alio in ceteris, & in allodio instituto, cogatur ad legata, & videtur negare D. Meus.*

15 *Statuitur opinio affirmans conuallata decisione cum restrictione.*

16 *Legato feudo non debetur extimatio reiecta opinione D. Præsidis, & D. Rodoer.*

17 *Filius institutus in allodio an valeat repudiare allodium, & capere feudum ex pacto, & prouidentia.*

18 *An possit filius grauari in feudo hereditario, & quænam sit legitima, & an collateralis, n. 19.*

20 *Masculus institutus virtute gratiæ an possit grauari in toto valore feudi.*

21 *Successor in feudo hereditario tenetur contribuere in oneribus cum herede in allodio.*

22 *Ius retractus vtrum militet in feudo hereditario, vel mortuo, aut nouo, num. 23.*

24 *Repugnans videtur dicendi modus D. Præs. ex Baldo asserentis feudatarium ad instar militis posse habere duos heredes vnum in feudis, alterum in allodio.*

25 *Defendit Auctor comparationem feudatarij cum milite allatam.*

OBSERVATIO I.

1 MVtata ex temporum differentia videtur decisio emanata per R. C. S. relata hic in principio, per quam in feudo antiquo hæreditario amita vti proximior immissa
2 fuit in possessionem feudi, excluso fratre patruele instituto hærede in eo, in controuersia enim si prærogatiua secus excludat prærogatiuam gradus & frater patruelis, quamuis remotior preferatur amitæ, verissima est sententia, fœminam proximiorem anteponi masculo remotiori in succedendo, vt docuit Isern. *in c. 1. de eo qui sibi, & hered. suis mascul.* & ex Anna Minad. & alijs probat D. Capan. *de iur. adoe q. 7. num. 29.* & hoc post constitutiones Regni in aliquibus, & vt successionibus habilitantes fœminas ad feuda, & post gratias concessas Neapol. & Regno prius ad fauorem patrui, & amitæ, & deinde fratris patruelis, vt in cap. gratiarum anni 1536. inserto in prag. 12. de feud. & pro amita firmant Camil. de Larath. *in theatr. feud. p. 9. dilucid. 81. num. 7.* P. Vrsin. *de success. feud. p. 3. qu. 9. art. 1.* D. de Marin. *lib. 1. resolut. 126. num. 74.* rationes affert Vrsinus quia amita est proximior, & prior in gratia, & potior in consequentiam fratre patruele.

2 Non turbat, quòd in feudis masculi præferuntur fœminis iuxta ius Francorum, & proinde masculus censeatur proximior in successione, vt *in d. c. 1.* & tradunt Peregrin. *de fideicomm. art. 21. num. 19.* Giurb. *de succes. feud. §. 2. glos. 13. num. 33.* & 34. Fusar. *de substitut. qu. 357.* Altograd. *cons. 91. num 21. lib. 2* quia textus loquitur in terminis inuestituræ præferentis omnes masculos fœminis, non tamen quando præferuntur solùm masculi eiusdem gradus, & lineæ, vt in Regno ita respondent, Capan. *vbi sup.* & Lanar. *cons. 1. num. 35.* & priùs Isern. *in d. c. 1.* & alij quos Mol. *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 4. num. 5.* & Vrsin. *par. 2. qu. 4. art. 2. num. 18. & qu. 5 art. 2. num. 9.* cumulant.

3 Verumtamen firmata conclusio procedit, quando ageretur de successione intestati, & in successione ex testamento vera erat tempore D. mei, sed virtute gratiæ insertæ in *pragmat. vlt. de feud.* attributa est facultas feudatarijs disponendi tàm in actu inter viuos, quàm in vltima voluntate in beneficium masculi remotioris ex familia, & assensus habetur pro præstito, & sic potest feudatarius amitam excludere instituendo fratrem patruelem, vt indiuidualiter Camil. de Larath. *vbi sup. dilucid. 81. num. 8.* Montan. *contron. 10. num. 32.* D. R. de Marin. *num. 75.*

4 Gratia eiuscemodi fuit pluries obseruata, vt in causa Marchionis Casæ Alboris, qui instituit Vincentium Caracciolum fratrem patruelem, dum aderat Iustiniana Caracciola soror, & ita fuit practicatum per Principem Collis super refutatione facta ad beneficium Fabritij de Summa fratris vtrinque coniuncti de terra, & titulo Marchionatus Circelli dum habebat filias, quæ & alia exempla ex Rouit. *decis. 94.* Montan. *de regal. §. fin. num. 7.* R. Sanfel. *decis. 262.* colligit consil. Rocch. *tom. 1. resp. 44.*

5 Exemplum exclusionis filiæ haud ipse approbo ex verbis pragmaticæ, dum in supplicatione insinuatur modicitas damni fœminæ hoc medio, *atteso che come succederia la femina, succede il masculo, nè meno si causeria molto danno alle femine, potendo hoggi il feudatario grauarle sopra il feudo insino al valore del feudo*, qui sermo non adaptatur filiæ, quæ nequit grauari in toto valore feudi, vt infrà demonstrabitur, & gratia loquitur de feudis hæreditarijs tantùm, vt in fine pragmaticæ, quamuis filię exclusionem admittere videtur D. R. de Marin. *lib. 2. resol. 22. n. 11.* cuius viri authoritas relinquit cogitādum, & placitum meum an sit consonum pietati, & iuri videant alij. Verùm posthæc scripta in *allegationibus* Doctissimi I. C. D. Bartholomæi de Luca respond. ad difficultatem, vidi quòd legitima filiæ non impediat grauamen vsque ad valorem feudi, cùm legitima debeatur in extimatione feudi, & dicta gratia sit tributa ob bonum publicum, vt feuda conseruentur in familia, nec excludat filiam ex culpa, vel delicto, ex *Brun. in tract. de stat. exclud. fem. art. 6. n. 71.*

num.71.& 298. & vlterius dicta gratia velit, vt maritandæ possit relinqui quòd videtur ipsi feudatario, & verbum videtur importet arbitrium boni veri adhuc autem timeo approbare opinionem contra filiam, dum Capitulum eam non exprimit & quando non concurrit masculus nec ipsum feudum est eius legitima, seù in eo debetur, & quando gratia dat facultatem relinquendi fœminæ si maritata sit, vel vidua, fœmina semper ponit in libertate feudatarij si velit relinquere, per verbum possit ex Ludouis. *dec.*85. imò addit quòd possit legare ex beneuolentia supponens per necessarium antecedens non esse filiam.

6 Concertatio est, si militet gratia, cùm feudatarius non expressit disponere vigore illius, & perfunctoriè pro negatiua sentit D. Staib. *contur.*2. *resol.*199. & videtur tenendum ex Bald, & Afflicto adductis per Frec. *de subfeud.lib.*2.*quæst.*3. vbi potestatem habens aliquid agendi de iure speciali, & de iure communi, si velit agere de iure speciali debet dicere, aliàs nihil facit. D. Reg.Galeot.*lib.*2.*controu.*49.*num.*40.*& cons.*51.*à nu.* 39.*vsque ad fin.* ratio etiam potest esse, nam secùs plura specialia concurrerent.

7 Contrarium probat D.Rocch.*vbi sup.* in dubio enim quisque censetur disponere iuxta ius municipale, & non ius commune. Mantic.*de coniect.vltim.volunt.lib.* 6.*tit.*7.*num.*2. Gratian.*discept.*99. R. Latr. *dec.*3. *nu.*4. & assensus d. pragmaticæ in legis dispositio. Montan.*de regal.num.*2. & in simili in maioratus institutione, vt intelligatur facta virtute facultatis Regiæ obtentæ licèt non fuerit expressa, probat Molin.*de Hisp. primog. lib.*2.*cap.*7.num.68. vbi refutat dissidentes, & securè dum gratia est generalis, & effecta ius municipale, & non est singularis vnius facultas in quibus terminis possunt militare contraria, & Baldum, Affl ctum, & alios reijcit R.de Pont.*cons.*72.*nu* 26.*lib.*1. *& in repert. cap. Imperialem colu.*4.*lit.Q.& R.* & de Georg.*in repet. feud.cap.*10.

8 Impensiùs si feudatarius legat aliquid fœminæ pro eo quod prætendere posset, nam disposuisse intelligitur seruata forma gratiæ ita sancientis, vt vasallus leget aliquid pro dote si fœmina sit nupta, vel pro beneuolentia si esset nupta, ita Rocchus differens in casu quo feudatarius legauerat ducatos centum sorori.

Masculus autem instituendus est, qui successisset, fœmina non existente, ita docet *pragmat. vlt.* & D.R. de Marin.*lib.* 1.*resol.*29.*num.*11. vbi respondit primogenitum habentem filiam posse illam excludere instituendo nepotem ex fratre secundogenito, non autem tertiogenitum.

9 Subsistit decisio in eo quòd extraneo, vel non legitimo successori instituto in feudo non competit remedium possessorium ex *vulg.*.*l.fin.C.de edict.D. Adriani toll.* sed textus habet locum quatenus institutio fiat in personam immediatè successuram, ex lege feudi vocatam, ita de Pont.*cons.*20.*num.*6.*& cons.*62.*num.* 1.*& cons.*23.*vol.*2. Rouit.*in pragm.*11. *de feud. num.*87. vbi sequitur D.meum & perpugnaciter D.Staib. *d.resolut.* 199.*per tot.* D.de Marin.*alleg.*43. nec facessit negotium quod etiam feudi incapax potest obtinere tenutam, id enim procedit quando defunctus non esset dominus, secùs quando est dominus, nam tunc debet esse capax hæres ne succedatur diuerso iure D.Reg. Galeot. *lib.* 1. *controu.*36.*n.*30.

Propugnatores quemadmodum habet quamplures D.meus decisionum suarum, ita etiam haud paucos oppugnatores, vt R.Camillum de Curte I.C. supremæ notæ, & præstantissimum feudistam, vt spiritum contradictionis taxat Consil.Prouenzal.*ad consuet. Neap. si qua obs.*16.*nu.*16. qui Regens sub nomine nouissimi solet ipsum Præsidem allegare, & aduersus firmata in hac decis.*in suo diuersor.feudal.par.*1.*c.*15. *n.*60. sustinet succedentem in feudo hæreditario ex lege inuestituræ alio instituto hærede in eo non teneri ad legata, & debita sine assensu, pro qua sententia post alios militant Cons. de Georg.*alleg.*20. Io: Vinc. de Ann. *alleg* 96.*&* 129. Fab.Marches.Bambac. quos congerit R.Galeot. *li.* 1.*controu.*25.*num.*18. opinantes non teneri ad onera, vt succedentem, ex legis dispositione *l.ex facto, ff. de hæred.instit.* vel vti hæredem particularem in feudo *ex l.quoties, C.eod.* præterea nam alias esset indirectè disponere de feudo, & successor insuper non haberet vnde viueret, & militare posset, & de Curt.*n.*72. tradit iudicatum per S.C.& R.Coll.Cons. succedentem ex lege inuestituræ non teneri ad onera quando alius est institutus hæres.

11 Insuper descendendo ad feuda hæreditaria de iure Francorum prout sunt ferè omnia in Regno, cum ea forma, vt masculus fœminæ, & maior natu præferatur minori. Afflic.*in c.*1.*an agnat.* sentit illa esse ex pacto, & prouidentia, & confecto inuentario succedentē non teneri ad onera, & quamuis improbetur per D. meum *n.*21.& D.de Marin.*li.*2.*resol* 86. nihilominus defenditur nouissimè per D.Io:Bapt. Mucci *q.fer.*28. *à nu.*17. vbi tentat probare qualitatem hæreditariam haud naturam feudi ex pacto destruere ex *c.*1.*de alien.feud.* vbi filius nequit repudiare allodium in quo est institutus, & capere feudum ex pacto ad conseruandum honorem patris, & nihilominus feudum sit ex pacto Theodor.*alleg.*22.*num.*7. à quo vel alio Mucci desumpsit argumentum omisso Auctore.

12 Obiectionibus autem singulis occurrit D. Gizzarel. *dec.*28.& praxis admisit opinionem contra succedentē in feudo, vt R.Latro *consult.*10.*n.*20. D.Merlin.*controuer.*2.*controu.*81.*nu.*12. vbi contra Annam, & asseclas testatur iudicatum, & quamuis de Curte inuehat contra decisionem Gizzarelli tradens non causam, sed personas fuisse iudicatas, & id immeritò dum veritas decisionis confirmatur *pragm.vlt.de feud.* & fusè per Bilott.*concl.feud.*5. Amicangel.*qu.feud.*1.*à nu.*16.& opinionem Mucci extra Regnum esse substentabilem, sed in Regno secus, & feudum esse hæreditarium ostendit Theod. *vbi sup.nu.*5. & filium posse habere feudum ex pacto, & repudiare allodium demonstrabitur infrà.

13 Obseruandum est in casu præsentis decisionis, testantem instituisse hæredem in feudalibus fratrem patruelem, ad quem dixit successionem spectare, & ab eo legata reliquisse, & quamuis adducebatur, quòd non possit quis grauari in eo quod peruenit non iudicio testatoris, sed aliundè *l.qui fundum, §.filiolā, ff.ad l.falcid.* iudicatum nihilominus fuit, legata super feudo relicta deberi ab amita, ea ratione, quia testator cùm errat in coniunctione sanguinis naturalis, aut ciuilis, credens eum quem instituit esse proximiorem agnatum, qui non est, legata tunc debentur ex præsumpta mente defuncti per succedentem ex legis dispositione præsumēs lex voluisse testantem, quòd successor habeat feudū vel hæreditatem legatis grauatam *l.eam quam, C.de fideicom.vt hic n.*2. Peregr.*de fideicom art.*2. *num.*9. Barry *de success.li.*6.*tit.de instit.n.*9.& in puncto obseruarunt R.de Pont.*cons.*52.*n.* 12.*li.*1. Merlin. *d.cōtrou.*82.*n.*15.

14 Quæstio suboritur, si quis fuerit institutus in vno feudo, vel in aliquibus alio in cæteris, & in allodialibus instituto, an institutus in feudo particulari teneatur ad legata, & negant Anna *in alleg.*30.*num.*20.*& alleg.*69. Marescott.*var.li.*1.*c.*96.& alij plures quos refert, & sequitur R.Latr. *consult.*10.*à nu.*20. vbi ita sentit ex D. meo *in finalibus verbis* existimante hæredem in feudo hæredem in re certa, & rationem differentiæ assignat à casu præcedenti, vbi quis succedit in feudo non institutus, quia tunc nulla elicitur mens testatoris, vt hæres sibi succedens contra suam voluntatem debeat eximi ab oneribus, imò colligitur oppositum ex exclusione, sed cum instituitur quis in vno feudo, præsumitur quòd testator voluerit grauare hæredem vniuersalem, & non particularem *ex d.l.quoties*, ita Amat.*cons.*[illegible] *n.*29.

15 Partem affirmatiuam tutatur nobilissimus, & meritissimus Reg.Galeot.*lib.*2.*controu.* 22. vbi, ita iudicatū testatur, & ratio cogens est, nam successor in feudo dicitur successor vniuersalis, cùm deferatur titulo vniuersali præsertim expresso institutionis Amicangel.*q.* *feud.*

feud.3.nu.46. licet ſecùs ſi titulo legati deferretur feudum ex Menoch *lib.4.præſumpt.20.n.2.conſ.483.nu 5.* idem D.Galeot.*num.* 21. benè verum adhuc ſuccedens erit hæres in ipſo feudo, etiam contra mentem defuncti legantis, dum non poteſt haberi aliter feudum, & hoc reſpectu creditorum, non hæredum, hinc quòd ſoluet poterit repetere ab hærede vniuerſali ex præſumpta mente defuncti qui cenſetur grauaſſe heredem vniuerſalem, *l.debitorum pactionibus,Cod.de pact.* Lanar.*conſ.*80.*num.*45.& in ſpecie obſeruat Amicang. 9. *feud.2.num.*51.

16 Supponit D.meus *num.4.* legato feudo hæreditario deberi extimationem legatario, & ita cenſent Amendola hìc,& R.Latt.*dec* 40. vbi perdoctus Gizzius, & P.Merlin.*d.contrau.*81.*num.*68. vbi aliter tradit in hærede ſine aſſenſu, & pro legatario tenet Lanar.*conſ.*80. Gizzarell. *dec.*35. & ita iunctis aulis refert deciſum, quamuis in caſu deciſionis diſcuſſo articulo adſuerit paritas votorum.

Crebriùs contrariam præualuiſſe opinionē inquiunt Anna *conſ.*81.& eius genitor *in allegat.*125. *& tribus ſeqq.*Camil.Larath.*in theat.feud.p.9.dilucid.*10.& poſt Rouitum, & alios omni ſuo memorandus D.Reg. de Marin.ad Reuert.*obſ.*359.*nu.*1.& comprobant plenè D.Staiban.*reſol.*99. & 183. D.Galeot. *lib.1. controu.3. n.56.* vbi exemplis roborat, & ita tenendum quidquid pro legatario inaduertenter ſalua pace firmet nouiter D.Rodoer. *in addit.ad reſol.*250. D.de Marin. cùm d. opinio ſit antiquata, vt ſe excuſauit in retractatione de Pont.de pot.Proreg.*tit.6.§.2.n.9.* contrarium priùs aſſerens *in conſ.*88.*lib.*1. addo Bilott. *concl. feud.* 12. *per tot.per cap.1.de ſucceſ.feud.* & ſtringit nam legare quis cenſetur ius quod habet, etſi per obitum ſuum extinguibile *l.vxor patrui vbi glo.C.de lega.& l.quòd in verum,§.1.de legat.1.*& præterea probatur ex *l.cū ſeruus 39.apud Iulian.40.§.fin.ff.de legat.* vbi Vlpianus tradit Saluſtianos hortos, qui Auguſti ſunt, & Albanum fundum,qui eſt Imperatoris nō rectè legari ad inſtar theatri fori Campi Martij, itaut commercium non habeat legatarius,ergo nec extimatio debetur legatario, & eādem opinionem amplectitur Monta.*in tr.de reg.§. fin. n.12.in medio,& controu.18.n.15.*idem ſi feudum ſimpliciter ſit grauatum, tenent Rouit.*in pragmat.4.de feud.n.51.*& 77.Staib.*reſol.*172.*num.*24. vel conſtet de manifeſto odio vocati ad feudum D.de Marin. *li.2.reſ.* 218.& ad Reuert.*obſ.*532. ſed videndi erunt, Ann. *in repet.conſt.Diua memoria n.*113.& Montan.*d.n.*15.

17 Subnectitur inſpiciendum ex traditis *n.*19. *& ſeq.* & 28. an verum ſit quòd filius inſtitutus in allodio non poſſit illud repudiare, & capere feudum ex pacto, & prouidentia *per ca.1.an agnat.* & Iacob.de Beluis, & Georg.*in alleg.20.n.39.& in lect.feud.ca.46.nu.27.* vbi teſtatur ita deciſum in Collaterali Conſilio, à qua opinione recedendum non eſſe tradit Bilot.*concluſ.feud.5.* & hoc in filio ad patris honorem conſeruandum, ſecùs in agnato, rationes diſparitatis affert Iſern.*in d.cap.* 1, quia filios habet feudum per mediam perſonam patris, & agnatus medio alio agnato.

Contrarium verius ipſe opinor, nam pater feudū ex pacto, & prouidentia acquirit pro ſe, & filijs, vti filijs et non vti hæredibus,Iaſ.*in l.Gallus, §.quidā rectè nu. 24.ff.de lib.& poſth.*Olaſc.*dec.*162.Clar.*§.feudum, qu.* 76.Pinell.*in l.1.p.3.n.93.C.de bon. matern.* qui Auctores expreſsè tenent poſſe filium repudiare allodium, & Iſern.ſibi varius *in c.1.§.hoc quoq; nu.2. de ſucceſ.feud.* Miſing.*cent.obſ.*67. vbi ita refert deciſum in Camera Imperiali,& fusè probat Larath.*p.9.dilucid.*56. fundamentalis ratio eſt ſupra adducta,& ſimiliter plura ſunt, quæ tranſeunt ad filios licet non ſint hæredes,vt operæ libertorum debitæ ſi ijs patronorum, *l.ſi operorum,ff. de oper.libert.*quarta debita filio arrogato, vt *in l.ſi arrogato in fine ff.de adopt.& ad c.1.*reſpondetur, vt non habeat locum in inueſtitura pro ſe, & liberis, vt ex Iſern.*& alijs probat* Larath. *vbi ſup.* & allegat *deciſ.6.* D.mei vbi filia habuit feudum ex pacto ſine condemnatione ad pretium, quia non erat hæres latè Roſental.*de feud.in cap.2.de feud. diuiſ.concluſ.33. num.* 63. *& lit.K.*

18 Proxima eſt aſſertio de filio,qui poteſt grauari in feudo hæreditario in eo quod excedit legitimam, vt hìc *n.*39.& firmant Montan.*cont.23.n.1.*R.Marcian. *diſp.* 86.*nu.*3.vbi docet legitimam in feudis Francis eſſe tertiam totius feudi, quia totum feudum ipſi competit iure Francorum nulla habita ratione aliorum filiorum D. Reg.de Marin.*lib.1.reſolut.*250.Nequaquam obſtat id quod in ore omnium fertur quòd totum feudum ſit legitima primogeniti, vt Amicang.*9.feud.1. nu.*55.nam prompta eſt reſponſio,vt intelligatur traditio illa reſpectu ſucceſſionis, non autem pro euadendis oneribus, ſufficit enim, vt non grauetur filius vltra valorem tertiæ partis.Theod.*alleg.*22. Rouit. *in pragm.4. de feud. num.*116. & 117. & hanc quæſtionem eſſe hodie ſopitam in Regno per plures deciſiones S.C. deſuper emanatas demonſtrat Larath. *in theat.feud.p.12.dilucid.* 88.*num.*8.

19 Finitima eſt controuerſia de Collaterali, num is poſſit grauari vſque ad valorem feudi,& R.de Curte *in diuerſ.feud.p.1.c.multoties concedens fol.*54. & 160. tradit numquàm admiſſam talem diſpoſitionem, per quā ex grauamine totum feudum exhauriatur, vnde relinquendum iudicis arbitrio aliquid ſuccedenti ex lege inueſtituræ, inquit Bilott.*concluſ.feud.*27. & S.C.in caſu iſtius deciſionis agnoſcens motiuum iuſſit fieri appretium, quo habito compertum eſt diſpoſitionem haud fuiſſe factam de toto valore feudi, vt *num.* 39. & onera non debere abſorbere integros redditus feudi præſertim in feudatarijs dignioribus. Theod. *alleg.79.n.6.*

Nihilo ſecius recepta eſt in praxi opinio contraria, vt Collateralis poſſit grauari vſque ad valorem feudi, vt docet D.de Marin.*lib.2.reſol.73.& ad Reuert.obſer.* 532.& patet ex *pragmat.vlt.de feud.* & appretiandum feudum ad cognoſcendum valorem probat de Mar.*d. reſol.* 73. Reſtringit D.Staib.*d.reſolut.*199.*num.*69. in maſculo de familia inſtituto vigore gratiæ cum exclu-
20 ſione fœminæ proximioris, vt ille nequeat grauari in toto valore feudi, nam ceſſaret ratio conſeruationis feudi in familia, quæ fuit cauſa conceſſionis facultas indultæ vaſallis.

21 Affine eſt aſſertum *num.* 24. & 41. de ſucceſſore in feudo hæreditario ſiue præter, ſiue contra iudicium teſtatoris, vt is teneatur contribuere cum hærede in allodio in oneribus hæreditarijs principaliter, & contributio ſit pro rata bonorum præuio appretio, vt comprobat communis præceptor R.de Marin. *lib.1. reſol.*162. *num.8.& ad Reuert.obſeru.*144. & pluries iudicatum refert Larath.*vbi ſup.dilucid.86.p.9.à nu.*11. Amicangel.*qq. feud. in qu.2.num.* 50. vbi ex D.meo improbat Lanarium, Annam, & alios volentes hæredem in feudalibus in ſubſidium,& non principaliter teneri,*nu.*43. probat heredem in feudalibus teneri pro rata bonorum quidquid velint Tiraq. Anna,& alij,vt onera diuidenda ſint pro portionibus hæreditarijs inter hæredem in allodio, & hæredem in feudis refellens pariter Rouitum *conſ.91.vol.2.* identificantem contributionem pro rata bonorum,vel pro portionibus hæreditatijs, vt confundit Bilott.*concluſ.feud.* 11.*contra* Capyc.*in dec.*198.

22 Ius reuocandi ſiue retractus non habere locum in feudo hæreditario,ſeu mixto aſſerit D.meus *n.*29.& D. R.Marin.*li.2.reſ.*110. *& in alleg.*137.aliam extremam opinionem affirmatiuā tenent de Ponte *dec.* 11. R.Latr.*dec.*57. &ibi Gizz.innumeros cumulat D.Pratus ad Paſch.*de patr.pot.p.1.c.4.verſ.vlterius inſinuabam*, R. Santel.*deciſ.*100. & ita practicatum teſtatur D.de Marin.*ad Reuert.obſeru.22. num.*4 R. Marcian. *diſputat.* 38.*num.*1. Conciliarem ipſe opiniones, vt poſtrema procedat re integra poſſeſſione non capta, vel ſi feudum non ſit titulatum, nam ſuccedens in titulo ratione illius habet prælationem, ſed prima ſententia locum habeat re non integra, & factis ſubhaſtationibus, & poſſeſſione capta per *leg. ſi tempora,*

C.de fid.instrum.& priuil.hastæ fiscalis lib.10. vt planè Bilotta *consil. feud.19.num.8.& copiosè in d.alleg.127. per tot.*

23 Qui autem in feudo nouo, & in hoc negat D.meus *num.29.*& de Ponte *dec.11.num.12.* & alij communiter, quamuis oppositum defendat Lanar.*in allegat.93.* vbi ita refert decisum inter *alleg.* D.de Marin. sed primam sententiam confirmat Bilott. *vbi suprà numero 12.*

24 Repugnans in materia feudi hæreditarij videtur dicendi modus D mei *num.42.* ex Bald.*in Auth. cessante num.4.C.de legit.hered.* afferentis feudatarium ad instar militis posse relinquere duos hæredes vnum in feudis, alium in allodio, ex eo quia superiùs dictum est communicari onera inter vtrumque hæredem,& contributionem faciendam pro rata bonorum, vt determinatum testatur idem Præses *num.24.* sed in milite relinquente duos hæredes vnum in castrensibus, alium in paganicis alio modo deciditur, & inter hæredes non communicantur onera,sed quodlibet patrimonium sustinet sua propria inspecta origine contracti debiti, *l. si certarum*,vbi Bald. *& alij ff.de milit.testam.* & quamuis controuertatur,num doctrina Baldi intelligenda sit tàm in feudo ex pacto, & prouidentia, quàm hæreditario, & feuda, & allodia dicantur stare, vt patrimonia distincta, & separata prout in milite,vt affirmant Camer.*in cap.1.an agnat.qu.22.num.155.*Montan.*in cap. Imperialem,§.præterea Ducatus num.128. de prohibit. feud.alien.* per Feder. Mucci *qu.for. num.15.* contrarium veriùs probat Amicangel.*qu.feud.2.num.15.& alijs*, & quòd feudum hæreditarium faciat vnum corpus idemque patrimonium cum allodio Giurb. *de success. feud.§.1.glos.2.num.30.vbi plures recenset.*

25 Verùm enimuerò, vt meam interponam sententiam, haud admitto absolutè, & simpliciter verum esse assumptum de feudo hæreditario, quòd faciat vnum corpus cum allodio, nisi secundùm quid respectu contributionis onerum, sed quoad alia procedere æquiparationem militis, & feudatarij, & vtrumque fungi vice duorum testatorum, & posse decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum,iuxtà *l.si duobus, ff.de milit.testam.*intestatum in castrensibus, & testatum in paganicis, vel è contra, & proinde sicut miles si instituit vnum in paganicis, & alterum in castrensibus inter ipsos non est locus iuri accrescendi, nam reputantur, vt duæ hæreditates,etiam si institutus in castrensibus nòn adiuit, ita etiam in feudatario qui potest decedere testatus in allodio, & intestatus in feudo, vel relinquere duos hæredes inter quos cessabit ius accrescendi, vt fusè declarat Larath.*in theatr. feud. part.9. dilucid.73.num.23.& seqq.*

In hac Decis.*num.33.*tradit D.meus ex Camerar. *in repetit.in cap.Imperial. fol.20.litt.E, de prohib.feud. alien.* satis operari beneficium Inuentarij in feudo hæreditario, vt non teneatur succedens vltrà quàm sit in feudo, inferunt hinc nonnulli, quòd si quis institutus sit in feudis rerum, & non in burgentarius teneatur in solidum si non conficiat inuentarium,ita Amichangel. *qu.feud.3.num.48.* in quo contrarium veriùs fusè probat Lanor. *in addit. ad repetit. cap.1.de success. feud. num.39.* ratio est, quia feuda sunt certa, & registrata in quaternionibus Cameræ, & quando hæreditas est certa, non est necessarium inuentarium, vt iudicatum est in fauorem hæredis mulieris, cuius hæreditas consistebat in sola dote per eam viro suo constituta, & decem mille libris dotalibus, refert Tauranell, *nuptial. A.4.pl.5.num.43.*

SVMMARIVM.

1 *Factum à maiori parte, ab omnibus factum censetur. Limitatur,num.20,24.& 29.*
2 *Aggregare ad honores, an spectet ad singulos, & vniuersos velut singulos, & num.37.*
4 *Maior pars non præiudicat minori in pertinentibus ad singulos, vt singulos etiam iure collegij, & num. seq.*
6 *Prouentus maior pars Canonicorum, minore repugnante concedere non potest.*
8 *Singulis vt vniuersis, quæ spectare dicantur.*
9 *Electio Summi Pontificis ad Cardinales iure collegij pertinet.*
10 *Sedilium vniuersitas societas est collegialis.*
11 *Maior pars minori in iure quæsito præiudicare non potest.*
12 *Electio idoneorum facienda est.*
13 *Ambire honores prohibitum est.*
14 *Honores Sedilium onera esse probatur.*
15 *Legatio, onus reputatur, & legationis priuilegium, num. sequent.*
17 *Honores in eadem persona continuari non debent.*
18 *Ordo in honoribus gerendis adhiberi potest.*
19 *Canonicorum certus numerus augeri non potest in aliorum incommodum.*
21 *Officialis post finitum tempus confirmari nequit, vno dissentiente. Quod declaratur num.seq.& ratio est, num.23.*
24 *Maior pars, an obtineat in necessarijs.*
25 *Minor pars sufficit vbi adest necessitas.*
26 *Actus necessarij, seu voluntarij, qui dicantur.*
27 *Aggregationis ad Sedilia Ciuitatis necessitas, vtilitas, iustitia, & consuetudo ostenditur.*
28 *Patris, & filij conuenientia.*
30 *Statuta facere potest vniuersitas in spectantibus ad eam, fallit, num. seq.*
31 *Populus recognoscens superiorem, statuta facere nequit.*
32 *Confirmatio in forma communi, ius non tribuit.*
33 *Confirmatio Regis de iustis ritibus intelligenda est.*
34 *Maior pars minori derogat, licet omnium consensus requiratur.*
35 *Bart. opinio in leg.obseruare.Cod.de decur.lib.10.non est vera.*

DECISIO II.

Electio siue aggregatio facta per maiorem partem Collegij, vel Sedilis ab omnibus facta censetur, validaque est non obstante contradictione minoris partis.

MAgnificus Camillus Villanus vnà cum descendentibus ab eo, fuit per maiorem partem Nobilium Sedilis Montaneæ admissus ad honores dicti Sedilis: contradixerunt nonnulli ex Nobilibus Sedilis prædicti in minori numero. Fuit dubitatum, an ex contradictione prædictorum possit dictus Camillus impediri, quin gaudere debeat honoribus prædictis, concurrente in beneficium Camilli maiori parte Nobilium Sedilis prædicti. Commissa mihi hac causa, & ordinatione Illustrissimi Domini proregis relata in Regio Collaterali Consilio iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum; Pro parte Camilli dicebatur quòd ipse adhærebat Regulæ iuris, † quod factum à maiori parte
1 habetur, ac si ab omnibus factum esset, *l.quod maior. ff.ad munic.l.nominationum, C.de decur.lib.10.cap. cum omnes, cum similibus, extra de constitut.* Accedebat prædictis quòd Ciuitas hæc nobilissima constat ex sex plateis quinque: scilicet Nobilium, & alia populi, & propter hoc regitur, & gubernatur per sex electos ab eisdem plateis creatos, & dictas sex plateas repræsentantes, quæ totam Ciuitatem faciunt, & quicquid dicti sex electi, seu maior pars ipsorum concludit, executioni demandatur, vt declarauit Serenissimus Rex Federicus, mediante sententia inter præ-

prædicta Sedilia, & plateani populi, prolata sub die 12.
Iulij 1498. Si ergo hoc seruatur respectu totius Ciui-
tatis, ergo idem seruandum est respectu cuiuslibet par-
tis Ciuitatis, ex *regula l. quæ de tota ff. de r i- end.* Et
quia turpis est illa pars, quæ suo non congruit vniuer-
so *cap. qui contra 8. distinct. & ca fin de sponſ. duo.* nec
licet parti à capite dissentire *cap. nolite 11. distinct.* &
plateas esse partem Ciuitatis apparet ex prædictis, &
ex dictis per Frecc. de Suff. *lib. 2. in addit. fol. 4. nume-
ro 9.*

Pro minori parte respondebatur. Primò, quod re-
gula prædicta non procedit in casu, de quo agitur:
2 † quia aggregare ad honores spectat non ad singulos,
vt vniuersos, sed ad singulos. vt singulos iure tamen
collegij, seu Sedilis. In Sedilibus enim plures actus
expediuntur, qui tangunt Nobiles vt vniuersos, vt est
creare magistratus, & alios actus facere ordinarios. Et
alij actus expediuntur, qui tangunt singulos, vt sin-
3 gulos iure collegij, vt est aggregare ad honores. † Quæ
aggregatio tangit singulos, vt singulos, & ex aggre-
gatione prædicta singulis infertur præiudicium, quia
non sic sæpè ad honores vocantur, nec ex ijs emolu-
menta consequuntur, vt per Loffred. *conſ. 51.* vbi plenè.
& dicit esse exemplum *in cap. fin. de his, quæ fiunt à
maior. part. capituli* secundùm declarationem Innoc.
4 Abb. & aliorum *in l. ciuitatibus ff. de leg. 1.* Clarum est
autem, secundùm eundem Loffred. † quòd in his, quæ
spectant ad singulos, vt singulos, maior pars non
præiudicat minori, per *text. in l. per fundum, ff. de
seruit. rustic. prædio. cum concor.* Item dicebatur ex
mente Loffredi, hoc à fortiori comprobari *in d. cap. fin.*
dum pro opere pio, & necessario maior pars cogit mi-
norem cum auctoritate Summi Pontificis, quasi, quòd
cessante opere pio, & necessario, à contrario sensu in
5 his, quæ spectant ad singulos, vt singulos, † etiam
iure collegij, maior pars non præiudicaret minori,
tandem dicit pro hac opinione facere, quòd dicit
Abb. post Goffred. *in cap. auctoritate, de institut.* scili-
cet, quod si Clerici ob additionem, seu aggregationem
aliorum clericorum in Ecclesia, cogerentur mendica-
re, nullo pacto alij instituendi sunt. Sed si dederentur
alij in Sedili, oporteret nobiles mendicare officia Se-
dilium cum modica sint. Ergo in addendo nobiles in
Sedili minor pars sufficere debet ad contra dicendum.
pro qua etiam opinione allegabatur quod dicit Abb.
6 *in d. cap. fin. colum 1. versic. item de regula.* † Quòd
maior pars canonicorum non potest facere gratiam de
prouentibus, minori parte contradicente, quod esset
in casu, de quo agitur, in quo per additionem ad Sedi-
le, prouentus nobilium diminuerentur in personam
nobilium, nunc existentium, & alijs conferrentur. His
tamen non obstantibus dictum fuit ex dicta limitatio-
ne non tolli regulam, *d. l. quòd maior, & d. l. nomina-
tionum.* Et primò dicebatur non esse verum quòd ag-
gregare ad honores Sedilis spectet ad singulos, vt sin-
7 gulos, † sed quod spectabat ad singulos, vt vniuer-
sos, docet experientia, quia omnia, quæ in Sedili-
bus tractantur, præcedente nobilium vocatione per
eorum Ostiarium fiunt in loco, vbi quilibet ex Sedi-
libus congregatur. Quæ Sedilia alio tempore voca-
bantur Plateæ, seu Tocci, vt apparet ex constitutio-
ne Regis Roberti, addita in anno 1332. contra rapien-
tes virgines sub colore matrimonij. & ex text *con-
suet. Neapolitanæ, incipit pupillus, qui vendidit,* &
alibi dicitur Arcus, vt dicit Flor. *in l testatrix. §. 1. ff.
si seru. vend.* Et in electionibus, seu aggregationibus
hucusq; factis sic seruatum fuit in omnibus Sedilibus.
Quibus sic stantibus quæ partes ipsæ non infician-
8 tur, succedit conclusio, † quod ea, quæ sic fiunt, &
celebrantur dicuntur spectare ad singulos, vt vniuer-
sos, non ad singulos, vt singulos, particularis est de-
cis. Ancharan. *consil. 418. columnn. fin versic. prǽterea,*
& est decis. Abba. *in cap. venerabilem, colum. 4. ver-
sic. Et hæc faciunt in argumentum de electio.* & ante
eum dixit Zabarel. *in consil. 154* quod est vltimum, &
loquuntur in electione Imperatoris, quia collegiali-
ter fit, dicitur spectare ad electores, vt vniuersos non
vt singulos, sic etiam seruatur in electione Summi
Pontificis, cuius electio ad Cardinales spectat iure
9 collegij, † secundùm gloss. *in Clemen. ne Romani, su-
per verbo, casum de Iudæis.* Quam sequitur ibi Imol.
1. colum. versic. secundo quæritur, Hostien. *in cap. ad
liberandum column. 3. de Iudæis,* & re vera hic cæ-
tus nobilium potest dici quædam societas collegialis:
nihil enim nobiles de Sedili de per se faciunt in spe-
ctantibus ad Sedilia, vel ciuitatem, sed omnia col-
legialiter in locis destinatis, vt notorium est expe-
10 diunt, & † societas collegialis dicitur, secundùm
Bal. *in rubr. C. pro socio,* de quo meminit Ripa *lib. 2.
responsorum, cap. 10. colum. 2. versic. diffinitur autem
collectio plurium corporum, inter se distantium, vno
nomine ei deputato.* Innoc. *in cap. dilecta. 2. column.
versic. societas est, de excess. prælat.* quem postea re-
peri allegatum per Petr. Nicolaum Moxium in præ-
senti anno 1585. *in tractat. de nouo impress. in tit. de
societ. in princ. num. 7. fol.* 101. & huic collegio Sedi-
lium omnia conueniunt, quæ enumerat Bald. ibi, &
maximè, quòd ea attenduntur, quæ maior pars fecit.
Nec exempla Loffredi ex dispositione text. *in d. capit.
fin.* & eorum, quæ ibi per Innocen. & Abb. applicari
possunt contra Camillum: non enim conueniunt in
casu, de quo agitur. Quia idcircò casibus per eos
positis fructus, qui percipiuntur ex præbendis, dicun-
tur spectare ad singulos licet iure ecclesiæ, vel colle-
gij, & de eis, sumpto argumento à contrario sensu
maior pars non disponit in præiudicium minoris, quia
per collationem beneficiorum cum præbenda in per-
sonam eius, cui facta est collatio, & ob seruitia,
quæ præstat in ecclesia ei est singulariter ius quæsitum
in illis fructibus, qui pro certo debent ad ipsum per-
11 uenire. † Vndè maior pars non debet ei cui singu-
lariter ius quæsitum est, præiudicare, prout etiam
loquitur text. *in l. per fundum.* At in casu nostro est
secus, quia Nobilibus de Sedili nullum ius est singu-
lariter actu quæsitum, respectu honorum, qui con-
sueuerunt eis deferri, ex quibus in consequentiam
recipiunt emolumenta: non enim eo ipso, quod quis
est Nobilis de Sedili, habet officia, quæ honores ipsi
appellant, & sic nec lucra: debet enim præcedere
electio ad honores ipsos quæ electio poterit esse, &
non esse. Non enim possunt Nobiles de Sedili cogi
ad faciendum electionem aliquorum de Nobilibus ad
honores, vt in simili per Ioann. Fabr. *in §. aliam ve-
rò, Institut. de bon. possess.* & Bald. *in capit. licèt cau-
12 sam de probat.* † nec omnes eligendi sunt, sed ido-
nei, *l. vt gradatim. ff. de muner. & honor.* Et sic non
potest dici eis actu ius quæsitum, quemadmodum
erit quæsitum ei, cui beneficium est collatum, qui
eo ipso, quod est ei collata præbenda actu, percipiet
fructus certos, quos ipse particulariter percipiet, tam-
quam prouenientes ab ecclesia, & sic etiam tollitur id,
quod dicebatur per Abba. ibi, quod maior pars non po-
test facere gratiam de prouentibus contradicente mi-
nori parte, quia reuera statim, atque prouentus facti
sunt, vel canonico collata præbenda, est ei particulari-
ter ius quæsitum in prouentibus prædictis, idcircò abs-
que eius facto ab eo tolli non potest Item idem, Loffr.
fatetur, electionem ad officia ad singulos, vt vniuersos
pertinere, & de hoc est text. clarus *in d. l. nominationū.*
Si ergo ex hac nominatione emolumenta veniunt,
eiusdem iuris censebuntur. Nec ratio prædicta diminu-
tionis honorum consideratur, quia hæc ratio non mo-
do non est à iure approbata, imò iura contradicunt,
quia iura considerant, quòd ordo Nobilium sit plenus,
est text. *in l. generaliter. §. spurios. ff. de decurion.* quem
ad hoc allegat Oldrad. *conſ. 97.* Factum tale est qui iam
Abb. *1. col. verſ. secunda ratio est.* Item iura conside-
13 rant, † honores non esse ambiendos, *vt toto tit. ad leg.
Iul. de ambitu.* Item, si consideramus honores, qui in
Ciuitate Neap. Nobilibus de Sedili deferuntur, † appa-

 rebunt

rebunt onera, non honores. Si consideramus legatio-
nes, onerosæ sunt. Hinc est quòd Iureconsultus *in l.*
sciendum, §. ordine, ff. de legatio. dicit quemquam non
esse cogendum ad suscipiendam legationem, antequã,
15 qui priores electi sunt, ea fungantur, similiter, † quia
legatio onus est, is, qui transmarina legatione functus
est, per biennium, excusatur à vacatione honorum, &
16 munerum ciuilium. *l. 3. C. de legatio. lib. 10.* † Excusa-
tur, etiam à legatione pater trium incolumium libero-
rum, & alij, quos enumerat glos. *in l. 1. C. de leg. lib. præ-*
dicto. si consideratur officium electi, experientia do-
cuit, & docet maximum onus esse: præest enim inter
cętera administrationi comeatus, seu rerum comestibi-
lium. Si officium in conseruatione pecuniæ. Ego, qui
in deputatione prædicta, ordine Regio præsum, video
onera maxima. Si officium deputationis pro accom-
modandis vijs, & pro illis sternendis consideretur, one-
rosissima sunt. Sunt igitur hæc onera, & non honores.
Imò etsi honores censebuntur, non sunt in vna eadem-
que persona continuandi, *vt toto tit. de muner. & ho-*
noribus non continuandis. † Qui honores stante defe-
17 ctu Nobilium, in hac Platea non modò continuantur,
sed eodem tempore plures hodie tribuuntur vni, ei-
demque personæ. Si igitur ex prædictis non conside-
ratur diminutio honorum, vt suprà probatum est, ne-
cessariò sequitur, quòd nec prætensorum emolumento-
rum, quæ valdè modica sunt, aliqua habenda esset ra-
tio: quia postquam prætensa lucra veniunt in conse-
quentiam honorum, si non habetur respectus ad hono-
res, nec ad lucra, quæ ex eis prouenire possent, est ha-
bendus respectus eò magis, quia postquam hoc lucrum
non est formatum in personas Nobilium, vt suprà est
dictum, si illud non percipiunt, non dicuntur damnum
pati, secundùm Ias. *in l. ex facto. 3. column. vers. conside-*
ra. ff. de vulgar. & pupill. Imò, quando esset damnum,
prout non est, quia potest venire ex accidenti, non erit
in aliqua consideratione. Abb. *cons. 85. illud colum. fin.*
vers. præterea. Curt. iun. *cons. 1. column. 7. versic. quarta*
conclus. Item, si vt Loffred. fatetur, nominatio, vel ele-
ctio ad officia spectat ad singulos, vt vniuersos, & pro-
batur etiam *in d. l. nominationum*, supra allegata. Quo-
modo igitur poterit dici, quòd emolumenta, quæ ex ip-
sa nominatione prætenduntur, quòd proueniant, sint
alterius naturæ; cum nemo ex Nobilibus illa conse-
18 quatur, nisi præuia electione, & nominatione? † In ge-
rendis enim honoribus ordo certus adhiberetur, *l. ho-*
nor. §. gerendorum, ff. de muner. & honor. Nec exem-
plum positum *de l. ciuitatibus, ff. de legat. 1.* facit ad
propositum, quia illa cauetur, relicta pro infirmis, &
senioribus ad honorem ciuitatis pertinere, cui autem
competat actio, dicit Alber. Bar. cæteri, actionem com-
petere Sindico ciuitatis, adeò quòd ille text. non solùm
non faciat pro opinione Loffred. sed facit in contra-
rium; dum legatum sibi censeatur factum pro senio-
ribus, & infirmis, non vt singulis, sed vt de ciuita-
te.

Nec obstat decisiua Abb. post Goffr. *in cap. auctori-*
19 *tate, de instit.* dum dixit, † non posse numerum cano-
nicorum augeri, quando alij cogerentur mendicare,
quia decisio prædicta procedit, vbi est statutus certus
numerus, & determinatus canonicorum, & pro eorum
alimentis erant certi fructus statuti, & determinati,
secùs autem est in casu nostro, in quo non est statutus
certus numerus Nobilium, nec pro eis certa emolumẽ-
ta, vt supra dictum est, quia hoc casu maior præiudi-
cabit minori. Et in processu apparent præsentatę aggre-
gationes in Sedili Nidi Nobilium familiarum; in qui-
bus apparet multorum contradictio, & tamen, quia à
maiori parte factæ fuerunt, habuerunt effectum, & ho-
die in Sedili prædicto gaudent honoribus sicut, & cæ-
teri. Et ex ijs sublata sunt omnia, quæ pro prima limi-
tatione ad *d. l. quòd maior* pro parte existentium in
minori numero allegabantur.

Secundò dicebatur, regulam prædictæ l. *quod maior*,
20 non procedere, † quando tractatur de admittendo
extraneum ad dandum vocem in Capitulo ex decisio.
Compostel. quem sequitur Abb. *in cap. scriptum, 2. co-*
lum. post 5. notab. extra de electio. & hæc opinio dicit
Dec. *in cap. cum omnes, in 1. lect. in 3. limitat. in 5. co-*
lum. de constitut. quòd in practica seruaretur, licet Ro-
man. & ipse Dec. contra eam teneant, & malè, secun-
dum Addit. ad Dec. *in cap. constitutus, in vers. aliter.*
lit. C. de appellat. pro qua opinione facit, quod dicit Ia-
cobutius *in tract. de Concil. li. 2. art. 2. vers. adde etiam*
prædictis fol. 84. sub littera D. quòd quamuis Prælati
habentes vocem decisiuam in Concilio, quando sunt
omnes concordes, possint admittere ad Concilium
non habentes vocem absente Pontifice, tamen hoc fa-
cere non possunt vno discrepante, pro quo etiam facit
dictum Bellam. *Rubr. 4. Vt vocati ad curiam in vltim.*
verbis, fol. 6. in antiquis. Huiusmodi dicebatur, quòd
erat casus noster, in quo Camillus admittebatur cum
eius descendentibus ad Sedile, ex qua admissione orie-
batur, quòd ipsi quamuis extranei, quotidie erant da-
turi vocem in ijs, quæ in Sedili fiebant. Quod etiam
21 coadiuuabatur † quia etiam in confirmatione Officia-
lis post finitum tempus, requiritur omnium consensus,
adeò, vt vno contradicente fieri non possit, §. *si verò in*
Authentico, de defensor. ciuitat. quem text. *dicit esse*
vnicum in iure Ripa *in tract. de Peste, in tit. de reme-*
dijs præseruatiuis in cap. deuenio nunc ad modum, 4.
colum. num. 21. fol. 23. in magnis, & hoc dictum esse
perpetuò notandum dixit Iacob. *in l. iurisgentium, §.*
fin. colum. penult. num. 14. ff. de pact. sed ad hoc diceba-
tur, quòd vltra, quòd opinio Decij post Roman. con-
22 tra Abb. de iure sustineri possit, † nihilominus, quan-
do vera non esset, dicebatur procedere, quando tracta-
tur de electione alicuius in officio, cuius electio spe-
ctat ad Capitulum, quia si maior pars Capituli vult
admittere extraneum cum collegis ad dandum vocem,
hoc fieri non potest in præiudicium aliorum, quorum
auctoritas, vel potestas diminueretur, secundùm Abb.
vbi suprà, & hic non est casus noster: sed casus noster
est, quando omnes de collegio, vel maior pars vult ad-
mittere ad collegium eorum aliquem, licet extraneum,
quod per omnes fieri posse non dubitatur, & hoc casu
maior pars poterit, quia hoc spectat ad singulos, vt
vniuersos, per *d. l. quod maior*, quo extraneo admisso
ipse non dabit vocem, vt extraneus, quem considerat
Compostellanus, sed vt vnus de collegio, dicebatur ta-
men, quòd si maior pars Sedilis consensisset, quòd in
aliquo actu faciendo per Sedile, Camillus daret vo-
cem, dum de Sedili non esset, & voce data, vt extra-
neus remaneret hoc per maiorem partem non potuisse
fieri. Et hic est casus Compostel. nec huic fundamen-
to Loffred. ex d. Compostell. deseruit text. *in d. §. si ve-*
23 *rò, defens. ciuit.* † quia ille text. loquitur in confirma-
tione Officialis, qui ex iuris dispositione finito tempo-
re officij, iuxt. text. *in l. 1. C. vt omn. iud.* tenetur stare
Sindicatui. Vnde non mirum si vnus potest contradi-
cere, cui pro eius particulari interesse maior non præ-
iudicat. At casus, de quo agitur, est diuersus, quia non
modò non repugnat iuris dispositioni, sed est ei confor-
mis, quia maior pars vult ad collegium alium allicere,
quod potest, *per d. l. quod maior.* Item Iacob. de Beluis.
ibi in §. audiens, in 5. opposit. dicit esse speciale in con-
tinuandis honoribus, & sequitur Bartol. *ibi in ver. nõ.*
text. ibi, adeò vt ille text. secundùm Iacob. de Beluis. &
Bart. facit magis pro opinione contra Loffred. quia exi-
stentibus paucis in Sedili honores in vnam eandemque
personam sæpius perdurant.

24 Tertiò dicebatur pro parte contradicentium, † quòd
dispositio *l. quod maior*, procedit in actibus necessarijs,
seu saltem vtilibus, secundùm *gl. in d. c. cum omnes*, &
Innoc. ibi: secùs autem dicebatur in actibus volunta-
rijs, secundùm Anton. de Butr. Imol. & alios in eodem
loco, & hanc opinionem esse communem, dicit Dec.
in 1. lectu. 4. colum. 6. vers. ista conclusio, & est commu-
nis, etiam secundùm Additio ad Dec. *ibi, in vers. volun-*
tarijs litt. H. Quòd autem in casu, de quo agitur, hæc

electio

electio sit voluntaria ex parte eligentium, considerat Loffred. *in d. consil.* quia non coguntur isti Nobiles allicere Magnificum Camillum ad honores. Item quia in Sedili prædicto dicebatur iam adesse personas, quibus officia, quæ dicto Sedili conueniunt, committi possunt, vt in dies committuntur. Item non modò non adest vtilitas in hac electione, imò dicebatur esse damnum, quia ex electione istorum, minuuntur honores, & emolumenta, quæ ex eis percipiuntur, vt suprà dictum est. Sed ad hoc dictum fuit, quòd si rectè examinetur *gl. in d. c. cum omnes*, qua nituntur Doctores ponentes hanc limitationem, apparebit, quòd non dicit id, ad quod allegabatur, quia glos. dicit, quòd in ijs, quæ non fiebant ex necessitate, vt erat casus illius text. maior pars non præiudicat minori, & illa est ratio illius text. quia erat contra ius illud, quod Canonici illi faciebant, dum in canonicatu, seu præbenda successoribus præiudicare volebant, qui easdem prærogatiuas habere debebant, quas prædecessores Canonici habuerunt. Casus, de quo agitur, est diuersus, quia id quod maior pars facit, non est contra ius, imò secundùm ius, vt suprà dictum est: vnde ex illa glos. non potest sumi hæc regula, quæ per Doctores sumitur, quòd in ijs, quæ non fiunt ex necessitate, maior pars non præiudicat minori. Item dictum fuit, quòd vbi adesset neces-
25 sitas, non requireretur concursus maioris partis, † sed minor pars sufficeret. *est text. clarus in ca. 1. de his, quæ fiunt à maior. part. capit.* ibi, nisi aliquid sit rationabiliter obiectum, & ibi glos. sumit argumentum in verbo, rationabiliter, quòd non semper statur maiori parti, nec pluralitati, quia maior pars est illa, quæ maiori ratione, & pietate nititur. Adeò, vt in ijs, quæ ex necessitate fiunt, ex prædictis non sit quærendum quid maior pars velit, & consequenter hæc limitatio sumpta ex glos. non videtur vera, & contra Abb. *in d. cap. cum omnes colum. 4. vers. 2.* Fel. *ibi col. 9. vers. fallit primo, & Decis. 4. colum. vers. ista conclusio.* qui ex mente Card. & Abb. dicit eam esse veriorem, & hanc esse tenendam dicit. *Additio ad Decium in verbo voluntarijs lit. H.* & nouissimè Berous *ibi num. 75. & 76.* mouentur omnes ex generalitate iurium, dicentium, maiorem partem sufficere, non facta distin. vel in actibus necessarijs, vel voluntarijs, & ibi etiam Bero. *num. 79.* decla-
26 rat, † eos esse actus voluntarios, in quibus nulla vtilitas vniuersitatis consideratur, sed tantùm damnum, & sic ex prædictis patet, vel glos. non dicere id, ad quod allegatur, vel quòd opinio contra glos. sit verior, maximè quia iura, in quibus se fundat glos. loquuntur in ijs, quæ spectant ad singulos, vt singulos, vt *l. per fundum, & text. in d. cap. cum omnes:* loquitur in ijs, quæ malo zelo, & contra ius fiebant, in quibus (vt dixi) minor pars præiudicat maiori. vnde non curandum, quòd actus hic sit voluntarius. Et ex ijs posset dici, sublatam hanc limitationem. Sed demonstratum fuit,
27 hunc actum electionis, seu aggregationis (loquendo per regulas iuris) esse necessarium, vtilem, rationabilem, & consuetum. Apparet ex processu probata necessitas in hac Platea, quia aliqui Nobiles vno, eodemque tempore plura habent officia; lex autem considerat distributionem honorum, & onerum esse faciendam, ne Resp. simul viris, & viribus destituatur, *l. & [illegible], §. præses Prouinciæ, ff. de mun. & hon.* Adest vtilitas publica, quæ consideratur, non vtilitas priuatorum, quia interest reipublicæ ordinem esse plenum, *d. l. generaliter, §. spurios. ff. de decur.* Qua ratione motus Iurisconsultus ibi, quando ordo non est plenus, admittit spurios. Similiter vt supra dictum est, interest munera, & honores in vnum non perdurare, & hoc, quòd magis inspiciendum est, in isto Sedili, vno eodemque tempore patres, & filij, & fratres suffragia ferunt & ob modicitatem personarum facilè concludi potest perniciosum ciuitati ex suffragijs illorum, quæ
28 vt plura numerantur, † quamuis pater, & filius vna eademque persona censeantur, *l. in suis, ff. de liber. & posthum.* & vox vnius sit vox alterius, *§. et verò, Instit. de inutil. stipulat.* & pater, & filius vna caro censeatur, *cap. auctoritate 35. qu. 3. l. cùm scimus, in fin. C. de agric. & cens. lib. 11. cum simil.* cumulatis per Tiraqu. *in præfatione l. si vnquam num. 23. & 24. iam satis, & versic. & hac sanè.* Et hoc est illud, quod est inspiciendum, non prætensa diminutio emolumentorum, quæ à iure non consideratur, postquam venit in consequentiam, vt supra dictum est. Apparet ex prædictis necessitas, & vtilitas. Est etiam rationabilis hæc electio, quia iustum videtur, quòd postquam est de Nobili familia, cuius occasione D. Regens Villanus, eius frater, fuit admissus ad honores, & subit omnia onera ciuitatis, quòd gaudeat etiam honoribus ciuitatis, & hoc casu dici poterit, quòd ex verbis, *text. in d. cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli*, minor pars sufficeret, maximè quia cum hoc concurrit etiam consuetudo tàm in hoc, quàm in cæteris Sedilibus admittendi alios Nobiles (contradicente minore parte) vt ex scripturis in processu præsentatis, clarè liquet. Concurrit etiam in fauorem Magnifici Camilli, quia in dubio pronunciandum esset, ipsum esse cooptandum in collegium, secundum Bald. *cons. 183. statuto ciuitatis Veronæ, 2. volum.* de quo meminit, & cum sequitur Ias. *in l. huiusmodi, §. legatum, 3. column. vers. 2. aduertere ff. de leg. 1.* ea ratione, quia neminem lædit, imò collegium ampliatur, *l. magistros. C. de profess. & med. lib. 11.* Et reperi, quòd dominus Scipio de Aretio Reu. Cons. & demum Cardinalis Neap. in causa ardua votauit contra Sedile allegando, *text. in l. 3. §. causæ, ff. de carb. edi.* hac ratione, quod res est modici præiudicij. Ex parte conuentorum, apparet *in lib. 2. vot. per eum scripto, fol. 67.* & est dictum *decis. 207. num. 8.* Et ex prædictis apparet, hanc tertiam limitationem datam ex parte contradicentium, ad *d. l. quod maior*, non procedere, nec in iure, nec in facto.

29 Quartò, & vltimò dicebatur, † quòd in Sedili erat conuentio inter Nobiles, aggregationem, seu electionem fieri non posse alicuius ad Sedile, nisi concurrant quatuor partes ex quinque. Vnde cum in casu, de quo agitur, non concurrant quatuor partes, dicebatur quòd de hac electione non est habenda ratio, quia in hoc casu sufficit, quòd sit factum à maiori parte, ex dictis per Innocen. *in cap. cum olim, de priuil. reassumit*, post alios Decius *in d. cap. cum omnes, in 8. fallen.* vel si maior pars sufficeret deberent esse omnes præsentes, ex mente Bart. *in l. obseruare. C. de decurion. lib. 10. in 3. notab.* refert, & sequitur Dec. ibidem, *in 10. fall.* Quòd autem illi de vniuersitate statuere possint, vt requiratur omnium consensus, allegabatur decisio Abb. *in capit. constitutus, de appellat.* vbi idem Dec. eò etiam magis, quia hæc conuentio videbatur regio assensu roborata, postquàm per capitula Regis Catholici expedita in anno 1505. confirmantur omnes ritus, & obseruan-
30 tiæ Sedilium. Quod etiam confirmabatur, † quia vniuersitates in spectantibus ad eas, & sic quarteria possunt facere statuta, secundum Bart. *in l. fin. ff. de colleg. illic. & in l. omnes populi ff. de iustit. & iur.* Afflict. post Isern. *in proem. Constit. Regni in 3. quæst.* & maximè, quia hæc conuentio non videtur esse contra ius, & in hac quasi possessione dicebatur esse Sedile, postquam in multis electionibus, seu aggregationibus post tempus prædictum per Nobiles Sedium factis apparent electiones, nemine discrepante. Pro solutione huius difficultatis, causæ Commissarius reassumpsit, An hæc conuentio valeat, & dicebatur non valere, quia contra ius, vt idem Abb. *dicit in dict. cap. constitu-*
31 *tus*, & vera est opinio, † quòd populus recognoscens superiorem, non potest facere statuta, maximè contra ius, & domino præsente Paul. de Castr. *in l. humanum, colum. 1. vers. & ideo, C. de legib.* vt erat in casu, de quo agebatur. Item dicebatur, hoc statutum, seu hanc conuentionem non valere, etiam cum iuramento, ex ijs, quæ optimè Alexand. *cons. 224. In re tam graui, 6. volum. per totum*, quem refert, & sequitur Probus *in addit. ad Ioan. Monachum in cap. si cui, vers.*

contra

contra tamen de elect. in 6. Alciatus *in l. collegarum, de verb. signific.* & hoc videtur tenere idem Abb. *in cap. 1. column. 2. vers. vlterius nota de his quæ fiunt à maior. part. cap.* propter facilitatem hominum ad discordiam. Nec obstat decisio Abb. *in c. constitutus, supra allegata,* in qua erat potissimum fundamentum contradicentium. Quia decisio Abb. rectè intellecta non facit pro eis: ibi enim ideò valet statutum, quia à principio quando actus in esse producitur, sic statuentes statuerunt; electio enim decani, secundùm Abb. spectabat ad capitulum. Aliqui de capitulo trāstulerunt voces, seu eorum suffragia in Episcopum, cum hoc, quod fieret electio, nemine discrepante. Non mirum ideò si Abb. tenet hoc fieri posse quia electio transfertur, hoc onere, seu hac conditione affecta, vt dicitur *in l. 2. in fin. cum concor. ff. de rebus cor.* Casus de quo agitur est diuersus, quia Sedile Momentaneæ in an. 1550. quo conuentio prædicta facta fuit, iam erat in esse productum, & maior pars de iuris dispositione poterat aggregare. Vnde non licuit postea facere statutum, quòd quatuor partes requirerentur, quòd dispositio *d. cap. cum omnes*, omninò abhorret. Nec hanc conuentionem confirmauit prædictum capitulum Regis Catholici, in anno 1505. concessum Ciuitati, quia non est probatum, eo tempore sic seruari, vt confirmatio operaretur. Item dicebatur, † confirmationem illam fuis-
32 se in forma communi, quo casu confirmatio ius non tribuit, *cap. 1. de confir. vtil. vel inutil.* Doctores *in l. & quia ff. de iurisd. omn. iudic.* Similiter Capitula Regis Catholici, † dum confirmant ritus, & obseruantias in-
33 telliguntur de iustis. Afflict. *post alios in 3. qu. in prælu. prædictis* in hac autem capitulatione quanta sit iniustitia, ex prædictis apparet, vltra quòd ex processu apparet, in multis non seruari, vt in aliqua ex aggregationibus præsentatis apparet. Nec obstant decis. Bart. *in l. fin. ff. de colleg. illic. & in l. omnes populi*, quia procedunt in ijs, quæ in beneficium, & pro regimine vniuersitatis necessaria sunt, quod maximè pro commeatu, siue grassia, pro custodia ciuitatis, & alijs. Secus autem est in casu, de quo agitur, in quo hæc conuentio non est facta in beneficium Sedilis, sed in proprium commodum statuentium, qui videntes, non sic de facili posse concurrere quatuor partes ad aggregandos nobiles sic statuerunt, appellantes honores, id quod verè leges onus appellant, vt supra est dictum. & hoc est quod voluit idem Bart. *in d. l. fin. ff. de colleg. illic. 4. colum. vers. quæro super quib.* dum dicit quòd illis de collegio non licet facere aliquid, per quod alijs præiudicetur, vt esset in casu, de quo agitur. Præterea quando conuentio valeret, prout ex prædictis est probatum contrarium dicebatur ex mente Decij *in d. ca. cum omnes secunda fallen.* Innoc. non dicere id, ad quod omnes de Sedili interuenissent in conuentione prædicta supra allegata, quod in casu, de quo agitur non apparebat, vnde, vt res ad terminos iuris communis reducatur, seruanda est dispositio *l. quòd maior*, & hoc voluit sentire Dec. *in d. cap. cum omnes, in secunda limit. in ver. & ideo.* Insuper dicebatur, quòd etsi omnes interuenis-
34 sent, † nihilominus maior pars poterat derogare minori Bald. *in l. fin. C. de auct. præst.* & videtur eam sequi And. Barb. *in d. c. cum omnes, in 15. col. vers. adde etiam num. 67.* Qui dicit, hoc accidisse in Collegio Medicorum Bononiæ, & indistinctè hoc approbat Bolognin. *repet. authentica. Habita, col. 51. vers. Sed modò pone, quod Collegium. C. ne fit pro patre*, ea potissimum ratione, quia postquam lex dat auctoritatem omnium maiori parte, omnes fecisse videntur. Et vltra prædictis, Dec. *in d. cap. cum omnes in 8. fallen.* dicit, quod quando constat de voluntate statuentium, quòd voluerint recedere à statuto, vel constitutione, quia erat prouisum, quòd omnium consensus requireretur, prout in casu nostro, hoc casu valet gestum à maiori parte, quia legem sibi imponere non potuerunt, à qua recedere non liceat. Et ex prædictis apparet non obstare, quòd dicebatur de glo. *in d. c. vbi periculum, §. ideo n quoque*, quia procedit, vt Decius *declarat in d. 8. fallen.* quando non constat de contraria voluntate statuentium, & similiter non obstat, quod dicebatur in casu, quo per sta-
35 tutum requiritur, omnium consensus, † & maior pars vult derogare, requiri præsentiam omnium ex decisione Bart. *in d. l. obseruare, in 3. notab. C. de decur. lib. 10.* quem sequitur Dec. *in 10. limit.* quia hoc non videtur verum, vt dicit Hieronymus Gigas *in addit. ad ca. prædictum omnes, in versic. præsentes littera B.* vbi benè declarat decisionem Bart. *in d. l. obseruare*, & contrarium tenet addit. in eo loco *littera O.* ad quos, ne sim magis prolixus, me refero, vnde ex omnibus prædictis fuit decisum in fauorem Magnifici Camilli.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. ibi factum à maiori parte. Vide Cagnol. post Dec. *in l. aliud. §. refertur, ff. de reg. iur.* Aym. *conf. 27. nu. 10.* Petr. Duennam *in reg. 296. & seq.* Alpha. Perus. *in Collect. 195. & infra dec. 198. nu. 8. & seq.* Steph. Grat. *in dec.* Marchiæ Anconitanæ 169. *column. 1.* vbi scribit, quòd maior intelligitur, quādo factum à maiori parte pertinet ad plures, vt vniuersos, secùs si ad singulos, & iterum *in dec. 183. column. 1.* & multa cumulat nouissimè D. Garsia Mastrilius, per multos annos post hæc scripta impressus *in dec. 49. num. 7.*

Vide in iure patronatus omninò Boer. *in dec. 111.*

Et dictum maioris partis debet attendi, quando est vtile Ciuitati, licet statuto caueatur, quòd omnium ciuium consensus requiratur secundùm Aymo. *consil. 195. num. 8. in fin.* de quo meminit Grammat. *dec. 100. num. 6.*

Vide Capic. *decis. 152.* & Rouitum in pulchro casu *in pragmat. 2. in fin. de administr. vniuer. per cap. dudum li. 1. vbi Canonistæ de elect.*

Et ad istam regulam, quod factum à maiori parte, vide omninò Bombin. *cons. 13.* aliqua per D. Ann. iun. *cons. 94. num. 12. & seq.*

Num. 21. vbi, vt vno contradicente, adde Nattam *cons. 58. colum. fin.* Boer. *dec. 149. num. 5.* Arnon. *problemat. 21.* Campan. *cap. Regni 132. sub n. 61.* Annam sen. *alleg. 15. par. 1.* Mandos. *in cons. Roma. 352. litt. 6.* Capiblanc. *in tract. de Baron. fol. 125. num. 67. & sequ.* & in notabili casu hunc Dominum Authorem *in decis. 609. par. 4.* vide Viuium *in dec. 129. num. 1.*

Num. 28. ibi, quia in dubio, adde Annam iun. *cons. 80. in fin. cons. 89. num. 39. & in singul. 627.*

Adde quòd decisionem istam in puncto principali refert, & sequitur D. de Ponte *in suo eleganti tract. de potest. proreg. fol. 487.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

S V M M A R I V M

1 *Intellectus l. quod maior. ff. ad municip. cum ampliationib. & limitationibus remissiuè.*
2 *Vox, & electio minoris partis, quando & quomodo valeat.*
3 *Ratio, quare attendatur, quod à maiori parte fit. Item vbi concurrit maior pars ibi præsumitur maior Zelus.*
4 *Asserenti in instrumento interuenisse maiorem partem, an credatur.*
5 *In impositionem collectarum, & aliarum impositionum, an maior pars præiudicet minori.*
6 *Attendaturne maior pars totius Vniuersitatis, an magis hominum, qui in consilio adfuerunt.*
7 *Quando minor pars est ditiorum, & meliorum, an attendatur maior pars cæterorum non ditiorum.*
8 *Maior pars non nocet minori in his, quæ importans delictum.*
9 *Dicta l. quòd maior, an procedat, etiam in materia statutorum.*

10 *Plu-*

18 *Plura ad ornatum d.l.remissiuè.*
11 *Absentes, an sint vocandi.*
12 *An nomina singulorum apponi debeant in mandato faciendo per Vniuersitatem de aliquid faciendo.*
13 *An stetur instrumento Notarij dicentis maiorem partem adfuisse.*
14 *Confessio Syndici iudicialis an noceat Vniuersitati.*
51 *Vniuersitas, quando intelligatur ratificare gesta à Syndico.*
16 *Syndicus an possit agere ad emendam damni particularibus ciuibus Vniuersitatis, illati, ipsosque defendere in iudicio, si à Barone grauantur, damnificantur, vel vexantur.*
17 *Possessio particularium an prosit vniuersitati circa praescriptionem, & possessionem.*
18 *In creatione Syndici, an requiratur decretum.*
19 *Qui praeferantur in officijs vniuersalibus, item, quando fiat electio Decurionum, Syndici, & Gubernij.*
20 *Actus vniuersitatis ad sui validitatem requirit interuentum duarum partium ex tribus, & quomodo, & quando.*
21 *Communitas an possit concedere immunitatem vno contradicente, vel pluribus.*
22 *Item, an possit facere praedia tributaria.*
23 *Immunitas, ex qua causa concedi possit, & quomodo.*
24 *Communitas pascua communia habens cum altera Communitate, seu Vniuersitate, non potest ex aliquorum sententia diuisionem petere, & quomodo, & quando.*
25 *Vniuersitas, adhoc vt obligetur ex contractu, vel delicto, quae requirantur.*
26 *Vniuersitas, quando non obliget absentes, & dissentientes, ad collectas, & similia.*
27 *Vniuersitas non obligat dissentientes ad fabricandam nouam Ecclesiam in loco opportuniori, viciniori, vel commodiori, quia id videtur ad pompam potius, quam ad necessariam causam.*
28 *Cessio iurium Vniuersitatis facta à maiori parte, tàm deductorum in iudicio, quàm ex priuilegio competentium, non praeiudicat minori parti.*
29 *Maior pars eligens exterum ad officium, administrationem, sedile, vel aggregationem, non praefertur minori parti eligenti ciuem.*
30 *Vniuersitas an teneatur de damno facto à decurionibus suis.*
31 *Quaestio de honoribus sedilium, leuis est praeiudicij.*
32 *Vna vel minor pars contradicendo compromisso faciendo inter Baronem, & Vniuersitatem, de rebus, & litibus in iudicium deductis, vel per vniuersitatem obtentis, an impediat maiorem partem, vel duas compromittere volentes.*
33 *Legatio Cardinalis iniuncta à Summo Pontifice in fauorem fidei vltra mare, mortuo Papa non expirat.*
34 *Munera, honores, & officia, non continuantur in eadem terra, siue minora, siue aequalia, siue maiora, sub quouis quaesito colore.*
35 *Refirmatio, vno reluctante, fieri non potest, etiam quoad officiales administrationis, vt puta Syndici, non modo iurisdictionis.*
36 *Officialis annalis esse debet, & si impediatur, an possit pro anno sequenti petere refirmationem à Barone, & an Baro cogatur refirmare, & an vniuersitas possit contradicere.*
37 *Electio facta vltra annum, vitieturne in totum, vel potius pro tempore, quo annum excedit.*
38 *Ciuitas diuisa per quarteria, sitne Ciuitas, vel tot Ciuitates quot quarteria.*
39 *Cautela, vt statuta valeant.*
40 *Populus iurisdictione carens statuta condere nequit.*
41 *Amplia, vt procedat etiam in dominis terrarum recognoscentibus Superiorem, etiam si merum, & mixtum Imperium habeant, si statuta iuri communi sint contraria.*
42 *Qui statuta absolutè condere non potest, nec consuetudinem contra ius inducere potest sine scientia superioris, & praesertim absente superiore, nec reuocabit.*
43 *Tacitè, vel expressè statuta vel ius commune.*
44 *Talia statuta recipiantne interpretationem à iure communi.*
45 *Resolutio auctoris circa huiusmodi statutorum validitatem.*
46 *Qui confirmat actum licet nullum, videtur de nouo concedere.*
47 *An requiratur confirmatio in forma communi, vt ius tribuat, vel in forma specifica.*
48 *Statuta iniusta an confirmata censeantur.*
48 *Princeps statuta iniusta numquam confirmasse videtur.*
50 *Statuta licèt confirmentur à Papa, in eius locis dicuntur Papalia.*
51 *In volumine statutorum, si inueniatur concernens animae periculum, non censetur à Pontifice confirmatum.*
52 *Potestas confirmandi statuta competit huius Regni Proregi, tamquàm locum tenenti in Regno.*
53 *Statuta ciuitatis an ligent Iudeos.*
54 *Statutum, & constitutio quid sint.*
55 *Statutum an tollat priuilegium dotis.*
56 *Confirmatio in forma communi ius tribuit.*
57 *Regula d.l.quod maior, procedit etiam in iudicando, cum maior totorum numerus praeualeat minori.*
52 *In pari numero quae vota praeualeant.*
59 *Vota non redacta in formam sententiae sententia non operantur effectum.*

1 AD hanc decisionem secundam, † de intelle-
ctu ampliat, & limitat *l.quod maior*, ad mu-
nicipalem, cum similibus, & in eo quando
2 valeat, † & quando vox & electio minoris
3 partis, Caepoll.*cautela 79.in electionibus*, † quare au-
tem attendatur illud, quod à maiori parte fit, est quia
vbi concurrit maior pars, ibi praesumitur maior zelus,
4 Alciat.*in lib. praesumpt.regul.1.praesumpt.51* † An cre-
datur asserenti in instrumento interuenisse maiorem
5 partem, Capic.*dec.4.548.* & 552. † an maior pars prae-
iudicet minori in impositione collectarum, & aliarum
impositionum, Guid.Pap.*decisio.424.& decis. penult.*
6 † & an attendatur maior pars respectu totius Vniuer-
sitatis, vel hominum, qui in consil.adfuerunt. Boerius
7 *dec.111.*& Simon.*cons.27.* † An autem quando minor
pars est ditiorum, & meliorum, an attendi debeat ma-
ior pars ceterorum non ditiorum, Bald.*in l.& suum, §.*
8 *fin.* vbi Paul.de Castr. *ff.de pactis*. † Vbi etiam dicit,
quòd in his, quae important delictum, maior pars non
9 nocet minori. † Sed quòd *l.maior* procedat etiam in
materia statutorum, Claudius Seisel.*in l.4.§.Cato, nu.*
10 *41.ff.de verbor. obligat.* † de materia dictae legis vi-
dendi sunt, & sic pro ampliationibus, & limit. Capic.*al-
legata decis.*152 Rom. *num.41. in rubr de arbitris. &
singul.44.incip Quia heri, & 95. incip. heri.* Socin. *in
Reg.143.incip. Factum* Benedictus Vadus *reg.6.* Felin.
in cap.cum omnes de rescriptis, Ias.*in l.iurisgentium, §.
hodie, ff.de pactis,* Mantua.*cap.10.lib. locorum com-
mun.*Afflict. *in praeludijs constitutionum quaest.4. num.
4.*Corsetus *singul.2.verbo vniuersitas,* Bald.*in l.fin.* vbi
apostilla co.de auctoritate praestanda. Abb. *in cap scri-
ptum,6.notabili. de elect.* Nellus *in suo tract. de Banni-
tis,1.part.primi temporis. num.6.* Freccia *in subfeudis,
in tit si subfeudatarij habent vocem in parlamento, nu.
19.*Lucas de Penna *in l.si quid, §.fin C.de legat.* Afflict.
*decis.1.*Duenas *reg.295. & sequ. vsque ad* 28. Anchar.
*cons.10.*Gomesius *in §.item Seruiana, nu.41.de actio-
11 nib.* † An autem absentes vocari debeant, *glos. in ca.
praesentium, de testibus in 6* Cotta *in verbo absentes.*
12 † Item adde, quòd in mandato Vniuersitatis ad alie-
nandum, vel aliquid faciendum (quo Vniuersitas con-
stituit procuratorem, actorem, & gubernatorem, vt
dicit Angel.*in l si filiusfamilias §.veter ff. de procur.*)
debent singulorum constituentium apponi nomina.
Spe-

Speculator *in tit. de Sindic. §. 1. vers. item oppono.* Abb. *in cap. quarto de his, quæ fiunt à Prælatis, & in cap. 1. de Sindico.* Bar. *in l. 1. ff. de albo scribendo.* Alex. *consil. 1. volum. 4.* Capic. *dec. 4.* licet Abbas dicat, quòd si adest Sigillum Vniuersitatis, quòd non requiritur singulorum
13 expressio. † An autem stetur instrumento Notarij dicentis maiorem partem adfuisse, Geminianus *in cap. ad decimum de restitutione spoliatorum in 6.* Bart. *in dicta*
14 *l. 1. de albo scribendo.* † An autem confessio Sindici iudicialis noceat Vniuersitati? Decius *consil. mihi 221. n. 3.*
15 & 297. † Et ibi quando Vniuersitas intelligatur rati-
16 ficare gesta à Sindico. † An autem Sindicus agere possit ad emendam damni particularibus ciuibus Vniuersitatis illati, ipsosque defendere in iudicio, si à Barone grauantur, damnificantur, vel vexantur. Suarez
17 *allegat. 26.* doctissimè. † Et an possessio particularium prosit Vniuersitati circa præscriptionem, & possessionem? Scribentes *in l. 1. de acquir. possess.* Deci. *d. consil.*
18 221. † An requiratur decretum in creatione Sindici,
19 Luca de Penna *in Rubrica de Decurionibus.* † Et qui præficiantur in officijs vniuersalibus, & à quo fiat electio Decurionum Syndici, & Gubernij *vide infra dec. 210.*
20 Item adde ad hanc decisionem, † quòd actus Vniuersitatis ad sui validitatem, requirit interuentum duarum partium ex tribus. sed quomodo, & quando Brunorum *in allegato verbo, Vniuersitatis actus, fol. 206. à tergo.* Gabriel. Romanus *lib. 1. conclus. de fide instrum.*
21 *conclus. 2.* † An Communitas immunitatem concede-
22 re possit vno contradicente, vel pluribus, † & an possit facere præstationem tributariam, Brunor. *in verbo Communi-*
23 *tas immunitatem, fol. 41.* & † ex qua causa immunitas concedi possit, & quo, Ozascus *dec. 91. 95. & 136.* Et
24 prius *in decis. 38.* † Sed communitas pascua communia habens, cum altera Communitate, seu Vniuersitate non potest ex aliquorum sententia diuisionem petere, sed quomodo, & quando, Brunorus *in verbo Communitas pascua.* Campania *in cap. Regni, pondus aquum.* Antonius Thessaurus *decis. Pedemont. 72. incip. dubitatur, & in decis. 7. incip. ius pascendi*, de quo pa-
25 scendi vsu, & verbis, dicam *in decis. 301. infra* † Vniuersitas ad hoc vt obligetur ex contractu, vel delicto, requiritur, quòd fuerit solemniter conuocata, & congregata, & quòd præcesserit propositio facta, & super ea consilium, & deliberatio subsequuta, alias non dicitur Vniuersitas facere contractum, vel delictum, Curtius iunior. *cons. fin. & cons. 174. num. 36.* post Barto. *in l. aut facta, §. fin. versic. quero omnes homines, ff. de pœnis*, Brunorus in verbo communitas, seu vniuersitas ad
26 hoc. † Item adde, quòd Vniuersitas non potest obligare absentes, vel non consentientes ad collectas, quæ pro causis non necessarijs imponuntur, vel pro his, quæ fiunt ad pompam, vel ornatum, etiamsi impensa esset vtilis, non tamen necessaria. Natta *in cons. 555. n. 5. &*
27 *sequ.* † vbi dicit, non posse Vniuersitatem obligare non consentientes ad fabricandam nouam Ecclesiam in loco opportuniori, viciniori, vel commodiori, quia id videtur ad pompam potiùs, qua ad necessariam causam, & ipsum sequitur Brunorus, in verbo. *communi-*
28 *tas.* Item in facto nota acutissimè Lector, quòd † cessio iurium Vniuersitatis facta à maiori parte, tàm deductorum in iudicio, quam ex priuilegio competentium, non præiudicat minori parti, ita Anna pater *alle-*
29 *gat. 53.* In causa Briatici cum Comite. † Nec maior pars eligens externum ad aliquod officium, vel administrationem, vel sedilis aggregationem, præfertur minori eligenti ciuem. Idem Anna *allegat. 57. incipien. in*
30 *hac causa mea.* Vbi † Vniuersitas an teneatur de damno facto à Decurionibus suis, Anna, *alleg. 21.*

Ad num. 4. vers. vt singulos.

Adde *infra decis. 82. num. 4.* & ad istam decisionem
31 Sedilium adde, quòd † ista quæstio Sedilium est leuis
32 præiudicium, Præsidens *infra decis. 537. in fin.* † An si vna pars contradicit compromisso faciendo inter Barones, & Vniuersitatem de litibus, & rebus in iudicium deductis, vel per Vniuersitatem obtentis, impediat maiorem partem, vel duas, volentes compromittere post Borrellum *in pragmat. odia litium de compromissis.* Vide Montanarium, & alios *in pragmat. de regimine vniuersitatis*; alia vide per Hyppolitum *in singulari 376. ad num. 15.* Adde Firmanum *in verbo lega-*
33 *tio.* † Et quòd legatio quam Papa iniungit Cardinali vltra mare, in fauorem fidei mortuo Pontifice non expiret, dicit Ias. *in l. more maiorum, vers. 7. fallit. ff. de iurisdict. omnium iudic.* & Brunorus ipse, *in verbo legatio, fol. 123. à fronte.*

Ad num. 17. vers. imò, & si honores.

34 Adde, quòd non modo munera, † & honores, non continuantur, sed nec etiam officia sunt continuanda in eadem terra, siue minora, siue æqualia, siue maiora, sub quouis quæsito colore. Ita decisum dicit Anna, *in singul. 479. incip. Secundo anno pro vniuersitate Montis Fuscali*, Viuius latissimè *decis. 129.* Præsidens hic doctissimus, *in decis. 479. incip. in decisionibus grauaminum, ad quam dicam.*

Ad num. 21. ibi, quia in confirmatione Officialis.

35 Adde Annam patrem *allegat. 15.* vbi † quòd refirmatio vno reluctante fieri non potest, etiam quoad officiales administrationis, vt puta Syndici non modo iurisdictionis, & Viuium *in decis. allegata 129.* Rouitus *in pragmat. 5. num. 2. & 9. in tit. de Baronibus, & Montanarius in pragm. 2. num. 305. quæst. 1. de regimine Vniuersitatis.* & Præsidens hic *dec. 479. superius allegata.* Roma. *singul. 96. & 669.* Boerius *quæst. 149.* & Brunorus nouiss. *in compend propositionum iuris, ver-*
36 *bo vniuersit. tota.* † sed an Officialis, qui annalis debet esse, si impeditur, possit pro anno sequenti refirmationem petere a Barone, & Baro cogatur refirmare. &
38 vniuers. an possit contradicere, & † An electio facta vltra annum nititur in totum, vel pro tempore, quo annum excedit post Doctores *in extrauaganti ambitiosè.* Rouitus in dicta Pragm. 5. *de officio iudicum, & aliorum officialium*, & de refirmatione, tàm in officijs administrationis, quàm iurisdictionis, nouissimi addentes *in 4. decis.* Capic. *& dixi in decis. 110.* & Anna *allegat. 12.* Loffred. *consil. 51. num. 11.* Boer. *qu. 149.*

Ad num. 2.

Adde nouiss. quòd non solùm in actibus necessarijs, vel vtilibus, & etiam indifferentibus, sed in his, quæ sunt communia pluribus, vt vniuersis, tenet factum à maiori parte, & solùm impedit minor quando habet iustam causam contradicendi, glos. Paris. *in capit. cum omnes, de constitut.* ad Decium, *num. 29. verbo voluntarijs.*

Ad num. 30.

Adde infra Præsidentem *decis. 380.* ad quam dico, &
38 de † Ciuitate diuisa per quarteria, an dicatur vna ciuitas, vel ciuitates, quot quarteria. Anna Pater *singul. 83. incipien.* Ciuitas, & an vniuersitas restituatur aduersus fatalia decursa, quòd sic, Grammaticus *consil. ciuil. 165. num. 7.*

Ad num. 31.

Adde Afflict. *in proœm. constit. qu. 4.* vbi etiam ponit
39 † cautelam, vt statuta valeant, & sic *qu. 3.* immo adde,
40 † quòd sicut populus iurisdict. carens statuta condere nequit, vt placuit Bartol. *num. 8. in l. omnes populi*, vbi
41 Iason, Roma. *cons. 218.* Surd. *cons. 161. volum. 1.* † ita etiam hæc prohibitio extenditur ad dominos terrarū, recognoscentes Regem Catholicum in superiorem, licèt merum, & mixtum Imperium habeant, si statuta iuri communi sint contraria, voluit Afflict. *quæst. 6. in pro-*

in proœm.constitutionum, Roland. à Valle *cons.4.num.* 30.*volum.*3. Nouissimi *in consuet.Catanea,in proœmio*
42 *num.*78. Surdus *in cons.*152.*nu.*40. *volum.*1. † & ideò qui statuta absolutè condere non potest, non potest etiam contra ius consuetudinem inducere sine scientia
43 superioris, & præsertim absente superiore † nec potest reuocare statuta, nec ius commune tacitè, vel expressè. Brunorus,*in verbo statuta absolutè, fol.*183.*& ver-*
44 *bo statuta correctoria*, vbi † an statuta talia recipiant
45 interpretationem à iure communi? Sed † tu iudiciosè lector aduertas, quòd si statuta præter ius essent, vel rerum Baronum administrationem tangerent, vel Rex noster potentissimus assensum gratiosè præstaret dubium non esset, illa statuta valere, ita Afflict. *d.quæst.* 1.*num.*1.*& quæst.*5.*num.*3. Parisius 99. *num.* 34. *vol.*1. Scaccia *in tractatu de iudicijs part.*1. *cap.*61. *num.* 14. Surdus *consil.*63.*num.*27.*volu.*1. Villalobus *libro communium in littera P.nu.*81. Michael de Crassis *eodem*
46 *lib.*1.*quæst.*4.*cap.*3.& rationem affero,† quia qui confirmat actum, licèt nullum, videtur de nouo concedere, vt dicit Afflict.*d.quæst.*2. *num.*4. & hic Præsidens
47 *decis.*185.*num.*5. vbi dico. † Sed an sufficiat confirmatio in forma communi, vt ius tribuat, vel in forma specifica, eruditissimus Doctor Rouitus ad præsens Sacri Regij Consiliarius,*in pragmat.*1. *de possessoribus non turbandis,quæ dicitur quarta,edita Tauri.fol.mi-*
48 *hi* 55.*à fronte, & à tergo*. † Sed quæro an sint confir-
49 mata statuta iniusta,† cùm Princeps numquàm illa confirmasse videtur, Afflict. *in allegata quæst. num.*4. Rouitus *in tractatu de statutaria vrbis præscriptione, glos.*1.*num.*23. & hic Præsidens in hac decisione *num.*
50 33.sicut † dicimus, quòd statuta licet confirmentur à Pontifice, in eius locis, dicuntur Papalia, Brunorus *in*
51 *verbo,statuto confirmata,fol.*183. *à fronte*, † si tamen in volum. statutorum reperiatur concernens animæ periculum, non censetur à Pontifice confirmatum, Baldus,& Abbas *in cap.cùm contingat de iureiurando.* Brunorus *in dicto libro,in verbo statuta licet, fol.*184.
52 Sed prædictis addendum est, quòd † potestas confirmandi statuta, etiam Illustriss.& Excellent. huic Regni Proregi competit, tamquàm locum in Regno pro Catholica Maiestate, & eiusdem Catholici Regis commissa tenenti, vt vult hìc Præsidens *in dec.*165. *num.*2. ad quam dixi, vt est hodie iustissimus hic Prorex, de quo multa dici possent laudabilia,& cui Regna,& non modo Regnum, committi possent, ita Milanensis *in decis.Siciliæ* 8.*incip. Et quia causa eram oppositoria*,
53 † An statuta Ciuitatis Iudæos ligent ipse Rouitus *in*
54 *pragmat.*1.*de Iudæis* † Statutum quid sit, & quid con-
55 stitutio *in pragmat.*1.*tit. de accusat.* † Statutum an tollat priuilegium dotis. Anna pater, in sua *repet.cap.* 1.*de vassallo decrepitæ ætatis*, *num.* 51. vbi quòd non, nisi specialiter dicatur, & de confirmatione in forma
56 communi,quòd ius † tribuat, Præsid.*in dec.*4. *num.* 15. *& dec.*185.*&* 205.videat beneuolus lector.

Ad num.34.

57 Adde, quòd hæc regula, † *l. quod maior*, procedet etiam in iudicando, quia maior numerus votorum præualet minori. Afflict.*in dec.*1. vbi Vrsilius, Antonius Thesaurus *in decis.*1.*Senatus Pedemontani*, Præ-
58 sidens de Franch.*dec.*252.*incip.in Regia Camera*, † & si sunt in pari numero, quæ vota præualeant, Franciscus Marcus,*decisio.Delphinatus* 5.292.*&* 295. *part.*2. Antonius Gamma,*decis.*1.*Lusitaniæ*, Præsidens hic de
59 Franchis *decis.prædicta* 252. † Sed vota non redacta in formam sententiæ, minimè sententiæ operantur effectum. Regens à Ponte, *cons.*60.*incip. reassumendo*, *volum.*1. Sed adde, an Gabella ad extinctionem debitorũ Vniuersitatis imposita in Vniuersitate ianuis clausis, possit reuocari per maiorem partem Ciuium colludentium cum conductore gabellæ in præiudicium minoris partis, Baro de Petra ad Capic *dec.*152. Quòd autem in dubio sit pronunciandum quem esse in Collegium cooptandum, vt *num.*28.*in hac decis.* confirmat pluribus Anna Consiliarius, *cons.*80.*in fin.*& 88.& 38. quia recipere aliquem ad Collegium est modici præiudicij. Præsi d. *in fin. dec.*357.

ADDITIO D. RICII.

Electio, siue aggregatio facta per maiorem partem Collegij, vel sedilis ab omnibus facta censetur, validaq; est non obstante contradictione minoris partis hoc concludit.

Amplia primò, hanc conclusionem procedere etiam contra statutum disponens, quòd maior pars non sufficiat, nam illud statutum non valet, & eo non obstante attenditur votum maioris partis Goffred. *consil.*51.

Amplia 2. vt maior pars hominum, possit afflictare territorium vniuersitatis etiam reluctante, & recusante Barone, Auctor noster *dec.*197.

Amplia 3. primam firmatam decisionis conclusionem adeò procedere, vt ex facto à maiori parte vniuersitatis vniuersitas non possit puniri, Oldrad.*consil.* 315.Boer.*dec.*111.

Amplia 4. vt vniuersitas vocata maiori parte, seu duabus partibus possit statuere, & talia statuta valere inquit Calder.*cons.*3. *de constit.*

Amplia 5. vt procedat etiam in iudicando, nam maiori parti votorum standum est, quia firmius reputatur consilium plurimorum, quàm vnius, vt est text. *in cap. nouimus de verb. signific.* Afflict. *decis.*1. & ideò stari debet opinioni, seu sententiæ duorum ex tribus iudicantibus, dummodo alius sit præsens, secus si absens, quia sententia esset nulla, text. est *in l.si duo ex tribus, ff.de re iudic.cap.*1.*& fin.de arbitr.in* 6. Socin.*cons.*54. *volum.*1.

Amplia 6. procedere etiam in actibus necessarijs, seu saltem vtilibus, in quibus maior pars semper prefertur, Ann.*allegat.*57.*num.*2.

Limita primò non procedere quando consensus maioris partis esset iuri contrarius, vel adesset iusta causa contradicendi, aut minor pars esset sanior, vel prudentior, tunc enim maior pars non attenditur. Gram.*cons. ciuil.*4. Thes. *dec. Pedemont.*1.*num.*7. & 8.

Limita 2. non procedere, quando maior pars facit electionem nullam, eo enim casu minor pars habet potestatem eligendi, Decius *cons.*214.

Limita 3. non procedere in re communi, nam in eius dispositione requiritur consensus omnium, & non sufficit maioris partis, *l.per fundum*, *ff. de seruit.rustic. præd.gloss.in c.cùm omnes de constit.* Lapus *allegat.*85. Oldrad.*consil.*301. Roman.*cons.*302. Diaz. *in reg.*449. nam in ijs, quæ sunt iuris communis maior pars minori non præiudicat Francisc. Marc.*decis.*125.*part.*2. Pet de Antibol.*in tract.de muner.& honor.in* 3.*part.num* 24.

Limita 4. non procedere, quando fit donatiuum per Regnum, quia tunc non sufficit, quòd sit vocata maior pars vniuersitatis Regni, sed debent vocari omnes vniuersitates Aiello de iure Adhoæ *num.*38. Decius *consil.*28. Verùm obiter nota, quòd maior pars creditorum nequit in præiudicium minoris partis remittere creditum, vt docet Nouar.*in collect.ad pragm.*1. *num.* 38.*de cess. bon.*

Nota etiam ad materiam, quòd maior pars dicitur, quæ dignior, & antiquior est, & in pari numero ratio dignitatis habenda est, Puteus *decis.*157.*lib.*3. Franc. Marc.*dec.*489 *part.*1.& maior pars capituli non respectu aliarum partium sumenda est, sed respectu totius Boer.*dec.*3.*n.*3. & si in aliquo actu reperitur scriptum, quòd adfuerunt illi de collegio non sufficit, sed est necesse, quòd dicatur, quòd adfuit maior pars Bart. *in l.fin. C.de præd. decur.*

ADDITIO D. NOVARII.

COncluditur hic, quòd electio, siue aggregatio facta per maiorem partem Collegij, vel Sedilis ab omnibus facta censetur, validaque est, non obstante contradictione minoris partis. Ratio autem est, quia interesse singulorum, vti singulorum non consideratur in materia admissionis ad sedilia, sed sufficit maior pars, vt testatur de Ponte *in suo tractatu de potestate Proregis in tit. de diuersis prouisionibus in rubr. de legitimatione, seu restitut. natal. num.* 10. vbi istam decisionem recenset, sequitur D. Ricc. *in collect. decis. collect.* 316. ex text. *in l. quòd maior. ff. ad municip.* vbi quòd maior pars facit, omnes fecisse videntur, quod procedit etiam in iudicibus votantibus, iuxta decis. Afflict. *in 1. dubio*, vbi enim conuenit maior pars, ibi, & maior zelus, rectitudo, & negotij iustitia sequuntur, vt post alios, quos allegat nouissimè tradit D. Ricc. *in sua praxi, resolut. 49. part. 2.* vbi firmat hoc esse generale præsertim in electionibus *cap. Ecclesia nostra de elect. cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli*, ita quod valet electio facta à maiore parte capituli, computata in hac maiori parte persona electi ex tex. *in c. cum iure peritus de elect.* circa cuius intellectum videte Castren. *in cons. 240. volum 2.* Abb. *cons. 25. volum. 2.* Azeued. *ad Curiam Pisan. lib. 2. cap. 11. num. 7.* Spin. *in specul. testam. glos. 27. num. 56.* Mess. *in pragma. taxa panis conclus. 6. num. 49.* Peralt. *in l. vnum ex familia. §. rogo. ff. de legat. 2.* Curt. *de iur. patronat. in verbo honorificum, num.* 20 latè Lambert. *in eiusdem nominis tract. 1. par. 2. lib. 8. quæst. principalis*, & Cened. *in collect. iur. Canon. 99. part. 2.*

Aduerte tamen, quòd quando minor pars habet iustam causam contradicendi, tunc attenditur illud, quod est dispositum per minorem partem, non autem quod est per maiorem. Glossa est notabilis *in cap. cupientes, §. 1. de elect. in 6.* & sequitur additio ad Bartol. *in cit. l. quòd maior.* quòd etiam quando est actus necessarius, non sufficit maior pars, & consequenter maior pars non attenditur text. *in l. si quis hac lege, §. quoties ff. qui, & à quibus*, vbi in accusatione liberti, vt in seruitutem reducatur omnium patronorum consensus requiritur, sequitur Gloss. *in cap. cum omnes de constitut.* vbi communiter alij Canonistæ. Sic pariter si maior pars disponat contra priuilegium vniuersitatis, ab ea dispositum non attenditur, sed id quod minor pars disponit Innocent *in cap. accedentibus circa medium de priuil.* Abb. *in cap. cum venissent colum. 9. de rescript.* Bald. *in l. 1. de magistr. conuenien.* Dec. *in d. cap. cùm omnes de constit. colum. 4.* similiter quando à paucioribus est aliquid rationabilius dispositum super actu, licèt maior pars dissentiat, tamen paucioribus statur, *cap. 1. §. quod circa, versic. à paucioribus de his, quæ fiunt à maior. part. cap.* ibi enim dicitur maior, vbi adest maior ratio, & pietas, vt per iura adducta per glos. *in d. §. quod circa in vers. rationabiliter*; Item vbicumque clarè constat ex mente legis, seu statuentis, quòd præcisè consensus omnium requiratur, tunc non debemus attendere ad maiorem partem, sed ad minorem, vnde in illo casu maior pars aliquid disponere nequit absque omnium consensu, ita Glossa *notabilis in cap. vbi periculum, §. idem quoque in vers. singulis de elect. in 6.* & notant Bal *in cap. non potest de reg. iur.* & Abb. *in cap. constitutus colum. penult. vers. ex quo notabis de appellat.* Ias. *in §. iurisgentium, §. hodie colum. 4. vers. 4. limita. ff. de pactis*. Similiter quoties maior pars vellet aliquid statuere aduersus illud, quod iamdiu fuisset obtentum per Constitutionem, seu statutum antiquum tali casu minor pars præfertur. Innocent. *in cap. cum omnes de constitut.* Bald. *in l. fin. de Authent. præstand. & in l. per fundum. ff. de seruit. rustic. præd.* Addit. ad Bart. *in d. l. quòd maior.*

Sed conuentio facta per maiorem partem patronorum, an alijs noceat negatiuè resoluit D. Ricc. *in d. resolut. 491. par. 2 num. 2.* vbi *num.* 3. & Anna *in allegat.* 17. recenset adeò voces singularium personarum esse attendendas in actibus concernentibus plures vti singulos, quod confirmatio vno reluctante fieri non potest, allegat Roman. *singul. 96. 669.* Boer *dec. 149.* Viu *dec. 129.* hunc Auctorem *in dec. 479.* respondeo ad textum *in l. quod maior*, & alijs iuribus.

Verùm pro coronide decis. videas omninò Tractatum nouissimum de regimine Reipublicæ *cap. 1. à num. 55. cum pluribus seq.* vbi examinantur dicta in hac decis. per Auctorem, & vide Turamen. pauper. *in tit. de remis. debit.* vbi plurima habes circa gesta à maiori parte, vbi etiam alia cumulat, & meminit de ista decis.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM

1 *Maior pars sedilis, an possit aggregare minore parte reluctante opinio, & decisio aiens.*

2 *D. Loffredus scripsit contra præsentem decisionem: impugnant Caputus, & alij, qui cumulantur, & adducitur ratio, num. 3.*

4 *Saluatur decisio per Caputum, & pars negans tutior si gaudentes solent habere aliqua commoda, numero 5.*

6 *Maior pars sufficit in reintegratione, & posterior opinio practicatur hodie in aggregatione.*

7 *Platea nobilium, an valeant aggregare ignobiles, & quando practicanda aggregatio.*

1 ADuersatores exurgunt multi in D. meum in controuersia, vtrum maior pars sedilis valeat præiudicare minori parti in aggregatione, & admissione alicuius forinseci, in qua re affirmatiuè refertur decisum, & sequitur Reg. de Pont. *de potest. Proreg. tit. 4. de Regal. impos. num. 22. tit. 20. de legit. seu restit. natal.*

2 Contrarium in casu istius decisionis allegauit Loffredus *cons. 51. & per text. in c. scriptum de elect. & cap. cum* M. Ferrariensis *de constit.* post Felin. *in c. cum omnes de constit. in 3. fall.* & alios fusè probat insignis in materia iurispatronatus Lamber. *in d. tract. 2. lib. 2. 9. art. 16.* vbi plena manu articulum examinando ita firmat, & pluries practicatum testatur in Ciuitate Trani adducens exempla per quæ non fuerunt admissi ad sedile plures propter discrepantiam minoris partis, quàm sententiam pugnaciter tenet Caput. *de regim. Reip. cap. 1. num. 43. & seq. & ad consuet. Neapolit. cap. 5. de person. quæ num. 2.* idem post Bart. Angel. & alios concludit Buratt. *decis. 574. num. 4.* Lotther. *de re benef. lib. 1. quæst. 15. num. 17.* Viuian. *de iur. patronat. lib. 4. cap. 2. num 16.*

3 Fundamentalis ratio postremæ sententiæ est, quia interest singulorum non admitti forinsecum ad dandam vocem, & gaudendum honoribus sedilis ex eo, quia per huiusmodi admissionẽ debilitatur vox vniuscuiusque quapropter requiritur concursus omnium, nec sufficit maior pars, qua ratione solidè constabilita vtitur Lambert. *vbi sup.*

4 Parum aduersatur decisio, nam hæc fundata est potiùs in dispositione priuilegiorum Regis Federici, à quo statutum erat, vt quidquid concluderetur à maiori parte, executioni demandetur, præterea tunc temporis aderant paucissimæ familiæ, & locus erat illi rationi

tioni non continuandi honores, & ordo nobilium non erat plenus, vt *num.27.& seqq.* vbi quòd erat probata necessitas, dum aliquis eodem tempore habebat plura officia, ita respondet decisioni Capatus in locis mox supra allegatis.

5 Certior est negatiua sententia, si Ciuitas habeat Ciuitates, & Castella in quibus Capitanei, & Assessores crearentur aliaue officia habeat ex quibus solent aliquam vtilitatem percipere gaudentes, vt plena manu Reg.Latro *consult.12.*

6 Quidquid sit in stricta disputandi ratione, & attento iure communi, quo inspecto, veriorem existimo secundam opinionem, hodie sedilia Neapolis non possunt aggregare sine speciali Regis licentia, & sine vnanimi consensu omnium, vt Capan. *de iur.adoh.qu.34. n.29.*R.Sanfel.*in sua prax.sect.14.n.13.* & sic maior pars non cogit minorē, sed aliter est in reintegratione,
vt Capan. *vbi sup.*Quamuis Card. Abb. & Dec.*in c.cū omnes de consti.*teneāt quòd in his quę ad Vniuersitatē vt Vniuersitatem spectant, etiam in his quæ fiunt voluntariè id quod fit à maiori parte alijs præiudicet: attamen communem esse in contrarium probat D. Reuenen.*dec.432.num.7.*& ibi Reg.de Marin.

Remanet difficultas, si Plateæ nobilium habeant facultatem aggregandi ignobiles, cùm nobilitare spectet ad Regem, & negat Censal.*in addit.* ad Peregr.*de fideicom. art.21.* in allegationibus impressis pro D.Bernardino Montaluo, nisi adesset facultas, & consuetudo contraria, quidquid indistinctè demonstrent Ann.*allegat.130.*& Marcel.de Maur *alleg.7.*aggregatio autem, est facienda quando deficerent nobiles antiqui, *l.generaliter*, vbi Alberic.*& alij, ff.de decur.*nam dum supersunt antiqui, non erit frangendus numerus ex nouis nobilibus, quos pedagogos appellat Bal.*in ca.1. §.cęterùm in tit.quis dicatur Dux*, & numerus superfluus vilescit §.*volumus*, *vbi glos.in vers.ignauus Auth.de feud.*Sacr.Palat.ita Scipio Bilott. *in con.11.*

S V M M A R I V M.

1 *Ascendentem descendenti succedere in feudo antiquo, declaratur num.6.*
2 *Capitulum 1.de natura successionis feudi, de nouo feudo loquitur.*
3 *Releuium successor, domino soluere tenetur, & si ascendens descendenti succedat.*
4 *Feuda refutata à patre in filios, ad patrem reuerti dicuntur, non in eis succedere, & num.seq.*
7 *Dominium transfertur ex alienatione permissa in proximè successurum.*
8 *Alienationis verbi, lata significatio.*
9 *Refutatio, vt valeat, quid requiratur.*
10 *Reuertatur verbo, quare in proposito vtantur Doctores.*

D E C I S I O III.

Feudum à patre filio concessum, si ad concedentem reuertatur iure successionis reuerti dicitur ideòque ad æs alienum interim per filium contractum, persoluendum tenebitur.

SPectabilis Comes Policastri donauit sub natura feudi antiqui, & paterni, Magn.Petr. Ant.eius filio proximè, & immediatè successuro, quædā feuda contemplatione matrimonij, contraxit Petrus Ant.æs alienum, & mortuus est sine filijs superstite prædicto Comite donante, qui Comes conuentus ad solutionem, allegabat se non teneri, quia prætendebat, feuda prædicta ad ipsum redijsse, & ex prima causa, seu primæuo iure possidere non tamquàm hæres filij. Fuit dubitatum, an eius hæc prætensio subsisteret. Pro solutione cuius difficultatis, fuit habita pro vera opi-
1 nio, † quòd in feudo antiquo etiam ascendens per lineam rectam succedit descendenti, non obstante text.
2 *in c.1.de nat.succes.feud.* † qui loquitur in feudo nouo. Ita Iac.de Ardiz.*in summa de succ.feud.2.col.vers.ascendentes verò.*Iac.Blanc.*in sum.in 3.par.in tit.de succes.feu.2.col.in prin.*Præpos.*in d.ca.1.de nat.suc.feu.2.col.vers.subsequenter.* Et quòd ascendens descendenti succedendo in feudo antiquo, dicatur vera successio, est text.*in c.1.de eo,qui fin.fec.agn.de feu pater.* ibi, vult ad successionem venire, & in fine ponitur, verbum succedit. Ad idem text.*in const. Regni, Forudicatorum bona, vbi gl.in ver.ascendentes, & in const.seq.vers.sanè, & in vtroque loco.*And. loquitur per verbum succedere, & licet Andr.in pluribus locis videatur hoc tenere, vt *in cap.Imperat.Lothar.in cap.1.10. colum. vers. & videtur expressum num.7.in fin.qui suc.tenean.in d.c.1.de eo,qui fi.fec.agn.& in constit.Regni, vt de succes. sub vers.fratres*, nihilominus hoc expresse decidit *in c.1.in fin.*quid iuris sit dicens, quòd habebit ex persona illius, cui fuit refutatum, cuius verba declarat Loffr.*in cons.11.quoniam in iure 3.col.vers.& sicut pater*, quòd etiam pluries dicit Loffred.*in d.c.Imper.Lothar.& in tit.de na.feu.suc.* Et quòd verè sit hæc successio demō-
3 stratur. Quia ex more inductum est, † quòd successor soluat releuium domino, & hic pater, quando succedat casus mortis filij, soluet releuium, verba sunt, And *in c.1.§.sed & res alias incip.sed & plures, 10.vers. & tunc pater.per quos fiat inuest.*ad quem locum se remittit *in tit.de alien.feud.pater.§.& si libellum 4.col in fi.* sentit idem Afflic.*in d.§.sed & res,in 3.q.in 7.arg.*& ibi Clar. Paris de Put.*post tract.de reintegr.feud.* tenet hoc idem Afflict.*in constit.Regni, Constitutionem diuæ memoriæ, in 3.notab.vers.& idem dicebat Andr.* & licet Frec. *in tr.suo in 3.auctor.n.19.*dicat, quòd Andr. tenet contrarium, dicebatur non esse verum, prout etiā Reuer. Episcopus Nicoterræ *in eius additione in d.§.sed & res in ver.releuium, lit.D.aduertit.*Et quòd ascendens succedat descendenti, Afflict.*in Constit. Regni Foriudicatorum, 2.col.vers.& quoniam*, vbi ait sic vidisse seruatum in practica, licet referat Bartholomæū de Capua dicere vidisse de facto contrarium determinatum in conflictu sapientum. Et id, quod difficultatem in hoc casu facie-
4 bat erat, † quia videbatur ex verbis Feudistarum, feuda refutata à patre in filios, dici potiùs ad patrē reuerti, quā quòd in eis ipsi succedant, ita Iac. de Ardiz.in summa prædicta, Iser.*in cap.1.in fin. ver.sed contra de cap.* Corra.*& in ca.1.col.3.vers.sed.in feud.antiquo de nat.succ.feu.*dicit, quòd potiùs feudum ad patrem reuertitur, quàm succedat, & ibi Afflic.*in 2.not.*& idem Andr. *in constit.si quando*, & ideò dicebatur, quòd ad onera medio tempore contracta non tenebatur pater. Sed difficultas hìc tollitur ex eisdem verbis Andreæ in locis
5 prædictis, † quibus verbis etiam vsi fuerunt alij, dicunt enim potius, & magis, quæ stant comparatiuè, non electiuè, quasi velint Andr.& omnes alij dicere hoc per modum loquendi: quemadmodum dicimus de filio, qui est quasi dominus in vita patris, & nihilominus negari non potest, quin mortuo patre, sit vera successio. itē qui dicunt potiùs reuerti, intelligendi sunt, vt feudum reuertatur ad descendentes, iure tamē successionis, & ita intelligitur text.*in §. hoc quoq; de suc.feu. in verbo reuertantur*, quod verbum intelligitur ibi in successione. Insuper And.*in d.c.Imper.Lothar.in 8.col.ver.licet cōcludat.ver.& hoc est, quod dicitur reuerti ad tales ascēdentes*, descendentes mortui declarat, quomodo intelligatur hoc quod dicitur reuerti, dum soluit, volentē succedere nepoti in feudo antiquo, quòd dicebatur haberi à primo concedente. Et quòd ex hoc nonpotest patruus ascendens succedere huic vltimo morienti tamquā descendenti, dicit Andr.hoc verum esse, quòd vltimò moriens habet à primo concedente. Sed, & ascendentes huius, vltimi decedentis, descendentes primi, cui fuit facta concessio ab eodem primo concedente, habere videntur potiùs, quam ex successione huius vltimi: & sic ascendentes, vt patruus, in casu posito per And.& pater in casu nostro, succedent vltimo morienti descendenti. Quia etiam ipsi habent à primo concedente, subdit

Andr.aliqua, & posteà dicit, Hoc est, quod dicitur, reuerti, sic in casu, de quo agitur:
6 † in hoc feudo succedet pater istius filij, cui facta fuit donatio, tamquàm descendens prim. & idem Andr. *in cap.1.§.preterea.pen. colum.ver.potius diceretur, quæ sit pri. cap. bene amit.* & Loffred. *in d.cap.1.in addit. incip. Andr. ponit quæstionem 8.colum.ver.at clarius fol.13.Imperat. Lotha.* & quod sit vera successio vel reuersio, iure tamen successionis, facit id quòd dictum est de releuij solutione, quòd soluitur pro successione, non autem quando ex alio titulo nisi in fraudem, & quòd quamuis lex vtatur verbo, Reuertatur, nihilominus intelligatur iure successionis. Neapod. *in consuet. Si mulier nupta, in prima*
7 *glos.item facit ad hoc*, † quia per alienationem permissam in proximè successurum transfertur in eum dominium, text. *in cap.1.de alien.feud.pater.* vbi loquitur
8 per verbum alienatio, † cuius verbi natura est, vt intelligatur de omni actu, per quem dominium transfertur, *l.1.C.de fund.dot.* Si ergo transfertur dominium, quando moritur donatarius, si succedit donator, habebit titulo successionis hoc dominium, quod erat penes donatarium ex persona donatarij, & vt hæres eius, aliter enim postquàm semel est ab eo abdicatum, habere non potest. Hinc est, quod Andr. *in d.ca.1.§. & si libellum,*
9 *3.col.ver.sed hoc de refutatione*, dicit † quòd ad hoc vt refutatio valeat, oportet, quòd cadat in aliquem titulum, seu nomen aut speciem contractus: ponens exemplum in venditione, & donatione, de natura quorum contractuum est dominij translatio, si vendens est dominus; sin autem, vsucapiendi conditio, imò dicit Iureconsultus, donatio dicitur doni datio, & est quando quis vult, quòd alius potiùs habeat, quam is, qui donat. *l.1 ff.de donat.* item dicit Bal. *in d.c.1.de alienat.feu.pater.col.2.ver.tu dic apertius*, tunc dici veram refutationem, quando ille, qui eam recipit, habet totam commoditatem, sicut refutans, & perconsequens quando nihil remanet penes refutantem. Si ergo nihil in casu, de quo agitur, remansit Comiti, quid ad eum redibit? & si dominium est translatum in filium, redibit dominium ad patrem, vt hæredem filij, postquàm feudum est
10 hæreditarium. Veritas ergo est, † quòd ex quo successio habet oculos infra in feudis, secundùm ordinem naturæ, iuris periti ad hoc tollendum, vsi sunt verbo, reuertatur, eo quia semel fuit penes refutantem ex verb. Afflict. *in d.2.not.* & Ioan.Blanch. *in eius Summa, in primo tit.3.par.* & ex istis Sacrum Consilium iunctis Dominis duarum Aularum, iudicauit, quòd Comes teneatur vt hæres in feudo ad onera hæreditaria, pro concurrenti valore feudi, & sic fuit executum, me referente. Quæ opinio tantò magis est tenenda, ne creditores, qui videntes feuda donata possideri per filium, eorumque dominum effectum creditis priuentur, quòd in simili materia considerat Aym. *cons.102.* Ioannes *colum.fin.verf.sexto dico col.1.* Et hanc opinionem tenet Ann. *in repet.cap.1.de vassal.decrep.ætat.n.150. fol.84.* die 24.Decemb.1569. Bauamus actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.2. Adde Capriol. *in tractat.de succes. fol.210. num.27.*

Num.3. Adde Milanens. *dec.8.num.3. par.1.* & quod tempus attenditur in materia refutationis mortis, vel refutationis, *vide ibidem omnino à num.274.cum seqq.* 288. post Annam *hic alleg.* & D.de Ponte *hic alleg.*

Ad fin. Adde Ann.sen. *in rubr.de vassallo decrep.æta. num.366.fol.85.* qui de decis.ista meminit, & multa in materia refutationis, per eumdem ibi. & D.Reg. de Ponte *cons.12.* & D.Reg. Lanar. *cons.68.nu.16.* D. Ann. iun. *cons.39.46.* D.Io.Andr.Georg. *in allega.17.* vbi nu. 4. hanc decisionem solemnem appellat, de hac decis. & Anna *in d. Rubr. & num.* meminit, nouissimè D. de Ponte *in tract.de potest.Proreg.fol.360. num.14.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Donatio an reuertatur ad donantem, si donatarius præmoritur.*
2 *Quid in donatione contemplatione matrimonij.*
3 *Refutatio facta feudi consideratione matrimonij, an fieri possit indistinctè filio in feudo successuro, vel cuilibet, & an cum reseruatione vsusfructus, & cum assensu Regis, vel Proregis.*
5 *Donatio causa matrimonij facta, an requirat insinuationem.*
5 *Clausula ex nunc, & pro tunc, & contra in refutatione feudi, an faciat contractum, vel vltimam voluntatem conditionalem.*
6 *Venditio feudi pro refutatione habetur.*
7 *Soror in capillo, an excludat maritatam à succedendo.*
8 *Refutatio an inducat aditionem.*
9 *Verbum reuertatur, idem importat, quod pertineat.*
10 *In substitutionibus importat dominij translationem.*
11 *Item, an sit verbum commune, vel directum, in substitutionibus.*
12 *Pactum alienatio, & venditio, valet in proximè successuros in feudalibus.*
13 *Soror in capillo, an repellat sororem primogenitam dotatam a successione feudi paterni.*
14 *Refutatio, an vendicet sibi locum in feudo ligio.*

AD hanc decisionem tertiam videndi sunt Decius *in cons.102.* & Aymon. *cons.102.* Antoniusque Gabrielius, *concl.libr.tit.de donat.*
1 *in quæst.* † an donatio redeat ad donantem, si donatarius prædecesserit. In quo themate aliqua dixit Vrsillus in decis.Afflict.102. Sed an conclusio pro-
2 cedat † in donatione contemplatione matrimonij, vide quæ ad *l.Pomponius Philadelphus. ff.familiæ erciscundæ*, & per me cumulata infra ad decis. huius doctissimi Præsidis 205. incip. *Consueuerant*, quæ decisio est intelligenda iuxta decis.52. eiusdem Præsidis, incip. do-
3 natio. Ad hanc decisionem etiam † de refutatione feudi matrimonij consideratione habita, an fieri possit indistinctè filio in feudo successuro, vel cuilibet, & an cum reseruatione vsusfructus, & cum assensu Regis, vel Proregis? Adde Annam filium *consil.41. incip. in*
4 *hac causa*, † & an donatio facta matrimonij causa, insinuationem requirat, Peregr. egregiè *cons.76.* incip.
5 *Quatuor.num.31.ibi, pro eo.volum.1.* † & de refutatio. feudi cum clausula, ex nunc, & pro tunc, & econtra, an faciat contractum conditionalem & an dies mortis faciat contractum, vel vltimam voluntatem conditionales. Consiliarius Anna, *consil.39.* incip. *Quatuor:*
6 † quòd autem venditio feudi pro refutatione habeatur ipsemet Anna *cons.8.incip.Filia.volum.1.num.16.*
7 † vbi, An soror in capillo, excludat maritatam à succedendo, de refutatione per patrem filio successuro,
8 *infra dec.71.incip. in causa*, † & de refutatione an inducat additionem, *infra dec.14.nu.16. & dec.101.* Ad hanc decis. adde Peregrinum *cons.23.vol.1.* vbi de illa meminit, & Milanens. *dec.8. & 9.Siciliæ.par.1.*

Ad num.5. in verbo reuerti.

9 Adde, quòd verbum † reuertatur, idem significat, quod pertineat. Ita Bartol. *in l.1.in fin.num.12. ff.de*
10 *donat.* Item importat † in substitutio.dominij translationem, Bartol. *in l.quisquis, C.de omni agro deserto, lib.11.* Bald. *in l.si totas, C.de inofficiosis donat. & in l.*
11 *si vmquam in fin.C.de reuocand.donatio.* † sed an sit verbum commune, vel directum in substitutionibus, Bartol. *in l.centurio, num.53.versic.6.dubitatur, ff.de vulgar. & pupill. substitut. & in l.quæ en lege. C.de pactis inter empt. & vend.* qui sibi contradicere videtur expreslè.

Ad

Ad num. 7.

12 Adde, quod non modo † pactum, sed etiam aliena-tio, & venditio, valet in proximè successuros, Anna pater *alleg. 91. incip. in hac causa Magnifica Cornelia, & singul. 569. incip. Vasallus omne pactum*, & Praesidens de Franc. hic *dec. 71.* ad quam Deo dante dicam, & Anna filius, eruditus Consiliarius Sacri Consilij, *consil. al-*
13 *legato superius 8. incip. Filia.* † vbi an soror in capillo, primogenitam dotatam à successione feudi paterni excludat, de qua renunciatione filiae, vel sororis dotatae,
14 infra Praesidens *dec. 119. nu. 13.* vbi dicam: † An autem in feudo ligio locum refutatio sortiatur, Iacobucius de Franchis, vir doctissimus, *in praeludijs feudorum, n. 145. ibi.* Idem in feudo, vbi latissimè Fla. Amend.

ADDITIO D. RICCII.

HAeres in feudis tenetur ad onera; hoc concludit ratio huius decisionis esse potest, quia in feudo haereditario non succedit, nisi qui est haeres, in tantum, quòd ad omnia onera haereditaria teneatur, etiam vltra vires, si non confecerit inuentarium. Iser. *in c. 1. an agnat. princ.* & idem dicit ibidem *vers. quaeris. glos. ibi.* quod non posset habere, nisi est haeres, & ibidem post *num. 6. vers. alij voluerunt*, tradens in feudo haereditario nullam fore differentiam inter agnatum, & filium, quia in eo nullus potest succed. re, nisi vt haeres, idem *in cap. 1. post num. 9. vers. quid si non acquisiuit de succes. feud. pater.* hinc dicimus feuda ex pacto non haereditaria acquiri successione, feuda verò haereditaria acquiri transmissione à defuncto in haeredem secundùm eumdem Isern. *in cap. 1. §. huius autem generis num. 2.* propterea Doctores tradiderunt, in feudo triplici modo considerari haeredes, videlicet haeredem sanguinis, haeredem haereditatis, & haeredem feudi, haeres enim sanguinis semper quis esse debet; nam ad eos, qui sunt descendentes ex sanguine primi acquirentis feuda deferuntur, ad text. *in cap. 1. de nat. succes. feud. & in cap. 1. §. Corradus de his, qui feud. dar. poss.* haeres haereditatis consideratur respectu filij in feudo ex pacto, & prouidentia, iuxta text. *in cap. 1. an agnat.* nam ibi feudo ex pacto, & prouidentia non haereditaria habet filius tamquàm filius, & non vt haeres, & habet ex acquisitione maiorum, & capit ea tamquàm filius, & non vt haeres, & habet ex acquisitione maiorum, & capit ea tãquàm restitutioni subiecta, & censetur plures donationes ad tempus factae personis de eadem familia, vt latiùs per eumdem Isern. *in cap. 1. §. vt olim. post num. 2. de succes. feudi.* cum locis concordantibus pater iniuria afficeretur, si sine haerede decederet, & filius habet ex medio patris, qui ipsum procreauit, propterea textus ibi disposuit, quod ad hoc, vt habeat feudum debet esse haeres in haereditate allodij, & hic est verus intellectus illius textus, quicquid alij dixerint, haeres verò feudi consideratur in feudo hereditario, nam cum non posset illud quis habere, nisi vt heres, quia ex inuestitura qualitas haereditaria transit in propriam naturam, & substantiam feudi, vt latiùs per Camer. *in cap. Imper. §. praeterea ducatus colum. 8. vers. ad secundum caput de probib. feu. alien.* per Feder & nota bene, quod succedens in feudo haereditario semper est haeres, & venit, vt haeres ab intestato in ipsa origine concessionis, & aliter venire non potest, nec erit tractandum, si fuerit institutus, vel non institutus haeres à patre, & ideò ad omnia onera teneri scribit à Ponte *in cons. 13.*

Sed dubium est, pro qua rata ad dicta onera teneatur, & in hoc refero quinque opiniones prima est, quòd haeres in feudis tenetur contribuere pro rata feudorũ, non pro portione haereditaria Frecc. *de sub. feud. num. 13. different. feud. ex pacto, & haereditarij, fol. 261.* Tiraquel. alios referens de iure *primogenit. quaest. 35. num. 31. vers. ego autem.* Alexand. *cons. 31. col. 3. vol. 1.* Cass. *in consuet. Burgun. rubr. 7. de success. §. 8. fol. 253. col. 2.*

Secunda opinio est, quòd teneatur haeres aequaliter nulla adhibita aestimationis ratione, ita in simili tenet Gulielm. de Cuneo *in auth. hoc ius porrectum, C. de Sacros. Eccles.* & probatur apertè per text. *in l. ex facto, l. 2. ff. de haered. instit.*

Tertia opinio est, quam in specie, de qua agitur tenet glos. Paris. *tit. 1. §. 2. num. 8.* scilicet vt pro portione haereditaria quilibet teneatur, videlicet, si quatuor fratres sint haeredes, inter quos primogenitus, in feudis non aliud soluat primogenitus, quam quartam debitorum partem.

Quarta opinio est, quam tenet Capic. *in inuestitura feudali, rubr. 196. colum. 2. vers. limita 4.* qui dicit contributionem esse faciendam pro rata allodialium tantùm, non computato feudo respectu haeredis.

Quinta est opinio, quam probauit Albert. Brun. *cons. 104. volum. 1.* dicens esse faciendam distinctionem, vnde debita processerit, ita vt ad debita super feudo teneatur successor in feudis, & ad alia successor in allodio, per text. *in l. si certarum. §. 1.* vbi Bald. *in 2. notabili. ff. de milit. testamen.* Isern. *in cap. 1. colum. 2. titu. an agnatus.*

Aduertas tamen, quòd in Regno nostro in illam frequentius itum est sententia, quod contributio fiat pro rata bonorum, non autem pro quota haereditatis, neq; fiat distinctio, vnde debita processerint, & ita pluries iudicatum per sententias arbitrales antiquis temporibus etiam tempore Ferdinandi Primi Regis Aragonei: In anno 1466. in causis fratrum de Barrili Ducis Ariani, & Principis Hostiliati per maximos viros sic iudicantes refert Capic. *dec. 198.* & secundùm hanc sententiam fuit conclusum in causa Isabellae Sanbasilij.

Limita primò hanc obseruantiam huius Regni non procedere in feudo ex pacto, & prouidentia, in quo contributio pro rata bonorum non fit, sed cum successor capiat feudum vigore primae inuestiturae ex prouidentia concedentis, & pacto recipientis, nihil habet à moriente, & tunc fit separatio bonorum, & debita ex feudo prouenientia soluet successor in feudo alia verò successor in allodio, & sic procedit text. *in l. certarum. §. 1. ff. de milit. testam.*

ADDITIO D. NOVARII.

DEciditur hic, quòd feudum à patre filio concessum, si ad concedentem reuertatur iure successionis reuerti dicitur, ideoque ad aes alienum interim per filium contractum persoluendum tenebitur.

Hanc eamdem decisionem recenset de Ponte *in suo tractatu de potestate Proregis, in titulo de refutationibus feudorum, num. 14.* vbi etiam allegat Annam *in repet. cap. 1. de vassal. decrepita aetatis num. 350.*

Et meritò teneri debet ad aes alienum, dum feudum iure successionis reuerti dicitur, quia haeres, & successor tenetur ad omnia onera defuncti ad text. *in l. fin. C. de haeredit. actionib.* cum ius formatum, & creatum in personam defuncti transeat actiuè, & passiuè in haeredem, *l. cum à matre, C. de rei vendicat.* Cagnol. *in l. haeredem, ff. de regul. iur.* cùm latissimè adduct. per nos *in praxi elect. & variat. fori, quaest. 20. sect. 2.* vbi recurras in facto, & pro ornatu videndus omninò Anna *in suo consil. 4.* vbi tractat, si successor in feudo teneatur ad debita, & pro qua rata, quid in feudo haereditario, & quid in feudo ex pacto, & prouidentia, non haereditario, & quid in debito ex causa emptionis ipsius feudi, & vide Marescot. abundè *in lib. 1. variar. resolut. c. 26.* vbi agit, an in feudo ex pacto, & prouidentia haeres cum beneficio inuentarij teneatur ad debita, & quid in feudo mixto, & nota, quòd haeres in Burgensaticis, & haeres in feudalibus contribuunt in solutione aeris alieni pro rata, & valore bonorum, vt per hunc Auctorem *in dec. 1. num. 24.* & ita fuisse decisum in S. C. dicit Frecc. *de sub feud. lib. 2. in 13. differ.*

OBSERVATIO I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *An feudum à patre donatum filio contemplatione matrimonij præmoriente donatario redire debeat ad donantem iure successionis, vel regressus, & iuxta primam partem fuit decisum, quæ determinatio rationibus constabilitur.*

2 *Ratio à posteriori est, nam pater tenetur ad solutionem releuij reiecto Freccia.*

3 *Extenditur, vt pater excludat fratrem defuncti in quo impugnatur Andreas qui beneuerum amplexandus in feudis Francicis, & idem in primogenito donante nam iste secundogenito præcedenti succedet excluso tertiogenito, Anna exploso, num. 4.*

5 *Arguitur contra decisionem ex alia 591. D. Præs. in contrarium expensa per Rot. Rom. Censal. & Redenasch quibus occurritur, num. 6.*

7 *Pungitur quæstio hic intacta, an donatio contemplatione matrimonij per obitum filij donatarij sine liberis redeat ad patrem iure reuersionis, & ponderantur R. Latro, Cutellus, & Rouitus, & afferuntur plura exempla Tholosana, n. 8. & ratio, n. 9.*

10 *Refertur opinio distinguens, verùm pro iure successionis concluditur, & respondetur contrarijs, n. 11.*

12 *Confutatur distinctio R. Reuerterij.*

13 *Refutatio, vt valeat, an cadere debeat in speciale nomen contractus discutitur.*

14 *Assensus quando mutet naturam feudi.*

1 OBstructa nonnullis comperitur difficultatibus decisio de donatione facta per patrem contemplatione matrimonij filio, qui erat immediatus successor, quo absque liberis defuncto controuersum est, an pater deberet habere feudum iure successionis, & persoluere onera per filium interim contracta, vel iure regressus, & iuxta primam partem determinatum extitit, quam determinationem conuallant fusè, R. de Ponte *de pot. Proreg. tit. 8. de refut. à n. 1. per tot.* Rouit. *in pragm. 1. de tit. abus. &* D. R. de Marin. *li. 1. resol. 126. & li. 2. resol. 189. n. 36.* ratio est, nam per donationem transijt dominium feudi in filiũ, tàm pro se, quàm pro descendentibus, *c. 1. de alien. feud. pat.* & feudum non desijt esse antiquum, ex quo regulariter, vbi refutatur feudum sub quauis specie contractus siue donationis, aut venditionis in proximè successurum semper remanet antiquum, & dicitur continuatio veteris inuestituræ potiùs, quam introductio nouæ formæ. Zas. *con. 13. per tot.* R. de Pont. *vbi sup. nu. 37.* Amicang. *q. feud. 5. n. 14.* & citra dubium per *prag. 15. & 16. de feud.* consequenter quando præ decedit filius donatarius, pater qui donauit succedet in feudo, vti proximior agnatus, & persoluet æs alienum filij, Giurb. *de succes. feud. §. 3. glos. 12. num. 9.*

2 Assignatur ratio altera à posteriori, quia pater in hoc casu tenetur post obitum filij ad solutionem releuij ex traditis *num. 3.* & comprobat D. Capan. *de iur. releu. lib. 2. & 18.* vbi complures authoritates, & decisiones cumulat, & reijcit Frecciam *de subfeud. lib. 1. auth. 3. num. 13.* malè eximentem à solutione releuij patrem, aduersus quem addo Giurb. *vbi sup. §. 1. glos. 12. num. 55.* at releuium soluitur ratione successionis, vt hic, & latè Capanus *vbi sup.* ergo pater succedat in feudo donato, vti proximior; & non habebit feudum iure regressus, Larat. *in theatr. feud. par. 9. dilucid. 13. per tot.*

Et quamuis Capan. *d. lib. 2. qu. 18.* plena manu probet patrem succedere vt hæredem filio in feudo à se refutato, aut donato contemplatione matrimonij nihilominus in alia quæstione, vtrum pater teneatur præstare vitam, & militiam fratri secundo genito defuncti filij negatiuam opinionem tenet *in tract. de vita, & milit. quæst. 18. nu. 71.* Et rationem affert quia pater habet feudum iure reuersionis, & non iure successionis, & laudat pro se, Molfes. *ad constitut. Neap. p. 4. quæst. 36. nu. 7. & seq.* & hanc *decis.* Id. mei, quamobrem satis ruinoso innititur illa opinio fundamento, & Capanus est sibi varius, prout etiam se inuoluit Molfesius: difficultas igitur consistit in assignanda ratione, cur pater succedens in feudo refutato, non teneatur ad vitam, & militiam secundo genito, quem excludit ad successione, & in hac re. Molfes. *num. 11.* tradit fratres non succedere cum patre, nec habere locum. *Authent. defuncto C. ad Tertull.* in feudis de iure fratrum, & existente linea ascendente non esse locum lineę collaterali, sed examinanda sunt tradita per Schloder. *de feudis lib. 7. cap. 6. de succes. ascend. num. 11.* & alios quos recensui *num. 4.*

3 Extenditur, vt pater in concursu cum fratre defuncti donatarij illum excludat, vt Isern. *in cap. 1. nu. 8. de nat. succes. feud.* & Afflict. *in c. 1. nu. 2. de vassall. decrep. ætat.* & patrem succedere etiam in titulo per filium empto super feudo exclusis alijs defuncti fratribus tenet, & decisum refert Rouit. *vbi sup.* & D. Reg. de Marin. & confirmatur ex *dict. prag. 14. & 15.* vbi compilatores sequuti sunt opinionem, quòd in bonis donatis ab ascendentibus ipsi soli in defectum descendentium succedant, & quibuscumque præferantur ex tex. *in l. quod scitis, C. de bon. quæ liber.* R. de Pont. *vbi sup. num. 38. &*
4 39. in qua re Isernias impugnatur nuncupatim à Schrader. *de feud. lib. 7. cap. 6. de succes. ascend. num. 11.* Rossental. *de feud. tit. de succes. testam. cap. 7. conclus. 14. num. 10. & 14.* Larath. *in theat. feud. p. 9. dilucid. 28.* qui tenent *d. l. quod scitis,* correctam esse per *Auth. defuncto, C. ad Tertull.* vt latè ex *dec. 59.* D. mei, sed quidquid sit attento iure communi feudorum, in terminis iuris Francorum pater pręfertur filio in dicto casu, vt probat Larath. *p. 9. dilucid. 23. & 28.*

Primogenitus si refutet secundogenito, qui deinde moriatur sine liberis, quamuis Io. Vinc. de Ann. *in repet. c. 1. n. 100. de nat. succes. feud.* teneat pro tertiogenito, quia feudum descendit, & non ascendit, & econtra partes primogeniti sustineat. Montan. *controu. 24. num. 7.* & ex Tiraq. Boer. & alijs firmat Giurb. *§. 2. glos. 13. num. 105* in terminis iuris Francorum præbeo calculum meum securè primogenito, vti maiori contra tertiogenitum.

5 Argumentari nunc potest contra decisionem pro iure regressus ad fauorem patris, quia donatio quæ resoluitur in refutationem per *cap. 1. de vasall. decrep. ætat.* censetur personalis ex *c. vnico de eo, qui fin. fec. agn. de feud. pat.* R. Galeot. *lib. 2. controu. 21. nu. 11.* consequenter donatio prædecedente filio donatario expirat cum eo, vnde feudum spectabit ad patrem iure regressus, & non successionis, quod argumentum desumitur ex *decis. 991.* D. mei *nu. 1.* ad hunc sensum expensa per Rot. Rom. penès Merlin. *in dec. 694. num. 31.* & Censal. ad Peregr. *de fideicomm. art. 6. vers. secunda sit assertio,* & Franch. Redenasc. *con. 46. n. 50.* qui tenent ideò patrem habere feudum donatum, & excludere fratres defuncti, quia donatio sit personalis, & euanescat cum persona donatarij morientis, vt Rota *vbi sup.*

6 Ad euersionem d. argumenti, & omnẽ æquiuocationem tollendam distinguendum est inter donationem, & refutationem feudi personalem, à donatione personali bonorum allodialium, nam in personali donatione alicuius rei burgensaticæ admittendum est, quòd ipsa donatio euanescat per mortem donatarij, iuxta text. *in l. penult. ff. de seruitut. rustic. prad.* vbi Titius donapit

a [illegible]

b [illegible]

uit Seio eius fratri digitum aquæ fluentis à fonte suo ad domum fratris, & concludit I.C. donationem esse personalem, & ad hæredes non transire, sed aliter intelligenda est donatio personalis, seu refutatio personalis feudi quæ distinguitur à reali, & perpetua, nam hæc est quando refutans omninò tollit se de medio, vt ampliùs non datur ad iura renunciata regressus, & in omnem causam,& omnino fit d.refutatio,ita vt perpetuo excludatur refutās, & ista realis non practicatur in Regno, Amicang.*in qu.feud.6.nu.23. & seq.* & personalis est,quando quis refutat,seù donat filio, & suis descendentibus, sed reseruat ius succedendi in casu prædecedentiæ refutatarij sine liberis, vt Amicangel.*vbi sup.*& omnes feudistæ edocent, quapropter *in d.decis.* 591.iudicatum est refutationem matris factam filio esse personalem, & nihilominus filium succedere matri, vti hæredem, vt in fine decisionis, vnde nimis diuersa est intelligentia refutationis, seu donationis personalis feudi, à donatione bonorum allodialium, quidquid aliter expendunt Censal.& Redenasch.*vbi sup.cit.*& Rota non figit pedes in personalitate donationis, & differentiam,aduertit Moſſes.*in comm.ad consuet. Neapol. in addit.ad qu.*36.*num.*1.

7 Vlteriùs pro regressu adducitur, quòd hic agebatur de donatione contemplatione matrimonij, in qua ingens est controuersia, vtrum ad patrem reuertatur si filius exindè moriatur sine liberis in vita patris, quem articulum maximam habere difficultatem, inquit, R. Latro.*decis.*175.*num.*29. vbi recenset Rouitum *in consil.*16.*num.*14.*volum.*2.Cutell.*de donat.contempl. matr.*2.*trac.*2.*discurs.special.*12.*num.*195.*& dec.*7.& 50. affirmatiuam tenentes,& pro negatiua citat D. meum *inf.dec.*59.

Bona venia mox allegati Regentis non applicantur termini *dec.*59.quia loquitur de simplici donatione iurata bonorum allodialium facta per patrem filio,quamuis beneuertum per Alciat. Couarr.& alios explosa fuit opinio, Decij *in con.*240. volentis in donatione facta per patrem filio comprehendi conditionem si superuixerit patri,ita, vt præmoriente illo euanescat donatio, de qua re latè *in obser.*59. Cutellus licet priùs edisserat pro reuersione, postremò citat hanc decisionem, quæ oppositum docet pro successione, Rouitus indistinctè attruit bona donata reuerti ad patrem, vti profectitia, & hallucinatum fuisse Rouitum aduertit P. Merlin. *cent.*2.*contron.*34.*num.*32.

8 Parlamentum Tholosanum arctè sustinet, quando parens donauit aliquid liberis in contractu matrimonij, licet donatarius moriatur relicto filio, si posteà iste moriatur sine liberis superstite suo donatore, totum redire ad donantem reuocatis etiam alienationib.quas donatarius fecerat inscio donatore,ità Maynard. *lib.*5. *cap.*90.91.& 92.nulla matris detracta legitima, prætereà cum donatarius reliquisset duos filios, quorum vnus deinde obijsset sine liberis, eius portio fuit arresto Tholosano adiudicata donatori iure regressus, vt dicit Charond.*resp.lib.*10.*cap.*82.& probat Barry *de succ. ess.lit.de success.intest.lib.*18.*tit.*2.*num.*4. & si pater in contractu matrimonij filio bona donauerit, & posteà filius sine liberis moriatur, bona donata ad patrem reuerti omni hypotheca resoluta interim contracta decisum in parlamento Tholosano, refert Ferrer. ad Guid. Pap.*decis.*148.& pro reuersione sentit Mosses. *cons.*41. *num.*2.

9 Adstipulatur illa ratio, quia donatio contemplatione matrimonij est donatio ob causam, sed matrimonio dissoluto remanet simplex, & tunc non est valida, nisi morte donatoris confirmetur ad instar cuiuslibet simplicis donationis à patre in filium collatæ, Oldrad.*consil.*15.Add.ad Guid.Pap. *in decis.*145. Theod. *alleg.*42. *num.*11.

10 Distinguunt alij, vt donatio contemplatione matrimonij tunc habeat tacitam conditionem si donatarius superuixerit donatori, si facta sit filijs ex matrimonio procreandis, secus si filio nato, & præsenti Fontanell. *de pact.nupt.tom.*1.*claus.*4.*glos.*9.*p.*5.*& decis.*44.*numero* 13. Cutell. *vbi sup.tract.*1. *discurs.*2.*p.*8.*numero* 10.

11 Veriùs ipse censeo, donationem huiusmodi prædecedente donatario non redire indistinctè ad donantem iure regressus, ita Gui d.Pa p.*dec.*147.Paschal. *de patr. pot.p.*1.*c.*3.*n.*36.Canc. *var.li.*1.*tit.de don.nu* 65. vbi ita consuluisse testatur de Georg.*alleg.*17. Fontan. *dec.*54. *n.*4.Theod.*alleg.*43.*n.*22.*& seq.* Reg.Latr. *consult.*16. & in puncto per hanc decisionem D.mei in qua nō fuit articulus disputatus,firmat Andreol. *controu.*232.*n.*6.

Nequaquam perturbat, quòd soluto matrimonio illa donatio facta filio remaneat simplex, & confirmanda sit morte patris, nam idem Theodorus *in alleg.*43. *num.*22. respondet non cessare effectum consumatum cessante causa.

12 Subtiliter R.Reuerterius *in dec.*403.distinguit insuper inter donationem factam filio cum assensu, & refutationem feudi, vt in primo casu non succedat pater tamquàm in nouo feudo, secus in secundo, sed *ibi in obseru.*D.Reg.de Marinis respondet, quòd oppositum sit veriùs ex præsenti decisione,quæ non conuincit salua reuerentia præstantissimo communi magistro, & domino meo debita, ex quo facta inspicitur hic in principio cum clausula iure antiqui feudi donatio, & corruit alia distinctio, nam donatio cum assensu etiam interposito resoluitur in refutationem, quando fit immediatè successuro, R. Sansel.*decis.*100.*num.*34.D.de Marin.*lib.*1.*resolut.*23. nec assensus interpositus contractui mutat naturam feudi, vt habetur ex *d.pragm.* 14.& firmat Freccia *de subfeud.lib.*2.*qu.*14.*nu.*2.Amicangel.*q.*5.*num.*24.R.de Ponte *d.tit. de refut. num.*25. de qua re etiam infra.

13 Refutatio pro sui validitate oportet, vt cadat in elegans nomen contractus iuxta, Iserniam *in cap.*1.*§.& si libellum de alien.feud.pat.* quem sectantur Afflict. *in d.§.& si libellum*, D.meus *num.*9. Ann.*con.*41. *num.* 15. D Reg.Galeot. *lib.*2 *controu.*6. *num.*17. P.Merlin. *centur.*2.*controu.*57.*&* 80.*num.*19. & refutatio, quæ speciale nomen non habet, vel donationis, seu venditionis, aut permutationis, & alterius speciei simulata censetur Anna *in cap.*1. *num.*232. *de vassall. decrep. ætat.*Giurb.*de success. feud.§.*1.*glos.*12.*num.*2. & 3. illa adducitur ratio, nam inuestitura est prolata in tempus mortis non autem in vita,consequenter ad transferendum dominium in refutatarium requiritur titulus habilis ad translationem,& quamuis refutans per refutationem tollat se de medio, poterit etiam esse quod proximus successor præmoriatur refutanti, & adhuc deficit voluntasDomini,qui vocauit filium,seu proximum agnatum post mortem feudatarij, & quoad feudum hæreditarium, inuestitura minus habilis titulus est dum refutatarius nequit effici hæres viuentis repugnantibus, naturæ legibus, meritò refutatio sustineri debet in vim donationis, vel alius similis tituli, ita ratiocinatur Montan.*de regal.§.fin.num.*12.

Contrarium existimo verius ex eo, quòd titulus habetur pro non titulo in refutatione dum omnis contractus, siue donationis, siue alius resoluitur in refutationem ex *cap.*1. *de alien.feud.pat.* vbi si fiat libellus cum agnato proximo non erit libellus,sed refutatio, & dum feudum refutatur causa præcedit refutationem, prout est inuestitura, & vasallus cum mortem præuenit, & ante tempus restituit dicitur contracta quædam donatio à restituente ei cui fit restitutio, vt docent Bar. Paul.de Castr. Ias.*in l.post mortem, C.de fideicom.*quapropter simpliciter facta refutatio in effectu, & substantia iudicanda sic donatio,quamuis expressa non sit, hanc opinionem desendit Io. Vinc. Anna *alleg.*97. vbi simplicem refutationem sine alia admixtione contractus fuisse validè pronunciatam per S.C.refert,& viriliter sustinet Amicang.*qu.feud.*8.*num.*17.*& seq. & qu.* 10.*num.*8.potissimum, refutatio siue de feudo ex pacto, & prouidentia siue hæreditario valet sine assensu, vt P.Merlin.*d.controu.*57.*num.* 3.

14 Assensum interpositum in donatione siue refutatione non mutare naturam feudi satis probatum est suprà, difficultas est, si in assensu adsit clausula pro hæredibus ex corpore in donatione, seu venditione facta proximè successuro dicta clausula immutet feudum antiquum in nouum, & videtur negandum ex quo nocere non debeat dicta clausula dum assensus non est necessarius in venditione, quæ sustinetur sine eo, vnde non obest tamquàm ad maiorem cautelam, & non ad perfectionem actus Merlin. *d. cont. 57. in fine*, additur, quòd non obstante dicta clausula pater adhuc succederet filio in feudo à se refutato, vt per Isern. *in capit. 1. per quos fiat inuestit. num. 9. in fine*, quia feudum remanet antiquum, aliàs si esset nouum excluderetur pater, & ita cautum est per *pragm. 15. de feud.* & non obstante d. clausula pro hæredibus ex corpore admitti fratres, & sorores de communi Regni obseruantia testatur R. de Pont. *de potest. proreg. tit. 8. de refut. feud. num.* 8. *& in tit. 9. de success. mulier. §. 1. num. 1.* & 8, articulus iste disceptatus acriter fuit diebus elapsis cum Regio Fisco, & D. Ducæ Carpinariæ Carolo Mormile super successione feudi Vairani in quo casu frater vendidit fratri cum d. clausula, & exitum causæ referam *in obseruat. 78.*

S V M M A R I V M.

1 *Filius fam. de feudo testari potest, tamquàm peculio quasi castrensi, & an hoc sit verum, num. 4. deciditur quòd non.*

2 *Feudum dicitur quid castrense vel quasi, quod declaratur, n. 10. & 11.*

3 *Falsum Francorum, & Britonum testari possunt, non autem filijfamil. aliorum etiam quod habeant bona, in quibus pater non habet vsumfructum, n. 6.*

5 *Miles à patria potestate non eximitur, & pariter feudatarius.*

7 *Feudatarij non sunt milites ex sola feudi acquisitione.*

8 *Feudum contemplatione matrimonij refutatum, dicitur profectitium.*

9 *Castrense peculium vt dicatur, quæ requiruntur, & numero sequenti.*

10 *Feudum Castrense illud dicitur, quod dominus dat militi.*

12 *Refutationis ratio, quæ præcipua sit.*

13 *Legatum factum mulieri coniunctæ, & pauperi, non dicitur pium.*

14 *Castrense, vt quid censeatur, non sufficit esse de publico, sed quæsitum ex causa publica.*

15 *Filiusfamilias an de feudis regalibus, & donationibus imperialibus testari possit.*

16 *Francorum iure viuere in Regno, quomodo intelligatur.*

17 *Filiusfam. donare quæ possit causa mortis absque consensu patris.*

18 *Clausula, ad habendum, tenendum, & possidendum, & disponendum, tam per donationem inter viuos, quam causa mortis, quid operetur.*

19 *Præsentia donatarij pro validitate donationis causa mortis exigitur.*

20 *Emphyteuta non potest alienare rem emphyt. etiam si habuerit potestatem alienandi.*

D E C I S I O IV.

Filiusfamilias an de feudo sibi a patre donato testari possit, aut mortis causa donare.

IN causa D. Suzuæ Iesualdæ cum Comite Policastri super petitione ducat. trium mille eidem D. Suæuæ legatorum, pro seruitijs per Petrum Antonium filium dicti Comitis, virum dictæ D. Suæuæ. Primò fuit dubitatum, si dictus Petrus Antonius, cui pater donauerat, seu refutauerat feudum in vita, potuit testari saltem super isto feudo dato, seu refutato. Quòd per Sacrum Consilium fuit declaratum iunctis Aulis spectare ad patrem iure hæreditario successionis, vt in præcedenti decisione. Pro parte conuenti excipiebatur, testamentum esse nullum, quia conditum per filiumfamil. qui nec cum patris consensu testatur. Pro actrice dicebatur, dictam regulam non procedere in

1 filiosfamilias milite, † qui de peculio castrensi testatur. Feudatarius enim miles est, *cap. 1. in princ. cap. defuncto, & c. moribus si de feud. fuer. controuers.* Datur enim feudum Baroni, vt militet, *cap. 1. in fin. in quib. cau. feud. amitt.* & idcircò castrense erit, vt est text. *in l. miles. & in l. castrense, ff. de castren. pecul.* & in specie quòd de feudo refutato possit testari filiusfamilias allegabatur alias fuisse decisum per Sacrum Consilium, teste Af-

2 flict. *in dec. 183.* † Item quia feudum videtur peculium quasi castrense, quod peculium quasi castrense dicitur, quòd de publico habetur, secundùm glos. *in l. fori. in vers. castrense. C. de aduoc. diuers. iud. arg. l. fin. C. de inoffic. testam.* vbi Paul. Angel. & Ias. feudum autem esse de publico, sicut & militiam dicit Andr. *in prælud. feu. in 4. quæst. num. 43. & in §. valuasores 3. col. versic. in Regno Siciliæ de his, qui feud. dar. poss.* vbi allegat concord. Episcopus Nicoteræ. Si peculium quasi castrense, vel militia, ergo de eo testabitur. Item allega-

3 batur, † regulam prædictam non procedere in filijs Francorum, & Britonum. Hi enim quia non sunt in patris potestate, liberè testantur. Bald. *in cap. si duo fratres in fine. de duobus fratribus de nouo benef. inuestit.* Ias. & Decius, *in l. senium. C. qui testam. facere possunt.* Gulielm. Benedict. *in repet. cap. Rainut. in ver. Cleram, num. 22.* quod autem non sint ij in potestate, *glos. vulg. Inst. de pat. potest. in princip.* Bald. *in cap. 1. an maritus*, plenè idem Gulielm. *ibid. in vers. si absque liberis, el 2. num. 38. in materia pupil. substit.* sed in hoc feudo viuitur iure Francorum, prout communiter viuitur in Regno, ergo hic filiusfamilias testari potuit, ad quod allegabatur Afflict. *in d. cap. si duo in fin.*

Quibus non obstantibus Sacrum Consilium declarauit, testamentum conditum, & confectum per Petrum Antonium, fuisse nullum ex regula prædicta,

5 † quia filiusfamilias non testabitur. Nec obstant quæ contra regulam prædictam allegabantur, & primò non

5 obstat, quòd feudatarius dicatur miles: † nam per hoc miles à patria potestate liberatur, *l. 3. C. de castren. pec. milit*, nec feudatarius eximitur patria potestate. imò sub eius potestatem remanet secundùm Andr. *in constitut. Regni in aliquibus, in vers. si verò minores, post glos. in constit. Regni minoribus*, vbi Afflict. ergo remanet in

6 potestate, † etiam quòd habeat bona, in quibus pater non habeat vsumfructum, nec de eis testabitur, *l. penultim. C. qui testam. fac. poss.* vbi plenè Dec. qui dicit, hanc esse communem opinionem post Hieronymum Zanettinum cum concordan. per Anton. Gomes. *in l. 5. Tauri, column. penult. vers. in tantum, fol. 28.* & sic de hoc feudo non testabitur, quamuis in eo pater vsumfruct. non habeat, vt per Andr. *in d. § valuasores, in fin. de his qui feud. dar. poss. & in titu. de duobus fratribus, de nou. benef. inuestit. colum. penult.* cum additus per D. B. Episcopum *in d. §. valuasores, in vers. sed si filius, lit. R.* a ieo, quòd ex ijs respectu personæ sit in testabilis,

7 † vltrà quòd verè feudatarij non sunt milites, quia non concurrunt requisita posita per *glos. in l. penult. C. ex quib. cau. maior. & in fin. in Authen. de mand. Principum*, & dicit Andr. *in cap. si quis miles. Imper. Lothar.* quòd non omnis feudatarius est miles, nec feudum facit eum testabilem, cùm non ex hoc, quòd quis acquirat feudum, efficitur testabilis, non enim feudum ex se dicetur peculium castren. vel quasi castrense: sed tunc dicetur peculium castren. vel quasi, quando concurrunt necessaria, ex quibus bona efficiuntur castrensia, vel quasi, quæ cessant in casu, de quo agitur; nam pater donat, vel refutat filio contemplatione matrimonij, vt

8 diues viuat; † & sic feudum hoc dicitur profectitium,

sicut

sicut & cetera bona quæ donantur à patre filio, *l. profectitia, ff. de iur. dot. l. cum oportet, C. de bon. quæ liber.*
9 Item † tunc peculium castrense dicetur, quando concurrunt ea, de quibus *in l. 1. C. de castrens. pecul. milit. in l. 1. C. de castren. Palat. pecun. & in l. fin. C. de inoffic. testam.* Salic. *in l. si filius C. famil. ercisc.* Item ad finem, vt peculium dicatur castrense, opus est, vt donetur à patre, vel cognatis degenti in militia, vel per filiumfamilias sit acquisitum id, quod nisi militaret, acquisitum non fuisset, nam quod erat sine militia acquisiturus, id non est peculium castrense, *l. castrense, ff. de castrensi*
10 *pecul.* fortiùs † illud dicitur feudum castrense, quòd dominus daret militi, quando in bello probè se gessit. Bald. & ceteri ante, & post eum, *in cap. si duobus de non. benefic. inuestit. alleg. text. in d. l. castrense, & in l. si*
11 *forte. ff. de castrens. pecul.* subdens, † feuda esse triplicis generis castrensia, quasi castrensia, & aduentitia: & licet non ponat profectitia, supplebitur per alia iura, & sic ex prædictis apparet per Doctores considerari, quòd feudum potest dici peculium castrense, quando prædicta concurrunt, quæ cessabant in casu, de quo agebatur: non autem, quòd eo ipso, quòd sit feudum, dicatur peculium castrense: Item etiamsi feudum esset acquisitum in castris intuitu militiæ, quo casu esset peculium castrense, si deinde deueniret ad alium, transiret sine qualitate castrensi, *l. Paulus, aliàs per procuratorem, ff. de acquir. hæredit.* vbi Alber. pro quo facit, quod Andr. *dicit in constitut. in aliquibus, vers. si verò minores,* & idem Andr. loquens de dono Regis, *in cap. 1. in princip.* vbi etiam Afflict. & Loffre. *qualiter vassallus iura. deb. fidelitat.* Nec quòd feudatarius occasione feudi teneatur militare, facit, quòd dicatur feudum castrense: hoc enim in consequentiam venit, quòd non est attendendum, *l. certi condictio, vbi glos. ff. si cert. petat.* non au-
12 tem † principaliter, quia principalis ratio, ratio fuit sanguinis, quæ etiam si feudum esset castrense, & deueniret in alium, facit cessare illam qualitatem, text. est clarus, *in l. dotem, in ver. hereditatem,* sanguinis enim ratio, dicit ibi tex. non militiæ causa, meritum hæreditatis accipiendæ præbuerat, *ff. de castrens. pecul.* Hinc
13 dicitur, † quòd si aliquis facit legatum mulieri pauperi, quæ tamen esset testatori coniuncta hoc legatum nō diceretur pium, sed censebitur factum contemplatione sanguinis, *l. tutor. ff. qui tutorib. ff. de excusat. tut. cum simil.* quæ plenè congerit Decius *in cons. 120.* Et pro tenui, *colum. fin. vers. Non obstat, si dicatur volum. 1.* nec etiam obstat id, quod dicebatur, feuda esse de publico, & æquiparari militiæ.
14 Nam † ad finem, quòd ea, quæ sunt de publico, reputentur, vt peculium quasi castrense, non sufficit, quòd sint de publico, sed quæsita ex causa publica, vt *d. l. fin. C. de inoff. testam. & l. 1. C. de castren. pecul.* Nec quia æquiparentur militiæ, sunt idem, quod militia, non enim omne simile est idem, & Andr. *in prælud. 4. qu.* prædicta dicit in multis æquiparari militiæ, non in omnibus. Nec obstat auctoritas Afflict. *in d. decis. 183.* quia Afflict. non loquitur decidendo, & text. *in d. l. cum multa. C. de bon. quæ liber.* quem allegat, loquitur de feudis regalibus, & donationibus Imperialibus, vt
15 Bald. ibi declarat in quibus secundùm communem filiusfamilias testari potest, licet contra dictam communem opinionem validis rationibus teneat Crotus *in l. frater à fratre, in 27. quæst.* In casu de quo agitur, feuda fuerunt donata à patre in primogenitum, & absque regio assensu, qui non requirebatur, adeo quod cessat etiam difficultas, *l. obuenire. ff. de verb. significat.* quod qui confirmat dat. Imò, si assensus fuisset necessarius, & præstitus, quia iure communi esset præstitus, qui confirmat, non dicitur dare. Andr. *in cap. 1. 2. colum. in fin. verb. quin etiam princeps qualit. vassall. iura. deb. fidelitat.* quam regulam ad casum, de quo agitur, declarat Camer. *in repet. cap. Imperialem, cart. 79. 4. column. in 5. conclus.* & hoc casu dici potest, quòd in simili Andr. dicit *in d. cap. 1. §. & filius fratris 6. colum. vers. item licet videatur imperat. Lothar.* quòd quamuis feuda habeantur à primo concedente, nihilominus verè negari non potest à patre prouenisse, & sic de auctoritate Afflict. non est curandum. Nec etiam obstat, quòd postquam viuitur in hoc feudo iure Francorum, & filij Francorum non sunt in potestate patris, quòd ex hoc iste filiusfamilias deberet posse testari, ex his, quæ Afflict. *in d. §. si duo fratres,* dixit. Nam respondetur, Afflictum dicere contrarium. Item dictum fuit in
16 Regno remansisse, † quòd viuatur iure Francorum, quo ad successionem, ad differentiam iuris Longobardorum, quia in ceteris ius Francorum est sublatum, vt in Constitutione Regn. speciale quoddam, vbi glossa, & Afflict. & vt supra fundaui, est decisio particularis Andr. *in d. constitut. in aliquibus §. si verò minores,* quòd feudatarius non liberatur à patria potestate, & tandem de veritate glos. *Institut. de patr. potest. in princip.* valdè dubitat Dec. *in l. senium. C. qui testam. fac. poss.* & Pinel. *in tit. de bon. mater. in præl. num. 9.* multos refert tenere contra illam glos. & sequitur Guttier. *in repet. §. sui instit. de hered. qualit. & differ. num. 38. vers. ex qua communi, fol. 173.* & dicit posteà non esse dubitandum vsu, moribusque in alijs prouincijs receptam esse patriam potestatem, non secus atque olim apud Rom. & ex hoc etiam cessat difficultas prædicta.

Secundò fuit dubitatum, si postquam in testamento facto aderant clausulæ, quòd si testamentum non valeret iure testamenti, valeret iure donationis causa mortis, vel alterius cuiuslibet vlt. voluntatis. Si hoc casu deberet valere hæc dispositio in vim donationis causa mortis dubium faciebat, quia quamuis ex iuris dispositione filius non possit donare causa mortis, nisi cum patris consensu, *l. tam is. §. 1. ff. de donat. caus. mor. l. fi-*
17 *liusfam. §. pari. ff. de donat.* † hoc tamen non procedit, quando donat ea, in quibus patri non quæritur vsusfructus, nec proprietas, vt est casus noster in feudalibus, vt supra dictum est, ex Andr. *in cap. 1. de his, qui feud. dar. poss.* & quando donat super ijs, quæ pater filio cum iuramento validè donauit à principio, in quibus nec etiam vsusfructus patri quæritur, ex glo. magn. *in fin. l. frater à fratre,* vbi plenè Ias. super glos. prædicta, *in fin. col. ff. de cond. indeb.* Quòd autem, quando ea, in quibus patri non quæritur vsusfructus, donantur, non requiratur consensus patris, tenet Bart. *in Auth. vt liceat matri, & auia, in fin. princ.* & dicit hanc esse veritatem, eam tenet Cuma. *in l. tam is, §. fin. ff. de donat.* & Ias. *in l. fin. 4. colum. vers. retenta, C. qui testam. fac. poss.* Gulielm. Bened. *in repet. cap. Raynutius, in verbo matrem insuper Cleram. nu. 43. vers. aduertendum tamen est, fol. 47 in paruis,* & sub dubio tamen tenet Marian. Socin. iun. *in l. 2. colum. 5. num. 20. vers. & eam tenendo, ff. de legat. 1.* Imò & hic contraria opinio esset verior, scilicet, quòd etiam in his, in quibus patri non quæritur vsusfructus, filiusfamilias non posset donare causa mortis sine consensu patris, quam tenuit Alex. *in d. l. fin.* sequitur Crot. *in d. l. frater à fratre, 14. colu.* qui dicit contrariam magis communem, & videtur istis adhærere Doctissimus Præses Couarru. *in 3. par. rubr. de testamen. 4. colum. versic. cęterum, num. 8.* nihilominus dicebatur consensum patris adesse in dicta donatione causam mortis, postquam quando donauit, seu refutauit feuda filio, dedit ei ad habendum, tenendum, possidendum, & disponendum, & tàm per donationem
18 inter viuos, quàm causa mortis, † quæ clausula valdè operatur, vt in simili ponit Dec. *in l. fin. colum. 3. 3. not. C. de pact.* in statuto Senatum, prohibentem mulierem habentem filios vltra quartam partem bonorum, alienare, quod tale statutum non habebit locum in bonis acquisitis, vel relictis mulieri cum licentia, & potestate alienandi, quæ decisio fuit pluries discussa, & secundùm eam iudicatum in materia consuetudinis Ciuitatis Neapol. prohibentis alienationem bonorum antiquorum. Et quòd clausula prædicta hoc operetur, est videndus Cap. *in inuestit. feudali in rubr. feudorum diuis., in 4. limitat. in fin.* Socin. *cons. 48. 1. volum.* idem. Cap. *in decisio. 190.* in causa D. Berardæ. Aymon.

mon. *consil.24. 2.column. versic.tertio positu. volum.*1.

His tamen non obstantibus contrarium visum fuit in Sacro Consilio, eo quod quando prædictæ decisiones essent veræ, nihilominus vt donatio causa mortis
19 valeat, vltra consensum patris, † est etiam necessaria præsentia donatarij, qui eam acceptet, est decisio particularis Bal. qui loquitur in specie in testamento condito per filiumfam. patre præsente cum ijs clausulis, *in l.eam quam.3.colum.vers.item nota alium casum, pone. C.de fideicommiss.* & sequuntur ibi Fulg. & Ias. Et cum ratione requiritur præsentia, quia à principio donatio causa mortis, accedit potiùs contractui, quam vlt.voluntati, est text. *in l.inter mortis. ff. de do.cau. mort.*Bartol.*in l.tam is,§.*1.& ibi Paul.Imol. & Bartol. *in l.1.eod.tit.* Dec.*cons.*196 *in casu proposito, in fin.* Maria.Socin.*in d l.2.6.column. vers. circa secundum, num. 27. ff. de legat.*1. reassumit omnia Didac. *in d.3. part.r ibr.de testam.6.colum. vers.*4. in hanc eandem, in quo loco reperientur multa in materia donationis: nec hæc donatio causa mortis facta per hominem non sui iuris, operabitur, quòd valeat iure fideicommissi vel codicillorum, prout in homine sui iuris valeret, ita Bartol.*in d l.tam is.* Gulielm.Bened.*vbi supra, numer.55.versic.sed an donatio. fol* 47. Dicebatur, insuper prædictas decisiones procedere datis terminis habilibus in illis personis, quæ absque alicuius consensu contrahere possunt. Intelligitur enim data potestas, secundùm naturam rei, *l.si quando, C.de inoffic.te-*
20 *stam.* Item videmus in emphyteuta, † cui licet data sit potestas alienandi rem emphyteuticam, tamen intelligetur data, præuio assensu Domini Par. *qui allegat concord.cap.an si dominus, fol.*62. vbi etiam reperies, quid in feudatario, de quo vltra eum Loffred. *in §.donare.quali.olim pot. feu.alien.*Capic. *in c.a.Imperialem, fol.35. versic.circa hanc.*& Camer.ibidem, *fol.26.in 6.ampliat.* Et ex his Sacrum Consilium absoluit conuentum, iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.3.9. vide omninò Ascan. Clem. *in tractat. de patria potest. cap.2. fol.4.5. in paruis*, de ista *decis.num.*4. meminit Capriolus *de success.fol.46.numero* 194.

Num.17. ibi, & quando donat adde Annam Sen.*alleg.73.num.3.4. part.2. & in rubr.vassall.decrep.ætat.num.*95.

Videantur Intrigliola *singul. 20. num.2.3.4.* Clem. *in d.tract.effectu 2.num.4.*& Capriol. *de success. num.217.& seq. fol.*

Num.18.ibi, vt in simili ponit Decius. Adde Addentes ad Napo l. *in consuet. sed & si mulier, fol.196. in nouis*, & Vinium *in opinione 790.in fin.par.2.qui hanc decisio.allegat.*

Num.19. Adde Roland.*cons.81.col.fin. volum.*1. De Reg.de Ponte *cons.73.nu.1.*& Turret. *de effectu clausulæ codicill.quæst.118.num.*2.

Et num.ibi, nec hæc donatio, Adde videndum Clar. *in §.donatio, quæst.5.in fin.* & Michael Crass.*de success. §.donatio causa mortis,quæst 9.*Roland.*cons.supra allegato num.*27. & ita iudicauit Senatus Pedem. in donatione causa mortis absenti facta, refert D. Thesaur. iunior.*in addit.ad decis. sui Genitoris* 150.nec valet in vim fideicommissi, vt ibi per eum.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius in morte, vti merus vsurarius, non potest de bonis feudalibus disponere, nec candelam pro anima relinquere.*
2 *Filiusfamilias regulariter non potest testari, etiam patre volente, & permittente, & quando possit.*
4 *Cautela pro filijs, & filiabusfamilias, vt testari, disponere possint.*
5 *Filiusfamilias regulariter testari non potest de feudo, nisi in feudis regalibus, & donationibus imperialibus.*
6 *Filiusfamilias Notarius, testator de lucro, & peculio per eum acquisito, cum censeatur habere peculium, quasi castrense.*
7 *Notariatus exercitium, vile est.*
8 *Medici, an habeant peculium, quasi castrense.*
9 *Medicina est ars.*
10 *Occidens Medicum, non tenetur, nisi ad sexaginta Ducatos.*
11 *Miles, & priuatus, existens in acie belli, testari possunt terra, marique.*
12 *Miles, etsi regulariter testari valeat, tamen secus est in beneficium mulieris suspecta libidinis.*
13 *Facultas concessa militibus testandi, quomodo intelligatur.*
14 *Milites hodierni non eo adiuuantur priuilegio, quo antiqui.*
15 *Testamenti castrensis, & quasi priuilegia.*
16 *Quid si scholaris factus miles testetur in expeditione.*
17 *Legatum factum pauperi coniunctæ personæ testatoris, sit ne pium.*
18 *Filiusfamilias nobilis, donare potest: mulier nobilis soluens, non repetit.*
19 *Filius donat, vbi patri non quæritur vsusfructus.*
20 *Sed an testari possit.*
21 *Consensus per quæ inducatur.*
22 *Consensus vbi ad actus solemnitatem requiritur, in ipso actu interuenire debet, & non post aliàs nec per ratificationem conualidatur.*
23 *Consensus requisitus ad validitatem actus, etiam ex interuallo præstari potest.*
24 *Secus in auctoritate.*
25 *Consensus præsumptus ex taciturnitate, non procedit, si agitur de magno præiudicio, cum limitationibus.*
26 *Consensus, sicut in actu requiritur, sic in distractu interuenire debet.*
27 *Donatio causa mortis facta absenti cum iuramento, valet.*
28 *Item, si donatarius postea consenserit.*
29 *Item valet etiam in vim fideicommissi, si legitimus numerus testium adest.*
30 *Item valet donatio causa mortis facta absenti in testamento.*
31 *Pater quomodo possit consentire.*
32 *Donatio causa mortis probatur quinque testibus, quo ad factionem, sed quo ad destructionem, & reuocationem duo sufficiunt.*
33 *Donatio facta causa mortis ratione itineris longi, si non itur, vel donans redeat, an censeatur reuocata.*
34 *Donatio causa mortis, an reuocetur legitimatione spuriorum ex rescripto Principis. Item quibus argumentis talis donatio censeatur reuocata.*
35 *Licentia, & potestas alienandi rem emphyteuticam intelligitur præuio assensu domini.*
36 *Reseruatio assensus, domini an habeat vim euitandi caducitatem ex alienatione prouenientem.*
37 *Emphyteuta, si promittat vendere, & non vendat, an cadat à iure suo.*
38 *Limitationem regula, emphyteuta alienantis irrequisito domino.*

1 ADde, quæ Thesaurus dec. Pedemontana 105. & quæ ego infra *decis.*71. † Sed quòd feudatarius in morte vti merus vsurarius, non possit de bonis feudalibus disponere, nec candelam pro anima sua relinquere, tenet Rolandus à Valle *cons.41.num.30.volum.*3. Peregrinus *cons.3. in-*
2 *cip.quoniam num.107. vers.18. loco* . † Item adde, quòd

quòd filiusfamilias regulariter testari non potest, etiam
patre volente, & permittente, & quando permittatur
testari, Viuius *libro communium opinionum, verbo fi-
liusfamilias*, qui constituit regulam, & limitationem,
3 † & quare donare causa mortis possit, & non testari?
4 in opinione, *incip. institutio*, omnino videndus: † &
cautelas pro filijs, filiabusq; familias, vt testari possint,
vel disponere, ponit Durandus *in tractatu de arte te-
standi, tit.1.* & Tenninus in suis cautelis nouiter im-
pressis.

Ad num.4.

Addè, quòd istud idem tenet Arisminus, *in tit. de
feudis, in cap. de feudi alienat. fol. mihi* 88. *in medio, co-
5 lum.1.* vbi quòd regulariter † filiusfamilias de feudo
testari non potest, nisi in feudis regalibus, & donatio-
6 nibus Imperialibus. † Et adde, quod filiusfamilias
Notarius testatur de peculio, & lucro per eum acquisi-
to, quia censetur quasi castrense secundùm Cappell.
7 Tolosanam, *dec.10.* de quo nimium vereor, quia † No-
8 tariorum exercitium vile, & nos alibi decidimus. † nec
9 Medicos quasi Castrense peculium habere: † quia Me-
10 dicina est ars, & occidens Medicus, † non tenetur ni-
si ad sexaginta ducatos, vt probat text. *in l.3. in verbo
Medicis, & in verbo Notarios, C. communia de lega-
tis*. Hocque Carauita notatum reliquit in ritu magnę
Curiæ 267. *in fin.* quod ego non firmo: quia quotidie
Medicis indigeo, & aliud tenuit Carrara *in tract. de
medico*, & Tiraquel. quædam *in tractatu nobilitatis*;
quam opinionem Zannettini ad hanc decis. *num.6.* se-
quitur. Antonius Gomesius Doctor textualis *in l.5.
Taurina, col. penult. vers. & in tantum*.

Ad num.9.

Adde de peculio castrensi, & quasi castrensi Aduo-
catorum, Afflict. *in dec.83.* Iulium Clarum *in §. testa-
11 mentum, quæst.18.* Item adde, quòd † miles, & priuatus
existentes in acie belli, testari possunt in terra, marique
l. vnica, vbi Doctores, *C. de bonis possess. ex testa. milit.*
12 Item adde, quod † licet miles testari possit regulariter,
tamen minimè testatur in beneficium mulieris suspe-
13 ctæ libidinis, *l.40. §. mulier. ff. de testam. milit.* † Et cō-
cessa facultate militibus testandi, intelligitur in castris,
14 non extra, & in expeditione militiæ, non extra. † Quia
hodierni milites non eo adiuuantur priuilegio, quo an-
tiqui, Causam facio, si credendum est Andreæ Gail. *li.
15 obseruationum Cameræ Imperialis, obseru.* 118. † Item
adde, quod testamentum castrense, & quasi duplici pri-
uilegio gaudet. Primò, quia efficit habilem ad testan-
dum inhabilem. Secundò, quia non subiacet querelæ,
tex. *est in l. fin. C. de inoffic. testam.* & militare testamen-
tum, si in conflictu fit, duobus testibus validatur, Gui-
do Pap. *decis. Gratianopolit.* 543. *num.9.* & eodem mo-
16 do, † si scholaris efficitur miles, & testatur in expedi-
tione militiæ, Paponius *lib.20. Arestorum, tit.1. Arest.
7. de coniecturis in testamento milit.* Mantica *lib.6. tit.
1. de coniecturis vltimarum voluntatum*. De priuile-
gijs testamenti militis, Iulius Clarus, *quæst.15.* & 16. *in
§. testamen*. Filiusfamilias clericus de acquisitis intuitu
Ecclesiæ testatur. Cæuall. *quæst.388. in libro Practica-
rum quæstionum commun. contra communes*.

Ad num.13.

17 Adde † quod legatum factum pauperi coniunctæ
personæ testatoris, quod non dicitur pium, quia con-
templatione potius sanguinis, quàm pietatis dicitur
factum. Firmanus *in verbo legatum*, & Tiraquellus
in tractat. de priuilegijs piæ causæ. Aliqua Vrsilius ad
Afflictum, *in decis.370.* & dixi *in decisione 1. num.9.
& 11. in hoc volum. de consanguinitate, & priuilegijs
eius*.

Ad num.15. vers. qui confirmat.

Adde, quæ dixi *in dec.2. num.31. & seq. & decis.* 185.
& 204. n.24.

Ad num.16.

Nota de iure Francorum obseruando, quoad succes-
sionem feudorum, & adde in ver. est decis. particula-
ris, in hoc num Præsid. *infra dec.10, num.2.* & Scriben-
tes *in tract. de patria potestate*, doctissimè, & ad hunc
numerum adde Guttier. *in §. sui, Institut. de hered. qua-
lita. & differentia, num.38. verbo ex qua.*

Ad num.17.

18 Adde, † quod filiusfamilias nobilis, etiam donare
potest, sicut etiam mulier nobilis pro alio soluens, non
repetit, & sic iudicatum fuisse in annulis, & alijs qui-
busdam missis à marito nobili eius vxori, dixit Surdus
19 *decis. Mantuæ 166. incip. commissa*. † Quòd autem fi-
lius donet, vbi patri non quæritur vsusfructus, Barthol.
in Auth. vt liceat matri, & auiæ, & Rolandus, *cons.99.
volum.4.* aliqua sed melius Crauetta *cons.77. num.14.*
omnino videndus. Item Bartol. *in l.5. ff. ad Trebell.* di-
20 cit, † non posse testari, & Hartm. *in cap.17. lib.1. tit. de
21 test.* † consensus per quæ iudicatur, vide hic tamquàm
ad disponendum de donatis filio, per filium quam in a-
lijs casibus licèt non fuerit expressus consensus. Vide
22 hic, & adde † quòd vbi consensus debet interuenire ad
solemnitatem actus, debet in ipso actu interuenire, &
non post, aliàs neque per ratificationem validatur. O-
zascus *in dec. Pedemont.* 169. Ioannes Moghed. *dec.85.*
Aemil. *dec.173.* Paul. Granuccius *in Theorematic. suis
23 Theoremate finali*, sed Natta *consil.653.* dicit † con-
sensum requisitum ad validitatem actus, etiam ex in-
24 teruallo præstari posse. † Secus autem in authoritate.
Nec omittas considerare lector, illud notandum,
25 quod consensus præsumptus ex taciturnitate, non
procedit, si agitur de magno præiudicio. Abb. *cons.40.
volum.2.* Crauet. *cons.226. volum.2.* Magon. *decis. Flo-
rentiæ 49. incip. Michael Angelus*, Brunorus a Sole, a-
lias allegatus, (*in verbo consensus non inducitur*) plures
allegans, qui hoc limitat concurrente scientia, & pa-
tientia longa, & in verso (*consensus requisitus*) con-
26 cludit, † quòd sicut in actu requiritur consensus, sic
etiam interuenire debet in distractu, ex *l. nihil tam
naturale, ff. de reg. iuris*.

Ad num.19.

Adde de præsentia in donatione causa mortis. Ca-
pic. *decis.73.* vbi moderni, & Guid. Pap. *qu.222.* Iulium
27 Clarum *quæst.13. in §. donat.* † sed si ipsa donatio cau-
sa mortis fit absenti, cum iuramento valet, Guid. *d. qu.*
28 † Item valet, si donatarius posteà consenserit, Boer.
29 *decis.353 num.3.* † & valet etiam in vim fideicom-
missi, si adest legitimus numerus testium. Crauet. *cons.
30 52. num.5. & cons.139 in fin.* † Item valet etiam do-
natio causa mortis absenti facta in testamento, Iulius
Clar. *in §. donatio quæst.5.* Decius, *cons.184.196.* & 245.
31 *num.8.* Sed nota quod † pater non potest consentire
specialiter filio dando ei potestatem sibi donanti dona-
re, sed generaliter donandi quibus velit, & tunc per ta-
lem potestatem filius poterit ei donare, aliàs secus. Bar-
tolus *in l.1. num.4. & 7. de authoritate tutorum.* Decius
cons.245. & 280. num.5. Guid Pap. *quæst.223.* Cremen-
sis *singul.70.* Paponius *lib.7. tit.1. Aresto 7.* Caballinus
Milleloquio 805. Iulius Clar. *in §. donatio, quæst.6.* Rau-
densis *in tract. Analogorum, cap.15. num.283.* & post-
quàm in hac decis. de donat. causa mortis habetur ser-
32 mo, notes quòd † donatio causa mortis quinque testi-
bus probatur, quo ad factionem, sed quoad destructio-
nem, & reuocationem duo sufficiunt. Ozascus *dec.52.
33 n.6.* † & an ista donatio mortis causa facta ratione iti-
neris longi, si non itur, reuocata intelligatur, vel si do-
nans

34 nans redierit. Ozascus dec.118. † An donatio causa mortis reuocetur legitimatione spuriorum, ex rescripto Principis, si spurij nati sunt ex coniugato, & soluta, & quibus argumentis mortis causa donatio reuocata censeatur, Ozascus decis.117.& 119. vbi plura de legitimat.& decis.120.125.122. & 123. vbi est consilium Aimonis.

Ad num.20.

35 Adde quod † licentia, & potestas alienandi rem emphyteuticam, intelligitur præuio assensu domini, vt
36 hic: de quo vide Præsid. infra dec.226. † Et, an reseruatio assensus domini, vim habeat euitandi caducitatem
37 ex alienatione prouenientem. Præs. hic, dec. 267. † & quid si emphyteuta promittit vendere, & non vendit,
38 vtrum cadat à iure suo. Capic. decis.155. num.7. † & limitationes ad Regulam emphyteutæ alienantis irrequisito domino, ponunt Afflict. dec.19. vbi Moderni, in dec.97. Gaballinus Milleloquio 95. Grammat. decis.49. Minadous decis.14. Guid. Pap. quæst.101. Boet. decis.111. num.5. Francus Marcus decis.596. Ioseph Ludouicus dec.9. Lucen. & Perusina 35. & 54. Thessaurus in decis.169. Et per hæc finis impositus sit addendi pro nunc huic decisioni, ad laudem Beati Antonij, cuius festum hodie celebratur. F. A.

ADDITIO D. RICII.

Filiusfamilias de feudo sibi à patre donato testari, nec mortis causa donare potest, hoc dicit.

Amplia hanc conclusionem adeo procedere, vt nec feudi partem donare possit, arg. c. Imperialem in princ. voluit glos. & Aluarot. in primo notabili. Alex. cons.48. colum.3. volum.2. Capic. in inuestit. feudal. 9. feudorum alienationes colum.5. vers. ampl. 11.

Limita primò in alijs rebus, quàm feudis, nam filius potest donare rem sine consensu patris, quam habuit ab eo, Menoch. cons.86. lib.3. Ann. allegat.73.

Limita secundò etiam si filio esset in feudis concessa facultas alienandi, quo casu nedum licebit alienare inter viuos, verum sic in vltima voluntate. Frecc. de sub feud. lib.2. qu.38. Surd. cons.213. lib.2. Apont. cons.2. nu.371. Ann. cons.86. volum.1.

Limita tertiò, quòd possit filius disponere de fructibus feudi, nam vassallus potest disponere de fructibus feudi quamdiu feudum permanserit sibi, & sic toto tempore vitæ suæ. Isern. in cap. Imperialem column.1. vers. sed fructus num.3. & ibi Afflict. de prohib. feud. alienat. per Federic. Tiraquel. de retract. lignag. 6. glos.7. num.47. Frecc. de subfeud. Rub.113. num.42.43. & sequ. Capic. in inuestit. feudal. Rub.37. colum.1. & Rub.203. colum.2. vbi latissimè.

ADDITIO D. NOVARII.

Firmatur hic decisum, quod filiusfamilias non possit testari citra consensum patris de feudo sibi à patre donato, vel refutato tamquam peculio quasi castrensi, & ita nouiter etiam meminit Compendium decis. Neapol. in verbo filiusfamilias vbi nostrum Authorem ad hoc citat.

Sed hanc testamentum filij familias ad pias causas valeat si conficiatur corã patre, & de eius expresso consensu non apparet, vide de Ponte in consil. finali volum. 1. & D. Ricc. in sua praxi resolut.569. part. prima, vbi negatiuè, & vide Fachin. in lib.5. controuers. iur. cap. 24.

Nota tamen, & firma regulam, quòd feudatarius, seu Vassallus de feudo testari nequit, cap. Imperialem in princ. de prohibit. feud. alien. per Feder. cap.1. de success. feud. latè Borrell. in summa decis. in tit. de feudis, num.211. vbi num.212. ex pluribus dicit posse quem testari de feudo franco, & num.213. sic etiam dicit de feudo hæreditario, & ita etiam firmat in feudo nouo, etiã si esset ex pacto, & prouidentia, nam consensu domini intercedente etiam in filiorum præiudicium pater in testamento disponere posset Thoming. dec.2. num. 30. Vigel. dec.39. cent.2. Clar. in §. feudum, q.41. præsertim in hoc nostro Regno.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias feudatarius non potest testari de feudo donato, vel empto, nam per feudum non eximitur à patria potestate, nisi feudum sit titulatum.*

2 *Testari nequit filius de bonis in quibus pater non habet vsumfructum reiecto Michalor. donare autem potest causa mortis sine consensu patris, num.3.*

4 *Præsentia donatarij requiritur in donatione causa mortis contra placitum Osualdi, & an censeatur Notarius acceptasse absentis nomine.*

5 *Donatio causa mortis an possit conualidari ex subsequenti acceptatione, & consensus patris qualis debeat esse ad conualidandam donationem filij.*

6 *Feudum præsumitur concessum sub natura iuris Frãcorum non iuris communis, quidquid sustineat Montanus.*

1 Feudum quamuis æquiparetur peculio castrensi, & feudatarius sit miles, cap.1 si de feudo defuncti fuer. contrau. Lanar. con.80. nu.49. dum miles non eximitur à patria potestate, l.3. C. de castrens. pecul. imò feudatarius non est propriè miles, neque feudum est castrense, nisi concurrentibus necessarijs, quod filio donatum esset probè se in bello gerenti, l. castrense, & l. si fortè, C. de castr. pecul. propterea iudicatum est per S.C. filium feudatarium non posse testari de feudo a patre, vel alio donato, vel per ipsum empto, quam decisionem confirmat Larath. in theat. feud. p.9. dilucid.1. à num.8. & ad ornatum assumpti quòd per acquisitionem feudi filius non liberatur à patria potestate, plenè Reuerter. dec.354. vbi clarius D. R. de Marin. in obseru. nisi feudum sit titulatum, vt latè idem D. Regens lib.2. resol.236. num.16.

2 Testari nequit filius in quibus pater non habet vsumfructum ita iudicatum testatur D. meus, & firmana Gratian. discept.820. Buratt. dec.639 quidquid perperam teneat Michalor. de duobus fratr. p.1. cap.4. num. 54. & cap.9. num.9. & c.11. num.10. ex text. in l. fin. §. filijs autem C. de bon. quæ liber. vbi filijs prohibetur alienatio in bonis in quibus patri quæritur vsusfructus, argumentans à contrario sensu, quia Michalor. loquitur contra text. in l. penult. C. qui testam. fac. possess. & Doctores ibidem, & plenè Dec. allegatus hic n.6.

3 Transit num.17. D. meus ad alium articulum si filius valet donare causa mortis huiusmodi aduentitia sine consensu patris, in quo affirmant Castrens. in l. senium, C. qui testam. fac. poss. num.6. & ibi Fulgos. num.1. Fachin. lib.5. controu. cap.25. Michalor. vbi sup. p.9. ca.10. nu.10. & quamuis Alex. in l. nemo, C. eod. tit. dicat textum in §. res autem Auth. vt lic. mat. & au. qui in contrarium adducitur loqui in dispositione inter viuos, nihilominus hanc esse diuinationem, tradit Ascan. clem. de patr. potest. effect. 10. & conuallat D. R. de Marin. ad Reuert. obseru.212. vbi decisionem adducit, & plena manu probat Merend. lib. 14. controu. cap.38. per tot. vbi contrarijs concurrit quamuis Paschal. de patr. pot. par.1. capit.6. num.112. contrarium tenaciter sentit.

Præ-

4 Præsentiam donatarij requiri in donatione causa mortis firmatur *num.* 19. & comprobant Gratian. *discept.*382.*num.*20. & cauendum est ab Osualdo ad Donellum *lib.*14.*cap.*33.*sub lit.G.* vbi falsum hoc esse inquit de iure nouissimo, difficultas esset si adhibeatur Notarius, an si intelligeretur nomine absentis acceptasse, vt iudicatum in Parlamento Tholosano, refert Maynard.*lib.*5.*dec.*2.*num.*6. quem refert Caren. *resol.* 241.*num.*8. sed contrarium dici potest ex Capyc. *decis.* 72.& D.Rocch.*to.*2.*respon.*13.*num.*46.

5 Dubitatio exoritur, an donatio causa mortis facta in absentia donatarij conualidari possit ex subsequenti acceptatione, & negat D.R.Galeot.*lib.*2.*controuer.*30. *num.*39. sufficeret autem præsentia sine acceptatione donatarij. Viuian.Cirocch.*discept.*49.*num.*19.

Consensus patris in donatione causa mortis facta per filium debet esse expressus ad donādum causa mortis, nec satis est dicere ad disponendum, & donandum, vt probat D.Galeot.*vbi sup.num.*28. Sed si pater consensum præstet testamento filij in quo adest clausula si non valet iure testamenti valeat in vim cuiuslibet vltimæ voluntatis, tunc sustineri dispositionem in vim donationis causa mortis, Paschal.*vbi sup. num.*116. ex Claro, & Thesau.*dec.*150.*num.*12.

Feudum præsumitur concessum sub natura iuris Francorum, & non iuris communis Longobardorum, vt copiosè mox citatus Regens *lib.*2. *contron.* 1. *cum duabus seqq.*& D.R.de Marin.*lib.*2. *resolut* 26. quamuis contrarium malè censeat Montanus alioquin perdoctus *in contron.*18.*num.*2.

S V M M A R I V M.

1 *L.*2. *C. de pignor.non habet locum quando in instrumento est apposita clausula, quòd generalitas non deroget specialitati.*

2 *Clausula, quòd generalis hypotheca non deroget speciali, nec contra quid operetur.*

D E C I S I O V.

Hypotheca specialis, an excludat exercitium generalis stante clausula in instrumento, quòd generalitas non deroget specialitati.

IN Causa sororis Victoriæ de Lama cum Reuerendo Abbate Bozauotra, ad relationem Magnæ
1 Curiæ Vicariæ fuit decisum, † quòd text. *in l.*2.
*C.de pign.*non habet locum, quando in instrumento est apposita clausula, quòd generalis hypotheca non deroget speciali, nec contra, & ad hoc fuit allegata decisio Cassan.*in Catalogo Gloriæ Mundi, par.*12.*considerat.*99.*colum.*10. Alius ex dominis allegauit Didacum *in tract.var.resolut.lib.*3.*cap.*18.*Prior creditor.*3.*colum.vers.nono est preterea fol.* 398.*in noua impressio-*
2 *ne*, quia in prima non reperitur, † qui declarat clausulam prædictam intelligi hoc modo scilicet, vt specialis hypotheca non impediat vsum generalis aliquo modo, ac si ea minimè fuisset adiecta, & quemadmodum Cassan. malè conceptis verbis hoc declarat. Posteà reperi, quod secundùm hanc opinionem iudicauit Senatus Pedemon.*in dec.*159.*colum.fin.* qui allegat Parisium, *cons.*103.*num.*3. *& sequ.volum.* 3. & quamuis allegat Didacum *in d.cap.*18.*ad aliud*, ad hoc tamen de ipso non meminit, quia forsan illi Domini hoc non habebant in prima impressione, & ita iudicauit Rota Rom. vt refert Put.*dec.*38 *fol.*28. Vide etiam Afflict. *in const. Reg. si quis in posterum in* 3.*not. vers. sed iuxta hoc quæro*, qui declarat *l.*2. *C.de pign.* hic allegatam, & dicit, quòd licet quando quis est anterior creditor cum hypotheca expressa, vel tacita possit de iure agere contra vnum possessorum insolidum, quòd nihilominus ipse vidit Regem Ferdinandum primum fecisse decretū, quòd diuideretur debitum contra possessores pro rata ex æquitate, *d.l.*2.& quòd licet hæc æquitas non reperiatur scripta contra ius scriptum, nihilominus Princeps & Sac.Consil. quod Principem repræsentat, potest vti, per *l.*1.*C.de leg* & multa in materia, *d.l.*6. vide per Ludou.Mol.*in tract.de Hispan.primog. lib.*4. *capit.* 7. *fol.*171.*versic.Rursus etiam num.*17.*cum seq.* & Ant. Massagat.*in tract.for.cam.oblig.in* 3.*par.oblig.in* 2.*qu.* post hæc addita dom. Alexand. Lauden. peritissimus Iuresconf. *in tract.de Analogis lib.*1.*cap.* 33.*fol.* 303. *colum.*2.*vers.circa primum*, latissimè hanc materiam tractat, & distinctè loquitur: ad eum est recurrendum, quia eius distinctio omnes casus complectitur.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde quòd secundùm hanc decis. consuluit Rolan. *consil.*36.*volum.*3. latissimè Surd. *in decis.*44. qui non relata hac decis. refert sic per illam Rotam iudicatum.

Vide in terminis l.2. hic allegatæ, Ripam *in l.priuilegia à num.*19.*cum seq. ff.de priuil.cred.* Negusant. *de pignor.*2.*membr.par.*5.*num.*51. Magon. *in decis. Florent.*124. hunc D. infra *decis.*519. Ann.*allegat.*141.*par.*2.& Minad.*consil.*18.*num.*5.& qualiter procedat *disp. l.prædicta*, Vide omninò D. Ann.Iun. *consil.*93. *num.* 21. post Negusant. Cardin. Paris. & alios quos allegat.

An *d.l.* habeat locum in causa dotis, vide Roman. *cons.*183.*num.*2.*vbi add.*& Minad.*in cons.*18. *num.* 5. qui tenent, quòd sic, & Ripa *loc.ci.num.*19.*in fin.* Surd. *in dec. supra citata* 44.*num.*5.& ibi latissimè per totam decisionem.

Et an procedat si debitor priùs obligauit omnia bona sua generaliter, & talem fundum specialiter Ripa *vbi sup.num.*21. tenet quod sic, sequitur Negus. *loc.sup. cit.ver.pro ampliatione*, & Cacheran.*in dec. hic allegata* per D.Vincentium.

In addit. ibi contra vnum possessorem insolidum, Vide decis. Auenion.121.*num.*7. Lupum *in tract.de vsur.* 2.*com.*§.2.*num.*68. Mandos.*in cons. Roman.* 128. Caualcan.*de vsufruct.male relicto num.*209.*ver. & tantæ vtilitatis fol.*409.*in paruis* Crass.*de succes.* §.*hæreditatis quæst.*12.*num.*12.& Surd. *vbi supra num.*9. Henric. *in suis opinio.lib.*3.*conclus.*134. Vide eumdem Surd. *in decis.*34. post Roder. Suarez *in l.post rem iudicatam fol* 585.*in paruis, ff.de re iudicata*, & latissimè disputat Lucas de Penna *in l.*1.*colum.*2.*in fin.vers.an ergo C.de debitor.ciuit.lib.*11.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

S V M M A R I V M.

1 *Dispositio l.*2.*C.de pign.limitatur in obligatione in forma Cameræ.*

2 *Item si adest Constitutum in instrumento.*

3 *Constitutum, precarium, & iuramentum, potiùs de stylo, quàm de voluntate apponi solita probat author.*

AD hanc decis. in materia *l.*2.*C.de pignor.& hypo-*
1 *th.* † limita ipsam legem in obligatione in for-
2 ma Cameræ, Parisius *cons.*103.*volum.*3. † Item limita si adest constitutum in instrumento. Portius Imolensis, *lib.*1.*Commun.conclus.*41. *quarta limitatione*, post Alex.*in cons.*83.*num.*2.*&* 3. *volum.*2. & Roland. *cons.*9.*num.*19.*vol.*1. quæ limitatio meo iudicio non
3 est nimis tuta. † Cùm constitutum, precarium, & iuramentum, potiùs de stylo, quàm de voluntate apposita probauimus in nostra quæst. forensi, *in verbo constitutum num.*20.& ad hanc decis. adde Afflict. *in Constit. Si quis in posterum*. Ozascum *in dec.* 159. Surdum *in dec. Mantua.* 44. *incip.creditor*, Io.Coppen. *in qu. Saxoniæ.qu.*4.*incip. Inter creditores.* Ad hanc decisionem nouissimè adde Caroc.*in tr.de excussione bonorum.lib.* 2.*q.*65.*incip.Practicabilis omnino*. F.A.

A D-

ADDITIO D. RICCII.

HYpotheca specialis excludit exercitium generalis stante clausula in instrumento, quòd generalitas non deroget specialitati, hoc concludit. Decisio hæc continet materiam *legis ij. C. de pignor.* ad cuius ornamentum adde Cremens. *singul.* 53. Negusant. *de pign. in secundo membro 5. par. num.* 51.

Amplia primò prædictam conclusionem procedere etiam in causa dotis. Minad. *cons.* 18. vltrà quem vide Negusan. *latè in primo membro, octaua partis num.* 23. *cum sequent.* Couarru. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 3. etiam si de credito dotis ageretur. Rip. *in l. priuilegiatum num.* 19. & 20. *ff. de priuileg. credit.* Cacher. *decis.* 159. Mynsing. *centur.* 6. *obseruat.* 94. Decian. *consil.* 2. *num.* 142. *volum.* 1. copiosè Gabriel *cons.* 41. *nu.* 2. *tom.* 2. cum adductis per Surd. *cons.* 495. *num.* 9. *volum.* 4. vbi ex ingenio pro veritate defendit non licere mulieri pro dote eligere aliqua ex multis bonis obligatis, in quibus sibi satisfaciat quando mulier sibi prouidit speciali hypotheca, quo casu tenetur priùs excutere vires specialis hypothecæ, etiam si in instrumento dotis adesset clausula illa, pro maiori securitate, quoniam inde non infertur ex necessitate, quòd generalis hypotheca possit absolutè exerceri cùm sint hæc compatibilia, quòd maior sit cautio.

Amplia secundò procedere etiam in fructibus rei specialiter obligatæ, quia etiam ipsi veniunt in hypothecam, adeò ad generalem non potest deueniri, nisi præuia liquidatione fructuum simul cum rei specialiter obligatæ excussiones, *l. Lucius ff. qui potiores in pign. hab.* Magon. *dec.* 124. *num.* 4. Actor noster *dec.* 534. *nu.* 12. *p. tr.* 2. *& dec.* 523. *num.* 11. *par.* 3.

Limita primò, non habere locum in fauorem debitoris, quia est odiosa, & ad commodum posterioris creditoris inuenta, proinde non potest debitor opponere contra primum creditorem, vt agat ad bona specialiter obligata, cùm sit exceptio de iure tertij, minimè excludens agentis intentionem, nisi volente creditore, de cuius damno agitur, Surd. *cons.* 98. *in fin. vol.* 1. Thes. *dec.* 4. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 73. *cum sequ.* Ruin. *cons.* 119. *num.* 2. *vol.* 1.

Limita secundò non procedere in obligatione camerali, in qua non attenditur vllus ordo, sed creditor potest pro suo arbitrio eligere quam malit viam pro satisfactione sui crediti tantoperè priuilegiati. Surd. *dec.* 44. *num.* 12. & 18. Farinac. *cons.* 57. *num.* 12. vbi patent ad ius suum prosequendum omnes viæ.

Limita tertiò, non procedere quando creditor haberet constitutum, & executionis viam ingressus constituto ipso vteretur probando potissimum possessionem bonorum tempore constituti obligatorum, nam tunc cessat omnis contradictio, quo ad excussionem pignoris specialis. Thes. *dec.* 215.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Labefactare nituntur decisionem* Caluinus, Armator, Rodriqu. Andreola *tuentes excussionem pignoris specialis non cessare ob protestationem partium quod specialitas non deroget generalitati, sed pro decisioni strenuè certat.* Cons. D. Pratus.

2 *Author sine protestationi formali exulat excussionem, licet claritatem clausulæ protestatiuæ doceat D. Pratus, & laudabiliter.*

3 *Pugnantium decisionum fit conciliatio, & notatur æquiuocatio Andreoli, & quando procedit iudicium non excusso pignore speciali num.* 4.

5 *In causa dotis, an locum habeat d. excussio, & quid existente constituto, num.* 6.

7 *Excussio eiuscemodi non cessat in Regno, quidquid censeant Castillus, & D. Pratus, re censentur alij casus in materia dictæ excussionis, num.* 8.

1 INnuditur nunc innoxiè D. meus in terminis, *l.* 2. *C. de pignor.* firmans cessare excussionem specialis pignoris quando in instrumento apposita fuit clausula, quòd specialitas generalitati non deroget, nec econtra, ita vt creditor habens specialem hypothecam cum generali, virtute d. protestationis possit generalem exercere omissa speciali in præiudicium posteriorum, quam conclusionem conuallant Addentes, & vtraque manu Doctores amplecti videntur, & licet ex aduerso insurrexerunt, Iul. Cæs. Caluin. *in tract. de æquit. lib.* 1. *cap.* 30. Armator Rodriq. *in tractat. de concurs. credit.* 2. *p.* 1. *num.* 4. exponentes clausulæ, vt non præiudicatum censeatur generali hypothecæ, non autem quòd prius ad generalem, quàm ad specialem agi possit, & insuper protestationem non releuare protestantem in his quæ in iure constituta sunt.

Nihilo secius Consil. D. Prat. *pract. obseru.* 29. *per tot.* vindicat D. meum ab impugnationibus aduersariorũ, destruens defensam excussionis, & occurrens sigillatim contrarijs argumentis, & singulis obiectionibus, dum per protestationem nihil aliud intendunt contrahentes, quam generalem hypothecam suis nitibus intactam relinquere, ac si specialis adiecta non esset, vt Add. ad Mol. *de primog. Hisp. lib.* 4. *cap.* 7. *vers. secundò*, & iuri in fauorem alicuius introducto legitimè renunciari potest, *l. penult. C. de pact.* & alioquin inter generalem obligationem, & specialem nullum discrimen est, semper enim prior hypotheca siue generalis, siue specialis posteriori præferri debet, *l. generalis*, *C. qui potior.* & textum *in d. l.* 2. exorbitantem, & à regulis iuris deuiãtem, reputant Bart. *& alij ibi*, & Socin. *con.* 75. *& sequ. volum.* 4. Surd. *in decis.* 44. *num.* 10. quapropter protestatio faciliùs adimit excussionem, vt plenè Acosta *de priuil. credit. in præfat. ad reg.* 3. *n.* 38. *& seqq.*

Prætereà dispositionem *d. l.* 2. relegandam esse hodie à Palatijs, inquit Fontanel. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 18. *p.* 1. *num.* 86. ex quo in omnibus instrumentis solet apponi dicta clausula protestatiua, & ita decisum in S. C. de anno 1633. refert Thor. *in compend. dec. par.* 2. *vers. assistentia præstita*, quamuis D. Prat. *vbi supra* monitos facit *num.* 80. contrahentes, vt clarioribus verbis protestantur de facultate exercendi generalem sine excussione specialis hypothecæ, quam cautelam non possum non commendare; Beneuerũ contra supradicta extat alia contraria decisio M. C. V. sub an. 1639. relata per Thor. *p.* 3. *ver. nulla an censeri debeat sect.* 2. vbi nullam tradit fuisse declaratam sententiam super bonis in genere obligatis prolatam omissa re in specie hypothecata.

3 Determinationes præfatas opinor non esse pugnantes, & conciliationem expellere tenebras controuersiæ, quia prima locum habet quando adest specialis cum generali, posterior autem quando hypothecatur fundus, & in defectum alia bona, vt inspicitur ex secundo exemplo per Thor. adducto, ratio à priori est, quia postrema forma facit conditionalem hypothecam, quæ non constituitur nisi purificata conditione defectus rei in specie obligatæ, nam verbum in defectum conditionem importat, vt est text. *in l.* 2. *ff. qui pot. l. decem*, vbi Ias. *num.* 19. *ff. de verb. oblig.* Ann. *con.* 81. *num.* 9. & in puncto Cenc. *de cens. qu.* 88. *num.* 64. *& decis.* 263. Rot. Rom. *in editis in calce d. tract.* & ita semel in contingentia facti defendi, sed in primo casu quando creditor se

tor se prouidet de speciali, & generali simul, hypotheca non est conditionalis, vt incautè salua pace discurrit. Andreola *controu.* 256. præsertim dum creditor semper potest contra debitorem, & eius hæredes non excusso speciali pignore, & adhuc deficiente protestatione, exercere generalem, & insuper contra tertium posses-
4 sorem, qui non sit creditor, vt Surd. *in dec.* 44. Noguerol. *alleg.* 4. Castill. *controu. tom.* 4. *cap.* 26. *num.* 23. quod aliter procederet si conditionalis esset hypotheca, vt in secundo exéplo, vt Cenc. & Rot. *vbi sup.* Iudex etenim ipse deberet repellere creditorem, vt agentem sine actione hypothecaria, & conditio insit in corpore instrumenti; Ad hæc additur quòd in primo exemplo etiam procedit iudicium quoties non opponitur excussio etiam ante litem contestatam, Surd. *vbi sup. nu.* 20.

Imò in themate obligationis generalis in defectum specialis, adhuc dubitari posset an sit necessaria excussio esto adesset protestatio, cùm in simili si fideiussor indemnitatis renunciat excussioni, nihilominus potest illa opponi *l.* 1. *C. de conuen. deb. fisc.* Rouit. *dec.* 5. *num.* 5. Gallerat. *de renunc. cent.* 1. *cap.* 74. *num.* 8. de quo videndus Donad. *de renunc. tom.* 1. *cap.* 29. *num.* 105. vbi contrarium probat, & ipse non auderem firmare, quia esset confusio verborum Notarij contra mentem contrahentium.

5 Inquiritur, an vera sit opinio Visconti in schulijs, vt locum habeat excussio in specie *d. l.* 2. etiam contra dotem, & affirmat D. Pratus *vbi sup. n.* 82. & sentit Pacific. de Saluian. *interd. inspect.* 3. *ca.* 3. *num.* 69. & ita pluries decisum in supremo Reg. Hisp. Consilio testatur, Couarr. *lib.* 3. *var. cap.* 18. *vers. octauo*, Theod. *alleg.* 39. *num.* 11. Rot. *dec.* 431. *p.* 5. *recent.* & quamuis in puncto iuris veriùs probet Merlin. *de pignor. lib.* 4. *qu.* 21. *nu.* 37. ex eo quòd excussio eiusmodi ex nouo iure codicis statuatur ex æquitate, quæ non debet seruari contra dotem cuius causa per se est æquissima, & addo exorbitantiam *d. l.* 2. & proindè non esse extendendam contra causam dotis, Merlinum nominatim impugnat Andreol. *d. controu.* 256. *num.* 28. vnde pensitandam relinquo, & ponderandam *dec.* 270. D. mei.

6 Refutat D. Prat. *num.* 86. Amendolam extendentem excussionem adhuc extante clausula constituti, & oppositum probat ex Tiraq. & Costa *de remed. subsid.* & sentiunt Grat. *discept.* 38. *n.* 8 & D. Staib. *resol.* 71. *num.* 15. At pro Amendola stat Merlin. *num.* 31. post Surd. *dec.* 44. *num.* 12. quem refert, & sequitur Andreol. *num.* 8. & 11. in eo quòd opinatur habere locum excussionem etiam in Saluiano.

7 Opinatur D. Pratus *n.* 89 cum Castillo, & alijs cessare *d. l.* 2. in Regno in quo proceditur sola facti veritate inspecta, sed ipse bona venia contrarium verius existimo ex Merl. *nu.* 54. facilius dum S.C. quod procedit de bono, & æquo, & vti pater familias admisit excussionem contra mulierem agentem hypothecaria pro dote, *vt inf. dec.* 270. Tapia *dec.* 19. & ita recedo à D. Staiban. *resol.* 67. *num.* 27. & *resol.* 96. *num.* 20.

Clausula, vt vna via electa alia non tollatur cessare facit excussionem, iuxta Gratian. & Staib. *vbi sup.* & quid si adsit guarentigia in instrumento crediti negant Merlin. *num.* 59. & Andreol. *controu.* 256. contra Viscontum, Gratian. & D. Staiban.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum concessum pro se & liberis, cum clausula apposita in fine priuilegij, in quo dicitur, mandantes, qui respondeant tibi, liberis, & hæredibus, an dicatur ex pacto, vel hæreditarium, & num.* 5. *decisio.*

2 *Feudum hereditarium dicitur ex clausula illa, hæredibus, in inuestitura apposita.*

4 *Feuda hæreditaria, vt plurimum sunt in regno, declaratur num.* 9.

4 *Clausulæ contrariæ in vno priuilegio appositæ, sunt conciliandæ, declaratur num.* 8.

6 *Verba posita in executiuis non alterant principalem dispositionem.*

7 *Clausula, quicquid tibi perpetuò, & tuis placuerit faciendum, quid operetur in verbis dispositiuis, inuestitura apposita.*

DECISIO VI.

Feudum concessum pro se, & liberis cum clausula in fine priuilegij, mandantes, qui respondeant tibi, liberis, & hæredibus dicitur esse ex pacto, & prouidentia.

1 IN causa Camillæ Berlenghæ, cum Antonia Mastrella hærede instituta per eius virum, fuit dubitatum, † si concessio facta pro se, & liberis cum clausula apposita in fine priuilegij, in quo dicitur, mandantes, quòd respondeant tibi, liberis, & hæredibus, dicatur feudum ex pacto, & prouidentia, vel feudum hæreditarium. Super quo Curt. iun. *conf.* 3. *colu.*
2 2. videtur concludere, † quòd hoc feudum dicatur hæreditarium, ex illa clausula apposita, hæredibus, in priuilegio, quæ declarat illud verbum, liberis, quod etiam
3 suadetur, † quia in Regno omnia feuda, vt plurimum, sunt hæreditaria, prout Neapod. *dixit in consuet. etsi testator in verbo. disponit. item ex ijs.* quæ Bart. *dixit in l.*
4 *pen. §. idem quæsit. ff. de condit. indeb.* † quòd quando in vno, eodemque priuilegio sunt dictæ clausulæ, quæ videntur contrariæ, sunt saluandæ, itaut contrarietatem non inducant, quod sic dicebatur posse fieri in casu nostro, declarando, seu supplendo verbum, liberis scilicet & hæredibus.

Quibus non obstantibus per Sacrum Consilium omnium Dominorum consensu in duabus Aulis fuit deci-
5 sum, † hoc feudum esse ex pacto, & prouidentia, ideòque conuenta fuit condemnata ad illum relaxandum actrici hæredi ex corpore acquirétis, & absoluta actrix à petitione pretij in causa reconuentionis, sequendo opinionem Decij *in conf.* 38. 1. *vol. num.* 5. quem reprobando Curtium sequitur Senatus Pedemontanus *in decis.* 161. moti per reg. sumptam *ex Clem.* 1. *de præben.*
6 ex qua sumitur conclusio, † quòd verba posita in executiuis, non mutant principalem dispositionem, qui reguiam posuit per illum text. Card. ibi, Modern. Parisiens. *in §.* 18. *fol.* 198. *vers. quorsum igitur*, *num.* 16. Aym. *qui allegat concor. in conf.* 25. *dubio primo conf. vers.* 3. *respondeo.* 1. *volum.* D. de Ponte *conf.* 54. *num.* 6. 87. *num.* 10. *conf.* 57. *num.* 99. quæ opinio compro-
7 batur. Nam si alicui est concessum feudum, † & in inuestitura est apposita clausula, ad habendum, tenédum, & prouidendum, & quicquid perpetuò sibi, & suis placuerit faciendum, & verba prædicta sunt apposita in verbis dispositiuis inuestituræ, vt puta, dictum sit, inuestiuit Petrum, statim adiecta illa clausula, tunc communis est conclusio, ex hac clausula concessam esse licentiam alienandi ex mente Parif. de Put. *in tract. de reintegr. feud. cap.* 95. Iacob. de Sancto Georg. *in ver. itaque ipsi vassalli*, 1. *col.* & Curt. *in tract. feu in* 4. *par. prin. in* 2. *reg. per text. in cap. vni. de feu. non hab. propr. nat. feud.* Sin autem verba prædicta sunt apposita in clausulis executiuis, & hoc casu clausulæ prædictæ non mutant dispositionem, per text. *in d. Clem.* 1. quando quæstionem vltrà prædictos decidit idem Senatus Pedem. *in dec.* 164. *alias sæpè.* vbi alleg. concordantes *ad d. glos.* Nec obstat quòd illa clausula in fine videtur declarare præcedentem dispositionem, prout post Cur. *in d. conf.* 3. colligit concor. Rot. Luc. post hanc impressioné visa *in dec.* 7. *n.* 3. & 4. *vers. secúdò hoc confirmatur, fol.* 22. & Rota Ianuensis *dec.* 93. *Domini.* 5. *colum. vers. nec obstat dicere. fol.* 169. & quod ne inducatur contrarietas, sic sint saluanda, quia ad hoc respondetur in di-
8 ctis decisionibus, † quòd hoc procedit in dubio puta, si dictaret concessio pro se, & suis. Sed casus noster est clarus, quia dicit inuestitura, pro se, & liberis, quo casu

non dubitatur, esse feudum ex pacto, & prouidentia, &
9 † sic etiam non cadit aliqua concordia, & dictum Neapod. similiter procedit in dubio, non autem in claris. Insuperque aduertendum, quia Curt. *in d. cons. 3. 2. colum. vers. preterea*, sentiens difficultatem quæ ex dicta regula oriebatur contra eius opinionem, negat assumptum, scilicet in casu suo clausulam prædictam esse appositam in executiuis. Quia verbum, hæres, erat appositum ante verbum, mandans, quod in casu, de quo agebatur, cessabat, quia in priuilegio, seu inuestitura feudi, de quo quærebatur, hæc clausula erat apposita post verbum, mandans, & ex his hanc opinionem, quã Sacrum Consilium secutum fuit, patet, non habere contradictionem. Licet in nouissima impressione teneat contrarium Mar. *in 3. li. in 3. formula. num. 24. fol.* 414. De hac dec. etiam memini: Aurel. Corbul. *in tract. ex qui cau. emph. iure suo priuetur, in tit. de causa priu. ob alien. irrequ. domino fac. 3. limit. fol. 249.* Scanapecus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 6. Adde Ann. Sen. *in alleg. 142. num. 2.* vbi *addit.* & D. Ann. filium *cons. 20. num. 42. 44.* De Curte *de feud. fol. 49. num. 59.* Vide Capiblanc. *in trac. de baron. fol. 291.* Et ad ornatum *Clem. 1. hic allegata*, Adde videndum D. Ann. Iun. *in collect. 351.* Martam post hæc scripta impres. *veto 48. num. 14. 156 in fin.* & D. de Ponte *in tract. de Potest. Prore. fol. 444.*

Num. 7. Vide Bart. & Doctores *in l. qui Roma §. duo fratres in 8 qu. ff. de verb. oblig.* Thobiam Non. *consil. 106. num 11. & seq.* & Campan. *in c. regni 132. column. fin. vers. circa secundum.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Feuda in regno potius ex pacto, & prouidentia, quàm hæreditaria censenda.*
2 *Feudum ex pacto, & prouidentia quidnam sit.*
3 *Et quid hæreditarium dicatur.*
4 *Rubrica, An agnatus & filius, an locum habeat in feudo antiquo paterno ex pacto, & prouidentia.*

AD hanc sextam Decis. vide infra *decisionem* 387. ad quam dico. Afflict. & Vrsilium *decis.* 248. & adde vtrumque Annam, patrem, & filium, *in Singulari 656. incip. In dubio feudum*, vbi pro affirmatiua & negatiua plures allegant, & Camerarium *in cap. 1. §. huius autem generis, num. 36. ex quib. caus. feud. amitt.* & ita legendo tenuisse Regentem à Ponte Murconi dominum, & Marchionem, die
1 28. Martij 1593 *cap. 1. de success. feud.* † quòd feuda in Regno, potiùs ex pacto, & prouidentia quàm hæreditaria sunt censenda, & tacitè hoc sequi videtur Franc. de Amicis, *in tit. de his qui feudum dare possunt, cap. 3. nu.*
2 *4 column. 2. ibi nihilominus* † *omne feudum in sua primordiali natura, & origine dicitur feudum ex pacto, & prouidentia. fol. 4.* Roland. *cons. 28. volum. 3. & cons. 55.* Menoch. *cons. 61. & 202. num. 53. volu. 1. & 158. & 160. volum. 2.* dixerunt feudum ex pacto, & prouidentia illud esse, quando in inuestitura id scriptum reperitur pro se, & eius filijs, siue liberis, aut descendentibus.
3 † Hæreditarium verò quando fit mentio de hæredibus; de quo videndi sunt Ozas *dec. 161. incip. Quoniam sepissimè. & in dec. 163. incip. Successit. & in decis. 162.*
4 † vbi an in feudo antiquo paterno, ex pacto, & prouidentia locum habeat titulus, An agnatus, vel filius, de quo diximus *in decis. 1. num. 16.* & vide Magonium *in decis. Florentina 54. Ad numerum 6.* Adde Regentem à Ponte, *cons. 54. incip. Ex his num. 16. versic. dicet. & cons. 82. Dic. num. 10.* & Barbosam *in l. quæ dotis, num. 118 & seq. soluto matrimonio.* Fl. Amend.

ADDITIO D. RICII.

FEudum concessum pro se, & liberis cum clausula in fine priuilegij Mandantes, qui respondeat tibi, liberis, & hæredibus, dicitur esse ex pacto, & prouidentia, ita concludit. In huius articuli confirmationem adducitur Camillus de Curt. *in diuers. Iuris feudalibus vers. multoties concedens num. 59. fol. 49.* Amic. *in tit. de ijs, qui feud. dare poss. §. ad illud deformis fol. 120.* Aloysius de Leo *in l. nulli prorsus C. de Indic. nu. 11.* quos refert Thorus *in suo compend. decis. in ver. feudum fol. 208. vers. feudum concessum pro se, & liberis*, & vide Borrell *in sum. decis. tit. de feudis n. 545.* vbi non solum quando est datum feudum pro se, & liberis, dicitur ex pacto, & prouidentia, sed etiã si in exequutiuis dicitur, & hæredibus, Decius *cons. 38. num. 5.*

In Regno tamen Neapolitano vt plurimum feudum præsumitur hæreditarium, vt post Napod. *in consuetudine Neapol. incipien. si testator in verb. disponere tit. de success. morient.* licet contrarium attentauerit Borrell. *de regis Cathol. præstantia cap. 56. num. 1.* cum pluribus sequentibus, vt potiùs ex pacto, & prouidentia præsumatur, vt Cameram Imperialem tenuisse refert Mynsing. *obseruat. 2. centur. 4.* fuit pariter feudum concessum in forma communi, scilicet tibi, & hæredib. tuis ex tuo corpore legitimè descendentibus, dicitur feudum hæreditarium respectu descendentium Paris. *cons. 4. volum. 1.* Iul. Clar. *in §. feudum qu. 9. vers. sed quid si feudum*, Peregr. *cons. 4. num. 50. in fin. volum. 1.* licet contrarium teneant nonnulli, vt est Roland. à Valle *cons. 67. num. 30. cum alijs sequent.* Fulgos. *in cons. 127. nu. 2.* & feudum hæreditarium constituit eo ipso quòd de hærede fit mentio in inuestitura, & proinde de filio erit intelligendum, vt pluries in Regia Camera, & alijs supremis tribunalibus fuisse decisum refert Gosfred. *cons. 1. num. 207.* quem citat Lanar. *in cons. 80. num. 41.* & feudum hæreditarium in legitima imputandum, si enim legitimam excesserit, quod valet vltra legitimam imputandum est in Trebellianicam, Pereg. *de fideicom. art. 3. num. 3.* Ann. *cons. 130. nu. 31.* & vide Amat. *consil. 6. num. 31.*

ADDITIO D. NOVARII.

DEcisum est hìc, quòd feudum concessum pro se, & liberis cum clausula apposita in fine priuilegij, in quo asseritur, Mandantes, qui correspondeat tibi, liberis, & hæredibus esse feudum ex pacto, & prouidentia, & ideò conuenta fuit condemnata ad illud relaxandum actrici hæredi ex corpore acquirentis, & absoluta actrix à petitione pretij in causa reconuentionis, & ita Amic. *in tit. de his qui feud. dar. poss. §. ad illud deformis fol. 120.* Aloys. de Leo *in l. Nulli num. 11. C. de Iudic.* Curt. *in suo diuers. Iur. feud. versic. Multoties concedens num. 59. fol. 49.* & nouissimè Compend. decis. Neapol. *in verbo feudum concessum pro se, &c.* quibus addo Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 90. C. de bonis maternis*, & vide Annam *in collect. 251.*

Similiter feudum ex pacto, & prouidentia dicitur, quoties fuisset dictum pro se, suisque hæredibus, Filijs, & liberis vtriusque sexus, ex eo, & eius hæredibus filijs, & liberis vtriusque sexus legitimè descendentibus natis, & nascituris, Socin. Iun. *cons. 73. num. 27. volum. 1.* vbi aduertit, quòd illud verbum, hæredibus, refertur ad liberos: Gabr. *concl. 3. num. 22. de verb. signifi. qui nu. 21.* idem dicit, quando feudum fuisset receptum, pro se, & suis de domo sua, sequitur Mar. *n. de gener. & qualitat. feud. in Rubr. de feud. hered. nu. 18. scribens in Rubrica de feudis ex pacto, & prouid. num. 68. & 69.* idem esse quoties concessum esset feudum tibi, & generi tuo, vel posteris, nam tali casu dicetur omninò ex pacto, & prouidentia Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 90. C. de bon. matern.* Item *in cap. 1. §. filij tantum nu. 3. de success. feud.* Alex. *cons. 30. volum. 1.*

Pari-

Pariter quando feudum fuit dumtaxat receptum pro se, & filijs diceretur ex pacto, & prouidentia Siluan.*cons.*30.*num.*12. Clar.*in* §.*Feudum quaest.* 9. scribens hanc esse communem regulam probat Schradet. *de feudis par.*5.*cap.*2.*num.*62. vbi alios citat, nouissimè Marta *de clausul.part.*2.*clausul.*43. vbi discutit de huiusmodi clausula, pro te, & filijs, quibus adde Gabriel. *in citat.concl.*3.*num.*20.*de verb.significat.*& Grego.*de concess.feud.part.*1.*qu.*10.*versic.*2.*amplio, & quaest.*14. *part.*6. vbi intelligit talem formam concessionis procedere non solùm in filijs ipsius acquisitoris natis tempore concessionis feudi; verùm etiam in filijs natis post concessionem, vnde euenit, quòd si pater alienauit feudum existente consensu filij sui, tunc proximè successuri, si deinde præmoriatur ille filius, qui consentit, & nascitur alter filius patri, qui non consentit alienationi, poterit ille mortuo patre reuocare alienationem feudi factam per eius patrem, cùm non reperiatur filius consensisse.

Item, quando conceditur Feudum alicui pro se, & descendentibus, seu coniunctis de Familia non facta mentione hæredum, Farinac.*in sua pract. quaest.*25.*sub num.*87. Marin.*de gener.& qualit.feud.Rubr. de feud. ex pact.& prouident.num.*74. & esse communem, & receptissimam conclusionem, scribit Pinel.*in d.l.*1.*nu.*84.*C.de bonis mater.par.*3. firmans *num.* 90. Feudum concessum in quintam generationem dici etiam ex pacto, & prouidentia sequuntur Ias.*in l.*2.*sub num.*167. *C.de iur.emphit.*& Marin.*de gener.& qualit.feud. Rubri.de feud.ex pact.& prouid.nt num.*72. qui *num.*71. scribit quòd si feudum fuerit concessum Ioanni,& eius proli, diceretur ex pacto, & prouidentia ex Isern. *in cap.*1.*vers.nam proles feminei sexus num.*2. *de grad. success.in feud.* vbi inquit, quòd proles capitur pro filio.

Insuper Feudum dicetur ex pacto, & prouidentia quoties fuisset concessum Feudum Petro,& liberis suis Aluar.*in cap.*1.*colum.*6.*vers.si verò Inuestitura, an agnat.vel filius defunct.*Dec.*cons.*185.*&* 445.Clar.*in* §. *Feudum quaest.*9.*versic.quandoque verò*, vbi recenset hoc esse communiter approbatum scribens, quòd in tali feudo sufficit, quòd succedens sit filius, vel descendens à primo acquirente, non autem requiri quod sit hæres, ex Ias.*in l.si post mortem sub num.*3.*ff. de leg.*1. vbi inquit, esse communem opinionem, Gregor. *de concess.feud.quaest.*15.*part.*6.*effect.*1. vbi scribit, quòd si filius esset hæres patris cum beneficio Inuentarij stante forma concessionis prædictæ posset alienationem feudi factam à patre defuncto infringere, quia in huiusmodi forma factum patris non nocet filio, sequuntur Chircou.*in suo libro commun. opin. concl.*85. *num.*15. vbi hoc esse receptum communiter fatetur. Paris.*consil.*5.*volum.*1. Mascard.*de probat.conclus.*767. *num.*4.

Sed in dubio vtrum præsumatur Feudum hæreditarium, vel ex pacto, & prouidentia variæ sunt Doctorum sententiæ, nam aliqui fuerunt in opinione, quòd in dubio feudum præsumatur ex pacto,& prouidentia, vt post alios antiquiores fuerunt, Menoch.*de præsump. lib.*2.*præsumpt.*94.*num.*7. Mascard. *de probat.conclus.* 267.*num.*10. vbi testatur, hanc esse magis communem opinionem, Thesaur.*dec* 99.*num.*22.Cephal. *cons.*503. *num.*32.*volum.*3. Franc. *in prælud.feud. Rubric. spec. feud.num.*125. alij verò totum oppositum dixerunt, vt fuerunt Cuman.*cons.*166.Gregor.*de conces.feud. part.* 2.*quaest.*9.*versic. secundo aduertendum.* Decia.*respons.* 24.*num.*70.*volum.*1. Roland.à Val *cons.*4.*num.*15.*vol.* 4. vbi testatur hanc opinionem communi Doctorum calculo esse receptam Surd.*cons.*105. *num.* 8. *volum.*1. *num.*244.& nouissimè Borrell.*in summa decis.in titulo de feudis.* Tu tamen in facto recurras ad Intrigliol. *de feud. quaest.*50. *cent.*1. qui latè tractat hunc articulum.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quando sit ex pacto, & prouidentia recensentur duæ formulæ decisionis.*

2 *Examinatur assertum, quòd omnia feuda in Regno, vt plurimum sint hæreditaria, & reyciuntur opiniones Amicangeli, & Mucci.*

3 *Clausula in executiuis apposita vtrum alteret principalem dispositionem.*

4 *Feudum in Regno, an præsumatur hæreditarium, vel ex prouidentia.*

1 Feudum concessum tibi, & liberis esse ex pacto, & prouidentia iudicatum testatur D. meus, & magistraliter comprobat D. R. de Marin. *lib.*2. *resolut.*86.*num.*9. *& seq.* vbi edocet praxim ad cognoscenda feuda, & pro se, & suis concessa esse hæditaria contra Pinellum, & alios probat Camill.de Larath. *in theatr.feud.p.*7. *dilucid* 27. & videtur sentire D. Præses *num.*8.

2 Dubitabile succedit assertum de quo *num.*3. vt feuda in Regno sint vt plurimum hæreditaria, nam R. de Ponte *dec.*11.& Rouit.*in rubric. ad pragmat.de feud.* referunt decisum in S.C. omnia feuda in Regno esse ex pacto, & prouidentia hæreditaria mixta, vt illa de iure Francorum, ex aduerso Amicang.*qu.feud.*1.*num.*16. tenet vtrasque qualitates esse incompatibiles, & appellat hæreditaria, econtra Io.Bapt.Mucci, sentit feuda Francica esse ex pacto, & prouidentia, vt aliàs dictum est in *obseru.*1. vt meum interponam iudicium dico esse cauendum ab vtraque opinione, nam feuda Francica, quæ sunt in Regno appellantur ad abbreuiandum hæreditaria, sed sunt mixta, vt post Camerar.de Ponte, & alios tradit Theodor.*alleg.*22.*num.*10. & dicuntur præterea hæreditaria ad differentiam omninò hæreditariorum, quæ transeunt ad quoscumque hæredes, vt Rouit. *vbi sup.num.*21. nec propter qualitatem hæreditariam possunt desinere esse ex pacto mixta, dum in eis succeditur etiam contra voluntatem vasalli instituentis extraneum, & de hac re dicetur in *obseruat.* 387.

3 Notanter omnes allegant hanc decisionem ad probandum, quòd clausula in exequutiuis apposita non alterat principalem dispositionem, dum iudicatum extitit feudum ex pacto, non obstante, quòd in exequutiuis erat apposita clausula, Mandantes, quòd respondeant tibi, liberis, & hæredibus, ad comprobationem addo Larath. *vbi sup. dilucidat.*25. è diametro assertionem hanc respuunt Fusar.*de substit.q.*593. *num.*170. D.Capon *de pact.qu.*30. *num.*54. vbi quòd pactum de non reuocando donationem appositum in exequutiuis faciat transire donationem causa mortis in donationem inter viuos D. Io. Dexart.*dec.Sardin.*29. *num.* 13. tradit clausulam huiusmodi si non incidenter, sed ex proposito adiectam operari effectum dispositiuum, ex Castill. *controu.tom.*4.*cap.*40.*num.*16. at conclusio D. mei ab omnibus recipitur.

4 Restat videndum an feudum in dubio præsumendo sit hæreditarium, vel ex prouidentia, & Isern.*in cap.*1. *an agnat.* amplectitur primam partem, addo Mising. *cent.*4.*obseruat.*2. facit text. *in l.si pactum ff. de donat.* vbi quis præsumitur sibi, & hæredibus suis prospicere, & quamuis cum Vulteio contrarium probet La-

rath. *in theat. feudal. p. 7. dilucid.* 28. nihilominus non discedo ab opinione, Andreæ, & firmat Mucci. *vbi sup. nu.* 7. aiens Feuda censeri hæreditaria ad instar Regni, quod est caput.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Regni, in aliquibus, etiam procedit quando tractatur de successione in feudo plano, & de tabula.*
2 *Femina, masculis deficientibus, succedunt in feudo plano, & de tabula, etiam secundùm ius commune feudorum, secundùm opinionem aliquorum, quæ procedit, vt nu. 3.*
4 *Feudum antiquum, in nouum an mutetur ex qualitate de non addita in inuestitura feudi.*

DECISIO VII.

Feminæ deficientibus masculis in feudo plano, & de tabula succedunt ex constitutionibus regni.

Feudum ex antiquo non efficitur nouum ex licentia alienandi addita possessori in inuestitura.

1 IN causa Angelæ de Falco cum Mag. Anto. Caracciolo fuit dubitatum, † si tex. in const. Regni, in aliquibus procedit, quando tractatur de successione in feudo plano, & de tabula, adeo quòd deficientibus masculis, feminæ in eo succedant, fuit decisum per Sacrum Cons. constitutionem prædictam habere locum in successione in feudo prædicto ex ijs, quæ Affl. dicit *cap. 1. §. filia verò de success. feud.* quem refert, & sequitur Frecc. *in tract. de sub. feud. lib. 2. in 23. differentia, fol.* 142. Quod tantò magis videbatur procedere in casu, de quo agebatur quia pro hoc feudo non agebatur seruitium personale, quod non pos-
2 set cadere in feminam: quo casu videbatur, † quòd etiam de iure communi, circumscripta dispositione cõstitutionis Regni, feminæ in feudo succederent, iuxta posita per Afflic. *in §. & quia 7. Fallen. de his, qui feu. dar. poss. & in c. 1. in princ. de grad. succ. in feu.* Guliel. Benedict. *in c. Raynucius, in ver. duas habens filias, nu. 23. cum sim. de testa.* de cuius dicti veritate dubitat Curt. iun. *in tract. feu. in 3. par. in 9. fall. & Iacobin. in suo libello feu. in ver. & feminis, vers. 5. fallit.* Quorum opinio verior videbatur, ex quo quamuis cesset ratio, quia femina pugnare non potest, non tamen cessant aliæ rationes, positæ per Bald. *in l. quoties, col. pen. vers. Et dic quòd mulier. C. de suis, & legitim.* Quas rationes sequendo istam opinionem tenuit, Dominus Iacobutius de Franchis, olim Regius Consiliarius, & meus Patruus magnus. *in c. 1. §. hoc autem, de his qui feu. dare poss.* Iacobinus, vbi supra † opinionem Guliel. Benedict. & aliorum primam opinionem tenentium, dicebatur posse procedere quando pro aliquo comitatu soluerentur census, quo casu non esset feudalis, sed censualis, ita Iacob. *in vers. Et feminis, & alij* quos congerit Episcopus Nicoteræ super And. *in §. sed quia vidimus, in addu. in c. Item si pater, n. 10. de his, qui feu. dare pos.* Item fuit dubitatum, si ex qualitate addita de nouo in inuestitura huius feudi, seu licentia data alienandi possessori, in quem vellet hoc feudum, dum esset antiquum, penes possessorem fuisset effectum nouum, & sic prædicta Angela tamquàm neptis ex fratre, non succederet per reg. quæ sumitur *ex tex. in l. in ius ciuile, ff. de iust. & iu.* per Oldra. *cons.* 178. Bal. *cons. 243. ver. inuestitura, col. 2. ver. in contrarium* Paris de Puteo *in tra. d. sind. in ver. salarium in ca. facta est electio. ver. si Rex. cum concord.* de nouo congestis per decis. Senatus Pedamontani 23. *secundus, 7 col. ver. item dicitur, nu.* 21. & fuit decisum, † hoc feudum non esse effectum nouum, quia noua qualitas facit feudum nouum in qualitate addita, non autem in cæteris, ita Affl. *in const. cum circa iustitiam. in 9. notab.* qui dicit etiam sic fuisse iudicatum, in Consil. tempore Regis Catholici, & alij, & sic vltra Affl. declarant reg. prædictam Mod. Paris. *in §. 35. incipit hic §. magnam præsefert obscuritatem. 3. col. 2. q. ver. circa quod aduerte, fol.* 299. videtur sentire Bologninus *con. 1. 8. col. ver. nec dicatur* Camerarius *in repe c. Imperialem. fol. 33. lit. T 4. co. &* in materia feudali, & emphyteusis in non alteratis retinent feuda & emphyteusis propriam naturam. Cacheran *decis. Pede. 53. col. fi. non obst. fol.* 89. Caballi in Milleloquio 188. *fol.* 75. & ita iudicauimus die 12. Septem. 1572. non obstante alia sententia primo loco lata, ex quo eo tempore dubitatum fuit feminas non successisse, quia mortuo fratre huius Angelæ, ipsa non successerat, quod postea in secunda instantia fuit sublatum.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADDE Viuium, aut alium *in decis. 225. nu. 1.* Capr. *de succes. fol. 170. nu.* 451. & omnino Amedeum *in tract. de laudemio q.* 10.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *In Gallia stantibus masculis, feminæ succedunt.*
2 *Secus regulariter de iure feudorum.*
3 *Consuetudo habilitans feminas ad feudi successionem, valet.*
4 *Debet tamen petere inuestituram infra annum, & diem.*
5 *Hæc omnia intelligenda iuxta terminos decisionis, quando pro feudo plano soluitur census.*
6 *Femina quando succedant in feudis, & hic infra num. 10.*
7 *Rex noster potentissimus, & Catholicus potest feminas habilitare filias feudatarij ad feudum, etiam in præiudicium agnatorum.*
8 *Femina si scienter inuestitur ad feudum, licet inhabilis, tamen admittitur ad ipsum.*
9 *Femina eo ipso quòd est admissa ad succedendum in feudo, virtute inuestituræ, videtur habilitata ad soluendum adoham, & admittendum substitutum.*
10 *Femina quando admittantur ad feuda.*

1 AD hanc decis. adde quæ Minadous *in Constitut. In aliquib.* ad quam dixi, sed † de iure Galliæ, etiam stantibus masculis, feminæ succedunt. Ita Franciscus Marcus, *in decis.*
2 *Delphinatus* 315. † licet de iure feudorum secus regu-
3 lariter sit. Sed nota, quòd † valet consuetudo habilitans feminas ad feudi successionem. Decius *cons* 588. *num.*
4 17. † Sed quando admittitur ipsa, inuestituram petere debet infra annum, & diem. Ita Natta, *consil.* 569. Sed
5 † hæc omnia intelligerem iuxta terminos huius decis. quando pro feudo plano soluitur census. Ita Decius *in cons. 85. num. 6. cons. 136. & cons.* 193. Roman. *Sing.* 180. Hippolytus de Marsilijs *Singul.* 411. Crauetta,
6 *cons. 293. &* Menoch. *cons. 65. volum.* 1. † Quando autem feminæ in feudis succedant, Mynsingerius *Obseruat. 74. Cent.* 5. Decius *cons. 139. et* 208. Menoch. *cons. 331. vol.* 4. Roland. *cons. 67. vol. 2. et* 548. Menoch. *cons.*
7 *lib.* 2. Item notandum est, quòd Rex † noster potentissimus, & Catholicus potest feminas habilitare filias feudatarij, ad feudum, etiam in præiuditium agnatorum, Decius *in cons. 269. et* 498. feudum quando dicatur, & quot modis femininum. Menoch. *cons. 331. vol.*
8 *4. et 148. vol.* 2. Roland. *cons. 67. vol.* 2. Et adde quòd † si femina scienter inuestitur ad feudum, licet sit inhabilis, tamen admittitur ad ipsum, Olascus *decis. 23. 26. et* 27. Guid. Pap. *quæst. 69. et* Minadous *decis.* 36. aliqua Afflict. *in decis. 119. et* 248. & Tesaurus 176. *post* Capic. *in decis.* 115. & Præsidem hunc *decis.*

328

328. & iterum *de successſ. femina in feudo recto* Teſſaurus *dec.* 227. & nota quòd † eo ipſo quòd femina eſt admiſſa ad ſuccedendum virtute inueſtituræ, videtur habilitata ad ſoluendum adohã, & ad admittendum ſubſtitutum, Capic. *decif.* 10. *nu.* 16. & *decif.* 31. *nu.* 3. † & quando feminæ admittantur ad feuda latiſſimè Caſſaneus in *Conſuetudine Burgundiæ tit. des fieʒ, §.* 5. *Gloſ.* 1. *n.* 28. Rolandus *conſ.* 41. *vol.* 2. & *conſ.* 41. *vol.* 4. Adjiciendus eſt Brunorus à Sole, dicens feudum à femina emptum, femininum effici, ita, & taliter, quòd in eo ſic femina, vt maſculus ſuccedat, in Compendio reſolutio. Iuris propoſitionum, verbo, feudum per feminam, & de ſucceſſione feminarum in feudis, Conſiliarius Anna, *conſ.* 53. *Quoniam*, & *conſ.* 59. *nu.* 58. *vol.* 1. Fl. Amend.

ADDITIO D. RICII.

FEminæ deficientibus maſculis in feudo plano, & de tabula ſuccedunt ex conſtitutionibus Regni, hoc dicit. Adde Viuium *in Sylua com. opin. opin.* 812. *n.* 43. *verſ. & hic idem eſt verſ. femina an admittantur*, declara tamen hoc procedere in ſubſidium tantùm, ideſt in defectum maſculorum Alban. *conſ.* 237. *nu.* 13. *vol.* 1. *nam* femina non cenſetur verè eſcluſa, ſed potiùs impedita ob exiſtentiam maſculi; idcirco remoto impedimento poteſt ſuccedere, Anchar. *conſ.* 220. *n.* 2. *Coſt. de remed. ſubſid. prælud.* 1. *num.* 25. hinc eſt quòd quando feudum eſt conceſſum maſculis, & feminis dum concurrunt maſculi feminæ arcentur. Couar. *variar. ca.* 5. *verſic. ſexto ex his.*

Hæc omnia limita duobus modis, & primò non procedere in feudo franco, in quo licet nulla exigantur ſeruitia, tamen non ſuccedunt in illo, vt fuiſſe deciſum in Rota Romana teſtatur Mohed. *decif.* 5. *de feudis*, quæ deciſio non procedit in hoc Regno Neapolitano cùm ſit conſtitutio in aliquibus, diſponens, quòd deficientibus maſculis feminæ ſuccedant. Limita 2. in feudo expreſſim conceſſo alicui, & hæredibus, tunc enim non comprehenduntur feminæ Magonius *decif.* 14. *nu* 38.

ADDITIO D. NOVARII.

FErtur hìc deciſum, quòd Fe minæ admittantur ad ſucceſſionem Feudi plani, & de Tabula maſculis non exiſtentibus iuxta Conſtitutionem Regni in aliquibus, & ita Viuius in *ſua Sylua commun. opin. concl.* 812. *n.* 43. & Cappiblanc. *de Baron. in prælud. num.* 32. *quos nouiter recenſet* Compend. *decif. Neapol. in verbo Femina an admittantur.*

Tu autem firma regulam quòd Femina à feudorum ſucceſſione repellitur iuxta diſpoſitionem text. *in cap.* 1. *de alien. feud. pater c.* 1. *§. hoc autem de his, qui feud. dar. poſſ.* cũ latiſſimè nouiter traditis per Borrel. *in ſua ſumma decif. in titulo de Feudis a n.* 164. vbi quamplures DD. citat ampliando procedere etiam in femina extranea allegat Milaneſ. in *decif. Sicil.* 1. *nu.* 36. *libr.* 1. ita quòd femina à maſculo ſemel eſcluſa à feudo ſemper cenſetur excluſa Gall. *obſeruat.* 48. *l b.* 2. Vigel. *decif.* 2. *cent.* 1. & latè vide Annam in *conſ.* 109. *vol.* 2. Cacher. *dec.* 23. *n.* 17. licet admittat feminam in Feudo improprio, & conditionato, vt poſt alios dixit Borell. *de Magiſtratuum edictis lib. c.* 2. *n.* 122. & 123. Scrad. *de feudis part.* 7. *cap.* 4. *num.* 79. & 85. *vol.* 1. ſic pariter admittitur femina in Feudis dignitatũ non extantibus tamen maſculis, vt eſt videre apud Molin. poſt alios *de primog. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 5. & in nonnullis alijs caſibus, quos per te poteris videre apud Authorem primò citatum, qui adducit nonnullas declarationes ad noſtram Regulam propoſitam, & affluenter habes apud Fachin. *in lib.* 7. *controuerſ. Iur. a cap.* 37. *vſque ad cap.* 45. & Roſental. *de Feudis in titulo de feminarum ſucceſ. ab inteſtat. deſcendenti, & collaterali à quæſt.* 31. *vſque ad quæſt.* 55. ad ipſos igitur in facto recurras.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur quæſtio, an femina collateralis ſuccedat in feudo plano, & de tabula, & in formatione dubij carpitur D. Præſes à Montano.*
2 *Adducuntur opiniones pugnantes.*
3 *Succedunt feminæ in feudis in quibus præſtatur quid ruſticanum, vel cenſus.*
4 *Feudum an fiat nouum per qualitatem additam, nu.* 4.

OBSERV. VII.

1 DIſputat D. meus, an feminæ excludantur a ſucceſſione feudi plani, & de tabula, & habeat locum ius commune feudorum excludens eas a ſucceſſione, vel procedat conſtitutio Regni in aliquibus, & caſus erat ſuper ſucceſſione collateralis, quæ erat Angela de Falco neptis ex fratre, in qua ſpecie Montanus *controu.* 22. *nu.* 7. diſſentaneam tradit applicationem d. conſtitutionis loquentis in ſucceſſione deſcendentium, & non collateralium vt *infr. decif.* 181. dum in feudis ſucceditur vltimo feudatario decedenti Camill. *de Medic. con.* 1. & 2. Anna *ſingul.* 422. *ſed vt in* 1. *obſer.* in principio dictum eſt, feminæ habilitatæ ſunt ad feuda etiam per *conſtit.* vt de ſucceſsionibus, cùm de iure feudorum non ſuccedebant *c.* 1. *de ſucceſſ. feud.* & *cap.* 1. *de nat. ſucceſſ. feud.* P. Vrſin *de ſucceſſ. feud. par.* 1. *q.* 7. *ar.* 4. *n.* 1. conſtit. vt de ſucceſſionibus loquitur in feudis quaternatis, & Afflict. *ibidem.*

2 Peruetus eſt quæſtio; An ius commune feudorum, vel Romanorum, aut conſtitutionum Regni debeat ſeruari in ſucceſſione feudi plani, & de tabula; Et in militari pro quo ſoluitur adoha ex R. de Pont. *de pot. proreg. tit. de aſſenſ. §.* 2. *n.* 15. & alijs R. Cacacius contra feminas probat iuxta ius feudorum, quid in non militari, vt in docta allegatione impreſſa Lanar. *poſt repet. c.* 1. *de ſucceſſ. feud.* & Capan. *de iur. adoh. q.* 7. *n.* 17. refert pronunciatum contra filiam ſubfeudatarij, & Fulu. Lanar. *in add. ad patruum ex Rouit. con.* 1. *lib.* 2. ita etiam diſtinguit, è contra d. R. Lanar. *n.* 10. refutat gloſam, & aſſeclas firmans locum habere d. conſtitutionem. Ipſe firmiter teneo ſeruandum ius Romanorum, vt in burganſaticis excepta deuolutione ad fauorem Baronis in locum ſucceſſionis fiſci gl. & Iſern. *in d. conſt.* quam malè explicauit ibi Affl. *de iure feudorum*, vt ex Petr. de Monteforr. *ibid.*

3 Securè ſuccedunt feminæ in non militaribus cùm præſtatur quid annuum ruſticanum, vel cẽſus Frecc. *de ſubfeud. tit. de diff. int. feud. quatern. n.* 29. D. de Marin *lib.* 1. *reſol.* 233. *nu.* 21. & *ſeqq.* docens cenſuale eſſe huiuſmodi feudum extollens deciſionem, & Capan. *ibi.*

4 Feudum antiquum, an fiat nouum ex qualitate addita dicam *obſ.* 75.

Et feudum antiquum fieri nouum quando tranſit ad collaterales latè probat doctiſſimus R. Galeot. *reſp. fiſc.* 3. *n.* 23. & *reſp.* 5. *n.* 34. vbi quod videtur decidi *ex prag. n.* 31. *de feudis* per quam facultas diſponendi de feudo excluſa femina proximiore ad fauorem eius de familia qui proximiori loco ſucceſſurus erat conceditur; cum hoc vt feuda antiqua remaneant antiqua, & inſuper D. Author negat per dictam gratiam feuda noua fieri antiqua, ſed remanere noua.

mon. *consil.24. 2.column. versic.tertio positu. volum.1.*

His tamen non obstantibus contrarium visum fuit
in Sacro Consilio, eo quod quando prædictæ decisio-
nes essent veræ, nihilominus vt donatio causa mortis
19 valeat, vltra consensum patris, † est etiam necessaria
præsentia donatarij, qui eam acceptet, est decisio par-
ticularis Bal. qui loquitur in specie in testamento con-
dito per filiumfam. patre præsente cum ijs clausulis, *in
l.eam quam.3.colum.vers.item nota alium casum, po-
ne. C.de fideicommis.* & sequuntur ibi Fulg. & Ias. Et
cum ratione requiritur præsentia, quia à principio do-
natio causa mortis, accedit potiùs contractui, quam
vlt.voluntati, est text. *in l.inter mortis. ff. de do.cau.
mort.*Bartol.*in l.tam is,§.1.*& ibi Paul.Imol. & Bartol.
in l.1.eod.tit. Dec.*cons.196 in casu proposito, in fin.*
Maria.Socin.*in d l.2.6.colum. vers. circa secundum,
num. 27. ff.de legat.*1. reassumit omnia Didac. *in d.3.
part.rubr.de testam.6.colum.vers.*4. in hanc eamdem,
in quo loco reperientur multa in materia donationis;
nec hæc donatio causa mortis facta per hominem non
sui iuris, operabitur, quòd valeat iure fideicommissi
vel codicillorum, prout in homine sui iuris valeret,
ita Bartol.*in d l.tam is.* Gulielm.Bened.*vbi supra, nu-
mer.55.versic.sed an donatio. fol 47.* Dicebatur, insu-
per prædictas decisiones procedere datis terminis ha-
bilibus in illis personis, quæ absque alicuius consensu
contrahere possunt. Intelligitur enim data potestas,
secundùm naturam rei, *l.si quando, C. de inoffic.te-
20 stam.* Item videmus in emphyteuta, † cui licet da-
ta sit potestas alienandi rem emphyteuticam, tamen
intelligetur data, præuio assensu Domini Par. *qui al-
legat concord.cap.an si dominus, fol.62.* vbi etiam re-
peries, quid in feudatario, de quo vltra eum Loffred.
*in §.donare.quali.olim pot. feu.alien.*Capic. *in c.1.Im-
perialem, fol.35. versic.circa hanc.*& Camer.ibidem,
fol.26.in 6.ampliat. Et ex his Sacrum Consilium ab-
soluit conuentum, iunctis Dominis Consiliarijs dua-
rum Aularum,

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.3.9. vide omninò Ascan. Clem. *in tractat. de patria potest. cap.2. fol.4.5. in paruis*, de ista *decis.num.4.* meminit Capriolus *de success.fol.46.numero 194.*

Num.17. ibi, & quando donat adde Annam Sen.*alleg.73.*num.3.4. *part.2. & in rubr.vassall.decrep.ætat. num.95.*

Videantur Intrigliola *singul.* 20. *num.*2.3.4. Clem. *in d.tract.effectu 2.num.*4.& Capriol. *de success. num. 217.& seq. fol.*

Num.18.ibi, vt in simili ponit Decius. Adde Addentes ad Napo l. *in consuet. sed & si mulier, fol.196. in nouis*, & Viuium *in opinione 790.in fin.par.2.qui hanc decisio.allegat.*

Num.19. Adde Roland.*cons.81.col.fin. volum.*1. De Reg.de Ponte *cons.73.nu.1.*& Turret. *de effectu clausula codicill.quæst.118.num.2.*

Et num.ibi, nec hæc donatio, Adde videndum Clar. *in §.donatio, quæst.5.in fin.* & Michael Crass. *de success. §.donatio causa mortis, quæst 9.*Roland.*cons. supra allegato num.27.* & ita iudicauit Senatus Pedem. in donatione causa mortis absenti facta, refert D. Thesaur. iunior.*in addit.ad decis. sui Genitoris* 150.nec valet in vim fideicommissi, vt ibi per eum.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

S V M M A R I V M.

1 *Feudatarius in morte, vti merus vsurarius, non potest de bonis feudalibus disponere, nec candelam pro anima relinquere.*

2 *Filiusfamilias regulariter non potest testari, etiam patre volente, & permittente, & quando possit.*

4 *Cautela pro filijs, & filiabusfamilias, vt testari, disponere possint.*

5 *Filiusfamilias regulariter testari non potest de feudo, nisi in feudis regalibus, & donationibus imperialibus.*

6 *Filiusfamilias Notarius, testator de lucro, & peculio per eum acquisito, cum censeatur habere peculium, quasi castrense.*

7 *Notariatus exercitium, vile est.*

8 *Medici, an habeant peculium, quasi castrense.*

9 *Medicina est ars.*

10 *Occidens Medicum, non tenetur, nisi ad sexaginta Ducatos.*

11 *Miles, & priuatus, existens in acie belli, testari possunt terra, marique.*

12 *Miles, etsi regulariter testari valeat, tamen secus est in beneficium mulieris suspectæ libidinis.*

13 *Facultas concessa militibus testandi, quomodo intelligatur.*

14 *Milites hodierni non eo adiuuantur priuilegio, quo antiqui.*

15 *Testamenti castrensis, & quasi priuilegia.*

16 *Quid si scholaris factus miles testetur in expeditione.*

17 *Legatum factum pauperi coniunctæ personæ testatoris, sit ne pium.*

18 *Filiusfamilias nobilis, donare potest: mulier nobilis soluens, non repetit.*

19 *Filius donat, vbi patri non quæritur vsusfructus.*

20 *Sed an testari possit.*

21 *Consensus per quæ inducatur.*

22 *Consensus vbi ad actus solemnitatem requiritur, in ipso actu interuenire debet, & non post aliàs nec per ratificationem conualidatur.*

23 *Consensus requisitus ad validitatem actus, etiam ex interuallo præstari potest.*

24 *Secus in auctoritate.*

25 *Consensus præsumptus ex taciturnitate, non procedit, si agitur de magno præiudicio, cum limitationibus.*

26 *Consensus, sicut in actu requiritur, sic in distractu interuenire debet.*

27 *Donatio causa mortis facta absenti cum iuramento, valet.*

28 *Item, si donatarius postea consenserit.*

29 *Item valet etiam in vim fideicommissi, si legitimus numerus testium adest.*

30 *Item valet donatio causa mortis facta absenti in testamento.*

31 *Pater quomodo possit consentire.*

32 *Donatio causa mortis probatur quinque testibus, quo ad factionem, sed quo ad destructionem, & reuocationem duo sufficiunt.*

33 *Donatio facta causa mortis ratione itineris longi, si non itur, vel donans redeat, an censeatur reuocata.*

34 *Donatio causa mortis, an reuocetur legitimatione spuriorum ex rescripto Principis. Item quibus argumentis talis donatio censeatur reuocata.*

35 *Licentia, & potestas alienandi rem emphyteuticam intelligitur præuio assensu domini.*

36 *Reseruatio assensus, domini an habeat vim euitandi caducitatem ex alienatione prouenientem.*

37 *Emphyteuta, si promittat vendere, & non vendat, an cadat à iure suo.*

38 *Limitationem regulæ, emphyteuta alienantis irrequisito domino.*

1 ADde, quæ Thesaurus dec.Pedemontana 105.
& quæ ego infra *decis.71.* † Sed quòd feu-
datarius in morte vti merus vsuarius, non
possit de bonis feudalibus disponere, nec
candelam pro anima sua relinquere, tenet Rolandus à
Valle *cons.41.num.30.volum.3.* Peregrinus *cons.3. in-
2 cip.quoniam num.107. vers.18. loco.* † Item adde,
quòd

quòd filiusfamilias regulariter testari non potest, etiam patre volente, & permittente, & quando permittatur testari, Viuius *libro communium opinionum*, *verbo filiusfamilias*, qui constituit regulam, & limitationem,
3 † & quare donare causa mortis possit, & non testari?
4 in opinione, *incip. institutio*, omnino videndus: † & cautelas pro filijs, filiabusq; familias, vt testari possint, vel disponere, ponit Durandus *in tractatu de arte testandi*, *tit.* 1. & Tenninus in suis cautelis nouiter impressis.

Ad num. 4.

Adde, quòd istud idem tenet Arisminus, *in tit. de feudis, in cap. de feudi alienat. fol. mihi* 88. *in medio, co-*
5 *lum.* 1. vbi quòd regulariter † filiusfamilias de feudo testari non potest, nisi in feudis regalibus, & donatio-
6 nibus Imperialibus. † Et adde, quod filiusfamilias Notarius testatur de peculio, & lucro per eum acquisito, quia censetur quasi castrense secundùm Cappell.
7 Tolosanam. *dec.* 10. de quo nimium vereor, quia † No-
8 tariorum exercitium vile, & nos alibi decidimus, † nec
9 Medicos quasi Castrense peculium habere: † quia Me-
10 dicina est ars, & occidens Medicus, † non tenetur nisi ad sexaginta ducatos, vt probat text. *in l.* 3. *in verbo Medicis*, *& in verbo Notarios*, *C. communia de legatis*. Hocque Carauita notatum reliquit in ritu magnæ Curiæ 267. *in fin.* quod ego non firmo: quia quotidie Medicis indigeo, & aliud tenuit Carrara *in tract. de medico*, & Tiraquel. quædam *in tractatu nobilitatis*; quam opinionem Zannettini ad hanc decis. *num.* 6. sequitur Antonius Gomesius Doctor textualis *in l.* 5. *Taurina, col. penult. vers. & in tantum*.

Ad num. 9.

Adde de peculio castrensi, & quasi castrensi Aduocatorum, Afflict. *in dec.* 83. Iulium Clarum *in §. testa-*
11 *mentum, quæst.* 18. Item adde, quòd † miles, & priuatus existentes in acie belli, testari possunt in terra, marique *l.* 1. *in fin.* vbi Doctores, *C. de bonis possess. ex testa. milit.*
12 Item adde, quod † licet miles testari possit regulariter, tamen minimè testatur in beneficium mulieris suspe-
13 ctæ libidinis, *l.* 40. *§. mulier. ff. de testam. milit.* † Et concessa facultate militibus testandi, intelligitur in castris,
14 non extra, & in expeditione militiæ, non extra. † Quia hodierni milites non eo adiuuantur priuilegio, quo antiqui, Causam facio, si credendum est Andreæ Gail. *li.*
15 *obseruationum Cameræ Imperialis, obseru.* 118. † Item adde, quod testamentum castrense, & quasi duplici priuilegio gaudet. Primò, quia efficit habilem ad testandum inhabilem. Secundò, quia non subiacet querelæ, tex. *est in l fin. C. de inoffic. testam.* & militare testamentum, si in conflictu fit, duobus testibus validatur, Guido Pap. *decis. Gratianopolit.* 543. *num.* 9. & eodem mo-
16 do, † si scholaris efficitur miles, & testatur in expeditione militiæ, Paponius *lib.* 20. *Arestorum*, *tit.* 1. *Arest.* 7. *de coniecturis in testamento milit.* Mantica *lib.* 6. *tit.* 1. *de coniecturis vltimarum voluntatum*. De priuilegijs testamenti militis, Iulius Clarus, *quæst.* 15. & 16. *in §. testamen.* Filiusfamilias clericus de acquisitis intuitu Ecclesiæ testatur. Cæuall. *quæst.* 388. *in libro Practicarum quæstionum commun. contra communes*.

Ad num. 13.

17 Adde † quod legatum factum pauperi coniunctæ personæ testatoris, quod non dicitur pium, quia contemplatione potius sanguinis, quàm pietatis dicitur factum. Firmanus *in verbo legatum*, & Tiraquellus *in tractat. de priuilegijs piæ causæ*. Aliqua Vrsilius ad Afflictum, *in decis.* 370. & dixi *in decisione* 1. *num.* 9. *&* 11. *in hoc volum. de consanguinitate*, *& priuilegijs eius*.

Ad num. 15. vers. qui confirmat.

Adde, quæ dixi *in dec.* 2. *num.* 31. *& seq. & decis.* 185. *&* 204. *n.* 24.

Ad num. 16.

Nota de iure Francorum obseruando, quoad successionem feudorum, & adde in ver. est decis. particularis, in hoc num Præsid. *infra dec.* 10. *num.* 2. & Scribentes *in tract. de patria potestate*, doctissimè, & ad hunc numerum adde Guttier. *in §. sui, Institut. de hæred. qualita. & differentia, num.* 38. *verbo ex qua*.

Ad num. 17.

18 Adde, † quod filiusfamilias nobilis, etiam donare potest, sicut etiam mulier nobilis pro alio soluens, non repetit, & sic iudicatum fuisse in annulis, & alijs quibusdam missis à marito nobili eius vxori, dixit Surdus
19 *decis. Mantuæ* 166. *incip. commissa*. † Quòd autem filius donet, vbi patri non quæritur vsusfructus, Barthol. *in Auth. vt liceat matri, & auiæ*, & Rolandus, *cons.* 99. *volum.* 4. aliqua sed melius Crauetta *cons.* 77. *num.* 14. omnino videndus. Item Bartol. *in l.* 5. *ff. ad Trebell.* di-
20 cit, † non posse testari, & Hartm. *in cap.* 17. *lib.* 1. *tit. de*
21 *test.* † consensus per quæ indicatur, vide hic tamquam ad disponendum de donatis filio, per filium quam in alijs casibus licèt non fuerit expressus consensus. Vide
22 hic, & adde † quòd vbi consensus debet interuenire ad solemnitatem actus, debet in ipso actu interuenire, & non post, aliàs neque per ratificationem validatur. Ozascus *in dec. Pedemont.* 169. Ioannes Moghed. *dec.* 85. Aemil. *dec.* 173. Paul. Granuccius *in Theorematic. suis*
23 *Theoremate finali*, sed Natta *consil.* 653. dicit † consensum requisitum ad validitatem actus, etiam ex in-
24 teruallo præstari posse. † Secus autem in authoritate. Nec omittas considerare lector, illud notandum,
25 † quod consensus præsumptus ex taciturnitate, non procedit, si agitur de magno præiudicio. Abb. *cons.* 40. *volum.* 2. Crauet. *cons.* 226. *volum.* 2. Magon. *decis. Florentiæ* 49. *incip. Michael Angelus*, Brunorus à Sole, alias allegatus, (*in verbo consensus non inducitur*) plures allegans, qui hoc limitat concurrente scientia, & patientia longa, & in verso (*consensus requisitus*) con-
26 cludit, † quòd sicut in actu requiritur consensus, sic etiam interuenire debet in distractu, ex *l. nihil tam naturale*, *ff. de reg. iuris*.

Ad num. 19.

Adde de præsentia in donatione causa mortis. Capic. *decis.* 73. vbi moderni, & Guid. Pap. *qu.* 222. Iulium
27 Clarum *quæst.* 13. *in §. donat.* † sed si ipsa donatio causa mortis fit absenti, cum iuramento valet, Guid. *d. qu.*
28 † Item valet, si donatarius posteà consenserit, Boer.
29 *decis.* 353 *num.* 3. † & valet etiam in vim fideicommissi, si adest legitimus numerus testium. Crauet. *cons.*
30 52. *num.* 5. *& cons.* 139 *in fin.* † Item valet etiam donatio causa mortis absenti facta in testamento, Iulius Clar. *in §. donatio, quæst.* 5. Decius, *cons.* 184. 196. & 245.
31 *num.* 8. Sed nota quod † pater non potest consentire specialiter filio dando ei potestatem sibi donanti donare, sed generaliter donandi quibus velit, & tunc per talem potestatem filius poterit ei donare, aliàs secus. Bartolus *in l.* 1. *num.* 4. *&* 7. *de authoritate tutorum*. Decius *cons.* 245. *&* 280. *num.* 5. Guid Pap. *quæst.* 223. Cremensis *singul.* 70. Paponius *lib.* 7. *tit.* 1. *Aresto* 7. Caballinus *Milleloquio* 805. Iulius Clar. *in §. donatio, quæst.* 6. Raudensis *in tract. Analogorum*, *cap.* 15. *num.* 283. & postquàm in hac decis. de donat. causa mortis habetur ser-
32 mo, notes quòd † donatio causa mortis quinque testibus probatur, quo ad factionem, sed quoad destructionem, & reuocationem duo sufficiunt. Ozascus *dec.* 52.
33 *n.* 6. † & an ista donatio mortis causa facta ratione itineris longi, si non itur, reuocata intelligatur, vel si donans

34 nans redierit. Ozascus *dec.*118. † An donatio causa mortis reuocetur legitimatione spuriorum, ex rescripto Principis, si spurij nati sunt ex coniugato, & soluta, & quibus argumentis mortis causa donatio reuocata censeatur, Ozascus *decis.*117.*& 119.vbi plura de legitimat.& decis.*120.125.122. & 123. *vbi est consilium* Aimonis.

Ad num.20.

35 Adde quòd † licentia, & potestas alienandi rem emphyteuticam, intelligitur præuio assensu domini, vt
36 hic: de quo vide Præsid.*infra dec.*226. † Et, an reseruatio assensus domini, vim habeat euitandi caducitatem
37 ex alienatione prouenientem. Præs. hic. *dec.* 267. † & quid si emphyteuta promittit vendere, & non vendit,
38 vtrum cadat à iure suo. Capic.*decis.*155.*num.*7. † & limitationes ad Regulam emphyteutæ alienantis irrequisito domino, ponunt Afflict.*dec.*19.vbi Moderni,*in dec.*97.Gaballinus *Milleloquio* 95. Grammat.*decis.*49. Minadous *decis.*14. Guid. Pap. *quæst.*101. Boer.*decis.*112.*num.*5.Francus Marcus *decis.*596. Ioseph Ludouicus *dec.*9.Lucen. & Perusina 35. & 54. Thessaurus *in decis.*169. Et per hæc finis impositus sit addendi pro nunc huic decisioni, ad laudem Beati Antonij, cuius festum hodie celebratur. F. A.

ADDITIO D. RICII.

Filiusfamilias de feudo sibi à patre donato testari, nec mortis causa donare potest, hoc dicit.

Amplia hanc conclusionem adeo procedere, vt nec feu li partem donare possit, *arg.c.Imperialem in princ.* voluit glos.& Aluarot.*in primo notabili.* Alex.*cons.*48. *colum.*3.*volum.*2.Capic.*in inuestit.feudal.*§.*feudorum alienationes colum.*5.*vers.ampl.* 11.

Limita primò in alijs rebus, quam feudis, nam filius potest donare rem sine consensu patris, quam habuit ab eo, Menoch.*cons.*86.*lib.*3.Ann.*allegat.*73.

Limita secundò etiam si filio esset in feudis concessa facultas alienandi, quo casu ne dum licebit alienare inter viuos, verum sic in vltima voluntate. Frecc.*de sub feud,lib,*2.*qu.*38.Surd.*cons.*213.*lib.*2.Apon.*cons.*2.*nu.*171.Ann.*cons.*86. *volum.*1.

Limita tertiò, quòd possit filius disponere de fructibus feudi, nam vassallus potest disponere de fructibus feudi quamdiu feudum permanserit sibi, & sic toto tempore vitæ suæ. Isern.*in cap.Imperialem column.*1. *vers.sed fructus num.*3.& ibi Afflict.*de prohib.feud. alienat.*per Federic. Tiraquel.*de retract.lignag.*§.*glos.*7. *num.*47.Frecc.*de subfeud.Rub.*113.*num.*42.43.*& sequ.* Capic.*in inuestir.feudal.Rub.*37.*column.*1. *& Rub.*205. *colum.*2.vbi latissimè.

ADDITIO D. NOVARII.

Firmatur hic decisum, quod filiusfamilias non possit testari citra consensum patris de feudo sibi à patre donato, vel refutato tamquam peculio quasi castrensi, & ita nouiter etiam meminit *Compendium decis. Neapol.in verbo filiusfamilias* vbi nostrum Authorem ad hoc citat.

Sed hanc testamentum filij familias ad pias causas valeat si conficiatur corã patre, & de eius expresso consensu non apparet, vide de Ponte *in consil.finali volum.*2.& D.Ricc.*in sua praxi resolut.*569.*part. prima*, vbi negatiuè, & vide Fachin.*in lib.*5.*controuers. iur. cap.*24.

Nota tamen, & firma regulam, quòd feudatarius, seu Vassallus de feudo testari nequit, *cap.Imperialem in princ.de prohibit.feud.alien.*per Feder.*cap.*1. *de succes. feud.*latè Borrell.*in summa decis. in tit.de feudis, num.*211.vbi *num.*212.ex pluribus dicit posse quem testari de feudo franco, & *num.*213.sic etiam dicit de feudo hæreditario, & ita etiam firmat in feudo nouo, etiã si esset ex pacto, & prouidentia, nam consensu domini intercedente etiam in filiorum præiudicium pater in testamento disponere posset Thoming. *dec.*2. *num.* 30. Vigel.*dec.*39.*cent.*2.Clar.*in*§.*feudum, q.*41. præsertim in hoc nostro Regno.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias feudatarius non potest testari de feudo donato, vel empto, nam per feudum non eximitur à patria potestate, nisi feudum sit titulatum.*
2 *Testari nequit filius de bonis in quibus pater non habet vsumfructum reiecto Michalor. donare autem potest causa mortis sine consensu patris, num.*3.
4 *Præsentia donatarij requiritur in donatione causa mortis contra placitum Osualdi, & an censeatur Notarius acceptasse absentis nomine.*
5 *Donatio causa mortis an possit conualidari ex subsequenti acceptatione, & consensus patris qualis debeat esse ad conualidandam donationem filij.*
6 *Feudum præsumitur concessum sub natura iuris Frãcorum non iuris communis, quidquid sustineat Montanus.*

1 Feudum quamuis æquiparetur peculio castrensi, & feudatarius sit miles, *cap.*1 *si de feudo defuncti fuer.contron.*Lanar.*con.*80.*nu.*49. dum miles non eximitur à patris potestate, *l.*3.*C.de castrens.pecul.*imò feudatarius non est propriè miles, neque feudum est castrense, nisi concurrentibus necessarijs, quod filio donatum esset probè se in bello gerenti, *l.castrense,& l.si fortè,C de castr.pecul.* propterea iudicatum est per S.C. filium feudatarium non posse testari de feudo a patre, vel alio donato, vel per ipsum empto, quam decisionem confirmat Larath.*in theat. feud.p.*9.*dilucid.*1.*à num.*8. & ad ornatum assumpti quòd per acquisitionem feudi filius non liberatur à patria potestate, plenè Reuerter.*dec.*354. vbi clarius D. R.de Marin.*in obseru.*nisi feudum sit titulatum, vt latè idem D.Regens *lib.*2.*resol.*236.*num.*16.

2 Testari nequit filius in quibus pater non habet vsumfructum ita iudicatum testatur D. meus, & firmant Gratian.*discept.*820. Buratt. *dec.*639 quidquid perperam teneat Michalor. *de duobus fratr.p.*1.*cap.*4. *num.*54.*& cap.*9.*num.*9.*& c.*11.*num.*10. ex text. *in l.fin.*§. *filijs autem C.de bon.quæ liber.* vbi filijs prohibetur alienatio in bonis in quibus patri quæritur vsusfructus, argumentans à contrario sensu, quia Michalor. loquitur contra text.*in l.penult.C.qui testam. fac. possess.* & Doctores ibidem, & plenè Dec.allegatus hic *n.*6.

3 Transit *num.*17.D.meus ad alium articulum si filius valet donare causa mortis huiusmodi aduentitia sine consensu patris, in quo affirmant Castrens.*in l.senium, C.qui testam. fac.poss num.*6.& ibi Fulgos. *num.*1. Fachin.*lib.*5.*controu.cap.*25.Michalor. *vbi sup.p.*9.*ca.*10. *nu.*10. & quamuis Alex.*in l.nemo,C.eod tit.* dicat textum *in* §.*res autem* Auth.*vt lic.mat. & au.* qui in contrarium adducitur loqui in dispositione inter viuos, nihilominus hanc esse diuinationem, tradit Ascan.*clem. de patr.potest.effect.*10.& conuallat D.R.de Marin. *ad Reuert.obseru.*212.vbi decisionem adducit, & plena manu probat Merend.*lib.* 14. *controu. cap.*38. *per tot.* vbi contrarijs concurrit quamuis Paschal. *de patr. pot. par.*1.*capit.*6.*num.*112.contrarium tenaciter sentit.

Præ-

4 Præsentiam donatarij requiri in donatione causa mortis firmatur *num.* 19. & comprobant Gratian. *discept.*382.*num.*20. & cauendum est ab Osualdo ad Donellum *lib.*14.*cap.*33.*sub lit.G.* vbi falsum hoc esse inquit de iure nouissimo, difficultas esset si adhibeatur Notarius, an is intelligeretur nomine absentis acceptasse, vt iudicatum in Parlamento Tholosano, refert Maynard.*lib.*5.*dec.*2.*num.*6. quem refert Caren. *resol.* 241.*num.*8.sed contrarium dici potest ex Capyc. *decis.* 72.& D.Rocch.*to.*2.*respon.*13.*num.*46

5 Dubitatio exoritur, an donatio causa mortis facta in absentia donatarij conualidari possit ex subsequenti acceptatione,& negat D.R.Galeot.*lib.*2.*controuer.*30. *num.*39. sufficeret autem præsentia sine acceptatione donatarij. Viuian.Cirocch.*discept.*49.*num.*19.

Consensus patris in donatione causa mortis facta per filium debet esse expressus ad donãdum causa mortis, nec satis est dicere ad disponendum, & donandum, vt probat D.Galeot.*vbi sup.num.*28. Sed si pater consensum præstet testamento filij in quo adest clausula si non valet iure testamenti valeat in vim cuiuslibet vltimæ voluntatis, tunc sustineri dispositionem in vim donationis causa mortis, Paschal.*vbi sup. num.*116. ex Claro, & Thesau.*dec.*150.*num.*12.

Feudum præsumitur concessum sub natura iuris Francorum, & non iuris communis Longobardorum, vt copiosè mox citatus Regens *lib.*2. *controu.* 1. *cum duabus seqq.*& D.R.de Marin.*lib.*2. *resolut* 26. quamuis contrarium malè censeat Montanus alioquin perdoctus *in controu.*18.*num.*2.

SVMMARIVM.

1 *L.*2. *C. de pignor.non habet locum quando in instrumento est apposita clausula, quòd generalitas non deroget specialitati.*

2 *Clausula, quòd generalis hypotheca non deroget speciali, nec contra quid operetur.*

DECISIO V.

Hypotheca specialis, an excludat exercitium generalis stante clausula in instrumento, quòd generalitas non deroget specialitati.

IN Causa sororis Victoriæ de Lama cum Reuerendo Abbate Bozauotta, ad relationem Magnæ
1 Curiæ Vicariæ fuit decisum, † quòd text. *in l.*2. *C.de pign.*non habet locum, quando in instrumento est apposita clausula, quòd generalis hypotheca non deroget speciali, nec contra, & ad hoc fuit allegata decisio Cassan.*in Catalogo Gloria Mundi, par.*12.*considerat.*99.*colum.*10. Alius ex dominis allegauit Didacum *in tract.var.resolut.lib.*3.*cap.*18.*Prior creditor.*5. *colum.vers.nono est præterea fol.*398.*in noua impressio-*
2 *ne*, quia in prima non reperitur, † qui declarat clausulam prædictam intelligi hoc modo scilicet, vt specialis hypotheca non impediat vsum generalis aliquo modo, ac si ea minimè fuisset adiecta,& quemadmodum Cassan.malè conceptis verbis hoc declarat. Postea reperi, quod secundùm hanc opinionem iudicauit Senatus Pedemon.*in dec.*159.*colum.fin.* qui allegat Parisium, *cons.*103.*num.*3. *& sequ.volum.* 3. & quamuis allegat Didacum *in d.cap.*18.*ad aliud*, ad hoc tamen de ipso non meminit, quia forsan illi Domini hoc non habebant in prima impressione, & ita iudicauit Rota Rom. vt refert Put.*dec.*38.*fol.*28. Vide etiam Afflict. *in const. Reg. si quis in posterum in* 3.*not. vers. sed iuxta hoc quæro*, qui declarat *l.*2. *C.de pign.* hic allegatam, & dicit, quòd licet quando quis est anterior creditor cum hypotheca expressa, vel tacita possit de iure agere contra vnum possessorum insolidum, quòd nihilominus ipse vidit Regem Ferdinandum primum fecisse decretũ, quòd diuideretur debitum contra possessores pro rata ex æquitate, *d.l.*2.& quòd licet hæc æquitas non reperiatur scripta contra ius scriptum, nihilominus Princeps & Sac.Consil.quod Principem repræsentat, potest vti, per *l.*1.*C.de leg.*& multa in materia, *d.l.*6. vide per Ludou.Mol.*in tract.de Hispan.primog. lib.*4. *capit.* 7. *fol.*171.*versic.Rursus etiam num.*17.*cum seq.* & Ant. Massagat.*in tract.for.cam.oblig.in* 3.*par.oblig.in* 2.*qu.* post hæc addita dom. Alexand. Lauden. peritissimus Iurescons. *in tract.de Analogis lib.*1.*cap.* 33.*fol.* 303. *volum.*2.*vers.circa primum*, latissimè hanc materiam tractat,& distinctè loquitur: ad eum est recurrendum, quia eius distinctio omnes casus complectitur.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde quòd secundùm hanc decis. consuluit Rolan. *consil.*36.*volum.*3. latissimè Surd. *in decis.*44.qui non relata hac decis. refert sic per illam Rotam iudicatum.

Vide in terminis l.2.hic allegatæ, Ripam *in l.priuilegia à num.*19.*cum seq. ff.de priuil.cred.* Negusant. *de pignor.*2.*membr.par.*5.*num.*51. Magon. *in decis. Florent.*124.hunc D.infra *decis.*519.Ann.*allegat.*141.*par.*2.& Minad.*consil.*18.*num.*5.& qualiter procedat *disp. l.prædicta*. Vide omninò D. Ann.Iun. *consil.*93. *num.* 21. post Negusant. Cardin. Paris. & alios quos allegat.

An *d.l.*habeat locum in causa dotis, vide Roman. *cons.*183.*num.*2.*vbi add.*& Minad.*in cons.*18. *num.*5. qui tenent, quòd sic,& Ripa *loc.ci.num.*19.*in fin.*Surd. *in dec. supra citata* 44.*num.*5.& ibi latissimè per totam decisionem.

Et an procedat si debitor priùs obligauit omnia bona sua generaliter, & talem fundum specialiter Ripa *vbi sup.num.*21.tenet quod sic, sequitur Negus. *loc.sup. cit.ver.pro ampliatione*,& Cacheran.*in dec. hic allegata* per D.Vincentium.

In addit.ibi contra vnum possessorem insolidum, Vide decis. Auenion.121.*num.*7. Lupum *in tract.de vsur.* 2.*com.§.*2.*num.*68. Mandos.*in cons. Roman.* 128. Caualcan.*de vsufruct.male relicto num.*209.*ver. & tantæ vtilitatis fol.*409.*in paruis* Crass.*de succes. §.hæreditatis quæst.*12.*num.*12.& Surd. *vbi supra num.*9. Henric. *in suis opinio.lib.*3.*conclus.*134. Vide eumdem Surd. *in decis.*31. post Roder. Suarez *in l.post rem iudicatam fol* 585.*in paruis, ff.de re iudicata*,& latissimè disputat Lucas de Penna *in l.*1.*colum.*2.*in fin.vers.an ergo C.de debitor.ciuit.lib.*11.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l.*2.*C.de pign.limitatur in obligatione in forma Cameræ.*

2 *Item si adest Constitutum in instrumento.*

3 *Constitutum, precarium, & iuramentum; potiùs de stylo, quàm de voluntate apponi solita probat author.*

AD hanc decis.in materia *l.*2.*C.de pignor.& hypo-*
1 *th.* † limita ipsam legem in obligatione in for-
2 ma Cameræ, Parisius *cons.* 103. *volum.*3. † Item limita si adest constitutum in instrumento. Portius Imolensis, *lib.*1.*Commun.conclus.*41. *quarta limitatione*, post Alex.*in cons.*83.*num.*2.*&* 3. *volum.*2. & Roland. *cons.*9.*num.*19.*vol.*1. quæ limitatio meo iudicio non
3 est nimis tuta. † Cùm constitutum, precarium, & iuramentum, potiùs de stylo, quàm de voluntate apposita probauimus in nostra quæst forensi, *in verbo constitutum num.*20.& ad hanc decis.adde Afflict.*in Constit. Si quis in posterum*. Ozascum *in dec.* 159. Surdum *in dec. Mantua.* 44. *incip.creditor*, Io.Coppen. *in qu. Saxonia.qu.*4.*incip. Inter creditores.* Ad hanc decisionem nouissimè adde Caroc.*in tr. de excussione bonorum lib* 2.*q.*65.*incip. Practicabilis omnino*. F.A.

A D-

ADDITIO D. RICCII.

HYpotheca ſpecialis excludit exercitium generalis ſtante clauſula in inſtrumento, quòd generalitas non deroget ſpecialitati, hoc concludit. Deciſio hæc continet materiam *legis 2.C.de pignor.* ad cuius ornamentum adde Cremenſ.*ſingul.*53.Neguſant.*de pign.in ſecundo membro 5.par. num.*51.

Amplia primò prædictam concluſionem procedere etiam in cauſa dotis. Minad.*conſ.*18. vltrà quem vide Neguſan.*latè in primo membro, octaua partis num.*23.*cum ſequent.*Couarru.*var.reſolut.lib.*3.*cap.*18.*num.*3. etiam ſi de credito dotis ageretur. Rip. *in l. priuilegiatum num.*19.& 20.*ff.de priuileg. credit.* Cacher. *deciſ.* 159. Mynſing. *centur.*6.*obſeruat.* 94. Decian.*conſil.* 2.*num.*142. *volum.*1. copioſè Gabriel *conſ.*41.*nu.*2.*tom.*2.cum adductis per Surd.*conſ.*495.*num.*9.*volum.*4.vbi ex ingenio pro veritate defendit non licere mulieri pro dote eligere aliqua ex multis bonis obligatis, in quibus ſibi ſatisfaciat quando mulier ſibi prouidit ſpeciali hypotheca, quo caſu tenetur priùs excutere vires ſpecialis hypothecæ, etiam ſi in inſtrumento dotis adeſſet clauſula illa, pro maiori ſecuritate, quoniam inde non infertur ex neceſſitate, quòd generalis hypotheca poſſit abſolutè exerceri cùm ſint hæc compatibilia, quòd maior ſit cautio.

Amplia ſecundò procedere etiam in fructibus rei ſpecialiter obligatæ, quia etiam ipſi veniunt in hypothecam, adeò ad generalem non poteſt deueniri, niſi præuia liquidatione fructuum ſimul cum rei ſpecialiter obligatæ excuſſiones, *l.Lucius ff.qui potiores in pign. hab.*Magon.*dec.*124.*num.*4. Actor noſter *dec.*534.*nu.*12.*par.*2.*& dec.*523.*num.*11.*par.* 3.

Limita primò, non habere locum in fauorem debitoris, quia eſt odioſa, & ad commodum poſterioris creditoris inuenta, proinde non poteſt debitor opponere contra primum creditorem, vt agat ad bona ſpecialiter obligata, cùm ſit exceptio de iure tertij, minimè excludens agentis intentionem, niſi volente creditore, de cuius damno agitur, Surd.*conſ.*98.*in fin.vol.*1. Theſ.*dec.*4.Pacian.*de probat.lib.*1.*cap.*7.*num.*73.*cum ſequ.*Ruin.*conſ.*119.*num.*2.*vol.* 1.

Limita ſecundò non procedere in obligatione camerali, in qua non attenditur vllus ordo, ſed creditor poteſt pro ſuo arbitrio eligere quam malit viam pro ſatisfactione ſui crediti tantoperè priuilegiati. Surd.*dec.*44.*num.*12.& 18.Farinac. *conſ.*57. *num.*12. vbi patent ad ius ſuum proſequendum omnes viæ.

Limita tertiò, non procedere quando creditor haberet conſtitutum, & exequutionis viam ingreſſus conſtituto ipſo vteretur probando potiſſimum poſſeſſionem bonorum tempore conſtituti obligatorum, nam tunc ceſſat omnis contradictio, quo ad excuſſionem pignoris ſpecialis. Theſ.*dec.*215.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Labefactare nituntur deciſionem* Caluinus, Armator, Rodriqu. Andreola *tuentes excuſſionem pignoris ſpecialis non ceſſare ob proteſtationem partium quod ſpecialitas non deroget generalitati, ſed pro deciſioni ſtrennè certat.*Conſ.D.Pratus.

2 *Author ſine proteſtatione formali exulat excuſſionem, licet claritatem clauſula proteſtatiua doceat D.Pratus, & laudabiliter.*

3 *Pugnantium deciſionum ſit conciliatio, & notatur æquiuocatio Andreoli, & quando procedit iudicium non excuſſo pignore ſpeciali num.*4.

5 *In cauſa dotis, an locum habeat d. excuſſio, & quid exiſtente conſtituto, num.*6.

7 *Excuſſio eiuſcemodi non ceſſat in Regno, quidquid cenſeant Caſtillus, & D.Pratus, re cenſentur alij caſus in materia dictæ excuſſionis, num.*8.

1 INnuditur nunc innoxiè D.meus in terminis, *l.2. C.de pignor.* firmans ceſſare excuſſionem ſpecialis pignoris quando in inſtrumento appoſita fuit clauſula, quòd ſpecialitas generalitati non deroget, nec econtra, ita vt creditor habens ſpecialem hypothecam cum generali, virtute d.proteſtationis poſſit generalem exercere omiſſa ſpeciali in præiudicium poſteriorum, quam concluſionem conuallant Addentes, & vtraque manu Doctores amplecti videntur, & licet ex aduerſo inſurrexerunt, Iul.Cæſ.Caluin.*in tract.de æquit.lib.*1.*cap.*30.Armator Rodriq.*in tractat. de concurſ.credit.*2.*p.*1.*num.*4.exponentes clauſulæ, vt non præiudicatum cenſeatur generali hypothecæ, non autem quòd prius ad generalem, quàm ad ſpecialem agi poſſit, & inſuper proteſtationem non releuare proteſtantem in his quæ in iure conſtituta ſunt.

Nihilo ſecius Conſil.D.Prat.*pract.obſeru.*29.*per tot.* vindicat D. meum ab impugnationibus aduerſariorũ, deſtruens defenſam excuſſionis,& occurrens ſigillatim contrarijs argumentis, & ſingulis obiectionibus, dum per proteſtationem nihil aliud intendunt contrahentes, quam generalem hypothecam ſuis nitibus intactam relinquere, ac ſi ſpecialis adiecta non eſſet, vt Add. ad Mol.*de primog. Hiſp.lib.*4 *cap.*7.*verſ.ſecundò*, & iuri in fauorem alicuius introducto legitimè renunciari poteſt, *l.penult.C.de pact.*& alioquin inter generalem obligationem, & ſpecialem nullum diſcrimen eſt, ſemper enim prior hypotheca ſiue generalis, ſiue ſpecialis poſteriori præferri debet, *l.generalis, C.qui potior.*& textum *in d.l.*2.exorbitantem, & à regulis iuris deuiãtem, reputant Bart.*& alij ibi*,& Socin.*con.*75. *& ſequ. volum.*4. Surd.*in deciſ.*44.*num.*10. quapropter proteſtatio faciliùs adimit excuſſionem, vt plenè Acoſta *de priuil.credit.in præfat.ad reg.*3.*n.*38.*& ſeqq.*

Præterea diſpoſitionem *d.l.*2.relegandam eſſe hodie à Palatijs, inquit Fontanel.*de pact.nupt.tom.*1. *clauſ.*4.*gloſ.*18.*p.*1.*num.*86. ex quo in omnibus inſtrumentis ſolet apponi dicta clauſula proteſtatiua, & ita deciſum in S.C.de anno 1633.refert Thor.*in compend.dec. par.*9.*verſ.aſſiſtentia præſtita*, quamuis D.Prat. *vbi ſupra* monitos facit *num.*80. contrahentes, vt clarioribus verbis proteſtantur de facultate exercendi generalem ſine excuſſione ſpecialis hypothecæ, quam cautelam non poſſum non commendare; Benèuerũ contra ſupradicta extat alia contraria deciſio M.C.V.ſub an.1639. relata per Thor.*p.*3.*ver. nulla an cenſeri debeat ſect.*2. vbi nullam tradit fuiſſe declaratam ſententiam ſuper bonis in genere obligatis prolatam omiſſa re in ſpecie hypothecata.

3 Determinationes præfatas opinor non eſſe pugnantes, & conciliationem expellere tenebras controuerſiæ, quia prima locum habet quando adeſt ſpecialis cum generali, poſterior autem quando hypothecatur fundus, & in defectum alia bona, vt inſpicitur ex ſecundo exemplo per Thor.adducto, ratio à priori eſt, quia poſtrema forma facit conditionalem hypothecam, quæ non conſtituitur niſi purificata conditione defectus rei in ſpecie obligatæ, nam verbum in defectum conditionem importat, vt eſt text.*in l.*2.*ff.qui pot.l.decem*, vbi Iaſ.*num.*19.*ff.de verb.oblig.* Ann. *con.*81.*num.*9. & in puncto Cenc.*de cenſ.qu.*88.*num.*64.*& deciſ.*263. Rot. Rom.*in editis in calce d.tract.* &, ita ſemel in contingentia facti defendi, ſed in primo caſu quando creditor ſe

tor si prouidet de speciali,& generali simul, hypotheca non est conditionalis, vt incautè salua pace discurrit. Andreola *controu.*256.præsertim dum creditor semper potest contra debitorem, & eius hæredes non excusso speciali pignore, & adhuc deficiente protestatione, exercere generalem, & insuper contra tertium posses-
4 sorem,qui non sit creditor, vt Surd. *in dec.*44.Noguerol.*alleg.*4.Castill.*controu.tom.*4.*cap.*26.*num.*23.quod aliter procederet si conditionalis esset hypotheca,vt in secundo exéplo,vt Cenc.& Rot.*vbi sup.* Iudex etenim ipse deberet repellere creditorem, vt agentem sine actione hypothecaria, & conditio insit in corpore instrumenti; Ad hæc additur quòd in primo exemplo etiam procedit iudicium quoties non opponitur excussio etiam ante litem contestatam, Surd.*vbi sup.nu.*10.

Imò in themate obligationis generalis in defectum specialis, adhuc dubitari posset an sit necessaria excussio esto adesset protestatio, cùm in simili si fideiussor indemnitatis renunciat excussioni, nihilominus potest illa opponi *l.*1.*C. de conuen.deb.fisc.*Rouit.*dec.*5.*num.*5.Gallerat.*de renunc.cent.*1.*cap.*74.*num.*8. de quo videndus Donad.*de renunc.tom.*1.*cap.*29.*num.* 105. vbi contrarium probat, & ipse non auderem firmare, quia esset confusio verborum Notarij contra mentem contrahentium.

5 Inquiritur, an vera sit opinio Visconti in schulijs, vt locum habeat excussio in specie *d.l.*2.etiam contra dotem,& affirmat D.Pratus *vbi sup. n.*82. & sentit Pacific.de Saluian.*interd.inspect.*3.*ca.*3.*num.*69. & ita pluries decisum in supremo Reg.Hisp. Consilio testatur, Couarr.*lib.*3.*var.cap.*18.*vers.octauo*, Theod.*alleg.*39.*num.*11.Rot.*dec.*431.*p.*5.*recent.*& quamuis in puncto iuris veriùs probet Merlin.*de pignor.lib.*4 *qu.*21.*nu.*37. ex eo quòd excussio eiusmodi ex nouo iure codicis statuatur ex æquitate, quæ non debet seruari contra dotem cuius causa per se est æquissima, & addo exorbitantiam *d.l.*2. & proindè non esse extendendum contra causam dotis, Merlinum nominatim impugnat Andreol.*d.controu.*256.*num.*28.vnde pensitandam relinquo,& ponderandam *dec.*270. D.mei.

6 Refutat D.Prat.*num.*86. Amendolam extendentem excussionem adhuc extante clausula constituti, & oppositum probat ex Tiraq.& Costa *de remed. subsid.* & sentiunt Grat.*discept.*38.*n.*8 & D.Staib. *resol.*71.*num.*15. At pro Amendola stat Merlin.*num.*31. post Surd. *dec.*44.*num.*12.quem refert,& sequitur Andreol.*num.*8. & 11. in eo quòd opinatur habere locum excussionem etiam in Saluiano.

7 Opinatur D.Pratus *n.*89 cum Castillo, & alijs cessare *d.l.*2. in Regno in quo proceditur sola facti veritate inspecta, sed ipse bona venia contrarium verius existimo ex Merl.*nu.*54. facilius dum S.C. quod procedit de bono, & æquo, & vti pater familias admisit excussionem contra mulierem agentem hypothecaria pro dote,*vt inf.dec.*270.Tapia *dec.*19. & ita recedo à D. Staiban.*resol.*67.*num.*27.*&* *resol.*96.*num.*20.

Clausula, vt vna via electa alia non tollatur cessare facit excussionem, iuxta Gratian.& Staib. *vbi sup.* & quid si adsit guarentigia in instrumento crediti negant Merlin. *num.*59. & Andreol. *controu.* 256. contra Viscontum, Gratian.& D.Staiban.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum concessum pro se & liberis, cum clausula apposita in fine priuilegij, in quo dicitur, mandantes, qui respondeant tibi,liberis,& hæredibus,an dicatur ex pacto, vel hæreditarium, & num.*5. *decisio.*

2 *Feudum hæreditarium dicitur ex clausula illa, hæredibus,in inuestitura apposita.*

4 *Feuda hæreditaria, vt plurimum sunt in regno, declaratur num.*9.

4 *Clausulæ contrariæ in vno priuilegio apposita, sunt conciliandæ,declaratur num.*8.

6 *Verba posita in executiuis non alterant principalem dispositionem.*

7 *Clausula, quicquid tibi perpetuò, & tuis placuerit faciendum, quid operetur in verbis dispositiuis, inuestitura apposita.*

DECISIO VI.

Feudum concessum pro se, & liberis cum clausula in fine priuilegij,mandantes,qui respondeant tibi, liberis, & hæredibus dicitur esse ex pacto, & prouidentia.

1 IN causa Camillæ Berlenghæ, cum Antonia Mastrella hærede instituta per eius virum, fuit dubitatum, † si concessio facta pro se,& liberis cum clausula apposita in fine priuilegij,in quo dicitur, mandantes, quòd respondeant tibi, liberis, & hæredibus, dicatur feudum ex pacto, & prouidentia, vel feudum hæreditarium. Super quo Curt.iun. *conf.*3. *colu.*
2 2.videtur concludere, † quòd hoc feudum dicatur hæreditarium,ex illa clausula apposita,hæredibus, in priuilegio,quæ declarat illud verbum, liberis, quod etiam
3 suadetur, † quia in Regno omnia feuda, vt plurimum, sunt hæreditaria,prout Neapod.*dixit in consuet.etsi testator in verbo.disponit.item ex ijs*, quæ Bart.*dixit in l.*
4 *pen.§.idem quæsit. ff.de condit. indeb.* † quòd quando in vno, eodemque priuilegio sunt dictæ clausulæ, quæ videntur contrariæ, sunt saluandæ, itaut contrarietatem non inducant, quod sic dicebatur posse fieri in casu nostro, declarando, seu supplendo verbum, liberis scilicet & hæredibus.

Quibus non obstantibus per Sacrum Consilium omnium Dominorum consensu in duabus Aulis fuit deci-
5 sum, † hoc feudum esse ex pacto, & prouidentia, ideòque conuenta fuit condemnata ad illum relaxandum actrici hæredi ex corpore acquirétis, & absoluta actrix à petitione pretij in causa reconuentionis, sequendo opinionem Decij *in conf.*38.1.*vol.num.*5.quem reprobando Curtium sequitur Senatus Pedemontanus *in decis.*161.moti per reg.sumptam *ex Clem.*1.*de preben.*
6 ex qua sumitur conclusio, † quòd verba posita in executiuis, non mutant principalem dispositionem, qui reguiam posuit per illum text. Card.ibi, Modern. Parisiens.*in* §. 18.*fol.*198.*vers. quorsum igitur*, *num.*16. Aym.*qui allegat concor.in conf.*25. *dubio primo conf. vers.*3.*respondeo.*1.*volum.*D.de Ponte *conf.*54 *num.*6. 87. *num.*10. *conf.*57. *num.*99. quæ opinio compro-
7 batur. Nam si alicui est concessum feudum,† & in inuestitura est apposita clausula,ad habendum,tenédum, & prouidendum, & quicquid perpetuò sibi, & suis placuerit faciendum, & verba prædicta sunt apposita in verbis dispositiuis inuestituræ, vt puta, dictum sit, inuestiuit Petrum, statim adiecta illa clausula, tunc communis est conclusio, ex hac clausula concessam esse licentiam alienandi ex mente Paris. de Put.*in tract. de reintegr.feud.cap.*95. Iacob.de Sancto Georg. *in ver. itaque ipsi vassalli*, 1.*col.*& Curt.*in tract.feu in* 4. *par. prin.in* 2.*reg.per text.in cap.vni.de feu non hab.propr. nat.feud.* Sin autem verba prædicta sunt apposita in clausulis executiuis,& hoc casu clausulæ prædictæ non mutant dispositionem, per text. *in d.Clem.*1.quando quæstionem vltrà prædictos decidit idem Senatus Pedem.*in dec* 164.*alias sepè.* vbi alleg.concordantes *ad d.glos.*Nec obstat quòd illa clausula in fine videtur declarare præcedentem dispositionem,prout post Cur. *in d.conf.*3.colligit concor.Rot.Luc.post hanc impressioné visa *in dec.*7.*n.*3.*&* 4.*vers.secúdò hoc confirmatur, fol.*22.& Rota Ianuensis *dec.*93.*Domini.*5.*colum.vers. nec obstat dicere.fol.*169. & quod ne inducatur contrarietas, sic sint saluanda, quia ad hoc respondetur in di-
8 ctis decisionibus, † quòd hoc procedit in dubio puta, si dictaret concessio pro se,& suis. Sed casus noster est clarus,quia dicit inuestitura,pro se,& liberis, quo casu

non dubitatur, esse feudum ex pacto, & prouidentia, &
9 † sic etiam non cadit aliqua concordia, & dictum Neapod. similiter procedit in dubio, non autem in claris. Insuperque aduertendum, quia Curt. *in d. conf. 3. 2. colum. verf. preterea*, sentiens difficultatem quae ex dicta regula oriebatur contra eius opinionem, negat assumptum, scilicet in casu suo clausulam prædictam esse appositam in executiuis. Quia verbum, hæres, erat appositum ante verbum, mandans, quod in casu, de quo agebatur, cessabat, quia in priuilegio, seu inuestitura feudi, de quo quærebatur, hæc clausula erat apposita post verbum, mandans, & ex his hanc opinionem, quā Sacrum Consilium secutum fuit, patet, non habere contradictionem. Licet in nouissima impressione teneat contrarium Mar. *in 3. li. in 3. formula, num. 24. fol.* 414. De hac dec. etiam memini: Aurel. Corbul. *in tract. ex qui cau. emph. iure suo priuetur, in tit. de causa priu. ob alien. irrequ. domino fac. 3. limit. fol. 249.* Scanapecus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 6. Adde Ann. Sen. *in alleg.* 142. *num.* 2. vbi *addit.* & D. Ann. filium *conf.* 20. *num.* 42. 44. D. de Curte *de feud. fol.* 49. *num.* 59. Vide Capiblanc. *in trac. de baron. fol.* 291. Et ad ornatum *Clem.* 1. *hic allegata*, Adde videndum D. Ann. Iun. *in collect.* 351. Marttam post hæc scripta impress. *voto* 48. *num.* 14. 156 *in fin.* & D. de Ponte *in tract. de Potest. Prore. fol.* 444.

Num. 7. Vide Bart. & Doctores *in l. qui Romæ §. duo fratres in 8 qu. ff. de verb. oblig.* Thobiam Non. *consil.* 106. *num* 11. *& seq.* & Campan. *in c. regni* 132. *columm. fin. verf. circa secundum.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Feuda in regno potius ex pacto, & prouidentia, quàm hæreditaria censenda.*
2 *Feudum ex pacto, & prouidentia quidnam sit.*
3 *Et quid hæreditarium dicatur.*
4 *Rubrica, An agnatus & filius, an locum habeat in feudo antiquo paterno ex pacto, & prouidentia.*

AD hanc sextam Decis. vide infra *decisionem* 387. ad quam dico. Afflict. & Vrsilium *decis.* 248. & adde vtrumque Annam, patrem, & filium, *in Singulari* 656. *incip. In dubio feudum*, vbi pro affirmatiua, & negatiua plures allegant, & Camerarium *in cap.* 1. *§. huius autem generis, num.* 36. *ex quib. caus. feud. amitt.* & ita legendo tenuisse Regentem à Ponte Murconi dominum, & Marchionem, die
1 28. Martij 1593 *cap.* 1. *de success. feud.* † quòd feuda in Regno, potiùs ex pacto, & prouidentia quàm hæreditaria sunt censenda, & tacitè hoc sequi videtur Franc. de Amicis, *in tit. de his qui feudum dare possunt, cap.* 3. *nu.*
2 4 *columm.* 2. *ibi nihilominus* † *omne feudum in sua primordiali natura, & origine dicitur feudum ex pacto, & prouidentia, fol.* 4. Roland. *conf.* 28. *volum.* 3. *& conf.* 55. Menoch. *conf.* 61. *&* 202. *num.* 53. *volu.* 1. *&* 158. *&* 160. *volum.* 2. dixerunt feudum ex pacto, & prouidentia illud esse, quando in inuestitura id scriptum reperitur, pro se, & eius filijs, siue liberis, aut descendentibus.
3 † Hæreditarium verò quando fit mentio de hæredibus; de quo videndi sunt Ozas *dec.* 161. *incip. Quoniam sæpissimè. & in dec.* 163. *incip. Successit. & in decis.* 162.
4 † vbi an in feudo antiquo paterno, ex pacto, & prouidentia locum habeat titulus, An agnatus, vel filius, de quo diximus *in decis.* 1. *num.* 16. & vide Magonium *in decis. Florentina* 54. *Ad numerum* 6. Adde Regentem à Ponte, *conf.* 54. *incip. Ex his num.* 16. *versic. dicet. & conf.* 82. Die. *num.* 10. & Barbossam *in l. quæ dotis, num.* 118 *& seq. soluto matrimonio.* Fl. Amend.

ADDITIO D. RICII.

FEudum concessum pro se, & liberis cum clausula in fine priuilegij Mandantes, qui respondeat tibi, liberis, & hæredibus, dicitur esse ex pacto, & prouidentia, ita conclusit. In huius articuli confirmationem adducitur Camillus de Curt. *in diuers. Iuris feudalibus verf. multoties concedens num.* 59. *fol.* 49. Amic. *in tit. de ijs, qui feud. dare poss. §. ad illud deformis fol.* 120. Aloysius de Leo *in l. nulli prorsus C. de Iudic. nu.* 11. quos refert Thorus *in suo compend. decis. in ver. feudum fol.* 208. *verf. feudum concessum pro se, & liberis*, & vide Borrell *in sum. decis. tit. de feudis n.* 545. vbi non solum quando est datum feudum pro se, & liberis, dicitur ex pacto, & prouidentia, sed etiā si in exequutiuis dicitur, & hæredibus, Decius *conf.* 38. *num.* 5.

In Regno tamen Neapolitano vt plurimum feudum præsumitur hæreditarium, vt post Napod. *in consuetudine Neapol. incipien. si testator in verb. disponere tit. de success. morient.* licet contrarium attentauerit Borrell. *de regis Cathol. præstantia cap.* 56. *num.* 1. cum pluribus sequentibus, vt potiùs ex pacto, & prouidentia præsumatur, vt Cameram Imperialem tenuisse refert Mynsing. *obseruat.* 2. *centur.* 4. fuit pariter feudum concessum in forma communi, scilicet tibi, & hæredib. tuis ex tuo corpore legitimè descendentibus, dicitur feudum hæreditarium respectu descendentium Paris. *conf.* 4. *volum.* 1. Iul. Clar. *in §. feudum qu.* 9. *verf. sed quid si feudum*, Peregr. *conf.* 4. *num.* 50. *in fin. volum.* 1. licet contrarium teneant nonnulli, vt est Roland. à Valle *conf.* 67. *num.* 30. *cum alijs sequent.* Fulgos. *in conf.* 127. *nu.* 2. & feudum hæreditarium constituit eo ipso quòd de hærede fit mentio in inuestitura, & proinde de filio erit intelligendum, vt pluries in Regia Camera, & alijs supremis tribunalibus fuisse decisum refert Goffred. *conf.* 1. *num.* 207. quem citat Lanar. *in conf.* 80. *num.* 41. & feudum hæreditarium in legitima imputandum, si enim legitimam excesserit, quod valet vltra legitimam imputandum est in Trebellianicam, Pereg. *de fideicom. art.* 3. *num.* 3. Ann. *conf.* 130. *nu.* 31. & vide Amat. *consil.* 6. *num.* 31.

ADDITIO D. NOVARII.

DEcisum est hîc, quòd feudum concessum pro se, & liberis cum clausula apposita in fine priuilegij, in quo asseritur, Mandantes, qui correspondeat tibi, liberis, & hæredibus esse feudum ex pacto, & prouidentia, & ideò conuenta fuit condemnata ad illud relaxandum actrici hæredi ex corpore acquirentis, & absoluta actrix à petitione pretij in causa reconuentionis, & ita Amic. *in tit. de his qui feud. dar. poss. §. ad illud deformis fol.* 120. Aloys. de Leo *in l. Nulli num.* 11. *C. de Iudic.* Curt. *in suo diuers. Iur. feud. versic. Multoties concedens num.* 59. *fol.* 49. & nouissimè Compend. decis. Neapol. *in verbo feudum concessum pro se, &c.* quibus addo Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 90. *C. de bonis maternis*, & vide Annam *in collect.* 251.

Similiter feudum ex pacto, & prouidentia dicitur, quoties fuisset dictum pro se, suisque hæredibus, Filijs, & liberis vtriusque sexus, ex eo, & eius hæredibus filijs, & liberis vtriusque sexus legitimè descendentibus natis, & nascituris, Socin. Iun. *conf.* 73. *num.* 27. *volum.* 1. vbi aduertit, quòd illud verbum, hæredibus, refertur ad liberos; Gabr. *concl.* 3. *num.* 22. *de verb. signif. quis nu.* 21. idem dicit, quando feudum fuisset receptum, pro se, & suis de domo sua, sequitur Mar. *n. de gener. & qualitat. feud. in Rubr. de feud. hered. nu.* 18. *scribens in Rubrica de feudis ex pacto, & prouid. num.* 68. & 69. idem esse quoties concessum esset feudum tibi, & generi tuo, vel posteris, nam tali casu dicetur omninò ex pacto, & prouidentia Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 90. *C. de bon. matern.* Isern. *in cap.* 1. *§. filij tantum nu.* 3. *de success. feud.* Alex. *conf.* 30. *volum.* 1.

Pari-

Pariter quando feudum fuit dumtaxat receptum pro se, & filijs diceretur ex pacto, & prouidentia Siluan. *cons.30.num.12.* Clar. *in §. Feudum quæst. 9.* scribens hanc esse communem regulam probat Schradet. *de feudis par.5.cap.2.num.62.* vbi alios citat, nouissimè Marta *de clausul.part.2.clausul.43.* vbi discutit de huiusmodi clausula, pro te, & filijs, quibus adde Gabriel. *in citat.concl.3.num.20.de verb.significat.* & Grego. *de concess.feud.part.1.qu.10.versic.2.amplio, & quæst.14. part.6.* vbi intelligit talem formam concessionis procedere non solùm in filijs ipsius acquisitoris natis tempore concessionis feudi; verùm etiam in filijs natis post concessionem, vnde euenit, quòd si pater alienauit feudum existente consensu filij sui, tunc proximè successuri, si deinde præmoriatur ille filius, qui consentit, & nascitur alter filius patri, qui non consentit alienationi, poterit ille mortuo patre reuocare alienationem feudi factam per eius patrem, cùm non reperiatur filius consensisse.

Item, quando conceditur Feudum alicui pro se, & descendentibus, seu coniunctis de Familia non facta mentione hæredum, Farinac. *in sua pract. quæst.25. sub num.87.* Marin. *de gener. & qualit.feud. Rubr. de feud. ex pact. & prouident.num.74.* & esse communem, & receptissimam conclusionem, scribit Pinel. *in d.l.1.nu. 84.C.de bonis mater.par.3.* firmans *num. 90.* Feudum concessum in quintam generationem dici etiam ex pacto, & prouidentia sequuntur Ias. *in l.2.sub num.167. C.de iur.emphit.* & Marin. *de gener. & qualit.feud. Rubri.de feud.ex pact. & prouid.nt.num.72.* qui *num.71.* scribit quòd si feudum fuerit concessum Ioanni, & eius proli, diceretur ex pacto, & prouidentia ex Isern. *in cap.1.vers.nam proles feminei sexus num.2. de grad. succes.in feud.* vbi inquit, quòd proles capitur pro filio.

Insuper Feudum dicetur ex pacto, & prouidentia quoties fuisset concessum Feudum Petro, & liberis suis Aluar. *in cap.1.columm.6.vers.si verò Inuestitura, an agnat.vel filius defunct.* Dec. *cons.185. & 445.* Clar. *in §. Feudum quæst.9.versic.quandoque verò*, vbi recenset hoc esse communiter approbatum scribens, quòd in tali feudo sufficit, quòd succedens sit filius, vel descendens à primo acquirente, non autem requiri quod sit hæres, ex Ias. *in l.si post mortem sub num.3. ff. de leg.1.* vbi inquit, esse communem opinionem, Gregor. *de concess.feud.quæst.15.part.6.effect.1.* vbi scribit, quòd si filius esset hæres patris cum beneficio Inuentarij stante forma concessionis prædictæ posset alienationem feudi factam à patre defuncto infringere, quia in huiusmodi forma factum patris non nocet filio, sequuntur Chircou. *in suo libro commun. opin. concl.85. num.15.* vbi hoc esse receptum communiter fatetur. Paris *consil.5.volum.1.* Mascard. *de probat.conclus.767. num.4.*

Sed in dubio vtrum præsumatur Feudum hæreditarium, vel ex pacto, & prouidentia variæ sunt Doctorum sententiæ, nam aliqui fuerunt in opinione, quòd in dubio feudum præsumatur ex pacto, & prouidentia, vt post alios antiquiores fuerunt, Menoch. *de præsump. lib.2.præsumpt.94.num.7.* Mascard. *de probat.conclus. 267.num.10.* vbi testatur, hanc esse magis communem opinionem, Thesaur. *dec 99.num.22.* Cephal. *cons.503. num.31.volum.3.* Franc. *in præiud.feud. Rubric. spec. feud.num.125.* alij verò totum oppositum dixerunt, vt fuerunt Cuman. *cons.166.* Gregor. *de conces.feud. part. 2.quæst.9.versic. secundò aduertendum.* Decia. *respons. 24.num.70.volum.1.* Roland. à Val *cons.4.num.15.vol. 4.* vbi testatur hanc opinionem communi Doctorum calculo esse receptam Surd. *cons.105. num. 8. volum.1. num.244.* & nouissimè Borrell. *in summa decis.in titulo de feudis.* Tu tamen in facto recurras ad Intrigliol. *de feud. quæst.50. cent.1.* qui latè tractat hunc articulum.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quando sit ex pacto, & prouidentia recensentur duæ formulæ decisionis.*

2 *Examinatur assertum, quòd omnia feuda in Regno, vt plurimum sint hæreditaria, & reyciuntur opiniones Amicangeli, & Mucci.*

3 *Clausula in executiuis apposita vtrum alteret principalem dispositionem.*

4 *Feudum in Regno, an præsumatur hæreditarium, vel ex prouidentia.*

1 Feudum concessum tibi, & liberis esse ex pacto, & prouidentia iudicatum testatur D. meus, & magistraliter comprobat D R. de Marin. *lib.2. resolut.86.num.9. & seq.* vbi edocet praxim ad cognoscenda feuda, & pro se, & suis concessa esse hæreditaria contra Pinellum, & alios probat Camill. de Larath. *in theatr.feud.p.7 dilucid 27.* & videtur sentire D. Præses *num.8.*

2 Dubitabile succedit assertum de quo *num.3.* vt feuda in Regno sint vt plurimum hæreditaria, nam R. de Ponte *dec.11.* & Rouit. *in rubric. ad pragmat.de feud.* referunt decisum in S.C. omnia feuda in Regno esse ex pacto, & prouidentia hæreditaria mixta, vt illa de iure Francorum, ex aduerso Amicang. *qu.feud.1.num.16.* tenet vtrasque qualitates esse incompatibiles, & appellat hæreditaria, econtra Io. Bapt. Mucci, sentit feuda Francica esse ex pacto, & prouidentia, vt aliàs dictum est in *obseru. 1.* vt meum interponam iudicium dico esse cauendum ab vtraque opinione, nam feuda Francica, quæ sunt in Regno appellantur ad abbreuiandum hæreditaria, sed sunt mixta, vt post Camerar. de Ponte, & alios tradit Theodor. *alleg.22.num.10.* & dicuntur præterea hæreditaria ad differentiam omninò hæreditariorum, quæ transeunt ad quoscumque hæredes, vt Rouit. *vbi sup.num.21.* nec propter qualitatem hæreditariam possunt desinere esse ex pacto mixta, dum in eis succeditur etiam contra voluntatem vasalli instituentis extraneum, & de hac re dicetur in *obseruat. 387.*

3 Notanter omnes allegant hanc decisionem ad probandum, quòd clausula in exequutiuis apposita non alterat principalem dispositionem, dum iudicatum extitit feudum ex pacto, non obstante, quòd in exequutiuis erat apposita clausula, Mandantes, quòd respondeant tibi, liberis, & hæredibus, ad comprobationem addo Larath. *vbi sup. dilucidat.25.* è diametro assertionem hanc respuunt Fusar. *de substit.q.593. num.170.* D. Capon. *de pact.qu.30. num.54.* vbi quòd pactum de non reuocando donationem appositum in exequutiuis faciat transire donationem causa mortis in donationem inter viuos D. Io. Dexart. *dec.Sardin.29. num.13.* tradit clausulam huiuscemodi si non incidenter, sed ex proposito adiectam operari effectum dispositiuum, ex Castill. *controu.tom.4.cap.40.num.16.* at conclusio D. mei ab omnibus recipitur.

4 Restat videndum an feudum in dubio præsumendo sit hæreditarium, vel ex prouidentia, & Isern. *in cap.1. an agnat.* amplectitur primam partem, addo Mising. *cent.4.obseruat.2.* facit text. *in l.si pactum ff. de donat.* vbi quis præsumitur sibi, & hæredibus suis prospicere, & quamuis cum Vulteio contrarium probet Larath.

rath. *in theat. feudal. p. 7. dilucid.* 28. nihilominus non discedo ab opinione, Andreæ, & firmat Mucci. *vbi sup. nu.* 7. aiens Feuda censeri hæreditaria ad instar Regni, quod est caput.

S V M M A R I V M.

1 *Constitutio Regni, in aliquibus, etiam procedit quando tractatur de successione in feudo plano, & de tabula.*

2 *Feminæ, masculis deficientibus, succedunt in feudo plano, & de tabula, etiam secundum ius commune feudorum, secundum opinionem aliquorum, quæ procedit, vt nu. 3.*

4 *Feudum antiquum, in nouum an mutetur ex qualitate de non addita in inuestitura feudi.*

D E C I S I O V I I.

Feminæ deficientibus masculis in feudo plano, & de tabula succedunt ex constitutionibus regni.

Feudum ex antiquo non efficitur nouum ex licentia alienandi addita possessori in inuestitura.

IN causa Angelæ de Falco cum Mag. Anto. Carac-
1 ciolo fuit dubitatum, † si tex. in const. Regni, in
aliquibus procedit, quando tractatur de succes-
sione in feudo plano, & de tabula, adeo quòd de-
ficientibus masculis, feminæ in eo succedant, fuit deci-
sum per Sacrum Cons. constitutionem prædictam habe-
re locum in successione in feudo prædicto ex ijs, quæ
Affl. dicit *cap. 1. §. filia verò de succes. feud.* quem re-
fert, & sequitur Frecc. *in tract. de sub. feud. lib. 2. in
23. differentia, fol.* 142. Quod tantò magis videba-
tur procedere in casu, de quo agebatur quia pro hoc
feudo non agebatur seruitium personale, quod non pos-
2 set cadere in feminam: quo casu videbatur, † quòd
etiam de iure communi, circumscripta dispositione cō-
stitutionis Regni, feminæ in feudo succederent, iuxta
posita per Afflic. *in §. & quia 7. Fallen. de his, qui feu. dar. poss. & in c. 1. in princ. de grad succ. in feu.* Guliel.
Benedict. *in c. Raynucius, in ver. duas habens filias, nu.
23. cum sim. de testa.* de cuius dicti veritate dubitat
Curt. iun. *in tract. feu. in 3. par. in 9. fall. &* Iacobin. *in
suo libello feu. in ver. & feminis, vers. 5. fallit.* Quo-
rum opinio verior videbatur, ex quo quamuis cesset
ratio, quia femina pugnare non potest, non tamen ces-
sant aliæ rationes, positæ per Bald. *in l. quoties, col. pen.
vers Et dic quòd mulier. C. de suis, & legitim.* Quas ra-
tiones sequendo istam opinionem tenuit, Dominus Ia-
cobutius de Franchis, olim Regius Consiliarius, &
meus Patruus magnus. *in c. 1. §. hoc autem, de his qui
feu. dare poss.* Iacobinus, vbi supra † opinionem Guliel.
Benedict. & aliorum primam opinionem tenentium,
dicebatur posse procedere quando pro aliquo comitatu
solueretur census, quo casu non esset feudalis, sed cen-
sualis, ita Iacob. *in vers. Et feminis, & alij* quos con-
gerit Episcopus Nicoteræ super And. *in §. sed quia vi-
dimus, in addu. in c. Item si pater, n. 10. de his, qui feu.
dare pos.* Item fuit dubitatum, si ex qualitate addita de
nouo in inuestitura huius feudi, seu licentia data alie-
nandi possessori, in quem vellet hoc feudum, dum esset
antiquum, penes possessorem fuisset effectum nouum,
& sic prædicta Angela tamquàm neptis ex fratre, non
succederet per reg. quæ sumitur *ex tex. in l. in ius ciuile,
ff. de iust. & iu.* per Oldra. *cons.* 178. Bal. *cons. 243. ver.
inuestitura, col. 2. ver. in contrarium* Paris de Puteo *in
tra. d. sind. in ver. salarium in ca. facta est electio. ver. si
Rex. cum concord.* de nouo congestis per decis. Senatus
Pedamontani 23. *secundus, 7 col. ver. item dicitur, nu.*
22. & fuit decisum, † hoc feudum non esse effectum
nouum, quia noua qualitas facit feudum nouum in
qualitate addita, non autem in cæteris, ita Affl. *in const.
cum circa iustitiam. in 9. notab.* qui dicit etiam sic fuisse
iudicatum, in Consil. tempore Regis Catholici, & alij,
& sic vltra Affl. declarant reg. prædictam Mod. Paris.
*in §. 35. incipit hic §. magnam præsefert obscuritatem. 3.
col. 2. q. ver. circa quod aduerte, fol.* 299. videtur sentire
Bologninus *con. 1. 8. col. ver. nec dicatur Camerarius in
repe c. Imperialem. fol. 33. lit. T 4. co. &* in materia feu-
dali, & emphyteusis in non alteratis retinent feuda &
emphyteusis propriam naturam. Cacheran *decis. Pede.
53. col. fi. non obst. fol.* 89. Cabassi in Milleloquio 188.
fol. 75. & ita iudicauimus die 12. Septem. 1572. non ob-
stante alia sententia primo loco lata, ex quo eo tempo-
re dubitatum fuit feminas non successisse, quia mortuo
fratre huius Angelæ, ipsa non successerat, quod postea
in secunda instantia fuit sublatum.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADDE Viuium, aut alium *in decis. 225. nu.* 1. Capr. *de succes. fol* 170. *nu.* 451. & omnino Amedeum *in tract. de laudemio q.* 10.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

S V M M A R I V M.

1 *In Gallia stantibus masculis, feminæ succedant.*
2 *Secus regulariter de iure feudorum.*
3 *Consuetudo habilitans feminas ad feudi successionem, valet.*
4 *Debet tamen petere inuestituram infra annum, & diem.*
5 *Hæc omnia intelligenda iuxta terminos decisionis, quando pro feudo plano soluitur census.*
6 *Feminæ quando succedant in feudis, & hic infra, num.* 10.
7 *Rex noster potentissimus, & Catholicus potest feminas habilitare filias feudatarij ad feudum, etiam in præiudicium agnatorum.*
8 *Femina si scienter inuestitur ad feudum, licet inhabilis, tamen admittitur ad ipsum.*
9 *Femina eo ipso quòd est admissa ad succedendum in feudo, virtute inuestituræ, videtur habilitata ad soluendum adoham, & admittendum substitutum.*
10 *Feminæ quando admittantur ad feuda.*

AD hanc decis. adde quæ Minadous *in Consti-*
1 *tut. In aliquib.* ad quam dixi, sed † de iure
Galliæ, etiam stantibus masculis, feminæ
succedunt. Ita. Franciscus Marcus, *in decis.*
2 *Delphinatus* 315. † licet de iure feudorum secus regu-
3 lariter sit. Sed nota, quòd † valet consuetudo habilitans
feminas ad feudi successionem. Decius *cons* 588. *num.*
4 17. † Sed quando admittitur ipsa, inuestituram petere
debet infra annum, & diem. Ita Natta, *consil.* 569. Sed
5 † hæc omnia intelligerem iuxta terminos huius decis.
quando pro feudo plano soluitur census. Ita Decius
in cons. 85. num. 6. cons. 136. & cons. 193. Roman. *Sing.*
180. Hippolytus de Marsilijs *Singul.* 411. Crauetta,
6 *cons. 293. &* Menoch. *cons. 65. volum.* 1. † Quando au-
tem feminæ in feudis succedant, Mynsingerius *Obser-
uat. 74. Cent.* 5. Decius *cons. 139. et* 208. Menoch. *cons.
331. vol. 4.* Roland. *cons. 67. vol. 2. et* 548. Menoch. *cons.
7 lib.* 2. Item notandum est, quòd Rex † noster potentis-
simus, & Catholicus potest feminas habilitare filias
feudatarij, ad feudum, etiam in præiuditium agnato-
rum, Decius *in cons. 269. et* 498. feudum quando dica-
tur, & quot modis femininum. Menoch. *cons. 331. vol.
8 4. et 148. vol. 2.* Roland. *cons. 67. vol.* 2. Et adde quòd † si
femina scienter inuestitur ad feudum, licet sit inhabi-
lis, tamen admittitur ad ipsum, Olascus *decis.* 23. 26.
et 27. Guid. Pap. *quæst. 69. et* Minadous *decis.* 36. ali-
qua Afflict. *in decis. 119. et* 248. & Tessaurus 176.
post Capic. *in decis.* 115. & Præsidem hunc *decis.*
328

328. *& iterum de success. femina in feudo recto* Tessaurus *dec.* 227. *&* nota quòd † eo ipso quòd femina est ad missa ad succedendum virtute inuestituræ, videtur habilitata ad soluendum adohã, & ad admittendum substitutum, Capic. *decis.*10.*nu.*16. *& decis.*31.*nu.*3. † & quando feminæ admittantur ad feuda latissimè Cassaneus in *Consuetudine Burgundię tit. des fiez,* §.5.*Glos.* 1.*n.*28. Rolandus *cons.*41.*vol.*2.*& cons.*41.*vol.*4. Adijciendus est Brunorus à Sole, dicens feudum à femina emptum, femininum effici, ita, & taliter, quòd in eo sic femina, vt masculus succedat, in Compendio resolutio. Iuris propositionum, verbo, feudum per feminam, & de successione feminarum in feudis, Consiliarius Anna, *cons.*53. *Quoniam*, *& cons.*59.*nu.*58.*vol.*1. Fl.Amend.

ADDITIO D. RICII.

FEminæ deficientibus masculis in feudo plano, & de tabula succedunt ex constitutionibus Regni, hoc dicit. Adde Viuium *in Sylua com. opin.opin.*812.*n.*43. *vers. & hic idem est vers. femina an admittantur*, declara tamen hoc procedere in subsidium tantùm, idest in defectum masculorum Alban.*cons.*237.*nu.*13.*vol.*2. *nam* femina non censetur verè esclusa, sed potiùs impedita ob existentiam masculi; idcirco remoto impedimento potest succedere, Anchar. *cons.*220.*n.*2.*Cost.de remed. subsid.prælud.*1.*num.* 25. hinc est quòd quando feudum est concessum masculis, & feminis dum concurrunt masculi feminæ arcentur. Couar.*variar.ca.*5. *versic.sexto ex his*.

Hæc omnia limita duobus modis, & primò non procedere in feudo franco, in quo licet nulla exigantur seruitia, tamen non succedunt in illo, vt fuisse decisum in Rota Romana testatur Mohed. *decis.* 5.*de feudis*, quæ decisio non procedit in hoc Regno Neapolitano cùm sit constitutio in aliquibus, disponens, quòd deficientibus masculis feminæ succedant. Limita 2. in feudo expressim concesso alicui, & hæredibus, tunc enim non comprehenduntur feminæ Magonius *decis.* 14. *nu* 38.

ADDITIO D. NOVARII.

FErtur hìc decisum, quòd Feminæ admittantur ad successionem Feudi plani, & de Tabula masculis non existentibus iuxta Constitutionem Regni in aliquibus, & ita Viuius in *sua Sylua commun.opin.concl.* 812. *n.*43. *&* Cappiblanc. *de Baron. in prælud.num.*32. *quos nouiter recenset* Compend. *decis. Neapol. in verbo Femina an admittantur*.

Tu autem firma regulam quòd Femina à feudorum successione repellitur iuxta dispositionem text. *in cap.* 1.*de alien.feud.pater.c.*1.§.*hoc autem de his, qui feud. dar.poss.* cũ latissimè nouiter traditis per Borrel. *in sua summa decis.in titulo de Feudis a n.*164. vbi quamplures DD. citat ampliando procedere etiam in femina extranea allegat Milanens. in *decis. Sicil.*1.*nu.*36.*libr.* 1. ita quòd femina à masculo semel esclusa à feudo semper censetur exclusa Gall. *obseruat.*48.*l b.*2. Vigel. *decis.* 2. *cent.* 1.*&* latè vide Annam in *cons.* 109.*vol.*2. Cacher. *dec.* 23.*n.*17. licet admittat feminam in Feudo improprio, & conditionato, vt post alios dixit Borell. *de Magistratuum edictis lib.c.*2.*n.* 122. *&* 123. Scrad. *de feudis part.*7.*cap.*4.*num.*79. *&* 85. *vol.* 1. sic pariter admittitur femina in Feudis dignitatũ non extantibus tamen masculis, vt est videre apud Molin. post alios *de primog.lib.*3.*cap.*4.*num.*5.*&* in nonnullis alijs casibus, quos per te poteris videre apud Authorem primò citatum, qui adducit nonnullas declarationes ad nostram Regulam propositam, & affluenter habes apud Fachin. *in lib.* 7. *controuers. Iur. a cap.* 37. *vsque ad cap.* 45.*&* Rosental. *de Feudis in titulo de feminarum succes. ab intestat.descendenti, & collaterali à quæst.*31.*vsque ad quæst.*55. ad ipsos igitur in facto recurras.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Proponitur quæstio, an femina collateralis succedat in feudo plano, & de tabula, & in formatione dubij carpitur D. Præses à Montano.*

2 *Adducuntur opiniones pugnantes.*

3 *Succedunt feminæ in feudis in quibus præstatur quid rusticanum, vel census.*

4 *Feudum an fiat nouum per qualitatem additam, nu.*4.

OBSERV. VII.

1 DIsputat D. meus, an feminæ excludantur a successione feudi plani, & de tabula, & habeat locum ius commune feudorum excludens eas a successione, vel procedat constitutio Regni in aliquibus, & casus erat super successione collateralis, quæ erat Angela de Falco neptis ex fratre, in qua specie Montanus *contron.*22.*nu.*7. dissentaneam tradit applicationem d. constitutionis loquentis in successione descendentium, & non collateralium vt *infr. decis.*181. dum in feudis succeditur vltimo feudatario decedenti Camill. *de* Medic. *con.* 1. *&* 2. Anna *singul.* 422. *sed vt in* 1. *obser.* in principio dictum est, feminæ habilitatæ sunt ad feuda etiam per *constit.* vt de successionibus, cùm de iure feudorum non succedebant *c.* 1. *de success.feud. & cap.* 1.*de nat.success.feud.* P. Vrsin *de success.feud.par.*1.*q.* 7.*ar.*4.*n.*1.constit. vt de successionibus loquitur in feudis quaternatis, *&* Afflict. *ibidem*.

Peruetus est quæstio; An ius commune feudorum, vel Romanorum, aut constitutionum Regni debeat seruari in successione feudi plani, & de tabula; Et in militari pro quo soluitur adoha ex R. de Pont. *de pot. proreg.tit.de assens.*§.2. *n.* 15. & alijs R. Cacacius contra feminas probat iuxta ius feudorum, quid in non militari, vt in docta allegatione impressa Lanar. *post repet.c.*1.*de success. feud. &* Capan. *de iur. adoh.q.*7.*n.* 17. refert pronunciatum contra filiam subfeudatarij, *&* Fulu. Lanar. *in add. ad patruum ex Ronit. con.* 1. *lib.*2. ita etiam distinguit, è contra d. R. Lanar. *n.* 10. refutat glosam, & asseclas firmans locum habere d. constitutionem. Ipse firmiter teneo seruandum ius Romanorum, vt in burgansaticis excepta deuolutione ad fauorem Baronis in locum successionis fisci gl. & Isern. *in d. const.* quam malè explicauit ibi Affl. *de iure feudorum*, vt ex Petr. de Montefort. *ibid.*

Securè succedunt feminæ in non militaribus cùm præstatur quid annuum rusticanum, vel cẽsus Frecc. *de subfeud.tit.de diff.int.feud.quatern.n.*29. D. de Marin *lib.*1.*resol.*233.*nu.*31. *& seqq.* docens censuale esse huiusmodi feudum extollens decisionem, & Capan. *ibi.*

4 Feudum antiquum, an fiat nouum ex qualitate addita dicam *obs.*75.

Et feudum antiquum fieri nouum quando transit ad collaterales latè probat doctissimus R. Galeot. *resp.fisc.* 3.*n.*23.*& resp.*5.*n.*34. vbi quod videtur decidi *ex prag. n.* 31. *de fenatis* per quam facultas disponendi de feudo exclusa femina proximiore ad fauorem eius de familia qui proximiori loco successurus erat conceditur; cum hoc vt feuda antiqua remaneant antiqua, & insuper *D.* Author negat per dictam gratiam feuda noua fieri antiqua, sed remanere noua.

SVMMARIVM.

1 *Administratio, Officialibus delinquentibus in officio, vel extra quando sit interdicenda.*
2 *Officio priuandus, si non venit quis, non debet ei administratio quod declara, vt num. 5.*
3 *Administratio officij, quibus de causis interdicatur pendente accusatione.*
4 *Aduocatorum malitijs indulgendum non est.*
6 *Officiali temporali interdicitur administratio.*
7 *Suspensio, quando proponenda sit cautela traditur.*
8 *Tutor, qui coniunctus est pupillo, quando priuatur administratione, iudicis arbitrio relinquitur, & quid in matre, num. seq.*
10 *Episcopo quando iurisdictio interdicatur.*

DECISIO VIII.

Officialis accusatus de delicto quando pendente accusatione possit ab administratione suspendi.

BARTOLVS *in l. libertus, §. in quæstionib. ff. de municip.* opponendum contra decisionem illius text. *de l. cum, C. de suspect. tuto. & de l. quod si forte. §. sunt quidam, ff. de solu.* facit pulchram distinctionem, ad quam semper recurrimus,
1 † quòd quando quis accusatur de crimine commisso extra officium pendente accusatione, retinet officium, & administrationem: quando verò accusatur de crimine commisso in officio, quamuis accusatus retineat officium, nihilominus accusatione pendente, inter dicitur administratio, & posteà remittit se ad ea, quæ dixit *in ll. contrarijs*. Hoc idem ante eum tenuit Io. Faber. *Instit. de suspe. tut. §. si quis autem*, & post eum Luc. de Pen. *in l. 1. C. de reis postul. colum. fin. in glos. vlt. lib. 10.* eandem distinctionem facit; quam etiam optimè comprobat *in l. iudices, super text. in ver. sceleribus, 3. colu. ver. sed an iudici. C. de dignit. lib. 12.* sequitur eum Paris. *in tract. de Sindicatu in vers. accusatus. 1. colu. fol. 17. in magnis*, ad quem se remittit Afflict. *in constitut. Regni statuimus. col. pen. ver. sextò fallit*, sed dicta Bart. decisio, & prædictorum aliorum intelligenda est, iuxta eiusdem Bart. decisionem, *in d. §. sunt* quidam ad quam
2 se remittit, † quando his prætensis delictis probatis, posset quis ab officio remoueri, ne sit deterioris conditionis, qui est in casu dubio, quam qui est in casu certo, *vt l. ordinata, ff. de li. cau.* sed si certum esset inquisitum non esse priuandum officio in casu sententiæ proferendæ, quomodo esset suspendendus interim ab administratione officij? pro quo facit optimus text. *in l. hac stipulatio, §. diuus, ff. vt lega. nomi. cauca.* quo disponitur, iniquum esse, superuacua cautione hæredes onerari, quoties res euidens est, nullo modo fidei com-
3 missum deberi. † & ratio, quare interim, concurrentibus prædictis sit suspensio facienda ab administratione officij, ponitur per Innoc. *in c. licet Hely. de Simonia*, scilicet propter infamiam & ponuntur etiam plures rationes per Ioannem de Turrecremata, post Archidia. *in c. quia, 3. qu. 2. quæ in casu*, de quo agebatur poterant applicari, & Paris. dicit in loco præallegato, rationem esse, ne Officiales existentes in officio terreant testes, quòd de facili non possent deponere veritatem, vel vt deponant mendacium. Et ex istis me interueniente pro fisci patrono ordine Illustrissimi Ducis de Alcala iustissimi tunc Proregis in causa Dohanerj huius fidelissimæ Ciuitatis Neapol. inquisiti de delictis in officio commissis, in cuius administratione habet iurisdictionem, per Regium collaterale Consilium fuit Dohanerius prædictus suspensus ab administratione. Et erat in præsenti causa capta informatio contra eum, & examinati plures testes qui de pluribus excessibus in officio contra eum deponebant quod etiam exitus causæ demonstrauit. Quòd aduertendum censui, quia non ex sola accusatione, etiam quod ea probata quis veniret priuandus, est suspendendus interim ab administratione, nisi ex informatione capta aliquid substantiale appa-
4 reat, † quia non est indulgendum malitijs aduocatorum, vt ponderat Bart. *in d. §. quod si fortè*, & Iudex non debet hoc permittere, qui debet inspicere qua mēte hoc petatur, vt pulchrè considerat per illam l. Ang. *in l. cum non facile. ff. si cui plusquam per l. Falc.* in materia præstandæ fideiussionis ab extero in causa reconuentionis, & in his casibus aliquo substantiali non apparente, posset procedere opinio Beltran. *in cons. 83. vo-*
5 *lum. 1.* † quia quando præcedente accusatione, vel inquisitione esset capta informatio per quam apparent aliqua contra accusatum, ex quibus legitimato processu, esset priuandus officio, opinio prædicta esset contra decisiones omnium prædictorum, de quibus ipse non meminit, & Doctores prædicti non habent con-
6 tradictorem. Aduertendum etiam † prædicta procedere non solùm in Officiali perpetuo, sed etiam in temporali. Ita Paris, *vbi sup.* & pulchrè Bal. *in tit. de Pace Constantiæ, in ver. credentia, in finalib. verbis*, dicens, quòd si aliter diceretur in Officiali, tempus laberetur. & deinde pœna esset inutilis, idem tenet Io. Gutierez *in pract. quæst. in qu. 39. num. 4. ver. ille verò, li. 1.*
7 *fol. 96.* † Sit tamen cautus fisci patronus vt suspensionem proponat ante terminum datum inquisito ad se defendendum, quia eo dato, & pendente, officium Iudicis conquiescit in hoc, sicut in cęteris. & idcircò vnus ex Actuarijs criminalibus Magnæ Curiæ esset inquisitus de delictis in officio commissis, quia reperiebatur datus terminus non fuit admissa prætensio fisci patroni, licet multa concurrerent contra inquisitū, quamuis postea, detectis aliquibus procuratis indebitè contra eum fuerit absolutus.
8 † Quid autem sit in tutore, quando est coniuncta persona, an interim sit interdicenda administratio? videtur posse teneri opinio Bart. *in d. §. quod si fortè*, declarata per eumdem *in d. l. si tutor. ff. de suspec. tut.* quā reassumit Gratus *in responso 44. videbatur, primo vol.* quòd quando persona coniuncta redderetur infamis, & propter dolum deberet remoueri, sit in arbitrio iudicis, an sit interdicenda administratio, vel sit adiungenda alia persona, cuius arbitrium versabitur, an fraus sit commissa in magna, vel modica re, ita Cor. *consil. 175. licet in præsenti, volum. 3.* quem refert, & sequitur plenissimè Gozad. *consil. 17. 1. colum. num. 7. & 13. colum. 2. in fin.* quando verò non timeretur infamia, tunc standum est regulæ, *l. eum quem C. de susp. tut.*
9 † etiam respectu matris, quæ in hoc non reperitur priuilegiata, secundùm Gratum, *vbi sup.* & conferunt dicta per Afflict. *dec. 357.*
10 † Quid autem in Prælato, seu Episcopo, qui potentius ius habet, quàm tutor, vt dicit Innoc. *d. cap. licet Heley*, vide Innoc. *ibi.* Imol. *in d. §. quod si fortè.* Canonistas *in cap. venerabilis de offic. deleg.* & Turrecrem. *vbi sup.* & aliqua per Bertach. *in tract. de Episc. in par. princ. in 11. qu.* & plenissimè Cass. qui etiam opiniones sigillatim refert, *in cons. 60.* & in materia remotionis ab officio est strictè procedendum, quia remotio dedecus est, *l. testimonio Centurio. in gl. fin. ff. de man. test.*

ADDITIO D. VISCONTI.

VIde Clarum *in §. fin. quæst. 16. ver. præterea*, de hac decis. meminit Grand. *de bello exulum fol. 218.* Intrigliol. *singul. 45. fol. 39.* & Baiard. ad Clar. *in d. qu. à num. 5. & seq.* D. de Ponte *dec. 7. nu....* & *decis....* Vide Capiblanc. *in tract. de Baron. fol. 121. num. 41. cum seq.* & D. Io. And. Georg. *in sua solemni allegat 42. num. 41.* & Petram *in addit. ad Capyc. dec. 121.* & latissimè Petr. Caball. qui decis. istam comprobat *in resolutio. crim. casu 76.*

In eadem decis. *num. 8.* Adde Vinium *dec. 40. n. 13.*

ADDI-

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Officiales infirmi an remoueri debeant.*
2 *De suspensionem officialium remissiuè.*
3 *Officialis remotus voluntate Principis, retinet priuilegia, & sic eius vxor retinet dignitatem, & immunitatem.*
4 *Solus delicti titulus non facit quem inquisitum.*

1 ADde ad hanc decisionem omninò Cumiam
in Tractatu Syndicatus, cap.17.num.9.&
Ioannem de Grandis, in tract. de bello exu-
lum, casu 99. Anna patrem, in singul. 350. in-
cip. Officialis, & iterum Sing 476. incip. Sententia vi-
sitationis, vbi de Theorica, & Practica, & an officiales
infirmi remoueri debeant, & podagrici. Et de suspen-
sione officialium Regens Tappia nouissimè de iure
Regni Neapolit. lib.2. in Constitut. Statuimus, vers. ad-
2 ministratores † remotus, pag.256. in tit. de offic. mag.
Iustit. num.38. Grammat. cons. Ciuili, 162. & consil.10.
Crimin. hic Præses, dec 423. & 493. ibi: de oppositione
facta contra authores harum decisionum. Sed nota v-
3 num, quòd † officialis remotus à Principe, retinet pri-
uilegia, & sic eius vxor retinet dignitatem, & immu-
nitatem, Guid. Papæ, decis.377. & 379. Ad num.2. ibi:
4 quia non ex sola accusatione. Adde, quòd † titulus so-
lus delicti non facit quem inquisitum. Ita Præses in decis.330. num.7. adde Petrum Caballum lib. Resolutionum criminalium, casu 76. num. .... hic plura addentem. Et sic decisioni ad nu.8. de tutore. adde, quæ Vrsillus, & Affl ict. dec.317. & ego ad ipsum dico, Borginũ in tract. de tutore, & vide quæ dico infrà, dec.404. & Præsidem in dec.311. num.3. Ad num.19. adde tu quæ in dec.71. & 138. ad quas latissimè addas Tolosanam dec.371. Item fuit quæsitum, si aliquis, &c. Franc. Marcum, dec.652. Quæritur prima parte. Grammat. consil. Ciuili 162. In causa Vniuersitatis Neritoni, & consil. crim. 10. incip. Per Syndicos. Vrsil. Mas. Baiardum ad Clar. qu.16. Surgente de Neapol. illust. c.17. & ad hanc decisionem vide Modernos in cap. regni, Item statuimus de Syndic. Officialium, Lancellot. Perusinum, in tractatu Attentatorum. cap.1. in tit. de Attentatis, accusat. vel inquisit. pendente, & lib.1. Declar.4. num.28. & Regentem à Ponte, in cons.22. vbi in fine refert istam decisionem. F. A.

ADDITIO D. NOVARII.

HIc agitur quando Officialis accusatus de delicto pendente accusatione possit ab administratione suspendi.

Circa quem Iuris articulum, quòd debeat Officialis ab administratione suspendi in tali casu, vt fuit hic decisum, tenuerunt Cassan. in consuet. Burgund. in titulo des iustices §.6. num.52. Capell. Tholos. in dec.370. & Franc. Marc. in dec.562. par.1.

Verùm contrarium quòd officialis inquisitione pẽdente non suspendatur ab officio, nec ei interdicatur administratio, etiam post litem contestatam, iudicatum fuit in Senatu Dolano, vt testatur nouissimè Girell. in dec. eiusdem Senatus 60. & hanc opinionem veriorem esse dico, & sequor, non enim facilè indulgendum est malitijs accusatorum, & in materia suspensionis ab officio prudenter, & temperatè procedendum est, cùm suspensio famam eripiat apud probos viros, & maximum dedecus inurat.

Pro qua facit Textus in l.2. ff. de bon. damnat. & in l. libertus § in quæstionibus ff. ad municip. vbi habetur; Neminem, quidem pendente accusatione criminali ad nouos honores promouendum esse, sed pristinam interim dignitatem retinere, cui suffragatur etiam Doctrina Felini in cap. cùm omnipotens extra de accusat. vbi scribit quòd notarius accusatus de falso non prohibetur interim conficere Instrumenta, sequitur Aufrer. in addit. ad Cappel. Tholos. in d. dec.370. accusatione igitur pendente contra aliquem, non potest, nec debet reus suspendi à suo officio, vel Iure suo priuari. Ita Glos. in cap. quia ■ verb. Donec. 3. quæst.2. alia in cap. final. verb. vendendi de Accusat. & ibidem Fel. alia, in cap. accusatum, de Simon. Pro quibus est optimus text. in cap.18. quæst.4. quatenus habet, non licere Clericis ante sententiam ab Episcopo suo discedere. Per quem tex. dicit Felin. in cap. cùm dilectus ad fin. de accusat. quòd litis pendentia non impedit, quo minus Prælatus vtatur officio suo. Facit glos. verb. innouat in cap. non solum de appellat. lib.6. quæ dicit nemini auferendum esse ius suum, intellige ante sententiam. Inquisitione enim pendente nihil est innouandum Gramm. dec.60. num.20. vnde Inquisitione pendente super priuatione beneficij constituitur procurator ad resignãdum Garz. de benefic. part.2. cap.3. §.1. num.63.

Quod adeò verum est, vt etiam condemnatus, si appellet; remaneat in suo officio, & honore, sicut ante sententiam, vt tradit Glossa notab. in cap. sæpe ver. sententia ad fin. de appel. quam commendat Felin. in cap. omnipotens in princ. de accusat. & dicit valdè solemnem, & communiter approbatam Ias. in l.1. num.10. ff. de re indic. & probat text in l.2. §. fin. de pœnis, & in l.1. §. integer. ff. nihil nouari appell. pend. & in l.3. C. de appellat. Prædicta limita, nisi crimen sit notorium, vel famosum, vel enormitas delicti, vel scandalum aliud expostulet, per text. in cap. presbyter si à plebe. iuncta ibi glos. 3. quæst.5. quam dicit sing Bald. in l. Senatus C. de his qui accus. non possess. Angel. in l. vacantia C. de bonis vacant. lib.10. & Hyppol. sing.305. & cons.130. num.12.

At in foro conscientiæ, qui scit possessorem Ecclesiæ vel dignitatis non esse verum Prælatum, eo quod aliquem tituli defectum patitur: licet sit subditus illius Ecclesiæ, vel dignitatis, non ideò tenetur ei obedire, nec debet ei soluere, quod Ecclesiæ vel dignitati debet; nec soluendo ei liberatur, & consequenter potest ei denegari, & auferri ius suum, quod aliàs in foro exteriori habet: ita pulchrè D. Anton. 3. part. tit.15. cap.1. §.2. quem refert, & sequitur Silu. verb. beneficium 3. post princ. & Nauar. cons.7. num.3. de sentent. excommunic. pro quorum opinione facit, quòd licet maritus non possit discedere ab vxore adulterante, nisi Iudicis authoritate cap. ex parte, cap. sponsa, & cap. significasti de diuort. benè tamen potest ei denegare debitum coniugale, cap. dixit Dominus 32. quæst.1. sic intelligẽdum secundùm Sot. in 4. dist.36. qu. vnic art.3. & facit glos. in summa 24. quæst.1. dum dicit si Prælatus meus est occultè hæreticus, non teneor in occulto abstinere à celebratione, licet me excommunicauerit, nisi tantùm in publico, sequitur Felin. in cap. fin. de hæret. per quam dicit Prælato occulto hæretico posse denegari in occulto obedientiam, quod est originale dictum Innocent. in cap.1. de schismat. commendatum à Panorm. in cap. ad probandum num.17. de re iudicat. vbi ait (quantumcumque excommunicatus tolleretur; dummodo probari possit esse excommunicatum) si vocet aliquem ad ordines, vel ad alia sacramenta, posse ei dici; Non recipiam hoc à te, quia es excommunicatus, vnde tibi participandum non est, & hanc pariter esse legitimam causam appellandi, si Prælatus eum compelleret, quod erat verum ante extrauagantem ad euitanda scandala, hodie verò secus est dicendum.

Nota tamen, quòd officialis delinquens in officio priuatur ipso, vt fuit decisum in facti contingentia. Paris. de Sindic. in verbo Iudices capi, num.8. quem refert Georg. in allegat.42. num.17. delinquens enim in dignitate, seu munere priuatur illo l. si aliquid, vbi DD. C. de suscept. lib.10. facit text. in l. si Iudices, C. de dignitat. lib.12. Cappyc. dec.121. num.17. Lancellot. de attent. cap.4. num.27. vnde meritò Curia Archiepiscopalis

Neapolis iudicauit Cursorem missum ad citādam mulierem, quam deinde in illo actu volebat cognoscere, esse priuandum tali officio, vt testatur D.Ricc. *in dec.* 282.*part.*2.vbi etiam quod delinquens in officio priuatur salario, & eius bona illi officio confiscantur, *l.ordinandorum,& ibi Platea.C.de Cohortal.lib.*12. imò officialis delinquens in officio, eo priuato ampliùs non admittitur ad illud Clar.*in pract.crim. quaest.* 73. Maful.*in addit. ad Capic. in dec.*121.*num.*10. nec per rescriptum principis, nisi expressè, & specialiter denegetur iuribus probibitorijs.Franc.Marc.*dec.*390.

Delinquere autem in officio quis dicitur vbicumq; fauore,colore,authoritate,praetextu,vel contemplatione officij delinquitur, vt fuit dictum in vna Romana *Notariatus die* 4.*Decembris* 1583. *coram Cantuccio*, coram quo etiam fuit dictum die 27.Ianuarij 1584. talem praefatam poenam priuationis officij non incurri ipso iure, quod etiam sequor ipse ex decis. vnica Caesaris de Grassis *in tit.de poenis*, & vide nostram Collect. *dec.ad pragmat. Regni 6.de offic.Iudic. & aliorum officialium*. Sed Barones quando pro delicto possint officiales suspendere, vide Mastril.*in dec.*188. & officialis ab officio remotus, quas actiones habeat vide Guglielm.*in dec.Rot.Spirens.*38.par.1.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Officialis pendente inquisitione etiam ante litem contestatam suspenditur ab officio iuxta decisionem, quamuis refutentur rationes,& datur praxis.*

2 *Dissidentes recensentur cum moderatione, sed statur decisioni.*

3 *Quid in officijs in quibus non cadit priuatio,& contra D.Pres. depugnat R.Latr.*

1 INferioris haud auctoritatis Doctores refellunt rationes D.mei, sed asserta comprobant, alij omninò contradicunt, nihilominus amplexanda est decisio concludens suspensionem officij, & exercitij, administrationis pendente iudicio delinquétibus in officio, constito priùs summariè de suspicione, vt docet, & practicari testatur Praeses, & firmant R.Sanfel.*dec.*162.de Pont. *dec.*25. P.Merlin. *centur.*2. *controu.*28 *num.*11.*& seq.* vbi refutando rationes hic allatas conatur afferre validiores, & dum officialis inquiritur, duo fiunt iudicia, vnum summarium ad finem suspendendi, in quo sufficiunt coniecturae,& praesumptiones, alterum ad finem condemnandi. Guazzin.*in tract.ad defens.cap.*22.*num.*17. & delictum debet esse commissum in officio, & non extra officium. Amicangel.*de regal.offic.qu.*20. *num.*22.

2 Oppositum sustinet Camil.de Me.*con.*143. non posse ante contestationem litis fieri suspensionem, & interdici administrationem officiali delinquenti in officio, & assentiuntur alij quos cumulat D.Prat. *in resp. crim.*2.*num.*53. sed satis esse extra Ciuitatem degere officialem absque suspensione ait Molfesius, quem sequitur Carena *resol.*38. *num.*31. Verumtamen quidquid authores citati velint, & Grinell. *dec.*60. constabilitur decisio per Merlinum, & ita seruari tradit D. R.de Matin.*ad Reuert.obseru.*2. & suspensio fit ab officio emolumentis officij, vt de praxi testatur de Ponte,& Amicangel.*vbi sup.num.*23.

3 Haesitatio est, an detur suspensio, vbi non caderet officij priuatio, & negantem opinionem cum D. meo *num.*2.tenet Camill.de Medic.*vbi sup.nu.*13.de Ponte *dec.*7.Merlin.& Prat.*vbi sup.num.*44. Contrarium autem probat, & millies practicatum testatur R.Latr. *consult.*33.*num.*41.

SVMMARIVM.

1 *Frumenti, aliarumque frugum pretium Princeps tempore penuriae potest moderare etiam pretio viliori.*

2 *Vendere quis cogitur frumentum vili pretio tempore necessitatis.*

3 *Clericorum frumenta, & Ecclesiarum comprehenduntur in moderatione, quando publica necessitas adest & num.5.*

4 *Ecclesia, & ecclesiastica persona, in quibus casibus teneantur subire onera, in quibus versatur publica vtilitas, remissiuè.*

6 *Clerici repugnantes taxationi factae a Principe seculari, carius vendendo fruges, mortaliter peccant.*

DECISIO IX.

Pretium frumenti tempore penuriae vilius per Principem constitui potest.

Clerici in venditione frumentorum tenentur stare taxationi appositae per Principem, ex causa penuriae, vel alia iusta.

1 POtest Princeps ex iuris communis dispositione tempore penuriae, † pretium frumenti, & aliarum frugum, & pretio etiam viliori statuere, & moderare,prout Illustr. Prorex fecit de mense Septembr. 1569. quo tempore in hoc Regno maxima, & insolita penuria accidit Bart.*in l.*1. *§. cura carnis, in* 2.*opposit.ff.de off.praesid.*Io.de Platea *in l.*1. *C.vt nemini lic.in empt.specie. lib.*10. & post eum ibi Luc. de Pen.*in fin.vers.*Minad.*in const.Reg. in aliquibus in verbo,Comitum num.*63.*fol.*36.*vers.& non solum.*Niger.*in cap.Regni de Platea,vers. Similiter etiam num.* 11.*fol.*182.Didac.*var.resolut.lib.*3.*cap.*14.*num.*3.*vers. secundus casus, fol.*368.& in proprio casu tenet Aularus Valiseg.*in suis consult.*22. *vers.fui autem fol.*33.& plenè Ioan.Guttier.*in pract.q. quaest.*13. *lib.*1. ea potissimum ratione tempore necessitatis subtrahens fru-

2 mentum excusatur à furto † multò magis habentes frumentum cogentur viliori pretio vendere, quod etiam dixit Abb. *& ibi apost.in cap.*1.2. *col. de empt.& vend.*idem Luc.*in l.*1. *C.de quibus mun. vel praestat.*1. *colum.vers.sed pone,*qui allegat text.*in l.si pendentes.§. sed & quid,ff.de vsufruct.* vbi Bald. etiam colligit hoc ex illo text.& ibi Ang.qui subdit, hoc suadere vtilitatem Reip.vt abundent victualibus, & dixit Lucas, vbi suprà fortiorem esse hunc casum inediae, quàm casum positum in *d.l.*quia magis vrget, ne quis patiatur propriam Ciuitatem famis inedia perire, quàm Prouincias subiugare, vel alias prouincias amissas recuperare, & multa ponit ad hoc Afflict. *in proemio Constit. Regni, in* 5.*quaest.penult.col.vers.in quantum* post And.*ibi*

3 Si igitur hoc est ex iuris dispositione, † non autem per viam statutorum Ciuitatis, comprehenduntur in taxa, seu moderatione pretij, etiam frumenta Clericorum, & Ecclesiarum, ita in simili arguit Bart. *in l.fin. C.de exact.trib.lib.*10. quemadmodum etiam comprehenditur in casu *l.prima.C.vt nemini lic.in emp.specierum,*vt dicit Bart.*ibi in ver.nota etiam,*& clariùs Io.de Platea ibi loquens de venditione frumenti tempore carestiae, dixit Ecclesiam ad hoc teneri, maximè vbi publica necessitas adest, cui nisi subueniatur redundaret in damnum Ecclesiae, & dicit Didacus Perez. *in commentarijs ad quatuor priores libros ordinationum Reg.* Ca-

Castella lib. 1. in tit. 2. l. 12. in glos. in verbo (però si acaesar) *quòd tempore necessitatis tenetur Ecclesia triticum, & aliud granum ad forum venale mittere fol.* 54. Quod maximè consideratum fuit in casu, de quo agebatur, cùm omnes præsbyteri seculares, & infinitus numerus religiosorum in Regno existentium, si non fuisset eis facta venditio per laicos iuxta taxam factam per Regiam pragmaticam, fame forsan perijssent, vel fuissent coacti necessitate famis bona propria Ecclesiæ vendere, & idem dicit Io. de Platea *in d. l. fin. C. de quib. mun. seu præstat. nem. lic. se excusare*, vbi Luc.
4 de Pen. latiùs exordiendo articulum, † quando Ecclesia teneatur subire onera, in quibus versetur publica vtilitas, pulchra ponit facientia ad hanc materiam, & ad dicta per eum me remitto, & in specie pragmaticæ
5 editæ in anno prædicto 1569. † quod sub taxa prędicta compræhenderentur frumenta Clericorum fuit dictum esse decisionem D. de Soto *in 4. sent. distinc. 25. qu. 2. art. 2. 4. colum. vers. 4. concl. qui dicit personas Ecclesiasticas neque iure diuino neque iure humano esse omnino à legibus exemptas ciuilibus, quia non obstante clericatu sunt ciues Reip. & eius membra, & propterea teneri clericos quatenus ll. Principium spectant ad pacem, & tranquillitatem Reip. eis parere, & subdit. enim verò si Rex pretia frumenti, vel ordei, vel quarumcumque rerum lege moderetur, Clerici carius vendentes mortaliter delinquunt, & ad restitutionem, sic laicis tenentur, tametsi à pœnis iuris, quæ sunt corporales, sint exempti.* Et hoc idem, quòd peccent mortaliter, dicit Lucas in multis locis, *d. l. fin.* pro quo etiam facit, quod post alios dicit Abb. *in d. ca. 1. col. fin. in gl. fin. de empt. & vendit.* magis teneri clericos ad exercendum charitatem, quàm laicos, & quòd aliter facientes peccant, quia principaliter ad vsum pietatis sunt beneficia instituta, & multa ad propositum dictæ pragmaticæ, & quòd quis cariùs vendendo, peccet mortaliter, tenet Didac. *lib. 3. variarum resol. cap. 14. vers. 25 casus, fol. 368. in noua impres.* Et preterea tempore penuriæ prædictæ habita matura discussione in Regio Collaterali Consilio, cum interuentu aliquorum ex Regijs Consiliarijs Sacri Consilij cum quibus ego interfui, fuit vt sup. conclusum, & postea dum laici propter necessitatem famis de facto cępissent frumenta clericorum, ne fame perirent, & fuissent postea conuenti in Sacro Consilio ad solutionem pretij, & ego essem Commissarius Generalis contrauenientium prædictæ pragmaticæ, fuerunt conuenti, & condemnati ad solutionem pretij, iuxta pragmaticam, & denegantes soluere fuerunt etiam condemnati ad expensas, & interesse vide Octauian. Vulpellum, qui de hac decis. meminit *in tractat. de libert. Ecclesiæ part. 2.* Et an Clerici sint exempti ll. ciuilibus plenè. Velasc. *consulat.* 100.

ADDITIO D. VISCONTI.

POst principium, Adde Couarru. *lib. 3. var. resol. ca. 14. num. 3. vers. secundus casus*, & Guttier. *in 3. qu. 13. volum. 1.* post Gomez *variar. resolut de contract. in tit. de empt. & vend. num.* 51. Surd. *in dec. 275. num. 4.* & ibi de materia, & latissimè *in tract. de alim. tit. 1. quæst.* 77. Aluar. Velasc. *in consult. 22.* & an possit cogi venditor habere fidem de pretio ibidem.

Et ad istam decis. Adde videndum omnino D. Garsiam Mastrill. apud me magnæ authoritatis, & per multos annos post hæc scripta impressum *in decis. 17.* post Campan. *in cap. regni 238. post. num. 8. versic. imò etiam Clerici*, & ibi de materia, Nauarr. *in manuali confessor. cap. 23. sub num. 88.* & Eruditum D. Campanilem nunc Episcopum Laquedonensem *in suo diuersorio Iuris Canonici par. 1. de priuileg. cleric. ca. 2. num. 1. 2.* Adde Caball. *in resol. crim. casu 9. num. 5.* vbi comprobat, & D. de Ponte *de Potest. Proreg. fol. 47. num. 2. num. 4.* Adde Episcopum Minorens. *in prax. Episcop. in ver. Ecclesia vers. 7. fol. 96. ad hanc decis.* Adde Viui. *dec. 28. num. 1. 11. 13.* Nigrum in c. regni 169. *num. 11.* meminitque de hac decis. eamque sequitur idem Episcopus *in ver. pragmatica §. 2. fol. 165.* & Rouitus *in pragm. 1. num. 6. de annona.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Plura de priuilegijs penuriæ, remissiuè.*
2 *Diuites tempore penuriæ gratis mutuare coguntur.*
3 *An obligari cogi possint pro vniuersitate, & beneficio ipsius.*
4 *Officialis, potest cogere ciues vendere tempore necessitatis necessaria.*
5 *Iudex tempore penuriæ etiam ex officio inquirit, & tollit fruges è manibus diuitum.*
6 *Iudex potest cogere diuites ad mutuandum vniuersitati tempore necessitatis, & num. 10.*
7 *Publicani, & affictatores ratione penuriæ, & necessitatis, tenentur soluere, etiam ante tempus, & vendere, non modò iusto precio, sed minori.*
8 *Maximè, si res exposita est venalis.*
9 *Princeps potest prohibere, quòd exteri non emant frumentum in Regno, ne regnum exhauriatur, & siccum remaneat, & penuriosum.*
10 *Diuites tenentur mutuare vniuersitati pecuniam, vt ematur frumentum, ne penuria inuehatur, etiam per capturam.*
11 *Et tunc non habetur ratio nobilitatis in carcerando.*
12 *Necessitas non habet legem.*
13 *Quę compulsio debet esse generalis omnium ciuium, & non particularis vnius, vel aliquorum, ne præsumatur odium.*
14 *Item in tali casu rustici, & massarij habentes victum in Ciuitate, & non extra vendere debent, ratione proximioris charitatis.*
15 *Pariter Iudex statuere debet quantum panis cocti singulis diebus sit vendendum cum prioribus loci illius, vbi penuria vrget.*
16 *Item statuere potest, vt forenses non emant, nisi per certam horam, vt ciues dulciori pretio emere possint.*
17 *Maximè contra recatterios.*
18 *Causa contra officiales, furnarios, & pistores summariè, breuiter, feriatisque diebus publica pro vtilitate tractari possunt.*
19 *Iudex, & superior ratione vtilitatis potest iubere, quòd merces vendantur in grossum, & non minutim adhoc, vt maior appareat vbertas, & pluries in facto contigisse testatur author.*
20 *Prohibitio generat appetitum.*
21 *Et ratio est, ne massarij diu morentur in Ciuitate, & damnum succedat agricultura.*
22 *Item ratione necessitatis obligatus vendere duo, potest vt vendat tria, & quatuor.*
23 *Item tempore necessitatis potest iubere superior abundantiam carnis arietum.*
24 *Et in defectum sine pretio capere.*
25 *Et cogere, quòd vnus vendat.*
26 *Item potest infringere libertatem vendendi, & alia remissiuè.*
29 *Item Rex noster inuictissimus potest restringere tractam concessam, videns necessitatem Regni.*
28 *Item potest præstare assensum Ciuitatibus, & Terris Regni emendi frumenta, & reuendendi pro abundantia, & vbertate.*
29 *Iudex potest, & debet procedere contra vendentes cariùs quam taxatum.*
30 *Iudex superior taxat, etiamsi taxauit.*
31 *Item iudex taxat, licet vniuersitas taxauerit frumenti pretium.*
32 *Iudex ipse, tamquàm prædecessor debet successori gubernium committere, vt populum alat.*

33 *Si Vniuersitas frumentum, vel merces emit, & corrumpuntur, ciues ipsius emere compelluntur, ne in damno Ciuitas exstet, & publica pro vtilitate.*

1 ADDE de † priuilegijs penuriæ, seu caristiæ
Ozascum *decis.95.Senatus Pedem.nu.8. &*
2 *seq. & nu.51.* Ibi quòd † diuites gratis mu-
3 tuare coguntur, & an cogi possint se obliga-
re pro vniuersitate, & beneficio ipsius, quæ ego ad *l.1.*
4 *C. de Metellar. lib.* 11. & quòd officialis possit cogere
ciues vendere tempore necessitatis necessaria. Bartol.
in c.1.de emptione,& venditione. latissimè Gomes.*lib.*
2. resolut.cap. 2.num. 11. *ibi.2. casus* Maranta *6.parte,*
5 *verbo inquisito, n.* 181. vbi quòd † iudex etiam ex offi-
cio inquirit,& tollit fruges e manibus diuitum,& quòd
6 † iudex possit cogere diuites ad mutuã sum vniuersita-
ti tempore necessitatis, latè Blascus *in silua Memora-*
7 *bil.c.5.n.16.& 17.* Item † publicani, & affictatores ra-
tione penuriæ, & necessitatis tenentur soluere etiam
ante tempus, & vendere non modò iusto pretio, sed
minori, secundùm eumdem, & Afflict. *quæst.3.in præ-*
ludijs Institut. Bossius *in tit. de extraord. crimin. n.7.*
Pincilus *in repetitione l. 2. de rescinden. vendit.* & ego
dixi *in §. cura carnis, l.1.de offic. præfect. vrbis*, Tolos.
*decis.*446.vbi Addition. Couarruuias *lib.2.resolut.c.3.*
8 † Maximè, si res exposita venalis est, & Additionator
ad Franciscum Marcum, *dec.*154. Hippolytus de Mar-
sil. *in practic. crimin in §. attingam*. Surdus *in decis.*
*Mont.*275.nouissimè Capania *in c.de palea n.12.& 15*
& in c.pro publici,n.8.in c.Regni Neapolit. Item nota,
9 quòd † Princeps potest prohibere, quòd exteri non
emant frumentum in Regno,ne Regnum exhauriatur,
& siccum remaneat, & penuriosum Loffred.*cons.24.n.*
10. Boerius *decis.* 296. *in fin.* Petrus Caballus nouissi-
mè *in lib. nouiter impresso resolution. crimin. casu* 12.
10 14. & quòd † diuites coguntur mutuare Vniuersitati
pecuniam, vt ematur frumentum, ne penuria inchoa-
tur, & etiam per capturam, & carcerem Gulielmus de
Cuneo, *in l.neminem, C.de sacrosanct. eccles.* Plat.*in l.*
*2.C.de omn.agro deser.lib.*11. Ripa *de peste 2.par.*161.
Cassaneus *in consuetud. Burgund.rubr.*1.§.4.*nu.*48. Et
11 tunc non † habetur ratio nobilitatis in carcerando,
12 quia † necessitas non habet legem. Plat.*in l.1.C.vt ne-*
13 *mini liceat lib.* 10. Et † hæc compulsio debet esse gene-
ralis omnium ciuium, non particularis vnius, vel ali-
quorum,quia præsumeretur odium.Bart.*in l.nullus C.*
14 *de Iudæis*,Addit.ad Tolos.*decis.*446. Item nota † quòd
hoc casu rustici, & massarij habentes frumenta, & vi-
ctualia in Ciuitate, & non extra, ratione proximioris
charitatis vendere debent. DD.*in l.1.de frumen. Ale-*
15 *xandrin.lib.*11. Item † iudex debet statuere,quantum
panis cocti debeat vendi singulis diebus in Ciuitate
cum prioribus ciuitatis prædictæ. Plat.*in l.1.C.de fru-*
16 *men. Vrbis Constantinopolit. lib.*11. Item † potest sta-
tuere,quòd forenses non emant,nisi per certam horam,
adhoc, vt ciues dulciori pretio emere possint. Plat. *in l.*
17 *7.C.de erog.milit.annona lib.*12.maximè contra reca-
ctcrios, in terminis,Luc.de Pen.*l.maximas.C.de excu-*
18 *sat.mun.lib.*10. Et nota vnum mirabile, † quòd causæ
contra officiales, & alios fraudantes, breuiter, summa-
riè, feriatisq; diebus tractare potest Iudex publica pro
19 vtilitate.*l.1.*vbi Pla.*C.de pistorib.lib.*11. Item † potest
ratione necessitatis iudex, & superior iubere, quòd
merces vendantur in grossum, & non minutim,vt ma-
20 ior vbertas appareat, quia † prohibitio generat appe-
titum, vt pluries habuimus in facto, in temporibus pe-
nuriæ,a qua DEVS omnipotens nos liberet in futurum
21 & tantò fortiùs, ne † massarij vendentes, diu moren-
tur in ciuitate, & damnum succedat agriculturæ. Plat.
22 *in l.colonos,C.de agricol.& cens.lib.*11.Potest † etiam
tempore necessitatis obligatum vendere duo, cogere
vendere tria, & quatuor, Bar.& Plat. *in l.præsens C.de*
murilegu.lib. 11. sed competenti pretio, Ripa *de peste,*
23 *2.par.vers.sed vlterius.* Item potest † iubere abundan-
tiam carnis arietum. Plat.*in l.1.de erog.milit.anno, lib.*
24 *12.tempore necessitatis*. † Et in defectum, sine pret
25 capere,Bald.*in cap.1.de pace constant.* Et cogere,quò
vnus vendat, Abbas *in c.significanti,* vbi DD.*de appel-*
26 *lat.* Item † potest iudex infringere libertatem venden-
di,& alia facere,quæ Paris. *de syndic.de excessibus Ba-*
ronum,vers. excedunt, & in verbo Iudicis suprema po-
27 *testas*. Et nota quod † Rex noster potentissimus, &
Catholicus fidei defensor, tractam concessam, videns
necessitatem Regni, restringere potest. Plat. *in l si quis*
*C.de aquaductu.lib.*11. Afflict.*in decis.*290.*nu.*7. Bart.
28 *in l.in vendendo,ff.de aqua plu.arcen.* † Item assensum
præstare potest Ciuitatibus,vel terris Regni pro emen-
do frumento, vt necessitatis tempore reuendant pro
abundantia, & vbertate, Angelus *in l. annonam,ff.de*
29 *extraordin.crimin.* Item iudex † potest, & debet pro-
cedere contra vendentes cariùs, quàm est taxatum. Al-
30 ber. *in l. qui metu §. miles, ff.de re milit.* Item † iudex
31 superior taxat, etiamsi inferior taxauit, & ita † etiam
iudex taxat, licet Vniuersitas taxauerit frumenti pre-
tium. Bar.*in l.si aliquam,ff.de offic.procons.& in l.sæpè*
de offic.præsid.& in procemio Gregor *in princ.* Item ip-
32 se † iudex debet tamquàm prædecessor successori gu-
bernium committere, vt possit populum alere. Alber.
in l. qui ordinarium, ff. de offic. præfec. prouinc. Item
33 nota, quòd fauore publicæ vtilitatis, si Vniuersitas
frumentum, vel merces emit, & corrumpuntur,Ciues
ipsius emere compelluntur,ne in damno Ciuitas exstet
Girar. *singulari 29. Partenep.in pragm.de regim. vni-*
uers.Theat.num.46.lib.1.colum.1. & nouissimè ad to-
tam materiam huius decisionis Coppen. *quæst. Saxon.*
59.incipit super hac. Caballus *dicto libro, casu mihi 9.*
12.& 14.vt dixi ad num. tertium.de frumen.cleric.&
aliorum, vide Carau.*in pragmat. Macedon.§.17.num.*
11. Viuium *decis.* 28. *colum.* 1. Nauarum *in suo Ma-*
nuali.c.17.& 23.n.8.& Regentem Tapiam *de iure Re-*
gni Neap.in c.item statuimus,n.2.vers. infertur etiam
ex præmissis,in tit.de Epis.& cler.n.mihi 31 Baro pro-
hibet extinctionem. Consiliarius Rouitus *in pragm.* 1.
de Annona,alia vide per Velascum *consult.* 109.*de cle.*
Salfiedo ad Diaz *pract.Canon.in c.68.in fin venatores,*
& c.55. negotiatiores melius. vbi in specie de materia
huius decisionis, & ad hanc decisionem adde de mate-
ria,& pretio,Surdum *cons.*301.*volum.*3.Mendoc.*cons.*
137. & Don Garsiam Mastrillum *in sua decis.* 17. &
Mynsing.*in l.obser.Cameræ.obser.17.centuria quinta.*

ADDITIO D. RICII.

PRinceps tempore penuriæ potest minuere pretia rerum, & cogere ad vendendum: Adde regulam esse in contrarium, nam nemo inuitus cogitur vendere rem suam in totum, nec in parte etiam iusto pretio. *l. nec emere,C.de iure deliber.* Couar.*variar.resolut.lib.3.c.14.*etiam, quòd sit consanguineus,consors, vel vicinus, nisi retractus statutarius,ita exposcat. Ancharan. *consil.*370.Castren.*cons.1,vol.2.*Paris.*consil.83.volum.3.*Ruin.*cons.70.vol.1.*Surd.*cons.*83 Carpan. *ad statut. Mediolan.p.1.c.417.* Sic præterea mutuum, locatio,& omnes deniq; contractus sunt ab initio voluntarij vulgat.*l.sicut,C.de act. & obligat.* verùm tamen penuriæ tempore coguntur nobiles, & alius cuiuscumque ordinis vendere granum in subsidium Surd. *decis.* 275. qui etiam cum clericis frumentum habentibus loquitur Caualcan. *decis.37.n.78.p.2* Vasquez *lib.1.contr.in præfat.c.6.*subdens, quòd iudex pro alendis exercitibus potest compellere ciues ad mutuandas pecunias Reipu. vbi quoq; ait quòd coactus locare domos in certis casibus intelligitur in subsidium Cuman. Alexand. Ias. & Rip. *ad l.1.ff.solut.matr.* Item fauore religionis cessat prædicta regula Tiraqu.*de priuileg.pia causa,priuileg.67.* Franc. Marc.*decis.636.n.5.p.1.* vbi extendit ad Ecclesiam ædificatam,& reædificatam, sic pro claustro,& pro scholis fabricandis idem Franc. Marc.*decis.535.eadem.p.1.* Imò idem pro viridario,vel ampliatione viridarij Monasterij,Giurba *decis.*41.atque pro omni,quòd esset annexum Monasterio, Macerat.*resolut.* 112. *cas.* 29.*lib.*3.

AD-

ADDITIO D. NOVARII.

HIc firmatur, quòd pretium frumenti tempore penuriæ vilius per Principem constitui potest. Nota quòd hæc taxatio pretij fieri potest à Principe, nedum pro rebus comestibilibus, sed pro qualibet alia re, vt scribit Mo. *in emptor. iuris*, *part. 1 tit. 9. qu. 6.* & in specie in pannis, & pensionibus domorum, vt voluit Castre. post Bellaper. *in l. 1. in fin. C. de episcop. audien.* & quòd in omnibus negotiationibus possit poni pretium, tradit Guttierez *lib. 2. pract. qq. q. 180. & sequ.* & ante eum Isern. *in cap. si verò violater. §. post natale, num. 75. in fin. versic. Item in omnibus de pace tenend.* licet Auiles *in cap. 17 prator. in glos. à razonables pretios, num. 4.* hoc admittit in rebus necessarijs ad quotidianum vsum, secùs in alijs, refert Moder. *pragmatica 1. sub rubrica de annona num. 8. qui num. 6.* dicit, quòd etiam Barones habentes tamen merum, & mixtum imperium possunt facere huiusmodi proclamata tempore carestiæ, allegat Socin. iun. *in cons. 76. volum. 4.* & Franc. Marc. *in dec. 230. 236. & 522. vol. 2.*

Sed quæ alia remedia possint adhiberi tempore caristiæ est videre penes Nattam *in cons. 12.* & nota quòd causa publicæ vtilitatis possunt vassalli cogi ad vendendum etiam viliori pretio, Crauet. *de antiq. tempor. par. 4. sect. 4. num. 6.* Rouit. *in pragmat. 1. de Baronibus per text. in l. si pendentes. §. si quid cloacarij, ff. de vsufructu*, adhibito tamen temperamento, de quo per Couar. *lib. 3. var. resolut. cap. 14.* licet de iure regni regulariter vassalli possint vendere, & emere nulla molestia inferenda à Baronibus, *ex pragm. 1. de Baronib.*

Quòd autem clerici in venditione frumentorum teneantur stare taxationi appositæ per Principem ex causa penuriæ, vel alia iusta causa est videre penes Crassum qui alios allegat *de effectibus clericatus, effectu 1. num. 939 qui in effectu 2. num. 266.* scribit, quòd Clerici vendentes carius, quam per statutum est taxatum, tenentur in conscientia restituere illud plus, videte Molin. *de contract. disput. 394. num. 4. & de iust. & iur. disputat. 31.* Rodriquez *in summa casuum conscientia par. 1. cap. 196.* Nauar. *in Manual. cap. 23. num. 88.* vbi scribit, quod in tali casu superiores Ecclesiastici debent suis edictis iuuare edicta Principum laicorum, latè Surd. *cons. 301. lib. 3.* Vulpel. *de libertat. eccles. part. 2. num. 21. 22. & 31.* vbi dicit, quòd ad hoc sunt compellendi per suos ordinarios, tam enim de iure naturali, quàm diuino quisque tenetur rem suam iusto pretio vendere, alioquin, si quis plus vendat, quàm res æstimetur furtum committit, ita Azor. *Instiut. moral. lib. 5. cap. 12. versic. quarto quaritur*, quod eò magis debet procedere in casu nostro, vbi habetur ratio publicæ vtilitatis, cuius causa receditur à regulis iuris communis, & multa permittuntur, quæ aliter sunt interdicta, & prohibita, *l. ita vulneratus. §. multa. ff. ad l. Aquil. ca. Abbate. §. fin. versic. præsertim de sentent. & re iudicat. in 6* Marsil. *in pract. crimin. §. aggredior à num. 61. vsque ad 74.* vbi ad hoc adducit plura media, Gail. *obseru. 56. num. 4.* quare meritò videmus, quòd licet clerici non subiaceant statutis laicorum, *cap. bene quidem 96. distinct. cap. at si clerici, cap. clerici. & cap. qualiter de iudicijs cap. 2. de foro competent, cap. continua 11. qu. 1. Auth. Cassa. C. de sacros. eccles.* latissimè Grassus *de effectibus clericatus, effectu 2.* tamen secùs est, quando statutum laicorum respiceret publicam, & communem vtilitatem, tàm clericorum, quàm laicorum, est text. & ibi Anchar. *in cap. non minus §. circa de immunit. Eccles. DD. in cap. Ecclesia Sancta Maria de constitut.* Menoch. *consil. 800. lib. 7.* Gail. *obseruat 56. & 32. lib. 2.* Messia *super pragmat. taxa panis conclus. 5. num. 40.* Vulpel. alios cumulans *de libert. eccles. part. 2. numero 25.*

Et an tempore penuriæ frumenta clericorum, & Ecclesiarum comprehendantur sub generali taxa, seu moderatione pretij facta per superiorem, & an possint cogi ad vendendum frumentum, & victualia, vide etiam Cabal. *in resolut. 9.* & Mastril. *in decis. 9.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Clericos comprahendi sub edictis laicalibus ad bonum status regimen spectantibus tenet D. Præses, & ab alijs comprobatur, ab alijs nuncupatim carpitur, qui re consentiur cum opinione eorum, & Author se remittit alibi desuper dicendis.*

1 COmprobant alij D. meum, alij autem expressè carpunt: comprobantes sunt Menoch. *in consil. 800.* Surd. *con. 301. num. 5.* D. Pratus *discept. 27. tom. 2. nu. 16.* obiurgantes sunt Martæ *de iurisd. par. 4. cas. 1. & 2.* Marius Anton. *lib. 1. var. resolut. 9.* tradens Clericos non venire sub appellatione populi, nec comprehendi sub edictis laicalibus ad bonum status regimen pertinentibus, sed esse honorabiliora Ciuitatis membra, excepta à laicali iurisdictione, Ep. Marant. *in apolog. tract. pro iuribus eccles. num. 188.* vbi rationem affert quare Clerici seruare tenentur taxam frumenti à Principe laicali factam, ex eo, quia sit legitimum pretium, quod à d. Principe iusta ratione taxatum est, & si iniusta esset taxatio, & infimum pretium naturale esset maius legitimo, ponderanda sunt allegata per Molin. *disputatio. 364.* & Salas *in tractat. de contract. in tit. de emptio. & vendit. dubit. 7. & seqq.* & Clericos subijci virtuti directiuæ, & coactiuæ quoad pœnas æternas, probat Daniel de Nobilib. *qu. 61. & seq.* Menoch. *vbi sup.* reprobat Sperell. *dec. 13.* alia scribit Genuens. *in prax. Archiepis. cap. 74.* at ipse in omnibus me remitto alibi Deo dante dicendis.

SVMMARIVM.

1 *Matre volente tutelam, & baliatum filij, etsi cæteris præferatur, quid tamen existente auo paterno?*
2 *Nepos non eximitur à potestate aui ratione feudi.*
3 *Emancipatio annorum viginti spatio præsumitur cum distinctione, de qua tamen in num. seq.*
5 *Feudum dicitur peculium castrense, vel quasi.*
6 *Pater, vel auus in ijs, in quibus eis non quæritur vsusfructus non sunt legitimi administratores, nisi velint num. 8. & nisi in illis rebus habeat pater commoditatem fructuum, vt in num. 10.*
7 *Vsusfructus patri non quæritur in feudalibus, sed benè commoditas, num. 9.*
11 *Patre dissipante bona sua non est dandus tutor filio suo, quia si sua nescit, nec aliena curabit cum seq.*
13 *Bart. sententia in l. si constante, in 9. qu. 2. part. princ. declaratur.*

DECISIO X.

Mater an sit præferenda auo paterno in tutela filij accipienda.

1 HAbet mater de iure intentionem fundatam, quia ea volente tutelam, & baliatum filij cæteris præfertur, & hoc non habet dubiū. Sed quia in casu, de quo agebatur aderat auus paternus, ideò videbatur, non esse locum dationi tute-

tutelæ, & sic nec dationi balij, ad hoc allegabatur, *glos. aperta in constit. minoribus.* vbi Afflict. sed clariùs Andr. *in constitut. aliquibus colum. 2. in versic. si verò mi-*
2 *nores*, vbi hoc benè declarat, dicens, † quòd non ex hoc, quòd quis habet feudum, vel peculium castrense desinit esse in potestate aui, & ei est prouidendum de tutore, & hoc erat fundamentum potissimum, & validum pro auo. Pro matre dicebatur, quòd filius fuerat emancipatus, quod dicebatur probari, allegando emantipationem, & probando habitationem seorsum à patre per annos 10. allegabatur, Glos. *in l. 1. cum text. in verbo. diu. C. de pat. potest.* & ibi Doct. Sed responde-
3 batur, † quòd requiruntur anni viginti ad præsumendum emancipationem, ex ijs, quæ glos. ibi, *& in l. 2. C. de præscr. long. temp. pro li.* & Bartol. *l. 2. C. si aduer. rem iud.* Pro solutione huius difficultatis dictum fuit ex mente Salic. *in d. l. 1.* quem sequitur Hieron. Cagnol. *in l. si emancipati. C. de collat.* & D. Anton. Padilla, in *l. ædib. 2. colum. vers. inferturque, C. de seruit. & aqua*,
4 † quòd aut allegatur emancipatio, non inter patrem, & filium, sed inter filium, & extraneum, ad finem confirmandi aliquem actum, & tunc sola quasi possessio emancipationis sufficit ad confirmandum actum factum per filiumfamilias, præterquàm, si essemus in testamento, quo casu, hoc non sufficit: aut est quæstio inter patrem & filium, & tunc aut constat de emancipatione solemni, & quæstio est definita: aut constat, quòd non est solemnis, & idem. Aut dubitatur, quod sit, vel non sit facta, & allegatur, quòd sit facta, & tunc hoc dubium, cum cursu decem annorum sufficit: aut non allegatur, & tunc requiruntur anni viginti. In casu nostro non allegatur fuisse, vel non fuisse emancipatum, sed solùm allegabatur cursus temporis. Ergo ex hac habitatione non præsumetur, & sic dictum fuit, allegatam emancipationem non obstare, & vide Iacob. *in d. l. 2. in fin. & in l. si filius in princ. ff. de probat.* vbi pulchrè.

Secundò dicebatur, quòd postquàm isti feudatarij, sunt milites, vt in titulis feudalibus nominantur, & sic
5 videatur, † quòd feudum sit peculium castrense, vel quasi castrense, vt Andr. dicit, *in d. constit. in aliquibus*, & in locis infrà allegandis, & in castrensibus filiusfamilias habetur tamquàm paterfamilias, *l. 2. ff. ad Macedon.* Ergo videbatur, quòd eidem non possit prouideri de balio, quia reputatur paterfamilias. Sed ad hoc dicebatur responderi per Andr. *in constit. in aliquib. in 2. colum. in vers. si verò minores*, quòd non ex hoc non est dandus balius, quia adhuc remanet in potestate.
6 Tertiò pro matre dicebatur, † quòd in ijs, in quibus patri non quæritur vsusfructus, pater, vel auus, non est legitimus administrator, ex decis. Bart. *in l. fin. §. pupillus ff. de verb. oblig.* quem vt dicit ibi Franciscus Aret. sequuntur communiter Doctores, & ab eius opinione non esse in iudicando recedendum. Sequitur nouiss. Ioseph Ludou. *in dec. Perus. 13. 3. col. num. 8.*
7 † Sed in feudalibus pater non habet vsumfructum, & hoc est absque dubio, vt per Andr. *in cap. 1. §. valuasores, qui feud. dar. poss.* ergo pater non erit legitimus administrator. Si non erit legitimus administrator, erit prouidendum de persona legitima, si est prouidendum, mater præfertur. Et in hac materia Angel. Aretin. *in §. 1. institut. de tutelis.* ponit hanc conclusionem, quòd habenti patrem non datur tutor, quia tutela est vis, &c. sed dabitur curator bonis, ex ijs quæ allegat ipse.

Hoc argumentum dicebatur pati difficultatem, quia quamuis pater in istis non sit legitimus administrator,
8 † erit tamen, si ipse velit, hic est text. *in l. fin. §. sin autem. C. de bon. quæ liber. sibi*, Patre nolente, quem ad hoc ponderat Aretin. *in d. l. fin. §. pupillus*, pro opinione Petri de Bellaper. & licet opinio Bartol. sit communis, non tamen dicit Bart. & qui eum sequuntur, quòd pater, si velet, non administrabit. Sed relictis Doctoribus iuris ciuilis, dicebatur hoc expressè decidi per Andr. *in constitut. minorib. in fin.* vbi ponit, quòd quando aliquis in feudalibus instituit hæredem filium familias, & dedit ei balium, patre volente administrare, eum repellit. *allega. §. sin autem*, & tantùm loquitur in feudalibus in quib. ipse idem Andr. dicit non quæri vsumfructum patri: declarat Afflic. ibi dicens, quòd quando testator prohibuisset patri quæri vsumfructũ, nec pater administrabit: secus verò sit, quando per *l. prohibetur*, vt in casu nostro, & sic respondebatur ad tex. *in auth. vt liceat matri, & auiæ, §. 1.* maximè, quia duriùs agitur cum homine, quàm cum lege.

Prætereà dicebatur, hoc fundamentum habere maximam difficultatem ex eo, quia pater quamuis in aliquibus non habeat vsumfructum, habebit tamen commoditatem fructuum, ita Ang. de Aret. *in d. §. inst. per quas perso. nob. acqui.* Et ideò dicit, quòd is, qui vult, aliquid non quæri patri, quando filium instituit, sit cautus, quòd dicat, quòd pater non habeat, nec vsumfructum, nec commoditatem, sed in specie, quòd in feu-
9 dalibus licet pater non habeat vsumfructum, † habeat tamen cõmoditatem, tenet Bal. ex mente Iac. de Belu. *in c. 2. de fratrib. de nouo benef. inuent. & in l. cum oportet, in fi. C. de bon. quæ lib.* & Ias. qui de his meminit, *in l. cum filiofam. pen. col. ff. de lega. 1.* & Loffr. *cons. 10.* & nouiss. meminit D. Lud. Molin. *lib. 1. de Hisp. primog. c. 19. n. 33. ver. sed quando, fol. 151.* Et ante eum Suarez. *in q. Maioratus num. 15. fol. 898.* Et nouiss. Franc. Milanens. *in dec. Regni Siciliæ decis. 3. n. 72.* Est etiam opin. *Neap. in tit de alim. præst. in verb. de bonis*, quem sequitur D. meus Iac. de Franc. *in d. §. valuasores de his, qui*
10 *feu. dar. poss.* † Si igitur pater habet commoditatem. erit legitimus administrator, vt Loffr. *cons. prædicto 10.* ex mente Bald. *in l. 1. C. de bon. mater.* Et tantò magis, quia hęc commoditas in instrumento donationis fuerit reseruata, & sic existente vera hac, & præcedenti conclusione quòd si pater velit erit legitimus administrator, & etiam quando habebit commoditatem, videtur, quòd pretensa pro parte matris cessant. Et proinde di-
11 cebatur, † stante qualitate aui, esse faciendam prouisionem iuxta terminos, *l. fi. §. minores. C. de sent. pass.* & secundùm formam tex. *in l. Imperator. ff. ad Trebel. de quib. per* Bald. *in l. si constante, in 9. q. 1. p. prin. ff. sol. matr.* Sed dicebatur, quòd imo, ibi reprobat Bart. & dicit, quòd tex. *in d. l. Imper.* procedit quando pater dolosè dissiparet, quod cessat in casu Bar. ibi, & in casu de quo agebatur. Item ibi permittitur patri administratio per cautionem à contrario sensu, quæ in casu nostro est oblata. Et quo ad tex. *in d. l. fi. §. minores*, dicebatur, quòd ibi deportatus amiserat administrationẽ, non mirum, si non recuperat, quia turpiùs eijcitur, quàm non admittitur hospes, & opinionem Imolæ videtur sequi Soc. *cons. 34. in 4. q. vol. 1.* vbi multa dicit, quamuis Arius Pinellus *in l. 1. C. de bon. mat. 2. p. 1. n. 34.* dicat, quòd Soci. se inuoluit in hoc. Dictum ergo fuit, reassumendo verba Bar. *in d. l. si constante 9. q.* quòd si pater malè vtitur substantia sua, si talis abusus cadit in prodigalitatẽ, datur ei curator, & de hoc non est dubium. Aut non cadit in prodigalitatem, & tunc aut malè vtitur substantia sua, vel dote, quia fundum dotalem fortè vendidit, & tunc filij nõ potuerunt aliquid dicere, sed patre mortuo poterunt vendicare, *vt in l. 1. C. de bon. mat.* Sed si dotẽ alio modo dissipat, vt quando dos esset in quantitate, & patrimonium suum taliter distrabit, quòd dos eis non sit salua, putat eis consulendum per officium Iudicis, *vt in d. l. Imperator. C. de sent. pass. §. minores.* In proposito casu, auus istarum puellarum adeò malè vsus est substantia sua vt, ceciderit plusquàm in prodigalitatem obtinuit dilationem quinquennalem, oportuit pro debitis vendere omnia bona sua, super eius feudo debentur plusquam ducat 8000 Reliquit vxorem, & filios, & hoc est notorium, quod habet vim sententiæ, & sic per-
12 inde est, ac si bonis ei interdictum esset, † quod si est, quomodo vult administrare negotia aliena, si sua ne-
13 sciuit? & hic est primus casus Bartoli, † cum quo coniunguntur dicta per Cassan. *in consuet. Burgun. in rub. 6. nu. 851. in verb. apres le trespas*, vbi allegando tex. cum glos.

Gloss. in l. fin. C. ad legem Flauiam de plag. dicit quòd quando pater est absens, deportatus, vel bannitus, quia erit inutilis, prouidebitur de tutore filij. Sed si non esset prodigus, & essemus in secundo capite distinctionis Bart. non est vera, vt dicit Arrius in loco prædicto, & Socin. in dicto consil. 34. qui quamuis text. in dicta leg. prima, C. de bon. mater. det vendicationem filio, quando pater alienat bona materna, non per hoc impeditur, quin per alia iura possit remedium adhiberi. Si sumus in tertio capite, quando alienatio esset mobilium, & hoc casu licet Bart. reprehendatur per Imol. nihilominus in casu, de quo agitur obtinet ratio Imol. quia Imol. reprehendit Bart. ex quo text. in d. l. fin. loquitur, quando quis semel amisit administrationem, quam vult posteà recuperare, si allegatur aliqua ex causis ibi notatis, quòd eo casu non admittitur, secus autem sit si pater administrat, & tractatur de repellendo eum. Hæc ratio procedit in casu, de quo agitur ex quo tractatur de non admittendo patrem ad administrandum. Accedat tex. in l. 3. §. si tutor ff. de suspe. tut. in quo disponitur quòd si aliqua causa prætorem moneret cur tutor, non debeat in tutela versari, eum prætor reijcere debebit. Et ex his Regium Collaterale Consilium (me referente) cum Dominis Regente Reuerterio, & Bermudez infirmo Domino Villano, decidit baliatum matri, auo excluso quem consultò non nomino, de Anno 1568. Ameglio Actuario.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 3. 4. Adde omnino Suarez in tit. de los pleitos, num. 20. per totum fol. 392. in paruis. Afflict. dec. 183. num. 2. vbi Vrsil. num. 8. Cala de modo articulan. n. 1144. fol. 100. à tergo. Menoch. de præsumpt. lib. 6. c. 55. num. 27. & Calau. infra allegat. num. 58. Io. Baptistam Costam in tract. de retrotract. fol. 247. num. 9. & Ludou. Morot. in cons. 52. num. 25.

Vide nouissimè Nauar. cons. 4. num. 12. in tit. de conuers. coniug. alias infidel. fol. 617. Maxil. in consuet. Bari num. 5. & sequ. fol. 249. à tergo in nouis, secundum impress. Venetam.

An emancipatio debeat fieri coram Notario, vel coram Iudice, Robert. Marant. in part. 4. 18. distinct. post Corn. quem allegat, dicit posse fieri coram Notario, & refert ita in facto obtinuisse, & latè discusso articulo, sic consuluit benè Eruditus Borrell. consil. 73. videndus est etiam Maxill. in consuet. Bari. fol. 249. in nouis.

Contrariam sententiam amplexus est Carauita in prag. 1. §. 12. à num. 36. cum seq. de Senatusconsult. Macedon. vbi ex professo disputat artic. & respondet omnibus, qui allegant in contrarium, & finaliter tenet emancipationem debere fieri coram Iudice per text. expressum in l. fin. C. de emancip. lib. vbi Glossa, & ante eum Paris. de syndic. in verb. lis sua, §. quæro de quæst. fol. 183. à tergo, sequitur Clement. de patr. potest. effectu vltimo, num. 79. videatur omnino Ludou. Morot. in cons. supra allegato.

In eadem decis. num. 6. Adde Capyc. decis. 73. in fin. Dom. Regen. de Ponte cons. 31. columna 1. Dom. Anna iunior cons. 1. num. 37. & sequent. cons. 17. à num. 49. post Ascan. Clemen. in dict. tractatu effectu 12. sub nu. 11. & seq. Stephan. Grat. in dec. 76. num. 8. vbi scribit, filium posse bona prædicta alienare absque consensu, & voluntate patris, & iterum num. 19. Vide tamen Vrsill. in dec. Afflict. 393. num. 4. & quæ sunt ista bona, in quibus patri vsusfructus non quæritur, vltra hic num. 7. & seq. Vide aliqua per Capic. in dec. 56. vbi D. Petra in addit. & D. Garsia Mastrill. per multum tempus post hæc impressus in dec. 82. & circa addita hic vide eumdem in dec. 59.

Num. 7. ibi, habenti patrem non est dandus tutor. Adde Afflict. in constitut. ob filiorum in fin. & D. Garsiam in d. dec. 59. num. 2. Clemen. in d. tract. effectu 14. à num. 1. cum seq. Quod amplia idem procedere in habente Auum paternum, si in eius potestate est, Nauar in dict. consil. supra allegato, num. 10. qui allegat §. 1 Instit. de tutel. hic allegatum, dicens, Ita declarare Bart. in auth. matri, & auiæ post Gloss. ibi, & sequitur Salyc. num. 5. Marantam in cons. 51. num. 3. Hinc si filius est minor, & habet bona, in quibus patri vsusfructus non quæritur, debet ei curator dari secundùm Salyc. in authen. excipitur C. de bonis, quæ liberis, & fusiùs Grat. in dec. supra allegata num. 10. 20.

Et quid in patre habente filium minorem emancipatum. Vide Pinell. in l. fin. post num. 15. C. de bon. matern.

In eadem decis. num. 8. in fin. & seq. infra dec. 160. in fine, vbi addo.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Matre transeunte ad secundas nuptias, an dari debeat balius, qui petitur ab ipsa, an legitimus.*

2 *Vidua à iure quot modis dicatur.*

AD hanc decisionem adde omnino, quæ dixi in dec. 4. ad num. 2. istius, & ad num. 3. Modernos in tr. de patr. potest. Carau. in prag. filiorum familias, Bertach. in verbo emancipatio, Videatur Mascardus, Cardinalis Tuscus, & Carpanus, in consuet. Mediolan. ca. 88. 263. 326. & 327. & 15. tract. Vrsillus ad Afflict. dec. 183. & 308.

Ad num. 1. huius Decisionis.

1 An † matre transeunte ad secundas nuptias dari debeat Balius, qui petitur ab ea, vel legitimus. Adde Consiliar. Annam consil. 50. incip. Dum agitur de num. 5. vide suprà dec. 4. ad quam dixi. Ad num. 8. in fine, versic. ita Angelus, adde decis. ibi, ad quam dico. Ad num. 9. adde quòd ante Molinam hoc firmauerit Suar. in disput. Maioratus post repetit. num. 15. vers. plus, & nouissimè Milan. decis. Siciliæ, 3. num. 72. vbi de hac decisione meminit, part. 2. ad num. 2. de patre malè se habente in bonis filij, Cartarius decis. Genuæ 56. Marc. Anton. & Vrsillus dec. 193. ad num. 13. ibi textum cum Glos. in l. fin. C. ad leg. Flauiam. Adde Præsidem infrà dec. 100. num. 18. & Vrsillum decis. 228. nu. 4. Gramm. dec. 14. num. 26. Amonem Soliloquio 72. Paulum Fuscum Episcopum Rauelli singul. 41. verbo mulier habens. Cottam in memorab. verbo, vidua. Folerium in practica criminali laicorum, verbo, audiantur excusatores, num. 79. Couarru. lib. practicabilium quæst. cap. 7.

2 & vidua † quot modis de iure dicatur, Cumia. in ritibus Siciliæ, cap. 38. num. 453. vbi de priuilegijs viduarum. Carau. ritu 19. & Scaglion. ritu 290. Carpanus latiss. cap. 47. num. 109. in lib. 1. statut. Mediol.

Ad num. 8. huius decisionis.

Adde Regentem à Ponte, qui hoc refert, & sequitur cons. 18. nu. 29. & seq. Ad num. 10. Adde ad istud, quòd pater habet commoditatem in feudis, Boer. quæst. 199. Apostil. ad Afflict. decis. 241. & de Ponte allegato consil. 19. num. 28.

ADDITIO D. RICII.

APertè patet in hac decisione, quòd mater præferri debet etiam auo paterno, dummodo renunciet secundis nuptijs, prout est decisio Afflict. 281. & Capic. dec. 56. præfertur etiam patri naturali, vt dixit Cassador. decis. 1. tit. de success. quamuis restet debitrix pupillo in magna quantitate, iuxta textum in authent. ad hæc, C. quando mulier, tutel. offic. fung. poss. cùm naturæ amor plus circa filios faciat absque suspicione, Grammat. dec. 55. Menoc. de arbitr. iud. lib. 2. casu 168. num. 3. vnde videmus, quòd concubina est tutrix legitima

tima filiorum naturalium, ficut vxor legitimorum Clarisaque singul 16. & femina nec à testatore, nec à Iudice tutrix dari potest, nisi sit mater, vel auia pupilli, Bero. quest. 67. et si propter transitum ad secunda vota matris dandus sit tutor, præfertur auia superstes Bart. in l. 11. ff. de testam. tut. num. 32. & matre nolente esse tutrix auia in tutela præfertur datiuo, iuxta Bart. cons. 145. & quod plus est præfertur legitimis matre in medio non existente idem cons. 242. lib. 1.

Benè verùm ad hoc, vt ad tutelam admittantur plura facere debent, primò debent renunciare Senatusconsulto Velleiano, & omni legum auxilio faciendo inuentarium, & dando fideiussores, tamen non tenentur renunciare cum iuramento, Capic. dec. 50. Boer. decis. 124. & Bart. in d. l. 11. ff. de testam. tuto. secundò, quòd renuncient secundis nuptijs, vt suprà, tertiò debent promittere solemnia cum expressa hypotheca suorum bonorum, aliàs talis omissio vitiaret tutelam Capic. d. dec. 50. num. 5. quartò tenentur accipere tutelam per manum iustitiæ, Cassan. in tit. des infans. rub. 6. §. 3. glo. 3. & tenentur tria facere ante administrationem, & ibidem, & quæ alia promittere debent, & quibus iuribus renunciare teneantur, vide Matthei. sing. 108.

Et casu quo mater, vel auia transiuerit ad secunda vota perderet tutelam, vt dixit Guid. Pap. quest. 539. secus tamen procedit, quando contraxerit tantùm sponsalia, quia potest recedere à sponsalibus Angel. in l. solet. ff. de his, qui not. infam. & secundùm hanc opinionem fuit decisum per Afflict. dec. 357. vt pariter si volens nubere tutelam deposuerit, nam si posteà non nubat eam recuperat Boer. dec. 266. & quamuis Mysinger. obseru. 83. cent. 3. dicat, quòd mater tutrix tutelam amittens ob secundas nuptias, eam non reassumat mortuo secundo marito, tamen est videndus Peguera decis. 166. vbi facit hanc distinctionem, quòd aut res est integra, idest, quòd interim non fuit datus tutor, & hoc casu potest reassumere tutelam amissam, vel res non est integra, idest, quòd fuit datus tutor, & non poterit, & quando mater esset minor, an possit esse tutrix est videndus Boer. dec. 124. nu. 7. vbi negatiuè respondet, & existente matre pupilli, an interim sit locus legitimæ, vel datiuæ, vide Marc. quest. 75. par. 2. & Bart. in authe. Sacramentum. C. quand. mul. tutel. off. fung. poss. & quòd sit locus legitimæ scribit, idem Bartol. in l. si quis, n. 30. ff. de testa. tute. & si mater transiuerit ad secunda vota quis tunc debeat dari tutor, vide Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. casu 151. & an sit locus legitimo, vel datiuo, vide Bart. in l. si quis sub conditione. ff. de testa. tut. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 151. n. 6. & ita pariter amittit tutelam mater quando luxuriatur, sed tunc ad quos tutela redeat, & an ad eum, quem mater petijt, vide Bart. in l. 11. §. sexaginta. ff. ad leg. Iul. de adult.

Sed restat videre an mater secundò nubens tutelam filij retinere possit ex Principis rescripto, ob quam videndus Menoc. dec. . . in fi. vbi affirmatiuè respondet.

ADDITIO D. NOVARII.

MAter volens tutelam, & baliatum filij cæteris præfertur excepto auo paterno, non dissipante bona sua, secus si dissipet, vt fuit determinatum hìc, & ita etiam Tepat. hunc Authorem referens variarum iuris sententiarum in titulo quando mulier Tutela officio fungi potest vers. 8. fol. mihi 194. Masul. in decis. 56. nu. 3. & vide Afflict. in dec. 183. Peregr. in dec. Patauin. 28. n. 6. Galter. in praxi tute. in 1. par. in princ. num. 18. quos nouissimè refert Compend. dec. Neap. in ver. Mater in tutela an sit præferenda, sicque dicit iudicatum tantò magis, cum fuerit à patre relicta tutrix, quibus adde Vrsil. in dec. 183. vbi firmat pariter conclusionem, matrem præferri auiæ in tutela, & omnibus tutoribus, exceptis testamentarijs, & adde Capic. in dec. 56. & eũdem Afflic. in dec. 281. & nota quod mater præfertur in baliatu filiorum viri defuncti, vt fuit decisum in S.C. Marico, in addit. ad const. Regni feudas. Garsia, dec. 59.

Obserua tamen, & firma regulam, quòd regulariter mulier tutelam gerere prohibetur, l. 1. C. quando mulier tute. offic. fungi possit l. tute. & l. fin. ff. de tute. l. iure nostro, ff. de testa. tute. l. scire in princ. ff. de tut. & cur. at. dat. ab his. Franc. Marc. dec. 11. p. 1. ita quòd non valet dispositio testatoris relinquentis tutores ad electionem matris, vel mulieris, si credimus Bero in quest. 67. licèt valeat præceptum, vt tutela de consilio mulieris administretur, l. quidam decedens. §. 1. ff. de administr. tutor. Caldas. de restitut. minor. par. 2. num. 106.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Diffidium nobile de tutela deferenda matri an auo paterno.*

2 *Cumulantur opiniones confutato placito D. Caroli Rota.*

3 *Emancipationis præsumptio per quod tempus inducatur.*

4 *Filius viuente patre, an possit vendicare bona aduentitia alienata à patre, & quid per viam assecurationis dotium.*

5 *Pat er in bonis in quibus non habet vsumfructum, an habeat commoditatem.*

1 DIscordantes adsunt decisiones super proposita controuersia, vtrum tutela sit deferenda matri existente auo paterno, & pro matre decisum refert D. meus, & Afflict. dec. 183. R. Salernit. dec. 55. & tenet glos. in Auth. defuncto vers. gradus, vbi D.D. C. ad S.C. Tertull. extrema est altera sententia auum præferri matri, glos. in Authent. matri, & auia, C. qui tutel. offic. fungi pot. & meliùs in corpore vnde sumitur d. Authent. de hered. ab intest. venient. §. ex ijs collat. 9. constit. 1. vers. hæc enim, Salyc. ibid. num. 5. & Alberic. nu. 3. & bis in fauorem aui pronunciatum refert Pereg. dec. 28. num. 6. & firmat Arias de Mesa lib. 3. resol. 25. num. 19.

2 Conciliantur opiniones, vt præsens decisio habuerit locum, ex eo, quòd auus erat dilapidator, & ideò baliatus fuit delatus matri, vt habetur ex Reuert. dec. 254. vel quando auus non habet nepotem in potestate procedat prima sententia, si autem haberet, & tunc non est quærendum de tutela, & auus excluderet matrem, quia existenti in potestate patris non datur tutor, Aret. in §. 1. instit. de pat. potest. & appellatione patris venit etiam in dispositione statuti auus, l. iusta pronunciatio, ff. de verb. signif. & in puncto de tutela in concursu matris, & aui docent Salyc. & Alberic. vbi sup. & consuluit Marant. cons. 51. & ex D. meo num. 7. probat Viscontus, & Amat. var. lib. 1. resol. 24. & ita discusso articulo ad fauorem aui pro exclusione matris decisum in M.C.V. refert Thor. p. 3. ver. tutela, & quamuis nouissimè D. Carolus Rota in tract. de priuil. mulier. cap. 2. num. 78. & seq. pertinaciter reijciat Marantam, cuius opinio cùm sit solidissimè constructa in conclusione probatiorum authorum præsertim Salyc. Afflict. & aliorum expresè docentium non posse agi de tutela matris in casu quo nepos esset in potestate aui, prout iudicatum est per M. C. V. & comprobant D. R. de Marin. lib. 1. resolutio. 54. numero 2. Emanuel Valeron. in tractat. de transact. tit. 3. quæst. 1. num. 18. propterea recedo bona venia ab opinione dicti Authoris contra meam conciliationem stantis, & similiter ab opi-

opinione Carusi in *Sylua termin. arbor.26.nu.* 14. qui non discutit articulum per tramites iuris, & Capyc. *dec.* 56. & alij allegati obiter loquuntur. Quando tandem posset dari tutor filio existenti in potestate patris videndus Mastrill. *decis.*59.

Pro dilucidatione alterius articuli, an, & per quod 3 tempus inducatur præsumptio emancipationis, tenendum videtur induci spatio decem annorum quantum ad validitatem contractuum, ne contrahentes decipiantur, si contractus initio fuerint vti ab emancipato, non autem quoad liberationem à patria potestate, quia requiritur lapsus viginti annorum *l.1.C.de patr.pot.*D. de Marin. *ad Reuert. ad. sup.* Si verò non allegatur emancipatio sunt necessarij quadraginta anni Cæl. Angel. *de acquir.poss.q.3.n.239.& 266.* vbi idem tradit indistinctè quantum ad validitatem testamentorum, vt semper sit opus dicto curriculo temporis.

Filius viuente patre, an possit vendicare bona ad-4 uentitia alienata per patrem inquiritur *num.* 11. & negatur quando bona sunt stabilia, & D. meum refert, & sequitur Rot.Rom. *in calce tractat.* Merlin. *de pignor. dec.*36. vbi ampliatur etiam sequuta emancipatione vti in fraudem facta, secus si alienata sint mobilia. Aduertendum erit, quòd filij benè possunt agere pro assecuratione dotis quando fuere alienata stabilia Bart. *in l. si constante nu.* 10. *ff. sol. matr.* Rota Rom. *vbi sup. num.* 14.

Pater in bonis in quibus non habet vsumfructum, 5 non est ipso iure legitimus administrator, nisi ipse velit esse, vt post notata *n.*6. ex Camill. de Medic. *con.* 99. *n.* 53. & alijs probat R. Galeot. *lib.2.contr.41.à num.4.* & administratio durat etiam post maiorem ætatem filij. Ruin. *con.24.lib.5.n.8.* D. Galeot. *vbi sup.* & ea ratione debetur commoditas, quia fructus qui proueniunt ex bonis castrensibus mutant naturam, & fiunt aduentitia. Caual. *de vsuf. mul. relict.* 181. quamuis secus in feudo filij probat Bilott. *concl. feud.* 2. *num. vlt.* alia erunt videnda *obseruat.* 161. & tunc pater est administrator quando vsusfructus sibi prohibitus est non in odium suum, sed commodum filij, vt D. Galeot. aliàs secus.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica an hodie prohibeatur, & n.4. & concluditur affirmatiuè sub num.9.*
2 *Correctoria, nec ex identitate rationis extenduntur, nisi per legem, & num.5.*
3 *Legatarius non cogit heredem ad adeundum, fideicommissarius sic.*
6 *Falcidia appellatio communis est ad Trebellianicam.*
7 *Authen. sed cùm testator. C. ad leg. Falcidiam declaratur.*
8 *Extensio in correctorijs fit ex legis scripta ratione.*
10 *Trebellianicam prohiberi posse inter liberos primi gradus, opiniones recensentur, & sic concluditur sub n.17. & dato quòd opinio contraria esset vera, an procedat extraneis substitutis num.20.*
11 *Fructus medij temporis in quartam imputantur extraneo, liberis vero minime.*
12 *Testatoris voluntas est seruanda sicut lex.*
13 *Trebellianicam, & legitimam detrahit filius, sed Trebellianicam, non vt filius, sed vt grauatus.*
14 *Debitum sicut testator iubere potest imputari in Falcidiam, ita & Trebellianica in legitimam, quæ vt æs alienum consideratur.*
15 *L. iubemus. C. ad Trebell. latè discutitur, intellectus, & de ratione decisionis, num.18.*
16 *Expressum dicitur, quod ex l. mente prouenit.*
17 *Generalis dispositio non trahitur ad specialia.*
19 *Legitima, quænam portio hereditatis sit.*
20 *Extraneis substitutis testator an possit prohibere detractionem Trebellianicæ.*
21 *Coniunctorum contrarietas ad sedandas, varia sunt inducta.*
22 *Inuentario non confecto, an amittatur Trebellianica.*
23 *Priuatio alicuius iuris induci non debet, nisi à l. expressè caueatur.*

DECISIO XI.

Trebellianica, an filijs primi gradus possit prohiberi, & quibus causis amittatur.

IN causa Sanctiss. Nominis IESV cum Alfonso, & Ioann. Dominico Gagliardis substitutis per Magnificum V I.D. quomd. Ioann. Benedictum Gagliardum Decio eius filio. Facto casu substitutionis, quia in testamento prædicti Ioann. Benedicti reperiebatur prohibita Trebellianica, & dubitabatur si poterat prohiberi in filijs primi gradus, licet hæc fuisset principalis dubitatio, fuit tamen de substitutis tractatum.

Primò, an quemadmodum potest per testatorem prohiberi Falcidia per tex. *in authen. sed cùm testator. C. ad legem Falcid. quæ sumpta est ex. §. si verò expressim, de hæred. & Falcid.* possit etiam prohiberi Trebellianica? Quia si aliquis ex Dominis de Consilio teneret opinionem, quòd dispositio tex. *in dict. authent. sed cùm testator*, non haberet locum in Trebellianica, quæstio principalis esset definita.

Secundò quando teneretur opinio, quòd possit prohiberi Trebellianica, sicut Falcidia, an hoc procedat, quando sunt instituti hæredes, existentes in primo gradu.

Tertiò quando retenta opinione, quòd Trebellianica non possit prohiberi in filijs primi gradus, si hoc procedit non solùm, quando essent instituti filij, & substituti descendentes nominati *in l. iubemus. C. ad Trebel.* sed etiam, quando sunt substitutæ aliæ personæ, non tamen ex descendentib. vt est in casu nostro, in quo fratres sunt substituti.

Quartò, quando teneretur opinio, Trebellianicam non posse prohiberi, an sit amissa, ex quo filius non confecit inuentarium.

Quo ad primum dictum fuit, quòd variæ fuerunt opiniones Doctorum, & aliqui fuerunt in opinione, 1 † non posse, nec hodie prohiberi vt tenuit *gl. in d. authentica, sed cùm testator*, Bart. *in lege nemo potest ff. de leg.1. & ibi* Io. Crotus, Alex. *in l. Marcellus. ff. ad Trebel.* & hanc opinionem esse veram in puncto iuris, tenet Corn. *in d. authentica, sed cùm testator*. Rationes principales, quibus mouentur prædicti Doctores duæ sunt. Prima est, quia postquàm de iure ff. & C. erat prouisum quòd Trebellianica non posset prohiberi quamuis sit postea de iure Authenticorum innouatum in Falcidia, non debet extendi ad Trebellianicam, 2 † quia in correctorijs etiam ex identitate rationis non fit extensio de vno casu ad alium *authen. quas rationes* 3 *C. de sacros. Eccles.* Item † quia fideicommissarius vniuersalis potest cogere hæredes ad adeundum, & dein de eidem restituendum *l. quia poterat, ff. ad Trebel.* quod legatarij, à quibus Falcidia est detrahenda non possunt *l. nam quod, §. si. ff. ad Trebellianum*, & sic magis grauatur hæres per fideicommissarium, quàm per legatarium; ergo in hoc debet releuari, quòd ab ea non possit Trebellianica prohiberi, & hanc dicit Bartol. esse summam rationem Iacob. de Beluis. *in d. l. Marcellus*.

4 † Contrariam tenet eadem Glo. *in authe. de hæred. & Falcid.* vnde sumitur *d. auth. sed cùm testa. & in §. sed quia Insti. de fide. hær.* Bar. Bal. Sal. & Fulg. *in d. auth. sed cùm test.* Bar. *in d.l. Marcellus*, Crotus, *in l. nemo potest col.9.n.31.* Ias. *in d.l. Marcell. col.9.nu.45. vers. teneas*, Rip. *in d.l. nemo potest*, vbi alij concor. & ibi Io. Annibal, idem tenet Claud. *in d.l. Marcellus*, & consuluere nonnulli, quos non cumulo, cùm per prædictos referatur.

tur. Mouentur omnes per tex. *in d. authen. sed cum testator*, qui licet loquatur in Falcidia, tamen locum habet in Trebellianica ex dispositione text. *in d. l. Marcellus*. Ex quo sumitur regula, quòd vbi cessat Falcidia cessat Trebellianica, & ad rationes prædictas Iacob. de
5 Beluis. respondet Bart. ibi vnico verbo, † quòd in correctorijs non fit extensio, etiam ex identitate rationis per hominem, sed per legem. Sic in casu nostro hoc facit lex non homo, quia quando duo casus reperiuntur à lege antiqua æquiparati, dispositum in vno, & in alio censetur dispositum glo. *fin. in l. si quis seruo. C. de furt.* est similis glo. quam ad hoc allegat Fulg. *in l. quod verò contra rationem, ff. de legib.* Et pro hac opinione allega-
6 batur alia ratio, † quia appellatio leg. Falcidiæ communis est ad leg. Falcidiam, & ad Trebellianicam, tex. *est clarus in l. si allegas, C. ad l. Falcid. & in l. irritum, C. eod.* & gloss. clara, quam ibi notat Fulg. *in l. quamquam C. eodem ad l. Falcid.* Ex qua sumitur argumentum, quòd Falcidia est nomen generis, non autem proprium à Falcidia. Si ergo est communis ad vtrumq; sequitur,
7 † quòd quando *in authentica, sed cum testator*, detractio Falcidiæ, potest prohiberi intelligitur late sumpto vocabulo, de Falcidia in genere. Et sic comprehenditur ex vi verbi, non per viam extensionis. vnde cessat argumentum Iacobi de Beluis. de extensione. Item habent locum rationes, tex. *in d. §. hinc nobis, eod. tit. de hered. & Falcid.* quia credendum est, hæredem, intuitu pietatis aditurum hæreditatem, quæ obtinet in casu, de
8 quo agitur, & succedit regula, † quòd etiam in correctorijs, quando in l. ratio est scripta, habet locum extensio, per glo. *in clem. 1. in verb. eligatur, de elect.* Bald. *in authen. quas actiones, per tex. in l. fin. C. de reuoc. donat.* Item de hoc videtur tex. expressus *in d. §. si verò expressim. iuncto §. etenim in legatarijs, & §. si verò nullus fuerit legatoriorum, in auth. de hered. & Falcid.* & hanc opinionem dicit intrepidè tenendam Fulgos. *in d. authen. & Claud. in d. l. Marcellus, col. 2. ver. inducitur*
9 *ille tex.* & ibi dicit, † eam esse communem, seruari in practica, & ab ea non esse recedendũ in iudicando. Regium Collaterale, ac Sacrum Consil. eam tenuit, super quo videnda sunt, quæ allegantur per Ferdin. Vasq. *in tract. de test. poten. lib. 1. §. 8. num. 5. cum plurib. seq.* ad quem me remitto. Et hanc opinionem sequitur Caualcanus *in decis. 3. in 1. cap.*

Retenta hac opinione pro vera limitatur secundùm Bald. *in l. iubemus C. ad Trebell.* non procedere in liberis primi gradus, & hæc est secunda quæstio supra po-
10 sita, † in qua magis insistendum est, quia, vt dixi, de ea fuit principalis dubitatio, & in hac quæstione sunt pro vtraque parte auctoritates, sententiæ, & rationes. Et incipiendo ab auctoritatibus. Hanc opin. tenet Bal. *vt dixi, in d. l. iubemus* Pau. & Saly. *in d. auth. sed cum testator.* Rom. Ias. & Clau. *in d. l. Marcellus.* Corn. *in d. l. iubemus*. Crot. & Ripa *in d. l. nemo potest*, Couarr. *in cap. Rainaldus, de testam.* & hanc opinionem tenuerunt in consulendo multi, quos Socin. iun. refert. *cons. 131. primo volum.* vbi dicit, hanc esse magis communem, Cagno. *in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testam.* dicit eam esse veriorem, æquiorem, & communiorem, Berous *in cap. præsentia. de proba.* & Gozad. *consil. 46.* Secundùm hanc opinionem fuisse iudicatum in Curia Delphinali, refert Guid. Papæ *decis. 51. & 52.* Rolan. à Valle *consil. 51.* dicit, pro hac opinione fuisse tempore suo iudicatum in Senatu Montisferrati, Soc. iun. *consil. 28* dicit, sic fuisse iudicatum Veronæ, eo aduocante. Cagno. *in d. §. meminisse.* dicit hanc opinionem semper vidisse seruari in iudicando, & secundùm hanc opinionem apparebat ex exemplis sententiarum præsentatis, aliàs fuisse per Sacrum Consilium iudicatum Ias. *in d. l. Marcellus*, dicit hanc opinionem teneri in practica, & *in cons. 99.* dicit, ab ea non esse recedendum Crot. *in d. l. nemo potest*, dicit, se esse paratum pro ea consulere, & iudicare, & tandem hanc opinionem dicit, sibi placere And. Pad. *in l. post mortem, num. 39. C. de fideicom.*

Potissimum fundamentum tenentium istam partem est tex *in d. l. iubemus. C. ad Trebellia.* vbi introductum
11 est, † quòd quamuis in restitutione fideicommissi, & detractione Trebellianicę de iure in hanc quartam imputarentur extraneo fructus medio tempore percepti, qui Trebellianicam diminuerent: nihilominus hoc non procedit in liberis primi gradus, in quibus etiam si testator iusserit fructus non imputantur? Si igitur per imputationem fructuum non potest minui detractio Trebellianicæ, iuxta terminos. l. prædictæ, quanto magis dicebatur, non posse in totum prohiberi, Concurrit cum hoc ratio efficax, quia pater, & filius vna persona censentur, hæreditas patris debetur filio, & dicitur quasi dominus in vita eius. *l. in suis, ff. de liber. & posthum.* & hæc videtur esse ratio illius text. in quo pro parte Sacri Collegij fit maximum fundamentum, quæ colligitur ex dictis Pauli de Monte Pico *in leg. in quartam, ff. ad leg. Falcid.* qui etiam noluit quærere rationem illius tex. dicens, non esse suam materiam adeò, vt ex prædictis apparet, quòd hęc opinio fundatur auctoritatibus, dicitur, quòd est magis communis, & æquior apparet secundùm eam iudicatum, & ratione fundata. Contrariam opinionem, quòd testator possit Trebellianicam prohibere, etiam in filijs primi gradus, tenet Cyn. *in dict. l. iubemus*, dum dicit legem illam esse correctam. Cum *in leg. cohæredi, §. cum filio. ff. de vulgar. & pupillar.* Alc. *in l. Marcellus* Soc. ib. Ioa. Annib. *in repet. l. nemo potest*, Roman. *cons. 192.* Corsetus *in tract. Trebel.* & istam opinionem esse magis cõmunem dicit Picus in *repet. d. l. in quartam* Corsetus *in dict. tractat.* qui dicit, hanc esse quasi omnium Doctorum sententiam, & eam tenenendam. tamquàm veriorem, & magis communem, Paris. *consil..* & Paulus Picus dicit ab ea in practica non esse recedendum. Secundùm istam opinionem sæpe fuisse iudicatum Mediolani, testatur Cotta *in memoribilibus in verbo, Trebellianica, & in ver. quarta*, Roman. *in decis. 8. in tit. de testamen.*

Et principale fundamentum tenentium hanc partem est tex. *in auth. sed cum testator, ad leg. Falcid.* quo indistinctè prouisum est, per testatorem falcidiam prohibe-
12 ri posse. Habet similiter hæc opinio rationes, † & maximè voluntatem testatoris, quę seruanda est, sicut lex, & nihil est tàm pium, quàm quòd voluntates testatorum seruentur, *l. 1. C. de sacrosanct. eccles.*

Secundò videtur, quòd opinio tenentium contrariũ, non habet rationem. Si enim testator potest omnia bona sua in extraneum transferre, de dicta legitima filij: cur dicendum non est, posse Trebellianicam prohibere quod est minus, quia infra tempus restitutionis filius grauatus percipit fructus?

Item, & tertiò per *c. Raynutius*, est prouisum, seu
13 declaratum, † quòd filius grauatus sub conditione, detrahat legitimam, & trebellianicam, sed trebellianicam non habet vt filius, sed vt quilibet grauatus, si cuilibet grauato prohiberi potest, cur non idem in filio, qui non vti filius, sed vti extraneus tali casu habetur?

14 Quartò, & vltimò videtur, quòd hoc fieri possit; † nam quemadmodum testator, de iure communi, secundùm, quod non poterat falcidia prohiberi. *l. quod de bonis. §. 1. & l. Titia. ff. ad leg. Falcid.* potest iubere, vt debitum imputetur in Falcidiam. *l. si debitor. ff. ad l. Falc.* ita debet posse facere, quòd trebellianica imputetur in legitimam, quæ vt æs alienum reputatur.

His discussis, & relatis; dicebatur quòd decisio huius quæstionis pendet. An *per l. iubemus*, probetur id
15 quod ex ea colligũt Doctores: † idcirco de eius intellectu fuit facta discussio. Inducitur enim *l. iubemus*, ad pędicta probanda, quòd quemadmodũ testator ibi non poterat filijs prohibere Trebellianicam per diminutionem, mandando quòd compensentur fructus in eam: ita nec in totum prohibendo, seu tollendo. Ad quòd respõdent tenentes contrarium, quòd illa lex procedit secundùm illud ius, in quo non poterat prohiberi detractio

Fal-

Falcidiæ respectu omnium personarum, non tamen liberorum primi gradus. Sed postquam hodie per auth. sed cùm testator est permissa prohibitio Trebell. secundùm veram opinionem, cessat argumentum, quod ex ea colligitur, postquam radix huius priuilegij cessat.

Replicabatur pro parte tenentium partem negatiuam, hoc non opitulari tenentibus partem affirmatiuam. Quia postquam per illam l. erat inductum hoc speciale in filijs primi gradus, & in ea l. erant in hoc specialiter priuilegiati, per l. generalem superuenientem
16 tem non derogatur illi priuilegio.† Et licet in illa l. non dicatur expressè, nihilominus ex mente l. venit, quòd dicitur expressum. *l. prætor ait. ff. de nou. oper. nunc.* & quòd debeat dici expressum, dicit Soc. iun. *in d. cons.* 131. licet ante eum Claud. *in d. l. Marcellus*, Qui subdit, quòd si Imperator in illo tex. fuisset interrogatus: an vellet disponere, quòd in filijs primi gradus in totum vellet prohibere, quin detrahatur: verisimiliter ita respondisset, & sic debet haberi pro expresso. *l. tale pactum. §. fin. ff. de pact.*

Item, si eo tempore fuisset interrogatus, præsupposito quod Trebellianica possit prohiberi, an vellet in filijs primi gradus? certè dixisset, quòd non. Si ergo non habemus, quòd expressum modo prædicto habetur pro
17 speciali dispositione, † Ergo dispositio generalis non retrotrahitur ad specialia hæc, *per glo. in l. decurionib. C. de silentiarijs. lib.* 12. & sic arguunt Claud. & Socin. vbi supra. Sed dicebatur, hoc non esse specialiter prouisum in illa l. sed de iure iam erat, id quod ex illa l. colligebatur. Et ad argumentum de interrogatione, dicebatur Imperatorem potuisse respondere, non esse rationem diuersitatis inter filium, & extraneum, cùm hæc Trebellianica deducatur per filium grauatum, non vt filium, sed vt extraneum.

Et ad secundum, quòd si eo tempore prohibitio trebellianicæ esset permissa, quòd contrarium disponeret in filijs, Negabatur assumptum, quia non aderat ratio in contrarium. Item potuisset filijs dici, quòd sufficere eis debet legitima, de iure naturæ, quæ ab eis auferri
18 non potest. Item dicebatur, † illam l. loqui secundùm illud ius, in quo vnica tantùm quarta debebatur, vel erat dubium si duæ debebantur. Quę quarta debita erat legitima, in cuius locum succedebat trebellianica, quæ eandem naturam assumit: nam alias text. in l. iubemus, non haberet aliquam rationem decisionis, quare fructus non imputarentur in Trebellianicam. Vnde quemadmodum non poterat statuere testator, quòd in legitimam imputarentur fructus, ita nec in trebelliani-
19 cam, & habebat hæc opinio rationem, † quia legitima hodie est tertia pars eius, quod esset habiturus ab intestato. Ante authen. nouissima, erat quarta pars, & trebellianica est quarta pars, legitima debebatur purè, & sic quarta a primo die. Ergo à primo die debebantur fructus, postquam ergo non debebat detrahere, nisi vnam quartam, cuius quartæ à primo die debebantur fructus, consequens est, vt dicatur, quia percepit fructus, qui erant proprij à principio, quòd in quartùm non imputentur. Nec potest tractari de correctione, quia id, de quo loquimur remanet incorrectum.

Et quòd *l. iubemus*, loquatur, quando vna quarta tantum detrahebatur: dicebatur, quia ibi dodrans restituit & sic nouem vnciæ. Nec valet responsio Paul. de Monte Pico, *in d. l. in quartam.* dicens, quòd detrahentur tres vnciæ. Primo, pro legitima, & de restantibus duæ. Quia, si detrahuntur duæ, non remanent, nisi sex vncię. Si post aditam hæreditatem, & detractionem legitimæ, quis velit facere octo vncias duodecim vncias, non potest hoc fieri. Nec fauor filiorum hoc potest operari, cùm magis patri, qui disponit, sit fauendum, & filius debet esse contentus de sua legitima. Et hanc opin. Regium Collaterale, & Sacrum Consilium tenuit per supradictas rationes, & alias quas ponit Alexandrinus *in cons.* 2. & nouissimè per Rol. à Valle, *cons.* 12. & Ferdin. Vasqu. *in tract. de testam. potent. lib.* 1. §. 8. *num.* 12. Nolo tamen omittere, quòd de mense Augusti 1577. venerunt mihi in manus reassumpta per Iulium Clarum *in lib. 4. Sententiarum. §. testamentum q.* 63. vbi omnes colligit, & distinguit, an restitutio sit facienda descendentibus, vel extraneis. Sed quia obtinent in vtroque casu rationes supra allegatæ, ideò non recedendum ab hac opinione. Alciat. *in l. cum proponas, in ver. portionem, C. de pact. non diffinit.* nouissimè verò relato Doctorum maximo cumulo hinc inde, relataque præsenti decisione idem tenet, quòd possit fieri prohibitio Trebell. in filijs primi gradus. Borgninus Caualc. *in suo repert. ad decisio. in ver. Trebellianica, fol.* 1224 *in 2. col.* & ante eum Ludou. Molin. *in tract. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 17. num. 12. vers. quod autem, fol.* 135. & pro hac opinione consuluit Menoch. *cons.* 272. *in 3. volum.* nouiss. Emanuel Costa. *in repet. ad cap. si pater. in ver. trebell. nu. 11. ver. 2. premitto, fol.* 422. *cum seq.* vbi benè examinat, & Andr. Gail. *in tract. pract. obseru. obseruatione* 138. *fol.* 1109. & Rota Florentina *in decis.* 35. in causa dominorum, in secundo dubio, dicit hanc quæstio. esse controuersam. Sed quòd in Ciuitate Florentina est canonizata opinio negatiua.

Et licet ex hoc fuisset quæstio definita, nihilominus dubitatum fuit tertio loco, præsupposita opinione pro
20 vera, † quòd non possit fieri prohibitio trebellianicæ liberis primi gradus, si procedebat in casu, de quo agebatur, in quo non sunt substitutæ filio personæ enumeratæ *in d. l. iubemus*, & in hoc dictum fuit, quòd text. *in d. l. iubemus*, videtur hanc quæstionem decidere, dum primò ponit casum, quando quis instituto filio, vel filijs alteri superstiti hæreditatem restituere compelletur: vel quando instituto filio, nepoti, vel pronepoti, & deinceps hæreditatem restituere rogatur: & in fine subdit, quòd in his tantùm casibus dispositio l. prædictę habet locum, sed in casu, de quo agitur, est grauatus Decius restituere hæreditatem patruis, vel fratribus consobrinis, ergo ille tex. non procedit. Et hanc opinionem in specie, quando patruus est substitutus, tenet Abb. *cons.* 79. Oldrad. *cons.* 248. Roland. à Valle *cons.* 781 & in legendo tenet Cyn. *in d. l. iubemus*, licet dicat, quòd in puncto iuris contraria videtur verior, Albe. ibi, & Fulgos. tàm ibi, quàm in authent. *contra rogatus*, Alex. *in l. in fideicommissaria, ff. ad Trebell.* vbi etiam Claudius, qui refert verba Cyni dicentis: Varios quomodocumque, & qualitercumque terminos, *l. iubemus*, & imputabis fructus in trebellianicam videtur sequi Alexandrinus *cons.* 2. & ibi dicit illam opinionem esse veriorem & communem, & Fulgos. dicit, seruandam esse opinionem in iudicijs. Sed Salic. ibi tenet contrarium, & Paul. de Castr. Imol. *in l. quòd de bonis, §. 1. ad leg. Falcid.* & dicit Cyn. quòd ipse teneret opinionem Moder. Quia magis filius deberet lucrari restituendo ex-
21 traneo, quàm nepoti. Sed videtur, † hoc esse factum ad sedandum dissensionem inter coniunctos, in quo lex laborat, *l. cum pater §. dulcissimis.* Item tex. *ibi Filio*, nō perpenditur benè per Salic. nam filius solus poterat hæres institui, & grauari de restituendo fratri suo. Responsio imò, ibi, personis, & casibus, confunditur, ex quo dispositio est generalis. Item non sine ratione primò posuit casum in filio grauato restiauere fratri suo eiusdem testatoris filio, & in ver. idem iuris, diuersum putat casum, quando nepoti, & in hoc etiam valdè dubitatur contra Collegium, sed non fuit decisum, quia non ne-
22 cessarium. † An autem ob non confectionem inuentarij, amittatur trebellianica, dictum fuit, Doctores non modò inter se, sed sibi ipsis aduersari. Paris. *cons.* 132. *ad corroborationē, col. 2. inter consilia.* Soc. iun. 1. *vol.* dicit magis communem esse opinionem, quod hęres, filius, & quomodocumque ob non confectionem inuentarij amittat Trebellianicam, & ibi multos allegat. Alexandr. *in cons.* 43. Ex testamento, 3. *colum.* dicit etiam communem opinionem, quòd trebellianica non perdatur ob non confectionem inuentarij: quam opinionem post multos, hincinde relatos, tenuit Aym. *cons.* 17. *Quæritur*

3 volum. per totum. vbi respondet omnibus in contrarium allegatis per bonas rationes, & eum seq. Do. Anton. de Padilla in authent. hoc amplius. C. de fideicomm. & secundùm hanc opinionem, scilicet quòd non amittatur Trebellianica, Sacrum Consilium iudicauit maximè,
23 † quia numquam debet alicuius iuris priuatio induci, nisi à lege expressè caueatur, secundùm glos. in cap. fin. extra de iure patron. quam sequitur Iason. in l. quod te, 13 colum. ff. si cert. petat. Allegat concord. Caball. si is est, in primo lib in Milleloq. 184. pena, fol. 73. quam opinionẽ tenet etiam And. Gajl. in d. tract. pract. obseruat. in loco supra allegato. Rota Auenion. in dec. 145. column. 2. vers. inquit. num. 1. quamuis Didacus in repetit. cap. Rainutius, in §. 11. num. 10. primam sequatur opinionem, Die 26. Maij 1569. Actuario Cara. Post tamen hanc causam decisam reperi, quòd secundùm hanc opinionem, scilicet quòd liberi primi gradus non amittant Trebellianicam, iudicauit Senatus Pedemontanus in decis. 47. vbi latissimè, quæ decisiones tunc temporis non erant impressæ. Et modò sunt impressæ, & copiosissimè per Viuium in communi opinione 357. hæres extraneus qui cumulat omnes scribentes super hac quæstione, & in opinione sequenti tractat, an possit prohiberi Trebellianica in filijs primi gradus.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 16. Adde decis. Auenion. 95. num. 3. in fin. decis. 145. post num. 2. D. Regen. Lanarium cons. 23. num. 2. D Ann. iun. cons. 113. num. 12. cons. 120 à nu. 40. & seq. & cons. seq. Surd. in dec. 254. à num. 37. & sequ. dec. 255. num. 19. & 23.

Num. 19. Adde Viuium in opinione 1005. in fin. part. 3. vbi hanc decisionem allegat: & iterum in decis. 3. latissimè Caualcan. decisio. 3. part. 3. vbi fusiùs corroborat partem istam affirmatiuam, & allegat decisionem istam, & refert hic Doctissimus, & numquam satis laudatus Dominus, quem sic appellauit Illustriss. Reg. de Ponte Marchio Mureoni, in cons. 4. num. 44. quòd indistinctè S.C. à tempore huius decis. semper ita iudicauit, vt testatur in dec. 612. in princ. par 4.

Sed partem negatiuam amplectitur, & defendit infinitos allegando Marcus Antonius Peregr. in tractat. de fideicommis. artic. 3. num. 107. fol. 37. D. Senator Anna in cons. 25. in 2. conclus. & iterum controu. 116. num. 8. & D. meus Borell. cons. 51. num. 9. & pro opinione prædicta negatiua votauit Marta post hæc impressus, & visus in voto 113. vbi ad partes disputat, atque Doctores refert, & consuluit Morotius in cons. 67. à num. 2. verùm pro affirmatiua iudicauit Rota Anconitana, vt refert M. A. de Amatis in dec. 11.

In eadem decisio. in fin. Adde Vrsill. in decis. Afflict. 367. fol. 544. vbi latissimè Roland. cons. 27. volum. 1. cons. 26. num. 36. volum. 3. Cacheran. decis. Pedemont. 147. Mandos. in consil. Roman. 276. lit. G. Bursat. consil. 44. num. 20. vol. 1. Anna in d. consil. 25. in 5. conclus. & cons. 116. num. 15.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica an possit prohiberi filijs primi gradus, etiam quòd duæ Quartæ essent detrahendæ, & numero 1.*
2 *Et an amittatur ob inuentarium non confectum.*
3 *Et an detrahi debeat per grauatum, quando legitima est semis.*
4 *Fideicommissum, à filio hærede instituto simpliciter relictum, neque quoad legitimam, neque quoad Trebellianicam ipsi onus imponit.*
5 *L. iubemus. C. ad Trebell. procedit, etiamsi deducendæ essent duæ Quartæ.*
6 *Fructus percepti filijs primi gradus non imputantur, sed vlterioris gradus grauati sic.*
7 *Quid in ascendentibus, & de repetitione expensarum, remissiue.*
8 *Trebellianica, ad hoc vt detrahi non possit, debet per testatorem expressis verbis prohiberi.*
9 *Filius, si inuentarium non conficit, an legitimam, vel Trebellianicam perdat.*
10 *Trebellianica, an amittatur ob non confectionem inuentarij.*

AD hanc decisionem vndecimam omninò videas Anton. Gabriell. li. conclus. tit. ad Trebellian. conclus. 1. Antoninum Thessaurum decis. Pedem. 252. Sed contra hanc decisionem tu Lector videas decisio. Florent. Magonij, 5. nu-
1 mero 4. & † de Trebellianica, quòd prohiberi non possit filijs primi gradus, etiamsi duæ Quartæ essent detrahendæ, reprobata contraria opinione. Communem dicit Consil. de Anna, consil. incipien. prima conclusio, num. 3. 4. 5. & 6. & secundùm hanc opinionem iudica-
2 tum dicit ibidem num. 7. 8. 9. 10. & 11. & † an amittatur ob inuentarium non confectum, Pereg. cons. 67. in-
3 cipien. In causa, volum. 4. sed † an Trebellianica debeat detrahi per grauatum, quando legitima est semis, Thessaurus deci. Pedemont. 252. incip. in fideicommisso, vbi decisum in anno 1604. vide etiam Decium cons. 236. & 480. de Bottis in Authen. sed cum testator. C. ad leg. Falcid. & Excellentiss. Ozascus decis. Pedemont. 147. Decian. cons. 81. & 880. Alexand. cons. 5. volum. 3. Curtius iunior, cons. 54. & 160. Ripa in l. nemo potest, de legat. primo, & in l. in quartam, ad leg. Falci. Paris. cons. 16. & 86. volum. primo, & Vrsillus dec. 367. num. 12. tenent Trebellianicam filijs primi gradus prohiberi non posse, sed contra ipsos Tepatus lib. Variarũ de Trebellian. lib. 2. num. 402. Magonius dicta dec. 35. aliqua dicit sic etiam Marzarius in tract. de fideicomm. Borgninus in dec. 3. lib. 3. vltimarum voluntatum, & Consiliar. Anna cons. 20. nu. 20. & cons. 25. & latissimè Peregrinus in tract. de fideicommis. art. 3. nu. 107. Item
4 adde, quòd per † fideicommissum à filio hærede instituto simpliciter relictum, neque quoad legitimam, neque quoad Trebellianicam ipsi onus imponitur, notatur in cap. Rainutius, & in cap. Raynaldus de testam. in l. cohæredi, §. cum filio, ff. de vulgar. substitut. Bart. in l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inofficios. testam. in l. si vero composita, versic. quid ergo, ff. de testam. mili. Baldus, & alij, in l. si filium quem, ff. famil. ercisc. Romanus consil. 185. & 229. Fulgosius cons. 19. & 87. volum. 2. Angelus cons. 124. 137. 287. & 307. Ancharanus cons. 152. Alex. consil. 43. volum. 2. consil. 3. volum. 3. cons. 250. volum. 4. Aretinus cons. 160. Franciscus Curtius cons. 29. & 75. Decius cons. 32. 228. 320. & 613. num. 4. & 5. in terminis.

Ad num. 9.

Adde, quòd hanc opinionem sequitur Caualcanus decis. 3 part. 3. incipien. Magnificus, alias 74. num. 1. 1. cap. vbi meminit de hac decis. & pro, & contra: & nouits. Ceuallos Iureconsult. quæstio. 28. incipien. prosequendo, in lib. Communium contra Communes.

Ad num. 2.

Adde, quòd idem tenet latiss. Roland. cons. 30. incip.
5 omisso longo apparatu, volum. 1. vbi quòd † l. iubemus procedit etiamsi deducendæ essent duæ Quartæ, & quòd
6 † fructus percepti, filijs primi gradus non imputantur, sed vlterioris gradus grauatis, sic & cons. 39. incip. Qua-
7 tuor sunt, volum. 3. quærit in † ascendentibus, & de repetitione expensarum, & vide quæ ego in dec. 1. num. 39. & Surdum in dec. 23. Senatus Mantuani, num. 2. & Consiliar. de Anna dicto cons. 25. incipien. prima conclusio num. 15. & 16. qui plures allegat, volum. primo, & idem Borgninus allegat decis. 3. num. 12. versic. ad vltimum, qui allegat hanc decisionem num. 10. & alios, &

ab ista

ab ista opinione tamquàm communi, & magis communi, veriori, & æqua non esse recedendum, allegatur Gabriel. conclus. *lib. 4. conclus. 1. ad Trebellian.* sed de-
8 beat allegare potius 12. sed nota quòd † ad hoc, vt Trebellianica detrahi non possit debet expressis verbis per testatorem prohiberi, Ceualles *lib. Communium contra Communes, quæst.* 27. 28. 29. 30. & 31. vbi etiam
9 † an si filius inuentarium non conficiat Trebellianicam, vel legitimam perdat, de quo articulo ipsemet latiùs dixi *in quæstio. 691. incipien. Quotidie*, qui infinitos allegat, conferentiaque ad multa adducit, eique in fine adde Tobiam Nonium *cons. 90.* Duo sunt dubitationes Peregr. *de fideicomm. art. 3. num. 17.*

Ad num. 20. vide in decis. 506.

Ad num. 22. & 23. huius decisionis.

10 Ad quod explicandum addas Bartol. *cons. 2.* qui † dicit Trebellianicam non amitti licet contrarium teneat *cons. 203.* à principio varius, & quòd amittatur tenuit etiam Decius *cons. 445. num. 25.* & 26. *& cons. 480.* vbi nouissimè, & omninò videndus est Ozascus *decis. 147.* Michael de Grassi. *qu. 7. vers. quid dicendum in Trebel.* Roland. *cons. 27. volum. 1.* Ann. *cons. 25. superius alleg. num.* 23. vbi de hac decis. meminit, & ita decisum, quòd non perdatur, prout in hac deciditur, & eamdem opinioné iterato confirmat Ozasc. *in dec.* 187. in terminis, & nouiss. Arisminus *in tit. de Trebell. nu. mihi 402. col. 4. in fin.* qui plures allegat *in lib. 2. variarum iuris sent.* Ad illud an Trebellianica prohiberi possit in liberis primi gradus, Ann. *cons. 25.* Et quòd possit prohiberi Hieron. Gabriel. *cons. 92. num. 20. volum* 2. an amittatur ob inuentarium non confectum, Roland. *in tract. de inuent. & qu. 27. volum. 1.* F. A.

ADDITIO D. RICII.

AN Trebellianica possit prohiberi filijs primi gradus, & quibus ex causis amittatur, hoc dicit, verùm scias regulam firmam esse, Trebellianicam non posse prohiberi in filijs primi gradus ad text. *in l. iubemus C. ad Trebellian.* quam regulam firmarunt etiam Neuizan. *cons. 1. num. 9.* Gabr. *in tit. de Trebell. conclus. 1. num. 4. & 6. & conclus. 9. num. 19.* Decian. *cons. 28. nu. 38. volum. 1.* Menoch. *de arbit. iudic. lib. 2. centur. 3. casu 256. nu. 32.* Clementin. *in tract. de vir. patria potest. cap. 6. effect. 16. num. 33. in fin.* & alij, quos refert, & sequitur Borell. *cons. 51. num. 9. in fin.*

Amplia primò hanc conclusionem à prædictis validè corroboratam procedere, & habere locum etiam quòd hæres non confecerit inuentarium, nam omissio inuentarij non impedit hæredem, quominus Trebellianicam detrahere possit Phanuc. *in tract. de inuentario part. 7. num. 31.* Simon. de Pręt. *cons. 126. num. 26. vol. 1.* Porcell. *in tract. de inuentario.*

Amplia secundò habere locum primam regulam, & procedere etiam in successoribus hæredis, nam ius quod habet hæres in Trebellianica detrahenda transmittitur ad successores, adeò quòd prohiberi non possit ipsam detrahere Durand. *de art. testandi tit. 5. cart. 31. nu. 31.* Simon. de Præt. *cons. 26. num. 20. volum. 1.*

Amplia tertiò procedere etiam, quando tractatur de detrahendis duabus quartis, nam adhuc prohibitio fieri non potest, Gozad. *in cons. 92. nu. 4.* Villalob. *opin. com. §. testatur num.* 78. Portel. *in cons. 92. per tot.*

Amplia quartò procedere, & habere locum, etiam si testator mandauerit totam hæreditatem, siue omnia bona restitui, nam adhuc Trebellianica non censetur prohibita, ad notata per Aretin. *in cons. 17.* & Doctores magis communiter firmarunt *in l. Centurio ff. de vulgar. & pupill.* & de magis communi testatur Gabriel *cons. 137. num. 46. vers. nam quamuis*, & sic nouiter fuisse iudicatum in Rot. Pisana refert Mart. *decis. 115. in testamento.*

Amplia quintò procedere etiam si prohibitus Trebellianicam detrahere ipsum testamentum approbauerit, nam adhuc non potest prohiberi, Decius *cons. 257. & 269. num. 14.*

Hæc autem intellige procedere in filijs primi gradus secus est in extraneis, nam in ijs potest prohiberi per testatorem detractio Trebellianicæ Borrell. alios referens *d. cons. 51. num. 12.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Reclamantes à decisione contra filios, vt eis possit prohiberi Trebellianica cumulantur, & declaratur quando procedat decisio num. 2.*

3 *Mulieres, & idiotæ testantes, an debeant certiorari de importantia Trebellianica.*

4 *Prohibitio, an operetur apposita in præludijs testamenti.*

1 VExata quæstio de Trebellianica vtrum prohiberi possit filijs affirmatiuè per S.C. & Collaterale Consilium decisa fuit teste D. meo, vt *num. 19.* & decisionem confirmant R. Latr. *dec. 1. num. 25.* D. R. de Marin. *lib. 1. resolut. 281. ad Reuert. obseru. 355.* vnde in praxi censeo non posse recedi ab hac opinione. Verumtamen Marta *cons* 113. totus est in sustinendo sententiam pro liberis, & congerit quàm plures, qui referunt ita fuisse iudicatum in Curia Delphinali, Senatu Mantuæ, Venetijs, Paduæ, Florentiæ, Veronæ, & alibi, & contra D. meum idem Author *in tract. de success. p. 4. qu. 28. num. 5.* in specie tenet, & Cancer. *var. par. 1. cap. 2 num. 72.* ita vniuersa tribunalia Principatus Cathaloniæ practicare testatur, & pro filijs sexcentos congerit Andreol. *controu. 1. per tot.* & de æquitate veriùs probat Caluin. *eod. tract. cap. 28. lib. 1.*

2 Obseruandum autem est, quòd in restitutione facienda descendentibus, & non collateralibus fuit decisio, vt *num. 19. & 20.* vbi allegantur Cyn. *in l. iubemus, C. de Trebell.* & Clar. *lib. 4. sentent. §. testamentum qu. 61.* adhibentes hanc distinctionem, vt prima locum habeat in restitutione facienda alijs filijs testatoris, & contraria in restitutione facienda extraneis, & distinctionem sequitur Theodor. *alleg. 61. num.* 83. sunt & alij mediam tenentes sententiam, vt attendenda sit opinio, & seruandus stylus loci, vt tenuit Rot. Rom. penes Seraph. *dec. 576. num. 1.* Gratian. *discept. 245. num. 1. & 2.* quam opinionem plausibilem agnosco, in alijs casibus contra filios calculum meum præbeo.

3 Suboritur difficultas, vtrum in testamentis idiotarum necesse sit certiorari testantes de efficacia trebellianicæ, & falcidiæ, & negatiuè respondere videtur D. de Marin. *lib. 1. resol.* 181. ea ductus ratione, quia prohibitio huiusmodi concernat fauorem testantis, vt sua voluntas sine diminutione impleatur, Altograd. *cons. 80. lib. 1.* addi potest quòd impensiùs procedit, vbi testamentum conditum est in loco vbi Iureconsulti facilè haberi possunt, vt præsumendum sit consuluisse sapientes Cyriac. *controu. 260. num.* 105. & difficultas de certioratione militaret potiùs in clausulis codicillaribus, & omni meliori modo, quæ de per se attento gramaticali sensu verborum nullam continent dispositionem; sed ex legis interpretatione, vel doctorum traditionibus inducunt quamdam tacitam, & subintellectam vo

lunta-

luntatem, ordinandi fideicommissum, in casu nullitatis testamenti, & agitur de peruertendo ordine successionis à directa ad obliquam, ipse autem in causa testamenti mulieris hæsitarem de efficacia prohibitionis, quia nihil volitum quin præcognitum.

4 Inquiritur prætereà, an operetur prohibitio trebellianicæ apposita in præludijs testamenti, & videtur negandum ex traditis per Amat. *cons. 99. num.* 33. R. Latt. *dec. 1. n* 26. D. Hodiern. ad Surd. *in dec. 293. num. 39. & lib. 1. controuers. 10. num. 26.* R. Marcian. *disput. 66.* in contrarium autem responderi potest, quòd Amatus cùm se fundet in doctrina Bart. *in l. 1. ff. de iure codicil.* vbi tradit clausulas censeri appositas de stylo Notariorum, & non de ordine testatoris in proæmio testamenti, quæ Bart. doctrina cùm sit communiter reiecta, vt latè Merlin. *tom. 2. controuer. 78.* consequenter corruit assertum, Amat. & cęteri Doctores loquuntur ad effectum desumendi coniecturam mentis testantis, an filij in conditione positi censeantur vocati per d. clausulam conscriptam in præludijs, vel in dispositiuis testamentis, beneuerum pro hærede tenuit Cardinal. in responso quodam edito in causa D. Antonij Aquatiua *num.* 14. de quo meminit D. Carol. Rot. *in tractat. de priuil. mulier. cap. 4. num. 77.* & ego in contingentia facti ratiocinabar, supposito, quòd sint clausulæ solitæ, tunc Notarios omissas eiuscemodi supplere tamquàm de stylo soleant apponi, & propterea si non publicantur testantibus d. clausulæ, consonum erit, vt non operentur ex traditis per Merlin. *vbi sup.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor secundus tenetur offerre primo creditori pecuniam solutam, & vsuram medij temporis, & numero 5. 7.*
2 *L. 3. ff. distract. pigno. procedit nedum quando debitor vendit vt ibi, verum etiam, quando iudex daret in solutum creditori, & de eius intellectu, num. 4.*
3 *Medium tempus quod dicatur.*
6 *L. 1. C. si antiquior creditor, explicatur, & reprobatur declaratio Petri ibi sub num. 14.*
8 *Debitor ne sit in mora quid præstare teneatur.*
9 *Offerendi ius competit sic debitori, quemadmodum secundo creditori, & sicut debitor debet offerre pretium & vsuras, ita & secundus creditor, num. seq.*
11 *Hypotheca primi creditoris reuiuiscit, donatione in solutum reuocata per secundum creditorem, & num. seq.*
12 *Conditio resoluens contractum, retrotrahitur ad tempus contractus.*
13 *Interesse non consideratur, vbi præcedit satisfactio.*

DECISIO XII.

Creditor secundus offerens primo tenetur offerre creditum cum vsuris, in quibus compensantur fructus, percepti pro concurrenti summa.

IN causa Magnificorum creditorum Magnifici quondam Camilli Gaetani cum Magnifico Io. Vinc. de Tuso possessore quorumdam Castrorum dicti debitoris, mediante titulo adiudicationis, contra quem non dubitabatur, dictis creditoribus competere ius offerendi: fuit dubitatum, an isti secundi creditores offerentes teneantur restituere, seu soluere pretium, vna cum interesse ipsius, vel cogeretur Ioan. Vincentius recipere oblationem, soluto tantùm pretio prędicto, & pro interesse retinere, seu compensare fructus perceptos ex bonis prædictis, non obstante, quòd fructus prædicti non ascenderent ad summam debitam pro interesse, quod soluebatur creditoribus quib. pretium prædictus solutum fuit.

Pro parte Ioan. Vincentij dicebatur quòd de hoc est textus expressus *in l. 3. 2. respons. ff. de distra. pign.* Qua
1 cauetur, † quòd secundus creditor tenetur offerre pecuniam primo creditori solutam, & vsuras medij temporis, & glos. *in ver. offerri*, allegat text. *in l. 1. C. si antiquior. credit.* vbi ita demum auditur secundus creditor agens contra primum creditorem, possidentem pignus, si offerat creditori, quod ei debetur virtute præcedentis contractus, vigore cuius in casu, de quo agebatur, debebant creditori interesse ad rationem decem pro centum.
2 Et † quamuis text. *in d. l. 3.* loquatur quando idem debitor vendit, idem tamen erit, quando iudex daret in solutum, vt in casu nostro. Ita Iacob. de Aretin. *in l. 1. colum. 2. ver. sed circa hoc, C. si antiquior. credit.* vbi Cyn. *in 2. qu.* & Alb. *in vlt quæst.* Negus. *in tract. pignor. in 5. par. 3. membr. in 3. limit. fol. 30. in magna impressione*, qui allegat Salyc. *vbi supra ex reg. text. in l. si*
3 *ob causam, C. de euict.* † Medium autem tempus intelligi à tempore, quo soluit, vsque quo conuenitur, glos. *in l. emptor. in ver. medij, ff. de rei vendic.* Idem tenet Odofred. *in l. cum secundus, §. 1. de distract. pigno.*
4 Nec † responsio, quæ dabatur ad *d. l. 3.* dum dicebatur in eo. tex. ideò dari debere emptori vsuram medij temporis, quia ex pignore fructus non percipiebantur, procedit: quia est diuinatio ad illum textũ nec hoc potest argui ex illo text. postquam in eo non dicebatur, quòd fructus emptor restitueret, ex quo suppleretur hoc per alia iura, & est text. *in dic. l. emptor*, & indistinctè resoluto dominio à principio restituitur pretium cum vsuris, & res cum fructibus *l. vtere, cum similibus, C. de præd. minor.* & responsio præfata confunditur per *text. clarum. in l. 1. de dolo*, vbi admissus ad offerendum tenetur soluere sortem & vsuras, & debet recipere rem cum fructibus, vnde ibi videtur casus expressus de hoc.

Secundò, pro hac opinione est text. *d. l. 1. C. si antiqu.*
5 *credi. ibi in ver. debitum est quo cauetur* † debere solui per secundùm creditorem id, quod priori debetur. Sed quod dubium est deberi creditori primo pretium cum vsuris, deductis tamen fructibus ex re perceptis? Nec
6 † est bona expositio Petri ad illum textũ, dum declarat. Debitum est, idest debebatur. Quasi ex hac expositione dicatur, quòd id est offerendum, seu soluendum, quod debebatur tempore dationis in solutum, non id, quod tempore oblationis, & eius admissionis, debetur. Quia hęc declaratio est expresse cõtra illum textũ, qui loquitur de tempore oblationis, per verbum præsentis temporis. Imò etsi, secundùm eum intelligeretur, & declararetur, idest debebatur, clarum est, tempore adiudicationis deberi pretium cum vsuris, quæ etiam cessabunt, data re in solutum, sed extincta datione, seu resoluta etiam deberi dicuntur, vsque ad præsens tempus.

Tertiò pro hac opinione faciunt regulæ generales *l. quærebatur, & l. prior. §. sciendum, ff. qui pot. in pign.*
7 *hab.* quibus cauetur, † secundum creditorem teneri offerre pretium cum vsuris. Nec possunt intelligi iura prædicta, quando ex pignore fructus non peruenerunt, vel cum vsuris, vsque ad diem adiudicationis ex dictis in primo argumento.

Quartò pro hac eadem opinione facit ratio posita per omnes Doct. *in d. l. 1. C. si antiquior credit.* & per Salyc. *in l. 2.* Quia si aliter teneremus, diligentia, qua vsus est hic prior creditor, contra quem per secundum datur oblatio esset ei nociua: cùm si non procurasset adiudicationem pignoris, habuisset pretium seu capitale vna cum tertijs iuxta conuentionem. Et facta resolutione, quamuis haberet capitale, non haberet totum interesse, quia communiter accidentibus, ex reb. emptis libere non percipiuntur introitus, sicut ex venditis cum pacto de retrouendendo ad rationem duc. decem pro centenario; quia, vt plurimum venditores introituum promittunt & ipsi solutionem. Nec valet responsio quòd iam de hoc remansit creditor contentus recipiendo adiudicationem; quia hic consensus erat, habito respectu, quòd res pignorata irreuocabiliter penes

nes ipsum remansisset, & per hoc tollitur secundum motiuum secundorum creditorum.

Quintò pro hac eadem opinione facit, quod dicitur
8 de debitore, † qui, vt clarum est, ad hoc ne in mora constituatur, & admittatur ad oblationem, debet soluere pretium cum vsuris, vel offerre, *l. acceptam C. de vsur.* vbi Bald. *in 6. opposit. & in 18. quæst.* per Ias. post alios *in l. quidam existimauerunt. ff. si certum petatur*, &
9 nihilominus † ius offerendi competit sic debitori, quemadmodum secundo creditori, iuxta ea, quæ ponit Neguſ. *in tract. prædicto, in d. cap. 3. memb. 5. par. versic. sexto principaliter.* Maxilla *in consuet.* Bart. *in consuet. si cedentis column. 1. ver. in hac materia num. 4.* Sextò facit, quia si secundus creditor per viam oblationis aufert pignus à primo per actionem hypothecariam resoluitur dominium primi, & poterit etiam debitor offerre secundo, per tex. *in l. cum posterior, ff. de distract.*
10 *pign.* & † isto casu debitor tenebitur offerre pretium, & vsuras, vt suprà dictum est. Sic igitur offerre tenebitur secundus creditor qui non habet plus iuris, quàm debitor.
11 Septimò dictum † fuit, quòd ad hoc poterat considerari tex. *in d. l. 1. in verbo, debetur*, dum dicit, quòd admittendus est secundus creditor, si offeratur, quod ei debetur. Si ergo voluisset, quòd id, quod solutum est, vel debitum, tempore adiudicationis restitueretur, vnico verbo dixisset, secundùm creditorem esse admittendum, facta solutione, seu restitutione eius, quod solutum est, vel debebatur tempore adiudicationis. Insuper
12 dictum fuit, duas esse opiniones, † si facta oblatione per secundum creditorem, & admissa, hypotheca primi creditoris reuiuiscit, alteram quòd sic, & alteram quòd non, sed quòd primus creditor se tuebitur exceptione doli. Primam tenet Iacob. Butrig. *in d. l. 1.* qui ad euitandum has difficultates subdit, quòd pro maiori cautela est apponenda clausula in adiudicatione, quòd videatur à iure pignoris, recessum si res irreuocabiliter sua fiat, eam etiam videtur tenere Bald. Salyc. & Negusan. *in d. 5. par. 3. memb. 1. col. versic. nec in hoc.* Secundam tenet Alb. ibi, quam dicit esse veriorem, Cyn. dicit vtramque opinionem reincidere in idem. Iacto hoc
13 fundamento, ponebatur alia conclusio, † quòd resoluto contractu per euentum conditionis retrotrahitur conditio ad tempus contractus *l. 2. §. id quoque ff. de colla. bono.* Multa ponit Tiraquel. ad propositum *in tractat. de retract. lignag. in vers. finis, num. 14. cum sequ. fol. 760. in paruis*, in casu igitur, de quo agebatur, quamuis contractus dationis in solutum fuerit perfectus, verùm ex iuris dispositione inerat, quòd secundus creditor poterat offerre, qua oblatione facta, & admissa, vt supra, resoluitur datio in solutum, & res reduceretur ad primos terminos, secundùm quos debebitur pretium cum vsuris, & fuit etiam allegata *l. qui res suas. §. rem autem. ff. de sol.* & ibi Paul. de Castr. quem refert, & sequitur Tiraquel. *vbi sup. num. 21.* Et ex prædictis Sacrum Consilium iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum (me referente) declarauit, creditores teneri ad offerendum creditum cum vsuris, in quibus compensentur pro concurrenti summa fructus percepti.

Et respondebatur ad contraria. Quia dum dicebatur, quòd remanserat contentus Magnificus Io. Vincentius recipere solutionem debiti in castris prædictis, & fructus pro interesse recipere. Respondebatur, hoc fecisse, vt esset dominus irreuocabiliter: & clarum est, quòd introitus rei irreuocabiliter emptæ valent maiori pretio, quàm fructus rei emptæ reuocabiliter.
14 Nec secundum, † quod dicebatur, non adesse moram cum fuerit de credito satisfactum, & sic non deberi interesse, *l. lecta. §. sed cum certi. ff. si cert. pet.* quia similiter respondebatur cessare solutionem interesse ex causa dationis in solutum prædictæ, qua cessante remanet creditor in suo priori statu.
15 Nec tertium, † quod dicebatur ex declaratione Petri de Bellap. *in d. l. 1.* dum exponebat, debitum est, idest debebatur, obstat, prout dictum fuit in quarto motiuo pro Ioan. Vincentio.

Nec quartum, & vltimum quod dicebatur, dominium non resolui, quia contrarium est verum, prout est dictum in vltimo fundamento. Quia quæcumque opinio sit vera, Cin. dicit, quòd in idem reincidit. Et hæc decisio vltrà quòd sit secundùm terminos iuris, habet maximam æquitatem, vt vnusquisque habeat, quod suum est. Actuario Molino.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 11. 12. Adde D. Ann. Iunior. *cons. 36.* & pro ista causa de qua in hac decis. scripsit D. Reg. Lanarius, vt patet in eius cons. 29.

Num. 11. 12. Adde quòd istam decis. comprobat D. Anna Iunior *in cons. 36.* & pro causa de qua in præsenti decis. scripsit D. Reg. Lanarius, & obtinuit, vt ipse testatur *in cons. 29.* & corroboratur ex Gratiano *in decis. 125. num. 9 10. decis. 208. num. 8. 13.* & vide Fuscum *in sing. ver. depositum.* & hanc Dominum *infra decis. 38. num. 1. & 54. sub num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Secundus creditor tenetur offerre creditum, & vsuras medij temporis primo creditori recipienti adiudicationem, siue necessariam, siue voluntariam bonorum debitoris, & quæ obstare videantur.*
2 *Ius offerendi quando detur secundis creditoribus contra primum.*
3 *Oblatio, vt valeat, debet fieri de moneta currenti, receptibili, & non reproba, licet sit anea, vel ramea, dummodo sit a potentissimo Rege nostro approbata.*
4 *Moneta offerenda, an debeat esse cunei, valoris, forma, & materia temporis contractus, vel solutionis.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

1 AD hanc decisionem adde, quòd † secundus creditor tenetur offerre creditum, & vsuras medij temporis primo creditori recipienti ad iudicationem, siue voluntariam, siue necessariam bonorum debitoris. Adde omninò quòd ei videntur obstare text. *in l. 1. C. de pignorat. act.* & dicta in superiori *dec. 2. recte inuenti. num. 2* & latè, quando
2 hoc ius † offerendi datur secundis creditoribus contra primum. Thessaurus, *decis. Pedemont. 157.* & de hac decis. & *l. qui re, §. rem autem, ff. de solut. & de l. 1. C. si antiq. credit.* Vide Cons. Annam. *consil. 36. incip. Audiui, volum. 1. & ad num. 5.* vide Afflict. *dec. 16.* nouissimè Gram. *dec. 5. num. 5. & ad num. 2.* & 12. & vide quod ad *decis. 50. & alleg. column. 36.* & 37. ipsius Ann. 8. & ad
3 *num. 8.* adde tu lector quòd ad effectum, vt † oblatio valeat, debet fieri de moneta currenti, receptibili, & non reproba, licet sit ænea, vel ramea, dummodo sit à Catholico Rege nostro approbata, vt infra *dec. 508.* ad
4 quam dico latissimè. Et an † moneta offerenda debeat esse cunei, valoris, formæ & materiæ temporis contractus, vel solutionis, Ioannes Coppen. *in quæst. Saxon. quæst. 2. incipit, Maximè*, post Vrsillum *in decis.* Afflict. 96. & 194. & Surdum *in decis. Mantua 227. incip. Valorem* Ad hanc decis. adde Regentem Reuerterium, *decis. 21.* & quæ dico infrà, *decis. 134.* & 200. *num. 21.* & 206. Monis. *in consuetud. Si cedente, ad num. 8. ibi, vel offerre.* Adde Franciscum Viuium, *Decisionibus Prouincialibus*, & signanter *dec. 192. incip. Deponere*, vbi doctissimè. F. A.

ADDITIO D. RICII.

CReditor secundus offerens primo tenetur offerre creditum cum vsuris, in quibus compensantur fructus percepti pro concurrenti summa, hoc dici pro

Pro huius decisionis intelligentia, scias quòd creditor secundus habet ius offerendi primo creditori, & contra primus creditor possessor habet ius offerendi secundo volens retinere pignus pro oblato debito Afflict. *decis.* 259 Gramm. *dec.* 51. vel res adiudicata primo creditori per iudicem secundus offert eius creditum ex computatis fructibus receptis in sortem Capitalis Afflict. *decis.* 259. relatus per Masull. *in addit. ad Capic. decis.* 41. *num.*....

Ad punctum autem principalis conclusionis, scilicet quòd creditor secundus offerens primo tenetur offerre creditum cum vsuris, in quibus compensantur fructus adde Masull. *ad Capic. in d. dec.* 41. vbi quando secundus creditor offert primo creditori tenetur etiam offerre vsuras medij temporis, sicut debitor, verùm non tenetur primus creditor se potiorem, & anteriorem promittere, sed cedere eius iura talia, qualia habet, Bald. *cons.* 190. *vol.* 5. Ann. *alleg.* 78. Magon. *decis. Florent.* 39. Franciscus Marcus *dec.* 719. *part.* 2.

Animaduertas tamen, quòd quando conuentus actione hypothecaria non petit meliorationes in re possessa offerendo creditum, etiam quòd res possessa sit minoris valoris, liberatur, *l. tutor.* §. *Lucius ff. de* 2 *fur.* Negus. *de pignor.* 2. *memb.* 3. *memb.* 5. *part. princ. num.* 17. sed quando fecit meliorationes possessor offerendo rei æstimationem, etiam quòd dicta æstimatio non ascendat ad id, quod debetur liberatur, Auctor noster *in dec.* 38. vbi declarat quomodo ista æstimatio consideretur, an habito respectu, prout res valebat tempore venditionis deducto pretio meliorationum manufactarum, an prout valet habito respectu, prout res valebat tempore venditionis deducto pretio meliorationum manufactarum, an prout valet habito respectu ad præsens tempus, idem *dec.* 457. *num.* 3. Ann *singul.* 182. & an qui fecit melioramenta præferatur cuicumque creditori hypothecario quantumuis priuilegiato affirmatiuè Glos. Paris. *in* §. 1. *glos.* 15. *num.* 94. *& seq.* quod intellige in bonis melioratis, non alijs secundùm Surd. *decis.* 311. *num.* 7. faciunt etiam scripta per Ludouic. *in decis.* 7. *num.* 11. & 12. & vide quæ latè scribunt Barz. *decis. Bonon.* 23. *num.* 16. vbi distinguit tres casus & nu. 16. *in fin. allegat. decis.* 251. Thess. Menoch. *in addit. de arbit. casu* 286. quos refert Gaspar. Thessaur. *in addit. ad d. decis. patris.* 251.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Creditor posterior vltra debitum sortis tenetur offerre anteriori creditori tertias medio tempore decursas, vt admittatur ad ius offerendi, refertur decisio.*

2 *Recensentur Doctores contra decisionem tenentes, & iudicium Auctoris, num. 3.*

1 ADditur iam quæstio de iure offerendi, an creditor posterior, vt admittatur ad ius offerendi vltra debitum sortis offerre debeat creditori anteriori annualitates medio tempore decursas, & affirmatiuè iunctis aulis decisum fuit teste D. meo, & firmat Rota Rom. *in dec.* 141. *in editis in calce tractatus*, Postij *de subhastat.*

2 Oppositum in indiuiduo, controuersiæ contra decisionem ex Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 12. *glos.* 2, *num.* 3. & alijs tenet Montan. *controu.* 36. *nu.* 9. vbi satisfacit rationibus, hic adductis, & idem tenet Molin. *de iust. & iur. p.* 2. *disputat.* 37. vt sufficiat offerre creditum sine vsuris medio tempore decursis, & ratione mouetur Montanus, quia fructus percepit emptor, seu creditor anterior dominus ratione dominij, licet translatum sit sub illa conditione, vt restituat rem pretio oblato, nec sint applicabiles termini conditionis resolutiuæ de qua *in l.* 2. *ff. de in diem adiect.* & de pacto legis commissoriæ, ex quo dicta pacta sint à iure priuilegiata. Alex. *cons.* 10. *vol.* 1. *n.* 6.

3 Ego non audeo discedere à prima opinione pro qua adest decisio iunctis aulis, & firmat Lanar *consil.* 19. potissimùm, quia decisio non se fundat in d. pactis priuilegiatis, vt scribit Montanus, sed *l.* 3. *ff. de distract. pign. l. quærebatur, & l. si prior,* §. *sciendum, ff. qui pot.* vbi cauetur creditorem secundum debere offerre creditum cum vsuris.

SVMMARIVM.

1 *Introitus maturi, & non exacti in vita instituti, sine filijs decedentis, ad quem spectent, & num.* 5. *&* 7.

2 *Gratia de vno ad alium non extenditur.*

3 *Fructuum distinctio, & decisio sub nu.* 7.

4 *Exacta dicitur pecunia, quando non stetit per heredem quin exegerit.*

6 *L. in fideicommissariam ff. ad Treb. limitatur.*

8 *Debitor succedendo heredi primo loco instituto non videtur soluere quod debebat.*

9 *Fructus exactos non venire in restitutione, quomodo intelligatur.*

10 *Interesse emergens intra tempus restitutionis, an heres hæredis instituti teneatur soluere creditoribus hæreditarijs, vel fideicommissariis.*

DECISIO XIII.

Reditus maturi, sed non exacti per hæredem institutum eo mortuo spectent ne ad fideicommissarium, an ad hæredem, instituti hæredis.

SEmpronius decessit condito testamento, in quo suum hæredem instituit Anto. Elizes cum conditione, quòd Antonio sine liberis decedente, in eius hæreditate succederet Ioan. Elizes. Remanserunt inter alia in hæreditate Sempronij annui introitus per testatorem empti ab Illustr. Marchione Vallis Siculæ. Mortuo Antonio sine filijs, matura maxima quantitate introituum prædictorum tempore eius vitæ, & non exacta, factus est casus substitutionis. Fuit
1 dubitatum, † an isti introitus maturi, & non exacti in vita Antonij Elizes primo loco instituti, spectent ad hæredem institutum per ipsum Antonium primo loco, an verò spectent ad Ioannem Elizes fideicommissariũ, seu secundum hæredem, cui facienda est restitutio hæreditatis, ita vt in restitutione hæreditatis sit etiam facienda restitutio istorum fructuum, seu introituum in vita hæredis primo loco instituti maturorum, non tamen exactorum per eum in eius vita?

Hæc quæstio videbatur absque difficultate, quia postquàm fructus, seu introitus erant maturi ante diem restitutionis, erat in potestate hæredis primo loco instituti illos exigere, si non exegit, quia fecit gratiam debitoribus, non debebat sibi, in fauorem fideicommissarij
2 obesse, † quia gratia facta vni, non porrigitur ad alium §. *sed quod Principi, Inst. de iur. natu. gen. & ciu.* Andr. *in cap.* 1. §. *sed nec alia iustior, in addit. quæsit. prima cau. benefic. amitt.* & deberent haberi perindè ac si essent exacti, & exactos non venire in restitutionem,
3 non dubitatur † cuiuscumque qualitatis sint fructus, siue ciuiles, quos Hieron. Laur. *in prælu. ad l. in fideicommissariam. ff. ad Trebel.* appellat. conuentionales; siue industriales, *d. l. in fideicommissariam*, vbi plenè Ripa post Alexan. & alios, & tantò magis, quia pro

certa

certa quantitate erat lata sententia contra Marchio-
nem debitorem in vita hæredis prædicti primo loco in-
4 stituti, † quo casu non videbatur stare per eum quin
exegerit, & debuisset haberi hæc pecunia pro exacta,
arg. l. iure ciuili. ff. de cond. & demonst. per Doct. *in l.
diem functo. ff. de offic. assessorum*. Et reuera non pote-
rat Sacrum Consilium sibi prima facie persuadere,
quòd isti introitus non exacti pertinerent ad fideicom-
missarium, non autem ad hæredem hæredis primo lo-
co instituti, in cuius vita cesserat, veneratq; dies solu-
tionis faciendæ. Nihilominus Sacrum Consilium, ha-
5 bita matura discussione iudicauit † hos introitus ma-
turos spectare ad fideicommissarium, cui post mor-
tem hæredis, primo loco instituti etiam facienda resti-
tutio per tex. clarum, *in l. postulante, §. sed in huiusmo-
di. ff. ad Trebel. & in l. deducta, §. qui posteà tit.* & se-
cundùm Bar. Paul. Ang. & Imol. est gl. *in d. §. sed in hu-
6 iusmodi in quo text.* Paul. de Cast. dicit in principio †
tex. prædictum esse magnam limitatio. *ad d. l. in fidei-
commissariam*, & declarat bene text. prædictum, in
quo Iureconsultus hic inde arguit. & tandem conclu-
dit, vsuras, seu pensiones non exactas haberi loco re-
rum hæreditariarum, & competere actionem fidei-
commissario, sicut competeret pro sortibus principa-
libus promissis purè, vel sub conditione, defuncto,
quia est eadem ratio, postquàm duo concurrunt quòd
non sint exactæ, & debentur ex contractu defuncti,
quia fideicommissarius non petet eas, tamquàm fru-
ctus, quo casu loquitur *l. in fideicommissariam*, sed pe-
tit hæreditatem in eo statu, in quo reperitur. Sed repe-
ritur cum istis actionibus, quæ sunt quæsitæ ex contra-
ctu defuncti, ergo in ipsum debent transire. Hæc sunt
verba Pauli de Castro, quæ transcripsi, quia ex eis ha-
betur declaratio *tex. in §. sed in huiusmodi*. Item Paul.
in dicto §. qui post intelligit primum dictum illius. §.
procederem in vsuris debitis pro tempore post aditam
hæreditate, & idem tenet Ang. *ibi, in text. ibi, sed
quia*, vbi etiam optimè declarat, & *in d. §. qui post* am-
pliat, hoc procedere, etiam quòd hæres fecerit condo-
mnare debitorem ad soluendum pecuniam, quia text.
illius litteræ exigit exactionem, vt cedant lucro hære-
dis, & hic erat casus, de quo agebatur. Idem tenet
Imol. in locis prædictis, & Alex. Ex quorum dictis di-
7 cebatur, sumi veram conclusionem, † fructus ciuiles,
seu conuentionales, qui ex stipulatione, & conuentio-
ne defuncti percipiuntur, exactos non venire in resti-
tutione, quemadmodum nec naturales, nec industria-
les, non exactos verò quocumque, & qualitercum-
que etiam præcedente maxima diligentia hæredis, vt
puta, quia condemnare fecit debitorem non obstan-
te, quòd cesserit & venerit dies solutionis faciendæ,
transire in fideicommissarium, qui percipiet eos non
vt fructus, sed vt hæreditatem, quæ reperitur cum istis
actionibus. Et hanc opin. tenet. Ang. *in cons. 331. pro
consultationi* 1. *colum. in 6. fallen. &* Fran. Ripa *in l.
in fideicommissariam, in 18. fallent. numer.* 18. & ibi
Hier. Laur. *in 11. limit. numer. 44.* & hoc est adeò ve-
8 rum, † quòd si debitor ex contractu defuncti successe-
rit hæredi primo loco instituto, hæc successio non
habebit vim solutionis, sed tenebitur hæres soluere fi-
deicommissario, secundùm Alex. *in dicto §. qui post.
in 1. notab. versic. sed contra*. Et licet allegaretur Soc.
in reg. 172. fall. 2. tamen non applicatur ad casum, de
quo agitur. Et ex prædictis, vt suprà dixi fuit iudica-
tum in fauorem fideicommissarij, & re vera, quando
hæc quæstio à principio tractata fuit, videbatur clara
in fauorem hæredis primo loco instituti, & non mi-
rum, quia & hæredi fideicommissarium non poterat
persuaderi, *in d. §. sed in huiusmodi*, in quo etiam in
hac materia, secundùm Angel. ibi, & Imol. Iurecon-
sultus non reputat se scientem, & hanc opinionem re-
lata hac decisione tenet Pereg. *de fideicommis. art. 49.
numer. 66. versic. pensiones fol. 454.* Et quod dictum
9 est, † fructus exactos non venire in restitutione, intel-
ligendum est fructus exactos à solo separatos, etiam in
aceruo in agris existentes licet in horreo non recondi-
tos, secundùm Angelum *in d. §. qui post.* & post. eum
Imol. & Alex. in 1. *notab.* Tiraq. qui dicit, hanc opinio-
nem esse communem, *in tract. de retract. conuent. fol.
41. in prin.* Nec obstant in contrarium allegata, quia
loquuntur quando actio transit in hæredem, non au-
tem quando in fideicommissarium, prout casus noster,
in quem transit ex stipulatione defuncti, vt dicunt iura
10 suprà allegata, & benè declarat Paul. de Castr. † quid
autem sit in interesse, quod cucurrit, pendente tempo-
re restitutionis faciendæ creditoribus hæreditarijs an
teneatur fideicommissarius, vel hæres primo loco in-
uestiturus? Quod videbatur, quia interesse currerat
tempore, quo fructus perceperat, & sic deberet teneri
ad onera. ita arguit Paul. de Castr. *in d. §. qui post*. Ni-
hilominus in eo text. est decisio particularis in contra-
rium, quod dicit Pau. de Castr. ibi esse mirandum, et-
si non esset ille text. sic deberet teneri, & ibi omnes te-
nent istam opinionem. Hic casus respectu interesse
aliàs accidit in Sacro Consilio, & non facta aliqua dis-
cussione, nec per Sacrum Consilium, nec per partes,
fuit iudicatum contra hæredes hæredis instituti in fa-
uorem fideicommissarij. Pendet nunc decisio, sed vide
Decisionem 49. vbi fuit decisum, præuia maxima dis-
cussione.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde quòd hanc decis. allegat, & sequitur Peregri-
nus *in tract. de fideicom. art. 49. nu. 4. 66 fol. 454.*
Capiblan, *in tract. de baronibus fol. 117. n. 22. 34.* D. Pe-
tra ad Capyc. *decis. 3. n. 1.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Introitus maturi, & non exacti in vita instituti dece-
dentis absque harede, spectant ad fideicommissa-
rium,*
2 *Fructus pendentes tempore fideicommissi, an debean-
tur fideicommissario.*
3 *Fructus legitima, sicut ipsa legitima, statim à die
mortis debentur.*
4 *Et an eis, & legitimæ imponi possit onus dilationis.*

1 AD hanc decisionem adde, quòd † introitus matu-
ri, & non exacti in vita instituti decedentis abs-
que hærede spectant ad fideicommissarium, adde ita
quando *infra decis. 49.* & Peregr. *in tract. de fideicom-
2 missis. ar. 9. incipit. In tertio.* Et † quid in fructibus pen-
dentibus tempore fideicommissi an debeantur fidei-
commissario. est text. *in l. Herenius. l. 1. de vsuris.* Ad
3 n. 3. fructus ciuiles, id est conuentionales. Adde quòd †
fructus legitimæ, sicut ipsa legitima statim à die mortis
debentur, Præses infra, *decis. 16. n. 13.* sed an eis, & le-
gitimæ possit imponi onus dilationis, *infra decis. 14. n.
5:* ad quam dixi, & *dicta decis. 16. nu. 12. ad* quam di-
xi, *ad nu. 6. de l. fideicommissariam* vide *infra decis. 16.*
Brunor. à Sole *in resolutorio. in verbo. hæres sub condi-
tione, n. 105.* Tiraquel. *in l. si vnquam, n. 235. C. de re-
uoc. donat.* Tepatum *in tit. de fructibus in genere, num.
347. col. 1. vers. intus.* Ad num. 8. adde quòd hanc opin.
relata hac decisione, tenet Peregr. *de fideicom. Art. 49.
in secundo tempore, n. 66. in verbo pensiones.* Ad nu. 10.
vers. contra heredes hæredis, vide *infra decis. 49. & 79.*
ad quas dixi. F. A.

ADDITIO D. RICII.

REdditus maturi, sed non exacti per hæredem insti-
tutum eo mortuo spectant ad fideicommissarium
& non ad hæredem instituti hæredis, hoc dicit, & ita
aliàs fuisse decisum in Sacro Regio Consil. in causa
Pro-

Prosperi Bendellæ V.I D. cum Fabritio T. sta referente Reg. Cons. Iacobo de Franchis die 23. Octobris 1612. & fuit commissa liquidatio penes iectet. in Banca Brunelli, vt refert Larath. in cons. 73. Thor. *in suo Compend. decis. in verb. fructus*, quemadmodum dicimus, quòd fructus beneficiati matur, & non exacti spectant ad beneficiatum successorem, & non ad hæredes beneficiati mortui per tex. *in cap. quia sepè de elect. in sexto.* And. *in c. nemo plus Iuris in sexto.* Abbas *in cap. querelam n 7. cor. ne Prelati vices suas*, & sic fuisse decisum in Senatu Pedemontano testatur Thesaur. *decis.* 143. quicquid consuluit Goffr. *cons.* 40. vbi quòd fructus beneficiorum clericorum remanere debeant penes consanguineos beneficiati mortui, non autem transmittantur ad beneficiatum successorem & fructus remansi post mortem donantis, quòd veniant inclusi in donatione sub verbo iurium, seu bonorum introituum, & per consequens spectant ad donatarium, non autem ad hæredem, & ita consuluit a Pont. *cons.* 100. *volum.* 1. vbi refert, ita fuisse decisum, quod secus est in fructibus perceptis ex meliorationibus, nam ipsi numquam veniunt restituendi etiam si possessor fuerit condemnatus ad restitutionem rei cum fructibus, Auctor noster *decis.* 705.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA,

SVMMARIVM,

1 *Exagitata quæstio, an census exacti in vita grauati ex contractu fideicommittentis quæsiti spectent ad hæredem hæredis, vel fideicommissarium.*

2 *Impetitur D. Præses a D. Hieronymo de Leo, & alijs.*

3 *Rota Romana, & alij amplectuntur decisionem, quæ non pugnat cum alia D. Præs. 168.*

4 *Quid in pensione, & indicatur à Barbato prolapsus Peregrinus.*

1 Congrediuntur cum D. meo Authores magni nominis in articulo, qui sese iam offert, an census non exacti per hæredem grauatum in eius vita ex contractu fideicommittentis quæsiti spectent ad fideicommissarium, vel hæredem hæredis, & iuxta primam partem iudicatum fuit per text. *in l. postulante. §. sed in huiusmodi, & l. deducta §. qui post ff. ad Trebell.* vbi duobus concurrentibus nempe, quòd ex contractu fideicommittentis debeantur census, & quòd non sint exacti, spectant ad fideicommissarium, qui debet habere hæreditatem in eo statu in quo reperitur, & hanc opinionem tenent Soc. *cons.* 100. *volum.* 2. Mantic. *de coniect. lib.* 3. *tit.* 10. *nu.* 35. Peregr. *de fideicomm. art.* 49. *num.* 47. Costa *de port. ratæ qu.* 28. *num.* 9. Gratian. *discept.* 994. *num.* 34. Barry *de success. lib.* 8. *tit. qui fruct. ven. num.* 50. Reg. Larr. *decis.* 62 *num.* 1.

2 Extrema est aliorum opinio, vt redditus pertineant ad hæredem hæredis si maturati sint in vita grauati, vt censeantur tanquàm fructus collecti postquam dies solutionis cesserit, imò etsi non sint maturati diuidantur pro rata temporis inter hæredem, & fideicommissarium, Fusar. *de substit. qu.* 626. *num.* 73. Gizzius ad R. Larr. *dec.* 62. *num.* 2. Giurb. *obser.* 44. Cencius *de censib. par.* 2. *cap.* 3. *qu.* 3. *art.* 4. Duard. *super Bull. de censib. §.* 3. *qu.* 19. *per tot.* Paul. de Cast. *cons.* 214. *p.* 2. *num.* 5. Balthas. Thomas *tractat.* 5. *tit.* 8. *num.* 32. Moroni *cons.* 31. & 81. Hieron. de Leo *dec.* 128. *lib.* 3. qui totus est in expugnando hanc decisionem, & d. Authores, *d. §. qui post* intelligunt procedere in vsuris accessorijs, & non in redditibus annuis, qui principaliter debentur ex quo habentur pro exactis quando solutionis dies cedit vnde maturati in vita fructuarij debentur eius hæredibus, & non proprietario, vt firmatur *inf. dec.* 168.

3 Euehit posteriorem sententiam Cons. D. Hodiern. *in controu.* 4. probans *d. textum in §. qui post* loqui in fructibus ciuilibus, qui principaliter debentur, vt sufficiat eos deberi ex contractu defuncti, vt actiones transeant ad fideicommissarium, quia si prouenirent ex contractu hæredis, non exacti pertinerent ad ipsius hæredem, vt Fusar. *vbi sup. nu.* 38 Censal. ad Peregr. *vbi sup. vers. sed Fusarius* idem Hodier. ad Surd. *in decis.* 88. *num.* 6. vbi tenet primam sententiam addo; Fontanel. *dec.* 166. *num.* 1. D. Staib. *resolut.* 26. *num.* 14. nec aduersatur *decis.* 186. D. mei, quia hoc est speciale in restitutione vniuersitatis hæreditatis ex fideicommisso, & in allegata decisione census erant quæsiti ex contractu fructuarij, vt *num.* 16. nec agitur, ibi de hærede grauato, prout nec in legato particulari procedit dispositio *d. §. qui post*, vt ex Barbat. *de dimis. fruct. p.* 2. *cap.* 2. *à num.* 23. inferiùs dicetur.

4 Dubium extat in pensione, quæ debetur ex locatione facta per testatorem, si fructus percepti sint ante casum fideicommissi, & ad hæredem hæredis pertinere sentit Peregr. *vbi sup. num.* 96. ex Fusar. *num.* 71. sed errare Peregrinum tradit Barbat *vbi sup.* eadem ductus ratione, qua census spectant ad fideicommissarium, quamuis constituantur habito respectu ad fructus rerum, qui singulis diebus afferant commoditatem etiam si dies cesserit, & contraria in legato particulari, ait procedere, vide alia *obseru.* 49. Addo Simon. de Præt. *de interpret.* 3. *dub.* 5. *col.* 2. *num.* 5. Manticā *de coniecturis lib.* 7. *tit.* 10. *num.* 35. & inter fideicommissarium, & vsufructuarium distinguit Peregr. *Dec. Patau.* 83. Sed latè rectiùs de vsufructuario dicam *obseru.* 168. & videndus erit D. Hodiern.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta matri, ipsa sibi auctorante, an valeat, & quando, num. 5.*

2 *Auctor in sua causa quando quis esse possit, & quando non, num. 5.*

3 *Legitima prohiberi potest, ne alienetur intra certum tempus.*

5 *Decreto Iudicis validatur donatio, in qua donatarius sibi auctor fuit.*

6 *Alienationis prohibitio comprehendit etiam matrem, si ipsi alienatio facta fuerit.*

7 *Ingrediens religionem incapacem, an & quo tempore aperiatur via substitutio, num. 14.*

8 *Religionem esse mendicantem, quo tempore præsumatur.*

9 *Assensus Pontificis requiritur in donatione, seu cessione bonorum, quæ ecclesia eo ipso, quod cedit, acquirit, & num. 16. & 19.*

10 *Exceptio de iure tertij ponens exclusiue iuris alterius optimè proponitur.*

11 *Clerici regulares an dicantur mendicantes.*

12 *Primitiua ecclesia tempore bona aliqua religiosi non possidebant, at hodie, Sancti Spiritus gratia, temporalibus satis abundant.*

13 *Mendicantes censeri, quia non possident, non per hoc sequitur, possidere tamen possunt in communi, si regula non obstarent.*

15 *Hæres, verbum appositum in substitutione, non existentibus hæredibus descendentibus, transmissionem non operatur.*

16 *Cedendo quis videtur prius acquirere, & posteà cedere, & num. 25 deciditur.*

17 *Ius adhuc non agnitum, non dicitur esse in bonis.*

18 *Legatum à Prælato repudiari potest sine solemnitate à iure requisita.*

20 Re;

20 *Repudiando quis, non dicitur sentire damnum vel lu-
crum, limitatur, num. seq.*
22 *Repudiare, donare, & cedere, differunt.*
23 *Renunciatio simplex, sine cessione, vel donatione, non
arguit aditionem, sed repudiationem. Fallit. n. seq.*
26 *Momentanea acquisitio nihil operatur, vbi actus non
est ad acquisitionem ordinatus.*
27 *Ingrediens Monasterium, quod in commune possidere
potest ante professionem testari prohibetur, cuius hae-
reditas erit in suspenso.*

DECISIO XIV.

Clerici regulares sint ne incapaces bonorum im-
mobilium in communi.
Donatio facta matri per filios intra tempus à patre
prohibitum de alienando, an valeat.

PAter in testamento suo reliquit vsufructuariam
omnium bonorum eius vxorem, eamque tutri-
cem, gubernatricem, administratricem, ac pro
tempore curatricem reliquit suorum filiorum,
quos inuicem substituit, sine filijs, & ab intestato dece-
derent, ac etiam prohibuit cum clausulis annulatiuis
actus, ne absque matris consensu infrà decem annos
alienent bona eis relicta, seu eorum partem. Duo ex fi-
lijs eorum, Decius, & Mutius, portiones hereditarias
1 matri donauerunt infra tempus prohibitum. † Dubita-
batur, an haec donatio valeret, tamquam quòd sibi ma-
ter auctor extiterit? In hac materia multi scripsere.
quos omnes enumerat, & congerit Tiraq. *in tractatu
de legibus connubal. in glos. 6. in vers.* Deson Marj. *in
13. qu.* & multa etiam allegauit. Vicent. Maxilla *super
consuet. Baren. in tit. de iure dot. nu. 140. cum seq.* & in
causa, de qua agebatur, fuit dictũ hunc consensum re-
quisi ad integrandam personam filiorum; quo casu vi-
debatur haec quaestio decisa ex ijs quae Alex. *in l. 1. in
apostil. magna. ff. de auctor. tutor. & in l. 1. §. fuit quaesi-
tum*, vbi omnes de hac materia. *ff. ad Treb.* quibus in
2 locis concluditur, † quòd aut consensus est introductus
in fauorem consentientis, & hoc casu potest sibi ipsi au-
ctor existere, ne inductum in eius fauorem retorquea-
tur in odium. *l. quod fauore, C. de ll. c. quod ob gratiam
de reg. iur. in 6.* Aut requiritur ad integrandam perso-
nam, & hoc casu non potest; huiusmodi videbatur ca-
sus noster, quia intrà certum tempus alienatio est pro-
hibita, quòd tempus respiciebat, vel minorem, vel iuue-
nilem aetatem, in qua homines faciliùs inducuntur ad
alienandum. Et hanc rationem considerari in huiusmo-
di prohibitionibus, tenuit Bal. *in l. 2. 2. vers. considera. C.
de adopt.* quem sequitur, & allegat. concor. Ias. in *l.
transactionem, 3. notab. C. de transac.* Et haec prohibitio
3 temporalis alienandi, est adeò fauorabilis, † quòd etiam
legitimae iure naturae debitae imponi potest secundùm
Bart. *in l. filijs matrem, per illum text. C. de offic. testa.
& ibi* Bal. Sal. & Ias. Boer. *decis. 87. Et quo ad primam,
2. colu. vers. quinimo in 1. part.* Cotta *in memor. in vers.*
Filius grauatus, & quòd ad hoc testator habuerit respe-
ctum, non ad fauorem matris erat maxima coniectura,
quia relicta ea tutrice, & administratrice, vt suprà vo-
luit quòd infrà annos decem stent sub eius cura, tutela,
& administratione: quòdq; infra dictum tempus sorores
habeant viros, bonaque sint in communione, & infrà
eosdem annos decem non alienent. Et si: etiam potest
4 ex hoc inferri ad aliam conclusionem, † quòd vbicum-
que consensus, seu auctoritas requiritur ratione officij,
quis non potest sibi auctor esse, & ita procedit *tex in d.
l. 1. ff. de auct. tut. in l. si pupillus eod. tit.* & tenent. omnes
in d. l. 1. §. fuit quaesitum. ff. ad Trebel. Et propterea vi-
5 debatur, † hanc donationem non valere, quae confir-
mari poterat cum iudicis decreto, vt pro cautela poni-
tur *in d. §. quaesitum*, Nec obstat vnum quod dicebatur
6 † prohibitionem praedictam non comprehendere ma-
trem, de qua non loquitur, quia hoc est expresè contra
omnes Doctores qui formant quaestionem, quòd mu-
lier, & minor non possint contrahere sine consensu
propinquorum, vel mariti, & tamen faciunt distinctio-
nem, de qua suprà. Et praesupposita hac donatione pro
inualida dicebatur, per conuentos, has quotas, seu por-
tiones matri donatas per dictos Decium, & Mutium,
remansisse in haereditate Marij alterius fratris, substitu-
ti istis per patrem si sine filijs decesserint, à quo conuen-
ti legatum habebant, & in discussione inuentarij bono-
rum Marij esse portiones praedictas connumerandas,
postquàm isti Mutius, & Decius religionem Clerico-
rum regularium ingressi, & professi sunt ante mortem
Marij, quos hodie non possidere bona, nec in particula-
ri, nec in communi certum est. Et vera est conclusio,
7 † quòd per ingressum religionis, & professionis factae
in religione non capaci, nec in particulari, nec in com-
muni, incontinenti fit casus substitutionis, quemadmo-
dum si is, cui facta est substitutio, naturaliter mortuus
esset. Bar. *in leg. cùm pater. §. haereditatem n. ff. de leg. 2.*
Idem Bart. *in tract. Minoritarum in 4. part.* Et hanc
opin. dicit communem ex mente. Alex. Ripa *in l. ex
facto. col. 3. numer. 12. vers. praemissa faciunt. ff. ad Treb.*
licèt ipse cum Imola, & alijs teneat contrarium, & eius
opinio sustineri potest: hanc autem religionem esse in-
capacem in communi, & in particulari probant, ex quo
hodie de facto videmus quòd ipsi nihil possident, & de
eleemosynis viuunt. Et sic persliterunt à die fundatio-
8 nis vsque nunc, à quo tempore lapsi sunt anni 40. †
ex quo contra eos, & pro eis praescribitur, quòd sint
mendicantes. Io. Lapus *alleg. 45. An fratres de Car-
melis, &* ex hoc etiam dicebant conuenti, non obstare
ratificationes, seu nouas donationes factas posteà matri
per collegium, postquam collegium non est capax in
9 communi. † Quod etiam confirmabatur: nam & si ca-
pax esset collegium in communi, postquàm in his nouis
donationibus non aderat assensus Sedis Apostolicę (cùm
enim donando, vel cedendo collegium acquisiuerat
l. si auia, cum si. C. de iure deli. quam benè declarat
Corn. *consil. 79. in hac consultatione, col. 3. lit. L. ver.
circa quintum, vol. 4.* & nouissimè Io. Baptista Asinius
*in l. scriptus heres. §. nec quis putet. ver. aditionem quoq;
num. 115. fol. 162. ff. de relig. & sump. fu.* vbi multa con-
gerit) non potuit posteà se abdicare absq; solemnitatib.
a iure requisitis. Et hoc casu etiam poterat dici, quòd
conuenti legatarij Marij, & possessores vincebant eo iu-
re, quo possessores vincunt. *leg. fin. C. de rei vendi.*
10 † quia erat exceptio de iure tertij penitus exclusiuo
iuris actoris, iuxta tradita per Bar. & Soc. *in l. 2. ff. de
excep. rei iud. &* pleniùs per Iac. *in l. cùm seruum 1. col.
vers. in hoc art. C. de ser. fug. & ante eum* Aret. ibidem:
plenè Gutier. *in parc. 99. lib. 2. q. 22. numer. 17. & nouis.*
per Marantam vbi plenè declarat *in tract. de reme. pos-
sessoris, de nouo impresso, in §. principali nota fol. 55. à
tergo:* plenìs. Thesau. *decis. 4.* vbi quid in peti. haered.
possidentibus istis conuentis ex legato facto per Ma-
rium, qui etiam tempore eius mortis possidebat portio-
nes fratrum iam professorum in religione.

Pro solutione huius difficultatis visum fuit tractare,
an Patres isti sint capaces in communi. Secundò viden-
dum est, si existentibus capacibus in communi absq; so-
lemnitate Sedis Apostolicae praesupposito iure eis dela-
to, & acquisito per cessionem, seu renunciationem fa-
ctam matri, non tamen in ecclesiam incorporato absq;
assensu Sedis Apostolicae, prout requiritur, possint in
alium transferri?

Quoad primum dicebatur, hoc decidi ex ijs, quae po-
nunt Imo *in clem. 1. de reg. Ancha.* & Zabarella vbi di-
cunt, quòd si religio facit sibi constitutiones inhibentes
possessionem bonorum sine approbatione Pontificis,
non ex hoc dicitur religio mendicans, quia possunt re-
ligiosi contra eorum constitutiones venire; etiam quòd
sint iuratae. Et subdunt, quòd non sufficit de facto, non
habere bona propria, & mendicare, nisi mendicent ex
inhabilitate habendi possessiones, & redditus in com-
muni. Quemadmodum non dicentur mendicantes,

qui possint habere in communi, & non habent & ex hoc coguntur mendicare. His casibus videtur similis casus noster in quo Patres isti de facto non possident:
11 † non quia non possunt, quia regula, vel constitutiones eis obstarent, vt ex fide integerrimi Præpositi apparet, sed quia noluerunt possidere. Sed si vellent nunc, non prohiberentur vnde mendicantes, vel incapaces dici non possunt; eò etiam magis, quia nec mendicant publicè, nec occultè, sed eleemosinę ob eorum vitam sanctissimam vsque ad cœnobium eorum deferuntur, & sic nec pro mendicantibus habiti sunt. Vnde non concurrunt, quæ dicit Lapus *in alleg.45.* de cuius allegatione dubitabatur. Quia postquam regulę, & constitutiones non obstant huic religioni, quin possidere possit, si pro vno tempore videtur expediens ei non possidere,
12 non prohibetur aliò tempore, si vellet. † videmus enim ab initio nascentis Ecclesiæ, Ecclesiarum aliqua bona non possedisse, sed clericos, & religiosos, ac ceteros Ecclesiæ ministros more Apostolico vixisse: deinde ordinatione Sancti Spiritus actum esse, Ecclesiam in temporalibus abundare, vt plenè omnia ponit Gulielmus Bened. *in repet. cap. Raynutius, in ver. Et vxorem, nomine Adelesiam la 1. fol. 72. à tergo, in mediocri impressione, & ponitur in proœmio, fol. 22. della partita primiera*, quia sic expedire visum fuit, cùm pauci tantæ perfectionis inuenirentur, qui sine adminiculo temporalium onera Ecclesiastica susciperent, teste Bonauentura, quem allegat Guliel. vbi suprà, & nouissimè dominus Marcus Anton. Marsilius Colum. Archiepiscopus Salernitanus, doctissimum opus condidit *de Ecclesiasticorum redditnum origine, & iure.* Ex quib. etiam di-
13 ctis apparet, quòd non sequitur, † Nihil possident, ergo non possunt possidere in communi, & non immeritò in Sacro sancto œcumenico Concilio Tridentino, *ses. 25. ca. 3.* concessit Sancta Synodus omnibus monasterijs, tam virorum, quàm mulierum etiam mendicantium (exceptis domibus Sancti Francisci, Cappucinorum, & eorum qui Minores de obseruantia vocantur, etiam quibus, aut ex constitutionibus suis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apostolico non erat concessum) vt deinceps bona immobilia eis possidere liceat. Et hac conclusione habita pro vera, quòd non sint Patres isti in communi incapaces, sed capacissimi, dicebatur quòd isti legatarij Marij Parascandolæ nullum ius acquirere possint ex legato Marij, virtute substitutionis factæ filijs prædictis, si tunc filijs legitimis, & naturalibus de-
14 cederent. † Cùm postquam monasterium prædictum sit capax, & Marius decesserit ante mortem naturalem istorum fratrum, substitutio in eius beneficium facta, effecta fuit caduca *leg. 1. §. si sub conditione C. de caduc. tollen. l. Statius Florus. §. Cornelio Fœlici. ibi. quia potuisset prius ipse mori. ff. de iur. fisc.* Quæ iura ad hoc allegat Ripa *in d. l. ex facto, 3. no. ff. ad Trebel.* Constat autem de iure, quòd in casu prædicto, quando quis ingreditur monasterium capax in communi, est expectanda mors naturalis eorum quibus facta est substitutio, non autem sufficit ingressus religionis. Ita Bar. *per illum text. in d. leg. cum pater. §. hæreditatem de leg. 2.* Crotus *in §. & quid si tantum, col. 6. versic. secunda sit conclusio numer. 59.* & ibi Ruin. *colum. 5. numer. 16. ver per prædicta*, qui allegat concor. & Ripa vbi suprà.
15 Nec † verbum, hæredibus, appositum in substitutione operatur transmissionem, non existentibus hæredibus descendentibus: ita in specie Bart. *in le. Gallus. §. etiam si à parente, colum. penu. vers. quæro iuxta prædicta. ff. de lib. & Posth.* Pau. Aret. & Ias. ibi. & pro hac opinione est *text. in d. l. ex facto. §. fin ff. ad Trebell. quem tex.* dicunt Doct. ibi esse singularem, & ibi Ripa, *in 1. notat* qui hoc benè declarat. Hug. Cels. *consil. 6. paucis absolutum*. Et ex prædictis Sacrum Consilium iudicauit, hos Patres esse in communi capaces, & virtute substitutionis factæ inter filios aliquid non competere Mario defuncto ante mortem naturalem Decij, & Mutij, sed substitutionem fuisse effectam caducam.
16 Quoad secundum, † an in his ratificationibus, seu donationibus requirerentur solemnitates à iure requisitæ, postquàm cedendo acquirunt, allegabatur decisio Bal. *in auth. si qua mulier. col. fin. ver. sed an Monasterium, C. de sacros. eccles.* vbi Bald. dicit, in ipso ingressu posse monasterium refutare bona ingressi ante ius quæsitum, quia in quærendis potest præiudicare, & ex hac ratione infert, quòd monasterium conniuentibus oculis potest pati, quòd hæreditatem delatam monaco possideant aliqui consanguinei, ad quos fortè Abbas, &
17 monachi pietate, vel affectu mouentur. † Antequàm enim agnoscatur tale ius per monasterium, non est in bonis monasterij. *l. pretia rerum. ff. ad leg. Falc.* quam decisionem allegat, & declarat Alex. *consil. 87. eximie Domine. 1. col. vers. non obstat. 2. volum. &* Ambr. de Opizo *in repe. §. diui nu. 76. ff. de leg. 1.* Item allegabatur Lapus *alleg. 25. disputat. hic primo*, vbi concludit, solemnitatem non exigi in rebus nondum in Ecclesiam in-
18 corporatis. Vnde infert, † legatum posse per Prælatum absque solemnitate repudiari, quod optimè declarat Feder. de Senis *in q. 9. &* Anch. *cons. 150.* & hanc opinionem, scilicet legatum posse repudiari absque aliqua solemnitate, dicunt Ias. & Ripa, *in leg. legatum, de leg. 1.* vbi plenè tangitur hic articulus, esse communem, & concor. allegat Apostil. Mandos. ad *d. alle. Lapi.* inter quos allegat Lambertinum Episcopum Insulanum in *Tract. de iure patr. in 9. art. 2. q. princ lib. 3.* vbi optimè distinguit in hac materia. Et pro resolutione huius quæstionis circa repudiationem, est videnda eius theorica, quia ex ea apparebit hanc communem opinionem maximam habere difficultatem, ac etiam sunt videndi Moder. Paris. *in §. 13. gl. 2. in ver. pen fol. 162.* & nouissimè. Ant. de Corduba *in l. si. quis à liberis §. vtrum n. 61. vers. quari solet. fol. 15. à tergo. ff. de lib. agnosc.* & nouissimè Velasc. *cons. vlt. 72. 2. col. vbi multos concord.*
19 alleg. sed prædictis decisionibus respondebatur, † illas procedere in iure delato, non acquisito, & simpliciter repudiato, vel expressè, vel tacitè, vt Bal. Alc. & cæteri
20 loquũtur. † Repudiãdo enim quis lucrũ non consequitur, nec damnum patitur, iuxta terminos *l. qui autem,*
21 *ff. qua in fran cred.* † Secus autem dicebatur, quando non erat simplex repudiatio, sed donatio, & cessio in beneficium alterius facta: tunc enim per hunc vnicum actum, duo in instanti fiunt, scilicet acquisitio ex parte donantis, seu cedentis, & translatio dominij in cessionarium, seu donatarium, vt declarat Paul. de Castr. *in d. l. si auia*, & facta ista acquisitione dominij modo prædicto, succedunt regulæ prohibentes alienationem rerum Ecclesiæ, quarum quæsitum est dominium non tenere absq; solemnitabus à iure requisitis, & idcircò Feder. de Senis *in d. disp. 9. in fi.* dicit, quòd in suo casu legatum non erat acceptatum, nec tacitè, nec expressè quia si tacite, vel expressè fuisset acceptatum eadem solemnitas requireretur in cessione actionis ad rem immobilem,
22 quæ in ipsa re immobili requiritur. Et † quòd sit maxima differentia inter repudiare (prout loquũtur Doct. præalle.) donare, & cedere (prout erat casus noster) pulchrè per Paul. de Cast. *in l. sicut maior. ver. nota bonam legem. C. de repud. har.* Hinc est, quòd repudiando quis hæreditatem in nihilo tenetur, nec conueniri potest: si verò cesserit, vel donauerit, ipse rectà via etiam conuenitur. *l. hæreditatem. ff. de dona. pleno. in l. 2. C. de hered. vel actio* 1 en. Guid. Papæ, qui declarat, & limitat.
23 *in q. 105.* An possit. † Ex simplici enim renunciatione hæreditatis aliter non donando, vel cedendo, non inducitur aditio, sed repudiatio. Aym. *cons. 200. Auns. 1. col.*
24 *in prin.* † Preterquã si appare velle proficereret renunciando alicui, quia tunc per prius videtur adire, & postea renunciare. *arg. l. illud. ff. de acquir. har.* declarat Paul. de Cast. *in l. pactum. 2. colum. in vlt. q. versic. sed etiam si non adiuisset. C. de collat.* quem sequitur Iac. *in d. l. sicut, & optimè* distinguit, quando quis vtitur vel verbo, repudio, vel verbo, renuncio, in beneficium alicuius, ad finem, vt hereditas intelligatur adita, & posteà cessa, vt est casus noster, Io. Cro. *in rep. l. re coniuncti, col. 36. n. 156. versic. 10. quæritur. ff. de leg. 3.*

Hæc

Hæc causa licet ex prædictis videretur dubia, nihilo-
25 minus his non obstantibus, † Sacrum Consilium iudicauit, cessionem, & donationem prædictam esse validam. Quia, quamuis quando quis cedit, videatur per prius acquirere, & posteà cedere, vt apparet ex suprà allegatis in contrarium, nihilominus, cùm cessio non sit principaliter ordinata ad adeundum, & acquirendum,
26 sed potiùs ad renunciandum, † illa acquisitio momentanea non est in consideratione, & debet haberi perinde ac si renunciasset ius non incorporatum, ita in specie Soc. *cons.63. viso instrumento, col. pe. & fi. vers. & si quispiam, vol.3.* ex cuius dictis Fanutius *in tract. de Lucro dotis, in glos. 8.* in text. *ibi, vir lucretur nu.17. & 18. in paruis, fol.321.* dicit, die 14. Ian. 1547. fuisse decisum per Rotam, quòd dum Hospitale S. Mariæ de Monte cessisset iura, quæ in hæreditate habebat, quòd cessio prædicta valeret, quamuis solemnitates requisitæ per Paulinam non interuenissent, quod tamen declarat procedere, quando ex actu qui fit ad renunciandum, resultat acquisitio, prout erat casus huius decisionis, quod comprobari potest ex ijs, quæ Bal. *dicit in l. illud, col.3. vers. quid ergo dicemus C. de sacrosanct. eccl.* quẽ sequitur Corn. *in cons.206. lit. S. vol.3.* & pro hac opinione facit tex. *in l.2. §. cùm quis ff. de har. uel act. vend.* secundùm quartum intellectum, quem ad illum tex. ponit Anto. Padil. *cum secundum vers. quare sit n.21. in fi. C. de fideicom.* Quando autem essent duo actus separati, vt quia primò adijsset, deinde cessisset, etiam quòd sit in eodem instrumento, tunc dicit Fanutius requiri iuris solemnitates. Et ex hac distinctione omnia contraria tolluntur, quia procedunt data incorporatione, & acquisitione facta ad finem acquirendi, non autem renunciandi, prout in casu de quo agebatur.

27 Aduertendum etiam in materia, † quòd quando quis efficitur monachus in monasterio, quod in communi possidere potest, poterit in ingressu ante professionem testari, & tunc hæreditas erit in pendenti donec naturaliter vixerit, vt dicit Crotus in repetitio. *dicti, §. & quid si tantum, in 2. conclus. num.29.*

ADDITIO D. VISCONTI.

A Num.1. cum seq. Adde Dilectum *in tract. de arte testa. tit.1. cautela 1. num.4.* quem allegat Dominus de Bottis ad Bar. *in d. l.1. ff. de author. tuto.* Mandos. *in cons. Roma 515. lit. B.* Ioseph. Ludou. *in suis comm. opin. conclus.2. per totam*, Crass. *in §. donatio. cau. mort. nu.2.* & Capriol. *de succes. fol.50. num.220. & seq.*

Num.7. Adde D. Annam Iunior. *cons.9. nu.21.* Crass. *§. fideicomm. q.40.* Viuium *opinio.839.* Menoch. *de præsump. lib.4. c.83. num.71.*

Num.7. Adde D. Annam moder. *in cons.9. num.21.* Viuium *in opin.839. par.2. secundùm nouissimam editionem Aquilanam*, & Crassum *de succes. in §. fideico. q.40.* & Menoch. *de præsump. lib.4. cap.83. num.71.*

Sub num.10. in add. dum allegat Iacob. Adde Marantam *in tract. de remed. poss. in 5. principali notabili.*

Num 18 Ibi Federicus de Senis, Adde Mandos. post Roman. *in addit. ad cons.184.* Nattam *cons.441. col.2.* Roland. *cons.15. num.29.33. vol.1.* Viu. *in opin.1. par.1.* Gabr. *in tit de legat. conclus.3* Menoch. *cons.73. nu.10. vol.1.* Franc. Bursat. *cons.55 num.22. vol.1.* Episcopum Minorens. *in ver. legatum §.13. fol.138. à tergo*, & D. Senat. Ann. *cons.113. n.13.* Vide Crassum *de succes. lib.2. fol.39. num.10. 11.* Vide omnino Steph. Quaranta *in sua summa in ver. Alienatio num.23. fol.13.* & an in repudiat. vel renunciat. legati, vel hæreditatis requiratur solemnitas Paulinæ, Vide Quarantam *vbi sup. num.20. cum seq. fol. tenet quòd non.*

Num.23. Vide Aym. *cons.288. num.2.* & Nattam *in cons. Roman.149. num.7.*

Num.26. Adde Mangrell. ad Bart. *in l.1. C. de repud. hæred.* D. Ann. Iun. *cons.45. num.106.* qui ambo meminerunt de cons. Socc. hic allegato, & dixit Bursat. *in d. cons.55. num.21.* fuisse iudicatum in Rota Mantuana, secundùm d. cons. Socc. eiusque opinionem, Gratian. *in decis.17. num.28. 29.* & D. Petra ad Capyc. *in dec.89. num.2.* vbi apud eum multa notabilia reperies.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta matri authoranti an valeat.*
2 *Cautela grauando filium etiam in legitima remissiuè.*
3 *De prohibitione alienationis plura remissiuè.*
4 *Monasterium an faciat exspirare substitutionem.*
5 *Testator si relinquat filiæ suæ mille tempore quo Monasterium intrabit, hoc legatum non debetur, nisi probetur post ingressum annum probationis expletum esse, & professionem factam fuisse.*
6 *Substitutio exspirat regulariter, si substitutus ante institutum decedit.*
7 *Et quando ad hæredes substitutio transmittatur.*
8 *Pauliana edicta, non habent locum in renunciationibus, refutationibus, & alijs.*
9 *Alienatio vitietur ne in totum, vel habita ratione temporis.*
10 *Ingrediens Monasterium difficulter donat bona sua propter ingressum.*
11 *Et an reuocari possint.*
12 *Et si reseruant aliqua bona, ante ingressum possunt de ipsis disponere.*

1 ADDE de † donatione facta matri authoranti an valeat, Doctor *in l.1. de authoritate præstanda*, & quæ dixi in *decis.4. superius*, & quid in patre, Cotta *in Memorabilibus suis, in verbo filiusfam.* Felin. *in c. edoceri. de rescript.* Socin. *cons.112. lib.1.* Crau. *cons.84. & 92. vol.1.* Decius *in l. seruum, C. de testam. & cons.245.* Alexandr. *consil.46. & 127.* Gulielmus de Benedictis *in cap. Raynut in verbo, matrem*, Tiraquel. *de leg. connubial. gl.4. num.16.* Guid. Pap. *decis.222. ad num.2.* Grannucius Theoremate *fin.* & quæ ego ad decis. Præsidis huius 310. *Ad nu.3.* si le-
2 ctor † Cautelam vis scire grauandi filium, etiam in legitima videas hunc Præsidem *in decis.293. num.11.* vbi
3 plenissimè loquor. Et † de prohibitione alienationis, vide omninò, tàm per vltimam voluntatem, quàm cõtractum, Grammaticum *dec.93. & 305 num.40. & 42.* & Iulium Clarum, *quæst.73. in §. testamentum*, Magonium *in decis. Florentiæ 49. num.38. ad num.7.* an Mo-
4 nasterium faciat † exspirare substitutionem, adde Partenop. ad Bart. & ad text. *in Auth. Rogati, C. ad Trebel.* & Præsidem hunc *in dec.19. num.3 & dec.469.* Et adde,
5 quòd † si testator relinquit filiæ suæ mille tempore, quo Monasterium intrabit, quòd hoc legatum non habebit, nisi probet post legatum probationis annum expleuisse, & professionem fecisse, secundùm Beroum, *cons.28. nu.1. & 12. volum.* quod confirmat Iulius Clarus, *in §. testamentum, quæst.28. num.6.* & sequitur Surdus *decis. Mant. 303. incip. Dominus*, Ad num.10. de exceptione iuris tertij, Regentem de Ponte, addas *consil.4.* & Antoninum Thessaurum *decis. Pedem.4.* Guttierez, *lib.2. Pract. quæst. cap.22. num.17. Ad num.15. in fine*, in ver-
6 bo, defuncto, adde quòd † substitutio exspirat regulariter, si substitutus ante institutum decedit Bald. *in l. iubemus, vers. quartò quæritur, ad Trebel.* Castrens. *cons.351.* Oldradus *cons.132.* Alexand. *cons.13. volum.4.* Et
7 quando † ad hæredes substitutio transmittatur, Firmanus, *in verbo fideicommissum transmittitur, numero 8.* Peregrinus *in tract. de fideicommis.* latè ad *num.16.* ibi: cedendo acquirunt. Adde omninò Præsidem supra *decis.3. num.4. & decis.101. infra ad quas dico*, & Stephanus Quaranta in *sua Summa, in verbo, alienatio*, qui videtur his dictis aduersari ad *num.26. de Paulia-*
8 *na*, an † habeat locum in renunciationibus, refutationibus, & alijs adde Arnonum *Singul. 66. & 76.* Vrsil.

V*[illegible]l.dec.*101.Couarru.*cap.17.variarum resolut.num.*
5.Borgninum *dec.20.Præsidem* 2.Cons.de Anna *consil.*
38.*incip.Quæ in hac causa*, Doctorem Quaranta *loco*
superius citato, Triuisanum *in dec.56.Veneta*, & Bor-
gninum *iterum decis.31.par.2.& 29.& decis.45. & 46.*
9 *par.1.& dec.36.num.283.par.2.* vbi an † alienatio vi-
tietur in totum, vel habita ratione temporis, est decisio
Veneta *in volumine 2.ad num.27. ibi: Ante professio-*
30 *nem*, Adde tu † quòd ingrediens Monasterium diffi-
31 culter donat bona sua propter ingressum. Et † an reuo-
cari possint, Abbas *in cap.statuimus*, *de regular.* Et
32 quòd † reseruans aliqua bona ante ingressum possit de
ijs disponere, nouissimè Scribentes *in Auth.Ingressi,*
C.de Sacros.Eccl. Boetius *dec.70.*

Ad num.18. huius Decisionis.

Adde Velascum *Consult.77.versic.facit tertiò*, vbi plura adducit. Anna *cons.38.& 45.2 ol. Ad hanc decisionem, num* 3.de prohibitione temporali, quòd etiam legitimæ debitæ potest imponi onus de non alienando. Adde Guil.de Benedictis, *par.1.num.32.& seq. in verbo, Reliquit*, de testamentis; sicut prohibitio viduitatis temporalis etiam sustinetur, licet perpetua reprobetur, Ias.*in Auth.Cui relictum, nu.3.notabili 4. C. de indict. viduit.tollenda, Ad num* 7.adde quòd referente in Sacro Consilio hoc Præside, tunc temporis Consiliario, in anno 1584.fuit iudicatum, Monasterium S.Viti Marigliani, capax esse introituum annuorum, & bonorum stabilium, ad finem vendendi, stante dispensatione Apostolica tenendi Syndicum laicum. Actuario Scapapeco,

ADDITIO D. RICIJ.

CLerici regulares, an sint incapaces bonorum immobilium in communi hoc dicit.pro intelligentia huius decisionis præmittendum est, quòd proprium quis habere dici potest, quando possidet aliquid Prælato ignorante non paratus notum illi facere, nec ad eius libitum dimittere sed pro sua voluntate disponere Abb. *in c.cùm ad Monasterium de stat.Monach.n.8.&* ideò non dicitur proprietarius ille, qui superiori consentiēte aliquid possidet ad vsum indeterminatum Anchar. *in Clem.ne in agro nu.41.de stat. Monach.* tamen non potest Abbas dispensare cum monacho, vt habeat proprium Boich. *in c.cùm ad Monasterium n.12. de stat. Monach.* nihilominus licitum est monacho peculium habere, sed vsum tantùm, ideòque Abbas *in c.cum quibusdam de stat.Mon.* dicit peculium esse illud quod Abbate sciente monachus possidet: potest tamen Abbas monacho aliquid concedere, & taxare certam summam pro vestimentis, & non per hoc dicetur habere proprium, vt voluit But.*in d.ca.cùm ad Monasterium n.20.de statu Monach.* quę omnia locum etiam habent in fratribus ord.min.*clem.exiui.§.ex primissis de verb. signif.* possunt tamen dispensari ex duplici causa necessitatis, & vtilitatis, tam publicæ quàm priuatæ, quæ quidem debet esse grauis Fel. *in c.cum M.Ferrariens. n.26.de constit.&* si cessat necessitas, nil prodest Prælati dispensatio ad excusandum a peccato Cald. *cons.7. de regular.* nec prodest Prælati dispensatio circa immobilia, quia ea tenere non potest, nec etiam vsumfructum alicuius rei Cald.& Fel.in locis citatis ex decreto Concilij Tridentini *Sess.25.c.2.de reg.* Quapropter Nauar. *in distinct.com.3.n.27.versic, concludo* postquam affirmauit carere vitio proprietatis eos religiosos, qui pro victu, & vestitu cæterisq; rebus necessarijs, aliquàm habent à monasterio pecuniam, dicit, eos debere sex obseruare, quæ ipse enumerat.

Primum; quòd ea, quæ sibi dantur nullatenus sibi dētur, nec accipiantur ab eis pro suis quoad dominium, quia non sunt illius capaces: sed quoad solum vsum suum facti decentem, vel alium pium, vt tradit latè in *comm.c.cui portio num.31.*

Secundum, quòd non vtantur eis disperdendo illa in vsus malos vanos, vel prophanos, quia per talem vsum etiam Abbas peccaret peccatum proprietarij, vt dixit in *dict.c.cui portio*.

Tertium, quòd illi per leges diuisionis, vel cartas, quas vocant rationes, vel constitutiones, & distinctiones portionum; quas vocant priuilegiatas, vel alias iustas ordinationes, vel statuta Ecclesię fuerit cautum, ne quis eorum faciat eleemosinam, vel aliud pium opus, nisi vsq; ad certam quantitatem de superfluo sine licentia particulari Prælati ad vnguem seruent illam.

Quartum, quòd Pręlati saltem tacitè ei modum viuendi consentiant; vel consentire debeant.

Quintum, vt iusta de causa fiat, præuia licentia expressa, vel tacita per dicta *in d. comm. cap.non dicatis num.23.*

Sextum, quòd non contradicant reformationi legitimæ authoritate legitima faciendæ.

Secundò principaliter colligimus, maximum vitium esse, proprietarios esse religiosos, cùm detrahant fundamentum religionis, eiusdem matrem iugulent, ac suffocent, & viam perfectionis tollant, & pacem religiosorū auferant: quæ omnia bona in vna paupertate posita sunt, vt tradit Card.à Turrecremata *in c.non dicatis in quæst.1.ad 3.* & grauissimè delinquit proprietarius, dicitur enim fur, sacrilegus, proditor in Deum, & proximum, voti transgressor, Apostata, Idolatra, Hippocrita, & mendax Spiritui Sancto, excommunicatus de iure naturali, ac peccans in Patré, Filium, & Spiritum Sanctum, vt ipse Cardinalis superiùs adducto loco probat, ideòq; aduersus eos grauissimæ pœnę constitutæ sunt.

Et primò quidem legitur grauissimum supplicium *Iosue 7.* quod Hacan passus est, quòd lapidatus est, eiusq; bona igne consumpta sunt, ex quo de Anathemate Ierico furatus est pallium coccineum, & 200. Siclos argenti, regulamque auream; Graue quoque supplicium exercuit D. Petrus Apostolus contra Ananiam, & Zaphiram vxorem eius, qui post votum paupertatis modicum ex pretio rerum venditarum retinentes, ad verbum Petri morte subita perempti sunt, & factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia, vt habetur Actu vltimo, ac refert Clemens *epist.4.* quem affert Gratian.*in c.dilectissimi 12.quæst.1.* Denique grauissimum supplicium sumpsit D. Greg. vt scriptum est in eius *lib. Dialogorum 4.* & relatum est *in c.cùm ad Monasterium de stat.Monac.* qui præcepit, vt si proprietas apud quem inuenta fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis extra Monast. in sterquilinio subterretur. Item tertiò colligitur monachum dicentem rem aliquam esse suam peccare mortaliter, pro quo Nauar.in sępiùs alleg.*tract.de regul.commem.2.in c.non dicatis 12.q.1.n.1.* distinguit tres casus post. Præpos.& Card.à Turrecr. *in d.c.non dicatis n 1.*

Primus casus in eo dicente rē suā, esse volens, & desiderans esse suam, ita quòd illius verè dominium habeat & tunc non solùm peccat, quia mentitur: verùm quia contrauenit voto *iuxta d.c.non dicatis, & c.cùm ad Monasterium de stat. regul.*

Secundus casus, quando dicit inaduertenter absque illa consideratione, & voluntate; & tunc quia mentitur, venialiter peccat iuxta doct.S. Thomæ *2.2.quæst. 110.art.3.*

Tertius casus est, cùm per illud verbum, meam, intelligit rem suam quoad vsus administrationem, & detentionem, quo casu dicit non modò non peccare, verùm & meritorium verbum dicere, dummodo, vt diximus, omnis dominij intentio sit aliena; Punitur etiam in vita quia ex Sac. Concil. Trid.decreto *sess.25.ca.3.de regul. pœna* statuitur quòd qui aliquid proprium habere fuerit deprehensus is actiua, & passiua voce priuatus sit, atque etiam iuxta regulæ suæ, & ordinis institutiones puniatur, quapropter etiam fur dicitur, vt inquit Præpos. *in d.c. non dicatis 12. quæst.1.n.4.* Tamen si Abbas monachum permittat habere proprium, non peccat secundum Imol.*in l.Lucius Titius num.3.ff.ad Trebell.* quod quàm longè a veritate inspicitur, & ex superioribus conuincit.

OBSER-

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Consensum an quis possit præstare ad sui vtilitatem, quando in actu per aliquem faciendo requiritur.*
2 *D.R.de Marin. sentit dubitabilem cautelam decreti Iudicis in vicem debentis consentire traditam per D.Pras.& an filius possit donare causa mortis eidem patri consentienti.*
3 *Fideiussio filij valet pro patre, nec inualida est per pragmaticam Macedoniani.*
4 *Substitutus in casu mortis grauati succedit facta professione in Religione incapace in communi, ac in particulari per grauatum, quidquid alij teneant, præsertim Barbatus impugnans expresè decisionem, secus si monasterium sit capax in communi.*
5 *Legatum potest repudiari per Prælatum absque solemnitate.*
6 *Ecclesia quando possit cedere hereditatem sibi delatam sine assensu, affertur distinctio, & refellitur decisio, num.7.*
7 *Renunciando quis hereditatem cum cessione an teneatur creditoribus, num.9.*

1 DIssensionis plena est hæc decisio cuius assumptum primum est donationem factam matri ipsa sibi authorante non valere, dum erat facta prohibitio alienationis à patre filio vsque ad certam ætatem absque matris consensu, & propter hanc prohibitionem, non poterat impertiri mater consensum ad sui vtilitatem in donatione sibi facta, ita firmat D meus, & comprobant D.R. de Marin.*lib.2.var.resolut.*144.& Cancer. *lib.2.var. capit.*1. *num.*63.nec aduersantur *l.si consul.ff.de adopt. & cap. cùm in veteri de elect.* in quibus iuribus valida fuit iudicata electio in personam illius, cuius consensus pro forma erat requisitus, vt probat P.Merlin.*cent.2. contron.99.nu.*26. pro responsione etenim distinguendum est inter consensum requisitum iad consentientis fauorem, & eius in cuius actu præstandus est consensus, & ad integrandam personam illius, vt in primo casu validè interponatur consensus, vt quod in fauorem est inductum, non cedat in odium, secus in postremo casu, ita ex Alex.*in l.1.ff.de auctor.tut. & in l.1.§.fuit quæsitum vbi omnes, ff.ad Trebel.*Cancer.& D.de Marin. & alij communiter.

2 Edocet D.meus *num.*5. cautelam pro validitate actus nempe decreti Iudicis *ex d.§.quæsitum* vnde in filiofamilias qui potest donare causa mortis cum patris consensu, quòd non possit, nisi cum Iudicis authoritate ad beneficium patris defendit Cancer. *vbi sup. num.* 63.sed D.de Marin.*d.resolut.*144. *num.*17. dubitat de Iudicis decreto, & cautela tradita hic, & post Paschal. Thes. & alij cumulati in alleg. 107. D. de Marin. dum agebatur de donatione in decisione, & neque donatio ad remunerandum potest fieri cum decreto Iudicis, *l.2. C.si aduers.donat.*Aret.*cons.*4.Mantic.*de tacit. & ambig.lib.4.tit.6.num.*36.*& seq.*

3 In terminis pragmaticæ Macedoniani famigerata est quæstio, an pater valeat consentire ad sui fauorem filio fideiubenti, & pro nullitate sentit, & fusè probant ex traditis per D.meum R.Galeot. *lib.2.controuer.*74. *num* 44.*& seqq.*D.Staib.*resolut.*70.D.de Marin. *lib.1. resolut.*144.& copiosè Gizzius *in d.allega.*107.*per tot.*

vbi impugnatur Merlin.*cent. 1. controu.*39. Nihilominus contrarium tenent Montan. *controu.*39. Sanfelic. *dec.*190.Mauton.*de caus.execut.ampl.*10.*num.*82. Octau.Bilott.*cons.*15.*per tot.*Merlin.*vbi supr & centur.*2. *controu.*56.& 99.& quàmplures authoritates, & rationes ad comprobationem plenè adducit D. Marott. *discept.*26.*per tot.*

4 Substitutus in casu obitus hæredis, si iste emittat professionem in religione incapace in communi, & in particulari statim succedit, vt firmant Sesse *dec.Arag.* 44.Gasp.Thesaur *lib.3.qu.for.*36. & *seq.* Ceuall. *pract. qu.*63. & per M. C.iudicatum refert Thor.*ver. mulier heres p.*3. & quamuis contrarium teneant Fusar. *de substit.qu.*430.*num.*16.*&* 25.*& cons.*88. & 95. & Rot. Rom.*in collect.*per Farin. *tom.*3. *dec.*492. *&* 544.Merlin.*lib.1.controu.* 52. & contra D. meum expreisè Barbat.*de diuis.fruct.p.2.cap.2. à num.*63. vbi tradit retinenda bona per venientes ab intestato propter spem prædecessus substituti, & caducationis, & ita decisum refert Mol.de Hispan.*primogen.lib.1.cap.*13. *num.* 95. Guid.Pap.*decis.* 595 vbi addentes Peregr. *de fideicom. art.*28. *num.*63.Nihilominus cum D. meo conueniunt D.Staib.*resol.*97.*num.*20.Reuert. *decis.*492. vbi D.de Marin. restringit si professus alienasset, vel disposuisset ante professionem, & Fusarius, qui fuit contrariæ sententiæ tradit contra suam opinionem decisum *in fine d.con.*88.*& in qu.*430.*num.*16. addo plenè allegata per Marott.*discept.*19.*num.*37.vbi etiam probat, & decisum refert in S.C. expectandam esse mortem naturalem prof. ssi, quoties Monasterium sit capax in communi ex D.Marcian.*in con.*60.*num.*4.

5 Prælatum posse repudiare legatum absque assensu probat D.meus *num.*18.& conuallant Peregr.*dec.*145. Fontanell.*de pact.nupt.lib.1.claus.4.gl.4.p.*5. Gratian. dec.March. 17.*num.*27.Nec turbat text.*in l.magis puto §.fundum, ff.de rebus eorum*, vbi repudiatio legati est alienatio, & proinde Bald.*in l.si contra iuris §.curator, ff.de pact.& in d.§. fundum*, contrarium sentit cum alijs, quos refert D.Hodiern.*ad l.hac edictali quæst.* 35. *num.*20.Nam Sanchez *de matrim.li.6.disp.4. num.*12. militat pro nostra opinione, & respondet *d.§. fundum* procedere in pupillo administratione carente ex Abb. *in c.sua n.*9.de his quæ fiunt à Prælatis.

6 Petes, an consensus sit necessarius in cessione, & donatione hæreditatis facta ab Ecclesia ipsi delatæ, & *num.*26.distinguitur, quòd si actus aditionis, & cessionis hæreditatis sint separati, licèt in eodem instrumento, vt quia primò est adita hæreditas, & deinde cessa, & tunc requiri solemnitates, secus si tantùm vnico actu fuerit cessa, & hanc distinctionem sectantur Fontanell, *vbi sup.num.*128.Ferrentil. ad Buratt. *dec.*763.*num.*6. Olea *de cess.iur.num.2.p.3.num.*40.& 46. vbi indistinctè nullam cessionem tradit factam licet in eodem instrumento separatam post aditionem, siue cessio facta esset extraneo, siue substituto, vel cohæredi, quamuis dissentiat Cancer.*var.par.2.cap.1.de minor.num.*131. Merlin.*de pign.lib.3.qu.23.à num.*15.*& qu.4.à nu.*16. volentes non dari prius, & posterius in eodem instrumento, & assensum non esse necessarium in cessione, & donatione hæreditatis facta ab Ecclesia, ex quo per cessionem momentaneam incorporata non dicitur iudicauit S.C.teste D.meo *num.*25. *& seq. & ex l.fin. in fin.C. de bon. quæ liber.* & ab alijs ad saturitatem plura legantur *in alleg.*24.D.de Marin.

7 Veriùs ipse censeo non posse cedi & donari hæreditatem delatam in Ecclesiã absque assensu, nam sufficit sola aditio absque possessione bonorum ad effectum, vt sit nulla alienatio, vt Bekram.ad Ludouil.*decis.*418. *num.*17.*Rota Rom.in Callien.hæred.*1. *Februar.*1638. *& in Bonon. successionis de Zanis 9. Decembris* 1654. *coram Bichio*, quidquid voluerit Tondut. *qu.benef.* 3. sustinens non sufficere aditionem sine possessione bonorum, vt lapsum Tonduti notat Andreol.*controuers.* 373.*num.*6.*& seq.*vbi pro in corporatione in bonis Ecclesiæ satis esse aditionem probat, quæ aditio inducitur

per actum translatiuum in alterum Grauet, *contro.33.* & ita firmant Quarant *in summ. Bullar. ver. alienatio rerum Ecclesiæ num.23.* Tambur. *de iur.* Abbat. *tom.3. dis.23. qu. 2. num.8.* Gratian. *discept.674. num.20.* Barb. *de pot. Episc. allegat.95. num.54.* Salgad. *de concurs. credit. p. 2. cap.14 num.105.* Andreol. *vbi sup.* & confirmatur ex infrà dicendis.

8 Assumptum *num.22.* illud est, quòd renunciando quis hæreditatem ad nihilum tenetur, creditoribus, adhuc si rem aliquam reciperet pro renunciatione, *tex. est in l. fuit quæsitum, ff. de acquir. hæred.* & D. meus *in decis.191. num.3.* vbi quòd creditores solùm habent ius in id quod ex causa renunciationis debitor accepit Barry *de success. tit. de adition. & repud. lib.1 tit.3. num.5.* vbi extenditur, licèt repudiaret ex causa donationis, vt ad scriptum hæredem successio deuoluatur, Mantic. *de coniect. lib.12 tit.12. num.19.* Rota apud Put. *decis.507. lib.2. & in recent. dec.122. p.1. num.9.* & assertum extra controuersiam est si cessio fiat cohæredi, vel substituto vulgari Olea *vbi sup.*

9 Verùm enimuerò difficultas est in renunciatione cum cessione, nam renunciantem teneri creditoribus firmatur hìc *num.22.* per text. *in l. hæreditatem, ff. de donat. l.2. C. de hæred. vel actu vend.* & decisum per S.C, refert Thor. *ver. filiusfamilias cedendo p.3.* Barry *vbi sup. tit. de adit. lib.11. num.6. tit.3.* vbi ita probat ex hac decisione, quam minus rectè allegat Rot. *in decis.55. num.33. in editis penes* Farin. post *repertor. de vlt. volunt.* vbi ait non teneri creditoribus repudiantem ad fauorem certæ personæ, & firmant Cancer. *var. tit. de renunc. num.162.* & Gallerat. *eod. tit. cent.1. cap.25. numero 65.* ex eo quòd momentanea acquisitio non sit in consideratione, quos confutat Olea distinguens, vt cedens ad commodum extranei semper teneatur creditoribus, Rota Romana *de an.* 1646 quam refert Merlin. *de pignor. lib.5. qu.11. num.27.* vel si hæres cesserit partem suam vni ex cohæredibus, secus si cohæredi vel substituto vulgari quia dicetur repudiatio Olea, *vbi supra*, vbi confutat dissidentes.

S V M M A R I V M.

1 *Nouatio fit hodie, nec ipso iure, nec ope exceptionis, nisi expressè dicatur.*

2 *Nouatio fit etiam ex coniecturis, quando ex eis apparet de voluntate.*

D E C I S I O XV.

Nouatio fit etiam tacitè si per coniecturas de voluntate nouandi appareat.

1 EX † regula text. *in l. fin. C. de nouat.* Generaliter diffinitum fuit, voluntate solùm esse nouandum, non leg. vbi glos. dicit non lege, idest coniecturis, vel interpretatione legis. Et quamuis diceretur, hoc intelligi, non fieri nouationem ipso iure, sed ope exceptionis sic, iuxta ea, quæ ponit Bart. *in leg. 2. ff. de nouat.* & Bald. *in d. leg. fin.* & Alex. *in leg.4. §. si ex conuentione, ff. de re iudic.* vbi dicit, hanc esse communem opinionem; nihilominus, vt ibidem refert, & tenet Ripa *colum. pen. vers. sed an hodie, num.8.* ex mente eiusdem Alexand. *constit.10. visis dispositionibus libro secundo, & cons.15. eodem lib.* videtur, quòd magis communis opinio sit in contrarium, quia alias non vera illa lex esset imposita verbis, & non rebus, & hanc opinio. dicit Ripa esse veriorem, & eam sequitur, quam Sacrum Concilium tenuit in causa huius fidelissimæ Ciuitatis Neapol. cum Ioan. Vincentio, & fratribus de Porta, per text. *in d. l. fin.* cui non potest dari responsum, & etiam, quia inducta ad augumentum, non debent operari diminutionem, & quod obligationi accedit, eam non subuertit, *vt in d. §. si ex conuentione*, quem optimè declarat ibi Ripa *in 3. notab.* & hanc opinionem tamquàm magis communem esse tenendam dicit Ant. Gabr. vbi omnes congerit, *in tract. commun. opin. lib.3. tit. de nouat. prima conclus. post num 55. versic. contrarium*, quem allegauit vnus ex Dominis Consiliarijs, facta relatione per me causæ prædictæ, iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum die 15. Iunij 1575.
2 fuit tamen dictum, † quòd quamuis ex dispositione dictæ l. fin. requiritur, quòd fiat expressè nouatio, nihilominus si aliter apparet, quòd partes voluerint nouare, quod cessabat in casu, de quo agebatur, quòd ex his etiam induceretur nouatio, secundùm Cynum *in d. l. fin.* Affl ct. qui allegat concordantes, *in decis.44. versic. ad hoc respondetur*, ad quem in hoc confugias: meminit de hac decis. Menoch. *in tractat. de præsumpt. lib.3. præsumpt.134.* & eam sequitur.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde D. Reg. Lanarium *consil.23.* vbi omnino, D. Garsiam Mastrill. *in decis.40. & in fin. vltim. add. hic posita*, Adde Stephan. Gratian. *in dec.117. num.12. & seq.*

In fin. Ibi Afflict. *decis.44.* Adde *decis. Pedemon.142.* Menoch. *cons.95. num.36. volum.1.* Mascard. *de probat. conclus.1107. num.18. & seq. volum.2.* D. Lanar. *loco supra citato*, & Viuium *in opinione 550. par.2.* vbi hanc decis. allegat.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

S V M M A R I V M.

1 *Nouatio an coniecturis probetur.*

2 *Nouatio inducitur ex secundo contractu mulieris habentis tacitam seu expressam hypothecam, nisi dicatur, quòd firma remaneat.*

3 *Nouatio inducitur etiam per delegationem.*

4 *Quæ autem delegatio requiratur.*

5 *Nouatio an inducatur per sententiam.*

6 *Nouatio tollit pignora, & hypothecas, si est valida, secus aliàs ipsa existente inualida.*

7 *Nouatio exstinctiua non inducitur per solam sententiam, sicut nec per instrumentum.*

8 *Sed quid si nouatio fiat cum omnibus qualitatibus, & priuilegijs, quæ primæ obligationi competebant.*

9 *Nouatio, & delegatio quomodo inducantur, & probentur remissiuè.*

AD hanc decisionem decimam quintam adde
Franc. Marcum *decis.155. num.8.* Vrsillum
1 *decis.355.* vbi, an † nouatio coniecturis pro-
betur. Alex. *cons.13. & 72. volum.2.* Decium
2 *cons.119.* Bocrium omnino *dec.132.* vbi † quòd ex se-
cundo contractu mulieris habentis tacitam, vel expres-
sam hypothecam inducitur nouatio, nisi dicatur, quòd
3 firma remaneat. Item adde † quòd nouatio inducitur
4 etiam per delegationem, sed † delegatio quæ requira-
tur, vide Surdum *decis. Mantuæ 23. incip. Creditores*,
5 ita Glos. *in l.3. c. de nouation.* Item adde, † an nouatio
inducatur per sententiam, Præsidem hunc *dec.155. nu.*
6 *10.* Item adde, quòd † nouatio tollit pignora, & hypo-
thecas, si est valida, aliàs secus. ipse Surdus *decis.51. in-*
7 *cipiente domum, num.16.* & † nouatio, exstinctiua non
inducitur per solam sententiam, sicut nec per instru-
mentum, Præses hic *allegata dec.115. in fine*, Surd. *dec.*
8 *69. incip. Vigore, num.4.* sed quòd † nouatio fiat cum
omnibus qualitatibus, & priuilegijs, quæ primæ obli-
gationi competebant Idem Surdus *decis.138. num.12.*
9 & latè de † nouatione, & delegatione quo inducantur,
& quomodo probentur Antoninus Thessaurus *in dec.*
126. Senatus Pedemont. decis.142. num.2. & Cartarius
in dec.118. Ianuensi, & nouissimè Ioseph. Ludouicus,
in Communibus Conclusion. quæst.4. Hieronymus de
Monte *quæst.20.* Rota Ianuen. *in antiquis, 2. num.20.* &

Bor-

Borgninus *decis. 20. part. prim. & omnino videndus in decis. 18. part. 4.* Laus Deo honor, & gloria, & ad hanc decis. adde Osascum *decis. 132. incip. Suprascripta, n. 2. Pedemont. vbi doctissimè*, vbi coniecturas pro expressione, & Costa, *de Ratione rata q. 32. in fine*, nouiss. de Nouatione Borgninus. *decis. 18. p. 4. & decis. 20. 1. par.* Cartarius *decis. Ianuens.* 118. Rota Genuens. *in Antiquis*, 2.

ADDITIO D. RICII.

NOuatio fit etiam tacitè, si per coniecturas de voluntate nouandi appareat, hoc dicit. Ratio autem huius decisionis ea esse potest, quia expressum dicitur illud, quod apparet coniecturis, & præsumptionibus, scribit Bart. *in l. prætor ait in prin. n. 3. de oper. noui nunciat.* ibidem Ias. *nu. 3. & 4.* idem Ias. *in l. licet Imperator, nu. 10. de legat.* 1. qua ratione cessante, cessant omnes contrariæ opiniones sumptæ, *ex l. vltim. C. de noui oper.* nec etiam repugnat tex. *d. §. quod autem diximus*, quia ibi Iustinia. corrigit, atque reijcit præsumptiones illas antiqui iuris, quas quidem præsumptiones refert ipsemet Iustin. *in d. l. vltim.*

Prima autem coniectura est, quando debitor delegat alium etiam non debitorem suum, & creditor ipse acceptauit delegatum illum, nouatio censetur facta Afflict. *decis. 353. nu. 4.* qui dixit vsum obseruare responsum Aret. *consil. 5.*

Secunda est coniectura nouationis, quando secundus contractus est incompatibilis cum primo, hoc in casu per secundum contractum dicitur esse recessum à primo, atque ita facta nouatio, ita scribunt Bald. *in d. l. vltima, num. 1. versic. vt quando forte, C. de nouat. & in cons. 318. col. 2. vers. respondeo lib. 1. Decius in l. pacta nouissima, col. 1. C. de pact. idem in consil. 409. col. penul. vers. quartò respondetur, & cons. 464. nu 4. & in consil. 364. n. 15. Cagnol. in dict. l. singularia n. 112. ff. si cer. petat. Ronchegal. in l. 3. in princip. n. 18. versic. videtur tamen ff. de duobus reis. Crauetta in consil.* 167. *n. 5.* ita è contra quando contractus sunt compatibiles, non dicitur facta nouatio, sicuti respondit Alexand. *in cons. 193. num. 3. lib. 6.* & motus est Bald. *ex l. penult. ff. de prætor, stipulation.* quam tamen Bartol. *ibi nu. 3.* Intellexit loqui in prætorijs stipulationibus, quæ vim habent inducendi nouationem; adducit secundò Bald. text. *in l. qui vsumfructum, ff. de verb. oblig.* quod responsum intellexit Bart. *in d. l. penult. nu. 3. de prætor stipulatio.* loqui quando secunda stipulatio plus continet ipsa prima, iuxta text. *in l. si pupillus. §. qui actum. ff. de nouat.* allegat tertiò Bal. tex. *in l. cum in plures, §. locat. horrei. ff. locati* quæ argumentum satis probat, dum ex receptione auri, & argenti in horreo, quod est quid incompatibile cum eo proposito, quod prius habuerat, non recipiendi significatur voluntatis mutatio, & melius quartò assertionem hanc probat tex. *in l. pacta nouissima. C. de pactis*, quam Bald. ipse recenset vbi pactum secundum contrarium, primo illud tollit, cùm duo repugnatia simul stare non possint.

Hinc infertur, quòd per transactionem, qua sui natura receditur à prima obligatione inducta dicitur nouatio cùm se non compatiatur transactio cum ipsa obligatione, ita Bald. *in rubr. de transact. ad fin.* Gozadin. *in consil. 38. colum. 2.*

Infertur etiam, quòd cum mutuum, & depositum sint duo contractus incompatibiles, ex quo vnum concedit vsum rei, alter verò negat, ex secundo dicitur facta nouatio primi, ita respondit Bald. *in consil. 123. col. 2. lib. 2.* Infertur quoque, quòd cùm compromissum repugnet laudo iam lato, & approbato dicitur ex eo compromisso facta nouatio, sic responderunt Angel. *in cons. 31. col. penult.* Aret. *cons. 148. col. penult.*

Limita primò hanc coniecturam non procedere, quando in secundo contractu apposita fuit clausula sine præiudicio priorum, nam tale per secundum illum contractum non præsumitur nouatus primus Grat. *consil. 26. num. 7. & 8. lib. 1.*

Limita secundò, vt non procedat quando secundus contractus est nullus, & inualidus, nam tunc per secundum non dicitur recessum à primo, atq; ita facta nouatio, vt respondit Alex. *cons. 193. num. 3. lib. 6.*

Dubitari etiam solet in hac nouationis materia, & tractatione, an in illis casibus, quib. olim fiebat nouatio ipso iure, nunc fieri dicatur ope exceptionis, vt puta olim, si diuersa persona interueniebat in promissione dicebatur ipso iure facta nouatio, hodie verò non *l. fin. C. de nouat.* cùm hoc in casu saltem ope exceptionis admittatur hæc nouatio, hac de re sunt Doctorum opiniones: vna fuit eorum, qui affirmarunt fieri nouationem, hanc ita Accurs. *in l. 2. de nouat.* & hanc communem esse dixit Socin. sen. *in cons. 21. col. 2. lib. 1.* Altera, & secunda fuit opinio negantium nouationem, ope exceptionis etiam his casibus admitti, ita scripserunt Beluis. Rayner. Cynus, Bulgos. Salic. & Castr. *in l. 1. ff. de nouat.* qui communem esse testantur. Tertia fuit opinio, quam post alios probauit Ronchog. *3. in l. in princ. ff. de duobus reis*, distinguendo, quòd aut nulla extat coniectura efficax, qua colligatur partes voluisse interuentu nouæ personæ nouationem inducere, & tunc procedit hæc secunda opinio, quòd non inducatur nouatio, aut aliqua efficax extat coniectura, & tunc locum habet prima opinio.

ADDITIO D. NOVARII.

NOuationem fieri etiam tacitè, si per coniecturas de voluntate nouandi appareat hìc concluditur, ita etiam Caualc. *in decis. 20. de iudicijs.* D. Rice. *in collect. decis. collect. 309.* & in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. *75. num. 18. & 19. part. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 134. num. 36.* Bolognet. *cons. 59.* Paris. *cons. 107. volum. 3.* Ronchegal. *in l. 3. nu. 18. ff. de duob. reis*, Crauetta *cons. 168. num. 9.* cum alijs relatis per Trentacinq. *in lib. 3. variarum resolut. cap. 1. sub tit. de nouationib.* vbi allegat etiam DD. contrarium tenentes, scilicet, quòd coniecturæ hodie non sufficiant, & rationes, ex quibus mouentur illam tenentes asserendo, etiam quòd in istis temporibus, nec ope exceptionis fiat nouatio in casibus, in quibus olim de iure Digestorum ipso iure fiebat nouatio ex Lanar. *in cons. 7. & 18.* Gail. *obseruat. 30.* vbi dicit, ita in Camera decisum, Grat. *consil. siue respons. 82.* qui scribit hanc esse Doctorum communem sententiam, vt etiam de tali communi DD. opinione recenset Socin. *cons. 89. lib. 3.* Barbat. *consil. 19. & cons. 37. lib. 1. & cons. 15. lib. 2.* quamuis sint alij contrarium tenentes, vt fuerunt Roman. *cons. 121.* Bero. *cons. 205. volum. 3.* Barbat. *cons. 86.* & Vin. *in opin. 550.*

Sed vtrum inducatur nouatio interuentu nouæ personæ, quæ non sit debitor debitoris, vide Afflict. affirmatiuam partem sectatem *in dec. 353.* & ibi latè etiam Vrsil. *in addit.*

Et de materia nouationis, vide latè Tepatum *in lib. 1. Variarum iuris sententiarum, in titulo de Nouationibus, & Delegationibus*, & latissimè Gabriel. *in concl. 1. eodem tit. de nouationibus*, vbi plura cumulat Marescot. *in lib. 2. variarum resolutionum, ca. 56. per totum*, & nouissimè affluenter Mantica *de tacitis, & ambiguis conuentionibus lib. 10. in tit. de Nouationibus*, qui omninò est videndus, nam *in cap. 1.* scribit vnde dicatur nouatio, quæ sint eius species, & quid sit, *in cap. 2.* quibus modis nouatio facta possit intelligi, *in cap. 3.* ex quibus coniecturis nouatio facta intelligatur, *in ca. 4.* Quærit si prior stipulatio in diem sit concepta, an si posterior in longius tempus contrahatur, nouatio possit intelligi, *& in cap. 5.* quærit an ex pœnali stipulatione nouatio principalis obligationis facta intelligatur, *& in cap. 6.* an præsumatur nouatio ex interuentu nouæ personæ, *& in cap. 7.* quærit, si per delegationem nouatio tacitè facta intelligatur, & tandem *cap. 8.* recenset, quæ sint necessaria, in delegatione, vt nouatio possit intel-

intelligi, & dicit primò necesse esse, vt quis vtatur hoc verbo delegationis, alioquin nouatio non præsumitur, secundò vt delegantis debitor delegetur, *l. quamuis, §. si mulier apud. ff. ad Velleian.* & ibi Castrenf. Tertiò, vt debitor delegantis tamquam debitor delegetur, ex Bero. *in conf.* 197. *lib.* 1. & Albenf. *conf.* 2. Quartò, quòd debitor delegatus promittat præcedente mandato delegantis alioquin non potest intelligi delegatio, sed simplex nouatio Socin. sen. *in l. qui vsumfructum num* 10. *&* 11. *de verb. oblig.* & tandem est necessaria stipulatio, *l. delegare, la prima, ff. de nouat. & l.* 1. *C. eod. tit.*

Et an nouatio, vel delegatio coniecturis nouo iure inducatur modernè demonstrat etiam Ammeus *in decis. lennensi* 3. *lib.* 2. vbi abundè.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Propulsatur opinio Bartol. & aliorum super intellectu l. vlt. C. de nouat. volentium etiam hodie nouationem fieri ope exceptionis quamuis non ipso iure.*
2 *Ceuall. & Parlador. confutantur negantes nouationem per coniecturas.*
3 *Nouationis casus nonnulli colliguntur.*
4 *Incompatibilitas contractuum, an inducat nouationem etiam cum protestatione contraria, quoad fideiussores absentes affirmat* Andreol. *occurens decis.* 50. *D. Præs.*
5 *Contrarium sentit Author.*

1 PRodit hoc loco articulus super *tex. in l. fin. C. de nouat.* vtrum nouatio, quæ priùs tacitè facta videbatur, vel per stipulationem, vt Bald. *in l. rescriptum, §. si pacto, ff. de pact.* aut interuentu nouæ personæ, vt in *§. preterea instit. quib. mod. coll. oblig.* seu si obligatio contineat plusquàm prima *l. qui vsumfructum, ff. de verb. oblig. per dict. l. fin.* quamuis non intelligatur ipso iure facta, censeatur fieri ope exceptionis, & affirmant Bar. Bal. & Alexan. relati *in princ. gl. vlt. in ead. l. vlt. & ibi* Bal. *n.* 6. Dec. *con.* 400. *in fine*, & alijs quos refert Mātic. *de tac. li.* 17. *tit.* 3. *n.* 7. Contrarium autem fuit decisum per S.C. ratio est, quia per illam distinctionem d. lex finalis redderetur elusoria, & nihil interest, an ipso iure quis non habeat actionem, an illa per exceptionem infirmetur, nec obligatus quis censetur quando exceptione se tueri potest *l. nihil interest, ff. de reg. iur.* & hanc opinionem luculenter probat Mant. *vbi sup. nu.* 7. *cum seqq.* Amat. *res.* 50. *n.* 20.

Firmat denique decisio nouationem etiam hodie in-
2 duci coniecturis, & quamuis aliud non dicatur, intelligendum est de coniecturis vehementibus, seu perspicuis Cyn. Alber. Dec. & alij quos sequitur Mantic. *n.* 12. licet Ceuall. & Parlador *lib.* 2. *rer. quotid. c. fin.* 1. *p.* 12. *lim* 6. *n.* 31. contra teneant, ex eo quia alias esset destruere *textum in d. l. fin.* eos refellunt Cancer. *lib.* 3. *var. c.* 17. *n.* 279. & Arias de Mesa *lib.* 1. *var. c.* 40. *n.* 22. R. Latr. *dec.* 200.

Coniecturæ nouationis si pretium emptionis sit di-
3 minurum, vel auctum, quia substantia emptionis consistit in pretio, vt planè *in alleg.* 46. D. R. de Marin. Grat. *discept.* 913. *&* 927. Andreol. *controu.* 373. si præcedat liberatio, & sequatur alia obligatio Gratia. *discep.* 509. si pro quindecim promittantur viginti quidquid tradat D. Rocch. *tom.* 2. *resp.* 95. non inducitur nouatio, vt egregiè Mantic. *vbi sup. num.* 17. *per tex. apertum in d. l. vlt. explosa opin.* Menoch. *in con.* 341. & pro Mantic. D. Staib. *in resol.* 4. Certiùs inducitur nouatio ex incompatibilitate contractus R. Latro *vbi sup. n.* 55. Mantic. *n.* 13.

Subdifficilis est quæstio an censeantur liberati fi-
4 deiussores primæ obligationis, si in contractu incompatibili exindè inito apposita fuit protestatio reseruationis primæuarum obligationum exclusiua nouationis, & affirmandum videtur ex *decis.* 50. D. mei *num.* 7. Amat. *vbi sup. nu.* 26. oppositum constanter tenet Andreol. *vbi sup.* vt protestatio de non nouando absente fideiussore facta stāte incompatibilitate cōtractus, seù in casibus in quibus hodie ex coniecturis vehemētibus inducitur nouatio, non impediat liberationem fideiussoris primi contractus, *& n.* 19. respondet decisioni allegata. quòd loquatur in datione insolutum, per quam nec liberantur fideiussores etiam cessante protestatione, ex Cenc. *de censib. q.* 107. *n.* 21. & pleniùs dicetur *obs.* 50 aliud autem esse protestationem apponi in nouatione operante extinctionem iurium ex Lanar. *con.* 23. *& alijs, & numer.* 18. obiurgat Mastrillum *in decis.* 40. *num.* 6. perperam allegantem Authores, qui nihil tradunt.

Verùm enimuerò ego existimo protestationē huiusmodi operari contra fideiussores etiam absentes obligatos in prima obligatione cùm hoc solùm pendeat à voluntate reseruantis, nec in aliquo lędantur primi obligati, & præseruatio non tribuit ius de nouo, sed reseruat antiquum, & absens non potest lætari contractu nouante, reiecta protestatione, sed tenetur totum contractum, vel recipere, vel respuere, Anna *con.* 35. Marescott. *lib.* 2. *var. c.* 56. *n.* 15.

SVMMARIVM.

1 *L. in minorum. C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess. limitatur non habere locum, quando minor non haberet personam legitimam, cui solueretur, & de veritate num.* 5. *& an procedat in Eccles. & simil. num.* 14. *remissiuè.*
2 *Mora ex culpa creditoris, debitori non imputatur.*
3 *Priuilegia conquassantur, concurrentibus duobus priuilegiatis.*
4 *Irregulares vsuræ cessant, pupillo effecto maiore, & num.* 11.
6 *Debitor pupilli, ob non existentiam tutoris, non soluendo, sibi non currunt vsuræ.*
7 *Negligens pupillo tutorem petere, illius hæreditate priuatur.*
8 *Debitor pupilli, tutorem ei petere non tenetur, si extraneus est.*
9 *Mora capta cum defuncto maiore, transmittitur ad eius hæredem minorem.*
10 *Mora semel commissa, vsuræ, & confructus perpetuò debentur.*
12 *Legitima, etiam grauamen dilationis imponi non potest.*
13 *Legitimæ fructus, quando debeantur.*

DECISIO XVI.

Debitor pupilli si talis sit, qui ipsi pupillo de tutore prouideri curare tenebatur vsuras præstare tenetur a die mortis patris pupilli.

SALVATOR Casellus, instituto hærede filio masculo, reliquit nepti minori ex alio filio, etiam titulo particularis institutionis, pro omni iure, portione, & legitima, ducatos duos mille in pecunia: non facta solutione ducat. 2000. prædictorum, agit neptis pro ipsorum consecutione vnà cum interesse à die mortis aui: quod re ipsa deberi à die prędicto non dubitabatur, stante minori ætate legatariæ ex mora irregulari, iuxt. tex. *in l. in minorum, C. in quibus caus. in integr. restitut. non est necess.*

Sed

1 Sed dicebatur pro conuento, † regulam illius text.li-
mitari , quando minor non haberet personam legiti-
mam, cui solueretur, per text. *in l.cum quidam* , *§.si
pupillo*, vbi etiam Glos.Bald.Salyc. & Flor. *ff. de vsur.*
Paul.de Cast.*in dicta l.in minorum,versic. & intellige,
num.*3.& Iacob.ibi, qui dicit hoc esse notandum pro li-
mitatione *d.l.*& per illum text.etiam in mora regulari,
idem tenet Alexand.*consil.92.perspectis, colum.3.vers.
alia etiam ratione, volum.*1.& plenè Bauerius *in tract.
de mora, in 3.par.colum.antepenul. vers.vltimo subde*
2 *vnum*. † Nihil enim imputari potest debitori, qui si
soluere vellet, non potuisset,*dicto §.si pupillo* , & facit
ratio *text.in lege pecunia, §.fin.ff.eodem tit.*dum dicit,
quòd si post mortem creditoris , nemo fuit, cui pecu-
niam solueret , eius temporis debet esse mora inculpa-
ta, in quo textu pulchram quæstionem refert Fulgos.
Guid.de Suz.de Regno Neapolitano.

Secundò dicebatur,quòd etsi vsuræ, vel interesse cu-
currisset à die mortis contra hæredem, quòd nihilomi-
nus , postquàm hæres illinc ad annos quinque mortuus
fuit, relicto filio pupillo,cessauit cursus vsurarum,quia
text.*in d.l.in minorum*, inducit moram irregularem in
3 fauorem pupilli. Modò,si alius est pupillus, † priuilegia
conquassantur ex ijs, quæ plenè Ias.*in authent. quas a-
ctiones*, post Cyn.& Bart. *C.de Sacrosanct.Eccl.* & se-
cundùm Cyn.*in d.l.in minorum,in 14.quæst.* & in pari
causa melior est conditio possidentis,*l.verum,§.penult.
ff.de minor.*& Alber.*in d.l.in minorum*,dicit, quòd de-
bitor pupillus , pupillo non tenetur , Petr.de Bellapert.
*col.2.vers.sed quæro,in fin.*qui distinguit, si pupillus de-
bitor habet, vel non habet tutorem , & si tutor sit, vel
non sit soluendo.

4 Tertiò , & vltimò dicebatur, † quòd etsi vsuræ cu-
currissent à principio , & contra alium minorem, nihi-
lominus actrice hac effecta maiore, cursus vsurarum
irregularium,cessabat,per text.*singul.in l.Titia Seio.§.
vsuras*,vbi Glos.& Bart.*ff.de lega.*2 & Paul.de Castr.*in
d.l.in minorum*, qui dicit , quòd quemadmodum mora
in illo text.irregulariter contrahitur, sic & irregulari-
ter purgatur,per text.*in d.§.vsuras*, & post eum Iacob.
vers.Et aduertite.

His tamen non obstantibus,Sacrum Consilium indi-
cauit contrarium,*ex reg.d.l.in minorum*. Nec obstant
limitationes ad illum text.quia prima limitatio,licet ve-
rè sit in se, & Sacrum Consilium eam approbauerit,
5 † dixit tamen non procedere in casu,de quo agebatur:
quia patruus istius pupillæ debitor , erat eius legitimus
tutor.§.1.*Instit.de legit.agnat.tut.* Et si non procurauit
administrationem sibi deferri per Iudicem , non per
hoc est excusandus. Dispositio enim *in d.§. si pupillo* ,
6 fundata est in æquitate , † est enim alienum ab omni
æquitate , quòd debitores pupilli non valentes soluere
legitimè pupillo propter carentiam tutoris, incurrant
in vsuras , & pęnas propter non solutionem , ita dicit
Soci.qui pulchra ponit in ista materia,*cons.147.pro fa-
cto,col.4.vers.ad secundam rationem,volum.*2. quæ æ-
quitas cessat in casu, de quo agitur, in quo tutela defe-
rebatur patruo istius pupilli, qui non procurauit admi-
nistrationem ei deferri, etiã sibi ipsi soluere cogebatur,
& pecuniam pupillarem in emptionem erogare , dum-
7 modo ex iuris dispositione , † si is , ad quem successio
spectat, non procurauit dari tutores pupillo, vt erat
casus noster , delictum committit, adeò, vt eius succes-
sione priuetur, ita text.*in l.sciant cuncti,C.de legit.hæ-
red.* Vbi Glos.non petere tutorem appellat delictum,&
eius delictum nemini debet esse proficuum , vt erat in
8 casu nostro , † & licèt debitor non teneatur petere tu-
torem, *vt in d.§.si pupillo , not.per glos.* & cęteros pro-
cedit in debitore extraneo, cui nec tutela legitima de-
fertur,nec successio, & ideò Fulgos.*in d.§.si pupillo, in
vers.ad fin.glo.*ex mente glossæ. *in dict.l.pecuniæ.§.fin.
ff.de vsur.*dicit, quòd non existente persona creditoris
idonea, non committitur mora , nec incipiunt currere
vsuræ , nisi esset debitor in culpa. Sed in casu , de quo
agitur, quæ maior culpa, imò maius delictum imputa-
ri potest huic patruo , dum eius neptis , quæ ex iuris
communis dispositione , in simul cum patruo eidem a-
uo succedere debebat, sub eius cura remanet , aunsque
ei purè legitimam reliquit,ei tutorem dare non procu-
rat , nec legitimam iure naturæ debitam taxatam:in sic
modica summa per auum in emptione conuertere ?
Cessat igitur in casu, de quo agitur, æquitas , de qua *in
d.§.si pupillo*, cessat igitur , & eius dispositio.

Insuper dicebatur , quòd nec secunda limitatio ob-
stabat huic nepti , quandoquidem allegabatur , quòd
postquàm mora erat cæpta cum defuncto , qui erat
maior, ex regulis iuris, curret etiam contra minorem ,
*ex reg.text.in leg.filiusfamilias §.in hac , ff.de verb.ob-
ligat.& text in l.Aemilius Largianus,ff.de minoribus*.
Et ad ea , quæ dicuntur per Cyn.*in 14. quæst. in d.l. in
minorum*, Petri de Bellaper.& Alberici,respondebatur
procedere quando moritur testator instituto hærede
pupillo, quo casu priuilegia conquassantur, quia pupil-
lus ex facto suo læditur, & procedit distinctio , de qua
9 per Cyn.ibi. † Quando verò mora cępta est cum maio-
re , quamuis ei succedat minor , nihilominus in eum ,
tamquàm hęredem , mora transmittitur est text. *in l.*
10 *cum paterfamilias.ff.de vsu* vbi Glos. dicit , † Sufficit
enim semel moram fieri, vt vsuræ , vel vsufructus per-
petuò debeantur, & ibi etiam Salyc.& Floria.dicit,hoc
esse mirum , moram transmitti , ex quo mora est deli-
ctum. Sed subdit,effectum moræ durare , & porrigi ad
hæredem,quia est cum defuncto commissa , *iux. not.in
l.vnica,C.ne ex delicto defunct.*

Hæc sublimitatio maximam habet difficultatem , &
licèt allegaretur Cyn.*in d.l.vnica* , *in 13.quæst.*nihilo-
minus loquitur Cyn. quando legatum debebatur ma-
iori, & ei successit minor , & bene dicit Cynus, quòd
postquàm mora irregularis non committitur cum ma-
iore , minor succedens ei , iure maioris vtetur regulis
ordinarijs. Et propterea ex subsequentibus quæstio
fuit decisa non habita particulari resolutione super ve-
ritate huius sublimitationis.

11 Nec vltima limitatio obstabat, † quamuis eadem li-
mitatio pro vera habita fuerit , quòd cessante minori
ætate,cesset mora irregularis. Sed quia in casu,de quo
agebatur , legatum erat pro legitima , quæ huic nepti
verè competebat, postquam erat filia filij masculi , qui
aliàs erat successurus cum patruo , fuit dictum , deberi
12 hoc interesse, vt fructus legitimæ, † ex qua omne gra-
uamen,etiam dilationis, tollitur *leg.quoniam in priori-
bus,C.de inoffic.testam.l.scimus , §.cum autem, eod.tit.*
unde Salyc.*in d.l.scimus,§.repletionem*, dicit, ideò fru-
ctus perceptos , post aditam hæreditatem non compu-
tari in legitimam,quia legitima statim detrahitur,quod
perpulchrè declarat Fabianus de Giocchis *in repet. au-
thent.nouissima,n.69.versic.vlterius quæritur, fol.*343.
& iterum *nu.*81.*vers.vltimò quæritur*, in quo loco al-
legando text.*in d.l.in minorum* , dicit , quòd retinens
legitimam , quæ debet præstari filio , ipso iure absque
onere, & omni dilatione , & mora reiecta tenetur ad
fructus,sicut in omnibus bonæ fidei iudicijs , *per dict.l.*
13 *in minorum* , & Boer.*dec.3.in fine.* † & fructus legiti-
mæ statim à die mortis deberi , sicut & ipsam legiti-
mam,ex *glo.in l.fideicommissariam , ff.ad Trebell.* vbi
Ripa *colum.7.vers.vnde bene , nu.46.* allegat concord.
Et prædicta de plano procedebant , quia quantitas , in
qua dicta neptis erat instituta , & eidem legata pro le-
gitima, non solum non excedebat legitimam , sed erat
satis minor , quo casu , etiam si deberetur pro para-
gio , legatum iudicaretur purum ex his , quæ ple-
nè Loffred. *consil.* 26. Et sic per Sacrum Consilium
(referente Domino Cæsare Vitello , Regio Consi-
liario) fuit liquidatum interesse, habito respectu ad
fructus , qui potuissent percipi ex bonis hæredita-
14 rijs , die 28. Iunij 1574. Scanapeco Actuario. † An
autem text. *in dict. l. in minorum* , procedat in Ec-
clesia , & alijs pijs locis, & in fisco , est videndus
Ias. qui allegat remissiuè , *in §. ex maleficijs , column.*
11. *versic. in eadem glos. ibi , Cod. in quibus caus.*
in

in integr. restitut. num.21. fol. mihi 90. Institut. de actionibus.

ADDITIO D. VISCONTI.

IBi l.in minorum. Adde videndum Menoch. *in tract. de arbitr.iudic.casu* 220. Thesf.*in dec.*80.*ad finem*, & Surdum *in dec.*176 *num.*6.

Post num.8. Ibi, insuper num.9. vide Anton. Thesfaurum *in dec.*247.

Num. 13. Adde hunc Dominum *in dec.*374. *num.*2. vbi latiùs addo.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Debitori non currunt vsura, si non est cui soluatur.*
2 *Nec contra ipsum commissio mora potest imputari.*
3 *Vsura irregulares debentur per pupillum maiori succedentem, & maiorem effectum altero pupilio. l. in minorum, C.in quibus caus. in integrum restitutio non est necess.limitatur remissiuè.*
4 *Dicta in hac decisione non procedunt, si ex parte minoris non adimpletur adimplendum, vt ei soluatur.*
5 *Priuilegia conquassantur si actor, & reus sunt priuilegiati, & quando hoc non procedat.*
6 *Quando alter de priuilegiatis tractat de damno vitando, & alter de lucro, & vnus est priuilegiatus specialiter, & alter generaliter, praefertur, qui tractat de damno vitando, & in specie est priuilegiatus.*
7 *Maius priuilegiatum praefertur priuilegiato minus.*
8 *Quòd dicitur eum ad quem spectat successio pupilli, si non procurauit dari ei tutorem, committere delictum, & priuari pupillari successione, extenditur ad matrem, non petentem curatorem filio furioso, tam impuberi, quàm puberi.*
9 *Fructus, & supplementum legitima debentur à die mortis, & an verum sit aliquando deberi à die litis contestata, numero sequenti.*
10 *Fructus fideicommissi an, & quando debeantur, & an a die euenientis conditionis, maximè, si fideicommissarij sint minores.*
11 *Fructus percepti vltrà legitimam contra voluntatem testatoris, imputantur in legitimam, dummodo appareat de testatoris voluntate.*

1 AD hanc *decis.*16.*num.*2. *&* 6. vbi quòd † de-
2 bitori non currant vsuræ, nec contra ipsum
commissio moræ potest imputari, si non est
cui soluatur. Adde omninò Cartarium *in
decis. Ianuensi* 85.*num.*18.*per text.in l.pecunia*, §. 1.*ff.
de vsur.* Iason.*in l.vinum*, *num.*10. *ff.si cert.petat.* &
3 Alex.*cons.*172.*num.*2.*volum.*2. Ad hanc decis. quòd †
vsuræ irregulares debentur pupillo per pupillum maiori succedentem, & maiorem effectum. Adde Mang. & Bottis *in l.in minorum*, latissimè, & Capic.*dec.*24.*nu.*19. & 20. & hanc decis.allegat Author ihc infra, *dec.*86. *& ad decis. & in l.in minorum*, Adde, quòd idem firmat Surdus, *in decis.*25.*incip.ex multis*, *num.*15. Senatus Mantuani, & nouissimè Hieronymus Gabrielius *in cons. suo, mihi* 121.*incip. Ludouicus*, *n* 59. Menoch. *lib. arbitrariorum, casu* 220.*num.*17. Simon de Prætis *in tract.de interpretatione vltima voluntatis*, *lib.*3.*interpret.*3. *dubitat.* 5. *solut.*2 *num.*20. & Surdus *decis.*
4 179.*incip.de mala fide*, *qui limitat l.in minorum*, & †
dicta in hac decisione non procedere, si ex parte minoris non adimpletur adimplendum, vt ei soluatur, vel detur *num.* 26. & alijs casibus, & sic *decis.*260.*num* 15. ad
5 istud, quòd † priuilegia conquassantur si actor, & reus
sunt priuilegiati, quæ omnia hoc *n.* 3. cõtinentur. Adde
tu nouissimè Mangrel. *in l.*1.*C.quando Imperator*, *dec.*195. post Carau. *Ritu* 128.*num.*3. Rouitum in *pragm.*4.*de possess.non turban. fol.*57.*num.*3.*ibi*, sed, vt amplissimi Senatus, & quod priuilegium priuilegio conquassetur, Ioseph Ludouicus tenet etiam *in decis. Perusina* 54 *num.*8. & Marcellus Calo *in tracta. de modo artic.in princ.* & vide Perusinam Iosephi Ludou.4. *nu.*18. & 21. Dec.*cons* 221. Bartol.*in l.sed & miles, la x.ff. de excusat.tutorum*, Ias.*in* §.*rursus*, *num.*55. *in tit. de actio.* Maysillam *singul.*991. sed quando hoc non procedat, Bart.*in auth.quas actiones C.de Sacrosanct.Ec-
6 cles.* sed † quando alter ex priuilegiatis tractat de damno vitando, & alter de lucro, & vnus est priuilegiatus specialiter, & alter generaliter, præfertur qui tractat de damno vitando, & ille, qui in specie est priuilegiatus. Borgninus *decis.*1.*de contract.num.*17.*& sequ.* &
7 † maius priuilegiatum præfertur priuilegiato minus.
Bart.*in l.verum*, §.*item*, *ff.de minorib.* Afflict. *decis.*56.
Carpanus latissimè in consuetudine Mediolani *cap.*84.
8 *&* 47.*ad num.*7. adde quæ ad *dec.*167. *infr.* vbi † am-
plia contra matrem non petentem curatorem filio furioso, tàm impuberi, quàm puberi, & Ozascum *dec.Pedemont.*70. & alibi, & quæ ego ad *l.sciant cuncti, C.de legit.hered.ad num.*12. Adde quòd contrarium videtur dicere Præses *decis.*14.*num.*3. *ad nu.*13. adde Præsid.sup.*decis.*10.*num.*6.*ad l.in fideicommissariam*, *& decis.*16.*num.*3.*&* 13. & de legitima vide infrà *dec.*63.
9 & 126 & † de fructibus, & supplemento legitimæ,
quòd debeantur à die mortis, Boer.*dec.*3.*in fin*: Benintendius *decis.Bonon.*27.*num.*9. Andreas Gail.*lib.obseruationum, obseruat.*120.*num.*14. licet Cassaneus *in consuetudine Burgundiæ*, §.2.*glos.*5. *tit.de success.* aliquando à die litis contestatæ deberi dixerit, cuius contrarium verius esse firmauit Natta *cons.*156. *num.*11. Tepatus *in tit.de legit.num.*357. & quòd fructus legitimæ debeantur à die mortis non litis contestationis, Surdus *decis.Mant.*25.*incipien.ex multis*, qui alios allegat, &
10 ibi, † an, & quando debeantur fructus fideicommissi,
& dicit à die euenientis conditionis, maximè si fideicommissarij sunt minores, iuxta text.*in l.in minorum*, qui omninò videndus est, qui pro, & contra disputat,
11 & † an fructus percepti vltrà legitimam contra volun-
tatem testatoris, imputentur in legitimam, dummodo appareat de mente testatoris, Ioseph. Ludou. *decis.*28. *num.*105. alia vide per me in *decis.*364.*num.*69.*incip. de medietate*, de mora irregulari fauore minoris, si tutorem habet, vel curatorem, quod contrahitur. Honded.*cons.*45.*num.*25.*volum.*2. & nouissimè Costa *de ratione rata*, *qu.*28.*num.*8.*in fin.per scripta in dec.*206. *infrà*, *& qu.*60 *num.*3. ipsemet Costa.

Ad num. 12.

Adde, quòd contrarium videtur *in decis.*14. *num.*3. ad quam dico, & infrà *decis.* 127.*num.*8. *& num.*20. sed concorda, vt ibi, de dilatione perpetua, & temporaria secundùm Scribentes.

ADDITIO D. NOVARII.

QVòd interesse summæ legatæ pupillo debeatur à die mortis testatoris, & si per hæredem non steterit soluere legatum, cùm non haberet personam legitimam pupilli, cui solueret, vt fuit hìc decisum recensent etiam Battaglin. *in addit.ad Cin. in l.minorũ*, *C.in quibus causis in integr.restitut. non est necessaria*, Roderiqu. *in suo tractatu de annuis redditibus lib.*2. *quæst.*15.*num.*39. & modernè Compend.*decis.Neapol. in verbo, interesse summæ legatæ*.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 Odda, & D. Spada *tenent minorem constituere in mora irregulari alium minorem contra decisionem.*
2 *Interesse legitimae deberi à die mortis patris docet* D. Praeses, *& nominatim carpitur à* Fontanella.
3 *Mora irregularis cessat post maiorem aetatem reiecto.* Franc. Cald.
4 *Ecclesia Fiscus, Resp. dos, & miserabiles personae habent idē priuilegium, quod minor cum declaratione.*

1 ADitus in praesentiarum referatur alloquendi in materia morę irregularis, & primum assertum *num.* 8. firmatur, quòd minor non constituat in mora irregulari alium minorem, sed priuilegia conquassari, in qua conueniunt cum D. meo Peregr. *de fideicomm. art.* 49. *num.* 37. Gratian. *discept.* 241. *num.* 51. *& discept.* 400. Rouit. *dec.* 90. D. R. de Marin. *lib.* 1. *resolu.* 199. *num.* 19. Leotard. *de vsur. qu.* 84. *num.* 15. Nihilominus contrarium tenent Odda *de restit. in integr. qu.* 4. *art.* 8. *& qu.* 18. *art.* 4. D. Io. Bapt. Spada *in contr.* 297. *tom.* 3. *num.* 9. & haesitandum esset me iudice si creditor solueret census, & esset in damno emergente sicut minor debitor econtra ageret de lucro captando, & alius de damno vitando.

2 Iniustè, salua pace, Fontanella *in dec.* 92. *num.* 16. carpit D. meum tradens non debere aliquem cum ipso se inuoluere in eo quod firmatur hic *num.* 13. deberi interesse legitimae à die mortis patris, & contrarium tenet ex eo, quia legitima erat in quantitate relicta, quo casu non debetur ex Griuell. *dec.* 98. Cancer. *var. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 55.

Occurritur enim dicto motiuo, & respondetur quòd S. C. liquidauit interesse habito respectu ad fructus, qui potuissent percipi ex bonis hereditarijs, vndè supponitur in haereditate fuisse bona fructifera, & tunc interesse debetur, esto quòd legitima sit relicta in pecunia. Peregr. *de fideicommis. art.* 36. *num.* 69. Andreol. *controu.* 315. *num.* 4. & difficultas esset, si haereditas consisteret in quantitate, in qua re negat Staib. *de interesse lib.* 2. *tit.* 2. & affirmat Andreol. *num.* 14. Rouit. *controu.* 20.

3 Moram debitoris, quae fauore minoris contrahitur cessare post maiorem aetatem pro vero habuit S. C. & licet Franc. Cald. *in tract. de empt. & vend. cap.* 23. *nu.* 49. contrarium teneat, in hoc obiurgatur à Leotard. *de vsur. qu.* 82. *num.* 26.

4 Ecclesia Fiscus, & Resp. an habeant idem priuilegium quod minor D. meus in fine non resoluit, sed affirmatiuè dic ex Barbos. *in l. in minorum, C. in quibus caus. restitut. &c.* D. R. de Marin. *ad Reuert. obseruat.* 514. *num.* 6. Leotard. *qu.* 83. *num.* 3. & extenditur fauore dotis, ex Gratian. *discept.* 579. & fauore miserabilium personarum, ex Surd. *in decis.* 240. Barbos. *vbi sup.* & idem pro paupere si paupertas sit nota, & fauore absentis, & furiosi, vt Authores mox supracitati, sed minorem esse magis priuilegiatum, quàm Ecclesiam sentit Rouit. *num.* 10.

Obseruandum est, d. priuilegium morae irregularis locum habere in legatis fideicommissis, & contractibus bonae fidei, non autem stricti iuris, Lotard. *vbi sup.* alia videnda sunt *obseru.* 127.

SVMMARIVM.

1 *Vassallis inuitis, feudum an possit alienari.*
2 *Vassalli demaniales, si alienentur, efficiuntur deterioris conditionis ob onera Baronum.*
3 *Vniuersitates quare admittantur ad demanium, ratio ponitur.*
4 *Alienatio contra l. dispositionem sicut non valet, ita, & ea, quae fit contra Principis promissionem, & num.* 6.
5 *Pactum pars pretij est.*
6 *Princeps paciscendo, vtitur iure priuati.*
7 *Dominus directus tantùm vtili domino vendenti praefertur.*
8 *Dominus vtilis bonorum praefertur emptori, cui directus dominus vendidit illud ius, quod sibi praestabat vtilis ipse dominus.*
9 *Praelatio dum alicui competit, debet requiri à vendente, aliàs non requisito, per viam apprehensionis, non soluto pretio capi potest res vendita.*
10 *Redimendi causa cogitur, quis retrouendare.*
11 *Consuetudines admittentes retractum, non habent locum in venditione rei feudàlis.*
12 *Vsus inductus, quòd vassalli admittantur ad se ipsos redimendos in demanio post venditionem in eo, tantùm debet seruari.*
13 *Consuetudo contra legem non extenditur vltrà suos terminos, etiam ex minoritate rationis.*
14 *Criminalis iurisdictio dum venditur, vassalli non praeferuntur, si subsunt iurisdictioni ciuili alterius domini.*
15 *L.* 2. *C. de patr. qui fil. distrah. declaratur.*
16 *Vassalli inuiti ex consuetudine alienari possunt.*
17 *Demanium, si non fuerit petitum intra annum, an vniuersitati competat restitutio infrà quadriennium.*
18 *Minor restituitur ex causa affectionis, quam habebant sui maiores ad rem venditam.*
19 *L. si emptionem, ff. de minor. ampliatio.*
20 *Restitutio in integrum in dubio, quando censeatur petita.*
21 *Mandatum speciale, an requiratur ad petendam restitutionem in integrum.*
22 *Demanium an possit peti per vnam ex terris, vnico pretio, venditum, alijs non petentibus.*

DECISIO XVII.

Feuda inuitis Vassallis per dominum alienari an possint.

1 QVaestio est antiqua, † An inuitis vassallis fieri possit ipsorum alienatio, de qua per Andr. & Afflict. *in §. nec dominus, de prohib. feud. alienat.* per Feder. & post eos Loffred. vbi plenissimè, qui subdit frequentissimè in hoc Regno fuisse obseruatum à tempore, in cuius contrarium memoria hominum non extitit, Feudatarios inuitis Vassallis Burgensibus eorum feuda cum Vassallis, Regio assensu mediante vendidisse, licèt re vera Andr. & Afflict. & post eos Luc. de Pen. *in l.* 1. *in fin. C.*
2 *de ciu. cens. eximen.* loquantur, † quando Rex vellet vendere terram demanij: quia eo casu conditio vasallorum fieret deterior, ex quo secundùm Andream, ibi, *in secunda quaestio. num.* 45. *versic. interest enim mea,* praestabit Baroni collectam in illis quinque casibus vltra eas, quae ordinariè praestantur Regi, & sequitur Afflict. *in §. praeterea d. catus, in* 3. *notab. num.* 51. *versic. circa secundam quaestionem,* & declarat Loffred. *vbi sup.* & Capic. *in loco infra allegando,* in quarta declaratione, in fine, quae cessant quando alius Baro vendit, quia nouo Baroni praestabunt eadem, quę antiquo praestabant, & vltra praedictos, an inuitis vassallis Rex ipsos alienare possit, Tiraquel. congerit concord. *in tract. de retract. lignag. ar. §.* 26. *in glos.* 1. *num.* 75. *vers. vasallus,* & Aymo. *cons.* 241. Princeps Illustrissimus 2. *volu. per totum,* vbi dicit fuisse iudicatum pro vassallis Brigae, contra dominum vendentem. Ponunt regulam, & limitationes, Cotta in memorialibus *in vers. vassallus, & cap.*

& cap. in inuestit. feudali, in tit. feudum dant in versic. Imperatores, in 4. declaration. cum seq. allegat concordantes Menoch. *in 10. remed. recup. possess. fol. 175.* verum tamen est, quòd certis temporibus, facta alienatione per vtiles dominos feudorum, seu terrarum cum vassallis, fuerunt vassalli admissi etiam in contradictorio iudicio ad demanium soluto pretio emptori vnà cum interesse, compensatis in eo fructibus ex terra perceptis pro concurrenti summa, & ita (me existente Aduocato pro vniuersitate Polignani) obtinui contra Iulium Carrafam; & similiter vniuersitas Amendolariæ obtinuit contra Illustr. Marchionem Cierchiariæ, Sed posteà vniuersitates prædictæ ad maximam paupertatem deuenere, adeò quòd oportuit, eas iterum vendi pro soluendis debitis occasione emptionis factis,
3 † & rationes admissionis aliæ non potuerunt esse, nisi quia vniuersitatum interest liberari à seruitijs, ad quæ virtute iuris communis regiarum, pragmaticarum tenentur vtili domino, & à solutione prædictarum subuentionum, seu collectarum, de quibus in constitutione Regni, quamplurimum, à quib. liberantur, si se redimunt. Quibus rationibus se fundant tenentes partem negatiuam contra Regem, & Barones vendentes, exemplo text. *in l. 2. in princip. ff. si liber. ingen.* esse dicatur, & in *l. 2. C. de patr. qui fil. distrab.* & eorum, quæ dicit Io. de Neuiza *in consil. 12. patres, colum. 29. versic. quæritur,* an dominus inter consilia Bruni, quem latè impugnant Loffred. *vbi suprà.* Quo exemplo ductæ nonnullæ Regni vniuersitates, dum Serenissimus Rex noster pro eius necessitatibus iussisset vendi cognitionem secundarum causarum, & ius ponderum, & mensurarum, fuissentque venditæ eiusdem Baronibus, vtilibus dominis petierunt, sed admitti ad ipsorum iurium emptionem pro eodem pretio, & in aliquibus fuit sic decisum. Et cùm casus accidisset in terra Rocæ Aspidis cum Spectab. Comite terræ prædictæ, & in vniuersitate Iungani cum eodem Comite, vtili domino sic Regia Camera iudicauit in Regio Collaterali Consilio cum interuentu Dominorum Antonij Orificij, Iacobi Anelli de Botris, & meo nouissimè vniuersitatis Seminariæ idem prætendit respectu iurisdictionis secundarum causarum duabus de causis.

Prima, quia dum cognitio secundarum causarum fuerit vendita in anno 1529. cum pacto de retrouendendo Illustr. quondam Duci dictæ vniuersitatis in ann. 1550 hoc denunciauit Regiæ Curiæ, fecitque & ipsa depositum ducat. 500. pro quibus erat facta dicta venditio, cum conditione, quòd eisdem promitteretur, quòd dictæ secundæ causæ remanerent in perpetuo demanio Regis. Quod depositum liberatum fuit dicto Duci tunc Comiti simpliciter. Ex qua liberatione sic simpliciter facta, dicebat, præsumi promissio prædicta, quæ etiam enunciatur in duabus memorialibus pro vniuersitate oblatis. Si igitur adest hæc promissio, sequitur, quòd venditio posteà sit nulla, est
4 enim regula, † quòd quemadmodum alienatio, quæ fit contra legis prohibitionem, est nulla: ita, quando fit contra prouisionem factam per Principem de non alienando, ita Claud. *in l. si ita quis, §. ea lege, ff. de verb. obligatio.* Ambrosius Opizonus *in l. filiusfamilias, §. diui, colum. 66. num. 150.* & Loazes *colum. 70. vers. 7. limitatur num. 175.* & Ripa *ibi, num. 91. vers. & propterea,* qui dicit, hanc opinionem esse verissimam. Sed pro parte Illustr. Ducis dicebatur, prædictam promissionem non adesse, nec argui ex prædictis, quia quamuis in memorialibus pro parte vniuersitatis oblatis enunciata fuerit, postquàm de hoc fuit petitum priuilegium seu scriptura, aliter factum, nec facta fuit, quæ verisimiliter facta fuisset, si Illustris. Prorex hoc facere voluisset, sed factum tantùm fuit illud, quod Regio fisco non oberat, & quod citra ius, & nomen huius promissionis fieri poterat, scilicet retroemere ex pecunia vniuersitatis, quæ peruenit in posse Regij perceptoris sine illa clausula: Quòd teneretur in perpetuo demanio, Ex qua retroemptione sic facta, non arguitur necessariò, quòd fuerit vniuersitati facta promissio de alteri non vendendo. Quod etiam colligitur, quia facta petitione particulari de hoc, Illustris. Prorex causam remisit Regiæ Cameræ, quod prouideret super prædictis, super quibus aliqua prouisio facta non fuit, nec fieri poterat in beneficium vniuersitatis, quia Regia Curia magnoperè læsa fuisset. Fuit enim vendita iurisdictio prædicta secundarum causarum, anno 1529. pro scutis quingentis, cum pacto reemendi quandocum-
5 que, † quod pactum pars pretij est, *l. fundi partem, ff. de contrah. empt.* cum concord. per Tiraquel. *in tract. de vtroque retract. in tit. de retrot. conuention. in præfatio. num. 20. cum sequ.* & idem ibidem, *§. 1. in glos. prima, num. 1.* Et nouiss. decis. Perus. *in decis. 97.* Alexa. Rhauden. *in lib. de Analogis, lib. 1. fol. 258 num. 232.* vbi hanc decision. allegat. *& dec. 95.* Et tempore, quo proximè fuerat bellum, & pestis, ex quibus res indicantur minoris pretij reemere posteà in anno 1550. quo tempore Regnum erat pacatum, focularia aucta, & omnia cariori pretio vendebantur, & pro eodem pretio, & promittere pro scut. quingent. iurisdictionem prædictam semper in demanio tenere, in hoc fiscus maximè lædebatur, vnde verisimiliter illi domini qui tunc aderant in Regia Camera prædictam prouisionem nullo modo in beneficium vniuersitatis consuluissent, nec Illustrissimus tunc Prorex, nec Regium Collaterale Consilium permisissent. Nec ab re vniuersitas oblatis memorialibus per tempus non modicum tacuit, quia re vera debuerunt illi domini contra eam dubitare. Itē dicebatur, quòd etsi promissio prædicta facta fuisset specificè, facta posteà alienatione non fuisset impedita dominij translatio, quemadmodum si contractus fuisset initus inter priuatos, † Princeps enim contrahen-
6 do, vtitur iure priuati, secundùm Bald. *in cap. 1. §. inuestitura, de no. for. fid.* qua auctoritate, & alijs rationibus motus Ioannes Crotus *in d. §. Diui, colum. 24. versic. 5. limita, num. 92.* tenet contra opinionem Barbat. in qua se fundant Opizon. & Loaz. *vbi suprà.* Et hanc opinionem contra prædictos esse iuridicam, dicit Cassan. vbi plenè, *in consuet. Burg. in tit. de censib. rubr. 6. §. 3. fol. 1399. vers. hanc conclusionem.* licèt, dicat, se credere, quòd alia opinio seruaretur. Vnde ex prædictis dicebatur, quòd hæc prima causa concernens particularem resolutionem instrumenti venditionis secundarum causarum non procedit, postquàm non erat probata hæc promissio, quam non fuisse probatam conclusum fuit. Quia si fuisset probata, aliqui ex Dominis dixerunt potuisse teneri opinionem eorum, qui tenebant, per promissionem de non alienando, factam per Principem, impediri dominij translationem. Quam opinionem esse verissimam, dicit Ripa, & Cassan. vbi suprà dicit, quòd ea seruaretur, licèt nonnulli ex Dominis hoc non discusserint, tamquàm non necessarium, secundum eorum vota.

Secunda ratio, ex qua prætendebatur, quòd obtinere vniuersitas debebat: quia quemadmodum consuetudine, seu moribus receptum est, vniuersitates, quando venduntur pro eodem pretio, pro quo venduntur, esse admissas ad demanium, vt suprà dictum est: eodem modo dicebat esse admittendam ad se tuendum in demanio respectu secundarum causarum, ponderum, & mensurarum, & iuris Portulaniæ. Dicebat enim vniuersitatis interesse, quòd pro secundis causis, seu appellationibus, liceret ad Regis Tribunalia omissis medijs accedere, & similiter, vel per Regiam Curiam Siciliæ, & Regium Magistrum Portulanum, homines dictæ vniuersitatis in ponderibus, & mensuris, & iure Portulaniæ cognosci, ne à pluribus Dominis cognoscantur, scilicet à Barone, & posteà à Rege, & vt euitentur oppressiones Baronum, quæ considerantur per Lucam vbi suprà. Et quia in causis appellationum, si immediatè ad Regem appellatur, etiam stante eorum inopia facilè releuantur, quod non est, si primo cogitur appellare ad iudicem secundarum causarum eiusdem Baronis, & posteà ad Tribunal Regium, exemplo etiam

eius,

tius, quòd dicit Ioann. Faber. *Institut. de noxal. §. final.*
& Neuiz. vbi suprà, Sed ad hoc dicebatur, aliàs dictum
fuisse, quòd aut vniuersitas hoc prætendit iure prælationis, & ei non competit. Nulla enim l. cauetur, †
7 quòd aliùs quàm directus dominus admittatur ad prælationem, quando vtilis dominus rem vendit, iuxta terminos *l. fin C. de iure emphyt.* Ita Andr. *in §. nec dominus. colum. 5. in fin. num. 46. vers. nam emphyteuta, de probib. feud. alien.* per Feder. vbi Reuerendus Episcopus allegat concord. Salic. *in l. fi. vers. quæro sicut, C. de iur. emphyt.* allegat concord. Corbul. *in tracta. qui ex caus. emphy. iure suo priue. in tit. de causa priua. ob alie. irrequis. dom. factam in 11. amplias. fol.* 163. Hinc est,
8 † quòd si vendit directus dominus directum dominium, seu annuos introitus, quos vtilis dominus soluit directo, non præfertur vtilis dominus emptori, nec ante, nec post venditionem, secundùm Andr. & concor. additos. Et in casu contingenti, sic memini (me existente Aduocato) fuisse decisum per Magnam Curiam Vicariæ, & posteà per Sacrum Consilium, decisionem prędictam fuisse confirmatam in venditione annui cēsus, facta per dominum directum, in qua is, qui censum soluebat, & erat vtilis dominus, prælationem prætendebat. Quantò igitur fortiùs dicebatur esse dicendum in præsenti casu, in quo vassallus, quando venditur Castrum, seu Terra, aliquod ius directum, vel vtile non habet. Imò dicebat vnus ex Dominis, absurdissimum esse loqui in hoc casu de prælatione. De natura enim prælationis est, quòd quis non cogatur ad vendendum,
9 † sed quòd, antequam vendat, debet requirere eum, cui prælatio competit, si vult emere aliàs enim eo non requisito, & procedente ad actum venditionis, non per viam retractus, soluto pretio, sed per viam apprehensionis absq; aliqua solutione pretij, non requisitus. qui requiri debebat, rem venditam capiet, iuxta terminos d. l. finita, optimè declarant Moder. Paris. *in §. 13 glo. 1. in v[illegible]. Lesegnuor. vers. antequam altius, fol. 133. num. 23.* [illegible]24. Et si in hoc casu loqueretur de prælatione, oportet necesse fateri, quòd facta venditione, non requisita vniuersitate, quòd vniuersitas, ex se ipsa efficeretur libera à Rege, si ipsa vendidisset: & à Barone si reducta esset in demanium absque aliqua pretij solutione.
10 Aut hoc prætendit iure redimimendi, † quo iure quis cogitur vendere seu retrouendere, etiam quòd nolit, vt etiam declarat Moder. Paris. vbi suprà, & hoc casu, aut hoc prętendit ex iurisdispositione, & obstat *tex. in l. dudum. C. de contrah. emptio.* quam allegat Andr. *in d. §.*
11 *nec dominus, ex regul. l. nec emere C. de iure deliber.* †
aut ex consuetudine admittente ius retractus, seu congrui, & de hoc consuetudinem non habemus, imò si venditur res feudalis, consuetudines dantes retractum non procedunt, super quo Tiraq. *in tracta de vtroq. retract. in §. 1 gloss. 3. fol. 58. num. 3.* Vnde ex prædictis dicebatur, huic vniuersitati non competere, nec ius prælationis, nec ius reemendi iurisdictionem secundarum causarum, nec iura ponderum, & mensurarum. Eò etiam magis: quia admittere has vniuersitates ad prædicta, posset valdè interesse Regiæ Curiæ. ex quo scientes Barones, quòd vniuersitates post emptionem per eos factam, admitterentur ad reemptionem, non sic de facili in Regis necessitatibus emerent, & vniuersitates quiescerent donec viderent, quid faciunt Barones, & Regia Curia esset in suspenso. Et si diceretur, ista procedere etiam, quando venditur Baronia, cum vassallis, & tamen, vt suprà dictum est, post venditionem vassalli sunt admissi ad seipsos reemendum in demanio. Re-
12 spondebatur, † quòd postquàm vsus hanc reemptionem induxit, est seruandus in eo tamen, in quo introductus fuit, nō autē ad alia, exemplo eius, quod dicitur de consuetudine loquente de plaustro vini, quòd non extendatur ad plaustrum olei, secundùm glos. 1. *C. quæ sit longa consue.* Quam sequitur Andr. maximè quando consuetudo est contra legem, *in 1. cap. si print. de consuet. rect. feud.* & in alijs locis in addit. nouis relatis. Item Moder. Paris. *in d. §. 13. n. 21. vers. tum tertio, f. 152. col. 3.* dicit in
13 materia prelationis, seu retentionis, quòd illud, quod a consuetudine est inductum, quòd est stricti iuris, debet manere in terminis suis, nec est extendendum ad id, quod est minus fauorabile, & minus rationabile. Postquam ergo ille mos est inductus, vt vassali efficiantur de Regis demanio, & vt euitent solutiones collectarum in quinq; casibus Baroni, ex quo valdè onerantur, non est hic mos extendendus ad casum, de quo agitur. In quo, non quia in eos exerceretur iurisdictio secundarum causarum, & ius ponderum, & mensurarum præstant alias collectas Baroni, quàm eas, quas præstant quando Baro non haberet alias iurisdictiones. Nec si per Regem, & Tribunalia in eos predictę iurisdictiones exercentur, releuantur à solutione collectarum prædictarum, sed remanent vassalli Baronis, præualere debent magis regulæ iuris ne quis vendere cogatur contra eius voluntatem, quàm perfidia vassallorum dicentium, eorum magis interesse in prædictis cognosci per Regia Tribunalia, quàm per Baronem, per quæ Regia Tribunalia, quando opprimuntur à Baronibus, eis fit iustitia, & Barones pœnis debitis puniuntur. Et ex istis, & alijs Frec. *lib. 2. sub feudo. in 2. auctoritate, n. 29. ver. si dominus fo.* 173. tenet quòd quando fit venditio iurisdictio-
14 nis criminalis, † non sunt ad pretensam prælationem admittendi vassalli: quia cùm sint vassalli alterius, habētis iurisdictionem ciuilem, cessans rationes, quibus mouentur And. *in d. §. nec dominus.* Ioan. Faber. *in d. § fi.* & Neuiza *in d. cons. 12.* & ibi ponit de Terris, quæ propter
15 demanium pauperrimæ effectæ fuerunt. † Nec in casu prædicto delecnit *tex in d. l. 2. pat. qui fil. distrax.* Quia in illo tex. est specialiter statutum, quia filiusfamilias liber, efficitur seruus: & ideò non mirum si ipse, vel alius potest illum re emere fauore libertatis concernentis fauorem personæ liberæ. Hic autem vassallus non ex iurisdictione secundarum causarum quæ datur Baroni, nec ex iure ponderum, & mensurarum efficitur ampliùs vassallus, quàm erat. Et sic etiam procedit *tex. in d. l. 2. ff. si libe. inge. esse dicatur.* Nec applicari possunt termini *gl. in l. inuitus. ff. de fidei. lib. de quib.* per And. *in d. §. nec dominus.* Quia vltra quòd And. vt supra dixi. loquitur
16 in vassallo demanij, † opinio tenentium, vassallum inuitum non posse alienari non procedit vbi adest in contrarium consuetudo vt declarat Loffr. *in d. §. nec dominus,* qui latè disputat contra Neuiz. tenet etiam Cotta *in d. versic. vassallus meus,* & Capi. *in inuest. in d. ver. Imperatores,* & Luc. de Pen. dicit contrarium fuisse seruatum *in d. l. 1 de c. Ciuium.* & sic fuisse seruatum, maximè in vassallis Baronum in hoc Regno, testatur Loffr. *vbi supra.* Et quamuis mos prædictus fuerit seruatus, dum tractatum fuit de iurisdictione secundarum causarum in Terris Roccæ Aspidis, & Iungani, dixit vnus ex Dominis de senioribus Regiæ Cameræ, hoc non fuisse seruatum, nisi nouissimis temporibus; & nunquam reperiri antiquitùs seruatum. & decisio in Terris prædictis, in qua ego interfui, maximam habuit difficultatem. & nō defuerunt qui ex extrinsecis iudicauerunt in fauorem vniuersitatum prædictarum, vnde ex prędictis videbatur omnino debere iudicari in fauorem Illustr. Ducis Seminarię & proptereà stantibus prædictis pro veris dicebat vnus ex Dominis, quòd non erat necessarium de-
17 cidere † an vniuersitati postquàm infrà annum non petijt hanc prælationem, seu hunc retractum, iuxta terminos *c. Titius, si de feu. fue. contro.* & prout consueuerat, competeret infra quadriennium restitutio, quia iam in minore dicebatur, hoc esse decisum *per tex. in c. constitutus, de inte. resti.* quod ei competeret restitutio. Quia si competit pręlatio, seu retractus, est ex causa interesse, seu damni, quòd patitur vniuersitas existens in alieno dominio. Eo igitur ipso, quòd infrà annum non petijt, est læsa, & succedit dispositio illius tex. & quòd competat restitutio in retractu minori, Neapod. *in consuet. Si domus de iure congrui. in gl. in verbo, petent.* nisi expreisè contrarium statuatur, prout in consuet. Regni Franciæ plene prosequitur Tiraquel. *in tra. in §. 35. in gl. in verbo mineuis, fo.* 707. vbi etiā allegat iura expreise di-

centia,

centia, minorem restitui in integrum non solùm quando tractatur de damno vitando, sed etiam quando de lucro captando, & reprehendit Ioan. Igneum *in dict. l. dudum* aliter intelligentem *tex. in d.c. constitutus*, quæ
18 opinio tantò magis teneri poterat, quia videmus, † minorem ex causa affectionis, quia res fuerat maiorum, restitui. *l. si emptionem. ff. de mino.* quem tex. extendit Ripa *in tract. de Peste. in vltim. par. colu. 1. fol.* 15. pro-
19 cedere, † etiam si minor alienasset fundum existentem in aere salubri,

Nec obstabat, quod dicebatur, restitutionem in integrum non esse specificè petitam, nec adesse speciale
20 mandatum ad illam petendam, † quia eo ipso, quòd minor petit rem sibi restitui, & non potest aliter obtinere, quàm per viam restitutionis in integrum, intelligitur in integrum petita restitutio. Ita in specie Antonius de But. *in c. constitutus de relig. domibus*, quem sequitur Alexand. *in rub. C. qui admitt. col. 1. ver. & ideo*,
21 Dec. *cons* 146. *& colum. 3. in fi. primi dubij nu. 4.* † & quamuis mandatum speciale requiratur ad petendum restitutionem in integrum nihilominus hoc non procedit, quando est mandatum cum libera. & incidenter petitur, prout in casu de quo agitur. Ita limitat, multis relatis. Didacus *in tract. var. resolut. lib. 1. c. 6.* Quæ concurrebant in casu, de quo agitur. Causa discussa, fuit lata sententia in fauorem. Illust. Ducis in quam nonnulli concurrere ex lapsu anni, & ex aquiescentia vniuersitatis tempore captæ possessionis, non concurrente aliqua protestatione, iuxta ea, quæ dicit. And. *in d. §. nec dominus, num.* 48. *vers. sed stando*, & Capic. *inuestit. in var. Imperator, in 4. docla. & in ver. limitari potest fo.* 161. cum quo addebant, quòd vniuersitas maximum pateretur damnum, si admitteretur ad hunc retractum, quia oportet restituere Illustr. Duci duc. sex mille vna cum interesse, quod ascenderet ad maximam summam & ex secundis causis nullum sentiret commodum, & ex iuribus ponderum, & mensurarum satis modicum lucrum consequeretur: & sic si restitueretur in integrum aduersus lapsum anni, quia læsa, magis ex hac restitutione læderetur. Alij Domini dixerunt, hanc disputationem non esse necessariam, quia ipsi indistinctè tenebant, vniuersitates in istis emptionibus secundarum causarum, & ponderum, & mensurarum, nullo modo esse præferendas, quia cessabant causæ, ex quibus demania aliquando concessa fuere. Et sic quia omnes, licet diuersis rationibus, concurrebant in absoluendo Ducem, fuit prolata sententia, modo vt supra, in Regio collaterali Consilio ad relationẽ Regiæ Cameræ Summariè cum interuentu Dominorum Antonij Orificij, Iacobi Anelli de Bottis Regiorum Consiliariorum, & meo, die 24. Septembris 1575. in præsentia. Illust. & iustissimi Principis Domini Marchionis de Moudezar, meritissimi huius Regni Proregis.

Quid autem sit si retenta prædicta opinione pro vera quòd detur prælatio vniuersitatibus seu retractus, tàm quando vendit Terram cum vassallis, quam quando venduntur ista iura, & sunt venditæ plures Terræ eodem pretio, vel plura iura secundarum causarum in di-
22 uersis Terris: † an hoc casu possit dicere emptor, quòd non sit admittenda vna ex eis, si vna ex Terris velit se redimere, aliæ verò non nisi facta reemptione omnium: quia vnica est venditio postquam vnico pretio sunt venditæ, & emptor alter non emisset, hæc quæstio accidit, dum ego essem Aduocatus vniuersitatis Polignani, quia Magnificus Iulius Cariafa emerat terram Molæ, & Polignani, & cùm vniuersitas Polignani tantùm pronocasset ad domanium, opponebatur inter alia contra dictam vniuersitatem, non esse admittendam nisi etiam facta reemptione Molæ factaque de hoc relatione in regio Collaterali Consilio per Regiam Cameram Summarie, existente Relatore D. Antonio Castillo eiusdem Regiæ Cameræ Præsidente, fuit iudicatum in fauorem vniuersitatis Polignani, pro qua ego allegaui particularem decisionem Bal. in Const. Sancimus, *de iure prothomi. n.* 70 *ver. sed pone*, quem sequitur Afflict. *ibi. in §. scriptum est, in 4. not.* qui optimis rationibus hanc opin. probant, & Ias. *in l. stipulationes non diuiduntur, num.* 21. *circa fin. ver. ad ista etiam adde. ff. de verb. oblig.* Glos. Paris. *§. 13. gl. 1. 6. qu. ver. redeundo, fol.* 283. *vbi plenè.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. 2. vide Clarum *in §. feudum qu. 28. in princ.* Mandos. *in cons. Rom. 26. in fin. lit. Q.* Viuium *in opin. 637. p. 2.* Ant. Gab. *in tit. de iure quæsito non sollen. concl. 8.* Cagn. *in l. si, num. 59. C. de pact.* omnino Cam. Saler. *in addit. ad Napod. in prohe. Caroli fol. 33. in nouis, & iterum fol. 377. in nouis*, & Her. *in suis com. opin. conclus. 144. lib. 2.* & D. Garsi. Mastr. *in cons. posito post eius decis.*

Num. 2. ibi verumtamen, Adde Viuium, qui decisionem istam allegat *in d. opin. 637.* D. de Curte *de feu. in vers. licet autem verissimè, num. 54.* D. de Ponte *in tracta. de potesta. proregis, fol. 477.*

Num. 3. ibi Serenis. adde Viuium vbi suprà, & Ann. Sena *in cap. 1. n. 153. de vassal. decrep. ætat.* D. de Curte *loco sup. cit. fol. 10. num. 65.* D. de Ponte *in loco supra allegato, fol. 474. num. 17.*

Num. 8. sic memini fuisse decisum, prout latiùs consimiles decis. refert Anna *in sing. 150.* quamuis in illius calce referat aliam contrariam decisionem eiusdẽ Regij Consilij, & Dom. de Ponte *vbi sup. fol. 477. n. 9.*

Num. 17. Adde Ias. *in l. stipulationes non diuiduntur num. 21. ad fi. ff. de verbor. obligat.*

Num. 21. vide Rolan. *cons. 26. vol. 2.* Maxil. *in consuet. Bari, fol* 303. *n. 23. 24. in nouis*, Magon. *in dec. Flor. 70. colum. fin. & in decis. Luca 67. num.* 10. videndum Steph. Grat. *in decis. 196. num. 4. 5.* vbi allegat Couarru. hic allegat. & Ioseph. Ludou. *in suis commu. opin. concl. 30. fol. 75.* & ad istam decis. *nu.* 1. vide omnino D. Garsiam Mastril. *in cons. vnico post decis.*

Ad finem Additio. Dom. de Curte, *vbi sup. n. 69.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli, an inuiti alienari possint, tàm à Barone, quàm à Rege, si ipsi sub regia protectione cupiunt permanere.*
2 *Pactum de retrouendendo est pars pretij.*
3 *Baro, an præferatur in emendo à vendere volentibus cæteris emptoribus.*
4 *Pragmatica, quin etiam, de Baronibus declaratur.*
5 *Ius prælationis non habet locum in territorio, in quo sunt plures possessores.*
6 *Dominus an præferatur vicino, & in quibus casibus.*
7 *Emphyteuta, an præferatur cæteris in emptione directi dominij.*
8 *Ius prælationis an cedi possit.*
9 *Quid si sunt plures domini.*
Et an elapsis duobus mensibus dominus directus possit vti iure prælationis.
10 *Laudemium an debeatur, si vicinus præfertur emptori, & sic dominus.*
11 *Dominus præfertur in emptione fructuum, quam faciunt exteri ab emphyteuta, & colono.*
12 *Et ideo, si dominus alienat ius suum emphyteuta præfertur.*
13 *Vassallus, si vendit meliorationes, quas facere potest creditores possunt se immiscere in possessione earum, tamen dominus præferretur pro eodem pretio, quod ab alijs inuenietur, & num. 14.*
15 *Quid in feudatario.*
16 *Dominus directus, qui præfertur in emptione rei illam cedere non potest, & quid si cedat.*
17 *Casus in quibus speciale mandatum requiritur, remissiuè.*

18 *Man-*

18 *Mandatum triplex est, speciale singulare, & generale.*
19 *Venditio quando dicatur una, & quando plures.*
20 *Quid quando plures terrae venduntur, & uniuersitas demanium petit.*

1 Adde de demanio, & an † vassalli inuiti alienari possint tàm a Barone, quàm a Rege Catholico, si ipsi sub Regia protectione cupiunt permanere; Salernum *in proœmio consuetudinum Neapolit. & in consuetudine conductor, & ea quae ego in l. inuitus. ff. de fideicomm. hared.* Loazes *in repetit. §. Dini. ff. de lega.* 2. Paulum Fuscum Episcop. Ranelli. *singul. 97. versic. dominus.* latissimè scripserunt Anna pater, & filius *singul. 567. vassalli.* Rolandus latissime *consil. 2. viso temate, volum. 1.* Brunorus à Sole *in suo compendio propositionum iuris, verbo vassallos inuitos,* Ioannes Coppen. *quaest. Saxon. 3. incipien. Cum matre.* Consiliar. Anna *consil. 55. incipien. quod in hac, volum. primo.* Regens de Curte nouissimè *in diuersorio feudali. n. 6. c. 3. vol. 1.* vbi latissimè de materia demanij concedendi, vel excludendi, & de libertatis priuilegio Coppen. praecitatus *d. quaest.* 3. & Praeses *decis. 432. ad n.*
2 5. quòd † pactum de retrouendendo, est pars pretij. Adde infrà, *decis. 95. n. 3. & 105. n. 19. ad n. 6. in fin. de oppressionibus Baronum*, Adde Campaneam *in c. grauamina*, & Gramm. *in cons. 5. 8. & 9.* Adde num. 7. Adde †
3 an Baro praeferatur in emendo à vendere volentibus alijs ementibus Bart. *in l. 1. C. de metallis, et metallarijs lib. 11.* Tiraquel. *in praefactione ad tractat. de vtroque retractu, n. 27.* & Couarr. *lib. 3. resolut. c. 14. n. 6.* sed hodie 12. mensis Decembr. 1595. licet Regia pragmat. 15. incip. quin etiam, sub tit. de Baronibus induxerit prohibitionem, fuit decisum pro Duce Magdaluni iuxta opi-
4 nio. Bar. & praelatus Baro, quia † pragm. non loquitur de prelatio [illegible] sed de libera venditione. & vide Scribentes *in l. nec emere, ad Bar. C. de iure deliberan. & in d. l.*
5 1. Item adde, quòd † ius praelationis non habet locum in emente territorium, in quo sunt plures possessores,
6 Guid. Pap. *decis. 508.* An † dominus praeferatur vicino, & in quibus casibus, Tiraqu. *de retract. §. 15. glo. 1. n. 3.*
7 *& §. 21. glo. 1. n. 3.* † An emphyteuta praeferatur ceteris in emptione dominij directi, Boerius *decis. 107. volum. 1.*
8 & † an hoc ius praelationis cedi possit Guid. Pap. *decis. 43. & 415.* & Tiraquel. *de retract. Ligniager. §. 26. glo. 1.*
9 *nu. 40.* & ibi. quid † si plures domini, an elapsis duobus mensibus dominus directus vti possit iure praelationis,
10 Tiraqu. dicto loco, & † an laudemium debeatur, si vicinus praefertur emptori, & sic dominus Tiraq. § 29.
11 *glo. 1.* latissime omnino videndus, † quòd autem dominus praeferatur in emptione fructuum, quam faciunt exteri ab emphyteuta, & colono, Boerius *decis. 107.* Et
12 ideò, † si dominus alienat ius suũ, emphyteuta praefer-
13 tur, dicta decis. *& decis. 98.* latè. Item, si † vassallus vendit meliorationes, quas facere potest, creditores
14 possunt se immiscere in possessione ipsarum, sed † dominus directus praefertur pro eodem pretio, quod ab alijs inuenitur. Parisius de redintegratione feudorum.
15 *verbo, & circa n. 9.* & † quid in feudatario, Andr. *in tit. hic finitur lex verbo, si vassalli.* Item adde, quòd si dominus directus praefertur in emptione, quòd illam rem alteri cedere non potest, Guid. Papa *decis. 441.* sed si illam cedit ex interuallo, creditor, nec alius ipsam auocat pro meliorationibus à tertio. Ita est decisum *decis... ad n. 17.* Ad de Regiam pragm. Comitis Mirandae, *n. 63. in tit. de offic. procurat. Caesar. ad num. 18.* Adde de minori restituendo ad rem maiorum, quae DD. *in l. si emptionem. ff. de minoribus*, & Ioseph Ludou. *decis. Lucens. 52. nu. 45.* & vide quae de restitut. minorum, tàm quo ad probationes, quàm quo ad causas definitas, & alia *in decis. 86. 473. & 229. ad quas dico* Ad *num. 21.* Adde ca-
16 sus in † quibus speciale mandatum requiritur per Ioseph Ludou. *conclus. 30. vbi 93.* Casus vbi speciale man-
17 datum requiritur. Et † quòd mandatum triplex est, generale speciale, & singulare, *& concl. 31.* qui benè loquitur. Ad num. 22. Adde quae dico *ad l. cum §. si emancipio*. vbi † quando est vnica venditio, & quando plu- 18
res, & Regentem de Curte *in d. cap. 3. vers. fuit etiam*,
19 ponit decis. in facto, quando † plures terrae venduntur, & vniuersitas demanium petit. Ad hanc decis. *num. 1.* Menoch. *de remedio recuper. 13. q. num. 61. & cons. 204.*
20 *num. 48.* & de hac decisionis materia omnino videndus est Lancellot. Gallea, *suo cons. 46. per totum*, & Don Garzias Mastrillus *decis. sua 52.* & Consiliarius Anna, *allegatione 27 par. 1.*

ADDITIO D. RICII.

Feudum inuito vassallo per Dominum alienari non potest, hoc dicit. Adde *gl. in l. inuitus. ff. de fideicommis. liberta.* quae indistinctè loquitur, aut a Rege, aut a Barone desumpto. *argum. ad l. inuitus*, quae loquitur de seruo, vt alter inuitus tradi non possit, vt manumittatur, & ab eadem lege glo. facit arg. quòd dominus non potest alienare in alium vassallum, *c. 1. §. ex eadem lege in princip. de leg. Conradi, Clar. in § feudum. q. 28. Petr. de Gregor. in tracta. de conceff. feud. par. 7. quaest. 4. n. 18.* Menoch. *cons. 377. n. 10.* Cacher. *cons. 49. n. 3. & seq.* quod procedit, tàm si alienatio fiat in inferiorem, & sine in parem, & superiorem, prout indistinctè hanc opinionem procedere voluit Cin. *in l. 1.* & ibi Salicet. *C. de nouat.* imò vassalli Domino resistere possunt Bal. *in c. 1. §. si quis n. 5 quo temp.* & facit quòd Dominus, & vassallus sunt duo correlatiua, & dispositum in vno censetur dispositum in altero, Aluarus *in c. 1. § praetereà in 2 notab. quid sit inuestitura*, ideò sicut vassallus non potest alienare inuito domino, ita & è conuerso Dominus inuito vassallo, vt ex Rip *lib. 2. respons. c. 25. num. 7.* Gotfred. *in c. Imperialem. §. praeterea Ducatus vers. nec Dominus de prohib. feud. aliena. per Feder.*

Animaduertas tamen, quòd vassalli habent ius praelationis quando dominus vult alienare feudum, & possunt p. [illegible] dem [illegible] ex his, quae solent allegari per tex. *in l. 2. in fin. in princip. ff. si lib. ingen. esse dica.* vbi habetur, quòd qui ad pretium participandum se vendere passus est non prohibetur de libertate contendere si pretium reddidisset.

Amplia primò, hanc conclusionem procedere etiam quando non venditur terra, & iurisdictio ipsius vniuersitatis, sed aliqua particularis iurisdictio, vt puta iurisdictio, syluae, iurisdictio portulaniae, & similia, remanente ipsa quoad reliqua sub dominio Baronis, vt fuit iudicatum in Collaterali Consilio in anno 1575. in causa Tungati cum eius vtili Domino Comite Aspri.

Amplia secundò procedere etiam si sint duo Barones quorum vnus habeat iurisdictionem criminalem, alter ciuilem, quod in multis terris reperitur, si ille, qui habet iurisdictionem criminalem procedat ad venditionem ipsius habètis ciuilem, nam potest, hoc casu vniuersitas petere se debere praeferri, vt sepiùs fuit per Regiam Camera decisum, vt refert Frecc. *in diuers. iuris feudalis. n 67. in fin. fol. 10.*

Amplia tertiò ideò procedere, hoc ius petendi demanium, vt etiam competat vni solùm de vniuersitate ceteris contradicentibus, dum tamen omne onus in se suscipiat, vt pariter fuisse decisum testatur idem *loco cit. num. 70.*

Limita primò, non procedere quando plures terrae vnico pretio fuerunt emptae, & vna ex his petit demanium altera non; nam petens non admittitur, quando sunt plures terrae vnitae sub eadem Baronia, vel sub vno comitatu, quia non licet vni ex illis proclamare ad demanium, vt fuisse etiam decisum refert idem *n. 69.* has, & alias decisiones cumulat Nouarius *in collect. decis. ad pragmat. Regni 64. sub rub. de offic. reg. Camera.*

ADDITIO D. NOVARII.

Vassalli, quamuis inuiti à Domino possint alienari, tamen in hac decisione fuerunt admissi ad Dema-

manium petendum soluto pretio, & interesse emptori, & ita etiam scribunt Viu. *in Silua comm. opin. conclus.* 637. Sessa *in dec. Arag.* 36. *n.* 23. De Ponte *de potest. proregis tit.* 10. *in Rubr. de bonis, & expens. vniuers.* §. 1. *nu.* 17. Georg. *Alleg.* 7. & nouiter *Compendium Dec. Neap. in ver. Vassalli*, quamuis inuiti, & nouissimè videre Larathum *in cons.* 886. vbi agit latè an Dominus suas Ciuitates, Terras, Castra, & loca cum Vassallis ipsis inuitis alienare possit, & an ipsi Vassalli vêditi possint se pretio redimere, & an ius redimendi côpetat Vassallis, vti vniuersis, vel vt singulis. Et an Rex Terras de demanio affectas, quib. priuilegio in demanio tenere promisit possit alienare, & an Terra de demanio effecta, si nô datur pretium spectet ad Regem, vel ipsam Vniuersitatem.

Sed prælatio an competat Vassallis in alienatione Baroniæ facta per Baronem, & an detur restitutio in integrum aduersus retractum Regi, seu Vassallis concessum, si tempus sit elapsum, vide latè Mastril. *in cons. suo post Decis.* vbi affluenter tractat articulum.

Nota tamen quòd de iure Regni Vniuersitates non admittuntur, nec restituuntur ad petendum demanium post annum à die captæ possessionis, vt cauetur *in pragmatica* 64. §. *in primis de offic. procu. Cæsar. seu Camer. summa.* vbi nos plura vtilia adduximus *in collectan. decis.* ibi igitur recurras. Sed demanij petitio, quando vniuersitatibus côpetat, & quid in permutatione, vide latè Ann. *in suo cons.* 5. *lib.* 1. vbi affirmat ipsum demanium attentari posse etiam in permutatione, & de materia demanij latè discutit de Curte *in diuer. iur. feud. fol. mihi* 10. & vide nouiter de Ponte *in suo cons.* 104. *volu.* 2. vbi agit de materia demanij, quando peti debeat, & an detur restitutio aduersus temporis lapsum, & si datur, quantum erit tempus restitutionis exercendæ, & vide Laratha. *in cons.* 84. vbi quòd vniuersitatis quil.bet potest infra legitima tempora demanium petere, & illud in quo existunt defendere, I. M. N.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 R. de Ponte, & R. de Curte *sustinent in consuetudine, & non in iure fundatum esse dominium, & ius terrarum se reemendi cùm venduntur* contra D. Præs.

2 *Vtilis dominus exclusus fuit à prælatione in dominio directo vendito, ita etiam per* Rot. Rom. *sed adducitur opinio contraria, num.* 3.

4 *Si vendatur iurisdictio criminalis, an vasalli, vel Baro ciuilis præferatur, & quid si iurisdictio aliqua particularis vendatur, & expenditur decisio.*

5 *Confutatur assertum de proclamatione ad libertatē, vt sit stricti iuris nuncupatim per* P. D. Caiet. de Afflicto, *& n proceaat in locatione prælatio.*

6 *Ius prælationis, an competat pro vna terra si plures vendita sint vno pretio.*

7 *Demanium intra quod tempus peti valeat, & quid in locatione, & praxis in petitione prælationis, n* 8.

1 DEcertatoria est decisio in materia demaniali, & proclamationis ad libertatem cũ venditur terræ à Baronibus, siue à Rege, nã D. meus *n.* 3. probat in iure caueri ius reemêdi vniuersitatum *per text. in l.* 2. *ff. si lib. in gen. esse dic.* & in *l.* 2. *C. de patr. qui fil. distrax.* ex eo quia terrarum interest liberari à seruitijs ad quæ virtute iuris cômunis, Regiarum Pragmaticarum, & constitutionum Regni tenentur, & assumptum comprobant, Larath. *in theatr. feud. p.* 11. *diluc.* 28. & ex Io. Fab. Cou. Greg. Lop. & alijs Sesse *dec. Arag.* 36. plenè Mastril. *in cons. vnico post decisiones*, Econtra R. de Pont. *de pot. proreg. tit. de diuersis prouis.* §. 1. *nu.* 8. & R. de Curt. *in suo diuers. p.* 1. *n.* 39. 54. & 65. demonstrant prælationem hanc sic sępè sępiùs ad beneficium Vniuersitatum concessam procedere ex inueterata consuetudine sic iudicandi, quæ legis vim obtinet, nô quòd iuris termini assistant, quia nullibi comperiatur, vt quando Baro vendit terram Vassalli debeat præferri, & ideò ita practicatum, cùm certo modo petentes Vasalli prælationem, videatur ipse Rex vti dominus directus exercere tale ius ad sui beneficium, quamuis ex pecunia Vniuersitatis, dum admissa prælatione vtile dominium Baronis consolidetur cum directo Regis, & opinionem hanc D. R. de Marin. *de commendat. in obs.* 488. ad Reuert. At Fulu. Lanat. *in add. ad patruũ in reper. c.* 1. *de success. feud. n.* 20 tuetur D. meum dum Rex consentiens vêditioni amittat omne ius prælationis, & qui immediatè subsunt Regi censeantur liberi, quidquid autē sit in stricta disputandi ratione terminata est côtrouersia per *pragm.* 64. §. 2. *de off. proc. Cæs.* editã pro Vniuersitatibus concedentem eis prælationem.

2 Ardentior est pugna, si competat prælatio vtili domino, quando venditur directus dominus directum dominium, & iura dominicalia, & negatiuè decisum extitit per S. C. *vt hic, n.* 8. & confirmat Ant. de Amat. *resol.* 54. Rot. Rom. denegauit audientiam emphyteutæ, qui instabat pro prælatione, *vt in dec.* 547. *n.* 1. *in recol. per* Farin. imò si duo essent domini eiusdem Castri, neq; condomino competere prælationem, tradit Arnol. Ferro. *in comm. ad consuet. Burgund. li.* 1. *tit. de retrac.* §. 2. Ann. *sing.* 151. Sanat. *in reper.* §. *sed etiam res per quos fiat inuest. nu.* 7. & contra vtilem dominum d. Marcian. *disp.* 6. *à num.* 8.

3 Contrarium tenent pro emphyteuta Amendol. hic Gratian. *discep.* 149. *n.* 6. Cancer. *var. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 51. D. Rocch. *to.* 2. *resp.* 8. & de æquitate veriùs probat Castil. *de vsufr. li.* 1. *c.* 94. *nu.* 44. ita refert decisum in S. C. Camil. Salern. *in consuet. de iur. congr. in fi.* & hanc sententiam in Ciuitate Neap. in qua habet locum ius congrui ratione communis defensat, Fulu. Lana. *vbi sup. in add. ad patruum in reper.* §. *sed etiam nu.* 14. quia maior, & connexior est cômunio ratione directi, & vtilis dominij, quã ratione vicinitatis, & confinitatis duorũ prædiorũ, dum fiunt vnum per consolidationem §. *fi. instit. de vsufr.* sed duo prædia non possunt per confusionem, sed destinatione propter culturam, & habitationē, qui Auctor licet aliter sentiat procedere in Regno, ex quo desit eiusdemodi consuetudo, ipse idem existimo iudicandũ in Regno, vbi etiã viget constitutio de iure congrui.

4 Examinanda subsequitur assertio *num.* 14 vbi Vasalli non admittuntur ad libertatem quando venditur iurisdictio criminalis, si remanerent subiecti iurisdictioni ciuili alterius domini, qui præferendus venit vti socius ratione vnionis, Anna *alleg.* 27. & refert iudicatum in Collaterali Consilio R. Salern. *in add. ad prohem. consuet. Neapol. num.* 4. Montan. *contro.* 44.

Oppositum veriùs probat pro Vniuersitate D. R. de Marin. *li.* 2. *res.* 117. vbi ita iudicatum refert, & ita practicari testatur, R. Latr. *dec.* 168. *n.* 40. R. Galeot. *li.* 1. *in dec. ad contro.* 3. ibi idem si venditur aliqua iurisdictio particularis secundarum causarum, iuris portulaniæ, uel similis & *num.* 13. respondet huic decisioni, quòd fuit petita prælatio post annum, ut aduertit etiam R. de Curte *cap.* 3. *num.* 40. & 66. & ideò decisum fuisse contra Vasallos, & Vniuersitates adhuc præferuntur Baroni ciuili, qui emit criminalem, D. de Marin. *vbi sup. num.* 11.

5 Vsum inductum pro admissione Vasallorum ad demanium in venditione tantum debere seruari traditur *num.* 12. & *seq.* ea ratione quia vsus sit stricti iuris, & restringi debeat intra cancellos suos, sed arguitur contra, nam prælatio militat cùm venditur aliqua iurisdictio particularis, & si Vasalli non remaneant liberi, & præterea competit prælatio in locatione terræ, vt Rouit. *in pragmat.* 64. *numero* 31. *de off. proc. cæs.* vbi ita decisum testatur, & quidquid ex Tiraquel. *de retract.*

tract. lignag. gl. 14. nu. 48. & alijs defendat Theodor. *allegat. 45. à num. 78.* ita in dies deciditur pro terris, & maior ratio viget in locatione, cùm vassali subiecti sint Baroni, & subijciantur conductori, & sic pluribus dominis Larat. *in theat. feud. p. 12. dilucid. 82.* & nuper decisum fuit in Collaterali Consilio pro Ciuitate Melphicti, qua propter impugnat assertum D. mei iurisperitissimus R. P. D. Caiet. de Afflict. *in suis controu. c. num...*

Pergrauis subit alia controuersia, si venditis duabus
6 terris vnico pretio, valeat vna terra, vti iure reemendi non facta reemptione alterius terræ, & affirmatur *nu. 22.* & in iure congrui tradunt Thor. *in supplem. ver. ius congrui* Rendel. *de iu. prothom. vers. vnusquisque n. 22.* & quamuis contrarium velint, Gratian. *discep. 745.* Costa *de rat. rata c. 100.* & referat decisum idem Thor. *in ver. pretium p. 3.* nihilominus obseruandum est eamdem decisionem compillasse Reuert. *in dec. 274.* vbi D. de Marin. confirmat sententiam D. mei, nisi terrę essent veluti sub vna Baronia, nam tunc ambę peti debent.

Demanium peti debet intra annum ex *pragm. allegata* & pẽti potest etiam omissa protestatione in captura possessionis *ex traditis n. 21.* Thor. *ver. præfatio p. 2.* in locatione autem peti potest etiam post annum quia tot sint locationes quot anni Marta *ver. 240.* in puncto D. Io: Dexart. dec. Sardin. *q. 9. n. 6.*

Minor pars, imò vnus audiri debet in petitione demanij fauore libertatis Rouit. *vbi sup.* at particulares in se onus suscipere debent R. de Curt. *in diuers. c. licet autem n. 70.* & quia experientia multoties docuit, expedire Vniuersitati pati se venundari pro debitorum exoneratione non possunt applicari termini libertatis, & solet denegari præ̃latio, vt hic *num. 21.* & decisum in venditione terræ Molę referunt Thor. ver. *Vniuersitas p. 1.* Bilot. *concl. feud. 28.*

SVMMARIVM.

1 *Mater transiens ad secunda vota, mortuo filio, alijs superstitibus succedit in vsufruct. tantum respectu bonorum obuentorum filio a patre, & n. 2.*
3 *Fructus prouenti ex paterna substantia, non dicuntur esse paterna successio.*
4 *Fructus hereditatis non dicuntur pars hereditatis.*
5 *Successio paterna, & substantia paterna differunt.*
6 *Profectitium dicitur, quod filius querit ex fructibus fundi sibi relicti a patre, vt inde se aleret.*
7 *Donatum vxori contemplatione mariti non comprehenditur sub dispositione l. fęmina. C. de secun. nuptijs.*
8 *Ex dictio, propriè causam immediatam designat.*
9 *Origo bonorum consideratur mediate respectu fructuum, & immediatè respectu ipsorum bonorum.*
10 *Fructus feudi non sunt feudales.*
11 *Fructus percepti post mortem testatoris, sunt heredis & ideò*
12 *Mater succedit in fructibus perceptis per pupillum ex hereditate paterna, & non substitutus.*
13 *Authen. ex testamento. C. de secundis nuptijs, declaratur.*

DECISIO XVIII.

Bona quæsita à filio ex redditibus paternæ substantię mortuo filio pleno iure ad matrem, quę ad secunda vota transiuit spectant, non verò quoad vsumfructum tantùm vt ea quæ sunt de substantia patris ad filium delata.

1 Regula est clara, † Matrem ad secunda vota transeuntem succedere ab intestato filijs suis, alijs filijs superstitibus, quoad vsumfructum tantùm in ijs bonis, quæ ad filium ex substantia paterna peruenerunt *auth. ex testamento. C. de secun. nupt.* quæ sumitur in corpore *de nupt. §. hinc nos, col. 4. & de non elig. secun. nupt. §. cum igitur. col. 1.* Accidit, quòd remanserunt filij sub tutela probi viri, qui ex fructibus paternæ substantiæ, multas fecit emptiones annuorũ introituũ, mortuus deinde fuit vnus ex eis, mater quæ secundò nupserat venit ad successionem cum filijs, eisdemq; fratribus superstitibus, Dubitatum fuit, an mater succederet quoad vsumfructum tantùm etiam istis introitibus emptis ex fructibus paternę substantiæ, quemadmodum in obuentis principaliter filio ex paterna substantia, An verò succedat in istis pleno iure quoad proprietatem, & vsumfru. Pro filijs cõtra matrem allegabatur tex. *in l. matre C. ad Tertul.* qua prouisum est, † matrem huiusmodi extrinsecùs
2
quæsita pleno iure possidere debere, rerum verò paternarum defuncti vsufructu solo debere potiri: sed annui introitus, ex fructibus paternæ emptæ empti, non possunt dici extrinsecùs prouenisse. Ergo remanent sub dispositione secundi casus l. prędictæ. Huic arg. respondebatur quòd quamuis in *d. l. mater Imperat.* vteretur dicto verbo, extrinsecùs, in *d. § hinc nos*, dicit in ijs quę ex paterna substantia ad filium peruenerunt, eorum habeat vsumfr. & deinde subdit in residuis verò omnibus, quæ aliundè erant filio, pręter paternam successionem, veniant pleno iure, & sic id quod dicitur in *d. leg. mater.* extrinsecùs, in *d. § hinc nos*, edito post l. prædictam, enunciatur præter paternam successionem. Sensus igitur *d. l. erit*, quòd id, quod extrinsecùs filio obuenit, scilicet præter paternam successionem, pleno iure matri
3 acquiretur: † Fructus autem paternæ successionis non esse paternam substantiam, nec paternam successionem, clarum ex *tex. in l. in fideicommissariam, ff. ad*
4 *Treb.* dum in eo dicitur, † fructus non esse partem hæreditatis, sed ex ipsis rebus hæreditarijs accepto ferri.
5 Et † quòd illa Verba, præter paternam successionem, magis restringant, quàm verbum substantia, & restringant illa verba, Paterna substantia, considerauit Bologninus in Add. ad Matthesil *in tract. de succes. ab intest. in 2. art. principali in 6. colu. in add. posita in q. qua incipit. Quid autem sit, n. 21. vol. 3. Tracta. in liberis meis*, dicẽs, quòd verbum, successio, habet causam immediatam, & substantia vtrumq; habere potest. Secundò pro hac parte allegabatur decisio *glo. in. leg. cùm oportet, in verbo, ex eius substantia. C. de bon. quæ lib. &* Bal. *ibi-*
6 *dem, vers. quero pater dedit*, qui dicunt, † quòd si pater dedit fundum filio, vt inde se aleret, si filius parum consumpsit in alimentis, vt ex residuo aliquid quæreret, ex quo residuo, Bald. dicit, emit terrulas, hæc quæsita hoc modo per filium, erunt profectitia, quia ex re patris. Idem dicebatur debere dici in casu nostro de ijs fructibus parsimonia tutoris per pupillos aquisitis, eò magis, quia tex. *d. l. cùm oportet*, loquitur per eadem verba, scilicet ex eius substantia, per quæ loquitur text. *in d. auth. ex testamento*, sed ad hoc dicebatur in materia *d. l. cùm oportet*. intelligi largè id, quod ex substantia patris, peruenit ad filium, etiam, id quod ex fructibus ipsius substantiæ peruenit procedere fauore patris. Quòd si in casu, de quo agitur, sic intelligeremus, maximum odium oriretur contra matrem, cùm priuaretur bonis quæ ex paterna substantia ad filium peruenerunt è fructibus prædictorum bonorum, & pater, & mater non debent ad imparia iudicari: & id, quod largè intelligitur fauore patris, si largè intelligeretur in materia, de qua agitur, operaretur contrarium contra matrem, cui ex iuris dispositione luctuosa hæreditas filij debetur. Item dicitur in hac materia tamquàm pœnali strictè esse procedendum. Quod patet, quia quamuis de iure prouisum sit, quòd quicquid ex facultatibus, & substantia paterna ad mulierem peruenit per transitum ad secunda
7 vota, debet relinqui filijs primi matrimonij. † hoc tamen non procedit in ijs, quæ contemplatione mariti vxor quæsiuisset, quia in ijs non habet locum *l. fœmina, C. de secund. nuptijs.* ita per optima media consuluit Rom. *cons. 495. præsuppositus, in prima quæstione*, quem refert, & sequitur Ioan. de Garon. *in d. auth. ex testam. col.*

colum. 14. num. 45. vers. sed vlterius cum concord. infra decis. 591. ex quibus etiam apparet non posse argui in materia dictæ authent. ex testamento, non habet locu; & ad finem quòd dicta authent. habeat locum, oportet, quòd sit de paterna substantia, non autem quod sit profectitium, scilicet quòd proficiscatur ex bonis mariti.
8 Item † dictio, ex, causam propriè immediatam designat, l. qui liberis, ff. de vulg. & pupil. Igitur in hac materia penali strictè, & propriè intelligenda est, & in materia fauorabili, vt in d. l. cum oportet, largè intelligi potest, & vltimò dicebatur singularissimum esse, acquisitum ratione rei esse de re ipsa, And. in verbo, & plaustrorum. 7. colum. vers. secus si vendidit fructus, quì sint Regal. Vnde non est trahendum in consequentiam maximè contra matrem, & ex istis patet secundum argumentum contra matrem esse solutum. Tertiò allegabatur decisio Bald. in d. authent. ex testamento, dum notat originem bonorum debere considerari, & alibi dicitur, quòd est potiùs consideranda origo obligationis, quàm titulus actionis, l. 3. C. ad Macedonian. si consideratur origo bonorum, non videtur dubitandum, hos introitus annuos, ex fructibus bonorum paternorum emptos, habere originem ex bonis paternis. Ad hoc dicebatur,
9 originem considerari mediatè, & immediatè, † vt supra dictum est, & causam immediatam in materia penali esse attendendam. Item Bal. intelligit originem bonorum considerari debere respectu substātiæ bonorum paternorum prout supra dictum est: non autem respectu fructuum ipsorum bonorum, qui, vt in primo argumento declaratum fuit, non sunt pars hæreditatis, vel paternæ substantiæ, sed ex ipsis prouenerunt. Quemad-
10 modum in simili dicitur, † quòd fructus feudi, quamuis ex feudo prouenerint, non sunt feudales, sed Burgensatici, iuxta ea, quæ ponit Luc. de Penna, in l. quicumque la secunda, C. de om. agr. deser. comprobat per Gamer. in repet. c. Imperialem, colum. 59. litera P. fol. 17. à tergo. Et sic apparet etiam, quod nec obstat dictum Ioan. Petri de Ferrarijs, in tit. de forma libelli ad redditionem rationum tutela, in gl. 1. num. 5. quod vltimo loco allegabatur, cum dicit matrem pleno iure succedere [illegible] tantum, arguendo, ergo non in profectitijs, [illegible] fructus, quia vltrà quòd ex dictis Doctorum non sit sumendum argumentum à contrario sensu, verba prædicta ponuntur per eum ad differentiam profectitiorum, vt sup. probatum est, de vno ad aliud non infertur. Et sic Sacrum Consilium iudicauit in fauorem matris, ex ijs, quæ in responsione primi, & secundi fundamenti plenè dicta sunt.
11 Item, † qui fructus istorum bonorum dicentur proprij ipsius pupilli, & idcircò substitutione tacita filio
12 † per quam mater excluderetur à bonis testatoris, non per hoc excluderetur mater à fructibus perceptis post mortem testatoris, quia illi sunt proprij ipsius pupilli, ita refert A. flict. fuisse al. as in Sacro Consilio decisum,
13 in decis. 367. in 3. dubio, in fi. Vlterius dicebatur, † tex. in d. auth. ex testamento, posse declarari per tex. in l. scimus, §. repletionem, C. de inoffic. testam. quo cauetur, supplementum legitimæ fieri debere ex paterna substantia, & tamen ibi omnes affirmant, non esse faciendam suppletionem de fructibus. Ergo verba illa, ex paterna substantia, in d. auth. ex testamento, non intelligentur de fructibus paternæ substantiæ, sicut etiam dicitur in d. l. in fideicommissariam, ff. ad Trebell. quam alleg. Ioan. de Garon. in d. auth. ex testamento, colum. 11. vers. nam fructus, num. 34. quòd fructus non sunt hæreditatis, sed ex ipsis accepto feruntur. Vltimò, pro hac opinione faciunt omnes rationes, quas pro matre ponit Ioan. Garon. in d. auth. ex testamento, in quæstionibus per eum tactis colum. 12. vers. sed quia lex. num. 41. & colum. seq. vers. sed iterum quæro, nu. 43. ad quas me remitto. Etsi hæc quæstio dubia fuisset, in fauorem matris decidi debuisset, prout decisa fuit. De qua doctissimus Thomas Salernitanus, tunc Sacri Consilij Præses, dixit dubitasse. Sed auditis prædictis sententiæ prædictæ subscripsit. Causa fuit inter quosdam de Sarno, & Cassandram Pecorariam, Actuario Milono. Et dum quædam obstetrix lucrata esset ex eius exercitio in hac ciuitate forsan ducatos decem mille, & instituisset virum hæredem qui posteà transijt ad secunda vota, & ex fructibus bonorum hæreditariorum multos introitus emisset, & filij primi matrimonij prætenderent hos etiam introitus ad eos spectare, tamquam filios primi matrimonij, iudicauimus de mense Iulij 1581. in fauorem Sanctæ Mariæ Annunciatæ de Tramonto contra filios prædictos: quia hic vir de proprietario effectus vsufructuarius fructus exactos, & recollectos suos fecerat. Actuarius Galterius, & habuimus pro claro quòd ea quæ quærit vxor ex operibus artificialibus, non quærit viro, vtputa si esset obstetrix, vel chyrurgica ex dictis per Bal. in l. si vxorem, num. 6. C. de condit. inser. de quo meminit Anto. de Cordu. in l. si quis à lib. §. si quis ex his, num. 221. ver. proposita, fol. 65. ff. de lib. agno.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. Vide Anton. Gabr. in tit. de secun. nupt. concl. 3. num. 2. & Campan. in c. regni 165. num. 4.

Num. 6. vide D. Ant. moder. in cons. 119. ad finem.

Num. 7. Adde Mandos. in cons. Roma. hic alleg. littera.... Gabriel. in d. tit. de secund. nupt. concl. 1. num. 42. & Capriol. de success. fol. 191. num. 565. & seq. & Campan. in loco, & num. supra citato. Vide aliqua per Vin. in opinio 535. num. 26. par. 2.

Num. adde D. Consiliar. Georg. Alleg. 24. num. 8. 13.

In eadem decis. in addit. circa fin. ibi vt puta si esset obstetrix. Adde videndum Rotam Perus. in dec. 28. nu. 8. Mascard. de probat. conclus. 30. num. 15. volum. 1. post Alexan. cons. 82. ante num. 14. vbi addentes volum. 2. & Marcel in tract. de modo articula. num. 784.

Et in puncto principali istam decis. refert, & sequitur Peregr. in tract. de fideicom. art. 49. nu. 21. fol. 450.

Num. 12. Adde D. Ioan. Andr. Georg. in Allegat. 24. num. 8. 13.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Decisio hæc decima octaua procedit etiam in patre transeunte ad secunda vota.*
2 *Quid in alijs ascendentibus.*
3 *Et quod dicitur his in terminis matrem de proprietaria fieri vsufructuariam procedit in bonis paternis filio morienti competentibus, non autem in maternis.*
4 *Auth. ex testamento, C. de secund. nupt. procedit, si filij superstites matrem priuari desiderant.*
5 *Item si maritus primus non dederit licentiam transuolandi ad secunda vota, secus si dederit licentiam, nam non perdet proprietatem.*
6 *Dictum Authent. restringitur, quando mater filiorum consensum siue ante, siue post matrimonium habet.*
7 *Et an sufficiat tacitè.*
8 *Et quid in donatis vxori alterius contemplatione*
9 *Et quid in donatione remuneratoria.*
10 *Item ipsa mater non succedit in legitima.*
11 *Item licet mater in casu suo fiat vsufructuaria, non tamen cautionem præstabit de vtendo, & fruendo, & alia, vt alij vsufructuarij faciunt.*
12 *Maritus secundus obligatur pro tutela viduæ.*
13 *L. femina, C. de secundis nupt. non procedit in donatis contemplatione viri.*
14 *Secus est in legato facto a viro pro bonis seruitijs, nam dicta lex habebit locum.*
15 *Donata vxori à consanguineis viri sint ne vxoris, an hæredum viri.*
16 *Et quid in donatis ab amico viri.*

17 De-

17 *Donata sponsa intelligantur ne donata contemplatione sponsi sui à consanguineis sponsi.*

18 *Donata vxori intelligantur ne contemplatione viri.*

19 *Et quòd soluto matrimonio hæredibus viri remaneant.*

20 *Dos data filiæ contemplatione patris est profectitia.*

21 *Et ideò dotata ab auo patris contemplatione excluditur, quia filio in legitima patris computatur.*

22 *Donatio facta alicui, vt alteri tertio post eius mortem transferatur, non potest reuocari, nisi illo tertio consentiente, etiam si donatarius consentiret.*

23 *Dominium in secundum donatarium absentem tempore donationis non transit absque traditione ad effectum agendi, nisi res vendicatione adueniente tempore.*

24 *Maritus an obligetur in tutela viduæ quam ducit in vxorem.*

AD hanc decis. 18. adde, quòd hæc decisio etiam
1 procedit† patre transeunte ad secunda vota. Ita
2 *dec.*187. † Quid in alijs ascendentibus, & Franciscus
Marcus, *dec.*879. De matre, quòd ex proprietaria fiat
3 vsufructuaria. Adde quòd † hoc procedit in bonis paternis
filio morientibus competentibus, non autem
maternis, vt placuit Boer. *decis. Burdegalensi.*192. Item
4 † procedit dictum *Auth. ex testam. C. de secundis nupt.* si
superstites filij matrem priuari desiderant. Ita Ro-
5 landus *cons.*81. *volum.*1. Item † si maritus primus ei
licentiam conuolandi ad secunda vota non dederit,
6 sed † si dederit licentiam, non perdere proprietatem,
iudicarem ex his, quæ Rolandus *cons.*93. *nu.*20. Mynsing.
*Obseru.*24. *Centuria* 5. Cremensis *Sing.*75. Paponius
*Aresto.*8. *lib.*15. *tit.*1. Quartò dictum Authent. re-
7 stringitur, quando † mater filiorum consensum, siue
ante, siue post matrimonium habet, vt post prædictum
dicit Menoch. *cons.*155. *num.*16. & Paulus Aemilius,
*dec.*26. *par.*2. & melius Menoch. *consil.*23. *num.*20. *vol.*
8 3. *& d. cons.*155. *num.*20. dicit, an † sufficiat tacitè, &
quid in donatis vxori contemplatione alterius. Et quid
9 † in donatione remuneratoria, & sic *consil.*308. *vol.*3.
10 Item † ipsa mater non succedit in legitima, Menoch.
11 *consil.*237. *volum.*3. Item † licet mater in casu suo fiat
vsufructuaria, non tamen cautionem præstat de vtendo,
fruendo, & alia faciendo, vt alij vsufructuarij, ita in
terminis Aimo *cons.*285. *in fin.* & specialiter de pertinentibus
ad hanc decis. Boerius *dec.* 196. *num.*3. Crau.
*num.*37. Cassan. *in dicta consuetudine vt dico hic, num.*
7. *huius decisionis in rubr.*7. *gl.*7. *num.*4. & nouissimè
ad Afflict. *dec.*75. & Anton. Gabriel. *Rom. lib. concl. tit.*
12 *de secund. nupt.* latissimè. Item † maritus secundus ob-
ligatur pro tutela viduæ Gail. *obseru.*90. *lib.*2. Dec. *con-*
13 *sil.*591. *Ad num.*3. Adde † concordantes, quòd *l. fœmina,*
non procedat in donatis contemplatione viri, Cas-
san. *in consu. Burg. tit. des successiones, rubr.*7. *glos.*7. &
vide Franciscum Marcum *decis. Delphinatus* 213. *par.*
14 2. Cremens. *Singul.*83. vbi † quòd non econtra, tamen
secus est in legato facto à viro pro bonis seruitijs, quia
l. fœmina locum habet. Præses *dec.*428. vbi dico: Adde
15 omnino, an †, donata vxori à consanguineis viri, sint
vxoris, vel hæredum viri Anna *Singul.*157. donata. Et
16 quid † ab amico mariti, & dicit decisum esse pro vxo-
17 re. Et confirmatur hic dictis. Sed an † donata sponsæ
intelligantur donata contemplatione sponsi sui per cõ-
sanguineos sponsi, Surdus latissimè *decisione Mantua.*
322. *incip. Ne sustinerent, num.*51. & priùs, qui plures
18 allegat, & quòd † donata vxori, intelligantur contem-
19 platione viri, & quòd † soluto matrimonio hæredibus
viri remaneant priùs hic, & in alijs casibus decisum est.
Adde Surdum *decis. Mantua.*118. *incip. Eques Pranesinus, num.*5. *&* 6. Dotem datam filiæ contemplatione
20 patris † profectitiam, & ideò dotatam ab auo patris
21 contemplatione † excludi per Constit. in aliquibus
22 posse dici, quia † filio in legitimam patris imputetur.
Alciatus *præsumpt.*17. *num.*14. & Gabriel. *in lib. Con-*
23 *clus.* Præses *in fine dec.*595. *ad num.*7. Adde quòd † donatio
facta alicui, vt alicui tertio post eius mortem
transferatur, non potest reuocari, nisi illo tertio consentiente,
etiam si donatarius consentiret, & allegat
Couar. *lib. var resolut. inter alios, cap.*14. *num.*7. latissimè
vide Fabium de Anna, dignissimum Consiliarium,
*cons.*32. *incip. Donat.* & quòd dominium in secundum
donatarium absente tempore donationis non transeat
absque traditione ad effectum agendi, nisi rei vendicatione
adueniente tempore, Præses decidit infrà, *decis.*
24 74. ad illud quòd † maritus obligatur in tutela viduæ,
quam duxit in vxorem, adde omnino quæ dico in *l. si
mater. C. in quib. caus. pig. vel hypot. ta. cont.* in Brachilogia
Iuris latissimè Ant. Gabr. *conclus.*9. *num.*3. *&* 5. *in
tit. de secu. nup.* latissimè etiam Maranta in 6. *par. verbo
executio, num.*35. qui benè declarat. *Ad num.*10. *in
fine.* Adde Peregr. *in tract. de fideicomm. art.*49. *nu.*20.
& adde Scribentes *in Consuetudine si quis, vel si quæ,*
vbi quòd in successionibus attenditur causa prox. &
immediata ad sciendum bona, ex qua linea obueniunt,
& ita Afflict. *in decis.*127. Regens à Ponte, *cons.*34. *nu.*
17. Barbossa *in l. post dotem, num.*74. *ff. solut. matrim.*
Boer. *qu.*192. F. A.

ADDITIO D. RICII.

BOna quæsita à filio, ex redditibus paternæ substantiæ mortuo filio pleno iure ad matrem, quæ ad secunda vota transiuit spectant, non verò quoad vsum fructum tantùm, vt ea, quæ sunt substantia patris ad filium delata, hoc dicit. Vnde constituas conclusionem matrem filijs succedere.

Limita primò in feudis, in eis enim ascendentes succedere nequeunt, text. *in cap.*1 *in princ. donat. succ. feu.* vbi Doctores rationem docent.

Limita secundò in emphyteusi Ecclesiastica, nam in ea ascendentes non sunt habiles ad succedendum, vt per Bald. *in d. Auth. defuncto num.*1. Pyrrh. Englebern. *in consuet. Aurel. tit. de success. c.*2. *in fin. fol.*141.

Limita tertiò, quando pater pupillariter substituit filio suo, eo enim casu mater filij successione priuatur, *l. Papinian. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testa. cap. si pater extra de testament. lib.*6. Bald. *in l. humanitatis colum.*7. Thobias Nonius *consil.*31. *num.*4. Viuius *in silua commu. opin. lib.*2. *opi.*864. Hieron. *decis* 144. *nu.*25. Arnold. Feron. *in consuetud. Burdegalens. titulo de success. §.*11.

Limita quartò, nam parentes luxuriosè viuentes filiorum successione priuantur, Cassan. *in consuet. Burgund. tit. des successio. §.*6. *verb. ne succede pont. nu.*7. *limita. prima.* Tiber. Decian. *cons.*19. *n.*3. *vol.*2.

Limita quintò, nam mulier transiens ad secunda vota omnia quæsita ex successione filiorum primi matrimonij fratribus defuncti conseruare debet, *l. fœmina, §. illud, C. de secund. nupt.* Constant. Harmenopol. *lib.* 3. *tit.*1. *fol.*424.

Limita septimò, vt mater, quæ liberis tutorem intra annum non petierit ab illorum impuberum decedentium successionem arceatur, *§ fin. Inst. ad Tertul. l.*2. *§. si mater. ff. eod. tit.* Doctores *in l. sciant, C. de legit. hæred.* Card. Paris. *cons.*41. *num.*57. *volum.*2. *& consil.* 84. *num.*21. *volum. eod.* Hippol. de Marsi l. *singul.*302. Gabriel. *Regularum lib.*6. *tit. de tutelis conclus.* 1. Alphan. Perusin. *in suis Collect. l.*225. Bern. Diaz. *reg.*358. *fol.*659. Ioan. Neuizan. *in silua Nuptial. lib.*1. *num.*52. Cassan. *in consuetud. Burgund. tit. des. successiones, §.*6. *verb. ne succede point. num.*7. *limit.*2. Maranta *in repet. ad l. is potest. num.*219. *& alijs seq. ff. de acquir. hæredit.* Viuius *dict. opin.*335. *nu.*10. *&* 15 D. Vincent. de Franc. *decis.*162. Decian. *consil.*19. *num.*4. *volum.*2. Scot. *cons.* 43. *tom.*2. *lib.*3.

Limita octauò, conclusionem principalem, nam mater, tutrix filij successione illius impuberis decedentis priuatur, si transiuerit ad secunda vota antequam alium fecerit ei tutorem ordinari, text. vbi Doctores *in l. consensu, C. ad Tertullian.* latè Ioann. de Garronibus *in re-*

in repet.ad auth.eisdem num.2. C. de secund.nupt. Gabriel. Roman. *Regularum lib.3.tit.de secun.nupt.concl.9.fol.423.* Ioan. Neuizan.*in silua nuptiali lib.2.num.52.* Alphan. Perus.*in suis Collectaneis l.223.* Octauian. Cacheran.*in dec.Pedem.57.fol.204.*

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Mater binupta non tenetur reseruare filijs primi matrimonij bona quasita ex fructibus bonorum paternorum, & decisioni acquieuit* R. Salernitanus, *licet* Anna *referat eum addubitasse.*

2 *Bona antiqua vtrum sint bona quasita ex fructibus bonorum antiquorum in terminis consuet. Neap. expenditur* Consil. D. Rocch.

3 *Donata contemplatione matrimonij subiacent dispositioni* l.fœminæ, C.de secund. nupt. *quidquid tradat*, D. Præses.

1 REgentem Salernitanum hæsitasse de hac decisione tradit Anna *con.119.* per quam extitit iudicatum matrem binuptam, quæ tenetur reseruare alijs filijs bona quæ ad filium peruenerunt ex paterna substantia, iuxta *text. in Auth. ex testamento, C.de secund.nupt.* non teneri reseruare quæsita ex fructibus bonorum paternorum: decisionem verumtamen amplexatur Anna, & quidquid referat de hæsitatione R.Salernit. de illa testatur idem D.meus *num.13.* vbi addit inclinasse in eamdem opinionem, postquam audiuit motiua,& fundamenta, & responsiones ad obiecta, prout nouissimè contrarijs occurrens comprobat Donad. *in tract. de renunc. tom.1.cap.13.à num.60.*

2 Nequaquam refragatur, quod in materia consuetud. Capuanæ, & Nidi mater quæ excluditur a successione filij in bonis antiquis excludatur ab emptionibus factis de pecunia peruenta ex fructibus bonorum antiquorum, vt ex Ann.*in d.con.119.* tradit D.Rocch.*tom.1.resp.81.num.8.* oppositum enim verius est, vt R.de Pont. *de pot. proreg. tit.9. de successß. mulier. in Regn. num.17.* Donad. *vbi sup.*

3 Assertum præterea *num.7.* in materia *l.femina, C.de secund. nupt.* quòd contemplatione viri donata non subiaceant dispositioni d.legis, & proindè mater binupta non teneatur reseruare filijs primi matrimonij quæsita. & sibi donata contemplatione primi viri ex Rom.*con.405.* Neotericis communiter propulsatur, & contrarium verius est ex Surd.*in dec.118.nu.9.* Gasp. Thesaur.*lib.1.qu.for.29.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus feudi, mortuo vassallo post calendas Martij spectant ad hæredes vassalli non autem ad dominum. Quod ampliatur procedere etiam quando redit ad agnatum num.3.*

2 §.*His consequenter, dispositio exorbitans est irrationabilis & falsa, & num. seq sed seruanda in Regno, num.6.*

4 *Cap 1 verf. sed in fructibus an agnat. regulatur secundum distinctionem tex.in §.his consequenter.*

5 *Feudum, vel quod redeat ad dominum, vel ad agnatum, æquiparantur.*

DECISIO XIX.

Dispositio cap.1.§.his consequenter hic finitur lex an procedat quando feudum non reddit ad dominum, sed ad agnatum qui non est hæres in allodialibus.

IN causa Illustris. Comitis Burrelli, nunc Ducis Montis Leonis, cum Illustr. Duce Montis Alti, fuit (me referente) dubitatum, iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum. An dispositione *ca.1.§.his consequenter, hic finitur lex* quo disponitur,

1 † mortuo vassallo post Calen. Martij,& deuoluto feudo ad dominum, fructus illius anni spectare ad hæredes Vassalli, non autem ad dominum, ad quem feudum deuoluitur, procedat, quando feudum non redit ad dominum, sed ad agnatum, qui non est hæres in allodialibus, sed est alius hæres, vel agnatus prædictus non esset in totum hæres, sed pro parte cum alijs. Alex.*in l. diuortio, colum.2.in 2.limit.ff.solut.matrim.* ex mente Rapha. Cu.ibi dicit, *d.§.his consequenter*, loqui, quando feudum aperitur domino non autem quando agnato, quia tunc esset seruanda distinctio.*l.defuncta, ff.de vsufruct.* Et subdit Alex.hoc dictum Raphael. non esse

2 negligendum, & pro eo facere, quia † text. *in d.§. his consequenter.* est exorbitans, & idcircò in casu suo intelligendus. Quod tantò magis procedere videtur, quia Iacobus de Belu. dicit rationem illius text.esse rusticanam, & ibi And.Bald. & cœteri Feudistæ valdè laborant pro inuestiganda ratione, qua conditores illius textus moti fuerunt, & alios latè cumulat Tiraquel. *in tract.de vtraque retract.in tit.de retract. conuent. §. 2. gl.quarta, verbo, pro rata temporis, fol.941.nu.3.vers.*

3 *vassallus autem.* Alij dixerunt † distinctionem text. prædicti esse falsam in iure irrationabilem, ex mente And. & Bald. licet idem Bal.*cap.1.§.hoc quoque ff. de ijs, qui feu.dar.poss.* dicat ll.feudorum in se habere summam sapientiam, de quo meminit Cap. *inuest. feudalis, in verbo, feudorum leges,in vers.leges feudorum.* Vnde Didacus ponens quæstionem in materia maioratus, *in cap.5.variar.resol.col.antepenul.vers.ex eo autem num.14.cum sequ. lib.1. dicit distinctionem illius text.* non esse omnino æquam, imò in casu, de quo ad præsens tractatur, videtur sentire cum Alex. *in d.l. diuortio*, dum respondendo ad tex. *in d.§.his consequenter*, dicit ibi redit feudum ad dominum maioratum verò mortuo possessore transire ad sequentem agnatum, plenè in materia Maioratus prosequitur Ludou. Molina *in lib.3.de primog.Hispan.cap 11.*

His tamen non obstantibus, iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum, fuit decisum contrarium, per *text. expressum in cap.1.versic. sed in fructibus, an agnat.*

4 † qui loquitur, quando feudum redit ad agnat.& dicit esse seruandam distinctionem,de qua proximè dictum est,& ibi gl.dicit, scilicet *in cap.1.his consequenter,hic finitur lex*, & ibidem Iacob.de Belu. *in princ.* declarando verbum,prout supra diximus,dicit, idest sicut distinguitur in *§.his consequenter*, & expressè Iser. *1.col.vers.de fructibus tamen feudi*, & Præpo *in 1.notab.* Aluar.*2.colum.vers.ibi* suprà diximus, qui subdit, non esse mirum, quòd auctor se referendo ad ita remota dicat, suprà diximus: quia in rubricatione antiqua illius operis non erat intermedia aliqua rubrica, prout etiam dicit d.Iacob.*in Rubrica de feudo guardia, prima colum.vers.sed aduertendum fol.20. à tergo*, idem tenet Afflict. tam ibi 8.*colum.vers.benè tamen tenetur agnatus*,sub *num.18.quam in d.§.his consequenter, in*

5 *secundo notabil.* Et nouissimè æquiparando,† vel quòd feudum redeat ad dominum, vel ad agnatum, idem esset Camer.*in repet.cap.Imperialem, colum.2.fol.17. & iterum fol.19.colum 4. versic. quid igitur similiter litera T.* & idem Camerin.*in cap.1.in 10.qu.an agn.quem vidi ad pennam.* Et postquam habemus text. clarum pro decisione Andr. & omnium prædictorum Feudistarum,

ftarum, non videbatur curandum de decisione Alexa.
quam vnus ex Dominis de Sacro Consilio in feudis
non valdè versatus tenuit etiam, quia Raphael in libro
meo, non dicit id, ad quod eum allegat Alex. licet cum
etiam alleget Frecc. in quinta differentia inter feudum
ex pacto, & hæreditarium, de quo meminit Curnia. *in cap. si aliquem, in vers. antiquis, num. 347. vers. limitatur tamen*, *fol. 412.* & maximè hæc opinio habita fuit
6 pro vera in Sacro Consilio in hoc Regno † in quo ser-
uantur capitula prædicta vsuum feudorum. Didacus,
& alij non videntur dubitare, quòd vbi illa ex consue-
tudine seruantur, debent obseruari, quamuis dicta con-
suetudo feudorum in prædictis videatur eis irratio-
nabilis, & non omninò æqua, & dicit Bald. *in ca. vnico de feud. cogn.* & post eum ibi Aluar. quòd satis est, consuetudines feudales esse approbatas, & toleratas per vsum, licet non habeant omnimodam rationem, refert, & sequitur prædictos gloss. Paris. *in §. 25. 3. colum. vers. non tamen hac scribo num. 3. fol. 365. & de distinctione fructuum iux. §. his consequenter*, vide Capic. *in inuestit. in vers. feudorum fructus*, vbi ampliat, & limitat *fol. 204.* & quando moritur prima die Martij, vide per Iacob. optimè, *vbi suprà.* Et quid in emphyt. Corbulus *in tract. ex quibus cau. emphyt. iure suo priuetur, in tit. de causa priuat. ob non solutum Canon. 37. ampliat.* Die 3. Balsamus Actuar.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde D. de Ponte *cons. 52. num. 35.* Viuium *decis. 8.* Peregr. *in d. art. 49. num. 108. in fi.* D. Senat. Ann. *in cons. 20. a num. 1. vsque ad 9. num. 43.* Episcop. Minoren. *in verb. beneficium vers. ad 6. fol. 32.* qui omnes allegant decis. istam, & Fuscum *in singul. 32. lit. F.* & omninò hunc Dominum *in dec. 572. par. 4.* Ann. Iun. *collect. 173.* Adde quòd secundùm hanc decis. consuluit Ludou. Morotius *in cons. 12. 2 bi in fi.* de ipso men. inic.

In fin. Adde Bald. & Aluarot. *in ca. vnico de feud. cognit.* qui dicunt satis esse consuetudines feudales esse approbatas, & toleratas per vsum, licet non habeant omnimodam rationem, & Capyc. *in cap. Imperialem fol. 4.* dicit, quòd sileant bestiæ, quæ dicunt iura feudalia non habere in se rationem.

Et de distinctione fructuum, de qua *in §. ex ijs consequitur vt hic*, vide Capyc. *in verb. feudorum fructus fol. 204. & in cap. Imperialem fol. 7.* omnino hunc Dominum *in d. decis. 572. non impressa adhuc*, & vide Barbosam *in l. diuortio in 2. par. ff. solut. matrim.*

Et quid in feudo ex pacto, vide eumdem Capyc. *in d. ver. fol. 205. & fol. 196. vers. limita 1.* & quid emphiteoti, vide Corbulum *in tract. ex quib. caus. emphit. priuet. fol. 37.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

S V M M A R I V M.

1 *Capellano mortuo fructus industriales pendentes ad quem pertineant, & num. 3.*
2 *Fructus videntur percipi tempore, quo coluntur, non tempore, quo verè percipiuntur.*
3 *Quid in feudatario, & num. 10. & 14.*
4 *Clericus renuncians Cappellaniam, vel Prabendam, in qua sint fructus pendentes nil debet habere.*
5 *Quid si concedat in emphyteusim, vel vendat in casibus permissis.*
6 *Et an deducantur impensa.*
7 *Quid in vsufructuario.*
8 *Coloni pensio debetur haredibus usufructuarij si præmoriatur ante diem soluenda pensionis vsufructuarius.*
9 *L. defuncta intellectus.*
10 *Quid in patre vsufructuario bonorum filij.*
13 *Annus quando incipiat.*
14 *Grauatus per fideicommissum, quando participet de fructibus.*
15 *Primogenitus quando det pensionem fratribus.*
16 *In harede primogeniti licet transferatur successio, non tamen actiones.*
17 *Vnde non aget contra colonos.*
18 *Vxor soluto matrimonio, an agat pro medietate lucrorum, quæ sunt communia, nisi hat cessio, etiam si alia competant remedia, & num. 20.*
19 *Lex non transfert cessionem actionum.*
21 *Impendens in cultura, an repetat impensas.*
22 *Beneficium adipisci notens an teneatur stare colono.*
23 *§. His consequenter ornatus, cap. primi. in tit. hic finitur lex.*
24 *Fructus bonorum feudalium pertinent ad haredem mortuo Vassallo post Calendas Martias vsque ad Calendas Augusti, & num. 25.*

ADde ad hanc decisionem Borgninum, decis.
sua latissimè *39. par. 2. & 27. par. 3.* & etiam
quinta par. 2. & Præsidem *infra decis. 572.*
1 nec non adde, quòd si † Cappellanus dece-
dit fructibus industrialibus pendentibus, puta messis,
vindemiæ, olerum, & aliorum de quibus Baldus *in l.*
2 *Ancille, num. 12. C. de furtis.* Quia † videntur percipi
eo, quo coluntur tempore, & non quando verè perci-
piuntur, vt in *l. diuortium, §. quòd non solum. ff. solut.*
3 *matrim.* illi † fructus pertinent ad hæredes Cappellani
mortui, vt notat Andreas in *§. his consequenter colum.
penult. in tit. hic finitur lex.* & in feudatario idem notat
Socinus *in l. qui Romæ, num. 21. ff. de verbor. obligat.* &
ad hæc dicta videndi sunt Couarru. *in lib. 1. resolut. nu.
12. cap. 15.* Gregorius Lopez *in l. 22. p. 4. incip. quam a*
4 Sed si † Clericus Cappellanus Cappellaniam, vel Præ-
bendam, in cuius dote sunt fructus pendentes, ipse ni-
hil debet habere tunc de prædictis, Plat. *in l. 1. C. de an-
non. Ciuil. lib. 11.* qui plura ad vtramque partem indu-
5 cit, etiam si antequàm † renunciet concedat res in em-
6 phyteusim, vel vendat in casibus permissis, & † non
deducuntur impensæ *l. Iulianus, §. de fructibus, de actio.
empti.* Secundùm Bal. *in l. 1. de rerum diuis.* Bart. *in l. fi.*
7 *§. Triphonio, ff. de iure fisci*, Bald. *in cap. 1. in fin.* † an
filius, vel agnatus, & Aluarotum ita *d. §. his consequenter, num. 6.* An autem idem sit in vsufructuario, quòd
non transmittat fructus ad hæredes sed ad proprieta-
rium, declarant *l. si fur. l. defuncta. de vsufruct. l. si vsu-
fructuarius messem. quemadmodum vsusfructus amit.*
8 sed † si sunt bona, & colonus fructus percepisset de
prædictis bonis locatis, vel per eum stetit, quò minus
perciperet, licet vsufructuarius moriatur antequàm
dies soluendæ pensionis veniret, nihilominus illa pen-
9 sio debetur hæredibus vsufructuarij, † & iste est intelle-
ctus ad *l. defuncta*, & hoc notat Ang. *in l. si seruus com-
munis, §. si. ff. de stipul. seruorum*, latè Carotius in *tract.
de loc. & conditio.* & Borgninus *in tract. de vsufructu*
10 *mul. relicto*, & † idem dicimus in patre vsufructuario
bonorum filij per transitum ad secunda vota, quòd si
filius moritur, & deinde pater vsufructuarius, quòd fru-
ctus nondum percepti per ipsum, pertinent ad eos, ad
quos proprietas, & non ad hæredes patris, *vt in l. cùm
oportet, §. sin autem, C. de bonis quæ lib.* & in proprio
casu notat Cassan. *in consuet. Burg. Rubr. 6. §. 7.* vbi latè
11 loquitur, & distinguit. Ad versiculum his † tamen
non obstantibus, iunctis Dominis Consiliarijs duarum
aularum, adde textum in *l. a bonis, ff. de ann. leg.* quem
laudat Iason in *l. diuortio, num. 7. ff. sol. matrim.* quòd
12 † mortuo feudatario fructus fundi diuidentur secun-
dùm formam text. in *cap. 1. §. his consequenter, in tit. hic
finitur lex.* Aluarotus confirmat, & vide me *infra dec.*
13 *79.* vbi dico latissimè. Annus † quando incipit ponit
meliùs, quam alibi Andreas in *d. §. his consequenter*.
14 Grauatus † per fideicommissum, quando participet de
15 fructibus Socinus *2. par. cons. 42.* Primogenitus † quan-
do det portionem fratribus Bald. *in cap. an Agnatus.* &
de his, & alijs, Couarru. *d. cap. Lupus, in rubr. de donat.*

inter

16 *inter virum; & uxorem, §.6.num.*10.vbi † quòd licet in hæredem primogeniti, verum maioratus habentis,
17 transferatur successio non† tamen lex transfert actiones, & ideò non agit contra colonos, & idem dicimus
18 in vxore quòd † soluto matrimonio non agit pro medietate lucrorum, quæ sunt communia inter eam, &
19 hæredem viri, † nisi fiat cessio, quia lex non transfert
20 cessionem actionum, licet † alia remedia vxor habeat, vt notat ipse Lupinus *in §.62.num.4.de donat.inter virum, & vxor.*Segur.*de bon.lucr. constante matrim.* & Suarez *in tit.de las ganatias*, aliàs quæst.ponit Cassan. *in consuetud.Burg.rubr.4.§.17 in glo.in verf.& fayre*,
21 *& §.quinto rubr.9.gl.fin. num.9.* † Impendens in cultura, an repetat impensas, Tiraqu.*de retractu conuentionali,gl.4.num.7.§.4.*Bal.*in l.si pater. C. de vsufruct.* Doctor.*in l.fundus, ff.famil.ercisc.* Aluarotus *in d.§. his consequenter*, alia vide per Lopez.*in l.2.par.8. in gl.*
22 *magna*, vbi inter alia quærit, an † nolens beneficium adipisci teneatur stare locationi factæ per prædecesso-
23 rem, & de † ornatu dicti, *§.his consequenter*, vide Annam. Con.*cons.20.incip.in hoc incidenti, maximè nu. 44.volum.*1.qui tam optimè loquitur, vt nihil supra,
24 omnino videndus. Quòd † autem fructus bonorum feudalium, ad hæredem vniuersalem pertineant, quando Vassallus moritur post Calendas Martias vsque ad Calendas Augusti, siue feudum deuoluatur, siue feudum aperietur agnato ex morte Vassalli, relatis opinionibus, consuluit in terminis Præses Morosius æninus Pedemontanus Senatus *in suo responso solemni 12. incip.decessit perillustris d. Aleranus*, qui post illa scripta decisionem hanc nostri Præsidis impressam ait. Copp. latissimè *quæst.Saxon.3.& disertus.*Gilken. *in §.si quis à non domino,num.8.in capite.6.Instit. de rerum diuis.* qui confutata opin.Cuiaci, cum Morosio concordat, & nouissimè hanc opinionem sequitur Ioannes Baptista Costa. Paponius *in tract.de ratione rata.q.87.incip. feudum nouum*, vtrumque sit tres fuerunt circa huius *§.his consequenter* sententiæ, & hæ non absque iure, & ratione, & Primam tenuit Baldus, Iacobus de Beluisio, & Petrus Ferrarius; secundam Albericus *ad l.defuncta.ff.de vsufruct.* quem sequitur Couarr.*lib.1.cap. 15.num.14.var.resolut.*3.Andreas Aluarotus, Præpo-
25 situs, Afflictus, & Zasius, & hanc secuti † Hertman. *li, 1.qu.24.num.4.sc.*Graderus *p.2.q.partis sept.3. numero 73.* & 74. nouissimè Facineus *lib.7.cap.95.Contr. iuris*, qui quomodo vindemiam distinguat, *vide infra decis.572.*ad hanc decisionem, vbi hic Præsidens optimè loquitur, & Morosium *responso duodecimo*.

ADDITIO D. RICII.

DIspositio textus *in cap.1. §. his consequenter hic finitur lex*, an procedat quando feudum non redit ad dominum, sed ad agnatum, qui non est hæres in allodialibus, pro ornatu decisionis huius, & textus, potest dubitar, an prædictus textus procedat, tàm in fructibus naturalibus, quàm industrialibus feudi, nam scias, quòd prædictus textus de fructibus naturalibus solum intelligitur, non autem industrialibus, vt probat Isern.*cons.161.colum.2 num.20.*nam inquit, at industriales vi lentur percipi toto tempore, quo coluntur *l. diuortio, §.non solum ff.solut.matrim.* minus esset iniquum, ut feudatarius, qui coluit, si antequàm meteretur seges, vindemietur vua, uel colligantur olea moriatur, nihil habeat Anchar.*consil.194.* & hanc veram opinionem possum hac noua ratione comprobare ducta *ex eodem §.consequenter*, ubi hæc verba inter cætera leguntur. (quòd si ante martium omnes fructus illius anni ex feudo peruenientes ad dominum pertinebunt) ponderatur dictio ex, quæ denotat causam proximam, & immediatam, ut tradit Bart.*in l.§.ex incendio ff.de incen.ruin.& nauf.& in l.ex hoc Iure in prin. ff.de iust.& iur.*Dec.*cons.69.colum.2.verf.3* & fructus naturales sunt illi, qui immediatè, & ex proxima causa feudi capiuntur, industriales autem sunt illi, in quibus nihil operatur natura, aut multò plus adest hominis industriæ, quam naturæ auxilij, Couarruu.*lib.1.variar. resolut.cap.3.num.6.*cùm ergo naturales fructus, qui absque hominis facto perueniunt, sunt illi, qui immediatè ex feudo nascuntur, industriales illi, in quibus nihil, aut parum natura operatur sed tantùm maxima adest hominis industria, & diligentia, sicque non immediatè, & proximè sed mediatè, & remotè occasione feudi capiuntur, sequitur, vt dictio illa, ex, demonstret illum textum non loqui, nisi de naturalibus, & hoc etiam argumento, sentit Anchar. *cons.194.col.1.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Cuiacius post alios incalescit in improbando dispositionem* text. in *§.* his consequenter tit. hic finitur lex.
2 *Consequenter ratiocinatum fuisse D. Præsidem in terminis* d.§.his consequenter, *vt procedat quando feudum deuoluitur ad agnatum demonstratur, & cumulantur, & refelluntur caspitantes, & quomodo soluatur releuium.*
3 *Affertur decisio contraria quæ declaratur, quando locum habeat.*

1 INcalescit nimiùm Iacobus Cuiac. *de feud. lib. 4. tit.*30.post Bal. & alios relatos per Dineum in ostendendo absurditatem, & dissonantiam *text.in §.his consequenter tit.hic finitur lex* disponentis, vt facta deuolutione feudi ad dominum, non spectent ad eum fructus pendentes post Kalendas Martias, quãdo in omni translatione rei siue hominis, siue legis semper res transit cum fructibus pendentibus, qua disputatione omissa quàm sit rationabilis illa dispositio affluenter edisserit Theodor. *alleg.21.* quòd legislator non toto anno considerauit fructus solo cohærentes 2 sed per sex menses à mense Septembris à quo desumpsere multi exordium anni, vt illi spectent ad dominum, & exindè in antea ad hæredem in allodio.

2 Controuersum est, an dispositio d.text. locum habeat, quando feudum deuoluitur ad agnatum, qui non est hæres in allodio, & affirmatiuè decisum extitit, & comprobat D.R.de Marin.*ad Reuert.obserua.246. nu. 2.*Barbat.*de diuis. fruct.p 2.cap.4.num.21.* R. de Pont. *contro.49.lib.2.*Theod.*num. 11.* R. Galeot. *lib.2. controu.9.num.12.* vbi fructus feudorum possessorum per feudatarium qui decessit post d. Kalendas spectant ad omnes hæredes in allodio incluso primogenito, si hæres sit in eodem allodio, deducto releuio, ita vt medietas sit debita domino feudi pro releuio, & altera dimidia diuidatur inter hæredes Theod. *allegat. 19.num. 18.* Amicangel.*q.feud.18.num.96.*vbi reijcit R.Lanar. sententiam oppositum ad fauorem hæredum, quòd non teneantur contribuere in solutione releuij, quod præstatur pro noua inuestitura.

3 Scio benè verùm Annam *controu.20.num.6.* dubitare de veritate decisionis, post Valasc.Scrader. Molin. & alios, quibus occurrit Giurb.*obseruat.44 per tot.* & quamuis de Georg.*in repet. feud.cap.10. num.28.* referat D. Fabium Mastrilli inter filios Principis Venusij cùm euenisset casus iudicasse fructus post Kalendas Martij spectare ad primogenitum, ratio ea fuit, quia primogenitus habuit feudum ex expressa voluntate defuncti, in quo casu translationem fieri sentit feudi cum fructibus pendentibus.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Vita, & militia an debeatur primogenito, qui seipsum inhabilitauit ad successionem feudi, num. 3.*
2 *Excludens seipsum sibi imputatur.*
4 *Raro contingentia, sed non miraculosè iudicantur secundùm ll. conditas in casibus communiter accidentibus.*
5 *Releuium sicut non soluitur de donatione facta anticipatione successionis, ita, & quando taliter donatur a filio patri.*
6 *Legitima vt filius excludatur, expressa requiritur renunciatio.*
7 *Argumentum validum est de legitima ad vitam, & militiam econtra.*
8 *Renunciatio tacita plus non debere operari, quàm expressa.*
9 *Vitam, & militiam loco legitima succedere.*
10 *Vita, & militia fauorabilior ipsa legitima censetur.*
11 *Adoha solutio ad primogenitum spectat.*

DECISIO XX.

Primogenitus qui à successione feudi per clericatum aut alium modum excluditur vitam, & militiam petere potest.

1 IN causa Mag. fratrum secundogenitorum Magnifici Iacobi Vitelli cum d. Iacobo vtili Domino
Terræ Amatricis, prætendebat Iacobus, † in liquidatione vitæ, & militiæ debitæ dictis fratribus
secundogenitis super Terra prædicta non esse connumerandam personam Illustr. Cardi. communis fratris
primogeniti, qui cùm debuisset ipse, vt primogenitus in feudis succedere, seipsum exclusit, ordines clericales
assumendo: & sic etiam dicebatur debere habere vitam, & militiam, quam per Constit. Regni Comitibus
prouisum est deberi per primogenitum secundogenito, & propterea non esse extendendam ad primogenitum.
Allegabatur etiam pro Iacobo auctoritas Afflicti, *in c. qui clericus, 1. colum. in 2. not. si de feud. suc. contr.* vbi
fundat se in inhabilitate Clerici: & eodem modo infert, quòd nec clericus secundogenitus habebit vitam, &
militiam à primogenito. Item rationabile videtur quòd secundogenitus habeat vitam, & militiam à primogenito
quia ipse est de vocatis in inuestitura, & excluditur per l. feudorum, ideòque ei datur uita, & militia.
Primogenitus autem quamuis à lege vocatus, per l. feudorum non modò non excluditur, sed cęteris præ-
2 fertur: † si ipse se excludit, sibi ipsi imputetur, *cap. 1. §. præterea, quib. mod. feud. amit. l. si ex causa, §. nunc videndum, ff. de minor.* Hæc q. tangitur, per D. Io. Th. de
Miradois, Regium Consil. *in constit. in aliquibus super uerbo, Filiorum* mihi tunc ostensa, & nunc edita, arguit hinc indè, licet, non alleget Afflict. tandem dicit q.
quæ tunc pendebat inter D. Ferdinandum, & D. Colam Caetanos, fuisse transactione decisam. Nihilominus
3 Sacrum Consil. prædictis non obstan. iudicauit, † d. Illustr. Cardinali, quamuis primogenito, deberi vitam, &
militiam, & propterea in liquidatione uitæ, & militiæ aliorum fratrum esse habendam rationem de eius persona ex dispositione d. constit. Comitibus qua prouisum
est, deberi secundogenito vitam, & militiam occasione exclusionis successione feudi. Quæ ratio procedit etiam, quando primogenitus excluditur, vt erat in casu
nostro, quia fecit se Clericum, qui de iure communi feudorum in feudo non succedit, *cap. 1. de mil. vasa. qui arma bel. depo. §. qui Clericus, si de feu. de fun. mil.* congerit, & declarat Senat. Pedem. *dec. 27.* & quòd quamuis constitutio prædicta loquatur de vita, & militia
danda secundogenito, locuta est in casu communiter accidenti, iuxta naturam legum, quę communiter fiunt
in iis, quæ ut plurimum accidunt, ut est text. *in l. nam ad ea, ff. de legibus, cum ll. sequentib.* communiter enim
imò semper, videmus primogenitos capere successionem feudorum, & excludere secundogenitos: & idcircò de vita, & militia, per eos præstanda secundogenitis
constitutio prædicta loquitur, & ad hoc condita fuit. Sed nunc accidit casus, in quo primogenitus non potest
succedere, quia Clericus, & succedit secundogenitus:
4 † hic casus quamuis raro accidat, sed non miraculosè, iudicabitur secundùm has easdem ll. conditas in casibus
communiter accidentibus, ita Dec. *in regula, ea quæ raro, ff. de reg. iur. per text. in §. insula, Institut. de rer. diuis.* Et ad prædicta faciunt, quæ ponunt Moder.
Parisien. *in §. 17. item lefilx. in vltima qu.* vbi conclu-
5 dit, quòd licet à sęculo non sit auditum, † quòd filius renunciet, seu donet patri in anticipationem successionis,
si tamen hoc acciderit, iudicabitur iuxta dispositionem illius consuetudinis, qua de donatione facta in
anticipationem successionis non soluitur releuium, & Andr. dicit *in cap. 1. colum fin. vers. item attende, de alien. feu. pater.* quòd licet lex adaptetur ad ea, quæ frequentiùs accidunt,
nihilominùs non exclu dit casum de raro euenientem, & melius in constit. Regni, quamplurimum ad idem optimus
text. *cum gl. 1. C. de his qui ad Eccles. confug.* quam gl. dicit esse meliorem de corpore iuris, Ias. *cons. 112. In primis colum. 3. versic. 4. principaliter primo volu.* & sic patet responsio ad constitutionem.
Nec obstat, quòd iste primogenitus seipsum exclusit faciendo se Clericum. Quia ex hoc se exclusit à successione
feudi, non autem à vita, & militia, quæ si debetur Clerico secundogenito per primogenitum, ut semper est
iudicatum, & hodie non dubitatur, multo fortiùs debebitur per secundogenitum laicum huic primogenito Clerico,
ex cuius persona maius commodum secundogenitus laicus consequitur. Et ex hoc dici potest, quòd magis rationabile
videtur dare huic primogenito Clerico vitam, & militiam, quàm secundogenito, cum vterque per ll. feudorum includatur,
& in vtroque eadem ratio militet, & sic cessat exclusio suprà allegata, & facit, quod Andrea dicit *in Const. Reg. Comitibus, & Baronibus, 4. colum. vers. nec debet,* quòd quis non debet allegare culpam de qua sentit commodum.
Præterea fuit dictum ex alio, dictum Cardinalem non censeri exclusum per assumptionem Clericatus à vita, & militia. Est enim regula ad hoc,
6 † vt filius à legitima excludatur, requiri specificam, & expressam renunciationem iuri legitimæ est tex. *expressus in l. si quando, §. & generaliter, C. de inoff. testa.*
7 † De vita autem, & militia ad legitimam, & de legitima ad vitam, & militiam argui, fuit plenè dictum in
decis. 61. Si ergo requiritur in renunciatione legitimæ specifica renunciatio, ergo, & in vita, & militia, quæ in
casu, de quo agitur, non aderat, imò non prætenditur,
8 nisi tacita renunciatio, † quæ non potest plusquam expressa operari, iuxta not. *in l. cum quid. ff. si cert. petat.*
9 † Hanc autem vitam, & militiam, seu alimenta relicta fratribus maioribus, uel per statutum, uel consue-
tudinem esse vice legitimæ, & ipsius loco succedere, in vide Sizzarell.
propria materia dictæ const. Comitibus, dicit Tiraquel. ex mente Bald. *in tract. de iure primog. in quæst. 72. vbi etiam num. 8.* dicit alimenta prædicta debere censeri,
10 † tantò magis fauorabilia, quanto sunt minora ipsa legitima. ista enim ad hæredes non transeunt, legitima
autem sic. & in quæstione prædicta Tiraquel. etiam tenet opinionem Afflict. *in decis. 138.* scilicet, quòd etiam
pro præterito vita, & militia non soluta peti potest. Si igitur vita, & militia fauorabilior legitima censenda
est, ad eam sicut nec ad legitimam multò minus renunciatio prædicta sic præsumpta porrigitur. Et ex prædictis
etiam apparet, quòd non est curandum de authoritate Afflict. qui loquitur sine ratione, & se fundat, quòd
Clericus excludatur etiam à vita, & militia, vel quòd sit primogenitus, vel secundogenitus, quod est falsum,
vt etiam concludit Paris. *in tracta. reinteg. feud. in cap. nunc videndum, fol. 176.* & ipse idem Afflict. *in Const. Comitibus, in 3. notab. in qu. & niger in cap. Alienatio-*

nis

nis actus 2.*colum. verf. numquid autem presbyter*, & indistinctè iudicatur contrarium, & hæc opinio tantò magis tenenda est, ne Clerici, qui non haberent vnde viuerent, retraherentur à Clericatu, quæ ratio ponderatur religionis fauore, *in cap. in præsentia, de prob.* & etiam tenenda esset in dubio fauore alimentorum, quorum causa fauorabilis est, *l. Meta, in princ. cũgl. in versic. non sic. ff. de aliment. & cibar. legat.* & pia causa dici potest, vt declarat Afflict. *dec.* 252. *verf. dico*.

Prætendebatur etiam in liquidatione huius vitæ, & militiæ, esse habendam in damnum secundogenitorum rationem de adohis, quæ soluuntur, quę grauiores sunt, ex quo liquidatio introituum Amatricis est de nouo facta: de hoc dictum fuit, non debere dubitari, post-
11 quàm de iure est clarum, † onus adoharum spectare
ad primogenitum dominum feudi, apparet ex dictis per Afflic. *in dec.* 252. Vbi licet non decidat, dicit tamen ex dictis per eum apparere de veritate, plenissimè ponit Lofft. *in sua paraphrasi, in §. firmiter. de probib. feudalie.* per Feder. & post prædictos Tiraquel. *in tract. de iure primogen. in qu.* 74. vbi loquitur per eadem verba, quæ Afflict. Capic. *in inuest. feu. in verbo, feuda adohant, colum. pen. verf. & fratres*, qui refert ita fuisse iudicatum per Regiam Cameram in causa filiorum, & hæredum Iacoburij de Alexan. quam etiam opinionem tenet D. Ludouicus Molina post hanc decisionem impressus, *lib.* 1. *de Hispan. primogen. cap.* 27. *verf. idque adèo verum est nu.* 9. *fol.* 194. Et Beat. *in trac. de decim. tut. præseruanda de iure Hispan.* 19. *num.* 13. *fol.* 252. licet nouissimi Campani *super ca. Regni, alienationis actus*, 1. *colum. verf. an autem, fol.* 269. contrarium teneant. Vnde ex prædictis iudicatum fuit, me referente, onus adoharum integrè cedere in damnum primogeniti, & fuit facta liquidatio vitæ, & militiæ, habita ratione in numero filiorum de persona Cardinalis. Scanapecus Actuarius. vide Marinum Frecc. *de subfeud. in* 5. *author. verf. an in præstatione serui fol.* 200. *in prima impref.* & Iac. de Gello *in suo Compendio. C. & aduertendum est quòd propter onus*.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 6. Adde latissimè Anton. Gabr. *in tit. de legitima conclus.* 8. post Afflict. *dec.* 178. *in* 2. *dubio*, & Gramat. *dec.* 57 *num.* 27. *& seq.*

Num. 9. Adde D. Annam modern. *in cons.* 6. *num.* 28. *cons.* 120. *num* 3. & Doctissimum Menoch. *in cons. seq. inter prædicta consilia*, qui ambo allegant hunc locum, & nouissimè Doctissimum D. de Ponte *de potestate Proreg. fol.* 324. *num* 31. *& seq.*

Num. 11. Adde eumdem Ann. *cons.* 4. *num.* 56. *& ad hanc decis.* vide eumdem *in cons.* 75.

In eodem num. ibi causa filiorum, Adde Gramat. *in decis. Afflict.* 252. *& add. ad Napod. in consuetu. quòd si aliquis fol.* 218. *in nouis, & quid in releuio, vide ibid.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus si secundogenito præbendam, dignitatem, vel quid simile conferri procurat æquiualens vitæ militiæ non tenetur amplius eidem secundogenito vitam militiam præstare.*
2 *Adoha fructibus feudi debetur.*
3 *Et loco seruitij succedit.*
4 *Et soluitur deductis deducendis.*
5 *Sed feudum non possunt habere surdus, mutus, vel aliter imperfectus.*
6 *Vtrum de vita militia debetur huic primogenito qui feudum non potest habere ex infirmitate.*
7 *Vtrum vita militia debeatur Cardinalibus, & alijs Prælatis, & Clericis.*
8 *Generalis renunciatio quando valeat ad excludendum legitimam.*
9 *Vita militia loco legitimæ succedit, & sic paragium.*
10 *Vita militia non est loco portionis à qua secundogenitus excluditur in feudo, & soluta semel amplius non debetur, & non debetur in linea transuersali.*
11 *Adoha integrè solui debet per filium primogenitum succedentem in feudo.*
12 *An proprietarius, vel vsufructuarius soluat adoham.*
13 *Adoha quanta sit hodie, & quomodo soluatur.*
14 *Inuenienda veritatis ratio expostulat, vt sæpè distinctio fiat vt veritas inueniatur.*
15 *Proprietarius an vsufructuarius omnium bonorum teneatur ad debita.*
16 *Vxor relicta vsufructuaria omnium bonorum an petat etiam dotem.*
17 *Scripturæ debent esse penes proprietarium, non vsufructuarium omnium bonorum.*
18 *Secundogenitus ad quæ teneatur.*
19 *Primogenitus an possit consentire quòd secundogenitus inuestiatur de feudo in præiudicium omnium.*

1 AD hanc decisionem vicesimam adde † quòd si primogenitus secundogenito præbẽdam, dignitatem, vel quid simile procurat æquiualens vitæ militiæ, quòd non tenetur amplius eidem fratri secundogenito vitam militiam præstare, textus est *in l.* 1. §. *sed scimus C. de latina libertate tollenda*, vbi Bal. & ita concludit per plura, Prosper Carauita *ad Afflict. dec.* 137. *in versic. ibi tamen Domini de concilio*, vbi allegat, etiam Alex *in l. alimenta, C. de negotijs gestis*. Adde de hac Decisione omninò Consiliarium Anna, *cons.* 4. *num.* 55. 1. *volum* qui concludit,
2 † adoham de fructibus feudi deberi, quæ licèt loco ser-
3 uitij succedit, † soluitur deductis deducendis, & ibi
4 plura de vita militia, † adoha, & alijs, & sic *cons.* 3. *à*
num. 6. *ad num.* 27. & multa ponunt Moderni *in tractatu de iure adohæ*, & Petrum Gregorium Mastrillum *de vita militia*. Ad hanc decisionem etiam adde
5 quòd † cùm feudum non possint habere surdus, mutus,
vel aliter imperfectus, vt fuisse decisum, pro Hieronyma Caracciola Principissa Sancti Seuerij, contra Victoriam Caracciolam Comitissam Castri prætendentem partem Ioseph Caraccioli eius fratris, muti, surdi, & imperfecti per S.C. in Collaterali refert Regens. Tappia in *eius opere de iure Regni Partenopes, in titulo de officialibus in Regno statuendis in ca.* 35. *Caroli secund.*
6 *incip. item potestati. fol.* 116. 1. *colum.* † Dubium non est
quòd vita militia tantò fortiùs debetur primogenito, qui rationabiliter feudum refutat ex infirmitate in casu, meo quidem iudicio, & latiùs allegationes adducens loquitur de hoc idem Tappia. 13. 127. *& sequ.* de hoc de vita militia, vide Campaniam *in Capitulo Re-*
7 *gni Alienationis*, & quæ ego dico *infra dec.* 76. † vtrum
vita militia debeatur Cardinalibus, & alijs Prælatis, & Clericis. Bammacarius in *cap. qui Clericus, si de feudo*
8 *defuncti*, & vide quæ dixi suprà *dec.* 1. *n.* 39. † *Ad num.*
6. Adde omninò eumdem Præsidentem intra *dec.* 522. *incip. decessit, num.* 22. qui idem ad quam dico, & Marantam *disputat.* 10. sed quando generalis renunciatio valeat ad excludendam legitimam, Crauetta *consil.* 1. *pro genero num.* 27. Menoch. *cons.* 71. *volum.* 1. Roland. *cons.* 70. *num.* 40. *volum.* 2. *Ad num.* 7. Adde de æquatione vitæ militiæ, & legitimæ, vide, quę dico *in dec.* 61. latissimè, & omnino videnda, & suprà *dec.* 1. *num.* 39.
9 vbi dico, & † vita militia loco legitimæ succedat, &
10 sic paragium, † quòd & ipsa vita militia non sit loco
portionis, à qua secundogenitus excluditur in feudo, & soluta semel ampliùs non deberetur, & quòd non debeatur in transuersali Consiliarius Anna *cons.* 6. *incip. qua num.* 3. & idem Doctor Bammacarius *quæst.* 6. *in cap. omnes filij si de feudo defuncti militis*, & ego dixi in tractatulo *de vita, & militia late* post omnes. Ad
11 *numerum* 11. quòd † adoha, quæ vulgariter vocatur,
adduco pro intelligentia, quòd integrè solui debeat per

fil ium

filium primogenitum succedentem in feudo, sic expres-
12 sè decidit Pisanellus *dec. Mazzei* 252. † an proprieta-
13 rius, vel vsufructuarius soluat adoham, † & quanta
sit hodie adoha, & quomodo soluatur. Addentes ad
Capicium *in dec.* 184. Regens Tappia in *pragm.* 17. *in-*
cip. declarandum duximus, sub titulo de officio procu-
ratoris Cæsaris N. 208. & nouissimi Scribentes in pri-
mo libro diuersorij iuris feudalis post alios latissimè,
14 vbi distinguit, & distinctione facta decidit, † & vero
inueniendæ veritatis ratio expostulat, ut semper distin-
15 ctio fiat vt veritas inueniatur, † & an vsufructuarius
omnium bonorum teneatur ad debita, vel proprieta-
rius, latissimè Ioannes Coppensis *in quæstionibus Sa-*
xoniæ, quæst. 42. *incip. cuius quæstionis*, & Præsiden *in-*
16 *fra decisione sua* 483. ad quam dico. Et † quid si vxor
relinquitur vsufructuaria omnium bonorum, an petat
etiam dotem, Gratianus nouissimè *dec. Marchiæ* 47.
incip. fructus bonorum, & quòd vsque dum viuit pro-
17 prietarius † scripturæ debent esse penes ipsum & non
18 vsufructuarium *infra dec.* 386. & † de secundogenito
19 ad quod teneatur, & an † primogenitus possit consen-
tire quòd secundogenitus de feudo inuestiatur in præ-
iudicium omnium, Paulus Fuscus *Singulari* 122. *&*
123. *in Singularibus suis doctè. Ad num.* 5. *de æquatio-*
ne vita militia. Adde infra *dec.* 61. *num.* 3. & Consil.
Anna *cons.* 75. *numero* 121. *& cons* 6. *num.* 3. Pet. Greg.
in tract. de vita militia, quæst. 2. vbi latissimè Mastril-
lus, & Nicolaus Anton. Gizzarellus *decis.* 1. *manu-*
scripta.

ADDITIO D. RICII.

PRimogenitus effectus clericus licet excludatur à feudo, non tamen excluditur à vita militiæ hoc dicit: patet ex hac decis. quod clericus est incapax successione feudi ex tex *in cap.* 1. *in fin. de milit. vassal.* Afflic. *dec.* 320. *num.* 1. Freccia *de feud. tit.* 2. *in c.* 39. vbi affirmat se vidisse iudicatum iuxta hanc opinionem. Mysinger. *obseru.* 48. *cent.* 5. referens hanc opinionem obseruare Cameram Imperialem, Duen. *regul.* 103. Nouar. *de elect. fori q.* 34. *sect.* 1.

Amplia primò monialem tamquàm personam ecclesiasticam excludi à successione feudi, Afflic. *dec.* 320. *n.* 11. dicit quòd nec monasterium hoc casu succedere poterit ex persona ipsius monialis, Cuman. *cons.* 167. Bambaccar. *in ca.* 1. §. *clericus n.* 146. *si de feud. defunct.* dicit quòd licèt Minadoia varijs argumentis, & rationibus conatus fuerit contrariam opinionem defendere nihilominus non potuit obtinere, prout testatur ipsemet Minadoia *in const. sancimus, in verb. aliquib. in* 3. *notab. a n.* 59. *vsque ad n.* 58. & quando feudum trãseat in monasterium vassallo facto Monacho, vide Afflict. *ad Vrsill. ad dec.* 320. & Lanar. *in cap. in præsentia de probat.* quòd non transeat in Monasterium intelligitur, quando pro eo præstatur seruitium personale, secus si seruitium reale, quia tunc viuente feudatario retinebit monasterium quoad commoditatem, Bal. *in c.* 1. *n.* 2. *de vassal. qui arm. bellic.* deposuit Ruin. *cons.* 42. *n.* 9. *vol.* 1. Nouarius *de elect. fori d. q.* 34. *num.* 4.

Et id quod diximus, quòd Clericus per modum successionis in feudo succedere non potest, neque illud retinere, declara non procedere, quando inuestitur tamquam vocatus ex veteri inuestitura, vel de nouo inuestitur, Cacher. *dec.* 23. *num.* 14. Sed an milites Hierosolymitani succedant in feudo *ibidem num.* 18. & Anna *singul.* 207 dicunt quòd non, sequitur Menoch. *de arbitr. Iud. casu* 231. *num.* 4. vbi distinguit, quando Clericus non succedit in feudo, & in quibus casibus Clericus beneficiatus non possit retinere feudum, tradit Anna *allegat.* 98. *num.* 3. Cassan. *consuet. Burgund. tit. des fiede.* §. 5. *glos.* 4. Natta *cons.* 600. & Menoch. *cons.* 181. *num.* 71. & 95. *lib.* 2.

ADDITIO D. NOVARII.

FVit decisum hìc vitam, & militiam deberi primogenito, qui se ipsum inhabilitauit ad successionem feudi per assumptionem habitus clericalis, & ita Mastril. *in dec.* 85. *nu.* 11. *& dec.* 165. *num.* 3. Mormil. *in constitut. Regni in aliquibus num.* 51. Bambacar. *in cap. qui Clericus num.* 162. *si de feud. defunct. contrau.* Modern. *in pragm.* 23. *de feud. num.* 8. & nos diximus *in collect. dec. ad pragm.* 24. *sub rubr. de feu.* vbi multa in materia vitæ, & militiæ cumulauimus, ibi igitur recurras, nam pulchra reperies decisa.

Nota tamen ex hac decisione Clericos esse inhabiles ad successionem feudorum, nam in eis non succedunt, vt deducitur ex text. *in cap.* 1. *in final. de feud. fem.* ibi Clericum nullo modo debere succedere, *& cap.* 1. *de milit. vassall. qui arm. bell. deposuit cap.* 1. *an mut. vel aliter imperfect. cap. ex multa de voto*, Afflict. qui dicit ita decisum in S.C. *in decis.* 320. Mysinger. *obseruat.* 48. *centur.* 5. vbi dicit hanc opinionem seruare Cameram Imperialem, latè Fachin. *in controuers. iur. lib.* 7. *capit.* 35. vbi ponit diuersas distinctiones, quod adeò verum est, ut procedat non solùm in feudo, quod defertur tempore, quo quis est Clericus, verum etiam procedit, & habet locum in feudo, iam acquisito, nam si quis habens feudum efficiatur Clericus, vel aliter Religiosus, illud statim amittit, ut in casu huius nostræ decisionis *cap.* 1. §. *qui Clericus, si de feudo defuncti contentio sit cap.* 1. *in fi.* vbi DD. *an mut. vel aliter imperfect.* Mansic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 9. *num.* 31. Intrigliol. *de feud. cent.* 2. *art.* 1. *num.* 133. & 134. vbi testatur de magis communi opinione, asserendo *num.* 151. ab ipso feudo cadere ipso iure, & ipso facto *cap.* 1. §. *qui Clericus de feud. defunct. ibi*, eo ipso Menoch. alios cumulans *in cons.* 181. *num.* 81. *lib.* 2. Corn. *cons.* 16. *num.* 10. licèt ego sim voti, requiri sententiam declaratoriam ex Silua. *de recognit. feud. quæst.* 22. *num.* 26 Bursat. *cons.* 14. *volum.* 1. vbi enim imponitur pęna ipso iure semper requiritur sententia declaratoria, Scrader *de feud. in* 2 *par. princ. sect.* 8. *num.* 46. Magon. *decis Flor.* 16. *num.* 13. 45. *&* 47. Tiraquel. *in l. si congruam in verbo reuertatur num.* 20. *&* 400. *C. de reuocan. donat.* imò etiam si postquam fuerit factus Clericus, clericalem habitum deserat, ad feudum iterum redire nequit, Capic. *dec.* 115. *num.* 52. Curt. Iun. *tract. de feud. par.* 3. *Rubr. quemadmodum descend. Mascul. num.* 21. Rosenta. *de feud. cap.* 7. *conclus.* 75. licet contrarium sequatur Intrigliol. *in d. art.* 1. *num.* 1[illegible].

Quamuis quoties seruitium, quod præstatur pro feudo esset tale, quòd posset honeste præstari per Clericum tunc Clericus posset in feudis succedere, vt per Alciat. *in cons.* 222. Vulte. *de feud. lib.* 1. *cap* 9. *num.* 67. vbi dicit, quòd tota inhabilitas Clerici consistit, ex quo sunt inhabiles ad seruiendum Domino, & quo ad cœtera non considerantur Sonsbech. *in simili tractat. par.* 12. *num.* 148. Rosental. *in eodem tract. cap.* 7. Intrigliol. *in eiusdem nominis opere qu.* 54. *num.* 50. *cent.* 1. *qui in centur.* 2. *art.* 1. *num.* 172. ex pluribus firmat, non procedere regulam à nobis supra firmatam in Clericis in minoribus ordinibus constitutis, quia ipsi non excluduntur à successione feudi, cum alijs relatis per Grass. *de effectibus clericatus effect.* 4. *num.* 82. vbi etiam reperies contrarium tenentes, & distinctionem, quam ipse Author facit: ad eum igitur recurras, nam latè post alios tractat hanc materiam, quando Clericus succedat, vel non, in feudis, & quid de Monacho, Monialibus Tertiarijs, oblatis, Militibus Hierosolymitanis, & similibus, de quibus nos fuimus loquuti in praxi *elect. fori quæst.* 34. 36. & 38. & 39. *sect.* 1. vbi videre poteris in facto.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

S V M M A R I V M.

1 *Vitam, & militiam deberi primogenito effecto clerico stabilitur dimissa opinione* R. de Curte.
2 *Formaliter, & propriè vitam deberi, & non vitam, & militiam ex decisione obseruat* D. Capanus, *& peccare argumentum à legitima ad vitam, & militiam.*
3 *Adoha non minuit vitam, & militiam reiectis* Afflicto, & Amato.

1 TRanquilla nunc aduenit decisio per quam pronunciauit S.C. ad fauorem D. Cardinalis Vitelli primogeniti deberi vitam, & militiã per secundogenitum super statu Amatricis, quamuis enim per clericatum quis renunciet feudo, propterea inferri nequeat renunciatio vitæ, ac militiæ, & iunctis aulis, ita refert determinatu n Thor. *ver. vita, & militia, an debeatur p. 3. compend.* R. de Ponte *de pot. proreg. tit. 4. §. 4. n. 28.* D. R. de Marin. *lib. 2 resol. 43.* & ad Reuer. *obser. 401.* Bottil. *de parag. feu. vita, & milit. theor. 110. n. 17.* Capan. *de vita, & milit. qu. 16.* vndè quatenus R. de Curt. *in resol. feud. c. 2. num. 29.* appellat probabilem opinionem contrariam, cùm non agatur de quæstione numquàm anteà disputata, sed pluries ventilata, & in iudicatum ferè transacta, recedere à prima opinione temerarium esset.

2 Benè uerùm formaliter, & propriè Clerico non debetur vita, & militia, ex quo militia datur, vt militet, & miles Dei non potest esse miles sæculi, sed debetur vita, nempe alimentorum subministratio, quod Capan. *vbi sup.* demonstrat ex verbis D mei *nu 8.* ibi *hanc autem vitam, & militiam, seu alimenta*, & insuper probat ex *constit. Regni Comitibus*, & licèt vita, & militia differat à legitima, vt ex Gizzarel. *dec. 36.* cum hæc debeatur in proprietate, & illa temporaliter vita durante præter alia discrimina, nequit idcircò falsa dici ratio adducta, ut non censeatur renunciatum vitæ, & militiæ tacitè propter renunciationem feudi, nam expressa requiritur renunciatio sicut debet esse expressa renunciatio legitimæ, dum hic *n. 9.* & 10. allatæ sunt differentiæ. & argumentum formatum fuit à maiori ad minus ex Tiraq. *de primog. in qu. 75. n. 8.* qui in terminis *d. constit.* concludit alimenta prędicta debere censeri tantò magis fauorabilia, quantò sunt minora ipsa legitima, ex quibus nõ solum D. Præses non potest in aliquo taxari, verùm etiã de perspicacia ingenij, & doctrina est commendandus.

3 Adoha non diminuit vitam, & militiam, iuxta decis. *num. 11.* & ita post alios probat Capan. *eod. tract. quæst. 24. num. 6.* vbi refellit Afflict. & Amat. *in controu. 11.* & duobus sequentibus, & [illegible] ornatum decisionis Billot, *concl. feud. 98.* Larat *in theat. feud. p. 12. dilnc. 30.*

S V M M A R I V M.

1 *Vsuræ rei iudicatæ, sunt centesimæ.*
2 *Vsuræ rei iudicatæ debentur, etsi non sint deductæ in condemnatione.*
3 *Vsuræ rei iudicatæ debentur condictione ex lege.*
4 *Condictio, ex lege, actio est.*
5 *Vsuræ rei iudicatæ debentur, etiam quòd recepta sit sors absque protestatione.*
6 *Vsuræ rei iudicatæ liquidantur per Sac. Consilium iuxta damnum passum, vel iuxta lucrum cessans.*
7 *Vsura centesima, quæ nam sit remissiuè.*

DECISIO XXI.

Vsuræ latæ sententię debentur sorte etiam recepta absque protestatione.

EX iuris dispositione lata sententia, reoque condemnato non soluente, currunt vsuræ rei iudi-
1 catæ, † quas statuit Imperator *in l. 1. 2. & fi. C. de vsur. rei indic.* esse centesimas, easque deberi
2 dicit Bal. *in d. l. 2.* † virtute sententiæ latæ, à lege, nõ ab homine, etiam quòd non sint in condemnationem deductæ tamquàm consecutiuæ ipsius sententiæ, *iux. l. si*
3 *longius. C. de exec. rei iudic.* & ibi Bal. † deberiq; etiam condictione ex *l. 2. sup allegat.* dicit Matthesil. *in l. 1. 2. col. vers. item quamuis, C. de sent. quæ sine cert. quam legit.* post eius singularia, & consequenter iure actionis,
4 † postquã condictio ex *l. actio, vel actione iudicati* vt dicit Specul. *in tit. de execut. sententia, §. breuiter. 1 colu. vers. sed dices, ad quid ergo. allegando d. l. 2. C. de vsur. rei iudic.* Et propterea ex prædictis in causa magnifici Francisci Antonij Franconi, cum Magnif. D. Hugone
5 de Vries, me referente, † fuit iudicatum, dictum dominum Hugonem teneri ad interesse prædictum, iuxta liquidationem faciendam, non obstante receptione sortis facta per procuratorem dicti Franconi absque protestatione, ex communi Doctorum conclusione, maximè Alex. Ias. & Iacob. *in l. 1. C. de iudi.* & Decij *in l. vinum. 2 col. ff. si cert. pet.* concludentium, quòd quando interesse debetur iure actionis, receptio sortis sine pro-
6 testatione facta non præiudicat circa interesse, † in cuius liquidatione Sacrum Consilium, circumscripta vsura centesima, procedit ad liquidationem, vel iuxta dãnum quod actores patiuntur, vel iuxta lucrum cessans, & quando solutio esset facta procuratori an præiudicet domino Rota Ianu. *in decis. 200. 3 colu. vers. nec obstat,*
7 *fol. 262.* † Vsura autem centesima quæ sit, licet variè Doctores antiqui locuti sint, videndus est nouissimè Alciatus *in l. 1. §. si quis simpliciter in princ. ff. de verb. oblig.* in quo loco dicit esse ad rationem duodecim pro centenario, & idem dicit Grolotius *in repet. leg. lecta 1. col. num. 5. ff. si cert. pet.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 5. ibi ex communi, Adde Caualcan. *decis. 35. num. 15. par. 1.* Nonium *in cons. 82. nu 1.* & Flam. Cartar. *in dec. Genua 38. num. 15. 16.* Surd. *de aliment. tit. 1. qu. 43. num. 26. tit. 6. qu. 3. num. 38.*

Et in quibus casibus vsura centesima præstari debet, vide gl. *in l. eos, §. 1. vers. vel specierum, C. de vsur.*

Vide Rotam Genuæ *in dec. 88. in 1. dubio* omnino decis. Auenio. 101. & in notabili casu Magon. *in decis. Florent. 83.*

Et dum hic fit mentio de vsura centesima, vide Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 9. num. 6.* Lupo de Sancto Gem. *in trac. de vsur. fol. 13. n. 40.* Fulcum *in sing. 55. lit. V*, & Annam moder. *cons. 48. col. 1.*

An vsura centesima currat post quatrimestre tempus, & ad eam quis teneatur, vide Cagnol. *post gl. in l. in condemnatione in fin. ff. de reg. iur.*

Num. 6. ibi vel iuxta damnum quod actores, &c. Adde quæ requiruntur, vt creditor possit consequi interesse damni emergẽtis, vel lucri cessantis, recurre nouissimè ad Iacob. Menoch. *in tract. de arbit. iudic. casu 119. in additionibus suis nouis a n. 7. cum seqq. & n. 19.* post Mascardum *in trac. de prob. vol. 2. concl. 933.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

S V M M A R I V M.

1 *Procurator regulariter nõ potest domino pręiudicare.*
2 *Maritus recipiens dotem post moram patris, sua coniugis*

iugis an sibi praiudicet in accessionibus.

3 *Plura ad ornatum l.penult.ff.de leg.commissoria, remissiue.*

4 *Vsura bessalis an admitti debeat inter Mercatores.*

5 *Conuentio qua debitor pecuniam mutuo accipiens promittit post certum tempus tantam pecuniæ quantitatem, vel plus pro tanto tempore remutuare, an valeat.*

6 *Non appellatur vsura quod communiter fit.*

AD hanc decisionem, vide omninò Crauett. *cons.66.* aliqua per Afflictum, & Vrsillum *dec.39.*& de vsura centesima, Nauar.*in suo Manuali cap.17. vers. in septimo notabili. inf.Ad num.*5.Adde omnino Guidon.Papam, *dec.171.* & Afflict.*dec.151.& 154.*& vide in H *dec.76. num.11.* & Surdum *dec.181.non est dubium,& decis.148.incip.*
1 *Carolus, num.6.*& † optimè *decis.229.incip. verum.*,
2 vbi latè quòd † procurator non potest regulariter domino præiudicare, & an maritus post moram patris suæ coniugis, recipiens dotem sibi præiudicet in accessionibus Iason. *in l.centum Capuæ. ff.de eo, quod certo loco.* Anna pater *sing.334.incip. maritus & de l.penult.*
3 *prædicta*, vide † Grammaticum *cons.ciuili num.19.* Gigantem *de pensionib.qu.37.* Adde de vsura centesima omninò, quæ scribunt Couar. *lib.3.resolut.var.cap.9. num.6.*Consiliarius Anna *cons.48.incip. in hac causa. volum.1.* Arisminus *de sententijs varijs, in titulo de vsuris in genere,col.1.vers.an vsura, lib.1.fol.*218. per Præsidentem non allegati, qui latissimè ipsam vsuram centesimam declarant,& latissimè discurrunt. De †
4 vsura Bessali an admitti debeat inter mercatores, & † an
5 valeat conuentio qua debitor, pecuniam mutuò accipiens, promittit post certum tempus, tantam pecuniæ quantitatem, vel plus, pro tanto tempore remutuare latissimè Ioannes Coppen *in quæstionibus Saxoniæ, q.23.incip.inter mercatores*, qui latissimè omninò videndus. De vsura centesima latissimè Fachineus *in lib. 5.contr.iur.cap.14.ad §.reipublicæ.l.si hæres ff.ad legem Falcid.*doctissimè Item adde quod non appellatur vsu-
6 ra,quod communiter fit,vel licitum reputatur, Bartolus *l.quid sit fugitiuus,§.apud,ff.de ædilit. edicto.* Brunor.à Sole, *verbo vsura, in compendio iur.proposit.*Nec vsuram committit venditor qui stipulatur sibi ab emptore dari interesse pretij non soluti pro re vendita, & tradita, Anchar.*inn.q.33. lib.2.*

ADDITIO D. RICII.

VSuræ latæ sententiæ debentur fortè etiam receptæ absque protestatione,hoc dicit, & iuxta hanc decisionem fuisse etiam iudicatum in Regno Siciliæ in consist.Sac.Reg.cons.refert Mastril.*dec.124.*& an vsuræ currant pendente appellatione, vide Afflict.*dec.93.* Capic.*dec.19.in fin.*

Limita hanc conclusionem non procedere, nisi petantur istæ vsuræ, est enim necesse vt petantur, alias exequutio non potest fieri,vt tenet Salic.*in l.2. C.de vs. rei iudic.* Couar.*in regula peccatum in prima relectione par.1.in princ.*

Limita secundò, non procedere hanc conclusionem in vsuris vsurarum, vt consuluit Anna *cons.48.* quod triplici ratione potest fundari, & primò vbicunque lex prohibet aliquid non debet inueniri modus, per quem veniatur contra iuris dispositionem; secunda ratio potest adduci, nam afflictio non debet addi afflicto ex eadem causa,maximè vt afflictio sit causa afflictionis, sed affligitur is, cui currit centesima, ergo non debet plus affligi,vt currat vsura vsuræ:tertia ratio, quia vsura rei iudicatæ centesima est subrogata loco ipsius vsuræ,quæ prius currebat ex contractu, & non currebat, nisi ex sorte, ergo centesima currit tantùm ex sorte,quia subrogatum loco alterius debet sapere naturam eius, cuius loco subrogatur arg.*text.in l.qui negociationem, §. fin.C.de vsuris.*

Quæ autem dicatur vsura centesima, vide Cagnol. *in l.lecta ff.si cert.pet.* Tiraquel.*de retract.lignag.§.1. gl.6.num.18.* Vars.Hisp.*in tract.de expensis, & melior at.c.19.nu.15.* vbi de centesimis semissibus quadrantalibus,& trientalibus disertè agit Paris.*de vsur.nu.39.* qui *num.57.tres casus in iure recenset*,in quibus centesimæ vsuræ sunt permissæ.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Abolitæ sunt vsuræ centesimæ ratione rei indicatæ reprobato Donello, & quæ, & qualiter debeantur explicatur.*

2 *Quatrimestre num seruetur in sententijs supremi Senatus, dissidium adducitur maximorum pragmaticorum cum conciliatione.*

3 *Reclamatione pendente num debeatur interesse.*

1 SAnguinolétas appellat) vsuras centesimas, Seneca *lib.7.de benef.ca.19.*quæ abolitæ sunt de iure canonico à victo victori debitæ ratione rei iudicatæ,ut reprobato Donello,probat Leotar.*de vsur.qu.2.n.8.* ad rationem autem damni emergentis, vel lucri cessantis debetur interesse, vt hic, & R.Latr. *dec.100.*& ibi Gizz.& R.Sanfel.*dec.124.nu.7.* & 8. vbi discutit an sit probandum interesse, & negat ex quo frequétiùs sunt in Regno emptiones annuorum introituum,Merlin.*cent.2.cons.50.n.52.* quam frequentiam hodie non inspicio propter calamitatem temporum, & parum tutas inuestiendi commoditates,& Leotard.*vbi sup.q.78.*refert praxim Sabaudiæ,& Dolani Senatus ex Fabro,& Grinello condénandi ad quincunces vsuras, in qua opinione vix persistit, & vidédus Reg.Lat. *dec.97.*

2 Quatrimestre non seruari in sententijs supremi Senatus,sed statim illis prolatis deberi,tenent Rodriqu.*de ann.reddit.lib.3.q.40.n.4.*R.Latr. *vbi sup.n.2.* R.Marcian.*disp.28.n.26.*at contrarium firmat D.R.de Marin. *obs.443.per text.in l.vlt.§.fi. C.de vsur.rei iudic.*benè verùm R.Sanfel.*vbi sup. nu.6.* docet deberi notificato mandato de parendo,& si non esset emanatum ipse adhæreo postremæ opinioni D.de Marin. ex qua d. tempus indultum est debitoribus post rem iudicatam.

3 Ingens est difficultas, num debeatur d.interesse pendente reclamatione à sententia S.C. & negat R.Latr. *dec.100.* vbi ita iudicatum testatur,at contrarium viriliter defendit Marcian.*vbi sup.n.48.* & D. Staiban. *de interesse li.2.qu.vnica per tot.*vbi sic decisum refert reformata sententia S.C. de qua R.Latr. addo Thor. *in supplem.ver.interesse rei iudicatæ*, & vbertim scribit per doctus D.Carolus Petr.*super rit. M C.259. nu.36.* an demum debeatur interesse rei iudicatæ pro negatiua, Ann.*contr.48.*Camill.de Medic.*controu.155.*& ita decisum refert, & videnda sunt tradita *in allegat.48.* D.de Marin.

SVMMARIVM.

1 *Castrum Belmontis est intus territorium Amanthea, licet diuisum, quoad iurisdictionem.*

2 *Collectas quis soluere debet in eo loco vbi habitat, & sita sunt bona, licet locus ille, seu Castrum in alieno existat territorio.*

3 *Collectarum solutio in vno loco pro eisdem bonis est facienda.*

4 *Collectarum remissio in dubio non præsumitur.*

5 *Priuilegium sumit interpretationem ex possessione.*

DECISIO XXII.

Incolę castri existentis in territorio alterius Ciuitatis non possunt cogi ad solutionem collectæ impositæ in Ciuitate, sed possunt inter se ipsos in castro soluere.

FVit in Sacro Consilio plenè discussum, si Castrũ
Belmontis esset Castrum diuisum à Ciuitate
Amantheę, nõ solùm quo ad iurisdictionem, de
quo non dubitabatur, sed etiam quo ad territo-
rium. Et facta plenè facti discussione, fuit habitum pro
1 vero † Castrum prædictum esse intus territorium præ-
dictæ Ciuitatis, et non habere proprium territorium, &
propterea fuit decisum, quòd ciues dicti Castri Belmõ-
tis pro bonis, quæ possidebant in territorio prædicto
non possent cogi ad solutionem collectarum impositarum,
& imponendarum pro functionibus fiscalibus cũ
hominibus Ciuitatis Amantheæ, prout prætendebat di-
2 cta Ciuitas, sed quòd pro solutione facienda Regię Cu-
rię debebant, & poterant soluere collectas pro bonis
prædictis inter se ipsos de dicto Castro Belmontis, in
quo Castro habitabant, ex decis. Bald. *in leg. 1. §. quòd si
nemo, col. pen. vers. super quinto. ff. quod cuiusque vniuers.*
& ex ijs quæ consuluit Socin. *cons. 139 præstantissimi,
in prima dubit. 1. vol.* inter cæterea allegat Bald.
vbi suprà, & eum sequitur Aff. *in tit. quæ sint regal. in
verbo, & plaustrorum. col. 3. vers. sed iuxta hoc capitulum,*
& in specie decidit hunc punctum, & secundùm
hanc opinionem, fuisse iudicatum per regiam Cameram
Summariè, ostensum fuit in causa Casalium seu
Foriæ Ciuitatis Capuæ cum ipsa Ciuitate in anno 1548
referente Domino Francisco Antonio Villano, & po-
steà in Regio Collaterali Consilio fuerunt cõfirmata de-
3 creta Regiæ Cameræ, † in vno. n. loco pro eisdẽ bonis,
& non in diuersis, quis tenetur soluere seu contribuere,
ne vna res duplici grauetur onere *l. Titia. §. qui in vita.
cum tordan. ff. de legat.* Et tantò magis Sacrum Consilium
in hac opinione fuit procliue, quia ex processu ap-
parebat, homines Belmontis semper pro bonis prædi-
ctis soluisse in dicto Castro, & non in Ciuitate Aman-
theæ, ex quo Sacrum Consilium arguebat, quòd verum
erat id, quod pro parte Belmontis prætendebatur, scili-
cet quòd est situm Castrum ipsum intus territorium,
vel erat Casale diuisum quo ad iurisdictionem tantùm;
4 † non enim erat verisimile, quòd postquàm soluebantur
onera Regiæ Curiæ per Ciuitatem prædictam vo-
luisset ipsa Ciuitas remittere solutionem prædictam
hominibus Belmontis, qui absque scrupulo vti posses-
sores bonorum, ex iuris, & Regiæ Pragmaticę dispositio-
ne, iam notoria, tenebantur ad contribuendum cum ci-
uitate prędicta, & maximè cùm ipsa ciuitas abundet vi-
ris litteratis, & non ignaris. Remissio enim donatio est
l. si extraneus, ff. de condi. cau. data, quæ non præsumi-
tur *l. Campanus. ff. de ope. lib.* nec quis præsumitur la-
ctare suum *l. cum de debito. ff. de prob.* veritas igitur di-
cebatur, quòd causa huius non solutionis erat, quia vni-
cum erat territorium, & quemadmodum *in decis. 56.*
dictum fuit, & priuilegium sumere debet interpreta-
tionem ex consuetudine: ita dicendum, quòd hæc dif-
ficultas, quæ erat, si Castrum Belmontis tenebatur con-
tribuere, vel non contribuire, ex quo prætendebatur,
vnum & idem territorium esse ex consuetudine non
soluendi declarabatur, & ex ijs arguebatur causa, quare
solutæ non fuerint collectæ: nec stantibus prædictis, Sa-
crum Consilium voluit decidere, si contra ius colle-
ctandi præscribatur, & quanto tempore.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 3. in fi. ibi quoad iurisdissilionem tantùm, Adde Couarr. *in tract. pract. quæst. c. 37. n. 6. vers. superest, & D. Annam moder. cons. 59. n. 44.*

In eodem num. Adde decis. Auenio. 140 *nu. 1.* Men. *cons. 9. n. 4. cons. 12. n. 13. cons. 32. n. 40. & seq. vol. 1.* Ann. *in loc. supra cit. n. 71. & infra decis. 87. n. 5.*

Num. 5. Adde Annam *vbi supra n. 73. & consil. 129. n. 43.* Fulcum *in sing. 99. lit. P.* D. Lanat. *cons. 34. n. 3. infra decis. 397. n. 12.*

In eadem decis. in fi. ibi nec stantibus prædictis, vide quia potest decidi ex allegatis per Annam *vbi supra n. 57. & seq.* vbi allegat infinitos Doctores.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Collecta solui non debet a possessoribus feudi redacti à feudali natura in Burgensaticum vniuersitatibus in quarum territorio feudum situm erat.*

2 *Forensis an teneatur ad onera mixta, quæ personæ pro rebus imponitur, & num. 3.*

4 *Et an teneantur ad onera, ex quibus vtilitatem ipsi forenses non percipiunt, vt puta Concionatoris, Medici, Campanarij, salariorum Syndici, & similium.*

5 *Collectę verbum in dubio quomodo intelligatur.*

6 *Præscriptio an detur aduersus solutionem collectarũ, si vniuersitas vna ab alteris ciuibus diu non exegit.*

7 *Et qui tunc possint esse testes.*

8 *Exteri an possint collectari in loco vbi possident bona, licet alibi habitent.*

9 *Collecta solutio in loco est facienda.*

10 *Domus si sit in confinio duorum territoriorum solutio collectæ non fit ambobus in locis, sed in loco, vbi dominus frequentiùs habitat.*

11 *Collecta licet de iure duobus in locis non exigatur, de consuetudine tamen potest exigi.*

12 *De interpretatione priuilegiorum, & quæ propria dicantur collectæ, & qualiter imponendæ vtrum pendente cognitione ipsarum fieri possit exequutio, vt 13. & 14.*

1 AD hanc decisionem adde, quòd † collecta sol-
ui non debet à possessoribus feudi, redacti à
feudali natura in Burgensaticum vniuersita-
tibus in quarum territorio feudum illud
2 erat situm ita Præsidens *infrà decis. 131. nu. 18.* † & de
3 forensi an teneatur ad onera mixta, † quæ personæ pro
4 rebus imponuntur, vel de rebus, † quarum vtilitate ip-
si forenses non fruuntur, vt puta Concionatoris, Medi-
ci, Campanarij, salariorum Syndici, & similium, & de
alijs latissimè Tesaurus *decis. 149. incip. Forensis. vbi
additio nouissima,* & addè omnino Borgninum Caual-
canum *decisio. Fuizana quarta n. 7. vol. 2.* Couarruuiã
lib. praticabilium quæst. cap. 37. n. 6. vbi idem, quod hic
Pręsidens decidere videtur, & nouissimè ipsos, nostrũq.
authorem sequutus est Consiliarius Anna *cons. 59. 1.
vol. quod consilium incipit. dum vniuersitas, & signan-
5 ter n. 43.* ibi, *et in specie, et n. sed.* † Et collectę verbum in
6 in dubio quomodo intelligatur, † & an detur præscri-
ptio aduersus solutionem collectarum, si vniuersitas
7 vna ab alteris ciuibus diu non exegit, † & qui possunt
esse testes, ipsemet Anna, *consil. 60 incip. dixisti, volu-
8 mine eodem, et dicto cons. 59.* disputat † an exteri pos-
sint collectari in loco, vbi possident bona, licet alibi ha-
9 bitent; de quo Menochius *consil. 75. vol. 1.* Et † quòd in
vno loco (vt dicit hic Præsidens) sit facienda solutio
collectæ, cum eo concordat Franciscus Marcus *Deci-
10 sione Delphinatus 353. par. 2.* vbi quòd si † domus est
in confinio duorũ territoriorum, solutio collectæ, non
fit in locis ambobus, sed in loco, vbi dominus frequẽtiùs
habitat, & tamen Magonius *decis. Florentina 69.* dicit
11 † quòd licet de iure collecta in duobus locis exigi non
possit, tamen ex generali consuetudine benè potest exi-
gi, & eandem opinionem tenet immemor primæ opi-
nionis Franciscus Marcus *decis. 458. numer. 10.* de quo
volo vt videas amantissime lector, quę scripsit Tessaur.
in decis. 116. et 257. et Tepatus *in lib. 2. tit. de Colle-
ctis. Ad numer. tertium,* ibi *ne res duplici onere grane-
tur,*

tur, vide quæ dico *infrà decis.*301. *Ad numerum quintum*, ibi: *priuilegium sumere debet*, adde quòd istum numerum ponderat Consiliarius Anna *cons.*59. *nu.*37.
12 qui omnino videndus est, & de † interpretatione priuilegiorum, vide lector acutissimè Arisminum Tepatum *lib.*1.*variarum iuris sententiarum in tit. de priuilegijs à fol.*52.*ad* 57. Item † quæ dicantur collectæ pro-
13 priè Ozasc. *decis.Pedemont.*95.*num.*4. Testasius *in tra-*
14 *ctat. de Aestimo, & Collectis.* † Qualiter collecta sit imponenda *in dec.*180.*num.*18. An pendente cognitione exequutio collectarum fieri possit, ipse Ozascus *in Repertorio. Dictarum decisionum* 10. collectarum exequutio, alia latè Arisminus *tit. de Collectis lib.*2.

ADDITIO D. RICII.

PRo bonis alibi possessis quis non cogitur ad solutionem collectarum, hoc dicit, idemque fuisse decisum per Sac. R. Cons. in causa ciuitatis Theatinæ cum Vniuersitate Roccæ Monfinæ referente Præside Annibale Montes in anno 1573. in banca de Cinco refert Thor. *in Compend. decis. Regni in verbo collecta fol.*99. *versic. collecta an sint soluenda*, & ad materiam videatur D. Ioannes Maria Nouarius *in collect. decis. ad pragm.*1. *de Apretio.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Ciues alicuius Castri, an possint soluere collectas ad eorum libitum in Castro, vbi habitant, vel teneantur soluere in Ciuitate in cuius territorio sita sunt bona refellitur opinio* R. Tapiæ.
2 *Ius collectandi num præscribatur noluit examinare S. C. & confutantur* Anna, & Lanarius, *& resoluatur quæstio, num.*3.

1 DIsputatum fuit, si Ciues Castri Belmontis siti in territorio Ciuitatis Amantheæ possint soluere in Castro, vel præcisè teneantur contribuere in Ciuitate in cuius territorio sita sunt bona, & solutionem fieri potuisse in Castro iudicauit S.C. teste D. meo, rationem assignat R. Tap. *de iu. Regni tit. de solut. fiscal.* quia possit fieri solutio in Castro, vel in Ciuitate, vbi ciues volunt ad earum libitum, sed hanc rationem refutare videtur D. R. de Marin. *lib.*1.*resol.*63. ex Anna *con.*59.*num.*44. aliam colligit ex traditis *num.*4. vt ex consuetudine non soluendi in Ciuitate Amantheæ homines Castri Belmontis fuerint absoluti, cùm semper soluerint in Castro ex quo arguebatur vnitas territorij, & hæc fuerit fundamentum decisionis, & videtur tenere R. Sanfel. *decis.*189. nam verum est, quòd si adest promiscuitas territorij ciues collectantur in loco vbi habitant ex decretis R. C. S. 329. & 432. collectis per D. de Marin. *post obseruat.* ad Reuert.
2 Ius collectandi num præscribatur, & quanto tempore noluisse examinare S.C. refertur in fine decisionis, in quo articulo, si præscriptioni sit locus quando Vniuersitas quæ forensium bona in proprio territorio sita collectare neglexerit per longissimum tempus non solùm pro eo, quod debetur de præterito, verùm etiam aduersus futuram præstationem, Io: de Platea in *l.*1. *C. de exact. & translat. milit. annona lib.*12. negat quoad futuras præstationes, & idem tenet D. de Marin. ad Reuert. *obseru.*469.*num.*2. confutatis Anna in *cons.*59. & Lanar. *cons.*27. *à num.*48.
3 Negatiuam opinionem ipse amplector ea ductus ratione, quia Vniuersitates habent ius exigendi collectas pro bonis, quæ in territorio possidentur, & quilibet possessor bona registrare, & collectas soluere tenetur *l. forma.*§.*si verò, ff. de censib.* Thesaur. *lib.*1. *qu. for.*8. *nu.*1. nec collectas remittere, aut donare potest, nam remittere debitū Curiç est de genere prohibitorum, *l. ambitiosa, ff. de decret. ab ord. fac.* Losæus *in tract. de iur. Vniuers. par.*3.*cap.*11.*num.*3. tum quia immunitas est contra publicam vtilitatem, tum etiam quia ex huiusmodi remissione alij grauarentur cōtra dispositionem, *l.*1. *C. de apoc. public. lib.*10. D. Capoblanc. *de Baron. prag.*8. *num.*243. *vers. contraria opinio*, nihilominus Bardellon. *con.*94. *num.*11. ad præscriptionem immunitatis inquit requiri cursum quadraginta annorum, dūmodò sufficiens, ac validus concessionis titulus allegetur, & quasi possessionis libertatis cum bona fide cum alijs congestis per Caput. *de regim. Reip. ca.*7. *num.*72. D. Marott. *discept.*39.*num.*37. vndè contra præscriptionem semper iudicarem, quia Vniuersitas inferior non potest immunitatem concedere, Mastrill. *dec.*173. Rouit. *pragm.*1. *de appret. nu.*21. *cum alijs ponderatis*, per Marott. *seniorem in tract. de collect. cap.*12. *per tot. & cap.*16. *num.*10. vbi ciuis nequit in præiudicium aliorum à solutione eximi *l. actores, & ibi Doctores, C. de exactor. lib.*10.

SVMMARIVM.

1 *Liquidati licet non fuerint introitus Baronales, si tamen est facta datio in solutum terra creditori, an sit translatum dominium prædictorum introituum, seu functionum fiscalium, num.*2.
3 *Pretij certitudo, qualiter intelligatur, & num.*6.
5 *Conditionis natura est actus de futuro suspendere, non de præsenti.*
5 *Mora vbi non est, cessat interesse.*
6 *Emptio est perfecta, quamuis pretium ignoretur, non tamen in rei veritate.*
7 *Iudex pro pretij liquidatione adhiberi debet, quando pretium est incertum.*
8 *Liquidatio non requiritur ad finem transferendi dominium rei emptæ, sed ad finem liquidandi pretium.*
9 *Actor, & reus non debent ad imparia iudicari.*
10 *Actio multoties datur, & si detur exactio.*
11 *Dominium transfertur ex solo contractu Principis sine traditione.*

DECISIO XXIII.

Dominium redituum, seu functionum Fiscalium datorum in solutum transit in creditorem etiam ante liquidationem ipsorum.

1 DVbitatum fuit, † & si non facta liquidatione introituum Baronalium Ferrandinæ, & Montalbani fuerit translatum dominium functionum fiscalium in Illustrissimum D. Garsiam, pro eo quòd facta liquidatione pretij introituum prædictorum, dictus Don Garsias remansit creditor Regiæ Curiæ ex causa mutui à die, quo prouisum fuit, quòd Terræ prædictæ remanerent liberæ dicto Illustrissimo Don Garsiæ, in cuius beneficium cederent fructus, non obstante, quòd liquidatio facta non fuerit, & Regius fiscus ad aliquod interesse non teneretur, vel dictus Illustr. Don Garsias fuerit effectus dominus dictarum functionum fiscalium à die liquidationis prędictæ factæ post multos annos.

Ex parte Regij fisci dicebatur hoc esse clarum ex litteris suæ Maiestatis, in quibus mandat, quòd quando non reperiretur melior oblatio, oblatione facta per Illustris. Don Garsiam, Illustrissimus Vicerex prouideret, quòd facto calculo, seu liquidatione redituum terrarum

prædictarum Terræ prædictæ liberè remanerent in posse. Don Garsiæ pro quantitate ei debita pro causa pignoris, pro mercede, ac mutuo, si quid superesset, & pro eo quod excederet, remaneret dominus functionum fiscalium, & sic Rex loquitur per ablatiuum absolutum, qui importat conditionem. *l. à testatore, ff. de cond. & demonst.* cũ similibus, scriptura etiam sic dictat, quia dicit facta liquidatione prouideat. Suadebatur etiam, quia Rex mandauit, quòd si aliquid superesset, compensaretur in causam mutui, quod nihil aliud importat, nisi quòd reliquum pretij terrarum prædictarum solueretur pro mutuo, quomodo poterit sciri hoc reliquum, liquidatione nõ facta, & pro hoc reliquo fieri transfusio mutui in emptionem fiscalium functionum? Roborabatur etiam, quia interposito decreto, quòd terræ liberæ remanerent in beneficium Illustris. Don Garsiæ, Don Garsias nòn potuisset petere prouisionem in litteris prouisam, seu dationem in solutum istorum introituum: quia vltrà quòd repugnant verba Regiarum litterarum vt suprà, non poterat sciri pro quanto esset ista solutio facienda. Quomodo igitur nunc potest prætendi retrotractio ad id, quod si a principio fuisset petitum, fieri
2 non poterat? Quibus non obstantibus, † fuit decisum contrarium, & propterea fuit reassumpta quæst. Sed est facta venditio terrarum prædictarum ad rationem triũ ducatorum, ac quartorum trium pro quolibet ducato ex computandorum in quantitate debita ex causis prædictis, ac in causam mutui, & prouisum, quòd si pretium non sufficeret terrarum prædictarum, remaneret dominium functionum fiscalium penes emptorem, an ante factam liquidationem emptor sit factus dominus terrarum prædictarum, & dictarum functionum fiscalium; Et videbatur, dicendum, quòd non: quia postquàm pretium non erat certum, sed veniebat certificandum non facta ad huc certificatione, non videbatur, quòd possit transferri dominium, cùm ad substantiam emptionis, & venditionis requiritur certitudo pretij. *§. pretium Inst. de empt. & vend. l. empti fides. C. de act. empt.* Quo non obstante, fuit dictum decidi contrarium
3 *in l. hac venditio §. 1. ff. de contrah. emp.* in qua dicitur, † quòd si est emptus fundus à Titio quanti ipse emit, vel quantum pretij in arca habeo, valet emptio. Nec enim subdit Iure consultus, incertum est pretium in tàm euidenti venditione: magis enim ignoratur quanti emptus sit, quàm in rei veritate incertum est, & sic ex illo tex. apparet, venditionem hanc valere, & ratio decisionis est quia quamuis pretium ignoretur, nihilominus certũ est: vnde Alb. ibi declarando *tex. in ver. ignoratus*, declarat, scilicet à contrahentibus, quòd verbũ à cõtrahentibus, reperio *in meo ff. veteri antiquo, in d. §. 1* Idem Alber. declarando illa verba, quàm in rei veritate incertũ est, dicit, nã in rei veritate, & in rei natura certum est, allegat *tex. in l. cũ ad præsens, cũ duobus leg. b. sequentib. ff si cert. pet.* in quib. iuribus cauetur, † quòd
4 quamuis natura conditionis sit suspendere actum in futurum, nihilominus conditio de præsenti vera existens, non suspendit actum, etsi contrahentes ignorent cõditioné adesse, vt puta si est facta promissio si Rex Parthorum viuit, sed statim tenet, & ideò Bald. ibi dicit ex eo textu colligi, magis esse considerandam veram existentiam terminorum, quàm nostram scientiam: sunt enim talia extra nos, & non in nobis, & ideò perficiũtur in ipsis absque nostra scientia, & idem Bald. *in lectura antiqua* dicit, obligationẽ huiusmodi nõ differri, sed statim tenere, quia nõ requiritur hominis sciẽtia, sed vera existentia facti. Vnde dicit Capic. *in inuest. feudorũ. in ver. feudales assensus. in ver. vẽ sit Titius*, quòd si venditio sit pro certo pretio licet adijciatur, & pro eo pluri, quòd appreciabitur, quòd venditio est perfecta pro pretio expresso per *tex. in d. l. hac venditio. §. 1.* Sic igitur in casu de quo agitur, quia est facta ẽptio ad rationẽ ducatorũ trium, ac quartorũ trium pro singulis ducatorum centum annuis, certum est, introitus adesse in rei veritate, quamuis à contrahentibus quãtitas ipsorum ignoretur, statim venditio, ac datio in solutum tenet, & partes ignorent quantitatem pretij: & sic siue erit, vel non erit sufficiens, cùm ipsa emptio teneat, dominium est translatum in emptorem. Nec huic conclusioni obstant ea, quæ dicuntur pro parte Regij Fisci, *de text. in l. cum quidam. §. Seium, ff. de acqu. hæred. & de l. sed si restituatur, fin. ff. de ind.* quia post glos. *in d. l. cum ad præsens*, Bald. intelligit illa iura de natura naturante, non de natura naturata, & Angel. ibi qui ponit pulchram quæstionem, ad quam me remitto.

Nec obstat inconueniens, quod allegabatur, quia si tenemus emptionem intelligi factam, seu dationem in solutum ex eo, quia quamuis non fuerit facta liquidatio introituum, lex erat certa de ipsorum quantitate, oportet semper dicere, quòd quando petitur aliquod creditum, quod inter partes est illiquidum, semper deberetur interesse, quia lex semper est certa, dato quòd postea creditum liquidaretur, contra omnia iura, quæ
5 dicunt, † quòd vbi non est mora, non potest agi ad interesse, *l. mora, ff. de vsur.* Nam ad hoc inconueniens facilè respondetur, quia interesse ideò non debetur, quando debitum est illiquidum, ex quo quamuis lex certa sit de eo, quod quis debet, nihilominus, cum hoc ignoretur per debitorem, non potest dici esse in mora, ex qua oritur interesse. In casu autem nostro secus est, quia facta conuentione inter partes de emptione, præcedentibus consensu re, & pretio, ipsa venditio perfe-
6 cta est ex natura ipsius contractus, † & quamuis pretium ignoretur à contrahentibus, nihilominus in rei veritate certum est, & in hac materia habemus casum l. expressum, imò omnes Doctores consentiunt, quòd facta emptione pro iusto pretio, emptio perfecta est,
7 † & pro liquidatione pretij iudex per partes adhibetur, vt per Bald. *in l. sicut, & in l. fin. C. de contrah. & commit. stip.* & per Alb. *in d. §. 1.* qui ponit pulchram quæstionem, & sic conclusioni firmatæ ex *tex. in d. cap. 1.* ac ex dictis Alb. ibidem, & Bal. *in d. l. cum præsens*, hæc duo obiecta Mag. Fisci patroni non obstant.

Nec obstant principali conclusioni ea, quæ pro parte eiusdem Regij Fisci opponebantur, sub die 8. Martij, 1569. non esse factam liquidationem, quæ requirebatur, vt Terræ liberæ remanerent, ac functiones fiscales penes d. D. Garsiam, prout Rex mandabat, & quòd postquàm non sciebatur residuum, non poterat habere locum retentio seu in solutum datio functionum fisca-
8 lium. Nam ex prædictis responderi potest, † declarationem, vel liquidationem non requiri ad finem transferendi dominium, sed ad finem liquidandi pretium, quod quamuis à contrahentibus ignoraretur, nihilominus in rei veritate certum erat ex prędictis. Item respondetur, decretum latum per Regiam Cameram sub dicto die 8. Martij, 1569. tollere difficultatem; quamuis enim Rex iussisset facta liquidatione, seu declaratione pretij, terras debere liberè peruenire in dominium D. Garsiam, nihilominus Regia Camera decreuit ab eo die, D. Garsiam esse dominum, & ei non debere currere introitus ad rationem duc. nouem pro centenario, prout D. Garsias tenebat cum pacto de retrouendendo, sed tantummodo fructus terrarum in minori summa consistentes. Nunc si Regia Camera hoc declarauit, succedit dispositio Regis volentis, quòd quando pretium non sufficeret, remanentibus Terris liberis domino Don Garsiæ, remanent ei functiones fiscales, quemadmodum igitur in beneficium Regij Fisci Regia Camera hoc declarauit, ita etiam declarandum est in
9 beneficium D. Garsiæ. † non enim debent actor, & reus ad imparia iudicari, *l. fin. C. de fruct. & lit. expen.* Et si dicatur, ignoratur residuum, quod ex pretio Terrarum deberet remanere, idem dicitur ex parte Don Garsiæ, quod ignorat & ipse pretium, quod soluere debet: quia igitur ad nihilum ignorantia hæc ex iuris dispositione deseruit, idcircò de ea non videtur curandum. Prætereà si pretium harum Terrarum ascendit ad summas debitas tàm pro primo pignore, quàm pro mercede, seu gratia, ac mutuo, non ne fuisset impeditus cursus solutionis interesse ad rationem ducatorum

nouem

nouem pro centenario etiam respectu mutui? certè sic postquàm ergo non ascenderet ad hanc summam, seruanda est æqualitas.

Nec obstat, quòd ante liquidationem non potuisset dominus Don Garsias petere functiones fiscales, seu cautelas pro eis, quia vltrà quòd in casu, de quo agitur, ipse retinebat, & Rex iubet, vt retineat, & sic non erat necesse agere, & faciliùs datur retentio, quàm actio, nihilominus dico, quòd agere poterat, quòd facta declaratione, declaretur, quando pretium non sufficeret, functiones fiscales prædictas posse retinere in causam
10 mutui prædicti: † datur enim multoties actio licet non detur exactio, vt latè per Io. Crotum *in repet. l. si constante, in princ. ff. solut. matrim.*

Nec similiter obstat non esse expeditas prouisiones per Illustrissimum Proregem eidem Illustrissimo Proregi expediri iussas, quia hæc tendebant in fauorem Don Garsiæ, & in eius odium non sunt retorquendæ.
11 † Item dominium transfertur per contractum cum Principe sine traditione, & maximè quando per executionem negocij dat executiones secundùm Bald. *in cap. 1. de no. for. fidel.* Et ex ijs per Regiam Cameram Summariè cum interuentu Dominorum Ioannis Andreæ de Curtis, Sacri Consilij Præsidis, ac Iacobi Anelli de Bottis, & meo fuit decisum in fauorem dicti Illustris. Don Garsiæ in Regio Collaterali Consilio, vbi aderant Domini Regentes, Reuerterius, & Salernitanus, de mense Ian. 1572.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 5. Adde Surd. *in dec. 80. num. 2.*

Num. 7. vide si conferunt scripta per Bar & alios *in l. si quòd ex pamphila. ff. de leg. 2.* & Afflict. *in decis. 3.* Vrsil. *in decis.* Afflict. 23. *num. 9.* Magon. *in dec Floren. 32. in fin.* vide omnino eumdem Surd. *decis. 81. numero 13. & sequ.*

Num. 11. vide omnino D. Carolum Tapiam nunc Reg. Consiliar. omni eruditione, ac scientia insignem *in rubr. ff. de const. princip. fol. 9. num. 12.* & Nattam *in cons. Alex. 3. in addit. qua incipit donationem lib. 5.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Pretij certitudo non solùm intelligitur, vt in decisione ista, verùm & si dicam, vendis mihi talem rem quanti valet, si vendens dicat vendo, & num. 3.*
2 *Iudex potest pretium declarare.*
3 *Item quando fit venditio pro pretio declarando per eligendos, vnum ab emptore, & alium à venditore, & num. 3.*
4 *Item quando fit venditio pro certo pretio, & illo pluri, quod æstimabunt duo amici communiter eligendi.*
5 *Circa mora ampliationem, & distinctionem plura remissiuè.*
6 *Priuilegium l. fin C. de fruct. & lit. expens. & alia ad ornatum remissiuè.*
7 *Si vnus ex litigantibus sportulas non soluit in curia, ex priuilegio litigans cum eo etiam à soluendo excusabitur.*
8 *Mulier si criminaliter agat per procuratorem efficit, vt accusatus etiam per procuratorem possit comparere.*
9 *Per traditionem purificantur conditiones.*

AD istam decisionem 23. vltrà ea quę scripsi *ad §. primum, in allegata l. hac venditio,* breui, dante Deo, cum alijs annotatis imprimenda, adde tu, quòd † non modo pretij certitu-
1 do intelligitur, vt in hac decisione, verùm etiam si dicatur, vendidi talem rem quantum valet mihi, si ven-
2 dens dicit quòd sic, quia † iudex potest pretium declarare. Item quando fit venditio pro pretio declarando
3 per duos eligendos, † vnum ab emptore, & alium à
4 venditore. † Item quando fit venditio pro certo pretio, & illo pluri quod æstimabitur per duos amicos communiter eligendos. Ita hos omnes casus considerauerunt Decius *cons. 648. incip. pro resolutione, in secundo casu.* Socinus iunior *consil. 47. 1. volum.* Cæsar Vrsillus *ad Afflictum dec 83. num. 6. & sequenti.* Mascardus *de probationibus,* latissimè post Fabianum de Monte *in conclus. 995. & sequentibus in libro de probationib.* Nouissimi *in §. pretium autem, Institutionib. de emptione,* Antonius Gomez *textualis Hispanus doctissimè in li. 2. variarum, in titulo de emptione num. 9. ver. & adde,* vbi infert ad plures casus in facto notandos tota die, & nouissimè Petrus Surdus oculatissimus vir, *in dec. Senatus Mantuani 82. incip. Antequàm Senatus,* latissimè. Ad numerum tertium ad intra numerum 6. & quæ ibi dico, & vide *infra decis. 292. in fine.* *Ad numerum*
5 *sextum, de mora.* Circa † ipsius ampliationem, & restrictionem, vide Duennam *in libr. Regularum. Regu-*
6 *la 181. Ad numerum nonum* † *de l. fin. & eius priuilegio,* adde Ioannem de Amicis *in consil. 92. incip. in Dei*
7 *nomine,* vbi dicit † quòd si vnus ex litigantibus sportulas non soluit in Curia ex priuilegio, litigans cum eo etiam à soluendo excusatur, & Grammat. *in Constitu-*
8 *tione, Generalia iura,* dicit decisum quòd † muliere criminaliter agente per procuratorem virtute dictæ Constitutionis, continet etiam accusatum in priuilegio. vt per procuratorem possit comparere, & vide infra à Præsidentem *decis. 144. num. 3. ibi:* quia non debetur: Et ad illud, quod dixi in principio huius decisionis, & *num. 3.* de pretij certitudine, adde nouissimè pro intellectu *dicti §. 1. in l. 3. §. hæc venditio ff de contrahenda emptione,* Fabianum de Monte *in tract. de emptione, & venditione, in 5. quæst. principali, nu. 33.* vbi communem. Iason *in l. fin. num. 12. ff de condictione causa data,* quòd nulla sit venditio, quòd sit valida, concludit Pinelius *in l. 2. in 1. par. Rubrica capite 1. num. 1. & 3.* & latè disputat, pro, & contra, Fachineus nouissimè, *in lib. 2. Controuersiarum iuris, capite 1.* vbi ponit tres quæstiones circa pretij certitudinem. Alia vide ex Ariminno Tepato *in libro secundo variarum iuris sententiarum tit. de emptione.* Quòd autem per traditionem
9 purificentur conditiones. Paul. † Castren. & Angel. *in l. 2. C. de pericul. & commod. rei vend* Decius *cons. 179.* Curt. iun. *cons. 7.* Afflict. *dec. 399.* Capic. *dec. 14. numero 10.* Couarru. *libr. pract. quæstion. cap. 3.* prout in hac *decisio. num. 9.* & hæc est vera ratio huius decisionis, licèt ex Prouisione suæ Maiestatis Catholicæ ex natura ablatiuorum absolutorum, & ex natura contractus conditionalis, secus esset, ex *l. quod sæpè, §. in his, ff. de contrahen. empt.* Ad hanc decision. Adde Paul. & Bald. *in l. sicut. C. de actio. emptio.* Afflict. *dicta decisio. num. 6.* & Cephalum *cons. 36. num. 22. volum. 1.*

ADDITIO D. RICII.

DOminium redditiuum, seu functionum fiscalium datorum insolutum transit in creditorem etiam ante liquidationem ipsorum, hoc concludit. Adde A Ponte *in tracta. de potest. Proregis tit. 7. §. 4. num. 19.* & dominium terræ an censeatur translatum creditori per consignationem terræ factam per Curiam pro eius credito non aliter facta a iudicatione, nec appretio fuit per Regiam Cameram iudicatum translatum esse dominium terræ pro tribus mille ducatis habito respectu ad illius valorem tempore consignationis, Anna *allegat. 104. sub num. 17.* & num dominium terræ, seu casalis censeatur translatum creditori, si in sententia fuerit dictum, quòd adiudicentur fructus terræ, & quòd possit locare, dislocare, & manu sua fructus percipere, & quòd conductores, & affictatores recognoscant in dominum, & proindè assistentia præstetur super fructibus in forma, qui posteà fuerunt adiudicati

ad ra-

ad rationem octo pro centum præuia æstimatione siue appretio fuit decisum esse translatum etiam dominium terræ, & ob id conuentus absolutus Ann. *allegat.* 104.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Venditio Terræ cum annuis introitibus fiscalibus ad rationem tanti pro quolibet foculari pura indicata est, & corroboratur, decisione* Afflicti *non expensa, num.* 2.

3 *Argumentum contrarium præstat* Sabini, & Cassij *sententia in* l. quod sępè, §. ergo si grex, ff. de contrah. empt.

4 *In venditione conditionali si res fiat deterior pendente conditione num deterioratio cedat damno emptoris.*

1 Pvra numquid sit, vel conditionalis venditio terræ cum introitibus fiscalibus pro pretio iuxta liquidationem introituum faciendam ad rationem tanti pro centenario disputatum extitit, & pura habita est, & compilauit etiam decisionem R. Reuert. *in dec.* 147. & in casu isto scripsit Camill. de Medic. *cont.* 32. argumenta desumpta sunt ex text. *in l. hac venditio*, §. 1. *ff. de contrab. empt.* vbi si emptus est fundus à Titio quanti ipse emit, vel quantum pretij sit in arca valet emptio, & subdit Iureconsultus, nec incertum est pretium in tàm euidenti venditione, & ibi Albericus pretium esse certum in rei veritate, quamuis ignoretur à contrahentibus, prout conditio de præterito, vel de præsenti non suspendit actum, etsi nesciatur à contrahentibus, vt si fiat promissio si Rex Parthorum viuit, *l. cum ad præsens cum seq. ff. si cert. petat.*

2 Præstereà stabiliri potest, & concinnè ex Afflict. *dec.* 399. vbi in venditione vini, quod est in tali cellario ad rationem decem solidorum pro qualibet salma decisum fuit mensuram non venire ad substantiam, sed ad declarationem solius pretij, & sic contractum esse perfectum in inspecta veritate, sicut quando contrahitur sub conditione de præterito, licèt de existentia talis conditionis incerti simus ex Bar. *in l. sicut*, *C. de act. empt.* & Vrsillus sequitur eamdem conclusionem, resumens venditionem rerum consistentium in pondere, numero, & mensura fore perfectam etiam quoad periculum quando fuit venditum totum corpus, vt si facta esset venditio de toto vino, quod est in cellario ad rationem tanti pro salma secus cum vendita essent tot barilia ex tali dolio addo Larream *dec. Granat.* 11. *num.* 13. Bart. *in l. Iulianus*, §. *Stichus*, *ff. de act. empt. & in d. l. sicut*, *& decisio Afflicti* hic non fuit expensa.

3 Argumentum autem contrarium præstat essentia contractus rerum consistentium in pondere, numero, & mensura, vt non sit perfecta venditio, nisi cùm singula corpora admunerata mensurataue fuerint, *l. quod sæpe*, §. *in his*, *& §. ergo si grex*, *ff. de contrahend. empt.* vbi si vniuersaliter vendatur grex ad rationem tanti pro quolibet capite, refertur sententia Sabini, & Cassij volentium, ut non perfecta censeatur venditio, nisi cū singula corpora numerata fuerint: ratio est manifesta, quia ex forma conuentionis venditio videtur fieri ad numerum, & non ad corpus, prout quando in primo exemplo venditur res pro pretio quod est in arca, nam tunc pecunia locum habet speciei, *l. planè*, §. 1. *& l. sed & si certo*, *& l. si seruus legatus*, § *qui quinque*, *ff. de legat.* 1. *si certos*, *ff. de verb. oblig.* & pro hac opinione Couartu. *pract. qq. cap.* 3. & ex d. §. *in his* firmat Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 19. *num.* 39. non sufficere pretium esse certum in rerum natura, sed requiri etiam esse certum apud nos vndè altiùs puto philosophandum in proposita materia, possessionis traditio benèuerùm suppleret mensuram, ut latè Vrsill. ad Afflict. *dec.* 280.

4 In venditione conditionali si res conditione pendente fiat deterior, emptoris damno cedit deterioratio si res in totum non sit perempta, *l. necessario* §. *sanè*, *ff. de peric. & commod. rei vend.* D. de Marin. Reuert. *vbi supr.* at sciendum quòd Cuiacius *in l.* 33. *ad edictum Pauli* tradit d. versiculum non inueniri in aliquib. Codicibus, & Ant. Fab. *in ration. ad d. tex. lit. F.* firmat Iureconsultum, non constanter referre periculum emptori, sed dubium, & incertum ex text. *ibi potest dici*, & aduertit Larrea *de Granat.* 15. & 69. prima nihilominus sententia passim recipitur.

Ad ornatum decisionis videndi sunt R. Sanfel. *decis.* 108. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *cap.* 124. *a num.* 59. vbi copiosè cum responsione ad contraria.

SVMMARIVM.

1 *Consuetud. Neapolitana, sed si morienti, quoad subingressionem respectu lineæ transuersalis extenditur etiam ad fratres patrueles, amitinos, & consobrinos, & eorum filios, non autem vltra eos, vt n.* 3.

4 *Consuetudinis talis, ratio inductiua fuit, vt bona conseruentur in familia.*

4 *Consuetudo nulla in libro consuetudinis Neapolitanæ reperitur, quæ corrigat aliam.*

6 *Subingressio in linea transuersali non datur, & de iure consuetudinario, & de iure communi, nisi de successione patrui tractetur cum num. seq.*

7 *Neapodani doctrina in consuetud. si quis, vel si qua in prima gl.* 1 *col. verf. item de linea declaratur.*

8 *Intestatus decedens proximiorem diligere censetur.*

9 *Successio. an in stirpes, vel in capita detur ijs, qui non admittuntur iure subingressionis.*

10 *Subingressio vbi est, ibi datur successio in stirpes.*

11 *Virilem habebit is, qui succedit alicui ex propria persona.*

12 *Consuetudo Neapolitana incip. Quod autem, declaratur.*

13 *Fœmina non obstante consuetudine, quòd stantibus masculis fœmina non admittantur, quando succedant cum fratribus.*

DECISIO XXIV.

Ius subingressionis, respectu lineæ transuersalis competens ex consuetudine Neapolitana non datur vltra filios fratrum consobrinorum.

De iure consuetudinario Ciuitatis Neapolis, in linea transuersali clarum est, dari subingressionem, quando moriente fratre, superfunt, vna cum alio fratre viuo nepotes, vel pronepotes, & deinceps, secundùm consuetudinē.

1 *Sed si morienti*, † quod etiam procedit, quando moreretur frater patruelis, amitinus, & consobrinus, superstite alio fratre patruele consobrino, & amitino, vna cum filijs alterius fratris patruelis, consobrini, & amitini, ut declarat Neapod. *in eadem consuetudine in versic. quod autem dictum est.* Sed dubitatum fuit, quid in alijs fratribus existentibus in vlterioribus gradibus, ut erat in isto casu, in quo mortuo Fabio Lembo, erant superiores fratres sobrini uulgo dicti fratres tertij, & filij istorum fratrum sobrinorum tex. *in consuetudine, quod autem videtur loqui generaliter*, *ibi intelligendum est de alijs in vlterioribus gradibus, existentibus agnatis, vel cognatis*, & tex generaliter loquens generaliter est intelligenda, *l.* 1. § *generaliter*, *ff. de legatis præstandis*, etiam quando loquitur per verbum plurale, alijs in vlterio-

riotibus gradibus existentibus. Item colligitur ex vers Neapodani *in consuetud. Si quis, vel si qua, in 1. glos. comm. vers. item de linea collaterali*, vbi dicit, in linea collaterali dari subingressionem in infinitum, sicut in linea descendenti secundùm ius municipale, allegat dictam consuetud. *sed si morienti*. Faciunt verba eiusdem Neapod. *in dicta consuetudine, quod autem in verbo alijs*, in finalibus verbis ibi, *idem in fratribus consobrinis, & eorum descendentibus*, & pro hac opinione facit † quia consuetudines prædictæ factæ sunt, vt bona in familia remaneant plenè Socin. *cons. 30. 4. colum. vers. circa quartum, volu. 1. & cons. seq.* Curt. iun. *cons. 150.* Sacratissima 1. *col.* quæ ratio procedit tàm in beneficium magis coniunctorum de linea, quàm remotiorum. D. de Ponte *cons. 39. num. 12. vers. nec sumus.*

Quibus non obstantibus Sacrum Consilium in causa prædictorum de Lembo iudicauit contrarium, † scilicet subingressionem non dari vltrà filios fratrum consobrinorum, sic intelligendo consuetudinem prædictã. Ita enim illam intelligit ibi Neapod. *in dicto verbo, quod autem* dum dicit, quòd ibi dubium oriebatur, quia appellatione fratrum continentur, qui propagantur ex vtroque parente, vel altero tantùm, de alijs fratribus existentibus in vlterioribus gradibus, scilicet patruelibus consobrinis, & amitinis, si vnus ipsorum moritur superstite alio fratre, & filijs descendentibus ex alio fratre, an cesset prærogatiua gradus, sicut dictum est in alijs fratribus, qui sunt in secundo gradu, & eorum descendentibus? Et respondetur, secundùm eum, quòd illud, quod dictum est in fratribus simpliciter prolatis, qui sunt in secundo gradu, dicendum est de alijs existentibus in quarto gradu, & sic vlteriori. Idem Neapod. *in eodem textu, in verbo alijs*, dum ponit exemplum ad illum textum, in fratribus patruelibus, consobrinis, & amitinis, qui sunt in quarto gradu, subdit, quòd si dicta consuetudo intelligeretur in omnibus agnatis, & cognatis, vt cesset prærogatiua gradus, *vers. sed si morienti corrigeret consuet. præcedent. in principio*, quia vocat proximiores, & sic totum secundum
4 ordinem succedendi, quòd est falsum omninò, † quia nulla consuetudo sit in hoc paruo volumine, quæ corrigat aliam, quia consuetudines corrigendæ, fuerunt detractæ ab ista compilatione, licet aliquæ fuerint additæ ad declarationem, non ad correctionem, quod etiam idem Neapod. dixit *in dicta consuetudine, si quis, vel si qua, in 1. gl. in vers. quaro modo*. Ex quibus
5 dictis Neapod. sumit conclusionem, † quòd in toto secundo ordine succedendi iure, scilicet proximiorum, habet locum prærogatiua gradus, præterquàm si defuncto supersunt frater carnales, & descendentes alterius fratris præmortui: nam isti succedunt sine prærogatiua gradus, *vt in §. sed si morienti*, idem subdit in fratribus consobrinis, & eorum descendentibus, vt in hac consuetudine, idem dicit Neapod. *in vers. sed si morienti, in princ. & in consuet. si quis, vel si qua, vers. oppones*, vbi dictas consuetudines, sic interpretatur. Quæ interpretatio iuris communis auctoritate robo-
6 ratur, quo dispositum est, † subingressionem in linea transuersali non dari, nisi quando tractatur de successione patrui, *auth. post fratres*, vbi Bart. *C. de legitim. hæred.* plenè per Dec. *cons. 1.* cuius iuris communis correctionem, quantum minus possumus, facere debemus, iuribus vulg. Item confirmari potest, quia consuetudines istæ disponunt eodem modo quo verisimiliter disponeret decedens ab intestato, quia ab intestato decedens videtur se conformem reddere cum dispositione iuris communis, *vt in l. si quis cum nullum, & l. conficiuntur, ff. de iu. codic.* Ex cuius iuris communis dispositione vocatur ad hæreditatem qui in gradu proximiori reperitur, qui etiam censetur magis a moriente dilectus, & reuera, si opinio, quòd detur subingressio in infinitum, esset vera, *consuet. si quis, vel si qua*, in eo, in quo vocat proximiores, esset superflua, cùm sufficiebat facere consuetudinem dicentem, decedenti ab intestato sine liberis in bonis, quæ obuenerunt à linea paterna, succedant coniuncti ex dicta linea, siue proximiores sint, siue non, & in bonis, quæ peruenerunt ex linea materna, succedant coniuncti ex illa linea, non attento gradu proximitatis, & iura abhorrent superflua, *§. quibus in prima constit. C.* Et hanc opinionem sequitur D. de Ponte *in cons. 39. num. 17.* vbi hanc decis. meminit.

7 † Nec Neapod. *in locis, in quib. allegatur*, dicit contrarium: in principio. n. consuetudinis, *si quis, vel si qua* dicit illa verba discurrendo non autẽ decidendo, prout facit in proprio loco, & allegat dictũ *vers. sed si morienti*, vbi se declarat, *in gl. in vers. alys in fin.* Nec similiter contradicit, quia illa verba (in fratribus consobrinis, & eorum descendentibus) intelliguntur de descendentibus ipsorum fratrũ consobrinorum immediatè, idest de filijs ipsorum, quia aliàs Neapod. sibi ipsi contradiceret in eadem q. Item quia si ipse intelligeretur de omnibus descendentibus, non oportebat ponere regulam quòd in toto secundo ordine habet locum prærogatiua gradus. Nec obstat, quod dicebatur, eamdem rationem conseruandorum bonorum in familia obtinere etiam respectu coniunctorum existentium in vlteriori gradu. Quia quando sumus in correctorijs, (vt est casus noster) etiam ex identitate rationis non fit extensio, vt per Doctor. *in l. si verò, §. de viro, ff. solut. matrim. & in auth. quas actiones, C. de Sacrosanct. Eccles.* Item contradicit huic rationi præsumpta voluntas decedentis
8 ab intestato, † quia quis censetur magis diligere proximiorem, quam in gradu remotiori existentem, *l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2. cum concord.* per Brun. *in tractat. Quod stantibus masculis, 13. art. principali, 4. qu.* Et ex istis fuit, secundùm hunc opinionem in hac causa decisum, licèt aliquibus ex Dominis contradicentibus.

Nec decisiones Neapodani supra allegatæ tergiuersari possunt, dum dicitur, quòd loquatur, quando tractaretur de successione ascendentis transuersalis tantùm, quia Neapod. *in d. consuet. si quis, vel si qua*, dicit, hunc intellectum esse alium, quia ordo succedendi positus in illa consuetudine, est valdè generalis, & comprehendit omnes lineas.

9 Secundò in hac causa fuit dubitatum, † an omnes isti, qui tamquàm proximiores in gradu admittebantur, non data subingressione, deberent succedere in stirpes, vel in capita? super quo magna Curia pronunciauit debere istos in stirpes, non in capita succedere. Et videbatur, quòd isti fratres sobrini, vulgò dicti fratres tertij, succederent in stirpes, & non in capita, *ex text. in §. si verò neque in auth. de hæred. ab intestat.* per quem tex. ita tenet Cyn. *in auth. cessante. C. de legit. hær.* hanc opinionem esse veriorem dicit Neapod. *in d. vers. sed si morienti, in gl. in ver. in stirpem, vers. illud autem, num. 276* quam etiam vt veriorem sequitur Bartol. *in l. post consanguineos, §. hæreditas, ff. de suis, & legit.* Ang. *in tract. de testam. in mat. successionis ab intestato, in 3 artic. princ. num. 14.* Nico. de Vbal. *in eod. tract. in eo. nu. 3. part. princ. vers. circa hoc quaro.* Mathes. *in eo. tract. in 3. artic. princ. de succ. agnat. vel cognat. 12. vers. Secundò dubitatur*, & apostilla ad Rolan. *in eo. tract. num. 15. vers. si autem contingant.* Et sic de iure communi videtur, quòd isti fratres secundùm vsualia verba fratres tertij appellati, debebant succedere huic Fabio in stirpes. Idem videtur esse de iure consuetudinario, ex verbis Neapod. *in d. glos. vers. alys, dicto vers. quòd autem ibi, sed si vis intelligere.* Idem Neapod. *in consuetud. si quis, vel si qua. num. 140. vers. sed pone decessit*, quærit, an succedant in stirpes: Respondet, dic vt dix. infra in *sequen. consuet. & in § si verò neque in auth. de hæred. ab intest.* qui textus allegatur pro opinione Cyn. idem Neapod. *in consuet. si moriatur in ver. in stirpem num. 22. & in §. sed si morienti, num. 278. vers. 4. est hoc ius municipale.*

Quibus non obstantibus Sacrum Consilium iudica-
10 uit contrarium ex regula clara, † quòd ibi datur successio in stirpes, vbi est subingressio, quòd fit ad releuandum patruos in quorum præiudicium filij alterius fratris

nis actus 2.*colum. vers. numquid autem presbyter*, & indistinctè iudicatur contrarium, & hæc opinio tantò magis tenenda est, ne Clerici, qui non haberent vnde viuerent, retraherentur à Clericatu, quæ ratio ponderatur religionis fauore, *in cap. in præsentia, de prob.* & etiam tenenda esset in dubio fauore alimentorum, quorum causa fauorabilis est, *l. Mela, in princ. cũ gl. in versic. non sic. ff. de aliment. & cibar. legat.* & pia causa dici potest, vt declarat Afflict. *dec.* 252. *vers. dico*.

Prætendebatur etiam in liquidatione huius vitæ, & militiæ, esse habendam in damnum secundogenitorum rationem de adohis, quæ soluuntur, quę grauiores sunt, ex quo liquidatio introituum Amatricis est de nouo facta: de hoc dictum fuit, non debere dubitari, post-
11 quàm de iure est clarum, † onus adoharum spectare
ad primogenitum dominum feudi, apparet ex dictis per Afflic. *in dec.* 252. Vbi licet non decidat, dicit tamen ex dictis per eum apparere de veritate, plenissimè ponit Loffr. *in sua paraphrasi, in §. firmiter. de probib. feu. alie.* per Feder. & post prædictos Tiraquel. *in tract. de iure primogen. in qu.* 74. vbi loquitur per eadem verba, quæ Afflict. Capic. *in inuest. feu. in verbo, feuda adobant, colum. pen. vers. & fratres*, qui refert ita fuisse iudicatum per Regiam Cameram in causa filiorum, & hæredum Iacobutij de Alexan. quam etiam opinionem tenet D. Ludouicus Molina post hanc decisionem impressus, *lib.* 1. *de Hispan. primogen. cap.* 27. *vers. idque adeò verum est nu.* 9. *fol.* 194. Et Beat. *in trac. de decim. tut. præseruanda de iure Hispan.* 19. *num.* 13. *fol.* 252. licet nouissimi Campani *super ca. Regni, alienationis actus*, 1. *colum. vers. an autem, fol.* 269. contrarium teneant. Vnde ex prædictis iudicatum fuit, me referente, onus adoharum integrè cedere in damnum primogeniti, & fuit facta liquidatio vitæ, & militiæ, habita ratione in numero filiorum de persona Cardinalis. Scanapecus Actuarius. vide Marinum Frecc. *de subfeud. in* 5. *author. vers. an in præstatione serui fol.* 200. *in prima impres.* & Iac. de Gello *in suo Compendio. C. & aduertendum est quòd propter onus*.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 6. Adde latissimè Anton. Gabr. *in tit. de legitima conclus.* 8. post Afflict. *dec.* 178. *in* 2. *dubio*, & Gramat. *dec.* 57. *num.* 27. *& seq.*

Num. 9. Adde D. Annam modern. *in cons.* 6. *num.* 28. *cons.* 120. *num* 3. & Doctissimum Menoch. *in cons. seq. inter prædicta consilia*, qui ambo allegant hunc locum, & nouissimè Doctissimum D. de Ponte *de potestate Proreg. fol.* 324. *num* 31. *& seq.*

Num. 11. Adde eumdem Ann. *cons.* 4. *num.* 56. *& ad hanc decis.* vide eumdem *in cons.* 75.

In eodem num. ibi causa filiorum, Adde Gramat. *in decis. Afflict.* 252. *& add. ad Napod. in consuetu. quòd si aliquis fol.* 218. *in nouis, & quid in releuio, vide ibid.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus si secundogenito præbendam, dignitatem, vel quid simile conferri procurat æquivalens vitæ militiæ non tenetur ampliùs eidem secundogenito vitam militiam præstare.*
2 *Adoha fructibus feudi debetur.*
3 *Et loco seruitij succedit.*
4 *Et soluitur deductis deducendis.*
5 *Sed feudum non possunt habere surdus, mutus, vel aliter imperfectus.*
6 *Vnde vita militia debetur huic primogenito qui feudum non potest habere ex infirmitate.*
7 *Vtrum vita militia debeatur Cardinalibus, & alijs Prælatis, & Clericis.*
8 *Generalis renunciatio quando valeat ad excludendum legitimam.*
9 *Vita militia loco legitimæ succedit, & sic paragium.*
10 *Vita militia non est loco portionis à qua secundogenitus excluditur in feudo, & soluta semel ampliùs non debetur, & non debetur in linea transuersali.*
11 *Adoha integrè solui debet per filium primogenitum succedentem in feudo.*
12 *An proprietarius, vel vsufructuarius soluat adoham.*
13 *Adoha quanta sit hodie, & quomodo soluatur.*
14 *Inueniendæ veritatis ratio expostulat, vt sæpè distinctio fiat vt veritas inueniatur.*
15 *Proprietarius an vsufructuarius omnium bonorum teneatur ad debita.*
16 *Vxor relicta vsufructuaria omnium bonorum an petat etiam dotem.*
17 *Scripturæ debent esse penes proprietarium, non vsufructuarium omnium bonorum.*
18 *Secundogenitus ad quæ teneatur.*
19 *Primogenitus an possit consentire quòd secundogenitus inuestiatur de feudo in præiudicium omnium.*

1 AD hanc decisionem vicesimam adde † quòd
si primogenitus secundogenito præbẽdam,
dignitatem, vel quid simile procurat æquiualens vitæ militiæ, quòd non tenetur ampliùs eidem fratri secundogenito vitam militiam præstare, textus est *in l.* 1. *§. sed scimus C. de latina libertate tollenda*, vbi Bal. & ita concludit per plura, Prosper Carauita *ad Afflict. dec.* 137. *in versic. ibi tamen Domini de concilio*, vbi allegat, etiam Alex *in l. alimenta, C. de negotijs gestis*. Adde de hac Decisione omninò Consiliarium Anna, *cons.* 4. *num.* 55. 1. *volum* qui concludit,
2 † adoham de fructibus feudi deberi, quæ licèt loco ser-
3 uitij succedit, † soluitur deductis deducendis, & ibi
4 plura de vita militia, † adoha, & alijs, & sic *cons.* 3. *à
num.* 6. *ad num.* 27. & multa ponunt Moderni *in tractatu de iure adohæ*, & Petrum Gregorium Mastrillum *de vita militia*. Ad hanc decisionem etiam addo
5 quòd † cùm feudum non possint habere surdus, mutus,
vel aliter imperfectus, vt fuisse decisum, pro Hieronyma Caracciola Principissa Sancti Seuerij, contra Victoriam Caracciolam Comitissam Castri prætendentem partem Ioseph Caraccioli eius fratris, muti, surdi, & imperfecti per S.C. in Collaterali refert Regens. Tappia in *eius opere de iure Regni Partenopes, in titulo de officialibus in Regno statuendis in ca.* 35. *Caroli secund.*
6 *incip. item potestati. fol.* 116. 1. *colum.* † Dubium non est
quòd vita militia tantò fortiùs debetur primogenito, qui rationabiliter feudum refutat ex infirmitate in casu, meo quidem iudicio, & latiùs allegationes adducens loquitur de hoc idem Tappia. 13. 127. *& sequ.* de hoc de vita militia, vide Campaniam *in Capitulo Re-*
7 *gni Alienationis*, & quæ ego dico *infra dec.* 76. † vtrum
vita militia debeatur Cardinalibus, & alijs Prælatis, & Clericis. Bammacarius in *cap. qui Clericus, si de feudo*
8 *defuncti*, & vide quæ dixi suprà *dec.* 1. *n.* 39. † *Ad num.*
6. Adde omninò eumdem Præsidentem infra *dec.* 522. *incip. decessit, num.* 22. qui idem ad quam dico, & Marantam *disputat.* 10. sed quando generalis renunciatio valeat ad excludendam legitimam, Crauetta *consil.* 1. *pro genero num.* 27. Menoch. *cons.* 71. *volum.* 1. Roland. *cons.* 70. *num.* 40. *volum.* 2. *Ad num.* 7. Adde de æquatione vitæ militiæ, & legitimæ, vide, quę dico *in dec.* 61. latissimè, & omnino videnda, & supra *dec.* 1. *num.* 39.
9 vbi dico, & † vita militia loco legitimæ succedat, &
10 sic paragium, † quòd & ipsa vita militia non sit loco
portionis, à qua secundogenitus excluditur in feudo, & soluta semel ampliùs non deberetur, & quòd non debeatur in transuersali Consiliarius Anna *cons.* 6. *incip. quæ num.* 3. & idem Doctor Bammacarius *quæst.* 6. *in cap. omnes filij si de feudo defuncti militis*, & ego dixi in tractatulo *de vita, & militia latè* post omnes. Ad
11 *numerum* 11. quòd † adoha, quæ vulgariter vocatur,
adduco pro intelligentia, quòd integrè solui debeat per

fil ium

filium primogenitum succedentem in feudo, sic expres-
12 sè decidit Pisanellus *dec. Mazzei* 252. † an proprieta-
13 rius, vel vsufructuarius soluat adoham , † & quanta
sit hodie adoha, & quomodo soluatur. Addentes ad
Capicium *in dec.* 184. Regens Tappia in *pragm.* 17. *in-
cip. declarandum duximus, sub titulo de officio procu-
ratoris Cesaris N.* 208. & nouissimi Scribentes in pri-
mo libro diuersorij iuris feudalis post alios latissimè ,
14 vbi distinguit, & distinctione facta decidit, † & vero
inueniendæ veritatis ratio expostular, ut semper distin-
15 ctio fiat vt veritas inueniatur, † & an vsufructuarius
omnium bonorum teneatur ad debita, vel proprieta-
rius, latissimè Ioannes Coppensis *in quæstionibus Sa-
xoniæ, quæst.* 42. *incip. cuius quæstionis*, & Præsiden *in-
16 fra decisione sua* 483. ad quam dico. Et † quid si vxor
relinquitur vsufructuaria omnium bonorum, an petat
etiam dotem, Gratianus nouissimè *dec. Marchiæ* 47.
incip. fructus bonorum, & quòd vsque dum viuit pro-
17 prietatius † scripturæ debent esse penes ipsum & non
18 vsufructuarium *infra dec.* 386. & † de secundogenito
19 ad quod teneatur, & an † primogenitus possit consen-
tire quòd secundogenitus de feudo inuestiatur in præ-
iudicium omnium, Paulus Fuscus *Singulari* 122. *&*
123. *in Singularibus suis doctè. Ad num.* 5. *de æquatio-
ne vitæ militiæ*. Adde infra *dec.* 61. *num.* 3. & Consil.
Anna *cons.* 75. *numero* 121. *& cons* 6. *num.* 3. Pet. Greg.
in tract. de vita militia, quæst. 2. vbi latissimè Mastril-
lus, & Nicolaus Anton. Gizzarellus *decis.* 1. *manu-
scripta*.

ADDITIO D. RICII.

PRimogenitus effectus clericus licet excludatur à feudo, non tamen excluditur à vita militiæ hoc dicit: patet ex hac decis. quod clericus est incapax successione feudi ex tex *in cap.* 1. *in fin. de milit. vassal.* Afflic. *dec.* 320. *num.* 1. Freccia *de feud. tit.* 2. *in c.* 39. vbi affirmat se vidisse iudicatum iuxta hanc opinionem. Mysinger. *obseru.* 48. *cent.* 5. referens hanc opinionem obseruare Cameram Imperialem, Duen. *regul.* 103. Nouar. *de elect. fori q.* 34. *sect.* 1.

Amplia primò monialem tamquàm personam ecclesiasticam excludi à successione feudi, Afflic. *dec.* 320. *n.* 11. dicit quòd nec monasterium hoc casu succedere poterit ex persona ipsius monialis , Cuman. *cons.* 167. Bambaccar. *in ca.* 1. *§. clericus n.* 146. *si de feud. defunct.* dicit quòd licèt Minadoia varijs argumentis, & rationibus conatus fuerit contrariam opinionem defendere nihilominus non potuit obtinere, prout testatur ipsemet Minadoia *in const. sancimus, in verb. aliquib. in* 3. *notab. a n.* 59. *vsque ad n.* 58. & quando feudum träseat in monasterium vassallo facto Monacho, vide Afflict. *ad Vrsill. ad dec.* 320. & Lanar. *in cap. in præsentia de probat.* quòd non transeat in Monasterium intelligitur, quando pro eo præstatur seruitium personale , secus si seruitium reale, quia tunc viuente feudatario retinebit monasterium quoad commoditatem, Bal. *in c.* 1. *n.* 2. *de vassal. qui arm. bellic.* deposuit Ruin. *cons.* 42. *n.* 9. *vol.* 1. Nouarius *de elect. fori d. q.* 34. *num.* 4.

Et id quod diximus, quòd Clericus per modum successionis in feudo succedere non potest, neque illud retinere, declara non procedere, quando inuestitur tamquam vocatus ex veteri inuestitura, vel de nouo intelitur, Cacher. *dec.* 23. *num.* 14. Sed an milites Hierosolymitani succedant in feudo *ibidem num.* 18. & Anna *singul.* 207 dicunt quòd non, sequitur Menoch. *de arbitr. Iud. casu* 231. *num.* 4. vbi distinguit, quando Clericus non succedit in feudo, & in quibus casibus Clericus beneficiatus non possit retinere feudum, tradit Anna *allegat.* 98. *num.* 3. Cassan. *consuet. Burgund. tit. des fiede. §.* 5. *glos.* 4. Natta *cons.* 600. & Menoch. *cons.* 181. *num.* 71. & 95. *lib.* 2.

ADDITIO D. NOVARII.

FVit decisum hìc vitam, & militiam deberi primogenito, qui se ipsum inhabilitauit ad successionem feudi per assumptionem habitus clericalis, & ita Mastril. *in dec.* 85. *nu.* 11. *& dec.* 165. *num.* 3. Mormil. *in constitut. Regni in aliquibus num.* 51. Bambacar. *in cap. qui Clericus num.* 162. *si de feud. defunct. controu.* Modern. *in pragm.* 23. *de feud. num.* 8. & nos diximus *in collect. dec. ad pragm.* 24. *sub rubr. de feu.* vbi multa in materia vitæ, & militiæ cumulauimus, ibi igitur recurras, nam pulchra reperies decisa.

Nota tamen ex hac decisione Clericos esse inhabiles ad successionem feudorum, nam in eis non succedunt, vt deducitur ex text. *in cap.* 1. *in final. de feud. fem.* ibi Clericum nullo modo debere succedere , *& cap.* 1. *de milit. vassall. qui arm. bell. deposuit cap.* 1. *an mut. vel aliter imperfect. cap. ex multa de voto*, Afflict. qui dicit ita decisum in S.C. *in decis.* 320. Mysinger. *obseruat.* 48. *centur.* 5. vbi dicit hanc opinionem seruare Cameram Imperialem, latè Fachin. *in controuers. iur. lib.* 7. *capit.* 35. vbi ponit diuersas distinctiones, quod adeò verum est, ut procedat non solùm in feudo, quod defertur tempore, quo quis est Clericus, verum etiam procedit, & habet locum in feudo, iam acquisito, nam si quis habens feudum efficiatur Clericus, vel aliter Religiosus, illud statim amittit, ut in casu huius nostræ decisionis *cap.* 1. *§. qui Clericus, si de feudo defuncti contentio sit cap.* 1. *in fi.* vbi DD. *an mut. vel aliter imperfect.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 9. *num.* 31. Intrigliol. *de feud. cent.* 2. *art.* 1. *num.* 133. & 134. vbi testatur de magis communi opinione , asserendo *num.* 151. ab ipso feudo cadere ipso iure, & ipso facto *cap.* 1. *§. qui Clericus de feud. defunct.* ibi, eo ipso Menoch. alios cumulans *in cons.* 181. *num.* 81. *lib.* 2. Corn. *cons.* 16. *num.* 10. licèt ego sim voti, requiri sententiam declaratoriam ex Silua. *de recognit. feud. quæst.* 22. *num.* 26 Bursat. *cons.* 14. *volum.* 1. vbi enim imponitur pęna ipso iure semper requiritur sententia declaratoria, Scrader *de feud. in* 2 *par. princ. sect.* 8. *num.* 46. Magon. *decis. Flor.* 16. *num.* 13. 45. *&* 47. Tiraquel. *in l. si congruam in verbo reuertatur num.* 20. *&* 400. *C. de reuocan. donat.* imò etiam si postquam fuerit factus Clericus , clericalem habitum deserat, ad feudum iterum redire nequit, Capic. *dec.* 115. *num.* 52. Curt. Iun. *tract. de feud. par.* 3. *Rubr. quemadmodum descend. Mascul. num.* 21. Rosenta. *de feud. cap.* 7. *conclus.* 75. licet contrarium sequatur Intrigliol. *in d. art.* 1. *num.* 1[illegible].

Quamuis quoties seruitium, quod præstatur pro feudo esset tale, quòd posset honestè præstari per Clericum tunc Clericus posset in feudis succedere, vt per Alciat. *in cons.* 222. Vulte. *de feud. lib.* 1. *cap* 9. *num.* 67. vbi dicit, quòd tota inhabilitas Clerici consistit, ex quo sunt inhabiles ad seruiendum Domino, & quo ad cœtera non considerantur Sonsbech. *in simili tractat. par.* 12. *num.* 148. Rosental. *in eodem tract. cap.* 7. Intrigliol. *in eiusdem nominis opere qu.* 54. *num.* 50. *cent.* 1. *qui in centur.* 2. *art.* 1. *num.* 172. ex pluribus firmat, non procedere regulam à nobis supra firmatam in Clericis in minoribus ordinibus constitutis, quia ipsi non excluduntur à successione feudi, cum alijs relatis per Grass. *de effectibus clericatus effect.* 4. *num.* 82. vbi etiam reperies contrarium tenentes, & distinctionem, quam ipse Author facit: ad eum igitur recurras, nam latè post alios tractat hanc materiam, quando Clericus succedat, vel non, in feudis, & quid de Monacho, Monialibus Tertiarijs, oblatis, Militibus Hierosolymitanis, & similibus, de quibus nos fuimus loquuti in praxi *elect. fori quæst.* 34. 36. & 38. & 39. *sect.* 1. vbi videre poteris in facto.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Vitam, & militiam deberi primogenito effecto clerico stabilitur dimissa opinione* R. de Curte.
2 *Formaliter, & proprie vitam deberi, & non vitam, & militiam ex decisione obseruat* D. Capanus, *& peccare argumentum à legitima ad vitam, & militiam.*
3 *Adoha non minuit vitam, & militiam reiectis* Afflicto, & Amato,

1 TRanquilla nunc aduenit decisio per quam pronunciauit S.C. ad fauorem D. Cardinalis Vitelli primogeniti deberi vitam, & militiã per secundogenitum super statu Amatricis, quamuis enim per clericatum quis renunciet feudo, propterea inferri nequeat renunciatio vitæ, ac militiæ, & iunctis aulis, ita refert determinatũ n Thor. *ver. vita, & militia, an debeatur p. 3. compend.* R. de Ponte *de pot. proreg. tit. 4. §. 4. n. 28.* D. R. de Marin. *lib. 2 resol. 43.* & ad Reuer. *obser. 401.* Bottil. *de parag. feu. vita, & milit. theor. 110. n. 17.* Capan. *de vita, & milit. qu. 16.* vndè quatenus R. de Curt. *in resol. feud. c. 2. num. 29.* appellat probabilem opinionem contrariam, cùm non agatur de quæstione numquam anteà disputata, sed pluries ventilata, & in iudicatum ferè transacta, recedere à prima opinione temerarium esset.

2 Beneuerùm formaliter, & propriè Clerico non debetur vita, & militia, ex quo militia datur, vt militet, & miles Dei non potest esse miles sæculi, sed debetur vita, nempe alimentorum subministratio, quod Capan. *vbi sup.* demonstrat ex verbis D mei *nu 8.* ibi *hanc autem vitam, & militiam, seu alimenta*, & insuper probat ex *constit. Regni Comitibus*, & licèt vita, & militia differat à legitima, vt ex Gizzarel. *dec. 36.* cum hæc debeatur in proprietate, & illa temporaliter vita durante præter alia discrimina, nequit idcircò falsa dici ratio adducta, ut non censeatur renunciatum vitæ, & militiæ tacitè propter renunciationem feudi, nam expressa requiritur renunciatio sicut debet esse expressa renunciatio legitimæ, dum hic *n. 9.* & 10. allatæ sunt differentiæ. & argumentum formatum fuit à maiori ad minus ex Tiraq. *de primog. in qu. 75. n. 8.* qui in terminis *d. constit.* concludit alimenta prædicta debere censeri tantò magis fauorabilia, quantò sunt minora ipsa legitima, ex quibus nõ solum D. Præses non potest in aliquo taxari, verùm etiã de perspicacia ingenij, & doctrina est commendandus,

3 Adoha non diminuit vitam, & militiam, iuxta decisa *num. 11.* & ita post alios probat Capan. *eod. tract. quæst. 24. num. 6.* vbi refellit Afflict. & Amat. *in controu. 11.* & duobus sequentibus, & [illegible] ornatum decisionis Billot. *concl. feud. 98.* Larat *in theat. feud. p. 12. diluc. 30.*

SVMMARIVM.

1 *Vsura rei iudicatæ, sunt centesimæ.*
2 *Vsura rei iudicata debentur, etsi non sint deducta in condemnatione.*
3 *Vsura rei iudicata debentur condictione ex lege.*
4 *Condictio, ex lege, actio est.*
5 *Vsura rei iudicata debentur, etiam quòd recepta sit sors absque protestatione.*
6 *Vsura rei iudicat a liquidantur per Sac. Consilium iuxta dammum passum, vel iuxta lucrum cessans.*
7 *Vsura centesima, qua nam sit remissiuè.*

DECISIO XXI.

Vsuræ latæ sententię debentur sorte etiam recepta absque protestatione.

EX iuris dispositione lata sententia, reoque condemnato non soluente, currunt vsuræ rei iudi-
1 catæ, † quas statuit Imperator *in l. 1. 2. & fi. C. de vsur. rei indic.* esse centesimas, easque deberi
2 dicit Bal. *in d. l. 2.* † virtute sententiæ latæ, à lege, nõ ab homine, etiam quòd non sint in condemnationem deductæ tamquàm consecutiuæ ipsius sententiæ, *iux. l. si*
3 *longius. C. de exec. rei iudic.* & ibi Bal. † deberiq; etiam condictione ex *l. 2. sup allegat.* dicit Matthesil. *in l. 1. 2. col. vers. item quamuis, C. de sent. qua sine cert. quam legit.* post eius singularia, & consequentèr iure actionis,
4 † postquã condictio ex *l. actio, vel actione indicati* vt dicit Specul. *in tit. de execut. sententia, §. breuiter. 1 colu. vers. sed dices, ad quid ergo allegando d. l. 2. C. de vsur. rei indic.* Et propterea ex prædictis in causa magnifici Francisci Antonij Franconi, cum Magnif. D. Hugone
5 de Vries, me referente, † fuit iudicatum, dictum dominum Hugonem teneri ad interesse prædictum, iuxta liquidationem faciendam, non obstante receptione sortis facta per procuratorem dicti Franconi absque protestatione, ex communi Doctorum conclusione, maximè Alex. Ias. & Iacob. *in l. 1. C. de iudi.* & Decij *in l. vinum. 2 col. ff. si cert. pet.* concludentium, quòd quando interesse debetur iure actionis, receptio sortis sine pro-
6 testatione facta non præiudicat circa interesse, † in cuius liquidatione Sacrum Consilium, circumscripta vsura centesima, procedit ad liquidationem, vel iuxta dãnum quod actores patiuntur, vel iuxta lucrum cessans, & quando solutio esset facta procuratori an præiudicet domino Rota Ianu. *in decis. 200. 3. colu. vers. nec obstat,*
7 *fol. 262.* † Vsura autem centesima quæ sit, licet variè Doctores antiqui locuti sint, videndus est nouissimè Alciatus *in l. 1. §. si quis simpliciter in princ. ff. de verb. oblig.* in quo loco dicit esse ad rationem duodecim pro centenario, & idem dicit Grolotius *in repet. leg. decta 1. col. num. 5. ff. si cert. pet.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 5. ibi ex communi, Adde Caualcan. *decis. 35. num. 15. par. 1.* Nonium *in cons. 82. nu 1.* & Flam. Cartar. *in dec. Genua 38. num. 15. 16.* Surd. *de aliment. tit. 1. qu. 43. num. 26. tit. 6. qu. 3. num. 38.*

Et in quibus casibus vsura centesima præstari debet, vide gl. *in l. eos, §. 1. vers. vel specierum, C. de vsur.*

Vide Rotam Genuæ *in dec. 88. in 3. dubio* omnino decis. Auenio. 101. & in notabili casu Magon. *in decis. Florent. 83.*

Et dum hic fit mentio de vsura centesima, vide Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 9. num. 6.* Lupo de Sancto Gem. *in trac. de vsur. fol. 13. n. 40.* Fuscum *in sing. 55. lit. V,* & Annam moder. *cons. 48. col. 1.*

An vsura centesima currat post quadrimestre tempus, & ad eam quis teneatur, vide Cagnol. *post gl. in l. in condemnatione in fin. ff. de reg. iur.*

Num. 6. ibi vel iuxta damnum quod actores, &c. Adde quæ requiruntur, vt creditor possit consequi interesse damni emergẽtis, vel lucri cessantis, recurre nouissimè ad Iacob. Menoch *in tract. de arbit. iudic. casu 119. in additionibus suis nouis a n. 7. cum seqq. & n. 19.* post Mascardum *in trac. de prob. vol. 2. concl. 933.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Procurator regulariter nõ potest domino præiudicare.*
2 *Maritus recipiens dotem post moram patris, sua coniugis*

iugit an sibi praiudicet in accessionibus.

3 *Plura ad ornatum l.penult.ff.de leg.commissoria, remissiue.*

4 *Vsura bessalis an admitti debeat inter Mercatores.*

5 *Conuentio qua debitor pecuniam mutuò accipiens promittit post certum tempus tantam pecunia quantitatem, vel plus pro tanto tempore remutuare, an valeat.*

6 *Non appellatur vsura quod communiter fit.*

AD hanc decisionem, vide omninò Crauett. *cons.66.* aliqua per Afflictum, & Vrsillum *dec.39.*& de vsura centesima, Nauar.*in suo Manuali cap.17. vers. in septimo notabili. inf.Ad num.*3. Adde omnino Guidon.Papam, *dec.171.* & Afflict.*dec.151.& 154.*& vide infrà *dec.76. num.11.* & Surdum *dec.181.non est dubium,& decis.148.incip.*
1 *Carolus, num.*6.& † optimè *decis.229.incip. verum*,
2 vbi latè quòd † procurator non potest regulariter domino præiudicare, & an maritus post moram patris suæ coniugis, recipiens dotem sibi præiudicet in accessionibus Iason. *in l.centum Capua. ff.de eo, quod certo loco.* Anna pater *sing.334.incip. maritus & de l.penult.*
3 *prædicta*, vide † Grammaticum *cons.ciuili num.19.* Gigantem *de pensionib.qu.37.* Adde de vsura centesima omninò, quæ scribunt Couar. *lib.3.resolut.var.cap.9. num.6.*Consiliarius Anna *cons.48.incip. in hac causa, volum.1.* Arisminus *de sententijs varijs, in titulo de vsuris in genere,col.1.vers.an vsura, lib.1.fol.*218. per Præsidentem non allegati, qui latissimè ipsam vsuram
4 centesimam declarant,& latissimè discurrunt. De † v-
5 sura Bessali an admitti debeat inter mercatores, & † an valeat conuentio qua debitor, pecuniam mutuò accipiens, promittit post certum tempus, tantam pecuniæ quantitatem, vel plus, pro tanto tempore remutuare latissimè Ioannes Coppen *in quæstionibus Saxoniæ, q.23.incip.inter mercatores*, qui latissimè omninò videndus. De vsura centesima latissimè Fachineus *in lib.5.contr.iur.cap.14.ad §.reipublicæ,l.si hæres ff.ad legem Falcid.*doctissimè Item adde quod non appellatur vsu-
6 ra, quod communiter fit, vel licitum reputatur, Bartol. *l.quid sit fugitiuus,§.apud.ff.de ædilit. edicto.* Brunor.à Sole, *verbo vsura, in compendio iur.proposit.*Nec vsuram committit venditor qui stipulatur sibi ab emptore dari interesse pretij non soluti pro re vendita, & tradita, Anchar.*iun.q.33. lib.2.*

ADDITIO D. RICII.

VSuræ latæ sententiæ debentur fortè etiam receptæ absque protestatione, hoc dicit, & iuxta hanc decisionem fuisse etiam iudicatum in Regno Siciliæ in consist.Sac.Reg.cons.refert Mastril.*dec.124.*& an vsuræ currant pendente appellatione, vide Afflict.*dec.93.* Capic.*dec.19.in fin.*

Limita hanc conclusionem non procedere, nisi petantur istæ vsuræ, est enim necesse vt petantur, alias exequutio non potest fieri, vt tenet Salic.*in l.2. C.de vs.rei iudic.* Couar.*in regula peccatum in prima relectione par.1.in princ.*

Limita secundò, non procedere hanc conclusionem in vsuris vsurarum, vt consuluit Anna *cons.48.* quod triplici ratione potest fundari, & primò vbicumque lex prohibet aliquid non debet inueniri modus, per quem veniatur contra iuris dispositionem; secunda ratio potest adduci, nam afflictio non debet addi afflicto ex eadem causa, maximè vt afflictio sit causa afflictionis, sed affligitur is, cui currit centesima, ergo non debet plus affligi, vt currat vsura vsuræ: tertia ratio, quia vsura rei iudicatæ centesima est subrogata loco ipsius vsuræ, quæ priùs currebat ex contractu, & non currebat, nisi ex forte, ergo centesima currit tantùm ex sorte, quia subrogatum loco alterius debet sapere naturam eius, cuius loco subrogatur arg.*text.in l.qui negociationem, §.fin.C.de vsuris.*

Quæ autem dicatur vsura centesima, vide Cagnol. *in l.lecta ff.si cert.pet.* Tiraquel.*de retract.lignag.§.1.gl.6.num.18.* Vars.Hisp.*in tract.de expensis, & meliorat.c.19.nu.15.* vbi de centesimis semissibus quadrantalibus,& trientalibus disertè agit Paris.*de vsur.nu.39. qui num.57.tres casus in iure recenset*, in quibus centesimæ vsuræ sunt permissæ.

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Abolita sunt vsuræ centesimæ ratione rei iudicatæ reprobato Donello, & quæ, & qualiter debeantur explicatur.*

2 *Quatrimestre num seruetur in sententijs supremi Senatus, dissidium adducitur maximorum pragmaticorum cum conciliatione.*

3 *Reclamatione pendente num debeatur interesse.*

1 SAnguinolẽtas appellat) vsuras centesimas, Seneca *lib.7.de benef.ca.19.*quæ abolitæ sunt de iure canonico à victo victori debitæ ratione rei iudicatæ, at reprobato Donello, probat Leotar.*de vsur.qu.2.n.8.* ad rationem autem damni emergentis, vel lucri cessantis debetur interesse, vt hìc, & R.Latr. *dec.100.*& ibi Gizz.& R.Sanfel.*dec.124.nu.7.* & 8. vbi discutit an sit probandum interesse, & negat ex quo frequẽtiùs sunt in Regno emptiones annuorum introituum, Merlin.*cent.2.cons.50.n.52.* quam frequentiam hodie non inspicio propter calamitatem temporum, & parum tutas inuestiendi commoditates,& Leotard.*vbi sup.q.78.*refert praxim Sabaudiæ,& Dolani Senatus ex Fabro,& Griuello condẽnandi ad quincũces vsuras, in qua opinione vix persistit, & vidẽdus Reg.Lat. *dec.97.*

2 Quatrimestre non seruari in sententijs supremi Senatus, sed statim illis prolatis deberi, tenent Rodriqu.*de ann.reddit.lib.3.q.40.n.4.* R.Latr. *vbi sup.n.2.* R.Marcian.*disp.28.n.26.* at contrarium firmat D.R.de Marin. *obs.443.*per *text.in l.vlt.§.fi. C.de vsur.rei iudic.*benè-uerùm R.Sanfel.*vbi sup. nu.6.* docet deberi notificato mandato de parendo,& si non esset emanatum ipse adhæreo postremæ opinioni D.de Marin. ex qua d. tempus indultum est debitoribus post rem iudicatam.

3 Ingens est difficultas, num debeatur d. interesse pendente reclamatione à sententia S. C. & negat R.Latr. *dec.100.* vbi ita iudicatum testatur, at contrarium viriliter defendit Marcian.*vbi sup.n.48.* & D. Staiban. *de interesse li.2.qu.vnica per tot.* vbi sic decisum refert reformata sententia S.C. de qua R.Latr. addo Thor. *in supplem.ver.interesse rei iudicatæ*, & vbertim scribit per doctus D.Carolus Petr.*super rit.M.C.259.nu.36.* an demum debeatur interesse rei iudicatæ pro negatiua, Ann.*contr.48.*Camill.de Medic.*controu.155.*& ita decisum refert, & videnda sunt tradita *in allegat.48.* D.de Marin.

SVMMARIVM.

1 *Castrum Belmontis est intus territorium Amanthea, licèt diuisum, quoad iurisdictionem.*

2 *Collectas quis soluere debet in eo loco vbi habitat, & sita sunt bona, licet locus ille, seu Castrum in alieno existat territorio.*

3 *Collectarum solutio in vno loco pro eisdem bonis est facienda.*

4 *Collectarum remissio in dubio non præsumitur.*

5 *Priuilegium sumit interpretationem ex possessione.*

DECISIO XXII.

Incolę castri existentis in territorio alterius Ciuitatis non possunt cogi ad solutionem collectæ impositæ in Ciuitate, sed possunt inter se ipsos in castro soluere.

FVit in Sacro Consilio plenè discussum, si Castrū
Belmontis esset Castrum diuisum à Ciuitate
Amantheę, nō solùm quo ad iurisdictionem, de
quo non dubitabatur, sed etiam quo ad territo-
rium. Et facta plenè facti discussione, fuit habitum pro
1 vero † Castrum prædictum esse intus territorium præ-
dictæ Ciuitatis, et non habere proprium territorium, &
propterea fuit decisum, quòd ciues dicti Castri Belmō-
tis pro bonis, quæ possidebant in territorio prædicto
non possent cogi ad solutionem collectarum imposita-
rum, & imponendarum pro functionibus fiscalibus cū
hominibus Ciuitatis Amantheæ, prout prætendebat di-
2 cta Ciuitas, sed quòd pro solutione facienda Regię Cu-
rię debebant, & poterant soluere collectas pro bonis
prædictis inter se ipsos de dicto Castro Belmontis, in
quo Castro habitabant, ex decis. Bald. *in leg. 1. §. quod si nemo, col. pen. vers. super quinto. ff. quod cuiusque vniuers.* & ex ijs quæ consuluit Socin. *cons. 129 præstantissimi, in prima dubit. 1. vol.* inter cæterea allegat Bald. vbi suprà, & eum sequitur Aff. *in tit. quæ sint regal. in verbo, & plaustrorum. col. 3. vers. sed iuxta hoc capitulum*, & in specie decidit hunc punctum, & secundùm hanc opinionem, fuisse iudicatum per regiam Cameram Summariè, ostensum fuit in causa Casalium seu Foriæ Ciuitatis Capuæ cum ipsa Ciuitate in anno 1548 referente Domino Francisco Antonio Villano, & postea in Regio Collaterali Consilio fuerunt cōfirmata de-
3 creta Regiæ Cameræ, † in [illegible] .n. loco pro eisdē bonis,
& non in diuersis, quis tenetur soluere seu contribuere, ne vna res duplici grauetur onere *l. Titia. §. qui in Vita. cum cordan. ff. de legat.* Et tantò magis Sacrum Consilium in hac opinione fuit procliue, quia ex processu apparebat, homines Belmontis semper pro bonis prædictis soluisse in dicto Castro, & non in Ciuitate Amantheæ, ex quo Sacrum Consilium arguebat, quòd verum erat id, quod pro parte Belmontis prætendebatur, scilicet quòd est situm Castrum ipsum intus territorium, vel erat Casale diuisum quoad iurisdictionem tantùm;
4 † non enim erat verisimile, quòd postquàm soluebantur onera Regiæ Curiæ per Ciuitatem prædictam voluisset ipsa Ciuitas remittere solutionem prædictam hominibus Belmontis, qui absque scrupulo veri possessores bonorum, ex iuris, & Regiæ Pragmaticę dispositione, iam notoria, tenebantur ad contribuendum cum ciuitate prędicta, & maximè cùm ipsa ciuitas abundet viris litteratis, & non ignaris. Remissio enim donatio est *l. si extraneus. ff. de condi. cau. data*, quæ non præsumitur *l. Campanus. ff. de ope. lib.* nec quis præsumitur iactare suum *l. cum de debito. ff. de prob.* veritas igitur dicebatur, quòd causa huius non solutionis erat, quia vnicum erat territorium, & quemadmodum *in decis. 56.* dictum fuit, & priuilegium sumere debet interpretationem ex consuetudine: ita dicendum, quòd hæc difficultas, quæ erat, si Castrum Belmontis tenebatur contribuere, vel non contribuire, ex quo prætendebatur, vnum & idem territorium esse ex consuetudine non soluendi declarabatur, & ex ijs arguebatur causa, quare solutæ non fuerint collectæ: nec stantibus prædictis, Sacrum Consilium voluit decidere, si contra ius collectandi præscribatur, & quanto tempore.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 3. in fi. ibi quoad iurisdiſſionem tantùm, Adde Couarr. *in tract. pract. quæst. c. 37. n. 6. vers. superest, &* D. Annam *moder. cons. 59. n. 44.*

In eodem num. Adde decis. Auenio. 140. *nu.* 1. Men. *cons. 9. n. 4. cons. 12. n. 73. cons. 12. n. 40. & seq. vol. 1.* Ann. *in loc. supra cit. n. 71. & infra decis. 87. n. 5.*

Num. 5. Adde Annam *vbi supra n. 73. & consil. 129. n. 43.* Fulcum *in sing. 99. lit. P.* D. Lanar. *cons. 34. n. 3. infra decis. 397. n. 12.*

In eadem decis. in fi. ibi nec stantibus prædictis, vide quia potest decidi ex allegatis per Annam *vbi suprà n. 57. & seq.* vbi allegat infinitos Doctores.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Collecta solui non debet a possessoribus feudi redacti à feudali natura in Burgensaticum vniuersitatibus in quarum territorio feudum situm erat.*

2 *Forensis an teneatur ad onera mixta, quæ personæ pro rebus imponitur, & num. 3.*

4 *Et an teneantur ad onera, ex quibus vtilitatem ipsi forenses non percipiunt, vt puta Concionatoris, Medici, Campanarij, salariorum Syndici, & similium.*

5 *Collectę verbum in dubio quomodo intelligatur.*

6 *Præscriptio an detur aduersus solutionem collectarū, si vniuersitas vna ab alteris ciuibus diu non exegit.*

7 *Et qui tunc possint esse testes.*

8 *Exteri an possint collectari in loco vbi possident bona, licet alibi habitent.*

9 *Collecta solutio in loco est facienda.*

10 *Domus si sit in confinio duorum territoriorum solutio collectæ non fit ambobus in locis, sed in loco, vbi dominus frequentius habitat.*

11 *Collecta licet de iure duobus in locis non exigatur, de consuetudine tamen potest exigi.*

12 *De interpretatione priuilegiorum, & quæ propria dicantur collecta, & qualiter imponendæ vtrum pendente cognitione ipsarum fieri possit executio, vt 13. & 14.*

1 AD hanc decisionem adde, quòd † collecta solui non debet à possessoribus feudi, redacti à feudali natura in Burgensaticum vniuersitatibus in quarum territorio feudum illud
2 erat situm ita Præsidens *infrà decis. 131. nu.* 18. † & de
3 forensi an teneatur ad onera mixta, † quæ personæ pro
4 rebus imponuntur, vel de rebus, † quarum vtilitate ipsi forenses non fruuntur, vt puta Concionatoris, Medici, Campanarij, salariorum Syndici, & similium, & de alijs latissimè Tesaurus *decis.* 149. *incip. Forensis. vbi additio nouissima*, & addè omnino Borgninum Caualcanum *decisio. Fuizana quarta n. 7. vol. 2.* Couarruuiā *lib. praticabilium quæst. cap. 37. n. 6.* vbi idem, quod hic Pręsidens decidere videtur, & nouissimè ipsos, nostrūq. authorem sequutus est Consiliarius Anna *cons. 59. 1. vol. quod consilium incipit. dum vniuersitas, & signan-*
5 *ter n. 43.* ibi, *et in specie, et n. sed.* † Et collectę verbum in
6 in dubio quomodo intelligatur, † & an detur præscriptio aduersus solutionem collectarum, si vniuersitas
7 vna ab alteris ciuibus diu non exegit, † & qui possunt esse testes, ipsemet Anna, *consil. 60 incip. dixisti, volu-*
8 *mine eodem, et dicto cons.* 59. disputat † an exteri possint collectari in loco, vbi possident bona, licet alibi ha-
9 bitent; de quo Menochius *consil. 75. vol. 1.* Et † quòd in vno loco (vt dicit hic Præsidens) sit facienda solutio collectæ, cum eo concordat Franciscus Marcus *Deci-*
10 *sione Delphinatus* 353. *par.* 2. vbi quòd si † domus est in confinio duorū territoriorum, solutio collectæ, non fit in locis ambobus, sed in loco, vbi dominus frequētiùs habitat, & tamen Magonius *decis. Florentina* 67. dicit
11 † quòd licet de iure collecta in duobus locis exigi non poisit, tamen ex generali consuetudine benè potest exigi, & eandem opinionem tenet immemor primæ opinionis Franciscus Marcus *decis. 458. numer.* 10. de quo volo vt videas amantissime lector, quę scripsit Tesaur. *in decis.* 116. *et* 257. *et* Tepatus *in lib. 2. tit. de Collectis. Ad numer. tertium*, ibi: *ne res duplici onere grauetur,*

tur, vide quæ dico *infrà decis.* 301. *Ad numerum quintum*, ibi: *priuilegium sumere debet*, adde quòd istum
numerum ponderat Consiliarius Anna *cons.* 59. *nu.* 37.
12 qui omnino videndus est, & de † interpretatione pri-
uilegiorum, vide lector acutissimè Arisminum Tepa-
tum *lib.* 1. *variarum iuris sententiarum in tit. de priui-*
13 *legijs à fol.* 52. *ad* 57. Item † quæ dicantur collectæ pro-
priè Ozasc. *decis. Pedemont.* 95. *num.* 4. Testasius *in tra-*
14 *ctat. de Aestimo, & Collectis.* † Qualiter collecta sit
imponenda *in dec.* 180. *num.* 18. An pendente cognitione exequutio collectarum fieri possit, ipse Ozascus *in Repertorio. Dictarum decisionum* 10. collectarum exequutio, alia latè Arisminus *tit. de Collectis lib.* 2.

ADDITIO D. RICII.

PRo bonis alibi possessis quis non cogitur ad solutionem collectarum, hoc dicit, idemque fuisse decisum per Sac. R. Cons. in causa ciuitatis Theatinæ cum Vniuersitate Roccæ Monsinæ referente Præside Annibale Montes in anno 1573. in banca de Cinco refert Thor. *in Compend. decis. Regni in verbo collecta fol.* 99. *versic. collecta an sint soluenda*, & ad materiam videatur D. Ioannes Maria Nouarius *in collect. decis. ad pragm.* 1. *de Apretio*.

OBSERVATIO

L. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Ciues alicuius Castri, an possint soluere collectas ad eorum libitum in Castro, vbi habitant, vel teneantur soluere in Ciuitate in cuius territorio sita sunt bona refellitur opinio* R. Tapiæ.

2 *Ius collectandi num præscribatur noluit examinare S. C. & confutantur* Anna, & Lanarius, *& resoluatur quæstio, num.* 3.

1 DIsputatum fuit, si Ciues Castri Belmontis siti in territorio Ciuitatis Amantheæ possint soluere in Castro, vel præcisè teneantur contribuere in Ciuitate in cuius territorio sita sunt bona, & solutionem fieri potuisse in Castro iudicauit S.C. teste Dinneo, rationem assignat R. Tap. *de iu. Regni tit. de solut. fiscal.* quia possit fieri solutio in Castro, vel in Ciuitate, vbi ciues volunt ad earum libitum, sed hanc rationem refutare videtur D. R. de Marin. *lib.* 1. *resol.* 63. ex Anna *con.* 59. *num.* 44. aliam colligit ex traditis *num.* 4. vt ex consuetudine non soluendi in Ciuitate Amantheæ homines Castri Belmontis fuerint absoluti, cùm semper soluerint in Castro ex quo arguebatur vnitas territorij, & hæc fuerit fundamentum decisionis, & videtur tenere R. Sanfel. *decis.* 189. nam verum est, quòd si adest promiscuitas territorij ciues collectantur in loco vbi habitant ex decretis R. C. S. 329. & 432. collectis per D. de Marin. *post obseruat.* ad Reuert.

2 Ius collectandi num præscribatur, & quanto tempore noluisse examinare S.C. refertur in fine decisionis, in quo articulo, si præscriptioni sit locus quando Vniuersitas quæ forensium bona in proprio territorio sita collectare neglexerit per longissimum tempus non solùm pro eo, quod debetur de præterito, verùm etiam aduersus futuram præstationem, Io: de Platea in *l.* 1. *C. de exact. & translat. milit. annona lib.* 12. negat quoad futuras præstationes, & idem tenet D. de Marin. ad Reuert. *obseru.* 469. *num.* 2. confutatis Anna in *cons.* 59. & Lanar. *cons.* 27. *à num.* 48.

3 Negatiuam opinionem ipse amplector ea ductus ratione, quia Vniuersitates habent ius exigendi collectas pro bonis, quæ in territorio possidentur, & quilibet possessor bona registrare, & collectas soluere tenetur *l. forma.* §. *si verò, ff. de censib.* Thesaur. *lib.* 1. *qu. for.* 8. *nu.* 1. nec collectas remittere, aut donare potest, nam remittere debitũ Curię est de genere prohibitorum, *l. ambitiosa, ff. de decret. ab ord. fac.* Loiseus *in tract. de iur. Vniuers. par.* 3. *cap.* 11. *num.* 3. tum quia immunitas est contra publicam vtilitatem, tum etiam quia ex huiusmodi remissione alij grauarentur cõtra dispositionem, *l.* 1. *C. de apoc. public. lib.* 10. D. Capoblanc. *de Baron. prag.* 8. *num.* 243. *vers. contraria opinio*, nihilominus Bardellon. *con.* 94. *num.* 11. ad præscriptionem immunitatis inquit requiri cursum quadraginta annorum, dũmodo sufficiens, ac validus concessionis titulus allegetur, & quasi possessionis libertatis cum bona fide cum alijs congestis per Caput. *de regim. Reip. ca.* 7. *num.* 72. D. Marott. *discept.* 39. *num.* 37. vndè contra pręscriptionem semper iudicarem, quia Vniuersitas inferior non potest immunitatem concedere, Mastrill. *dec.* 173. Rouit. *pragm.* 1. *de appret. nu.* 22. *cum alijs ponderatis*, per Marott. *seniorem in tract. de collect. cap.* 12. *per tot. & cap.* 16. *num.* 10. vbi ciuis nequit in præiudicium aliorum à solutione eximi *l. actores, & ibi Doctores, C. de exactor. lib.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Liquidati licet non fuerint introitus Baronales, si tamen est facta datio in solutum terra creditori, an sit translatum dominium prædictorum introituum, seu functionum fiscalium, num.* 2.

3 *Pretij certitudo, qualiter intelligatur, & num.* 6.

5 *Conditionis natura est actus de futuro suspendere, non de præsenti.*

5 *Mora vbi non est, cessat interesse.*

6 *Emptio est perfecta, quamuis pretium ignoretur, non tamen in rei veritate.*

7 *Iudex pro pretij liquidatione adhiberi debet, quando pretium est incertum.*

8 *Liquidatio non requiritur ad finem transferendi dominium rei emptæ, sed ad finem liquidandi pretium.*

9 *Actor, & reus non debent ad imparia iudicari.*

10 *Actio multoties datur, & si detur exactio.*

11 *Dominium transfertur ex solo contractu Principis sine traditione.*

DECISIO XXIII.

Dominium redituum, seu functionum Fiscalium datorum in solutum transit in creditorem etiam ante liquidationem ipsorum.

1 DVbitatum fuit, † & si non facta liquidatione introituum Baronalium Ferrandinæ, & Montalbani fuerit translatum dominium functionum fiscalium in Illustrissimum D. Garsiam, pro eo quòd facta liquidatione pretij introituum prædictorum, dictus Don Garsias remansit creditor Regiæ Curiæ ex causa mutui à die, quo prouisum fuit, quòd Terræ prædictæ remanerent liberæ dicto Illustrissimo Don Garsiæ, in cuius beneficium cederent fructus, non obstante, quòd liquidatio facta non fuerit, & Regius fiscus ad aliquod interesse non teneretur, vel dictus Illustr. Don Garsias fuerit effectus dominus dictarum functionum fiscalium à die liquidationis prędictæ factæ post multos annos.

Ex parte Regij fisci dicebatur hoc esse clarum ex litteris suæ Maiestatis, in quibus mandat, quòd quando non reperiretur melior oblatio, oblatione facta per Illustriss. Don Garsiam, Illustrissimus Vicerex prouideret, quòd facto calculo, seu liquidatione redituum terrarum

prædictarũm Tettię prędictę liberę remanerẽt in posse.
Don Garsię pro quantitate ei debita pro causa pignoris,
pro mercede, ac mutuo, si quid superesset, & pro co
quod excederet, remaneret dominus functionum fisca-
lium, & sic Rex loquitur per ablatiuum absolutum, qui
importat conditionem. *l. à testatore, ff. de cond. & de-
monst.* cũ similibus, scriptura etiam sic dictat, quia dicit
facta liquidatione prouideat. Suadebatur etiam, quia
Rex mandauit, quod si aliquid superesset, compensare-
tur in causam mutui, quod nihil aliud importat, nisi
quòd reliquum pretij terrarum prædictarum soluere-
tur pro mutuo, quomodo poterit sciri hoc reliquum, li-
quidatione nõ facta, & pro hoc reliquo fieri transfusio
mutui in emptionem fiscalium functionum? Roboraba-
tur etiam, quia interposito decreto, quòd terræ liberæ
remanerent in beneficium Illustris. Don Garsiæ, Don
Garsias nòn potuisset petere prouisionem in litteris pro
uisam, seu dationem in solutum istorum introituum:
quia vltrà quòd repugnant verba Regiarum litterarum
vt suprà, non poterat sciri pro quanto esset ista solutio
facienda. Quomodo igitur nunc potest prætendi retro-
tractio ad id, quod si à principio fuisset petitum, fieri
2 non poterat? Quibus non obstantibus, † fuit decisum
contrarium, & propterea fuit reassumpta quæst. Sed est
facta venditio terrarum prædictarum ad rationem triũ
ducatorum, ac quartorum trium pro quolibet ducato
ex computandorum in quantitate debita ex causis præ-
dictis, ac in causam mutui, & prouisum, quòd si præ-
tium non sufficeret terrarum prædictarum, remaneret
dominium functionum fiscalium penes emptorem, an
ante factam liquidationem emptor sit factus dominus
terrarum prædictarum, & dictarum functionum fisca-
lium; Et videbatur, dicendum, quòd non: quia postquàm
pretium non erat certum, sed veniebat certificandum
non facta ad huc certificatione, non videbatur, quòd
possit transferri dominium, cùm ad substantiam em-
ptionis, & venditionis requiritur certitudo pretij. §.
*pretium Inst. de empt. & vend. l. empti fides. C. de all.
empt.* Quo non obstante, fuit dictum decidi contrarium
3 *in l. hac venditio §. 1. ff. de contrah. emp.* in qua dicitur, †
quòd si est emptus fundus à Titio quanti ipse emit,
vel quantum pretij in arca habeo, valet emptio. Nec
enim subdit Iure consultus, incertum est pretium in
tàm euidenti venditione: magis enim ignoratur quanti
emptus sit, quàm in rei veritate incertum est, & sic ex
illo tex. apparet, venditionem hanc valere, & ratio de-
cisionis est quia quamuis pretium ignoretur, nihilomi-
nus certũ est: vnde Alb. ibi declarando *tex. in ver. igno-
ratur*, declarat, scilicet à contrahentibus, quòd verbũ à
cõtrahentibus, reperio *in meo ff. veteri antiquo, in d. §. 1.*
Idem Alber. declarando illa verba, quàm in rei veritate
incertũ est, dicit, nã in rei veritate, & in rei natura cer-
tum est, allegat *tex. in l. cũ ad præsens, cũ duobus leg. b.
4 sequentib. ff. si cert. pet.* in quib. iuribus cauetur, † quòd
quamuis natura conditionis sit suspendere actum in fu-
turum, nihilominus conditio de præsenti vera existens,
non suspendit actum, etsi contrahentes ignorent cõdi-
tionẽ adesse, vt puta si est facta promissio si Rex Partho
rum viuit, sed statim tenet, & ideò Bald. ibi dicit ex eo
textu colligi, magis esse considerandam veram existen-
tiam terminorum, quàm nostram scientiam: sunt enim
talia extra nos, & non in nobis, & ideò perficiuntur in se
ipsis absque nostra scientia, & idem Bald. *in lectura an-
tiqua* dicit, obligationẽ huiusmodi nõ differri, sed statim
tenere, quia nõ requiritur hominis sciẽtia, sed vera exi-
stentia facti. Vnde dicit Capic. *in inuest. feudorũ in ver.
feudales assensus in ver. vẽ die Titius*, quòd si venditio sit
pro certo pretio licet adijciatur, & pro eo pluri, quòd
appreciabitur, quòd venditio est perfecta pro pretio ex-
presso per *tex. in d. l. hac venditio. §. 1.* Sic igitur in casu
de quo agitur, quia est facta ẽptio ad rationẽ ducatorũ
trium, ac quartorũ trium pro singulis ducatorum cen-
tum annuis, certum est, introitus adesse in rei veritate,
quamuis à contrahentibus quãtitas ipsorum ignoretur,
statim venditio, ac datio in solutum tenet, & ... ntes
ignorent quantitatem pretij: & sic siue erit, vel non
erit sufficiens, cùm ipsa emptio teneat, dominium est
translatum in emptorem. Nec huic conclusioni ob-
stant ea, quæ dicuntur pro parte Regij Fisci, *de tex. in
l. cùm quidam. §. Seium, ff. de acqu. hæred. & de l. sed et
si restituatur, fin. ff. de iud.* quia post glos. *in d. l. cum ad
præsens*, Bald. intelligit illa iura de natura naturante,
non de natura naturata, & Angel. ibi qui ponit pul-
chram quæstionem, ad quam me remitto.

Nec obstat inconueniens, quod allegabatur, quia si
tenemus emptionem intelligi factam, seu dationem in
solutum ex eo, quia quamuis non fuerit facta liquida-
tio introituum, lex erat certa de ipsorum quantitate,
oportet semper dicere, quòd quando petitur aliquod
creditum, quod inter partes est illiquidum, semper de-
beretur interesse, quia lex semper est certa, dato quòd
posteà creditum liquidaretur, contra omnia iura, quæ
5 dicunt, † quòd vbi non est mora, non potest agi ad in-
teresse, *l. mora, ff. de vsur.* Nam ad hoc inconueniens
facilè respondetur, quia interesse ideò non debetur,
quando debitum est illiquidum, ex quo quamuis lex
certa sit de eo, quod quis debet, nihilominus, cum hoc
ignoretur per debitorem, non potest dici esse in mora,
ex qua oritur interesse. In casu autem nostro secus est,
quia facta conuentione inter partes de emptione, præ-
cedentibus consensu re, & pretio, ipsa venditio perfe-
6 cta est ex natura ipsius contractus, † & quamuis pre-
tium ignoretur à contrahentibus, nihilominus in rei
veritate certum est, & in hac materia habemus casum
l. expressum, imò omnes Doctores consentiunt, quòd
facta emptione pro iusto pretio, emptio perfecta est,
7 † & pro liquidatione pretij iudex per partes adhibetur,
vt per Bald. *in l. sicut, & in l. fin. C. de contrah. & com-
mi. stip.* & per Alb. *in d. §. 1.* qui ponit pulchram quæ-
stionem, & sic conclusioni firmatæ *ex tex. in d. cap. 1.*
ac ex dictis Alb. ibidem, & Bal. *in d. l. cum præsens*, hæc
duo obiecta Mag. Fisci patroni non obstant.

Nec obstant principali conclusioni ea, quæ pro parte
eiusdem Regij Fisci opponebantur, sub die 8. Martij,
1569. non esse factam liquidationem, quæ requireba-
tur, vt Terræ liberæ remanerent, ac functiones fiscales
penes d. D. Garsiam, prout Rex mandabat, & quòd
postquàm non sciebatur residuum, non poterat habere
locum retentio seu in solutum datio functionum fisca-
8 lium. Nam ex prædictis responderi potest, † declara-
tionem, vel liquidationem non requiri ad finem trans-
ferendi dominium, sed ad finem liquidandi pretium,
quod quamuis à contrahentibus ignoraretur, nihilomi-
nus in rei veritate certum erat ex prædictis. Item re-
spondetur, decretum latum per Regiam Cameram sub
dicto die 8. Martij, 1569. tollere difficultatem; quam-
uis enim Rex iussisset facta liquidatione, seu declara-
tione pretij, terras debere liberè peruenire in domi-
nium D. Garsiam, nihilominus Regia Camera decreuit
ab eo die, D. Garsiam esse dominum, & ei non debere
currere introitus ad rationem duc. nouem pro centena-
rio, prout D. Garsias tenebat cum pacto de retrouen-
dendo, sed tantummodo fructus terrarum in minori
summa consistentes. Nunc si Regia Camera hoc de-
clarauit, succedit dispositio Regis volentis, quòd quan-
do pretium non sufficeret, remanentibus Terris liberis
domino Don Garsiæ, remanent ei functiones fiscales,
quemadmodum igitur in beneficium Regij Fisci Regia
Camera hoc declarauit, ita etiam declarandum est in
9 beneficium D. Garsiæ. † non enim debent actor, &
reus ad imparia iudicari, *l. fin. C. de fruct. & lit. expen.*
Et si dicatur, ignoratur residuum, quod ex pretio Ter-
rarum deberet remanere, idem dicitur ex parte Don
Garsiæ, quod ignorat & ipse pretium, quod soluere
debet: quia igitur ad nihilum ignorantia hæc ex iuris
dispositione deseruit, idcircò de ea non videtur curan-
dum. Præterea si pretium harum Terrarum ascendit
ad summas debitas tàm pro primo pignore, quàm pro
mercede, seu gratia, ac mutuo, non ne fuisset impedi-
tus cursus solutionis interesse ad rationem ducatorum

nouem

nouem pro centenario etiam respectu mutui? certè sic postquàm ergo non ascendet ad hanc summam, seruanda est æqualitas.

Nec obstat, quòd ante liquidationem non potuisset dominus Don Garsias petere functiones fiscales, seu cautelas pro eis, quia vltrà quòd in casu, de quo agitur, ipse retinebat, & Rex iubet, vt retineat, & sic non erat necesse agere, & faciliùs datur retentio, quàm actio, nihilominus dico, quòd agere poterat, quòd facta declaratione, declaretur, quando pretium non sufficeret, functiones fiscales prædictas posse retinere in causam
10 mutui prædicti: † datur enim multoties actio licet non detur exactio, vt latè per Io. Crotum *in repet. l. si constante, in princ. ff. solut. matrim.*

Nec similiter obstat non esse expeditas prouisiones per Illustrissimum Proregem eidem Illustrissimo Proregi expediri iussas, quia hæc tendebant in fauorem Don Garsiæ, & in eius odium non sunt retorquendæ.
11 † Item dominium transfertur per contractum cum Principe sine traditione, & maximè quando per executionem negocij dat executiones secundùm Bald. *in cap. 1. de no. for. fidel.* Et ex ijs per Regiam Cameram Summariæ cum interuentu Dominorum Ioannis Andreæ de Curtis, Sacri Consilij Præsidis, ac Iacobi Anelli de Bottis, & meo fuit decisum in fauorem dicti Illustris. Don Garsiæ in Regio Collaterali Consilio, vbi aderant Domini Regentes, Reuerterius, & Salernitanus, de mense Ian. 1572.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 5. Adde Surd. *in dec. 80. num. 2.*

Num. 7. vide si conferunt scripta per Bar & alios *in l. si quòd ex pamphila. ff. de leg. 2.* & Afflict. *in decis. 3.* Vrsil. *in decis.* Afflict. 23. *num. 9.* Magon. *in dec Floren. 32. in fin.* vide omnino eundem Surd. *decis. 81. numero 13. & sequ.*

Num. 11. vide omnino D. Carolum Tapiam nunc Reg. Consiliar. omni eruditione, ac scientia insignem *in rubr. ff. de const. princip. fol. 9. num. 12.* & Nattam *in cons. Alex. 3. in addit. qua incipit donationem lib. 5.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Pretij certitudo non solùm intelligitur, vt in decisione ista, verùm & si dicam, vendis mihi talem rem quanti valet, si vendens dicat vendo, & num. 3.*
2 *Iudex potest pretium declarare.*
3 *Item quando fit venditio pro pretio declarando per eligendos, vnum ab emptore, & alium à venditore, & num. 3.*
4 *Item quando fit venditio pro certo pretio, & illo pluri, quod æstimabunt duo amici communiter eligendi.*
5 *Circa mora ampliationem, & distinctionem plura remissiuè.*
6 *Priuilegium l. fin C. de fruct. & lit. expens. & alia ad ornatum remissiuè.*
7 *Si vnus ex litigantibus sportulas non soluit in curia, ex priuilegio litigans cum eo etiam à soluendo excusabitur.*
8 *Mulier si criminaliter agat per procuratorem efficit, vt accusatus etiam per procuratorem possit comparere.*
9 *Per traditionem purificantur conditiones.*

AD istam decisionem 23. vltrà ea quę scripsi *ad §. primum, in allegata l. hac venditio*, breui, dante Deo, cum alijs annotatis imprimenda, adde tu, quòd † non modo pretij certitu-
1 do intelligitur, vt in hac decisione, verùm etiam si dicatur, vendidi talem rem quantum valet mihi, & ven-
2 dens dicit quòd sic, quia † iudex potest pretium declarare. Item quando fit venditio pro pretio declarando
3 per duos eligendos, † vnum ab emptore, & alium à
4 venditore. † Item quando fit venditio pro certo pretio, & illo pluri quod æstimabitur per duos amicos cōmuniter eligendos. Ita hos omnes casus considerauerunt Decius *cons. 648. incip. pro resolutione, in secundo casu.* Socinus iunior *consil. 47. 1. volum.* Cæsar Vrsillus *ad Afflictum dec 83. num. 6. & sequenti.* Mascardus *de probationibus*, latissimè post Fabianum de Monte *in conclus. 995. & sequentibus in libro de probationib.* Nouissimi *in §. pretium autem, Institutionib. de emptione*, Antonius Gomez *textualis Hispanus doctissimè in li. 2. variarum, in titulo de emptione num. 9. ver. & adde*, vbi infert ad plures casus in facto notandos tota die, & nouissimè Petrus Surdus oculatissimus vir, *in dec. Senatus Mantuani 82. incip. Antequam Senatus*, latissimè. Ad numerum tertium ad intra numerum 6. & quæ ibi dico, & vide *infra decis. 292. in fine. Ad numerum*
5 *sextum, de mora.* Circa † ipsius ampliationem, & restrictionem, vide Duennam *in libr. Regularum. Regu-*
6 *la 181. Ad numerum nonum † de l. fin. & eius priuilegio*, adde Ioannem de Amicis *in consil. 92. incip. in Dei*
7 *nomine*, vbi dicit † quòd si vnus ex litigantibus sportulas non soluit in Curia ex priuilegio, litigans cum eo etiam à soluendo excusatur, & Grammat. *in Constitu-*
8 *tione, Generalia iura*, dicit decisum quòd † muliere criminaliter agente per procuratorem virtute dictæ Constitutionis, continet etiam accusatum in priuilegio. vt per procuratorem possit comparere, & vide infrà Præsidentem *decis. 144. num. 3. ibi*: quia non debetur: Et ad illud, quod dixi in principio huius decisionis, & *num. 3.* de pretij certitudine, adde nouissimè pro intellectu *dicti §. 1. in l. 3. §. hęc venditio. ff de contrahenda emptione*, Fabianum de Monte *in tract. de emptione, & venditione, in 5. quæst. principali, nu. 33.* vbi communem. Iason *in l. fin. num. 12. ff de condictione causa data*, quòd nulla sit venditio, quòd sit valida, concludit Pinellus *in l. 2. in 1. par. Rubrica capite 1. num. 1. & 9.* & latè disputat, pro, & contra, Fachineus nouissimè, *in lib. 2. Controuersiarum iuris, capite 1.* vbi ponit tres quæstiones circa pretij certitudinem. Alia vide ex Arismino Tepato *in libro secundo variarum iuris sententiarum tit. de emptione.* Quòd autem per traditionem
9 purificentur conditiones. Paul. † Castren. & Angel. *in l. 2. C. de pericul. & commod. rei vend* Decius *cons. 179.* Curt. iun. *cons. 7.* Afflict. *dec. 399.* Capic. *dec. 14. numero 10.* Couarru. *libr. pract. quæstion. cap. 3.* prout in hac *decisio. num. 9.* & hæc est vera ratio huius decisionis, licèt ex Prouisione suæ Maiestatis Catholicæ ex natura ablatiuorum absolutorum, & ex natura contractus conditionalis, secus esset, ex *l. quod sæpè, §. in his, ff. de contrahen. empt.* Ad hanc decision. Adde Paul. & Bald. *in l. sicut. C. de actio. emptio.* Afflict. *dicta decisio. num. 6.* & Cephalum *cons. 36. num. 22. volum. 1.*

ADDITIO D. RICII.

DOminium redditiuum, seu functionum fiscalium datorum insolutum transit in creditorem etiam ante liquidationem ipsorum, hoc concludit. Adde A Ponte *in tract. de potest. Proregis tit. 7. §. 4. num. 19.* & dominium terræ an censeatur translatum creditori per consignationem terræ factam per Curiam pro eius credito non aliter facta adiudicatione, nec appretio fuit per Regiam Cameram iudicatum translatum esse dominium terræ pro tribus mille ducatis habito respectu ad illius valorem tempore consignationis, Anna *allegat. 104. sub num. 17.* & num dominium terræ, seu casalis censeatur translatum creditori, si in sententia fuerit dictum, quòd adiudicentur fructus terræ, & quòd possit locare, dislocare, & manu sua fructus percipere, & quòd conductores, & affictatores recognoscant in dominum, & proindè assistentia præstetur super fructibus in forma, qui posteà fuerunt adiudicati

ad ra-

ad rationem octo pro centum præuia æstimatione siue appretio fuit decisum esse translatum etiamdominium terræ, & ob id conuentus absolutus Ann. *allegat.* 104.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Venditio Terræ cum annuis introitibus fiscalibus ad rationem tanti pro quolibet foculari pura indicata est, & corroboratur, decisione* Afflicti *non expensa, num.* 2.

3 *Argumentum contrarium præstat* Sabini, & Cassij *sententia in* l. quod sepè, §. ergo si grex, ff. de contrah. empt.

4 *In venditione conditionali si res fiat deterior pendente condirione num. deterioratio cedat damno emptoris.*

1 PVra numquid sit, vel conditionalis venditio terræ cum introitibus fiscalibus pro pretio iuxta liquidationem introituum faciendam ad rationem tanti pro centenario disputatum extitit, & pura habita est, & compilauit etiam decisionem R. Reuert. *in dec.* 147. & in casu isto scripsit Camill. de Medic. *cont.* 32. argumenta desumpta sunt ex text. *in l. hac venditio*, §. 1. *ff. de contrah. empt.* vbi si emptus est fundus à Titio quanti ipse emit, vel quantum pretij sit in arca vales emptio, & subdit Iureconsultus, nec incertum est pretium in tam euidenti venditione, & ibi Albericus pretium esse certum in rei veritate, quamuis ignoretur à contrahentibus, prout conditio de præterito, vel de præsenti non suspendit actum, etsi nesciatur à contrahentibus, vt si fiat promissio si Rex Parthorum viuit, *l. cum ad præsens cum seq. ff. si cert. petat.*

2 Præterea stabiliri potest, & concinnè ex Afflict. *dec.* 399. vbi in venditione vini, quod est in tali cellario ad rationem decem solidorum pro qualibet salma decisum fuit mensuram non venire ad substantiam, sed ad declarationem solius pretij, & sic contractum esse perfectum inspecta veritate, sicut quando contrahitur sub conditione de præterito, licèt de existentia talis conditionis incerti simus ex Bar. *in l. sicut*, *C. de act. empt.* & Vrsillus sequitur eamdem conclusionem, resumens venditionem rerum consistentium in pondere, numero, & mensura fore perfectam etiam quoad periculum quando fuit venditum totum corpus, vt si facta esset venditio de toto vino, quod est in cellario ad rationem tanti pro salma secus cum vendita essent tot barilia ex tali dolio addo Larream *dec. Granat.* 11. *num.* 13. Bart. *in l. Iulianus.* §. *Stichus, ff. de act. empt. & in d. l. sicut*, *& decisio Afflicti* hic non fuit expensa.

3 Argumentum autem contrarium præstat essentia contractus rerum consistentium in pondere, numero, & mensura, vt non sit perfecta venditio, nisi cùm singula corpora admunerata mensurataue fuerint, *l. quod sæpe*, §. *in his*, & §. *ergo si grex, ff. de contrahend. empt.* vbi si vniuersaliter vendatur grex ad rationem tanti pro quolibet capite, refertur sententia Sabini, & Cassij volentium, ut non perfecta censeatur venditio, nisi cù singula corpora numerata fuerint: ratio est manifesta, quia ex forma conuentionis venditio videtur fieri ad numerum, & non ad corpus, prout quando in primo exemplo venditur res pro pretio quod est in arca, nam tunc pecunia locum habet speciei, *l. planè*, §. 1. & *l. sed & si certo*, & *l. si seruus legatus*, § *qui quinque*, *ff. de legat.* 1. *si certos*, *ff. de verb. oblig.* & pro hac opinione Couartu. *pract. qq. cap.* 3. & ex d. §. *in his* firmat Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 19. *num.* 39. non sufficere pretium esse certum in rerum natura, sed requiri etiam esse certum apud nos vndè altiùs puto philosophandum in proposita materia, possessionis traditio beneuerùm suppleret mensuram, ut latè Vrsill. ad Afflict. *dec.* 280.

In venditione conditionali si res conditione pendente fiat deterior, emptoris damno cedit deterioratio si res in totum non sit perempta, *l. necessario* §. *sanè*, *ff. de peric. & commod. rei vend.* D. de Marin. Reuert. *vbi supr.* at sciendum quòd Cuiacius *in l.* 33. *ad edictum. Pauli* tradit d. versiculum non inueniri in aliquib. Codicibus, & Ant. Fab. *in ration. ad d. tex. lit. F.* firmat Iureconsultum, non constanter referre periculum emptori, sed dubium, & incertum ex text. *ibi potest dici*, & aduertit Larrea *de Granat.* 15. & 69. prima nihilominus sententia passim recipitur.

Ad ornatum decisionis videndi sunt R. Sanfel. *decis.* 108. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *cap.* 124. *a num.* 59. vbi copiosè cum responsione ad contraria.

SVMMARIVM.

1 *Consuetud. Neapolitana, sed si morienti, quoad subingressionem respectu lineæ transuersalis extenditur etiam ad fratres patrueles, amitinos, & consobrinos, & eorum filios, non autem vltra eos, vt n.* 3.

4 *Consuetudinis talis, ratio inductiua fuit, vt bona conseruentur in familia.*

4 *Consuetudo nulla in libro consuetudinis Neapolitanæ reperitur, quæ corrigat aliam.*

6 *Subingressio in linea transuersali non datur, & de iure consuetudinario, & de iure communi, nisi de successione patrui tractetur cum num. seq.*

7 *Neapodani doctrina in consuetud. si quis, vel si qua in prima gl.* 1 *col. verf. item de linea declaratur.*

8 *Intestatus decedens proximiorem diligere censetur.*

9 *Successio. an in stirpes, vel in capita detur ijs, qui non admittuntur iure subingressionis.*

10 *Subingressio vbi est, ibi datur successio in stirpes.*

11 *Virilem habebit is, qui succedit alicui ex propria persona.*

12 *Consuetudo Neapolitana incip. Quod autem, declaratur.*

13 *Fœmina non obstante consuetudine, quòd stantibus masculis fœmina non admittantur, quando succedant cum fratribus.*

DECISIO XXIV.

Ius subingressionis, respectu lineæ transuersalis competens ex consuetudine Neapolitana non datur vitra filios fratrum consobrinorum.

DE iure consuetudinario Ciuitatis Neapolis, in linea transuersali clarum est, dari subingressionem, quando moriente fratre, supersunt, vna cum alio fratre viuo nepotes, vel pronepotes, & deinceps, secundùm consuetudinē.

1 *Sed si morienti*, † quod etiam procedit, quando moreretur frater patruelis, amitinus, & consobrinus, superstite alio fratre patruele consobrino, & amitino, vna cum filijs alterius fratris patruelis, consobrini, & amitini, ut declarat Neapod. *in eadem consuetudine in versic. quod autem dictum est.* Sed dubitatum fuit, quid in alijs fratribus existentibus in vlterioribus gradibus, ut erat in isto casu, in quo mortuo Fabio Lembo, erant superiores fratres sobrini uulgo dicti fratres tertij, & filij istorum fratrum sobrinorum tex. *in consuetudine, quod autem videtur loqui generaliter, ibi intelligendum est de alijs in vlterioribus gradibus, existentibus agnatis, vel cognatis*, & lex generaliter loquens generaliter est intelligenda, *l.* 1. § *generaliter*, *ff. de legatis præstandis*, etiam quando loquitur per verbum plurale, alijs in vlterio-

terioribus gradibus existentibus. Item colligitur ex verbis Neapodani *in consuetud. Si quis, vel si qua, in 1. glos. 2. comm. vers. item de linea collaterali*, vbi dicit, in linea collaterali dari subingressionem in infinitum, sicut in linea descendenti secundùm ius municipale, allegat dictam consuetud. *sed si morienti*. Faciunt verba eiusdem Neapod. *in dicta consuetudine, quod autem in verbo alijs*, in finalibus verbis ibi, *idem in fratribus consobrinis, & eorum descendentibus*, & pro hac opinione
2 facit † quia consuetudines prædictæ factæ sunt, vt bona in familia remaneant plenè Socin. *cons.* 30. 4. *colum. vers. circa quartum, volu.* 1. *& cons. seq.* Curt. iun. *cons.* 150. Sacratissima 1. *col.* quæ ratio procedit tàm in beneficium magis coniunctorum de linea, quàm remotiorum. D. de Ponte *cons.* 39. *num.* 12. *vers. nec sumus*.

Quibus non obstantibus Sacrum Consilium in cau-
3 sa prædictorum de Lembo iudicauit contrarium, † scilicet subingressionem non dari vltrà filios fratrum consobrinorum, sic intelligendo consuetudinem prædictã. Ita enim illam intelligit ibi Neapod. *in dicto verbo, quod autem* dum dicit, quòd ibi dubium oriebatur, quia appellatione fratrum continentur, qui propagantur ex vtroque parente, vel altero tantùm, de alijs fratribus existentibus in vlterioribus gradibus, scilicet patruelibus consobrinis, & amitinis, si vnus ipsorum moritur superstite alio fratre, & filijs descendentibus ex alio fratre, an cesset prærogatiua gradus, sicut dictum est in alijs fratribus, qui sunt in secundo gradu, & eorum descendentibus? Et respondetur, secundùm eum, quòd illud, quod dictum est in fratribus simpliciter prolatis, qui sunt in secundo gradu, dicendum est de alijs existentibus in quarto gradu, & sic vlteriori. Idem Neapod. *in eodem textu, in verbo alijs*, dum ponit exemplum ad illum textum, in fratribus patruelibus, consobrinis, & amitinis, qui sunt in quarto gradu, subdit, quòd si dicta consuetudo intelligeretur in omnibus agnatis, & cognatis, vt cesset prærogatiua gradus, *vers. sed si morienti. corrigeret consuet. praecedent. in principio*, quia vocat proximiores, & sic totum secundum
4 ordinem succedendi, quòd est falsum omninò, † cùm nulla consuetudo sit in hoc paruo volumine, quæ corrigat aliam, quia consuetudines corrigentes, fuerunt detractæ ab ista compilatione, licet aliquæ fuerint additæ ad declarationem, non ad correctionem, quod etiam idem Neapod. dixit *in dicta consuetudine, si quis, vel si qua, in* 1. *gl. in vers. quaro modo*. Ex quibus
5 dictis Neapod. sumit conclusionem, † quòd in toto secundo ordine succedendi iure, scilicet proximiorum, habet locum prærogatiua gradus, præterquàm si defuncto supersunt frater carnales, & descendentes alterius fratris præmortui: nam isti succedunt sine prærogatiua gradus, *vt in §. sed si morienti*, idem subdit in fratribus consobrinis, & eorum descendentibus, vt in hac consuetudine, idem dicit Neapod. *in vers. sed si morienti, in princ. & in consuet. si quis, vel si qua, vers. oppones*, vbi dictas consuetudines, sic interpretatur. Quæ interpretatio iuris communis auctoritate robo-
6 ratur, quo dispositum est, † subingressionem in linea transuersali non dari, nisi quando tractatur de successione patrui, *auth. post fratres*, vbi Bart. *C. de legitim. hared.* plenè per Dec. *cons.* 1. cuius iuris communis correctionem, quantum minus possumus, facere debemus, iuribus vulg. Item confirmari potest, quia consuetudines istæ disponunt eodem modo quo verisimiliter disponeret decedens ab intestato, quia ab intestato decedens videtur se conformem reddere cum dispositione iuris communis, *vt in l. si quis cum nullum, & l. conficiuntur, ff. de iu. codic.* Ex cuius iuris communis dispositione vocatur ad hæreditatem qui in gradu proximiori reperitur, qui etiam censetur magis a moriente dilectus, & reuera, II opinio, quòd detur subingressio in infinitum, esset vera, *consuet. si quis, vel si qua*, in eo, in quo vocat proximiores, esset superflua, cum sufficiebat facere consuetudinem dicentem, decedenti ab intestato sine liberis in bonis, quæ obuenerunt à linea paterna, succedant coniuncti ex dicta linea, siue proximiores sint, siue non, & in bonis, quæ peruenerunt ex linea materna, succedant coniuncti ex illa linea, non attento gradu proximitatis, & iura abhorrent superflua, *§. quibus in prima constit. C.* Et hanc opinionem sequitur D. de Ponte *in cons.* 39. *num.* 17. vbi hanc decis. meminit.

7 † Nec Neapod. *in locis, in quib. allegatur*, dicit contrarium: in principio n. consuetudinis, *si quis, vel si qua* dicit illa verba discurrendo non autẽ decidendo, prout facit in proprio loco, & allegat dictũ *vers. sed si morienti*, vbi se declarat, *in gl. in vers. alijs in fin.* Nec similiter contradicit, quia illa verba (in fratribus consobrinis, & eorum descendentibus) intelliguntur de descendentibus ipsorum fratrũ consobrinorum immediatè, idest de filijs ipsorum, quia aliàs Neapod. sibi ipsi contradiceret in eadem q. Item quia si ipse intelligeretur de omnibus descendentibus, non oportebat ponere regulam quòd in toto secundo ordine habet locum prærogatiua gradus. Nec obstat, quod dicebatur, eamdem rationem conseruandorum bonorum in familia obtinere etiam respectu coniunctorum existentium in vlteriori gradu. Quia quando sumus in correctorijs, (vt est casus noster) etiam ex identitate rationis non fit extensio, vt per Doctor. *in l si vero, §. de viro, ff. solut. matrim. & in auth. quas actiones, C. de Sacrosanct. Eccles.* Item contradicit huic rationi præsumpta voluntas decedentis
8 ab intestato, † quia quis censetur magis diligere proximiorem, quam in gradu remotiori existentem, *l. peto, §. fratre, ff. de legat.* 2. *cum concord.* per Brun. *in tract. Quod stantibus masculis*, 13. *art. principali*, 4. *qu.* Et ex istis fuit, secundum hanc opinionem in hac causa decisum, licèt aliquibus ex Dominis contradicentibus.

Nec decisiones Neapodani supra allegatæ tergiuersari possunt, dum dicitur, quòd loquatur, quando tractaretur de successione ascendentis transuersalis tantùm, quia Neapod. *in d. consuet. si quis, vel si qua*, dicit, hunc intellectum esse alium, quia ordo succedendi positus in illa consuetudine, est valdè generalis, & comprehendit omnes lineas.

9 Secundò in hac causa fuit dubitatum, † an omnes isti, qui tamquam proximiores in gradu admittebantur, non data subingressione, deberent succedere in stirpes, vel in capita? super quo magna Curia pronunciauit debere istos in stirpes, non in capita succedere. Et videbatur, quòd isti fratres sobrini, vulgò dicti fratres tertij, succederent in stirpes, & non in capita, *ex text. in §. si verò neque in auth. de hared. ab intestat.* per quem tex. ita tenet Cyn. *in auth. cessante. C. de legit. har.* hanc opinionem esse veriorem dicit Neapod. *in d. vers. sed si morienti, in gl. in ver. in stirpem, vers. illud autem, num.* 276 quam etiam vt veriorem sequitur Bartol. *in l. post consanguineos, §. hareditas, ff. de suis & legit.* Ang. *in tract. de testam. in mat. successionis ab intestato, in* 3 *artic. princ. num.* 14. Nico. de Vbal. *in eod. tract. in eo. nu.* 3. *part. princ. vers. circa hoc quaero*. Mathes. *in eo. tract. in* 3. *artic. princ. de succ. agnat. vel cognat.* 12. *vers. Secundò dubitatur*, & apostilla ad Rolan. *in eo. tract. num.* 15. *vers. si autem contingant*. Et sic de iure communi videtur, quòd isti fratres secundùm vsualia verba fratres tertij appellati, debebant succedere huic Fabio in stirpes. Idem videtur esse de iure consuetudinario, ex verbis Neapod. *in d. glos. vers. alijs, dicto vers. quod autem ibi, sed si vis intelligere*. Idem Neapod. *in consuetud. si quis, vel si qua, num.* 140. *vers. sed pone decessit*, quærit, an succedant in stirpes: Respondet, dic vt dixi intra in *sequen. consuet. & in § si verò neque in auth. de hared. ab intest.* qui textus allegatur pro opinione Cyn. idem Neapod. *in consuet. si moriatur in ver. in stirpem num.* 22. *& in §. sed si morienti, num.* 278. *vers.* 4. *est hic ius municipale*.

Quibus non obstantibus Sacrum Consilium indica-
10 uit contrarium ex regula clara, † quòd ibi datur successio in stirpes, vbi est subingressio, quòd sit ad releuandum patruos in quorum præiudicium filij alterius fratris

fratris existētes in remotiori gradu admittuntur, vt mi-
nus noceant, & in locum eorum patris subingredian-
tur, qui pro eadem rata cum fratre succederet: hoc
considerat tex. *in §. si igitur defunctus, in auth de her.*
ab intest. cessat istud in casu, de quo agitur, cùm tracte-
tur de succedendo huic fratri solùm ex propria perso-
na, non autem ex aliqua subingressione. Quo casu in
capita est diuidenda successio, *vt in §. si verò neq; Auth.*
de hered. ab intestat. Et ideò Neapoda. in consuet. si
11 qua mulier, in princ. dicit, † quòd quoties aliqui succe-
dunt alicui per seipsos semper succedunt in viriles *l. si*
libertus præterito patrono. ff. de bon. liber.

Nec huic conclusioni obstat tex. *in d. §. si verò neque*
ponderatus per Cynum, quem prædicti Doct. suprà al-
legati sequuntur: nam text. ille procedit in casu suo,
quando concurrunt filij duorum fratrum in successio-
ne patrui, & extra illum casum decisio Cyn. per il-
lum text. non procedit. Ita in specie declarat Bartol.
in d. l. post consanguineos. §. hæreditas, ff. de suis, & legi-
tim. sequitur eum Additio ad Rolan. *in tract. de success.*
ab intest. n. 16. in addit. incip. istud dictum domini Ro-
lan, quę Additio omninò videnda est, etiam pro verita-
te opinionis, gl. & Cyn. quia ibi referuntur opiniones
omnium, concluditur tamen pro opinione gl. & Cyni,
licet Rolan. vbi suprà dicat pro opinione Azonis contra
Cynum esse veram, quam etiam sequitur Arno. Ferr. in
consuet. Burdega, *in lib. 2. in titul. de testam. fol. 164. ter-*
tia facie vers. quid autem, & secundùm hanc opinio-
nem facta plena discussione, & relato numero Doct.
pro vtraq; parte iudicauit Senatus Pedamont. *in decis.*
162. filij, prout refert Ant. Thesaurus in decis. dicti Se-
natus de nouo impressis, qui de hac decis. non meminit.
Et quæst. hanc pleniss. examinat Capriola in trac. *de*
success ab intest. lib. 3. num. 19.

Nec obstant verba consuetudinis, quòd autem, se-
12 cundùm intellectum Neapod. † quia Neapod. ibi hoc
non firmat, vt ex verbis eius patet nec intellectus præ-
dictus potest esse, quia si sic intelligeretur vers. ille, non
haberemus consuetudinem dantem subingressionem
vltrà filios fratrum carnalium, vt sic loquar; intellectus
primus, & secundus essent incompatibiles: non ab re,
quando Neapod. in fine illius gl. colligit conclusionem,
in linea transuersali in infinitum succedi in stirpes, quia
re vera ille non tenet illum intellectum. Nec decisio
Neapod. in tribus alijs locis allegatis obstat, quia in illis
locis semper se remittit, & non decidit, immò in dicta
glo, consuetudinis, si quis, vel si qua, allegat tex. *in d. §. si*
verò, neq. vbi clarè colligitur, & deciditur vltrà casus
prædictos, non dari subingressionem.

Ex prædictis etiam Sacrum Consilium admisit in
successione Fabij fœminas existentes etiam cum fratri-
13 bus in capita, quia licet per consuet. † fœmina soror ex-
cluditur a successione per masculos fratres, nihilomi-
nus, quia consuet. prædictæ fuerunt intellectæ in casi-
bus prædictis tantùm, & non vltrà, & consuet. dicit in
præmissis appellatione fratris sororem non contineri,
& casus, de quo agebatur, vltrà præmissa, idcirco fuit
admissa soror, & in hoc, & capite præcedenti fuit re-
formata sententia magnæ Curiæ, & in primo capite
approbata, me referente, iunctis Dominis duarum Au-
larum.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 10. Adde videndum Thessaur. *decis.* 162. Ma-
gon. *in decis. Flor.* 144. *n.* 20. & Capriol. *de success.*
fol. 243. *n.* 102. D. Io. Andr. Georg. nunc meritissimum
Consiliarium *in Alleg.* 30. *à n.* 41. *vsq; ad* 58. vbi ex pro-
fesso disputat, & sequitur hanc decis.

Et vide in pulcro casu Martam post hæc impressum
in voto 102.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Subingressio an detur in linea collaterali, & transuer-*
sali.
2 *Ius repræsentandi vsque ad quem gradum detur.*
3 *Et an succedatur in stirpes vel in capita.*
4 *Subingressio quando detur in locum patris.*
5 *Et de eius effectu, remissiuè. & num. 6.*
7 *Consuetudines Neapod. familiæ fauore facta sunt ob-*
seruanda.
8 *Filius fratris in fideicommisso non admittitur simul*
cum patruo ob prioritatem gradus.
9 *Maior affectio præsumitur ad fratrem, quàm ad fi-*
lium fratris.
10 *Limita nisi fideicommissum esset in gratiam familiæ,*
& sic familiare.
11 *Tunc enim testator potiùs familiam, quàm personam*
considerasse videtur.
12 *Filius quando concurrat cum his, cum quibus pater*
succedere poterat.
13 *Nepotes quando concurrant cum patruo.*
14 *Et quando cum amita.*
15 *Successio in stirpes defenditur contra Tessaurum, &*
Morotium.

AD hanc decis. quartam, & vigesimam vbi de
materia subingressionis agitur, adde infrà
Præsidentem hunc, *decis.* 157. & 266. *num.* 2.
ad quam dico, & ibi dicta huc referri pos-
1 sunt ad hunc locum, † & an detur subingressio in colla-
terali linea, & transuersali. a Ponte Regens. *cons.* 39. &
Benitendius *decis. Bonon.* 51. *incip. Dubium erat, et in*
decis. 88. *incip in præsenti difficultate*, & omninò An-
tonium Gomesium, vide *libro primo resolutionum vl-*
2 *timæ voluntatis cap.* 1. vbi † de iure repræsentandi, vs-
3 que adiquem gradum detur, & † an succedatur in stir-
pes, vel in capita Ioannem Petrum de Ferrarijs *in pra-*
ctica Papiensi, vbi Addentes *in forma libelli petit. hære-*
ditatis ab intestato, in gl. in verbo, nullisq; superstitib. li-
beris, num. 38. Ant. Gabriel. *libro Conclusionum de suc-*
cessione ab intestato 3. *par. nu.* 2. & vide quæ infrà *decis.*
375. ad quā dico. & Grammat. *lib.* 1. *theoremate theorem.*
4 16. *incip. te scire opinor. nouissimè.* † vbi quando subin-
5 gressio detur in locum patris, & † de eius effectu, & de
iure communi videndus est Decius *in l. si ania, C. de*
collatione bonorum. & Tessaurum nouissimè *in deci-*
6 *sione Senatus Pedem.* 162. † qui quærit an succedatur in
stirpes, vel in capita, & tandem quòd in capita succeda-
tur vtraq; relata opinione concludit, cuius contrarium
videtur voluisse Cephallos Hispanus felicissimæ me-
moriæ, & acutissimus vir in *Speculo communium con-*
tra cōmunes, quæst. 221. *incip. filij duorū fratrū*, qui tan-
dem distinctione facta cum Tessauro quiescit. Licet
contrariū verius, & bis decisū cōtra Tessauri *dec.* 3. as-
serat, eamq. opinionem Tessauri nostri Regnicolæ re-
ceptam habuerunt, & inter alios Capic. *in decis.* 208. *in-*
cip. In causa Palermi de Gilio, & opinionem secundùm
Tessaur. hodie 13. Martij, duabus iunctis Aulis referen-
te Consiliario Io. Thoma Vespulo Commissario causæ
illust. de Nastaro cum interuentu D. Petri de Veraab
Aragonia dignissimi Pręsidentis Sacri Consilij additaq;
aula D. Ioannis Sances de Luna Regij Consiliarij, Pa-
trocinante pro petentibus successionem per capita do-
cto, facundissimo, ac fortunato causę Patrono Ioanne
Baptista Meliole, ad præsens Consiliario dignissimo,
& pro contraria opinione Ioanne Andrea de Giorgio
publicè feudalia legente, & Consiliario adhuc cum ma-
ximo omnium applausu, & acutissimo Iureconsulto
Decio Fatilla fuit decisum per Sacrum Consilium, in
qua causa post alios pro succedentibus in capita fuit al-
legatus Morotius, doctrina, & ingenio per celebris, cō-

silio

filiò primo, & pro contraria parte Petrus Faber optimè
quæstionem examinans, & decidens, quòd succedatur
in stirpes. Et de hac decisione, vide Neapodanum, *in
consuetudine Si quis, vel si qua, & in consuet. sed
si morienti* Doctissimum Regentem à Ponte, *in*
7 *cons. 39. incip. Hac eadem.* vbi † dicit, has consuetudi-
nes familię fauore factas & obseruandas. Vide Vrsillum
8 *ad Afflictum, decis.* 309. Item adde quòd † filius fratris
in fideicommisso non admittitur simul cum patruo,
9 propter prioritatem gradus & † præsumptam maio-
rem affectionem ad fratrem, quàm filium fratris. Bru-
norus à Sole *in compendio resolutorio, verbo, filius fra-*
10 *tris.* sed † si fideicommissum esset familiare, secus es-
11 set, quia testator † potiùs familiam quàm personam
considerasse videtur ipsemet Brunorus *eodem libro,*
12 *versiculo, filius fratris defuncti* Item † nō modò in fidei-
commisso familiari, sed etiam in statuto repræsentante
patrem, filius concurrit cum his, cum quibus pater suc-
cedere poterat, ipsemet Brunorus *in dict. lib. in verbo,
filius fratris*, etiam in statuto. Alia ponunt de simili-
bus, & maioribus, Mynsingerius *libro Obseruationum
Cameræ Imperialis Centuria tertia obseruatione* 94.
13 Et † de nepotibus concurrentibus cum patruo Borgni-
14 nus *decis. 9. par. 2.* & † de nepote cum amita. Dec. 21.
de quæstione autem Azo. & Accurs. omnino viden-
dus est Fachineus *lib. 6. controuersiarum iuris*, qui no-
uissimè ex professo illam disputat, productis pro vtra-
15 que parte sententijs. Et quòd † debeat succedi in stirpes
contra Tessaurum, & Morotium concludit Isern. *in c.
Imperialem, de proih. feu. alien. n. 37.* Surd. *cons. 85. n. 13.
vol. 1.* Peregr. *de fideicom. art. 30. nu. 25.* & ita sæpiùs iu-
dicatum contra Azonem pro Bart. dicit Hieron. Gabri.
cons. 1. nu. 26. vol. 1. & ita consuetudine receptum asse-
rit Afflict. in *in c. omnes num. 11. si feud. defuncti mi lit.*
Borgninus *deci. 24. par. 4.* Alban. *cons. 29. in fin.* Alexan.
cons. 55. nu. 4. volum. Socinus iun *cons. 104. n. 29. volum.
1.* & alij per me notati.

ADDITIO D. RICII.

QVia noster auctor in hac decisione facit mentionem de subingressione, dicendo quòd subingressio ... s respectus lineæ transuersalis competens ex consuetudine Neapolitana non datur vltrà filios fratrum consobrinorum; nota quòd in hæreditate ascendentis filij semper intrant in locum, & gradum, eorum patris, ita vt concurrat cum patruo, & auo succedat in stirpes, *§. cum filius institut. de hæred. quæ ab intest. §. 1. vers. si igitur Auth. eod. tit. & Auth. cessante, C. de legitim. hæred.* & ratio est, quia filius, & pater eadem persona censentur *l. fin. C. de impub. & alijs substit. §. ex verò, qui instit. de inutil. stipul.* Tiraquel. *in repet. ad l. si vnquam, C. de reuocand. donat. in præfat. num. 2.* Hippol. de Marsil. *sing. 160.* Paril. *cons. 84. n. 7 vol. 1.* & Viu. *comm. opin. lib. 1. opin. 33. n. 12.* & non solum habet locum, quando succeditur ex dispositione legali, sed etiam quando succeditur ex dispositione hominis, & sic ex fideicommisso Viuius *comm. opin. lib. 1. opin. 319.* qui ait hanc esse magis communem opinionem, & ita iudicatum fuisse refert. Caualc. *decis. 9. n. 86. fol. 174. par. 2.* & post alios Beniten. 88. sed quomodo, & hoc ampliatur, & limitatatur, vide latè Gabr. *comm. opin. conclus. 3. fideicomm.* quod procedit, & in feudo Gabriel. *regul. lib. 4. tit. de success. ab intest. conclusio. 1. n. 7.* Decian. *consil. 9. nu. 5. vol. 2.* declara, secus esse in feudo ex pacto, & prouidentia, in quo filij in locum patris subintrant Natta *consil. 127. n. 7. 8.* Magon. *decis. Lucens. 19. n. 17.* Milanens. *decis. Sicil. 9. numer. 220. 222. lib. 1.* &, in alijs maioratibus Grammat. *deci. 1.* & idem esse in emphiteusi voluit Gabriel. *concl. 5. n. 11. 32. & seqq.* Corneus *consil. 24 col. fin. & 131. volum. 2.* & pariter quando agitur de hæreditate auunculi, vel materteræ filius subintrat in locum matris Benitend. *decis. 51.*

Quæ conclusio sic ampliata limitatur in pluribus, & primò non procedit in nepotibus conceptis post aui mortem, *§. cum autem vers. plane* vbi Doctores *instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* Suarez. *in Thesaur. recept. sent. litera D n. 61.* & Gomez *var. resolut. tom. 1. c. 1. n. 8 cum duobus seq.* tu autem nota, quòd potest per eos auo succedi ex persona patris iure transmissionis suitatis, sanguinis, vel deliberandi, non ex persona propria iure repræsentationis, vt per Gomez. vbi supra *nu. 11.* & Suarez *d. litera D. n. 62. fol. 32.* & sic hi videntur tenere, quòd filius repræsentando patrem succedat ex persona propria, quod etiam tenent Capic. *decis. 21. n. 6.* Caualcan. *decis. 9. nu. 39. par. 2.* qui ait hanc esse communem opinionem.

Limitatur secundò prędicta conclusio in iure patronatus Faber. & Aret. *d. §. cum filij* Tiraquel. *in tract. de primogen. q. 40. n. 152.* quòd intelligas, quando tractatur de iure patronatus seculari, secus si Ecclesiastico, Faber. & Aret. *vbi supra* Tiraquel. *d. q. 40. n. 21.*

Et vltimò limitatur, si filius non posset succedere, quia hoc casu patrem repræsentare non poterit Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glo. 8. n. 48. &* Magon *decis. Florent. 147. num. 7.*

Sed in successione Regni, vel stante statuto, aut consuetudine, quòd primogenitus succedat, nepoté patruo secundogenito succedere voluerunt Oldrad. *consil. 224.* qui ait per Regem Robertum in ciuitate Auenoniensi astantibus aliquibus Cardinalibus, ita fuisse iudicatum, Bellamera *decis. 724. col. 3.* Capella Tholos. *decis. 433.* & ita fuit iudicatum per collateralem refert. Grammat. *d. decis. 1.* hæcque opin. est verior, & communior testibus Bursatto *cons. 67. num. 13.* & Paris. ad Alex. *cons. 4. volum. 4.* quidquid tenuerint Bald. Salic. *in l. 3. C. de bon. matern.* Iser. *in cap. 1. de natur. succ. feud.* & nonnulli alij.

ADDITIO D. NOVARII.

SVbingressio, quamuis militare videatur in lineà transuersali, quòd procedat non tantùm si superessent frater, & nepotes ex altero, sed etiam quando moreretur frater patruelis amitinus consobrinus, existente superstite alio fratre patruele consobrino, & amitino vnà cum filijs alterius fratris patruelis amitini, & consobrini, an etiam porrigatur dicta subingressio in alijs fratribus existentibus in vlteriori loco vt in tertio gradu, sicut in casu contingenti dubitatum fuerat, fuit decisum hic subingressionem non dari vltrà filios fratres consobrinorum, vt etiam dixerunt de Ponte *cons. 39. n. 1. vol. 1.* Georg. *in alleg. 30. nu. 72. &* D. Ricc. *in collect. decis. collect. 456.* Mart. *in digestis nouissimis tom. 5. tit. subingressio. fo. 77. col. 2. versic. vt bona in familia.*

Et nota, quod attenta dispositione constitutionum regni datur repręsentatio in linea transuersali vsque ad tertium gradum, nempè vsque ad nepotes, & sic ad filios fratrum, vt in constit. regni de success. sed ex gratijs concessis huic regno est ampliata successio in linea collaterali vsque ad quartum gradum inclusiuè, vt habetur in *pragmatica 20. sub. tit de feud. etiam plura tradit* Anna *consil. 125.* & etiam de Ponte *in suo oper. feud. lect. 12. n. 33* & ad dicta per eos, præcipuèque per Anna. me remitto: & licèt aliqui dixerint quod etiam in linea transuersali detur successio vsque in infinitum eorum opinio non est vera, non enim datur vltrà septimum gradum. Bal. *in c. 1. 6.* Affl. *n. 14.* Prępos. *n. 66. de feu.* Dec. *cons. 85.* & post alios Raud. *decis. 48.* tota & præcipuè *n. 7. & 19.* vbi materiam luculenter examinat.

Verùm quia materiam subingressionis latissimè, & vberrimè post alios tractat. Molin. *de Hispan. primog. lib. 3. cap. 6. 7. & 8.* Mantic. *de coniect. vltim. vol. lib. 8. tit. 9. per totum* Tusc. *in conclus. 352. per tot.* optimè Castill. *in lib. 3. controuer. iur. cap. 19. per tot.* & nouissimè Molesei. *in consuet. Neap. p 4. de success. ab intest. quæst. 35. 36. & 37.* ideò ad ipsos me remitto, nā optimè reperies materiam exāratam, quibus addo Marescot. *in lib. 2. variar. resolut. c. 80.* vbi tractat, quando filius ingredia-

diatur locum patris sui,& si statutũ vocet fratres ad successionem fratris defuncti sine liberis exclusis sororib., etiam filius fratris præmortui teneat locum patris quo ad sui inclusionem tantùm, & sic, vt concurrat cum Amita, vel potiùs, ut eam in totum excludat.

Sed scire non desinas, quòd si testator inter substitutos gradus prærogatiuam seruari voluit, nepos non intrat locum patris sui,sed à patruo excluditur, ita firmarunt Paul.de Castro *in auth.defuncto col.1.in fine, C. ad Tertull.* Dec.*cons.1.colum.penultim.& in cons.408. colum.fin.vers.tertia conclusio*, Paris.*cons.30. num.55. & cons.37.num.69.& cons.40. num.25. & sequ. vol.2.* Curt.iun.*in cons.154.colu.3.in fin.vers. tertio moneor, & in l.si auia col.penult.in fi vers.2.notabis, C. de success.edicto.* Crauet. *in cons.67.colum.2. vers.tamen loquuntur.* Grammat.*dec.1.num.2. & num 5.* Ferret. *in cons.272 num.4.volum.2.* Menoch.*in cons.10. num.64. & cons.43. num.66. volum.3.* plurimos ad hoc congerunt, atque hanc conclusionem probat Couaru. *in lib. practica.quæst.cap.38.vers.4.vbi fideicomm.* Marzar.*in epitom.de fideicommiss. quæst.33.* Gabriel *in suis communib.conclus.tit.de fideicommiss.conclus.3.nu.3.* Crassus *in §.fideicommissum quæst.11 nu.8.* Mantica *in tractatu de coniecturis lib.8.tit.9.num.9.* Simon de Prætis *dubitat.4.solut.3.num.23.fol.339.* Peregr.*art.22. nu.3. & sequ.* Molin.*de primogen.lib.3.cap.8.nu.26.* qui probant esse communissimam, & receptissimam sententiam Caualcan.*dec.9.num.53.par.3.*

Et licet in feudis permittatur subingressio filij in locum patris *c.1.§.his verò de gradib.success.in feudo.* tamen ibi Andre.dicit quòd quando apposita est clausula, salua prærogatiua primogenituræ, secus est, Lanarius *in cons.66.num.29.* & dixit Bald.*in l.iubemus, §.si quid,* quando in dispositione hominis fit mentio gradus tunc censetur exclusa repræsentatio sequentis in gradu, & videtur casus *in l.liberorum vers. non quibusdam gradibus, ff.de verb.signific.* per quem ita dixit Bald.*in l.testamento,C.de suis legitimis, & est text.in l.si libertus præterito,§.si libertus,ff.de bon. libert.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Repræsentatio non datur de iure consuet. Neap. vltrà filios fratrum patruelium* reiecto Montano.

2 *Filij fratrum sobrinorum,an succedant in stirpes, vel in capita, & quidquid in filijs fratrum de iure communi num.3. & auunculus præfertur fratri patrueli, & filij fratrum excludunt patruum defuncti confutatis* Bocrio,& Charonda.

1 Consuetudinario iure Neap. attento non datur repræsentatio vltrà filios fratrum consobrinorum vnde filij fratrum patruelium excludunt filios susceptos ex filijs fratrum consobrinorum, & hanc decisionem refert, & sequitur D.R. de Marin.*lib.2.resolut.216. num.9.* vbi reijcit Montanum *contron.2.* ex Molfes.de Ponte, & alijs impugnantem decisionem.

Tangit Preses aliam quæstionem,an filij fratrum sobrinorum succedant in stirpes, vel in capita, & iuxta secundam partem iudicatum refert *num.11.* sed Molfes.*in comm.ad consuet.Neap.tom.2.in addit.ad qu.39. & sequ num.61.* dicit procedere in filijs fratrum consobrinorum non autem in filijs fratrum, quo casu sentit oppositum prout attento iure consuet. verius dicit Prouenzal.*ad consuet.si moriatur obseru.29.num.20.* & P. Vrsin.*in tract.de feud.quæst.6.art.vnico a num.3.*

2 Inspecto iure communi pro successione in capita in filijs fratrum iuxta opinionem Azonis semper indicatum in Rota tradit Gratian.*discept.709.* & tenent Rouit.*contr. 23.volum.1.* Fusar.*de substit. qu.482.* Rota in *dec.82.in impressis post repertor.* Farin.*de vltim. volun. Thor.var.nepotes, & neptes,* & hanc opinionem amplector quidquid velint Peregr.Censal.Vrsin.Prouenz. & alij, nisi patruus sit in medio, qui renunciaret partem suam, & liberi, ex alijs fratribus succederent, quia successio fieret in stirpes, Barry *de successio. libro 18. tit.3.*

3 Auunculus demum præfertur fratri consobrino in successione defuncti patruelis, vt ex Napod. & alijs probat R.Marcian.*disp.20.num.4.* & filios fratrum excludere patruum defuncti probat Barry.*vbi sup.* explosis Boerio, & Charunda.

SVMMARIVM.

1 *Mater admittitur simul cum fratribus defuncti, tàm de iure communi, quàm de iure consuetudinario.*

2 *Soror vterina admittitur cum fratre vterino in bonis obuentis matri ex latere ipsius fratris.*

DECISIO XXV.

Soror vterina æqualiter admittitur cum fratre vterino ad successionem bonorum matri peruentorum per mortem alterius ex fratribus vtrimque coniunctis, & dictæ sorori vterinæ tantùm.

In causa Iuliæ Antigæ, filiæ legitimæ, & naturalis quondam Angelæ Viuagnæ cum Io. Ant. Respino eius fratre vterino: mortua matre ab intestato superstitibus dictis Angela, & Io. Ant.eius hærede, fuit dubitatum, si in portione hæreditatis, in qua successerat dicta Angela per mortem vnius ex eius filijs fratris vtrimque coniuncti dicto Io: Ant. virtute consuetudinis Neapolitanæ deberet solus, & sic ante partem succedere dictus Io: Anto. quia bona peruenerant ad matrem, ex fratre vtrimque coniuncto, & sic ex latere dicti Io: Ant. an verò diuidi, cum sorore vterina?

1 Pro absoluto enim habetur, † matrem admitti una cũ fratribus mortui, in successione, etiam virtute consuetudinis Neapolitanæ, *cum authen.defuncto, C.ad Tertullianum,* non sit correcta, ut dicit Neapod.*in consuetud.& si testator,in verbo, proximiores,* & sic indistinctè seruatur. Et pro fratre allegabatur decisio Neap. *in consuetud.si quis,vel si qua,in ver.materna. versic. sed pone, Titius,* vbi concludit, quòd si fuerit mortuus pater, & mater, superstitibus duobus filijs ex prima vxore, & uno ex secunda vxore, si moritur vnus ex fratribus vtrimque coniunctis, succedente alio etiam in bonis communis matris, & si posteà moritur alius superstite sibi fratre consanguineo tantùm,& proximioribus ex parte matris fratris mortui,quod hoc casu succedent proximiores ex parte matris in dotibus maternis, excluso fratre consanguineo: sic videbatur dicendum in casu, de quo agitur, quòd exclusa Iulia ex ista portione, quæ obuenit matri ex parte fratris vtrimque con-

2 iuncti, actori deberet succedere ipse Io: Anto. † Contrarium fuit decisum per Sacrum Consilium ex decis. eiusdem Neapod.*in eadem glos.in ver.sed pone, mater.* & Clar.*in consuet. si qua mulier in vers. succedunt,* & Afflict.*in ea consuet.in addit.quæ incipit istam quæstionem. fol.145.* dicit, quòd hæc opinio habet rationem,& sic fuisse determinatum in Sacro Consilio, prout ipse colligit in *decis.127.* vbi dicit causam proximam non autem remotam esse attendendam,ad quod colligit cõcor. Vrsil.in addit. Nec obstat dec. Neapod. *in dict. ver. materna,ver.sed pone Titius,* sed quia in illo casu ideò non inspicitur origo, quia fuit continuata linea materna in filium, & sic mutatione personæ, non mutatur qua-

qualitas rei, secus in casu, de quo agebatur in præsenti causa, quia de filio in matrem non continuatur linea. Ita declarat Pisan. *in d.gl.vers.sed pone, mater in addi. quæ incipit, notat quòd si mater*, & videtur colligi *ex d. gl. in vers. & sic licet sit mutata*, & secundùm istam opinionem refert dixisse sibi D. Colutium Coppulam, fuisse iudicatum, pro qua opinione faciunt dicta D. Stephani de Gaeta *in consuet. si quis, vel si qua in addit. quæ incipit, quantum ad intellectum, in nouissimis consuetudinib. fol.* 3. & fuit hoc decisum, nemine discrepante, referente V.I.D.D. Gaspare Pinario, Lusitano.

ADDITIO D. VISCONTI.

VIde Capriol. de success. *fol.* 217. *nu.* 82. vbi loquitur remissiuè.

In eadem decis. in addit. dum alleg. Vrsill. Vide Rom. *cons.* 196. 408. *col.* 1. *in fi.* & Decium *in l. in eo quod plus num.* 5. *ff. de reg. iur.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Frater occidens fratrem non succedit fratri, sed alter frater si adest cum ascendentibus, & quid in ascendente, si occidit.*

AD hanc decisionem adde, quæ dico *de auth. defuncto, C. ad Tertull.* in Brachilogia Iuris, quã citiùs imprimenda. Sed propius ad hanc decis. Diligentissimè Lector, vide quæ Dueñas *regula* 364. & 164. Boer. *dec.* 185. Vrsillus, & Nouissimi ad Afflict. *dec.* 38. & 389. & quòd hæc decis. ita fundata sit, firmat etiam Consiliarius de Bottis *in consuet. Si qua mulier, in princ.* vbi † quo tempore hęc de-
1 cis. facta fuit, & quod 22. Decemb. 1574. fuit facta decis. similis in alia causa. Ad *d. auth.* & eius materiam, adde etiam Afflict. *dec.* 236. sed adde, quòd frater occidens fratrem, ipse non succedit fratri, sed alter frater, si adest cum ascendentib. & quid in ascendente si occidit, Boer. *dec.* 25. & 7. Nec omittendum est, quòd in causa illorum de Acampora, & Sanges fuit controuersia inter Doctorum Parthenopeorum vertices, & cum D. Decio Fauilla scripserunt, Iacob. Sallucius nunc Pręsid. Reg. Cameræ, Io: Dominicus Imperatus, & Fabius Anna, & Scipio Constantius inde Regij Consiliarij in his quæ Boer. *qu.* 192. Afflic. *dec.* 127. Io: de Gattonib. *in repet. auth. ex testam. n.* 41. *C. de secu. nupt.* ex Cast. *in l. quod scitis, §. fin. ver. sed debet poni. C. de bon. quæ liber.* atque ex Lopez *in rubr. cap. per vestras, §.* 39. *n.* 10. & Barbosio *in l post dotem, n.* 74. *ibi vlterius, ff. solut. matrim.* dicentibus attendi originem immediatam, non remotam.

ADDITIO D. RICII.

SOror vterina æqualiter admittitur cum fratre vterino ad successionem bonorum matri peruentorum per mortem alterius ex fratribus vtrinque coniunctis, & dictæ sorori vterinæ tantùm, hoc concludit vigore consuetudinis Neapolitanæ, sed de iure communi est tex. *in auth. defun. C. ad Tertul.* vbi disponitur, quòd si defuncto supersint pater, mater, auus, auia, fratres, & sorores, vtrinque coniuncti, omnes in capita illi succedunt.

Quam conclusionem amplia primò, si supersint auus, & frater vtring; coniunctus, nam hoc casu etiam in capita succeditur. Glo. *in §. consequens ver. proximior authe. de hæredib. ab intest.* Bar. & Bal. *in d. auth. defuncto*, idem Bald. *cons.* 268. *vol.* 4. Couarr. *in trac. de success. ab intest. n.* 5. *vers. primum.* Viuius *in Silu. comm. opin.* 336. vbi testatur de magis communi quicquid dicat Cassan. *in consuet. Burgundiæ tit. des successiones §.* 6. *fol.* 988.

Amplia secundò, quia si superfuerunt filij fratris vtrinque coniuncti admittentur in stirpes per repræsentationem, Ludou. *decis. Perus.* 11. *num.* 1.

Amplia tertiò, nam filij fratris defuncti concurrunt cum eorum patre etiam in bonis donatis defuncto ab ipso patre, de Franchis *dec.* 59.

Limita nunc quia frater ex vno latere tantũ excluditur, Ang. *in auth. de non elig. secun. nub. §.* 1. Bal. & Paul. de Cast. *in d. auth. defun.* Boer. *dec.* 185. *n.* 2. Couar. *d. nu.* 5. *vers. hinc apparent*, Cassan. *vbi sup. fol* 989. imò mater excludit fratrem consanguineum, & pater vterinũ Bald. *in d. auth. defuncto num.* 8. Vrsil. *ad Afflic. dec.* 38. *num.* 3. & in specie dixit Bald. *in cons.* 366. *num.* 2. *vol.* 4. quòd frater vterinus excluditur ab auo materno.

Nota verò quòd casu quo pater concurrat cum suo filio non habebit vsumfructum in bonis illi peruentis. Rolan. à Valle *cons.* 90.

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 Textus in auth. defuncto C. ad Tertull. *non est correctus per consuet. Neap. iuxta* D. Præs. *qui nominatim in hoc impugnatur.*

2 *Mutatione persona, an & quando mutetur qualitas bonorum in hac re*, Pisanelli *distinctionem amplexatum est S.C. sed neoterici toti sunt in confutando illam, num.* 3. & 4.

1 THeses prima D. mei est, *textum in Auth. defuncto, C. ad Tertull.* non esse correctum per consuetudinem Neapol. at contrarium probant Consil. Prouézal. *in consuet. si moriatur obs.* 23. *n.* 27. quapropter cum parentibus admittuntur fratres vtring; coniuncti, & etiam ex vno latere in bonis, quæ à sua linea peruenerunt, vt ita decisum in S.C. refert D. Pratus *lib.* 1. *discept.* 7. *in fine*, vbi tradit quòd ipse oppositum defendebat, & succubuit addo Caput. *in consuet. si moriatur p.* 1. *§.* 5. *nu.* 11. vbi impugnat D. meum vnde Caputus immeritò improbatur à Bottilier. *de exclus. theorem.* 16. *n.* 8.

2 In quæstione, an & quando mutatione personæ mutetur qualitas bonorum, S.C. amplexum est distinctionem Pisanelli, vt si linea eius à quo obuenerunt bona non continuatur in persona eius cuius obueniunt, tunc mutatione personæ mutatur qualitas bonorum, secus quando non mutatur linea, quam distinctionem iterum habes infrà *dec.* 696. & ex traditis hîc *num.* 2. habetur quòd si moritur filius, & succedit mater mutatur conditio bonorum, quia mater non est de linea filij, non sic econtra, & sequitur Montan. *controu.* 1. *num.* 34. qui satisfacit rationibus quas in contrarium adducit Rouitus *con.* 100. & decisioni per ipsum relatæ, vt interponam meam sententiam ipse non percipio quomodo mutetur linea quando succedit mater filio, qui est sub linea tàm paterna, quam materna, & sic est linea recta sursum, & deorsum.

3 Oppugnat distinctionem, & decisionem istam expressissimè R. Latr *consult.* 19. vbi vult attenden iam esse causam immediatam, & non originem, quamuis non mutetur linea præsertim ex Alex. *con.* 98 *lib.* 6. vbi in casu quo bona peruenerunt ab auia patri, & deindè à patre in filium, dicta bona non dicantur deuenisse nepotibus ab auia, sed à patre, & per aditionem effecta fuisse paterna Sesse *decis. Arag.* 51. *num.* 18. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 24. *num.* 65.

4 Præterea Consil. Prouenzal. *d. obseruat.* 11. explodendo præsentem decisionem distinguit, quòd aut agitur de bonis paternis, & tunc si essent decem filij mortuis posteà vno, posteà alio, & remanente vltimo, & bona

bona in eum per decem mutationes deuenirent, nunquam mutetur linea, quia omnes filij sunt de linea patris, aut decessit mater, & agitur de bonis maternis inter filios, qui sunt diuersæ familiæ à matre, & rursus subdistinguit, quòd aut agitur respectu vnius, & nō mutetur linea, sed si posteà portio vnius perueniret ad alium fratrem, tunc per binam mutationem, prima de matre in filios, secunda inter ipsos diuersæ familie a matre mutetur linea, si autem bona vadunt ad matrem vel alium ascendentem ex vnica mutatione obliquaretur linea, ipse in hoc aspicio æquiuocationem, & confundi lineam, & familiam, quæ toto cælo distant, nam datur duplex linea paterna, & materna, nec verum puto obliquari lineam quando bona vadunt de filio in matrem cùm sit linea recta, & non inflexa, nec mutatur linea de fratre in alium Giurb. *de success. feud.* §. 3. *gl.* 10. *n.* 28.

Addo quòd *l. femine. C. de secundis nuptijs* procedit etiam quoad ea, quæ ad parentes peruenerunt ex dispositione *auth. defuncto C. ad* Tertull. per mortem alicuius filiorum, vt mater succedens filio in bonis illi à patre obuentis si transeat ad secundas nuptias teneatur illa reseruare fratribus defuncti. Castill. *de vsuf. c.* 2 *n.* 9. Fontanel. *de pact. nupt. n.* 5 *glo.* 8. *p.* 11 *num.* 34. quod procedit etiam attenta consuetudine Neapolitana cū per eam *d. l. femine* correctio non indicatur, vt traditur per D. meum in *decis.* 666. quis ibi casus remanserit indecisus, quidquid in præsenti decisione contrarium referatur decisum vt aduertit D. Hodiern. *ad l. hac edicta q.* 21. *n.* 6. *c.* 3 quamobrem etsi mutetur linea & mutentur bona quando mater succedit filio, nihilominus in dictis bonis in quibus succedit mater binupta per obitum matris succedit filius ex primo non ex secundo matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Sorores vterine, quemadmodum admittuntur ad partem hæreditatis materne in beneficium vtrinq; coniunctorum, licet adsint fratres vterini virtute consuetudinis Neap. idem fit quando superessent fratres, & sorores vtrinq; coniunctę cum consanguineis tantum vt portio paterna vadat in beneficium consanguineorum tantum, & num.* 7.
2 *Duplex succedendi ratio fortior.*
3 *Masculi semper censentur vocati a statuto secundùm ordinem.*
4 *Vtrinque coniunctus præfertur in successione ex vno tantum latere coniuncto.*
5 *Successionem eius obtinet quis cuius causa quis excluditur.*
6 *Frater vterinus non subiacet oneri maritandi sororem consanguineam.*
7 *Doctorum dicta in proposita quæstione distinguuntur.*
8 *Coniunctio vtriusque lateris non nisi in fratris, vel patris successione attenditur.*

DECISIO XXVI.

Portio sororis vterinæ cedit in beneficium tàm vtrinq; coniunctorum, quàm consanguineorum fratrum non obstante consuetudine Neapol. præferente vtrinque coniunctos in bonis maternis.

1 IN casu Magnifici Michaelis Cossi, cum Magnifico Io. Iac. Cosso, fuit dubitatum, † si quemadmodum quando fratres vtrinq; coniuncti adsunt cum sorore, & fratre vterino, sorores admittuntur ad portionem in matris hæreditate in beneficium vtrinq; coniunctorum virtute consuetudinis Neapolitanæ incipien. *Si qua mulier*, ita etiam si seruandum virtute consuetudinis prędictę, quando superessent fratres, & sorores vtrinq; coniunctæ cum fratribus consanguineis tantùm, scilicet quòd istæ sorores sint admittendæ ad portionem hæreditatis paternæ in beneficium fratrum vtrinq; coniunctorum tantùm. Facit difficultatem consuetudo prædicta, quæ præfert vtrinq; coniunctos in bonis maternis, quod idem deberet esse in bonis paternis ex natura correlatiuorum. *l. fin. C. de indic. vidui. toll.* Ita ex ijs, quæ addidit Barth. Martialis *in consuet.* 1. *de success. ab intest. in addit. in* 1. *cat. quæ incipit, quid si pater decedat, in fin.* vbi dicit non dari rationem diuersitatis in consuetudine prædicta, *si qua mulier* in masculo, vel in femina. Itē ex regula iuris. †
2 quòd duplex vinculum in successione magis attenditur vt *in auth. defuncto*, ex quo Alber. Brun. *in tract. statutorū excludentium feminas, in* 13. *art. in* 4. *q. n.* 59. *cum*
3 *seq.* dicit in casu prædicti statuti, † masculos censeri vocatos secundùm ordinem iuris communis. §. *fin. Instit. de capitis dimin. l.* 1. §. *vocantur. ff. de contr. at ab. l. peto.* §. *fratre. ff. de leg.* 2. ibi res temperari debet, vt proximus quisq; primo loco inuitatus videatur, & *l. cùm ita* §. *in*
4 *fideic. eo tit.* & idcirco † postquam vtrinq; coniuncti in succedendo excludunt coniunctum ex vno latere tantùm *auth. cessante*, & *auth. post fratres. C. de legit. hæred.* tenet, portionem sororis vtrinque coniunctæ spectare ad fratrem vtrinq; coniunctum tantùm non autem ad consanguineum simul. Quam opinionem etiam in consulendo tenet Caro. Ruin. *in cons.* 28. *in* 1. *dub.* & *in cons.* 29. 3. *volum. n.* 5.

Quibus non obstantibus Sacrum Consilium, me referente, iunctis Dominis duarum Aularum, iudicauit contrarium, scilicet portionem sorororis cedere in beneficium, tàm vtrinque coniunctorum, quàm consanguineorum tantùm, pro quo ponderata fuerunt verba consuetudinis, *sed si morienti.* ibi, sint feminæ, quæ habeant fratres cōsanguineos ipsæ à successione excludūtur, cùm fratres ipsas habeāt maritare. Ad exclusionem ergo à successione sufficit, quòd sit frater consanguineus, ergo ipse consanguineus ad portionem exclusiuæ admittetur, cùm eius contemplatione excludatur, *text. optimus in l.* 2. §. *si due ff. de colla. bono. l. pen. C. de lega.* quem tex. ad hoc ponderant Bart. & Paul. de Castr. ibi, vbi etiam dicit Corn. ad hoc simpliciter (& quotidie il-
6 lum tex allegari, † & hoc commodum successionis habet in se annexum onus maritandi sororem consanguineam, cui non subiacet frater vterinus, quo Neapod. *in glos. rub in d. consuet. si qua mulier.* & expressius in consuetudine, *sed si morienti, in ver. cùm fratres*, dicit de iure consuetudinario, & communi fratrem consanguineum, & ex vtroque parente teneri ad dotem sorori consanguineæ, vel vtrinq. coniunctæ. *l. cum. in plures* §. *pen. ff. de adm. tut.* non autem vterinum. Si ergo onus est vtriusq; fratris, scilicet consanguinei, & vtrinq; coniuncti, vtriusq; debet esse commodum, ex reg. iu. & sic portio istarum sororum consanguinearum quondam magnifici Petri Cossi, & vtrinq; coniunctarum Magnifico Io: Iac. debet accrescere in beneficium vtriusq; Sed quando esset soror vterina, vt consuetudo loquitur, secus est, quia frater vterinus non tenetur ad ipsam dotandam, vt Neapod. dicit *d. gl. cùm fratres*, idcirco eo casu accrescit fratri vtrinq; coniuncto tantùm portio istius sororis vterinæ, ei competens in bonis maternis. Et sic respōdetur ex diuersitate rationis ad id, quod primo, & secundo loco dicebatur pro parte Magnifici Io. Iac. sequitur d. Ponte *cons.* 39. *col. fin.* 7. *n.* 27.
7 Nec obstat tertium, † nam pro solutione aduertendū quòd aliquādo in materia statuti tractatur, mortuo fratre superstitibus fratribus vtrinq; coniunctis cū sorore vtrinq; coniuncta, & fratre consanguineo de succedendo fratri mortuo, & tunc quia in successione in linea transuersali consideratur duplex vinculum. *vt in auth. cessante C. de leg. hær.* & *in auth. defun. C. ad Tert.* procedit decisio Bruni, & procedunt consilia Ruini, quę vt ex eorū lectura apparet, in d. casu loquuntur. Quando verò tractaretur de successione patris, vt est casus noster, quia propter fratres excludūtur sorores à successione patris, & isto casu procedit, quod cōsuluit Rom. *cons.* 411. quatuor sunt, quòd istæ sorores excludantur in bene-

beneficium fratrum vtrinq; coniunctorum, & consanguineorum, quorum onus est eas dotare, & ratio est, quia quando tractatur de succedendo patri, non cadit
3 considerare, † quòd sit duplex vinculum, quia patri omnes sunt filij, & omnes eadem coniunctione coniuncti, prout dicit idem Neapod. *in consuet. si qua mulier in verb. succedunt fo.48. in antiquis.* Pro quo etiam facit alia vera, & indubitata conclu. quòd coniunctio ex vtroque latere non consideratur, nisi quando agitur de successione fratris, vel patrui, vt pulchrè consuluit Alex. qui cæteros allegat. *consil. 166. super 4. vol. sequitur plenissimè,* Boer. *decis. 302. dico. in 2. par.*

ADDITTIO D. VISCONTI.

NVm.3. vide si conferunt scripta per Alexan. *cons. 88. volum. 1.* Mart. post hæc impressum, & visum *in voto 124. in fin.*

In eadem decis. in fin. Adde Rubeum Alexand. *cons. 102. &* Capriol. *de successi. nu. 125. & seq. fol. 249.* Crass. *in §. successio ab intestato quæst. 33. nu. 2. fol. 521.* & Gabriel. *in cons. 133. num. 4. volum. 1.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Soror, vel frater vterinus non succedit vnà cum fratre alterius matris in bonis maternis.*

ADDE ad hanc decisionem, quòd illa fuit facta sub die 26. Septembris, referente tunc Consiliario Authore harum decisionum, qui demum fuit effectus Præsidens S. C. & dignissimus Regens. Ita Consiliarius de Bottis refert in allegata consuetudine; *Si qua mulier. in princ.* Ad num. 6. ibi subiacet frater vterinus, adde quæ infra *dec. 63. & 375.* ad quas dico, & nota hāc decisionem in fine,
2 vbi sunt aurea verba ex consilio Alexandri desumpta. † Ad hanc decisionem, adde quòd soror, vel frater vterinus non succedit vnà cum fratre alterius matris in bonis maternis. Boer. *decis. 185.* vbi latissimè. Ad hanc decisionem, vide Bald. *in authen. defuncto, C. ad Tertullia. num. 8.* & Paulum Castrensem *nu. 2.* limitantem dictum Bald. Ad num. 6. Adde Regen. à Ponte *in cons. 39. num. 26. & 27.* & Bott. *in consuet. Si moriatur,* qui hanc decisionem sequuntur, & referunt. Ad finem huius decisionis nota, quòd de iure consuetud. Frater consanguineus excludit sororem vtrinq; coniunctam, & vterinus vterinam tantum, Modern. *in consuet. Si morientes,* sed hoc vltimum fortè non procedit ex vi consuetudinis, *si qua mulier.*

ADDITIO D. RICII.

POrtio sororis vterinæ cadit in beneficium tàm vtrinque coniunctorum, quàm consanguineorum fratrum, non obstante consuetudine Neapoli. præterēte vtrinque coniunctos in bonis materni, hoc dicit.

Amplia hanc conclusionem habere etiam locum, si mater fecisset testamentum, & instituisset æqualiter filios primi, & secundi matrimonij, vt affirmat ipse *in decis. 639.* subdens, quòd adhuc feminæ faciunt partem, & numerum in beneficium masculorum, vt fratribus vtrinque coniunctis portiones sororum accrescant.

Ratio autem decisionis est, nam portiones accrescūt fratribus cum onere dotandi sorores, sed onus dotandi spectat ad fratres vtrinq; coniunctos, & consanguineos ideò ad hos tantùm pertinent portiones sororum, & ipsis tantùm accrescunt cum onere eas dotandi, non autem vterinis, & alijs remotioribus.

Ad hanc materiam nota, quòd quando defunctus nō relinquit fratres vtrinque coniunctos, sed solùm fratrem consanguineum, & alterum vterinum, consanguineus succedit in bonis peruentis ex linea paterna, vterinus in peruentis ex linea materna, & in reliquis bonis omnes, & æqualiter admittentur, vt disponit text. *in l. de emancipatis. C. de legitimis hæredibus Ias. in l. post dotem. ff. solut. matr. Corneus cons. 47. versic. quia secundum communem colum. 1.* Alexand. *cons. 5. n. 6. volum. 5.* Bened. *in repet. cap.* Raynutius, *verb. & vxorem n. 665.* Couarr. *de successi. ab intest. n. 8. versic. 30.* Tiraquel. *de retract. lignagen. §. 14. glo. 1.* Viuius *opin. 335.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Euertitur assertum n. 6. de fratre vterino, quòd is non teneatur de iure communi in subsidium dotare sororem inopem.*

1 FRatrem vterinum nec in subsidium teneri dotare sororem inopem ex Neapod. & de iure communi *ex tex. in gl. 1. in l. cùm plures, §. fin. ff. de admin. tut.* docet. D. meus *nu. 6.* & ita firmat Prouenzal. *ad consuet. Neap. obs. 12. n. 18. Costa de remed. subsid. rem. 66. n. 4.* Aduertendum autem erit *d. text. in l. cùm plures §. fin.* procedere de iure Digestorum, quo attento cognati non succedebebant cum agnatis, aliter est de iure codicis secundùm quod sibi ipsis succedunt *l. fin. §. sed nec fratrem, C. de legit. hæred.* & proinde fratrem vterinum teneri alimentare, & dotare sororem inopem receptissimum est hodie Gratian. *discept. 65.* D. R. de Marin. *lib. 2. resol. 206.* Larrea *dec. Granat. 47. nu. 18.* Io. Bapt. Mucci *var. q. for. 11. à nu. 5. per tot.*

* Dixi fratrem vterinum diuitem teneri dotare sororem vterinam inopem, & quamuis Bottilier. *de success. ab intest. theor. 160.* contrarium teneat. ex *l. cùm plures §. cùm inter ff. de administr. | tutor.* firmans remanere incorrectam dicta legem quamuis sublata sit differentia agnationis, & cognationis quoad successionem, nihilominus contrarium dico verius ex Surd. *de alim. p. 1. q. 25. n. 19.* vbi tradit censeri correctam dictam legem, vt ait Boss. *tract. de dote c. 5. §. 4. nu. 60. textum* loqui de
2 dote iuxta dignitatē, & statum, & facultates fratris, non autem excludere, quin frater teneatur vsque vd quantitatem alimentorum.

SVMMARIVM.

1 *Nepos legitimus, & naturalis ex filio incestuoso, seu spurio, potest ne institui. & num. 4. & 7.*
2 *Incestuosus, an dicatur natus ex clerico simplici, & quid ex clerico in sacris, reiecta distinctione, an sumus in terris imperij, necne indistinctè concluditur, quòd non enim seq.*
5 *Ex, dictio, quid denotet.*
6 *Incestum committens, non nisi inter certas personas testari potest.*
8 *Nepotes ex spurio nati, si sunt instituti ab vno respectu eorum, tenet institutio, quoad proprietatem, respectu verò patris, quo ad vsumfructum pro concurrenti quantitate alimentorum residuo talis vsusfructus prædictis in nepotibus accrescente.*
9 *Institutio nepotum ex spurio contemplatione patris, facta in dubio non præsumitur.*

DECISIO XXVII.

Filius clerici simplicis non dicitur incestuosus. Nepos clerici simplicis, sed legitimus, & naturalis potest ab ipso auo clerico institui. Institutio nepotis legitimi,& naturalis ab auo clerico facta in casu quo filius capax non sit valida est pro nepote,quoad propriatem,& pro patre, quoad vsumfructum,

IN causa Ioan. Vincentij Syluestri nati ex quondam Io: Thoma Syluestro Clerico beneficiato, qui instituit hæredē dictum Io: Vincentium eius filium illegitimum, & casu quo non esset capax dictus eius filius, instituit filios legitimos, & naturales
1 ex eo procreātos: Fuit dubitatum,† si nepos legitimus, & naturalis ex hoc filio poterat institui. Et pro decisione huius difficultatis fuit dubitatum, si dictus Io: Thomas erat clericus in minoribus tantùm, vel in sacris, quia in instrumentis præsentatis fuerat nominatus clericus simpliciter,& alij,qui cum eo erant nominati,Sacerdotes alio vocabulo scilicet Præsbyteri nominabantur,ac etiam,quia recipere ordines sacros erat, quid facti,quòd nō præsumitur,nisi probetur.*l.in bello,§.factæ, ff.de capt.& post lim.reuers.*ideò fuit pari voto conclusum hunc Ioan. Thomam esse tractandum pro clerico simplici, & in minoribus, non autem pro clerico in sacris,eo magis, quia hic Io: Thomas erat nobilis, & illis temporibus non sic de facili in hoc Regno nobiles ordines sacros recipiebant, & malè.

2 Item fuit dubitatum,† si filius natus ex clerico, sit vel non sit,incestuosus,& tenendo hunc pro clerico simplici, videbatur hoc non habere difficultatem: sed quando aliquis ex dominis voluisset eum pro clerico in sacris habere,fuit dubitatum,si filius clerici in sacris, dicatur, vel non incestuosus,*glo.in l.2.C.de episc.& cler* licèt nihil alleget tenet incestuosum esse, quam sequitur ibi Bald. & Apostil. ad Bart. *in l.fin.ff.de his quib.vt indig.* sed contra illam glo.tenuit Petr.de Bellaper. ibi, qui dicit,opinionem glo. esse falsam. Cyn. Salic. & Bald. sibi contrarius, Anton. Corset. *in singul.suis in versic.fornicatio*,qui dicit illam glo.communiter reprobari Io:de Anan,*in cap.significauit, in 3.colum de adult.* qui dicit illam glo. debere per Clericos abradi, & contra gloss. prædictam tenet Barbat. qui plura ponit *in cap. in præsentia,colum.51.vers.venio ad gl.fol.165.extr.de prob.* & Couar.*in titu.de sponsal.in 2.p.relect.ca 8.§.5 num. 14.versic.*& quia interest potest, qui etiam alios allegat, & nouissimè Cardin.Paleot *in tract.de noth.& spur.c. 36.in fin.*quamuis Paul. Grillan. *in tract. de pæn.omnifariam coitus, q.fin.* allegando auctoritates hinc inde distinguat,quòd aut sumus in terris Imperij, aut in terris Ecclesiæ,vt in primo casu sit vera prima opinio. Nihilominus hanc distinctionem improbat Bermondus *in tracta.de publ.concub, in tit.de incest. vers.circa istum articulum.num.27.cum seq.fol.93.& 95.*& Vincentius Maxilla, *in consuetud. Baren.in consuet.dos à patre, in tit.de iur.dot.vers. pro hac gl.n.83.* & hanc opinionem
3 Sacrum Consilium tenuit,† scilicet istum non esse incestuosum, etiam quòd esset natus ex clerico in sacris, quia de simplici clerico non erat dubium, vt idem Didac.asserit in loco præcitato,*n.17.*quamuis hic clericus haberet beneficium,& hāc opinionem nouissimè tenet Ioan.de Aroias.*in epito.success.in cap.20.num.35.vers. obuer etiam.fol.*104. sed quia forsan inter Dom. de Sacro Consilio potuisset esse dissensio super veritate prædi-
4 ctorum.Commissarius discussit,si præsupposito.† quòd iste esset incestuosus.potuissēt eius filij legitimi,& naturales ab auo institui;& dicebat,quòd nō *ex te in l.si quis incest.C.de incest.nupt.*quē Bal.ibi hoc modo ponderat, quia tex. ille enumerat personas, quæ possunt institui à committente incestum,inter quas non enumerat illos nepotes, & Bald. ibi sequitur Alexand. *in l. Gallus, §. si is sub num.7 ff.de lib. & posth.* Gulielm Bened.*in reper.cap.Rayn.in versic.Et vxorem nomine Adelasiam, in materia success.ab intest.num.666.fol.113.in paruis.* & licèt Iason.*in d.§. quid si is* teneat contrarium ex tribus rationibus, nihilominus Dominus Iacobutius de Franchis,publicus ordinarius interpres in hac Ciuitate, & deinde Reg. Consiliarius in apostil. ad Iason. tenuit contra eum, & Card. Paleotus *in tracta. prædicto cap. 53.num. 9.* dicit omnino esse recipiendam sententiam Bald. contra Ias. cuius rationes etiam confunduntur,
5 quia dum in princ. perpendit dictionem,ex, †quòd denotet causam immediatam, fundans se *in authen. ex complexu*,dicit quòd dictio, ex,denotat causam mediatam, & immediatam, vt apparet ex eadem *l. si quis incest.* ibi, si qui ex iusto matrimonio, & tamen ex iusto matrimonio appellat filios, nepotes, & pronepotes, & sic dictio,ex,comprendit tàm natos mediatè loquendo de filios quàm immediatè loquendo de nepotibus, & pronepotibus, & hoc aduertit D.Iacobutius, vbi supra. Nec obstant aliæ rationes, quæ in idem recidunt, quia quamuis in incestuosis militet ratio eadem,quæ in spu-
6 rijs, † nihilominus in committentibus incestum habemus *l. particularem, quæ est d.l si quis incesti.*quæ prohibet committentem incestum posse testari, nisi inter certas personas ibi enumeratas,inter quas non sunt nepotes nati ex filio incestuoso, & sic defectus oritur ex defectu potestatis disponentis,non ex incapacitate eius in quem disponitur,& ideò non ab re Ias. ibi dicit cogitandum, quia magna est auctoritas Barto. & Alexand. quando non habent contradictorem, & sic concurrere omnes Domini, licèt vnus aliquantulum ex rationibus Iasonis dubitarit,& hanc opinionem tenet, & latè prosequitur Ioan.de Are.vbi supra.*d.ca.20.in 8.ampl.vers. sed ad limitandum fol.* 103. & Seruantes de nouo visu *in l. Tauri. num.* 115. Sed præsupposita hac opinione pro vera,quòd filius natus ex clerico,vel simplici vel *in*
7 *sacris*,non sit incestuosus,sed spurius, † quæritur, an filij legitimi, & naturales huius spurij potuissent ab auo institui? & in hoc Sacrum Consilium, nemine discrepante,tenuit opinionem *glo.in l.fin.C.de natural.liber.* & Barto.*in d. §.quid si is*,quem sequuntur ibi Alexand. Socin. Claud. & cæteri, quòd possunt institui cum distinctione,de qua per Bart.ibi,moti ratione *text. in d.l. fin.* super quo allegat concord. Tiraqu. *in tracta.de iure primogen.quæst.12.num.13.*idem Ioan.de Aroias *vbi supra d.cap.20 in vers. ex testamento vero*, & Anton. Reiji. *in tract.pract.q.lib.2.obser.115.fol.1105.*sed quia in casu, de quo agebatur, erat institutus filius spurius, & casu,quo non esset capax fuerunt instituti filij legitimi, & naturales ipsius spurij,& ipsi filio spurio fuerunt relicta alimenta loco quorum fuit eidem filio relictus vsusfructus,dubium fecit doctrina eiusdem Bart.*in d.§. quid si is,in 1.memb.sua distinctionis*,quòd hæc institutio non valeret, quasi facta contemplatione patris, ni-
8 hilominus † Sacrum Consilium, nemine discrepante, tenuit hanc institutionem valere respectu proprietatis, in beneficium nepotum,& in beneficium filij illegitimi respectu vsusfructus pro concurrenti tamen quantitate alimentorum, & quòd residuum vsusfructus accrescat nepotibus ex dictis eiusdem Barto.ibi *in 3.*casu,qui etiam subdit, hoc procedere, dato quod simpliciter sit facta institutio, quia quamuis in aduentitijs quæratur vsusfructus patri, nihilominus quando vsusfructus quæri non potest, nec per directum, nec per obliquum, remanet vsusfructus penes proprietarium, & hoc tenuit Soci. ibi post eum Clau. optimis rationibus, & videtur sentire Cuman.ibi *in fin.*verbis quibus multa addit,eandem opinionem tenens Paleot. *in quæst.*53. Nec obstat, quòd videatur hæc institutio facta contempla-
9 tione patris, † quia in dubio non præsumitur, vt dicit Bart. vbi supra,& cæteri sequuntur. Præterea quamuis fuisset contemplatione patris, erit hæc contemplatio causa,seu occasio remota,vt dicit Bart.ibi, & non proxima,& sic vt supra decisum fuit, & vide ad hanc decisionem M.Anto.Peregr.*in tract.de iure fisci,lib.3.c.18. num.*

num.44.fol.257. & Menoch. *in tract. de praesumption. lib.3.praesump.17. in secunda declar. fol.128.à tergo.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.2.ibi pro Clerico, vide Tiraqu.*in tracta.primog.quaest.12. num.14. 15.* Suarez *in tit. de todo home,num.29 fol.648.*in paruis Maxilla super consuet. Bari. *fol.206.à tergo,num.83.*

Num.7. vide omnino Suarez *loco citato nu.17. cum sequ.fol.632.*Gayl.*in obseruat.115.volum.2.*Maxil.*vbi supra num.63.fol.203. in notis*, Capriol.*de succes. fol.121.num.153.*Crass.*in §.institutio, quaest.7. num.6.* latissimè Menoch.*de praesumpt.lib.4 capit.96. à num.19. cum sequentib.*

In eadem decis.in fin. Adde Crass. *vbi sup. num.3.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Filius militis Hierosolimitani an dicatur incestuosus, an succedat, an possit ipsi relinqui.*
2 *Quid de legatis factis concubinae per militem, vel Clericum, & sic filijs.*
3 *Et an saltèm legata debeantur proportionabiliter pro seruitijs praestitis.*
4 *Quid de aequitate Canonica.*
5 *Nepos ex filio spurio non succedit auo, licèt sit natus ex legitimo matrimonio contracto per spurium.*
6 *Ratio,quia originem ducit ex infecta radice.*
7 *Limita in casu, quo ipsi auo non adsit legitima proles, tunc enim ipse auus potest instituere sibi talem nepotem.*
8 *Hoc limita, si auus aliquid relinqueret contemplatione filij spurij ipsi nepoti.*
9 *Limita in nepote ex filio incestuoso, qui non potest ab aliquo ex parentibus institui.*
10 *Legitima prole,si adsit legatum,seu relictum,non valebit,etiam prole legitima tacitè approbante.*
11 *Agnati, si infra duos menses non reuocant relicta incapacibus,amplius non reuocant,& ad fiscum deuoluuntur.*
12 *Filius clerici simplicis,& etiam in sacris, non dicitur incestuosus.*
13 *Haeres scriptus in testam. patris alicuius spurij, potest eidem spurio donare, & relinquere.*
14 *Nisi interuenerit mandatum testatoris de donando, vel fraus aliqua intercesserit inter testatorem, & institutum.*
15 *Mater,an possit relinquere filio spurio, & incestuoso.*
16 *Distinctione firmatur.*
17 *Pater an teneatur dotare filiam spuriam, & an teneatur ad alimenta.*
18 *Dos an debeat esse aequiualens alimentis,an plus.*
19 *Et tunc decedente filia absque liberis, si dos est penes patrem non exigitur à viro, si verò sit in posse viri restituitur patri.*
20 *De Bart.& Alexand.auctoritate.*

1 ADde de † filio militis Hierosolimitani an dicatur incestuosus,an succedat, an possit ipsi relinqui,& de alijs quaestionib., quae dico infra *dec.28.* Et † de legatis factis concubinae
2 per militem, vel Clericum,& sic filijs, Vrsil.*dec. 102.incip.legatum*; vbi † an saltem legata debeantur propor-
3 tionabiliter pro seruitijs praestitis, † & quid de aequitate
4 Canonica,Bonacossa *in tractatu de aequitate Canonica*
5 latissimè: Quòd † autem nepos ex filio spurio non succedat auo, licèt sit natus ex legitimo matrimonio con-
6 tracto per spurium,quia† radicem ducit ex infecta origine, tenet Decius *cons.85.462. & 471.* Andreas Gail. *libro obseruationum secundo,obseruatione 115.*Aymo. Crauetta *cons.184.vol.1.*Benè tamen verum est, quòd
7 † non existente legitima prole ipsi auo, auus ipse talem nepotem instituere potest.Bart.*cons.118.volum.1.* Rauenna *singulari 452.*& Corsettus *singulari 4. incip. haeres*, post Decium, & alios superiùs allegatos à me
8 visos; quod † dictum limitatur, si auus aliquid relinqueret contemplatione patris spurij.Bart.*in l.Gallus,§. quid si is,ff.de liberis & posthumis.* Berous *quaest.127.*
9 † Item secundò limitatur in nepote ex filio incestuoso, qui non potest ab aliquo ex parentibus institui secundũ
10 Gail.*dicta obseru.115.* & Hippolytum *sing. 143.* † sed si legitima proles extat, legatum non valet, etiam ipsa prole tacitè approbante, secundùm Iulium Clarum *in §.testamentum quaest.32.*Crauettam *cons.200.*& *326.*& Cassan.*in consuetud.Burgundiae,in titulo des successores des bastard rubrica octaua,§.3.gloss.prima, nu. 15.*
11 *& in titulo* † *des freos rubrica 3.§.5.glos.prima, n.70.* Et quòd si agnati non reuocant infra duos menses relicta incapacibus ampliùs reuocare non possint, & fisco deuoluantur dixit Gulielmus de Benedictis *in ca. Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, n.688. versic.& deficientibus,aut dissimulantibus.* Bartholomaeus de Capua *sing.119.incip. nota benè literam*, vbi ita iudicatum in causa Suessana Domini Octauiani de Suessa Aduocati consistorialis, dicit Petrus de Monte Forte per text.*in l.1. in fin. ibi quibus tacentibus, C.de naturalibus liberis*, ipsumque sequuntur Anna pater *sing.17.*Aymo Crau.*cons.166. in fin.* Iulius Clarus §.fi. q 99.vbi Baiardus; & ego habui in facto in anno 1583. in terra Laini, in qua primum officium exercui Dominante Marchionissa Camilla Caraffa in causa Dominae Adonsiae Morronis cum Dominico Morrone incestuoso in titulo per tacitam fidem, in qua causa non aliter
12 iudicaui,quia † Filius clerici simplicis, & etiam in sacris, non dicitur incestuosus, vt hic decisum, sed non
13 quòd licèt † haeres scriptus in testamento patris alicuius spurij possit eidem spurio donare, vel relinquere, ut fuit in dicto casu Dominici Morronis, vt dicit Franci-
14 scus Marcus *dec. Delphinatus 258.* † tamen, si interuenit mandatum testatoris de donando,vel fraus aliqua inter institutum, & testatorem, quòd institutus spurio donet, vel relinquat, donatio instituti non valet in beneficium spurij. Ita Ioac.Kinus Mynsinger.*obseru.35. centuria 1.*Rota Auenionens.*42. in domo diuersorum decedentium.*Latè Natta *in cons.402.n.52.* & an mater
15 possit † relinquere filio spurio, & incestuoso, Natta
16 *cons.421* distinguit, † quòd aut mater vult relinquere filio nato ex damnato coitu, & punibili, & non potest, aut nato ex coitu impunibili, & potest. Alia ponunt Corsetus,& Durandus *de arte testandi*,Capic.*in decis. 181.n.4.& 194.*vbi nouissimi addentes, Benintendius *in dec.Bononiae 22.*Boerius *dec.127.n.8.*& Ioseph Ludouicus *decis.Perusina 18 num.31.* Gail.*obseruatione 88.*
17 *num.13.vol.2.* † An pater teneatur dotare filiam spu-
18 riam de iure,& an teneatur dare alimenta, & † an dos debeat esse aequiualens alimentis, vel plus, Benintend. *dicta decis.*& Boerius similiter *dicta dec.* Capicius *dec. 165.*& Rolandus *consil.174.num.43.volum.1.*& Praesi-
19 dens *infrà in decis.284.* Et † tunc si filia perit absq; filijs,& dos est penes patrem non exigitur à viro, & si est in posse viri,restituitur patri, ita praedicti, & Praesidens hic infrà *dec.183.num.7.* ad quam dico Crauetta *cons. 186.num.15.& 219.*Monochius *cons.60.volum.1.* Gail. *obseruatione 88.num.15. vt suprà volum. 2.* Minadous *decisione 21.alia ponit.* Ad numerum 6. De auctorita-
20 te † Bartol.& Alexand. vide Gribaldum *in tractatu de modo studendi*,Contam *in Memorabilibus suis, verbo, iurisperitus*, Firmanum *in suo repertorio in dictis verbis*, & de Bart.& eius auctoritate; & quòd Hispani in contrarietatibus ipsum Bartolum habent pro decisione, latissimè Thomas Grammaticus *in decis.63. incip. honorabilis ad numerum 15.& 17. per duas columnas,* & de auctoritate Bartoli,& quod in iudicijs fuit magnę auctoritatis.Afflict.*dec.319.incip.quando, num.13.* & quòd numquàm habuit similem ipse Bartolus *dec.383. incip.licet num.7.*Quòd autem glossae sit inhaerendum, Vrsill.*decis.384.* & quòd Baldus fuit condemnatus ex vna

vna littera legis Borgninus dec.16.num.10.par.2.& de hac gloss Paul. Grill.lib.3.de vari.crim.quaest.fin. Corradus in sua pract. Royas in epit.success.num.21.cap.1.par.8. Roland.4.quaest.12.num.42.volum.4. Peregr.de iure fisci lib.3.cap.18.num.46. & seq. & 54. Quòd nepos patris contemplatione institutus intelligatur, Berous quaest.129. quòd possit institui Gabriel. conclus.3. num.12.de hared.instituen. Grass. qu.7.num.6. in §.institutio. Vasqu. de succes.progres.§.2.num.77. Et quòd filia Sacerdotis sit infamis, nisi nubat viro nobili, vel virtuoso, Anchar.in qu.60.lib.3.

ADDITIO D. RICII.

Filius Clerici simplicis non dicitur incestuosus, hoc dicit, scias idem procedere in filijs Clerici in sacris constituti; nam adhuc non dicuntur incestuosi, sed Clericus rem habens cum muliere simplicem fornicationem dicitur committere, & est communis opinio, vt dicit Caccialupus in repet. authent. si qua illustris post num.31.C.ad Orfic. prout illum refert Boss. in tit. de coitu damnato num.15. & de communi testatur etiam Menchiaca lib.3.de testam.§.2.lib.5. licèt contrarium dicat hic auctor noster nihilominus opinionem huius nostri auctoris audacter reprobat Clar.in §.incestus, num.2.

Ad hanc materiam non desinas videre practicam Corradi, fol.376.Menoch.casu 410.& casu 389. vbi de poenis Clerici concubinarii, seu incestantis Conc. Trident.Sess.25.cap.14.de reformat. & in materia concubinatus Paleoth.de noth.& spurijs cap.16.in fin. Masc. de probat.in verbo,concubina,Baiard.ad Clar. in §. fornicatio per totum.

ADDITIO D. NOVARII.

Filius Clerici simplicis non dicitur incestuosus h. d. Obserua tamen, quòd filij nati ex Clerico in sacris constituto benè dicuntur spurij, & incestuosi, Rimiuald.iun.consil.604.numero 12. lib.6. Aloys. de Leo in l.1.num.16.C.de Episc. & Cleric. Bursat.consil.129. num.74.lib.2. Vesimbec.consil.44. Arnon.cautel.62 lib.1. Marquard. in suo tract.at. de celib.6.part. 3.capit. 4. Costa de portione rata quaest.40.num.5. vbi alios recenset eiusdem opinionis, & nouissimè Grassus de effectibus clericatus effect.35.num.6.qui in effectu 5. latissimè tractat Clericis esse prohibitum matrimonium contrahere asserendo num.48 quòd filij nati ex matrimonio contracto per Clericum in sacris constitutum, vel regularem alicuius Religionis, numquàm possunt dici nati ex matrimonio putatiuo, quia nullus iustus error potest excusare patrem Clericum, quia erat sciens suae qualitatis, & conditionis, Menoch.de praesumpt.lib.4. praesumpt.78.num.52.

Aduerte tamen, quòd quamuis filij Clericorum sint legibus, & Canonibus odiosi, nihilominus patres Clerici non prohibentur eos alere, & si sint foeminae eas dotare ex prouentibus, & bonorum Ecclesiasticorum fructibus, dummodo competenter illos alant, & ipsas dotent,& quatenus necessitas concurrat non autem,vt ipsos locupletiores reddant, Redoan. de rebus Eccles. alien.pagina 11.num.9.pagina 310.num.23. & 24. & pagina 278. num.11. & 12. Bursat.consil.226. num.98. lib.3. vbi allegat text.in cap.est probanda, & cap. non satis 68. distinct. cum alijs relatis per Grassum de effectibus clericatus tit.effectu 35. num.7. qui in eodem effectu firmat conclusionem, quòd filij Clericorum nequeant legitimari per Imperatorem, vel Comitem Palatinum habentem causam ab eo, vel quouis alio Principe seculari ex restaur.de Imperat.quaest. 102. Dec.consil.150. Portu.cons.105.nu.8. & 17. Vasqu.in l.qui quartam.§.fin.num.648 C.de inoffic.testamen.& ex alijs ibidem per eum relatis.

Verùm quia ibi dubitatur, an filij nati ex filio Clerici, qui secundùm communem opinionem spurius non aliter incestuosus iudicatur, instituì possint à Clerico sibi haeredem filium spurium instituentem cum conditione, quòd si capax non esset,eius filij legitimi, & naturales sint haeredes, & fuit decisum, quòd respectu proprietatis institutio nepotibus facta valeat, sed quo ad vsumfructum benè institutio facta filio spurio valeat pro concurrenti quantitate alimentorum,caeterum vltra alimenta residuum vsusfructus accrescat nepotibus. Tu adde Masul.ad Capic.in decis.194. numero 5. Peregr.de iure fisci libr.6.tit.18.num.54. Ricc. collect. decis. collect.110. & 151. Tartagl. in pragmat. fin. de composit.numero 36. & nouissimè Valen.Zuel.in cons.7.numero 17.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Filia Clerici numquid sit naturalis, vel spuria, & quod inter vtramque speciem sit discrimen.*
2 *Authoritates, quae suadent filiam esse spuriam,& praecipuè ista decisio, vt indiuidualis ponderata est per* D.Bart. olomaeum de Luca *in causa recentissime in S.C.per eum patrocinata.*
3 *Ratio opinionis, & indicatur antinomia cum* dec.47. D.Praesid.num.4.
5 *Euertitur contrarietas, & refertur nuperrima decisio.*
6 *Natus ex soluto, & soluta domi non retenta est spuria ex* R. Marciano *refellente* R.Rouitum.
7 *Susceptus ex soluta, & clerico in sacris an sit incestuosus, vel spurius, & in hanc partem inclinauit S. C. at dissentit Author num.8.*
9 *Nepos ex filio spurio quando possit ab auo institui, & edisseritur num.11.*
10 R. Marcianus *impugnat decisionem* D.Praesid. *in fauorem nepotum.*

1 TRigeminas parit potissimas haec decisio controuersias, & inter alias principalis est,num ne filia Clerici sit naturalis, vel spuria, nam manifesta est inter vtramque speciem differentia, dum spuria à paterna successione excluditur tàm ex testamento, quàm ab intestato. *Auth. ex complexu C.de incest.nupt.glosa magna in §. participium versic. item licet Auth.quib.mod.natur.effic. sui* Ludouis. *dec.271.num.17.& 22.*D.R.de Marin.*lib.1.resol.254.num.19.* & si spurius aliquid ex paterna substantia capiat id in foro conscientiae legitimis haeredibus restituere tenebitur, *l.1.C.de natur.liber.* post Sot. & alios Molin. *de Hisp.primogen.lib.2.cap.5.num.77.* naturalis autem incapax non est *Auth. licet C. de natur. lib.* Fontanell. *dec.415.* vbi quòd non est insuccessibilis in totum, nec quandoque successibilis, quia non existentibus filijs legitimis, & naturalibus potest in asse institui, & illis existentibus in vna vncia cum alijs regulis, vt ibidem Fontanella.

2 Suadent filiam esse spuriam authoritates, nam ita sentiūt Felin.*in suo reporter.ver filius ex clerico* Alex. *cons. 74.versic.idem autem lib. 2.* Card. Tusch.*in suis summ. concl.verf. spurij nu.6. post* Ludou.Sard. Marta *vot.161.nu.5.* Christin.*dec.Belgic.13.n.22.lib. 5.* R. Salern. *dec.34. nu.1.* & in terminis terminantibus est haec decisio D. mei vbi cùm Io: Thomas Siluester clericus instituisset Io. Vincentium filium illegitimum, & casu quo non esset capax instituit filios legitimos, & naturales ex eo procreandos. Et ipsi filio vsumfructum loco alimentorum S.C. iudicauit institutionem valere respe-

ctu proprietatis in beneficium nepotum, & in benefi-
cium filij illegitimi respectu vsufructus pro concurren-
ti quantitate alimentorum, & quòd residuum vsufru-
ctus accresceret nepoti, vt legitur ex traditis in princi
pio, & *n.8.*

Ratio prætereà est, quia illi dicuntur spurij insucces-
3 sibiles, qui nati sunt ex damnato, & punibili coitu, vt in
d. Auth. ex complexu, & Auth. licet, sed quamuis lex ci-
uilis permittat laicis concubinatum ex collectis per Pa-
leott. *in tract. de spurijs c.16.n.6. vt infr. dec.47.n.6.* ni-
hilominus non permittit in clericis *§. cleros, & §. si
quis autem Auth. de sanct. Episc:* & quòd huiusmodi
coitus cum clerico etiam in minoribus sit damnatus
vtroque iure Vasq. *de successione lib.3.§.12. limit. 18. n.
48.* Grass. *de effect. cleric. in prælud. n.46. summ.* Angel.
ver. clericus n.4. p.3. Syluest. *in summ. ver. concubina-
rius*, & hac ratione vsi sunt Alex. Tusc. & alij Doctores
allegati, & consequenter suscepti ex clericis dicendi
erunt spurij, & non naturales.

Nec aduersatur, quòd iste coitus illicitus non est ap-
4 pellandus punibilis in clerico in minoribus constituto,
vt ex Couarr. *in 2. par. releu. c.8. §.5. col.9. vers. nec te-
merè diximus* tradit D. meus *in dec.49. n.5.*

Propellitur enim obiectio, nam Couar. allegat. con-
5 tradicentes, & quatenus opinatur coitum non esse pu-
nibilem intelligit ad effectum succedendi matri, in qua
re habet concordantes etiam quòd filij essent orti ex
soluta & clerico in sacris, dum in hoc casu certum est
quòd huiusmodi filijs sint spurij, & non succedant pa-
tri, & nihilominus posse illos succedere matri volunt
Artman Pistor. *q.42.* Gratian. *discept.35 nu.43.* & ple-
niùs dicetur *obs.47.* & illa discriminis ratio assignatur,
nam coitus non est punibilis in amasia sicut in clerico,
& *in cit. dec.47.* tractatur de succedendo matri, & ad
hoc propositum allegatur Couar. qui etiam tradit filios
illegitimos clerici nec esse naturales quamuis enim co-
pula ipsius possit esse coniugalis, dum clericus potest
ducere vxorem, non autem ei permittitur habere con-
cubinam.

Perstrinxi hæc ex elaboratis per aduocatum primæ
classis D. Bartholomeum de Luca dotibus animi cu-
mulatum, qui in casu hæreditatis D. Iosephi de Roge-
rio clerici tutatus est D. Andream de Rogerio proxi-
miorem consanguineum defuncti aduersus Mariam de
Rogerio filiam illegitimam, quæ articulo sollemniter
disputato per D. Franciscum Rocchum causæ Com-
missarium, & Consiliarium vndique perfectum sub
mense Februarij 1666. facto verbo in S. C. exclusa est à
successione, & obtinuit alimenta in minori ætate, &
dotem tempore maritagij, vt ex actis in Banca Figlio-
læ Actuarij.

Benèuerum d. recens decisio vallatur alia substantia-
6 li circumstantia, nempè quia Maria orta est ex clerico,
& soluta domi non retenta, prout requiritur, vt sit na-
turalis filia ad effectum succedendi *§. sicut effusa Auth.
quibus mod. natural. effic. sui* Pancirol. *cons.163. col. vlt.*
Paleott. *in tract. de spur. c.12.* Cordub. *nil. si quis à libe-
ris n.85. ff. de lib. agnosc.* Peregr. *de iur. fisc. lib.3. c.18. n.
4.* Vrsill. ad Afflict. *dec.392. n.16.* Rot. Rom. *in nouiss. de-
cis.254. lib.2.* & quamuis communiter d. filij appellan-
tur naturales dicuntur impropriè, & de iure canonico,
vt possint legitimari per subsequens matrimonium, sed
non respectu successionis ex doctrina Abb. *in cap. inno-
tuit. nu.18. de elect. vt fuit decisum in Rota*, & decisio
confirmata fuit coram Blanchetto, & ita determina-
tum fuit in S. C. in causa Io: Petri de Ecclesia cum Elio-
nora de Ecclesia in Banca de Felice contra Rouitum
in con.74. vol.2. vt refert R. Marcian. *disp.24. n.25.* vbi
ita firmiter tenet.

Conflictata magis controuersia num susceptus, ex
7 soluta, & clerico in sacris sit spurius, vel incæstuosus
definita fuit iuxta primam partem, & hanc opinionem
tenuisse S. C. testatur D. meus *n.3.* ex Io: de Anania *in c.
significauit 3. col. de adult.* Petr. de Bellaper. Cyn. Salyc.
in l.2. C. de Episc & cler. Paleot. Cou. & alijs citatis *n.
2.* Cæs. Argel. *de acquir. possess. q.3. ar.10. n.471.* Gratian.
discept.35. num 23.

Verùm enim uerò ipse maximoperè vereor de opi-
8 nione suprà firmata, nam tenentes eam statuunt funda-
mentum in eo, quòd clerici in sacris committant sim-
plicem fornicationem, vt expressè tradit Paleot. *de
noth. & spu. lib.16. n.14.* & quòd huiusmodi clerici ser-
uare teneantur castitatem ex præcepto, & statuto Ec-
clesiæ, sed quia dicta conclusio communiter improba-
tur, & verius, & tutius est quòd clerici in sacris tenean-
tur seruare castitatem ex voto annexo ordini sacro di-
rimente matrimonium, vt ex D. Thom. & sexcentis.
probat. Sanch. *de matr. lib.7. disput.27. Pontius eo. tract.
lib.7. c.27. n.7.* consequenter nulla videtur constituenda
differentia inter susceptum ex monacho, & clerico in
sacris, prout in specie incæstuosos esse filios ortos ex d.
clericis tenet *gl. in d. l.2.* quam licèt reiectam hic sequũ-
tur Marescott. *var. lib.1. c.15. n.10.* Mastrill. *dec 144. nu.
1.* Viuius *dec.339. n.35.* Carol. de Grass. *de effect. cleric.
eff.35.* Fontanell. *de pact. nuptial. claus.5. gl.1. n.117. p.2.*
Cyriac. *contr.8. n.119.* alios refert Sanctarel. *var. q.24. n.
11.* Marquez *tract. de calib. p.3 c.4.* Lucidor. *de illegit. c.
1. num.13.*

Superest examinare aliam principalem quæstionem,
an auus possit instituere nepotem legitimum, & natu-
ralem ex filio spurio, vel aliquid capere ex eius testa-
mento virtute legati, & affirmatiuè refertur decisum,

Distinguendi sunt autem plures casus, primùs est
quando constat auum reliquisse nepoti non contem-
platione filij spurij, vt quia prohibuisset ex relicto ali-
quid acquiri patri, & relictum valebit, infinitos conge-
rit Cæs. Argel. *vbi sup. q.3 ar.11. num.66.* vbi contrarijs
occurrit, alter casus est in dubio, & etiam valebit reli-
ctum, *Mol. de iust. & iur. disp.167.* & quamuis Valẽtin.
Forester. & Surd. *de alim.* R. Latr. *dec.48. n.30.* contra-
rium tenẽat, nihilominus tenaciter ipse adhæreo primæ
opinioni ex. Bartol. *in l. Gallus, §. quid si is ff. de lib. &
posth.* quem refert, & sequitur D. meus *n.9.* & quia Sur-
dus *de alim.* stat pro mea opinione, non rectè salua pa-
ce contrarium allegatur, & extenditur, etiam si pater
expressè reliquit vsumfructum filio spurio, nam stan-
te legis prohibitione acquiritur nepoti ex traditis *num.
8.* Peregr. *de fideic.* Angel. *vbi sup.* Ludouis. *dec.443. n.3.*
Octau. Caracciol. *dec. cur. Prætor.27. n.27*

Imò vsumfructum quæri indistinctè patri mediante
persona filij cuius est capax non ex hominis, sed legis
dispositione ex Vasq. tenet Card. Lug. *tom.2. de iust. &
iur. disp.24. section.2. n.116.*

Obseruandum ad hæc erit decisum fuisse pro validi-
tate institutionis nepotum ex filio spurio, vt legitur *n.
10* 8. ex Bar. suprà allegato quando casus erat in institutio-
ne nepotum procreandorum ex filio spurio, vt exẽpli-
ciatur in principio decisionis, quapropter R. Marfica-
nus *vbi sup. n.35.* euertit hanc decisionem, ex eo quòd
Bar. loquitur in filijs natis, vt considerat idem Bart. *con.
118. lib.1. nu.3.* qui dat consilium ad infirmandum reli-
ctum, vt in processu fiat articulus, quòd nepos sit con-
ceptus & natus post mortem aui, quia tunc dicitur reli-
ctum factum contẽplatione filij spurij ex Menoch. *lib.
4. præs.96. n.25.* addo R. Latr. *n.31.* vbi docet idẽ si nepo-
tes essent infãtes, & quando contẽplatione filij legatur
nepoti non valet relictum, vt *gl. in l. fin. C. de natural.
lib.* & R. Latr. & alij suprà citati, & intelligendum erit,
11 quòd suprà dictum est de validitate institutionis nepo-
tum quando non est facta contemplatione filij, si auus
legitima sobole careat aliàs secus R. Latr. *num.28. ex
tex. in l. fin. C. de nat. lib.* Dec. *con.258. & 462.* sed con-
trarium determinasse S. C. in quadam causa Io: Anto-
nij Ferrarij cum fratribus refert Vrsill. ad Afflict. *in
dec.203. n.3.*

* Addo quòd cùm Anna Maria de Rogerio suscepta ex
clerico Iosepho de Rogerio, & Antonia Calisti vidua
quæ per sententiam S. C. habuit alimenta, & dotem
per viam restitutionis in integrum obtinuisset verbum
fieri, decisum fuit facto verbo die 14. Maij conuener-
uen-

uentu D. Præsidis non esse deferendum petitæ restitutioni in integrū, verū quòd dētur pinguia alimenta, & pro ea licèt orta ex clerico, quòd sit naturalis fundamentum constituebatur in *decis.* 152. Mastrilli in qua nequit dici decius articulus, cùm non fuerit discussus, nec tacta difficultas quò huiusmodi coitus cum clerico sit damnatus, & punibilis, & præsertim quia cum vidua non potest concubinatus consistere *l. in concubinatu*, vbi Glos. *ff. de concub. voto* 4. Et filius ex ea dicitur spurius Couar. *de success. ab intest.* 2. *p. c.* 8. *n.* 17. Peregr. *de iure fisci lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 5. vbi secus esse traditur respectu successionis maternæ vt ipse responsi ad *dec.* 47. D. mei in hac obseruatione, & firmant Trentaciq; *variar. lib.* 1. *resol.* 2. *de noth. & spur. n.* 17. R. Latr. *vbi supra* benè verùm Anna Maria nouissimè dixit de nullitate sententiæ asserens se legitimam ex quo pater eam filiam ex testamento nominauerit *in Cord. ex auth. si quis C. de natur. lib.* qui textus solùm decidit vt quando non constat si filius sit legitimus vel naturalis, aut spurius, vt in d. casu per nominationem præsumatur legitimus, quod non est in casu nostro.

SVMMARIVM.

1 *Incestuosus dicitur natus ex milite Hierosolimitano expressè professo, & ideò ab hereditate patris excluditur cum seq.*

DECISIO XXVIII.

Filius militis Hierosolimitani professi incestuosus dicitur atque incapax hæreditatis aui.

1 IN causa illorum de Scriban fuit decisum † quòd natus ex milite Hierosolimitano, qui expressè professionem fecerat, diceretur incestuosus, exēplo monachorum, quorum filij, quia monachi expressè profitentur castitatem incestuosi dicuntur. text. *est cap. virginibus* 27. *quæst.* 1. per quem text. ita tenet. Imo. *in cap. ad nostram colum. penult. vers. deinde quæritur*, vbi etiam Car. *in* 7. *opposit. in* 3. *quæst. de hered.* Fely. *in cap. at si clerici, colum. penult. vers. sed simile, de iud.* vbi etiam Dec. *col.* 22. Paul. Grillan. *in tract. de pœn. omnifar. coitus quæst. fin.* Paleot. *in tract. de not. & spur. cap.* 16. *in fin.* vbi allegat concord. & Bermon. *in tit. de*
2 *incest. num.* 30. *vers. & quòd coitus.* Et propterea † filij istorum incestuosorum non fuerunt admissi ad hæreditatem aui, & Sacrum Hospitale incurabilium fuit absolutum vna cum alijs conuentis a petitione actorum: me referente, & vide Barbat. *in c. præsentia* in proxima decisione allegatum.

ADDITIO D. VISCONTI.

Adde Intrigliol. *in singul.* 46.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à clerico concubinæ etiam iurata, non valet, secus in donatione militis.*
2 *Donare remunerationis causa concubinæ est licitum.*
3 *Remittendum se in dubijs Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prout hic facit Author.*
4 *Incestuosus non potest esse legatarius, nec hæres.*
5 *Filius natus ex damnato coitu neque matri neque fratri succedit ab intestato.*
6 *Et an succedat in linea transuersali, puta fratri nato ex eadem matre.*
7 *Qui dicantur nati ex damnato coitu.*
8 *Cautela varia instituendorum spuriorum, & ipsis legandi remissiue.*
9 *Donatio facta à milite concubinæ, an valeat.*
10 *Legitimatio per subsequens matrimonium, cuius virtutis sit.*
11 *Donatio facta à milite, siue cœlestis militiæ, siue armata, post finitum concubinatum concubinæ valet.*

1 ADDE ad hanc decisionem, quòd † donatio facta à Clerico concubinæ, etiam iurata, nō valet, secus donatio militis. Ita Roland. *consil.* 98. *num.* 1. Guido Papa *singul.* 295. Cra-
2 uetta *cons.* 229. † Item adde, quòd donare remunerationis causa concubinæ est licitum. Sed de hoc latè Couarruuias *in regula peccatum, par.* 2. §. 2 Ceuallos *in libro communium contra communes quæst.* 388. Nauarr. *in Manuali cap.* 17. *num.* 55. sed quidquid dicant, ego
3 in ijs, & alijs, pedibus † Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ me semper submitto, eiusque sanctissimæ sententiæ
4 pro salute animæ. † Item adde, quòd incestuosus non potest esse legatarius, nec hæres. Ita Speculator *de in-*
5 *strumentorum edit. vers.* 3. *oppono*, & quòd † filius natus ex damnato coitu, neque matri, neque patri ab intestato succedat, concludit Decius *in cons.* 312. & Ay-
6 mo. Crauetta *cons.* 184. sed † an succedat in linea trāsuersali, vt puta fratri nato ex eadem matre, Bart. *cons.* 194. *volum.* 1. Afflict. & Addentes *dec.* 96. de Franchis
7 *infra dec.* 238. *volum.* 2. Abbas *in cons.* 50 *lib.* 2. † sed qui dicantur nati ex damnato coitu, vide Franciscum Marcum *quæst.* 12. *par.* 1. & 472. *par.* 2. & Præsidentem hunc *infra decis.* 127. Paleotum *in tract. de nothis, & spurijs, cap.* 16. & *cap.* 38. 36. & 40. *vsque ad* 44. *exclusiuè, & in cap.* 44. & 45. ponit † cautelas varias instituen-
8
9 di spurios, vel eis legandi, omnino videndus. † De donatione facta à milite concubinæ an valeat, Afflict. *decis.* 102. Capicius *dec.* 102. qui dicunt quod non, sed Antoninus Thessaurus *dec.* 111. *incip. donatio* contra-
10 rium dicit esse decisum. † Legitimatio per subsequens matrimonium, cuius sit virtutis docet Menoch. *consil.* 17. *num.* 17. *volum.* 1. Decius *consil.* 155. Ozascus *decis.* 154. plenissimè infrà *decis.* 115. Quòd donatio facta per militem concubinæ, tàm ecclesiasticum, quàm secularem cum iuramento, vel finito concubinatu, Brunor. à Sole *in compendio, verbo donatio facta concubinæ, & verbo militis donatio*, dicit quòd valet, & allegat Thessaur. *dec.* 112.

ADDITIO D. RICII.

Filius militis Hierosolimitani professi incestuosus dicitur, atque incapax hæreditatis aui, hoc dicit. Ratio autem decidendi fuit, quia milites Hierosolimitani sunt de ordine clericali, & extra legem matrimonij, & habent certum viuendi modum, vt ex multis deducit Nouarius *in praxi elect. for. quæst.* 37. *sect.* 1. subdens quòd prædicti equites quidquid acquirunt, religioni acquirunt quoad proprietatem, sibi verò quoad vsumfructum vita durante, ex quo venit dicendum, affirmat idem Nouarius, quòd statutum loquens de professis, & religiosis stricta significatione extenditur ad huiusmodi milites, & per ingressum talis religionis dissoluitur matrimonium non consumatum, quibus rationibus ductus idem Nouarius inferiùs affirmat, quòd inferentes manus in istos milites sunt excommunicati, ac si in alios religiosos manus iniecissent, quam ob rem præfati milites non possunt succedere in feudo requirente seruitium personale, quia regulares Clerici dicuntur, vt aduertit idem Nouarius *loco citato in fin.*

Et huic decisioni non obstat contraria opinio per me relata ad decisionem præcedentem, nam ibi fit sermo de Clericis tàm simplicibus, quàm in sacris constitutis, hic verò de militibus Hierosolymitanis, qui verè, realiter sunt religiosi, & vt religiosi tria vota solemniter profitentur ex quo subintrant termini *capit. impudicas* 27. *quæst.* 1. vbi disponitur, quòd natus ex muliere, aut viro religionem profitente, proculdubio ince-

incestuosus dicatur; ratio autem differentiæ est, quia Clericus numquam expresè perpetuam castitatem vouit, nec ad id voto vllo solemni vnquam se obligauit, quamuis continentia vti ex præcepto Ecclesiæ teneatur. ut tradunt Doctores in clemen. *ad nostrum de haret.* monachus verò, seu religionem professus, vt sunt milites Hierosolimitani non aliter religionem potuerunt profiteri nisi tribus rebus, quæ vulgò substantialia religionis dicuntur proprio se voto omninò addixerint, scilicet rerum propriarum abdicatio, in castitate, & obedientia cap. cùm ad monasterium, vbi Abb. *de stat.monach.* vnde si quid ab altero eorum aduersus hæc committatur, multò id grauius crimen in ipsis, quàm Clerico notatur, Decius *in cap at si clerici, num.49. de iudic.* hęc quæ ipsa ex religiosis viris concepta proles cęteris omnibus odiosior multò, & detestabilior iudicatur, Decius *conf.338. & 379. nu 5.* quin illi, qui tam atrox libidinis genus perpetrare ausi sunt illo solo complexu, triplici se maximo scelere polluisse dicuntur adulterio, incestu, & sacrilegio, Gloss. *in cap. virginib.27. qu.1.* Abbas *in cap.monasterium de vit. & honest.clericorum*, quo fiet, vt vnumquodque ex his nominibus filijs inde natis rectè conueniat, vnde & quandoque sacrilegi, aliquando adulterini, aut nefarij, aut incestuosi à canone appellantur, vt notat Felinus *in d.cap.at si clerici, col.pen.& fin.de iudic.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Nepoti legitimo, & naturali ex filio suscepto ex milite Hierosolimitano nihil posse relinqui ab auo decinditur profligata sententia* Iasonis.

2 Alexander Trentac. stat pro Iasone, *& adducitur concordia opinionum.*

1 REdintegrari non posse prælium pro Iasone reiecto inspiciendum modò erit, & pro dilucidatione articuli præmittitur, quòd filius susceptus ex monacho, seu milite Hierosolimitano incestuosus dicitur ex *c.a virginibus 27. q.1.* Imol. *in c.ad nostram col.pen.* vbi etiam Card. *in 3.q. de haret.* Mastrill. *dec.144. num.1.* Controuersum hinc fuit, si nepos ex filio nato ex milite Hierosolimitano possit ab auo institui, & aliquid capere, & ex firmatis *in dec.74.nu.4.* negatiuè decisum est ex *l. si quis incestis C. de incest.nupt.* & ibi Bald. & Alex. *in l.Gallus, §.quid si post. ff.de lib.& posthum* profligata sententia Iasonis *in d.§.* vbi comparat spurium, & incestuosum, & Caro. Paleot. *in tracta.de noth. & spur.cap.53. num.9.* inquit recipiendam esse opinionem Baldi contra Iasonem, addo Card. Lug. *de iust.& iur.tom.2. de testamen. disp.24.num.116.* qui refellit Vasqu. & alios indistinctè volentes posse relinqui nepoti ex filio incestuoso, ex quo non adsit in eo delictum patris in quo fundatur incapacitas.

2 Veruntamen Alex. *Trentac. var.resol.lib.1. de noth. & spur.resol.2.num.20.* expressè tradit sibi placere opinionem Iasonis, mediam viam tenuit Surdus *de aliment. tit.5. q.7. nu 36.* vt pœnę *d.l si quis incesti* locum habeant in filio nato ex incestis nuptijs, & non in filio suscepto ex coitu incesto citra nuptias, & eamdem opinionem comprobant Menoch. *conf.144. num.18.& seqq* & post Cyn. Bal. *in Auth.incesti, C.de incest. nupt.* Beccr. *dec.264.* Montan. *de Regal.rubr.bona contrahentium num.2.* vbi firmat pœnas *d.legis, & Auth.* ibi positæ non militare in coitu incesto citra nuptias, & præterea dictas pœnas procedere in nuptijs incestis de iure ciuili, & non de iure Canonico, Farin. *de delict.carn. q.155.num.31.* & an locum habeant d. pœnæ in nuptijs incestis inter ascendentes, & descendentes solitum videndus Montan. *vbi sup.*

SVMMARIVM.

1 § *Sed, & hoc præsenti, Auth. de Sanct. Episc. cum similibus, an procedat grauato instituto, si sine liberis ex legitimo matrimonio decesserit.*

2 *Piæ causæ fauore concluditur opinionem affirmatiuam procedere, limitatur tamen, vt in numero 4. & 7.*

3 *Verbi, inualidas, propria significatio examinatur, & sub num.6. vbi de intellectu dicti § sed & hoc præsenti, de sanct. Episc.*

8 *Familiæ fauore etiam ex tacita voluntate testatoris attenditur.*

DECISIO XXIX.

Grauato instituto sub conditione si sine liberis ex legitimo matrimonio decesserit, an obtineat authentica, sed & hoc præsenti de Sanctis. Episc.

IN causa venerabilis Collegij Sanctissimi Nominis IESV de Vrbe, cum illis de Palmerio, & Marzatis, fuit dubitatum, † si *text. in §.sed & hoc præsenti, de sanct. Episc.* & text. *in cap.præsentia, de probat.* procedant grauato instituto per hæc verba, si sine filijs ex legitimo matrimonio natis decesserit, filios instituendo, descendentes substituendo, & prohibendo alienationem, ut bona in familia remaneant, super quo sic diffusè Docto. Canonistæ, & Ciuilistæ scripsere, vt potiùs confusionem, quàm solutionem induxerint, † & opinionem affirmatiuam tenuerunt in lectur. s. Dyn. *in l.si ita quis testamento, §. fin. de legat.2.* & ibi Bart. Ricar. Malumb *in authent nisi rogati, C.ad Trebell.* prout eum refert, & sequitur Cyn. *ibidem*, & ibi Ruin. Alba *colum.penult. vers.sed quæro*, Angel. *in primis verbis*, Imol. *in fideicommissum, colum.1. versic. item facit. ff.de condit.& demonstrat.* Herculan. *in l.ex facto, §.si quis rogatus colum.15. vers.sed numquid monasterium, ff.ad Trebell.* & ibi Rip. *nu.37.* Hanc eamdem opinionem tenuerunt Canonistæ, videlicet Butr. *in cap.in præsentia*, Imol. *ibi columm.5. ver. extra glos. dubitatur*, Abb. *colum.17. ver. quid si testator*, Aretinus *colum.14.cum duabus sequ.* Felin. *colum.16. vers. quòd si testator*, Barb. Dec. Paris. *num.129.* Bero. & Didac. *lib.1.variarum resolut.cap.19 num.10.& 11. cum sequen.* quam etiam opinionem videtur sequi Rub. *in reper. §. Imperator, num.224.vers.circa tertium. ff. de legat.2.* Pro hac eadem opinione consuluerunt Bart. *cap.nisi 1.* Parmensis quidam, *& in cons.15. quidam nomine Titius*, Angel. *cons 80.* Ioan. Dec. *cons 419.* Barbat. *consil. 29.illud colum penult.& fin. volum.2.* Alexan. *cons.35. super contentis.in 3.volum.& cons.121.2. volum.* Rui. *cons.153.colum.fin. colum 3* Aymo. *colum.1.1. volum.* Bero. *cons 261.num.2.* Hanc opinionem seruandam in practica, dicit Imol. *in d.cap.in præsentia*, refert ibi Felin. *num.36.* & eam dixit æquiorem Zabar. *in cap.Raynut.in fin princ.* Hanc opinionem esse communem testatur Anchar. *in d.cons.80.colum.2.* Alex. *in d.cons. 121.4. colum.* qui dicit esse magis communem, Aymo. *in d.cons.152.* Dec. *in d.cap.in præsentia,num.59.* Rip. *in d.§.si quis rogatus,num.37.* Bero. *ibi num.487.* Couarru. qui prædictos refert copiosissimè *nume.11. versic. quam opinionem, d.cap.19.* qui Dec. omnes eorum opinionem comprobant ex dispositione *dicti §. sed neque* ad quem multas assignant rationes, quas optimè congerit Aretin. *in d.cap.in præsentia,num.65.* & post eum Dec. & Bero. omnes tamen videntur concordare, hoc esse fauore piæ causæ, cuius fauore tollitur potentia disponendi.

sponendi, & non est considetanda voluntas, sed mens disponentis, quia etiam præsupposita mente disponentis in contrarium procedit text. ille ita Aretin. præ cæ-
3 teris ibi, *ver. & primo pondero*, † pro quo ponderat verbum, inualidas, propriè significare impotentiam disponendi, & verbum, pro non scripta, quod est idem dicere, est scriptum, sed lex vult, quod habeatur, ac si non esset scriptum, & sic perindè sit, ac si quis simpliciter hæres institutus esset. Contrariam sententiam, quando constat de voluntate disponentis, ut est casus noster, in legendo tenet Iacob. de Beluis. *in d. §. sed neque*, vbi arguit hinc inde, & respondet Bald. *in d. authen. nisi rogati, colum. 2. verf. & per hoc*, & ibi Salic. *column. 2.* idem Bald. *in l. Deo nobis, colum. 2 verf. & ex istis*, & in sua Margarita, *in verf. substitutio*, Imol. *in l. Lucius Titius, qui fratrem, ff. de hared. instit.* Corn *in d. auth. nisi rogati*, Cuman. *in d. l. si ita quis, §. fin. de legat.* Crot. *in l. nemo potest, verf. antequam deuenia.* Alciat. *in d. l. Gallus, §. & quid tantum, num. 7. ff. de liber. & posthu.* Couarru. *in pracitato loco, num. 11. verf. quartum esse censeo.* Durantes *de arte testandi, tit. de substitut fol. 18.* Communiter hanc eandem opinionem tenuerunt Canonistæ, videlicet Abb. antiquus *in d. cap. Raynutius 3. col. verf. sed quaro fortius extr. de testa.* Anch. *in c. Rainal. in 2. qu.* refert opinio. Barto. & Hostien. & tamen dicit, inter auctoritates tantorum Patrum, & Modernorum teneas quicquid placet. Hostien. *ibi in cap. Rainal. 6. colum. versic. quid ergo*, si esset dictum à testatore, qui dicit de facto fuisse in Ciuit. Regij. Io. Andr. ibi. *6. col. in glo. in ver. videtur, & in d. c. in præsentia*, se remittit ad dicta, per eum ibi, sequitur eam Zabarel. tamquàm veriorem *in d. cap. Rain. in fin. principij.* Dec. *in d. cap. in præsentia, nu. 58. verf. postremò circa istam glo. ver. sed quando apparet*, & Adden. ibi, Berous *ibid. in quast. 34.* Hanc etiam opinionem in consulendo secuti sunt, Fulgos. *cons. 53.* Barbat. *cons. 13. vol. 1.* Corn. *cons. 18. n. 9. & cons. 353.* Capra *cons. 20.* Ias. *cons. 212. vol. 2.* Calca. *cons. 7. & cons. 20.* Dec. *cons. 259. & 426.* Grat. *respon. 3. vol. 2.* Boe. *dec. 354. secun. par.* Hanc opinio. veriorem dixit Hostien. *in d. c. Rain.* & præcedentem non esse communem, dixit Cuma. *in d. l. si ita quis, §. fin.* Corn. *d. consil. 18. nu. 9. & d. consil. 253.* & Duran. dicit eam esse communem, eam esse æquiorem, & valdè conformem menti testatoris, dicit Crot. *in d. l. nemo potest*, & quòd quando sumus in claris, non est opus coniecturis. Hanc opinionem esse vsu receptam testatur Bald. *in d. l. ita quis, §. fi. & in Margarita, in verf. substitutio.* Corn. *d. consil.*
4 253. & Gratus *d. respon. 3.* concludit, † quòd dato, quòd opinio præcedens affirmatiua esset verior, & communior, tamen cùm hæc negatiua sit vsu recepta, debet præferri, idem Boer. *in d. dec. 354.* idem Bald. *in d. ca. in præsentia, in fin* dixit, quòd non videtur monasterium cum bona conscientia subuertere voluntatem testatoris. Alciat. *vbi supra* conclusit, opinionem præcedentem non esse admittendam in foro conscientiæ, Socin. *in l. 1. colum. 29. num. 25. in fin. de vulgar. & pupil.* dicit, quòd hæc opinio obtineret in practica, & tenentes istam opinionem, fundant se in dispositione testatoris, qui ad eius libitum de bonis suis disponere potest, & in conditionibus, voluntas testatoris primum locum obtinet, *l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonstrat.* cum concord. per Bart. *in d cap. in præsentia, in fin.* & sunt videnda, quæ ibidem Dec. ponit dum arguit pro ista parte, & quæ ponit Carolus Ruin. *in cons. infrà allegando.*

5 Nec obstat tex. *in d. §. sed neq; de sanctis. Epis.* † quia ille text. procedit ex præsumpta mente testatoris, quæ quando cessat, cessabit etiam illius text. dispositio, vt declarat Paul. de Castr. & rectè, secundùm Dec. *in d. authe. nisi rogati*, quam declarationem Paul. de Castr. sequitur Carol. Ruin. *cons. 98. viso themate, numero 24. 2. volu.* in quo consil. respondendo ad verbum, inualidas,
6 positum *in d. §. sed & hoc præsenti*, † dicitur, quòd verbum illud exponitur, idest, inefficace contra monasteriū, si exprimatur sub forma, de qua ibi, & sic subdit, quòd ille text. non negat quin sub alia forma potuisset substitutio efficaciter concipi cum conditione ad exclusionem monasterij. Similiter dicit non obstare verbum, pro non scriptis, quia hoc intelligitur haberi pro non scripto ex mente testatoris, ex quo extenditur ad casum omissum fauore monasterij. Alias enim, si conditio, de qua ibi, intelligeretur absolutè, & esset pro non scripta, ac si non esset apposita, sequeretur, quòd eo casu, quo quis est grauatus, sine filijs decederet, si monasterium ingrederetur, quod reiecta conditione, sub qua fuit grauatus, grauamen reijceretur, & monasterium excluderetur statim, & spiritum Caroli Ruini habuit Didac. *d. c. 19.* considerando hoc inconueniens paritatis grauaminis. Apparet igitur ex prædictis, vtramque partem fulciri auctoritatibus, & rationibus, & ex hoc motus Ancharan. *in d. cap. in præsentia, 2. quæst.* dixit, inter auctoritates tantorum Patrum, & modernorum teneas quicquid placet, Beltran. *consil. 26.* Aliæ occupationes *5. volum.* dicit, hanc rem esse dubiam, & quòd iudex potest inclinare vni, uel alteri opinioni, & esse vtile partibus, quòd per medium bonorum virorum hæc contentio componeretur, & pacaretur.

7 Vnde † Sacrum Consilium, ijs maturè consideratis, adhærendo voluntati testatoris, me referente, die 15. Decembris 1572. secutum fuit hanc opinionem, cum ex prædictis, tum quia idem testator voluit, bona in eius familia conseruari, ut ex verbis testamenti apparet, quo casu consuluit Dec. *in d. cons. 259.* omnino monasterium excludi Michael Palaez. *in tract. maior. in 3. par. quæst. 1. num. 22. fol. 274.* sequitur Ripa *in d. l. ex facto, §. si quis rogatus, num. 40.* & Boer. *in d. cap. in præsentia, dict. quæst. 34.* qui loquitur in proprijs terminis præsentis quæstionis, in qua voluit testator, quòd aliqui ex istis institutis vocarentur de eius familia, fortiùs
8 dixit Alciat *in d. §. & quid si tantum, num. 7.* † quòd hoc procederet etiam vbi tacitè constaret de mente testatoris, vt quia fideicommissum concerneret fauorem familiæ, quòd etiam expressissimum erat in casu, de quo agebatur, quia etiam testator iusserat illis de eius familia vocandis, quòd eius insignia facerent. Erant insuper substituti descendentes testatoris, quo casu dicit Ias. *cons. 212. volum 2.* non reperisse aliquem scribentium contradicere, quod descendentibus substitutis Ecclesiæ præferatur, quod re vera non fuit plenè discussum, & nouissimè poterat Collegium excludi, quia alia pia causa cessantibus descendentibus substituta erat, quo casu ex eodem text. *§. sed neque*, colligit dispositionem text. prædicti non habere locum. Post decisam hanc causam, reperi, quòd Senatus Pedemonta. secundùm hanc opinionem iudicauit, vt refert Cacher. Auctor Decisionum dicti Senatus *in dec. 126.* Andreas per totam, & vide plenam apostillam ad Felin. *in d. cap. in præsentia*, in impressis de nouo, & huius decis. meminit, & eam sequitur doctiss. Menoch. *in tractat. de præsump. in 2. par. præsump. 83. per totam.* Et eam tenet nouiss. D. de Pont. *in consil. 39. num. 13.* Caualcan. *decis. 1. in 3. par.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 7. Adde Caualcan. *decis. 1. per totam, par. 3.* Capriol. *de success. fol. 148. num. 338. cum sequ.* & Menoch. *de præsumpt. lib. 4. cap. 83. ante nu. 4. fol. 140. & num. 27. fol. 142.* Borell. *cons. 33. num. 107.* qui omnes allegant decisionem istam, & Menoch doctissimum hunc Dominum appellat, & meritò, quia multò maiora deberi nemo negare potest. Vnde miror profectò, quòd aliqui allegant decisiones huius Domini, ipsum non nominando nominatim non imitantes vestigia, Menoch. Mascard. Alexand. Rauden. Anton. Thesaur. Peregrini, Dominorum Regentis de Ponte, Fab. Annæ, Caroli Tapiæ, Borrelli, Viuij. & aliorum Iurisconsultorum, qui laudes istius semper referunt.

Videatur omninò doctissimus Consiliarius in Regno Siciliæ vltrà fatum Dom. Garsia Mastril. *in dec. 65.*

per

per multum tempus post hæc impressus, qui pulchrè loquitur, & distinguit atque allegat Doctores hic per me allegatos, & alios.

Dominus Tapia *in authe.ingressi, fol.467.num.12.C. de Sacros.Eccl.* & Anton.Gamma *dec.316. num.2.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Refertur decisio Ozaschi pro substituto contra monasterium.*
2 *Limitatur in monasterio capaci successionis.*
3 *Quid si fiat substitutio monacho in sacris constituto cum duobus suis fratribus instituto, cum conditione, si sine filijs decederet, an sit locus substitutioni.*
4 *De coniecturis fideicommissi remissiuè.*
5 *Fideicommissum an includatur ex voluntate testatoris, vt bona sua in familia remaneant.*
6 *Fideicommissum an includatur ex prohibitione alienandi, & ex alijs cum sequ.*
8 *Quando dicatur fideicommissum masculinum, & quando femininum.*
9 *Fideicommissum an constet ex tacita voluntate, & an probetur.*
10 *Legitimatio per subsequens matrimonium an dignitatem episcopalem admittat, licèt mulier sit ignobilis.*

AD hanc decisionem vide infrà *decis.213. &* 436. Regentem à Ponte *cons.39.nu.12.* Borgninum *dec.1.par.3.incip non nobis.* Præsidentem hunc *in 1.dec.34.*& 469.ad quas dixi. Et ad hanc decisionem omninò videas, lector, Crassum *in tractatu de successionibus, §.fideicommissum, quæst.40.num.8.* & omninò Ozaschum *dec.126.* Menoch.*libro præsumptionum 4.præsumpt.83.*& signanter
1 *nu.27.* qui Ozascum in dicta decisione concludit † esse decisum in fauorem substituti contra monasterium, licèt Magonius *decis.16.incip.Petrus, num.27. Lucca,*
2 hoc † limitauerit in monasterio capaci successionis. Alia vide in *dec.10.* eiusdem Magonij incipien. Moniales. Alia per Ceuallos eleganter, & latè *in speculo communium, quæst.193.* & per Thessaurum *in decis. Pedemontana 163.incip.sacerdos,* † qui quærit, quòd si sit
3 substitutio monacho in Sacris constituto, cum duobus suis fratribus, † instituto cum conditione, si sine filijs decederet, an esset locus substitutioni. Ad numerum
4 septimum de † coniecturis fideicommissi, adde omninò Peregrinum *nouissimè in tractatu de fideicommissis, art.14.*& Marzarium *in tractatu de fideicommissaria substitutione par.2.quæst.44.* Achilles Personalis *in tractatu de adipiscenda possessione nu.203.incip. & pro euidentia.* Doctores *in l.cum virum, C.de fideicommis-*
5 *sis,*& ipsemet † Achilles.*num.220. & sequenti,* vbi ponit casum, si testator vult, vt bona sua in familia remaneant, vel conseruentur an fideicommissum inducatur, & Cephalus *in cons.188.& 251.* Durandus *in tractatu de arte testandi, tit.*.*cautela 2.*Ioseph Ludouicus *decis.Perusina 61.num.29. & 30.2.par.*nouissimè Surdus *in decis. Mantua 232.incip.admisso, & 238. incip.*
6 *iterum,* vbi † an ex prohibitione alienandi fideicommissum inducatur, vbi distinguit, & alia ponit *in decis. 84.incip.super testamentum,* vbi de fideicommisso ma-
7 sculino latissimè. An autem † fideicommissum induca-
8 tur ex prohibita venditione, vel ex alijs, & † quando dicatur fideicommissum masculinum, & quando femininum, Afflict.*in constitut.scire volumus, num.7.decisio.*
9 *Florent.72.* Regens à Ponte in *cons.46. volum. 1.* † An autem fideicommissum ex tacita voluntate constet, & probetur, Parisius *cons.57.num.22.& cons.88.num.28. volum.2.* & ipse Personalis in *dicto tractatu num.218.* & ad hanc decisionem de materia legitimationis adde,
10 † an legitimatio per subsequens matrimonium dignitatem Episcopalem admittat. Decius *cons.155.* Men-doc.*cons.17.num.17.volum.1.* Affirmantes quòd sic, de communi, & licèt vir Nobilis, & mulier sit ignobilis, concludit Ozascus *dec.154.num.6.* Alia vide ad Iacobutium *num.54.in tit.de his qui feudum dare possunt.* De materia huius decis. & aliorum, quæ hic discutiuntur, latissimè Menoch.*præsumpt.83.per totam, in libro 4.præs.*& Alex.Trentac. Aquilanus in *tract.substitutionum docte.capite septimo, in parte 4* Et ad num.finalem, de fauore Ecclesiæ Reg.à Ponte *cons.39. num.13.* Menoch.*dicto loco num.43.*Aquilan.*num.22. & 35.*

ADDITIO D. RICII.

GRauato instituto sub conditione, si sine liberis ex legitimo matrimonio decesserit, an obtineat *authe.sed hoc præsenti de Sanctiss.Episc hoc dicit.*

Ad ornatum tamen huius decisionis potest etiam dubitari an hæres substitutus in casu, quo aliquis decedat sine liberis excludatur, si institutus efficiatur Clericus, aut religiosus, & an & quando monasterium habeatur loco filij, pro quibus sunt consulendi, Aluarard. *de coniecturis mentis defuncti lib.2.cap.3.nu.1.* Spino. in *specul.testam.glos.12.num.27. & glos 14. num.129.* Pertez.*lib.5.tit.5.l.1.pag.134.colum.2.* Palac.*de contra. Etib.lib.6.cap.6.pag.530.* Diaz.*reg.219. versic.secundo,* contra Guttier.*lib.1.canonic.quæst.cap.32. in princ.* & an & quando natis liberis extinguatur substitutio facta sub conditione, si decesserit sine filijs, de quo remitto te ad Oldrad *cons.21.* Bursat.*cons.1.* Tiraquel. in *l.si vnquam t erb susceperit liberos num.190. volum.1.* Io. Dilectus *de arte testandi titu.5. de substitut.cautel. 25. pag.187.* Roland *consil.6. volum.4. numero 8.* & grauatus restituere hæreditatem post eius mortem, an statim quo ingrediatur religionem teneatur restituere, an verò eius mors naturalis sit expectanda, vide Mantient. *libro 5. recollect. tit.4. l.3.glos.2. numero tertio,* Spin. *in Specul. testament.glos.12.num.32. versic.maior.tamen.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Conditio si sine liberis ex legitimo matrimonio decessit purificatur ad fauorem descendentis substituti decedente filio grauato in Religione professo.*
2 Marta *cum agmine Doctorum,* & Gamma *euersores dicta opinionis propelluntur.*

1 PRæsidio recentiorum munitur determinatio de substitutione facta per testatorem in casu obitus filij sine filijs legitimis, & naturalibus ad fauorem alicuius ex descendentibus, vt descendente grauato in aliqua Religione professo, substitutus excludat monasterium, pro qua opinione stant Gaspar.Thesaur.*qu.for.70.li.1.* Fontanel.*de pact. nupt. tom.2.claus.6 glos.3.par.6.num.6.*plenè D.Staib. *resol. 5.num.3.& 19. & resolut.97.num.5.* vbi idem quando constat de voluntate testatoris, quòd velit excludere Monasterium, quia voluerit nempe conseruare bona in familia, vt in hanc opinionem inclinasse S.C. refert D.meus adde Reg.Sanfel.*decis.193.* Sesse *decis. Arag. 30.num.53.*

2 Benèuerùm Marta *in tractat.de iurisdict.p.4 cent.1. cap.80.num.21.per tot.* cum phalange Doctorum quos allegat neruosè pro contraria parte depugnat ad fauorem Monasterij fundans se in text. *§.sed hoc præsenti Auth.de Sanctiss. Episcop.* vbi eiusmodi conditio habetur pro non scripta ex eodem fundamento dispositionis

tionis d. §. *Sed hoc presenti* ita decisum testatur *Gamma dec. Lusit.* 316 cui obiectioni plenè satisfacit D. meus præsertim quia cesset fauor Monasterij substituto aliquo ex descendentibus testatoris, & d. textus procedat in dubio secus si de contraria mente substituentis vt Sansel. & alij allegati, proinde Martam, & Gammam nominatim reijcit Fontanell. *vbi sup. d. n. 9. & seq.* Fab. *C. de sacr. Eccl. def.* 42.

S V M M A R I V M.

1 *Femina sub concessione Ecclesiastica emphiteusis concessa pro se, & filijs comprehenduntur.*
2 *Communis opinio in iudicando, quando non seruatur.*

DECISIO XXX.

Emphyteusis Ecclesiastica concessa pro, se & filijs an contineat feminas.

FVIT in Sacro Concilio incidenter discussum, sed plenè, si emphiteusis Ecclesiastica concessa alicui pro se, & filijs comprehendat filias feminas? in qua discussione dictum fuit opinionem
1 esse communem, filias feminas non comprehendi† Verum Sacrum Consilium tenuit contrarium, & iudicauit secundùm opinionem Salic. *in l. 2. q. 12. & 17. C. de iu. emphit. &* Ias. *ibi, n. 394.* quam opinionem defendit, & comprobat Additio ad Dec. *in c. in præsentia. lit. E. in ver. femina,* probat. & dicit Dec. *in l. 2. n.* 105. *ver. postremo aduertendum, de reg. iur.* factum prouectiorem cum eo sentire. Et Eandem Add. ad cons. *Dec.* 171. *in vers. femina.* Hanc opinionem secutus est peritissimus Alcia. *in l. 1. in glos. fin. ff. de verbo. signi.* Couarr. *in tracta. var. resol. lib. 2. cap.* 18. 1. *col.* qui tandem dicit hanc opinionē Salic. deduci posse ex his, quæ Bar. *dicit in l. 1. ff. de verb. signif.* & opinionem communē numquā sibi placuisse, vt posteà vidi dicit Iul. Clar. *in 4. lib. sententiarum, in §. emphiteusis in 32. quæst.* & non procedere quando fieret prima concessio feminæ pro se, & filijs, concludit Rota Bonon. in *decis.* 52. licet dubitet Aurel. Corbul *in tract. ex quib. caus. emphit. iur. suo pri. in tit. de caus. pri. ob lineam finitam, nu. 9. ver. declaratur se-*
2 *cundo, fol.* 104. Nec mirum si† contra communem opinionem iudicauimus, quia postquàm meliores sunt rationes, quibus tenentes contra communem mouentur rationes ponderandæ sunt, non numerus Doctorum, vt est text. *in l. 1. §. sed neque. C. de vet. iur. enucl.* quod optimè aduertit Cancer *in reper. cap. Imperialem fol.* 11. *col.* 35. *quæ est tertia folij prædicti, lit. P. in ver. dicentis fortassis* & pulchrè Purpura. *in l. cum quod dec. col. ver. vlt.* Bartol. *ff. si cert. pet. &* Bero. *in 1. col penult. ver. & communis, extr. de constit.* & ante eos Abb. *in c. cum sint in 2. not. extr. de decim.* & nouissimè Toraminus *l. non puto, c. 1. nu. 71 fol.* 23. vbi de hac decisione meminit, & in decis. Thessaur. 52. *reuocatur nu.* 10. & iudicare pro hac opinio ne in Sacro Consilio modicam habuit difficultatem.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Doctores *in apostill. ad Decium in cons.* 171. *vers femina*, & parum infra decis. Bonon. 52. Capr. *de success. fol.* 174. *num.* 436. latissimè Sur. in *decis.* 65. *& addit. magna in fin supple* Surd. *in loco citato n.* 2-3.

Vide tamen Ioseph. Ludon. *in decis.* 29.

Et si emphitensis est concessa pro se, filijs masculis, & feminis, & extat statutum feminas excludi ob masculos, an feminæ vocentur; vide Viuium *in opin.* 249. *par.* 1. *in impressis Aquila de anno* 1582. Capriol. *de success. in loco citato nu.* 394 *fol.* 159. omnino Magon. *in decis. Luca* 7. *n.* 15. 35. *vbi apostill.*

In eadem decis. in fin. Adde Capriol. *in tract. prædicto lib. 2. fol.* 210. *num.* 25.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

S V M M A R I V M.

1 *Opinio contra communem melioribus rationibus fulcita vincit communem, nec communis opinio attenditur.*
2 *Filia femina an admittantur ad successionem emphyteuticam, si concessio ecclesiastica est pro aliquo, et filijs facta.*
3 *Im emphyteusi ecclesiastica femina sicut masculi succedunt.*
4 *Si emphyteusis ecclesiastica sit concessa pro se, & filijs, & heredibus, stante statuto, quòd femina non succedant, vtrum filia femina possint succedere in emphiteusi prædicta tanquam semel exclusæ*
6 *Semel exclusa perpetuo durat exclusa.*
7 *Femina an possit habere feudum.*
8 *Militaris seruitij loco hodie successit solutio.*
9 *Feudum concessum pro se, & descendentibus, an includat feminas.*
10 *Femina an veniat appellatione domus, generationis, & progeniei.*
11 *Et an dicatur de familia, vel extrà.*
12 *Filia femina nupta, si est extra familiam, an admittatur ad fideicommissa familia.*
13 *Et an veniat appellatione liberorum.*
14 *Filia femina de iure Longobardo ius vindicta non habet.*
15 *Sed de iure communi vindicat.*
16 *Sicut etiam de iure Regni, si alios non habet in gradu pracedentes.*
17 *Dum tamen ipsi pracedentes ius vindicta sequantur. Secus si obmutescant & dissimulent.*
18 *Femina an sit capax iurisdictionis de iure communi.*
19 *In Regno est clarissimum, de consuetudine non solum feuda, sed etiam iurisdictiones habuisse Dominas, & Reginas.*

1 AD hanc decisionem numero trigesimam adde omnino tu, quòd † quando opinio contra communem melioribus rationibus est fulcita, vincet communem opinionem; nec ipsa opinio communis attenditur Ita nouissimè in tractatu de communi opinione post Neuizanum in sua Sylua nuptiali, & probat tex. *in cap. Capellanus, de ferijs*, istamque opinionem refert, & sequitur Purpuratus *in l. cum quid num.* 84. *ff. si certum petatur*, ipsamq; tamquàm communiorem dicit sequendam esse Curtius iunior *cons.* 29. *n.* 11. *&* 63. *n.* 3. *&* 160. *n.* 11. sed non sic indistinctè volo, vt tu lector intelligas, quæ dixit hoc in numero hic doctissimus Regens. tu considerans his, quæ post alios *in decis. Florentina* 150. scripta reliquit nobis acutissimi ingenij Iureconsultus Ceuallos Hispanus in libro communium contra communes in præfatione *à nu.* 30. *ad* 61. At principale institutum huius decis. adde omnino nouissimè Corbulum *in tractatu de iure emphyteutico*, qui latè hanc quæstionem
2 tractat, † an filiæ feminæ ad concessionem emphyteuticam admittantur, si concessio ecclesiastica pro aliquo, & filijs est facta, & Beroum *cons.* 93. *num.* 18. *cons.*
3 94. *n.* 3. *vol.* 1. *& cons.* 96. *n.* 8. † qui dicit, expeditum esse
4 in emphyteusi ecclesiastica feminas sicut masculos succedere, & omnino videndus est Valascus *nu.* 41. *de iure emphiteutico*. Quid autem si ecclesiastica emphyteusis non modo accipitur pro se, & filijs, sed etiam hæredibus; & stat statutū, prout hic in hoc Regno nostro Neapol. quòd filiæ feminę non succedant, vtrum filiæ succedere possint in emphyteusi prædicta, tamquàm semel
5 exclusę? Videtur dicendum, quòd † semel exclusa, perpetuò durat exclusa. Decius *cons.* 390. *num.* 4. *& cons.* 517. *num.* 6. Ruinus *cons.* 9. *num.* 1. Zasius *de successione feudi*

feudi.col.62.versic.quarta conclus. Ozascus decis. Pedemont.23.incip.secundus.n.17. Molina, de primogenit.
6 Hispan.lib.3.c.5.n.59. † sed his non obstantibus contrarium esse decisum dicit Petrus Surdus nouissimè, *in decis. Mantua 95. incip.nulli extant descendentes.* vbi hæc formalia verba. Fuit itaque pro femina resolutum, & dictum, quòd etsi aliàs Rota contra feminam indicauerit, Senatus tamen eam semper probauit sententiã
7 quæ feminæ est fauorabilis. † An autem possit habere femina feudum, dictum fuit sup. in fine decis. vbi quòd
8 sic: quia hodie loco militaris seruitij solutio fit, vt sup. *in decis.* 20. ad quam & latissimè. Ad hanc nouissimè Consiliarius Tappia *in Constit. officia qua personis.fol.* 125. Iacobutius de Franchis *infra in titulo de feudis* 13. 12. Paulus Fuscus *in sing.39.in verbo feudũ datum.* vbi
9 † an feudum concessum pro se, & descendentibus in-
10 cludat feminas. † An autem feminæ appellatione do-
11 mus, generationis, & progeniei veniant, † & an dicantur de familia, vel extra, Parisius *cons.22.& 63.vol.2.* Mantua *cons.* 22. *vol.* 1. Tiraquellus *de vtroque retractu, lib.1.glos.9.n.195.* ipsemet Fuscus *sing.* 14. *in verbo familia, & sing.23.in verbo femina.* Couarruuias *in lib.*
12 3.*variarum resol.c.5.* & † quid si filia femina nupta est extra familiam, vtrum admittatur ad fideicommissa fa-
13 miliæ, & an veniat appellatione liberorum, Doctores *in l. voluntas, de fideicommissis* Brunus *in tractatu, quod stantibus masculis filia femina non succedant.ar.* 12.*principali.n.*265. Ozascus *decis.Pedemon.*125 Felinus *in repertorio.in verbo filia,* & ipse Episcopus Ra-
14 uelli *in sing.* 90. *incip. filia nupta.* † Item nota quòd filia femina de iure Longobardo ius vindictæ non habet.
15 *cap.1.§.decedendi. qui feudum dare possunt.* † sed iure Communi vindicat. Aretinus *in l. pro herede. §.se-*
16 *pulch. ff.de acquirenda possessione.* sicut † etiam de iure Regni per Regias Pragmaticas: si alios non habent
17 ipsas in gradu præcedentes, quòd est intelligendum si ipsi præcedentes ius vindictæ sequuntur, secus autem si obmutescunt, & dissimulant, per ea, quæ Doctissimus Præsidens suo more optimè considerauit, *in decis.*100.
18 † an autem femina sit capax iurisdictionis de iure Communi, Corneus *cons.16.n.5.vol.1.* Paris. *consil.4.n.*
19 12.*in princ.* † Sed in Regno nos videmus, & vidimus non modò feuda, sed etiam iurisdictionem Dominas, & Reginas habuisse de consuetudine, & hoc non negauit ita esse ipse Episcopus Rauelli *in dictis sing.in verbo femina. sing.* 22. & nouissimi Partenopæi Scribentes in feudis. Vide aliqua supra *decis.* 29. & maximè circa fideicommissa, an femina admittatur ad feuda contra Io. Antonium de Marchionibus, pro Margarita de Vaschis vide doctissimum responsum Morotij Præsidis *vigesimum nonum, incip. adeo.* nouissimè etiam Fachineum *lib. 7. Controuersiarum Iuris cap.37. & 38. & seq.* doctissimè. Aliqua contra hanc dec. vide ex Magon. *in decis. Lucen.7.n.14.15.* & contra istam decisionem pro, & contra disputat, & pro communi concludit Marcobrun. *cons.*100.*per totum.*

ADDITIO D. RICII.

QVòd emphiteusis ecclesiastica simpliciter concessa admittat ad successiones etiam filias feminas emphiteutæ, vt hic, vide Beroum *in cap. in præsentia n.* 40. *de proba.& consil.93.num.13.vol.7.* Ioseph. Ludou. *decis.Perus.29.num.4.* Magon. *decis.Lucens.7.num.1. & 2.* ante idem voluit Fulgos. *consil.232.in fin.& consil.* 238. Bursat. *consil.86.n.15.vol.1.* & nouissimè Surd. *decis.95.num.14.& 31.*

Amplia conclusionem, quòd etiam si esset facta concessio emphiteusis pro se, & liberis, quòd tunc comprehenduntur feminæ, vt per Brun. *in tract.stat.quod stantibus masculis art.8.quæst.22.n.105.* & hanc opinionem firmauit Cantucc. *decis.125.n.23.par.2.vol.2.* tu tamen declara, quòd quando emphiteusis ecclesiastica est concessa pro se, & filijs non transit ad feminas, quia filiorum appellatione in concessione emphiteusis masculi

tantùm admittuntur Gab. *commun.opin.tit.de verb.signif.concl.6.nu.95.* Clar. *in §.emphiteusis.quæst.32.* Ioseph Ludou. *decis.Lucens.29.n.26.*

Contrarium tamen in S. C. Neapolitano fuit decisum, scilicet admitti feminam in emphiteusi Ecclesiastica alicui concessa pro se, & filijs refert noster Franc. in hac decis. sed tenendo hanc vltimam opinionem intelligas, secus esse in casu statuti excludentis feminas masculis existentibus, vt est in hoc regno *per constit.incip. in aliquibus*, quia isto casu, donec masculi supersunt, nunquam feminæ admittuntur secundùm Gabri. *in commopin.d.tit.de verb.signif.conclus.6.n.* 91. Ioseph. Ludou. *decis.Lucens.29.n.22.cum pluribus seqq.* Peregrin. *cons.89.num.3.vol.1.* & Minad. *in constit.regni in aliquibus in verb oblig.filiorum nu.* 3. declara, & quòd quando femina à principio acquirit rem emphiteuticam ecclesiasticam pro se, & filijs, tunc transmittitur ad feminas, vt conclu. it Benintend. *decis. Bononien.52. n.1.vers.contrarium*, ita similiter declara, quòd si quis illam emphiteusim recepit non habet nisi vnicam filiam, & recepit pro se, & filijs, & esset in ea senectutis ætate, in qua alios filios suscipere illi spes non erat, quòd tunc emphiteusim ad illam transmittat ex Hippolit. de Marsi. *in l.1.§.si seruus n.5.ff.de quæst.* voluit idem Gab. *d.concl.6.n.97.tit.de verb.signif.*

Et emphiteusi concessa, pro se, & filijs comprehenduntur, & filij nasciturи nondum nati, Gamma *decis. Lusitan.* 233.*n.* 7. & quando emphiteusis concessa pro se, & filijs potest vni filiorum assignari, vide Specul. *in tit.locato, siue potius de emphiteusi.§. nunc aliqua vers.* 78. *eundem* Gammam *decis.233.num.7.* & Surd. *decis.* 209. *num.* 16. Sed vtrum concessio emphiteusis pro se, & filijs intelligatur etiam de filijs secundi matrimonij, vide eundem Gammam *decis.* 351. *num.* 1. vbi affirmatiuè decidit.

ADDITIO D. NOVARII.

DEcisum fuit hic, admitti feminam in emphiteusi Ecclesiastica concessa alicui pro se, & filijs, & ita Surdus *in dec.95.n.14.* & 31. Fachin. *controuer.iur.lib.8.c.97.* Mantic. *de tacit.& ambig.conuent.lib.22.tit.14.* & Menoch. *cons.* 111.*n.* 57.*vol.* 2. nouissimè Gennens. *in suis praticabilibus Ecclesiasticis, quæst.* 93.*tri centario* 4. quibus addo Borel. nouiter alios cumulantem *in sua summa decis.in tit de emphiteusi & emphiteuta, n.* 29 *qui num* 28. contrarium tenentes recenset, licet ipse hanc sequatur opinionem, declarando illam, secus esse in casu statuti excludentis feminas existentibus masculis, vt est in hoc Regno per constit.incip.in aliquibus, nã in tali casu donec masculi supersunt, nunquam feminæ admittuntur, vt recenset Minad. *in cit.constit.in verbo filiorum, n.3.* Peregrin. *cons.66.lib.1.* Gabr. *conclus 6.n.69 de verb.sign.* Ludou. *in decis. Lucens.29.nu.22.cum seq.* Brun. *in suo tract. quod stantibus masculis art.8.q.22.nu.104.cum seq.* Campeg. *in eiusdem nominis tract. quæst.22.n.107.* cum alijs per eum relatis *n.30.qui n.31. & 34* alias declarationes adducit.

Quæ principalis conclusio defenditur ex dispositione Textus *in emphiteusim in Authen.de non alien.* vbi appellatione filiorum veniunt Masculi, & feminæ, (ibi) (filijs masculis, & feminis) vnde meritò videmus, quod exclusus à successione filij, dicitur etiam exclusus à successione filiæ, ad latè tradita per Thesaur. *in decis.269.* cum affluenter adductis per Martam *in decis.* 24. vbi, quòd Masculinum concipit Femininum, *l. qui duos de leg.2.l.si quis id, quod*, vbi latissimè Iason. *ff.de iurisd. omn.iudic.* Gabriel. *conclus.1.de verb.signif.* vbi, quòd hoc obseruatur etiam in statutis, quæ regulariter non debent extendi.

Verum contrarium fuit decisum in Rota Romana in vna Ceruien.bonorum 7. Februarij 1583. coram Seraphino, & esse magis communẽ, & veriorem ex cumulatis in causa Romana deuotionis domus, *vt in decis. diuers.125.p.2.* demonstrat latè cõprobando Marescot.

lib. 1. variar. resolut. cap. 3. qui tamen limitat eam, quando concessio fuisset facta propter benemerita ex Dec. cons. 223. Item quando recipiens emphiteusim de tempore concessionis verisimiliter non poterat generare, & non habebat nisi vnicam filiam, Gabr. concl. 6. n. 91. de verb. signif. Item quando statutum, seu consuetudo mandat, quòd feminæ cum masculis pariter admittantur ad bona emphiteutica Brun. in tract. quod stantibus mascul. & c. art. 105. vbi de communi. Item si alias non comprehenderetur, sequeretur absurdum Ruin. consil. 154. Alex. cons. 70. in fin. lib. 1. & in alijs casibus, ut ibi per eum, qui totum contrarium asserit debere esse quando ex alijs verbis inuestituræ constat contrahentes voluisse vocare feminas, ut fuit decisum in Rota Romana in una Bononien. deuolutionis bonorum die 14. Ianuarij 1602. coram Iusto, quæ in alia causa Sutrina bonorum 9. Decembris 1587. coram Platto voluit idem esse dicendum, si emphiteusis concessa esset pro filijs, & hæredibus vsque ad tertium genus, nam stipulatio censeretur concepta etiam pro feminis.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 Rota Romana, *& neoterici excludunt feminas ab emphiteusi concessa alicui pro se, & filijs, & proinde vacillare hanc decisionem* tradit D. Pratus.
2 *Quid in emphiteusi laicali, & quando secus.*

1 SVspenso pede progrediendum est in præsentiarum, quia non modica, ut inquit D. meus est difficultas, numquid concessa emphyteusis ecclesiastica pro se, & filijs alicui, censeantur vocatæ feminæ, sed est de quæstionibus arduis, & decisionem affirmatiuam de qua hic non solùm Doctores communiter euellunt, verum etiam sacra prætoria, ut in puncto contra feminas, probat Marescott. var. lib. 1. cap. 12. num. 1. & seqq. vbi ita Rotam Romanam iudicasse refert, prout extat. dec. 125. par. 5. diuer. & nuncupatim Genuens. de practicab. Eccles. quæst. 3. improbat hanc decisionem, vt contra communem proiatam, quàm vacillare tradit D. Prat. lib. 2 discept. 5 num. 106. & plures decisiones Rotæ Romanæ congerit Viuian, Cirocch. discept. 58. nu. 10. & ita sentit Gizzius ad dec. R. Latr. obs. 70. num. 40.

2 Petes quid in emphyteusi laicali, & Dec. in c. in præsentia de proba. num. 40. & 49. & Ias. in l. si quis id quod num. 23. ff. de iurisd. omn. iud. & Petr. Sanz. in tract. de diuis. bonor. lib. 1. cap. 6. num. 10. idem tenent contra feminas in emphyteusi concessa alicui pro se, & filijs, sed videndus Gizzius, vbi sup. Limitatur in emphyteusi concessa pro te, & filijs vsque ad tertiam generationem, nam verbum generatio masculos, & feminas comprehendit Tiraqu. in tract. de retract. consangu. §. 1. glos. 9. num. 241. Petr. Sanz. num. 14. qui nu. 17. ampliat si concessa sit liberis, cum liberorum appellatione veniant feminæ, Anchar. cons. 135. Gabr. de verb. signif. lib. 3. nu. 33. uel concessa esset, emphyteusis à femina, vel primo loco feminæ, ita Petr. Sanz.

SVMMARIVM.

1 *Bona fidei possessor quos lucratur fructus.*
2 *Locupletior in dubio, quando præsumatur bona fidei possessor effectus.*

DECISIO XXXI.

Possessor bonæ fidei in dubio præsumitur factus locupletior.

IN causa spectab. Comitis Motorij cum Magnifico Marcello de Resuso, super exceptione rei iudicatæ opposita Sacrum Consilium benè discussis iuribus partium, decreuit dicto Comiti obstare exceptionem rei iudicatæ, & litis finitæ. Et quia Paul. de Tuso, pater d. Marcelli, & Magnifica Vincentia Latra, eius mater, habebant titulum onerosum, & erant possessores bonæ fidei, tenuit pro firmo, ex hac causa fuisse
1 absolutum d. Paulum à fructibus perceptis, quos lucrari bonæ fidei possessorem certum est, consumptos tamen, & quatenus de eis non esset effectus locupletior, secundùm Bartol. post glo. in l. ex diuerso ff. de rei vend. vbi Bart. ait, hoc etiam procedere in iudicio particulari, quamuis iura, quæ allegantur, loquantur in iudicio vniuersali, plenè congerit omnes Didac. in tract. var. resol. lib. 1. cap. 3. ex cuius dictis veritas habetur, Guliel. Mainet. in reg. bona fides, per totam.

An autem in dubio præsumatur possessor bonæ fidei effectus locupletior? Visum fuit non debere tractari in dicta causa, quia iam erat iudicatum. Item, quia Magnifica Vincentia Latra iam emerat introitus, & fructus, quos perceperat, videbantur percepti ratione duc. 2000. erogatorum pro emendis annuis duc. 2000. super baiulatione, in cuius possessione fuit restitutus Comes, ex quibus duc. 2000. non esset dubium, quòd fuissent percepti introitus ad eandem rationem illis temporibus inspectis, & sic non videbatur posse tractari, quòd sit effectus locupletior, quia id, quod in eam, & Paulum peruenit ex introitibus baiulationis peruenit ex causa duc. 2000. quorum introitus, si in hanc emptionem non fuissent erogati, peruenissent in dictos Vincentiam, & Paulum.

2 In dubio autem, quid sit præsumendum, visum fuit mihi congerere, quid Doctores sentiant, ut cùm casus acciderit, possit faciliùs iudicari. Quòd in dubio præsumatur bonæ fidei possessor effectus locupletior, allegatur glos. in l. vtrum in ver. consumpsisse, ff. de petit. hæredit. quam glos. exclamat Angel. ibi, & in l. sed & si lege, §. quod autem, ff. de petit. hæred. sequitur eam in discursu Crot. in l. si is, qui pro empt. 12. colum. num. 51. ver. præterea bona fides, ff de vsucap. Carol. Ruin. cons. 29. quia testator, colum. fin. in fin. 2. volum. dicit opinionem glo. esse veriorem, & ab ea non esse recedendum in iudicando, maximè quia eius opinio est approbata ab Angelo, eandem opinionem tenet Socin. iun. cons. vlt. colum. 5. num. 39 ver. & circa hoc 1. volum. Contrarium tamen tenet Angel. cons. 160. Domina Catherina, in fin. & in cons. 133. super puncto. Paul. de Castr. cons. 16. sequitur Curt. vbi allegat optimam rationem, cons. 71. Princeps 5. colum. vers. septima conclus. Curt. iu... qui non allegat Curt. sen. & ponit quasi eadem verba, in cons. 28. in causa, col. fin. qui dicit opinionem contra gl. videri magis communem, quam etiam sequitur Carol. Ruin. cons. 91. circa ea. col. fi. vers. & non obstant 5. vol. Ias. in l. Nesennius, §. fundum, 1 col. vers. sed aduerte diligenter, ff. de re iudic. & nouissimè quædam Paris. in tit. de mater. feud. in §. 22. in 10. qu. 4. col. in secunda concl. vers. & aduerte, quod in dubio, fol. 212. qui meminit de Angel. Curt. sen. & Ias. vbi sup. & hanc vltimam opinionẽ plures auctores sequuntur, & cùm casus hic accidisset annis præteritis, dixit mihi Illust. Regens Saler. quòd fuit factum compromissum in Illustr. & Reuerendiss. Cardinalem Placentiæ nunc Neapolitanum, tunc Aduocatum, & in Magnificum quondam Io. Baptistam Mansum, qui posteà omnes fuerunt Regij Consiliarij, quorum alter tenuit primam opinionẽ, scilicet, quòd in dubio censetur factus locupletior, alter secundam, quòd in dubio non præsumatur, & adhibito pro tertio Dom. Regente Martiali, viro doctissimo, adhæsit

hæsit primæ opinioni quam tenuit Dominus Cardinalis, motus auctoritate glossæ, à cuius opinione dicebat non esse recedendum, & ei adhærendum, sicut Bononienies Carrotio, quæ notanda sunt, quando in facto accidetent. Addo, quòd postquam hæc scripsi, reperi, quòd Iacob.Philip.Portel.*in lib.3.conclus.commu.opin. conclus.12.fol.562.*Iac.Menoch.*in tract. de recup.poss. in 17.remed.num.583. ver. declaratur relata declaratio, fol.171.*referunt prædict.Doct. & alios allegant inter se dissentientes, & Iacob. Menoch. dicit secundam opinionem esse crebriorem,& eam sibi placere. Marc. Ant.Peregr.*de fideicomm.art.49.num.110.* alleg. concord.& hanc decis. prædicta super relata procedunt tamen in bonæ fidei possessore, qui fructus percipit, & consumpsit: quid autem si ex re mea percipit pretium, & re perempta ago contra eum, an præsumatur factus locupletior?Fortior casus est, quòd sic ita dicit Purpur. *in l.si cum seruum 3.colum.ver.declarando tamen, ff. si cert.pet.* & non dicitur quis factus locupletior,si consumpserit pro se, vel famil.sua,Iac.*in l.si me,& Titium ff.si cert.petat.*

ADDITIO D. VISCONTI.

IN fin.Adde Gabriel.*in tit.de probat.concl.7.num.16. & in tit.de acquir. rer. dom.concl.2. num.*10. Anna sen.*alleg.*113.& iterum *sing.*620.cum addit. Mascar. *in tract.de probat.volum.3.concl.*1164.Thessaur. *in decis. 29.num.*10.Peregr.*de fideicom.art.49.nu.*116. qui duo moder.allegant decis.istam,& qualiter probetur, quòd quis ex fructibus effectus sit locupletior, vide omninò Pinell.*in l.2.p.2.cap.4.num.64.C.de rescind. vend. fol. 401.in paruis.*Anna,& Mascar.*vbi sup.*& cui incumbit probare hoc onus,vide Gabriel.*in cons.108. nu.*10. *vol.* 1.& Ant.Gabr.*in d.conclus.7.nu.16.*Istisque addi potest doctiss.Iac.Menoch.*de præsumpt.lib.6. cap.27.*

In ead.decis.in addit.ibi in bonæ fidei possessore, adde quod licet possessor bonæ fidei facit fructus suos,tamen si petit meliorationes æquitas vult, quòd cum illis admitti debeat compensatio fructuum perceptorum, *l. sumptus,& l.emptor.ff.de rei vendit.*vide glo.magnam *in l.infundo,ff.de rei vend.*vbi Ang.*col.fin.*Gabr. *concl. 1.sub tit.de acqu.rer.dom.* & Viuium *in opin.622.par. 2.*secundùm nouissimam editionem,& *infra decis.191. num.11.vbi adde.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Acquisitio fructuum non requirit titulum, sed qualis, qualis occasio possidendi sufficit.*
2 *Grauatus acquiri fructus, nisi fideicommissarij negligentia non interueniat.*
3 *Item nisi fideicommissarius sit minor.*
4 *Cuius fauore ipso iure mora contrahitur.*
5 *Bona fidei possessor tenetur, quando factus est locupletior.*
6 *Post litem motam quilibet possessor tenetur ad fructus; siue factus sit locupletior, siue non, nulla facta distinctione.*
7 *Bona fides causata ex iuris errore, etiam iniusto, fructuum acquisitionem operatur.*
8 *Quomodo probetur, quem locupletiorem effectum esse.*

1 AD hanc decis.31. vide quòd † acquisitio fructuum non requirit titulum,sed qualis,qualis occasio possidendi sufficit secundũ Bald. *in l.irritam,vers.modò quæritur, C.de vsucap.pro donato,*& Surdus *in decis. Mantua 25.incip.ex multis,num.5.*vbi decidit,grauatum acquirere fructus,
2 nisi fideicommissarij negligentia non interueniat, uel
3 sunt † minores, quorum fauore ipso iure mora contrahitur, ideoq; † concludit ita *in decis.211.incip.mortuo marito,num.7.*Ad numerum primum,quòd bonæ fidei
4 possessor teneatur,quando factus est locupletior,†adde
5 omninò tu † lector Alex.*in cons.20. vol.4.* & latissimè firmatum,verbo bonæ fidei possessore. Sed de hac decis. dic,quòd Thesaur.*in dec.29.Pedemon.*dixit post litem
6 motam † quemlibet possessorum ad fructus teneri, siue locupletior,siue non,nulla alia distinctione facta, & Petrus Surdus *dec.Mant.45.incip.quod datio,n.7.*dicit,
7 †bonam fidem causatam ex iuris errore, & etiam iniusto fructuum acquisitionem operari. Ad numerum 2. Adde Ias.*in l.Nesennius,ff.de re iudic.*Roma.*cons.149.* Bertach. *in verb. locupletior.* Præsidentem *hunc infrà dec.319.*& Menoc.*de arbitrarijs iudicum quæst. seu vt melius dicam in trac.de præsump.in verb.bona fidei, &*
8 *in ver.locupletior.* Nouissimè † quomodo quem locupletiorem effectum esse probandum sit, addendi sunt, Menoch.*de præsump.li.6.præsump.27.*Mascar. *de prob. concl.1164.* & latissimè Fachineus *in li.2.controu.iur. c.46.incip.minorem,* vbi qualiter minor, pupillus, uel maior locupletior dicitur. Ad numerum fin. verbo placare. Vide omninò Peregr.*in tract. de fideicommissis, art.49.3.tempore, nu.110.* Quòd autem verior sit opinio, quod ex sola fructuum perceptione locupletior effectus non præsumatur bonæ fidei possessor, Anna in *cap.1.num.233.de vassal.decrep.ætat.in text.* & Gabellinus *in milleloquio.355.*Alia ponunt Ann.*singul.620.* Afflict.*dec.311.n.6.*Vrsill.*dec.240.num.4.*

ADDITIO D. RICII.

SVmmarium huius decisionis hoc est, quòd bonæ fidei possessor tenetur ad fructus consumptos, quãdo est effectus locupletior; tu autem totam materiam amplectẽdo dicas, quòd bonæ fidei possessor facit omnes fructus suos, quia idem ius habet bonæ fidei possessor in percipiendis fructibus, quod verus Dominus, *l. qui scit, §.porro, ff.de vsur.* non tamen facit fructus à solo non separatos *iux.text.in l.bona fidei emptor, ff.de acquir.rer.domin.* & ita etiam, si esset facta denunciatio à Domino, ne adimat, quia hæc denunciatio constituit emptorem in mala fide, & proindè teneretur ad fructus, *l.si fundum, ff.de rei vendicatione,* & ibi omnes Doctores, ut pariter non facere fructus extantes voluit vulgatus *textus in l.certum,C.eodem,*imò ut noster Francus in hac decisione, & *textus in l.ex diuerso,* vbi Bart.*ff.eodem, & in l.sed si lege, §.consuluit. ff.de petit.hæredit.* volunt, quòd teneatur etiam ad fructus consumptos: quando fit effectus locupletior, & post litem contestatam tenetur etiam de percipiendis, sed an lis mora habeatur pro lite contestata, *vide text.in cap. ex parte, de verbor.significat.* & quando quis dicitur effectus locupletior est *text. in l. sed si lege, §.quod autem quis.ff.de petit.hæredit.* Anna in *sua repet. nu.233. & in allegat.113.num.2.* vbi dicit, quòd is dicitur effectus locupletior, qui cum ea, quæ erant deputata pro suis alimentis hodie habet fructus consumandos,& qui pecuniam alienam in suos vsus conuertit in sumptibus, quos ordinariè facere solebat, & suam reseruauit, Angel.*in d.l.sed si lege, §.quod autem quis,* quem sequitur Cuman.ibi Aretinus *cons.16 colum.2.* Corn. *cons.229. lit.G. volum.4.* quos omnes allegat idem Anna in supradicta allegat.

Sed vtrum bonæ fidei possessor sit ab initio,& deinde incipiat esse malæ fidei,faciat fructus suos, vide Fachin. *cap.59.li.1.*& an lucretur tàm fructus naturales, quàm industriales, vide eundem *cap.57.* & hæc sint breuiter dicta, quo ad bonæ fidei possessorem.

Deueniendo tamen ad malæ fidei possessorem, scias quòd malæ fidei possessor dicitur is, qui habet sciẽtiam rei alienæ,uel iuris alieni, ut qui scit rem esse alienam, uel quia contra legum, aut canonum interdictionem mercatur,ut dicitur *l.quemadmodum in fi. C.de agric. & cẽs.li.11.*& Bal.*in l.mala fide,C.de cond.ex lege,*vbi facit tres species malæ fidei,videlicet quando emit, scit tamẽ rem non esse venditoris:Quidã est improbior,qui scienter à fure,seu violento possessore emit:Quidã im-

probissimus, qui sine vllo possidendi colore possedit, vt est ipse fur, seu violentus occupator, & hoc casu tenenda est conclusio generalis *ex d. l. certum, C. de rei vendic.* quòd malæ fidei possessor indistinctè nullos fructus facit suos, sed omnes tenetur cum fundo ipso restituere vero domino, siue sint fructus naturales, siue industriales, siue ciuiles, siue extantes, siue consumpti, siue pendentes; siue percepti, siue percipiendi, tu tamen intelligas, quando non haberet titulum, secus tamen si haberet Gloss *in l. fundum ff. de rei vendic.* Verall. *dec* 68. & nota etiam, quòd fructus percipiendi intelliguntur, qui à petitore percipi potuerant. *l. si nauis.§. generaliter.ff. de rei vendic.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

3 *Bonæ fidei possessor, an teneatur restituere in iudicijs particularibus fructus perceptos ante litem motam quatenus fructus sit locupletior adducitur pars negans.*
2 Rota Romana *defendit* D. Præsidem.
1 *Locupletior factus num præsumatur bonæ fidei possessor in qua re* Amendola Gratian. R. Sansel. *& aly tenent contra decisionem.*

3 DEferri in praxi opinionem D. mei firmantis bonę fidei possessorē teneri ad fructus antē litem motam perceptos, quatenus sit factus locupletior in iudicijs particularibus tradit Pigellus *in l. 2. C. de resc vēd. à n. 53.* & in fructib. industrialibus tenet Maresc. *var. lib. 2. c. 12. n. 6. & seq.* & plures congerit Theod. *Allegat. 75. n. 18.* Caualer. *dec.* 409. & ita seruari in Senatu Cathaloniæ testatur Peguer. *dec. 78.* & probat Cancer. *var. p. 3. c. 16. num. 67.* & fuit sententia Accursi. Azon. *in l. ex diuers. ff. de petit. hered. & Afflict. in decis. 59* testatur iudicatum possessorem bonæ fidei teneri ad restituendum fructus perceptos lite pendente à tempore publicationis.

2 Contra quòd possessor bonæ fidei teneatur restituere fructus perceptos quatenus est factus locupletior docuit Bar. *in d. l. ex diuerso* quem sequutus est Daneus. & probat Vrsill. *ad Afflict. decis. 140. n. 4.* Rot. Rom. *dec. 316. p. 1. diuers.* copiosè Sanch. *lib. 2. decalog. c. 23. n. 4. & 73. & seqq.* vbi dicit concurrere omnes doctores, quoad fructus naturales, & ciuiles in quibus nulla exigitur industria, & ciuiles magis accedunt fructibus naturalibus Alex. *con. 144. lib. 5.* Mantic. *dec. 34. de Pont. con. 22.* & D. meus *dec. 268.* quoad fructus industriales esse probabiliorem opinionem probat idem Sanch. *nu. 77.* & nullam constituendam esse differentiam inter forum externum, & internum, & hanc decisionem veriorem ostendit vbertim Rota *dec. 3. p. 7. recent. per tot.* Merlin *dec. 663. n. 50.* ratio est quia cùm auctum est patrimonium, & locupletior factus est possessor perindè est ac si pecuniæ extarent *l. idem seruandum, ff. de leg. 2.* ibi non enim absumitur quod in corpore patrimonij retinetur, & *& l. item veniunt. §. præter hac, ff. de petit. hered.*

Non refragatur text. *in l. bona fidei, ff de acquiren. rer. dom.* vbi bonæ fidei emptor fructus suos facit. Respondetur enim, quod facit fructus suos interim, quod non conuenitur secus posteà, nam condemnatur ad restitutionem Bar. *in l. si eius fundo. ff. de rei vend.* Alex. *in l. insulam, §. fructus, ff. sol. matr.*

Locupletior factus præsumitur bonæ fidei possessor iuxta *glos. in l. verum ver. consumpsisse. ff. de pet. hered.* Rou. *cons. 29. vol. 2.* Curt. *sen. con. 72.* & alij quos refert D. meus *nu.* vbi ita iudicatum testatur per Cardinalem Placentię tunc Aduocatum, & Ioann. Baptistam Mansum, & Regentem Martialem compromissarios & sequitur Vrsill. *ad Afflict. dec. 240. n. 2.*

Attamen sententiam contrariam tenet Menoch. *de recuper. possess remed. 15. 586.* Amendola hìc in addit. Theodor. *alleg. 75. n. 20. & alij* quos cumulat, & sequitur D. Pratus *vbi sup. n. 108.* Sansel. *decis. 124.* & minor est difficultas post triennium, per quod tempus possessor bonę fidei fructus præscripsit nec vlteriùs molestari potest *glos. in l. sequitur, §. fructus,* vbi Bar. *ff. de vsucap. n. 22.* sed ipse moneo in materia præscriptionis seruandum ius Canonicum, & extet requisitum bonæ fidei, ita vt nec hęres possessoris malę fidei possit pręscribere, sed teneatur exonerare conscientiam defuncti, vt hæc & alia aduertit Vrsillus, *vbi sup.* & iudicatum refert.

SVMMARIVM.

1 *Transmissio hæreditatis non aditæ in suos, est concessa in portione hæreditatis eis debita.*
2 *Transmissio hæreditatis in suos fit hæreditatis, adeundæ, non aditæ.*
3 *Statutum excludens feminas propter masculos ab hæreditate patris, seu matris intelligitur stantibus masculis, qui patri succedunt, vel matri, aliàs feminæ non excluderentur.*
4 *Matris hæreditas iure sanguinis transmittitur.*
5 *Neptis descendens ex masculo excludit amitas à successione aui, seu auiæ, decedente patre hæreditate prędictorum non adita, & num. 8.*
6 *Ius patri quæsitum, illud transmittitur etiam ad feminas.*
7 *Transmissio, vt fiat, sufficit semel esse ius quæsitum.*
9 *Transmissio, quæ fit hæreditatis maternę virtute l. 1. C. si quis ante aper. tab. diuerso iure ab hæreditate paterna censeri non debet.*
10 *Aditio præsumitur, vbi interuenit cessio eius, cui hæreditas delata est.*
11 *Hæreditas non potest pro parte repudiari, & pro parte non.*
12 *Repræsentatio defuncti non recipit diuisionem.*
13 *Emancipatio ad vnum actum non permittitur.*
14 *Reseruatio vsusfructus, dum filius emancipatur, non valet quia reseruatio ius non tribuit, sed reseruat id, quod reseruans habebat.*
15 *Protestatio contraria facto non prodest.*
16 *Renunciatio matris non obstat filio venienti ex propria persona, non vt hæres eius.*

DECISIO XXXII.

Neptis ex filio masculo, quæ virtute consuetudinis Neapol. succedit in totum matri cum onere maritandi sorores mortuo filio, siue patre, non adita hæreditate an succedat in totam hæreditatem auiæ vel concurrat cum amitis.

Aditio, quæ inducitur ex cessione hæreditatis per cedentem, operatur, tàm vt ex ea cessione teneatur ad omnia ea, ad quæ hæres simpliciter adeundo teneretur, quam validitatem cessionis.

IN causa Ioannę Dominæ Vrsonis, & Portiæ Dominæ Vrsonis, fuit dubitatum, si mortua matre ab intestato, superstite filio masculo cum filiabus feminis, qui filius masculus virtute consuetudinis Neapolit. succedit matri cum onere maritandi sorores de paragio, si filius masculus moritur non adita hæreditate materna, superstite Portia prædicta eius filia,

filia, sic hæc Portia debeat succedere in totũ in hæredi-
tate eius auiæ, quemadmodum pater eius, an verò con-
currat in successione cum amitis, postquàm omnes
sunt feminæ, & in eis cessat fauor agnationis, & quòd
neptis quamuis ex masculo, concurrat cum amita, non
autem ipsam excludat, allegabatur decisio Saly. *in l. 1.
in fin. C. de adult.* qui tribus rationibus potissimè
mouetur. Prima, quia postquam de iure communi
masculi, & feminæ succedunt æquis portionibus, hæc
portio, quæ defertur masculo, defertur contra ius com-
mune, sed ex iure speciali, quod ius speciale tunc habet
locum, si portio virtute iuris specialis debita, fuerit ac-
ceptata, *l. emancipata. C. qui admitti. l. 1. §. ibidem ff. de
collat. bono.* sed in casu, de quo agebatur, non apparebat
hæc portio iure speciali debita, acceptata per filium
masculum patrem Portiæ, ergo non transmissa. Secun-
1 da † quia priuilegium concessum filijs de transmitten-
da hæreditate non adita, est concessum in portione hæ-
reditatis sibi debita, qua non debet fraudari, *vt in l. 1. C.
de his, qui ante aper. tab.* secus debet esse in portione,
quam filius habet priuilegio statuti excludentis femi-
nam, quia illam non habet iure naturæ, sed ex priuile-
2 gio statuti. Tertia, † quia transmissio hæreditatis pa-
tris, quæ fit ex potentia suitatis, transmittit hæredita-
tem tanquam adeundam, non tanquam aditam, *vt in
d. l. 1. C. de his, qui ante apert. tab.* Si ergo transmittur
tanquam adeunda, filia filij masculi non poterit adire
totam hæreditatem, postquam non reperitur illius
qualitatis, quæ est causa exclusionis amitæ. Istam opi-
nionem tenet, & sequitur Roman. *in l. ventre, ff. de ac-
3 quir. hæred.* † qui subdit, statutum excludens feminas à
successione patris propter masculos intelligi, stantibus
masculis, qui patri succedunt, quia aliàs feminæ non
excluderentur. Calcan. *cons. 81. incip. Iacobi. col. 1.* qui
dicit pro hac parte obtinuisse, & lucratum fuisse mille
florenos, Ias. *cons. 201. per totum. vol. 2.* qui in specie lo-
quitur in hæreditate matris, & dicit, quòd licèt in hæ-
reditate patris esset difficultas, quia fit transmissio ra-
4 tione suitatis, † nihilominus respectu hereditatis ma-
tris, quæ ratione sanguinis transmittitur, tenet indi-
stinctè opinionem prædictam fundatam in voluntate
defunctæ, quæ non præsumitur, quòd diligat plus nepoẽ
ex filio masculo, quàm propriam filiam, & hic erat ca-
sus, de quo agebatur quia tractabatur de dotibus ma-
ternis. Et ex ijs videbatur dictam neptem, amitam
non excludere, sed cum ea concurrere debere: & tantò
magis videbatur hanc opinionem esse tenendam, quan-
tò Ias. *in l. si arrogator, colum. 10. vers. pro pleniori. ff. de
adopt.* dicit habere hanc quæstionem pro indubitabili,
& Guliel. Bened. *in c. Raynutius, in ver. mortuo itaq; te-
statore. il 2. n. 118. & 120.* refert opiniones, & nihil deci-
dit, & per eam res reducitur ad dispositionem iuris cõ-
5 munis. Contrariam opinionem † quando pater premor-
tuus est superstite filio, qui filius posteà moritur hære-
ditate non agnita, quòd excludatur soror per neptẽ, &
neptis in totum admittatur, tenuit Cyn. *in d. l. 1. C. de
adult. in fin.* ex mente Vgolini della fontana, his potis-
6 simùm rationibus, † quia cùm ius fuerit patri feminæ
quæsitum, illud transmittit etiam in hæredem feminam
*l. cum antiquiorib. C. de iure delib. l. 1. C. de his, qui ante
aper. tab.* Item, quia hæreditas est successio in vniuer-
7 sum ius. *l. nihil aliud. ff. de verbor. signifi.* Item, † quia
sufficit, semel esse ius constitutum. *l. videamus. ff. quod
met. cau.* hanc opinionem sequitur Alex. qui eam com-
probat optimis medijs, *in cons. 20. viso processu 1. vol.* &
Dec. qui eam dicit communem, *consil. 331. pro resolu-
tione, penult. col. vers. venio ad secundum*, qui nõnullos
tenentes hanc opinionem allegat, & respondet rationi-
bus Salyc. & inter alios allegat Aretinum *in l. si quis
posthumos, §. si quis filium. ff. de liber. & posthum.* qui
optimè respondet rationibus Salyc. & vltra. Doct. quos
prædicti allegant, idem tenet Dec. *in l. si mater, prima
col. vers. sic etiam. C. de collat.* Io. Crotus, qui dicit opi-
nionem Saly. non esse veram, *in l. re coniuncti, 3. quæst.
Bar. 26. col. ver. sexta, & vltima conclusio, n. 81. fol. 190.*

in nouis de legat. 3. Aymo. *cons. 185.* dubitabatur, in fi-
ne, qui reprehendit Calcaneum, vbi suprà, & dicit non
fuisse tutum lucrum florenorum mille per eum factũ.
Alc. *in d. l. vẽtre, n. 26. ver. sed an suus hæres*, & additio
ad Alexand. *in d. cons. 20. in princ.* Brun. *in tract. quod
stantibus masculis, art. 13. quæst. 6.* aliqua Riminald. *con.*
8 125. † Et, quòd etiam opinio Salyc. sit falsa respectu
hæreditatis maternæ, quam sequitur Ias. *in d. cons. 201.
vol. 2.* tenet in specie Georg. Natt. *in tract. statutorum,
quod stantibus masculis, in 3. quæst. princ. in 8. quæst. nu.*
9 53. *vers. sed tu dic*, videtur tenere Brun. vbi suprà, † pro
qua opinione facit generalitas *d. l. prima*, quæ loquitur
tàm in hæreditate paterna, quàm materna, & transmis-
sio, quæ fit virtute *d. l. 1.* non est censenda diuerso iure
in matre, quàm in patre. Item maior pars rationum,
quibus innititur Alex. *in d. consil. 20.* procedit tàm in
matre, quàm in patre Alberic. *in tractatu statuto
rum, 2. part. quæst. 102.* qui allegatur per Alexand. vbi
suprà.

Vnde ex istis Sacrum Consilium, me referente, te-
nuit, & iudicauit pro opinione Cyni. contra Salyc. etiam
in hæreditate matris. Et ad rationes Salyc. respondent,
vt supra dixi, Albe. Aret. & Crot. ideò responsiones eo-
rum aliter non transcribo.

10 Secundò dubitabatur in hac causa, † si id, quod con-
cluditur ex dispositione text. *in l. si auia, C. de iur. deli-
ber.* quòd qui cedit alteri hæreditatem sibi delatam, vi-
detur eam adire, quia necessarium antecedens ad cessio-
nem est aditio, procedit ad finem validandi cessionem
tantùm, vel ad finem, vt ex hac cessione cõsequatur, &
teneatur ad omnia ea, ad quæ hæres simpliciter adeũdo
tenetur. Et quòd procedat ad finem validandi cessionẽ
tantùm, non ad finem, vt hac cessione consequatur, &
teneatur, vt dixi allegabatur consil. Paul. de Castr. 252.
viso puncto, col. pen. vol. 1. relatum etiam per Aymo. *cõs.
100. Anus 2. col. in princ. vol. 1.* qui videtur etiam sequi
opinionẽ Pau. de Castr. & vltra prędictos, de cons. Pauli
meminit Ruin. *cons. 170. n. 9. volu. 1. & in cons. 13. in fin
vol. 3.*

His tamen non obstantibus, Sacrum Consilium iudi-
cauit contrarium. ex quo vltra quòd Paul. de Cast. illud
non probat, ratione concludenti, regulæ iuris repu-
11 gnant † quia hæreditas per eum, qui institutus est, non
potest pro parte adiri, & pro parte non, *l. 1. 2. & fin.* vbi
Barto. plenè. *ff. de acquir. hæred.* quod procedit etiam:
quòd quis sit institutus, separatis portionibus, vt per
Glo. & Barto. ibi. Est enim eadem persona hæres cum
12 defuncto, † & non potest pro parte repręsentare, & pro
parte non, vt considerat Bart. *in d. l. 1. penul. colu. vers.
dicit glo.* Quod adeò verum est, quòd in casu, de quo
agitur, etiam quod expresse dixisset, ego adeo hæredi-
tatem matris meæ, vel cedo dotes matris meæ Octa-
uio, & eodem contextu dixisset, repudio alia bona ma-
tris meę, in totum dicetur adijsse. Bart. *in d. l. 1. colum. 2.
ver. quæro. vtrum* Angel. *ibid. in princ.* Item, quia, vt
considerat Alex. *in d. l. 1. 2. col in fin.* si hoc esset verum,
posset sequi, quòd quis posset decedere pro parte testa-
tus, & pro parte non contra regulas iuris. Censetur
enim ista mulier, cedendo dotes maternas adijsse hære-
ditatem matris, matrem remanere sine hærede, & sic
non repręsentaretur in totum eius persona: vel si con-
didisset testamentum, instituta hærede filia, cedendo do-
tes maternas, si respectu dotium censeretur aditio, in
cæteris remaneret intestatus. Item impossibile est, vt
quis videatur adire hæreditatẽ, esse hęredẽ, & non tene-
ri ad onera hæreditaria. Insuper aditio, & emancipatio
inter cætera sunt actus legitimi, enumerati in regula
actus legitimi, & tamen emancipatio non recipit diui-
13 sionem, † non enim potest pater ad vnum actum emã-
cipare filium. Bal. *in l. senium. comm. fin. vers an pater.
C. qui test. fac. poss.* Sequitur ibi Cor. *col. fin. in fin.* vbi al-
legat concord. & Dec. *col. 1. vers. 2. ampliatur, n. 12.* Et
Iac. *in l. filij. col. 1. vers. sed quæro vlterius, nu. 3. & 4 de
prob.* & quãuis Ripa *in l. 1. §. in filij, col. pen. ff. ad Treb.*
teneat contra Bal. dicit tamen opinionem prædictam

esse communem. Sic dicendum est in casu, quod aditio
non possit fieri ad quid, & ad quid non, & ita, vt dixi,
Sacrum Consilium iudicauit, & quamuis dictum fuis-
set, quòd in cessione prædictæ hæreditatis auitæ, seu
maternæ, portio neptis sibi reseruasset expresśè succes-
sionem super bonis Camilli Marcialis, de quibus hodie
agebatur, nihilominus, quia cedendo fuit adita hæredi-
tas matris, quæ renunciauerat, & cesserat pro se, & hæ-
redibus dotandi, & hæredibus, quòd hæc reseruatio ni-
14 hil operaretur tanquam non consistens in potestate re-
seruantis ex ijs, quæ Specul. *in tit. de natu. exlib. ven.*
circa reseruationem vsusfructus, quando filius eman-
cipatur, quod non valet, & Guid. Pap *quæst.* 171. & Ay-
mo. *cons.* 33. *nobiles 6. colum. num. 26. vol.* 1. Reseruatio
enim ius non tribuit, sed conseruat id, quod reseruans
habet *l. at si quis. §. plerique. ff de religios. & sumpt. fun.*
cum concor. per Hier. à Laurentijs *in decis. 88. 2. colum.*
n. 4. vers. alius verò, fol. 102. in casu nostro adeundo hæ-
reditatem, ius, si quod habeat, fuit extinctum, quòd re-
seruatio, non conseruabat, cùm non posset. Item facit,
quod pulchrè dicit Andr. *in cap. 1. colum. fin. vers. sed*
15 *filia de natu. success. feud.* † quòd protestatio, quæ fit
per filiam, vel sororem, recipiẽdo dotem, vel dotis pro-
missionem, quòd non renunciat per hoc successioni
feudi, non valet, quia per factum obuiat suæ protesta-
tioni. Exclusa igitur Portia iuniore filia Pompeij, filiæ
Portiæ Martialis, quæ renunciauerat, fuit data Ioannæ
quarta pars de medietate medietatis, de qua nõ poterat
disponere virtute consuetudinis, quia Ioãna habebatur
pro exclusa ab hæreditate Portiæ matris per Portiam
neptem, filiam Pompeij, & veniebat non vt hæres ma-
16 renunciantis, sed ex propria persona, † quo casu matris
præmortuæ renunciatio non obstabat, ex his, quæ per
Bart. Paul. de Castr. Aretin. & cæteros *in l. qui superstí-
tis. ff. de acquir. hæred.* latè alios congerit Tiraquell. *in
tracta. de iure primogen quæst. 40 num.* 17. & nouissi-
mè Didac. *in 3. par relect. in cap. quamuis, §. 2. 4. colum.
cum seq. num. 4. fol. 426. in magnis*. Et sic prædictis de-
cisum fuit, deinde quia non fuit facta discussio alterius
patris, per sententiam fuit data quædam alia pars vltrà
prædictam.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. 2 Anto. Gomez. *variar. resol. tom. 1. c. 9.* In ead. dec. in 1. dub. adde Ant. Gabr. *in tit. de statut concl. 4. n. 28. Roland. de lucro dotis, q. 47. in fin. Viuium in opinio. 812. nu. 46. par. 2. Addentes ad Ias. in l. si arrogator sub num. 22. lit. C ff. de adopt. impressis apud Iuntas, de an.* 1590. Maxilla. *in consuetud. Bari, fol. 210. num. 114. in nouissima editione, & relata decis.* ita refert iudicatum in Rota Mantuana insignis, & benè eruditus Surdus *decis.* 138. vbi latè. & iterum *in tracta. de alim. tom. 3. quæst. 6. in fin.* Corroborari potest ex traditis per Marantam *in cons. 42. n. 3.* vbi respondetur in casu Constit. Regni, in aliquibus, quòd mortuo filio infante superstite matre, & sorore ad ambas suam hæreditatem transmittit, quia semel soror fuit exclusa ob existentiam ipsius, & de hac decis. *in 1. dubio* meminit, & sequitur D. de Ponte *in tra. de potest. Prorog fol. 456. n. 36. & sequitur* Morotius *consil.* 51.

Num. 10. Adde Io Baptis. Costam *in tract. de retrotractio. fol. 151. nu. 3.* post Mascard. *in tracta. de probat. vol. 1. conclus.*

Num. 13. Adde Carauitam *in pragmat. per excell. §. 12. n. 59. in tit. de Senat. cons. Macedon.* sequitur Intrigliola *in singul. 54. & Costa in d. tract. fol. 34. n. 5.*

Num. 14. ibi reseruatio, Adde decis. Rotæ Auenion. 88. *nu.* 4. & Intrigliol. *singula. 72. fol. 60.* Aymo. *in con. 29. n. 8. 127. nu. 7.* Stefan. Gratian. *in decis. 114. nu. 15. & decis. 6. n. 54. in fin.* & quando operatur reseruatio prædicta *ibi à n. 57. cum seq.*

Num. 16. Adde hunc Dominum *infra decis. 67.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Transmissio an fiat in heredem heredis.*
2 *Et quando ad ascendentem.*
3 *Quæ non sunt transmissibilia, non sunt cessibilia.*
4 *Transmissio quæ fit ex potentia suitatis, an habeat locum in matre, ità vt paterno auo existente ipsa mater infantis hereditatem obtineat.*
5 *Infans an trasmittat in matrem, vel alium extraneum ius restitutionis in integrum ad adeundum.*
6 *De fideicommisso, & transmissione plura, remissinè.*
7 *Fideicommissum conditionale, & substitutio an transmittantur.*
8 *Et de transmissione ex potentia suitatis.*
9 *Ius adeundi non venit in donatione omnium bonorum, quia cedi non potest.*
10 *Legitimatio per Rescriptum an excludat feminas.*

AD hanc decis. 32. doctissime Lector, ego, quæ
sũt in tuo recondita pectore pando, idcirco
1 breuiter, † an transmissio fiat in hæredem
2 hæredis, & quando ad ascendentes, Anna
Consiliarius *cons. 1. nu. 19. 52. & seq. par. 1. & cons. 5. n.*
3 35. *& consil. 90. nu. 26.* vbi † quòd quæ non sunt trans-
missibilia non sunt cessibilia. Et nouissimè *vidè Gras-
4 sum in §. transmissio*. Item adde, † an transmissio, quę
fit ex potentia suitatis iuxta *leg. si infanti. de iure deli-
berandi*. habeat locum in matre, ita vt paterno auo
existente ipsa mater hereditatem infantis obtineat. An-
9 ton. Thesaurus *in dec.* 88. vbi an † infans transmittat in
matrem vel alium extraneum ius restitutionis in inte-
6 grum ad adeundum, † de transmissione, & fideicom-
misso Anna *in cons. 10. incip. duo. vbi de glos. de l. Lu-
cius de heredibus instituend.* & consilium Oldradi vi-
7 *deas* 21. † An fideicommissum conditionale, & substi-
8 tutio transmittantur, & † de transmissione ex potentia
suitatis Regens hic doctissimus *decis. 60. num.* 1. qui di-
9 cit † ius adeundi non venire in donatione omnium
bonorum, quòd cedi non potest. & *decisio 525. incip. de-
cessit ad n. 10. de l. si auia*. Vide infrà *decis.* 110. *Ad nu.*
16. Adde infra Præsidentem *dec.* 67. ad quam dico la-
tissimè, & adde Marantam *in quæst. 10. in suo Speculo
aureo. & de renunciatione*. vide aliqua per Tessaurum
in decis. 189. & Paulum Fuscum *in singul. 88. incip. filia
& sing. 91. 92. 93. 97. 103. &* 110. Ad n. 13. vers. potest,
adde, an existente statuto, † prout constit. nostri Regni
Parthenopæi, quòd exstantibus filijs legitimis, & natu-
ralibus feminæ excludantur à succedendo, an filius le-
gitimatus per rescriptum ipsas feminas excludat, &
quia controuersia magna est videas quæ nouissimè pro
affirmatiua, & negatiua opinione adducantur argumẽ-
ta à Fachineo *lib. 6. controuers. iuris, cap.* 1. Ideò ad ip-
sum lectorem remitto diligentem, qui latissimè, doctè,
& eleganter. Et de opinio. Salic. contra Cin. Capic. *dec.*
21. & alia ponit Gramm. *dec. 63.* Socin. *cons.* 296. & Mi-
nad. *in constit. In aliquibus 2. not. num.* 126. & Moder. *in
consuet. Neapol. Si moriatur, n.* 41. decisiones ponun-
tur, & Socin. *cons. 23. n. 27. volum.* 1. Socin. iunior. & *vi-
de infrà decis. 67.*

ADDITIO D. RICII.

NEptis ex filio masculo, qui virtute consuetudinis Neapolitanæ succedit in totum patri cum onere dotandi sorores mortuo filio sine patre non adita hæreditate, succedit in tota hereditate auię, nec concurrit cũ amitis, hoc dicit, hanc sententiam firmarunt etiam And. *in addit. ad Specular.* & de magis cõmuni testatur Dec. *consil.* 506. Gabriel *lib. 6. commun. opin. in tit. de stat. cõclus. 4. nu. 28.* Ratio autem huius decisionis esse potest, nam neptis proueniens ex masculo, etiam secundũ hãc consuetudinem habetur ad instar masculi, & eius locũ,

& se.

& sexum repræsentat, vt ex multis optimè deducit Molfes. *ad consuetud. Neapol. par. 4 quæst. 28.* & magis patet *quæst. 32. & quæst. 35. & seq.* subdens, quòd dum consuetudines vocant ad successionem solùm masculos, vel feminas ex masculis descendentes, dicit feminam subintrare in sexum patris ex *l. Velleia*, hoc est ex reg. text. *in l. Gallus, §. nunc de lege Velleia. ff. de libe. & posthum.* vt subingrediens in sexum alterius, etiam illius gradum repræsentet, & consequenter sicut masculus, quem femina repræsentat excluderet amitas à successione, ita etiam, & ipsa femina. Secundò confirmatur, quia dum est acquisitum ius in persona masculi, siue acquisitum sit in actu, siue sit ius in posterum acquirendum ex potentia suitatis, illud transmittit ad suos hæredes, hoc enim est priuilegium iuris, vt paterna hereditas, etiam non adita cum omnibus iurib. suis transmittatur per filios non solùm ad suos, sed etiam ad quoscumque hæredes, etiam extraneos Morot. *d. consil. 51.* Gabr. *cons. 16 num. 16. volum. 2.*

Conclusio decisionis sic corroborata ampliatur primò procedere etiam in fideicommisso, nam femina proueniens ex masculis excludit substitutum veluti pater in suo testamento instituit sibi hæredes vniuersales filios masculos, quos inuicem grauauit de restituendo, si sine filijs decesserint, & filias proprias exclusit, & solùm eas instituit in paragio, & filijs alium substituit, tunc ll omnes si ijs decesserint sine filijs, & vltimus decedat cum filia, hæc excludit substitutum, & est melioris conditionis neptis ex filio, quàm propria filia, hanc sententiam firmauit Bolognet. *inter consil.* Alex. *consil. 53. lib. 4.*

Amplia secundò, vt procedat, etiam in feudorum successione, nam femina per ius repræsentationis excludit, etiam patruos à successione feudorum à Ponte *in tractat. de potest. proreg. in titul. de success. mulier. in princ. à num. 47. vsque in finem.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Inuenitur dimicatio inter* Salycetum, & Cynum, *an hæreditas matris delata filio transmittatur ad neptem in Ciuitate Neapol. & in Regno cum iure excludendi amitam, & reijcitur* Viuianus Ciroccus contradictor D. Præsidis, *num. 2. 3.*

4 *Quid si filius præmortuus sit ante delatam hæreditatem, & edisseritur, num. 5. & 6. vbi recedit.* Author. à Minadobo, & Paschale *militantibus contra amitam.*

7 *Ponderatur dissidium inter* Conf. Hodiern., & R. Latro *in quæstione iuris consuetudinarij Neapolis in linea collaterali.*

8 *Emancipatio num valeat ad vnum actum, & pater possit reseruare vsumfructum in emancipatione filij cum dubitatione* Andreolæ *contra speculatorem.*

1 Contingibilis in praxi est controuersia, num in terminis *Constitutionis Regni, & consuetudinis Neapolis*, feminas propter masculos excludentium hæreditas matris delata filio transmittatur ad neptem cum iure excludendi amitam, in qua repugnant Salycetus, & Cynus, isto partes neptis tutante, prout iudicatum extitit in terminis d. consuetudinis, & sentiunt Prouenzal. *ad consuet. Neapol. si moriatur obseru. 5. num. 6.* Surd. *in dec. 138.* Marta *de success. p. 1. qu. 24. art. 4. num. 26.* Noal. *de transmiss. c. 8. num. 2.* viua ratio est, nam fuit radicatum ius in masculo decedente post delatam hæreditatem, quæ transmittitur ad descendentes ex capite iuris sanguinis, & qui succedit iure transmisso repræsentat personam transmittentis, itaut hæreditas transmissa sit ponenda in inuentario bonorum transmittentis, vt hæc omnia effusè comprobantur *in allegat. 118.* D.R. de Marin. & R. Latr. *decis. 84.*

2 Conlectatores benèuerùm Salycet. sunt Angel. *con. 81.* Peregr. *dec. 87. num. 2.* Gratian. *discept. 942.* Paschal. *de patr. pot. p. 4. cap. 1. num. 32.* vbi ita ex Napodano, & Angel. probat, & ex decisionibus Rotæ Romanæ, & alijs authoritatibus firmat Viuian. Cirocch. *discept. 42. num. 39.* fundamentum est, quia ad exclusionem sororis non solùm requiritur existentia fratris, verùm etiã, vt ille succedat addit aliam rationem, Bottilier. *de succes. ab intest. in tit. de exclus. parag. & masculiat. num. 46.* nam lucrum delatum à consuetudine non transmittitur nisi agnitum ex Neapodano *in consue. si quis, vel si qua num. 246.* R. Latr. *dec. 98. num. 25.*

3 Veruntamen recedendum à Cyni opinione vti magis communi, & veriore nequaquam puto iuxta decisionem pro qua stant Vrsin. *de succes. feud. p. 1. quæst. 5. art. 6* Altograd *con 82. à num. 35.* Bottilier. *vbi sup. nu. 48.* vbi stituat hanc decisionem quoniam agitur de transmissione facta ad descendentes ex capite sanguinis, & ita facta est transmissio exclusionis feminæ in terminis statuti, vel consuetudinis, & Neapodanus solùm tradit proximiores habere lucrum delatum à consuetudinibus Neapolis iure successionis, & ita locum habebunt regulæ de hæreditate non adita non transmittenda, nisi ex capite suitatis, sanguinis, aut iuris deliberandi, & Viuianus confundit terminos quando filius moritur post delatam hæreditatem, à casu quando præmoritur parentibus, in quibus casibus est maximum discrimen, vt inferiùs disputabitur, & Rota coram Duran. *in decis. 36.* quæ allegatur in contrarium loquitur quando filius decedit viuo patre, demum Paschalis est sibi inconstans, quia defendit Cynum *d. par. 4. cap. 9. num. 20.*

4 Peracrior difficultas est, si filius præmoritur patri, & nepos concurrat cum amita an ipsam excludat, vel cum ea admittatur, & pro concursu decisum tradunt Capyc. *dec. 21.* Gramat. *dec. 63* & firmauit Vrsill. ad Afflict. *dec. 63 num. 11.* R. de Pont. *de potest. proreg. tit. 5. de succes. mulier. à num. 38.* iuxta quam sententiam iudicatum testatur Vrsinus *vbi sup. par. 3. qu. 1. art. 12. num. 31.* & verissimum existimat Bottilier. *num. 18. & 19.* ratio est euidens nam filia subingreditur in gradum, & non in personam patris, dum succedit ex persona propria, Bart. *in l. 1. §. si sit filius, ff. de collat. dot.* Fab. *C. de pall. defin. 14.* Merlin. *centur. 2. contron. 4. num. 20.*

5 Contrarium pro nepte veriùs profitetur Minad. *in constit. Regni in aliquibus num. 44.* iuxta quam sententiam fuisse practicatum, inquit, & eum commendat D. de Marin. *lib. 2. resolut. 145.* & sectantur Molfes. *de succes. ab intest. qu. 32. per tot.* Prouenzal. *vbi sup. obseru. 5.* Paschal. *d. cap. 9. à num. 20.* Rouit. *con. 74. volum. 1. num. 8.* Marta *voto 71. à num. 22.* fundamentum est, quia filia subintret non solum in gradum, sed etiam sexum patris ex *reg. text. in l. Gallus, §. nunc de lege Velleia. ff. de lib. & posthum.* & ibi glossa Aretin. *conf. 162. volu. 2.* Paul. de Castr. *con. 16.* Campeg. *de dot. par. 5. qu. 62.* Forster. *de succes. lib. 8. cap. 42.* & hanc doctrinam perbellè explicat de Ponte à *num. 41.* D. Marott. *discept. foren. 12. numero 49.*

Patrocinium præstat etiam pro nepte ad excludendam amitam, quia illa concurrit cum patruo ad successionem aui, vt Rouit. *d. con. 74.* Thor. *in compend. p. 2. ver. neptis ex filio*, & iudicatum refert de Ponte *num. 48.* quem refert Marott. *vbi sup.* dum igitur concurrit cum patruo dici debet ipsam repræsentare sexum patris, & debere excludere amitam.

6 Profunda est equidem controuersia, & paruulo meo ingenio, vt expromam quod sentio in praxi non recederem

derem ab opinione pro amita ex Vrsino, & alijs allegatis. & D.Hodiern. *in controu.nu.9.* vbi extendit etiam si filiã viuente patre dotata fuisset, & maritata renunciasset, & argumento à iure succedendi cum patruo ad ius excludendi amitam occurritur, assignando inter vtrumque casum discrimen, dum ad exclusionem ipsa neptis non habet omnia sexus masculini, & sumus in materia statuti, & consuetudinis, & stricti iuris concurrit autem cùm patruo, quia succedit in locum patris, & est portio patris, prout in sorore masculiata discurritur *infr.in dec.412. num.4.* vbi soror masculiata admittitur cum fratre quamuis non ex cludat sororem, dum omnia sexus masculini non recipit Bottilier. *c.1. theorem.38.num.13.* vbi reijcit Io.Andr. de Georg. *alleg.29.num.3.*

7 Subeunda est alia dimicatio in linea collaterali in specie consuetudinis Neapolis an neptis excludat amitam, pro qua stant Prouenzal. *vbi suprà obseru.5.in fin.* R. Latr. *dec.4.nu.16.* Montan. *controu.28 in fine.* Thor. *ver.neptes defuncto p.3.sect.2.* ex aduerso contra amitam perpugnat D.Hodiern. *d.controu.23.* & 24. verum ipse distinguerem, quòd aut frater decedit intra annum mortis fratris relicta filia, & tunc neptis excludat amitam, ex iure transmissio ex capite iuris deliberandi, *l. cum antiquioribus, C.de iur.deliber.* si frater præmortuus sit fratri, & tunc adhæreo primæ sententiæ pro amita, & quatenus D.Hodiern. totus sit pro nepte, & statuat suum fundamentum in eo quòd neptis concurrat cum patruo, iam responsum est dictæ obiectioni, & nominatim confutat Bottilier. *in appendice in calce operis per tot.* alia dicam alibi.

8 Emancipationem ad vnum actum inualidum tradit D.meus *num.13.* & Cancer. *var. lib.1. cap 10.num.8.* quamuis contrarium velint Fab. *C.de dignit. & nobil. def.12.* & Fontanell. *decis.294.* sed primam opinionem veriorem censeo ex Honded. & alijs quos refert, & sequitur R. Galeot. *libro 2. controuers. 30. numero 72.*

Subnectitur *num.14.* doctrina Speculatoris *in tit. de nat.ex lib.ventr.* quòd vsusfructus reseruatio facta per patrem in emancipatione filij non valet, & filius non teneatur vsumfructum patri præstare, & docent Oldrad. *con.214.* & Io. Andr. *in addit.ad Specul. vbi supr. lib.4.§.vnico num.16.litt.Q.vers.videamus,* nam pacta contra substantiam contractus vitiantur, & non vitiant ex Bart. *in l.vbi ita donatur in 2.oppos ff. de mort. caus.donat.* attamen Andreol. *controu.15. num.65.* hæsitat de huiusmodi affecto, suasus ea ratione, nam emãcipatio in hoc casu non fit conditionaliter sed effectus solùm restringitur, quem posse restringi tenet Gomez *var.cap.3.de subst.a num.19.* Suar. *comm.opin. verb. emancipatio num.21,*

SVMMARIVM.

1 *Actio pro dote recuperanda viro competit, non vxori, etiam soluto matrimonio, num.4.7.8.*

2 *Factum magis quam contemplatio in contractibus attenditur.*

3 *Actio acquirenti datur, non ei, cuius contemplatione acquiritur.*

5 *Actio residens in persona viri, in eius transit heredes, non in vxorem, habebit tamen actionem vxor ipsa contra heredes viri, ut vel soluant, vel cedant actiones, vel potest agere contra heredes promittentis actione hypothecaria, ut nomen debitoris viri.*

6 *Tertium possessorem posse conueniri, non facta discussione contra principalem debitorem, secundum l. Reg.*

8 *Distinctio super casu decisionis.*

9 *Actio pro dote non soluta recuperanda contra hered. viri, competit vxori sibi quæsita per patrem, etiam ipsa absente.*

10 *Dos an sit promissa, vel legata, & promissa, magna est differentia.*

DECISIO XXXIII.

Hæredibus mariti competit actio dotis promissæ marito non vxori, quæ aget tantùm contra dictos hæredes mariti, vel vt reddant, vel soluant.

1 Actionem † pro recuperanda dote viro promissa, eidem viro competere, non autem vxori, promissa est, quamuis vxoris, contemplatione prouisum sit, est *text. clarus in l.si pro te pater, C.de dot. promis.* ex quo text. sumitur

2 etiam regula † quòd in contractibus, plus attenditur factum, quam contemplatio, secundùm Bald. *in l. pactum, quod dotali,in 9.qu.C.de collatio.* vbi plura ponit,

3 † quando aliquis acquirit contemplatione alterius, quòd acquiratur actio ei, qui acquirit, non autem ei, cuius contemplatione quæritur, Aym. *conf.283. Margarita.col.penult.vers.4.principaliter, secundo volum.* quod sentit etiam glos. *in l.si pro te supra allegata,* & omnes ibi dicentes secùs esse in legato, & assignant rationem differentiæ.

4 † Hoc autem procedere, etiam soluto matrimonio, dicit esse alienum à dubitatione, Corn. *conf.153.in hac consultatione,in princ.volum.4. per text.* vbi dicit per casum *in l.si socer.in §.Lucius, ff. solut.matrimon.* quem text.non potuit effugere, Guid. Pap. *dec.375.* Mater, & iura prædicta, ad hoc allegat Camer. *in repet.cap.Imperialem, fol.92.colum.2. littera H in fin.Comments,* & ante eum Capic. *ibid.fol.40. 1.colum.vers sic etiam,de proh.feud.alien.* per Feder. &

5 opinio hæc fundatur ratione: † quia si actio residet in persona viri, viro mortuo transit in eius hæredes, non autem in vxorem, *l.cum heredes, ff.de acquir.possess.* Erit tamen mulieri consultum agendo contra hæredes viri, qui vel soluent, & liberabuntur, vel cedent actionem, & idem erit, ut dicit *text.in dict.§.Lucius,* vel poterit agere contra heredes promittentis, actione tamen hypothecaria contra eos, ut nomen debitoris viri. Quę nomina in obligatione veniunt, *l.nomen, C.quæ res pign.* Et ita concludit Bal. *in d.l.pro te,* quæ omnia procedere fauore mulierum, dicit Bald. Nouel. *in tractat. de dote,in 9.par.princ.24.25. & 26. priuilegio,* & eadem ferè omnia reassumit idem Bald. *in repet.l.prime,in 71. priuileg. ff.solut.matrim.* vbi Ripa *num. 53. aliquid dicit.* Et quamuis hæc opinio sit fundata iuribus, & rationibus, fuit ostensum, etiam esse fundatam auctoritatibus, tenet eam Petr.de Bellapert. *ibidem,* dum dicit maritum habere actionem, sed mortuo patre soluto matrimonio posset contra maritum mulier agere, vt sibi cedat actiones, & sic non aget contra hæredes patris, Bald. expressè ibi dicens, mortuo marito, hæredib. mariti, non mulieribus, competere actionem, nisi diceremus secundùm eum, quòd mulieri competeret hypotheca tamquàm contra debitorem debitoris, de quo se remittit *ad l.heredem,C.de hered.act.* secundùm quod

6 de iure communi esset discutiendum, † si esset facienda discussio prius contra principalem debitorem, de quo ad notata per Bald. *in d.l. ad heredem,* & ad Paul. de Castr. *in l.si conueneris,la 2.ff.de pign.actio.* quia de iure Regni per pragmaticas, & clausulas precarij, & constituti appositas in instrumentis dotalibus non esset discutiendum, Afflict. *decis.139.vers.* Item hodie in Re-

7 gno, † & quòd etiam soluto matrimonio competat actio viro, dicit expressè Bart. *in d.§.Lucius, in 2.not. & in l.si pater,eod.tit.* Imol. *in d.§.Lucius in 1.not.* Paul.de Castr. *ibi.2.column.versic.3.nota,* Vinc. Hercul. *ibi 4.notab. & in d.l.si pater,* Corn. *in dict. conf.153. 4.column.* qui subdit hoc procedere, etiam si dos esset restituenda filiæ, *& in conf.1.column.3.versic. pro residuo autem, littera A, 2.colum. Et colum.versic.* pro hac opinione facit communis conclusio, de qua per Doct. *in d.§. Lucius,* quòd est in electione mariti, vel soluere vxori dotem

dotem non exactam, vel iura cedere, Bald.ibi, & Angel.Io.de Imol.*in glo fin.* & Alexand. & Guid. Papæ *in d.dec.*375. & quamuis dicat decisum fuisse contrariũ, decisio prædicta fuit contra tex. expressum *in d.§. Lucius*, vt ipse benè aduertit, & iura, quæ pro decisione prædicta fuerunt allegata, non probant. Aliud est enim
8 † quando pater, vel extraneus dat dotem pro filia viro, & soluitur matrimonium, & tractatur de repetitione dotium à viro, vel eius hæredibus, & hoc casu, mortuo patre, vel etiam viuo, quando stipulatio fuit facta pro filia, etiam ipsa absente consolidabitur actio in filiam, quæ agere poterit contra heredes viri, & stipulatio præsumitur pro ea, & loquitur *text. in §. videamus*, & *§. accedit, C de rei vxor.act.* & habet locum *text.in d.l.si pater, ff.solut.matrim.* & dicunt etiam Doctor. *in d.§. Lucius*, & hic non est casus noster, in quo dos non est
9 soluta, sed promissa viro, † agitur contra hæredes promittentis, contra quos competit actio radicata in personam viri, & eius hæredes, contra quos virum, & hæredes soluto matrimonio poterit vxor agere actione ex stipulatu, ei quæsita per patrem, etiam ipsa absente, ut *dicit text.in l.Caius, ff.soluto matrimonio*, & sic apparet decisionem esse talem, & non probari iuribus pro decisione allegatis. Item idem Guid.Papæ fundat decis. prædictam in æquitate, quæ postquàm habet rigorem scriptum, non præfertur rigori, imò rigor scriptus præfertur, *l.placuit, C.de iud.* Insuper videtur, quòd Isern. *in cap.1.num.24.vers.si verò de nat.success. feu.* distinguit in materia *d.l.si pro te*, aliàs si pater, si non fuerit matrimonium dissolutum, vel fuerit dissolutum, vt primo casu non competat actio mulieri, secundo sic, allegat *text.in l.tale, ff.de iur.dot.in fin. verbis*, ibi nec filiæ, si voluerit, deneganda est huiusmodi actio. Sed respondebatur, quòd glos. ibi tollit contrarium, quæ videns, quòd tex. loquitur in legato, dicit actionem, de qua in illo tex. esse actionem ex testamento, & dicit, Caue tibi, quia hoc casu, dos promissa non fuit, allegat *text.in l.cum pater.sup.eo*, ex quo tex. magna colligitur
10 differentia, † an dos fuerit promissa, vel legata, & propterea in principio huius decis. dictum fuit, *text.in d.l. si pater*, procedere in contractibus, secus autem esse in vltim. voluntatibus, quia in vltimis voluntatibus persona extrinseca subintelligitur, vt hæc, & alia bene explicat Bal.*in d.l.tale*, & post eum Fulgos.& propterea dicendum est, quòd vel And. malè loquutus fuerit, quòd voluit dicere Episcopus Nicoteræ in loco prædicto, in eius additionibus, aut quod intelligatur secundùm leges, quas allegat Boer. in discursu *in dec.*328. Et quantum, *2.volum.* videtur etiam hanc distinctionem sentire, sed potest intelligi, vt suprà, vel vt dicit Bal. *in d.l.si prater*, quod mulier non prohibetur agere actione hypothecaria.

Et ex prædictis videtur, quòd Sacrum Consilium benè iudicauerit, iudicando, quòd postquàm actio spectat ad hæredes viri, qui promiserat conuertere in emptionem pecuniam viro soluendam in Regno Neapol. hanc pecuniam seruata forma pacti prædicti esse in emptionem conuertendam. Nec obstat, quòd hodie prætendatur, hæredes viri vsos fuisse pacto apposito in constitutione dotis, scilicet quòd in casu restitutionis dotis, si mutuum ex dote dependens non fuerit solutum cedat in satisfactionem dotis, & sic cessisse hæc iura Do. Lucretiæ Domaceliæ matri hæred. quia non ex hoc infertur esse D.Lucretiæ soluendam dotem in pecunia. Si enim ipsa aget virtute huius cessionis, duæ regulæ obstant. Prima, quòd nemo plus iuris in alium transfert, quàm ipse habet: secunda, quòd exceptio, quæ obstaret cedenti obstaret cessionario, maximè quando concernit rem, *l.doli mali*, vbi Bart.*de nouat.* Si ergo dictis hæredibus hoc non competebat, quomodo potest competere eius cessionarijs? Sin autem hæc Domina prætendat iure proprio virtute legati ei facti per patrem pro dote, in quo dos liberè relinquitur, adhuc hac via non egit, nec processus est factus, & prima facie obstabit exceptio quietationis per eam factæ tempore dotationis. Item probari poterit de eius consensu in adijciendo vinculum huic doti, quia quamuis non fuerit præsens in instrumento dotali, in quo capitula enunciantur, de quibus non est verisimile, quòd hæc non habuerit notitiam, & super hoc petitus fuit terminus. Et possent etiã alia probari concernentia voluntatem ipsius super vinculo: idcircò Sacrum Consilium, facta relatione in Regio Collaterali Consilio, existente Relatore D.Cæsare Vitello, Regio Consiliario, discussis prædictis, & habita decisione Guidonis pro non vero, decreuit benè fuisse prouisum per Sacrum Consilium, & decretum latũ, esse debitæ executioni demandandum, & super hinc indè pretensis: super quo non prouiderat Sacrum Consilium: quia non petitum, esse dandum terminum, die 23. Nouembris 1573. Et cum hic casus alias accidisset in causa Io. Baptistæ Rauascherij cum Paulo Spinola, & alijs, iunctis duabus aulis fuit idem decisum.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. Adde Nattam *in cons. Alex.*11. *volum.*4.& eumdem Nattam *cons.*90.*num.*6. Gabriel. *in tit. de iur.dot.conclus.*3. quo in loco multis modis limitat *d.l. si pro te pater*, & Maxill.*in consuet.Bari, fol.*228. Surd. *in decis. Mantua* 229.*nu.*15.*in fin. & seq.* & nouissimè in notabili casu Flam.Cartar. *in decis. Genua* 43.

Num. 10. vide Alexan.*cons.*63.*col.fin.volum.*4. Nattam, & Gabriel.*vbi sup.* & in causa, de qua in præsenti decis. scripsit Anna Sen.*in allegat.*129 *& in singul.*601. *par.*2. In quibus locis dixit decis. Guid. Pap. hic allegatam esse verissimam, sed contra ipsum fuit iudicatum, vt hic, & in addit. post secundam par.impressam de anno 1588. Vide tamen Maxillam *loc.cit.*& eund. Cartarium *in loco sup.cit.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Actio de dote spectet ne ad vxorem, an ad virum, si viro fuit promissa dos.*
2 *Et quid viro vergente ad inopiam.*
3 *Mulier licet cedat alicui ius repetendi dotem, tamen cessionarius ipse, etiamsi sit maritus, vel procurator in rem propriam, non consequitur priuilegium prælationis.*
4 *Vxor potest agere contra nomen debitoris mariti, nulla præcedente discussione.*

AD decis.33.adde Camerarium *in capit.Imperialem, fol.*91.*colum.*2. *vers. & si tenemus, de prohibita feudi alienatione*, per Federicum, Anto.Gabrielium, *lib.*3.*conclus.concl.*3.*fol.*455.Thess.*in decis.*190.Ioseph Ludo.*conclus.*2.latissimè Alex.*in conclus.*208.*volum.*7. Ripam *in l.*1.*nu.*53.*ff.soluto matrimonio*. Annam *allegatione* 129 *vol.*2. qui allegauit contra partem actricem in hac decisio. Præsidentem hunc, *infra dec.*196. *num.*3. Maxillam in *Consuetudine Bari, incip.si pater, §.*93. Triuisanum *in decis.Veneta* 22.*nouissimè*.quæ incipit quidam. Ariminus *in tractatu de varijs iuris sententijs, in titulo de do-*
1 *tis promissione, li.*2.*in verbo actio.* † qui dicit actionem de dote ad vxorem spectare, licèt viro fuerit promissa: sed contra ipsum, & contra eius sequaces tenet Carta-
2 rius *in decis. Genua* 43. *incip. Pater.* vbi quòd † viro etiam vergente ad inopiam fuit repulsa filia agere contra patrem pró dote, & repellere creditores, benè tamen ponit quamdam limitationem ad opinionem illam, de quibus aliqua dico *infra decis.*54. *Milanensis decis.*11. 1.*parte. Ad numerum quintum*, ibi nisi diceremus, adde Maxillam *in consuetudine, Si maritus nu.*
3 3.*& 4 fol.*93.*Ad numerum 6. vide* † *decis.infra* 270. ad quam dico. Item adde vnum notandum in facto, quòd licèt mulier cedat alicui ius repetendi dotem, tamen

men ipse cessionarius, etiam si sit maritus, vel in rem propriam, procurator non consequitur priuilegium prælationis, ita Iason in §. fuerat, num. 122. versic. sed pulchrum, Institutio. de actio. Nec repetendi dotem à marito ad inopiam vergente, latissimè Carpan. consil. 451. num. 19. lib. 1. consuetudinum Mediolani, Vide Cephal. cons. 718. volum. 5. Ann. singul. 601. † & quòd 4 vxor possit agere recta via contra nomen debitoris viri absque discussione, & sic contra promittentem dotem viro actione hypothecaria, concludit Maranta in suo cons. 51. in fin. volum. 1.

ADDITIO D. RICII.

HAeredibus mariti competit actio dotis promissæ marito non vxori, quæ aget tantùm contra dictos hæredes mariti, vel vt reddant, vel vt soluant, hoc dicit, & ita pluries in Sacros. Consil. fuisse decisum testatur. Thor. in compend. dec. in verb. actio. Ascia determinat. 10. num. 6. & 16. & vide Gabriel. de iure dot. conclus. 3. lib. 3. idem Ann. singul. 601. idem de Franchis decis. 196. num. 3. & vide Guid. Pap. dec. 375.

ADDITIO D. NOVARII.

CAutum est in præsenti decisione competere actionem hæredibus mariti dotis marito promissæ, non autem vxori, quæ aget tantùm contra præfatos hæredes mariti, vel vt reddant, vel soluant refert alios allegando nouissimè in Compendio decis. Neapol. in verbo actio pro dote recuperanda, inter quos recenset Asciam, in decis. 20. qui firmat conclusionem, quòd vxor viro viuente, seu filij contra dotantem agere non possunt sine cessione viri, seu eorum patris, quibus addo D. Ricc. in collect. decis. collect. 252. vbi allegat decisionem istam, & firmat regulam ex l. si pro te pater. C. de dot. promis. ex promissione dotis agere maritum non mulierem, quod limitat tamen ex decisione Guid. Pap. 375. non procedere soluto matrimonio, vbi Additio Ranchini dicit, talem decisionem non esse sine dubio respectu patris, aut matris dotem constituentis, illi enim, si in constitutione dotis facta ipsi filiæ pactum iniunxerint, ut dos ei restituatur, Actio ad dotem petendam contra hæredes mariti competet ipsi instituenti, & non filiæ Salic. in l. vnica, §. videamus circa finem, C. de rei vxor. act.

Neque dicit obstare, quòd fingitur stipulationem interuenisse, quod procedit vbi nulla expressa est stipulatio, quæ cum expressa fuerit, faciet cessare tacitam, Faber in leg. vnic. versic. ex stipulatu de rei vxor. act. & sic ex ea expressa stipulatione pater constituens sibi actionem quæret ad dotem repetendam, quòd si pater constituens mortuus sit relicta filia, cui eam dotem constituerat, & demum maritus eius moriatur, eo casu debebitur actio, & ea expressa stipulatio facta per patrem de dote sibi reddenda euanescet Salic. in §. videamus, de quo suprà, sed quantum pertinet ad extraneum constituentem dotem, si ille stipulatus fuerit dotem sibi reddi, & eo casu dos erit sibi restituenda aliàs eo pacto cessante, ipsa dos mulieri reddetur in vtilitatem, cuius fuerat constituta, l. vnica, §. accedit, vbi Salic. C. de vxor. act. & vide Annam in collect. 230. qui aliquos cumulat Authores pro ornatu, tex. in l. si pro te pater, Cod. de dotis promis. sed actio recuperandæ dotis soluto matrimonio, cui competat an filiæ, vel patris hæredi, qui stipulatus fuit dotem sibi reddi, fuit iudicatum in S. C. spectare ad filiam, noster Author. in addit. ad consuet. si qua moriens, incip. an autem in hac decima, fol. 195.

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Actionem ex promissione dotis facta marito nec soluto matrimonio competere vxori sine cessione hæredum viri deciditur, sed occasum habuisse decisionem ostenditur, num. 2.*

3 *Laudatur iuxta regulas iuris.*

4 *Promissio, vel renunciatio facta per sponsum nomine sponsæ in capitulis matrimonialibus quando censentur ratificata innuitur in fine decisionis, quæ improbatur.*

1 OCcasum habuit iuxta recentiores decisio concludens, actionem ex promissione dotis marito facta neque soluto matrimonio quæri vxori sine cessione hæredum viri, quam esse necessariam iudicatum est ex l. si pro te pater, C. de dot. promis. & l. si socer. §. Lucius, ff. solut. matr. quamuis decisionem sequuntur Ludouis. decis. 97. Marescot. var. resolut. lib. 1. cap. 40. Amat. in resolut. 13. num. 35. & sequ.

2 Contrarium verius reiecta præsenti decisione probant Gratian. discept. 49. & 362. & ita refert iudicatum in Rota Romana pro vxore, ut possit agere contra promissorem dotis sine cessione actione obtenta ab hæredibus mariti, & in S. C. pariter decisum ita refert Thor. ver. mulier p. 3. per bellè Reg. Sanfel. dec. 130. per tot. D. R. de Marin. ad Reuert. obseruat. 424. & certiùs stante iuramento, uel stipulatione Notarij Beltram. ad Ludouis. in dec. supracitata. Merlin. de pign. lib. 3. q. 79. vel si legatum factum esset vxori pro dote, Amat. vbi sup. num. 18. imò constante matrimonio propter vergentiam viri ad inopiam vxorem posse agere adhuc executiuè tradunt Merlinus, & alij mox supracitati, & uia ordinaria admittit idem Amatus d. resol. 13.

3 Nouissimè autem Olea de cess. iur. tit. 4. qu. 6. numero 39. probat iuxta regulas iuris verius esse soluto matrimonio non alij, quam viro, uel eius hæredibus exigendæ dotis nondum solutæ ius esse, & mulierem non aliter quàm cessis iuribus aduersus promissorem agere posse per iura adducta, & ex D. meo Franc. Tondut. qq. ciuil. cap. 100. Scapuccin. de singul. success. limit. 21. & reijcit sententiam Fabr. definit. 6. C. de rei vxor. act. & Schiforderg. tract. 2. quæst. 13. tenentium ex l. vnica, §. accedit, C. de rei vxor. act. mulierem videri fecisse tacitam stipulationem, imò hæredes mariti ab agendo repelli conditione causæ non sequutæ beneuerùm Olea admittit opinionem pro vxore si alia iusta, & rationabilis causa adesset nec sufficere solam rationem vitandi circuitum, sicut mulier non potest agere ad pensionem contra colonum rei dotalis, nisi ab hæredibus viri cessionem habuerit Scapuccin. vbi sup. limit. 21. num. 21. ipse in praxi uteram opinor sententiam pro vxore quidquid sit in stricta disputandi ratione ex eodem Scapuccin. vbi sup. propensius si aliqua concurrat causa, prout adesse poterit, ut si maritus exegisset dotem absque inuestimento in stabilibus, vel annuis introitibus contra formam constitutionis dotis pro securitate mulieris, ut mihi in facto contigit.

4 Libranda nunc est vltima ratiocinatio D. mei, quòd promissio facta per sponsum nomine sponsæ in capitulis matrimonialibus censeatur ratificata per coniugem ex subsequenti matrimonio, vel contractu in quo de capitulis sit facta mentio, quapropter discursum peccare censeo, & contrarium esse tenendum, ut non inducatur ratificatio, nisi probetur habuisse coniugem de promissio-

missione, aut renunciatione suo nomine facta plenam scientiam, Oldrad. *conf.* 465. de Pont. *con.* 61. Amat. *consil.* 83 Rota Romana *in dec.* 160. *lib.* 1. *in posthu.* Farin. R. Sanfel. *dec.* 128. vbi quòd ad inducendam ratificationem necessaria est lectura, & certioratio actus ratificandi, & extenditur & si vxor egisset vigore promissionis dotis ad illius consequutionem, quia adhuc præsumitur ignorantia de pactis insertis in capitulis matrimonialibus. Paul. de Castr. *cons.* 405. Rot. Rom. *dec.* 43. *in impressis penes*, Gallerat. *post tract. de renunc.*

S V M M A R I V M.

1 *Rei vendicatio contra possidentem rem permutatam non datur.*
2 *Euictio venit in contractu permutationis.*
3 *Ius offerendi competit possessori hypothecaria conuento.*

DECISIO XXXIV.

Rei vendicatio non datur contra possidentem rem permutatam inter alios.

FActa fuit permutatio inter Sempronium, & Caium quarumdam vinearum, vinea data in permutationem Sempronio fuit euicta per tertiũ, agit nunc Sempronius contra tertium possessorem, habentem causam à Caio rei vendicatione. Dubi-
1 tatum fuit, an rei vendicatio competat, & licèt † Ma-
gna Curia protulisset sententiam condemnando tertium possessorem ad relaxandum bona permutata, tamen Sacrum Consilium decreuit non competere rei vendicationem, per tex. clarum *in l. cum precibus*, *C. de rerum permut.* vbi Glossella *in ver. nullam.* Sed quia in instrumento permutationis alter alteri promiserat
2 euictionem, † quæ etiam in permutatione venit, *l. si permutationis*, *C. de euict.* & pro obseruantia aderat obligatio bonorum vtriusque præsentium, & futurorum, & sic vinea permutata possessa per tertium, veniebat in obligatione, fuit actori præstita assistentia cũ adiudicatione super hac vinea pro damnis, & interesse, quæ actor passus fuerat ex causa dictæ euictionis, quę actio erat etiam in libello intentata, & effectus resultat
3 maximus, quia possessori conuento hypothecaria com-
petit ius offerendi iuxta terminos *l. mulier. ff. qui potior. in pign. habe.* secus autem conuento iure dominij. Referente prædicto D. Vitello.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Episcopum Minorens. *in versic. permutatio. fol.* 177. *à terga*, vbi decisionem istam allegat Nicolant. *in tract. de pignoribus*, & ad hanc dec. vide Surdum *in dec.* 173.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

S V M M A R I V M.

1 *In permutatione etiam venit euictio.*
2 *Cautela agendi etiam contra tertium possessorem.*
3 *Ex pacto iurato, & resolutiuo, etiam contra tertium possessorem agi potest.*
4 *Tertius possessor, vt conueniri possit, citetur semper.*
5 *Ex pacto de retrouendendo an possit agi contra tertiũ possessorem, licet cum alio sit actum.*
6 *Resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris.*
7 *Agens contractu vltro, citroq; obligatorio debet ostendere ex parte sua adimpleuisse omnia, ad quæ tenebatur, alias non obtinet.*
8 *Permutatio vbi interuenit pecunia, dicaturne venditio, an permutatio.*
9 *Quid autem si sit maius supplementum, quàm res permutata.*
10 *Quid si fiat supplementum rei venalis, vel mobilis.*
11 *In permutatione venit interesse maioris oneris, quàm exprimitur à parte.*
12 *Permutatio retractatur propter enormem læsionem.*
13 *Minor, & mulier an possit permutare.*
14 *Res permutata cum re dotalis efficitur.*
15 *Quando est factum instrumentum permutationis, permutatio transitur contractum nominatum.*

1 AD hanc dec. adde, † quòd in permutatione
etiam venit euictio, *l. fin. permutationis. C. de euictionibus*, sed cautela agendi etiam
2 contra tertium possessorem meo iudicio esset, quando dubitetur de euictione, quòd in instrumento ponatur pactum, quòd dominium rei permutatæ nunquam translatum intelligatur vsque dum ipse permutans tutus non erit in re permutata, quod ab eo
3 euinci non possit cum iuramento, † quia ex tali pacto
iurato, & resolutiuo etiam contra tertium agi posset, ita in terminis Decius *in consil.* 18.7 *incip. & pro tenui, & signanter n.* 1. vbi allegat *leg. cum precibus, C. de rerum permut.* & ex hoc dicit Paulus de Castro *l. cum filius ff. de verborum obligat.*
4 *de verborum obligat.* † quòd semper citetur tertius
possessor, vt conueniri possit; & annotatio inuehitur contra Alexand. *conf.* 10. *vol.* 1. *& sic annotatio à Decio in dicto conf.* 87. latissimè Tiraquellus *in tractatu Lignagier.* §. 1. *gloss.* 7. *n.* 60. *&* 15. Boerius *decis.* 182. *in* §.
5 53. *n.* 11. *& sequen.* † An autem, ex pacto de retrouen-
dendo agi possit contra tertium possessorem, licèt cum alio sit actum, additio ad Alexand. *in dicto cons.* 10. &
6 Vrsilius *in decis.* 163. † & quia resoluitur ius datoris,
non est dubium, quòd resoluitur ius acceptoris: nota ta-
7 men tu, † quòd ad agendum rectè vltrò, citròq; obliga-
torio contractu agens debet ostendere ex parte sua adimpleuisse: ad quę tenebatur, aliàs agens non obtinet, Franciscus Marcus *decis.* 259. *lib.* 2. Ioseph Ludouicus *decis. Perusina* 50. Magonius *decis. Lucæ.* 21. Rota Genuensis 15. 158. & 159. Borgninus *decis.* 16. *n.* 45. *de con-*
8 *tractibus.* † Sed an permutatio vbi interuenit pecunia
dicatur venditio, vel permutatio, Boerius *decis.* 143. &
9 † quid si maior est refusura, quàm res permutata, an iu-
dicetur permutatio, vel venditio? vide Afflict. *in con-*
10 *stit. sancimus, de iure protimis.*, vbi Benedictus, † &
quid si sit refusura rei venalis, vel mobilis, Tiraquell. *de*
11 *retractu Lignagier. latissimè in verbo moebles.* † Item
nota, quòd in permutatione venit interesse ratione maioris oneris, quam exprimitur à parte, vt decidit Rota
12 Auenionensis *lib.* 3. *in decisionibus diuersorum.* † Per-
mutatio retractatur propter enormem lęsionem, De-
13 cius *cons.* 187. Vltimò; quod nota. † Permutationem
an facere possit minor, & mulier. De minore Bart. *in l.* 5. §. *nec tamen, ff. de rebus eorum.* De muliere *in leg* 27. *ff. de iure dotium*, vbi Doctor. Res autem cum re dotali, an dotalis efficiatur, Morotius Præses, *responsio* 20. *incip. in... nu.* 9. Afflict. vbi multis *decis.* 336. Decianus *cons.* 27. *n.* 8. Tiraquell. *de retractu Lignager.* §. 32. *n.* 27. Et quandò contra singularem successorem possit agi. Bartol. *in l. si pecuniam, num.* 19. *ff. de condict. ob caus.* Corn. *in l. quamuis. in fin. C. de transact.* Alciat. *in l. cum mota, n.* 24. *C. de transact.* Socin. *in rubr. de verbor. obligat. num.* 19. vbi Castren. *num.* 46. *Ripa num.* 45. Socin. Iun. *n.* 332. Sed contra Bartolum est communis opinio.
14 Ias. *in d. l. cum mota.* vbi Parienſis, *nu.* 12. † Item, adde
quòd quando est factum instrumentum permutionis, permutatio transit in contractum nominatum, Bartol. *in l.* 2. *in fin. C. de condict. ob causam.* Bart. *in l.* 3. *in prin. C. de ver. permut.* Afflict. *decis.* 280. *n.* 6. Surd. *consil.* 217. *num.* 27. *volu.* 2. *& cons.* 433. *num.* 30. *volum.* 3. Gabriel. *cons.* 51. *nu.* 11. *volum.* 1. & ideò possit agi pro interesse ad implendum, & emendem euictionis, & hypothecaria, vt hic deciditur, & Surdus confirmat *in decis. Mantua* 173. *incip. cum domus, &* Magon. *decis. Florentina* 62. *benè* 63.

AD-

ADDITIO D. RICII.

Rei vendicatio non datur contra possidentem rem permutatam inter alios, hoc dicit. ad hanc decisionem, vide quæ tradidi *in collect.28.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Permutans non potest intentare euicta re permutata rei vendicationem aduersus possessorem rei permutatæ iuxta decisionem* à Lagnar. & P.Merino defensam.

2 Franc.Stephan. Claper.Guzman. *& alij contrarium firmant,& affertur distinctio, num.3.*

1 FLuctuosa est decisio, quæ denegauit permutanti rei vendicationem aduersus possessorem rei in excambium datæ permutata re euicta restantibus ventis authoritatum, & exemplorum in contrarium, & redeundo ad institutum, in controuersia excitata D. meus tradit M. C. V. decidisse pro rei vendicatione, sed S.C. illam denegasse per *text. & ibi glos.in l.cum precibus.C.de rei vend.*quam opinionem plena manu exornat P.Merlin. *lib.1.controuers.38.per tot.* & neruosa tuetur Lagnar. *in addit. ad Rouit. in rub.pragm.de instrum.liquid.ad nu.55.* & Marta *cons.37.* qui tenent agi posse ad id quod interest præscriptis verbis contra permutantem.

2 Contrarium firmant Gratian.*discept.3.nu.17.* Surd. *in dec.173.*& de æquitate veriùs probat, & decisum pariter refert Franc.Stephan.*decis.44.* post Boer. *decis.112.num 13.* Franc.Claper. *in decis.49. qu.vnica*, vbi testatur decisum esse in potestate actoris euictionem passi agere rei vendicatione,ne præscriptis per *text. in l.1. C.de rer.permut.* & hanc opinionem fusè testatur Guzman *de euict.qu.22.num.10. & seq. & num.14.*ait esse casum legis *in d.l.1.* secundum glosam in fine.

Concordant alij opiniones, vt postrema procedat si res euincatur ratione dominij ex Surd. *vbi sup.* & prima sententia locum habeat si res euincatur ratione hypothecæ, Mangil.*de euict.qu.140.* & Marta respondet Surdo *in decis.163.* & 180. quòd loquatur in casu quo permutantes paciscerentur regressum in casu euictionis ad rem in excambium datam.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitates iuris licet non interuenerint in alienatione rei Ecclesiæ cedente in eius vtilitatem, quando teneat,cõtractus & quãdo non cõcurrẽte,vel nõ cõcurrente voluntate Prælati,vt concessio teneat, n.3.& 8.*

2 *Rei pupillaris alienationem etiam ex causa non tenere, nisi pupillus sit locupletior.*

3 *Clem.1.& capit.dudum de reb.Eccl.non alien. in 6. qualiter intelligi debeant.*

4 *Contractus, in quibus causis claudicat, tàm fauore Ecclesiæ, quàm pupilli,& num.seq.*

5 *Pupillus, & Ecclesia differunt, quoad roborationem contractus inducendam.*

6 *Prælatus non tenetur habere ratum factum sui prædecessoris.*

DECISIO XXXV.

Contractus factus de re Ecclesiæ in euidentem vtilitatem ipsius Ecclesiæ,an valeat sine solemnitatibus requisitis.

1 IN causa Ioan.Baptistæ Cãnoti cum D.Io: Francisco Saraceno, fuit dubitatum † si contractus factus de re Ecclesiæ cedens, vt præsupponebatur, in euidentem Ecclesiæ vtilitatem absque solemnitate de iure requisita teneat? Et quòd teneat, allegabatur glos.*per illum text.in l.cum hi, §.eam transactionem, ff.de transact.* quam sequitur ibi Bald. & Angel. idem Bal.*in l.contra iuris,in fin.principij, ff.de pact.*sequitur eam Dec.*in cap.1.num.19. in 3.conclus. extra de constit.*idem,& latiùs,Dec.*in c.quę in Ecclesiarum, 2.colum.vers.addatis tamen, num.eod. ibi apostilla* Aldob.*num.13.* qui dicit, ita se consuluisse in fauorem Cardinalis,de Saluia. *& alia Apostilla dicto cap.1. litt. N,in vers.contentioso*, quæ tenent opinionem gl. duobus concurrentibus, quòd cedat in vtilitatem Ecclesiæ, & quòd alienatio sit temporalis, subdens se ita vidisse iudicari. Contrariam sententiam tenet.Albe. *in d.§. cã transactionem,*allegat text.*in c.dudum, de rebus Eccl. non alien. in 6. & cap.2.de his quæ fiunt à prælat. sine consen. c. & 12.qu. 2. sine exceptione*, quibus iuribus probatur, res Ecclesiæ non posse alienari sine solemnitate,& pro hac opinione allegat text. Additio prædicta *in l.si prædium,C.de præd.mino.* & fortius *l. si fundus, in fin. ff.de rebus eor.* in quibus iuribus expressè dici-

2 tur, † alienationem fundi pupillaris etiam quòd sit ex causa facta, non valere, benè tamen si ex pretio locupletior factus sit,obstare eidem repetenti fundum, exceptionem doli,sequitur eandem opinionem Bar.Paul. de Castr.Fulgos.& Ias.Alex.& Iacob. *in 2.lectu.* qui dicit, ita communiter teneri & reprehendit distinctionẽ Angel.Aret.*in l.non eo minus, in fin. C.de procur.* Fel. *in cap.causam quæ.1.colum.ver.contra hæc tamen, extra de iudic.* Rolan.à Valle *cons.99.nu 38. 1.volum.*

3 Dicebatur aduertendum, † quòd decisiones præd. Doctorum, qui tenent hanc secundam opinionem intelligendæ sunt, quando Prælatus nollet, quòd obseruaretur

4 hic contractus.Secus autem esset,quando vellet, † & quòd sic est intelligendus,tex.*in clem.1. de reb. Eccles. non alien.& d.c.dudum,*& ita in specie respondet Dec. *in d.c.quæ in Ecclesiarum,ver.similiter non obstat*; & sentiti Ang.*in d.§.eam causam*, dicens, illud, quod est inductum fauore Ecclesię, non esse retorquendum in eius odium, & ita limitat Ias.*d.§.eam causam*, dicens hanc esse doctrinam Innocentij, & omnium, *in cap.1. de his,quæ fiunt à prælat.sine consen.c.*& dicit hanc esse mentem Fulg.allegat concord. & hanc opinionem sequitur Io:Guttier.*in lib.2.pract. quæst. qu.22. ver.40. facit,& vers.adest tamen concordia,fol.57.*& 58.Rob. Maria.*in tract.de multipli. alie num.15.ver.quid autem si Ecclesia alienat fol.7.* Nec dicebatur mirum,

5 quòd in hoc casu contractus claudicat, quia in *l.Iulianus,§.si à pupillo, ff.de act.empt.*similiter claudicat cõtractus. Item claudicat *in l.sicut, §.interdum,ff loca.* quem ad hoc allegat Alex.*cons.121.visis 1. colum. vol.5.*& in multis claudicat,vt per Decium *in c.cum inter, in 6.notab.extra de exceptio.* & per Corsetum *in suis singul.in vers.pupillus,*Aym.*cons.286.* Ludouicus,pen. col.ver.2.respondeo.2.vol.multa ponit Tiraqu. in propria materia,*in tract.de ll.connub.post trac.prædictum, in glos.6.in 10.qu.num.89.& 90.fol.183. & sequ.* vbi id dicit procedere in Ecclesia,& item Tiraqu.*in tract. de retract.de conue.in verbo finis, fol.969.nu.5. ver facit.* & alia.& propterea quia in casu, de quo tractabatur, dicebat beneficiatus, quòd ipse volebat stare contractui tamquàm cedenti in beneficium Ecclesiæ, videbatur dicendum non rectè dicere Ioan. Bapt. Canotum, sed quia factum deerat in hoc casu, ex quo non erat decla-

declaratum per iudices competentes, hunc contractum cedere in beneficium Ecclesiæ, quod solet fieri per Cõmissarios Apostolicos, & Bal. *in d. §. eam causam*, qui sequitur gl. dicit, quod gl. prædicta procedit, vbi euicés est melior conditio Ecclesiæ. Item, quia apparebat ex processu, pluries fuisse instatum pro obtinẽdo Breue Apostolico super confirmatione concessionis, & non potuit obtineri. item fuisse requisitum beneficiatum, quòd ipse impetraret sumptibus emphyteutæ, fuit declaratum, dictum Io: Baptistam nõ teneri stare contractui, quia decisiones prædictæ loquuntur, quando Ecclesia post initum contractum, vult stare contractui, adhibendo tamẽ debitas solemnitates post contractum, ita Innoc. *in d. §. de his, quæ fiunt à præl.* quem sic declarat Ias. *in d. §. eam causam*, plenè Corset. *vbi sup. in ver. pupillus*, qui subdit sic consuluisse præceptorem suum apud Regnum Neap. & Tiraq. *in d. tr. post ll. connub.* & quæ dicuntur in contractib. minorum, hoc modo procedunt, & declarantur, aliàs. n. sequeretur maximum absurdum, quia si hæ solemnitates non adhiberentur, successor in prælatura posset reuocare, & annullare contractum, & concessionarius remaneret fraudatus expẽsis factis, & licèt posset recuperare meliorationes, non id, quod expensũ esset, recuperaretur, sed id, per quod res concessa melior

5 facta est, *l. in fundo, ff. de rei ven.* † Item, & si aliquando in contractib. minorum admittitur, quòd claudicent, habet locum tamen in illis *tit. C. si maior. fact. rat. hab.* qui procedit in ratificatione facta, siue expressis verbis, siue aliquid faciendo, propter quod factum per eum videtur habere ratum, vt declarat gl. *in l. 1. in fin. C. si maior. fac.* Dec. *cons. 232. dura admodum 2. col. ver. & date 2. vol.* Item habet locum alius *tit. C. si maior factus alienationem sine decr. rat. hab.* in quo *tit. in l. fi. Imper.* statuit quinquennio elapso post impletam maiorem ætatem, venditionem factam sine decreto retractari non posse, de quo Dec. *d. cons. 232. n. 6.* & idem Dec. *in cons. 209. in casu proposito, 2. col. ver. præterea, 2. vol. ex quib.* Aymo. *cons. 19. 1. col. vers. 2. respondeo*, dicebat, quòd si inter fratrẽ minorem, & maiorem sit facta diuisio nulliter, & sine decreto, si postea minor factus maior, lõgo tempore in diuisione perstetit, ex tali possessione censetur facta de nouo dicta diuisio, & ideò non mirũ, si iura prædicta permittunt aliquando contractum minoris claudicare, quia vltrà, quòd in iuribus prędictis non dicitur, quòd si maior instat pro confirmatione, & iudex nollet facere, quòd maior non posset recedere, & Ang. qui tenet opinionem Glo. *dicit in fin. verbis, quod ideo in d. § eam causam*, valet transactio, quia erat iusta, & eam approbasset Prætor, sed non approbauit, quia non

6 fuit requisitus, & sequitur Iacob. *ibi in 1 lect.* † Nihilominus potest hoc in minoribus substineri ob spem conualidationis per titulos prædictos industriæ contra minores, effectos maiores, & maxima est differentia inter alienationem rerum minoris, & Ecclesiæ, quia minor effectus maior poterit alienare, quòd cessat in Ecclesia, vt considerat post alios Dec. *in l. 2. col. 2. ver. in gl. causa cognita ff. de off. eius*, & dicit Bal. *in tit. Episc. vel Abba.* quòd strictiores sunt prohibitiones rerum Ecclesiæ, quã minorum, *1. col. vers. nota quod* Iac. de Are. pulchrè ponit Octau. Simoncell. multa ad hanc decisionem facientia, & eruditis. Alex. Raudens. *lib. 1. de Analogis c. 30. n. 125. ver. 4. respondetur, fol. 247.* & de hac decis. idem meminit *c. 38. lib. 1. fol. 466. n. 3.* & Mara. *vbi sup. ver. qua autem sit ratio.* sed si in Ecclesia Prælatus volens stare contractui non est sollicitus, quod legitimæ solemnitates adhibeantur, & verè non adhibentur, erit semper concessionarius in suspenso, & numquã tutus, quia Ecclesia semper est eadem, semper eisdem gaudet

7 priuilegijs, † & in dies mutantur Prælati, quorum alter non tenetur habere ratum factum alterius, *cap. fin. ne Prælati vices suas*, quia nullum, quod procedit etiam in prophanis, *l. post mortem, ff. de adopt. l. quemadmodum, C. de agr. col. & censit.* Item Fel. *in d. c. causam*, quæ post multa relata ex parte Ecclesiæ, quod sunt valida, licèt si

8 non essent pro Ecclesia, essent inualida, † dicit, alienationem rei Ecclesiæ, non valere, neq; tenere, ex quo solemnitas requiritur pro forma, allegat Bal. *in l. fi. §. necessitate, col. 6. de bon. quæ liber.* & Abb. *in c. tua, 2. col. de his, quæ fiunt à Prælat. sine consensu cap.* contraria autẽ dicit procedere, vbi solemnitas non est introducta pro forma, sed merè in fauorem prohibiti, ut posset dici in iuribus allegatis respectu minorum, quorum respectu iura allegata per Additionem, sic intellecta per Bart. in *§. eam causam*, in venditione etiam minoris similiter

9 euitari non possunt. † Et ex supradictis Sac. Consilium decreuit in fauorem emphyteutæ, & sententia hęc fuit conformis iustitiæ, & æquitati, & sic iudicasset Additio prędicta, quando postquam esset orta controuersia inter Prælatum, & concessionarium, non potuisset haberi super validitate concessionis assensus Apostolicus, quia sic iuris est, & æquitas suadet, ne semper concessionarius stet in suspẽso, vt suprà dictum fuit, & Ecclesia stet semper in tuto die 28. Nouemb. 1573. referente domino Vitello: & dum pro parte Rectoris fuisset reclamatum, fuit mihi commissa causa reclamationis: & tãdem licet Rector petijsset statui aliquem terminum pro impetrãdo assensu Apostolico, & fuisset ei concessus, quia aliter non fuit impetratus, Sac. Consilium declarauit benè iudicatum, & imposuit ei perpetuum silentium, me Relatore, die Octobris 1574. Actuarius Ciuitella.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. vide Anton. Gabriel. *in tit. de rer. alienat. conclus. 1.* & Caualc. qui de hac decis. meminit *in decis. 45. post num. 51. fol. 201. par. 1.* & Marta *in voto 86. num. 20* omnino Stephan. Quaranta in *sua summa ver. Alienatio num. 34 fol. 19.* & in eadem *dec. num. 34.* Adde omnino videndum Doctissimum Iacob. Menoch. *in tract. de arbitr. iudic. casu 172. num. 63. in additionis* vbi de hac decis. meminit, atque idem scribit, & tenet in alienatione rei minoris facta.

Num. 5. vide ad ornatum *l. fin. C. si maior factus, hic alleg.* Caualc. *de tutore, & curatore nu. 146. & seq.* Anna Sen. *in sing. 525. vbi add.* & Anna Iunior *in collect. 2.*

Num. 6. in fin. vide Bursat. *cons. 45. num. 70. & cons. 55. num. 20. in fin. vol. 1.* vbi loquitur in alienatione rei feudalis sine assensu, & Tiraquell. *in tract. delle morte fol. 89. num. 7. in paruis*, vide Nauarrum *in cons. 1. in tit. de rebus Eccl. non alien.*

Et ad decis. istam, vide omnino Surdum in *decis. 70. num. 23.* & Costam in *tractat. de retrotractio. fol. 226. num. 6.*

An venditio rei Ecclesiasticæ sine solemnitatib. possit reuocari ab emptore, vide Ann. Sen. *in singul. 578.* & Tiraquel. *vbi supra.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia alienat res inutiles, & onerosas.*
2 *Item alienat res effectas alienabiles.*
3 *Item alia bona alienat, remissiuè.*
4 *Quæ solemnitates requirantur in alienatione rei Ecclesiasticæ.*
5 *Prohibitio alienãdi in reb. Ecclesiæ cessat, quando alienantur in remunerationem laboris, & obsequij.*
6 *Plura de inualida alienatione rerum Ecclesiæ, & ipsius impugnatione remissiuè.*
7 *Ante omnia causæ cognitio, & tractatus est necessarius, & legitima causa, vt alienatio valeat, nec statur dicto Notarij, vel Prælati, quod pro vtilitate Ecclesiæ alienatio fiat.*
8 *Ecclesia an agat tutò de euictione contra venditorem scientem, licet non denunciet.*
9 *Res soluta per Ecclesiam in feudum dari, non amplius datur.*
10 *Non potest fieri legitima adæquatio alienationis rerum pupilli, & Ecclesiæ.*

AD hanc dec.35. ocurissime lector videas Cõsiliarium Annam. *in cons.38.incip. Qua in hac causa* vbi pro Mo. aster o S.Martini,& latè, nou ... *ad ipsam Extrauagantem Ambitiosa*. videas Doctorem Stephanum Quaranta *in sua summa*, qui ... issimè de ista Extrauagãti loquitur.
1 Item add quo † Ecclesia alienat res inutiles, & one-
2 rosas Gui l.Papæ *dec.156*. Item † alienat res effectas a-
lienabiles, Bart *in l.1.C.de imponen.lucr.descript.nu.8.*
3 *lib.10*. Item alienat † alia bona, quæ notauit Guid.Pa-
pæ *dec.100*, Capicius *dec.16.* & 105. Ofascus *dec.172.*
4 Et † quæ solemnitates requirantur ad alienationem
rei Ecclesiæ, Borgninus *dec.16. num.27*. Guido Papæ
5 *dec.149*. Ioseph.Ludou.*dec. Perusina* 93. Et † quando
res Ecclesiæ in remunerationem laboris, & obsequij
dantur, prohibitio alienandi cessat. Oz sch. *dec.99.nu.*
6 32.& Menoch.*de arbitr.iudicum,casu* 434. De † inua-
lida alienatione, & impugnatione rerum Ecclesiastica-
rum, Borgnin.*dec.17.in tit.de contractibus, & dec.16.*
num.27. Menoc.*cons.114.vol.2.* Triuisanus *decis. Ve-*
neta,56.par.2. D. Stephanus Quaranta, *in Summa Bul-*
7 *larij* latissimè. Ideo † ante omnia ad hoc vt possint a-
lienari, causæ cognitio, tractatus, & causa, necessaria
sunt, ut alienatio valeat, Aimo Crau *cons.1.pro genero,*
nu.159. Grammat.*dec.79*. Guid.Pap *dec.151*. nec dicto
Notarij statur, & de hac dec. Magon. *in decis.Flor.69.*
n.4. dicit duo requiri, sed contrarium tenent expresse,
Sola *const.Sabaudie,incip.antiquis*. Puteus, *decis.320.*
8 *vol.1*. Rauennens. *de Analog. c.38.* † Ecclesia an agat de
euictione contra venditorem scientem litem, licèt non
denunciet, Fach. nouissimè ad partes, *in li.2. controuer.*
iur.c.38. Item adde vnum ad hanc decisionem, quòd li-
cet regula sit quòd res solita in feudum dari, semper sit
9 talis, de qua Vrsill. *dec.*... † Tamen si res Ecclesiæ solita
dari, est effecta de mensa, dari non potest absq; solemni-
tatibus, & de mensa dicitur effecta, vel si consuetudo
ita sit in dicto loco, vt si longo tempore à Prælato de
mensa fuerit retenta; ita in terminis Fachin.*d.lib.Con-*
trouers.in li.7.c.71. Alia conferentia sunt ad hanc deci-
10 sionem infra *in dec.56*. quòd † autem non possit fieri
legitima adæquatio inter alienationem rerum pupilli, & Ecclesiæ Bald.*in c.1.Episcopi,vel Abbates, in vsibus feudor*. Capic. & *moderni ad eum,in dec.112.n.3*. Item puto, lector amatissime, quòd tunc alienatio rei Ecclesiæ est nulla sine assensu, quando ipsa Ecclesia, seu Prælatus, seu Rector vult, ita tamen si Ecclesia, Capitulum Rector, seu Prælatus alienationem sine assensu factam non impugnarent, sed approbarent, non esset dubium. Ita additio ad Matthesil. *Sing.155.nu.13*. Anton.Gabr. *lib.concluf.de rerum alien.conclus.1.n.2*. Communem dicunt, Diaz. *Regula 147.in 7.simil.* sed de hoc videndi. Non esset vanum, huius rei causa te ad lectionem scriptorum per Simoncell. *de decretis in reb. minorum*, *remittere. Inspectione 17.n.130*. Menoc.*de arbit.iudic. lib.2.Casu 171*. quocirca glos. Parisiensis in §22. *paulo post n.54*. dicit Senatum illum solitum decidere, conuentum ab Ecclesia non teneri ad restitutionem fructuum, nisi a die litis contestatæ, vltra restitutionem rei licèt quoad alia non benè loquatur ipsa glos.

ADDITIO D. RICII.

COntractus factus de re Ecclesiæ in euidentem vtilitatem ipsius Ecclesiæ, an valeat sine solemnitatibus requisitis, ad hanc decisionem vltra ea, quæ latissimè dixi in praxi alienat. ver. Ecclesiæ vide Arumeum *in dec.5.*

Ad ornatum huius decisionis potest etiam dubitari an alienatio rei Ecclesiæ facta alicui pro se, & hæredibus, & successoribus absq; decreto requisito valeat, si res illa fuerit meliorata, negatiuè resoluit Ann. *consil. 77.n.31*. Quarant.*in sum. Bullarii ver.alienatio nu.41.* & alienatio rei Ecclesiæ non adhibitis omnibus solemnitatibus concurrente etiam læsione inualidari potest, vt tenet idem Quarant.*n.46*. Guttier.*cons.15.nu.14.* & *seq.* & alienatio rerum Ecclesiæ quando fit propter necessitatem, vel vtilitatem, in quo differant inter se, & effectus ipsarum, Lanar.*cons.50.n.6.* & adeò requiritur solemnitas, vt non credatur notario si in instrumento afferat in alienatione bonorum Ecclesiasticorũ interuenisse vtilitatẽ Ecclesię, & alias solemnitates per assertionem partium, Crauet.*in primo responso pro genero n.26*. hinc est quòd emens rem Ecclesiæ sine solẽnitatibus requisitis dicitur esse in mala fide, Crau.*cons.579.*

Amplia vt adeo sit necessaria solemnitas à iure requisita vt Ecclesiæ bona emens ab illius administratoribus, licèt sit vtilitas ipsius Ecclesiæ sine solemnitatibus pretium perdit ex *text.in l.iubemus, §. sanè, C.de sacros.Eccles.* Ceph.*cons.ciuili 5.num.2.*

Amplia secundò, vt Prælatus successor possit reuocare alienata à Prælato prædecessore absque solemnitatibus, licèt talis alienatio fuerit vtilis Ecclesiæ Viu.*dec. 141.n.3.* quod procedit etiam non obstante iuramento de non reuocando. Borrell.*in sum.tit.15.n.52.*

Amplia tertiò, vt nec sufficiat cursus temporis, quãdo talis alienatio facta fuerit sine solemnitatibus, licèt in euidentem facta fuerit vtilitatem Palac.*in repet. ca. per vestras, §.46.nu.8.fol.124* secus est in minore Barbat.*cons.33.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei pupillaris sine solemnitatibus etiã vtiliter facta non tenet nisi minor stare velit contractui, & recensentur dissidentes* R.Rouitus, & D.Staib.
2 *Extenditur ad alienationem rei Ecclesiæ, & approbatio debet fieri adhibito assensu, quidquid censeant nonnulli* ex Ciarlinio, *qui male allegatur pro validitate alienationis.*

1 PRima conclusio, quæ statuitur, est, quòd alienatio rei pupillaris nõ tenet etiam quòd ex causa facta sit, sed sine decreto iudicis si minor nolit stare contractui, secus si ipse velit, itaut cõtractus fauore pupilli claudicet, cum qua opinione conueniunt R. Latr.*dec.19.* & ibi Gizzius, & D.Pratus *lib. 1.discept.17.n.10.* & *li.2.discept.12.nu.40.* & *pract.obs. 2.* quamuis pro validitate alienationis plura cumulat Rouit.*in pragm.1. de tit.abus.num.113*. vbi ita iunctis aulis iudicatum refert, & sentiunt de Pont.*cons.1. vol. 1.* D.Staib.*centur.2.resol.159.*

2 Altera conclusio est, contractum alienationis cum Ecclesia celebratum sine assensu Apostolico nullum esse, nisi Ecclesia velit, & declaratio approbationis fieri debet adhibita ea solemnitate, quæ in initio contractus interuenire debuisset, vnde potest Iudex præcipere, quòd infra certum tẽpus Ecclesia procuret assensum, ita Merlin.*cent.1.controu.21.per tot.* R. Latr. & Gizzius *vbi sup.* & perbellè R.Sanfelic.*decis.309*. vbi collustrat hanc decisionem, & quamuis contrarium videatur innuere iudicatum D.Prat. in *annot.synops.* ad Pasch. *de patr.potest.par.1.cap.6.ad num.22*. vbi oblatrat contra decisionem latam ipso contrarium patrocinante, & pro validitate plures colligit D.Rodoet. *ad lib.1.resol.* D.de Marin.*ad cap.6.* & præsertim Ciarlinium in *li.1. controuers.8. num.15.* bona venia minus rectè allegatur Ciarlinius dum contrarium resoluit *num.18.* vbi sequitur D. meum, & tradit Rotam canonizare opinionem non satis esse contractum esse vtilem, nisi adsit etiam solemnitas ex Quarter. *in summa Bullar.*

lar. verb. alienatio numero 84. Farinacc. *decisione* 430.*part*.1. Magon.*decis. Lucens*. 69. Ricc. *in prax. resol*.7.*num*.3.qui ostendit ita solere Rotam iudicare, interim verò an tertius possit dicere de nullitate contractus attento præsenti statu non obstante conualidatione, quæ superuenire possit pro affirmatiua, Gratian. *discept*.691.Salgad.*in laben.credit.p*.2.*c*.22.*n*.106.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij quæstio quando est inter ipsos coniuges, tunc siue de fœdere matrimonij, siue de separatione thori, siue de ipso matrimonio, & similibus agatur, cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, quando verò inter alios, & tunc aut dubitatur, sit, vel non sit matrimonium cōtractum, vel incidenter cadat quæstio in aliquo iudicio, & possunt cognoscere iudices seculares secundum Bart. cuius opinio communis est, vt num*.2.3.*nisi dubium sit in iure.*

4 *Matrimonium si quis contraxerit cum duabus, & inquisitus negat talem accusationem, cognitio erit iudicis secularis.*

DECISIO XXXVI.

Matrimonij quæstio quando ad Iudicem Ecclesiasticum, & quando ad secularem spectet.

NOBILIS quidam fuit inquisitus per Magnam Curiam Vicariæ, sub prætextu, quòd vno eodemque tempore duas vxores duxisset, vnam de iure, aliam de facto, & eo existente carcerato petijt remissionem causæ ad iudicem Ecclesiasticum, quia prætendebatur, quòd in hoc incidenter quæstio matrimonij ageretur. Magna Curia decreuit, quòd non obstante remissione petita, procederetur in Magna Curia; à quo decreto pro parte dicti Nobilis fuit appellatum ad Sacrum Consilium, & relata causa in Regio Collaterali Consil. fuit decretum prædictum confirmatum, & dictum fuit, procedendo
1 per veras iuris conclusiones, † quòd quando est quæstio matrimonij inter eos, qui dicuntur matrimonium contraxisse, & tunc siue agatur de fœdere matrimonij, siue interdicto recuperandæ possessionis matrimonij, hæc causa spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, quia scriptum est, quos Deus coniunxit, homo non separet. hoc est, quod dixit Innocen. *in cap. tuam de ordin. cognitio.*
2 † quando autem tractatur aliquod iudicium petitionis hæreditatis, vel aliquod aliud iudicium in quo incidenter mouetur quæstio legitimationis, non tamen inter ipsos coniuges, & hoc casu diuersitas est inter Doctores, nam Bald. Ro. nonnulli tenent, quòd siue sit quæstio iuris, vel facti, scilicet quòd dicatur matrimonium nullum, vel non contractum, debet quæstio remitti ad iudicem Ecclesiasticum, moti ex generalitate text. *in d. c. tuam, de òrd. cogn. & in c. lator, & in c. causam, qui filij sint leg.* Bar. tamen *in l. Titia. ff sol. mat.* dicit, † quòd
3 quando est quæstio facti, cognoscet iudex laicus, vtputa, quando est dubium si fuerit, vel non, matrimonium contractum, quando verò est dubium in iure, hoc casu, causa est remittenda ad iudicem Ecclesiasticum, hanc opin. tenent communiter Scribentes *in d. l. Titia*, vt testatur Alex. & Ias. *in l. quoties*, *C. de iud.* & Iac. post eū. Dec. *in c*.2.*de iudic.* & post eum Ripa *ibi*, qui defendit Ias. ab impugnationibus Decij, nouissimè Dida. Couar. *incipit. decr. c*.8.§.12.*n*.3.& Anton. Padil. *in l*.1.*col. antepen. n*.56.*ver. collige tu vlterius. C. de iur. & fac. igno.* & hanc opinionem, dicebatur etiam Sac. Consil. debere sequi in casu, de quo agebatur, quando super hoc non essent particulares decisiones. Quandoque & vltimò,
4 & hic est casus, de quo agebatur, † quis inquiritur, quòd contraxerit matrimonium cum duabus, & petitur puniri pena capitali, & inquisitus negat contenta in accusatione, & hoc casu cognitio erit iudicis secularis, decisio est particularis Petri de Anch. *in repet. c. ea, quæ in* 6. *qu. de reg. iur. in* 6. qui dicit, sic de facto vidisse, & obtinuisse ex rationibus per eum adductis, & idem Anch. *in clem. dispendiosam, pen. col. de iudic.* qui dicit, ita de consuetudine seruari, & dominum suum sic referre, quam opinionem refert, & sequitur Barb. *in c. cùm sit generale, num*.227. *vers. idem si quis accusatur, de foro compet.* vbi alijs similibus, comprobat hanc opinionē, quam etiam tenet Ang. *in tr. de malef. vers. Che m'hai adulterato la mia donna*, vbi respondet ad iura in contrarium allegata, sentit hoc idem Belluga. in suo Spec. *in* §. *viso, rubr*.11.*col*.3.*vers. & pari ratione fol*.46. vbi etiam ponit, an habens duas vxores, possit tamquàm hæreticus inquiri, & indistinctè in similibus causis processisse Magnam Curiam dixerunt Domini, Io. And. de Curte, Regius Consiliarius, & Dominus Orificias, similiter Regius Consiliarius, qui longo tempore fuit fisci patronus, & hanc opinionem esse veram *in tract. de Cath. inst. in tit. de matrimon*.40. *tit.* dicit Smanca. *fol*. 179. vbi etiam ait, quòd inquisitores cognoscere debēt vtrum Reus malè sentiat de sacramento Matrimonij. Et nouissimè Barbarosa in *d. l. Titia num*.22. & 23. vbi de hac decis. meminit, & quando quæstio dicatur esse iuris, vel facti videri apostil. glos. Paris. ad Decium *in c. sapè littera C. Cod. de appell.*

ADDITIO D. VISCONTI.

VIde infrà *in dec*.312.& 512.& vide D. Prosperum Petram huius dec. memorem in addit. ad Capyc. *dec*.7.*num*.4. Vide hunc Dominum *infra dec*.312. 512. & Vrsill. in decis. Afflict. 138.*colum*.1. & omnino Petr. Bellugam hìc allegatum.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium qualiter probetur.*
2 *Matrimonium potest probari per testes de auditu, dum testis audiuit verba viri, & mulieris, apta ad matrimonium contrahendum, vocesque ipsorum notas habebat.*
3 *Alius modus probandi matrimonium erit, si vir dicat mulieri, volo te in vxorem.*
4 *His verbis enim matrimonium contractum dicitur.*
5 *De probatione matrimonij plura.*
6 *Matrimonium contractum in articulo mortis cum concubina an legitimet filios ad feuda.*
7 *An substitutus à dictis legitimatis excludatur.*
8 *Quid si Baronia est recepta, pro se, & filiis legitimè natis, vel ex matrimonio legitimè ortis, vel pro se, & filijs legitimè descendentibus, an admittantur legitimati per subsequens matrimonium.*
9 *Iudex laicus si cognoscat super quæstione matrimonij, & pronunciet matrimonium nullum, an talis sententia præiudicet in causa legitimationis vertente coram iudice Ecclesiastico.*
10 *Iudex laicus, an, & quando de causa matrimonij cognoscere possit. Itē de causa adulterij, & incestus.*
11 *Causa remittitur per Iudicem laicum Iudici Ecclesiastico, & Iudex laicus statuit termino remisso ad probandum necessaria coram Iudice Ecclesiastico, & hoc ne vno eodemque tempore, vnaque causa duos deludat Iudices.*
12 *Iudex laicus ad videndum, si subsistuno præposita, potest prouidere, quòd coram ipso deducantur.*
13 *Cautela Iudicis secularis quando non intendit remittere causam.*
14 *Matrimonium an separetur à Iudice Ecclesiastico ratione furoris.*
15 *Matrimonio nullo declarato ratione impedimenti affinitatis, an debeantur donata vxori.*
16 *Iudex Ecclesiasticus an cognoscat de causa vsuræ, & quan-*

& quando, & an contractus sit vsurarius, & an ordo sit benè collatus, vel non, an potius iudex laicus.

17 *De improbatione pluralitatis matrimonij, & vxorum eodem tempore, & de pœna eodem tempore duas vxores accipientis.*

18 *Quid in muliere habente plures viros.*

19 *Vtrum pœna maior imponatur habenti plures vxores, quàm habenti duas?*

20 *Cognoscens carnaliter duas sorores qualiter puniatur.*

21 *Habens duas vxores eodem tempore est infamis.*

22 *Quidam populi reperiuntur ita libidini dediti, vt non modo duas, sed plures habeant vxores.*

23 *Regni Neap. Regis ministrorum, & totius Regni continentia, & laudes celebrantur.*

24 *Dicendo alicui mulieri, ego non habebo aliam, nisi te in vxorem, non contrahitur matrimonium.*

HAec decis. 36. per se patet, quàm necessaria
1 sit. Ideò adde tu ad eam, † qualiter matrimonium probetur, Paul. Aemil. *dec.* 203. & *seq. par.* 2. Boer *cons.* 10. Menoch. *cons.* 34. & 259. *volum.* 4. Franciscus Marc. *dec.* 201 *par.* 2. Gomez. Leo. *in decis. diuersorum dec.* 1. *lib.* 2. Mag. *decis. Luce* 86. Menoch. *de arbitr. Iudic. casu* 475. *num.* 20. vbi dicit,
2 † matrimonium per testes etiam de auditu probari posse, dum testis audiuit virum & mulierẽ verba apta protulisse ad contrahendum matrimonium, eosq; cognouisse, ex quo voces eorum notas habebat, allega. que Alex. de Neuo, *in cons.* 99. *num.* 4. *lib.* 3. *inter cons. Alex.*
3 & Decium *in cons.* 136. † Aliumque modum probandi matrimonium dicit idem Menoch. *in cas.* 496. *num* 11. *in casu quando vir dicit mulieri, volo te in vxorem, vel*
4 *te esse mihi in vxorem.* † His enim verbis matrimoniũ contractum dicit ex Didaco, *in Epitome spons. par.* 2.
5 *cap.* 4. §. 1. *n.* 4. *in fin.* & latè de † probat. matrimonij, & nouissimè scribit Mascard. *in tract. de probat.* Menoch. *in lib. præsumpt.* & Marcell. Calo. *in tr. de modo articu-*
6 *landi*, † matrimonium contractum in articulo mortis cum concubina, an legitimet filios, vt ad feudi succes-
7 sionem recipiantur, † & an institutos excludat, &
8 quid quando † Baronia est recepta pro aliquo, & filijs legitimè natis, vel ex matrimonio legitimè ortis, vel pro se, & filijs legitimè descendentibus, an admittat legitimatos per subsequẽs matrimonium, nouissimè hoc anno impressus Carol. Iallongus *in Racemationibus Iuris, Racematione* 136. qui plures Modernos allegat. Itẽ
9 adde, † quòd si iudex laicus cognoscit super quæstione matrimonij, & pronũciat matrimonium nullum, quod talis sententia parit præiudicium in causa legitimationis vertente coram eccles. Iudice, si Menochio creden-
10 dum est, *in cons.* 366. *num* 47. *vol.* 4. † Sed, an & quando iudex laicus de causa matrimonij cognoscere possit, & de causa adulterij, & incestus. Franc. Marc. *dec.* 306. 1. *par.* Tapia Consiliarius *in Constit. Regni, Maiestati, in tit. de Episc. audient.* & Præsides *infra dec.* 240. vbi etiam de pœna adulterij in Regno nostro, de quo latissimè Caballus *in lib. resolut. criminal. nouissim. cas.* 98.
11 112. & 200. † Item adde, quòd causa quando remittitur per iudicem laicum ecclesiastico, qui iudex laicus statuit terminum remisso ad probandum necessaria coram iudice Ecclesiastico, & hoc, ne remissus duos vno tempore, vnaque causa deludat iudices, ita Afflict. *in*
12 *constit. Maiestati nostra, n.* 7. *de adul.* ibi dicit etiam, † quòd iudex laicus ad videndum, si subsistunt proposita potest prouidere, quòd coram ipso deducantur, & hoc non negauit in pract. Vrsill. *in dec.* 138. imò ponit hoc,
13 † quòd cautela iudicis secularis, quã lo non vult remittere causam etiam spiritualem ad iudicem ecclesiasticum, *nu.* 2. *Ad n.* 3. adde omninò infrà Præsidentem *in*
14 *dec.* 312. vbi † an matrimonium separetur à iudice ec-
15 clesiastico ratione furoris, & *inf. dec.* 52. vbi de † matri-
monio nullo declarato ratione impedimenti affinitatis,
16 an debeantur donata vxori, & *in dec.* 189. † an iudex ecclesiasticus cognoscat de causa vsuræ, & quando, & an contractus sit vsurarius, an ordo sit benè collatus, vel non, vel iudex laicus cognoscat. *Ad num.* 4. *d. l. qui*
17 *duas, ff. de adulter.* De † improbatione pluralitatis matrimonij, & vxorum eodem tempore, & de pœna eodẽ tempore duas vxores accipientis, vide Roman. *Sing.* 537. Franc. Marc. *dec.* 743. 2. *par.* Iul. Clar. *in § fornicatio. vers. dicitur etiam.* Menoch. *cas.* 420. *incip. cum de adulterijs, num.* 19. qui in Regno Neapolis pœnã mortis inflictam fuisse dicit, & in Regno Gallorum *num.* 26.
18 † Et quid in muliere habente plures viros? & vtrum
19 pœna † maior imponatur habenti plures vxores, quã
20 habenti duas, & de hac decisio. latissimè scribit, † quid de cognoscente duas sorores, vel meretrices, vel honestas, qualiter puniatur Diaz. *in pract. canonic. capit.* 78. Boss. *in tit. de damnato punibili coitu.* Foller. *in practic. crim. laicor. verb. incestus.* Boer. *dec.* 318. *in fine.* Præses Thessaur. *decis. Pedemont.* 100. Hic casus euenit in Terra Pulcinij, fuit inquisitus quidã Doctor meus amicus, qui verè innocens erat, vt mihi fuit datum intelligi. Vide tu alia, quæ dixi *ad l. eum qui duas C. de adulte.* & *in l. neminem, de incest. nup.* vide Paul. Grilland. *in tract. de pœnis omnifariam coitus, quæst.* 14 Carrer *in pract. criminn. vers. circa igitur quartum de stupro, fol.* 205. Grã-
21 mat. *in §. socrum, instit. de nupt.* qui benè. Et quòd † tenens binas vxores eodem tempore sit infamis decidit text. *in l.* 2. *C. de incest. nupt.* Licèt dicat Menoc. † quosdam populos ita libidini deditos, vt non modo duas vxores, tenere, sed etiam plures asserat reperiri, quòd
25 absit à sæculo in hoc Regno nostro Neapoli, † in quo peccatum fugiunt homines, & infamiam; Deum, & propriam conscientiam, & extat iustissimus Catholicus, & Potentissimus Rex, à quo Christiani, & iustissimi Proreges emanant, & officiales conscientiæ, & scientiæ salem habentes. Perge lector, quia sequitur
24 *decis.* 37. & dic, quòd si dicitur † alicui fœminæ, ego non habebo aliam, nisi te in vxorem, non dicitur matrimonium; & ideò posset quis excusari, si ita cum vna contraxisset, vel si dixisset, habeo te in vxorem, secus si diceretur iuro te in vxorem legitimam habiturum, ita Fachineus nouissimè, *cap.* 41. & 42. *in l.* 3. *Controuers.* Sed me remitto ad Sacrosanct. Ecclesiæ determinationem.

ADDITIO D. RICII.

QVatenus dicit auctor noster, quòd cognitio matrimonij aliquando ad Ecclesiasticum, aliquando verò ad sæcularem iudicem pertinet. Scias quòd pro indubitato apud omnes habetur, cognitionem matrimonij illiusque quæstiones semper ad Iudices Ecclesiasticos pertinere, vt ex multis concludit Cenedus *in coll. ad cap. causam de ord. cognit.* ratio est, quia matrimonium est quid spirituale, & spiritualium Iudices Sæculares sunt penitus incapaces, Cassaneus multos referens *in consuet. Burg. rub.* 1. *in princ. glo. fin. n.* 10. & quãdo agitur de mero facto, vt puta, an matrimonium sit contractum, & quæstio iuris non ventiletur, ad Couar. *var. lib.* 3. *c.* 3. *nu.* 1. neque Iudex Sæcularis potest se intromittere in incidentibus merè spiritualibus, sed remittuntur ad Iudicem Ecclesiasticum, vt tenet auctor noster *dec.* 312. & quando Iudex Sæcularis possit incidenter cognoscere de re pertinente ad Iudicem Ecclesiasticum Rom. *cons.* 173. Mars. *sing.* 70. A Ponte *cons.* 44. & an Iudex laicus possit cognoscere de nullitate absolutionis à iuramento factæ per Iudicem Ecclesiasticũ Mars. *sing.* 367. & ea, quæ sunt iuris an possit incidenter cognoscere negat. Ferrar. *caut.* 53. & quando contra Clericum possit incidenter cognoscere Vrsil. *dec.* 24. & an Iudex criminalis possit incidenter cognoscere de re ciuili dependente ex delicto Doctor. *in l. sancimus*, §. *latrunculator, ff. de iud.* Viu. *in opin.* 928. *num.* 7.

Nota etiam au materiã, quòd si quis inquiritur, quod duas habeat vxores punitur coram Iudice laico, qui cognoscit, ad hoc vide *l. eum, qui duas in fin. ff. de adulter.* Adde Ias. *in §. ex maleficijs num.* 76. *de actionibus*, Decius *in l. non debet cui plus est de regul. iuris*, latissimè

Tiraqu.

Tiraqu. *in tract. res inter alios acta fol. 6.* Maranta *in suo specu. fol.* 38. contrarium tenet Simanca *cath. Inst. cap.* 3. quam opinionem probo libenter *num.* 18. vide *cap. tam de ord. cogn.*

Si dubitatur an decimæ debeantur non potest Iudex laicus, secus quantum soluatur, Couar. *pract. quæst.* 35. laicus pendente lite in causa matrimonij coram Iudice Ecclesiastico an possit præstare alimenta Afflict. *decis.* 152. & in causis vsurarum, an vsuræ sint solutæ, & tunc Iudex laicus, an verò contractus sit vsurarius & tunc Iudex Ecclesiasticus Isern. *in tit. quæ sint regalia in ver. & bona contrahentium num.* 37. Afflict. *in constit. regni statuimus.* Alciat. *in cap. perniciosam de offic. ord.* sic in matrimonijs, & alijs similibus dicit Isern. *ibi.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Quæstiones super nullitate, & separatione matrimonij quoad thorum remittuntur ad Iudicem Ecclesiasticum.*

2 *Polygamia crimen an sit mixti fori remissiuè se habet Author.*

1 IVrisdictionalis modo se obuiat decisio, quæ constituit duo asserta, primum est, quòd quæstiones super nullitate, aut separatione matrimonij quoad thorum remittendæ sunt ad Iudicem Ecclesiasticum addo Ep. Sperell. *dec.* 9. Dian. *par.* 1. *tract.* 2. *iniur. Eccles. resol.* 55.

2 Alterum assertum est, quòd polygamiæ crimen sit mixti fori quem articulum de polygamia num sit mixti fori tangunt Farin. *de heres. qu* 78. *nu.* 91. *Genuens. in prax. Archiepisc. c.* 82. D. R. de Marin. *lib.* 2. *resol.* 3. *nu.* 6. Scaccia Campanil. & alij quos congerit Carena *in tract. de offic. S. Inquis. de polyg. per tot. cap.* Chartar. *decis. crim.* 90. vbi etiam plenè discurrit de pœna infligenda secundùm pluralitatem vxorum de quibus omnibus plenè alibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Delictum per quos Iudices cognoscatur.*

2 *Iudex qui in delinquentem iurisdictionem non habet, quo ad remissionem æquiparatur indici originis domicilij, seu loci.*

3 *Preuentio inter prædictos iudices quid operetur.*

4 *Delicti initium, quando inspiciendum sit, & num. seq.*

6 *Delicti locus attenditur in mandante magis, quam mandati locus.*

DECISIO XXXVII.

Clericus vnius diœcesis, delinquens in aliena diœcesi ab Episcopo loci delicti in quo captus puniri potest.

FVit dubitatum, si Clericus Cosentinus, qui à Ciuitate Cosentiæ recessit, ducens secum quemdam iuuenem, & in Ciuitate Neapolis eum occiderat, eique furto subtraxerat omnia eius bona, captus, & carceratus in Magna Curia Vicariæ debebat remitti ad Archiepiscopum Cosentinum Iudicē originis, & domicilij, vel ad Archiepiscopum Neapolitanum iudicem diœcesis commissi delicti? Et licet primo loco in vna Aula fuerit decisum pro Archiepiscopo Cosentino, nihilominus, facta relatione per Magnam Curiam ordine Illustrissimi Domini Proregis, iunctis Aulis, fuit decisum debere remitti ad Archiepiscopum Neapolitanum, iudicem in spiritualibus loci, seu diœcesis, in qua est commissum delictum. Ad quod

1 fundandum fuit dictum, † quòd licet delictum cognoscatur per quatuor iudices regulariter originis, domicilij, delicti, & loci, in quo quis plurimum conuersatur, vt est text. *in l.* 1. *C. vbi de crim. agi oper.* vbi om. Scrib. nihilominus forus delicti est principalior. Prout tenet Thesaur. *decis* 90. *iudex.* 2. *colum.* vbi de hac decis. meminit, & secundum Io: Andr. *in cap.* 2. *de constit.* 2 *col. vers. noscatur.* quem sequitur Paul. de Castr. *in dict. l.* 1. Bald. *in l. de quibus*, 3. *qu. ff. de legib.* reassumit Marian. Socin. *in c. postulasti*, 3. *colu. vers. quoad primum articulum, extra de foro comp.* vbi in Clerico addit alium forum, scilicet loci, vbi Clericus habet beneficium, ita quod ex prædictis apparet, quòd postquam forus delicti est principalior, prout etiam tenet Thesaur. *in dec. Pedem.* 90. *iudex* 2. *colum.* vbi de hac decis. meminit, & delictum est commissum in Ciuitate Neapol. causa huius Clerici est remittenda ad Archiepiscopum Neapolitanum, non autem ad Cosentinum. Et licet Doct. loquantur, quando tractatur de remissione facienda per iudicem loci originis, seu domicilij, ad iudicem loci cō-

2 missi delicti, † idem tamen est quando delinquens est in potestate alterius iudicis, qui caret iurisdictione in delinquentem, vt est casus noster: ita ex mente Calder. tenet Abb. *in c. fin.* 9. *col. vers. Nota tamen de foro compet.* Allegat. text. *in auth. de defensor. Ciuita. §. audient.* Maria. *in d. c. postulasti*, & nouissimè Didac. Couarr. *in tract. pract. qu. c.* 11. *vers.* 5 *in delictis*, vbi plenè reassu-

3 mit materiam remissionis. † Et quamuis hæc opinio limitetur non procedere, vbi iudex domicilij præuenerit iudicem delicti in cognoscendo de delicto, ex mente Alb. *in l. hæres absens, §. si quis tutelam, ff. de iud.* & aliorum quos refert Did. *vbi sup.* quòd insuper de iure Canonico procedit, siue iudex domicilij cognouerit per viam accusationis, siue inquisitionis, in casu tamen, de quo agitur, præuentio non aderat, quo casu omnino iudex cogitur remittere, Verba eiusdem Mariani *in d. c. postulasti, in* 3. *princ. art.* qui dicit, hanc esse communem opinionem, qui etiam per priùs optimè distinguēdo tenet Anchar. *in* 2. *oppos.* Accedat, quia dicitur Episcopum habere territorium *cap. cum contingat, de foro compet.* plenè prosequitur Card. Iac. *in trac. de Concil. li.* 5 *art.* 8. *in tit. de iuris. Consilij* 19. Corn. *cap. quid dicendum, fol.* 268. Licet aliter sentiat Bellug. *in suo Specul. in tit. de ammortilationibus rubr.* 14. *fol.* 87. quòd tamen non fuit plenè discussum.

Sed contra istam opinionem duo particulariter opponebantur. Primum, quòd in casu nostro non sit locus remissioni ad Archiepiscopum Neapolitanum, sed ad Cosentinum, quia delictum habuit initium Cosentiæ, vnde præsupponebatur, quòd Clericus discesserit cum

4 hoc iuuene causa ipsum interficiendi, † & sic dicebatur initium esse inspiciendum, ex ijs, quæ ponit Bald. *in l. fin. C. de eunuc.* Apostilla. ad Guid. in *dec.* 104. secundum erat noua prouisio Concilij Tridentini, *num.* 20. *in* 24. *sess.* vbi statuitur, quod causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiamsi beneficiales sint, in prima instantia coram ordinarijs locorum dumtaxat cognoscantur, & sic ex *d. c.* inferebatur, quòd de hoc delicto cognoscere debet ordinarius loci. Sed ad hæc est facilis responsio ex ijs, quæ Bart. dicit *in l. & si amicis, ff. de adult.* vbi ponit quæstionem de eo, qui tractauit, & ordinauit Florentiæ de committendo homicidium in ciuitate Bononiæ, & ita subse-

5 quutum est, & dicit, † quòd ibi puniendus est, vbi est tractatum homicidium, dummodo non poterit in simplicibus finibus cogitationis, ex *reg. cogitationis pœnam, ff. de pœn.* & dicit hoc procedere quando quis ordinauit, quòd ab alio occideretur, quando verò per se ipsum tractasset de ipsum occidendo, quia pœna tractatus, est extincta per subsequēs homicidiū, hoc casu puniendus est in loco delicti, & hāc opinionem refert, & sequitur idē Mari. *in d. c. postulasti*, 4. *col. ver. circa quar*

tam quæstionem. Sic est casus noster, quia præsupposito
6 tractatu ipse idem, qui occidit, tractauit, † vltra quòd
in mandante attenditur locus delicti, & non mandati,
Guido Pap. *dec.* 104. Abb. *in d. cap. fin.* 10. *colum. vers. item dubitatur de mandante*. Nec obstat decisio Bald. quia ibi delictum est etiam commissum in loco, vbi pro turbando præparauit se cum socijs. Nec Concilium Tridentinum obstat, quia de iure illud capitulum intelligitur, scilicet quod coram ordinarijs primæ causæ cognoscantur, ordinarius autem iudex in delictis est iudex domicilij, originis, & delicti, quia iudex delicti est potior, & potentior, & secundùm hoc fuit decisum. Et Episcopus, vt Episcopus habet Territorium non tamen rerum profanarum, vt dicit Purpur. *in l. iubere cauere, num.* 32. *ff. de iurisd. omn. iud.*

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde quod decis. istam allegant, & sequuntur Thesaur. *dec.* 90. Farinac. *in tit. de inquisitione qu.* 7. *nu.* 19. & Episcopus Minorens. in Praxi Episcop. *in ver remissio.* §. 1. *in fin. fol.* 187. Baiard. ad Clar. *in qu.* 38. *num.* 73. Vide Bellugam in speculo Principum *rubr.* 14. § *itē fol.* 56. *à tergo in nouis.*

Vide infra *decis.* 505 *num.* 3. 11.

Num. 4. ibi initium esse inspiciendum, Adde videndum Alexan. *cons.* 75. *num.* 6. *volum.* 3. Marsil. *in* § *vlterius à num..cum sequ. & in singul.* 225. Menoc. *de præsumpt lib.* 6. *cap.* 17. & omnino Farinacium *in loco sup. citato à num.* 44. *cum seq.* & vide eundem Farin. *in qu.* 28. *num.* 41. 69.

Et quid in contractibus, an initium sit inspiciendum quòd sic, *l. si procuratorem in princip. ff. mandat.* cum alijs latissimè allegatis per EruditumRouitum *in pragmat.* 1. *num.* 16. *& seq. in tit. de Senat. Consult. Maced. & num.* 21. *in fin.* refert sic iudicatum Sard. *in decis.* 278. *num.* 26.

In eadem decis. in finalibus verbis dum allegat Purpur. *in addit.* Vide Foller. *in prax. crim. canon. fol.* 100. *num.* 30. & Villalobos *in suis com. opin. fol.* 201. *in parnis, & fol.* 301. *litt. P.* Bellugam *in d. Spec rub.* 22. *num.* 46. *cum sequ. fol.* 122. *ibi omnino,* & Capiblan. *in tracta. de Baron. fol.* 178. *num.* 36.

Num. 6. Adde Duen. *in reg.* 338. *in* 3. *amplia.* & Clar. *in* § *fin. q.* 38. *vers. item quæro*, Visa. in *decis.* Afflict. 219. *num.* 3. Belluga in *ibi supra fol.* 128. *numero* 8. & Borrel. *ad eum fol.* 48. *in fin. addit. in nouis.*

Vide multa ad materiam huius decis. per Baiard. ad Clarum *in d. qu.* 38.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex originis an inquirat absque querela de delictis extra territorium commissis, & quomodo, & quando.*

2 *Baro an cognoscat de delictis vassallorum extra territorium commissis.*

3 *Quid in vagabundo.*

4 *Delictum punitur per iudicem loci contrectationis, si contrectans saltem per vnum diem persistit in loco, ad quem res asportauit.*

5 *Secus si minus temporis spatium intercesserit, & Capic. dec.* 104. *declaratur.*

6 *Iurisdictio an, & quando cumulatiuè, vel priuatiuè concessa intelligatur.*

7 *Speciali iurisdictione concessa an, & quando generali derogatum intelligatur, cum ampliationibus, & limitationibus.*

8 *Delinquens in quo loco puniatur, an in loco, vbi degit offensus an in loco delicti, vel originis, vel incolatus.*

9 *Omne, quod illicitum est, & contra bonos mores, an dicatur delictum, ita vt illud committens puniri possit saltem extraordinariè.*

10 *Statuta loquentia de delictis carnis puniendis comprehendant nè Iudæos, & Saracenos, & alios à vera fide deuiantes.*

11 *Iudæi, Saraceni, & alij à fide deuiantes sunt de populo & corpore Ciuitatis quamuis non sint de corpore spirituali.*

12 *Idcirco legibus comprehendi videntur.*

13 *Pœna delinquentis pecuniaria competat nè Iudici temporis delicti, vel Iudici temporis sententiæ.*

14 *Quid in arrendatoribus?*

15 *An, & quando initium delicti attendatur & finis tam quo ad pœnas quam quo ad iurisdictionem fundandam.*

16 *Delictum si in vno loco initium sumit, in alio medij recipit incrementum, & in alio perfectionem adipiscitur, quis sit Iudex competens?*

27 *Ad excusandum delictum facti principium attenditur, vt in Domina castigante ancillam.*

18 *De initio, medio, & fine spectandis in rebus, causis, & factis nec non, & contractibus remissiuè.*

19 *In contractibus attenditur initium, licet simulatè agatur.*

20 *Hinc si tractetur de contrahendo sub aliqua specie contractus tamen ad fraudandum vicinos, leges, vel statuta, alia contractus, species simulatur, initium attenditur.*

21 *Iudex originis an puniat delinquentem suum vassallum extra territorium.*

AD hanc decisionem, lector amantissime, non despicias, quæ scribo, quia pauca sunt, & rudia, & non tuum ingenium sublime, sed tantum animum scribentis inspice erga te, &
1 ideo, si an Iudex originis absque querela inquirat de delictis extra territorium commissis, quomodo, & quan-
2 do, † & an Baro cognoscat de delictis vassallorum extra territorium comissis vide Boer. *dec.* 270. Grammat. *dec.* 26. Cartagl. seu vt veritoria referam, Fab. de Paulis *in Margarita fisci, in fin. c.* 7. *in quæst. incip. Magna est est controuersia.* Anton. Tessaur. *in decis. Pedemont* 90. *incip. Iudex originis*, qui allegat Præsidentem hunc *in decis.* 66. nouissimè Consiliarium Tappia *in tit.* 235. *n.* 8. *in tit. de episcop. & cle. in lib. de iure Reg. Neapol.* & ad hanc decisionem adde *in decis.* 66. & 88. & 505. &
3 147. & 442. *ad quas dixi.* Et † quid iuris sit in vagabundo Iul. Clar. §. *fin. q.* 39. Tartagl. *cap.* 8. *in Margarit. fisc.* Foller. *in sua practica crimin. verb. audiantur nu.* 126. *et in constit. Capitaneorum. nu.* 55. Couarr. *in lib. practic.*
4 *qq. c.* 2. Rouit. *in pragm.* 5. *vbi de delicto.* † Item adde, quòd delictum punitur per Iudicem loci contrectationis, si contrectans saltem per vnum diem persistit in lo-
5 co, ad quem res asportauit. Hippolyt. *Sing.* 677. † secus si minori spatio temporis, & ita intelligenda est *decisio Capicij* 104. ita Bald. *in l. qui furere, ff. de statu homin.*
6 Marsil. *in l. fin. de iurisd. omn. iudic.* Item adde an, † & quando iurisd. cumulatiuè, & quando priuatiuè concessa videatur Consiliarium de Bottis, & Carau. *in l.* 1. *C. de offic. præfec. vrb.* Grammat. *consil. ciuil.* 108. Afflict. & Addentes *decis.* 41. post Bal. *in l.* 1. §. *vbi autem. nu.* 6. *C. de caduc. tol.* & Rom. *in cons.* 393. & Foller. *in prac.*
7 *crimi. laicor.* sed melius an † & quando iurisdictione speciali generali iurisdictioni derogatum videatur. Gram. *vot.* 28. & *decis.* 30. *n.* 4. & 7. Capic. *decis.* 6. *n.* 15. & nouissimè Ioseph Ludou. *concl.* 20. vbi ponit duas ampliationes, & decem limitationes omnino videndas.
8 An † autem deliquens puniatur in loco, vbi degit offensus, vel in loco delicti, vel originis, vel incolatus, nouissimè Petr. Cabal. *lib. resol. crimin. in impressis hoc anno* 1606. *cas.* 3. *incip. Quæsitum fuit doctissime,* & *cas.* 1. vbi
9 † an omne, quod illicitū est, & contra bonos mores, dicatur delictum, ita vt faciens illud puniri possit saltem extraordinariè, & punit plures casus, & *in casu* 4. vtrum
10 † statuta loquentia de delictis carnis puniendis comprehendant Iudæos, & Saracenos, & alios deuiantes à vera fide Iesu Christi Saluatoris. Domini Nostri; & Ra-

11 tio dubitandi poterat esse, quia isti† sunt de populo, & corpore Ciuitatis, quamuis non sint de corpore spiri-
12 tuali, † & ideò legibus populi cōprehendi videntur ex ijs, quę Alex. *in con. 99. vol. 3.* Qui Cabal. omnino vidēdus est quia ponit casū in facto Turcę, Mauri, Saraceni, Hæreticiq; cognoscentis Christianam, & e conuerso de Christiano cognoscente Iudęam, Hæreticam, Mauram,
13 Turcam, vel Saracenam *ad nu. 4.* † de initio delicti inspiciendo adde. An pœna delinquentis pecuniaria competat Iudici temporis delicti vel temporis sententiæ. &
14 † quid in arrendatoribus. Ias. & recentiores *in l. diuortio §. si vir. ff sol. matr.* Ioan. de Amic. *in consi. 110. incip. Ad elicita dubia.* Guido Papa *decis. 135.* Boer. *decis. 1.*
15 *1. p.* Caraut. *in l. qui explicandi, C. de accusat. & an* † & quomodo principium delicti attendatur, vel finis tàm quo ad pœnas, quàm quo ad fundandam iurisd. &
16 † quid si delictum in vno loco initiatur in aliquo, M ra. *in pract. crim. in §. vlterius. & sing. 225 incip. in delictis.* Bar. *in l. quod ait lex. ff. de adult.* Doct. *in l. Gracchus. C. eod.* Alex. *in cons. 24. vol. 2. incip. animaduersis, & consi. 75. vol. 3. incip. viso themate.* Vbi respondet, pro Domi-
17 na † castigante ancillam, vt attendatur principium ad excusandum delictum. Boss. latissimè *in tit. de defens. reor. n. 10.* qui alios infinitos allegat, quæ sunt notanda, quia quotidiana, & in facto contingentia tota die: Et
18 † de initio, medio, & fine spectandis in rebus, causis, & factis Cagn. *in l. 1. de orig. iur.* Alex. *cons. 70. in fi. 3. vol.* Tiraq. *de vtroque retract. lib. 1. §. 1. glo. 8. num. 16.* Andr. de Afflict. *in constit. Grandis vtilitas.* Paul. Fusc. Episc. Reuelli, *in Sing. 30. verb. initium.* Et hæc regula deser-
19 uit etiam in contractibus, quia† in contractibus etiam attenditur initium, licèt aliud simulate agatur. *l. 1. C.*
20 *plus val. quod agitur.* Inde,† est, quòd si tractetur de facie ideo aliquas species contractus, & demum alia fingitur ad fraudandum vicinos, leges, vel statuta, quòd
21 ipsum initium attenditur, & ideò † Iudice originis an puniat delinquentem suum vassallum extra territorium omnino lasso, g. *in racemationibus iur. racem. 6. incip. conditionis.* Clarissimos viros. Alia ad hanc decisionem, vide *in decis. 66. vbi latè.*

ADDITIO D. RICII.

Clericus vnius diœcesis delinquens in aliena diœcesi ab Episcopo loci delicti, in quo captus puniri potest, hoc dicit.

Amplia primò hanc conclusionem, quòd attenditur locus delicti, procedere etiamsi mandatum de occidendo aliquem sit datum in alio loco, & executio homicidij fuerit alibi facta, nam adhuc attenditur locus delicti Bar. *in l. si vt proponis ff. de fideiuss.* vbi sunt nonnulla notatu digna.

Amplia secundò, vt delicti locus attendatur, vt procedat etiam contra officialem regium delinquentem extra officium in territorio Baronis, nam de ipso delicto potest cognoscere Baro, in cuius territorio delinquit Cassaneus *in consuetud. Burg. rub. 12. §. 1. num. 21.* Frecc. *de sub feud. fol. 243. different. 26.*

Amplia tertiò procedere, & habere locum etiamsi delinquens sit carceratus per alios Iudices, aut domicilij, vel originis, nam de iure tenentur delinquentem remittere ad Iudicem loci delicti, vt ibi puniatur Clar. *in pract. criminali §. fin. q. 38. n. 19. ver. est autē qui testatur de communi,* & plures allegat Azeued. *lib. 3. recopilat. titul. 16. lib. 1. nu. 13. vbi subdit num. 25.* quòd etiamsi Iudex originis, vel domicilij præuenerit in cognoscendo Iudicem loci delicti, adhuc debet ad ipsum remittere, & inferius habetur omnino tenendam esse remissionis necessitatem per iudices originis, & domicilij ad Iudicem loci delicti, siue illi præuenerint, siue non Koppen *decis. 43.*

Aduertas tamen, quòd in hoc Regno Neapolit. habemus pragmaticam 1. vbi de delicto quis debet conueniri, quam pragmaticam latè exornat Nouarius *in collectan. decis. coll. ad pragmaticam,* & plures limitationes eiusdem pragmaticę habes penes Foller. *in const. Capitaneorum n. 31. cum sequent.*

Remissio autem, quæ fieri debet ad Iudicem loci delicti, quomodo sit practicanda, & quæ debeant concurrere explicat Auiles omninò videndus in *c. 27. pretor. in verbo extra quem per tot. & in verb. notificationem:* videndi sunt ad materiam Magon. *decis. Lucens. 70.* Couarr. *variar. resolutionum lib. 2. c. 2. num. 65.* Peguer. *decis. 87.* meminit Capiblanc *prag. 8. num. 252. cum seq. de Baronibus,* quos refert, & sequitur Rouit. *in comm. ad d. pragm. 1. vbi* de delicto quis conueniri debet.

ADDITIO D. NOVARII.

Hic fuit decisum clericum alicuius diœcesis extraneæ, delinquentem in aliena diœcesi esse remittendum ad Episcopum loci delicti, & ita Capiblanc. *de Baron. pragmat. 8. n. 253.* Aloys. de Leo. *in l. 1. C. de Summa Trinit. & fide Cathol. n. 6.* Ricc. *in collect. 53. decis. collect. 53.* pro cuius opinionis confirmatione faciunt late adducta per nos *in praxi elect. fori. quæst. 2. sect. 1.* & affluenter reportata in nostris *collect. decis. ad pragm. 1. sub Rubrica vbi de elec. quis conueniri debet,* ad quæ loca poteris recurrere, sortitur enim quis sortitur ratione delicti in foro iudiciali, & contentioso *c. postulasti, & c. fin. de foro competent.* vbi glo. *in verbo ratione delicti* plures tex. concordantes adducit. Vnde remittendus est reus ad Iudicem illius territorij, in quo delictum commisit *c. 1. de raptor. Auth. qua in prouincia C. vbi de crimin. agi oportet.* late Couarru. *tract. quæst. c. 11.* & hinc euenit, quòd expendens falsas monetas, vel expendere mandans in alieno territorio, ibi sortitur forum, etiam si ipse ibi non reperiatur, vt nouissimè demonstrat Farinac. *in cons. 202. tom. 3.*

Benè verùm aduertas, quòd clericus delinquens extra suam diœcesim potest puniri per Episcopum, cuius sortitur forum ratione beneficij, vel ratione originis, vel loci delicti, *cap. contingat. de foro competent.* vbi Abb. *col. 2.* Fel. *etiam col. sec.* idem Abb. *consil. 24. col. 1. & 2. lib. 1.* Bal. *in l. Senatores num. 3. de Senator.* Iacob. *in l. est receptum. in prima lectura, numer. 4. ff. de iurisdic. omn. iud. & in l. 1. numer. 14. de iud.* Ferret. *cons. 366. num. 17. lib. 2.* Io Petr. Vltramont. *in processu iud. tit. 9. numer. 62.* & ratio est, quia Clericus sortitur forum non solùm ratione originis, & loci delicti, sed etiam ratione beneficij requirentis residentiam, de qua materia latè loquitur Abb. *in cap. postulasti numer. 4. de foro competent.* Felin. *in cap. dilectus filius il 2. numer. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. de rescript.* qui duo ponunt etiam quid sit agendum si Clericus haberet plura beneficia requirentia residentiam in diuersis diœcesibus Paul. de Castr. *in l. omnes qui num. 3. C. de Episc. & Cleric.* idem Abb. *in cap. nullus num. 4. de Paroch.* Cardinal. *in Clem. Causam. 6. 1. in tertia oppositione de elect.* vbi dicit quòd Clericus potest citari in loco beneficij.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 Farinaccius, & Consil. Campana *dispungunt quartum forum, hic allatum ratione loci vbi reus plurimum conuersatur.*
2 *Constabilitur decisio remissionis clerici Cosentini ad Archiepiscopum Neap. ex prerogatiua loci delicti.*
3 *Iudicem originis, vel domicilij præuenientem praeferri iudici loci delicti sentit* D. Præses.
5 *Contra stant* D. Carleual. R. Sanfelic. R. Rouitus, & alij.

Man-

5 *Mandans, an sit cognoscendus in loco delicti consumati, vel mandati, & quid in ratum habente, aut vulnerante in aliquo loco, & in alio occidente num. 6.8. & 9.*

9 Farinacius, & P. Merlinus. & D. Capoblancus *decisionem in controuersiam reuocant, qui refutantur per* D. Rodoerium, *sed illos tuetur* Author, *& explicat decisionem.*

1 QVartam fori considerationem, & competentiam ratione loci vbi plurimum delinquens conuersatur adductam per D. meum in principio, post alias competentias ratione originis, domicilij, & loci delicti, *ex l. 1. C. vbi de crim. agi oport.* reijcit Consil. Campan. *in tract. de for. iud. resol. 13. num. 7.* vbi tradit quòd assidua conuersatio non est in consideratione, nisi quis sit per decennium conuersatus, & præsumptum domicilium constituerit ex Bois. *de for. compet. num. 72.* Clar. *in § fin. qu. 96. versic. quaro,* & Farinac. *in sua prax qu. 7. num. 5.* vbi exponit de conuersatione decennali, & non minori tempore per quod dicitur contractum domicilium, & sic dictum forum confundi, & coincidere, seu idem esse cum illo domicilij inquiunt Campana, & ante ipsum Farinac. *vbi sup.* & loco quarti fori addi potest forus vagabundi qui potest vbique puniri de delicto commisso *glos. in d. l. 1.* Grammat. *dec. 26.* Peguer. *dec. 3.*

Concertatio exorta fuit in M. C. inter Archiepiscopum Neapolis, & Archiepiscopum Cosentinum remissionis Clerici Cosentini qui recedens à Ciuitate Cosentiæ secum duxit quemdam iuuenem, & Neapoli eum occiderat, & furto subtraxit ei omnia bona, & iunctis aulis ordine Domini Proregis remissus fuit Clericus ad Archiepiscopum Neapolitanum, ex illo theoremate, quòd cum sumus in delictis tractatis, & præparatis in vno loco, commissis autem in alio, si tractans sit idem ille qui deliquit, & tractatus non tractauit cum alio, sed per se, tunc puniendus est in loco delicti, quia tractatus confunditur in sequens delictum Bart. *in l. & si am cus. ff. de adult.* & post Angel. *de malef. ver. existens Florentia num. 4.* & Beroum *qu. 98. num. 4.* firmat Farinac. *vbi sup. num. 49. vers. quod si sumus,* sed ibi aduertit, quòd si tractans est suppositus iurisdictionis loci tractatus vel ratione domicilij, vel originis, & tunc potest à iudice loci tractatus cognosci prout poterat etiam exclusto tractatu, quapropter confutabilis dici potest decisio in traditis *num. 3.* nempe, quòd Archiepiscopus Cosentinus non præuenerat iudicem delicti, & consequenter ad Archiepiscopalem Curiam Neapol. Clericus, qui in M. C. carceratus reperiebatur, remissus fuit, cum forus delicti sit ceteris potior Marian. Soc. *in cap. postulasti 3. colu. de for. compet.* & Bal. Io: Andr. & alij cumulati *num. 1.* & 3. ex illis verbis. In casu tamen de quo agitur præuentio non aderat quo casu omnino iudex cogitur remittere: verba sunt eiusdem Mariani *in dict. cap. postulasti in 3. princ. art.*

3 Diligentius ponderari debet limitatio *num. 3.* vt preferri debeat iudex domicilij si præuenerit iudicem delicti in cognoscendo ex mente Alberic. *in l. hares absens, § si quis tutelam, ff. de iud.* & aliorum quos refert Couar. *pract. qu. 11. vers. 5. in delictis,* & latius *inf. dec. 505.* & tenent Ricc. *dec. 182. par. 4.* R. Tapia *in prag. 1. num. 9. vbi de delict. agi oport.* & Farinac. *in d. qu. 7. num. 32.* qui tenet quod si iudex originis, vel domicilij præuenerit in captura, & cognitione causæ, non tenetur vllo pacto delinquentem remittere, & refellit Gomezium *var. in tit. de delict. nu. 87.* modificantem in præuenientem per viam accusationis, secus si per viam inquisitionis, dum regulariter præuentio facit silere processum iudicis præuenti, etiam si præueniens minor esset iudice præuento. Boss. *tit. de for. compet. num. 39.* Thesaur. *dec. 90. num. 6.*

4 Contrarium indistinctè sentiunt Carleual. *de indic. tom. 1. disp. 2. num. 807.* R. Santel. *dec. 68 num. 7.* & contra D. meum *decis. 505.* fusè R. Rouit. *in d. pragmat. 1.* vbi etiam post præuentionem à iudice domicilij remittendum esse delinquentem ad iudicem delicti probat, & ita decisum testatur *num. 33.* & 45. & nouissimè post Couar. *pract. qq. cap. 11. num. 6.* Anton. de Ball. *var. tract. lib. 5. pragm. 6. tit. de delinq.* vbi Curt. *resid. num. 8.* & alios D. Marott. *discept. for. cap. 7. num. 35.* de hac autem re dicam *obser. 505.*

5 Præcrius iurgium est, numquid mandans cognoscendus sit in loco mandati, vel delicti consumati, *num. 6.* resoluitur pro foro delicti, & non mandati ex Abb. *in cap. fin. 10. colum. vers. item dubitandi de mandante de for. compet.* Marsill. *singul. 404.* Angel. *de malef. ver. existens Florentia num. 2.* Foller. *in pract. crim. ver. audiantur excusatores num. 10.* Gabriel *lib. 7. conclus. 1. num. 27.* & Guid. Pap. *dec. 104.* & quòd attendatur locus delicti commissi, & non mandati, itaut quis puniendus veniat à iudice delicti commissi, licet alibi acceperit, seu dederit mandatum de faciendo homicidiũ, per M. C. V. decisum ita Vrsill. ad Afflict. *dec. 219. num. 3.* per doctrinam Bart. *in l. si vt proponitur,* & ibi Paul. de Castr *ff. de fideius.* & Vrsillus allegat Baldum *in consil. 154 lib. 1.* dicentem quòd vterque iudex possit puniri, vnus de tractatu, alius pro consumatione delicti, & illum reijcit, ea ratione, quia tractatus confunditur cum delicto consumato, Marott. *vbi sup. num. 24.* D. R. de Marin. *lib. 1. resolut. 170. num. 27.* vbi ita consuluisse tradit, & D. Rodoer. *in addit. num. 19.* vbi reijcit Farinacium, & P. Merlinum dessidentes.

Ad confirmationem adducitur, quòd ratificans delictum alibi cõmissum debet puniri in loco delicti Clar. *§ fin. qu. 38.* Marian. *in cap. postulasti de for. compet. num. 9.* Farinac. *vbi sup. num. 50.* & ratihabitio æquiparatur mandato, vt *ex regula 10. de reg. iur.*

6 Propensius, quia si quis vulneret aliquem in vno loco, & occidat in alio potiorem esse iudicem loci homicidij tradit Franch. Molin. *de brach. secul. lib. 3. cap. 39. num. 3.* quia vbi initium est illicitum & delictum consumatum est in alieno territorio, attenditur finis, & non principium, vt ex Bart. Bald. Angel. & Salyc. Alex. *con. 75. volum. 3.* cùm vnum sit delictum, & pœna vulneris confunditur, & absorbetur à pœna homicidij ex traditis *num. 5.*

7 Oppositum tenent alij quod necesse non sit mandantem, & mandatarium puniri à iudice delicti, neque remitti mandantem, ad illum, & vtrumque posse puniri, ita Bald. *in l. non ideò minus in fi. C. de accusa. & in cap. 1. in vlt. colum. de controu. feud. aper.* Alex. *in l. 1. ff. de quibus rebus ad eund. indic. eat.* Angel. *de malefic. ver. Sempronium mandatorem num. 109.* Boss. *de for. compet. num. 109.* & quòd non sit concedenda remissio ad iudicem mandatarij iudicatum testatur Bald. *in d. l. non ideo minus,* & Bossius refert Senatum cum d. opinione iudicasse, & firmiter tenet, quamuis prius dubitauerit, & contra primam sententiam propugnaciter decertat Farin. *vbi supra num. 47.* & sequitur P. Merlin. *cent. 1. controu. cap. 80. num. 21.* & ratio est euidens nam si iudex originis, vel domicilij est competens in cognoscendo aliquem etiam delinquẽtem extra suum territorium, quanto magis erit quis competens ratione mandati, etiam quòd mandatarius alibi consumet delictum, Capoblan. *pract. qq. super pragmat. 8.* de Baron. *tom. 2. cap. 61. per tot.*

8 Non perturbat argumentatio à ratihabitione, quia uel est propriè, & formaliter mandatum, & potest ratione illius cognosci à iudice mandantis, aut non est formaliter mandatum, sed ei æquiparetur, vt *in d. regula 10. de reg. iur. in 6.* dum ratihabitio non est causa physicè, & realiter influens in rem, cum debeat causa præexistere effectui, & consequenter non valet crimen patratum, vel damnum præteritum causare, sed habet se vti causa finalis, impulsiua, ita vt ratum habens delictum suo nomine consumatum ad restitutionem non teneatur sicut mandatarius cùm non sit causa, vel concausa influens in delictum præcedens vti posterior tẽpore effectu, Less. *de iust. & iur. cap. 13. dub. 3.* ita probat Barth.

Bart. à S. Fausto *de restit. p. 1. q. 65.* quidquid velit Nauarr. *in summ. c. 17. n. 234. & c. 27. nu. 233.* vbi tenet ratum habentem damnum patratum suo nomine teneri ad restitutionem sicut ratam habens percussionem clerici incurrit in excõmunicationem ex *c. si quis de sent. excomm. in 6.* & à fortiori arguit ad restitutionem, quia respondetur non incurri, in excommunicationem ex natura rei ex causalitate, & influxu in percussionem, sed ex iure positiuo, quod ita statuit: addo contra Nauarrum Vasq. *in opusc. de restit. c. 9. n. 1.* Baiard. *ad Clar. q. 38. n. 15.* vbi quod punitur in foro externo pœna extraordinaria, proinde censeo posse puniri ratum habentem à iudice loci ratihabitionis, nec efficitur irregularis ratum habens homicidium Suar. *de censur. dis. 44. sect. 3. à n. 23.* vbi quòd non est propriè mandans, sed quasi fictione iuris.

Minus refragatur obiectio de vulnerante in vno loco, & occidente in alio, vt puniendus sit à iudice homi-
9 cidij consumati, quia dicta assertio est contra *tex. in l. 1. C. vbi de crim. agi oportet.* & ibi interpretes Bar. *in l. dominus, ff. de furt.* Abb. *in c. postulasti de for. comp.* Felyn. *in c. fin. de for. compet.* Marsil. *in l. vnica. C. de rapt. virg.* qui Auctores ex *d. l. 1.* docent vtrunque iudicem tam inchoati, quam consumati delicti esse competentẽ contra reũ præsertim cùm delictũ inchoati in vno loco tam respectu agentis, quam patientis, vt in exemplo de vulnere Farinac. *vbi sup nu. 46.* vbi quòd licet vnum reputetur delictum, attamen in vtroque loco commissum videtur, & vtrique iudici facta iniuria Io: And. *in c. in obscuris de reg. iur. in 6.* R. Merlin *in d. controu. 80. n. 19. & 20.* qui reprobat Molin. in contrarium adductum & hanc opinionem tenet D. meus ex Bald. *in l. fin. C. de eunuch.* & Apostilla ad Guid. Pap. *dec. 104.* quos refert, & sequitur *n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Melioramenta si quis non fecerit in re, si conueniatur hypothecaria, totum creditum offerre tenetur, etiam quod res obligata sit minoris valoris, secus si fecit melioramenta, cum seq.*

3 *Aestimatio rei pignoratæ venditionis tempore, vel tempore, quo possessor hypothecaria conuenitur, consideretur, & n 5. decisio.*

4 *Augumentum accedens fundo, loco pignoris detinetur & n. 6. declaratur.*

5 *L. in fundo. ff. de rei vend. non procedit quando possessor conuenitur hypothecaria.*

DECISIO XXXVIII.

Creditor vendicans rem sibi hypothecatam totum valorem meliorationum non impensam dumtaxat, vt vendicante domino, persoluere tenetur.

Hypothecaria conuentus nullis interim factis meliorationibus totum creditum offerre tenetur, secus factis meliorationibus, quia tunc possessor liberatur offerendo rei ęstimationem etiam minorem credito tempore obligationis.

IN causa Didaci de Ruiz petentis dotes maternas, & auitas iure assistendi virtute instrumenti dotalis super domibus possessis per Lanfredinum Acciaiolum, & per eundem Lanfredinum melioratis, subscriptæ conclusiones firmatæ fuerunt.

1 Prima conclusio est, † quòd conuentus actione hypothecaria, non fecit meliorationes in re per eum possessa, vt possit se tueri aduersus creditorem, & retinere rem, tenetur offerre totum creditum etiam, quod res obligata sit minoris valor. *l. tuto. §. Lutius ff. de vsu.* concord. per Neguſ. *in tractat. pig. in 2. memb. tertij membri 5. par. particularis, numer. 17. vers. 6. requiritur.* non enim liberatur possessor offerendo æstimationem, seu valorem rei, sed totum creditum tenetur offerre, vt idem Neguſ *in 4. membro dicta 5. part. n. 21. vers. sed difficultas insurgit*, vbi late discutit de veritate eorũ, quæ consuluit Soc. *con. 224. eleganter, in fin. 2. vol.* & tenet contra eum optimis rationibus, licet Aym. *cons. 290.* Firmius, 10. *col. vers. 2.* respondeo, apparentibus rationibus teneat opinionem etiam non factis meliorationibus, pro vt infra sufficere oblationem valoris rei hypothecatæ.

2 Secunda conclusio recepta fuit, † quòd quando res empta meliorata fuit, hoc casu possessor liberatur offerendo rei æstimationem, etiam quòd dicta æstimatio non ascendat ad id quod debetur ex decisione Bart. *in l. 2. C. de prad. nauicul.* Neguſ. *in d. 4. memb. num. 21.* & Did. Couar. *lib. 2. var. res. c. 8. n 2.* vbi plenè discutit materiam Michael Pelaez. *in tract. Maior. in 4. p. q. 23. in fine n. 18. & n. 14.* Barbarosa *in l. diuortio §. fin. in 2. p. n.*
3 *27.* vbi de decis. meminit. Sed dubitatum fuit, † quomodo intelligitur ista æstimatio, scilicet an habito respectu pro vt res valebat tempore venditionis, deducto pretio meliorationum manufactarum: an verò prout valet habito respectu ad præsens tempus, vt puta, quia res fuerit aucta pretio ex tempore, vltra valorem meliorationum manufactarum, Paul. de Cast. *in l. si conuenerit, §. si fundus, ff. de pig. act.* videtur tenere, quòd sufficiat offerre primam ęstimationem, & sũ videtur tenere Bar. vbi supra. Insuper reperio addita manu Iacobutij Franchis Regij Consiliarij, mei patrui magni, ad Paulum de Castro. *in d. §. si fundus hac verba.* In Consilio practicatur, vt audiui à Domino Antonio de Ianuario, quòd totus fundus cum augumento detinetur
4 loco pignoris. † Adiudicatio tamen fit pro eo solùm, quod valebat tempore obligationis Neguſa *in dict. 4. memb. n. 21.* & Couar. *vbi supra. sub n. 3. vers. cæterum.* concludunt debere attendi valorem præsentis temporis deducto pretio meliorationum per possessorem factarum, & secundùm hanc opinionem iudicauimus,
5 † quòd pretium augumenti causati ex tempore, cedat in beneficium creditoris, cui de pretio prædicto sit satisfaciendum pro eius creditore: & possessori sufficiat, quòd postquam ipse fecit meliorationes, releuetur, quòd non teneatur offerre totum creditum.

Nec decisiones allegatę sunt contrariæ huic decisioni, quia intelliguntur in casibus, in quibus deducto pretio meliorationum manufactarum, valor rei ex tempore non est auctus, quia si auctus esset ex tempore, & nõ ex facto possessoris, cederet in beneficium creditoris. Et hoc optimè declarant Parisi. *in tit. de mater feud. §. 1. in gl. 5. in vers. iasi ef. n. 82. vers. hanc decisionem, fo. 39. 3. col. & dec. Sacri Consilij*, de qua Antonio de Ianuario, rectè procedit in simplici actione in hypotecaria, & hæc opinio habet vltra iuris dispositionem magnam æquitatem. Consulitur enim creditori, qui habet pretium rei prout hodie valet, & cui nihil abest de pretio, & releuatur possesor, qui retinet rem, in qua ei forsan affectio caderet. Et secundùm hanc opinionem, nouissimè iudicauit Rota Florentina, vt refert Hiero. Magon. *in decis. 51. per totam* vbi de hac decis. non meminit, & relata hac decisione ita tenet Menochius *lib. 3. præsump. in præsumpt. 32. n. 8. in fin.*

Item aduertendum, quòd aliàs in Sacro Consilio fuit dubitatum, *si tex. in l. in fundo. ff. de rei vend.* quo cauetur, id tantum, quòd impensum est, reficiẽdum esse possessori, non id, in quo res melior facta est, procedat tantùm, quando fundus vendicatur à domino, an etiam quãdo agitur iure hypothecæ super fundo? Et fuit decisũ contra creditorem posse prætendi deductionem totius valoris meliorationum. Referente Domino Vitello de quo vide plenè *decis. 456. vers. fit tamen.* Et aliàs fuit dubitatũ, an meliorationes factæ iure dicantur obligatæ, & fuit decisum, quod sic per *tex. in l. Paulus. §. damus. ff. de pig.* verùm est faciẽda restitutio pretij, quo res obligata est facta pretiosior, iuxta dispositionẽ illius tex. & ratio est, quia meliorãtes cedũt solo obligato effectus est maximus, & vide *in dec. sup. vbi plenè de hec.*

A D-

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde quòd secundùm hanc decisio. iudicauit Rota Florentina secundùm Magon. *in decis.*51. & sequitur idem Magon. *in eadem decis. Florent.9. num.*26.& Viuium in *opinion.*496 *par.*2. & nouissimè sequitur Ludou. Morot. *in tractat. de iure offerendi numero* 7.8.

Num.3 Adde quòd idem prosequitur Marta *in voto* 13.*&* 122. *vtrobique in fine.*

Num.4. Vide Morotium *in d.tract. num.*72.

Num.5. Adde Menoch *in tractat.de præsumpt.lib.*3. *cap.*32.*num.*8.*in fin.*vbi hanc decis. allegat, & Morotium *vbi sup.num.*70.

In eadem decis.in fin.ibi an meliorationes, Vide Ias. *in l.creditor.num.*6.*ff.si cert. petat.*Nicosa. *de pignor.*4. *membr.*5.*part.* omninò hunc insignem Dominum *in dec.*459.506.*num.*10.19.26.

Verum qui fecit meliorationes præfertur cuicumq; creditori hypothecario quantumuis priuilegiato, & ita per *d.§.domus* tenet Glot.Paris.*in §.*1.*glos.*5.*nu.*94. *& seq. &* *gl.*8.*num.*31.quod intellige in bonis melioratis, non alijs secundùm Surd.*dec.* 311.*num.*7. & continent scripta per Iosep.Ludou.*in dec.Luca.*7.*numer.*11. 12.& Caualc.*dec.*28.*in addit.n.*5.*in fi.p.*1.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Aestimatio rei qualiter soluatur secundùm meliorationes, vel secundùm pretium solutum tempore emptionis.*
2 *Possessor qualiter debeat offerre creditori petenti assistentiam, & num.*3.*&* 4.
5 *Meliorationes an compensentur cum fructibus, & quis modus sit opponendi, & num.*6.
7 *Exceptio meliorationum quando impediat executionem, & num.*8.
9 *Meliorationes sunt naturales, industriales, & mixta.*
10 *Meliorationes an debeantur emphiteutæ, & heredibus.*
11 *Fundus quando dicatur melioratus.*
12 *Emphiteuta an diruat meliorationes.*
13 *An emphiteuta destruens priuetur emphiteusi?*
14 *Pretensio an detur pro meliorationibus, & quæ probanda.*
15 *Quomodo impediatur executio per meliorationes.*

AD hanc decisionem adde Vrsill. *decis.* 87. vbi
1 latissimè, & ibi † an sit soluenda æstimatio
rei, super qua tentatur assistentia, prout valebat tempore emptionis, vel prout tempo-
2 re sententiæ, † & an meliorationes æstimentur secundùm impensam factam, vel secundùm meliorationem,
3 & pretium rei adauctum,& † an possessor, qui refecit meliorationem, possit offerre primam æstimationem, habita consideratione meliorationum deinde factarũ,
4 *& in decis.*199.vbi quòd † possessor tenetur offerre totum debitum, & non valorem rei, *num.*3. & hoc vt li-
5 beret rem hypothecatam à nexu obligationis. An † autem meliorationes compensentur cum fructibus, &
6 quis † sit modus opponendi. Aym *cons.*298.*num.*16. Couarru.*lib* 1.*var.resol.cap.*8.omnino videmus. Sed
7 nota, quòd † exceptio meliorationum tunc impedit sententiæ executionem, quando in sententia fit mentio, quòd deductis meliorationibus sententia executio-
8 ni sit demandanda, † sed si non est dictum tunc sententia executioni demandatur præstita cautione, & opponens exceptiones auditur,ita practica M.C. Tartagl. *cap.*6.*num.* 10.ibi: sed an exceptio. Vide omnino Iosep. Ludou.*in dec.Perus.*34.*incip.* D. Philipp. *& dec.*24.*incip.* D.Sabba,*& decis.*58.*incip.Rustici quidam*, vbi la-
9 tissimè † de materia melioramentorum naturalium, industrialium, & mixtorum, videlicet naturalium per alluuionem, vel incrementum, industrialium opera, vel industria, & mixtorum, & quomodo iudicandum,
10 & Benitend.*in dec.*77.*incip.Capta fuit.* † An autem melioramenta debeantur emphiteutæ, vel suis hæredibus, finita emphiteusi absque culpa, & delicto emphi-
11 teutæ, † & an fundus dicatur melioratus, quando ædificia vetustate collapsa sunt restaurata. Surd.*in dec.*78.
12 *incip.Ob diruta*, vbi † decisum est, non licere emphiteutæ domum à se exstructam demoliri propria autho-
13 ritate, & *dec.*300.*incip.dicebant.* vbi † in emphiteuta, qui destruit domum à se exstructam priuari debet emphiteusi, & dicit hic Præsidens infra, *in sua decisio.*110.
14 † Quando autem detur retentio pro melioramentis, & quæ sint probanda, & æstimatio an sit facienda, prout valent tempore restitutionis, uel prout impensum est tempore impensæ, & quid si sunt impensa quinquaginta solùm, & fundus est melioratus in centum,vtrum omnia centum repetantur,vel solum quinquaginta DD.*in l.fundo,ff.de rei vend.per glos.ibi,in verbo, plus pretij*,vide Paul.Fusc.*Sing.*16. *in verb. meliorationes.*Capic.*dec.*23.Thessaur *dec.*251.*incip. Melioramentorum*,& nouissimè Gram.*in decis.Marchia dec.*225 *incip.Quoad meliorament.*alia videas per te ex hoc Præsidente *in dec.*112.ad quam dixi, *& in dec.*456. *&* 527.*infrà,& in suo* 4.*volum.* doctissimè & Barzium *in dec.Bonon.*nouissimè 23.post Ludou.*in dec.*24.*Perusia*,& Præsidentem hunc in *dec.*191. & Iallong.*racem.* 110.nouissimè, *incip.In occurrentibus, & racemat.* 151 *incip.Non tam nodosè, & tam durè*, qui allegat Magon.*in dec.Florent.*9.*num.*6.*dec.*49.*num.*24.*& decis.Luca* 33.*num.*27.*&* 65.*num.*13.& Surd.*in dec.*277. *num.*14.*&* 311.*num.*7. & doctissimè idem Iallong.*in*
15 *racemat.*31.*incip.Persæpè.* quæstionem facit, an, † & quomodo per exceptionem meliorationis, vel possidens, vel tertius creditor executionem primi creditoris valeat impedire per retentionem, uel alio modo. Ad hanc *dec.*38. nouissimè adde Ioan. Bapt. Cost.*in tract. de ration.rata,quæst.*81.*num* 7. Couarru.*lib.*1. *variar. resolut.cap.*8.*num.*2. *&* 3. doctissimè, qui optimè loquuntur tàm Couarru.quàm Cost. *in d.trac.nouissimè impresso hoc anno* 1606.& vide Lancellot.Gal.*Consul. sua* 113.vbi de hac decis.meminit ad hanc decisionem, *& in dec.*456.*num.*4. ibi: fit tamen, *& dec.*506. Compensatio melioramentorum cum fructibus non fit per emptorem, nisi à die litis contestatæ citrà,propter titulum, & bonam fidem,quia illa fecit vt dominus,& non nomine alieno Borgnin.nouissimè *in decis.Fin:Zz.*27. *num.*80.*par.*2. An autem pecunia deposita per scholarem pro Doctoratu consequendo,possit sequestrari per creditorem ipsius,maximè,si recepit puncta tentatiua, Borgninus.*dec.*52.*par.*5. Laus Deo.

ADDITIO D. RICII.

CReditor vendicans rem sibi hypothecatam totum valorem meliorationum, non impensam dumtaxat, ut vendicanti domino persoluere tenetur, hoc dicit. Hinc Masull.ad Capic.*dec.*202. dixit, quòd conuentus actione hypothecaria si non fecit meliorationes in re possessa offerendo creditum etiam, quòd res possessa sit minoris valoris liberatur allegat text.*in l.tutor, §.Lucius, ff.de vsur.*Negusan.*de pign.secundo membro, tertii membr.*5.*part. principalis numero* 17. Sed quando fecit meliorationes possessor offerendo rei æstimationem etiam, quòd dicta æstimatio non ascendat ad id, quod debetur liberatur, auctor noster *decis.*456.

Notandum est etiam,quòd meliorationum causa est fauorabilis ita, vt propter eas detur melioranti retentio rei petitæ, donec melioramenta fuerint soluta, *l. si in area ff.de condict.indebiti. Glos.magist. in l. in fundum, ff.de rei vendic.* quæ tamen limitantur non procedere

cedere aduersus anteriorem hypothecam habentem, vel contra mulierem specialem, & priuilegiatum hypothecam habentem, vt fuisse decisum in Senatu Pedemontano refert Gaspar Thes. *quest.71.p.1.*

Aduertendum, quòd quando impensæ, & meliorationes sunt excessiuæ, & dominus quærens recuperare fundum non potest eas reficere, aliquibus placuit non esse restituendas meliorationes, quos refert Tiraq. *de retract. conuent. §.7. glo.1.n.5.* alij voluerunt, quòd dominus rei melioratæ relinquat melioranti rem ipsam, qui ex annuis redditibus sibi soluat, quos allegat Valas. *de iure emph. q.25.n.10.* & ita seruatur apud omnes.

Dubitari etiam potest in hac materia melioramentorum æstimatio qualiter facienda sit, & quale tempus inspici debeat, & in hac quæstione, & controuersia distinguerem inter expensas voluptuarias, & necessarias, & primo casu procedit opinio Thesauri primo loco relata *in decis.* 251. quando verò agitur de impensis necessarijs procedit altera Thesauri opinio ibidem relata, & cum hac distinctione transiuit Senatus Pedemontanus in nonnullis causis, & de melioramentorum æstimatione vide quæ doctè scribit Men. *in addit. de arb. cas.* 258.

ADDITIO D. NOVARII.

Conuentus actione hypothecaria, si non fecerit meliorationes in re totum creditum offerre tenetur, etiam quòd res obligata sit minoris valoris, secus si fecerit meliorationes h.d. & ita nouissimè Compendium *decis. Neapol. in verbo Conuentus*, sicque aliàs fuit obseruatum in Magna Curia Vicariæ in causa Antonij Calæ de anno 1619. iuxta quam opinionem ego consultus quandoque respondi. Ricc. *collect. decis. collect.* 150. & *collect.* 2050.

Et videatur idem D. Ricc. *in dec. Curia Archiep. Neapol.* 263. *par.* 2. vbi quòd melioramenta faciens in re quam possidet, si conueniretur super ea hypothecaria posset offerre agenti æstimationem rei absque meliorationib. & sic meliorans proprijs impensis rem ipsam emptam, sed alteri obligatam, si euinceretur deberet absolui ab actione hypothecaria, qua extiterat conuentus, & liberaretur præstando primam æstimationē rei detractis melioramentis prædictis, allegat inter alios Viu. *in opin.* 496. Morot. *de iur. offerend. n* 7. & 8. & Magon. *in decis. Florent.* 51. testando sic fuisse decisum in ipsa Curia Archiepiscopali, quibus addo Vrsil. *in addit. ad Afflict. in decis.* 199. *sub n.*3. qui sic in terminis in Sacro Consilio decisum refert sequitur, Ascia *in determinat. siue decis.* 89. *n.*5. quos nouiter recenset Compendium *decis. Neap. in verbo possessor*; licet aliter esset agendum, si conuentus actione hypothecaria non fecerit meliorationes in re per eum possessa, nam vt possit se tueri aduersus creditorem, & retinere rem tenetur offerre totum creditum etiam quòd res obligata sit minoris valoris. *l. Tutor. §. Lucius. ff. de vsur.* cum alijs adductis per Ricc. *vbi supra*, qui de hac decisione nostri Authoris facit mentionem, & illam sequitur, & ita etiam Marta in suis Digestis Nouissimis *tom.1. tit. ius offerendi fol.*312. *col.*2. *vers. conuentus.*

Sed ad materiam meliorationum non desinas omninò videre Marescot. *in lib.*2. *variar. resol. c.* 109. vbi recenset, quæ sint meliorationes necessariæ, & quis possessor illas deducat *cap.* 110. vbi quæ dicantur melioramenta vtilia, & quando deduci possint copiosè declarat *cap.* 112. vbi an, & quando pro impensis, & meliorationibus retentio concedatur accuratè explanat, de quo etiam Ric. *in decis. Curia Archiep. Neap* 176. *par.* 2. & *ca.* 113. vbi eleganter discutit, an pro melioramentis actio concedatur, & qualis, *cap.* 114. vbi æstimatio melioramentorum quomodo sit facienda, & quod tempus inspiciatur eruditè demonstrat.

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Possessor totum creditum offerre debet creditori agenti hypothecaria deiectis* Crauetta, Socino, Marescotto, & Vrsillo, *n.*2. *sed quid si pro adiudicatione mota esset assistentia, n.*3.

4 *Melioramentorum ratione possessor potest offerre valorem rei, & iuxta quod tempus, &* Salgadus *& alij se opponunt decisioni n.*5.

6 *Augmentum meliorationum, an cedat in beneficium meliorantis, vel creditoris, & labitur assertum* D. Præsidis.

7 *Meliorationes quæ sunt in re obligata dicuntur obligata* Statil & Merlino *refutatis cum opinione m... dis* D. Capiblanci.

1 Procelloso in æquore modò nauigandum erit in specie iuris offerendi reflantibus ventis opinium oppositarum, & ad institutum deueniēdo, prima conclusio firmat, quòd possessor conuentus hypothecaria si non fecit meliorationes in re possessa ad hoc, vt possit se tueri aduersus creditorem, & retinere rem etiam quòd sit minoris valoris totum creditum offerre debet explosa opinione Crauet. *cons.* 298. addo pro D. meo Merend. *lib.* 12. *contr. num* 8. *n.*4. Merlin. *de pignor. lib.*4. *cap.*81. & iura sunt *in l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. l. mulier. & l. potius. §. fin. ff. qui potior cum similibus.*

Contra stant Soc. *con.*224. *lib.*2. Marescott. *var. lib.* 2. *cap.*136. *n.*11. Vrsill. ad Afflict. *in dec.*199. *n.*4. qui volunt posse offerri extimationem rei a possessore, & præsertim Socinus allegat *tex in l. communi diuidundo. §. inter eos, ff. comm. diuid.* vbi datur licentia possessori conuento offerendi litis extimationem, quæ respicit pretium ipsius *l.* 1. *ff. pro empt.* & ad iura contraria respondet, illa esse intelligenda, quando extimatio rei excedit debitum prout est secundùm communiter accidentia & Socinum refert, & sequitur Vrsillus *per tex. in c. ex litteris, de pignor.* & ibi Imol. & Abb. edisserens quòd hæc opinio sapiat æquitatem, & procedat naturali ratione, dum creditor non censeatur agere contra possessorem, vt totum debitum ab eo consequatur, sed tantùm rei extimationem, & quod reperiatur hæc opinio decisa de iure canonico per *d. c. ex litteris*, & leges contrariæ, vel procedant quia res possessa sit maioris pretij, vel possessor sit pariter debitor, vel hæres debitoris, vt in *l. fin. C. si vnus ex plurib. & l. fin. C. de iur. domin. impetr.*

Verùm enimuerò primam recipio sententiam iuxta quam decisum pluries per S C. refert idem Vrsill. *d. nu.* 9. & argumentis Socini, & Vrsilli satisfacit Merlinus *vbi sup. d. q.*81. *per tot.* vbi negat controuersiam decidi in fauorem possessoris in *d. c. ex litteris*, sed fuisse petitum condemnari detinentem rem nomine debitoris pro eo, quod detinebat, & decisionem hanc latè comprobat.

3 Subnascitur difficultas quando intentatur assistentia ad finem adiudicandi numquid possit possessor æstimationem offerre, & Vrsillus *num.*3. tradit in contingentia facti defensas fuisse partes possessoris per *tex. in l. ex diuerso §. petitor, ff. de rei vendic.* & Negusan. *de pign. in* 4. *memb.*5. *p.* & sentit liberari posse rem ipsam per solutionem pretij siue litis æstimationis per *d. §. petitor.* R. Sanfel. *in dec.* 10. *n.*64. in his terminis videtur sequi Socinum *per d. §. inter eos*, & quamuis Socinus reiectus sit per Merlinum, & Vrsillus referat pro creditore iudicatum

pertinebant ex linea paterna dicto quondam Fabio? Dubium faciebat, quia dictus Fabius adierat hæredita-
2 tem matris absq; beneficio inuentarij, † quo casu actio petendi dictum pretium videtur confusa, per text. *in l. debitori tuo C. de pact. l. Stichum. §. additio, de sol. vbi gl. allegat concordan. & per tex. in l. debitor, ad Trebel.* Contrariũ fuit decisum, me referente, quòd hęredes Fabij possint retinere dictos introitus per eum reemptos, donec ei fuerit satisfactum de pretio soluto pro reem-
3 ptione predicta. Non enim ipsi hæredes agebant, † quo casu posset dici, actionem extinctam esse, sed retinebant, & in casu retentionis iura prædictam non procedunt *in l. debitori tuo col. 2. vers. extra oppositiones* sequitur ibi Dec. *in 1. notab. ver. dicit tamen Bald. hic*, qui dicit hoc esse notabile, & infert ad ea, quę Paul. de Cast. dicit *in l. ita tamen. §. si ex Trebelliano. ff. ad Treb.* vbi concludit, dispositionem *in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber.* procedere respectu creditorum, & legatario-
4 rum, secus est respectu fideicommissariorum, † quia fideicommissum non potest transcendere vires hæreditarias, & ideò æs alienum detrahitur *l. cohere §. cum filia. ff. de vul. & pupill. cum alijs*, quæ allegat Aym. *cons.* 144. *vol.* 1. Ruin. *cons.* 67. *circa casum, in fi.* 2. *vol.* plenè Rol. à Valle *tract. de confec. inuentar. in 8. vol. tract. de nouo impressum in c pone hæres grauatus. fol.* 194. Mar. *cons.* 39. *n.* 4. *super* 2. *dubio*, & hic videtur casus, de quo agitur, quia hæredes Fabij defuncti sine filijs ab intestato, tenentur restituere bona materna proximioribus ex parte matris, ex quibus deducent sibi debitum, & hoc
5 casu etiam deseruit id, quod Capiċ. dicit *decis.* 195. † quòd quando hæreditas alicui deuoluitur reuocabiliter non confunditur actio allegat Pau. de Castr. *in d. l. debi-*
6 *tori tuo*. † item actionem non fuisse confusam, & maximè stantibus consuetudinibus Ciuitatis Neapo. tenet Neap. *in consuet. si quis, vel si qua in vers. à matre saltem de actione datiua*, quæ datur ex illa consuetudine, & deseruiunt, quæ in simili Sacrum Consilium iudicauit teste Afflictio *in decis.* 237. & pro hac decisione facit bonus tex. *in l. Lucius. §. Titia. ex asse. ff. ad Treb.* vbi etiam gl. & Alber. de quibus *infra decis.* 450.

ADDITIO D. VISCONTI.

Vide infra *decis.* 450. *par.* 3.
Num. 3. Adde Aym. Crau. *cons.* 165. *n.* 3. Gab. *con.* 122. *in fi. & cons.* 224. *col.* 1. *vol.* 2.
Num. 4. Adde Vrsil. *in decis. Afflict. hic allegat.* 237. *post n.* 2.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Actio per aditionem confunditur, non pro tota, sed pro quota.*
2 *Hinc pro portione hæreditaria pro residuo agi potest.*
3 *Actiones quando confundantur, nec ne, & vide in fine decis.* 89.
4 *Rei vendicatio, an confundatur, si inuentarium non conficitur per hæredem.*
5 *Hypothecaria actio neque confunditur.*
6 *Feudum redemptum vigore pacti de retrouendendo antiquum remanet.*

AD hanc decisionem adde infra *dec.* 64. *n.* 23. *in fin.* vbi idē, & benè, & de confusione actionis per aditionem hæreditatis, vide *in decis.*
1 80. sed auerte lector quòd † actio ipsa confunditur non pro tota, sed pro quota. Costa, *de ration. rata* Pellicia *in consuet. Auersa c.* 8. *n.* 182. qui doctè lo-
2 quitur, & de hac decis. meminit. Et inde est, quòd † pro portione hæreditaria pro residuo agi potest absque dubio confusionis. Rot. Auen. *in dec.* 45. *in dec.* 69. *diuers.* Rol. à Val. *cons.* 65. *volu.* 2. Capic. 595. Boer. 57. Afflı. 26. Gram. 103. *n.* 103. & Præsidens hic noster, *in dec.* 307. *n.*

4 14. Alia ponit nouissimè post Monticulum quando †
confundantur actiones, & quando non Phan. *in tract.*
3 *de Inuen. p.* 5. *n.* 14. *p.* 8. *n.* 84. *& seq.* vbi an rei † vendicatio confundatur si inuentarium non conficitur per ipsum hæredem, nec confunditur hypothecaria, prout voluit Grat. *cons.* 86. *vol.* 2. Parif. *cons.* 25. *&* 69. *lib.* 2. & Rolan. à Valle. *cons.* 65. *volum.* 2. Ideò videndus est ipse Phanuc. *à n.* 83. *ad seq. Ad nu.* 4. *ibi fol.* 144. *adde* Marc. Ant. *cons.* 49. *super.* 2. *dub. n.* 4. *& seq. ad n.* 6. adde Præsidentem *in decis.* 87. 92. 295. 486. & de confusione actionum *in dec.* 60. *& ad nu.* 1. adde Palaez. *in tract. Maiorat. nu.* 46. Marcab. *cons.* 29. *nu.* 64. *& cons.* 34. *& in dec.* 450. Dec. *cons.* 88. & nouiss. Moro. *cons.* 39. doctiss. loquentem. Ad nu. 1. huius decisionis, quòd bona demum redempta per hæredem quòd remanent antiqua, *Adde glo. Parisiensem, §.* 41. *n.* 21. & ideò Triccia *in authorit.* 3 *n.* 14. *in lib.* 2. *sub feud.* dixit feudum redemptum vigore pacti de retrouendendo, antiquum remanere, & releuium deberi, sed de hoc videnda est *Glos. in §. peccato, nu.* 18 19. *& seq.* quæ videtur contradicere, sed videndi sunt recentiores ad Capic. *in decis.* 194. *in fi.* Anna Consiliarius omnino. *cons.* 4. *in fi.* & an bona vendita cum pacto redimendi, veniant in restitutione fideicommissi Marzar. *q.* 1. *n.* 17. *de fideicommissis.*

ADDITIO D. RICII.

REdditus materni reempti per filium reincidunt in pristinam causam scilicet, vt debeantur proximioribus matris, ipsa matre mortua, & filio ex consuetudine. Neapolitana, hoc dicit ad hanc decisionem vide quæ latè dixi *in decis.* 349. *p.* 3.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Bona redempta num dicantur antiqua cum dubitationibus* Authoris. *num.* 2.
2 *Recuperata censentur bona de pecunia reementis etiam si fuisset hæres sine inuentario.*

1 REemptio bonorum venditorum cum pacto de retrouendendo per defunctum opposito nō dicitur noua acquisitio, sed bona redempta dicuntur antiqua, & spectant ad proximiores defuncti vigore statuti, vel consuetudinis, aut fideicommissi ordinati, ita D. meus, & in simili statuto decisũ refert Fontanell. *de pact. nup. claus.* 4. *gl.* 18. *p.* 5. *n.* 6. quę refert, & sequitur Bottilier. *de success. tit. de exclus. parag. & mascul. theor.* 74. *n.* 10. Dec. *con.* 43. Cagnol. *in l.* 2. *C. de pact. inter. empt. & vēd. n.* 170. & in specie fideicōmissi nempe quòd bona redēpta per grauatũ restitui debeant fideicommissario plenè Fusar. *de subst. q.* 665. & in terminis feudi Larath. *in thea. feud. p.* 12. *decid.* 70. *& seq.* & Fusar. ampliat ex Farin. *dec.* 190. *p.* 1. etiam si lapsum esset tempus ad retrouendendum.
Dices procedere quando pactum de retrouendendo concipitur verbis directis, sed aliter si verbis obliquis, quia tunc dicitur nouus contractus, & debetur gabella Parlad. *lib.* 1. *rer. quotid. c.* 3. *§.* 6. *n.* 1. Gutilier. *de gabel. q.* 10. *n.* 10. Acosta *de priuil. cred. reg.* 1. *ampl.* 2. *n.* 10. & in primo casu erit distractus Larrea *dec. Granat.* 59. præterea si retrouenditio fiat nouo pretio adhuc dicitur nouus contractus ex Bal. Angel. & Paul. *in l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vend. & decis.* Reuert. impressa penes Capan. *de iur. adoha in q.* 63. de his autem dicam *obs.* 64
Indubitatum autem est, quòd bona censentur re-
2 dempta de pecunia reementis etiam si fuerit hæres sine inuentario cui debebitur pretium ab ijs quibus

debentur bona, ut edocet D. meus & post alios Fusar. *vbi sup.* ex quo respectu creditorum, & legatariorum est necessarium inuentarium secus respectu fideicommissariorum, ex quo hæres grauatus non tenetur conficere inuentarium, nisi fit ad instantiam illorum.

SVMMARIVM.

1 *Ingredientium bona vadunt ad Monasterium, non ad proximiores ingredientes etiam secundum consuetudinem Ciuit. Neapol.*

2 *Monacus quicquid acquirit, Monasterio acquirit, si tamen est capax acquisitionis.*

3 *Monacus equiparatur filio.*

DECISIO XXXX.

Bona monialium professarum ad Monasterium spectant non ad proximiores ex consuetudine etiã Neapolitana.

IN causa Magnificæ, & Reuerendæ Beatricis Medicæ iam professæ in venerabili Monasterio Sanctæ Claræ huius Ciuitatis Neap. cum Magnifica Portia Medica fuit lata sententia, per quam fuit condemnata Portia ad relaxandam dictæ Beatrici, & Monasterio medietatem quorumdam bonorum antiquorum, & dum tractaretur de sententiæ prædictæ executione prætendebat ipsa Portia, quòd postquam bona antiqua virtute consuetudinis Neapolitanæ decedente aliquo intestato, spectabant ad proximiores ex illa linea, vnde prouenere, & clarum erat, hanc Monialem esse professam, quæ testari non poterat, quòd Beatrix, & Monasterium tenebantur cauere de restituendo eidẽ Portiæ, quæ post eius mortem erat successura. Pro deci-
1 sione huius puncti fuit dubitatum, † an proximiores per ingressum Monasterij excludantur à bonis ingredientium Neap. *in consuet. si moriatur, in verb. moriatur, 2 col. vers. sed quid si ingrediens,* format quæstionẽ, & dicit videri, quòd sic, quia Monasterium adnoscitur sibi quasi filius, adeò quod rumpit testamentum, quod ingrediens fecerat, secus si disposuisset inter viuos, allegat *tex. in Auth. de monac. §. illud colla. 1.* licèt secundũ eum videantur argumenta contra, idem Neapod. *in consuet. & si testator, in ver. disponere, 2. col. vers. item quia hic de testatore loquitur*, dicit, ergo secus videtur in donatore ingresso, & venditore, & refert se ad gl. *in d. consuet. si moriatur*, pro qua opinione facit id quod idem Neapod. *dicit in d. consuet. si moriatur aliquis in gl. in ver. ipsis successorib. vers. quid si pater differt*, dũ quærit quòd si pater differt illam maritare, an possit petere filia portionem, quemadmodum potest à fratribus, quando differunt ipsam maritare? dicit quòd non nam de successorib. lex loquitur, & continuat sic, & alibi de viro *l. si vero, §. de viro, ff. sol. matr.* & alibi de pretio, *ff. de publ. l. de pretio*, & alibi de ingredientibus lex loquitur non de instituentib. *C. ad Treb. auth. Nisi rogati*, & alibi de donatore, uel venditore loquitur authoritas Magoc. *cons. 16. q. 1. c. de decim. §. si ergo*, & alibi de curatore constituendo edicto comprehensum est, nõ de tutore *ff. de tut. & cur. datis, ab his, l. non tantum*, & alibi nec à nobis diffiniendum est, quod lex non diffinit. Apost. 32. q. 1. *c. si dormierit.* Idem sentit Neapo. *in consuet. si quis, vel si qua, in ver. proximiores, il 2. vers. sed an Monacus*. Et secundùm istam opinionem reperio, quòd D. Felix de Rubeis, Regius Consiliarius prædecessor meus, in apostil. *ad d. consuet. si moriatur*, dicit fuisse decisum per Sac. Consil. in anno 1560. de mense Nouembr. in quadam causa Carmelitana, cum quibusdam de Scauettis, & Magnificis de Afeltro ad relationẽ D. Io. Baptistæ Mansi, similiter Regij Consiliarij: & ita (me referente) Sacrum Consilium iudicauit die 24. Nouembris, anni 1571. Actuario Scannapeco. In præsenti causa casus videtur facilior, nam d. Neapod. loquitur de bonis, quæ possidet ingressus, seu ingrediens ante Monacatum: quo casu ea, quæ faciebant dubitare Neapod. licèt ex hoc non recedat à prima opinione, cessant. Hęc enim monialis professionem fecerat in anno 1535. hęreditas autem deuoluitur in anno 1551. quod dicitur,
2 † quòd quicquid acquirit Monacus, acquirit Monasterio, quando est capax acquisitionis, vt erat Monasterium Sanctæ Claræ: ipsa enim proprium habere non potest, cùm sit contra substantiam monacatus, *vt in auth. de monac. in princ.* & probatur 29. *qu. fin. c. quia ingredientibus, & c. si qua mulier*, cum alijs per Angel. *cons. 133. super 1. puncto, in princ.* Et hæc acquisitio est adeò potens, quòd Barb. *cons. 19. vbi Christus, pen. col. vers. sed ipse. 3. volum.* dicit, quæsita per monacum, recta via transire in Monasterium, quod non est mirum, nam Bart. *in l. 1. 6. col. vers. quid est institutus mo-*
3 *nacus de vulg. & pupill.* dicit, † monacum æquiparari, filio, qui acquirendo, nec momento resident acquisita penes eum, *vt in l. placet. ff. de acq. hæred.* non autem seruo: & sic Monasterium, eo inuito, posse adire hęreditatem. Si ergo bona quæruntur Monasterio etiam inuito monaco, nullo modo consuetudo in ijs bonis conuenire potest, & sic eius dispositio cessat.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. 3. Adde Camill. Borrell. *cons. 67. num. 1. 5 6.* In eadem decis. Adde quòd decit. ist. in allegat, & sequitur D. Io. And. Georg. *in allegat. 30. num. 23.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Testamentũ num reuocetur per ingressum religionis.*

2 *Ingressus Monasterium ante professionem, an dicatur religiosus.*

3 *Et eo moriente an Monasterium succedat.*

4 *Monasterium an succedat loco filij, & an habeatur loco heredis.*

5 *Filius substitutus excludit Monasterium.*

6 *Ingrediens Monasterium in fraudem substituti, non praiudicat substituto.*

7 *Monasterium an faciat deficere conditionem.*

8 *Testamentum conditum ante ingressum religionis, institutis extraneis an sustineatur.*

9 *Testamentum ingredientis religionem quãdo valeat.*

10 *Authentica, ingressi an procedat in contractibus.*

11 *Filius an petat legitimam, si pater ingreditur Monasterium.*

12 *An testamentum, facta professione, possit reuocari.*

AD hanc decisionem adde quę dico *dec. 54.* scilicet ad *Auth. nisi rogati, C. ad Treb.* Socin. *in reg. 180. incip. ingressi.* Tiraqu. *in tract. le mort le vif saisit. 2. par. 34. declarat.* Alexan. *cons. 10. vol. 5.* Roma *in cons. 280.* Cæpol. *caut. 205.* Di-
1 lect. *de arte testa. cau. 4.* † Quid autem si ante fecit testamentum, & postea est ingressus religionem, an testamentum reuocetur, *gl. in §. illud Authent. de monac. DD. in ca. in præsentia de probat. & extra de testa.* Iul.
2 Clar. *§. testamentum, qu. 28. vers. ad retenta.* † An ingressus Monasterium ante professionem dicatur reli-
3 giosus, † & eo moriente, Monasterium succedat. Tira-
4 qu. *de vtroq; retract. li. 1. §. 1. gl. 8. n. 21. & 28.* † An Monasterium succedat loco filij. Rip. *in l. ex fact. §. si quis rogatus, n. 37. ad Treb.* Ias. *in l. ex facto de vulg. & pupil.* vbi quòd succedat loco filij, & quòd habeatur loco heredis. Tiraqu. *declarat. 4. n. 5. in 2. par. d. trac. le mort*
5 *le vif saisit.* Dec. *in l. licet, nu. 5. C. de pact.* † Et de filio substituto quòd ipse succedat, & non Monasterium, Tiraq. *in l. si vnquam, in verb. libertatis, nu. 91. C. de reuoc. donat.* Ruin. *cons. 77. & cons. 154 vol. 3.* Didac. Couarru. *lib. 1. resol. cap 19. nu 7. 8. & 11.* Viu. *lib. communium, in verb. substitutus sub conditione.* Dec. *consil.*
6 419. & 426. † Et quod ingrediens Monasterium in fraudem substituti, non prædicet substituto. Dec. *in*

c. in

c.in præsentia,n.6.de probat. & *conf.*399.*n.*9.& latissi-
7 mè de Monasterio† an faciat deficere conditionem.Ru-
8 sticus *in tract. de condit. sine liber.* † An autem testa-
mentum conditum ante ingressum religionis institutis
9 extraneis sustineatur, & † quomodo testamentum in-
10 gredientis valeat Præsidens hic *decis.*423. † An autem
Auth.ingressi,procedat in cōtractibus. Parthenopæi,&
Cauensis additio auth.& ad Bart.& vide quæ supra *de-
cis.*14.& 469.dico, & ad hanc decis. omnino videas do-
ctissimum Regent.à Ponte.*cons.*40.*incip.fundatum est
11 in prioribus. vol.*1. qui latissimè.Filius † an possit legi-
12 timam petere,si pater Monasterium ingreditur,† an te-
stamentum ante ingressum religionis,per ingressum per
facta professione, reuocetur, vel possit ingressus profes-
sus reuocare,& de pluribus quæstionibus Facchin *lib.*6.
*c.*13.& *seq.in.controuersijs iuris*, Hieronymus Cenal-
los Hispanus *in lib. Practicarum quæst. comm. contra
comm quæst.*65.& *iterum quæst.*193.& Neapod.*in ver-
bo si quis, in consuetud.si quis. de alim.* Sed notes quòd
*num.*1.huius decisionis contrariantur dicta *in decis.*14.
*n.*27.*in fin.*sed quòd testamentum longo interuallo an-
te ingressum conditum, in dubio tamquam de ipso
non cogitatione habita rumpatur per ingressum, secus
si esset cogitatum, Parisienses ad Deciū *in c. in præsen-
tia, de probat.* Sed de hoc videndi sunt Afflict.*in decis.*
348.& Capic.*in decis.sua* 98.*in fi.doctè*.

ADDITIO D. RICII.

BOna monialium professarum ad Monasterium spe-
ctant non ad proximiores ex consuetudine, hoc
dicit, & cum hac opinione Felix de rubeis *in addit. ad
consuet.si moriatur post consuetud.impress.vers.hic ca-
sus*, & aliam decisionem huic similem refert Naucler.
in addit. si quis, vel si qua post consuēt.fo. 11.*versic.in
eadem consuet.* & *gl. ibi non de iure* Aloys. de Leo *in l.
Deo nobis.C. de Epis.* & *cle n.*20. vide nostram Colle-
ctaneam 162.& hæc opinio pro absoluta habetur, adeo
vt Monasterium succedit monaco, vel moniali profes-
sæ,siuè in bonis,quæ habebat tempore ingressus,siue in
his,quæ postea obuenerunt *l.quia ingredientibus* 19.q.
3.quòd extenditur ad quodlibet monasterium si prohi-
bitum non reperiatur Calder. *cons.* 46. *de testamentis*,
vbi refert omnes religiones incapaces successionum,&
inferius loquitur de fratribus heremitanis,qui viuūt sub
regula S. Augustini, qui ex priuilegio sibi concesso per
Alexan. Pap. quartum possunt in communi acquirere,
& retinere quæcumque bona mobilia exceptis bonis
feudalibus, vt latius ibi per eum, & licet Monasterium
ad ipsa bona obuenta, vel acquisita consequenter [illegible]
habeat actionem, nec possit intentare rei vendicatio-
nem tamen potest implorare officium Iudicis, vt con-
cludit Nicolaus de Vbald. *de succes. clerici ab intest. in
.in.2.p nu.*9.*colum.*2.*vers.restat iam videre*, ibi tamen
ipsum Monasterium.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici sicut laici potiuntur beneficio consuet. Neap.in successione intestati.*
2 *Monasterium capax in communi, an excludat proximiores monacho attenta consuet Neapol. à mediate eis debita,* & *notatur* D.Prouenzalis *inconstans.*
3 *Monasterium potest adire hereditatem delatam monaco adhuc eo inuito reiectis* Marta, & Montano.

1 PAcatum ex principio decisionis supponendum
est exioma, quòd in successione intestati po-
tiuntur ecclesiastici, prout & laici beneficio
consuetudinis Neap. in successione intestati,
vndè moriente intestato laico relictis proximioribus,&
inter istos aliquo monaco, debetur Monasterio ex per-
sona professi portio medietatis bonorum antiquorum,
vel tota medietas, si monacus sit solus proximior,
quia consuetudo ius sanguinis respexit ita ex Minad.&
alij ad corroborationem decisionis concluditur *in al-
legat.*11.*n.*15.D.R.de Marin.

Suscitata fuit difficultas, vtrum consuetudo Neap.*si
2 moriatur* vendicet sibi locum vbi quis ingreditur Mo-
nasterium capax in communi, & non habeat filios, sed
proximiores, si possint isti medietate ipsis debita de-
fraudari,& Prouenz.*in d.cons.obs.*2.negare videtur,&
ita pluries refert iudicatum, sed oppositum testatur de-
cisum,D.meus quem sequitur idem Prouenzal.*sibi va-
rius à n.*8.*vbi allegat.*de Georg.*alleg.*30 *nu.*25. Rouit.
*con.*27.addo Montan. *contron.* 47. *nu.*26. prima opinio
procederet quando professus instituisset priùs extra-
neos, vel alio modo per vltimam voluntatem dispo-
suisset ad fauorem extraneorum iuxta *dec.* 28. Capyc.
*allegatar.*à Prouenzal.*num.* 4. Parum obstat quòd por-
tio consuetudinaria sit debita iure sanguinis proxi-
mioribus, nam tunc debetur iure naturæ, quando
sumus in descendentibus, sed Collateralibus est proui-
sio legalis, vt Montan.*vbi sup.numer.*6. qui videndus
erit *in controuers.*36. *per tot.* vbi declarat decisionem
Rouiti.

3 Resoluendum modò iurgium, an Monasterium pos-
sit adire hæreditatem Monaco delatam etiam eo inui-
to.& affirmat D. meus *n.*3.& quam ius contrariū cum
Felin. Aret. Cagnol. & alijs probet Montan.*controuer.*
10.*nu.*5.& *contr.*49.*à n.*15.ex eo,quia non possit trans-
ferri voluntas monaci formaliter ad superiorem cùm
sit actus vitalis, & hanc opinionem in foro laicali se-
sequendam demonstret Marta *de iurisc.cas.*23.*n.*18.*per
tex.in l.Deo nobis,C.de* Episc.& cleric.dum subiectiuè
transfertur voluntas monaci ad Prælatum quatenus
peccat si non obedit,immo admissa Canonistarum opi-
nione,adhuc hereditas Monasterio acquiritur contem-
platione monaci volentis, & istius factum requiri tra-
dunt Dec.*cons.* 3.Rouit.*cons.*44. Nihilominus ipse cen-
seo non recedendum à prima opinione, vt fusè Argel.
*in tract.de acquir.poss.q.*10.*n.*10. Card. Lug. *de iust.* &
*iur.disp.*3.*nu.*94.& *in alleg.*101.*nu.*6. D.de Marin.An-
cerol.*contron.*61.*n.*13.vbi firmat hæreditatem spectan-
tem ad monacum immediate deferri Monasterio adeò,
quòd possit adiri etiam post obitum monaci ex Farin.
*dec.*128.*par.*1. addo Caualer, *dec.*346.Buratt.*dec.*394.
& ibi Ferrentill. Altograd.*con.*96 *num.* 17. & ita firmè
tenendum est, quidquid velit cum Montano Bottilier.
*de success.theor.*71.*à n.*2.& videndus omnino Alex.35
*substit.par.*1.*cap.*7. vbi perbelle discutit omnes difficul-
tates.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus actionem habens,* & *agere recusans, potest à secundogenitis compelli ad agendum.*
2 *Reg.l.prima.C.vt nemo inuitus,limitatur.*
3 *Primogenitus in actione competente defuncto super feudo, ita succedit, sicut in ipso corpore feudi,* & *ideò partem pretij ipsius actionis secundogenitis dare tenetur.*
4 *Actiones ad exercendas quem compellere, remedium est subsidiarium.*
5 *Agere compulsus cedendo liberatur.*
6 *Agere compulsus potest excipere contra actorem, vt ipse etiam agat.*
7 *Actiones plures habens vtrique parti commodiorem eligere compellitur.*

DECISIO XLI.

Actio competens mulieri pro dote recuperanda super feudalibus primogenito etiam competit.

Remedium subsidiarium est, vt quis à tertio agere compellatur.

IN decis. 75. est plenè probatum, de actione ad feu-
dum esse iudicandum, vt de feudo ipso, & ex ibi
allegatis fuit pluries in Sacro Consilio conclusum
in actione competente mulieri pro dote recupe-
randa super feudalibus filium primogenitum succede-
re, ipsumq; posse agere contra tertium possessorem, ra-
tione hypothecæ in beneficium mulieris super feudali-
1 bus contractæ. † Qui primogenitus, quando nollet age-
re potest per secundogenitos compelli, vt agat, iux. ter-
minos, *l. cum in plures. §. messem ff. locati*, quem allegat
ad hoc Bart. *in l. eam quam. 3. col. in 3. q. C. de fideicom.*
& Dec. *in c. 1. col. 34. num. 60. in fin. vers. periculose vi-
detur*, *fol.* 203. licet enim regula sit, vt nemo inuitus
2 agere compellatur. *l. 2. C. vt nemo inuitus*, † limitatur in
casu prædicto, ac alijs positis per Nat. *in reper. Clem. sæ-
pè in prin. col. 31. & 32. vers. 1. fallit, cum seq. de verb.
sign.* & recuperata dote, dabit portionem secundogeni-
3 to. † Item postquam hæc actio est de nouo quæsita per
matrem super feudo occasione eius dotis in ea succe-
dit primogenitus quemadmodum si esset corpus feudi,
per matrem emptum, mortua matre, teneretur primo-
genitus ad solutionem partis pretij, iuxta posita per
And. *in c. Imperialem. §. præterea duc. in 2. addi. de pro-
hi. feudi alie*, per Fed. ita etiam tenebitur ad partem pre-
tij istius actionis hypothecariæ pro recuperanda dote,
de qua vt de ipso feudo iudicabitur, vt supra dictum est.
Decisum tamen fuit in causa Magnifici Io. Iac. Cossi,
cum Magnificum Michale Cosso, me referente, iunctis
4 D. Consiliarijs duarum Aularum, † remedium prædi-
ctum compellendi aliquem ad agendum esse subsidia-
rium, die vltimo Octobris 1570. ex verbis Andreæ, *in
constit. in aliquibus. 6. col. vers. quid si non sit soluendo*,
dum allegat *tex. in d. §. messem*, & *l. 2. ff. ad leg. Rhodia
de iactu.* vbi Fulg. hoc idem sentit, & dicit se mirari de
gl. ibi & hunc esse nouum modum agendi, dicit Bart. *in
l. Iulia. §. pen. ff. de actio. emptio.* & Ang. *in l. si sic, col. 2.
vers. sequitur in litera. ff. de legat.* 1. & Imol. ibi dicit,
hunc libellum tollerari, esseq; etiam hunc modum agen-
5 di fragilem, † quia cedendo is, qui agere compellitur,
liberatur, quia ipse non tenetur, nisi ratione actionis,
quam habet *l. quod debetur. ff. de pecu* Bar. *in d. l. Iulian.
§. pen.* post Alb. *in d. l. 1. ff. ad leg. Rhod. de iactu*, vbi
etiam plenè distinguit an iste, in cuius beneficium ille
tertius tenetur agere, possit agere recta via. Quod
etiam plenè tangit, Iac. post alios *in l. cum fundus, §. 1.
col. 2. vers.* nota doctrinam Bar. *ff. si cert. pet.* & propte-
rea cum ostenderetur adesse bona Burgensatica in hæ-
reditate Michaelis senioris, super quibus quando Io. Iac.
esset creditor actione hypothecaria ex propria persona
agere posset, fuit dictus Michael absolutus. Pro parte
cuius Michaelis dictum fuit etiam posse allegari deci-
6 sionem Baldi *in d. §. messem*, vbi decidit, † quòd sicut
quis potest compelli, vt agat: sic conuentus, vt agat po-
test excipere contra actorem, vt agat, *per tex. in d. l. cũ
plures, §. vestimenta*. in quo fullo potest excipere contra
dominum agentem ex locato contra eum pro vestimẽ-
tis sublatis, quod agat aduersus furem, quando ab eo
consequi potest vestimenta sua, quod iudicis arbitrio
7 relinquitur, hoc fundari ex illa æquitate † qua habens
plures actiones, vel plura remedia cogitur eligere viam
minus onerosam, & per quam inspecta veritate vtri-
usq; partis negocium commodiùs expeditur *l. 1. vbi
Paul. ff. si quis cautio. l. cum Sticus, in fi. ff. de sol.* vt dicit
in propria materia *dicti. §. vestimenta*, quidam Paris. *in
extricationibus labirinti diuidui, vel indiuidui, par. 2.
nu. 476. ver. ad hoc etiam tex. fo. 319 sic in casu de quo
agebatur*, quòd postquam Io. Iac. ex actione ei compe-
tente ex propria persona super Burgensaticis agere po-
terat, non erat compellendus Michael agere, eò magis,
quia nulla culpa eorum prædecessorum interuenerat, quin Io.
Iac. agere posset contra tertium possidentem insulam
Procidæ feudalem, quia ex iuris dispositione, cùm esset
secundogenitus eidem actio non competebat super
feudo, & insula Procidæ feudalis, quæ ex causa transa-
ctionis deuenit ad Illustris. Marchionam Vasti post
compilatum magnum processum per Ioannem Vin-
centium, patrem Michaelis, pro illius relaxatione, imò
prædictus Parisien. hoc intelligere videtur etiam non
interueniente culpa.

Nec obstat, quod dicebatur, quòd etsi remedium præ-
dictum sit subsidiarium, quod ex aduerso negari non
poterat, nihilominus postquam per instrumentum
dotale dotium auitarum aderat obligatio bono-
rum Burgensaticorum, & feudalium & respectu
feudalium Ioan. Iacob. non habebat actionem, quòd
ex hoc sit compellendus Michael agere quasi quòd hoc
remedium sit subsidium actionis deficientis super re
feudali, non respectu recuperationis quantitatis, vt præ-
tenditur debitæ dicto Io. Iac. quam consequi posset su-
per bonis Burgensaticis, quia hoc est expressè contra
iura prædicta, in quibus hoc remediũ inuentum fuit, vt
quis quantitatem ei debitam consequatur, quam cùm
consequi possit ex propria persona super bonis Burgen-
saticis, quando ei deberetur pars dotium, non est recur-
rendum ad remedium subsidiarium.

ADDITIO D. VISCONTI.

Num. 1. dum allegat §. messem, Vide *infra decis. 353.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Quis, an, & quando agere, vel accusare teneatur.*
2 *Creditor non potest cogi per fideiussorem, vt accuset debitorem.*
3 *Sed ei cederet actionem, vel Iudicis arbitrio remittitur.*
4 *Exceptio cedendarum actionum potest opponi aduersus liquidationem instrumenti.*

1 ADde eodnum. 1. & 2. an & † quando quis age-
re, vel accusare teneatur, quæ scribit Præsi-
dens *in decis. 75. & 353.* vbi dicit decisum,
2 † non posse creditorem cogi per fideiusso-
3 rem accusare debitorem, sed † ei cedere actiones, vel
Iudicis arbitrio remitti. Ad hanc decis. videndus esset
tum pro actione ciuili, cum pro actione criminali, an
quis cogatur accusare, & agere, omnino Socin. *lib. re-
gularum in litera A. reg. 4. incip. accusare, & reg. 14.
incip. agere*, Cagno. *in l. diffamari. C. de ingen. & ma-
numis. n. 14.* Roma. *cons. 53.* Marant. *6. p. verb. inquisitio
n. 91.* Campan. *in c. Regni incip contingit. n. 4. & consul-
tationem, n. 4. & 7.* Boer. *in dec. 255.* latis. Tepat. *lib. 1. &
var. sent. tit. vt nemo inuitus, pag. 147.* vbi dicit, & quæ
ego *ad dec. 25. & 353.* & adde Castr & Bal. *in lectura, an-
4 tiqua, in l. 2. ad leg. Rhod.* quòd & † an cedẽdarum exce-
ceptio possit opponi aduersus liquidationem instrum.
Hippolyt. de Marsil. *Sing 7.* Bald. *l. prædijs. C. de euict.*
Ludou. Rom. *cons. 42.* nunquam enim dicitur semota
exceptio, quæ descendit ex eodem fonte, Barb. *in c. 1. de
offic. ord. incip. ex quo petitio petioni inest.*

ADDITIO D. RICII.

ACtio cõpetens mulieri pro dote recuperãda super feudalibus primogenito etiã cõpetit Adde Amat. *con. 42.* vbi latè agit, quęnam actio pro paragio cõpetat filiæ. Verùm, quia hoc etiam dicitur remediũ subsidiarium esse, vt quis à tertio agere cõpellatur, vnde fertur decisum primogenitũ posse cogi à secundo genito agere contra tertios possessores actiones ad feudum cõpetente pro dotibus maternis, in quibus succedit primogenitus Laurent. *in tract. de suspc. suspect. c. 16. nu. 193.*

OB·

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

S V M M A R I V M.

1 *Successorem in feudo succedere in actione hypothecaria ad feudum deciditur & impugnatur argumentatio, & vigore gratiarum Regno concessarum defecit decisio, n. 2.*

3 *Primogenitus partem pretij actionis quæsita per matrem ad instar feudi non tenetur dare secundogenitis.*

4 *Secundogenitus pro consequenda parte pretij, an possit cogere primogenitum ad agendum, & recensentur, qui nominatim sentiant contra decisionem, & si hodie procedit.*

1 COnuenit ista decisio cum alijs duabus nempe 75. & 595. ex quibus habetur, idem esse iudicandum de actione ad feudum, quod de ipso feudo, & successionem in iure hypothecæ constitutæ super corpore feudi regulari de iure feudorum, vt is succedat, qui legitimus est successor feudi, quæ latè corroborat Giurb. *de success. feud. §. 2. gl. 3. nu. 40. & 41.* Sed aduersus hoc assertum insurgit Montan. *in rep. c. Imperialem, §. prætereà Ducatus numer. 77. de prohibi. feud. alien.* ex quo actio hypothecaria non tangat dominium, nec constituat formatum feudum, & sentit P. Merlin. *centur. 1. controu. 81. numer. 6* & in specie successionis, & *cap. si 7 usus tit. si de feud. defuncti.* cum concordantibus, quòd iura loquentia de feudi successione non procedant in actione ad feudum tradunt R. de Pont. *de pot. proreg. tit. 7. §. 8.* Schrader. *de feud. par. 7. cap. 3. numer. 26.* R. Galeot. *lib. 1. controu. 28. numer. 36.* prout actio prædicta non comprænhenditur in prohibitione alienationis feudorum exterorum Proregibus denegata Theod. *alleg. 54.* vbi ita refert decisum D. R. de Marin. *lib. 1. resol. 22.* nec habet locum necessitas registrandi assensum Rouit. *dec. 84.* nec militant caducitas, neque baliatus, nec impotentia impetrandi assensum ob mortem contrahentium R. Latr. *dec. 43. n. 20.* Bilott. *conclus. feud. 30.* vbi declarat tunc actionem ad feudum esse feudum, quando expressè dictum est quod venditio fit in feudum, & adsit assensus Regis, & non Proregis per *pragmat. 4. de feud.*

Quidquid sit inspecta iuris censura, hodie virtute no-
2 uissimarum gratiarum in Parlamento generali de anno 1593. & 1605. Regno indultarũ, is qui succedit in credito, & actione personali siue sit legitimus successor, siue extraneus succedit etiam in actione hypothecaria super feudo, dummodo illud non reperiatur penes Fiscum R. de Pont. *vbi sup. tit. 6. num. 47.* Montan. *num. 7.* D. de Marin. *lib. 1. resol. 136. num. 89.* D. Pratus *lib. 1. discept. 26. num. 5. & 37.*

Primogenitus, prout in feudo nouo succedens tene-
3 tur dare secũdogenito partem pretij quo fuit quæsitum feudum secundogenito, vel vitam, & militiam, ita in actione ad feudum quæsita per matrem tenetur ad partẽ pretij actionis hypothecariæ ex Isernia *in d. §. prætereà Ducatus in 1. add. & traditis n. 3.* & tradunt Anna *con. 26.* D. de Marin. *lib. 1. res. 126. n. 58.* Rouit. *in prag. 24. n. 29. de feud.* elegans autem quæstio est, vtrum pars pretij detur iure collationis, vel petitione hæreditatis, nam Rouit. *ar. 19.* acriter defendit petitione hæreditatis, & ait *n. 31.* partem pretij deberi, quia fingitur adesse pretium tempore mortis patris, vel matris quasi quòd non abscesserit à patrimonio, è contra Isernias sentit, quòd pater emendo feudum videtur donasse filio primogenito, & proinde pretium venire in collatione tan-

quam habitum per donationem, sed quia collatio cessaret si primogenitus non succederet in burgensaticis vnde videndi sunt Rouit. & de Marin. *lib. 1. resolut. 128.* Bottilier. *de success. theor. 109.*

4 Præterea dubitatum fuit, numquid primogenitus cogi debeat ad instantiam secundogeniti ad agendum pro danda parte pretij, & *n. 1.* affirmatiuè respondetur iuxta terminos *l. cum in plures, §. messem, ff. locat.* & Bar. *in l. eam quam in 3. q. C. de fideic.* sed Amat. *cons. 42. n. 34.* tenet posse exerceri actionem sine cessione, vt circuitus euitetur ex *l. dominus testamento, ff. de cond. in deb.* Cancer. *var. 1. p. c. 2. nu. 64.* & extra terminos feudales hanc sententiam amplexatur Olea *de cess. iur. tit. 5. q. 14. nu. 17.* præsertim si absens esset qui cedere tenetur, vel decessisset Cancer. *2. p. c. 1. n. 134.* & potissimùm vbi proceditur sola facti veritate inspecta prout in Regno ex *l. cum fundus, §. seruum tuum cum glos. in ver. condicere, ff. si cert. pet.* Bilott. *concl. feud. 20. n. 5.* ipse in materia feudali, & attento decisionis tempore veram existimo conclusionem D. mei, quia actionem hypothecariam exercet primogenitus successor in feudo, sed post gratias, vt sup. indultas, aliter hodie opinarer, vt expressè firmat Fulu. Lanar. *in add.* ad Lanar. *patruum in repet. §. huius autem generis quib. mod. feud. amittitur n. 120.* vbi ait hodie tam primogenitum, quàm secundogenitos posse agere hypothecaria pro rata qua succedunt in actione personali pro consequutione pecuniæ debitæ cum obligatione bonorum feudalium cum Regio assensu facta ratio est, quia actio hypothecaria transit ad quem transit actio personalis inspecta concessione gratiarum, quando autem feudum transijsset ad Regem alium articulum examinat Lanar. *vbi sup.* omninò videndus, & dicam alia *obs. 75.*

S V M M A R I V M.

1 *Adiutorium Dominus à vassallis nedum pro filia maritanda sed pro filia monacanda petere potest.*

2 *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale, validum est.*

3 *Adiutorium tunc est soluendum a vassallis, quando monialis consecratur, & filia nubit tempore, quod potest procreare liberos.*

4 *Interest non soluere potius, quam solutum repetere.*

5 *Adiutorium vt debeatur, requiritur perfectio actus.*

6 *Destinatio operis non iudicatur, sicut ipsum opus perfectum.*

7 *Professio ad probationis tempus non retrotrahitur.*

8 *Onera non sunt extendenda, etiam ex identitate rationis.*

DECISIO XLII.

Vassalli tenentur ad subuentionem domino pro filia monacanda tempore professionis, & si ante professionem, subditi esse desierint, non tenebuntur.

1 QVamuis † Constitutio Regni, quàm plurimum, tribuat facultatem Domino petendi subuentionem à vassallo pro filia maritanda, idem tamen prouisum est pro filia monacanda, *per c. Regni*, quod allegat Petrus de Monteforte in apostillis *ad Constitutionem prædictam.* Sebast. de Neap. *in c. Regni, item statuimus, quòd Comites in fin. sub rub. de adiutorijs à vassallo petendis.* Neapo. *in consuet. etsi testator. in vers. disponere,* & nouissimè Afflict. *in constit. prædicta, in 12. q.* & pro absoluto tenet Frec. *in lib. 2. in 2. authen. in 3. casu. fol. 165.* licèt capitulum reperire non potuerim, quo etiam capitulo circumscripto Constitutio prædicta ex iuris dispositione
2 etiam casum monacatus comprehendit † valet enim argumentum de matrimonio carnali ad spiritualem. Itẽ quia magis est curandum de anima, quàm de corpore,

et si debetur subuentio tempore, quo cōtrahitur matri-
monium cum homine, quantò fortius tempore, quo cū
Deo? & ex ijs ita tenet Iac. *in sua inuest. in ver. qui quidē*
inuest. col. fin. in ver. sed adhuc superest, qui dicit in quę-
stione facti se ita consuluisse pro Dominis Lucernæ, cū
multis valētissimis DD. & multos alios Doctores præ-
stantissimos se subscripsisse, & Iacobinum refert, & se-
quitur Capic. *in inuestit. feud. in vers. feudorum adiuto-
ria 4. colum. vers. sed quid si ista persona, fol.* 25. Cotta.
in memorial. in vers. vassalli non tenentur, idem tenet
Boer. qui allegat concor. *in dec.* 126. *colum. antep. vers.*
& non solum, in 1. *par.* licèt Cassa. *in consuet. Burgund.*
in titi Des iustices, ia vers. in text. ibi, Marrage, in casu
dicturum consuetudinum dicant, quòd si casus euenis-
set, teneret contrarium, & de hoc non est dubitandum.
3 † Hanc autem subuentionem tunc esse soluendam,
quando monialis consecratur, seu facit professionem,
dicit Afflict. *vbi sup.* & Frecc. *ibi num.* 23. *vers. taxan-
tem*, quia antea non dicitur monaca, argum. *l. quod
pupilli, ff. quando dies, leg. ced.* exemplo matrimonij
carnalis, pro quo tunc est soluenda subuentio, quando
filia nubit in ætate nubili, in qua potest liberos pro-
creare, quia contractis sponsalibus de futuro, vassalli
non possent compelli, ex quo non venit, nec cessit, dies,
& multa accidere possunt, ex quibus matrimonium
non perficiatur, † interest vassallorum magis non sol-
4 uere, quàm solutum repetere, ita in specie Cassan. *in
consuet. Burg. in tit. Des iustices, rubr.* 1. *in vers. le drois
de sudire. num.* 15. *vers. per hac ante dicta, fol.* 126. re-
fert, & sequitur Frec. in loco prædicto, *in vers. quod au-
tem, fol.* 169. *num.* 18. Et propterea in casu de quo age-
batur, quamuis Magnific. Felix Cerasius pro filia mo-
nacanda dotem dedisset Monasterio Sanctæ Claræ, ad
quod etiam ducta fuit, vt educaretur tempore quo ipse
erat Dominus Ciuitatis Nusci, quia tempore, quo
eius filia professionem fecit, non erat amplius Domi-
nus ex quo vendiderat Ciuitatem prædictam conclu-
sum fuit, vassallos debere absolui, postquam enim eo
tempore tenebantur ad solutionem, & ante cogi non
poterant, quo tempore ille non est Dominus, cessant
verba, & ratio Constitutionis, quæ vult vassallos posse
cogi pro necessitate Domini, quia hoc tempore non
sunt vassalli, nec ille Dominus, & vbi cessant verba le-
gis, cessat & eius dispositio. Vnde idem Cassan. *in lo-
co prædicto, in versic. & quia in prædictis, numero* 11.
5 *fol.* 121. dixit, † quòd ad hoc vt vassalli teneantur ad
hanc subuentionem pro nuptijs, & pro militia, requi-
ritur perfectio actus, nec sufficit incæpisse, aut desti-
6 nasse, † cùm inceptio, seu destinatio operis, non ha-
beatur pro opere, vbi aliquid est addendum, per text. *in
l. cum Sillamanum, C. de his, quibus, vt indig. & alia,
quæ ibi allegat.*

Nec obstat, quod ex aduerso dicebatur, scilicet facta
per hanc monialem professione retrotrahi professionē
ad tempus monacatus, quo tempore Felix erat Do-
minus, *ex reg. l. necessario, §. quod si pendente, ff. de pe-
ric. & commod. rei vend. l. potior, & l. qui balneum, ff.
qui por. in pign. hab.* quia alijs responsionibus circum-
scriptis, dictum fuit, regulam illam non procedere in
7 professione, † quia professio non trahitur ad tempus
probationis, ita in specie tenet Tiraquell. ex mente
Paul. de Castr. *in tit. de retractat. lignagier. §.* 1. *in ver.
Le parent, in glos.* 8. *vers. nec commiserunt, num.* 4. *fol.*
123. Et iuxta istam opinionem in fauorem subditorum,
8 quando esset quæstio dubia, iudicandum esset, † cùm
onera restringenda sint, nec extendenda, etiam ex idē-
titate rationis, vt benè declarauit in simili materia,
quidam Parisiens. *in §.* 23. *in* 1. *notabili,* 2. *colum. quam-
quam, & relenta, fol.* 233. *num.* 3. Tantò etiam magis,
quia accidere potuisset, quòd nouus dominus, emptio-
ne facta filiam nuptui tradidisset, & eodem tempore
vassalli duplici onere grauarentur, contra iuris regu-
lam. Et propterea Sacrum Consilium, me referente,
pro hac opinione iudicauit, die 15. Decembris 1574.
Actuario Iubeno.

Addo tamen malè facere Barones, quando ipsi, vel
eius filij ducunt vxores, quærendo à subditis dona, vel
adiutorium: & propterea caueant hoc facere ne eis ac-
cidat, quod refert Cotta *superius allegat. vers. vassalli
non tenentur*, accidisse Francisco Sfortiæ, secundo Du-
ci Mediolani, qui hoc procurauit in Ducatu prædicto,
& cùm non potuisset habere, priuauit collegium Me-
diolani facultate doctorandi.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Ann. Sen. *in sing.* 13. vbi addit. memi-
nit de hac decis. Natta in *cons. Alex.* 139. *in vlti-
ma addit. vol.* 2. & Maxill. *in Consuet. Bari fol.* 47. Ca-
piblanc. *in tract. de Baron. fol.* 37. *num.* 77.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Baro non modò pro filia monacanda exigit adiuto-
rium, sed etiam pro camera facienda.*
2 *Maximè si plures terras habeat: vni enim gratifican-
do alteri iniuriam facere videtur.*
3 *Alii casus subuentionis, & adiutorii cum causa re-
missiuè.*
4 *Adiutorium an debeatur, dote legata.*

1 AD hanc decisionem adde, † quòd Baro non
modo pro filia monacanda recipit adiuto-
rium, vt hic sed etiam pro camera facienda,
vt dicit Vrsil. *decis.* 101. & Regens de Curt.
in 1. *volum. feud. fol.* 39. *in cap. inc. Tenor. à num.* 44. *ad*
48. *per text. in l. Titius puer. vbi glos. ff. de obsequ. à li-
2 bert. patr. præst.* † Et hoc maximè si plures terras ha-
beat, quia vni gratificando, alteri videtur iniuriam fa-
3 cere. † Alios casus subuentionis, vel adiutorij ponit
hic Præsidens *dec.* 73. 76. & 215. ad quas dixit, & Anna,
in singul. suo 13. *incip. Adiutorium pro monacanda
filia in vigintiquinque granis pro foculari fit taxa*: sed
in alijs casibus ad rationem Carolenorum quinque.
4 † Quòd autem adiutorium debeatur etiam dote lega-
ta, Ann. *singul.* 11. *incip. Adiutorium*, vbi decisum in
Sacro Consilio pro Comite Montellæ. Sic etiam pro
Doctoratu filij. Anna, *singul.* 14. *incip. Adiutorium*, li-
cet Freccia oppositum teneat pro filia naturali, vel spu-
ria non præstandum dicit *sing.* 12. *incip. Adiutorium*, &
ibi Consiliarius Anna, plurima dicit, alia ponit nouissi-
mè Monticel. *in tract. de rit. milit. latissimè.*

ADDITIO D. RICII.

VAssalli tenentur ad subuentionem domino pro fi-
lia monachanda tempore professionis, hoc dicit.
Ad ornatum huius decisionis fundamus conclusionem,
quòd vassalli tenentur subuenire, & adiutorium præ-
stare, pro filia maritanda, vel monacanda Frecc. *lib.* 2.
sub feud. authent. 2. & Nouarius *in collect. decisio. ad
pragm.* 1. *de Baronibus.*

Amplia primò, hāc conclusionem procedere etiamsi
Baro maritaret Sororem non ex necessitate dotis, sed
voluntate, ex quo poterat dotari de bonis ob diuitias
Baronis, nam adhuc vassalli tenentur Capiblanc. *in
prag.* 1. *de Baronibus.* Borrel. *cons.* 40. Molfes. *in comm.
ad consuet. Neapol. p.* 6. *quæst.* 4. *num.* 10. *& sequ.* & vide
Nouarium *vbi proximè.*

Amplia secundò procedere etiam, quando Baro vel-
let maritare secundam sororem, nam adhuc tenentur
vassalli, vt fuisse decisum per Regiam Maiestatem ha-
bita sui consilij deliberatione, refert glos. *in consuet.
quam plurimum in fin.* & vide Capic. *in inuestit. feuda-
li verbo feudorum adiutoria.* Nouar. *vbi sup.*

Amplia tertiò procedere etiam, vt vassalli teneantur
ad subuentionem Domino, etiam si soluerit dotem à
patre legatam, Molfes. *in consuet. Neapol. loc. cit.*

Am.

Amplia quartò, vt vassalli teneantur quando auus paternus maritaret nepotem in casibus à iure permissis, in quibus auus tenetur dotare neptem, idem Moisel. *loc. cit. num.* 22.

Limita non procedere, nec debetur subuentio à vassallis auiæ maternæ dominę feudi pro maritanda nepte ob paupertatem parentum, eo enim casu vassalli non tenentur, vt refert fuisse decisum idem Moisl. *loc. cit. n.* 23. Aliæ autem quæstiones in hac materia subuentionis, si possit exigi quādo domina alicuius castri se ipsam maritasset, quid si absque dote ob eius pulchritudinem ducta fuerit in vxorem, quid in filia spuria etiam legitimata, & in pluribus alijs casibus, super quibus videri potest Freccia *de subfeud. d. author.* 2. sic etiam an possit subuentio hæc remitti. A Ponte *dec.* 3.

Notandum est etiam in hac materia, quòd taxatio, quæ fit pro maritanda filia est differens à taxa, quæ fit pro monacanda, nam quantitas taxæ pro maritanda regulariter est media collecta generalis, quæ quidem media collecta generalis est Carolenorum decem, & ideo subuentio exigitur ad rationem Carolenorum quinque pro quolibet foculari, taxa tamen in numeratione facta per Regiam Curiam, nec habetur ratio si deinde augeantur focularia, & hæc est communis praxis: pro monacanda verò filia, vel sorore exigitur medietas prædictæ taxæ, quod fundatur, nam monialis non indiget tanta dote, prout indiget illa, quæ nubit in sæculo, Moises. *par* 4. *qu.* 16. *num.* 11. *& seq.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Adiutorium pro filia monacanda à vassallis debetur Baroni tempore professionis, sed Author affert addubitationem ex decisione* R. Latr.
2 *Solutio adiutorij ad quam rationem fiat, & pro focularibus effectiuis.*

1 Adiutorium deberi à vassallis Baroni pro filia monacanda tempore tamen professionis decisum testatur D. meus ex Afflicto, & Freccia, & comprobat D. R. de Marin. *ad Reuert. obseruat.* 503. *num.* 3. posset adesse difficultas in eo quòd professio non est actus instantaneus, sed successiuus per totum probationis annum, & destinatio animi tempore ingressus habetur pro opere completo, vnde donatio facta sub conditione si donatarius professionem emiserit debetur tempore ingressus ex ijs, quæ cumulat Reg. Latr. *dec.* 118.

2 Præstatio adiutorij pro matrimonio spirituali est ad rationem quinque pro quolibet foculari, vt Amendol. *in addit.* & concordat D. de Marin. *vbi suprà*. Beneuerùm subuentio debetur pro focularibus effectiuis, & non iuxta catastum Regiæ Curiæ, Freccia *de subfeud. lib.* 2. *quæst.* 3. *num.* 33. quem allegauit in facti contingentia pro Vniuersitate Terræ Piceroi dignissimus Consil. D. Erasmus de Ponte ex primoribus iam pridem aduocatis, & ita desuper expeditæ fuerunt prouisiones Regiæ Cameræ, vt refert D. Carol. Rota *de priuileg. mulier. special.* 8. *num.* 34.

SVMMARIVM.

1 *Magistri iurati electio in Terris Baronis spectat ad Baronem, in Terris demanialibus ad vniuersitatem, & num.* 4.
2 *Lex generalis dicitur, etsi alicui particulari dirigatur.*
3 *Vniuersitas non erat magistratus.*
4 *C. Regni, item statuimus, declaratio.*

DECISIO XLIII.

Electio officialis, seu magistri iurati in terris Baronum spectat ad Barones, in reliquis ad Vniuersitates.

PRiscis temporibus diuersimodè decisum fuit circa electionem magistri iurati, an electio spectet ad Vniuersitates, vel ad Barones, quia videbantur esse capitula Regni inter se contraria. Capitulum enim Regni, quod incipit; Item statuimus, quod officium magistri iurati, dat electionem Vniuersitatibus: Capitulum verò, quod incipit, Robertus tali Comiti, vel Baroni, aliàs, ad quietem publicam, videtur dare electionem Baroni, † Sacrum Consilium in Terris Baronum, 1 iudicauit, electionem hanc spectare ad Baronem, in causa Principis Scaleæ cum Vniuersitate Mesuracæ de mense Februarij 1572. & sic etiam per prius iudicauerat in anno 1561. Referente D. Io. Andrea de Curte, tunc Regio Consiliario, & suo tempore nemini secundo, nunc Sacri Consilij Præside, in causa Baldassaris Milani cum Vniuersitate Polistinæ per Capitulū prædictum, Robertus, &c quòd licet diceretur, tali Comiti, aut Baroni, quod consulto fuit positum in rubr. non 2 expresso nomine proprio: † quinimò, etsi expressum fuisset nomen alicuius cui dirigeretur, erit adhuc lex generalis, postquam Capitulum reperitur impressum in corpore Capitulorum Regni, & communiter allegatur. Ita in specie Paris de Put. *in tract. de Sindicatu, in cap. & aduerte, quòd dictæ constitutiones, vers. & vltimò sciendum est*, & Rex Carolus 2. *in c. Reg. quod incip. constitut. igitur ipsas, quod secundum ordinem*, Nig. *est.* 172. dicit esse aggreganda *cap. & const. in corpore constit. Regni*, in hoc & bast. de Neapoli notat. & Niger dicit ex hoc inferri, quòd ea quæ dicuntur de constitutionibus, possunt dici de Capitulis, & hoc etiā colligitur ex verbis eiusdem *c. dum in eo dicitur*, petijsti pro cautela concedi, & Sebast. de Neap. ibi declarat, dum dicit, pro cautela, & subdit, nam hoc poterat, & est cum maxima ratione, quia hoc officium habet iu3 risdictionem annexam, † & Vniuersitates non possunt creare Magistratus, quia habeant iurisdictionem, per 4 constitut Regni, cùm satis †. In Terris verò demanij creantur per Vniuersitatem, & ita intelligitur prædictum, *cap. item statuimus*, & sic videtur sentire Lucas de Penna, *in l. obseruare*, 1. *colum. vtr. ex quo sumitur argum. C. de Decur. lib.* 10. & habet hoc ex consuetudine, & virtute c. prædicti, quibus casibus prædictis Vniuersitatibus non obstat, quòd non habeant iurisdictionem, & distinctionem prædictam, facit *Capis in sua inuestit. feud. sub tit feuda officior. sub ver. Marascali exercitus, in ver. magistrati iurati offic. fol.* 274. *colum.* 2. quod opus tunc temporis, quando causæ prędictæ decisæ fuerunt, non erat impressum.

ADDITIO D. VISCONTI.

VIde Montanar. *in pragm.* 2. *num.* 191. *& seq. de administr. vniuersit.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Baro an possit creare Capitaneum ad Guerram.*
2 *Officium Magistri iurati iurisdictionem continet.*
3 *Vniuersitates iurisdictionem conferre non possunt.*
4 *Possessionis, vel quasi plura sunt commoda.*
5 *Prædo non est turbandus in sua possessione.*

AD

1 AD hanc decisionem adde, † an Baro possit
creare Capitaneum ad Guerram in eius
Terra pro custodia noctis de iure commu-
ni, vel in Regno Guido Papæ *dec.631.num.*
10. Boer. *dec.* 214. Capic. *dec.27.* Anna, *Sing.63. in ver-
bo Baro* Capania *in cap. Regni, Castillanos*, nouissimè
Regens Tappia *in lib. de iur. Regn. in c. Regni ad quie-
tem p.*434. Ego diuersimodè hoc practicatum vidi, nã
Dux Martini Don Carolus Caracciolus in terra Pice-
rini, ipse creat, & ita dum essem Gubernator in dicta
Terra, practicari conspexi: sed in Ciuitate Sancti An-
geli ipsam Terram in possessione creandi Magistrum
iuratum inueni. & anno illo, quo ibi Gubernator ad-
fui, & Auditor Generalis status, Bernardinus Ruscet-
tus Magister iuratus, officium exercuit, nec ipsum ego
aliquo modo impeditum vidi. Et quia iustum mihi
2 visum non fuit, & Vniuersitas erat in possessione, †
etiam licèt hoc officium iurisdictiones contineat, vt
dicit Grammat *in Constit. Intentionis, & Scribent. in
cap. Regni, Et statuimus in cap. Ad quietem, in capit.
Subditos*, etiam noster hic Præsidens in hoc loco, ita
3 loquitur, † in verbo, *Et Vniuersitates*, non possunt
creare Magistratus, qui iurisdictionem habeant, *num.*
4 3. nihilominus possessionis, vel quasi, multa sunt com-
5 moda, & etiam † prædo non est turbandus in ea. Sed
nouissimè vide Montan. *in pragm. 1. num. 191. & sequ.
de regim. vniuers.* latissimè, & doctè Regens Tapp. *in
lib. 1. de iur. Regn. in allegat. capit. Regni superius ad
quietem, pag.*434. latissimè, vbi etiam de appellationi-
nibus à sententia Baiulorum, an fiant ad Barones, &
eorum officiales.

ADDITIO D. RICII.

ELectio officialis, seu Magistri iurati in Terris Baro-
num spectat ad Baronem, in reliquis ad Vniuersi-
tates, hoc dicit. Ad ornatum huius decisionis posset du-
bitari, an electio sit nulla, si non vocentur omnes qui
interesse debent: fuit decisum, quòd sic, & annullata
prima electione processum fuit ad aliam electionem,
quia in prima non fuerant vocati omnes Carrab. *de
Sindic. par. 1. nu.* 35. & iterum in causa particularium
terræ Solofræ referente domino Caro sub die 2. Sep-
tembris 1578. & electio Syndici, & electorum an fieri
possit per Baronem in possessione existentem præuia
nominatione Vniuersitatis, fuit dictum, quòd non, Ca-
piblanc. *in pragm. 10. n. 44. de Baronib.* & electio, de qua
hic fieri solita per prædecessores tantùm an corruat Ba-
rone contrarium asseuerante vt fieri debeat per totam
Vniuersitatem fuit per S. Cons. interpositum decretum,
vt caperetur informatio, & interim pro illo anno ele-
ctio non fieret per veteres tantùm de regimine, sed per
totam Vniuersitatem congregatam Roui. *in pragm 2.
num. 13. de administ. Vniuers.* & electio officialium per
Vniuersitatem facienda, an sit per Barones procuran-
da, vt officiales ad eorum votum sint, fuit decisum
quòd Barones abstineant, & permittant liberè eligere,
Capiblanc. *in pragm. 10. n. 43. de Baronibus*.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Electio magistri iurati in Terris Baronalibus spectat
ad Baronem, & in Terris demanialib. ad Vniuersi-
tatem sed* R. Tapia *dubitat de hac decisione.*

1 ELectionem magistri iurati in Terris Baronalibus
spectare ad Baronem, & in Terris demanialibus
ad Vniuersitatem decisum testatur D. meus,
quem sequitur D. Capiblanc. *de Baronibus,
pragmat. 10. num.* 88. sed cogitandum super huius rei
veritate, inquit R. Tapia *de iur. Regn. tit. de offic. magi-
stri iurati in cap. Statuimus*, ea ratione ductus, quia
cap. ad quietem pro Barone adductum hic fuit particu-
lare, & non positum inter capitula Regni authoritate
Regis, vndè attendendam ait esse consuetudinem loci,
prout decisum per S.C. de anno 1640. refert Thor. *in
supplem. compend. ver. manuteneri quis debeat*.

SVMMARIVM.

1 *Paragium iure naturæ debetur, & semper est vnifor-
me illud quod monialibus debetur. & num. 2.*
2 *Dos congrua ex consuetudine etiam iudicatur in filia
ingrediente monasterium.*
3 *Paragium quando excedere possit legitimã, remissiuè.*

DECISIO XXXXIV.

Filia ingressa Monasterium debet habere paragium
secundùm conditionem Monasterij, quod fuit
ingressa, super bonis patris.

IN causa Michaelis Cossæ, cum Io: Iacobo Cossa,
me referente, fuit iudicatum, sororibus Io: Iaco-
bi Monialibus in Venerabili Monaster. Sanctæ
Claræ de Neapol. deberi paragium ingressarum
super bonis, & hæreditate quondam magnifici Petri
Cossæ, communis patris. Nunc dubitatur, vsque ad
quam quantitatem paragium istud liquidandum sit.
Neapod. *in consuet. si moriatur, in verbo, paragium,
col. fin. vers. quid si intrat monasterium*, ex mente An-
1 dr. in Comit. in aliquibus, dicit, † hoc paragium esse
debitum iure naturæ, & semper vniforme, quia sponsus
cœlestis semper, & cum omnibus est vniformis, idem
& expressius tenet idem Neapod. *in consuet. si qua mu-
lier. in verbo de bonis penult. colum. vers. & hoc tamen*,
fuisse decisum in Sacro Consilio testatur Afflict. *in de-
cis. 348. pater posuit.* & ita intelligendum esse hoc di-
ctum Neapodan, dicit Bartholomæus Martialis in *ad-
dit. ad dictam glos. in verb. paragium in addit. quæ in-
cipit, vide quia fol.* 100. & Capic. *in apost. sequ.* additum
tamen fuit quòd Stephanus de Gaeta in loco prædicto
dixit, communiter seruari Neapoli, quòd sufficiat dare
monialibus dotem spiritualem pro ordinatione, quæ
erit dos solita dari alijs monialibus, eo quia dos, quæ
datur Monasterio, penitus perdita est quo ad dantes,
dos verò, quæ datur pro matrimonio, vadit ad filios, &
eis non existentibus, ad dotantes. Subdit tamen, aliter
fuisse determinatum in causa sororis Hippolytę de Pe-
trico, & Anton. Capic. *vbi sup.* dixit glos. Neapod. fuisse
intellectam in moniali non professa, quamuis ipse vi-
disset sic decisum in moniali non professa, & Bartho-
lom. Martialis ibidem dicit, quòd aliqui intellexerunt
Neapodanum sensisse, moniali tantùm deberi paragiũ
ingressarum, & ita vidisse bis pronunciatum in Sacro
Consilio, licèt Neapodan. aliter videatur intelligere, ut
supra dixi. Afflict. *in constit. in aliquibus in 8. qu. idem
dicit*, quòd debeat habere legitimam taxam per con-
suetudinem, quæ ipsam minuere potest, licèt non in to-
tum tollere, quæ legitima per consuetudinem taxata
erit dos solita dari monialibus. Nouissimè addentes
ad Afflic. dicunt post dictam decisionem audiuisse sem-
per Sacrum Consilium sequutum fuisse opinionem,
quòd filia ingressa debet habere dotes secundùm con-
ditionem Monasterij, quod est ingressa. Et hæc opinio
2 tenenda est, † quia sufficere debet mulieri moniali ha-
bere ea, quæ cęteræ moniales habent, & in istis mul-
tùm valet consuetudo loci vt dos dicatur conueniens,
pulchra ponit Socin. *cons. 288. circa princ. colum. 9. &
10. 2.*

10. 2.*volum.*& secundùm hanc opinionem (relata per me causa prædicta) fuit iudicatum, & Dom. Præses Sacri Consilij dixit, sic fuisse pluries decisum, & pro hac decisione conferunt posita per Iacob. *in tract. feud. in*
3 *vers. qui quidem inuestiti colu. fin. in fin.* † Et quòd mulier, quæ renunciat excepta dote dari Monasterio consueta excludatur ab allegatio. læsionis Burgos. de Pace *in cons.*5. Quando autem, & in quibus casibus quando sumus in filia que est nuptui tradita per patrem, vel fratrem, paragium possit, vel debeat excedere legitimam, vel possit esse infra legitimam, vide Socin. *vbi suprà*, & Capic. *in apostilla ad consuet. si moriatur in glo. in verbo paragium, incipiente, an mulier. fol.*94. vltra consuè posita per Gramat. *dec.*101. & Maxillam *in consuet. Barensi, in cons. dos à patre*.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. Adde Episcop. Minorensis. *in ver. monialis*, §. 18. *fol.* 154. *à tergo*, vbi hanc decisionem allegat, Bor. ad Bellug. *in Speculo Principum fol.*96. *à tergo*, & concordat. Petr. de Gregorio *in tract. de dote de paragio qu.* 13. *vbi addit.* licèt contra hanc decis. teneat Intrigliola *in dec.*45.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Dos mille ducatorum magno est Comite digna.*
2 *Dos vt congrua dicatur, quæ consideranda.*
3 *Dos quando dicatur parua, & quando congrua.*

1 AD hanc decisionem adde omninò Ceph. *cons.* 665. *num.*25. qui asserit, † dotem mille Ducatorum magno Comite dignam: sed contrarium video practicari in hac Ciuitate Neapolis, in qua etiam Scarpatio, vt grosso sermone loquar, dos paulò minor datur, & hoc confirmat hic Præsidens *in dec.*117. *in fin. incip. Si moritur*, vbi dico
2 de hoc: sed pro veritate quando † dos congrua dicatur, quæ sint consideranda videndus est Anton. Thesaur. *in dec. Pedemont.* 492. *incip. Dotium taxa.* Barzius *in dec. Bonon.* 117. *& seq.* Alia vide per Præsidentem *in decis.*
3 87. *&* 247. *incip. Rescissa.* † Sed quando dos dicatur parua, & quando congrua, & quòd dos Ducatorum mille dicatur digna quolibet Comite, Surd. *doctissimè in decisionibus Mantuæ more suo, dec.*61. *incip. dos.* Nouissimè alia vide ex Petr. de Gregor. viro doctissimo, *in tract. de dote, & de paragio*, qui de hac decis. meminit, & non est omittendus Burgos de Pace, *in cons.*2. *incip. In hac causa*, qui optimè loquitur, & eius dicta conferunt valdè pro materia huius decisionis, vbi, quòd mulier recepta dote consueta dari Monasterio, excluditur ex allegatione læsionis.

ADDITIO D. RICII.

FIlia ingressa Monasterium debet habere paragium secundùm conditionem Monasterij, quod fuit ingressa super bonis patris hoc dicit. Adde Molf. in *commun. ad consuet. Neapolit. part.*2 *qu.*7. *num.*6. & 50. & *par.*3. *quæst.*8. *num.*32. vbi allegando hanc decis. dicit quod quando pater assignat dotem filiæ moniali nempè illam portionem, quam soluere solent omnes moniales illius Monasterij, satis illi est, cùm solùm habere debeat paragium ingressarum, sic notant omnes addentes ad Neapod. *in consuetud. si moriatur sub num.*67. *fol.*99. *& seq.* Vrsill. *ad Afflict. dec.*348. *num.*2. *vers. tamen audio*, non enim filia monialis conqueri potest dum aliarum monialium paragium habet, & in hoc multum valet consuetudo loci, nam consuetudine, & paragium, & legitima minuitur, prout latiùs affirmauit idem Molfes. *par.*2. *in tit. de bonis quæst.*19. verum si non adesset consuetudo, tunc attenderetur ius commune, secundùm quod moniali debetur illud met paragium, quod haberet, si nuberet sponso terreno.

Ratio autem decisionis ea esse potest, nam moniales tanta dote non indigent, ac si nuberent in sæculo, quia in sæculo, & se ipsam, virum, filios, & familiam alere debet ex fructibus dotis, sed in Monasterio solum agitur de alimentis ipsius mulieris, & de aliquibus alijs expensis, quæ fieri debent pro necessitatibus Monasterij, quæ numquam possunt legitimam superare, ex quo est introductum, quòd etiam dos monialium esse potest minus legitima, & minus paragio, quod illi mulieri deberetur si nuberet sponso, vt aduertit idem Molfes. *par.*4. *qu.*16. *num.*11. *vsque ad* 14.

Limita tamen prædictam conclusionem non procedere mortuo patre ante ingressum monialis in Monasterio, nam tunc integrum paragium ex iuris dispositione habere debet, ac si in sæculo maneret, quia mortuo patre statim illi est acquisitum ius in toto illo paragio, vt ex multis probat Saler. *in d. consuet. si moriatur sub num.*67. *fol.*102. *in addit. incip. monialis ex doctrina*, Bart. *in l. Titio centum §. Titio genero num.*8. *ff. de condit. & demonstrat.*

Nota etiam quòd paragium monialium est debitum iure naturæ, Afflict. *decis.*348. & intelligitur de professa secundùm Neapod. *in d. consuet. si moriatur in verb. paragium num.*63. & 67, sed si possit exire à Monasterio, & nubere tunc potest petere paragium, sicuti quælibet mulier non nupta, sic intelligit Capic. *in d. consuetud. si moriatur littera C. fol.*100.

Ad materiam animaduertendum puto, quòd paragium succedit loco legitimæ, vt tradit Andr. *in constit. comitib., & in constitut. in aliquibus colum* 9. *versic. sed hoc paragium, & vers. vnde quantum est*, & causa paragij, an sit feudalis, & an possit compromitti, & in qua re debeatur paragium, & quid differat à vita militia consulas Ann. *cons.*73. *com.*1. & an pro paragio detur actio personalis, & an sit onus tendi, vide latissimè eundem *loco citato*.

ADDITIO D. NOVARII.

CAuetur in presenti decisione, filiam ingressam Monasterium debere habere paragium iuxta conditionem Monasterij, quod fuit ingressa, & ita Viu. *opin.*328. Ricc. *collect. decis. collect.*13. *collectan.*500. *& collect.*803. Capiblanc. *de Baron. pragmat.*1. *numer.*78. Rodriquez *tom.*1. *qu. Regular. quæst.*66. *art.*2. §. *secunda Regula*, & nouissimè Molfes. *in consuet. Neapolit. par.*2. *quæst.*7. *num.*6. *&* 50. *& part.*3. *quæst.*8. *num.*32. satis est enim si dotem congruam de paragio habeat, quam habent aliæ sanctimoniales, & satis competenter dicitur dotata, quæ habuit dotem iuxta consuetudinem Monasterij, itaut per eam satisfiat etiam statuto excludente à successione dotatam, vt in facto fuit decisum in Rota Romana in vna Romana dotis 21. Iunij 1602. coram Sanctissimo Gregorio XV. tunc Rotæ Auditore, vbi fuit iudicata dos congrua scutorum 500. tanquam solita dari Monasterio pro filia moniali, quamuis soror fuisset nupta cum dote scutorũ 14000. non obstante dignitate familiæ, & quantitate patrimonij, sequitur alios allegando Ricc. *in sua praxi Resolut.* 347. *par.*2. vbi ex multis, quos citat firmat etiam, non dari supplementum congruæ dotis moniali, seu Monasterio, in quo illa est ingressa, si fuerit soluta dos consueta dari, quamuis sit minus exigua, & modica attenta dignitate familiæ, & quantitate patrimonij, & habito respectu ad dotes alijs filiabus assignatas tempore earum nuptiarum.

AD.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Filia, vel ſorori volenti ingredi Monaſterium ſufficere dari paragium ſolitum praſtari Monaſterio à patre, vel fratre deciditur, ſed* D.R.de Marinis *interuertit deciſionem.*

1 DEturbant hanc deciſionem Molfeſius, & alij quos refert, & ſequitur D.R.de Marin. *ad Reuert.obſeruat.*1.& 52. qui in difficultate propoſita, vtrum filiæ ingreſſæ, vel quæ ingredi velit Monaſterium dari debeat integrum paragium, vel ſolitum tribui Monaſterio, diſtinguunt etenim, quòd ſi viuente patre, filia ingreſſa eſſet, ſatis eſſet dari paragium ingreſſarum, ſed ſi pater mortuus eſſet, debebitur integrum, imò poterit ſoror cedere fratri ſiue alteri exceſſum, econtrà cum deciſione pertranſit Conſ.Prouenzal. *ſuper conſuet.ſi moriatur obſeruat.*1.*per tot.* ſuſtinens quòd indiſtinctè ſatis ſit dari paragiũ, & quòd non poſſit fieri ceſſio additamenti, & mox allegatum Authorem, refellit idem D.de Marin. *obſerua.* 52.*num.*9.& eamdem opinionem ipſe amplector, à qua in conſulendo non eſſe recedendum, tradit Dec. *in c.in præſentia de probat.colum.*29.Boer.*dec.*126.cùm ſponſa cęleſtis non debeat eſſe deterioris conditionis ſponſa terreſtri, cum vita contemplatiua ſalubrior ſit vita actiua *cap. ſanè de regular.* & traditis per Afflict.*in deciſ.*348.nec debet quis aliquo reſpectu retrahi à Religione, quod eſſet quando veliet ingredi Monaſterium capax in communi: ad ornatum autem materiæ, nempè quæ veniant in liquidatione huius paragij, an vitalitia, & medicinæ pro affirmatiua videndus Prouenzal.*vbi ſupra num.*17.

SVMMARIVM:

1 *Reſidui appellatione, quando totum comprehendatur, & num.*3.4.*&* 5.
2 *Diſponendi facultatem ſi quis habet, etſi non diſponat, videtur diſponere in eum, qui ab inteſtato ſuccedit.*

DECISIO XLIV.

Diſponendi facultatem habens de certa parte ſummæ maioris in alium collatæ in caſu mortis filij, ſi non diſponat ad ſucceſſuros ſibi ab inteſtato tranſmittit, non ad honoratum in reliqua maiori parte.

ILluſtr.Colantonius Caracciolus, Marchio Vici in donatione per eum facta' Lucio Caracciolo eius filio, ducat.6000. voluit, quòd ipſo ſine filijs decedente poſſit diſponere tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate vſque ad ſummam ducat.2000.cui voluerit, & in reſtantibus introitibus voluit, quòd ſuccedere deberet, & poſſit Illuſtr. Philippus Caracciolus eius nepos ex filio primogenito. Mortuus fuit Lucius ſine filijs ab inteſtato, dubitatum fuit, an in dictis duc. 2000.de quibus fuit data poteſtas diſponendi, quòd non diſpoſuit ſuccedat dictus Philippus, an verò proximiores ab inteſtato.

Et pro parte dicti Philippi dicebatur, quòd poſtquàm Lucius, nec inter viuos, nec in vltima voluntate diſpoſuerat omnes introitus deberent ſpectare ad Philippũ,
1 † reſidui enim appellatione totum continetur, *l.2.C. de heredit. inſtit.vbi gloſ.& cęteri Scribentes*, præcipuè Iaſ.Aretin.*in l.ſi quidem*, 2.*notab.C.de tranſact.* Caſſa.*conſ.*12.2.*colum. verſ.& ſic replicatur.* Ad hoc reſpondebatur, quòd quando qui habet facultatem diſponendi, quamuis non diſponat per teſtamentum, aut aliam vltimam voluntatem, nec inter uiuos, ſed per a-
2 ctum facti, † decedendo ab inteſtato videtur diſponere in eum, qui ab inteſtato eſt ſucceſſurus, per tex.*in l.conficiuntur, ff.de iur.codic.*quem ad hoc allegat Bart.*in l. Gallus §.quid ſi tantum,*4.*colum.ver.præterea ille, ff.de liber & poſthum.* Ad idem tex.*in l.ſi mulier. C. de iur. dot.*qui loquitur in contractibus, *& in l.ſi quis cùm nullum, ff.de iur.codic.& in l.ſecundum reſponſum, C. de contrah.& commit.ſtipul.*& dicebatur, quòd de hoc erat deciſio particularis in fortioribus terminis, quando quis eſt inſtitutus hæres, & grauatus de reſtituendo integram hæreditatem, ſalua ei facultate diſponendi de ducat.mille, quòd quamuis non diſponat expreſsè, nihilominus decedendo ab inteſtato in illis mille ſuccedente ab inteſtato venientes, quia in eos, videtur diſpoſuiſſe, ita Bal.Nou.*in l.cum filio, de leg.*3.quem ibi refert Herc.*colum.*5.*ver.ex his.*Cur.iun.*conſ.*4.3.*col.in princ.& in auth.res quæ, colum.*8.*verſ.ergo tamen, nu.*24.vbi dicit ſic fuiſſe iudicatum, & nouiſs.Cagn.*in repet.l.fin.num.*246.*ver.nec obſtat ratio, Iaſ.C.de pact.& in l.herede, num.*12.*de reg.iur.*& de iſtis meminit Frec. poſteà impreſſus, *in [illegible] nouis, in* 43.*qu.* vnde dicebatur ſatis diſpoſuiſſe Lucium ab inteſtato decedendo, in proximiores venientes ab inteſtato, & ſic in reliquo Philippus ſuccedebat, quod non comprehendet totum:
3 † quia reliquum tunc comprehendit totum quando is, in quem diſpoſitum eſt, uel non capit, uel non capere poteſt, ut loquitur text.*in d.l.*2. quod dicebatur ceſſare in caſu, de quo agebatur. Pro qua opinione facit pulchra deciſio Alb.*in l.ſi arrogator, in vltimis verbis, ff. de adop.*ac etiam deciſio Io: Andreæ *in addit. ad Spec. §.*71.*de teſtam.colum.*4. *verſ.Item Lambert.* quem refert, & ſequitur Alex.*conſ.*22.*viſis, ac etiam perlectis, colum.*3. *ver.* hoc decidit. 2. *colum.* & Iaſ.*conſ.*215.ex Valentia, 3.*col.ver.ad Ioan.vol.*2.

Secundò dicebatur pro parte Philippi, hanc quæſt. decidi per text.*in l.cum optio, ff.de optio leg.* quem text. allegat Iaſ. *in d.l.*2.*C.de hered. inſtit.* 1.*colum.* quo cauetur expreſsè quòd relicta optione duorum ſeruorum Titio, reliquis Sempronio relictis, Titio non eligente, omnes reliquorum appellatione ad Sempronium pertinebunt. Sed ad hoc dicebatur reſponderi, quòd ille text.declarabatur per gloſ.quando Titius non fecit electionem, quia repudiauit, vno tempore excluſus eſt, prout etiam illum text. ita intelligit Cuma. *conſil.*114. *Ant.*3.*colum.ver his tamen non obſtant.*quia tunc omnes ſerui continentur appellatione reliquorum, quemadmodum *in text.d.l.*2 Ideò totum accreſcit ijs, qui in reliquo inſtituti ſunt, quia alius cohæres inſtitutus capere non poteſt: in caſu, quo agitur, Lucius non renunciauit, nec expreſsè, nec per lapſum tẽporis, immò acquiſiuit donationem ei factam, per patrem, uel auum quando nunc ab inteſtato moritur, in iure ei quæſito ſuccedent venientes ab inteſtato, in quos (vt ſupra dictum eſt) videtur diſpoſuiſſe de quæſitis per eum, quod ceſſabat in caſu de quo agebatur, *in d.l.cum optio*, in qua Titius legatarius non modò non quæſiuit, ſed repudiauit expreſsè vel tacitè, ſecundùm gl.

Tertiò dicebatur, caſum hunc decidi per Neapod. *in conſuet. & ſi teſtator. in ver. reliqua.* in quo loco dicit
4 Neapo. † reliquorum appellatione totum contineri, ſi totum ſupereſt, & ideò ibi infert, quòd quamuis ex conſuetudine prædicta, decedentes ſine filijs de bonis antiquis poſſent diſponere de medietate, & reliqua medietas debeatur agnatis, quòd ſi decedens non diſponit de hac medietate, de qua diſponere poteſt, vel in perſonam inhabilem, ſeu incapacem diſponeret, etiam hæc alia medietas debeatur virtute conſuetudinis. Sed dictum fuit per D.Commiſſarium, & benè, Neapod. ibi con-

concludere contrarium, & tunc tenere quando appellatione reliquorum, totum contineatur, quando totum superest, sed in casu, de quo agebatur, totum non supererat, quia ex iuris dispositione decedens, ab intestato videtur disposuisse, ergo sub reliquorum appellatione non continebitur.

Quartò, & vltimò dicebatur, hoc expresè colligi ex
5 voluntate donantis, scilicet † quòd non facta expressa
dispositione per Lucium, in totum succederet Philippus, tum quia Philippus in donatione prædicta fuit dilectus, quia semper substitutus: tum etiam, quia si Lucius disposuisset, non de duc. 2000. prout poterat, sed infra summam ipsorum, non esset dubitandum, quòd Philippus successisset, non tantùm in dictis duc. 4000. restantibus, sed etiam in ea summa duc. 2000. de quibus disponere poterat, & non disposuit. Si igitur, in parte non disposita hoc est, cur non esset in toto? *argum. reg. l. quæ tota, ff. de rei vendicatio.* Sed ad hoc dicebatur, Philippum esse prædilectum in summa duc. 4000. quos præcisè voluit Illustr. Colantonius, quòd ipse haberet, & alijs ducat. 2000. esse prædilectum Lucium etiam ex verbis eiusdem donationis, dum dat ei facultatem de eis in quem vellet disponendi. Et ad assumptum, quod clarum dicebatur, quòd si de minori summa duc. 2000. disposuisset, quod id, quòd supererat, etiam accrescebat Philippo, dictum fuit, quòd quando sic disposuisset, hoc procederet ex voluntate eius, cui data fuit facultas disponendi, qui dum possit disponere de mille, noluit de tota summa disponere, sed disposuit de quingentis tantum. Secus autem est casu, de quo agitur, in quo non disponendo, nec de toto, nec de parte, videtur per actū facti disposuisse in eos, ad quos de iure eius hæreditas spectabat: hæc causa fuit plenè discussa, iunctis D. Consiliarijs duarum Aularum, & quia in duabus Aulis residebamus septem vna cum D. Præside, causa non potuit terminari, & sic D. Locumtenens generalis addidit tres alios Regios Consiliarios alterius Aulæ, ex quibus vnus magnoperè dubitauit contra hæredes ab intestato, non ex prædictis, quæ vera dicebat, sed ex præsumpta voluntate donantis. Nihilominus Sacrum Consilium iudicauit in fauorem venientium ab intestato. Sed vide contra hanc decisionem, decis. Senatus Pedemon. relatam per Thes. *in dec. 97.* qui de hac non meminit, quia fortè contrar. decidisset. Vide tamen infra *decis. sub* 600. vbi fuit contra dec. Thessauri.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 3. ibi sic fuisse iudicatum, Adde Nattam *cons. 123. num. 9. vers. dicitur.* Cortius, & *cons. 216. num. 10.* Ann. Sen. *singul.* 391. D. Annam filium *consil.* 136. *nu.* 15. Salem. *in addit. ad Neapol. in consuetudo si moriatur fol.* 78. omnino Surd. *in dec.* 272. & Menoch. *de præsumpt. lib. 4. cap. 27. à num.* 10.

Sed insignis Anton. Thesaur. *in dec. 97.* tenet quod fuerit reseruata simpliciter facultas disponendi de aliqua summa, & donator non disposuerit, sed mortuus fuit ab intestato, illud reseruatum pertinebit ad donatarium non ad hæredem ab intestato, & ita refert iudicatum, refert, & sequitur Intrigliola alios allegando in *singul. 12. num.* 10. M. Anton. Peregr. *in tract. de fideicomm. art. 40. num.* 59. relato Thes. ipsum sequitur, & *ad l. conficiuntur* hic allegatam, vide D. Ann. Iun. *in collect.* 317.

Verum secundùm decis. istam, & contra Thes. refert plenè discusso negotio decisum in S. C. hic Doctissimus Dominus *in dec. 600. p. 4.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

S V M M A R I V M.

1 *Distinctio refertur circa hanc decisionem.*
2 *Verbum, residui, quid importet.*

AD hanc decisionem adde tu Thessaur. *decis.
Pedem. 97. incip. Donauit*, qui distinctione
1 facta, decisum dicit, † quòd aut aliquis reseruauit dispositionem, de bonis donatis aliquid disponendi, aut reseruauit expresè aliquam quantitatem, qui omninò videndus est. *Ad num. 1. de hoc*
2 *verbo,* † Residui, adde quæ *ad l. si ex plurib. de solut.* Afflict. *in Constit. Duana, secreti, notab. 9. & in decis.* 285. *num.* 3. vbi Vrsill. & nota hoc verbum, quia deseruit pro mercatoribus, & negotiantibus tota die. Et ad finem huius decisionis omninò vide hunc Præsidētem *in decis.* 600. vbi decisum est contra Thesauri sententiam, & decisionem, ex pluribus doctissimè.

ADDITIO D. RICII.

DIsponendi facultatem habens de certa parte summæ maioris in alium collatæ in casu mortis sine filijs, si non disponat ad successuros sibi ab intestato transmittit, non ad honoratum in reliqua maiori parte hoc dicit, & ita decisum esse in eodem S. C. dicit idē Author. *in dec.* 600. & vide Molfes. *in consuet. Neapol. par. 1. de bonis quæst. 22. num.* 4. Caualc. *dec. 12. num. 18. par.* 4. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 7. num. 14. in fin.* Ses. *in dec. 48. num. 2. part.* 1. Cancer. *variar. resolut. tom.* 1. *cap. 2. de Trebell. num.* 46. Fontanel. *de pactis nuptialibus clausi. 4. num. 23. nu. 8. & 9.* moriens enim in proximiores ab intestato successores de bonis suis disposuisse dicitur *l. conficiuntur, l. si quis [illegible], ff. de iur. codicill.* nisi ex contraria voluntate appareat Anna *singul.* 361. Menoch. *de præsumpt. libro 4. præsumpt.* 29. Gratian. *in discep. forens. cap. 50. num.* 11. Tusc. *conclus. 337. num.* 2. Spin. *de testamento. glos. 12. num.* 56. Pollidor. Rip. *obseruat.* 103. Millanens. *decis. 3. nu. 46. lib. 1.* Sanz. *de diuis. bonor. lib. 4. cap. 6. nu. 1.*

Aduerte tamen, quòd hoc verum putarunt alij in reseruatione certæ quantitatis, tunc enim intestato mortuo donatore, conueniunt omnes, quòd ad succedentes ab intestato spectet reseruatio, nec remaneat donatario, sed si non reseruetur quantitas, nec certa res, sed facultas disponendi de aliqua re, seu quantitate ex rebus donatis, tunc resoluit Thessaur. *in dec. hic allegata* 97. quòd nisi expressim disponat per testamētum, uel vltimam voluntatem, non cedet lucro hæredis, sed donatarij, quia facultas hæc est personalis, & non transit ad hæredem, atque ita in vtroque casu iudicatum fuisse testatur in Senatu Pedemontano, & sentit Caualc. *in loco superius citato*, ratio est, quia donatio erat pura, & reseruata tantùm facultas disponendi, quę cùm non habuerit effectum, donationem non alterat, Cabal. *resolut. 207. num.* 15. quare Bannito donatore, quòd sibi in donatione reseruauit, an ad hæredem, vel Fiscum pertineat Thessauri distinctionem obseruandam etiam voluit, Cabal. *d. resolut. num.* 14. vbi enim alicui conceditur facultas liberè alienandi, seu disponendi, requiritur, quòd expressim illa vtatur facultate, & disponat, ita ut nec tacitè ab intestato disponere satis Silua. *cons.* 14. Montesperel. *cons. 44. num. 18. volum.* 4. Gabr. *cons.* 143. *volum.* 1. Bertazzol. *cons. ciuil. 7 num.* 7. Cephal. *cons. 371. num.* 7. & ita decisum testatur Casanat. *in suo cons. 37. num* 29.

Ego non discedo ab opinione, hic à nostro auctore firmata, quæ est verior, imò si potestas alicui concedatur disponendi de re aliqua, tamquàm propria, si decesserit intestatus, quòd in eos disposuisse videatur, qui sunt successuri ab intestato tradunt Decian. *in cons. 38. num. 23. volum.* 3. Menoch. *cons.* 210. *num.* 16. & Mantic. *loco vbi proximè cit.*

Verùm, quia noster author occasione resolutionis præfati articuli declarat residui appellatione, quando totum comprehendatur, ideò obserua, & nota, quòd residuum, quandoque partem, interdum totum pro materiæ qualitate designat. Totum nisi sit pars, in cuius reliquo possit dictio verificari, cùm nulla adhuc pars sit soluta, *l. centarum, l. potest, ff. de verb. significat.*

l. 2.

l.2.vbi DD.C.de hered.Instit.Henrig.de fideiussor.cap. 20.§.21 num.36.Seraph.dec.544. num.2. Cephal. consf. 124.num.9.Roman.singul.35.Bertazzol. de clausul.instrum.clausf.34.glos.11.Tuscus conclus.255. num.8.13. & 14.Propriè ad partem restantem refertur l. si quidē, C.de transact. Marescot. lib.2.resolut.72.nu.17.Ruin. cons.116.volum.3.Cornazzan.decis.75.num.19. Costa de scient.& ignor.cent.1.distinct.20.num.8.ita, vt residui appellatione id totum veniat, quod superest. d.l.2. & l.qui non militabat.§.fin.cum l.sequ.ff. de hered. instit.Aemil.cons.60.num.6.Gamma.dec.378. Bott.cons. 3.siue applicetur rei, siue quantitati Alex.cons.26 nu. 2.volum.4. Tusc.d.concl.255.num.15. supponit, namque hæc dictio, residuum, partem summæ omnino solui debere, aliàs non esset residuum, Seraphin.decis.224. num.2.

Vnde euenit creditorem decem à debitore suo recipientem pro residuo, nec posse aliquid vltre petere, etsi plus ille debeat, l.2.& ibi Castrens.C.de hered. Institut. Cancer.tom.2.resolut cap.6.num.6.Caroc. de excuss. bonorum, 1.quest.3.princ.num.12. Tusc.conclus.345. num.9.Gutier.de iur.p.3.cap.5.num.3. Pacian. de probat.lib.1.cap.25.num.22.& 23.quod idem est si in iudicio partem crediti pro residuo peteret creditor, Guid. Pap.dec.177.Gratian.discept. Forens.capit.3. num.37. & procedit siue in instrumento, siue in chirographo verbum hoc, residuum, apponatur Rebuff.in l.potest,ff. de verb.signific.aut in litteris priuatis, Barz. in dec.76. num.5.licet possit contrarium probare is, qui confessus fuerit pro residuo errorem ostendens DD. in l.fi.C. de error.calcul.Rebuff.loco cit.Pacian.de probat.ca.25. num.23.Abb.cons.190.& Costa d.distinct.20. qui hanc materiam declarant, ut poteris videre.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Residui appellatione venit totum.*
2 *Franciscus donat Petro mille quos post mortem iussit peruenire ad Ioannem, verùm donatarius possit disponere de tantum, dispositione non facta succedere hæredes Petri deciditur, & comprobatur decisio, & impugnatur per Fusarium*, nu.3.& per D.Rodoer. *distinguentem, num.4.*
5 *Euertitur distinctio, & affertur ratio, num.6.*
7 *Quando excludantur venientes ab intestato, vel hæredes instituti, num.8.*
9 *Martius Medices confutat limitationem allatam per D.Præsidem, & aliæ limitationes indicantur, num.10.& 11.*

1 DEstructilis numquid possit appellari decisio, quæ àduenit inspiciendum erit, prout d. nota inuritur, & ad propositum deueniendo, primum assertum num.1.firmatur, appellatione residui totum contineri, & l.2.& ibi glos.C. de hæred. institut.& text.notabili in l.cum optio, ff.de opt.legata, vbi optione duorum seruorum legata Titio, & reliquis seruis legatis Mæuio, cessante Titio, in optione reliquorum appellatione omnes serui ad Mæniū pertinent, ex quo tex. sic decisum refert Peguer. dec. 109.Manent.dec.4.num.14.Fontanell.dec.527. Peregr. de fideicom.art.9.num.6.Napod.in consuet.& si testator vers.reliqua.

2 Præcipua quæstio agitata est, verum donatarius grauatus post mortem restituere bona donata, habens facultatem disponendi, si non disposuerit, videatur disponere in venientes ab intestato, & ad istos spectet quantitas reseruata, & per text.in l.conficiuntur, ff. de iur. codicil.quem allegat Bart.in l.Gallus, §.& quid si tantum, ff.de lib.& posthum.pro venientibus ab intestato iudicatum testatur D. meus quam decisionem comprobant D.Hodiem.ad Surd.in dec.272.D.R.de Marin. lib.1.resolut.88. & commendat Cutell. de donat. contempl.matrim.tom.1.discurs.2.p.2.num.27.Ioseph.Vrceol.consul.31.D.Marott.discept.for.4.num.68.& seq. & in fine, ita refert iudicatum de anno 1659. per M.C. V. & in hærede grauato habente facultatem disponendi idem ex Celso, Vgone, Natta, Bal.Nouello, Mantica, Menoch.& alijs stabilitur num.3.Cancer.lib.4. variar. tit.de Trebellian.num.46. Surd.in dec.272. Fontan. de pact.nupt.claus.4.glos.23.num.11. Dian.p.8.tractat.6. resolut.71.

3 Verumtamen Thesaur. in dec.97. relatus hic in fine contrarium tenet, & cum eo Merend.lib.16. controu. cap.38.& alij quos refert, & sequitur Fusar.de substit. quest.550. num.3. qui tenaciter adhæret huic opinioni contra venientes ab intestato donatarij, uel hæredis grauati, rationem assignat, quia dicta summa numquam censeatur in bonis primi donatarij, nisi de ea disposuerit, & sic facultatiuè dicatur in bonis illius, præterea, quia sibi repugnans videretur illa intelligentia, ut siue cum testamento decederet censeatur disponere in hæredem institutum siue decedat ab intestato, & etiam censeatur disponere in venientes ab intestato.

4 Distinguit nouissimè D.Rodoer.in addi.ad lib.primū resolut.D.de Marin. vbi suprà, vt prima opinio procedat quando sibi reseruaret facultatem donans disponendi de aliqua quantitate de bonis donatis, posterior autem sententia, quando facultas concederetur per donantem donatario grauato, quia primo casu reseruans est dominus, secus in secundo, & laudat pro sua distinctione, Fusar. in d.qu.550. Fontanell.de pact. nupt.tom.2.claus.5.glos.10.p.1.num.68.& 70. vbi iuxta præfatam distinctionem tradit decisum in Senatu, Amat.resolut.76. & P. Caietan. de Afflict.controuers. cap.10 num.5. subiungens Rodoer. quod cum in præsenti decisione sit casus de facultate attributa donatario, proinde sit expugnabilis decisio.

5 Censeo salua pace d.Authoris non rectè applicari distinctionem allatam inter donantem, & donatarium, quia in vtroque casu, tàm donans, quàm donatarius sunt domini, nam donatarius fit dominus, quamuis reuocabilis, ut in puncto Anton. Monach.dec.Bonon.71. ex professo tangens articulum vbi statuit prius casum reseruationis facultatis factæ per donantem, & deinde quando concessio facultatis datur futuro domino licet reuocabili, ut donatario, vel hæredi grauato, in quibus terminis ex Sesse dec.Arag.48.num.113.& alijs quos cumulat expressè amplectitur opinionem D.mei, vndè minus rectè dicitur data facultas non domino, cum tribuitur donatio quamuis grauato, dum etsi fiat substitutio in donatione nihilominus transfertur dominium in primum donatarium, adeo quòd neque secundo competat rei vendicatio purificata conditione substitutionis, vt infrà obseru.74.Distinctio igitur allata locum habebit, quando facultas conceditur vsufructuario, vt ex Ant.Monach.& Fusar.num.15.& Fontanell.& P.Caietano, qui in addit.in fine operis remittit se ac Ant.Monach.

6 Ratio differentiæ est euidens inter donatarium grauatum, & vsufructuarium, quia in primo casu concessio facultatis non tribuit aliquod ius in re, sed remouet, & tollit impedimentum prohibitionis, & res redigitur ad pristinam naturam, ac si nullum onus fideicommisso iniunctum esset, Bald.in l.si vt proponis, Cod.de seru. pign.dat.manumiss.aliud est quando tribuitur facultas disponendi de re aliena, Gabr.cons.143.numero 6. libro primo, Surd.consil.430.numero quarto, & decis.272. numero 39.& sequentibus, ita in puncto Andreol.controu.434.num.17.

Confirmatur decisio, ex eo quòd tunc non succedunt

dunt venientes ab intestato in quantitate reseruata, quando in facultate disponendi reseruata donans dixerit quòd si non disposuerit de bonis contentis in reseruatione, sint illa donantis, vel substituti, ita Salgad. *in laber. credit. p. 2. cap. 18. num. 28.* Castil. *quotid. controu. lib. 5. cap. 113.* Giurb. *ad consuet. Messan. cap. 5. glos. 4. p. 1. num. 6.* & hoc casu non sufficit tacita dispositio resultans ex *d. l. conficiuntur*, vt D. meus *in dec. 600. in fine* Thesaur. *dec. 97. in fine*, quamuis difficultas magna sit vtrum sufficiat in postremo casu generalis dispositio
8 facta per hæredis institutionem, vel requiratur specifica, ut bis decisum in Rot. Roman. refert Gratian. *discept. 221. num. 7. & seqq.* ea ratione quia in generali institutione non veniunt ea bona in quibus si testator ab intestato decessisset, aliud ius habuisset, Rota Romana *diuers. dec. 262. in fin. p. 1.* in qua re Ant. Monach. *num. 131.* contrarium tenet & post Cyriac. *controu. 455.* & Fusar. *quæst. 440. & 550.* idem probat Andreol. *controu. 343 num. 3. qui num. 22.* respondet Gratian. & decisionibus Rotæ allegatis, ut procedant in contractibus in quibus fit stricta interpretatio, secùs in vltimis voluntatibus, vt idem Gratian. *num. 5. & discept. 50.* & indistinctè contra Gratianum etiam firmat Ant. Monach. *num. 32.*

9 Limitatio affertur *num. 5.* in casu, quo donator disposuerit de parte reseruata, quia tunc reliquum accrescet donatario, & non succedunt venientes ab intestato ipsius donatoris, sed limitationem confutat Martius Medic. *exam. 21. num. 50.* ex eo quod idem iuris sit de parte quoad partē, quod de toto quoad totum *l. quod de toto, ff. de reg. iur.* & proinde censeatur donator disposuisse de parte in venientes ab intestato, nisi ad fauorem istorum disposuisset de parte, nam prouisio expressa facit cessare tacitam etiam si disposuisset per actum inter viuos.

10 Restringit decisionem D. Marcian. *disp. 30. num. 25.* si facultas reseruata esset ad actum testandi, alias limitationes demum colligunt Fusar. & Anton. Monach. & quid si Monasterium, uel Fiscus essent venientes ab intestato videndi sunt D. R. de Marin. & Arias de Mesa *lib. 3. var cap. 42.* Cutel. *vbi sup. num. 13.* Giurb. *con. crimin. 55.* Muta *dec. 49.* Mastrill. *decis. 277.* & Castil. *decis. 142. contra Fiscum.*

11 Notabilis est limitatio præstantissimi iuris interpretis P. Caietan. *vbi sup.* vbi modificat, & resoluit contra venientes ab intestato quando essent odiosi, & is qui habebat facultatem disponendi non potuit testari, quia morte repentina fuerit præuentus cui me remitto ne alienos labores transcribam, verùm quando non essent odiosi legitimi hæredes, tunc esto donans repentina morte decedat, etiam succedent venientes ab intestato quidquid tradat bona venia D. Capon. *de pact. quæst. 31. num. 16.* vbi non videtur loqui ad sensum dict. P. de Afflicto allegati, qui contra odiosos venientes ab intestato arguit à fisco succedente ab intestato secundùm non nullos excluso à quantitate reseruata, vel cessat *d. l. conficiuntur in decedente intestabili*, R. Gal. *cont. 30. lib. 2.* aut testari vellet, & differret Cutel. *num. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Interesse dotis, an debeatur filijs, qui non possunt stare cum patre à tempore moræ, & sic à tempore, quo filij inhabitarunt extra domum patris, vel à tempore petitionis, & num. 2. & 10.*

2 *Verbum, reuertatur, ipso iure regressum non denotat, sed ope actionis, & num. 7.*

3 *Verbum, restituatur, factum hominis requirit.*

4 *Consuetudo si qua mulier, de iure dot. declaratur, & num. sequent.*

6 *Glos. Neapodani in consuetudinibus Neapo. est tantæ auctoritatis, ut durum sit contra eam iudicare.*

8 *Fructus à donatario percepti in terminis l. si vnquam Cod. de reuocand. donatio. tunc veniunt restituendi, & ab eo die, quo donator declarauerit velle reuocare donationem, & si donatarius sciuerit filios esse natos, quia tunc donatarius constituitur in mala fide.*

9 *Fructus feudi debentur per vassallum non à die moræ, sed à die controuersiæ iudicialis.*

DECISIO XLVI.

Interesse dotium sororibus debetur tantùm à die petitionis earum, non à die mortis patris licèt etiam ipsæ sorores educatæ fuerint extra domum patris vsque ad diem petitionis.

IN causa Hieronymi Carrafæ, filij quondam Bartholomæi Carrafæ cessionarij Portiæ, & Violantis Carrafæ eius sororum, cum Io. Antonio Carrafa, fuit dubitatum, † an dicto Ioanni Hierony-
1 mo debeatur interesse dotium portionum competentium dictis Portiæ, & Violanti ab anno 1513. à quo tempore dictæ sorores steterunt extra domum patris, & educatæ fuerunt penes auiam maternam, an verò à die petitionis ipsarum dotium?

Pro parte dicti Io. Hieronymi allegabatur consuetudo Ciuitatis Neap. *in tit. de iure dotium*, quæ incipit, si mulier nupta, qua cauetur, quòd si moritur mulier nupta superstitibus filijs, & filij nolint, uel non possint stare cum patre, uel pater noluit eos secum manere, dos, & bona stabilia ipsius mulieris reuertantur ad filios incontinenti, si verò consistat in pecunia, restituatur infra annum eisdem filijs. Sic videbatur dicendum in casu, de quo agebatur, quòd postquam istæ sorores steterunt à tempore mortis patris, extra domum patris, quòd saltem elapso anno deberetur interesse dotium, quæ dotes in pecunia consistebant: eò etiam magis, quia consuetudo prædicta loquitur per verbum reuertatur, quòd importat reuersionem ipso iure secundùm gl. *in l. si vnquam, C. de reuoc. donat.*

His tamen non obstantibus fuit decisum (me referente) contrarium, ex his, quæ Neap. dicit in consuetudine prędicta in verbo reuertatur, dum dicit,
2 † quòd verba prædicta, reuertatur, non intelligantur ipso iure, sed ope actionis, cùm sint verba subiunctiua, & sic hominis ministerium exigunt: allegat ad hoc multas glos. & loquitur Neap. quando dotes consistunt in bonis stabilibus, & idem, & fortiùs est dicendum, quando dotes consisterent in pecunia, ut
3 est casus noster, † quia consuetudo loquitur per verbum restituantur, quo casu opus est facto restitutionis. Idem dicit Neap. *in dict. consuet. in verbo, incontinenti.* Et hæc tantò magis videntur dicenda in casu, de quo agebatur, in quo pater educauit penes se Bartholomæum filium masculum, ad quem spectabat successio in bonis maternis, cum onere dotandi sorores de paragio, quæ sorores licèt posteà fuissent admissæ ad portiones per fratres in anno 1526. quod facere potuerunt, vt est dictum *in decisio. 23. numero 6.* nihilominus non retrotrahetur hæc admissio in præiudicium patris, cui est ius quæsitum, & non nocebit patri, qui confisus, quòd dotes de iure spectabant ad filium masculum, penes seipsum retinuit educando; & dotes non restituendo, nec contra patrem operabitur prætensa masculinatio virtute alterius consuetu-
4 dinis, † quia consuetudo prędicta non loquitur contra patrem differentem nuptui tradere filias, sed contra fratres, ut dicit Neap. *in consuet. si moriatur aliquis in glos. in ver. ipsis successoribus versic. quid si pater differt.* Item intentio patris, seu aui non fuit transmittere filias ad educandum in domum auiæ, quia nollet eas secum habitare, uel quia noluisset ipsas tenere, & succederet casus consuetudinis, quia in filiabus minoribus hæc cadere non poterant, sed fecit hoc,

vt cum auia, mortua matre, bonis moribus educarentur, & alerentur, & in actibus hominum id attendendum est, ad quod principaliter fiunt, *l. si quis nec causam, ff. si cert. pet.* Nec sine ratione idem Barto. quando vt cessionarius sororis habuit interesse dotium ab anno 1526. à quo tempore Bart. fterit extra domum patris: aliter eo tempore non fuit prosecutus caput interesse deducti in relatione calculatoris à die, quo istæ sorores habitauerunt cum auia, & nunc petit.

5 Nec obstat consuetudo prædicta, † quia intelligitur, prout Neapo. eam intelligit scilicet, quòd dotes reuertantur, & restituantur, non ipso iure, sed ope actionis, vt supra dictum est. Nec obstat verbum, reuertatur, quod ex *glos. in l. si vnquam*, allegabatur importare reuersionem ipso iure, quia contra glos. prædictam multi tenent, quos latissimè congerit Tiraquel. *in d. l. si vnquam*, in verbo, *reuertatur*, ad quem me remitto. Et postquam in consuetudine prædicta habemus glo. Neapo. in propria materia, ab eius decisione, quæ non contradicit iuris dispositioni, postquam verbum prædictum potest esse directum, & obliquum, non est recedendum, & dicit Apostil. Anto. & Alex. *in consuet. si quis, vel si*
6 *qua super glo. 1. quæ incip. & ratio est, fol.* 118. † quòd durum esset in Ciuitate Neapolis iudicare contra glos.
7 Neap. Item dicebatur, † quòd etiam quòd verbum illud, reuertatur, significaret reuersionem ipso iure, nihilominus intelligeretur, si is, ad quem reuertetur, petijt, prout multa cumulat Tiraquell. *ibi num. 10. cum sequ.* Hinc est quod in materia, *d. l. si vnquam*, dubitatum fuit, an fructus percepti per donatarium sint restituendi à die, quo nati sunt filij donantis, & licet aliqui tenuerint deberi à die, quo donatarius sciuit filios esse natos donatori, tamen Tiraquel. ibi *n. 273. vers. sed vt re-*
8 *uertamus, ex dictis per eum, d. num.* 10. dicit, † ad constituendum donatarium in mala fide non solùm requiri, quòd ipse sciat natos esse filios donatoris, sed etiam, quòd donator declarauit velle donationem reuocare, & Tiraquel. sequuntur Moderni Paris. *in §. 30. in 7. qu.*
9 *3. col. vers. aduerte tamen, num. 34. fol. 163.* † quia ex prædictis etiam tenet, vassallum non teneri ad restitutionem fructuum à tempore moræ, sed à die controuersiæ iudicialis. Vltimò dicebatur, quòd in casu nostro non erat curandum de verbo, reuertatur, quod in consuetudine prædicta est positum, quando tractatur de restitutione stabilium: sed de verbo restituatur, quod
10 cadebat in hoc casu, quia dos consistebat in pecunia, † quo casu interesse non debetur, nisi à die moræ, exemplo etiam eius, quod dicitur in materia *d. l. si vnquam*, in qua fit differentia, an donatio sit facta specierum, vel quantitatis, secundùm Tiraq. *ibi n. 27. vers. nam etiam, fol. 127.* & Neap. *sentit in d. vers. incontinenti.*

ADDITIO D. VISCONTI.

Vide Rotam Genuens. *in decis.* 89.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Pater, an, & quando teneatur restituere dotem filio, vel nurui constante matrimonio.*
2 *Dos debet esse penes filium, quando ipse sustinet onera matrimonij.*
3 *Nurus quando repetat dotem à socero.*
4 *Pater se obligans ad restitutionem dotis pro filio, an si soluat dotem filio, vel nurui possit ipsam repetere.*
5 *Dos soluta patri, & filio, censetur tota ad patrem peruenisse.*
6 *Pater tenetur se pro filio obligare ad dotem, & antefatum, si matrimonio consenserint tacitè, vel expressè.*
7 *Pecunia, vel dos, an præsumatur ad patrem solum peruenisse, an ad patrem, & filium.*
8 *Venditio si fiat à marito, & ab vxore, pecunia vtrum præsumatur deuenisse ad maritum solum, an ad ambos coniuges.*
9 *Dos, si recipiatur à patre, matre, & filio, an præsumatur ad omnes, vel ad patrem solum peruenisse.*
10 *Fructus an restituantur à donatario donanti, in donatione inter viuos.*
11 *Fructus in donatione causa mortis restituuntur, secus in donatione inter viuos.*
12 *Fructus an statim restituantur in terminis, l. si vnquam. C. de reuoc. donat.*
13 *Vendentibus vxore, viro, filio, & patre, ad quem præsumatur pecunia peruenisse.*

1 ADDE ad hanc decisionem 46. an. † & quando pater teneatur restituere dotem filio, vel nurui, constante matrimonio. Castrens. *in l. 2. C. famil. erciscun.* Boer. *dec.* 195. & nota,
2 quòd † quando filius sustinet onera matrimonij, dos debet esse penes ipsum, Cassan. *in consuetud. Burgund. in tit. des enfans. rubr. 6. §. 2. glos. 3. DD. in l. si constante, ff. solut. matrim. & in l. si filia, ff. famil. erciscun.* Pu-
3 teus *in dec. 353. volum.* 3. † Et quando nurus repetat
4 dotem à socero, Afflict. & Addentes *dec.* 349. † Pater se obligans ad restitutionem dotis pro filio, an si soluat dotem filio, vel nurui, possit ipsam dotem repetere. Consiliar. Anna, *cons. 76. num. 10. & seq. volum.* 1. & Ozasc. *decis. Pedement. 44. aliàs in decis.* 140. Afflict.
5 209. *Boer. 23. Capic.* 78. † Et ibi quòd dos soluta patri,
6 & filio, censetur tota ad patrem peruenisse. † Et quòd teneatur pater pro filio se obligare ad dotem, & antefatum, si matrimonio consenserit tacitè, vel expressè, latissimè Vital. de Gambam. *in tract. clausular. in verbo, superest*, vt videamus, an aliquibus particularibus legibus, & casibus possit renunciari. *fol. mihi* 605. Aretinum, vide etiam *in §. fuerat num. 27. Institut. de actio.* Negusant. *in tract. de pignorib. in cap. de tacita hypo-*
7 *theca*, † pecunia, vel dos, an præsumatur ad patrem so-
8 lum peruenisse, vel ad patrem, & filium. † Et quid quando fit venditio à marito, & ab vxore, vtrum præsuma-
9 tur pecunia deuenisse † ad maritum solùm, vel ad ambos coniuges, & quid si dos recipiatur à patre, matre, & filio, vtrum præsumatur ad omnes deuenisse, vel ad patrem solùm Vitalis *in d. loc. num. 34. vers. tu aduerte.* Boer. *dec.* 23. Afflict. 209. & Capic. 78. vbi Addentes. Ad num. 3. ibi, quòd facere potuerunt, adde quæ dico *in decis. 73. num. 5. & 6.*

Ad num. 7. vers. hinc est.

10 Ad hunc num. & vers. adde, † an fructus restituantur à donatario donanti, in donatione inter viuos, si donatio reuocetur. glo. *in l. generaliter, §. proindè consequenter, in verb. ex aliqua causa, ff. de fideicommissar. libertat. gloss. in l. cum quis, ff. de condict. ob caus.* Cotta
11 *in verbo, legatum, in memorabilibus*, vbi † quòd fructus in donatione causa mortis, restituuntur, in dona-
12 tione inter viuos secus. † Quid autem in terminis *l. si vnquam*, an fructus statim restituantur, *numero* 58. &
13 quæ ego dixi vide *in d. l. si vnquam.* In venditione † an vendentibus vxore, viro, patre, & filio, an ad maritum, patrem, vel vxorem, & virum, patrem, & filium deuenisse præsumatur, Ozasc. *dec.* 140. Boer. 23. & ad hanc decis. adde tu decisionem 600. huius Præsidentis, decidentem contra Thessaurum.

ADDITIO D. RICII.

INteresse dotium sororibus debetur tantùm à die petitionis earum, non à die mortis patris; licet etiam ipse sorores educatæ fuerint extra domum hoc dicit.

Posset hic dubitari an interesse dotis nõ solutæ elapso

ſo anno debeatur mulieri ex mora, quòd ſic Theſſ. *deciſ. Pedemont.* 43. & in Sacr. Conſil. fuit dictum, quòd ſi vxor ſit inops, & non habeat vnde alimenta percipiat, niſi ex dote, tunc poterit exigere intereſſe propter moram ſibi factam in reſtitutione dotis, Pellic, *in conſuet. Auerſ. cap. 9. num.* 195. & intereſſe dotis an debeatur à die mortis matris filijs probantibus non aliter à patre habuiſſe alimenta, ſed aliundè, fuit deciſum in Sac. Conſil. in cauſa illorum de Bozzanotra petentium dotes maternas cum intereſſe, deberi tale intereſſe à die mortis patris, Larath. *conſil. 15. num.* 2. ad hanc materiam, vide latè Molfel *in conſuetud. Neapolitan. part. 7. qu. 2. num. 6.*

Notandum eſt etiam, quòd intereſſe dotis legatæ non debetur ſine interpellatione, Lanar. *conſil.* 46. vbi latè in materia, ex quo non debetur intereſſe mulieri poſt mortem viri, ſi elapſis primis ſex menſibus per receptionem alimentorum, & habitationem ſuſceptam ab hæredibus viri mulier tacuit petere intereſſe percipiendo ea poſt lapſum ſex menſium prædictorum, Aloyſ. de Leo *l. cum quidam, numero 16. Cod. de iur. dot.* Molfes. *in comment. ad conſuet. Neapol. par. 6. quæſtio. 10. num. 7. & ſeq.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

S V M M A R I V M.

1 *Maſculiatio retrotrahitur in præiudicium eius qui diſtulit maritare non alterius, nec locum habet ſi non maritatur à patre.*

2 *Fructus percepti per donatarium poſt ſuperuenientiam filiorum donantis non reſtituuntur, niſi à die quo donans declarauit reuocare donationem, & afferuntur rationes.*

3 *Intereſſe dotis an debeatur viduæ ſine interpellatione.*

1 CONtenta eſt modica dote iſta deciſio in materia maſculiationis, quæ fit de iure conſuetudinis Neapolis, quando frater differt maritare ſororem, verum enim eſt axioma, quòd maſculiatio retrotrahitur in præiudicium illius, qui diſtulit maritare, & non alterius ex traditis *num.* 3. & tradunt Caput. *in conſ. Neap. p. 1. §. 6. nu. 26. & ſeqq.* Bottilier. *de ſucceſſ. ab inteſt. theor. 40. num. 6.* Inſulſa exinde eſt Napodan. indagatio relata *num.* 4. an femina maſculiatur, quæ non maritatur à patre, vt aduertit Prouenzal. *in conſuet. ſi moriatur obſeruat.* 21. & citra dubium ceſſat, vt intrà *dec.* 616. quam ſolemnem notat Molfeſ. *in conſ. Neapol. tom. 3. in add. ad qu. 3. numero* 1. R. Galeot. *lib. 2. controu. 16. num.* 20.

2 Explorata inſuper eſt concluſio *nu.* 7. & 8. non poſſe cogi donatarium ad reſtituendos fructus perceptos poſt ſuperuenientiam liberorum donatoris, niſi iſte declarauerit ſe reuocare donationem, ex Tiraquell. *in l. ſi vnquam num. 272. verſ. ſed vt reuertantur, C. de reuoc. donat.* fundamentalis ratio eſt, quia etſi dominium reacquiratur ipſo iure natis liberis, nihilominus reacquiſitio requirit etiam expreſſam declarationem Seraph. *dec.* 829. & 837. ante declarationem dominium eſt adhuc penes donatarium, qui interim facit fructus ſuos, Bernard. Diaz *reg. 113. limitat.* 10. Fab. *def. C. de reuoc. don.* D. Io. De Katt. *dec. Sardin. 81 num.* 15. præterea reuocata donatione inter viuos ex quauis cauſa fructus percepti non debent reſtitui *gloſ. in l. generaliter dicimus, § ſi minus ver. ex cauſa, ff de fideicommiſ. liber.* Bald. *in ſua margarita ver. fructus*, & pariter reuocata donatione ex cauſa ingratitudinis nec fructus reſtituuntur, Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 28. numero* 18. Et quamuis Gratian. *diſcept.* 207. *num. 35. & ſeqq.* exprobatis Rip. & Tiraquel. ſequuti per D. Auctorem hìc referat contrarium deciſum per Rot. Roman. & aduertit nouiſſimè D. Staib. *in obſ. 6. ad reſolut. num.* 60. vbi tenet quòd redacto titulo ad non titulum, & reſoluto contractu veniant fructus etiam ante motam litem percepti nihilominus in terminis *d. l. ſi vnquam* de veritate deciſionis Rotæ hæſito, dum requiritur declaratio patris donatoris, ex Seraph. *deciſ.* 829. & 839. & expreſsè volunt Auctores *in obſeru. 26. allegati*, nec Rip. & Tiraquel. authoritates ſunt languidæ fidei, itaut vltiùs non poſſit res ſpeculari, Nouiſſimè Ayl. ad Gomez *var. cap. 4. de donat. num.* 3. inde cum Gratian. *d. diſcep.* 207. *num.* 34. Surd. *deciſ.* 298. *ex num.* 34. Hermoſil. *in lib. 8. tit. 4. p. 5. gloſ. 10. num.* 9. ad fauorem donantis, vt veniant reſtituendi fructus à die Natiuitatis, & ſecus eſſe inquit in fructib. antea perceptis à donatario, quòd non adſit hæc opinio. Vnde peccare videtur argumentatio D. Staib. *ſup. cit.* arguentis diſtinctionem fructuum ex eo quòd titulus reducitur ad non titulum, quia hæc ratio concluderet ſubſtitutionem fructuum à die traditionis rei donatæ, & in hac re non agitur de titulo nullo, & idem Ayl. indicat adeſſe ſolùm duas opiniones, vel quòd veniant fructus à die Natiuitatis, vel à die quo pater declarat velle reuocare, & Hermoſil. allegat contradicentes, ex quibus meliùs ſpeculandum erit, nam donator tacendo, & permittendo donatario poſſidere, videtur confirmare donationem, ex Theſ. *dec.* 121.

3 Intereſſe dotis, an debeatur viduæ ſine interpellatione pro negatiua contra Leotardum *de vſur. quæſt.* 30. fusè D. Philippi Gammarati *reſpons.* 41. Vrceol. *conſult.* 24. & 29.

S V M M A R I V M.

1 *Pater relicta parentibus legitima, de reliquo diſponere in filios naturales, ſi non habet legitimos, poteſt. Quod procedit in patre non in matre, vt num. 7.*

2 *Aſcendentes à ſucceſſione excluduntur, deſcendentibus ſuperſtitibus.*

3 *Spurius etiam vulgo quæſitus matri ſuccedit, niſi mater ſit illuſtris perſona, & habeat filios legitimos, & naturales, vel naſceretur ex coitu damnato.*

4 *Filius natus ex Clerico beneficiato, an poſſit legitimari per ſubſequens matrimonium.*

5 *Coitus punibilis non dicitur in Clerico beneficiato in minoribus conſtituto.*

6 *Meretricis conſuetudo à lege pœnam non meretur.*

7 *Filij Sacerdotum, an eiuſdem iuris ſint, quo filij Clerici in minoribus, remiſſiuè.*

D E C I S I O XLVII.

Filia ſpuria ſuccedit matri excluſa auia materna, etiam à legitima.

FVit dubitatum, an mortua filia legitima, & naturali ſuperſtite matre, & ex dicta filia legitima filia ſpuria, competat matri in bonis huius filiæ legitimæ, & naturalis, legitima iure naturæ, etiam aſcendentibus debita? Pro parte matris
1 allegabatur tex. *in authent. licet, C. de natur. liber.* † quo cauetur moriente patre abſque prole legitima, poſſe patrem, relicta parentibus, ſcilicet patri, & matri legitima, de reliquo diſponere inter filios eius naturales, & expreſſiùs hoc decidit Imperator *in §. ne igitur, vnde ſumitur dicta authent. licèt.* Contrarium fuit deciſum, me referente ſcilicet † quòd matri non deberetur legitima, cùm aſcendens excludatur à ſucceſſione, exiſtentibus deſcendentibus, per text. *in authent. defuncto, Cod. de ſuis, & legitim.* Nec in matre curamus,

3 ramus, quòd filij sint legitimi, & naturales, † quia filius
spurius, etiam quòd sit vulgò quæsitus, matri succedit,
§. nouissimè, Instit. ad Orfic. vbi Gloss. & Angel. Aretin.
nisi mater esset illustris persona, & haberet filios legiti-
mos, & naturales, vel hic filius nasceretur ex coitu
damnabili, *l. si qua illustris, C. ad Orfic.* congerit con-
cordantes Didac. *in 2. par. relectio. cap. 8. in 3. conclus.
numero 15.* Cagn. *in repet. d. l. 1. notab. & super glos. in
vers. legitimis. in 3 par. num. 44.* vbi pulchrè Bermon-
dus, qui ponit regulam, & limitationes *in tractat. de
publ. concub. super verbo, qui etiam filios, numero 74.
ver. restat.* & nouissimè Paleot. qui dicit hoc non ha-
bere dubium, in *tract. de nothis, & capit. 31. numero 3.*
Nec obstat, quòd prætenderetur, hanc filiam superstì-
tem esse natam ex muliere soluta, & Clerico beneficia-
to, quæ poterat dici insuccessibilis, postquam Bartol.
4 *in l. 2. de concub.* † dicit, quòd filius natus ex Clerico
beneficiato, non potest legitimari per subsequens ma-
trimonium. quia opinio Bart. non est vera, & eum re-
prehendit Nicol. de Vbaldis *in tract. de success. ab inte-
stato, in 6. specie filiorum, colum. 2. numero 6.* dicens,
quòd si Bartol. credidisset, quòd Clericus beneficiatus
in minoribus ordinibus constitutus, posset compelli, si
contraheret matrimonium ad dimittendum benefi-
cium, *cap. 1. & cap. quo ad te, de Cler. coniug.* non te-
neret prædictam opinionem; ideò subdit, non esse tu-
tum immittere falcem in messem alienam, & hanc opi-
nionem tenet Præpos. Alexan. *in cap. tanta, in 6. quæst.*
qui filij sint legitimi, qui dicit, hanc esse opinionem Io-
annis Andreæ, & eam esse tenendam. Quia Ioann. An-
dreas fuit lumen Iuris Canonici, eamque sequitur Lel-
lius Ferdinand. posteà visus *in constitut. Tauri, in l. 9.
num. 35. vers. sed est controuersia fol. 88.* & Petr. Foller.
*in constit. Reg. sicut accepimus, num. 46. vers. in eam
quæstionem, fol. 64.* alios allegat, & meminit de Telio
eamdem sequendo opinionem Ioan. Guttier. *in tracta.
pract. questi. in quæst. 104. lib. 2. fol. 233.* licèt Senatus
Pedemontanus *in decis. 144.* post cumulatos Doctores
tenentes opinionem Bartol. videatur cum Bartol. resi-
5 dere: † nec coitus iste poterit dici punibilis in Clerico
beneficiato in minoribus constituto, ex prædictis, & in
specie hoc tenet Didac. *in d. 2. par. cap. 8. §. 5. 9. columm.
vers. nec temerè diximus, fol. 302.* Tantò etiam fortius,
quia hæc mulier erat, vt præsupponitur meretrix, &
6 persona vilis, † cuius consuetudo quamuis non sit à
lege approbata, nihilominus aliqua pœna lege ciuili
non punitur, ex rationibus collectis per Paleotum in *d.
tract. de spur. cap. 16. num 6. vers. spurij verò,* & iterum
cap. 40. eod. num. 6. versic. cùm enim nos, Nec obstat
7 text. *in d. authent. licèt.* † quia ille tex. loquitur in pa-
tre, non autem in matre, ita in specie ad illum tex. re-
spondet Cassiodorus in *decis. vnica, in tit. de success. ab
intestato.* Vbi in specie decidit casum nostrum, quòd
matri non debetur legitima, existente filia spuria, &
responsio prædicta vera est, quia de iure filius natura-
lis non succedit patri, existente legitima sobole, nisi in
certa quantitate, tàm ab intestato, quàm ex testamen-
to: poterit tamen pater eum instituere hæredem non
existente legitima sobole, & tunc ascendentibus debe-
tur legitima, sed quando moritur mater, vt supra di-
ctum est, succedit sibi filia spuria, dum tamen non ex
coitu damnato nata, & si erit præterita, aget contra
testamentum, vt dicunt Doctores prædicti suprà al-
legati, & præsertim Paleot. *capit. 38. numero 6.* Et
hanc etiam rationem ad *d. authent. licet,* assignat Ber-
mondus, *vbi supra,* qui meminit de Cassiodoro *nu-
mero 74. fol. 355.* & de decisione prædicta etiam me-
minit Didac. *in dict. 2. par. capit. 8. §. 40. in fin,* dicens,
adeò naturales filios matri debere succedere, vt paren-
8 tes ab eius successione excludantur. † Quid autem
sit in filijs Sacerdotum, videatis Didac. *vbi supr.*, &
Bermondum de mense Decembris 1570. Iubeno A-
ctuario,

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. Adde videndum Viuium *in opin. 313. num.
4. p. 1.*
Num. 4. vide Foller. *in constit sicut accepimus, num.
46. fol. 54.* qui tenet contra Bart.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Relicta legitima filijs, de reliquo licet patri, & matri
disponere.*
2 *Mater excluditur a legitima in bonis filiæ, si filia
naturales liberos habeat.*
3 *Legitima ascendentium hodie est aucta, sicut & de-
scendentium.*
4 *Parentes, si fideicommisso grauentur, detrahunt
vnam quartam solum, & vide num. 7.*
5 *In quam fructus medio tempore percepti, etiam impu-
tantur, vide num. 8.*
6 *Illa tamen legitima non minuitur, etiam per legata
ad pias causas.*
9 *Legitima debet relinqui parentibus iure institutionis.*
10 *Legitima fratris, vel sororis non augetur.*
11 *Tunc tamen debetur fratri, & sorori, cum institui-
tur turpis persona.*
12 *Et erit quarta, vel semis, respectiuè.*
13 *Filia num possit relinquere vsumfructum dotis totius
patri, relicta proprietate filijs.*
14 *Legitima matris, mortua filia, relictis tribus fratri-
bus, quibus singulis quinquaginta reliquit, marito
hærede vniuersali instituto, quanta sit.*
15 *Coitus cum meretrice an puniatur.*
16 *Meretrix an possit cogi ad peccandum, sed vide n. 21.*
17 *Libido iuuenum est coercenda.*
18 *Quid si nupta sit meretrix cū ea inuita coiri nō debet.*
19 *Omnis tunc macula meretricia videtur abstersa.*
20 *Hinc etiam nec tunc potest à vicinis expelli.*
22 *Iudæus peccans cum meretrice an puniatur, & quæ
pœna.*
23 *Meretrix, quæ dicatur, per quot vices, quomodo pro-
betur.*
24 *Data meretrici an repetantur.*
25 *Meretrix an faciat eleemosinam de acquisitis ex me-
retricio, vt sibi prosit.*
26 *Coitus cum meretrice carcerata punitur.*
27 *Meretrix probatur per testes singulares.*
28 *Meretrix, an gaudeat priuilegijs, restitutione in inte-
grum, eligendi forum, & alijs.*

AD hanc decisionem adde text. *in §. 1. in auth.
vt liceat matri. & auiæ.* Crauet. *cons. 142. &*
1 246. vbi idem, quòd † relicta legitima filijs,
de reliquo licet patri, & matri disponere.
2 † Et quòd mater excludatur à legitima in bonis filiæ, si
filia naturales filios habeat, dicit decisum Cassiodor. *in
3 dec. vnica, de success. ab intest.* Item adde, † quòd legi-
tima ascendentium hodie est aucta, sicut descenden-
tium, Afflict. *decis. 204.* Thessaurus *decis. 174. num. 2. &*
4 3. † Sed si parentes grauantur fideicommisso, detra-
5 hunt vnam quartam solùm, in † quam fructus medio
tempore percepti etiam imputantur, & illa legitima
6 non † minuitur, etiam per legata ad pias causas. Ro-
7 land. *cons. 39.* sed Crauet. † tenet duas quartas eo casu
8 detrahi posse, *cons. 110. li. 1.* Et † quòd non imputentur
9 fructus in quartam, & legitimam, & quòd † legitima
debeat relinqui parentibus iure institutionis, decidit
10 Thessaur. *decis 58.* † Sed legitima fratris, vel sororis
non augetur, Afflict. *d. dec 204.* Capic. 211. Crauet. *con-
sil. prædicto, & cons. 256.* Natta *cons. 478.* & Cassaneus
consuetud. Burgund. titul. des successiones, §. 3. glos. 4.
11 † Sed legitima talis tunc debetur fratri, & sorori cùm
insti-

12 instituitur turpis persona, & erit quarta, † vel semis,
respectiuè, vt dicit Afflic. *dec. prædicta* 204. *& dec.* 125.
13 Natta quædam refert *in dicto cons.* 478. † An autem filia relinquere possit vsumfructum totius dotis patri, relinquendo solum proprietatem filijs? Thessaur. *dec.* 137.
14 Et † quanta debeat esse legitima matris, mortua filia, relictis tribus fratribus: quibus singulis quinquaginta reliquit, marito vniuersali hærede relicto, ipsemet Thessaur. *in dec.* 172. & Præsidens hic in *dec.* 63. ad quã dico latissimè, & cum his pertransco, ne id repetam. Ad *num.* 4. ibi: sed est controuersia, adde Auendan. *in d. l.* 9. *num.* 12. *in constit. Tauri*.
15 Ad num. 6. † an coitus cum meretrice puniatur, vide quę Doctores notant *in l. qua adulterium*, *C. ad l. Iul. de adulter.* Boer. *decis.* 317. Iul. Clar. *in §. fornicatio, & alibi, in §. adulterium, versic.* 2. vbi Addentes Bonacos. *in [illegible]. criminal. in verbo adulterio, & in verbo meretrix*, nouissimè Caball. *in lib. criminal. resolutio. cap.*
16 179. Vtrum † autem meretrix possit cogi ad consentiendum alicui iuueni ipsius amore frui, vide Alberic. *in suis Statut.* vbi dicit, quòd potest cogi, si est solita sui corporis copiam facere, & copiam facit alijs, & maximè si extat in lupanari, & ipsum sequitur Dec. *in l. inuitus, in fin. ff. de reg. iur.* & ita etiam Cagnolus *in l. nemo*
17 *inuitus*. Ego † autem pro ipsis miserabilibus respondendo dico libidinem iuuenum coercendam esse per constitut. Regni, Omnes nostri regiminis, *sub tit. de violent. meretricibus*, illata, quæ corrigit Ius Commu-
18 ne. † Secundò, quando ipsa meretrix nupta esset, quia
[illegible] tunc omnis macula videtur absterſa, & † inde est, quòd ipsa etiamsi sit meretrix non potest à vicinis ex-
21 pelli, Caball. *in casu* 184. *num.* 3. & † quòd meretrix etiam in lupanari existens inuita cogi non possit ratione peccati, tenet in specie ipse Caball. *in casu* 174. *num.*
22 5. & 8. vbi in specie hanc quæstionem tractat. An † autem Iudæus peccans cum meretrice, puniatur, & qua
23 pœna, Matthesillan. *singul.* 102. & Cabal. *casu* 4. † quæ autem dicatur meretrix, & per quot vices, ac quomo-
24 do probetur, & de alijs, vide in *dec.* 68. An † data me-
25 retrici repetantur, † An meretrix faciat eleemosinam de acquisitis ex meretricio, ut sibi prosit, Paul. Fusc. *singul.* 23. *incip. meretrix*, latissimè, *fol.* 319. & latissimè de alijs quæstionibus, Bonacoss. *in verbo meretrix*. Sil-
26 ua. Nupt. *in verbo, & nubendum, num.* 46. Item † coitus cum meretrice carcerata punitur. Boer. *decis.* 317.
27 † Sed meretrix illa probatur per testes singulares, ipse-
28 met *decis.* 23. *num.* 46. † An autem gaudeat priuilegijs restitutionis in integrum, eligendi forum, & alijs, Præsidens infrà, & ego dixi *in decisione superius allegata* 68. Et de coitu cum meretrice, an puniatur, vide etiam Paul. Merend. *cons.* 35. Vt meretricum fraudibus, & alijs. Vide omninò Menoch. *de arbitr. iudic. casu* 533. *incip. postea quam*.

ADDITIO D. RICII.

Filia spuria succedit matri exclusa auia materna, etiã à legitima hoc dicit, quatenus in hac decisione tractatur de successione spuriorum, ad ornatum materiæ nota aliqua.

Vnde scias, quòd hodie spurij habent alimenta, & etiam nepotes, Couarru. *in tit. de epitome in §. 8. nu.* 16. Caball. *lib. 6. commun. opin. in tit. de alimentis concl.* 1. *num.* 10. & si datus est fundus propter alimenta transit etiam ad filios, ibi Couarr. & Suarez *in lib. 1. tit. 6. lib.* 3. *num.* 24. Spurius is dicitur propriè, qui natus ex non soluto, vt econtrà naturalis, vel bastardus dicitur ex soluto, & excludit substitutum Decius *cons* 433. *num.* 16. potest filio spurio quoad alimenta relinqui aliquid. Itẽ nepoti ex eo Capic. *dec.* 181. Minad. *in constit. in aliquibus num.* 7. Legatum bonorum factum filijs spurijs intelligitur de alimentis, & finitur cum vita, Menoch. *de arbitr. casu* 167. *cent. 2. nu. 3. cum sequent.* filius spurius an succedat matri, vide Glos. *in §. penu. ad Orficianum*, Decius *cons.* 311. Afflict. *in constit. sicut accipimus col.* 1. pro alimentis possunt bona relinqui, Gabr. *commun. op in. d. tit. de alimentis*, nota quòd de æquitate canonica debet habere alimenta, *vt in cap. cum haberet de eo, qui duxit in vxorem*. & coniuncti ex parte istorum excluduntur à successione, & alimenta an morte filiorum extinguantur, vel ad eorum hæredes transeant Dec. *cons.* 311. dicit, quòd in bonis relictis filio spurio per patrem excluduntur filij, sed coniuncti patris legitimi succedunt, à quo longè non distat traditum per Afflict. *dec.* 96. quando pater, vel auus teneatur dare alimenta filijs spurijs, vel nepotibus, Duen *regu.* 307. *aliàs* 367. nihil eis relinqui potest, etiamsi a sit legitimo; est nulla, Decius *cons.* 288. nati ex soluta, & vxorato, an sint spurij, & quid si ista mulier sit concubina, & quid si honesta, vide *l. si qua illustris, C. ad Orfician.* Dec. *cons.* 306. An valeat statutum, uel priuilegium quòd filij succedant, Dec. quòd sic *cons.* 171. *in fi.* filijs pro alimentis potest relinqui, & nepotibus ex eis plena proprietas, Bar. *in l. fin. nu. 7. ff. de his, quibus, vt indignis*, vide Capic. *d. dec.* 181. & ibi Add. qui dicit, quòd esset quando fieret in fraudem, & an seruetur cap. cùm haberet solùm in terris Ecclesiæ, Alexand. *cons.* 74. *volum.* 3. vide Suarez latè *in allegat. in tit. de fodo. num.* 21. *fol.* 640. Capic. *dec.* 164. An sint præstanda alimenta istis filijs, si habent vnde se alant, & quantum sit dandum Couarr. *de spons. in 1 par. relectionis, cap. 8. §.* 6. & alimenta debentur secundùm qualitatem, & etiam tenentur hæredes mortuo patre, Paleot. *de noth. & spur. c. ap.* 48.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Naturalis succedit matri, prout vulgò quæsitus etiam contratabulando illius testamentum, & existentibus legitimis, & naturalibus, & quid si nasceretur ex damnato coitu, num.* 2.
3 *Pungitur difficultas si omnis coitus sit damnatus, & an filij sint successibiles.*
4 *Vulgo conceptus num succedat matri quæ sit illustris, & habeat filios legitimos, & naturales, & reijcitur* Barry, *& quid si esset meretrix.*
5 *Natus ex soluta, & Clerico in minoribus an succedat matri.*

1 ENodandæ veniunt nonnullę dubitationes in specie successionis naturalium, & prima conclusio est, matrem excludi à legitima in bonis filiæ relinquentis filiam naturalem, aut vulgo conceptam, quæ solet quandoque vocari spuria ex §. *nouissimè instit. de orfic in.* & ibi gl. & Aret. relatis *num.* 2. addo Gratian. *discept.* 35. *per tot.* vbi quòd potest filia impugnare testamentum matris, Viuian. Cirrocch. *discept.* 11. *num.* 19. Paschal. *de pat. pot. p. 2. cap. 1. nu.* 39. & succedit cum legitimis *dict. §. nouissimè*.

2 Restringitur si filius nasceretur ex coitu damnabili, vt ex glos. *in Auth. ex complexu, C. de incest. nupt. & l. si qua illustris, C. ad orficin.* Couarr. *in 2. par. relect. c. 8. num. 3. conclus. num.* 15. Paleoth. *in tract. de noth. c.* 31. *nu* 3. vbi dicit hoc non habere dubium, sed Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 19. dub. 6. num.* 66. Dian. *par. 5. tract. 3. resol.* 121. tenent *Auth. ex complexu, C. de incest. nupt.* loqui tantùm in patre, & non in matre cum hac modificatione autem tradunt posse matrem non illustrem posse instituere filium spurium ortum ex damnato coitu si non habeat filios legitimos.

3 Astruit D. meus *numero* 6. concubinatum de iure ciuili esse permissum, & coitum cum meretrice non esse

damnatum ex Paleott. *vbi supra capit. 16, numero 6,* at quia in materia peccati seruandum est ius Canonicum, adnotata *in l. priuilegia, C. de Sacros. Eccles.* & de iure Canonico ortiuis copula extra matrimonium est damnata *cap. nemo 32 quæst. 4.* consequenter est explicandum ius ciuile secundùm legem Canonicam inter Christianos, vt post Petr. de Gregor. & Guglielm. de Bened. sectatus est Christin. *dec. 11. sub numero 18. in fine libro quinto tom. 5.* vndè Paleott. *cap. 12. numero 10. & 11.* adducendo vtramque opinionem altercantium, an sit etiam de iure ciuili prohibitus testatur non esse hodie permissum, non quod lex ciuilis coitum interdixerit, vt alij putant, sed quia cum iure Pontificio aliter cautum sit, & ex tali coniunctione grauissimum existat peccatum, debet in hac re ius ciuile cum iure canonum omninò concordare, nam in materia peccati præualet ius Canonicum addo R. Sanf. *in addit. ad suã dec. 255.* remanet proindè resoluendum si filij naturales succedunt cum oriantur ex damnato coitu, & sic dicendi sunt spurij, sed difficultatem soluunt Isern. & *glos. in constit. Regni sancimus*, vbi admittunt omnem copulam extra matrimonium esse damnatam, sed non respectu successionis filiorum naturalium, qui non sunt in culpa Cons. Theodor. *allegat. 61. num. 9.* & licèt
3 Paleot. & Couarruu. & alij teneant concubinatum de iure ciuili esse permissum, sed Mastrill. *dec. 152. numero 16.* contrarium firmat, & adest *nouell. 31.* Leonis vbi Imperator corrigit iura quæ permittunt vti contra diuina præcepta,

4 Theses alia succedit, an si mater sit illustris persona, & habeat filios legitimos, & naturales, si vulgò conceptus succedat matri, & negat D. meus *num. 3,* & firmat Gratian. *vbi suprà num. 8.* & dicitur illustris, quæ est nobilis, vt post alios R. Galeot, *lib. 2. controu. 31. num. 10. & seqq.* pro spurio autem, vt succedat matri illustri veriùs probat Barry. *de success. lib. 16. tit. [illegible]. numero 4.* quòd ipse non recipio extantibus legitimis liberis ex *l. si qua illustris, §. sancimus, C. ad S.C. Orficin.* Vigl. *de success. ab intest. num. 34.* si tamen mater esset illustris, & fuisset meretrix aliter dicendum esset ex Oliuer. Textor. *de success. ab intest. vers. [illegible] igitur, num. 32. & sequ.* D. Rota *de priuileg. mulier. special. 10. numero 39.*

5 Natus ex soluta, & Clerico in minoribus, succedit matri Thes. *qu. foren. 22. lib. 1. num. 29. & lib. 2. quæstio. 26. num. 8.* ampliat in orto ex coitu punibili citra incæstum tandem natus ex solutis extra domum patris matri succedit, sed non patri ab intestato, sed ex testamento Thes. *qu. 85.*

S V M M A R I V M.

1 *Assensus Regius in pacto de vendendo feudum requiritur quicquid dixerit Afflictus.*
2 *Assensus non requiritur in renunciatione facta per subfeudatarium immediato Domino, nisi sit feudum quaternatum, & num. 4.*
3 *Contractus celebratus cum eo, cuius assensus requiritur, sine assensu valet.*
5 *Assensus si interuenit in alienatione rei particularis feudi, si in eum, qui alias illam rem transtulit retrocedatur, nouus requiritur assensus.*
6 *Solemnitas, quæ requiritur in contractu requiritur in distractu.*
7 *Concessio in feudum facta à Barone, si non habet clausulam, quod teneatur ab eo, an subintelligatur, licet in assensu Regio fuerit dictum, quòd teneatur in capite à Regia Curia, ita quod dicatur assensum non esse nullum ob difformitatem.*

DECISIO XLVIII.

Pactum vendendi, nec retrocessio facta à subfeudatario immediato Domino non requirit assensum Regium, nisi sit feudum quaternatum.

IN causa Don Caroli Caraccioli, filij Illustr. Marchionis Castellanetæ cum Nicolao de Guadia, omissa discussione, si in venditione furnorum, & donatione terrarum, cultarum facta prædecessoribus dicti Nicolai de Terris cultis quas in capite, & immediatè tenebat dictus Illustr. Marchio à Regia Curia, dictus quondam Marchio fuerit, vel non fuerit læsus vltrà dimidiam iusti pretij, quia hæc probatio deficiebat actori: fuit dubitatum, primò an pactum de vendendo factum absque Regio assensu per dictum quondam Nicolaum dicto Marchioni per tres menses post venditionem Regio assensu roboratam, valeret, vt sic eius virtute dictus Nicolaus conueniri posset ad venditionem, Item fuit dubitatum, an retrocessio partis dictarum terrarum facta per dictum Nicolaum eidem Illustr. Marchioni sine assensu teneret. Tertiò, & vltimò, si postquam in dicta concessione terrarum non dicitur, à quo ipsas tenere debeat, an sit iudicatum, quòd teneret à Barone: & postquam in assensu est dictum, quòd teneat in capite, & Regia Curia, an hoc casu assensus corruat.

1 Quòd ad primum, † dicebatur in dicto pacto non requiri assensum, postquam pactum prædictum non tangit feudum, sed tantùm ex eo oritur actio personalis contra promittentem, ita in specie Afflict. *in constitut. constitutionum Diuæ memoriæ, in 5. not. in 11. quæs.* & iterum *in 9. no. in 6. quæst.* Sed dictum fuit, quòd contra Afflict. validissimis rationibus tenet Frecc. *in 7. limitat. ad d. constitut. constitutionum Diuæ memoriæ, fol. 113.* ex cuius rationibus Sacrum Consilium tenuit contra Afflict. & maximè ex decis. Bald. *in l. fin. Cod. ad leg. Falcid.* & ex ijs, quæ consuluit Zabarell. *in cons. 85. ad quod respondeo 2. colum.* quem allegat Iacob. de Franchis ad Bal. *in d. l. fin.* & ad Ias. *in l. fin. colum. 145. vers. per prædicta, C. de iur. emphyt.* Et idem accidit in causa Illustr. Principis Bisiniani, cum Illustr. Ducissa Atripaldæ, & præuia maxima discussione super petitione interesse, quando pactum non subsisteret denegata venditione iunctis duabus aulis in Regio Collaterali Consilio die 15. Iunij 1581. iudicauimus idem, & absoluimus conuentum, tum prædictis, tum etiam, quòd idem tenet Loffred. *consil. 52. colum. 3. vers. præterea est aduertendum*, eleganterque consuluit Minadou. *in cons. 29. licèt colum 20. vers. & ex hac regula,* verè enim hic contractus est ordinatus ad venditionem, quo casu militat dispositio, *l. oratio. ff. de spons.* de qua plenè per Ias. Lancell. & Dec. *in l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. & ex dec.* Bald. *in d. l. fina. C. ad l. Falcid.* de qua meminit Iacob. ad Bald. ibi, & sequitur eum Purpur. *in d. l. 2.* & in officio hoc tenet Tellius Ferdinandez *in l. 26. vers. ad primum dicitur, fol. 208.* qui allegat Afflict. *in cap. Imperialem, in 12. not. in 4. quæst. in materia venditoris officiorum*. Et adeò hic contractus erat ordinatus ad venditionem, quod si adesset assensus postquam promittens vendere promiserit cum iuramento, & habebat facultatem, vendendi, & tenendi, poterat cogi præcisè iuxta glos. *in l. si pecuniam, ff. de conditio. ob caus.* Vnde omninò oriebatur commutatio de vna persona ad aliam, & contractus super feudo, quæ constitutio prohibet, & si opponeretur non operari iuramentum in alienatione feudorum per constitutionem prædictam dicebatur, ergo hic contractus præsupponebatur super feudo, vnde reddebatur inualidus. Diximus etiam, quòd Afflict. *in dict. constitutio* aduersatur *sibi ipsi*. nam in 10. quæstio. tenet hoc, & in præcedenti quæstione dicit contrarium ex regu. *d. l. oratio.* Et in hac eadem causa diximus, pactum de vendendo, quandocunque non posse

posse exerceri elapsis annis triginta, ita Cagnol. qui cæteros alleg. *in 2. in 7. quæst. in 3. casu, C. de pact. inter empt. & vendit.* quod dicimus procedere, etiam stante iuramento, quia promissio de vendendo habet vitam duntaxat annorum triginta, & sic iuramentum habebit eandem naturam. Angel. *consil. 54.* Gulielm. ad finem quem refert, & sequitur Felin. *in rubr. de præscript. 7. col. vers. 4. fallit*, vbi renunciauit Balsamus Actuarius. Nec quòd hoc pactum fuerit factũ priori D. opitulabitur ex ijs, quæ in sequenti capite dicentur.

2 Quo ad secundum, dicebatur in † retrodonatione terrarum facta per dictum Nicolaum dicto Illustriss. Marchioni, assensum non fuisse necessarium, quia retrocessio fiebat Domino ex ijs, quæ per Andr. *in c. Imperialem 7. col.* quem refert Capic. *decis. 156. 4. col. vers.*
3 *5. facit*, & hinc est, † quòd faciens contractum cum domino, qui debet consentire, est tutus sine assensu, dicit Camer. post alios per eum relatos, *in c. Imperialem, col. 39. lit. P. vers. limitate tamen, fol.* 12. ex quo infert ad alienationes, quæ continuè fiunt per nostros Proreges, & Frec. *in 31. q. per totam fol.* 159.

Quibus tamen non obstantibus fuit decisum contrarium, ex quo postquam terræ prædictæ erant concessæ mediante Regio assensu, & erant etiam descriptæ in quinternionibus Regiæ Cameræ, & pro ipsis per hære-
4 des erat solutum releuium Regiæ Curiæ, hoc casu, † quia assumpserant naturam feudi quaternati, in hac retrocessione requireretur Regius assensus, nec sufficere in alienatione assensum Baronis, ita in specie respondet idem Capic. *in d. decis. 156. penult. col. vers. nec obstat quintum* & Frec. *in 3. differentia inter feuda de plano, & de tabula*, & hoc habet maximam rationem, quia postquam semel mediante Regio assensu, hæ terræ per Baronem diuisæ à feudo quod fieri potest, etiam post feudum constitutum, vt declarat quidam Paris. *in tit. de nat. feud. §. 2. in 5. quæst. per totam*, & ipsarum dominium in alium translatum, erant effectæ feudum de per se, vt pulchrè dicit Paul. de Castr. *in l. si fundum. §. qui fundum. col. versic. item in fin. de leg. 1.* de quo meminit Loffred. in sua paraphrasi, *in §. si quis de manso, in vers.*
5 *hac positio.* † & propterea in translatione dominij in eundem, qui aliàs transtulit, eędem solemnitates, & sic nouus assensus requiritur secundùm Andr. *in cap. 1. §. si verò, col. 2. vers. item nota*, quòd hic dicit glo. *de contr. inuest.* quem sequitur Camer. *in d. c. Imperialem. colu. 57. lit. E. fol.* 17. Et pro hoc facit regula generalis, quòd
6 eiusdem naturæ est distractus, cuius est contractus, † & quòd eadem solemnitas, quæ requiritur in contractu, requiritur in distractu, quam regulam suo solito more latè exornat, Tiraquel. *post tract. de legib. conub. in ver. contraster. in gl. 3. à numer. 1. ad quæst. 29 inclusiuè*, ex cuius dictis multa ad propositum, de quo post hæc scripta, reperi meminisse Senatum Pedemontanum *in decis. 53. final. verb.*

Nec obstat huic conclusioni, id quod dicebatur, hunc assensum esse nullum, postquam prætendebatur, quòd
7 in concessione non dicebatur, a quo erant tenendæ. † Et in assensu Regio dicebatur, quòd tenerentur in capite à Regia Curia ex his, quæ latè Frec. *in quæst. 34.* & Camer. *in c. Imperialem, fol. 57 lit. V.* quia hoc in facto deficiebat, ex quo in concessione terrarum dicitur, quòd ipse Marchio tenebat terras immediatè, & in capite à Regia Curia, & illas concedit eo modo, & forma, prout illas tenebat, & possidebat virtute suorum priuilegiorum, & ipsorum virtute tenere, & possidere potest. Vnde si posteà in assensu dicitur, quòd terræ teneantur immediatè & in capite à Regia Curia, quoque adnotentur in quinternionibus Regiæ Curiæ, assensus non modò non est difformis, sed conformis, contractui, ex quo etiam inducitur, quòd efficiatur feudum quaternatum, quod feudum quaternatum absque assensu Regis alienari non poterit, etiam in eundem, vt suprà dictũ est, & ex istis etiam tertia quęstio decisa est. Aluar. Velasq. *concl. 77. co. si. ver ad illud.* & in materia maior Ant. Gomez *in l. 40. Tauri, 29. q. 2 er 8. facit fol.* 322.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. dum allegat Frecc. *in 7. limitat. accomod. 12.*

Adde Fuscum *in singul. 16. littera D.* Dominum de Ponte *in tract. de potestat. Proreg. fol. 266. n. 35.*

In Addit. Adde Do. Senat. Ann. *cons. 75. num. 18.* nec mireris lector, quòd D. Anna est Consiliarius, quia Consiliarius, & Senator idem sunt *ad tex. cum gloss. vnica. in l. & qui non sunt. ff. de tutor. & curat. dat. ab ijs, vide infrà decis. 154.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Assensus præstitus super venditione facta, non porrigitur ad faciendam.*
2 *Assensus requiritur in pacto de vendendo.*
3 *Assensus præstitus alicui de alienando eo mortuo an prosit hæredi alienanti post mortem obtinentis assensum.*
4 *Quid si moritur assensum præstans, an assensus iure subsistat an corruat.*
5 *Assensus an possit præstari per verbum, fiat.*
6 *Communio inter duas Ciuitates absque Regio assensu, an subsistat.*
7 *Assensus non requiritur in alienationis rei feudalis ratificatione.*
8 *Assensus non requiritur vbi alienatio fit in præsentia domini scientis.*
9 *Præsentia habetur pro assensu.*
10 *Assensus non requiritur, si in inuestitura adest clausula. Ad vendendum, & alienandum inter viuos, & in vltima voluntate.*
11 *Cessio iuris hypotecæ in feudo, valet absque Regio assensu.*
12 *Cessio litis & causæ super feudo, non valet absque Regio assensu.*
13 *Baro rem in culturam redigere potest, & sub canone soluendo conducere, vt reddatur fertilis.*
14 *Feudum licet alienari non possit directè, vel indirectè sine consensu domini, tamen alienatio in augumentum feudi fieri potest.*
15 *Regis assensus non exigitur, quando alienatio fit de feudo plano, & de tabula.*
16 *Baronis assensus etiam testibus probatur.*
17 *Sed in Barone infeudante Regis exigitur assensus.*
18 *De assensu super feudis titulatis, qui hodie à solo Rege impetratur.*

1 AD hanc decisionem adde *decis. 105. infr.* † vbi quòd assensus præstitus super venditione fa-
2 cta, non porrigitur ad faciendam; † sed quòd assensus requiratur in pacto de vendendo, concluait idem, & sequitur Præsidens in terminis Arismin. Tepa. *in lib. 1. de Var. iur. sentent. in tit. de. feudis,*
3 *c. de feudi alien. fol. 87. in fin. 3. colu.* † Et quòd assensus præstitus alicui de alienando, eo mortuo an pro sit hæredi alienanti post mortem obtinentis assensum, Capic. *decis. 121. nu. 11.* & ibi Masull. nouissimè, qui benè scri-
4 psit, & Capic. quærit, † quid si moriatur assensum præ-
5 stans, an assensus iure subsistat. † Assensus an præstari
6 possit per verbum, fiat. Afflict. *decis. 253.* † An communio inter duas Ciuitates absque Regio assensu sub-
7 sistat, Afflict. *decis. 254.* † Assensus non requiritur in alienationis rei feudalis ratificatione, Afflict. *decis. 285.*
8 *n. 17.* † Assensus non requiritur, etiam vbi alienatio fit
9 in præsentia domini scientis, quia † præsentia habetur
10 pro assensu. Afflict. *decis. 100. n. 6. & 156 in fine.* † Non requiritur adhuc, si in inuestitura est clausula, Ad vendendum, & alienandum inter viuos, & in vltima
11 voluntate, Capic. *decis. 64. n. 3.* † Cessio iuris hypothe-
12 cæ in feudo, valet absque Regio assensu, † sed cessio li-

tis, &

tis, & causæ super feudo, non valet absq; isto Capyc. *de-*
13 *cis.* 155. & Afflict. *decis.* 232. † Baro rem in culturam
sub canone soluendo redigere potest, & concedere abs-
que assensu, vt fertilescat. Afflict. *decis.* 129. *in fine, &*
14 *decis.* 111. *num.* 5. † vbi quòd licet feudum alienari non
possit directè, vel indirectè absque consensu domini,
15 tamen in augmentum feudi, si alienatio fiat, valet. †
Regis assensus non exigitur, quādo alienatio fit de feu-
16 do plano, & de tabula, † & Baronis assensus etiam te-
17 stibus probatur. Afflict. 243. † sed in Barone infeudan-
te assensus Regis exigitur, ipse *dec.* 282. *n.* 5. Adde omnino Valasc. oculatissimum iureconsultum, *consult.* 77. *col. fin. verbo, ad illud,* & ad maioratus negotium præstantissimum Hispanum Ant. Gomez. *in l.* 30. *Tauri, quæst.* 29. *versic. octauo facit,* vbi doctissimè suo more loquitur. Vesill. *decis.* 240. *n.* 18. *& ad n.* 4. adde, quæ infra hic Præsidens *decis.* 154. *incip. vendicabat.* Tyber.
18 Sarsall. tamquam hæres *n.* 1. † Item ad te, quòd assen-
sus Proregis super venditione terræ titulo Comitatus, vel alterius speciei decoratæ, non valet; secus si dignitas est concessa personæ, ita Regens de Curt. *in* 1. *parte diuersorũ feudal. fol.* 11. *n.* 20. *& n.* 21. dicit assensum feudorum titulatorum impetrandum hodie solùm esse à Rege, siue personæ, siue terræ, titulus sit concessus. An assensus ab immediato, vel mediato domino sit obtinendus, ipsemet Regens tangit, *fol.* 17. *n.* 17. & latiùs hac de retractaturum se pollicetus alibi.

ADDITIO D. RICII.

PActum vendendi, nec retrocessio facta à subfeudatario immediato domino non requirit assensum regium, nisi sit feudum quaternatum, hoc dicit.

Dum tractat hic author noster de assensu Regio præstando super feudis, placuit nonnulla adducere, in quibus videbitur, quando dictus assensus sit necessarius, & quando non ex quo constituas regulam generalem, quòd alienatio facta sine assensu Regio est nulla, & feudum amittitur. *cap.* 1. *de prohibit. feudi alienat. per Lothar.* adeò, vt nec locatio in perpetuum, vel ad longum tempus fieri possit sine dicto assensu Paris de Put. *de reintegr. feud. c.* 155. *n.* 1. *&* 2. *fol.* 240. quamuis feudatarius sit maximè grauatus ære alieno Rolland. à Vall. *consil.* 56. & alij relati per Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 2. *casu.* 180. *nu.* 1. Imò nec feudi pars permittitur alienari absque assensu regio; Capic. *in inuest. feud. verb. feudorum alienationes, col.* 3. *vers. amplia.* 100. alibi per me relatus infrà, neque etiam potest alienari, quando feudum possidetur in remunerationem, Afflict. *in præludio feudorum, n.* 94. etiam si feudum sit francum, & liberum, Rolan. à Vall. *cons.* 2. immò nec etiam transactio sine assensu Regio fieri potest Hannet. *iuris feudorum, lib.* 3. *c.* 6. & in regno cauetur per constit. constitutionē diuæ memoriæ, nec etiam de feudo licitum est facere compromissum in arbitrium, vel arbitratorem. Soc. *cons.* 87. *vol.* 3. Zas. *in c. feudorum p.* 9. *nu.* 20. neque pignorari, aut loco pignoris hypothecari, vel obligari feudum potest sine assensu Domini Regis, Bellapertica *de feudis, tit.* 8. *nu.* 23. Sanons *in consuetud. Turonens. tit.* 13. *art.* 2. *col.* 2.

Prædicta conclusio sic ampliata non procedit, & potest fieri alienatio sine assensu regio, quando feudum alienaretur in agnatum proximum successurum *c.* 1. *§. & sic clientulus de alienat. feudi, c. de alienat. feud. paterni,* & quando feudum est concessum pro se, & cui dederit, etiam absque assensu alienari potest. Montan. *in coll. in vsus feudorum, lib.* 1. *c.* 6. *vers. sextò feudum,* Aluarot. *in capit.* 1. *de feud. non hab. nat. feud.* & pariter quando in inuestitura tacitè, vel expresè simpliciter sit data alienandi potestas, *d. cap.* 1. *vbi doct. de feudo non hab. nat. feud.* nec est necessarius assensus regis, cùm feudatarius alteri feudum concederet in feudum, Curt. *in tract. feudorum, par.* 4. *nu.* 83. similiter in venditione necessaria Paris de Puteo alios referens *de redintegr. at. feud. cap.* 42. & quando in concessione diceretur, quòd feudatarius faciat quicquid sibi placuerit, & ad hanc materiam vide latè Borel. *in summ. decis. in tit. de feudis,* vbi latè materiam tractat.

Aduertas tamen, quòd in hoc Regno Neapolitano est præfata constit. incip. constitutionem diuæ memoriæ, qua cauetur, quòd alienans feudum sine assensu domini potest facere illius reuocationem Ann. *singul.* 66. & ipso feudatario, ac domino vtili non reuocante potest dominus directus reuocare, præfertur tamen priùs vtilis dominus, vt voluit Vincent. Ann. *in repet. dictæ constit. constitutionum, n.* 262. *&* 263. & quando feudatarius reuocat alienationem non potest possessionem feudi propria auctoritate penes se anuocare, sed debet præcedere Iudicis sententia, vt tenet Ann. *allegat.* 84. *numer.* 5.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Regius requiritur in promissione de vendendo feudum, sed D. R. de Marinis probabilem tradit opinionem contrariam qua confirmatur similibus.*

1 IN promissione de vendendo feudum requiri assensum Regium bis iudicatum per S. C. testatur D. meus, & concordat *dec.* 47. R. Salernitani addo R. Galeot. *lib.* 1. *contr.* 28. *n.* 19. vbi comprobat decisionem tradens obdormiuisse Afflictum in materia feudali, qui contrarium tenuit idem tenet Bilott, *concl. feud.* 43. Contrariam opinionem etiam probabilem, inquit D. R. de Marin. ad Reuertet. *obs.* 133. ex Afflicto, R. de Pont. *cons.* 86 *lib.* 1. vbi arguit ita decisum in causa Ascanij Rotæ cum Cardinali Columna, ita vt promittens vendere feudum sine assensu teneatur ad interesse in casu inobseruantiæ, facit quòd licèt gabella debeatur ex venditione non tamen ex promissione de vendendo Guttier. *de gabell. cap.* 47. nec debetur Laudemium Olea *de cess. iur. tit.* 1. *quæst.* 6. *numer.* 3. etsi statuto, vel lege caueatur, quod contractus probetur per scripturam, promissio de celebrando contractum non requirit scripturam Surd. *decis.* 43. & quòd promissio de vendendo non sit venditio Castil. *lib.* 2. *controu. cap.* 3. Cancer. *var.* 3. *par. cap.* 7. *num.* 12. & videndus Olea *vbi sup.*

SVMMARIVM.

1 *Hæres, an fideicommissarius teneatur soluere vsuras decursas durante tempore restitutionis creditoribus hæreditarijs quamuis perceperit fructus, & num.* 3. 6. 7. 10. 11. 12.
3 *Cautela pro hærede rogato post tempus, vt interim non soluat creditoribus hæreditarijs.*
4 *Vsura, vel ex mora, vel ex stipulatione debentur.*
5 *Soluere, qui potest cogi perinde est, ac si coactus soluisset.*
8 *Vsura non soluta, fructuum loco habentur.*
9 *Fructus non dicuntur, nisi renascantur, & non nisi anni curriculo, & parum plus conseruari possunt.*

D E-

DECISIO XXXXIX.

Vsuras decursas à tempore aditionis vsque ad tempus restitutionis,& non solutas per hæredem grauatum fideicommissarius soluere an teneatur de suo.

1 TExtus est particularis *in l.deducta §.qui post tempus. ff. ad Treb.* † quòd si hæres primo loco institutus, & grauatus restituere, post tempus non soluit creditori hæreditario vsuras medij temporis quamuis perceperit fructus ex hæreditate, quòd nihilominus ad solutionem vsurarum tenebitur fideicommissarius,& non hæres primi hæredis instituti, & ibi Pau.de Cast.dicit, hoc esse mirabile, & quòd quilibet diceret contrarium, & ita illum tex. declarat Ang.& vterq; Imo. & ex decisione tex.prædicti dicebatur pro venerabili Collegio sanctissimi nominis IESV Ciuitatis Neapol. quòd quamuis Sacrum Consilium(me referente)iudicauerit, quòd onus interesse debiti Magnificæ Franciscæ Casanouæ pro eius dotibus à tempore mortis viri, vsq; ad tempus mortis Decij filij Magnifici Io.Benedicti Gagliardi,qui grauauerat Decium eius filium institutum hæredem, quòd si decederet sine filijs, hæreditas restitueretur fratribus, solueretur per collegium, tanquam hæredē Decij mortui sine filij, qui distulerat soluere, & fructus hæreditatis perceperat, malè tamen iudicauerat, cùm hoc onus transiret ex Trebelliano in fideicommissarium *d. §. qui*
2 *post*, vbi subdit Imola, † esse cautelā pro hærede rogato post tempus, vt interim non soluat de fructibus creditoribus hereditarijs,quia si soluit,nihil retinebit. Re vera hęc decisio illius tex.dura visa fuit Sacro Consilio,& propterea fuit plenè causa hæc discussa. Dicebatur pro parte fideicommissariorum decisionem text. prædicti
3 non procedere in casu, de quo agebatur, vbi hæres interpellatus pluries à matre denegauit soluere,in magna perfidia existens, quia hoc casu dicebatur, quòd dispositio illius text. non procedebat, & allegabat Pau. de Cast.*in d.§. qui post.* ibi, *vel dic sic creditor*, dum distinguit, quòd si creditor non petijt, non tenebatur hæres soluere,nec sortem,nec vsuras, & sic petitio pro vtroq; transit in fideicommissarium: sed si creditor, & petijt, & poterat compelli, tenebatur soluere sortem, & vsuras, & tunc cùm restituit, non retinet, quod soluit pro vsuris, sed compensat cum fructibus, quod autem pro sorte soluit,retinebit hæres,per tex. *in l.si quid possessori.ff.de petit.hæred.*

Sed respondetur, hanc responsionem non esse bonam,quia decisio illius tex.non est fundata in mora heredis instituti; sed est fundata in eo, quia hæres suo iure fructus percepit, & in restitutione, quæ fit ex Senatus Consulto Trebelliano,cuius virtute transeunt in fideicommissarium iura actiua, & passiua, & hæ responsiones sunt expressæ in illo textu, & benè declaratæ per gl.& Doct.

4 Item in illo textu,præsupponitur mora,† quia vsuræ ex mora,& ex stipulatione debentur.*l.mora ff.de vsur.* & licet debeantur ab hæredibus ex persona defuncti,& ex debito hæreditario: negari tamen non potest, hanc moram,vel stipulationem in heredem continuari,& tamen tex.dicit non esse locum querelę contra hæredem. Nec Pau.de Cas. dicit id, ad quod allegatur, quia Pau. ibi vult declarare tex. facientem differentiam, quando soluit vsuras hæres,& capitale, vel quando nullo modo soluit,& exemplum, quia petijt, vel non petijt, fuit per eum positum pro declaratione text. quando dicebat, quòd coactus soluerat,poterat enim cogi hæres,vt primo casu solutum pro sorte retineatur,solutum pro vsuris compensetur cum fructibus. Secundo casu, quia coactus non soluit pœnam, hæres nihilominus non luet, & sic non est vis in petitione, vel non petitione, sed in solutione, vel non solutionē. Ex hoc etiam apparet, quòd fragile videbatur fundamentum, quod faciebant

5 prædicti fideicommissarij†,quòd postquam hæres Dec. poterat compelli ad soluendum perinde est, ac si coactus soluisset,ex *tex.l.nouissimè.ff.quod falso tutore auctore*,quia licèt à pari procedant coactio, & metus coactionis; nihilominus non ex quo quis cogi possit ad soluendum dicitur soluisse, & hoc argumentum est contra tex.in d.§ *qui post* vbi præsupponitur,vsuras deberi creditori hæreditario, ad cuius crediti solutionem poterat hæres sine dubio compelli. Et ex his duæ responsiones, quæ ad illum textum dabantur, sublatæ sunt.

6 Alia,& tertia dabatur responsio ad illum tex.† quòd ille tex.procedit in hæreditario creditore: secus autem sit in casu, de quo agitur, vbi pater mandauit filio dotium restitutionem, quod filius non adimpleuit. Hæc quidem fragilior est responsio, quia vxor erat creditrix hæreditatis: & id, quod testator mandauit fieri per hæredem, quamuis quoad substantiam debiti inutile fuerit, non tollit actionem quæsitam vxori ex contractu cum ea gesto, imò ampliat: & fecit id testator, ad quod hæres, absq; quo testator fecisset, compelli poterat. Et ex hoc apparet,quòd consilium Ias.95. 1.*vol.* non potest allegari pro fideicommissarijs,quia ibi obligatio cęperat ab eo,cui fideicommissum erat iniunctum.

7 Quartò dicebatur, quòd† ille text. loquitur, quando quis est grauatus post certum tempus restituere hæreditatem, puta post annum, & quid ita exemplificat illum tex. Odofred.quod corroboratur, † quia tàm tex.
8 *in §.postquam tex. in l. postulante §.sed in huiusmodi*, loquuntur de fructibus non exactis, vel vsuris non solutis,quæ fructuum loco sunt *l.vsura vicem,ff.de vsur.*
9 † qui fructus non dicuntur, nisi renascantur.*l.diuortio §.si vir.ff.solu.matr.*& non nisi anni curriculo, & parum plus,conseruari possunt.Secus autē dicebatur esse, quando sub conditione,si sine filijs prout in casu de quo agebatur.quia in hoc nō procedit dispositio tex. *in d. §. qui post.*maximè, quia Pau. dicit esse mirandum, & sic in suo casu intelligendum, & maxima solet esse differentia, an fideicommissum sit ad certum tempus, vel conditionale. Sed ad hoc dicebatur, quòd tex. non loquitur,quando ad certum tempus,sed quando quis post tempus, & sic potest intelligi post mortem, ita eum intelligit Imola *in vers.item nota quod hæres rogatus post mortem*, & Alex.*ibi.1.col.vers.item col.2.versic.extra gl.* & tamen si quis post mortem restituere rogatur, fideicommissum conditionale est,*l.hæres meus, cum morietur.ff.de condit. & demonstr.* Item eadem ratio militat,siue sit ad tempus grauatus quis restituere,vel sub conditione, quia suo iure fructus percipit, & Odofred. qui sic ponit casum, non restringit regulam illius text. Nec ponderatio de verbo, fructibus, facit, quia vltra quòd in hoc tex.non fuerat locutus Iureconsultus, nisi de vsuris,& sic cessat obiectum,cùm vsuræ pluribus annis deberi possint, & fructus etiam plurium annorum deberi possint, quibus consumptis ad eorum prętium tenebitur debitor, vnde & hæc quarta responsio sublata est.

10 Quintò dicebatur,† quòd decisio illius text.fundata est in voluntate testatoris,dum tex.dicit,quòd ideò non est locus querelæ,quia fructus suo iure percepit, & glo. declarat idest defuncti iudicio, & hoc etiam videntur sentire Doct. ibi. Sed in casu, de quo agebatur,videbatur,quòd hi fructus non essent percepti iudicio testatoris tantummodo contra voluntatem ipsius,quia grauauerat hæredem, vt post annum solueret hoc debitum matris: aliàs quòd ipsi solueretur ad rationem duc. 8. pro singulis duc. 100. Si ergo cessat voluntas testatoris, cessabit dispositio illius tex.Cui fundamento respondebat vnus ex Dominis,quòd legatū prædictum erat factum in beneficium hæredis instituti,cui dabatur electio soluendi in pecunia,vel in annuis introitibus in casu non solutionis, quod etiam operabitur in beneficium ipsius hæredis ne consumeret fructus, & non solueret interesse,& in beneficium substitutorum, ne eueniente casu fideicommissi nihil remaneret in eorum

be

beneficium. Vnde videtur remanere valida responsio ad illum text. quòd ideò ibi onus transit in fideicommissarium, quia fructus percepit iudicio testatoris. hic autem percepit contra voluntatem testatoris, cuius intentio fuit, vt bona in familia conseruarentur, & non absorberentur vsuris, seu interesse dotium, antefactis, & aliarum quantitatum vxori debitarum, & legatarum.

11 Nouissimè per vnum ex Dominis fuit dictum, † quòd poterat dici omnino benè fuisse per Sacrum Consilium decisum, quia *tex. in d. §. qui post*, loquitur, quando quis grauatus est similiter hæreditatem restituere post tempus, & in hæreditate onus adesse soluendi vsuras creditoribus hæreditarijs, & testator in hoc nihil statuit. Sed quando testator fideicommissum iniunxit, & & mandauit hæredi primo loco instituto, & infra certum terminum solueret debitum, vel pro eo ad rationem duc. octo pro singulis duc. centum, quod hęres primo loco institutus non fecit, vt est casus noster in isto casu hęres tenebitur ad interesse fideicõmissario, qui damnum sentit, non ex quo fructus percipit iudicio, vel non iudicio testatoris: sed quia voluntati testatoris non paruit, qui mandauit infrà certum tempus solui, ex qua non paritione ipse est in mora, quæ sibi, & non fideicommissario nocere debet: mora enim est delictum, quod suos tenebit auctores, & quamuis hæres, etiam quòd testator non expressisset, teneretur ad huius crediti solutionem, quia hæres; nihilominus ex legato etiam crediti pinguius ius acquiritur legatario, prout quæsitum fuit ex liquidatione interesse, quod seruata forma consuetudinis, non ascenderet ad tantam summam, & magis enixa apparet voluntas testatoris, vt creditori satisfieret, & nihilominus bona debitis non absorberetur, & dici potest in hac materia id quod dicebat Cyn. *in l. iubemus C. ad Trebellia.* quod retulit in *decis.* 10. inter easdem partes, quod varietur quomodocunque, & qualitercunque dispositio *d. §. qui post*, quòd hæres, qui emolumenta percipit, teneatur ad onera. Et ex his nouissimis rationibus Sacrum Consilium in causa, quæ pendet indecisa circa fructus pendentes maturatos, an sint fideicommissarij, vel hæredis, postquam est plus in interesse de proprietate legitima, declarauit be-
12 nè fuisse iudicatum, me referente, † iunctis duabus aulis, die 28. Ianuarij 1575. referente Domino Petro Paulo Theodoro, Actuario Caro. & vide supra *decis.* 13. vbi plenè de fructibus conuentionalibus non exactis.

ADDITIO D. VISCONTI.

VIde ad materiam. *§. qui post hic alleg.* Cottam *in vers. hæres grauatus* Rub. Alexand. *consil.* 157. *n.* 1. *& cons.* 158. *in fin.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Onus soluendi tertias decursas fideicommissario, an hæredi incumbat.*
2 *Onus satisfaciendi creditoribus hæreditatis, feudo hæreditario annexum est.*
3 *Onus an spectet ad vsufructuarium certorum bonorum.*
4 *Et quid in vsufructuario omnium bonorum, an teneatur ipse hoc onus habere.*
5 *Cautela pro hærede contra vsufructuarium.*
6 *Vsusfructuarius omnium bonorum vniuersalis, compelli potest ad solutionem decimarum.*
7 *Vsufructuarius an teneatur soluere annuos census.*
8 *Vsufructuarius an teneatur soluere legatarijs.*
9 *Cautela inter proprietarium, & vsufructuarium, remissiue.*
10 *Vsufructuarius præsentat Capellanum in iure patronatus durante vsufructu, & non proprietarius.*
11 *Vsufructuarius non præsumitur locasse res in vsufructu contentas, nisi pro tempore vsusfructus, & non vltrà.*
12 *Fructus quando ad hæredes vsusfructuarij, vel ad proprietarium vadant, ad ampliationem, & restrictionem, l. defuncta, ff. de vsufructu.*
13 *Salaria pedissequis, famulis, præceptoribus, vel similibus, quis soluat, proprietarius, an vsufructuarius.*
14 *Vsusfructus an locari possit, an veniat exictio, & de alijs, remissiuè.*
15 *Vsufructuarius an tollat rudera.*
16 *Vsufructuarius sola perceptione facit fructus suos.*
17 *Diuisio fructuum defuncto possessore qualiter fiat, & qualiter successori cedant.*
18 *Vsufructuarius an teneatur ad tributa pro rata vsusfructus.*
19 *An teneatur ad legata annua vsufructuarius.*
20 *Vsufructuarius, & emphyteuta in quibus differant.*
21 *Vsufructuarius quemadmodum caueat.*
22 *Quid si cauere non possit, an priuetur vsufructu.*
23 *Vsufructuarius pater, an teneatur ad cautionem.*
24 *Cautio remitti, an possit à testatore.*
25 *Hæres vsufructuarij, vsufructu extincto, an prædium dimittere debeat seminatum, vel sementem suam repetere possit, si expensas fecit inserendo, & seminando.*
26 *Vsufructuarius qualiter cauere, & cautionem præstare teneatur, quando relicta sunt bona mobilia, vel fundus instructus, & quid quando relictus est vsusfructus animalium.*
27 *Vsusfructus relictus Ciuitati durat centum annis, aliàs si vltra duraret, proprietas esset inutilis.*
28 *Pater vsufructuarius bonorum filij, si ipsis abutitur, & prodigaliter viuat, vtrum ei administratio eorum interdicatur.*
29 *Pater an possit alienare bona filij, in quibus habet vsumfructum sine decreto.*
30 *Si fiat institutio, vel donatio patri, & filio, vtrum pater habeat vsumfructum in portione filij?*
31 *Vsusfructus an prohiberi possit patri, quando proprietas legatur filio.*
32 *Vsusfructus quando transeat ad hæredes vsufructuarij.*
33 *Cautela relinquendi vsumfructum monaco.*
34 *Vsufructuarius an teneatur ad debita hæreditaria.*
35 *Remedia eximendi vsufructuarium ab onere cauendi.*

1 AD hanc decisionem 49. adde, † an satisfaciendi tertias decursas fideicommissario, vel hæredi competat onus, Boer. *dec.* 57. Item ad-
2 de, quòd † onus satisfaciendi creditoribus hæreditatis, feudo hæreditario annexum est. Præsidens hic *dec.* 1. *num.* 25. & latissimè Peregr. *in tract. de fideicomm. art.* 4. *& art.* 35. doctissimè, & nouissimè Ceuallos *in speculo commun. contra commun. quæst.* 747. An
3 † onus spectet ad vsufructuarium certorum bonorum, Couarru. *lib.* 2. *resolut. cap.* 2. *num.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt præsumpt.* 143. *num.* 5. *versic. secundo est casus.*
4 Sed si † esset vsufructuarius omnium bonorum, ipse teneretur, de quo aliqua dixi *dec.* 1. huius doctissimi Præsidis, ita post Couarru. *d. cap.* Crass. *in § legatum, quæst.* 26. Viui. *in commun. opin. verb. vsufructuarius, opinione* 10. *&* 46. Suar. *lib. receptar. sententiar. opinione* 103. *verb. vsusfructus*, Ioseph Ludou. *dec. Perus. numero* 10. Gail. *lib. obseruat.* 2. *obseruat.* 146. & Borgni. *in tractatu de vsufruct. mulieri relicto latissimè*. Sed meo iudi-
5 cio optimam † cautelam esse iudicarem, quòd hæres vsufructuario antequam bona vsufructuanda traderet, de pendentibus fructibus, vel alijs mobilibus, exstantibus alienum æs solueret, & in casu etiam stabilia ven-
6 dat; Imò dico etiam † ad solutionem decimarum, vsufructuarium vniuersalem omnium bonorum compelli posse ex his, quæ in terminis decidit *num.* 156. & 822. *in tit.* 1.

tit. Pinell. *de bonis maternis in l.2.p.12.nu.72.* Sed an
7 † vsufructuarius teneatur annuos census soluere, vide
Præsidentem *in dec.159. num.4.* ad quam dico, & de
alij quæstionibus, vide quæ allegatione 35. *incip. quidã
ex meis, dico in lib.2. Responsorum* per me compilato-
8 rum. † An autem vsufructuarius teneatur soluere le-
gatarijs, vide Præsidentem *in decis. 483.* latè, ad quam
9 dico. † Et [illegible] cautelis adhibendis in causis vsufructua-
rij pro proprietario, vide Caualc. *decis 28 n.45.p.3.* vbi
10 quòd † vsufructuarius præsentet Capellanum in iure
patronatus, durante vsufructu, & non proprietarius, *&*
11 *in dec.37.n.19 & 42.* † Quòd vsufructuarius nunquam
præsumitur locasse res in vsufructu contentas, nisi pro
tempore vsusfructus, & non vltrà. *par.2. & in decis.25.*
12 *num. 9. ead. par.* Fructus † autem quando ad hæredes
vsufructuarij, vel ad proprietarium vadant, ad amplia-
tionem, & restrictionem. *l. defuncta. ff. de vsufructu*,
videndus est Carroc. *in tract. de locato, & conducto à
quæst.23. vsque ad 27. & quæst.23. incip. Quæro de vtili,*
13 *p.2. fol. mihi 89. & 90.* † Salaria pedissequis, famulis,
præceptoribus, vel similibus, quis soluit, proprietarius,
vel vsufructuarius. idem Carroc. *quæst. incip. prosequen.*
14 *fol.85. ead. p.2.* & † an locari possit vsusfructus, an ve-
niat euictio, & de varijs quæstionibus circa vsumfru-
15 ctum Caroc. *ead. p. quæst.6.7.8. & seq.* † An vsufructua-
rius tollat rudera, vide Præsidentem *in decis. 191. ad n.*
8. vide infra. Præsidentem *decis.54. nu.4.* ad quam dixi.
Ad num.11. ibi, quòd retuli, adde quod est *in decis. 11.*
16 *num.20.* † Quòd autem vsufructuarius sola perceptio-
ne faciat fructus suos, Ioan. Coppen. *decis. 30. Saxonia,*
17 vbi † qualiter fiat diuisio fructuum defuncto possesso-
re, & qualiter successori cedant, & de §. *his consequen-
ter*, latissimè, sic finitur Lex. de qua materia dicti §. *his
consequenter*, Præsidens dixit suprà multa, *decis.19.* ad
18 quam dixi. † An vsufructuarius teneatur ad tributa
19 pro rata vsusfructus, † vtrum teneatur ad legata annua
latissimè ipsemet Coppen. *quæst.42. incip. huius quæstio-*
20 *nis*, vbi latissimè † vsufructuarius, & emphiteuta in
quibus differant, Coppen. *d. quæst.37. incip. hec quæstio.*
21 *num. 20.* † vsufructuarius quemadmodum caueat, †
22 & quid si cauere non potest, an priuetur vsufructu, ip-
23 semet Coppen *quæst.33.* vbi plura, an † vsufructuarius
24 pater teneatur ad cautionem, & † an ipsa cautio remitti
possit à testatore, & tandem ex communi opinione, &
Gabriel. *conclus.1. de vsufructu, n.28.* & ex Viu. *lib. com-
mun. verbo, vsufructuarius*, concludit remitti non pos-
se bene verum tamen dico, quòd si vsufructuarius est
persona fide digna, licet inops, & obæratus, quòd præ-
stando iuratoriam cautionem liberatur. Barbat. *cons.
11. n.3.* Gail. *obseruatione 47. nu.5.6. & 7. lib* 2. Villalob.
lib. commun. verbo vsufructuarius tenetur, Port. *lib.
conclus conclusione* 18. *vers. octauo amplia.* Marsil. *in §.*
25 *diligenter, n.104. in Arenolda.* † Hæres vsufructuarij
vsufructu exstincto, an prædium dimittere debeat semi-
natum, vel sementem suam repetere, si expensas fecit
in serendo, & seminando. Surd. *dec.201.* Nouissimè Ial-
long. *lib. Racemation. racemat. 108. incip. subditus*
26 *nunc, & cler.* † Vsusfructuarius, quando sunt relicta
bona mobilia, libri, vegetes, vinum, vel fundus instru-
ctus, qualiter cauere, & cautionem præstare teneatur,
Vrsill. *in decis.342. n.2.* Socin. *cons.9. volum.4.* & quid,
quando relictus est vsusfructus animalium, ibidem la-
27 tissimè. Item nota quòd † vsusfructus relictus Ciuitati,
durat centum annis. Vrsill. *decis.204. num.23.* ex Ale-
xand. *in cons.60. num.1.* quia si duraret vltra, proprietas
28 esset inutilis. Quid autem † si pater vsufructuarius
bonorum filij, ipsis bonis abutitur, & prodigaliter viuit,
vtrum administratio eorum ei interdicatur. Boerius
29 *decis.61.* post DD. *in l. Imperator ff. ad Trebellia.* †
Vtrum autem pater possit alienare bona filij, in quibus
habet vsumfructum sine decreto, Decius *consil. 209.*
Vrsill. *decis.393. vbi num.1. in fin.* dicit decisum, nepo-
tem potuisse obtinere mandatum contra auiam ne bo-
na alienaret in præiudicium legitimæ. Cuius contra-
rium videtur dixisse Neapodan. *in consuet. si aliquis n.*
30 30. An † autem si fit institutio, vel donatio patri, & fi-
lio, vtrum pater habeat vsumfructum in portione filij,
31 & † vtrum vsusfructus prohiberi possit patri, quando
32 proprietas legatur filio, ipsemet Vrsill. *in d. decisio.* †
Vsusfructus, quando transeat ad hæredes vsufructua-
rij, cautelam ponit Durand. *in tit. de legat. cautela 57. &*
33 *cautela 93.* qui † etiam cautelam ponit relinquendi
34 vsumfructum Monaco, & an † teneatur ad debita hæ-
reditaria, plura dicit *in cautel 42. in eod. tit. de legat.* De
35 † remedijs eximendi vsufructuarium ab onere cauen-
di, vide eundem *in tit 8. de varijs testat. precept. cautel.
1. ad nu.* 8. ibi, vel vsuris. Adde omnino Præsidentem
hunc, *decis.254. n.4.* vbi idem an possit vsusfructus pro-
hiberi bonis relictis filio, patri: Præses Morot. *respon.*
18. & dixi supra *in decis.* 10. ad hanc decisionem adde
Milanens. *deci. Siciliæ* 8.1.*p.n.367.*

ADDITIO D. RICII.

Vsuras decursas à tempore aditionis vsque ad tempus restitutionis, at non solutas per hæredem grauatum fideicommissarius soluere non teneatur de suo. Adde Capiblanc. *de Baronibus, pragm.5.n.34.* qui allegat Peregrin. *de fideicomm. artic.49.* Ascia *determinat. 19. nu. 23.* quos refert Thor. *in suo compend. decisio. in verb. vsura fol. 383.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Census non soluti per hæredem grauatum an solui debeant per hæredem illius, vel per fideicommissarium in qua re durities* l. deducta, §. qui post, ff. ad Trebellia. *ponderata in decisione coarguitur per* Anton. de Ball. & Duard. *& euellitur obiurgatio.*

2 *Insinuatur determinatio, & tutelaris pro fideicommissario.*

1 Census annui non soluti per hæredem grauatum facta restitutione fideicommissi debent solui per fideicommissarium, & non per hæredem hæredis grauati per tot in *l. deducta, §. qui post, ff. ad Trebell.* vbi Imola dat cautelam pro hærede grauato, vt interim census non soluat, ea ratione, nam facto casu restitutionis transeunt in fideicommissarium actiones actiuæ, & passiuæ in eo statu quo reperitur hæreditas, vt *glos. & Doctores in d. §. qui post* cuius text. dispositionem duram visam fuisse Sacr. C. tradit D. meus *num.* 2. in quo Anton. de Ball. *in comment. ad pragm. super. bulla de censib. q.43.* probris verbis irruit contra expensam duritiem, & dicit illam abesse, quia sicut grauatur hæres in vsuris non exactis, dum pertinent ad fideicommissarium, vt edissertum est in *obs.* 13. ita releuatur in altero, nempe in censibus non solutis, & fructus ex altera parte iure suo percepit, & Duard. *in commentar. bulla, §.3. q.19.* extollit Antonium de Ball. & limitat quando fraus supponitur ex parte grauati verùm hoc opus hic labor est in detegendo fraudem, quia etsi Paul. de Castro *in d. §.* distinguit quòd si creditor non petijt non tenebatur hæres soluere, nec sortem, nec vsuras, & solutio censuum pertinebit ad fideicommissarium, secus si creditor petijt, nam tenebatur hæres soluere, nihilominus distinctio hæc fuit reiecta, ex quo decisio text. non sit fundata in mora hæredis instituti, sed in eo quòd hæres suo iure fructus percepit, & hæreditas restituitur in eo statu in quo reperitur, vt *num.* 3.

com-

compertum benè uerum est quòd *d.§.* qui post habet varios intellectus dum Odofred. intelligit in grauato post annum, quamuis hic intellectus nec receptus sit *num.8. & 9.* nihilominus æquitas considerata per Anton. de Basi. non reperitur iudicio meo, dum maxima est disquiparantia in casu quo non exigat hæres census, à casu quo non soluat census debitos, quia diligentiam quis habet in exigendo non autem in soluendo, & præterea dura videtur illa dispositio, etenim cùm hæres fuerit in mora soluendi, & mora sit delictum, sibi nocere debet.

2 Aduertendum erit, iudicatum fuisse contra hæredem hæredis, ex quo testator præfixit tempus ad soluendum debitum matris, aliòs quod ipsi solueretur ad rationem tot pro centum, & cùm voluntati testatoris non paruerit, ad interesse tenebatur fideicommissario, & mora sibi nocere debebat, & non alijs, nemo enim ex alieno delicto grauari debet, & quia nouissimè D. Pratus ex Iason. Natt. Mastril. ad Petr. Grego. *in obs. 32. practicar.* neruosè defendit fideicommissarium, ipsi me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Promittens stare laudo præcisè tenetur.*

2 *Datio in solutum, vim solutionis habet, & re in solutum data euicta, agitur ex contractu dationis in solutum: non autem primæua actione, nisi recipiens in solutum sibi reseruauerit antiqua iura, & n.7.*

3 *Arbiter si condemnat aliquem ad locandum rem alicui, & satisfactum est laudo, si postea non patitur, conductorem re locata vti non agitur ex laudo, sed ex contractu locationis.*

4 *Condemnationis momentanea, & successiua differentia.*

5 *Reseruationis iurium natura est nihil ponere in esse, sed iura primæua conseruare, si non sunt extincta.*

6 *Soluere vere, & perfectè non dicitur sequuta euictione bonorum in solutum datorum.*

8 *Factum non durabile, etiam in arbitrorum materia non dicitur factum.*

DECISIO L.

Euicta re data in solutum pro executione laudi non agitur ex laudo, sed ex contractu dationis in solutum, nisi recipiens in solutum reseruauerit sibi antiqua iura.

IN compromisso facto inter Magnif. D. Ant. Caracciolum, & Magnif. D. Carolum eius fratrem, partes prædictæ cum iuramento promiserunt stare, & parere decisioni Arbitrorum, quòdq; eorum decisio haberet executionem paratam, ac si esset sententia Regia, & pro prædictis obseruandis obligauerunt expresè omnia eorum bona, cum clausulis constituti, & precarij, Prolato laudo in fauorem dicti D. Caroli, D. Antonius dedit ei in solutum pro ipsius executione quosdam introitus, postea eidem D. Carolo euictos, fuit dubitatum, an subsequuta euictione prædicta, D. Carolus virtute obligationis bonorum in compromisso adiectæ, debeat præferri alijs creditoribus dicti D. Antonij, qui post compromissum prædictum contraxerunt.

1 Pro parte creditorum dicebatur, quòd quamuis quãdo quis per stipulationem promittit stare, vel parere laudo teneatur præcisè parere, vt per Innoc. *in cap. per tuas 1. col. vers. imo plus de arb.* quem sequitur ibi Abb. *col. fin. vers. quandoq; & sexto,* non parẽdo oriatur actio ex stipulatu cum hypotheca bonorum, nihilominus postquam in casu, de quo agitur paruerat D. Ant. laudo dando introitus in solutum, & si soluerit, solutionis eius, quod debebatur, omnis actio sublata erat. *Instit.*

2 *quib. mod. toll. oblig. in prin.* † Datio enim in solutum habet vim solutionis *l. 2. & toto tit. ff. pro soluto,* & re in solutum data euicta aget actione descendente ex contractu dationis in solutum, non autem primæua actione, iuxta terminos. *l. si quis aliam de solut,* non enim hypotheca in compromisso apposita erat pro rebus in compromisso contentis: sed tantummodo pro adimplemento facti, scilicet paritionis. Quod factum cum sit explicatum dando in solutum, satisfactum est compromisso, quemadmodum in venditione dicit, gl. quando iam tradit. *in l. si cum fundum venderes, in vers. tradat. ff. de contrah. empt.* Bart. *in l. Claudius Felix. 1. col. vers.*

3 *aut fuit auctus ff. qui pot. in pign. hab.* Hinc est † quòd si arbiter mediante laudo condemnat aliquem ad locandum Petro domos, quas si Petrus locat pro executione laudi si postea non patitur, conductorem re locata vti, non aget ad pœnam ex laudo, sed aget ex contractu locationis. Ita Bar. *in l. si fideiussor. §. meminisse, cum concord.* per Barbat. ibi *in apostill. de leg. 1.* hanc etiam opinionem videtur sequi Lanfran *in tract. de arbi. in q.*

4 *41.* distinguendo inter condemnationem, † quæ actu momentaneo expeditur, vt est quæstio nostra, in qua facta solutione, laudum suam habuit executionem, & inter condemnationem continentem factum successiuũ, vt primo casu statim sequatur liberatio, secundo verò non. Et ex eo inferebatur, reseruationem iurium factã per D. Carolum in datione in solutum, nihil operari,

5 cùm iuribus extinctis reseruatio nihil operetur, † cum de ius natura sit, nihil inesse deducere, seu ponere, sed ius existens conseruare secundùm Ang. *in l. omnes præscr. 30. vel 40. anno. & in l. scripturas C. qui potior. in in pign. hab.* cum concord. per Aymo. *cons. 15. gl. Parisien. in §. 44. q. 10. fol. 498.* contrarium tamen fuit, me referente, decisum, quia postquam partes promiserunt parere laudo, & per laudum D. Anto. fuit condemnatus ad solutionem quantitatum, tunc diceretur plenè paruisse quando quantitates in laudo contentas verè soluisset, & perfectè. *l. 5. §. fi. vbi* Bar. Alc. & alij *de verb. oblig.*

6 † quæ quantitates non possunt dici verè solutæ subsequuta euictione bonorum, in solutum datorum, quæ in solutum datio quamuis operetur solutionem debiti, vt est supradictum, & prætendatur quòd non primæua actione, sed ex contractu prædicto actio competeret:

7 Nihilominus † hoc non est verum, quando reci piens in solutum reseruasset sibi antiqua iura, secundum *gl. in l. libera. C. de senten.* quam glo. dicit esse verissimam, Bar. *in d. l. si quis aliam,* & dicit dictam reseruationem esse proficuam ad multa. Alios congerit Fabius de Ann. *con. 90. in 4. concl.* vbi de hac decis. meminit.

Nec obstant contraria, & primò non obstat, quòd dicebatur de solutione per dationem in solutum, quia non procedit in casu, de quo agebatur facta reseruatione, & re in solutum data euicta: similiter non obstat, quòd dicebatur obligationem bonorum non esse appositam pro rebus in compromisso contentis, sed tantùm pro adimplemento facti, scilicet paritionis, quando adimplemẽtum iam factum fuit. Quia dictum fuit adimplementum promissum in compromisso consistere in solutione facienda, quæ non est facta stante subsequuta euictione ex causa, quæ antecedit dationem in

8 solutum, † quia etiam in materia arbitrorum non potest dici factum, quod non durat factum. *l. inter Castellanum. ff. de arb.* & si D. Carolus, qui non cogebatur recipere dationem in solutum, sed erat soluenda pecunia, remansit contentus recipere dationem in solutum cum reseruatione iurium, hoc non debet esse ei preiudicium. Ex prædictis etiam apparet, quòd non obstant dec. Bar. supra allegatę, quia illæ loquuntur in casib. in quib. quis erat condemnatus, nisi ad factum, quod momento explicatur, s. ad locandũ, et postea ipsemet ex post facto nõ prestat patientiam. gl. *in d. l. si cum venderes,* loquitur in contractu, in quo per traditionem quis liberatur, & sic loquitur Lanfr. hic autem erat condemnatus ad soluendum, quæ solutio licet vnico momento expediri potuisset ex solutione pecuniæ nihilominus D. Carolus contentus remansit in solutum recipere introitus, qui cum fuerint euicti ex causa antecedenti, & sic sit resoluta da-

tio

tio in solutum ex reseruatione facta in instrumento dictæ in solutum dationis, aget primæua actione, quę oritur ex stipulatione, & laudo cum hypotheca bonorum, vt per Abb. *vbi sup.* post Innoc. & sit cum actio competat reseruatio opitulatur. Galterius Actuarius. Vide Rimin. *in l. ait prætor. col. pen. & fin. ff. de iureiur.*

ADDITIO D. VISCONTI.

ANum. 1. cum seq. Vide omninò Surdum *dec.* 266. & Viuium *dec.* 526 *num.* 7 vide eund. Surd. *in decis.* 51. *num.* 4. 5. 20. & Mart. *in voto* 144.

Num. 5. Vide supra *dec.* 32. *num.* 14.

Num. 7. Adde Vrsill. *in dec. Afflic.* 355. *in* 3. *dub.* post Pract. Papiens *in formn libell. in act. hypoth. vers. satisfacere in fin.* Mascard. *de probat. conclus.* 1173. *num.* 37. *vol.* 3. D. Ann. *cons.* 35. *num.* 12. 13. *cons.* 90. *num.* 8. Surd. *loco cit. num....* omninò Mart. *in vot.* 109. vbi hanc dec. allegat, & pariter D. Garsiam Mastril. post hæc per multos annos impressum *in dec.* 40. *num.* 6.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca primi creditoris ex dispositione iuris de nouo contrahitur.*
2 *Hypotheca primi creditoris reuiuiscit, si res in solutum data tollitur.*
3 *Quoad retentionem solum, non quoad actionem.*
4 *Hypotheca primi creditoris super res transactione, vel datione in solutum recepta extinguitur.*
5 *Limita in causa dotis, & si res, vel species pro specie detur.*
6 *Debitor creditori tenetur de euictione, si res in solutum data euincitur.*
7 *Debitor si det creditori nomen debitoris falliti, scienter, non liberatur ab obligatione.*
8 *Immò actione de dolo tenetur ad interesse.*
9 *Sed an scientia præsumatur, remissiuè.*
10 *Debitor si det creditori pignus in solutum simpliciter, præsumitur datum pro toto debito, si pignus est iudiciale, secus si conuentionale.*
11 *Creditor pro suo debito accipiens pignus à debitore, cum pacto, quod redimat in tali tempore, alias pignus intelligatur creditoris hoc pacto non obstante, poterit debitor moram purgare, & pignus è manibus creditoris omninò auellere.*
12 *Cautela obseruanda in datione in solutum per creditorem, ne re euicta suam hypothecam amittat.*
13 *Creditor an teneatur fideiussori cedere actiones.*
14 *Et quid iuris fideiussor contra debitorem, vel confideiussorem ex creditoris cessione consequatur.*

AD hanc decisionem 50. adde Præsidentem, *in decis.* 450. *num.* 3. sed melius *in decis.* 453. *per tot.* vbi,
1 † quòd super re data in solutum licèt exstinguatur hypotheca primi creditoris ex dispositione iuris, de nouo quasi alia contrahi-
2 tur, & vide eundem *dec.* 200. *n.* 21. & † quòd reuiuiscat hypotheca primi creditoris, si res ei in solutū data tollitur. Vide Præsidentem suprà, *dec.* 12. *n.* 51. & *seq.* & Annam *cons.* 36. *vol.* qui intelligit, quòd † reuiuiscat quo
3 ad retentionem solum, non quo ad actionem, & † quòd
4 hypotheca primi creditoris super re, transactione, uel datione in solutum recepta, exstinguatur. Boer. *decis.*
5 337. & 332. qui † limitat in causa dotis, etsi res, vel spe-
6 cies pro specie detur. Item nota, quòd † debitor creditori tenetur de euictione, si res in solutum data euinci-
7 tur. Ita tex. *in l.* 4. *C. de euict.* † Et si dat debitor creditori nomen debitoris falliti scienter, non modò non libe-
8 ratur ab obligatione, sed † actione de dolo tenetur ad
9 interesse. Natta *cons.* 342. quòd est notandum. † Sed an
10 scientia præsumatur, vide eundem. Item adde, † quòd si debitor in solutum dat pignus debitori simpliciter, quod præsumitur datum pro toto debito, si pignus est iudiciale, secus si conuentionale. Ita glo. *in §. si pignora,*
11 *in l.* 15. *ff. de re iudic.* Item nota, quòd † creditor pro suo debito accipiens pignus à debitore cum pacto, quod redimat in tali tempore, aliàs pignus intelligatur creditoris, quod hoc pacto nō obstante, potest debitor moram purgare, & pignus à manibus creditoris omninò auellere, quòd facit contra quosdam, quos ego scio. Ita in
12 terminis dicit Marsil. *Sing.* 468. † Cautela in datione in solutum obseruanda per creditorem, ne re euicta suā hypothecam amittat. Aliam cautelam ponit hic Præsidens in fine, ipsamque approbat Bart. *in l. si quis aliam, ff. de solut.* Rebuf. *in lib. de litterar. oblig. art.* 12. *glos.* 1. *n.* 20. & Caballin. *Milleloq.* 653. & *omninò ad hunc numerum finalem, in verbo, ex reseruatione.* Adde omninò nouissimè Petr. Surd. *decis. Mant.* 163. *incip. Quam-*
13 *uis Domin. Ioseph.* † An autem creditor teneatur fide-
14 iussori actiones cedere, & † quid iuris fideiussor contra debitorem, vel confideiussorem ex creditoris cessione consequatur, Coppen. *decis. Saxoniæ* 51. Ad principium huius decisionis, vide Vrsil. *dec.* 335. *nu.* 13. *incip. Nihil.* Ad hanc *dec.* 50. *num.* 2. adde Præsidentem *infr. dec.* 81. *num.* 9. *dec. Florent.* 100. Ad num. 6. adde int. Præsident. *decis.* 200. *ad num.* 8. *ibi*: ex reseruatione. Surd. *decis. Mant.* 163. Magon. *dec. Lucen.* 76. & 77. Tepat. *de dat. in solut. lib.* 2.

ADDITIO D. RICII.

EVicta re data in solutum pro executione laudi non agitur ex laudo, sed ex contractu dationis in solutum, nisi recipiens in solutum reseruauerit sibi antiqua iura, hoc dicit. Primæua autem iura quando dicātur extincta facta datione in solutum pro debito alicui creditori latissimè, & distinctè declaratur apud Ann. *consil.* 90. & euicta re in solutum data pro debito pecuniario non agitur actione primæua competente ex primo cōtractu, sed actione vtili ex empto, Bar. *in l. si quis aliam ff. de solut.* quod procedit tàm in adiudicatione, seu datione in solutum facta à parte, quàm in facta per Iudicem, ita declarauit Bart. Bald. Castr. Fulg. & cęteri dum summant text. *in l. eleganter, ff. de pign. act.* & quando dicitur in solutum res pro debito dotis pecuniario, text. *in l. qui res, ff. de solut.* dicit secundùm magis communem intellectum.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Euicta re in solutum data non posse agi actione primæua deciditur, & colliguntur asecla, & rationes cum extensione.*
2 *Euersores decisionis recensentur præcipuè* P. Merlinus, *qui taxatur à* D. Io: Dexart.
3 *Fideiussores primi an possint conueniri non excusso principali, & quid si creditor est, & rem à debitore emerit.*

1 NAnfragium est pertimescendum huius decisionis concussæ validis aquilonibus aduersatorum, proponitur quæstio, an euicta re in solutum data creditori possit agi actione primæua, & concluditur negatiuè, nisi creditor reseruasset primæua iura, & reseruatione deficiente eandem sententiam tenent Ann. *con.* 35. *nu.* 12. Gasp. Thesaur. *lib.* 2. *qu. for.* 88. Marta *vot.* 119. Guzman. *de euict. q.* 28 *num.* 9. & 17. Mangill. Fontanell. & alij quos refert, & sequitur Arias de Mesa *lib.* 2. *var. cap.* 40. *n.* 3. & *c.* 41. *num.* 2. vbi

ubi ampliat, ut nec per restitutionem in integrum possint minori suscitari primæua iura, & rationē assignat Guzman extinctionis hypothecæ, non ex eo quod creditor sit effectus dominus, sed quia à priore contractu est recessum per dationem insolutum, quæ similis est emptioni, Bart. *in l. eleganter. ff. de pig. act.* & ibi Bald & Castr. *nu.6.* qui dicit perindè esse, ac si debitor soluisset creditori debitum, & posteà creditor restituisset loco rei insolutum datę, nam aliàs ratio dominij superuenientis non extingueret hypothecam, quando irreuocabiliter dominium non quæritur, ut probatur ex *l. ex sextante; §. Latinus, ff. de excep. rei iud.* ubi Bart. & cęteri, *& in l. eleganter, ff. de pign. act.* ratio alia est, nam frustratoria aliter esset cautio reseruationis primæuorum iurium, ut edocet Bart. *in l. si quis aliam, ff. de solut.*

2 Contrariam opinionem pro creditore, ut absq; reseruatione primæuorum iurium possit agere primis hypothecis euicta sibi re insolutum habita sustinent Fab. de *error. pragm.* Gratian. & alij quos refert, & sequitur P. Merlin. *cent. 1. cont. 27. per tot.* ubi refutat primam opinionem, & iuxta postremam decisum per S.C. refert. & comprobat Merlin. *de pign. li. 4. q. 150. nu. 26.* D. Io. Dexart. *dec. Sardin. 72.* per authoritates allegatas, & per *tex. in l. si prædium, C. de euict.* ibi, causa pignoris mutata non est, intelligens dicta verba respectu debitoris dātis insolutum referens glos. ibi, contrarium innuentem, & explicat text. *in l. eleganter, ff. de pig. act.* qui in contrarium adduci potest, ibi, *& videtur finita pignoris obligatio*, quòd verbum videtur non sit affirmantis, sed dubitantis, ex Fabr. *de error. pragm. tom. 4. decad. 105. err. 8.* & improbat P. Merlinum negantem si debitor esset pauper competere actionem utilem ex empto, quā competere probatur *ex d. l. eleganter*, ubi Bart & alij, *& ex d. l. si prædium*, & tradunt Anna *con. 35. num. 5.* & D. meus *nu. 6.* quem refert, & sequitur Guzman *ubi suprà num. 17.* probans D. Dexart. competere creditori actionem utilem ex empto, contra personam debitoris, quæ passim est utilis, & primæuam hypothecariam super bonis, ut Thes. *num. 10. & 11.*

Posterior sententia indubitata est fauore dotis, & donationis propter nuptias D. Staib. *resol. 96. nu. 13.* ubi extendit soluto matrimonio.

3 Subsequitur difficultas, an euicta re insolutum data, ut possit agi contra primos fideiussores debeat excuti principalis, & affirmant Thesaur. *li. 1. qu. for. 88.* & Gratian. *discept. 35.* in contrarium uidendus Arias de Mesa, & Merlinus *de pignor. in locis allegatis.*

Notandum est, quòd si creditor emat rem à debitore sibi obligatam si venit creditor posterior euincere illam rem, poterit emptor se tueri primæua hypotheca per *tex. in d. §. Latinus, & l. debitor, ff. ad Trebel.* tam agendo, quàm retinendo Guzman. *ubi suprà nu. 16.* ex Ann. *con. 90. num. 13.* Angel. *in l. libera, C. de sent. & interlocut. omn. iudic.* licèt Guzman in hoc sit etiam sibi inconstans, ut est videre.

SVMMARIVM.

1 *Expensæ infirmitatis iisdem gaudent priuilegijs, quibus impensæ funeris, sed non præferuntur creditoribus anterioribus, & expressam hypothecam habentibus, & num. seq. 7. & 9.*

3 *L. penul. ff. de religiosis, & sumpt. fun. cum concor. latè explicatur.*

4 *Impensæ funeris, quare tacitè præferantur hypothecæ, & actioni personali non autem expressæ, & num. 8.*

5 *Inuecta, & illata pro pensione domus sunt tacitè hypothecata.*

6 *Res legata vendi potest pro funeralibus.*

10 *Opinio contraria, quod tales impensæ præferantur etiam creditoribus habentibus expressam, declaratur.*

DECISIO LI.

Creditores anteriores, & expressam hypothecam habentes præferuntur creditoribus impensarum infirmitatis, & funeris, quod tamen declaratur.

IN causa creditorum habentium expressam hypothecam super bonis Illustris. quondam Marchionissæ Padulæ, cum Magnific. Ar. & med. Doct. Ioanne de Altomare, præsupposito pro vero, †
1 quòd expensæ infirmitatis habeant eadem priuilegia, quæ habent impensæ funeris iuxta not. per Doct. *in l. fi. §. in comput. C. de iure delib.* dubitatum fuit, an Io. creditor pro causa prædictæ infirmitatis debeat præferri prædictis creditoribus anteriorem, & expressam hypothecam habentibus? Et pro eo allegabatur tex. *in l. penul. & l. nec ære alieno, & in l. Neratius, de religiosis, & sumpt. funer.* Quibus iuribus moti, videtur tenere hanc opinionem Alberic. *in l. 2. in princ. de priuil. cred.* Bart. *in l. 1. in 4. opposit. vers. cum quæritur, ff. solut. matrim.* Aret. *in §. fin. Instit. de leg. Falcid.* Ripa *in tract. de peste, in titu. de remed. præseruat. vers. 2. procedit numero 33. ubi, & alia iura allegat.* Cassan. *in consuet. Burg. in tit. de tract. & apparit. in rubr. 4. §. 9. in text. & fauor. funer. fol. mihi 689. & tract. de Gloria mundi, in 11. parte in 99. consider. in 6. limitatio.* & Petrus Duen. *in Reg. 397. funeraria.*

Prædictis tamen non obstantibus contrarium fuit, me referente, decisum in Regio Collaterali Consil. ex
2 regulis iuris claris, † quòd creditores cum hypotheca expressa, maximè anteriores, præferuntur istis creditoribus, vel ex causa funeris, vel impensarum in infirmitate, & dicebatur non obstare in contrarium allegata, & primò *text. in d. l. penul.* † quia dicebatur loqui
3 in creditoribus personalem actionem habentibus, ita videtur intelligere illum textum Ripa *in loco suprà allegato*, uel in creditoribus hypothecarijs hypotheca tacita, ut glos. intelligit ibi. sic debet restringi illud verbum, omne æs alienum. Imò ulterius ponderabatur *text. in d. l. penult.* facere in contrarium. dicit enim, impensa funeris semper deducitur ex hæreditate, & hoc est indistinctè verum, quia habetur, ut æs alienum, maximè ponderata dictione, semper, quæ est uniuersalis, de qua *in l. 1. ff. solut. matrimon.* Subdit tex. *quæ etiam omne æs alienum solet præcedere, cum bona soluendo non sunt.* ponderabatur *versic. solet præcedere*, quasi dicat, consueuit præcedere, sed non semper, prout semper ex hæreditate deducitur, ut suprà dixit: quia si semper præcedat, Iurisconsultus dixisset, quæ etiam omne æs alienum præcedit, vel semper præcedit. Solet enim præcedere in actione personali, ut Doct. omnes per illum text. conueniunt, & in tacita hypothe-
4 ca, in expressa non, † quia si in expressa præcederet, ut dixi, semper præcederet, & ratio, cur istas præcedit, & alias non, ponitur per Negus. *in loco infra allegando*, ad textum *in dicta lege, nec ære alieno*, dicebatur, quòd non probat hanc opinionem, quia Iurisconf. dicit quòd quando sunt plures hæredes pro rata hæreditaria, unusquisq; tenetur in impensas funeris, nec æs alienū facit, quin sic teneantur, & non decidit, quòd impensa æri alieno, & maximè stante hypotheca expressa præferatur. Item dicebatur, quod *d. l. Neratius*, non debet ad hoc allegari, quia ibi pactum expressum non operatur contra tertium ea ratione, de qua in text. cum quo concor. tex. *in l. inter debitorem, ff. de pact.* & quia ille, qui funerauit, habet actiones contra eum, ad quem bona ex pacto obuenerunt.

Nec obstat decisio Bart. *in d. l. 1. solut. matrim.* quia Bart. non aperit, si præferatur hypothecæ tacitæ, uel expressæ, & all. tex. *in d. l. pen.* quæ ut supra intellecta, videtur loqui in actione personali, uel in tacita hypothecaria, & sic etiam erit intelligenda decisio Ang. Aret. *ubi suprà*, qui allegat Bart. *in d. l. 1.* decisio Ripæ *in tractat.*

de peste, declaratur ex iuribus, quæ allegat, nam text. in *d. l. & si quis, §. 1.* loquitur in tacita hypotheca, quia dicit tex. ibi, † quòd expensa funeris *præfertur pensioni domorum*, pro qua pensione inuecta, & illata tacitè sũt hypothecata, *per l. item quia, ff. de pact.* & idem Ripa *in l. 2. de priuil. credit. in fin.* tenet contrarium, & dicit esse communem opinionem expressam hypothecam habẽtes præferri, & eodem modo responderi potest *ad §. & si res, in ea l. quia* dicit, † quòd res alteri legatæ possunt vendi pro exequijs funeralibus, & hypotheca, quæ vltrà alia remedia oritur ex legato, erit tacita. Nec obstat decisio Cassa. quia similiter loquitur generaliter, nec distinguit in hypotheca tacita, vel expressa, sed mouentur per tex. *in d. §. in computatione*, qui loquitur respectu hæredis cum beneficio inuentarij, quia prædictus hęres expensas per eum factas poterit retinere. Sed an præferatur creditoribus hypothecarijs est decidendum per alia iura. Vnde sublatis, & declaratis iuribus prædictis, remanet in suo robore *reg. l. qui prior*. Et ne hæc opinio careret auctoritatibus, dictum fuit, quòd hanc opinionem, † quòd habens expressam hypothecam præferatur impensis funeris, & sic salario medicorum, tenet expressè Glos. *in d. l. impensa funeris*, & sic probat ille tex. supra ponderatus, & *in d. l. 2.* vbi refert ad gl. prædictam, tenet etiam expressè Odoffr. *in d. l. pen.* & expressius *in d. §. & si quis*. Vbi dicit, hoc lege non caueri, & quòd standum sit regulæ, tenet Petr. de Bellaper. *in l. cos. in princ. vers. vos habuistis, C. qui pot. in pig. habeãtur*, & Ang. *in d. l. 2. de priuil. cred.* vbi Ripa, qui dicit, hanc opinionem esse communem, & post eum Zas. *ibi vers. secundò collig.* tenet etiam expressè Bald. Nouel. *in tract. de dote, in 10. part. princ. in 9. lim.* vbi licèt disputet de prælatione respectu hypothecæ expressæ in dote, rationes etiam procedunt respectu hypothecæ expressæ aliorum, Negus *in tractat. de pign. in 1. par. in 2. membro, in 13. fallent.* tenet expressè hanc opinionem, & dicit, † quòd est differentia inter personalem, & tacitam hypothecam, & expressam, & in expressa dicit esse minorem rationem, quia lex non tuum, sed suum denegat auxilium, & post hanc decisionem scriptam, vidi elegantissimum Doct. Franciscum Connanum in *lib. 4. Commentariorum Iur. Ciuil. in tit. qui pot. in pig. hab.* † concludentem, eos, qui in funus defuncti debitoris impenderunt anteferri omnibus hæreditarijs, & legatarijs, ac chirographarijs creditoribus, cedere tamen ijs, qui ius habent hypothecæ. Hanc etiam opinionem tenuit Io. Baptista Asinius *in d. l. impensa, ff. de relig. & sumpt. fun.* licèt *in l. & si quis, §. hac actio*, teneat cõtrarium, & malè, vt supra, prout etiam ad præsens vidi, quod tenet Iosep. Lud. *in dec. 78. n. 22. in fi.* Rol. in *cons. 14. quoniam col. pen. vol.* Anton. Gomes. *in l. 30. Tauri fol. 106.* licet relatis prędictis sentiat contrarium Gutieres. *in repet. l. nemo potest, n. 94. ff. de leg. 1. fol. 38.*

5

6

7

8

9

10 Vltimò esset aduertendum, quòd † quando prima opinio teneretur, prout nullo pacto est tenenda, deberet intelligi respectu expensarum, quæ verè essent necessariæ pro istis infirmitatibus, non autem si vellet prodigaliter, in damnum creditorum expendere, secũdùm Ang. de Aret. *in d. §. fi. col. pen. in vers. in gl. funer. Instit. de l. Falc.* & est tex. *in d. l. at si quis, §. hac actio funeraria*, vbi plura ponit Asinius, & ex prędictis (me referente) decisum fuit, quòd dictus Ioan. debeat graduari post creditores expressam hypothecam habentes, & dum fuisset reclamatum ad idem Regium, Collaterale Consilium fuit sententia predicta confirmata, secundũm quam postea reperi, quòd dicit se iudicasse Caualc. *in tr. de vsufruc. n. 94. vers. sed dubium facit, fol. 149.* licet postea dicat, alios iudicasse pro medietate, & ita etiam tenendum dicit Foller. *in Const. Regni, peruenit, 12. col. n. 21. fol. 26.* & idem tenet Vitalis *in tr. clausf. in claus. et specialiter obligauit, 2. col. vers. item ratione causa licet glos.* Gregorij Lop. *in l. 12 de la prima partida, in tit. de las espensas, in verbo, deadas. fol. 108. à tergo*, videatur dubitare.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde vtrumque Annam *in singul. 258. in addit. fol. 255.* Episcopum Minorens. *in ver. funus vers. 2.* & Viuium *dec. 307. in fin.* ac satis perbellè Prosperum Petram *in add. ad Capyc. dec. 84. annot. 2.*

Sed contra hanc dec. tenet Caualc. *in repertorio dec. 1. par. in ver. creditor funeris*, qui dicit hunc Dominum malè dixisse hic, & iterum *dec. 32. par. 1.* & nouissimè contra decis. istam refert iudicatum in Rota Mantuana Doctissimus Surdus *in dec. 112.* & 255.

Declara has decis. vt per Couarr. *in c. Raynaldus §. 3. num. 2. de testam.* & inspiciendo benè hanc decis. cum decis. allegatis, omnes benè dicunt in eorum casibus, nam Caualcan. & Surd. possunt intelligi in impensis factis in vltima infirmitate, in qua est mortuus, idem Surd. *in d. decis. 112. in fi.* & omninò D. Garsia Mastrillus post hæc impressus in *decis. 10.* & Marta in *voto 8. num. 65.* & iterum in *voto 83. maximè num. 5.* & ita die 21. Octobris 1593. fuit domi prouisum per Illustriss. Fuluium de Constantio tunc Regium Consiliarium in causa creditorum q. Fabritij Piccoli cum Ioan. Baptista Aromatario, nunc autem Reg. Regiæ Cancellariæ omni doctrina, moribus, & integritate præcelebrem, & Marchionem Corleti, qui Aromatarius fuit Prælatus omnibus creditoribus pro medelis datis in vltima infirmitate.

Vide aliqua per Fuscum *in sing. 158. lit. F.* & D. Borrell. amicum nostrum in *cons. 8. sub num. 31. & seq.*

Isthæc funeraria actio, datur marito qui in funere vxoris impendit, contra hæredes vxoris, aut contra eos ad quos dos reuertitur. Adeò quòd possit pro impensa funeris mulieris retinere dotes pro rata secundũ Ripam in *tr. de Peste in tit. de praseru. remed. n. 134. 135.*

Et quod Medico competat hypotheca pro salario suo in bonis ægroti, infirmi, vel mortui, iuxta terminos præsentis decis. ponit Arnald. Ferro. in *Consuet. burdeg. 4. de dote §. 3. in fin.*

Quæ dicantur expensæ funeris, Vide Anto. de Gama. *in dec. 308. col. 1.* Surd. *in dec. 255. num. 26. in fin. & seq.* Martam, & Garsiam *in locis supra citatis.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Decisio Sacri Regij Consilij facit ius in Regno.*
2 *Expensa infirmitatis, & funeris an præferantur creditoribus habentibus expressam hypothecam opiniones, & decisiones hinc inde, & vide num. 23.*
3 *In Vrbe ex motu proprio Pij V. Aromatarij, alijs creditoribus non præferuntur.*
4 *Maxima est adhibenda diligentia circa mercedes, salaria Medicorum, & solutiones eis faciendas, quanta sint præstanda, à quibus, & quando, & quomodo ex publico taxentur.*
5 *Syndicus, & Decuriones an salaria Medicis constituant absque Officiali, & num. 24. vbi de eleemosyna Prædicatorum, sub eodem num. 4.*
6 *De Medico, eius salario, & conductione, reconductione tacita, vel expressa, & alijs remissiuè.*
7 *Quantum Medico sit soluendum in Regno nostro pro qualibet visitatione.*
8 *Quantum soluatur Medico eunti extra Ciuitatem, & quantum visitanti intus.*
9 *Regij fideles non debent vti Medicis Paganis.*
10 *Medicus cognoscens infirmitatem esse mortalem an debeat certum reddere infirmum de morbi qualitate.*
11 *Promissio facta Medico ab infirmo infirmitate pendente, an subsistat.*
12 *Reconductio, & renouatio locationis, quando videatur facta in Aduocato, vel Medico.*
13 *Si finita conductione Communitas mandat solui salarium Medico, ex hoc censetur expressè conduxisse operas Medici.*

O 2 14 *Me-*

consultus ingenij excellentis supra ætatem, *in decis.* 10. *Siciliæ*, qui doctissimè loquitur.

ADDITIO D. RICII.

Creditores anteriores, & expressam hypothecam habentes præferuntur creditoribus impensarum funerum, & infirmitatis hoc dicit. Adde Garsiam *de expensis, cap.* 8. *nu.* 23. *per totum*, vbi multis distinctionibus, hunc articulum ornat, & in fine limitatur, hæc conclusio non procedere in impensis necessarijs, vide eumdem *loco citato num.* 18. vbi dicit, quòd impensæ, quæ in sepultura corporis impenduntur necessariæ appellantur, allegat text. *in l. funeris, ff. de relig. & sumpt. funer.* & subdit has impensas præferri æri alieno iuxta *l. impensam, ff. eodem, & l.* 12. *tit.* 13. *p.* 1. tamen impensa funeris non debet esse adeò pomposa, ut facultates mortui creditoribus non sufficiant, melius est enim funus omittere, quam impiè æs alienum deglutiri, & ut notat idem *sub eod. num.* 18. est aduertendum, quòd in impensa funeris non continetur nisi vestiarium, quo indutum cadauer sepelitur, & hæc dicitur impensa necessaria, non uerò vestes lugubres, funeralia cerea, & alia similia, quia hæc iuxta qualitatem personæ, & loci consuetudinem sunt expendenda, ut notatur *in d. l.* 12.

ADDITIO D. NOVARII.

Hic habes, quòd expensæ infirmitatis, licet concurrant cum expensis funerum, & eisdem priuilegijs gaudeant, non per hoc creditores ex causa prædicta præferuntur habentibus expressam hypotecam, ex regula iuris satis vulgata, qua cauetur creditorem anteriorem posterioribus esse præferendum *l. potior, ff. qui potiores in pignor hab. cap. qui prior de reg. iur. in* 6. qui enim prior est tempore potior est in iure *l. quoties vtriusque, ff. de regul. iur. l. qui balneum, ff. qui potior. in pig. hab.* non solùm agendo, & opponendo, sed excipiendo, & replicando, *l. creditor in principio, ff. qui potior. in pignor.* vnde si prior possideat rem sibi hypotecatam, & à secundo creditore repetatur, is poterit excipere, & se defendere, uel si non possideat agere, Rebuf. *ad const. Galliæ tom.* 1. *art.* 1. *glos.* 8. *num.* 2. & vide Afflict. *in dec.* 188. vbi quod licet creditori anteriori pecuniam posteriori solutam auocare sequuntur Grammat. *in quæst.* 2. post suas decisiones Thesaur. *in lib.* 1. *quæst. Forens. cap.* 1. etiam si posterior illam bona fide consumpsisset ex Marta *dec.* 62.

In tantum quòd creditor prior, cui omnia bona præsentia, & futura sunt obligata præfertur secundo, etiam in bonis post obligationem quæsitis à debitore, ut tradit Bart. *in l. si is, qui num.* 2. *ff. de iur. fisci* Koppen. *dec.* 90. cum adductis per Valenzuel. *in cons.* 15. *num.* 11. *& seq.* vbi sunt plura media concernentia ad fauorem huius opinionis, quam sequuntur post alios Rebuf. *de sentent. prouision. num.* 65. Viu. *decis.* 307. Ann. *in addit. ad patrem in verbo impensa.* Guttier. *in l. nemo potest nu.* 95. *ff. de leg.* 1.

Verum contrarium iudicauit Senatus Mantuanus teste Surdo *in decis.* 112. quem refert, & sequitur nouiter D. Ricc. *in collect. decis. collect.* 473. vbi meminit de nostri Authoris decisione per textum *in l. fin. §. in computatione, C. de iur. deliber.* vbi dicitur posse hæredem retinere quidquid in funus defuncti impendit, quo verò ad credita, quæ hæres habet mandat hæredem cum cœteris creditoribus eisdem fortunæ censeri, cùm verò heredi pro suo credito nihil tribuat, sed eum sicuti cœteros censendum existimet, & pro impensa funeris absolutè, nullaque æris alieni ratione habita, retentionem permittat, vtique velle videtur, quòd creditum ex ea causa præferatur etiam expressæ hypotecæ. Hactenus ille.

Et istam etiam opinionem sequuntur Actius *de infirmit. p.* 2. *in verbo creditor funeris*. Polidor. Ripa *in obseruat.* 174. vbi post Caualc. *quem citat. in decisio.* 32. secundùm hanc opinionem, sæpius fuisse decisum in Vmbria testatur, illam appellando veriorem, & equiorem, sicque respondisse Papiæ in funeraria causa filij Regij quondam Commissarij Lunati Ludou. *in decis. Perus.* 78. Mastrill. *in dec.* 10. vbi refert decisum similiter Cabal. *resolut.* 201. *num.* 43. Maynard. *decis.* 48. *lib.* 2. Castill. *in dec.* 103. vbi plures allegat pro hac opinione, & hanc ego puto æquiorem, & veriorem, eo magis, quia Alexand. *in cons.* 5. *lib.* 6. dicit, quod filius non potest deducere legitima, nisi prius deducta funeris impensa, quem sequitur Tusc. *in conclus.* 536. Peregrin. *de fideicommissis artic.* 35. *numero* 40. *& art.* 40. *num.* 19. vbi quòd funeris impensa est debitum heredis, & hæreditatis.

Quare cùm hæc nostra opinio sapiat æquitatem, est omninò tenenda, in conflictu enim opinionum, & ipsarum varietate, si commodè fieri potest, semper pro æquitate contra rigorem pronunciandum est, benigniorque opinioni præferri debet, iuxta *l. ea qua §. in re dubia, ff. de regul. iur. l. si fuerit in fine*, ibi hoc valere benignum est, *ff. de leg.* 3. *l. proximè vers. sed in re dubia ff. de his, quæ in testament. delentur*, latè Neuizanus *in silua Nuptial. lib.* 5. *numero* 68. Farinac. *in pract. crim. quæst.* 27. *numero* 116. & Ceuall. *in præfat. quæst. commun. contra commun. num.* 41. & 42. æquitas namque præfertur rigori *l. placuit, Cod. de indic. cum alijs iuribus vulgatis*.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 D. R. Latro, *& recentiores euellunt decisionem* D. Præsidis *præferentis posterioribus creditoribus funerarijs anteriorem expressam hypothecam habentem, & an contra dotem.*

2 *Actio funeraria, an sit personalis, vel hypothecaria, in qua re* Roder. *carpitur ab* Acosta.

1 Funditus euersa nunc fuit opinio, iuxta quam testatur D. meus iudicatum in R. Collaterali Cõsilio creditorem pro expensis funerum postponi creditoribus expressam hypothecam anteriorem habentibus, pro quibus licet stent Amendola hic. & Anna Christoph. Mart. & alij relati per R. Latr. *dec.* 47. nihilominus verior est contraria opinio pro creditore ex causa funerum, vt plusquam satis d. D. Latr. *vbi sup. per tot.* D. Prat *lib.* 2. *discept.* 5. *nu.* 108. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *quæst.* 27. *num.* 11. qui hanc sententiam ampliant etiam contra dotem, vel aliam causam priuilegiatam, vt Rota Romana per Merlin. *de pignor. num.* 11. quidquid teneant Neguf. hic relatus, & alij, & Acosta *de priuileg. credit. regul.* 2. *ampliat.* 1. probat huius actionis primogenituram, tàm ex iure diuino, quàm ex æquitatis, & iuris ciuilis dispositione qua laudantur sepelientes cadauera, & dicta causa pia sit, & publicam concernit vtilitatem, quæ priuatæ vtilitati præfertur Auth. *res quæ, C. de comm. delegat. l. benè à Zenone, C. de quadr. præscript.*

2 Et anterioritas pro impensis funerum intelligenda pro necessarijs tantùm non per pompam factis. Fontanell. *de pact. nupt. art.* 6. *glos.* 2. *p.* 5. *num.* 34. vbi quòd Iudicis arbitrio est impositum resecare non necessarias, inter expensas funerum recenset vestes lugubres famulorum, & familiæ, quas non deceat prætermittere Fontanell. 33. Merlin. *de pign. quæst.* 17. *num.* 28. licèt allegat in contrarium Guttier. *pract. q.* 72. *lib.* 2.

2 Nobilis est quæstio ; an hæc actio funeraria sit personalis, vel hypothecaria, & posteriorem partem firmat Rodr. *de concurs.cred.5.par.art.3.num.2.* quem redarguit Acosta *vbi sup.* incautè loquentem, & contra *text.in l.1.& 3. ff. de priuil.credit.* & respondet *l.eos, C. qui potior.* vbi reales actiones habentes præferuntur omnibus creditoribus personalem habentibus, quòd restringatur d. regula ex *l impensa 45. ff. de relig. domib.* sed ipse non possum sequi Acostam, nam realis præfertur personali etiam priuilegiatæ, vt D. meus *decis.53. num.9.* illud tandem aduertendum erit, ut fiat impensa funerum cum protestatione recuperandi, Pichard. *in §. fin. institut. de l. Falcid.* Gait. *de credit. nu.4. in append. num.119.* Acosta *num.22.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio nullo declarato, donationes factæ inter sponsos tenent, nulla facta distinctione scientiæ, vel ignorantiæ, & num. seq.*
2 *L. cum hic status §. si quis sponsam de don. inter. vir. & uxor. declaratur.*
3 *L. qui contra ff. de incep. nup. explicatur.*
4 *Donata ex causa matrimonij inualidi sunt donanti restituenda.*
5 *Affinitatis scientia, qualiter, probetur inter sponsos, vel consanguineos.*
6 *Scientia præsumpta ex matrimonio posteà sequuto, non arguitur, nisi inter ascendentes cum seq.*
7 *Affinitatis scientia non præsumitur inter abjectes.*
8 *Matrimonium publicè contractum nisi inter ascendentes præsumitur ignoranter contractum.*
9 *Data hinc inde repetuntur inter contrahentes matrimonium per ignorantiam iuris, & facti.*
10 *Dos, & cætera omnia amittuntur, & fisco applicantur, vbi prohibitum matrimonium scienter contrahitur.*
11 *Legatum factum mulieri matrimonio declarato nullo, an debeatur per hæredes viri.*

DECISIO LII.

Matrimonij nullitate declarata etiam post mortem coniugum, an donationes, & legata facta à sponso sponsæ valida sint, & debeantur distinguitur.

DOnna Catharina de Cardines matrimonium contraxit cum D. Ioan. Gaetanno quo dissoluto per mortem dicti D. Ioan. secundò nupsit cum D. Hercule de Gonsaga, quo similiter præmortuo, mortua est d. D. Catharina instituto hærede D. Didaco de Cardines, eius patruo. d. D. Didacus, vt hæres, petit ab hæredibus d. D. Herculis gemmas, eidem D. Catherinæ donatas per virum tempore sponsalium, antefatum duc. 12000. ei constitutum per eundem Dom. Herculem, nec non legatum ei factum per virum in testamento. Aduersus quam petitionem fuit pro parte hæredum d. D. Herculis allegatum, matrimonium fuisse nullum, quia contractum inter affines, & remisso hoc articulo tantùm ad iudicem Ecclesiasticum, fuit declaratum matrimonium nullum.
1 Dubitatum igitur nunc, si † stante hac declaratione, nihilominus hæredes dictæ Catharinæ debeant in prædictis obtinere ? Et quoad bona donata tempore, quo erat sponsa, quòd obtinere debeat, quamuis matrimonium contractum fuerit, non facta distinctione alienæ scientiæ, vel ignorantiæ allegabatur tex. *in l. cum hic status, §. si quis sponsam ff. de donat. inter vir. & vxor.* ex quo tex. apparet donationem factam sponsæ deinde in vxorem ductæ, quamuis non liceret, semper durare, etsi, qui eam duxerit, vxorem eam esse putet, licet secus sit, quando sponsalia non præcesserunt, quòd etiam confirmabatur ex ipsiusque glos. dicit *in l ea quæ C. de donat. ante nupt.* vbi tenet, quòd data per virum scientem mulieri ignoranti, virum matrimonium contrahere non posse, licet non petat, tamen retinebit, cùm non per omnia sint paria, datio, & promissio. Sic videbatur, quod erat in casu nostro, cùm bona iam data fuerant, & in hæreditate Dominæ Catharinæ remanserunt, licet hæres Domini Herculis, in cuius domo mortua fuit, postea acceperit. Sed his non obstantibus, dictum fuit, prædicta non esse simpliciter vera, sed esse distinguendum in materia ista donatorum, prout in antefato infrà dicetur. † tex. enim *in d. §. si quis sponsam*, loquitur
2 in casu, in quo sponsalia licita erant, sed matrimonium contrahere erat illicitum, & illa verba, cum non liceret, referuntur ad matrimonium. Ita intelligit illum textum Odofred. qui est omninò videndus, quia tollit omnem scrupulum. Salyc. *ibidem opponit de fin. tex. ad princ.* & soluit, quod in primo casu illius text. matrimonium tempore habili non est interdictum, cum prætendebatur sponsalia cum minore duodecim annorum, sed in vltimo casu illius tex. erat vtrumque prohibitū, & sic summat illum tex. Fulg. ibi in casu, de quo agitur, erant prohibita sponsalia, & matrimonium, ergo dispositio illius tex. non obstat. Nec similiter *glos. in d. l. ea quæ*, quæ loquitur de retentione, quia vltra quòd hic non sit casus noster, quia hodie vendicantur bona donata, nihilominus Glos. relata ad tex. loquitur, quando is, qui transmisit sciens factum, quia alteram vxorem habebat, & ius, quo prohibetur duas vxores eodem tempore habere, donauit, vt verè deciperet vxorem, quod in casu nostro cessat, vt infra dicetur, & ibi ita hoc intelligit Cyn. & Salyc. licet Fulgos. dicat super dicta glos. quòd non per omnia sunt paria, quæ finisse, & non inuenisse.

Fuit igitur dubitatum, si hæc donatio, & ac donatio facta pro causa antefati debebatur, declarato iam ma-
3 trimonio nullo, † & in prima instantia fuit tractatum de intellectu tex. *in l. qui contra, C. de incest. nupt. in verfic exceptis*, quia pro parte Dom. Didaci dicebatur, quòd exceptio, quæ ponebatur, in textu respiciebat totum primum dictum text. quo cauetur, contrahentem nuptias contra ll. præcepta nihil ex matrimonio, siue ante nuptias donatum, siue deinceps quoquomodo datum fuerit consequi debere. Quodque id totum, vt indigno indigneque auferatur, fiscoque vendicetur, exceptis tàm fœminis, quàm viris, quas fœminas, & viros dicebatur in casu exceptionis lucrari debere omne donatum, vel quoquomodo datum. Nihilominus in prima instantia fuit decisum, exceptionem prædictam re-
4 spicere tantùm modo confiscationem, † sed donata, vel quæsita ex dicto matrimonio esse restituenda danti, uel ei, vnde bona prouenerunt, postquam cessat causa matrimonij. Ita in specie Bald. *ibi in vers. exceptis*, sequitur Cass. in *cons.49. 1. colum. num.6.* qui subdit, omnes illum textum intelligere, & ita illum textum intelligit Phanutius *in tract. de lucro dot. in glos. 3. circa finem, num.20. versic. non obstat vltimo, text. fol. 174. in final.* vbi pulchrè. Et quia in hac secunda instantia pro parte Domini Didaci non fit in hoc fundamentum, sed dicebat Dominam Catharinam fuisse ignaram affinitatis, & D. Herculem scientem affinitatem, relinquo ea, quæ ibi diffusè tractata fuerunt, sed tantummodo est
5 videndum, † an sit probatum verè, uel præsumptiuè D. Herculem habuisse notitiam facti, scilicet Dominum Ioannem fuisse eius consanguineum, uel cognatum, & sic inter eum, & D. Catharinam fuisse affinitatem ? & pro parte D. Didaci allegabatur *reg. l. octau. ff. vnde cogn. & in l. de tutela, ff. de in integr. restit.* allegat concor. Rota Auenion. *in dec. 8. 4. colum. vers. & coniunctus*. Item publica vox, & fama probata pro parte D. Cæsaris de Gonsaga in curia Archiepiscopali super nullitate matrimonij, & in causa reclamationis fuit probatum, quòd inter eos tractabantur, ut consanguinei, & tanto magis hoc præsumendum est propter qualitatem nobilium personarum, ut per Abb. *in cap. tua, de ordin. cogn.*
6 † Quam præsumptam scientiam dicebatur non tolli ex matrimonio publicè contracto, *iuxt. l. fin. ff. de ritu nupt.*

nupt. cùm hæc publica matrimonij contractio faciat præsumi ignorantiam facti. Ruin. *cons.* 14 *nu.*5.*vol.*3. sed pro parte dicti D. Cæsaris hæredis dicebatur, præsumptam scientiam ex consanguinitate prætendi non posse, ex quo iura allegata loquuntur in coniunctione satis proxima,& inter auunculum,& nepotem,ac patruum, & neptem. Item in materia, de qua agitur, Odofred. *in l.fin.ff. de ritu nupt.* allegat iura prædicta inter ascendentes,& descendentes, respectu quorum potest præsumi scientia: & ideò per illam legem grauius
7 puniuntur,† insuper iura prædicta non procedunt,quãdo coniunctus esset in longinquis partib. Bar. *in l.is potest,col.*5.*ff.de acq.hered.* Alex an.post alios *in l.*4.§.1.*in primo notab.de legat.*1. Socin. *cons.*101.*circam secundam col.vers.*3.*vol.*2. Huiusmodi est Do.Hercules, qui quamuis ortus Neapoli,pro maiori tempore quo vixit, stetit in partibus Lombardiæ, & in bello, vnde dici posset hanc præsumptionem scientiæ tolli.Et sic nec etiam obstat, quod dicebatur de publica voce, & fama probata,& articulata in processu archiepiscopali,& tractatus de consanguinitate non probatur respectu D.Herculis, respectu cuius dicebatur etiam concurrere præsumptionem ignorantiæ, quia exterus, sed etiam quia matrimonium publicè contraxit, iuxta tex.*in l.si.ff.de ri-*
8 *tu nupt.*per quem tex. dicit Fulg. ibi, † quòd si dubitatur, quo animo sit factum matrimonium, si palam sit, præsumitur per ignorantiam factum,quando non inter ascendentes,& ex hoc confunditur,quod Ruin.dicebat, & Bar.*in l.si adulterium cum incestu,col.*4.*vers.aut fuit palam.ff. de adult.* ex matrimonio palam contracto ignorantiam iuris præsumi, quę etiam ignorantia facilimè arguitur, quia istæ personæ, si hoc sciuissent, & petijssent, facilè impetrassent Apostolicam dispensationem: vel quando non impetrassent; non contraxissent absque dubio. Sed si ex præmissis scientia præsumi potuisset in persona Dom. Herculis, eodem modo præsumi posset in persona Dominæ Catharinæ, quæ assiduè Neap.fuit cum D.Cassandra de Capua, matre D. Io. & respectu huius erat cognata D. Herculis, cum qua Cassandra tempore luctus Principissę Malfficti, mater D.Herculis se astrinxit, stetitque in monasterio cum Dom. Iulia Gonsaga,quæ omnia sciebat, & sic dicendum est, aut D.Herculem, & D. Catharinam esse
9 ignaros facti, & iuris, & hoc casu videtur, † quòd doctores non dissentiunt,quòd hinc inde data repetuntur, per tex.*in l.*2. *C.de condic.ob cau.*vbi videtur casus expressus. est *gl.in* 3.§. *videamus.ff.de dona.inter virum. & vxorem,*quam sequitur ibi Salyc. ad *idem est gl.in c. etsi necesse,in gl.fin. de dona.* quam omnes ibi sequuntur,& *in d.*§.*videmus.de dona.inter virum,& vxorem* Cassan.*in d.cons.*49. dicebat,non esse legem in mundo, quæ dicat hoc casu mulierem lucrari lucra matrimonialia,& Phan.*in praalleg.loco, n.*12.*fol* 169.dicit,nouam sibi lem excusare à pænis, non autem dare lucrum, & ibi allegat rationes,& auctoritates,& narrat ea,quæ ex bona fide contrahentium, seu alterius, ex eis ex hoc putatiuo matrimonio oriuntur, & ab hoc non dissentit Bal. nou. qui largissimè loquitur, *in tract.de dote.in* 14.*par.*
10 † Aut ex dictis,prætensis coniecturis arguitur, omnes fuisse scientes,& perdi dotem, & lucra,& fisco acquiri, per *d.l.qui contra*,& per consequens esse absolutum Ill. D. Cæsarem ex defectu actionis agentis. Et sic decretum fuit in fauorem D.Cęsaris ex præsumpta ignorantia vtriusque quæ maximè præsumpta fuit ex matrimonio publicè contracto, & absolutus, & prætensis
11 ex causa donationis gemmarum, & antefati, † Quo verò ad legatum eidem D. Catharinæ factum in testamento per dictum D. Herculem, quamuis aliquis ex Dominis, tàm in prima, quàm in secunda instantia dubitasset ex dispositione tex. *in l.fin.ff. de leg* 1.*& l.cum hic status,*§ *si.de dona.inter virum, & vxorem, & in l. præfectus, ff.de ritu nup.& in l.vxori maritus ff.de vsufruct.leg.*nihilominus circumscriptis responsionibus ad iura prædicta datis,quia Fulg.*in d.l cum hic status*,dicit in fine hoc importare fauorem vltimæ voluntatis, sic etiam videtur tenere Cassa. *in d. cons.*49.*ante num.*13. dictum fuit legatum, non fuisse simplex, sed legatum fuisse factum, vt ex verbis eiusdem legati apparet, ex causa antefati. Quod cùm fuerit iam fundatum non deberi iuris regulis obstantib.decisum etiam fuit D.Cęsarem respectu huius prætensi legati absoluendum,prout sic in omnibus prædictis mediantibus duabus sententijs, impositoque dicto Didaco perpetuo silentio, iudicatum fuit. Hæc breuiter, & succinctè scripsisse volui, omittendo longas distinctione Doctorum in hac materia, ad quos quando hic casus acciderit,facile recursus haberi poterit, nouissimè post Bald. nouel. recurrendum est ad Didacum *in titu. de spon. in* 2. *part. cap.* 6. §. 8. *numer.* 22. *cum seq. versic. verum in hoc.fol.*242.

ADDITIO D. VISCONTI.

Adde, quòd de ea meminit Viui. *in opin.* 1057.*n.*3. *par* 3.*impressis Aquila*, Episcopus Minorens. in *verb.monialis.*§.3.*fol.*150.

Vide Duennam in reg. 150. & aliqua per Suarez.*in tit.de las Ganacis, fol.*360 *n.*17. & in materia Maxillam *in consuetud.Bari.fol.*205.*n.*76.

Num.11. Adde D.Reg. Lanar. qui pro causa, de qua in præsenti decis.scripsit *in cons.*86.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta contemplatione matrimonij, an possit refutari per donatarium donanti, in praiudicium coniugis.*

2 *Donatio facta filio, intelligitur facta filio tanquam haredi si sit contemplatione matrimonij, vel intelligitur facta,vt filio taliter quod reuocari non possit,& an dicatur ob causam; & matrimonium an dicatur causa finalis, vel impulsiua; & qua differentia sit inter ipsas causas.*

3 *Punctus iuris, vel facti, an, & quando cognoscatur à Iudice Ecclesiastico,vel laico.*

4 *Donatio huiusmodi valet, & reuocari non potest, non modò si fit in actu matrimonij, verùm etiam si fiat ante, & scitur. quod fit hac occasione, & renunciari non potest,nec repudiari.*

5 *Possessio absque traditione, an transferatur in donatione causa nuptiarum, seu propter nuptias, sicut transfertur dominium.*

6 *Lite pendente super impedimento matrimonij exercitium non debet impediri nec suspendi inter coniuges.*

7 *Donatio licet consistat inter patrem, & filium ex causa dotis,hac tamen procedit, si exprimatur, quod donatio sit pro dote.*

8 *Donatio ob causam futuri matrimonij incerti, reuocatur per superuenientiam liberorum,secus si matrimonium sit certum.*

1 AD hanc decisionem adde, † an donatio facta contemplatione matrimonij,possit refutari per donatarium donanti, in præiudicium coniugis; Vide *in decis.* 205. ad quam dico,
2 & vide Consiliar. Annam *cons.*32.*vol.*1.† Sed an donatio facta filio, intelligatur facta, vt filio, taliter quòd reuocari non possit; & an dicatur facta ob causam; & an matrimonium dicatur causa finalis, vel impulsiua; & quæ sit differentia inter ipsas causas.Consiliar. Anna *cons.*52.*incip.in hac causa, num.*22.*& seq.* 73.*num.*28.*incip.vera fateor.*Surd.*in decis. Mant.*322. *incip. Ne sustineret.* & Aymon. *cons.suo ad n.*1.*ibi.* Et
3 remisso hoc articulo, tantùm addo an,&† quando punctus iuris,vel facti, cognoscatur ab ecclesiastico iudice, vel laico. Præsidentem de Franc.*supra decis.*36.*&* 189. ad quas dixi.

Ad

Ad num.4. Adde, quæ ponunt DD *in l. Pomponius Philadelphus*, *ff. famil. ercifcund.* Et quòd † talis donatio
4 valeat, & reuocari non possit, non modo si fit in actu matrimonij, verum etiam si fit ante, & scitur, quod fit hac occasione, Guid. Pap. *decis.* 145. & quod renunciari non possit. Præsidens hic *decis.* 205. & non modò non potest reuocari, sed nec repudiari, vt *in dicta decisio.* & *decis.* 436. & 503. eiusdem Præsident. Paul. Fusc *singul.*
5 14. *in verbo, pater.* Item adde an † possessio absque traditione transferatur in donatione causa nuptiarum, seu propter nuptias, sicut trausfertur dominium. Anton. Thessaur. *decis.* 48. *incip. dotis causa*, vbi latissimè. Ad
5 num.5. adde, quòd † lite pendente super impedimento matrimonij, exercitium non debeat impediri, nec suspendi inter maritum], & coniugem. Ita Præsidens *in*
7 *dec.* 130. Sed nota vnum, quòd † licet inter patrem, & filium ex causa dotis, consistat donatio, hoc non procedit, nisi quando esset expressum, quod donatio fit pro dote. Iason. *in l. 1. num.* 52. *ff. soluto matrimon.* Dec. *cons.* 454. *num.* 13. Socin. iun. *cons.* 43. & 44. *volum.* 1.
8 Adde tu, † quòd donatio facta ob causam futuri matrimonij incerti, reuocatur per superuenientiam liberorum, quia dicitur ob causam impulsiuam, non finalem, secus certi matrimonij, quia reuocari non potest. Ita in terminis decidit Morot. Præsidens Pedemontani Senatus, *resp.* 43. *incip. In præcedenti.* Ad num. 4. adde, quæ dico *in decis.* 119. & conferentia ponit Conf. Ruit. *in pragmat.* 5. *de offic. iudic. num.* 4. & omninò adde Boer. *decis.* 50. *num.* 13. vbi, an bona applicentur fisco, uel proximioribus, quando matrimonium ob incestas nuptias est nullum. Baiar. ad Iul. Clar. *quæst.* 80. Tepat. *de iure fisci*, & Boer. *dec.* 50. *num.* 13. vbi, an bona applicentur fisco, uel proximioribus, quando matrimonium ob incestas nuptias est nullum.

ADDITIO D. RICII.

QVatenus disputat hic author, an donationes, & legata facta à sponso sponsæ sint valida declarato nullo matrimonio etiam post mortem coniugum. Adde Pellic. *in consuetudine Auersa, cap.* 5. *num.* 166. & an mulier lucretur dotarium matrimonio nullo declarato ex legitima causa, & si mulier scierit impedimentum, siue ignorauerit amitteret lucrum, vide eundem Pellic. *in addit. ad cap.* 44. *fol.* 122. Viuius *commun. opinio.* 1507. *num.* 6. Molfes. *in consuetud. Neapo. p.* 1. *qu* 7. *nu.* 16. qui Viuius dicit, quòd ignorantia alterius coniugis de matrimonio nullo, operatur, quod filij ex huiusmodi matrimonio nati legitimi sint, & succedant in bonis, & propter ignorantiam etiam vnius ex coniugibus filij censentur legitimi quoad vtrumq; ipsorum Glos. *in c.* 5. *de eo*, qui duxit in matrimonium, an autem mulier aliquid lucretur hoc casu propter osculum, vide eundem Molfes. *in quæst. sequent.*

ADDITIO D. VISCONTI.

HIc quæritur, si matrimonij nullitate declarata, etiam post mortem coniugum, an donationes, & legata facta à sponso sponsæ valida sint, & debeantur. Pro ornatu huius decisionis, & articuli, qui hic discutitur distingue hos sequentes casus,

Primus casus est, si impedimenti, vterque coniux fuit inscius tunc, nec vxor dotarium, nec vir lucratur dotē, sed data hinc inde restituuntur condictione sine causa, *l. quod seruus. ff. de condict. caus. dat.* Marta *in rubrica ff. solut. matrimon. quæst.* 11. *num.* 3. 25. & 28. Barb. *in l.* 2. *num.* 158. *ff. solut. matrimon.* Costa *in cap. si pater par.* 2. *in verbo vxor. de testam. in* 6. Viuiu. *opin.* 1057. *num.* 3. Gall. *de except. part.* 2. *tit.* 4. *except.* 8. *num.* 3. Sanch. *de matrimon. lib.* 6. *disput.* 2. & *disputat.* 3. *num.* 20. Couarru. *de sponsa. par.* 2. *cap.* 6. §. 8. *num.* 22. & *cap.* 7. §. 1. *nu.* 8. Caualcan. *dec.* 18. *num.* 23. *part.* 2. Molin. *disput.* 200. *per tot.* Mantic. *de tacit.* & *ambiguis conuent. lib.* 12. *tit.* 33. *num.* 50. Molfes. *in consuetud. Neap. par.* 7. *quæst.* 7. *num.* 16. quæ venientibus ab intestato acquiruntur, Valasc. *dec.* 15.

Secundus casus est, si impedimenti vterque fuit conscius, tunc maritus priuatur dotario, & vxor dote Pellic. *in consuetud. Auer.* 4. *ad fin.* Rebel. *de obligat. instit. par.* 2. *lib.* 6. *quæst.* 4. *num.* 10. Molfes. *d. num.* 10. *vbi in additio. num.* 22. dicit acquiri fisco, *l. qui contra, Cod. de incest. nupt.* sequuntur Fontanell. *de pact. nuptial. clauf.* 4. *glos.* 1. *num.* 66. Rebell. & Valasc. *locis proximè citat.* nec antea, quàm in eorum delicti pęnam fuerint sententia condemnati Sanchez *d. disput.* 20. *num.* 7. Rebell. *d. lib.* 6. *quæst.* 1. *num.* 17. & 19. Neque enim putatiuum est matrimonium inter scientes impedimentum, Peregrinus *consil.* 115. *num.* 95. *volumine tertio*, suntque ipso iure excommunicati, Marta *in rubr. ff. solut. matrimon. qu.* 11. *num.* 66.

Tertius casus est, si sola vxor sciebat impedimentum, & tunc dote, & dotario, sine antefato illam priuari, inquit Lanar. *in consil.* 88. Pellic. *in consuetud. Auers.* 4. *in addit in fin. fol. mihi* 122. Molfes. *vbi suprà*, & fisco acquiruntur, Valasc. *d. dec.* 15. & Laurent. *in decis. Rot. Auenion.* 21. *à num.* 9.

Quartus casus est, si maritus ipse impedimenti fuit conscius, & donaret vxori ignoranti illud, & tunc verisimilius est debere eam lucrari Arrhas in amissæ pudicitiæ premium, Barbos. *in l. si cùm dotem*, §. *fin. numero* 16. *ff. solut. matrimon.* Rebell. & Molfes. locis proximè citatis, quod & ipse sequor, quamuis contrarium teneant Lanar. & Pellic. *vbi suprà*, qui in hoc decepti sunt meo quidem iudicio, & omne quod ab vxore bonę fidei impedimentum ignorante coniux malæ fidei, accepit, siue testamento, uel donatione ad restituendum cogitur, in iudiciali, & conscientiæ foro teste Rebell. *d. qu.* 1. *num.* 20. *de oblig. instit.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio declarato nullo, an debeantur legatā, & antefatum.*
2 *Quid si maritus fuit conscius impedimenti, & vxor ignorans, & confutantur* Addentes.
3 *Expenduntur* tex. in leg. fin. ff. de leg. 1. & l. præfectus. ff. de rit. nupt. & *declaratur decisio.*

1 MAtrimonio nullo declarato etiā post mortem coniugum siue data scientia siue ignorantia impedimenti non deberi per hæredes viri donationes factas inter spōsos, nec antefatum, neque legatum mulieri factum testatur decisam D. meus, & hinc indè data restitui condictione sine causa tradit post alios Barbos. *in l.* 2. *num.* 158. *solut. matrim.* & si vterque conscius fuit impedimenti, lucra nuptialia, & legata fisco deuolnuntur, Valasch *consult.* 15. limitat Molin. *tom.* 1. *de instit.* & *iur. tract.* 2. *disput.* 200. quando vterque bona fide contraxit in facie Ecclesiæ, ut in hoc casu inclinandum sit testatorem velle, vt alter coniux retineat legatum.

2 Difficultas est, si maritus fuit conscius impedimenti, & donaret vxori ignoranti, & Addentes hic tenent vxorem lucrari donata in præmium amissæ pudicitiæ, ex Barbos. & Molfes. allegatis; decipi autem Scholiastes obseruat Censal. ad Peregr. *de fideicommis. art.* 20. *vers nono obserno*, ex quo loquantur contra istam decisionem, & Lanarium *con.* 86. & Gomez *in l. Tauri* 56. *vers.*

56. *vers. tertio infertur*, qui allegat *l. si à sponso vbi gl.* 3. *C. de donat. ante nupt.* nec Barbos. *in l. si cum dotem*, *§. fin. nu. 17. sol. matr.* amplectitur opinionem pro qua citatur.

Nec refragantur *l. fin. ff. de leg. 1. & l. Praefectus, ff. de*
3 *rit. nupt.* vbi mulier ignorans potest consequi legatum ex testamento, nisi scientis, nam iuxta *gl. in d. l. Praefectus* procedit in legato, non autem in donatione ita Lanarius, qui obtinuit in causa in qua D. meus compilauit decisionem, & *nu. 11.* ideò non obtinuit vxor Ill. Ducis Caesaris Gonzagae, quia erat relictum ante factum, quod non debeatur matrimonio nullo declarato in quibus casibus adsunt *decisiones* 429. R. Reuert. *& dec.* 2. Salerni, vt per D. de Marin. *in obser. ad* Reuerter.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio conceditur debitori, eidemque creditori.*
2 *Compensatio ab homine opposita fit ipso iure à lege.*
3 *Variatio non datur ei, qui super re electa iudex pronunciauit, quod intellige, vt n. 11.*
4 *Haeres adeundo potest proprijs creditoribus praeiudicare.*
5 *Debitoris nomen sibi ipsi potest esse obligatum, quando eiusdem creditor est, cui debitor.*
6 *Bona haeredis non veniunt in obligatione bonorum contrahentis.*
7 *Bona haeredis an possint etiam expressè obligari.*
8 *Titulus de separationibus de quibus creditoribus loquatur.*
9 *Creditores in actione reali praeferuntur creditoribus in actione personali, etiam si sit priuilegiata.*
10 *L. si constat. C. de compen. declaratur.*

DECISIO LIII.

Creditor habens nomen debitoris expressè hypothecatum praefertur alteri volenti compensare etiam apud se.

Bona haeredis per testatorem obligari possunt.

Illustr. Marchionissa Laterriae cùm esset creditrix Illustr. Marchionis eius viri tanquam haeres quondam spectab. Comitissae Novae virtute cessionum in eius beneficium factarum per creditores, seu legatarios dictae Comitissae, agit iure assistendi super Ciuitate Nusci, quae fuit in bonis dictae Comitissae, & obtinuit sententiam, quae aliter non fuit mandata executioni, dum dicta Marchionissa ad instantiam creditorum dicti Marchionis habentium hypotheca bona propria ipsius Marchionis proprio nomine esset condemnata ad pretium mobilium, & animalium, quae penes eam peruenerunt, & creditores praedicti non habentes Regium assensum super feudalibus, instarent pro satisfactione eius crediti contra dict. Illustr. Marchionissam, tanquam nomen debitoris dicti Marchionis eisdē hypothecatum. Excipiebat Comitissa, se non posse mo-
1 lestari à praedictis, † ex quo, postquam ipsa est debitrix, intendebat pro concurrenti summa retinere, seu compensare, quae retentio & compensatio admitti debet, ex tex. *in l. fin. C. de compens.* quia dato quòd ipsa esset creditrix in quantitate, & à principio debitrix in specie fuisset, postquam species erat consumpta, tenebatur ad
2 pretium, † & sic in quantitate compensatio admittenda est, vt dicit gl. *in d. l. si. & est tex.* vbi Bal. *& caeteri in l. diuortio. §. ob donationes ff. solut. matr.* & ea opposita ab homine, prout fecit ipsa Illust. Marchionissa, ipso iure fit à lege, iuxta terminos. *l. si constat. C. eod. tit.* † &
3 quamuis potuisset praetendi, quòd facta electione super Ciuitate Nusci, ac lata sententia non daretur alter variatio, ex decisione Bart. *in l. eum, qui certarum. §. 1. de verb. oblig.* reassumpta per Capic. *decis.* 33. *& in decis.* 46. Nihilominus dicebatur decisionem Bart. procedere in agendo, secus autem esse in retinendo, prout idem Capic. dicit *in decis.* 119. Quod etiam compro-
4 bat, † quia Illu. Marchio iam erat haeres dictae D. Comitissae, & adeundo potuit proprijs creditoribus praeiudicare *leg. 1. §. praeterea in versic. mixta ff. de separ. bonorum*.

Quibus non obstantibus Sacrum Consilium, iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum, iudicauit contrarium, scilicet, quòd Magnifici Cerasij super quantitate per Illustr. Marchionissam debita praeferentur, ex quo nomen debitoris ipsius Illustr. Marchionissae erat ipsis
5 Cerasijs hypothecatum. De iure enim clarum est, † quòd nomen debitoris venit in obligatione *l. nomen. C. quae res pigno. oblig. poss.* Imò, si idem nomen debitoris esset etiam creditor eius, cui debet, vt in casu nostro, potest esse sibi ipsi obligatum, vt declarat optimè Negusan. *in tract. de pignor. in 3. memb. 2. p. 4. col. vers. & ista ampliat. fol. 7. in magnis, nu. 22. cum sequen.* Dictae autem Illust. Marchionissae super nomine praedicto aliqua hypotheca non competebat, quia ipsa erat creditrix cum hypotheca spectab. Comitissae: cuius, etsi fuerit he-
6 res Illustr. Marchio, operabitur, † quòd vt haeres actione personali teneatur, non autem actione hypothecaria, cùm in obligatione bonorum cōtrahentis non veniant bona haeredis *l. Paulus ff. de pignor.* quae loquitur in pignore conuentionali *leg. 1. in p. C. commun. de legat. & gloss. in l. fin. C. quae res pigno oblig. possint in vers. pertinentium, in fine*, & dum Angel. Aretin. esset Doctor nouellus, voluit practicare contrarium, & succubuit, vt ipse verba praedicta, dicit *Institu. de l. §. 1. col. 4. in gloss. in verbo, hypothecaria*, imò inter Doctores est maxima
7 controuersia, † an possint expressè obligari bona haeredis, vt nouissimè reassumpsit Negusan. *in tracta. praedicto, in secundo membr. par. 2. in 6. limitat.* & ante eum Afflict. *decis.* 111. *& in decis.* 200. & Loffred. *consil.* 32. & Carol. Ruin. postea in lucem editus, *in l. 2. colum. 4. vers. 2. conclus. n. 88. ff. de legat. 1.* & licet secundùm opinionem Petri *in l. assiduis. C. qui potior. in pignor. hab.* fuerit per Sacrum Consilium iudicatum, scilicet, quòd possint expressè obligari, vt refert Afflict. in decisio. praedictis, & secundùm hanc opinionem Dominus Iacobutius de Franchis, Regius Consiliarius, in apostilla eius manu ad Bald. *in dict. l. Paulus*, dicit etiam suo tempore sic esse iudicatum, quamuis dicat contra Petrum esse casum *in l. rem alienam. secundo respon. ff. de pigno. act.* & idem videtur tenere Camer. *in repet. cap. Imperialem, fol. 19. 3. col. lit. P.* nihilominus Negusan. vbi supra, ex mente Aretin. *in l. si haeredis seruus. ff. de legat. 1.* & aliorum defendit contrarium. Si igitur de iure non veniunt bona haeredis in obligatione, nisi expressè dicatur, & quando fuissent expressè obligata: Doctores dubitant, hoc nomen debitoris non erit obligatum. Illustr. Marchionissae, & ex hoc tollitur, quod vltimo loco dicebatur, ex tex. *in l. 1. §. praeterea, de separa.*
8 *bonorum.* † Quia vltra, quòd titulus loquitur in creditoribus defuncti in actione personali, qui impetrata separatione praeferuntur, etiam creditoribus hypothecarijs haeredis in bonis defuncti. *dicta l. 1. §. sciendum. ff. de separat.* nihilominus verum est, quòd haeres adeundo obligatur, sed obligatur ad id, in quo defunctus se obligauit, & non vltra. Sed defunctus non obligauit bona haeredis, nec veniunt in generali obligatione, ergo super eis tanquam non obligatis, & sic super nomine sui ip-
9 sius aliqua actio Marchionissae non competit. † Quia quando concurrunt creditores in actione reali, & personali, etiam quòd personalis esset priuilegiata, semper praeferuntur creditores in actione reali *l. eos, qui potior. in pignor. habean. vbi gloss. declarat, & in d. §. sciendum.* Nec potest dici oppositam compensationem per Marchionissam ipso iure intelligi factam, & sic fuisse solutum sibi ipsi Marchionissae, & facta sibi ipsi solutione, esse extinctum debitum, cum solutione eius, quod debetur, omnis tollatur obligatio, & compensatio sit ficta solutio, & facta solutione etiam quòd Cerasij essent anteriores eis aliquam actionem non competere, cùm alias mundus inuolueretur litibus

vt

vt plura congerit, *Afflict. decis.* 190. Nam dicebatur in
10 hoc aduertendum, † quòd text. *in dicta leg. si constat*,
loquitur inter debitorem, & creditorem; casus autem noster est diuersus, quia fieri debere compensationem opponitur contra tertium, qui erat creditor. & qui primus petierat sibi satisfieri super nomine debitoris Illust. Marchionissæ; ante quam petitionem non fuit aliter petita compensatio per Marchionissam, & per petitionem prædictam ante allegatam compensationem, caussata est mala fides ipsius Marchionissæ, quæ, quemadmodum si esset ei denunciatum pro parte Cerasiorum, ne solueret Marchioni, vel alteri, existentibus ipsis creditoribus; malè soluisset, iuxta tex. *in l. nomen, & iuxta terminos, leg. tertia, C. de nouation.* quarum ratio procedit facta simpliciter per cedentem post cessionem liberatione, vt concludit Rota Auenion. *in decis.* 99. ita etiam facere non posset compensando in præiudicium aliorum creditorum, qui prius petierant; quod nihil aliud esset, quàm soluere sibi ipsi representanti duas personas, scilicet creditricis, & debitricis, & excludere creditores, ipsa Marchionissa potiores, ne plus operetur fictio, quam veritas *l. filio, quem pater. ff. de liber. & posthum.* & ne etiam contra eius naturam fictio operetur in preiudicium tertij. Et sic ex prædictis decisum fuit in fauorem Cerasiorum, non facta discussione de decisione
11 Bar. *in d. l. eum*, qui certarum, † cùm procedat, data obligatione plurium bonorum, quæ hic cessabat, cùm bona hæredis non esse obligata, clarè appareret. Sarnus Actuarius. Et in causa Magni Ducis Florentiæ cum Madama de Austria facta (inter cætera) plena discussione huius articuli, an bona hæredis possint expressè obligari, fuit conclusum, quòd sic. Vide etiam cit. decis. Bartol. *in d. l. eum qui certarum*, quòd contra eum videtur communis opinio, & indistinctè vide admissam variationem, quia donec satisfiet creditori, nunquam potest dici solutum seu distractum ius pignoris creditori competens, propter quod semper agere poterit.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. & seq. Vide multa per Alex. *cons. 61. vol. 3.* & Mandos. post Roman. *in eius cons. 76.* & aliqua remissiuè per Alphan. Perus. *in collect.* 986. Viuium *in opinio* 114. *par.* 1. & vbi non datur compensatio competit retentio secundùm D. Ann. moder. *in cons.* 101. & ibi multa de compensatione, possunt etiam videri Sur. *in decis.* 191. Magon. *in decis. Florent.* 5. Vrsill. *ad Affl. in decis.* 121. Ann. *in collect.* 597. Flam. Cartar *in decis.* 93. & 62. & Io. Baptist. Cotta *in tract. de retrotractio. fol.* 217. & *seq.*

Num. 7. Adde hunc Dominum *in decis.* 121. *à n.* 1. *vbi Add.*

Num. 8. Adde D. de Ponte *in tract. de potest. proreg. fol.* 422. vbi multa de materia separationis, & *in decis.* 246.

In addit. ibi Adde etiam, Vide multa quæ cumulat Mangrella ad Bar. *in d. l. cum qui certarum post.* Ias. *in l. serui elect. n. 12. ff. de leg.* 1. vbi an facta exequutione admittatur variatio, pro qua conclusione, Vide M. Anto. Nattam. *in cons. 496. num* 17. & omnino Flam. Cartar. *in decis. Genua* 105. *num.* 6. & 7. Vide eundem Ias. *in l. si mihi numer.* 13. *eo tit.* Tiraq. *de retract. consang.* §. 24. *glo.* 1. *num.* 7. 8. & *iterum in* §. *hoc sermone in regula n.* 8. & alia multa scribit idem Mangrella ad Barr. *in l. in causa.* §. *si ex parte. ff. de procurator. in impressis apud Iunctas de anno* 1590.

Vide infra *decis.* 527. *n.* 5. ac videatur Capyc. *in decis.* 119. hic allegata *n.* 6. 11. & quæ ibi tradit Petra.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio compensationis, an admittatur contra debitum iuratum, & in quibus casibus etiam contra cessionarium.*
2 *Compensatio in quibus casibus fiat ipso iure.*
3 *Variatio agendo non admittitur, secus retinendo, & lite contestata super executione, variatio non permittitur creditori.*
4 *Creditor licet agendo contra debitorem, possit eligere super qua re velit, tamen alienatis omnibus bonis debitoris, amittit hanc electionem.*
5 *Et tenetur contra posteriorem emptorem experiri, non contra primos.*
6 *Author contra tenet.*
7 *Bona heredis alienari an possint tacitè, vel expressè.*
8 *Creditores in actione reali, praferuntur creditoribus actione personali.*

1 ADde † de hac exceptione compensationis, an admittatur contra debitum iuratum, & an, & in quibus casibus, vbi ponit octo casus, in quibus non obstāte iuramento, admittitur,
2 & possit opponi contra cessionarium, † & in quibus casibus fiat ipso iure. Crass. *in tract. de except. except.* 17. *à nu.* 1. *vsque ad* 64. latissimè, & Ozasc. *decis. Pedemont. doctissimè decis.* 92. & nouissimè Cartar. *in decis. Genuens.* 77. & *iterum in dec.* 93. *videndus.* Adde de retentione, & compensatione Fab. Anna. *cons.* 43. *incip. In facto* post Afflict. *decis.* 122. vbi Addentes. *et decisionem*
3 *Mantua.* 46. 50. 119. 191 & 270. † Variatio agendo non admittitur, secùs retinendo, & quòd lite contestata super executione, variatio creditorum non permittatur,
4 Capic. *decis.* 33. & 46. Item adde, quòd † licet creditor possit agendo contra debitorem eligere super qua re velit, tamen alienatis omnibus bonis debitoris, amittit
5 hanc electionem. † sed tenetur contra posteriorem experiri, & non contra primos Hippolyt. de Marsil. *Sing.* 290. Amanell. *de Claris aquis, Sing.* 128. Cassan. *in Consuetud. Burgund. tit. des rentes rub.* 5. §. 2. *glos.* 2. *nu.* 35. Bart. *in l. Moschis, ff de iure fisci*, Aegid. Mag. *in tract. Subhasta. cap.* 41. *in decisionibus diuerso.* & Papon. *lib.* 11. *Arrest. tit.* 3. *Arrest.* 1. licet Guid. Pap. *decis.* 422. & Leo. *decis.* 17. *in decisionibus diuersor.* Franciscusq; Marc. *decis.* 296 433. 1. *p.* & 930. *p.* 2. regulariter discant creditori electionem dari in solutum contra quemlibet
6 possessorem. † Et ego cum ijs concurro stantibus Clausulis instrumenti, & Prag. Regni, assistentiam sub tit. de
7 assistentia. Ad num. 7. † an bona hæredis obligari possint tacitè, vel expressè, vide *in decis.* 321. ad quam dico. Ad num. 8. de tit. De separation. adde Modernos, tàm in tex. dicti tituli, quàm ad Bat. & Magon. *decis.* 1.
8 *Lucen.* & Annam, *Alleg.* 30. *ad n.* 9. quòd † creditores in actione reali, præferuntur creditoribus in actione personali. Adde Rot. *in Antiquis, in tit. de locato, decis.* 2. Gail. *Obseruat.* 25. *num.* 11. *lib. Obseruatio*, & *decis. Genuens.* 113. *nu.* 31. *Ad n.* 5. & *decimum* nouissimè adde Pellic. *in Consuetud. Auersa c.* 9. *n.* 245. & 246. *n.* 205. & 210. & *cap.* 8. *num.* 272. & *seq.* vbi de hac decisione meminit Borgin. *decis.* 14. *num.* 18. *par.* 2. & *decis.* 12. *num.* 53. *par.* 3.

ADDITIO D. RICII.

CReditor habens nomen debitoris expressè hypothecatum præfertur alteri volenti compensare etiam apud se, hoc dicit. Adde Pellic. *in consuetu. Auers. c.* 7. *nu.* 166. *relatus per Thor. in compend. decis. in verb. compensatio.*

Aduertas quòd cum in hoc casu non potuerit fieri compensatio poterat tamen ritinere, vnde concludendum est, quòd quando non est permissa compensatio conceditur retentio Ann. *cons.* 101. Medices *in tract. de compensat. p.* 2. *q.* 28. *n.* 5. post Stellam *in l. repetitio. n.* 48. *ff. de condiction. indebit.* Molignat. *in tract. de reten.* quę retentio compensationem antecedit cùm nondum res æstimata est vt compensetur, vt tradit Balduin. *in tract. de pignor. c.* 13. *vers. etenim in* 6. *to. tra.* vbi arguit in do-

mit-

te non admitti compensationem, quia nec retentio admittitur, dicitur enim retentio species compensationis indirecta Abbas *in c.2.n.12.* Brun.*cons.37.n.5.* Rol.*cons.17.n.3.lib.4.* Molignat.*in d.tract.de reten.n.5.qui n.17.* tradit quòd vbi compensatio locum non habet ex retentione potest suppleri allegat Apostillam ad Castrensem, & quòd compensatio, vbi non competit habeat locum retentio tradunt multi quos refert, & sequitur Gallia *cons.78.num.31.*

Ad materiam est etiam notandum, quòd compensatio speciei ad quantitatem, scilicet quando species debita non extat, vel reperitur consumpta, vel est aliena, nec dominus vult eam vendere, vel prætendit exigere pro ea maius solito valore pretium admittitur in subsidium Pet.de Bel'apert.& Bald.*in l.vltima C.de compensat.* Ias.*in §.bona fide nu.66.& 68.inst.de act.& in l.huiusmodi.§.cum pater n.12.de legat.1.* ratio est in promptu, quia valet argumentum de solutione ad compensationē affirmatiuè nempè, illa possūt deduci in cōpensationem, quæ solui possunt inuento creditore Ias. *d.loc.n.68.* quandoquidem compensatio dicitur ficta solutio Affl.381.Crass.*in tract.de except.except.16.num.53.* inquiens quòd quando res petita non extat, compensatio fit de æstimatione illius subrogata ex legis prouidentia in locū rei, ideòque fieri in effectu de quantitate ad quātitatem ad euitandam omnem impossibilitatē, ac citra subsidiariam hanc causam, in casibus in quibus mutua admittitur petitio, de quibus apud Mar. Socin. *in c.de mut.petit.* Menoch.*de arbitr.cas.184.* Carpan.*ad statut.Mediolan.c.44.n.107.cum seq.p.1.* oppositio compensationis de specie ad quantitatem sustinetur, vt reconuentio quædam, quæ de specie ad quantitatem toleratur, sicuti de non liquido ad liquidum Decianus *cons.94.n.25.to.3.* Surd.*cons.248.n.24.vol.2.* Natt.*cons.155.lib.1.* non tamen ad retardandam executionem liquidi maximè per confessionem patris quando reconuentio non esset æque liquida vel postularet longius examen, etiamsi ex eodem fonte, quo oritur conuentio dimanet reconuentio, Decianus *cons.99.volum.2.* Honded.*cons.21.vol.1.*

ADDITIO D. NOVARII.

CAutum est in præsenti decisione, quòd creditor habens nomen debitoris expreisè hypothecatum præfertur alteri volenti compensare, etiam apud se, & sic in tali casu cessat compensatio, ita etiam Pellic.*ad consuet.Auers.c.9.nu.166.* de quo meminit Compend.*dec.Neap.in verbo compensatio il 1.* Tepat.*in lib.1.variar.iur.sententiarum in tit.de compensatione, & eius exceptione versic.si Titius debitor fol.mihi 194.a tergo col.1.* qui multa in materia Compensationis cumulat, vt etiam plura in materia cumulat Grassus *de except.except.16.per tot.*

Obserua tamen pro ornatu, quòd compensatio in foro exteriori fit de liquido ad liquidum, vel de proximo liquidando *l.fin.C.de compensat.* sic etiam fit compensatio non obstante, quòd sententia transierit in rem iudicatam, vt decisum dicit Affl.ct. *in decis.121.* Muscatell. *in praxi S.C.lib.2.p.3.gl.seruata n.125.* Paris.*cons.121.n.18.vol.1.* nouiter D. Ricc.*in collect.collect.1357.* vbi etiam, quòd compensatio admittitur aduersus instrumentum dotale, contra quod ex consuetudine nihil potest opponi, & si fuerit renunciatum tali exceptioni sequuntur Pellic.*in consuet.Auers.c.9.n.86.* Pac.*de reassumpt.instr.p.5.n.21.* Cach.*dec.92.n.18.* Pur.*dec.452.p.2.* Surd.*de lim tit.8.priuil.53.* Cornaz. *decis.Lucens.94.n.10.* nouissimè Moletes. *in consuetud.Neapol.p.4.q.1.n.17.* similiter compensatio admittitur post conclusum causa immò in causa appellationis, vt decisum reperies apud Vrsill. *in dec.121.n.6.* Item compensationem debiti cessi debitor conuentus, qui promisit soluere cum iuramento opponere potest stante paupertate Afflict. *decis.173.sub n.4.* Kircon.*inter comm.opin.in tit.de oblig.& act.n.29.* Caoc.*de locat.& conduct.p.6.in tit.de nomin.remed.7.in fin.* Anch.*in suis quæst.c.2.n.5.p.1.*

Verùm compensatio in foro exteriori non admittitur contra petentem depositum *c.fi.extra de depos.l.fi.C.de compensat.* vbi tex.dat rationem, vt contractus, qui ex bona fide oritur ad perfidiam neminè referatur, Idem probat tex. *in l.si quis vel pecunias.C.de deposit.* Couar. *in c.quamuis pactum.1.p.§.4.nu.9.* & Medin.*in suo C.de restit.quæst.3.illat.12.* dicit communem Ias.*in §.bona fidei n.72.instit.de Action.*

Et compensationi locus non est in foro exteriori, nisi vtraque res debita sit in pecunia, vel in pondere, aut mensura debita, & sic in re, quæ in genere suo recipiat functionem, & sit vsu consumptibilis, vt est pecunia vinum, frumentum *l.si constat.C.de compensat.glo.fin.& ibi Panor.& omnes in c.fi.de deposit.* vnde fieri non potest de specie ad speciem, nec de speciebus ad pecuniam, vt si tibi debeo equum, tu verò mihi canem, vel oleum, aut pecunias, non licet compensationem facere, vt in *l.si conuenerit.ff.de pignor.actio.& l.si non sortem §.si centum ff.de conditio.indebit.& leg.si ea pecunia.C.de rei vendicat.* tum quia fortè alterius interest equum habere potius quam pecuniam, vt per Glo.*in d.cap.fin.* Cyn. *in l.cum proponas.C.de pactis* Summa Angel.*in verbo excommunicatio 3.§.17.* tum quia absurdum est diminutionem rerum fieri potest pecuniam, vt inquit tex. *in l.quod dicitur in resppons.ff.de impensat.in reb.dota.fact.* tum etiam quia compensatio est imaginaria solutio, & vna res pro alia solui non potest, inuito creditore, ita Monta. *in l.Hisp.21.tit.14.p.5.*]

Sic etiam compensatio non admittitur pretextu expensarum factarum pro alimentis actricis, non tamen plenè probatarum aduersus instrumentum liquidum Affli. *decis.381.* Marta *de clausul.p.1.clausul.297.* Kircon.*inter commun.opin.in tit.de oblig.& actio.n.29.& in tit.de compens.n.12.*

Nec aduersus instrumentum censuale Foller *in pragmat.de censib.a n.52.* Nec in decimis admittitur, decimæ enim adeo sunt priuilegiatæ, vt in eis non admittatur compensatio, vt tradit Panorm.*in cap.Tua nobis n.10.de decim.* Dinz.*in regul.99.* Cened. *post.alios in collect.ad ius Canon.p.1.collect.si.num.2.* & nouissimè D. Ric. *in praxi resolut.120.p.2.* quòd primo esse verum in foro exteriori, non autem in foro animæ, & pœnitentiali, & adde Capram *in reg.100* vbi ponit decem casus, in quibus datur compensatio in decimis.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor, an possit compensare suum creditum in præiudicium creditorum anteriorum adducitur pars negans D. Præsidis, & assectarum, & pars aiens, nu.2. cum rationibus, num.3.*

4 *An possit saluari decisio, quia compensatio erat opposita post iudicium motum a creditore, vbi discutitur, quando possit opponi compensatio contra cessionarium.*

5 *Quid si opponitur compensatio contra patrimonium decolti examinatur traditio* Consil.Rocchi, *& si aliter possit saluari decisio num.6.*

7 *Creditor, qui obtinuit sententiam super vna re num valeat variare super alijs rebus contra tertios, & Auctor defendit* D.Præsidem *contra* D. Marottam.

Im-

C. de rescindenda venditio. receptam per Sacrum Consilium.
8 *Bona, quæ iure congrui retrahuntur secundum consuet. Neapol. debent appretiari per expertos appretiatores.*
9 *Iustum pretium vt dicatur, qualitas rei, introituum quantitas & venditionis tempus inspici debent.*
11 *Licitationes, vt plurimum, sunt animosæ: ibi rationes multæ recensentur.*
12 *Aestimatio rei non est facienda secundum subhastationem, in qua plerumque fit fraus.*
13 *Licitationi tunc erit locus, quando aliud remedium non adest.*
14 *Subhastatio, quid sit.*
15 *Mulieri iniuria quot modis fiat, priuando eam priuilegio assecurationis.*
16 *Pretium verum, & commune, quod per æstimationem fit, approbat Sacrum Consilium.*

DECISIO LIV.

Creditores non habent ius offerendi contra mulierem petentem assecurationem dotium ob viri vergentiam ad inopiam.

Licitationes non permittuntur contra mulierem de bonis super quibus dos est assecuranda, sed sufficeret æstimatio per appretiatores.

IN Sacro Regio Consilio pro tempore, quo fui Aduocatus, & Regius Consiliarius, indistinctè vidi iudicatum, † quòd contra mulierem petentem assecurationem dotium, & antefacti ob vergentiam viri ad inopiam, non datur ius offerendi, quia verè hæc assecuratio non est restitutio, sed positio dotium in tuto, vt fructus deseruiant pro alimentis vxoris mariti, & filiorum, verba sunt Bald. *in capitulo contingit col. 2. vers. quid ergo, in fine, de restitutione spoliatorum.* † Quæ ratio militat, etiam quòd pecunia possit erogari in emptionem annuorum introituum, ex quibus alimenta prædicta percipi possint: quia, vt hodie videmus, & pluries vidimus, de facili emptiones introituum ex concursu creditorum perduntur; & hæ emptiones semper fiunt cum pacto de retrouendendo, & in dies oportet retrouendere, & emere cum maximis expensis; & mulier, quæ ex hypotheca contracta in bonis viri, est anterior in emptione per eam, seu eius nomine facienda cum alio, acquiret de nouo dominiũ, & hypothecam, super qua poterit de facili molestari, existente ea certa, quòd in bonis viri molestiam habere non posset, † ex quo etiam conditio dotis absque consensu mulieris fieret deterior, quod nec cum eius consensu fieri potest. *l. de die, & in l. Articlinins, ff de iur. dot.* verùm dum hic casus accidisset in causa Magnificæ Victoriæ de Lagonissa, vxoris Magnifici Ferdinandi de Sangro, quæ pro eius dotibus, & antefacto ascendentibus ad summam ducatorum decem mille, in circa, petijt assecurationem super domibus eius viri sitis in platea Nidi, & comparuissent creditores, & obtulissent; vnus ex senioribus Aduocatis, voluit assumere onus pro creditoribus, & dum laborasset in cumulo Doctorum, & in defendendo eius opinionem, quia pecunia poterat conuerti in emptionem annuorum introituum, & quòd ex pensionibus domorum non poterant percipi introitus sufficientes pro alimentis, nihilominus Sacrum Consilium, iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum, discussis rationibus, quibus mouentur Doctores pro vxore, ac auctoritatibus eorumdem iudicauit pro vxore, prout alias fuit per idem Sacrum Consilium bis iudicatum tempore Afflicti, vt ipse refert *in decis. 199.* † cui decisioni non contradicit id, quod aliàs etiam, eo referente *in decis. 221.* fuit iudicatum, quia ibi mulier petijt assecurari super pecunia obligata, & ne consumeretur, datur modus ibi, vt in emptione: ponatur in fauorem mulieris, secundùm hanc opinionem cumulatis omnibus Doctoribus, & rationibus pro vtraque parte, vt postea vidi, iudicauit nouissimè Senatus Pedemontanus, *prout in decis. 135. quæst.* per totam, & hanc esse communem opinionem tenet Cassaneus *in consuet. Burgun. in rub. 4. in versic. la femme apres, in tex. Per sommari, col. 3. versic. sed quæro, mulier. fol. 727.* Et quia ex relatis per prædictos, ac etiam per Negusan. *in tract. pig. in 5. parte 1. membr.* colliguntur omnia, quæ hinc inde allegari possunt, ad eorum dicta me remitto. quia meæ intentionis non est dicta Doctorum transcribere, & maximè in hac causa, in qua postquam Sacrum Consilium omnibus perpensis, pro muliere iudicauit pluries, non recedimus ab hac opinione, à qua dicit Soci, *cons. 3. vol. 3.* quòd si iudex recederet, posset de temeritate argui, & eam sequitur Paris *in tract. de sindi. in versic. publicatio bonorum, in fin.* & Thom. Parpa. *in rep. l. 2. num. 48. versic. in practica sæpè euenit. fol. 132.* & Ioan. Ant. Nig. *in c. Reg. frequens, in 7 col. vers. an autem creditores, fol. 208.* & nouissimè discusso articulo, *lib. 2. practic. obseru. 93.* tenet And. Gail, *fo. 981.* & benè declarat. & dum fuisset lata sententia prædicta, assecurando Magnificam Victoriã, pro concurrenti summa dotium, & antefacti super domibus prædictis, facta instantia pro parte prædictæ Magnificæ Victoriæ pro appretio domorum, & ipsarum consignatione, Illustr. Dux Turris Maioris, vnus ex creditoribus viri, & filij, se opposuit, & petijt domos æstimari debere etiam mediante subhastatione facienda. Ex aduerso replicauit Magn. Victoria, quòd consignatio erat facienda mediante appretio faciendo per Tabularios Neapolitanos, quia ex subhastatione non arguebatur iustum pretium: fuit igitur dubitatum, an deberet procedi ad petitam subhastationem.

Et pro parte dicti Illustr. Ducis dicebatur hoc fuisse aliàs per Sacrum Consilium decisum anno 1489. Capic. *decis. 41. in causa. in add.* Eo etiam magis, quia non fiet iniuria Domin. Victoriæ postquam suum consequitur, vel quòd domus subhastetur, vel quòd mediante appretio ei consignetur, & poterit creditoribus prouideri si in subhastatione maius creditum offeretur.
6 Item dicebatur, † quòd postquam hæc domus erat consignanda pro iusto pretio, iustum pretium poterit per subhastationem probari, vt per Aug. *in l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid.* & alios, qui eum sequuntur, prout refert Hercul. *ibi versic. circa quintum, ff. ad leg. Falcid.*

Quibus non obstantibus Sacrum Consilium (me referente) eisdem Dominis Consiliarijs iunctis, iudicauit
7 contrarium, † scilicet non esse faciendum appretiũ per subhastationem, sed decreuit esse seruandam practicam, quam ponit Bart. *in l. 2. col. pen. C. de rescind. vend.* scilicet, quòd hæc æstimatio fieret per tabularios, seu appretiatores cum interuentu causæ Commissarij; quam practicam dixit ibi Bart. esse veram, & in dubitabilem, & fundatam *in l. fina. C. de iure dominij impetr, & in leg. hac edictali. §. in illud. C. de secund. nupt.* & cum decisione Bart. ibi transeunt omnes, quos congerit Hercul. *in dicta leg. pretia rerum, ver. circa tertium principale,* & Pantaleon. de Crema. *in repetitione dicta l. 2. nu. 294. versic. secundus principalis modus,* & Cagnol. *ibidem nu. 256. versic venio nunc,* & hanc practicam in dies Sacrum Consilium seruat. Immo illi Sapientes, qui compilauerunt consuetudines huius fidelissimæ ciuitatis in materia iuris congrui, in specie *in*
8 *tex. consuetud. de iure congr.* statuerunt, † quando bona iure congrui retrahuntur, appretium ipsorum bo-
9 norum esse faciendum, per appretiatores, & meritò, † quia isti tempore appretij, considerant qualitatem rei, & quantitatem introituum, quæ consideranda sunt pro declaratione iusti pretij. *l. si fundum per fideicommissum, de leg. 1.* ponit Bartol. *vbi supra,* & Neapod. *in gl. super consuetud. prædicta. in vers. fuerit.* Nec fuit habita ratio de prætensa additione ad decisionem Capicij

picij, tum quia contra eam fuit alàis decisum in eodem
Sacro Consilio in causa Comitissæ Troiæ, vt apparet
ex exemplo decreti authentico iam præsentato; tum
quia contenta in additione dicta de iure nō procedunt,
10 † Vera est enim, & communis conclusio, per subhasta-
tionem non probari valorem rei, vt refert Hercul. *in*
dicta l. pretia rerum. versic. circa quintum, & Crema
in repetitione d.l. 2. num. 103. *vers. nec obstat*, & maxi-
11 ma cum ratione vltra dicta per eos. † solent enim lici-
tationes esse animosæ *l. licitatio, in princ. de publ.* quod
oriri solet quandoque ob inuidiam emptorum, *d.l. lici-*
tatio. Quandoque, quia res fuit antiquorum *l. si in em-*
ptionem. ff. de minor. l. lex. quæ tutores, C. de adm. tu-
tor. Quandoque propter vicinitatem *l. si cui fundus. fin.*
de leg. 1. prout post Angel. prædicta cumulat Imola *in*
l. ratione. §. vendere. ff. ad leg. Falc. & Neapo. *in gl. præ-*
12 *dicta* dicit, † non esse faciendam æstimationem secun-
dùm subhastationē, in qua plerumque fit fraus, allegat.
l. si quos C. de rescind. vend. quam allegant etiam
13 Doct. *in d l. 2. & in d.l. pretia rerum.* † Item dicebatur
per ea, quæ circa licitationes animosas accidere solent,
tunc demum ad licitationem esse deueniendum, quan-
do aliud remedium non adest. Salyc. *in l. ad officium. C.*
comm. diuid. in material. præd. dicit ad licitatio-
nem deueniri debere, quando is qui rem in communi
habet, non vult soluere iustum pretium, quia si vult, li-
citatio, non est admittenda, allegat. *d.l. pretia rerum.*
Huiusmodi dicebatur, quòd erat casus noster, quia
Domina Victoria vult recipere pro iusto pretio taxan-
do, vt supra: quare ergo dicebatur esse admittendam
licitationem. Et nouissimè dicebatur in materia de
qua agitur non posse practicari prætensam subhastatio-
nem, quæ fit, quando res est venalis, pro satisfacien-
dis creditoribus de pretio ex re redigendo, quod cessat
in casu, de quo agitur, quia mulier non cogitur recipe-
re pretium, vt supra est fundatum. Et insuper diceba-
tùr, hoc practicam non recipere, quia banna publican-
tur pro venditione rei subhastatæ: sed in casu nostro
non potest tractari de banniendo bona pro illis venden-
dis, quia per indirectum mulier fraudaretur remedio à
iure in eius beneficium prodito, & si fierēt subhastatio-
nes, & in bannis diceretur, ad finem sciendi iustum pre-
tium, vt ex necessitate dici debet, offerēs posset offerre
maius pretiū, & non iustū, & postea dubitaretur, si sub-
hastationes non sint factæ ad finem vendendi, an coge-
retur pro eo pretio rem accipere, & mulieri diceretur;
tantum oblatum fuit, hoc est iustum pretium. Dictum
igitur fuit non conuenire in hac materia deffinitionem
14 subhastationis, † cùm sit rei venalis publica expositio,
auth. hoc ius porrectum, C. de sacrosanct. Eccles. plenè
Fabian. *in tract. de empt. & vend. in* 3. *par nu.* 83. & per
consequens nec effectum ipsius.
Nec obstat quod dicitur, mulieri non fieri iniuriam
postquam, si subhastata re, maius pretium inuenitur
ipsa suum consequatur, & alijs creditoribus de super-
15 fluo satisfiet. † Nam dicebatur fieri iniuriam mulieri,
priuando eam priuilegio ei concesso in materia assecu-
rationis contra eius voluntatem. *l. si. ff. de vsu. & habit.*
l. hactenus. cum l. seq. ff. de vsufr. vbi Bal. Item ei potest
esse damnum ex prædictis, cùm sit securior, quàm si res
venderetur, & pecunia consumeretur, vel concurre-
retur cum creditoribus, quod admitti non potest. Præ-
terea dicitur, quòd ipsi mulieri fieret iniuria, quæ cùm
ex prædictis à iure, & consuetudine approbatis non
possit cogi recipere rem, nisi per æstimationem exper-
torum, cogeretur forsan accipere appretiatam per sub-
hastationem, sic per modum non à iure approbatum,
16 Et tandem dictum fuit, † Sacrum Consilium non de-
bere curare, nisi de vero, & communi pretio, quod per
æstimationem iudicatur, & non ex eo, quòd accidere
posset, quòd in subhastatione posset maius pretium of-
ferri (quod est præsumendum per animositatem fieri,
vt declarat Imola ex mēte Iureconsul. *in d.l. in ratione*
§. vendere. ff. ad leg. Falcid. poterit etiam per supposi-
tionem personæ recedere à regulis iuris, quemadmo-
dum in simili facit Sacrum Consilium in illa difficulta-
te, de qua per Negus. *in 4. membro. 5. par. sui tract. de*
pig. in qua adhæret opinioni Negus. quòd possessor te-
netur creditori agenti hypothecaria offerre totum cre-
ditum, non autem æstimationem rei possessæ, licet
ex re possessa maius pretium creditor agens non con-
sequatur: quia vbi habemus regulas iuris expressas, non
est curandum, si alicui afferatur, vel non afferatur
damnum, quamuis in casu prædicto opinionem contra
Negus. teneat Aym. *cons* 198. 2. *vol.* qui asserit, eam esse
fundatam in naturali ratione.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. Adde Afflict. & Vrsill. *in decis.* 9. Decis. Pedem 135. *num.* 5. 9. Magon. *in decis. Lucensi* 55. & latiùs *in decis. Florent.* 125. *num* 3. *& in decis.* 68. *num.* 11. licet Bursat. *cons* 120. *num.* 35. *volum.* 1. aliter teneat. & malè.

In eodem numer, dum allegat Bald. Adde eumdem Bald. *in l. vbi adhuc in summario. C. de iure dotium*, Afflict. *in decis.* 9. *numer.* 2. & Grat. *in decis.* 194. *numer.* 4.

Num. 5. Adde Maxil. *in consuetud. Bari fol.* 177. *n.* 3. *fol.* 319. *num* 12. *in nouis* Vrsill. *in decis. Afflict. hic allegat.* Campan. *in c. regni* 209. *ante nu.* 48. Rolan. *cons.* 9. *nu.* 39. *vol.* 1. Gabriel *cons.* 147. *num.* 1 Andr. Gayl. *in obseru.* 91. *volum.* 2. & nouissimè D. Cons. Ann. neruini secundum *cons.* 69. post Ann. patrem *in sing.* 296. & Magon. *in d. decis.* 55. *num.* 3 vbi videatur add. ad eumdem, latissimè Viuium optimum Iureconsultum tempestate nostra *in decis.* 413. *vbi nu.* 5. refert hanc decis. eumdem Viuium *in opin.* 536. *p.* 2. Fla. Catt. *in dec. Genua* 8. & Crass. *de succes. lib.* 2. *vers. collatio bonorum q.* 16. *fol.* 185. M. Ant de Amatis *in decis* 43. *num.* 6. omnino Motot. *in tract. de iure offeren. in* 6. *q. numer.* 9. *& seq.*

Ibi, ex quo etiam conditio dotis: Adde Afflict. & Vrsill. *in decis.* 154. & Episcopum Minorens. *in vers. dos, vers.* 3. *fol.* 82. & nouissimè D. Consil. Ann. *in collect.* 583. Vide omnino Thesa. *decis.* 230. vbi limitat. *d.l. Attilicinus.* An. *in collect.* 583. *&* 591. Campan. *in c. regni* 165. *num.* 68.

Videantur Ioseph. Ludou *in suis commun. opin. conclus.* 36. *vers. ad fauorem fol.* 82. *in magnis*, & Intrig. *sing.* 114.

In fi. ibi quemadmodum. Adde istum *supra decis.* 38. *num.* 1. & Vrsill. *in decis.* Afflict. 199. *col. pen. & fi.*

ADDITIO D. AMENDVLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, constante matrimonio, an teneatur vltra quam facere possit.*
2 *An carcerari valeat ad instantiam coniugis.*
3 *Et illa volente, an teneatur ei seruire, dotem compensando.*
4 *Et quid si nihil habeat omnino.*
5 *Ius offerendi an cesset, vxore agente pro assecuratione, propter inopiam viri.*
6 *Vxor bona mariti iure familiaritatis detinens. si mortuo marito, dicit illa retinere pro legato ei facto, vel dote, & sic mutat caussam possessionis, non per hoc præiudicat hæredi, vel creditoribus.*
7 *Maritus si dedit fideiussorem de dote restituenda, vxor non potest agere pro assecuratione, viro vergente ad inopiam.*
8 *Debitor non potest allegari suspectus, & capi, si fideiussorem præstitit.*
9 *Mulier agens contra tertium possidētem bona viri ei-*
dem

dem pro dotibus obligata, an possit dicere : volo bona viri mihi obligata, & repellere oblationem factam à tertio possessore, eodemque creditore.

10 *Mulier tenetur cedere actiones.*

11 *Mulier, viro vergente ad inopiam, non impedit executionem faciendam pro creditoribus contra dotem, permittente viro, ad Vrsillum decis.199. Thesaur. decis.208.*

12 *Intellectus l.si constante, & l.vbi adhuc, C.de iure dotium.*

13 *Mulieres petentes assecurationem, an, & quando impediant executionem, & venditionem bonorum dotem promittentis.*

14 *Mulier si per decem annorum tempus non petit sibi dotem restitui, marito ad inopiam vergente, posteà non auditur, quia contra ipsam currit præscriptio.*

15 *Mulieri an competat rei vendicatio contra quemlibet possessorem, non obstante dotis æstimatione, quando maritus non est soluendo.*

16 *Ius hypothecæ renunciatum, quando impediat mulierem agere super bonis hypothecatis, siue dos sit æstimata, siue non.*

17 *Mulier consentiens alienationi bonorum dotalium, vel viri, an habeat aliquod remedium, ne dote priuetur.*

18 *Iuri offerendi quanto tempore præscribatur.*

19 *Huic hypothecæ quanto tempore præscribatur.*

20 *Assistentia contra tertium possessorem post 30. annos non datur.*

21 *Hypothecaria quanto tempore præscribatur per tertium contra creditorem.*

22 *Cautela.*

23 *Dotis conditio deterior fieri non potest.*

24 *Restitutio dotis facta per socerum dotanti, etiam cum consensu nurus, vel filij, absque causa, non valet.*

25 *Donatio rei dotalis valet.*

26 *An pactum factum a muliere, soluto Matrimonio in dote sibi præiudicetur.*

27 *De factis doti præiudicantibus, cum Regula, & Ampliationibus, remissiuè.*

28 *Mulier an possit opponere detentionem dotis, vel inopiam, ad impediendum executionem creditori.*

49 *Modus excludendi debitores, & iuuandi mulieres in bonis maritorum.*

30 *Mulier præfertur pro dote sua, etiam creditori pro venditione rei suæ.*

31 *Subbastatio quid sit, remissiuè.*

32 *Plura de iure offerendi remissiuè, & an mulieri detur actio contra tertios possessores.*

33 *Creditori agenti hypothecaria, debet offerre totum creditum possessor, non autem æstimationem rei possessæ licet ex re possessa maius pretium agens non consequatur.*

AD hanc dec.55.de assecuratione adde Afflict.
*dec.*9.119.221.Ozasc.135.Cap.41.Consiliar.
1 Anna *cons.*69.& adde,† an maritus, constante matrimonio, teneatur vltra quam facere
2 possit, † an carcerari valeat ad instantiam coniugis, vel
3 † illa vult, an teneatur ei seruire, dotem compensando,
4 & † quid si nihil habet omninò. Nunium Auandan. *lib.*
5 *de exequ.mandat.Regum,resp.*8.† Et quòd ius offerendi cesset, vxore agente pro assecuratione, propter inopiam viri, pro, & contra disputat Cartar. *in dec.Genu.*8.
incip.vxor. qui allegat Afflic. *dec.*199.& Gram. *dec.*92.
*nu.*17. vbi quòd ius offerendi cesset. Item adde quòd si
6 mulier † bona mariti iure familiaritatis detinet, si mortuo marito, dicit illa retinere pro legato eidem facto,
uel dote, & quod mutauit causam possessionis, quod
non per hoc præiudicat hæredi, vel creditoribus. Ita cõtra Iosep. Ludou. *dec.Perus.*109.*n.*1. & 2. *in* 2.*par.* dicit
decisum Genuæ Cartar. *dec.sua* 73.*incip. Cum mulier*
7 *se opponeret executioni.* Nota † quòd si maritus dedit
fideiussorẽ de dote restituenda mulier non potest agere
8 pro assecuratione, viro ad inopiam vergente, † & sic
nec debitor potest allegari suspectus, & capi, si fideiussorem prestitit. Paul.Cast. *in l.si plures,§.præterea,ff.de*
9 *verb.oblig.* Cartar. *dec.*117.*non semel.*† Item an mulier
agens contra tertium possidentem bona viri eidem pro
dotibus obligata, possit dicere: volo bona viri mihi obligata, & repellere, oblationem factam à tertio creditore possidente illa, quod non, dicit decisum ille Cart. *dec.*
10 61. † & mulier tenetur cedere actiones, mulier viro
11 † vergente ad inopiam, non impedit executionem faciendam pro creditoribus contra dotem permittẽte viro, & ita fuit decisum, ut per Cartar *dec.*43. sed quo ad
istam decisionem de assecuratione adde Annam Con-
12 sil. *cons.*63.*incip.Duæ mulieres,* qui dat † intellectum
ad l.si constante, & l.vbi adhuc, C.de iure dot. & deci-
13 dit, † an, & quando mulieres petẽtes assecurationem,
impediant executionem, & venditionem bonorum dotem promittentis, & vide Annam patrem *Sing.*598. Itẽ
14 adde, quòd † mulier si per decem annorum tempus
quo maritus ad inopiam vergit, non petat dotẽ sibi restitui, postea non auditur, quia contra ipsam prescriptio
currit, ad text. *in l.1.C.si aduers.creditor.præscr.oppon.*
Anto.Burgos, *in c.peruenit,nu.*23.*in terminis, de empt.*
& vend. & Boer. aliqua, *dec.*328 *n.*4.& ita reperio copiosè, & decisiue dictum. Imò decisum contra Claram
Cornasculo, in fauorem Alphonsi Chiacchilla, vt asserit Cenallos *in lib.Commun.contra Communes, à n.*4.
*ad fin.qu.*3. omninò videndus, qui plures quæstiones
15 ponit, † an mulieri competat rei vendicatio contra
quemlibet possessorem, non obstante dotis æstimatio-
16 ne, quando maritus non est soluendo, & quando ius
hypothecæ renunciatum impediat mulierem agere super bonis hypothecatis, siue dos sit æstimata, siue non,
17 & † an mulier consentiens alienationi bonorum dotalium, uel viri, habeat aliquod remedium, ne dote priuetur, & Affl.ct. *dec.*311.& 313.& ad intellectum, *l.1.C.si*
aduers.credit.præscript.opponat. plures, & ampliationes, & limitationes ponit ipse Cæuall.& Mascard. *de*
*probat concl.*1158.*num.*11.& 1173.*num.*20.& vide *nu.*
18 21. † & quanto tempore iure offerendi præscribatur,
19 & de † hac hypotheca quanto tempore præscribatur,
dico ad dictam *l.1.incip.diuturnum, C.si aduers.cre-*
20 *ditor tit.*36.*in lib.*7.*Codicis,* vbi plura. Et † quòd assistentia contra tertium possessorem post 30. annos non
detur, sed infra, sic Afflict. *decis.*239. Maran. *in* 4.*par.*7.
21 *distinct. num.*60. Sed de † hypothecaria quanto tempore præscribatur per tertium contra creditorem, vide
Aim. *cons.*148.*num.*6.*vol.*1. vbi Stracca, & Tho.Gram-
22 mat. *cons.Ciuil.*44,*num.*6.& *seq.*& † Cautelam contra
hunc tex. vide per Cremens. *Sing.*61.& vide Capic. *de-*
23 *cis.*54.& So. vbi addentes. Ad *num.*4. quòd dotis conditio deterior fieri non potest, adde, quæ dico *ad l.de*
dic, & l.seq.ff.de pact.dotal. Modernos in Pragm. de Senatuscons. Velleiano, in fine. Anto. Thesaur *decis.*222.
223 & 230. Præsident. hunc, *dec.*196. 381. *numero* 4. &
389.*num.*28. vbi hanc decisionem, quòd restitutio dotis
14 facta † per socerum dotanti, etiam cum consensu nurus uel filio, absque causa, quòd non valet; Ad quę con-
25 ferunt quæ dixi sup. *in dec.*46. † Sed quòd valeat donatio rei dotalis, est tex *in l.si Auia, ad Velleian.* & latissimè Ozasc. *dec.*21. familia ad associandum quomodo, &
quando concedatur. Vrsillum *dec.*326. Vinn. *dec.*177.
Anna. *Sing.*189. post Gabr. *de acquir.possess. fol* 93. Ad
num.4. Neapoda. *in consuet. Dos, verbo, restitutionis,*
16 ibi, 3.& Præsid. *dec.*617. † An per pactum factum à
muliere, soluto matrimonio in dote sibi præiudicetur,
27 Afflict. & Vrsill. *in dec.*154. vbi latissimè de † factis
doti præiudicantibus, & de Regula, & Ampliationibus,
28 vide Thesaur *dec.*230 † An mulier possit opponere
detentationem dotis, uel inopiam ad impediendum executionem creditori. Thesaur. *dec.* omninò, & Vrsill.
29 *dec.*199. vbi ponit † modum excludendi creditores, &
iuuandi mulieres in bonis maritorum. Alia ponit Vrsill.
30 *in dec.*221.& 306. vbi † quòd præfertur mulier, quo ad
dotem suam, etiam creditori pro venditione rei suæ,

31 Ad num. 14. Adde † quid sit subhastatio Damhuder. *in Exegesi subhastation. n.* 1. & Bertacch. *in verbo, subhastatio. Ad n.* 15. Adde Thesau. *in decis.* 156. 157. & 158.
32 vbi † plura de iure offerendi. Et an mulieri detur actio contra tertios possessores, de quo dico *in decis.* 270. vbi allego Thessaur. *in decis.* 31. *& seq.* Ad num. 16. in fine
33 ibi: Creditori † agenti hypothecaria, offerre totum creditum non autem æstimationem rei possessæ, licet ex re possessa maius pretium creditor agẽs non consequatur, Adde Vesill. *in decis.* 199. *nu.* 3. latissimè, & nouissimè, adde etiam Præsidentem Moror. *in tract. de iure offic. impress.* post eius doctissima responsa, omnino videndũ, qui doctissimè loquitur, & plura ad hanc dignam materiam cantat. Et quò 1 mulier agens pro assecuratione si pendente iudicio assecurationis, vir petit, quòd ex eisdem actis possit dotem soluto matrimonio repetere. Anna pater. *Allegat.* 129. *In præsenti, n.* 7. *& Sing.* 597. vxor agit, sed filij non possunt, si mater petit, vti eadem instantia, ita Anchar. *Q. familiar.* 23. *Defuncta lib.* 1.

ADDITIO D. RICII.

CReditores non habent ius offerendi contra mulierem petentem assecurationem dotium ob viri vergentiam ad inopiam, hoc dicit. adde Costa *remed. subsid. remed.* 1. *num.* 4. *& in tract. de scient. & ignoran. cent.* 2. *dist.* 8. Sarmien. *lib.* 2. *selec. interpret. cap.* 12. Thesaur. *lib.* 2. *Foren. quest.* 65. *n.* 25. Trentacinq. *lib.* 3. *Variar. res. tit. de sol. resolut.* 30. *n.* 8. & alij relati per Giurbam *decis* 16 *nu.* 12. vbi dicit, quòd nec etiam admitterentur tertij possessores volentes offerre vxori ad dotes suas agenti contra bona hypothecata ob mariti inopiam, sed eam dimittere tenentur pro ea tamen quæ sufficiat ad dotem, vt ex multis probat. Tusch. *conclus.* 761. *nu.* 20. Immò fiscus creditor etiam hypothecarius pro condemnatione circa mulieris voluntatem, nec ius offerendi hoc casu habet Bald. *consil.* 40. nisi bona illa à muliere in tertium cum Iudicis etiam decreto, & licentiam alienarentur, quo in casu viri creditoribus ius offerendi contra eum competere decisum dixit Tuscu. *d. q.* 65. *num.* 10. *in fi.* aut si vxor assecurari vellet in pecunia venditis mariti bonis, quo in casu ius offerendi posteriori, vt creditori rectè competet Muscatell. *in praxi sacr. cons. glo. adiudicantur n.* 99. aliàs in pecunia assecurari posset Gail. *lib.* 2. *obser. obser.* 92. *nu.* 10. & 11. Socin. *cons.* 111. *num.* 5. idem dicimus si bona mariti essent mobilia, veluti merces, aut nomina debitorum, ex quibus vxor, nec posset fructus percipere pro alimentis, nisi in pecunia redigantur, tunc fortè liceret alijs creditoribus dotis pecuniam mulieri offerre, quia similiter vxor pro substinendis matrimonij oneribus eadem bona in pecunia deberet conuertere Bald. nouell. *de dot. p.* 7. *priuileg.* 47. Muscatel. *d. gl. adiudicantur num.* 93. *&* 97. Morot. *de iur. offerend. nu.* 10. vide Mantic. *ad mater. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 2. *tit.* 30. *n.* 15. *& seq.* & ibi dicit veriorem.

ADDITIO D. NOVARII.

IVs offerendi non competere creditori aduersus mulierem petentem dotis assecurationem hìc concluditur, & ita Marta *in decis.* 36. *n.* 10. Vin. *decis.* 413. *n.* 5. Morot. *de iure offeren. vers. sexto cum mulier. colum.* 4. Anna *cons.* 79. vbi respondet aliquibus contrarijs, Molfes. *in consuet. Neap. p.* 6. *q.* 5. *nu.* 32. & latè probat Mantic. *de tacit. & ambiguis conuentionibus lib.* 11. *tit.* 30. vbi disputat ad partes, & pro hac opinione sententiam armat cumulando plures Authores, & rationes, & nouissimè videndus de Ponte *in cons.* 124. *&* 125. *volu.* 2. Dos enim vbi restituitur vxori ob vergentiam viri ad inopiam, non dicitur propriè restitutio dotis, ita vt illius dominium sit penes vxorem, sed est potius assecuratio quædam, & ita communiter nuncupatur, & fuit adinuenta, vt vxor penes se habeat illa bona, vt tuta sit pro dote, & eius iuribus dotalibus, & de illorum fructibus se ipsam, & familiam educare valeat *l. vbi adhuc* vbi DD. *C. de iur. dot. l. si cum dotem. §. si verò ff. sol. matr.* Thes. *dec.* 45. de Pon. *dec.* 19. *n.* 19. Capic. *decis.* 65. Farin. *dec* 249. Surdus de alimentis *q.* 35. *n.* 5. vbi ex hoc infert, quòd fructus, qui supersunt vxori deductis eius, & suæ familiæ alimentis cedunt in beneficium viri, & creditorum ipsius, quia maritus remanet dominus illorum fructuum Alex. *in l. si constante nu.* 38 *ff. sol. matr.* cum alijs quos ipse citat.

Et probatur ex *l. cum tibi C. qui potiores in pign. hab.* ducto argumento à contrario sensu, vt scribit, Soc. sen. *in cons.* 111. *num.* 5. *vers secus quando sol. matr.* nam ibi Imper. præsupponit, quòd creditores offerentes dotem vxori post mortem mariti, possint res pignori obligatas auocare, ex quo à contrario sensu datur intelligi, quòd constante matrimonio non possit eas auocare, quod argumentum dicitur esse fortissimum, *l.* 1. *§. huius rei ff. de offic. eius cui mandata est iurisdictiò.*

Aduerte tamen, quòd vxor constante matrimonio propter inopiam viri actione hypothecaria potest consequi quantum pro dote sufficiat, & residuum debet dimittere creditoribus, vt voluerunt Molfes. *vbi supra n.* 33. & Mantic. *loco cit. num.* 24 quietiam scribunt, quod quando bona mariti consisterent in pecunia, mercibus, vel alijs bonis mobilius, ex quibus non possit vxor fructus percipere in tali casu satis erit vxori suam habere pecuniam, quam posset conuertere in emptionem bonorum stabilium, vel annuorum Introituum.

Verùm quia in hac decisione concluditur, & iudicatur similiter licitationes non permitti contra mulierem de bonis, super quibus dos est assecuranda, sed sufficit æstimatio per appretiatores pro ornatu videre latè de Pont. *in consil.* 126. *volum.* 2. vbi tractat an assecuratio fiat mediante appretio, vel etiam cum subhastatione, & dicit decisum per Sacrum Consilium in causa Comitissæ Montellæ appretium esse faciendum, non autem subhastationem, & allegat decisionem nostri Authoris.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi, an competat aduersus mulierem petentem assecurationem dotium: recensentur opiniones, num.* 2. *&* 3. *& ex noua forma pactorum dotalium desuescit decisio, & ponderatio* Authoris *pro decisione contra* D. Marottam.

1 ABire videtur in desuetudinem decisio in articulo iuris offerendi contra mulierem petentem assecurationem dotium ob vergentiam viri ad inopiam, quamuis regulariter cesset prout iudicatum iunctis aulis testatur D. meus, ex eo quod vxor non auocat dominiũ constante matrimonio, sed petat tenutam, vt sibi prospiciat de alimentis Bartol. Alexand. & alij *in l. si constante, ff. solut. matrim.* Affict. *decis.* 199. & contra ius offerendi, adde Hiurb. *decis.* 16. D. R. de Marin. ad Reuerter. *obser.* 153. *num.* 3.

Extrema benèuerum est alia opinio affirmans pro
2 creditoribus, vt liceat eis offerre dotem in pecunia constantem, & implorare cessionem iuris crediti dotalis Gaspar. *Thes. in add. ad partem in decis.* 207. & post alios Merlin. *de pign. lib.* 3 *q.* 73. ea ratione, quia si viro competit ius offerendi, *l. munus, & ibi glos. ff. de iur. dot.* consequenter, & creditoribus, præterea nec constat de priuilegio hoc vxoris, ex corpore iuris, eo propensius si res non sit integra, quia iam sit

tacta

facta adiudicatio creditoribus,qui molestantur ab vxore. Merlin.*vbi sup.n.*53.vbi occurrit contrarijs.

3 Posteriorem sententiam tenet D.R.de Marin.si assecuratio peteretur super mobilibus,uel peteretur in vim pacti instrumento dotali appositi , & quando vir promittit restitutionem dotis , tàm soluto matrimonio , quàm in omnem casum restitutionis,& assecurationis, tunc uera est restitutio , & transfertur dominium , & vxor omnes fructus suos facit , nec tenebitur fructus deductis alimentis perceptos restituere creditorib. viri, ita D.de Marin.*lib.*1.*resolut.*20.Amat.*lib.*2.*resol.*20.D. Marott.*diffusè in discept.*14.*per tot.& discep.*16.in hac autem re ponderanda sunt tradita per Ioan.Crot.*in repet.d.l.si constante in* 2.*lect.num.*8. vbi censet assecurationem non esse veram restitutionem, dato quòd in instrumento dotali fuisset pactum dotis restituendæ in casu soluti matrimonij, & in omnem casum restitutionis dotium , ex quo intelligantur ista verba secundum prædicta, ut restitutio huiusmodi intelligatur per viam assecurationis, & petitionis, in tuto Vrsill. ad Afflict.*decis.*9. *num.*3. verum enim est restitui dotem constante matrimonio propter vergentiam uiri ad inopiam *per d.l.si constante , & l.vbi adhuc , C.de iur.dot.* sed restitutio dicitur positio in tuto , unde non sufficit pacisci restitutionem constante matrimonio dum adhuc ex dispositione legis subintelligitur , sed cessat ius offerendi, ut Afflict.*in decis.*199. vnde pactum concipiendum esset , ut per restitutionem dotium constante matrimonio facienda mulier euaderet domina dotis.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor, cui à creditore cessa actio est aduersus confideiussorem pro rata portionis agere potest , & num. 16.decisio.*
2 *Decocto interdicta administratio est , & ei curator quodammodo datur , vt conseruet bona decocti pro creditoribus cum numero seq.*
4 *Decoctus, & cedens bonis valdè differunt .*
5 *Cedere quis cogitur iura sua , quando ei non nocet , & alteri prodest .*
6 *Compelli, & posse cogi , paria sunt .*
7 *Debitori proprium soluenti debitum,nulla fit cessio.*
8 *Fideiussor respectu creditorum dicitur reus principalis, nisi in duobus casibus, remissiuè .*
9 *Argumentum à consuetis validum .*
10 *Fideiussor primus non se obligans contemplatione secundi non habet exceptionem cedendarum , & numero 14.*
11 *Beneficium diuisionis cessat , vbi diuersis temporibus plures fideiubent, fallit, num.*13.
14 *Fideiussor soluens, videtur debitoris nomen emisse.*
15 *Mutatione status adiecti, non fit coacta solutio.*

DECISIO LV.

Fideiussor vnus ex pluribus , qui totum debitum soluit cessa sibi actione per creditorem potest contra confideiussores pro rata agere .

1 VEra est conclusio , † quòd si duo fideiubent pro Sempronio apud Mæuium, & vnus ex fideiussoribus soluit integram quantitatem pro qua ambo fideiusserunt , potest is , qui integrè soluit, obtenta cessione à Mæuio creditore, & non aliter , agere contra alium fideiussorem pro consequutione portionis ad eum spectantis , text. est clarus, *in l.vt fideiuss.§.fideiuss.& in l.cum alter, C.eo.*ubi glos. allegat concor. reassumit Negus.*in tract pign. in* 5.*par. in* 3.*membro, in* 2.*limit.num.*50.*fol.*42.*in magnis.* hinc est,quòd dum Illustris. Dux Turris maioris , prætenderet, quòd fideiussisset pro Magnifico Ioan. Aloysio de Sangro pro summa duc.17000. apud Magnificos Alexandrum Mariam , & Blascum Spinolas , soluissetque Magnifico Octauio Puderico tamquam cessionario dicti Alexandri Mariæ summam prædictam,& obtinuisset à dicto Octauio cessionem iurium eidem Octauio cessorum per Alexandrum Mariam , litem mouit contra Magnificos Alphonsum,& Fabritium de Sangro,& processu instructo , dicebat quod dicti Magnifici Alphonsus, & Fabritius. qui similiter fideiusserant pro dicto Magnifico Ioan. Aloysio apud dictos Alexandrum Mariam, & Blascum , insolidum tenebantur ad contribuendum d.Illustr.Duci pro quantitate per eum soluta dicto Octauio,ad quam contributionem non teneri ex aduerso prætendebant dicti Alphonsus,& Fabritius, ex subscriptis .

Et primò dicebatur , prædictam cessionem factam dicto Octauio per Alexandrum Mariam fore , & esse nullam , & inefficacem , quia eo tempore erat dictus
2 Alexander Maria decoctus , † quo casu dicebatur esse eidem administrationem interdictam,per *tex in l.item si vnus, ff.de arbitr.cum his,*quæ ponit Bald. *in consil.* 400.*in libris Thesauraria, vol.*5.

Sed ad hoc dicebatur , hoc non probari in facto, quia
3 in hoc Regno vtimur , † quòd pro aliquo decocto , eliguntur personæ,quæ exigant, & conseruent pro creditoribus bona decocti , & tunc decoctus aliquam administrationem non habet,sed omnia geruntur per prædictos, quod in casu, de quo agebatur , non apparebat : quia licèt Alexander Maria fuerit effectus non soluendo, neutrum ex prædictis factum fuit. Item dicebatur,
4 † quòd *text.in d.l.item si vnus,*loquitur in eo, qui cessit bonis, qui valdè differt à decocto : potest enim quis esse decoctus , & tamen non cedere bonis . Vnde non militabat dispositio illius text. Et vltimò dicebatur , quòd hic actus gestus per Alexandrum Mariam , erat actus, ad quem ipse compelli poterat . Regula est enim clara etiam in materia cessionis actionum , *in l.credi-*
5 *tore, ff.de euict.* † quòd quis cogi potest ad cessionem, seu præstationem suorum iurium , quando hæc cessio alteri prodest,& ei non nocet,& ad hoc illum text.allegat Dec.*in cons.*104.*vers.*3.*facit.* 1.*volum.* & ex iuris
6 dispositione , † paria sunt,quòd quis compellatur,vel compelli possit, *l.nouissimè, ff.quod fal.tut.authen.cum concor.* Vndè cùm hæc cessio nullo modo præiudicare potuisset, nec Alexandro Mariæ,nec eius creditoribus, fecitque actum, ad quem compelli poterat , postquam alteri proderat , & sibi non nocebat declaratum fuit per Sacrum Consilium , hanc cessionem potuisse fieri per dictum Alexandrum Mariam dicto Magnifico Octauio .

Secundò dicebatur , quòd hæc cessio nihil opera-
7 batur , est enim regula iuris clara , † quòd quando quis est debitor , & soluit debitum suum proprium, est nulla fit cessio , *l.nulla , C.de sol.* sed in casu , de quo agebatur , dictum fuit , quod Illustris. Dux suam dissolueret obligationem , apparebat enim ex instrumentis initis inter Alexandrum Mariam, & Blascum creditores, ac d.Magnificum Ioan.Aloysium, quòd Illustris. Dux cum Ioan. Aloysio recepit pecuniam , imò pecunia, fuit dictum,quòd solueretur Illustris. Duci in partibus banci , per quem Ducem fuit posteà eodem contextu soluta d.Ioan. Aloysio , vnde si ipse soluit Ioan. Aloysio , non per hoc ipse diceretur fideiussor , sed potiùs reus principalis , & insolidum obligatus , cum Ioan.Aloysio , adeò ut si isti Magnifici fideiussores soluissent de proprio , potuissent ipsi agere , & obtinere contra Illustris. Ducem. Sed ad hoc dicebatur pro
8 parte Illustris. Ducis , † ipsum fuisse merum fideiussorem, licèt enim respectu Alexandri Mariæ , & Blasci , Illustris. Dux diceretur reus principalis , ut declarat Bartol.*in l.reos* 1.*colum.vers. ergo queritur , ff. de duob. reis* , præterquam in duobus casibus ibi per eum positis, quos post Imolam declarat Franc.de Aretin.*in colum.*2.*vers.in glos. si socij sunt* , & Caball. *in Millelo.*303.*quando plures,fol.*145.nihilominus, quia omnis pecunia peruenit in Ioan.Aloysium , diceretur Dux respectu Ioan. Aloysij fideiussor est text. *in l. sed*

Iulianus, §. item, ait si duos, ff. ad Maced. l. vir vxori, §. fin. ff. ad Velleian. & Bart. *in d. l. reos.* Pecuniam autem
omnem peruenisse penes Ioan. Aloysium non dubita-
tur. Item, quòd partes ipse tenuerint Illustr. Ducem
pro fideiussore apparebat ex omnibus instrumentis in-
fra etiam cum Magn. Alphonso, & Fabritio, in quibus
asserebatur Dux fideiussor, & re vera, in effectu sic e-
rat. Nam Ioan. Aloysius erat debitor Regiæ Curiæ in
quantitate pecuniarum soluta mercatoribus pro cam-
bijs, & ne hæc detegerentur, fuit capta hæc pecunia,
qua adhuc non soluta, fuit die 14. Iunij 1566. publicata
sententia generalis visitationis in hoc Regno, factæ
per Cathol. Maiesta. mediante persona Illustrissimi, &
Reuerendissimi, & integerrimi domini D. Gasparis de
Chirogra, nunc meritissimi majoris Inquisitoris, Car-
dinalis, & Archiepiscopi Toletani, per quam (vt infrà
dicetur) Ioannes Aloysius fuit suspensus ab Officio
Doanerij per annum, & Blascus recusabat soluere pe-
cuniam. Vnde ex prædictis fuit decisum, cessionem
potuisse fieri d. Illustr. Duci, cùm re vera fuerit habitus
in effectu pro fideiussore respectu Ioannis Aloysij, li-
cèt respectu Alexandri Mariæ, & Blasci esset reus prin-
cipalis, cùm omnis pecunia peruenerit in Ioannem A-
loysium.

Tertiò dicebatur, quòd etsi cessio fuisset valida, &
potuisset fieri eidem Duci, nihilominus ipsum non iu-
uabat contra Alphonsum, & Fabritium, quia primo se
obligauit Illustris. Dux, & deinde prædictus Alphon-
sus, & Fabritius, tam quando in terra Baruli Illustris.
Dux se obligauit ante latam sententiam prædictam
contra Ioan. Aloysium, quam post, quo casu non vide-
tur Dux, qui primo se obligauit, fideiussisse, seu se obli-
gasse contemplatione secundi, quòd etiam suadeba-
tur, quia in stipulatione obligationis dicebatur pro ma-
iori cautela Blasci, & Alexandri Mariæ, & sic etiam in
libris prædictorum apparebat notatum. Item quia di-
ctus Illustris. Dux pluries fideiusserat pro Ioan. Aloy-
sio in alijs summis, pro quibus alij fideiussores dati non
9 fuerunt, † & à consuetis, valet argumentum *l. vel vni-
uersorum, ff. de pignor. act.* Item voluit Dominus Dux
promissionem indemnitatis à Ioan. Aloysio, & sic con-
tentus ea fuisse videbatur.

Quibus sic stantibus in facto, dicebatur claram esse
10 de iure conclusionem † quòd quando primus non se
obligat contemplationi secundi fideiussoris, hoc casu,
si creditor liberauit secundum fideiussorem primo fide-
iussore soluente non obstabit creditori exceptio ceden-
darum actionum, postquam primus non contraxit con-
templatione secundi, ita in specie Bartol. *in l. si stipula-
tus esses, §. fin. vers. primo casu, ff. de fideiuss.* reassumit
Negus. *in tract. de pign. in 3. membr. 5. par. princ. num.*
11 *36. vers. 5. fallit.* Et ex hoc etiam dicebatur, † quòd
quando duo diuersis temporibus fideiubent, non habet
locum beneficium diuisionis, *iuxt. glos. 1. in l. si plures,
ff. de fideiuss.* & est text. *in l. si Titius, & Seia. ff. eo. in 2.
resp.* Si ergo non potest opponi contra creditorem ex-
ceptio cedendarum per primum fideiussorem, nec be-
neficium diuisionis apparet, quòd Alex. Maria non te-
nebatur cedere, & quamuis cessio facta fuisset, diceba-
tur, quòd erat inefficax, & ex ea non aget Illustr. Dux
12 eo etiam magis, † quia idcircò confideiussori cessis
actionibus competit actio post solutionem contra a-
lium fideiussorem, quia videtur soluens emisse nomen
debitoris, vt est text. elegantissimus, & clarus, *in l. cum
is ff. de solut.* quem allegat *glos. in d. l. cum alter.* plenè
Rota Rom. *in 1. par. decis. de nouo impressarum, in de-
cis. 148. 2. column. vers. 3. facit num. 4.* quod dicebatur
cessare in casu, de quo agebatur. Sed pro parte Illustris.
Ducis dicebatur ipsum se obligasse, etiam contempla-
tione secundorum fideiussorum, ex quo per quatuor te-
stes, inter quos sunt Notarius, & Index, probatum fue-
rat, quòd ipse Dux in præsentia Blasci Spinulæ tenue-
bat se obligare, seu ratificare, nisi se obligassent Alphon-
sus, & Fabritius, qui eadem die se obligauerunt, & in
hoc casu ipsemet Bartol. limitat suam conclusionem in
d. l. si stipulatus esses, §. fin. & Negus. *in d. 5. Fall.* & da-
to hoc pro vero, nec etiam procedit alia conclus. *glos.
in d. l. si plures* respectu beneficij diuisionis, vt tenet
13 Imol. post Paul. de Castr. *in dict. l. si plures,* † quamuis
Bartol. *tam ibi, quam in l. si Titius, & Seia* teneat e-
tiam habere locum beneficium diuisionis inter plures
fideiussores obligatos diuersis temporibus præter quam
quando vnus ex fideiussoribus non esset idoneus. Quæ
opinio multis ex Dominis, qui hoc discusserant, verior
visa fuit. Item circumscripta hac probatione, diceba-
tur, quòd quamuis isti fideiussores non se obligassent
coniunctim, sed primò vnus, & posteà alius quia obli-
gauerunt se ipsos, & omnia eorum bona, creditor sal-
tem tenebatur cedere iura pignoris secundo loco acce-
pti, secundùm Salic. *in l. 2. C. de fideius.* quem refert, &
sequitur Negus. *vbi suprà, in 3. ampliat. num. 57. vers.
3. amplia. quod d. l. 2.*

Quartò dicebatur, discussionem prædictam non de-
seruire in casu, de quo agitur, quia Doctores dubitant,
si liberato primo fideiussore per creditorem, qui non
contraxit contemplatione secundi, fideiussor potest
opponere exceptionem cedendarum actionum aduer-
sus creditorem contra eum agentem, & dicebatur,
quòd non, quia non poterat cogi ad cedendum, cùm
primus non contraxerit contemplatione secundi. Hic
non est casus noster, quia quando Alexander Maria,
& Blascus cesserunt Magnifico quondam Paulo Pude-
rico, à quo habet causam Octauius Pudericus, &
successiuè Illustris. Dux, nemo ex fideiussoribus præ-
dictis erat liberatus, Imò Paulus tunc temporis ab eis
habuit cessionem contra duos ex fideiussoribus, non
informatus de alijs, qui etiam erant fideiussores, & ex
interuallo contra alios, inter quos sunt Fabritius, &
Alphonsus, & ex ijs arguitur voluntas Pauli, & ceden-
tium, quæ erat, vt pecunia ab omnibus exigeretur, &
quæstio Bartol. & Negus. est necessaria, renuente ce-
14 dere creditore, † quia non potest, stante vnius libe-
ratione, sed quando cessit, quòd sit inanis, & inefficax
ad agendum. Hoc dicebatur iure non probari, nec
Paul. de Castr. hæc dicit *in d. l. cum is.* immò quando
creditor posset cedere, quia non liberauit secundum fi-
deiussorem, haberet locum contra creditorem dispo-
sitio *text. in d. l. in creditore, supra alleg. in primo fun-
damento.* Nec super hoc fit difficultas per Bartol. nec
per Negus. *in locis, supra allegatis,* quia ipsi videntur
dubitare, quando est liberatus vnus, contra quem
cessio fieri non potest, & hæc difficultas concernit de-
bitorem, & creditorem, sed quando cessio est spontè
facta à creditore vni ex fideiussoribus, alijs non libera-
tis, & est inter fideiussores hæc lis, hoc non deciditur
per prædictos, sed debemus stare regulæ positæ *in d. l.
si fideiussor. & in d. l. cum alter,* quòd cessio operetur,
& licèt ex prædictis non esset necessaria responsio ad
prætensas coniecturas, quod Dux non se obligauit
contemplatione Fabritij, & Alphonsi, nihilominus
dictum fuit per alias coniecturas inferri, quòd Illustris.
Dux se obligauit contemplatione ipsorum, quia publi-
cata (vt dictum est) sententia visitationis, per quam
Ioan. Aloysius fuit suspensus ab administratione per
annum, noluit Blascus soluere pecuniam virtute pri-
marum cautelarum, † nec cogi poterat per mutatio-
nem status d. Ioan. Aloysij suspensi ab exercitatione di-
cti officij Dohanerij, ex dispositione text. *in l. cum quis,
& in l. si cum Cornelio. ff. de solut.* de quibus per Dec. *in
l. rogasti, §. fin. in 2. not. ff. si cert. pet.* & per eundem *in l.
eius, qui in prouincia, §. placebat, eodem tit.* sed voluit
ratificationem Ducis, quia super feudalibus non erat
impetratus assensus, & potuisset præcedere reuocatio,
nec Dux volebat ratificare, nec se committere Ioan. A-
loysio tantùm, sed voluit promissionem indemnitatis
ab ipso, & ab alijs, & est credendum, circumscriptis
probationibus, Ducem voluisse, quod etiam alij fideiu-
berent, vt ipse tantominus remaneret obligatus ad sol-
uendum, quia publicata dicta sententia, erat in maiori
periculo soluendi, & vera est regula iuris, quòd vna
præ-

præsumptio tollit aliam. *l. Diuus. ff. de in integr. rest.* &
quamuis in libris Blasci, & in obligationibus dicatur
pro maiori cautela Blasci, & Alexandri Mariæ, & non
per hoc excluditur, cautela Illust. Ducis, quæ ex iuris
dispositione ex hoc actu resultabat, & ex ijs decisum
fuit etiam in fauorem Illustr. Ducis in hoc capite, nec
de prætenso metu, qui nouissimè allegabatur per Fabri-
tium, fuit habita ratio, tum stante eius qualitate, tum
etiã, quia apparebat in multis quantitatibus fideiussisse,
& in tempore non tantæ necessitatis, prout erat tempo-
re, quo Io. Aloysius erat (vt dixi) suspensus ab admini-
19 stratione officij, & sic iunctis Dominis Consiliarijs
duarum Aularum, fuerunt Alphonsus, & Fabritius con-
demnati ad contribuendum in solutione prædicta ad
commodum dicti Illustr. Ducis in certis portionibus, &
deinde cum Illustr. Dux pretenderet, quòd tenerentur
prædicti vltra eorum portiones ad contribuendum in
portionibus aliorum fideiussorum, qui interuenierant
cum dictis Alphonso & Fabritio, qui non erant soluen-
do postquam omnes erant in solidum obligati, & fuisset
opposita contra Ducem exceptio prædictæ sententiæ,
facta, magna discussione, fuit datus terminus in causa,
& posteà partes super hoc vltimo transegerunt. Roppi-
lus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Fuscum *in sing.* 12. *lit. A. & in sing.* 78. *lit. F.*

Num. 5. Adde Viuium *in decis.* 218. *n.* 2. omnino Cartar. *in decis. Genue.* 61. & an teneatur creditor cedere iura contra se ipsum? Vide Soc. *in l. Frater à fratre n.* 10. *ff. de cond. indeb. & infra decis.* 260.

Num. 8. Vide Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *c.* 146. vbi quando quis præsumitur, fideiussor, vel debitor principalis.

Num. 12. Adde Io. Bapt. Cost. *in tract. de retrotract. fol.* 220, *n.* 2. & Thes. *in decis.* 166. *n.* 3. Vbi Doctissimus filius in addit. Hinc idem filius *in addit. ad dec. dict. sui genitoris* 191. refert fuisse per Senatum Pedemont. iudicatum, nulla fideiussori competere actionem si soluit contra confideiussorem, absq; cessione, post Viuium, & alios Doctores, quos allegat Io. Bap. Cossa *de ration. rat. q.* 22. Est benè verum quod si fideiussor soluit debitum, pro quo fideiussit potest agere contra principalem debitorem etiam non cessis sibi actionibus, vt post Abb. scribit Viuius *in decis.* 210. *n.* 1. vbi ita iudicatum refert.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Differt an fideiussor soluat pro debitore, an pro fideiussore, & an cum cessione iuris à creditore, vel sine.*
2 *Fideiussor soluens contra fideiussorem negotiorum gestorum habet actionem, quia soluendo, etiam confideiussorem à creditoris obligatione liberat.*
3 *Contraria recensetur opinio.*
4 *Fideiussores non censentur inuicem fideiubere, sicut in duobus rei debendi.*
5 *Fideiussor soluens non confideiussoris, sed suum negotium agit, cum insolidum teneatur, & liberet debitorem soluendo, & se à propria obligatione.*
6 *Cautela vt fideiussor soluens, indemnis seruetur.*
7 *Creditor, qui solutionem à fideiussore recipit, cedendo nomen dicitur vendere fideiussori.*
8 *Cessio isthac quo tempore fieri debeat.*
9 *Nemo dat, quod non habet.*
10 *Ampliationes, & limitationes remissiuè.*
11 *Creditor an teneatur cedere ius, quod sibi non obest, sed quod reo, vel fideiussori prodest, & an contra seipsum.*
12 *Cessio quando fiat per creditorem agentem contra tertium possessorem ipsi possessori offerenti debitum, vt valeat agere contra debitorem, & eius bona.*
13 *Sed ipse cessionarius non potest agere contra alios tertios possessores posteriores cedentis, nisi pro rata debiti.*
14 *Posterior creditor, an agat contra anteriorem creditorem, vt sibi cedat actiones, et pignora, si ei creditum offert.*
15 *Confessio cedentis, seu liberatio debitoris, facta per cedentem post cessionem cessionario factam, non nocet cessionario si debitor cessionem sciebat.*
16 *Hinc oritur Cautela, vt cessionarius, habita cessione, illam notificari faciat debitori cesso.*
17 *Secus si confessio fuerit facta ante cessionem, quia tunc nocebit cessionario.*
18 *Solutio facta cedenti, nocet cessionario; item res iudicata contra cedentem, vt non valeat agere.*
19 *Cedenti remanent iura directa, & ei regulariter solui potest.*
20 *Sententia contra cedentem an noceat cessionario.*
21 *An transigi possit cessione non obstante.*
22 *Sententia lata contra cedentem an noceat cessionario.*
23 *Declinatoria fori non transit contra cessionarium.*
24 *Priuilegium dotale, an cedi possit extraneo ex causa necessaria.*
25 *Exceptio cedendarum etiam post sententiam opponi potest.*
26 *Et opponitur, non obstante statuto reijciente omnes exceptiones, si ipsi exceptioni non est specialiter renunciatum.*
27 *Præsentanti schedulam, vel Apocham banchi vel[illegible] soluitur, sicut adiecto, & quid mutata persona conditione.*
28 *An adiectus solutioni possit agere, vel expectare spontaneam solutionem, remissiuè.*

1 AD hanc adde, quod † differt, an fideiussor sol-
uat pro debitore, an pro fideiussore, & an
cum cessione iuris à creditore, vel sine.
Nã si soluit pro debitore, licet cessionem nõ
habeat mandati, tamen Contrariam contra debitorem
habet Bar. *in l. reos, n.* 1. *ff. de duobus reis, vers. tu* Adde
Villalob. *lib. Commun. verbo. fideiussor.* Si verò soluit
pro fideiussore absq; cessione non potest agere Ronche-
gal. *de duob. reis, in d. l. reos, n.* 55. *per tex. in l. cum alter*
C. de fideiussor. & nouiter vidde Coppen. *in decis.* 55.
Saxon. incip. Nihil. in Germania, qui per quindecim
numeros hanc quæstionem disputat, & materiam *l.*
Modestinus, de solution. latissimè tractat, & vide Cole-
rum de *Process. execut. p.* 1. *c.* 10 *nu.* 5. Schurf. *in consf* 80.
2 & 88. *Centur.* 2. Hart. Pistor. *dec.* 48. latissimè. Et † licet
aliqui velint fideiussorem soluentem contra fideiusso-
rem neg. gesto. actionem habere, quia soluendo etiam
confideiussorem à creditoris obligatione liberat, per
gl. *in l. creditor, verbo, iuuare vers. iudicis, C. de duob.*
reis. & per aliam *gl. in verbo, in l. si in rem, C. si cert pet.*
tamen Calerus *in c.* 20. *n.* 372. & Schurfius, *d. consf* 80.
vers. non obstat. nu. 4. post Bart & alios DD. *in l. ex fa-*
cto, num. 4. *C. de negot. gest. & in l. cum alter, de fideiuss.*
3 † Contrarium tenent viuis duabus rationibus, Altera,
4 † quòd fideiussores non censentur inuicem fideiubere:
sicut in duobus reis debendi *gl. in verbo, si quis autem*
de duob. reis, & per consilium So: in. 200. *col.* 3. *vers. no*
5 *autem;* & altera ratione † quòd fideiussor soluens, non
confideiussoris, sed suum negotium agit, cùm & ipse in
solidum teneatur. Igitur soluendo, liberat debitorem,
6 & se a propria obligatione. † Et ideò si fideiussor in de-
mnis seruari velit, Cautela iuris est, vt à creditore ces-
sionem iurium petat, & ipse creditor cedat, & pro ces-
sione iurium solutionem recipiat, tunc enim contra
confideiussores ex iure cessio agere poterit, *l. vt fide. l.*
vt fideiuss. ff. de fideiussor. DD. *in l. Modestinus, de solut.*
& Co-

& Colerus d.c.20.n.366. & 372. Schurfius *conf.88.n.4.*
7 *Cent. 2.* dicunt hanc esse communem † Creditor enim qui solutionem à fideiussore accipit, quasi nomen vendere fideiussori dicitur, *l.cum is, qui, verbo, in solidum. de fideiuss.l. Papinianus, ff.mandati, l.cum alter.C.de*
8 *fideiuss.*Colerus. *c.10.p.1.n.375.* Et † licet dubium fuerit ante, vel in ipsa solutione cessionem necessario faciendam, *ex l.Modestinus, vers.quod si ante,* vbi Angel. *n.3.* Io.de Imol.*num.1.& 3.*& Bart.*n.2.*tamen Raphael Cuman.*in d.l.Modestinus, n.3.per l.cum is, qui, versic. sed cum se ita, de fideiuss.* & Colerus *d nu.370.& 375.* etiam ex interuallo posse fieri cessionem, dicunt de Communi opinione, de qua ego dubitarem, per ea, quæ
9 Præsidens *inf. decis. 477. nu. 9.* † Quia nemo dat quod non habet; sed sic est, quod creditori solutum est, & actio exstincta, ergo cedi non potest; De quo videndi sunt pro Ampliatione ad Conclusionem Cumani, Soc. *in conf.200.*Bar.*in l.stipulatus, §.1.nu.3.& 4.de fideiuss.*
10 Ronchegall. *in d.l.reos, n.56.de duob.reis,* qui duas † ampliationes, & limitationes ad dictam conclusionem ponunt. Bart.*in l. Modestinus.n.9.* post Cyn.*ff.de solution.* Castrens. *in l.fideiussorib. & in l. Paulus, de fideiussor.* Salic.& Alberic. *in l.1.C.de duob.reis,* & Coler. *dicta p.2.c.2.nu.14.* Ant. Thesaur. omnino videndus *in*
11 *decis. Pedemont.191. incip. Duo.* † An autem creditor teneatur cedere ius, quod sibi non obest, quod reo vel fideiussori prodest, & an contra seipsum; Præsidens *infra decis.260.& 427.* Dec.*in conf.104.* tenet, quod creditor etiam contra ipsum cedere tenetur: sed Caballin.
12 *in Mileloq. 445.* tenet contrarium. † Sed quando fiat cessio per creditorem agentem contra tertium possessorem, ipsi possessori offerenti debitum, vt valeat agere contra debitorem, & eius bona. Hart.*in c.1.lib.2.tit.de*
13 *Creditore.* Sed † ipse cessionarius non potest agere contra alios tertios possessores posteriores cedentis, nisi pro rata debiti. Capic.*decis.51.n.8.& 9.*Præsidens inf.*decis.*
14 *260.& 427.*ad quas dico, & Caball.*Milleloq.446.*† Et an posterior creditor agat contra anteriorem creditorem, vt sibi cedat actiones, & pignora si ei creditum offert. Dec.*conf.44.* Venocin.*in Speculo, p.6.tit.de test. product.n.16.*Ad num.12. Costa, *de ratione Rata, quæst.*
15 *23.num.8.* Ad num.13.*vers Quarto dicebatur.* Adde † quòd confessio cedentis, seu liberatio debitoris facta per cedentem post cessionem cessionario factam, non nocet cessionario, si debitor cessionem sciebat. Rolan. *conf.8.num.55.vol.2.* Put. *decis. Auenion.99. In diuersorio, decis. Tolosana, decis.119.*Ozasc.*decis.Pedem.45.*
16 † Et ideò Cautela est, quòd cessionarius, habita cessione, illam notificare faciat debitori cesso. Ita Ozasc. *dec.*
17 *62.& seq.*Guid.Pap.*decis.530.*Sed nota, quòd † si confessio cedentis fit ante cessionem, ipsa confessio nocet cessionario; Aemil. *decis.93.p.1.* Item nota quòd sicut
18 † solutio facta cedenti, nocet, ita etiam nocet res iudicata contra cedentem cessionario, vt non valeat agere,
19 quia † cedenti remanent iura directa, & regulariter ei solui potest, Bart.*in l.1 n.16.ff.de act.& oblig.* Caballin. *Milleloq.822.decis.Genuens.104.n.11.& 17.* Acutissi-
20 mi Caratij, Sed an † sententia contra cedentem noceat
21 cessionario, vide Afflic.& Addentes *in decis.163.* † An
22 transigi possit cessione non obstante, *in decis.335.*† An sententia lata contra cedentem officiat cessionario: Pu-
23 teus *decis.80.lib.3.*† Declinatoria fori, non transit con-
24 tra cessionarium. Afflict.*decis.74.*† Priuilegium dotale cedi potest extraneo, si fit ex causa necessaria: si credimus Afflict. *in decis.306.* Sed contrarium tenet Bar. *in l. vnica C. de priuileg. dot.* atque ipsum sequitur Myn-
25 singerius, *in lib. Obseruation.Centur.3. Obseruat.3.* † Exceptio cedendarum etiam post sententiam opponi
26 potest, Bart. *in l.si minoris, ff.de administr.tutor.* Et † opponitur non obstante statuto reijciente omnes exceptiones, si ipsi exceptioni specialiter non est renunciatum. De quo Dec. *in conf.27.vol.1.* Ad num. 15. huius
27 decisionis adde tu, † quòd licet præsentanti schedulam vel apocham banchi, rectè soluitur, sic etiam adiecto, prout Stracha, *in tract.de adiect.p.3.* & Barbaius *decis.*
*26.*tamen si adiectus conditionem mutat, non rectè soluitur, nec ei fit coacta solutio, tex.*est in l.cum quis.ff.de solut.* Ita per illum text. Io.Bapt. Costa, *de ratione, rata nouissimè, quæst.20.num.2.* hunc numerum allegans, & *quæst.71.n.6.* Doctissimè, & *ad n.16.* vide Coppen.*dec.51.in fin.in decisionibus Germaniæ.* Sed de fideiussore simpliciter, & indemnitatis, & de nomine debitoris cesso, videndus est Magonius *in decis. Florentina 38. &*
28 *39.* An † autem adiectus solutioni, possit agere, vel solutionem spontaneam exspectare. Magon. *decis. 34. Lucens.incip.Vincentius;* & latissimè Arisminus, *in lib. Var.iuris sententiarum, tit. de fideiussorib. lib. 1. pag. 128.& in tit.de solutionib.eod.lib.pag.195.*

ADDITIO D. NOVARII.

Fideiussor soluens pro alio confideiussore creditori eorum iure cesso ab ipso agere potest contra confideiussorem ad soluendum eius ratam, & ita Castill. *in decis.22.n.38.*Molsес.*conf.28.nu.15.* Modern.*de patria potestate.p.1.c.8.n.173.* vbi allegat. Thesaur.*latè in dec. 191.per tot.*& Amic.*in conf.34.*& iuxta decisionem hic relatam de hoc anno 1621.obtinui in quadam facti contingentia in Curia Nolana, à qua sententia, cùm fuisset appellatum sic deinde fuit confirmatum, & nouissimè habes in Tutamin. pauper. *in tit. 1. de quinquen. dilat. pag.16.n.35.*

Nota tamen, quòd inter alia beneficia fideiussoribus competentia est beneficium cedendarum, quod conceditur, quando fideiussor vult totum soluere, & intra sibi instat à creditore contra reum principalem, vel fideiussores pro rata ad eos tangente, cedi. *l. cum is qui ff.de fideiuss.l. vt fideiussor, & l.cum aliter. C. eod.tit.* Bald.*in l.si dubitet.num.2 ff.eod.*Cast.*in l.vt fideiussor. 40. numer.1.ff. eod.tit.* Mart. *in rub. eod.num.28.* Alexand.*conf.38.in fin.volum.5.*Socin.*conf.200.num.1.& 3. in secundo,* vbi docet, quando huic beneficio renunciari possit, Roland.*conf.88.num.2.*qui dicit, quòd si se fideiussorem quis negat, perdit hoc beneficium, *volu.4.* & faciunt *l.fideiussoribus l.Strichum, aut Panphilum in §.pen.ff eod.& l. Modestinus.ff.de sol.*quibus in locis dicitur, quod quando sumus in pluribus fideiussorib. qui sunt obligati in vna obligatione, nam quando astringũtur ad soluendum possunt petere sibi cedi iura ab ipso creditore non tantum contra debitorem principalem, verùm etiam contra fideiussores: Alioquin, nisi sibi cedantur talia iura, possunt recusare solutionem facere, & firmant hoc idẽ.Bal.*in l.si diuisa.C.loc.& conducti.* Abb.*in conf.2.num.7.extra eod.*Roncag.*in l.reos num. 55.ff.de duobus reis.*Milanens. *decis.Sicul.1.par.2.*Magonus *decis.Flor.94.*& Carrocc.*decis.87.*Gabr.*consil. 44.& 63 volum.2.* imò duo fideiussores ex interuallo fideiubentes habent beneficium cedendarum, Bart.*in l. si Titius num.1.ff.eod. & in l. cum aliter C.eod.* & in casu quando duo fideiubent, & vnus ex ijs soluit integram quantitatem, pro qua ambo fideiusserunt, quòd possit is, qui integrè soluit obtenta cessione à creditore, & non aliter, agere contra alium confideiussorem pro consequutione portionis ad eum spectantis, faciunt *l.fideiussor.ff.eod.l.cum aliter C.eod.* vbi glos. dat concordantias, Negusant.*de pign.in 5. par. in 3.membr. in 1.limit.num.36.cum seqq.* Costa *de portione rata quæst. 22.*vbi firmat, quòd fideiussor non potest exigere ratam à confideiussore, nisi priùs cessis iuribus per creditorem, etiam nolentem ex multis, quos id tenere cumulat, & bene id explicat, Bal.*in l.fideiussor.50.ff.eod.*dum firmat, quòd accessorius contra accessorium sine cessione non agit.

Vt dixi conclusio, quòd fideiussor non potest conueniri à creditore, nisi creditor eidem iura cedat, pro quibus agit contra principalem debitorem, de qua text.*in l.2.C eod.in l.mulier in fi.ff.qui poti.in pig.habeantur, & l.pupillus ff de administr.tuto.* non procedit quando creditor pacificatur, ne possit ad cedendum astringi, nam tali casu ad cessionem faciendam cogi non potest,

Glos.

Glos. *in d. l. 2. C. eod. in verbo ius pignorum vers. si ergo.* vbi subdit, quòd nec agere poterit credito, & facit *l. fideiussorib. ff. eod.*

Vnum scias ex proposito, quòd cessio iurium debet fieri ante solutionem, vel saltem in actu solutionis, non autem post, & ex interuallo, nisi processerit pactum de cedendo, aliàs non valet. *l. Modestinus. vbi omnes ff. de solution.* Specul. *de renunciat. §. primo num. 23.* Maria. Socin. *cons. 18. n. 9. vol. 1.* Dec. *cons. 99.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 45. n. 26. & præsumpt. 143. num. 6.* Franc. *de fideiuss. c. 5. nu. 482.* Anton. Hering. *d. tract. de fideiuss. c. 28. n. 34.* & ratio est, quia cùm iura post solutionem remaneant extincta non aliter cedi possunt, cum solutione eius, quod debetur omni tollatur obligatio, *inst. quib. mod. toll. obligat. in princip. vbi Glos. & glos. in § sed neque vers. contra eum in auth. de fideiuss.* Rot. diuers. *in impress. decis. 153. nu. 2. in 2. p.* quæ dicit cessionem post solutionem ex interuallo factam nullam, & maximè cùm obligatio, & actio semel extinctæ non reuiuiscant amplius, *l. qui res in § aream. ff. de sol.* cum de priuatione ad habitum non detur regressus. Nam cedēs ius, quod habet, nihil cedit si nullum ius habet *l. si sic legatum in § si mihi ff. de l. 2.* Cab. *cons. 35. n. 5.*

Quod autem dictum est istam cessionem ante solutione faciendam esse, vel in actu solutionis, adde quòd etiam potest fieri post, modò in continenti fiat, vt etiam quando in solutione est additum pactum, quod dicta cessio possit fieri post. Bertaz. *de clausf. clau. 40. gl. 4. n. 8. ver. cessio autem.* imò in nonnullis casibus cessio etiam post solutionem fieri, & peti potest, de quibus per Bar. & alios *in d. l. Modestinus. ff. de solut.* Dec *cons. 446. nu. 1.* Socinjun. *cons. 26. n. 8. lib. 2.* Gabr. *cons. 63. n. 3. & 10. in 2. p.* vt est quando actio aduersus particularem debitorem verè non est sublata, & extincta Abb. *cons. 738. n. 6. vbi add. in littera D.* idem quando fideiussor propriò nomine soluit ex interuallo, quia tunc etiam post solutionem potest obtinere cessionē iurium, cùm tali casu mero iure debitor obligatus sit Cabal. *d. cons. 35. n. 4.* vbi pariter ex instrumento guarantigiatur agitur, Anton. Hering. *d. c. 28. n. 44. de fideiuss.* ex alijs, quos citat, imò quod absolute cessio iurium etiam post solutionē fieri possit dicentes veriorem, & communem, respondentes *l. Modestinus. ff. de solut.* & alijs qui pro negatiua deducuntur, tenuerunt Ias. *in l. si res obligata n. 44. ff. de leg. 1.* Bal. *in l. alterius in § fin. ff. de tut. & rat. distrah.* Alc. *in l. ex duob. col. pen. ff. de duobus reis* Purp. *in l. 1. n. 68. C. de transactio.* Euerar. *cons. 184. n. 5.* Valent. Franc *tract. de fideius. c. 5. n. 484. cum seqq.* Bal. *in l. si res obligata,* & meliorem, & recentiorem sententiam vocat ex alijs cumulatis, per eum Ant. Hering. *tract. de fideiuss. c. 28. nu. 43.* qui respondendo fundamentis, quæ per tenentes contrariam opinionem hanc sententiam amplectitur, volens etiam post sententiam in executione opponi posse, cum hoc quod sententiam non impugnet, vt per eum ibid. *num. 44.*

Insuper circa hoc est annotandum, quòd fideiussor soluens id pro quo fideiusserat potest illud repetere à principali debitore, etiam non cessis sibi iuribus: non tantùm pro sorte principali, verùm etiam pro damnis vsuris, & interesse ratione indemnitatis promissæ Abb. *in c. peruenit. nu. 2.* vbi hoc etiam alij notant, *extra eod.* idem Abb. *cons. 60. col. 1. lib. 1.* Viui *decis. 210. num. 1.* fideiussor enim debet conseruari indemnis à suo principali, etiam quod non sit promissum, vt diximus supra quando egimus de cautione indemnitatis, & in hoc particulari firmant Simon de Præt. *cons. 153. nu. 23.* Viuius *dicta decis. 210. n. 1. lib. 2.*

Et est tantæ virtutis huiusmodi exceptio, quod creditor non potest aliter cogere fideiussorem, vel correum ad soluendum, nisi cessis actionibus, & stante statuto, quod instrumenta guarantigiata indistinctè non attenta aliqua defensione executioni mandentur, nam per hoc non excluditur, hæc exceptio, quæ venit ex eadem causa Bertaz. *de clausf. clauf. 40. gl. 4. n. 8. vers. & in tantum tenetur.* Mant. *de tacit. & ambig. p. 2. lib. 16. tit. 19. n. 14.* qui excipit solutionem, & falsitatem.

Cessio ista confideiussori, & correo solidum soluenti in totum facienda est, dempta tamen rata soluentis *l. si plures, ff. eo.* Valent. Franc. *de fideiuss. c. 15. n. 490. 491. & 498.* Anton. Hering. *de fideiuss. c. 27. p. 3. n. 33.* Bertaz. *loco præcitato num. 10. vers. cum tamen cessio venit,* quod & voluit Bar. *in d. l. Modestinus num. 9. de sol.* etiam, quod renunciatum sit huic exceptioni refutata opinione Dyn. *vt per eum.*

Insuper annotandum est, quod beneficium cedendarum in nonnullis casibus nihil proficit, & non operatur, quem teneri, & astringi posse ad cedenda iura.

Primò quando huic beneficium fuit renunciatum. Specul. *tit. de renunciat. §. 1. n. 11. vers. sed dices* Marf. *rub. eo. n. 29.* Valent. Franc. *de fideiss. c. 5. num. 500.* Bertaz. *de clausf. clausf. 40. Glos. 4. num. 9. & 10.* Bernard. Moscat. *in prax. fideiuss. p. 1. mod. 20. nu. 38.* & diximus supra hoc eodem *c. n. 15. vers. huic beneficio.*

Secundò si fideiussor se fideiussorem esse neget, & de mendacio conuincatur. Nam, & hoc casu per hanc inficiationem, hoc priuilegium perdi volunt Marf. *rub. eod. num. 324.* Duen. *reg. 322.* Franch. *cap. 5. num. 500. d. fideiuss.*

Tertiò quando pater iussit filiofamilias solui pecuniam, & sic quando pater pro filio intercedit. Tunc enim pater beneficium cedendarum actionum non habet ad repetendum id, quod pro filio soluit Bart. & alij *in l. cum filius. ff. de verb. oblig.* Corn. *cons. 352. lit. M. alias 214. n. 2. lib. 2.* Boer. *decis. 221. n. 11.*

Quartò si mulier agat contra correum, vel fideiussorem obligatum ad restitutionem dotis, tunc enim exceptionem cedendarum actionum non obstare fauore dotis authores fuerunt Soc. *cons. 200. incip. quoniam ex forma vol. 2.* Negusant. *de pig. p. 5. princip. memb. 3. p. 1. n. 31. & seq. per l. iubemus. C. ad Velleian.*

Quintò quando primus fideiussor se non obligauit ratione secundi, & eius contemplatione, hoc enim casu si creditor liberauit secundum fideiussorem primo fideiussore non soluente, non obstabit creditori exceptio cedendarum actionum Bart. *in l. si stipulatus essem. § fin. vers. 1. casu. ff. eod.* Neguf. *de pign. in 3. memb. 5. par. principalis n. 36. vers. 5. fallit.*

Sextò quando est factum pactum, ne creditor possit ad cedendum astringi. *l. fideiussorib. ff. eod. glo. in l. 2. C. eod. in verb. ius pignorum vers. si ergo.*

Septimò quando creditor successerit fideiussori.

Octauò in muliere, quæ viro alienanti consenserit, & in simul renunciauerit hypothecæ, vt de vtroque casu Bertaz. *de clausf. clausf. 40. Gl. 4. n. 12. & infra.*

Amplius aduertendum, quod si ex duobus constituentibus obligationem in solidum ipse vnus soluit solidum ipse habet regressum contra correum pro portione ad ipsum spectante. *l. 2. C. de duob. reis, vbi glos. & doct. id notant.*

Intellige modò in actu solutionis à creditoribus iurium cessionem obtinuerit, qui eidem illa cedere tenentur. *l. cum apparebit, ff. loc. l. si diuersa C. de eod. tit.* vbi Gloss. & DD. Bar. *in l. Modestinus n. 8. ff. de sol.* Alc. *cons. 38. n. 7. lib. 5* Soc. *cons. 290. in prin. lib. 1.* Neguf. *de pign. p. 3. memb. 5. p. princip. n. 33. versic. adde insuper* Roncagl. *in l. reos n. 54. ff. de duob. reis.*

Plus etiam sine cessione iurium correis datur actio ad inuicem, & qui solidum soluit à correo partem ad eum spectante petere potest. Bart. *in l. Modestinus n. 6.* Soc. *consil. 18. n. 9. vers. solum ergo* Roncagl. *in d. l. reos n. 32.* Cat all. *cons. 35. n. 10.* qui *n. 11.* dicit hoc verum quando obligatio est ex causa onerosa.

Et de isto beneficio videatur nouissimè. Mant. *de tacit. & ambig. p. 2. lib. 16. ti. 19. n. 14.* & Graff. *in suo tract. de except. ad materiam stat. exclud. omnes except. except. 10. nu. 26. cum seqq.* vbi ponit quando vnus fideiussor potest opponere exceptionem cedendarum contra alium agentem.

25 *Collecta in Regno tempore quorum Regum fuerunt inuenta.*
26 *Collecta Ciuitatis Neapolis olim soluebantur, loco quorum fuit data Curię gabella boni denary.*

DECISIO LVI.

Exactio annua certarum vnciarum soluta per subditos per 40. & vltra annos Baroni, in futurum debetur vbi ex instrumentis apparet aliqua eius iuris mentio exigendi.

CVm Illustr. Princeps Venusij vtilis Dominus Terræ Iesualdi, esset in possessione, seu quasi exactionis ab vniuersitate prędicta Iesualdi annuarum vnciarũ quatuordecim, dicta vniuersitas se grauauit de dicta exactione in Sacro Consilio anno 1564. Et quia in scripturis publicis apparebat de exactione ab anno 1494. fuit conseruatus in possessione exigendi dictus Princeps postquam conseruationem vniuersitas obtulit, supplicationem petendo declarari non licere dicto Principi dictam exactionem facere, & super dictis vnciis quatuordecim eidem Principi nullum ius competere, & pro obtinenda liberatione
1 dicebat, in † dubio vniuersitatem præsumi liberam à præstatione huius collectæ. *ex reg. l. altius. C. de seruit.*
2 & maximè, † cùm per Constit. Regni, quàmplurium, sint declarata, ea in quibus vassallus teneatur Domino,
3 inter quæ non adest hæc collecta, † quæ collecta, seu indictio (vt infrà dicetur) non poterat imponi nisi per Regem, & in casu magnæ necessitatis, vt est text. & ibi And. plenè *in tit. quæ sint regalia. in verbo, extraordinaria collatio, & est totus titulus, noua vectigalia imponi non posse, & in d. tit. quæ sint regalia, in verbo vectigalia inter regalia connumerantur*, & propterea dicebatur, quòd quamuis pro parte dicti Illustr. Principis esset verificata possessio, seu quasi exactionis dictarum collectarum per multos annos postquam ta-
4 men ius resistit huic possessioni Principis, † & collectæ prædictæ sint de Regalibus, possessio debet esse tanti temporis in cuius contrarium non extat memoria hominis, vt inducatur præscriptio, iux. not. *in c. cum persona, de priuileg. in 6. & per* Balb. *in tract. de presc. in 6. p. prin. in 6. q.* & in specie collecti loquitur Luc. *in l. hac lege, 1. col. vers. & not. quod collecta. C. de aquad. lib. 11.* Lup. in repet. *c. per vestras, incipit, sed est pulchra dubitatio, col. 11. vers. & presupposito, de don. inter vir. & vx.* & nouissimè Io. Garz. *in trac. de expen. & melior c. 9. 3. col. ver. ex quo. num. 8. in 17. vol. tract.*
5 † quæ possessio tanti temporis, quamuis fuerit articulata prætenditur, quòd non fuerit probata, eo magis quia testes deponentes super ea, non deponunt singuli omnia requisita, de quib. per gl. *in c. 1. de prescr. in 6.* Nec dicebatur esse coniungendum testimonium illorum de visu deponentium cum illis de fama publica, quia allegabatur, eosdem testes deponere debere omnia requisita, secundùm Flor. *in l. seruitutes, la grande col. 11. ver. tu. dic. n. 30. ff. de seruit. tit. generali*, & ita dicebatur fuisse decisum in Regia Camera summariæ, in causa Illustr. Marchionis Lauri, cũ vniuersitate Lauri, & videtur tenere Rota Rom. vt refert Put. *in 2. lib. decis. 348. in causa salama. fol. 426.* Tanto etiam magis quia ex scripturis introituum pręsentatis, quę sunt ante annũ 1494. non apparet, quòd inter alios introitus sint annotatę istæ vnciæ quatordecim, & nouissimè dicebatur ex scripturis præsentatis apparere, has vncias quatuordecim solui pro custodia castri, quę cùm hodie cesset, debet cessare & ipsarum solutio.

Quibus non obstantibus, Sacrum Consilium (me referente) iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum, iudicauit contrarium. Apparebat enim ex processu, Terram Iesualdi in anno 1335. fuisse venditam, & in instrumento dicebatur expressè cum collectis, sub cuius collectæ nomine, semper reperitur facta hæc descriptio vnciarum quatuordecim, ab anno 1494. hæc antiqua possessio præsumitur habere iustitiam permanentem, vt ex Cino, & Baldo dicit Afflict. *decis 277. num. 5.* & licet Terra prædicta postea per diuersas manus ambulauerit, & etiam ad Regem peruenerit, & demùm in eamdem familiam Iesualdo redierit cum priuilegijs in quibus adsunt clausuræ, prout melius, & plenius: nihilominus postquam clarissimè apparet à dicto anno 1494 fuisse hanc collectam exactam vni-
6 formi pręstatione, † ex hac exactione, seu quasi possessione collectæ prædictæ, priuilegia, & clausulæ in eis appositæ interpretationem assumpserunt, ac declarationem, ex ijs, quæ Rom. *in cons. 89. visis ijs, colum. fin. versic. vltimo præfatam, & in consil. 281. vis tota, in tertio argumento* Frecc. *in 2. lib. sui tractat. in 46. aucto num. 11. versic. & ex hoc hodie in Regno, fol. 234.* Quibus accedit, quòd in alijs Terris Baroniæ Iesualdi in omnibus eadem collecta reperitur descripta, & annotata sub nomine collectæ, & hodie exigitur, nec de eis cum dictis Terris conuicinis aliqua est con-
7 trouersia: quo casu etiam succedit alia conclusio, † quòd in dubio recurrendum est ad consuetudinem regionis, quando de propria consuetudine non apparet. *l. si seruus plurium §. fin. de leg. primo, & in c. certifica-*
8 *ri, de sepult.* & † quòd in præstationibus debet seruari consuetudo Prouinciæ. Par. s, vbi allegat Andr. in multis locis *in tract. de reinteg. feud. col. 4. versic. qualiter ergo, fo. 62.* & est etiam text. *in c. super eo, de censi.* vbi etiam Abb. dicit, quòd in modo procurandi, & alijs obsequijs præstandis, attenditur consuetudo vicinorum, & nouissimè dicebatur, quòd erat quasi sopitum in Regia Camera Summariæ, nam dum anno 1518. deberetur releuium Regiæ Curiæ, & esset data lista introituum Terrę Iesualdi, & aliarum Terrarum, in quibus hæc collecta exigitur, & prætenderetur per vtilem Dominum deductio, ex quo dicebatur, quòd exigebatur hæc collecta pro custodia castri, non fuit admissa hæc prætensio, sed reseruata donec decideretur, quòd dictæ collectæ exigantur, & conuertantur in custodiam prædictam, quod adhuc non apparet. Immo in inuentarijs tantummodo in ennumeratione introitu-
9 um dicitur, pro collecta simpliciter, † & hæc decisio Regiæ Cameræ in istis introitibus multùm prodest, vt considerat Loffred. *consil. 36. Magnificus quondam,*
10 *colum. 3. versic. non obstat, num. 9* † quod consilium si legatur, etiam fortificat primum fundamentum huius decisionis, quia ideo ibi consulitur, & deciditur contra actorem, ex quo non apparebat post concessionem Terræ cum clausulis prægnantibus fuisse in possessione, seu exactione annuorum ducatonorum 330. prætensorum ibi; quibus conserunt dicta per D. Antonium de Padilla *in l. si quas actiones, 3. colum. versic. quibus, casibus fol. 140. C. de seruit. & aqu.* quando considerat pręsentiam magistratuum, & alias scientia Apostolica multum operatur, & dicit Bellug. in Spec. *princip. tit. de decimis rub. num. 14. §. hactenus fol. 71.* & dicit Afflict. *in decis. 340.* quòd Princeps multum confidit in officialibus reg. Cameræ, allegat Luc *in l. si quando. C. de bon. vacant.* & quando tractatur de præscriptione immemorabili, quòd sufficiat scientia officialium Principis tenet Io. Guttierez Lusitanus *in 6 q. lib. 1. vers. fin.*

Quibus stantibus fuit dictum, non obstare in contrarium allegata, & primo dum dicebatur requiri possessionem immemorabilem, quia præsumptio iuris est contra Principem, & quòd collectæ sint de Regali-
11 bus, respondebatur hoc assumptum negari. † In Regno enim nostro adsunt collectæ, quæ anno quolibet soluuntur Baroni, & maximè in Prouincia Principatus, vt est collecta Sanctæ Mariæ de qua loquitur Luc. de Pen. *in l fi. C. de exact. tributo. lib. 10. 1. col. vers. huius gratia,* & Paris. *in tract. de reintegr. feudo. in c. Baro habebat. fol. 97.* Loffre. *in tit. de feud. def. mil. §. filij verò col. 6. vers. postremo est aduertendum, &* Capic. *in inuest. feud. in verbo, Clerici, & in verbo, collectis,*

lectis, vbi loquendo prius de collecta Sanctę Mariæ, quam dicit esse continuam, & habere Barones dicit, & aliæ similes quæ pręstantur per diuersa tempora anni Baronib. & iterum in verbo, vassallorum redditi-
12 bus, fol. 103. Quod etiam coadiuuatur, † quia in Regno habente Barones quædam demanialia tàm ex priuilegio, quam ex vetusta consuetudine, puta aquas, & multa alia, & in partibus Apuliæ, Clibana, & alia huiusmodi, quæ per eorum vassallos, neq; possideri, neq; præscribi licet, secundùm Lucam in l. quicumq. C. de fund. limit. lib. 10. de quo meminit Capic. inuestitura, in verbo, furnis. vers. & Lucas. fol. 113. & Afflict. in §. præterea ducatus, in 3. notab. in 10. col. vers. & scias, addit inter demanialia collectas Dominorum. Insuper idem Lucas in l. 1. C. de super indict. lib. 10. 3.
13 col. ver. & inde est, † quod in quibusdam Terris ex antiqua consuetudine Domini imponunt tallias certas, & absq; peccato exigi possunt, si non sint immodera-
14 tæ † Postquam igitur in Regno habent Barones has collectas, & alia prædicta, non dicitur esse contra ius ipsorum quasi possessio, nec potest connumerari, hæc collecta inter Regalia. Si igitur non est possessio hæc contra ius, nec collecta hæc regalis, sequitur, quòd non modo per annos 50. & plus, per quos apparet hæc possessio de visu, præscribi potest, sed multo minori tempore cum allegatione tituli, qui ex præsentatione scripturarum per Principem, & discussionem de eo factam censetur allegatus, ex ijs, quę in controuersia inter Pileum, & alios decidit Iacobi. in inuest. feud. in tit. de homag. in col. 11. vers. sed pone Dominus, loquens, quando Dominus ageret. Et sic fortioribus terminis, quàm hodie conuenitur, & nihil produxit vniuersitas, postquā Baro fuit conseruatus, & reassumit prędicta Capic. in d. inuestit. feud. in vers. collectis. & sic ex hoc apparet, nec etiam obstare, quòd hæc collecta non repe-
15 riatur permissa per Const. Regni, quam plurimum, † ibi enim loquitur de adiutorijs, seu collectis extraordinarijs, quæ non præstantur, nisi in certis casibus. Nos verò sumus in collecta ordinaria, cuius, quantitas nunquam variata fuit, nec eius solutio cessat, exemplo eius, quod dicit Luc. de Pen. in d. l. fi. col. 3. vers. nunc autem. nec etiam, quòd sit de Regalibus, postquam Barones ex consuetudine ipsas exigunt, seu possident: Immo etiam si esset de Regalibus postquam
16 ex instrumento inito anno 1335. † apparet venditio cum collectis, & si semel hæc collecta est per Regem in alium translata, desijsset esse de Regalibus iuxta terminos, in quibus consuluit Cuman. in cons. 162. visa copia, quem sequitur Frec. in tract. prad. in 13. auctoritate, fol. 210. contra quod instrumentum non opitulabatur vniuersitati, quòd per eam dicebatur, in hoc instrumento non apparere assensum, nec esse probatum eius effectum, quia sumus in antiquis, & postquam hodie etiam per annos plusquam septuaginta, non negatur, quin vtiles Domini possederint, seu exegerint hanc collectam vniformi præstatione præsumitur possessio ex titulis præcedentib. l. quadam mulier cum concor. ff. de rei vend. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. Apparet igitur ex prædictis non obstare, quæ contra Principem allegabantur ex resistentia iuris, & quòd collecta enumeretur inter Regalia, & quòd hæc collecta non sit permissa per Constitutionem Regni.

Nec etiam obstat, quòd in alijs scripturis antiquis non reperiatur descripta hæc solutio, quasi quòd non fuerit hæc collecta inter introitus. Nam vltra, quòd ex dictis scripturis non infertur necessariò, quòd hæc collecta eo tempore non fuit connumerata inter introitus, in aliquibus ex prædictis scripturis reperiuntur descripti aliqui introitus sub nomine donorum, quę dona postea, licet voluntaria, sunt translata in collectas,
17 † & quæ prius appellabantur dona, nunc appellantur collectæ, vt declarat Luc. de Pen. in l. id. ab vna columna 1. in principio de annona, & tributorum Collect. l. 10. Post. And. in verbo extraordinaria collat. col. 3. de collecta dicunt fiscales, quæ sint regal. vbi Dominus Episcopus Nicoterę, in versic. adiutum,
18 pulchra addit † Quæ collecta etiam indictio appellatur, vt dicit Ant. ibi, & Luc. quem sequitur Capic. in inuestitionem in vers. feudorum adiutoria, in prin. fol. 4.

Nec etiam vltimum obstat, quòd fuerit hæc collecta concessa pro custodia castri, quod cùm hodie non custodiatur, dicebatur, non deberi, quia declaratio Regię Cameræ supra allegata tollit hanc difficultatem, cùm non fuerit hæc causa habita pro vera.
19 Insuper dicebatur, † quòd & si hæc collecta fuisset soluta pro dicta custodia, si tamen, cessante custodia, fuerit continuata solutio adhuc posset dici deberi ex ijs quæ idem Iacob. dicit in d. tract. de homag. col. fin. vers. cessante verò tali necessitate.

Et nouissimè ad id, quod dicebatur, quòd immemorabilis non erat probata, respondebatur, quòd in hoc casu non erat necessarium ex prædictis. Item fuit dictum, quòd dici poterat Florianum non dicere id, ad quod allegabatur, scilicet eosdem testes deponere debere omnia requisita ad probandam possessionem prædictam, quia dicit hæc verba, vel quòd saltem possessionem quadraginta annorum deponant de visu, & postea deponant de auditu. Sed quòd si sunt testes deponentes de visu, de annis 40. & alij de auditu, fama publica, & alijs requisitis, quòd hi testes non coniungantur ad faciendam hanc probationem: hoc non dicit Flor. & si diceret, de eius opinione dubitari posset, quia in materia probationum dicebatur, veram esse regu-
20 lam, † quòd quando plura tendunt ad perficiendum vnum totum, tunc quæ non prosunt singula, multa iuuant, Bar. in l. 1. §. idem Cornelio, vers. sed contra prędicta ff. de quæst. Anch. cons. 276. viso diligenter. colum. 1. Alex. cons. 13. ex his col. pen. & fin. vol. 1. maximè in factis antiquis, in quibus coniunguntur diuersæ species probationis ad faciendum plenam probationem, secundùm Franc. de Aretio in cons. 42. viso, col. 2. cum alijs optimè dictis per Loffr. cons. 8. Magnificus, col. 2.
21 num 10. vers. in probationibus, vbi plenè concludit, † quòd quando probationes diuersi generis tendunt ad idem totum perficiendum, probationes prædictæ sunt releuantes. Hic dicebatur, quòd poterat esse casus, de quo agebatur, quia aderant testes deponentes de visu à 40. annis, alij de auditu, & auditu auditus, de fama publica, & quòd nunquam fuit auditum contrarium, qui omnes testes tendunt ad idem, scilicet ad perficiendam probationem immemorabilem. Ergo ex prædictis videbatur, quòd coniungi possit. Sed quia hoc non fuit discussum, quia non necessarium ex prædictis, ideo non pono quid Sacrum Consilium iudicauerit, in hoc, si casus acciderit poterunt ista, & alia videri, & pleniùs discuti, & maximè Lud. Molina in tract. de Hisp. primog lib. 2. cap 7. num. 35 versic. quod si inter plures. fol. 256. post hanc decisionem edito. Benè tamen aduertendum est, quòd quando hæc vltima opinio esset vera, testes etiam deponentes de auditu, deberent esse ad mi-
22 nus annorum 54. † quia Doctores dicunt, huius ętatis debere esse testes super ea deponentes, prout de hac probatione est videndus Balb. in alleg. tract. de præsc. in par. 2 3. par princ. num. 24. versic. sed quaro qualiter. plenissimè Didac. in repet. reg. possessor malæ fidei, in §. 3. num. 76. cum seq. & quemadmodum est facienda probatio de visu per testes, qui per 40. annos viderint,
23 sic quòd 40. annis audiuerint: † ne fit plus priuilegiata probatio possessionis per auditum, quæ facilior est, quàm probatio possessionis de visu, quæ est diffici-
24 lior. Item est etiam aduertendum, † quòd testes qui in probatione dictæ possessionis immemorabilis producuntur, debent deponere de fama in articulo facto ad probationem ipsius immemorabilis, non autem in vltimo articulo, qui communiter fit in fine articulorum. Item quòd de prædictis omnibus est publica vox, & fama Io. Lupus in repet. c. per vestras in c. sed est pulchra quæst. col. 11. vers. vide Fel. allegat Signorolum

cons.

*cons.70.in q.vertente, num.*19. de quibus etiam meminit Ludou.Moli.*vbi supra n.*38.de quo dolui,& de Ludo. meminit Ioan. Goterius, *vbi supra*, & quomodo articuletur, & probetur possessio immobilis Io. Roppei *decis.*40.*q.*5.*fo* 233.

25 Et quia supra facta est mentio de collectis, † non ommittam inserere,tempore quorum Regum fuerunt in Regno inuentæ. Andr. ponit *in d.§.extraordinaria collatio*, Capic. *in d. inuest. in vers.collectis, in tit. quæ sint Regalia, in vers.& plaustrorum. col.*3.*vers. secunda q.* est;vbi pulchra reperiuntur, & adde, † quòd in
26 Ciuitate Neap. prius soluebantur collectæ, vt colligitur ex dictis Andr. *in auth.habita, col.pen.nu.*14.*vers. quid ergo si intras scolas*, loquens in specie in ciuibus Neapolitanis scolaribus, loco quorum Cipac.*in inuest. sub verbo,collectis vers. Neapolim.f.*123.*& vers. Regalia,& vers.collecta soluebantur. fo.* 282.dicit fuisse datam Curiæ gabellam boni denarij Die 24 Decembris 1596. Actuario Capua.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.19.& seq.Vide vtrumque Ann *in sing.*516.*f.* 311.*& in Const. constitutionem nu.* 188. D. Annam.Iun.59.*nu.*19.*cons.*111.*nu.*64. D.de Curte *de feudis fol.*78.*nu.*8. Videatur idem Ann.Iun. *cons.*60.*num.* 17.18.D.Io.Andr.Geor. *in alleg.*14. *nu.*16. & an præscriptio centum annorum differat a præscriptione tanti temporis, cuius memoria non extat in contrarium, Vide Afflict.*in Const.littera vniuersis num.*6.

Num.20. Adde videndum Paris. *cons.*27.*nu.*77. *vol.* 2.Gram.*cons.*3.*n.*18.Crauet.*cons.*260.*col.fin.* & Gabr *de probat.conclus.*1 *nu.*33.

Num.21.Adde Cacheran.*decis.* 101.*nu.*16. 41. Capyc.*decis.*193.& Campan *cap. regni nu.*47.

Nu.22. ibi ad minus 54. annorum Adde Verrallum *in decis.*290 *p.*3. Cacheran. *in loco supra citato n.* 26. Viuium *in opinio* 965.*col.fi.p.*3.Malc.*in tract. de prob. in concl.*1040.*n.*5.*vol.*2.Episcopum Minorens. *in ver. præscriptio vers.*15.*fol.*175.*a terg.*

Videatur Viuius *vbi supra*, Molina *hic alleg.* & Veral *decis.* 71. qui opinantur testem debere esse ad minus 50.annorum.

Num.23.Adde Viuium *in opinio* 898.*nu.*10. 11. vbi hunc locum allegat.

Quomodo testes debent deponere memoriam non extare, Vide Afflict. *in Const quatragenalem n.*8.Nattam *cons.*636.*n.*105. Anton.Gabr *in tit. de præscript. conclu.*1.*num.*81. Viuium *in decis.*77.*ad fin.vbi num.* 1.ponit de probatione centenariæ.& Marcell.Cala.*in tract.de modo articulan. nu.*246.*fol.*92 Farinac.*in tit. de opposito.contra testes q.*96.*c.*2.*n.*210.post Mascard. *in d.conclus.*1040. Vrsill.*decis. Afflict.* 154. Ann.Iun. *cons.*59. *num.*... Capi blanc.*in tract. de Baron.fol.*52. *nu.*162.*& seq.*

Et qualiter sunt formandi articuli, Vide Natt. *cons.* 98 *num.*20.

Testibusque deponentibus affirmatiuè, in hac materia magis creditur, & præferuntur negatiuè deponentibus secundùm Ann.*sing.*511.

Et an in hac præscriptione requiratur bona fides, Vide Nattam *cons.*456. *num.*15. & ibi de materia, & in *d.cons.*636.*num.*112. Anton.Gabr. qui *supra num.* 57. vbi enumerat 13 effectus, qui ex ea oriuntur, ad quem recurrendum est.

Præscriptio centenaria est minor immemorabili secundum Couar.*in c. possessor.hic alleg.§.*3. *numer.* 6. quem refert,& sequitur D.Curte *loco supra citato fo.* 78. & qualiter probetur centenaria,Cala *loco supra citato fo.*92. An præscriptio centum annorum differat à præscriptione,cuius memoria non extat, Vide Afflict. *in Const.cum vniuersis num.*6.

Et quid si producitur titulus vitiosus,vel inualidus,an dicta præscriptio iuuet, Vide Aymon.*de antiq.temp.*4. *p.§. absolutis nu.*59.*& seq.fo.*258.Gabr.*loco sup. citato* *n.*53.Rot. Auen.*decis.*128.*num.*24.Crauett.*cons.* 146. *num.*2. omnino D.Reg. Lanarium *cons.*35. *num.* 14. *cons.* 94. *à num.*3.*& seq.* qui omnes affirmant non iuuare, sequitur Bursat.*cons.*23.*nu.*19. *volum.*1. *qui nu.* 20. dicit malam fidem in initio nocere omnibus successoribus vniuersalibus, quia ipsi non possunt præscriptionem incipere post Couuar. quem allegat *in d. regula possessor*, & nouissimè relato Couarr sequitur Nauarr.*cons. fin.in tit. de præscrip. fol.* 280 & iterum *cons.*13.*num.*4.*in tit.de reb. Eccles.non alien. fol.* 361. Aluarus Velascus *consultatione* 95. *numer.* 9. & dicit Aret.*in §.furtiuè sub nu.*1. *Instit.de vsucap.* quòd qui est in mala fide non præscribit in æternum,sequitur D. de Curte *de feudis fol.*74. *num.*107. imò idem Dominus *fol.*78.*num.*11.dicit quòd præscriptio immemorabilis, seu centenaria ex titulo inualido,vel vitioso nihil operatur, & refert sic per Regiam Cameram iudicatum,& relato D.de Curte,sic tenet D.Georgius *in dicta alleg.* 14.*nu.*18.Adde etiam quòd hanc decisionem in puncto principali refert, & sequitur Capiblancus *in dict. tractat.fol.*38 *numer.*88.Vide Dom.Borrellum ad Bellugam *in speculo principio fol.* 28. *litter. M.in nouis.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

25 *Strena non debet dari Baronibus, vel alijs, Calendis Ianuary.*
26 *Strena antiquitus dabatur pro augurio.*
27 *Augurium peccatum est.*
28 *Sed debet dari in Die Natiuitatis Domini Nostri ad ostendendum eius Aduentus lætitiam maximam.*
29 *Collecta est de Regalibus.*
30 *Res Regalis semel alienata, an dicatur amplius Regalis.*
31 *De probatione immemorabili, remissiuè.*

1 AD hanc decisionem adde, quæ dixi supra, *de-*
cis. 22. Sed an † Barones possint collectas,
& talleas imponere vassallis pro libitu vo-
2 luntaris Boer. *decis.* 126. † An registrum
ipsorum fidem faciat. Francis. Marc. *decis.* 224. Guid.
Pap. *decis.* 581. & ipsemet Franc. Marc. *decis.* 600. *&*
605. Caualc. *decis.* 18. *nu* 8. & Minadoua *decis.* 43. Et
3 † an Inuentarium probet, & quando pro Ecclesijs, vel
Baronibus. Afflict. *in decis.* 324. *incipien. Agitur*, vbi
4 Visill. & Anna, *Alleg.* 144. *In hac* † Et quando aliquis
est immunis in aliqua Terra, caueat se in libro æstimi,
vel registro vniuersali soluentium describi, quia sibi
5 præiudicat. Gabr. *li Conclus. in tit. de immun.* † Immò
scriptus debet appellare infra decem dies, aliàs dicitur
6 consentire. Thesaur *decis.* 149. *in* 1. *par.* † Quòd autem
contra Barones pro vassallis semper sit iudicanda an-
garia, in expresso concludit Gramm. *in consil ciuil.* 98.
incip. Redemptoris gentium, vbi de prestatione collecta-
rum, & fere loquitur in terminis huius decisionis. Cã-
pan. *in cap. Regni, Grauamina.* Rouit. *in pragm. de Ba-*
ronib. latissimè, licet quidam Nouissimi aliud sense-
rint; & hic doctissimus Presidens integerrimus in iudi-
7 cando † cautelam dat vassallis *in decis.* 131. *in fin. num.*
27. Vbi datur cautela, quòd demum volente Barone
exactionem facere vassalli contradicant, & à solutio-
8 ne abstineant. Item adde, quòd † Baro imponit assi-
9 siam rebus vendendis, secundùm Annam, *Sing.* 60. †
Sed pro mea patria fuit decisum, facto verbo, hoc ius
assisiæ spectare ad Catapanos Vniuersitatis, & non ad
10 Baronem, Sed † pœnam falsorum ponderum ad Ba-
ronem, & eius Officiales, in bancha tunc Milonis ho-
11 die Scacciaventi. † Item Baro potest virtute Pragma-
ticæ, Dispendia litium, & cap. Detestantes, causas sum-
mariè committere, vt dicit Paris *in tract. Synd. ver-*
bo, sententia. Sed de hoc latissimè Afflict. *in Proæmio*
Constit & Marcell Calò *in tract. De modis articulan-*
di, in princip. post Pandum Grauin. *in Pragm Dispen-*
12 *dia* † item potest facere statuta in sua Baronia iuri
non contraria, sed non legem, & alia facere, quæ Re-
gens Tapia. *in tit. de Offic. & Authorit. Baron* qui plu-
13 ra; Sed dicit vnum, vassallis displicens, † quòd Baro po-
test leuiter verberare vassallos, secundùm Parid. quod
absit hoc seculo, & hodiernis temporibus, quæ tàm
optimo Rege, & Catholico, & iusti fautore, & eius
generali Vicario, & Prorege gubernantur æquilibrio,
ac prudentissimè. Et sileant Paris, & Beltrandus, pro-
14 ut † silet hisce temporibus Bart. *in l. probibitum, C. de*
iure fisci libr. 11. volens resistendum esse Officialibus.
15 † An barones prohibere possint venationes, dico *in*
16 *decis.* 158. † Item Barones habentes iurisdictionem
Ciuilem, Mixtum, & Merum Imperium, Officiales,
Assessores, Iudices secundarum, & tertiarum causa-
rum, si habent, annales creant, licet regulariter Offi-
cialium creatio spectet ad Principem, ipse Consiliar.
Tap. *in Constit. Occupatis* 1. *à num.* 6. *vsque ad* 19. non
ad beneplacitum, vt decidit hic Præsidens, ad quem
dico *infra decis.* 409. qui debent esse de statu non lon-
ginquo, vt decidit etiam hic author *decis.* 526. *in fine.*
17 † Item ipsi Barones habent Merum, & Mixtum Im-
perium, ex communi formula Inuestiturarum. Idem
Regens Tap. *in constit. Ea, quæ ad decus à num.* 43.
vsque ad numer. 50. vbi latè contra Barones. Item
18 † non habent reuisiones: & ita practicatur; & ibidem
19 dicit † ad Baronem non esse appellandum licet à
delegato appelletur ad delegantem: motus authori-
tate Preccie *in lib.* 2. *Subfeudor. authoritat.* 13. & ibi-
20 dem *num.* 54. dicit quòd † Baro propriè Officialis di-
21 citur. † Item Barones leges annales constituunt vas-
22 sallis, † non generales, nec legi generali contradicen-
tes. Ipse Regens *in Constit. Nihil veterum numer.* 9.
23 *in tit. de legib.* † Nec possunt habere Procuratorem,
vel fiscalem Aduocatum Barones Regni, nisi Bisiniani
Princeps. Regens ipse *in tit.* 17. *incipien. item quod pro-*
24 *curator. sub tit. de offic aduoc. & procur. fiscal.* Nec †
possunt facere gratias post sententias, nisi secundas, &
tertias causas habeant, vt dicit Præsidens *decis.* 370. ad
quam dico, & ipse Regens in *Pragm.* 21. *incip. Per*
quanto, sub titu. de Baronibus. Ad num. 14. de titulo:
addo Menoch. *præsump.* 131. *num.* 72. *verbo, & hæc qui-*
25 *dem, lib* 3. & ad hanc decisionem adde, quòd Strena †
non debet dari Baronibus, vel alijs primo die Ianuarij,
26 † quia dabatur antiquitus pro augurio, & † peccatum
27 esset secundum tex. *in Decreto Pontificij iuris inci-*
28 *pien. Legant Episcopi, distinct.* 37. † Sed die Natiuita-
tis Domini Nostri Iesu Christi Saluatoris mundi, ad
ostendendam eius Aduentus veram lætitiam, vt docet
Neuizan. *in sua Silua nupt. versic. seni non est nuben-*
dum n. 31. vbi de hoc laudat Mediolanenses & Papien-
ses. Sed de consuetudine, & obseruantiæ effectu, &
priuilegijs latissimè Ioseph Ludouic. *Conclus.* 38. vbi
ponit Casus, 156. *notandos*, qui sunt notandi, *ad nu.* 8.
ibi: vicinorum, Adde in materia furnorum *decis.* 16. *2.*
fallens Ad num. 10. ibi. seruitute, & aqua. vide Spe-
cul. *in tit. de decim.* § *tractemus.* Ad numer. 11. ibi:
vassallorum, Camer. *fol.* 103. *litera F. in cap. imperia-*
lis, Plura de obseruantia, & consuetudine dico in hac
decis num. 7. & dixi ad *decis.* 124. *num.* 3. vbi de con-
suetudine attendenda circa decimas. Adde de hac col-
lecta ad numer. 11. Sanctæ Mariæ, Annam, *Singu-*
29 *lar.* 91. *verbo, Collecta Sancta Maria.* vbi dicit † quòd
est de Regalibus, & de hac Collecta Sanctæ Mariæ
videas Felic. 46. *consil.* Ad numer. 16. ad hanc Regu-
30 lam, quòd † res Regalis semel alienata, non dicitur
31 ampliùs Regalis. Ad numer. 22. † de probatione im-
memorabili, Adde omninò Mascard. in *tract. de pro-*
bat. in verbo immemorabilis. Præsidens *inf. dec.* 91. *&*
166. & omninò Grammat. *dec.* 67. Carauita, *Ritu* 84.
nu. 3. Marsil. *Sing.* 80. Afflict. *decis.* 239. *& quæst.* 2. *in*
Proæmio Constitution. Paul. Fusc. *Sing.* 3. *verbo tempus*,
vbi latissimè, & doctissimè. Ad n. 15. & 16. De collecta
boni denarij, vide quæ benè hic Præsid. dicit, & de an-
tiqua poss. quòd præsumatur. De strena Calendis Ia-
nuarij, quo ad masculos, & Calendis Martij, quòd ad
fęminas danda, videndus est omninò nouissimè Anto-
nius Surgens, *in libr.* 1. *de Neapoli illustrata, capite*
quinto, num. 26. *&* 27. latissimè, qui optimè differit.

ADDITIO D. RICII.

EXactio annua certarum vnciarum soluta per sub-
ditos per 40. & vltra annos Baroni in futurum
deberetur; vbi ex instrumentis apparet aliqua eius iu-
ris mentio exigendi, hoc dicit. nota hinc euenire, quòd
si per longum tempus aliqui fuerunt de demanio pos-
sunt dicere, quòd eis sit permissum, & semper sint in
demanio Iser. *in c. Imperialem num.* 80. *& melius in §.*
similiter num. 16. *de cap. Corr.* & si aliquis soluit cano-
nem emphyteoticum, per longum tempus, tunc pro-
batur, quòd res emphyteotica sit, & deseruit, si instru-
mẽta essent deperdita, Dec. *cons.* 146. *& cons.* 164 *n.* 12.
& 13. *cons.* 285 *post nu.* 2. si soluit quis longo tempore
censum, oritur actio personalis, secus pro bonis. quia
tunc est actio realis Iser. *de contr. iter mascul. & fœ-*
min. num. 8. quando ostenderetur titulus, & inualidus,
tunc cessaret dispositio, quæ limitatio non haberet lo-
cum, quando interuerteretur possessio Goffred. *in cap.*
ait de controuers. feudi fol 5. *col.* 4. *& fol.* 6. In alimentis
sufficit prestatio per triennium Bar. *in trac de aliment.*
num. 29. & ex ista solutione acquiritur actio personalis
tan-

tantum, secus quando soluit pro bonis, Isern. *de controuers. inter masc. & fœm. num.* 8. solutio census sequens declarat contr. ctum, Dec. *cons.* 463. *nu* 19. quid si parochianus ostendit fuisse præstitas, quot annis oblationes *decis. Pedemont.* 92.

Aduertendum tamen est, quòd quando pendet aliquid à mera voluntate prædicta non procedunt, nam quod dependet à mera voluntate præscribi non potest *gloss. & Doct. in l. petens, C. de pact.* & ideo in Rota Pisana fuit decisum Hebreos solitos commodare lectos D. Gubernatori, non posse cogi accommodandum per vim, vt refert Mart. *decis.* 229.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Barones non possunt collectas imponere vasallis, nisi adsit consuetudo immemorabilis, & quid in centenaria, & impugnatur,* R. de Curte.
2 *Declaratur, quando ius resistat consuetudini.*

1 INdefectibilis est conclusio non posse Barones collectas imponere vasallis etiamsi habeant merum, & mixtum imperium Mart. *decis.* Pisan. 160. Mauson. *de caus. exequut. ampl.* 30 *num.* 6. & extenditur licet maior pars vassallorum consentiret Nouar *de grauam vassall. grau.* 335. *volum.* confutato Capyc. *in dec.* 148. nisi adesset consuetudo immemorabilis, quapropter cum fuisset dubitatum respectu Vniuersitatis Iesualdi, quæ recusabat soluere Ill. Principi Venusij suo domino stante antiqua consuetudine S. C. iudicauit in beneficium domini pro continuatione possessionis R. Tapia *de iur. Regn. tit. de grau. vassall. num.* 17. Rouit. *in rubr. de vectigal. super pragm. num.* 20. sed Camill. de Curt. *in suo diuers. feudal in cap. super est modo* sentit nullam esse faciendam differentiam inter immemorabilem, & centenariam, & ratio possessionis prædictæ est quia per illam tollitur præsumptio, quod solutiones factæ præsumuntur per extorsionem, & per vim Andreol. *contrau.* 401. *numer.* 45. verius autem est non satis esse centenariam ex Thesaur. *decis.* 16. Montan. *de regal. rubr. vectigalia nu.* 5. & 6. & *est decis.* 118. Capyc.

Amplexanda est decisio in collecta S. Mariæ in Regno solita exigi à vasallis, & possessio Baronũ in hoc possessorio non est contra ius, sed non in alijs collectis, quibus restitit ius, vt ex traditis *numer.* 15 & *seq.* cum solius Principis non recognoscentis superiorem sit ius collectandi, nec clausula cum collectis solita in priuilegijs Baronum apponi communicat hoc ius Regale Baronibus, est enim de stilo sicut, & cæteræ, quæ operantur, si quæ iura extabant acquisita in feudis concessionis tempore, vt in *pragm.* 16. *de* Baron. Montan. *vbi sup.* sicut clausula in priuilegijs concessionem Baronibus de terris cum molendinis, furnis, angarijs, & perangarijs, nihil operatur nisi quod Barones habeant si quæ sunt concessionis tempore, & ex illa clausula subditi ad nihil obligantur, vt Aym. *in tract. de antiq. tempor. in part.* 4. *num.* 15. Gram. *cons.* 13. & 98. per tot Vrsill. ad Afflict. *decis.* 388. *nu.* 4. & 5. vbi etiam tradit contra præscriptionem immemorabilem posse allegari malam fidem, & Capyc. *decis.* 5. & Afflict. *decis.* 329. & 368.

SVMMARIVM.

1 *Testium absentium tàm infra, quàm extra Regnum, nominatio, qualis sit eius obseruatio in Regijs Tribunalibus.*
2 *Duo necessaria sunt pro prædicta nominatione facienda.*
3 *Testes quando recipiendi sunt, durante, vel elapso termino enunciationis.*

DECISIO LVII.

Nominatio testium per regiam Pragmaticam debet ad sui validitatem continere nomina, & cognomina testium, & quod nominatio fiat in vltimis partibus Regni.

PER Regiam Pragmaticam, quæ incipit.
1 *Quinta die,* † data est forma circa nominationem testium faciendam infra Regnum. Item per Ritum Magnæ Curiæ, qui est positus sub *rubric. de testib. inter Ritus Curiæ, in impressione nouissima in anno* 1568. incipit, *item nisi essent testes extra Regnum degentes,* est prouisum, quòd quando pars allegat habere testes extra Regnum fiat prorogatio termini, secundùm distantiam locorum, vbi testes degunt, deposita pecunia necessaria per producentem pro examinatione ipsorum? ipsisque testibus per nomina, & cognomina nominatis, ac præstito iuramento per producentem quòd non fiat animo calumniandi, & sub hac forma vidi nonnullas nominationes antiquorum Causidicorum huius fidelissimæ Ciuitatis, & esse in viridi obseruantia, inquit Afflict. *in Constitut. Regni causas aliquas, in* 6. *notab.* Deinde verò anno 1509. fuit edita Pragmatica, quæ incipit, *Raymundus, &c. vniuersis, & singulis,* qua Pragmatica in secundo capite ipsius prouisum est, quod pro quolibet mense dilationis vltramarinæ, seu extra Regnum obtentæ, tenetur is, qui obtinuit, facere depositum ducat. 15. applicandorum, si pars ea non fuerit visus, pro medietate parti alteri, & pro alia medietate commodis Tribunalis, vbi causa agitabitur. His Pragmaticis, & Ritibus stantibus consueuere nouissimi Causidici, seu partes, ad euitandum depositum, facere nominationes extra Regnum. Verum dicebant velle ea gaudere, ac si esset facta in vltimis Regni partibus, & hæc practica per multos annos transijt. Ad præsens, dum esset facta nominatio modo prædicto in causa reclamationis Reuerendissimi Episcopi Ciuitatis Nolæ, cum Magnificis Tiberio Brancatio, & Isabella Cameraria, in Regia Camera Summariæ fuit pro parte dictorum Tiberij, & Isabellæ oppositum nominationem prædictam non esse admittendam nonnullis impugnantibus practicam prædictam, & quamuis multa fuissent dicta per aliquos ex Dominis extra prædictam dubitationem, nihilominus cœpta discussione per vnum ex Dominis super validitate, vel inualiditate dictæ nominationis, fuit conclusum habita pro vera practica
2 prædicta pro nunc, † quod vt prædicta nominatio rite processisset, duo erant necessaria, nominatio, scilicet testium specifica per nomina, & cognomina: & quod nominatio esset verè facta in vltimis partibus Regni: quæ si non erat facta in vltimis partib. Regni, nominatio extra Regnum facta cum dicta qualitate opitulatur, Et dictum fuit, hanc practicam esse toleratã

Q 2 quia

quia facta nominatione in vltimis partibus Regni, non
fiebat iniuria alteri parti, si depositum non fieret, quia
in omnem euentum esset expectandum tempus con-
cessum litiganti pro nominatione facta in vltimis par-
tibus Regni, pro qua nominatione non tenebatur fa-
cere depositum, nec habebat maiorem dilationem.

Et propterea, quia in dicta nominatione, vt supra
facta, non erant specificè nominati testes, nec erat fa-
cta, nominatio in vltimis partibus Regni de nomina-
tione sic informiter facta, nulla fuit habita ratio, &
non admissa nominatione fuit etiam denegatum d.
Reuerendissimo Episcopo examen testium nominato-
rum in quibusdam partibus Regni, & in Ciuitate, stan-
3 te lapsu termini. Quia, † quamuis sit seruatum in no-
stris Tribunalibus, quòd durãte termino nominationis
recipiantur testes in Ciuitate, vel in loco iudicij, etiam
quod terminus esset elapsus respectu testium in Ciuita-
te, seu alijs locis conuicinis & rectè facta, & terminus
nominationis durat degentium, hoc permittitur,
quando nominatio est ritè, quia in hoc casu, nec etiam
fit iniuria collitiganti, cum publicatio fieri non possit,
nisi elapso termino, tàm in Ciuitate, quàm extra; sed
non admissa nominatione cessat dilatio, quæ pro ea da-
tur, & consequenter terminus datus in Ciuitate repe-
ritur elapsus, quo elapso examen non admittitur. Nec
videatur hæc decisio inanis, quia vidi multos errasse.
Die 14. Augusti 1575. fuit facta hæc decisio ad relatio-
nem Regiæ Cameræ in Regio Collaterali Consilio,
cum interuentu D. Io. Andreæ de Curte, Præsidis Sa-
cri Consilij, & mei, qui eramus adiuncti in causa præ-
dicta ordine Illust. quondam Proregis.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde videndum Muscat. *in Prax. S. C. in gl. su-
spect. n. 36. vers. veritas fo. 86. à terg. cum nu. seq.*
& ibi de materia, & nouissimè Rouitum *in prag. 3. de
dilatio* post Cerauit. *in Ritu* 140.

ADDITIO D. AMENDVLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio vltramarina semel tantum conceditur in
causa.*
2 *Causa si est magni ponderis, Iudex potest præcipere,
quod testes veniant coram se, expensis petentis, nisi
sint testes senes, & valetudinarij, & testib. nobilib.
equum, & expensas sibi, & fortè famulis dari iubet,
& rusticis mandare, quod pedestres expensis tamen
petentis accedant, & sic potest non committere exa-
men.*
3 *Testes an debeant habere mercedem, & salarium pro
damno passo. Affirmatiuè respondetur.*
4 *Testes non tenentur permanere in loco, ad quem vo-
cantur pro examine, nisi per quindecim dies.*
5 *Examen testium quando committatur.*
6 *Receptio testium siue in Curia, siue extra, in Sacro
Consilio examinandorum, non aliter quàm ab exa-
minatoribus fit, & ita per Collaterale Consilium ex-
pediuntur prouisiones, non tamen seruatur in causis
modicis, & pauperum.*
6 *Examen testium in repulsa, potest recipi ab examina-
toribus S. R. C. licet de iure deberent examinari co-
ram Commissario causæ.*
8 *Testes cogi possunt de loco ad locum venire, facto de-
posito dietarum.*
9 *Si essent feriæ messium, & testes non essent rurales,
quia fortè tunc excusantur si adesset consuetudo in
loco tempore messium, vel vindemiarum, & testes
etiam cogi possunt, si iudex offerret ius reddere, quia
non cogitur.*
10 *De practica recipiendi examen testium absentium,
remissiuè.*
11 *Testes citati ab vna parte, possunt examinari ab ad-
uersario etiam non citati, prout in vltima die ter-
mini recipiuntur.*

1 AD hanc decisionem 574 quòd † dilatio Vl-
tramarina, semel tantùm conceditur in
causa; Ita Imperator *in l. 1. in fine, & ibi
Scribent. C. de dilatio.* & idem annuit no-
uissimè Consiliarius Rouit. *in Pragm. Post prædictas*,
qui circa illos quinque dies videtur loqui aliter, quàm
hic Præsidens: *sed in pragm. 3. incip. Etiam*, laudat
Præsidentem, sed de Practica miratur, & ibi plura de
hac decisione videnda circa Practicam ipsius de qua
optimè Muscat. *in practica S. C. in verbo suspectorum.*
2 Adde † quando causa est magnæ importantiæ, Iudex
potest præcipere, quòd testes veniant coram se, expen-
sis petentis nisi sint testes senes, & valetudinarij, & te-
stib. nobilibus equum, & expensas sibi, & forte seruito-
ribus dari, & rusticis mandare, quòd pedestres sumpti-
bus tamen petentis accedant, & non committere exa-
3 men. Ita decisum Vrsi. dicit, *dec.* 137. † Habita pro
vera per nunc, in fine, & Anna *sing.* 519. Sed an testes
salarium debeant habere, & mercedem pro damno
4 passo? quòd sic; & † quòd non tenentur permanere in
loco, ad quem vocantur pro examine, nisi per quinde-
cim dies, iuxta *l. si quando, C. de testibus*, testatur fuisse
5 decisum Ozasc. *decis. Pedemon. 45. vol. 1.* † & quã io
examen testium committatur, latissimè Regens Tap-
pia, in iuribus Regni, in Pragmatica Causarum expe-
6 ditioni, vbi † quòd receptio testium siue in Curia, si-
ue extra, in Sacro Consilio examinandorum, non ali-
ter, quàm ab examinatoribus fit, & ita per Collaterale
Consilium, expediũtur prouisiones. Sed quòd hæc non
seruatur in causis modicis & pauperum, sub *tit. de offi-
cio examinator. test. fol. 171. & ibi in fine*, dicit vnum
7 notabile † quòd fuit decisum examen testium *in re-
pulsa* posse recipi ab examinatoribus S.R.C. licet de iu-
8 re deberent examinari coram Commissario causæ †
Quòd autem testes cogi possent de loco ad locum ve-
nire facto deposito dietarum, vt dicunt Rouit. & alle-
9 gati, decidit Thesaur. *decis. 39. incip. feryis n. 3. & 4.* †
Sed si essent feriæ messium, & testes non essent rurales,
quia fortè tunc excusantur, si adesset consuetudo in lo-
co tempore messium, vel vindemiarum, vt est in mul-
tis locis, quos officia exercendo perambulaui ius gra-
tia dicendi, testes etiam cogi possent, si iudex offerret
ius reddere, quia non cogitur. Ita Thesaur. *ibid.* quod
nota. Ad hanc decisionem, testium absentium ad exa-
10 men recipiendum. adde omnino tu Regnicola de eius
Practica doctrina Tartagl. *in Pragmatica Ciuili Mag.
Cur.* & Moscatell. *in sua Pract. Sacri Regij Consilij, in
parte sua 5. gl. in verbo, suspectorum*, qui per numeros
quadraginta, & quinque, Practicam ponit, & plures
quæstiones concernentes huius nostræ decisionis cau-
sam; & ibi qualiter fiat nominatio testium infra Regnũ
num. 15. & qualiter fiat extra Regnum à *nu. 31. ad* 38.
omninò videndum, quia optimè loquitur suo more.
Adde quòd Ritus, de quo hæc decisio loquitur *est 140.
& Pragmatica est sub titu. De Dilation. hodie.* Item te-
11 stes citati ab vna parte, etiam † non citati ab aduersa-
rio, prout in vltima die termini absque citatione exa-
minari possunt. Ita Anna, prædictus *Singulari* 510. *&
Singulari* 518.

ADDITIO D. RICII.

NOminatio testium per regiam pragmaticam de-
bet ad sui validitatem continere nomina, & co-
gnomina testium, & quòd nominatio fiat in vltimis
partib. Regni, hoc dicit: ad hanc materiam vide, quæ
adducit Rouit. *in prag. 3. de dilat.* Muscat. *in prax. Sac.
Cons. lib. 1. pag. 5. gla suspector.* Aduertas tamen, quòd
communis stylus supremorum tribunalium huius Re-
gni inoleuit, vt hæc nominatio debeat fieri infra quin-
que dies post terminum, aliàs illis elapsis vlterius non
admittitur, sed potest dubitari, an quinque dies, infra
quos

quos facienda nominatio quando incipient currere, an ab ipso instanti, quo terminus ipse notificatur, vel potiùs ab eo die, quo terminus ipse impartitus incipit currere, quam quidem dubitationem Ann. *in repetit. const. constitutionem diuæ memoriæ post n.264.* tetigit, sed non resoluit, sub promissione se alibi fuisse dicturum, & per regios consiliarios diuersimodè audio obseruatum, frequentiùs tamen fuit vsu recepta illa opinio, vt currat irreuocabiliter ab illo primo instanti, quo notificatur terminus primo loco impartitus, & huic opinioni non assentitur Rouit. *in Pragm. 7. de ord. iudic. n.25.* per rationes ibi per eum adductas.

Dubitatur etiam an nominationi testium deferendum, si non fuerit factum depositum infra quinque dies seruata forma Regiæ pragmaticæ, fuit bis in sacro consilio dictum, quòd non, in causa Magdalenæ Bertorectæ, cum Marchione Illiciti, & aliàs in causa Domini Caroli de Aquino Principis Castelloni, cum Domino Francisco de Aquino, vt refert Thor. *in compend. decis. in verb. nominationi testium.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Cautela nominandi testes extra Regnum sine deposito refertur cum censura* Muscatelli.

2 *Expenditur decisio insinuata per* D. Carolum Petra.

1 CEnsura afficit decisionem hanc Muscatellus in prax S.C. *p.5. glos. suspectorum n.36.* vbi in materia nominationis testium extra Regnum faciendæ aduertit non esse vera quæ D. meus firmat ex pragm. aliam similiter, pro quolibet mense dilationis extra Regnum obtentæ, cum qui obtinuit teneri facere depositum ducatorum quindecim, quia solum fiet vnum depositum, ad quod euitandum cauti procuratores apponunt clausulam velle gaudere termino, ac si esset facta nominatio in vltimis Regni partibus, qui terminus non excedit spatium trium mensium, & quamuis *per pragm. 4. & 31. de dilat.* contrarium videatur dicendū attamē praxis admisit non fieri depositū, vt traditur hìc, & firmat per doctus Iudex M.C.D. Carolus Petra *super rit.* M.C. 140.

Subnectitur forma faciendi nominationem in decisione ista, & subiungitur, quòd testes debent omnino nominari, & partes vltimæ Regni specificari, adeò quòd est facienda nominatio, nedum extra Regnum, sed intra Regnum, alias nominationi non defertur, quę verba repetit etiam D. Petra, qui testatur ita decisum in M. C. V. de anno 1652. verùm obseruo denegatam fuisse audientiam testium in exemplo allato, quia in prima instantia erat commissa, & in petitione iterata commissionis in secunda instantia aderat præsumptio calumniæ, vt firmat d. Author. vnde aut non vigeret praxis faciendi nominationem extra Regnum cum dicta cautela, quoties nominatio facienda esset nedum extra Regnum, sed intra Regnum, & consequenter existimarem admittendam nominationem extra Regnum sine deposito cum nominatione testium, ac si esset facta in vltima parte Regni, quę posset specificari, si nominans vellet gaudere trimestri: verùm audientia testium remittitur extra Regnum, aliàs non posset appellari nominatio extra Regnum, sed intra.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta domina, & patrona, filio instituto hærede, alimenta tantùm consequitur.*

2 *Alimentorum appellatione, venit etiam habitatio.*

3 *Legatum alimentorum vxori factum, respiciens commodum ipsius, & filij, mortuo filio non extinguitur, secus si filij tantum fauorem respiceret. num. seq.*

5 *Legata relicta ab instituto, quando non censeantur repetita à substituto, & num. 10.*

6 *Rationes, quare legata repetita ab instituto, censeantur repetita à substituto.*

7 *Testat. voluntatis declaratio in proposito legato, & n. 8.*

9 *Exceptio rei iudicatæ obstat petenti totū, & obtinenti partem.*

DECISIO LVIII.

Habitatio relicta vxori, vt apud eam educaretur, filius, donec vidua viueret in ipsa domo, debetur etiam mortuo filio, & etiam facta per testatorem in casu mortis filij, eidem vxori alia particulari prouisione.

VIrtute legati facti per Magnificum vtriusq; Iuris Doct. Io. Benedictum Gagliardum,
1 † qui instituto filio reliquit vxorem suam Franciscam Calanoua donnam, dominā, patronam, & vsufructuariam omnium eius bonorum, Dubium non est dictæ Franciscæ competiisse, & competere super bonis prædicti eius viri alimenta, secundū opinionem Bulga. de qua in vulg. *l. Titia, de leg. 2.* vbi
2 Bart. *& repet. plenè.* † Quorum alimentorum appellatione venit etiam habitatio, quia sine ea ali corpus non potest *l. legat. alimentis, ff. de alimen. & cibar. legat.* quod etiam in casu de quo agebatur, videtur colligi ex mente eiusdem testatoris, qui in eodem testamento, datis pluribus tutoribus Decio filio, voluit ipsum educari penes matrem, donec dicta eius vxor vidualem vitam ducendo, manserit in domo ipsius testatoris, sita Neapoli, vel alia domo, sita in pertinentijs Pizzifalconis, ita tamen vt si nupserit, vel in domo fratrum vxoris ipsa moraretur, Decius educari deberet penes fratres testatoris, & domus locaretur in beneficium, & pro ali-
3 mentis dicti Decij. Similiter dubium non est, † quòd postquam hoc legatum est factum in fauorem ipsius Franciscæ, vel etiam quòd esset factum in commodum vtriusq; scilicet matris, & filij, mortuo filio, adhuc legatum durat, vel quo ad alimenta, vel quo ad integrum vsumfructum, per tex. *in l. 1. C. de lega. vbi gl.* & Bart.
4 licet, † si respiceret fauorem filiorum tantùm, ipsis mortuis extingueretur. *l. illis liberis in fin. ff. de cond. & demonst.* prout plenè omnes casus distinguit Dec. *in cons. 601. viso eleganti cons. per totum,* & propterea dū mortuo Decio sine filijs, mater opposuisset contra substitutos declarari sibi cōpetere habitationem in domo testatoris ex prædictis, & quia legata ab instituto censentur repetita à substituto. *l. licèt Imperator, de leg. 1.* & fuisset exclusa per decretum Sacri Consilij (me referente) videbatur quòd mater rectè conquesta fuisset, & quòd propterea penè Sacrum Consilium secundo loco (referente D. Cæsare Vitello) prouiderat, dando ei habitationem. Quæ etiam eius prætensio coadiuuabatur ex dispositionibus testium deponentium de voluntate mariti, & ex testamento condito per Decium filium, quo similiter ei reliquit habitationem, vt voluntati patris se conformem redderet.

Ex aduerso pro parte fratrum substitutorum diceba-
5 tur prędicta omnia procedere, † quando in casu mortis filij instituti, & mortui sine filijs non esset facta antiqua prouisio in beneficium ipsiusmet legatariæ, prout erat in casu, de quo agebatur, vbi pater instituit filium Decium hæredem, cui quandocumque decederet sine filijs substituit in hæreditate sua matrem, & duos fratres, scilicet vnumquemque pro tertia parte, in qua tamen tertia parte, mater (eius vita durante) haberet vsumfructum. Quia hoc casu dicebatur, prędicta non habere locum, & ad hoc fuit dictum esse tex. particularem. *d. l. licèt Imperator versic. quid si substit.*

de leg. 1. & ibi Iuriscon. dicit in casu prędicto esse euidentem voluntatem testatoris, legata facta ab instituto, non censeri repetita à substituto. Hanc opinionem tenet ibi Bar. *in 1. col. vers. tertium exemplum*, & allegat tex. *in l. Latinus. ff. de legat.* 3. quem etiam pro concor. allegat. *gl. in d. l. licèt Imperator*, & post alios Iaso. *ibi. in 8. notab.* & iterum distinguens in subst. vulgari fideicommissaria, & pupillari, *nu.* 57. *vers. limita.*

6 Confirmabatur hæc opinio, quia † facta particulari prouisione in casu mortis sine filijs cessabant rationes generales, ex quibus legata ab institutis videntur repetita substitutis. Cessat enim ratio dilectionis instituti, de qua *in l. Publius, in fin ff. de cond. & demonstr.* cessat etiam ratio naturæ subrogati, de qua *in l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.*

7 Secundò dicebatur, † quòd si verosimilem mentem testatoris consideramus, hæc verè fuit eius voluntas, quam attendere debemus, *l. in conditionibus primum locum ff. de cond. & demon.* Testator enim expressè voluit ex legato prædicto vsusfructus, vt supra, vxorem debere habere alimenta, donec vixerit, voluitque in alio legato filium penes eam educari, donec mansesit in domo testatoris, in qua cum filio permanere volebat, quæ si non permaneret in domo testatoris mandauit, quòd locaretur in beneficium Decij, & hæc erat prouisio facta in vita Decij. Quando verò Decius sine filijs, quandocumq; moreretur substituit eam in tertia parte; & quemadmodum alimenta ei in vita debebantur, sic voluit, quòd in vita haberet tantùm tertiam partem fructuum, qui loco alimentorum succederent, aliàs enim maximum inconueniens sequeretur, quòd in vita Decij alimēta tantùm haberet, & post mortem opporteret, quòd haberet integrum vsumfructum hæreditatis contra mentem testatoris, qui nulla adhibita conditione in casu mortis Decij, simpliciter fratres cum vxore hæredes instituit, et si voluisset simpliciter vxorem instituere in integro vsufructu, post quam erat Iureconsultus, vnico verbo poterat vxorem suam in casu mortis Decij sine filijs in integro vsufructu bonorum instituere, eius vita durante, & post mortem eius fratres.

8 Nouissimè dicebatur, hanc quæstionem fuisse decisam per sententiam Sacri Consilij. Nam mortuo Decio, petijt mater vsumfructum omnium bonorum hæreditatis prædictæ, sub qua petitione veniebat vsusfructus istarum domorum, & discusso, ac relato negotio in anno 1568. fuit lata sententia pro dicta tertia parte in fauorem vxoris, fueruntque substituti à prædictis alijs prætensis absoluti, & sententia prædicta in rem iudicatam transacta, ad instantiam Franciscæ fuit executioni mandata. Vnde dicebatur, quòd stante exceptione rei iudicatæ, respectu totius vsusfructus, ampliùs de hoc tractari non poterit, quia petenti totum, & obtinenti partem, exceptio rei iudicatæ obstat *l. si quis cum totum. ff. de except. rei iud.* eo etiam magis quia pro executione sententię habuit ipsa Francisca tertiam partem vsusfructus dictorum bonorum, quo casu, nec de sententia cōqueri potuisset, etiā quod non esset in rem iudicatam transacta. *l. ad solutionem. C. de iudic.* quod etiam declarabatur per vnum ex Dominis. Quia aut mater veniebat virtute primi legati, in quo erat relicta donna, domina, & patrona, & sine dubio sententia obstabat, aut virtute alterius legati, vbi fuit prouisa educatio, & in domo testatoris, & dicebatur ex dicto legato non esse inductum legatum habitationis, quia tantummodo testator ibi designauit locum, in quo vxor cum filio morari deberet, & propterea videbatur secundùm eum, non necessaria discussio, quæ fiebat ex dispositione *d. l. licet Imperator*, in qua presupponitur factum legatum ab instituto. Subdebat alius ex Dominis, quòd etsi per legatū prædictum posset dici relicta habitatio, nihilominus contenta in legato predicto concernebant fauorem Decij, quia prouidit, quòd si mater non moraretur cū Decio in domo testatoris, quòd domus locaretur in beneficiū Decij; & hoc legatum erat magis restrictiuum primi legati, quàm ampliatiuum, & sic secundùm eum habebant locum dicta per Decium *in d. cons.* 601. *in 1. nota. casib.* quòd quando legatum respicit commodum filij, eo mortuo, legatum non debetur. Vnde his discussis, iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum, ad relationem Domini Theodori fuit declaratum benè fuisse prouisum, me referente.

Nec obstat prætensa voluntas testatoris, quę prætendebatur probata per testes, & ex declaratione filij, † quia vltra id, quod dicebatur ad qualitatem testium testes ipsi se referebant ad testamentum. Item dicebatur, testamentum fuisse scriptum manu Io: Benedicti, illudq; clausum & in scriptis stipulatum fuisse, quo casu, nec filius, qui etiam eo tempore erat minor, nec testes de eius voluntate deponere poterant. Item dicebatur, quòd etsi esset probata voluntas hoc modo intelligeretur, prout ius eam intelligit, scilicet non facto casu substitutionis, qui cū factus fuerit ex dispositione *d. l. licet Imperator*, legata facta ab instituto non censentur repetita à substituto, ex euidenti voluntate testatoris.

9 Nec obstabat declaratio, quę dabatur ad *d. l. licet Imperator*, quòd loqueretur, quando is, cui fideicommissum, seu legatū debebatur ab instituto, fuisset substitutus in parte hæreditatis pleno iure, non autem in casu nostro, in quo mater non erat substituta, nisi in tertia parte eius vita durante. Quod etiam coadiuuabatur, quia ex hac tertia parte percipitur minus, quàm si haberet alimenta, & obtinet dispositio *d. l. Publius*, nam dicebatur hoc esse diuinare ad illum text. quia sufficit, quòd sit substitutus in parte. Immo (vt supra dictum fuit) quia in casu, de quo agebatur erat legatum ab instituto, vita durante Franciscæ legatariæ, huic legato conueniebat, quòd sit similis substitutio in tertia parte vita durante; nec quòd sit minor, quàm alimenta, est in consideratione; quia postquam testator sic voluit non debemus ab eius voluntate recedere. Item dicebatur non esse minus: nam est aduertendum, quòd testator habuit respectum ad communiter accidentia, quòd mater cum filio moraretur, quo casu minor expensa est necessaria, quàm erat summa duc. annuorum centum viginti in circa, & tertia pars curruum 14. frumenti in quibus fructus tertiæ partis hereditatis, qui matri obuenerant fuerunt liquidati. Die 9. Sept. 1575. Caro Actuario.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Gabr. *in tit. de vsufr. concl.* 2. Caualc. *de vsuf. mulieri relicto à num.* 17. *cum infinitis*, & q. Viuium *in opinione* 1504. *par* 3. Maxillam *in consuet. Bari fo.* 181. *in nouis*, & Malcard. *de prob. vol.* 3. *concl. pen.* vbi sunt ampliationes, & limitationes: Viuium *in decis.* 420. *nu.* 1. & Petram *ad Capyc. decis.* 24. *annot.* 4. Quia si vxor est relicta Domina, Donna, & vsufructuaria, vt se alat extraneo instituto hærede, an debeat habere alimenta, vel vsumfructum, *vide* omnino Non. *in cons.* 65. & quòd si testator dixit, si habitauerit vxor ad vnum panem, & vinum; vide ibi Viu. *dec.* 29. *decis. Perus.* 46 *n* 1. Surd. *de aliment. tit.* 2 *q. vlt.*

Num. 2 Adde Roland. *cons.* 22. *a nu.* 1 *vol.* 1. Eruditum Camill. Borell. amicum nostrum *cons.* 71. *col.* 1.

Num. 4. Vide Decium *cons.* 526. *n.* 7. & 621. *in princ.* Caualc. *in d. tract. post num.* 138. *fo.* 324. *in parui*s, omnino Menoch *de præsump. lib.* 4 *c.* 123.

Et ad ornatum *l. licet Imperator* hic alleg. Vide Alph. Perus. *collect.* 247.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta vsufructuaria, institutis filijs heredibus an debeat habere vsumfructum bonorum omnium, vel solum alimenta, & num.* 4.

2 *Et quid si vsufructus relictus fuerit, cū onere alendi*

di aliquem ex filijs, vel faciendi expensas.
3 *Expressio eorum quæ tacitè insunt, nihil operatur.*
5 *Instituta vxore sub nomine appellatiuo vxoris, proprio nomine tacito, domina, vsufructuaria, si ducitur secunda vxor, mortuo deinde viro cum primo testamento, & filijs, hæc secunda vxor neque alimenta habebit.*
6 *Vxor, exstantibus filijs, an alimenta propria accipiat authoritate.*
7 *Et quando exstant filij eiusdem matrimonii, & coniugum, & quando alterius coniugis.*
8 *Consuetudo Bulgari an sibi locum vendicet quando filij non sunt eiusdem matrimonij.*
9 *Mulier relicta vsufructuaria, & domina à marito, & si sit nouerca, exstantibus filijs mariti, siue ex primo siue eodem Matrimonio, solum alimenta habebit.*
10 *De Legato, domina, massaria, & vsufructuaria, Remissiuè.*
11 *Vxor relicta vsufructuaria, an petat dotem, & legatum vsusfructus ei relicti.*

AD hanc decisionem adde omninò de hac
1 quęstione, an † vxor relicta vsufructuaria
institutis filijs hæredibus, debeat habere
vsumfructum bonorum omnium, vel solum alimenta? Latissimè Francis. Marc. *decis.* 848. *p.*
2 1. vbi dicit solùm habere alimenta, licet † vsusfructus
fuerit relictus cum onere alendi aliquem ex filijs, vel
3 faciendi expensas, † cùm expressio eorum, quæ tacitè
insunt, nihil operetur. Adde etiam Gabriel. *concl. lib.*
5. concl. 2. & Borgnin. *de vsufructu mulieri relicto fol.*
4 183. *nu.* 17. *& seq.* † quòd mulier relicta vsufructuaria
consequatur solùm alimenta existentibus filijs, Franc.
5 Marc. *dec.* 144. Item adde, quòd si † quis sub nomine
appellatiuo reliquit suam coniugem, dominam, vt puta, relinquo meam vxorem, dominam vsufructuariam,
si ipsa vxor moritur, & ducitur secunda vxor, moriente viro cum primo testamento, & filijs, secunda vxor
neq; alimenta habebit. Franc. Crem. *Sig.* 8. Bar. *in l. fi. C.*
6 *de in dicta viduit. tollenda.* An † autem vxor, exstantibus filijs, alimẽta sua authoritate accipere possit, Dec.
cons. 60. *&* 608. & Tolos. *dec.* 462. & latissimè de his. &
similibus quæstionibus *ad Authen. Hoc locum, C. si se-*
7 *cun. nups. mulier.* Et † quando exstant filij eiusdem
matrimonij. & coniugum, & quando alterius coniugis
Frãc. Cremẽs. *Sing.* 8. & Dec. *cons.* 477. 478. & 487. So-
8 cin. *cons.* 1. *vol.* 4. Et licet Cremens. dicat † consuetudinem Bulgari locum non vendicare, quando filij non
sunt eiusdem Matrimonij, tamen de Bottis *in l. Titia*,
§. Titia vers. non valeat, ff. de l. 2. in Additionib. ad Bart.
dicit contrarium fuisse determinatum, quòd locum
9 habeat. Item adde, † quòd si mulier relinquitur vsufructuaria etiam sit nouerca, exstantib. filijs mariti siue
ex primo, siue eodem matrimonio solum alimenta ha-
10 bebit, ita Ann. *singul. finali, verb. vxor.* latissimè. Et † de
Legato domina, massaria, & vsufructuaria Paul. Fusc.
11 *Sing.* 64. *verbo, vxor relicta vsufructuaria.* Item † adde, an vxor relicta vsufructuaria, possit petere dotem,
& legatum vsusfructus, quòd sic, textus *in l.* 1. *§.*
primum itaque, C. de rei vxor. act. Roland.
consil. 74. *numer.* 26. *libr.* 2. Decius *consil.*
536. *numer.* 13. & latissimè Gratian.
decisio. 47. *incip. Fructus bonorum.* Ad numer. 5. *vide supra decisio* 1.

[*₂*]

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Legata relicta ab instituto non videntur repetita à substituto si legatarius in partem sit substitutus.*
2 Peregrini *contraria sententia adducitur.*
3 *Testator si relinquit legatum vxori conditione mixta, si deficiat conditio an mortuo filio duret legatum, & confutatur* Peregrinus *sentiens contra* D. Præsidẽ
4 *Legatum vxori relictum dum habitet cum filijs, an extinguatur morte filiorum.*

1 SEdes est materiæ de legatis relictis ab instituto si censeantur repetita à substituto si legatarius in partem esset substitutus, & negatiuè decisum testatur D. meus *ex l. licet* Imperator *ff. de legat.* 1. quia facta particulari prouisione in casu obitus sine filijs cessent rationes generales, ex quibus legata ab instituto videantur repetita à substituto, & hanc decisionem refert, & sequitur Barry. *de success. lib. 8. tit. 6. in medio.*

Beneuerum est, quòd contrariam sententiam, vt vtrumque debeatur tenet cum Bar. Angel & Iason. *in d. l. licet* Imperator Peregr. *de fideicom. art.* 13. *nu.* 64. *&* 67. si collata esset substitutio in partem post aditam hæreditatem per pupillarem, & fideicommissariam, & ait quòd tex. ex aduerso adductus locum habet si legatarius fuisset vulgariter substitutus hæredi, & ita loquantur contradicentes, & Peregr. *nu.* 66. impensius repetitionem admittit fauore alimentorum.

Altera conclusio astruit *n.* 3. quòd si testator reliquit
2 legatum vxori conditione mixta in commodum filij, & vxoris si deficiat conditio eiusmodi, adhuc mortuo filio legatum durat per *tex. in l.* 1. *C. de legat.* & quamuis oppositum, vt conditio deficiat si per casum postea contingentem in personam alterius impleri non posset teneat Peregr. *vbi sup. nu.* 149. *& in con.* 57. *vol.* 2. qui allegat *tex. in l. qui concubinam, §. vxori, ff. de leg.* 3. & alij concordent opiniones, vt attendatur conditio prius expressa, vt illa censeatur principaliter apposita Dec. *consil.* 485. Rota Rom. per Merlin. *de pignor. dec.* 114. *& decis.* 636. *p.* 4. recent. Viuian Ciroccb. *discep.* 16. *nu.* 16. nihilominus assertum D. mei latè defendit Cancer. *lib.* 3. *var. tit. de legat. num.* 209. *cum* Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 125. vbi carpit Peregrinum se fundantem *in dict. §. vxori*, quia ibi adiecta conditio vnicam finalem causam continet.

Tandem legatum alimentorum, vel vsusfructus v-
3 xori relictum cum onere habitandi cum filijs non extinguitur illis mortuis, quia non per hoc factum censetur contemplatione filiorum Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 23. Peregrin. *ar.* 16. *n.* 15. Viuian. *vbi sup. a num.* 16. addo Gasp. Thes. *lib.* 1. *q. for.* 54. *n.* 3. vbi tradit clausulam in legato alimentorum relicto vxori, dum cum liberis moraretur non esse appositam ad conditionem inducendam, sed ad declarandam communem consuetudinem *l. illis libertis. ff. de condit. & demonstr.* & ideò mortuis liberis refert Senatum iudicasse deberi legatum vxori.

SVMMARIVM.

1 *Pater an succedat filio in bonis per eum donatis, solus, vel simul cũ fratrib. vtrinq; coniunctis, & n.* 3. *deciditur.*
2 *Consilium Decij* 240. *dissentitur.*
4 *Auo paterno, & materno ad nepotis bona venientib. paterna bona, & mater distinguuntur, quod limitatur, n.* 7
5 *L. quod scitis. §. sin autem. C. de bon. quæ liber. an correcta sit, & in quibus procedat nu. seq.*

DE-

DECISIO LIX.

Filij æqualiter succedunt cum patre etiam in
bonis per ipsum patrem donatis fratri mortuo.

IN Causa Magnifici Michaelis Cossi, cum Ma-
gnifico Io. Iacobo Cosso fuit dubitatum, † an in
1 bonis donatis per patrem filio cũ iuramento, si
filius præmoriatur absque liberis, pater donans,
solus succedat, vel cum eo admittantur fratres vtrinq;
2 coniuncti iuxta dispositionem *auth. defuncto*. † Pro
actore, quia prætendebat successionem in totum, dice-
batur, de hoc esse particularem decisionem Decij *cons.*
204. diligẽter fundatam in dispositione text. *in l. à ma-
rito. C. de donatio. inter vir. & uxor.* & alijs rationi-
bus, & *in cons.* 659. vbi in specie loquitur de donatione
facta per patrem filio, & cum opinione Decij etiam vi-
dentur conuenire addita in consilium prædictum. Pro
Ioanne Iacobo conuento allegabatur contra Decium
particulare consilium Aymon. 102. vbi respondet om-
nibus obiectis Decij, & insuper allegabatur Anton.
Gabr. *in tract. communium conclusionum, in l. 3. de do-
natio. colum. 4. vers. secundo principaliter*, vbi respon-
det & ipse argumentis Decij, & dicit, decisionem præ-
dictam Decij esse mirabilem, si esset vera, & ibi allegat
alios, hoc idem tenentes, & vltra prædictos dicebatur,
quòd hoc idem in specie tenet contra Decium Alciat.
in cap. cum contingat, nu. 108. *vers. 3. limitatur*, qui, &
respondet *dicta l. à marito*, & post eum contra Dec. te-
net Didac. *in titulo de testamen. in 2. par. rub. colum. 7.
versic. nam ijs omissis, fo. 6. in magnis*, & idem Aymon.
in fine consilij, quod aduertit Didac. vbi supra, dicit,
quòd dictum Decij maximè reuocauerunt in dubium
Purpuratus, eius socer, & Anton. de la Ripa, eius colle-
ga. Et quia recensere id, quod prædicti dicunt esset val-
de laboriosum, & inutile, dicam † quòd Sacrum Con-
3 silium Die 9. Septembris 1575. me referente, innctis
Dominis Consiliarijs duarum Aularum iudicauit in
fauorem fratrum pro opinione Aymonis secundùm
quam dicunt nouissimè Addentes ad decisionem Af-
flict. *in dec.* 315. audiuisse fuisse per Magnam Curiam,
& per Sacrum Consilium aliàs iudicatum, & tempore
meo sic fuit iudicatum in donatione facta vxori, ea
præcedente in causa Magnific. Hectoris Piscicelli, cum
Magnific. Ioan. Camillo Antinoro, & nouissime se-
cundùm hanc opinion. iudicauit Senat. Pedemontan.
in dec. 32. vltima colum. in quarta limitat. vt refert.
Thesaur. *in decision. de nouo impressis*. Sed pro parte
Magnif. Michaelis dicebatur, quòd etsi ex prædictis in
hac causa sic iudicatum fuisset, nihilominus ex alio in
eius fauorem iudicari deberet, quia istæ domus, quæ
vendicabantur fuerunt donatæ per Magn. Michaelem
Cossum seniorem Magn. Ioan. Vincentio Cosso eius
4 filio, † quemadmodum ex decisione Bartol. per illum
text. *in l. quod scitis. §. sin autem. C. de bon. qua lib.* se-
cundùm vnum intellectum, quando concurrunt in
successione auus paternus, & maternus, succedat pa-
ternus in bonis, quæ obuenerunt nepoti ex linea pater-
na, & auus maternus in bonis, quę obuenerunt eidem
nepoti ex linea materna, ita debet ipse pater, à quo hæ
domus peruenerunt in filium, solus in eis succedere, &
opinionem Bart. per illum tex. secuti sunt Ang. Alexan.
& alij, quos congerit Tiraq. *in tract. de retract. lignag-
gier. in vers. finis, in gl. 2. in 5. 14. fo. 542.* Ex aduerso
5 dicebatur, † dictã *l. quod scitis* esse correctã *per auth.
defuncto. C. ad Tertul.* & contra Bar. tenuisse Bal. Sal.
& alios, quos idẽ Tiraq. cõgerit *in loco prædicto*. In hac
difficultate aliqui ex Dominis tenuerunt ex dispositio-
ne text. in auth. prædicta, & in corpore, vnde sumitur,
6 dictã l. esse correctam. † Maior pars Dominorum te-
nuit dictam l. *quod scitis* non esse correctam: verùm di-
xerunt non operari extra casum, de quo loquitur, vt
copiosissimè tenuit idem Aym. *cons.* 176. 1. *volum. per
totum.* ante eum Soc. *cons.* 89. *nu.* 5. *vers. secundo ista
opinio volum.* 4. de quibus meminit Didac. *in epitome,
in titu. de success. ab intesta. incipien. post tract. colum.
3. vers. porrò quamuis Bart. opinio, fol. 159. in magnis*,
& per vnum ex Dominis dicebatur hoc in specie deci-
di posse ex dictis Paul. de Castr. *in l. post fratres, la pri-
ma. C. de legit. hered.* qui limitando opinionem Bart. *in*
7 *d. l. quod scitis.* dicit, † quòd si concurrunt in succes-
sione nepotis patruus, & auunculus, qui sunt in eodem
gradu, non est facienda distinctio bonorum, sed serua-
bitur auth. defuncto. quia talis successio prælatiua est
extraordinaria, & contra naturam vniuersalis succes-
sionis, quæ est, vt pariter in omnibus vocentur, & hæc
successio extraordinaria facit, quòd censeantur plura
patrimonia, quod est regulariter contra omnia iura,
præterquam in milite, quæ verba notanda sunt. & de
eis meminit Loffr. *in tit. de nat. succ. feu. in ver. succes-
sio. fol.* 51. & etiam notanda verba Domini Martialis
*in consue. si quis, vel si qua. in Apostilla, quæ incipit,
pondera igitur, posita sub verbo, præterquam. fol.* 128.
qui dicit, dictam decisionem Bar. procedere data pari-
tate gradus, & lineæ. Et sic (præuia maxima quidem
discussione) fuit iudicatum in fauorem conuenti, sci-
licet patrem succedere cum fratribus, Milono Actua-
rio; Et hoc tenet Arnal. Ferro. *in consu. Burdeg. in tit.
de test. §. 1. 2. fac. fol.* 163. vbi hanc opinionem sequitur.
& de hac dec. meminit Thesau. *in dec.* 27. & eam se-
quitur Maranta *cons.* 92. vbi concordat opiniones. &
ibi ponit etiam an auus maternus, & auia materna suc-
cedant in stirpem, vel in capita. & est vidend. Gam. *in
decis.* 9. & P. Barbatola *in l. post dotem nu.* 68 *ff. solut.
matrim.* Arcend. *in l. 6. Tauri gl.* 7.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 3. Adde Thesaur. *decis.* 32. *num.* 13. vbi refert
sic iudicatum, D. Reg. de Ponte *cons.* 19. vbi me-
minit de hac decis. & in pluribus alijs locis d. cons. &
Gabriel. *cons.* 63. 1. *vol.* latissimè omnium Viuius *in de-
cis.* 421. *per totam* vbi ad contraria respondet D. Io.
Andr. Geor. *in alleg.* 17. *num.* 12. 15. *& seq.* & Ste-
phan. Gratian. *in decis.* 42. eo maximè quando in do-
natione facta dicitur pro se suisq; hæredibus, & succes-
soribus, quia illis etiam facta censetur, vt ibi num. 2.
post Decium, & Bursat. quos allegat, & dum allegatur
Thesaurus *in decis.* 32. *numer.* 13. Adde doctissimum
eius filium Senatorem, *ibi in addit. in fin.* qui tamen
in contrarium respondit, quando in donatione nullum
est appositum iuramentum, & in fine add. prædictæ,
ibi ipsamq; confutat. Adde Roland. à Valle *in cons.* 25.
nu. 24. *& 77. in primo dubio vol.* 2.

Et ad ornatum *l. quod scitis*; Vide Annam Iun. *in
collect.* 355. & D. Georg. *loco supra citato*.

Licet Menoch. de quo supra allegati Doctores men-
tionem non faciunt *cons.* 84. 1. *vol.* validissimis ratio-
nibus, & argumentis consuluit pro opinione Decij hic
allegati, quem optimè defendit ab impugnantibus
Aym. Crau. sed omnibus argumentis Menochij sigilla-
tim respondit Viuius, *vbi supra*, ipsumq; confutat: se-
quitur Roland. *in cons.* 25. *num.* 24. 77. *vol.* 2.

In 2. dubio, Adde Anton. Gabr. *in tit. de success. ab
intest. conclus...* Viuium *in opin.* 598. *par.* 2. Mancos.
in cons. Rom. 40. *n.* 5. Loffred. *cons.* 32. *post. n.* 3. *ver. quod
probatur.* Rub. Alex. *cons.* 79. *latè* Theta. *dec.* 27. Viui.
in dec. 173. *à n.* 1. D. de Pont. *in d. cons.* 19. Maxill. *in Cõ-
suet. Bari fol.* 211. *à ter. nu.* 129. & nouissimè D. Cons.
Ann. *cons.* 1. *nu.* 2. *& in fin. d. cons.* Capriol. *de success.
fol.* 208. *nu.* 16. *fol.* 209. *num.* 23. *& iterum nu.* 76.

Videantur Robertus Maranta *in cons.* 92. *& seq.* ad-
dit. ad Ias. *in l. post dotem col. fi. lit. D. in impressis apud
Iuntas, ff. solut. matr.* Crass. *de success. ab intest. qu.* 32.
fol. 520. & D. Ann. *in cons.* 119. *nu.* 8. 9. *qui refert* opi-
nione pro vtraque parte.

Et ad intellectum doctr. Bart. hic allegatæ. Vide
Ga-

Gabriel *in consl.* 136.*vol.* 1. Anton. de Gama *decis.* 9. *&* *l. quod scitis* hic allegata exornat D. Anna *in collect.* 355. & Gout. *loco supra citato*.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Donatio donatario praedecedente an inualidetur, vel transmittatur.*
2 *Iuramentum an operetur perpetuitatem donationis.*
3 *Lex, quod scitis, C. de bon. quae liber. an sit correcta.*
4 *An procedat in feudalibus.*
5 *Pater in eis qualiter succedat.*
6 *Lex quod scitis, hodie an locum habeat.*
7 *Distinctio quòd paternus auus in paternis, in maternis maternus, succedat, an sit correcta, latè disputatur.*

Donatio an corruat donatario praedecedente, & an inualidetur. Gabr. *conclus.* 3. *in tit. de Donatione.* Gramm. *decis.* 103. *num.* 27. Virill. *decis.* 102 & 315. latissimè. Et †
1 quòd non obstante quòd donatarius praedecedat, quòd donans non reuocet, & donatio non reuocetur. Adde eundem Aim. *cons.* 245. *col. fi.* vbi ita decisum fuisse cõtra opinionem Decij 14. Augusti 1543. per Curiã Grationopolis; & istam sententiam contra Decium comprobat pluribus Io. Cephal. *cons.* 61. *nu.* 22 *& seq. vol.* 2. Addent ad Castrens. *cons.* 75. *col.* 2. *p.* 2. & Bald. Nouell. *De Dote, p.* 10. *n.* 10. *vers. Insuper vidi*, Sed pro lucidatione veritatis, & quis istorũ iure benè dixerit (licet hic sit decisio) videndi sunt Rol. à Valle, *cons.* 77. *volum.* 1. *&* 25. *volu.* 2. & Menoch. *cons.* 84. *volu.* 1. ad quos dixi, & Thesaur. *in dicta dec.* 329. decidit quòd non inualidatur: sed quòd donatio inualidetur, tenet cum Dec. Firmanus, *in Repert. verbo Donatio inter virum, & vxorem. num.* 14. Et videndus esset Couarru. *lib.* 2. *Variar. c.* 7. *n.* 3. Strach. *ad Aim. cons.* 102. & hanc opinio-
2 nem quòd donatio etiam praemoriente donatario, non inualidetur ratione Iuramenti, expressè tenet Roland. contra Dec. *in cons.* 77. *Praesupposita opinione.* transiuit Senat. Pedem. *decis.* 32. *Donatio.* teste Antonino
3 Thesauro optimo Praeside † Et de *l. quod scitis*, an sit correcta, Pinell. *de bon. matern.* latissimè scribit, & Aim. *cons.* 15. 19. *&* 102. & Amendan. latissimè *in l.* 6. Tauri *fol.* 13. *in gl.* 7. doctissimè Anna pater. *Alleg.* 73.
4 *num.* 22. *vol.* 2. † An autem dispositio *d. l. quod scitis*, procedat in feudalibus, ipsemet Anna, *in cap. num.* 1. 200. *vers. omnes fatentur*, & à *num.* 362. *de Vasal. de-*
5 *crep. aetat.* vbi dicit, esse decisum † patrem succedere filio, vt haeredem, non iure peculij, & ideò teneri ad
6 debita contracta per filium, & *l.* † *quod scitis*, hodierno iure non procedere prout in causa Dominae Sueuae Gesualdae contra Comitem Policastri, & meminit de hoc Praeside de Franch. & ipsum ornatissimum Consiliarium vocat, & decisiones fore imprimendas ab eo, prout sunt impressae, & vide etiam Aim. *cons.* 176.
7 vbi omnino Strach. ad ipsum. † Quòd autem distinctio, quòd in paternis auus paternus, in maternis maternus succedat, sit reprobata, & quòd parentes aequaliter succedant, fuisse ita iudicatum dicit Mysingerus *in Obseru.* 51. *Cent.* 6. *Camera Imperialis*, & videndi sunt Guid. Sign. 403. Aimo, *consil.* 183. *&* 186. Marant. *cons.* 92. & Bart. *in Auth. De consanguin. & vterin. fratribus*, latissimè omnino videndi, & latissimè vide Gram. *dec.* 9. Barbos. *in l. post dotem nu.* 66. *vers. quo ad primum, ff solut. matrim.* Vbi de hac decisione meminit.

(S)

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Patrem succedere filio in bonis à se donatis vna cum fratribus defuncti deciditur.*
2 Fusarius Cons. Theodorus, *& alij decertant contra fratres, & decisionem taxant, n.* 3.
4 Redenascus *excludit patrem in concursu*, Censalis, & Camillus de Medic. *distinguunt, n.* 5. *&* 6.
7 *Opiniones aliae afferuntur cũ opinamẽto* Authoris, n. 8.
9 l quod scitis, C. de bon. quae liber. *seruanda concurrentibus ascendentibus.*
10 *Redarguitur, & impugnatur* hic D. *per* Pont. & alios.
11 Camillus de Medic. *obiurgat* D. Praesidẽ *praeferentem in gradu proximiorem reiecta distinctione bonorum.*
12 *Occurritur contrarijs.*

1 Turbulenta decisio est resumenda super cõtrouersia, in qua sibimetipsis maiora iuris luminaria aduersantur, vtrum pater succedat in totum in bonis à se donatis filio praemortuo exclusis fratribus defuncti, & S.C. iunctis aulis indicauit pro concursu patris cum fratribus ex Crauett. *in cons.* 102 Gabriel Couarr. Thesaur. & alijs allegatis *n.* 2. *&* 3. *&* decisionem defendunt Vinius dec. 421. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gl* 7. *p.* 2. *n.* 52.

Patrem succedere in totum tenent Bar *in l. quod scitis, § fin. autem, C. de bon. quae liber.* & in Auth. *itaque C. comm. de successor. & in l. post dotem ff. sol matr & cons.* 18. *&* 225. Alex *cons.* 12. *vol.* 3. Ias. & Alex. *in d. l. post dotem* Curt. *sen. cõs.* 66. qui dicit hanc opinionem tenere illustriores Authores Tiraq. *de retr. lignag. §.* 14. *gl.* 2. *nu.* 2. Boer. *dec.* 192. Petr. Gregor. Syntagm. *iur. in* 3. *p. lib.* 28. *c.* 1. quam plures congerit, & sequitur Card. Tusc. *litt. S. conclus.* 863. *acerrimè* Fusarius *cons.* 92. *à n.* 14. vbi satisfacit contrarijs argumentis, & primam opinionem non esse tutam tradit Paschal *de patr. pot. p.* 1. 14. *num.* 6. *&* totus est pro patre Cons. Theodor. *alleg.* 28. vbi demum ita probat seruari in Italia, Hispania, Gallia, & alibi, *& in alleg.* 33. *n.* 23.

Inuehit contra decisionẽ Theodorus, quia disputata solùm fuit quaestio si donatio facta à patre filio habeat tacitam conditionem si donatarius superuixerit donatario, in qua re dimicarunt Dec. & Crauett. *ille in cons.* 240. *&* 659. *per l. à marito, C. de don. inter vir. & vxor.* & Cranc. *cons.* 102. simpliciter tenuit donationem validari iuramento sine ea conditione subintellecta, & S. C. sequutum fuit opinionem vltimam, sed non examinauit si *dict. l. quod scitis* correcta sit per Auth. defuncti, *C. ad* Tertull. quando concurrunt in successione fratres ipsius defuncti, dum expressè Bart. & alij allegati firmant non esse correctam d. legem, quae vocat patrẽ, vel auum paternum ad successionem filij in bonis à linea paterna peruentis, & è contra matrem, & alios ascendentes ex suo latere in bonis à linea materna peruentis, ex eo quòd d. Auth. defuncto non corrigit expressè dictam legem in hoc casu particulari huius speciei bonorum dum in alijs bonis omnes succedunt aequaliter ex posteema sanctione dum lex illa est rationabilis, vt bona reuertantur, vnde venerunt, & ne parentes retardentur, a donãdo filijs, & solatium amissorum filiorum, qui articulus cùm non fuerit d. sensus, cõsequẽter nec videtur decisa resũpta quaest. haec Theo.

Extrema est alia opinio Franc. Redenasch *in cons.* 40. *n.* 10. vbi tenet patrẽ donantẽ excludi à fratribus ex eo, quia de natura donationis est, vt sit perpetua, & vadat ad haeredes donantis, nec cedeat ad donatorem ex Gratian. *discept.* 554. & 566. & arguit in stipulatione pro haeredibus facta per donatarium non venire personam don.

donatoris loquentis, nec donatorem sub illa appellatione hæredum se includere voluisse, nam in generali dispositione persona loquentis excluditur *l. inquisitio, C. de solut. glo. in c. petitio de iureiur.* Dec. *conf.* 104. *&* Redenasch. *num.* 58. respondet ad *dec.* 3. D. mei, quod illa fuit refutatio personalis ideo pater successit filio in feudo refutato.

Mediam affert aliam opinionem Censal. ad Peregr.
5 *de fideicom. qr. 6. secunda sit assertio,* vbi tenet pro patre, quoties donatio facta est absque mentione hæredum, sentiens donationem esse personalem, & euanescere per obitum filij, secus si donatum [illegible] filio, & hæredibus ex Fabr. *def.* 21. *C. de donat.*

Concordat inter Dec. & Crauett. quæstionem Ca-
6 millus de Medic. *in conf. 96. n. 24.* vt opinio Decij procedat præmortuis donatario eiusque descendentibus, vel filio sine liberis, quòd tunc verisimiliter pater sit præferendus heredibus extraneis quales censentur collaterales, sed præmortuo donatario cum descendentibus opinio Crauett. *si vera,* vt sentit Alciat. *respon.* 154. *num. 8. & conf.* 442.

Præterea censent alij, quod si donatio facta sit liberè
7 cum facultate disponendi prout passim fit, vt in clausula ad habendum, tunc cesset huiusmodi bonorum distinctio, nam sicut poterat filius donare extraneis, ita succedent æqualiter venientes ab intestato ita Bald. *con.* 121. Crauett. *con.* 176. Curt. *iun. conf.* 4. Tusc. *lit. S. num.* 28. Bal. Nouel. *de don. p. 12. q. 14. n. 25.* circa finem, & idem si filius sit emancipatus tradit Crauet. *con.* 15. *num.* 6. Tusc. *num.* 13.

Verùm ego, vt exponam pro tenuitate ingenij mei
8 sententiam meam, censeo nullam faciendam esse distinctionem bonorum, & ascendentes cum trasuersalibus æqualiter succedere amplexando decisionem per quam, vt inuitus fatear quamuis non fuerit examinatus articulus, & ad trutinam reuocata doctrina Bar. *in d. l. quod scitis,* & asseclarũ nihilominus reuocatam esse dictam legem per Auth. defuncto ex pluribus argumentis probat idem Crauett. *conf.* 176. *&* Soc. *conf.* 89. *lib.* 4. & tenent Viu. & Thesaur. & alij ratio etiam est quia collateralis similiter descendit ex illa linea vnde bona obuenerunt ita pulchrè Bened. *in cap.* Raynutius *ver.* & vxorem nomine Adelesiam *de testam.* Camill. de Medic. *conf.* 99. *num.* 39.

Ad hæc adducitur, quod adhuc cessat distinctio bo-
9 norum inter auum paternum, & maternum, seu patrem, & matrem quando non concurrunt transuersales in successione, vt probant Fontanell. *de pact. nupt. to. 1. claus. 4. gl. 24. num. 17. &* 69. & iudicatum refert in Rot. Rom. Gratian. *discep.* 971 *n.* 18. & in S. C. D. Marcian. *tom. 2. conf.* 17. Cancer. *lib. 1. var. c. 5. de success. ab intest. nu.* 20. & quamuis D. meus *n.* 4. sectetur opinionem Bar. *in d. § fin. autem,* vbi tradit concurrentibus
10 in successione auo paterno, & materno istum succedere in bonis, à linea materna obuentis, & illum in bonis, à linea paterna, nihilominus Fontanell. *vbi sup. d. n.* 69. respondet rem non fuisse hic discussam quia de articulo principaliter non agebatur, scio beneuerum, quod Bart. sequuntur Barbos. *in d. l. post dotem n.* 14. D. R. de Marin. *lib. 1. resol. 162. n.* 1. vbi tradit ita consuluisse, & prius post alios Gabriel *comm. op. in tit. de success. ab intestat. concl.* 3.

Opinionem hanc propentius amplector, quia secus orirentur innumera litigia, nempè, quòd si cessaret distinctio bonorum per existẽtiam transuersalis concurrentibus patre, & matre, id esse deberet in beneficium transuersalis, vt ipse concurrat cum ascendente paterno in successione bonorum ex linea paterna prouenientium non autem, quod ascẽdentes materni includantur, vt considerat Camill. de Medic. *n.* 36. præterea ascendens paternus præferetur ascendenti materno in bonis obuentis ex linea materna etiam data disparitate gradus, & remotior excludet proximiorem ex quo fuit considerata linea, & non gradus Abb. *conf.* 75. *vol.* 1. Angel. *in d. l. quod scitis,* & [illegible] Fulgos. *num.* 9. & Comm. *num.* 4. vnde Camill. de Medic. *vbi supra num.* 34. coarguit D. meum *peti nu.* 7. aduertit notanda esse verba Martialis dicentis *dict. l. quod scitis* procedere data paritate gradus, & lineæ dum Martialis in consuet. si quis, vel si qua hoc non firmat ex proposito, sed obiter non digerendo nec aliquid allegando, vlterius admissa opinione Bar. tunc debita hæreditaria solui pro rata bonorum sine distinctione super quibus bonis reperiuntur tradit idem R. de Marin. *vbi sup. n.* 11. quæ iurgia non locum habent iuxta prima opinionem, quam sequutum est S. C. in decisione.

Non obstant opiniones Redenaschi, & Censalis, nam quod in generali dispositione non includatur persona loquentis procedit in actibus odiosis contra ip-
12 sum loquentem, & ita loquuntur iura allegata, nec vlli iuri consonum esse patrem in stipulatione pro hæredibus in donatione, quod se voluerit excludere à successione in bonis donati, quia nunquam comprehenditur ius de futuro etiam in generali renunciatione ex doctrin. Bar. communiter approbata in *l.* qui Romæ, *§ duo fratres in 6. quæst. ff. de verb. oblig.* & quatenus Censal. existimat donationem esse personalem quando non sit facta mentio hæredum, dicta assertio est falsa, cum de natura donationis sit, vt sit perpetua, & transeat ad hærede donatarij, vt Gratian. *discept.* 554. *&* Fab. *in def.* 21. loquitur in donatione facta intuitu donatarij tantum, vt Theodor. *allegat. 43. n.* 15.

SVMMARIVM.

1 *Ius adeundi non comprehenditur in donatione omnium bonorum, & iurium, quia illud cedi non potest.*
2 *Voluntas cedi non potest.*
3 *Hæreditatem aditam asserenti, incumbit onus probandi, quia illa non præsumitur, & nu. 10.*
4 *Testi deponenti de facto proprio credendum num. 14. de veritate.*
5 *Adire dicitur quis eo ipso, quòd constituit procuratorem ad adeundam hæreditatem, & n. 15.*
6 *Confessioni propriæ in iudicio factæ standum est, nulla distinctione adhibita sit, vel non sit facta in vno, vel in alio iudicio, quia illud procedit in procuratore, non in ipso principali, & num. seq.*
8 *Confessio facta in iudicio, & à parte acceptata non potest amplius reuocari.*
9 *Additio an præsumatur ex eo, quòd hæreditas sit opulenta, & n. 22.*
11 *Testibus non citatis, nec iuratis fides non adhibetur.*
12 *Testibus, non testimonijs, fides adhibenda est.*
13 *Testis singularis etiam in dignitate constituti depositio non releuat.*
14 *Testi vni etiam de facto proprio deponenti non creditur in præiudicium tertij.*
16 *Confessio hæredis asserentis, aliquem esse suum cohæredem qui verè non est, non præiudicat ei nisi esset libellus præsentatus, & lis contestata.*
17 *Verba enunciatiua in iudicio prolata ante litem contestatam probationem non inducunt: postea verò secus, cum nu. seq.*
19 *Libellum oblatum in nihilo præiudicare lite non contestata.*
20 *Reuocatio indistinctè admittitur ante litem contestatam.*
21 *Ennunciatio vltra potestatem ennunciantis, nihil operatur.*
22 *Aditionem hæreditatis, si quis, per calumniam impedit ad interesse tenetur.*

DE.

DECISIO LX.

Ius adeundi cedi minimè potest. Aditio hæreditatis non præsumitur, nec per testes singulares, aut de auditu, aut per mandatum de adeundo probatur.

In causa reclamationis Magnific. Michaelis Cossi, hæredis quondam Magnifici Vincentij Cossi, fil.) quondam Mag. Michaelis Cossi iunioris donatarij omnium bonorum, iurium, & actionum quondam Mag. Michaelis Cossi senioris, Fuit dubitatum, si in donatione iurium prædictorum, veniebat ius adeundi hæreditatem quondam Mag. Ioannis Cossi fratris, & proximioris in gradu dicti Michaelis senioris delatam ipsi Michaeli Cosso seniori; & quamuis prima facie fuerit visa probabilis hæc dubitatio, tamen omnium consensu dictum fuit, de hoc non esse dubi-
1 tandum; † quia ius adeundi cedi non potest. *l. si mulier. §. ex asse, ff. de iu. dot.* in quo tex. dicit Bal. *consil. 448. Sanctus Franciscus, in fine, vol. 5* hoc esse statutum iuris subtilitate, vt docet vrgens disputatio illius tex. idem Bal. *in rubrica extra de procura, col. quarta*
2 *ver. vtrum hæreditas*, dicit, † hoc ius cedi non posse, quia voluntas cedi non potest. & Bar. *in l. is potest, in tertio membro principali. ff. de acq. hæreditate* dicit hoc ius non esse ius formatum sed formandum, & (ne in re tàm clara longo sermone vtar) hoc ius concedi non posse, apparet ex cumulatis per Marantam *in rep. dicta l. is potest num. 216. ver. habes ergo ex prædictis*. nouissimè per Tiraq. *in tract. de vtroq. retractu. in tit. de retract. lignagier. in §. 26. in gl. 1. num. 46. ver. 5. igitur, fol. 609.*

Secundò fuit dubitatum, an fuerit probatum hæreditatem prædictam fuisse aditam per Michaelem seniorem, quia si hoc esset probatum, non dubitabatur, hanc hæreditatem venisse in donatione bonorum præsentium, & futurorum; etiam enim onus actoris hoc probare, quia hæreditatis aditio, facti est. *l. pro hærede.*
3 *ff. de acq. hæred.* † & ei qui dicit, hæreditatem aditam, incumbere onus probandi, dicit Dec. vbi alleg. concord. *consil. 442. in causa. in qua col. 3. versi. aditio enim num. 15.* & propterea actor assumpto onere probandi, dicebat in prima instantia hoc deponere vnum testem, qui dicit, audiuisse Michaelem Cossum seniorem successisse Ioanni, & dedisse mandatum Magnific quondam Casandræ Marchesiæ ad adeundum hæreditatem Ioannis fratris, & deinde vidisse dictam Cassandram se intromisisse in bonis, & hæreditate prædicti Ioan. cum quo concordat dispositio eiusdem Cassandræ facta extrà iudicium per viam testimonialis, quæ deponit de mandato prædicto, eidem dato pro recuperatione bonorum prædict. Ioannis in beneficium nepotum Michaelis Cossi senioris per dictum Michaelem seniorem, quam dispositionem factam in monasterio, in quo moniales non possunt videri, fuisse factam per dictam Casandram testatæ fuerunt aliæ moniales sanctæ vitæ, quæ etiam testantur, quòd quamuis prædicta Cassandra fuerit senex tempore dictæ dispositionis, nihilominus erat in recto sensu; cui Cassandræ etiam dicebatur per vnum ex Dominis maximè credendum,
4 † quia de facto proprio videbatur deponere. *l. quæro ff. de edil. adicto.* Ex qua probatione mandati ad adeun-
5 dum facta, dicebatur, hæreditatem fuisse aditam: † eo enim, quòd quis constituit procuratorem ad adeundum adire dicitur, & ideò non valere mandatum, dicit tex. *cum glo. l. per procuratorem. ff. de acquirenda hæredit.* quam opinionem esse veram dicebat Bart. ibi esse communem dicit Paul. de Castr. *in eo loco.* Dicebatur etiam aditionem esse probatam ex confessione eiusdem Magnifici Ioannis Iacobi in duabus supplicationibus reconuentionis factæ in præsenti processu inter easdem partes, in quo reconuenit quondam Magnifi. Vincentium actorem ad dotes auitas, & pro eis petit assistentiam super bonis Michaelis hæredis Ioannis, quæ deuenerunt ad Michaelem seniorem eius fra-
6 trem, & hæredem, † cui confessioni in eius præiudicium standum est *l. cum præcum. C. de lib. cau. cum concord.* per Aym. *consil. 202. præsupponitur, columna tertia, versic. neque opponi, volum. secundo*, & per Cottam præ cæteris *in memoria in versic. confessio potest, etiam si*
7 *esset facta in alio iudicio* † Quia hæc distinctio, quòd sit facta in vno iudicio, vel in alio procedit in procuratore, non autem in principali, vt ex dictis per Spec. *in tit. de confess. §. nunc videndum. in princip. reassumit* Dec. *in cons. 146. & pro tenui, col. fin. ver. 2. respondetur*, & prædicta tantò fortiùs dicebantur procedere propter geminationem de qua per eumdem Cottam,
8 *in ver. geminatio.* † & quia à parte fuerat acceptata, nec etiam dicebatur potuisse reuocari, ex pulchra decisione Bald. *in l. Gallus. §. quidam rectè. col. 2. ff. de liber. & posthumis*, & Lud. Ro. *in lege prima, §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. de quibus meminit* Ias. *consil. 21. quatuor principales, col. 2. vers. sed respondetur volum. 3.* & Cotta *vbi suprà, in vers. confessio* Accedat cum istis depositio duorum testium, examinatorum in causa reclamationis deponentium, Michaelem seniorem habuisse nuncium de morte Ioannis eius fratris, doluisse, & scripsisse literas Neapolim, quòd caperentur bona prædicti Ioannis, cum quibus concordare videtur depositio Petri Crispatij deponentis ante mortem Ioannis soluisse pensionem domorum sitarum in Platea Capuanæ ipsi Ioanni, & postea Michaeli seniori, dictumque Michaelem disposuisse in eius testamen-
9 to de domibus prædictis, & nouissimè dicebatur, † stante, quòd opulenta erat hæreditas, debere præsumi aditionem, per text. *in l. 1. §. final. ff. si mulier. vent. nomi.* quem ad hoc alleg. *glos. in l. 1. in fin. C. de rest. mil.* & glos. prædictam benè dicere, dicit Bart. *ibi*, Bald. & Salic. & eam etiam sequitur Paul. de Castr. *in lege, Pantonius, colum. 2. vers. in text. ibi. ex persona, ff. de acquir. hered.* & in casu prædicto esse præsumendam aditionem, dicit Corn. *consil. 310. volu. 3. de quo meminit* Aymo. *cons. 33 num. 12. vol. 1.* vnde ex prædictis dicebatur esse probatam aditionem, & nonnulli ex Dominis ex hoc vltimo fundamento dicebant, sic esse præsumendum, stante iam notitia mortis. Quibus addebat alius ex Dominis, etiam debere de facili sic iudicari, post quam non agebatur hodie ad finem condemnandi eum, qui negasset se esse hæredem, quem oporteret conuincere ex ijs, quæ Bartol. ponit *in leg. gerit, & in l. pro hærede. ff. de acquir. hered.* sed ad finem iudicandi contra tertium, an prædecessor actoris adierit.

Quibus non obstantibus Sacrum Consilium, iunctis Dominis duarum Aularum in Regio Collaterali Consilio iudicauit benè fuisse iudicatum per Sacrum
10 Consilium, me referente † scilicet, quòd aditio non erat probata, adhærendo regulæ, aditionem esse de necessitate probandam, nec præsumi, nisi probetur, postquam facti est, vt supra dixi. Et propterea cùm actor non probauerit, declarauit reum esse absoluendum, ex reg. vulg. & dicebatur non esse probatam aditionem ex prædictis, nec veram, nec præsumptam. Et quoad primum testem in prima instantia examinatum dicebatur loqui de auditu circa successionem, & mandatum procurationis, & per consequens non probare, & ad id, quod dicebat de visu circa administrationem Bonorum Ioannis virtute mandati prædicti, dicebatur, quòd hæc depositio contradicebat depositioni eiusdem Cassandræ Marchesiæ factæ in anno 1534. & in anno 1553. quæ deponit se cepisse, & continuasse possessionem bonorum prædictorum pro tertia parte nomine filiorum Michaelis iunioris, & dictæ testis facilè se potuit decipere in hoc de vno ad alium Michaelem. Quoad depositionem dictæ Cassandræ in testimoniali, dicebatur, huic non esse credendum, quia parte non

citata

citata sit dato iam termino in causa de dictis testificatis, & dum causa esset in limine expeditionis, nec
11 deponit cum iuramento, † & regula est in iure clara, Testibus non citatis, nec iuratis non esse fidem adhibendam. *leg. iurisiurandi, & lege, si quando C. de testi-*
12 *bus.* † Similiter alia est regula, Testibus, & non testimonijs esse credendum. *l.3 §.idem diuus Adrianus, ff. de testib.* cuius depositio etiam quòd rite, & rectè recepta esset, dicebatur, quòd nec etiam opitulabatur, quia
13 singularis: † cui, quamuis fulgeret dignitate non creditur, per tex. *in l. iusiurandi, in fine. C. de testibus.* Nec poterat dici, deponere de facto proprio, prout vnus ex Dominis dicebat, imò de facto alieno; quia deponit de prætenso mandato facto in eius personam per Michaelem, & eidem consignato: & si in facto proprio deponeret, hæc opinio non est vera, concurrente maximè amore, quo tamquam consanguinea dicta Cassandra prosequebatur filios Michaelis: plenè disputat, & congerit veritatem huius opinionis, Tiraq. *in tract. de retract. lignag. §.1. in gl. 14. fol. 309. vers. sed hoc in loco quæst. est, n.46.* Et tandem ex mente multo-
14 rum adhæret opinioni, † quòd vni testi sic deponenti etiam de facto proprio, non credatur, ex regula generali, quòd vnius dicto non credatur in præiudicium tertij, prout erat casus noster. Accedat, quòd Cassandra modico tempore post mortem Ioannis, & Michaelis examinata super aditione facta per hæredes Ioannis pluries deponit per filios Petri, & Michaelis, & eorum nomine fuisse aditam, esseque compilatos processus super recuperatione tertiæ partis hæreditatis prædicti Ioannis, & in stante Iulio Vicedomini, curatore Vincentij optimo Causidico, dicebatur, etiam Cassandram, quando fuit datus terminus in causa in anno 1557. fuisse, vt testem citatam; & super hoc non fuisse examinatam, de quo facilimè tunc recordari poterat, & verò similiter non debebat eius examen relinqui, maximè in probatione mandati, quod in præsenti causa operabatur victoriam in fauorem Vincentij, & aliud non tractabatur, quàm si Michael adijt, vel non adijt, & ex hoc dicebatur oriri præsumptionem maximam contra hanc depositionem extraiudicialem post tanti temporis spatium, & non in forma iudiciali procuratam. Et vltimo dicebatur dubiam esse
15 opinionem, † An constitutio sola procuratoris inducat aditionem. text. enim *in d.l. Paulus per procuratorem.* dicit, hæreditatem non posse adiri per procuratorem. Et licet *gl. ibi* dicat hoc procedere, quia in ipso actu constitutionis ducitur aditio, *contra gl.* tenet Paul. de Castr. *ibi*, & Fulg. & nouissimè Dec. *in l. 1. in 2. lect. in 3. notab. C. quando non petent. par.* vbi iuribus, & rationibus fundat ex mandato dato adeundum non esse inductam aditionem, sed requiri actus executionem, quæ in casu, de quo agitur, non apparebat. Hoc tamen non fuit plenè discussum. Apparet igitur ex prædictis, quòd prædictarum mulierum depositio, & testimoniale nihil probat. Minus dicebatur obstare confessionem Io. Iacobi in libello, ex quo confessiones ante litem contestatam, & partis acceptationem fuerunt reuocatæ, & dictum fuit in quouis casu non esse recedendum à propria materia, quando in eo habemus particularem decisionem, quæ est in hac mate-
16 ria, † quòd quando quis cum aliquo, quem cohæredem credit, qui verè cohæres non sit, agit iudicio familiæ erciscundæ, & sic præsumptiuè fatetur ipsum cohæredem, an hæc confessio præiudicet; & de hoc est text. *in l. qui familia. ff. famil. ercisc.* quod non præiudicat, nisi secundùm gl. perseuerasset actor in petitione vsque ad sententiam, vel esset libellus præsentatus, & lis contestata, & per illam l. quam dicit esse vtiliorem quàm aliam, dicit Bart. *in l. ex hac scriptura, ff. de do-*
17 *nat. in fine verb.* † verba enunciatiua in iudicio prolata ante litem contestatam, non inducere probationem, quia enuncians potest pœniteri ante litem conte-
18 statam: † post verò litem contestatam inducere probationem, licet posset probari contrarium. Vnde Odofr. *in d. l. qui familiæ dicebat, dictam. l.* procedere, si non perueniatur ad litis contestationem, & ad sententiam, quia ante sententiam reuocari posset, & vt cæteros omittam, Fulgos. *in d. l. qui familia,* plenè di-
19 stinguit, & dicit, † libello oblato, & lite non contestata libellum in nihilo præiudicare, poterit enim ille, qui obtulit, secundùm eum, non agere amplius, & declarat *auth. qui semel,* quæ faciebat dubitare Alber. *in d. l. qui familia.* Hic erat casus. de quo agebatur, vbi Io. Iacobus enunciauit Michaelem hæredem Ioannis, postea reuocauit, & amplius virtute illius non egit, & alium libellũ obtulit, super quo lis contestata fuit, & processus instructus. Vnde illa confessio Ioannis, Iacobo præiudicare non debuit. & pro hac opinione videnda sunt quæ post alios congerit Gozad. *in repet. l. edita, 3. notab. C. de eden.* qui etiam dicit tex. *in d. l. cum precum,* debere intelligi secundùm tex. *in d. l. edita,* scilicet vt noceat confessio in libello non facta reuocatione, vel emendatione ante litis contestationem. Item dicit, legem prædictam loqui in libello suplici, non autem iudiciali. Et pro hac opinione facit etiam text. *in l. de ætate §. 1. in fin. ff. de interrog. actio.* loquens in
20 fortiori casu † quando quis interrogatur, an sit hæres & cogitur respondere; quo casu præsumitur magis instructus ad respondendum, & nihilominus reuocatio admittitur indistinctè ante litem contestatam, etiam si captio interuenerit, ita glos. *in d. l §. fin.* quam ad hoc allegauit Dominus Regens Reuerterius, & eam sequitur ibi Alber. Bar. & Iacobinus, qui allegat concord. Item dicebatur tunc confessionem in libello posse præiudicare actori, quando confessio siue sit vera, siue præsumpta, emanat super eo, quod de consensu contendentis poterat induci. Ita in specie Floriand. *in d. l. qui familiæ. vers. & prædicta.* Sed similiter, si Ioan. Iacobus fassus fuisset, Michaelem fuisse hæredem Ioannis, & hoc non posset fieri, quòd Michael esset eius hæres cùm hæreditatem non adierit: ergo prædicta confessio nihil operabitur, quemadmodum in simili dici-
21 tur *l. optimam, C. de contrahent. & commit. stipul.* † non procedere, quando enunciantes non habent facultatem disponendi, prout enunciant. Ita Curt. *in tract. feud. in 1. par. in 8. quæst. col. 3. vers. pro qua facit.* Et sic ex prædictis apparet, quæ allegabantur ad probandum, aditionem, ex confessione Ioannis Iacobi non procedere stante reuocatione facta ante litem contestatam, & ante partis acceptationem, & subsecuta postea litis contestatione super libello reuocante. Dicebatur insuper per testes de nouo productos nõ probari aditionem ex multis ponderatis contra eorum personas, & dicta, contra quę maxima etiam concurrebat inueri similitudo. Aderant enim ij testes in anno 1547. quo tempore merè hic punctus tractabatur, & non fuerunt examinati. Viuebat etiam eo tẽpore Nicolaus de Curte ad quem dicebat vnus ex testibus, quòd fuerunt literæ transmissæ per Michaelem pro hac hæreditate adeunda; citatur pro teste, & non examinatur, & quamuis diceretur Magnificum quondam Vincentium patrem Michaelis, hanc productionem testium non fecisse, confisum in mandato, Respondebatur, ex eodem articulo apparere, quòd testibus non renunciabatur: item, & fortius, quòd eo tempore ex articulo apparet prætensum mãdatum fuisse deportatũ, quia in articulo articulatur mandatum si reperiri, contigerit. Vnde apparet mandatũ non fuisse penes Vincentium, quòd si fuisset verum, si exemplum fuisset deperditum, repertum fuisset protocollum, & similiter dicebatur, non esse habendam rationem de depositione Petri Crispani, quia apotechæ, ad quas se refert, ex quibus apparet solutio pensionis domorum prætensarum Ioannis, loquuntur de tempore ante mortem Ioannis. Item eius depositio contradicit in omnibus depositioni aliàs per eum factæ in anno 1530. ad quam in hoc nouo examine ipse se refert, ex qua depositione non solùm non augetur ius Michaelis, sed diminuitur. Et
22 vltimò ad id, quod dicebatur, † aditionem esse præsumen-

sumendam, stante quòd hæreditas erat opulenta, dicebatur hanc præsumptionem nullo modo esse admittendam, quia ex hac præsumptione tollerentur omnes lites inductæ ad demonstrandum, quando quis videatur adijsse hæreditatem, & frustra Doctores laborassent in repet. *l. pro hærede, & l. gerit, de acquir. hæred.* quia potuisset fieri hæc regula, aut hæreditas est opulenta, & præsumitur adita, aut damnosa, & non; & ex præsumptionibus possessor, qui habet regulam pro se, quòd non præsumitur aditio, quia in facto consistit, condemnaretur. Sed circumscripta hac responsione generali, dicebatur hanc opinionem non probari, ex ijs, quæ allegantur: quæstio enim nostra est, an existente hæreditate opulenta, & non impedito Michaele impedimento iuridico, ex hoc præsumatur, inducatur, vel probetur, quòd Michael ante eius mortem ciuilem, vel naturalem, adierit? sed *in l. 1. vbi glos. C. de restit. milit.* Dubitabatur, an hæres militis absentis causa reipublicæ, cui militi erat delata bonorum possessio, deberet restitui in integrum, mortuo milite in militia post annum? & decidit quòd sic. Aduersus quam conclusionem opponit glos. quòd si ei denegaretur hæc restitutio postquam fuisset præsens, & tacuisset, sibi ipsi præiudicasset; soluit postea, quòd præsumeretur, quòd adijsset miles, si fuisset præsens, allegat text. *in l. 1. § pen. ff. si mu-*
23 *lier ventris nomin.* † in quo etiam tex. apparet; mulierem quæ per calumniam fingens se prægnantem impediuit aditionem hæreditatis, & hæres mortuus est non adita hæreditate, teneri ad interesse, quia hęres institutus, locupletiorem hæreditatem reliquisset, vnde est casus diuersus à casu, de quo agitur, quia in ijs duobus casibus certum erat, hæredes institutos non adijsse, nec agnouisse impeditos, militia, & à muliere prægnante, & lex præsumit, quòd adijssent data potentia. In casu autem de quo tractabatur, Michael aliquod impedimentum non habebat adeundi hæreditatem Ioannis à lege approbatum, & presumere, quod adiuerit hęreditatem in pręteritũ, iure nõ probatur. Item dicebatur, nec hanc opinionẽ probari ex dictis per Corn. *cons.* 310. & Aym. *vbi sup.* quia DD. prędicti nõ modò nõ confirmãt hanc opinionem, sed valdè repugnant; in casu enim prædictorum consiliorum dubitabatur, si ex possessione bonorum hæreditariorum probaretur aditio, in quo valdè laborant Doctores, & Corneus dicit facilè præsumi, quando hæreditas est opulenta, & sic declarat cũ Aym. & conuenire hoc dicit, & benè rationi naturali: sequitur Rota Roman. *in 1. part. decisio. de nouo impressarum, in decis. 362. dubitaui. num. 6. versic. maximè quia multa Rota Florentina post primam hanc impressionem impressa in decis. 148. col.* 2. In casu autem de quo agitur, non apparebat, Michaelem post mortem Ioannis possedisse aliqua bona hæreditaria ipsius; ergo ex hoc solo, quòd fuerit opulenta, aditio præsumi non debet, & ex ijs etiam apparet iure non probari diuersitatem supra ponderatam, an agat quis, vt obtineat, tamquam quòd eius prædecessor adierit hæreditatem, an verò conueniatur, quia vtroque casu aditio probanda est, cùm vtroque casu de maximo pręiudicio tractetur. Et sic causa prædicta optimè relata, & discussa in Regio Collaterali Consilio fuit impositum perpetuum silentium Michaeli, cum reseruatione quorum iam iurium, quæ quando explicabuntur, ponam in alia decisione, si Domino placebit. Die vltimo Octobr. 1575. Milonus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 3. 10. Adde hunc D. *in decis. 80. nu* 8. Masc. *infra allegandum n. 9. & iterum conclus. 78. nu. 30. volum.* 1. Ioseph. Ludou. per me infra allg. *fol. 49. à terg. ver. & cum ista additio.*

Num. 4. 14. Vide Anton. Gabr. *in tit. de testibus conclu 1. num. 18. & seq.* Boss. *in tit. de oppositio contra testes nu. 7.* Vrsill. *in decis. Afflict. 369. num.* 11. Viui. *in decis. 900. p. 3.* Cachera *decis. Pedem. 99. num.* 35. Menoch. *de arbit. iudic. casu. 99.* vbi plures casus considerat, & omninò Ioseph. Lud. *in suis com. opin. concl. 79. ver. fallit 1. fol.* 150. Caualc. *decis. ... n. 35. par. 2.* & omnino Farinac. *de testibus q. ...* & Viuium *in decis.* 539. *num. 4. & seq.*

Num. 5. Adde Ann. Senior. *in alleg. 61. par. 1.* Caualc. *de Tutore, & Curatore post. n. 68. fol. 33.* post Iason. *in l. 1. n. 2. 4. ff. de officio procurat. casar.* Eruditum Camill. Borrell. *cons. 57. num.* 1. Mascard. *de probatio. conclus.* 49. vbi hunc locum allegat, & nominat hunc D. Doctorem Illustr. & meritò quidem cùm maioribus sit dignus laudibus, titulis, honoribus, & prærogatiuis, cui omnes, & maximè Aduocati plurimum debent, vt inquit D. Fab. Anna *in cons. 120. nu* 3. & sufficit dicere plurimum conferrè à laudato viro laudari, & dicta hic sequitur etiam Costa *in tract. de retroact. fol. 73. n. 15.*

Num. 6. Vide Anton. Gabr. *in tit. de confess. concl.* 4. & Mandos. *in cons. Roman. 23. lit. A.* Roland. *cons. 1. n. 115. vol. 2.* Alphan. perus. *collect.* 295.

Num. 10. Adde Ioseph. Lud. *in suis com. opin. concl. 16. à fol. 49. vsque ad 52.* Mascard. *de probatio. conclus. 40 nu. 9 in fin. vol.* 1. & Menoch. *de præsumpt. lib. 4. cap. 99. n. 2.* qui ambo hanc decis. allegant.

Num. 15. Adde Mascard. *in tract. prædicto conclus. 41. n.* 11. qui hunc locum allegat.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1. *Transmissio hæreditatis paternæ qualiter fiat.*
2. *Ius adeundi an sit in bonis.*
3. *Aditio hæreditatis probanda.*
4. *Quoniam tamquam titulus onerosus non præsumitur.*
5. *Actiones quando confundantur.*
6. *Notarius scribens testificata per testem an puniatur.*
7. *Testimonialia in criminalibus an fieri possint.*
8. *Confessio facta in testamento, an reuocetur.*

AD hanc decisionem 60. Adde Præsidentem *supra, decis. 33. incip In causa, nu. 2.*
1 dicentem, † transmissionem hæreditatis paternæ ex potentia suitatis, fieri in suos hæreditatis adeundæ, ex textu, *in l. 1. C. de his, qui ante*
2 *apert. tabul.* ad quam decisionem dico. Et † quòd ius adeundi non dicatur in bonis esse, decidit Bald. *in l. 1. 10. quæst. C. qui admitti. & in l. licet, 4. q. C. de iure deliber.* & Paul, Castr. *cons.* 106. sed de hoc nouissimè vide Petrum Surd. qui nimis vidit, & audiuit, & surdus
3 non est, in decis. Mant. 138. *incip. Inter quos.* † Sed a-
4 ditio hæreditatis probanda est, quia † tamquam titulus onerosus non præsumitur, sed debet præsumi semper alius: Vrsill. *dec. sua* 360. & Surd. *dec. Mant. 154. n.* 18. de alijs hic in decisione dictis, quib. posset quilibet
5 nihil addere; futile enim claris, & vanum iudico † sed quando actiones confundantur vide omninò Surd. *decis. 144. incip. Impetrata;* & iterum *in dec. 224. incip. Inter filias,* latissimè, *in decis. 44. & decis.* 224. doctissimè loquitur; & dixi supra, *decis.* 39. De actionis confusæ remedijs. & Cautelis. Ad num. 4. adde omninò Ant. Gabr. *lib. Conclus. tit. de testib. Concl. 1. nu.* 18. & Paul. Fusc. *Sing. 34. Testis,* & Vrsill. *decis. 369. n. 13. ad 15. & decis.* 400. Vide Tiraquell. qui limitat. *in lib. 1. Retractus glos. 14. num. 31. ad num. 5. vers. in eo loco.* Adde Mascard. *de probat. concl. 49. n. 1. vol. 1. & ad num.* 12. Adde omninò Ai n. *cons. 6. nu. 20. vol.* 1. & quæ ego ad
6 *l. 3. vers. testimonijs, ff. de testib.* & nota, quòd † Notarius non punitur, si scribit ea, quę dicit testis ipsi Notario per modum testificationis; de quo videndi sunt Salicet. *in Authen. Apud eloquẽtissimũ, C. de fide instru.*

& Bar. *in l. habemus. §. sanè. nu. 13. C. de sacros. eccles.* & Iacob. Anell. de Bott. *in l. si quis legatum. ff. de fals.* & Bart. videtur concludere *in d. l. si quis legatum*, quòd non puniatur. Sed ego audio contrarium practica-
7 tum, Et † quòd testimonialia in criminalibus prohibeantur pro inquisitis contra fiscum, & Notarij sunt punibiles, licet nec punitos, nec de iure Communi puniendos viderim huc vsque, & ad hunc num.
8 14. Adde Borrel. *in cons. 57.* omninò videndum. † An confessio facta in testamento, possit reuocari. Afflict. *decis. 83. num. 5.* & Ioan. Petr. Anchar. *quaest. 58. Caius, libr. 1.*

ADDITIO D. RICII.

QVatenus auctor noster dicit hic quomodo probetur aditio hæreditatis? Scias nonnullos esse modos aditionis hæreditatis, nam solo animo aditur hæreditas ex Decio *consil.* 652. quod fallit in hæreditate opulenta Cor. *cons.* 310. Item probari aditionem hæreditatis per solam declarationem voluntatis verbis Bar. *in l. gerit ff. de acquir. poss.* & verba debent esse clara, & dispositiua nullam dubitationem habentia Ias. *in l. pro hærede nu. 3. de acquirend. hered.* & quid si verba sint prolata, puta, volo adire hæreditatem, quòd sic, Bart. *in l. cunctos populos C. de sum. trinitate, & fide cathol.* & quid si verbum, volo, est iniunctum alicui verbo infinitiuo significante alium actum futurum, vide Ias. *in l. serui electione num. 22. ff. de leg. 1.* & quando prædicta verba sunt prolata definite, & circumscriptè Soc. Senior *consil. 86. num. 4. volum. 3.* & quid si per verba enunciatiua fuerit declarata voluntas, vide Decium *cons. 278.* & si verba fuerint enunciata propter aliud, dummodo proferantur per modum causæ Crauet. *consil. 20. num. 12.* Secus est tamen, quando verba sunt obscurè prolata. Socin. Sen. *consil. 60. nu. 12.* & vide Mant. *in tract. de coniect. vltim. volunt. libr. 12. tit. 11. & numer. 9* subdit probari aditionem hæreditatis per scripturam, nam in scriptis facilius discernitur factum, etiam si scriptura esset inualida *arg. l. fin. ff. de reb. eorum:* contrarium refert Neuizan. *consil. 26. num. 41.* Item probari per facta, fuit auctor Bart. *in d. l. gerit. numer. 19.* etiam per facta præparatoria Marant. *in repetit. l. is potest numer. 51. ff. de acquirend. heredit.* & quid si petam mihi exhiberi testamentum vide Bald. *in l. potuit num. 21.* vbi dicit hoc facto probari aditionem; fallit tamen si filius intentaret querelam, nam per hoc non præsumitur adire hæreditatem Soc. *consil. 20.* Item probatur hæreditatis aditio per cessionem bonorum, vel iurium hæreditatis alteri factam. Alciat. alios referens in *consil. 339.* quod procedit etiam si cedens esset protestatus per illũ actum non intelligere adire hæreditatem: Riminald. Sen *consil. 346. num. 17. volum. 2.* & quid si simpliciter nulla facta mentione de donatione, aut cessione, facta fuerit renunciatio hæreditatis, hoc casu non inducitur aditio, sed repudiatio. Item probatur si quis institutus hæres transigat super rebus hæreditarijs cum legatarijs, vel alijs creditoribus: Bald. *consil. 272. num. 2. volum 3.* probatur etiam per aliud factum, vt si quis pro defuncto dederit eleemosynas de rebus defuncti non necessarias ex necessitate, nam tunc in dubio præsumitur adiisse: Io. de Amicis *in consil. 337.* Item ex habitatione domus paternæ Siluan. *consil. 49. num. 86. volum. 1.* Durand. *in tract. de art. test. acq. heredit. caut. 15. num 1.* quod fallit in vxore instituta hærede à viro: Corneus *consil. 147. col. 1.* quid in pupillo Bart. *in l. Mutius in 1. opposit. ff. de tutel.* & quid si domus sit obligata pro dote materna Grat. *consil. 146. num. 11. libr. 12.* & quid si habitans habebat bona communia cum defuncto, vide Bal *in cap. Imperialem §. præterea de prohibit. feudi alienat. per Feder.* Item probatur per solutionem æris alieni hæreditarij creditoribus hæreditarijs factam: Matthesilan. *sing. 35.* & per possessionem hæreditatis præsumitur quis adiuisse hæreditatem Grat. *d. consil. 146.* etiam si res esset communis cum possidente, & quid si quis possederit bona hæreditaria, probetur ex eo, quòd quis possederit bona hæreditaria per decennium, vide Tiraq. *in tract. de præscript. verb. per decem annos vers. 39.* & si quis instituat procuratorem ad adeundam hæreditatem an propterea dicatur adiuisse hæreditatem, quòd sic, *consil. 34. num. 3. volum. 1.* & generaliter quotiescumque quis aliquid agit in bonis defuncti præsumitur adiuisse hæreditatem Ruin. *consil. 168. numer. 1. libr. 4.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Aditionem hæreditatis ex mandato ad adeundum non induci ante executionem mandati tradit* D. Præses, *qui carpitur à* Camuncula, *sed immeritò, & quid si mandaretur ad adeundum cum inuentario, & procurator ommitteret, num. 2.*
3 *Hæreditatis aditio, an præsumatur, & qualiter probetur.*

1 OBlatratorem habet D. meus Marcum Ant. Camũcul. alijs stipatum, in cõtrouersia vtrum aditio hæreditatis inducatur ex mandato dato ad adeundam hæreditatem ante executionem mandati, in qua re negatiuè sentit hic *numer. 15.* & firmant Castrens. *in l. procuratorem numer. 4. ff. de acquir. hered.* Manta *consil. 10. numer. 18.* qui adducit *tex. in l. qui absentis, ff. de acq. hered.* vbi licet dominus sola voluntate possit dare libertatem seruo, tamen donec litteræ reddantur eius animus suspenditur, vt interim non videatur dedisse libertatem. Verumtamen aditionem induci ex mandato dato ad adeundum ante executionem mandati ex *glos. in l. Paulus ff. eo.* tenet Maranta *in repet. l. is potest eo. tit.* Crass. *de success. lib. 2. art. nequis hæreditatem quæst. 4.* plenè Marc. Ant. Camuncul. *decis.* Rotæ Bonon. *37. nu. 2. & per tot.* vbi expressè tradit non credendum D. meo, quia non discussit articulum, & hi omnes tenent ex constitutione procuratoris statim induci aditionem.

Quidquid obloquatur Camuncula ipse primam opi-
2 nionem amplector per *tex. in d. l. qui absenti*, & per alia media quibus D. meum pleno calamo nouissimè defendit Eman. Valeron. *in tractat. de transact. quæst. 5. numer. 35.* & licet contrarium teneant Ial. Mart. & alij, quos refert Valeron. & Rot. *dec. 353. n. 1.* coram Buratto; ex *dec. 244. & dec. 106. p. recent;* omnes autem aliter tenent, quando ex verbis mandati potest elici volũtas mandantis conferendi aditionẽ in tempus executionis, & actualis aditionis faciendæ per Procuratorem. Bal. in *l. 1. (qui admitt. ad bon. posses* Alb. *ib. n. 3.* Masc. *de prob concl. 8. n. 5.* vt si mandato Procuræ dictum sit; *Et intendens prædictã hæreditatẽ adire cũ beneficio inuẽtarij, sed ob loci distãtiam actui personaliter vacari nõ valens ad illam adeũdam constituit, &c.* Verba *intendens adire* non important aditionem. Bar. *in l. gerit n. 10. ff. de aq. hered.* pro vt differunt *volo adire*, & volo *heres esse.* Mantica *de coniect. li. 12. tit. 11. n. 2.* Font. *dec. 88. nu. 3.* Item si sit absens, vbi debebat facere inuentarium, & sic verisimiliter ignorabat statum hæreditatis; & cõsequenter animus redditur super eius suspẽsus vsque ad executionem procuratoris, cui per absentem committi censetur, vt adeat hæreditatem, si per informationem vtilem esse reperierit; ita conclusionem contrariam gl. limitant Cyn. in l. 1. (qui admitt. *num. 1.* Alberic. *num. 6.* & ex D. meo *numer. 10.* Rot. *in decis.*

in decis. 297. p. 9. recent. Modò ad quæstionem deueniendo simplex aditio si abeo fiat, qui certus iam est, an ei adire expediat, & deliberauit, & frustra exigit procuratorem, aut incertus est, an ei expediat, & mandat procuratori, vt adeat: & nec videtur id esse quando hæres est absens à loco hæreditatis, quo casu animus censetur suspensus vsque ad executionem procuratoris: vt Rota *vbi sup.* Et quatenus Camuncula velit adire hæreditatem per procuratorem sine confectione Inuentarij iuxta formam mandati hæredem obligari in solidum: Contrarium verius est ex Anna *alleg.* 61. Ex voluntate enim mandantis actus diuiduus redditur indiuiduus: & Rot. *in decis. 342. p. 2. diuers.* in qua [illegible] fundat Camuncula habet locum in mandato Procuræ ex tunc inferente aditionem stante facultate concessa procuratori ad exigendum, & quietandum debitores, & qualitas inuentarij hoc casu non qualificat aditionem iam factam: ita Rot. *d. par. 9. recent.* Quid autem dicendum [illegible] mandatum datum esset ad adeundam hæreditatem cum beneficio inuentarij, & procurator non conficeret, an aditio inducatur, & hæres sit condemnandus insolidum, affirmat Camuncula *vbi sup.* ea ratione ductus quia actus aditionis, vti legitimus non recipit diem nec conditionem *ex l. actus legitimi, ff. de iregul. iur.*

Aditio hæreditatis cùm sit quid facti non præsumi-
3 tur, nisi probetur *l. pro herede, & l. geris,* & ibi Bar. *ff. de acq. vel omitt. har.* & cùm sit res, quæ dependet à mera voluntate debet probari voluntas certa non suspensiua, nec conditionata Crauett. *con.* 312. & ampliatur in hæreditate lucrosa, vt cēsuit S. C. hic & ex D. meo Senatus Pedemontanus teste Thes. *li. 2. q. for.* 51. in causa in qua testes producti per actorem, qui ex persona matris agebat [illegible] hæreditatem auunculi ex iure transmisso deponebant matrem actoris mortuo fratre adiisse Iureconsultum pro conficiendo libello super aditione hæreditatis fraternæ, & conquærebatur de fratre, qui nihil illi dabat, nam dicebatur esse ista quidem signa voluntatis, sed non certæ, & deliberatæ, præsertim, quia distulerat mater per septem annos agere, & alia desuper docet Thesaur. vbi quod aditio probatur per testes singulares de extraiudiciali confessione Alba *con. 248. num.* 15. etiam per vnicum testem ex Gratian. *discept.* 215. & quòd aditio dum tractatur de lucro probetur ex qualicumque animi deliberatione, & quęlibet leuis coniectura sufficeret ad præsumendam animi deliberationem Bart. *nu.* 5. Magon. *dec.* Flor. 24. *&* 148.

SVMMARIVM.

1 *Pro liquidanda vita, & militia inspicitur tempus mortis testatoris.*
2 *Vita, & militia succedit loco partis hareditaria, & est tertia pars, quam habiturus esset secundogenitus, si succederet in feudum.*
3 *Argumentum de legitima ad vitam, & militiam, valet.*
4 *Legitima pro liquidanda tempus mortis testatoris inspicitur.*
5 *Paragium est loco debiti iure natura.*
6 *Filio, quod datur in burgensaticis alio harede instituto loco legitimę est.*
7 *Argumentum de alimentis ad vitam, & militiam non valet, nisi respectu extinctionis, nam sicut alimenta morte extinguuntur, ita & vita, & militia, num.* 9.
8 *Glos. in Constit. Comitibus, ibi dum considerat tempus erogationis, interpretatur.*
10 *Vita, & militia diminuto patrimonio, vel aucto, an diminuatur, vel augeatur, & num.* 13.
11 *Vita, & militia reintegratis corporibus ad feudum post mortem testatoris non augetur, sed declara, vt in n. 13. & 18. vbi concluditur contra Afflictum.*

12 *Vita, & militia secundùm fructus liquidatur.*
14 *Sententia natura, & effectus.*
15 *Legitima siue sit quota hareditatis siue bonorum, veniunt iura.*
16 *Legitimam auget naturale debitum post testatoris mortem per haredem exactum.*
17 *L. si patronum. ff. de bon. liber. declaratur.*
19 *Legitimam ad liquidandam modus ponitur.*
20 *Præsumitur pro sententia eximy Tribunalis.*
21 *Sententia etiam improbè lata facit ius, quoad obtinentem.*
22 *L. 3. ff. ad l. Falcid. est correcta in harede cum beneficio legis.*
23 *Tempus mortis inspicitur, etiam in liquidatione corporum reintegratorum.*

DECISIO LXI.

Liquidatio vitæ, & militiæ fit inspecto tempore mortis testatoris.

Bona aucta post mortem testatoris, siue potiùs re integrata ad hæreditatem, augent quoque vitam, & militiam debitam secundogenito.

IN causa Magnifici Don Cæsaris Cauanigliæ cum Magnifico Don Marcello Cauaniglia, & eius primogenito, super hæreditate Magnificæ quondam D. Lucretiæ Montaliæ, de tribus fuit dubitatum. Primò in liquidatione vitæ, & militiæ, quod tempus debeat attendi, an tempus mortis, vel vita, & militia debeat liquidari singulis annis, ita vt si fructus augeantur, debeat augeri: & si diminuantur, diminui; Secundò si in liquidatione vitæ, & militiæ prædictæ debeat haberi ratio de fructibus, qui percipiuntur non tantùm ex corporib. introituum, qui aderant tempore mortis communis matris, sed etiam ex fructu bonorum reintegratorum post morté. Tertiò, & vlt. si quando de eis esset habenda ratio, quòd tempus debeat inspici in liquidatione vitæ, & militiæ respectu fructuum horum bonorum reintegratorum?
1 Quo ad primum, † decisum fuit, in liquidatione
prædicta inspiciendum esse tempus, quo testator moritur, ijs potissimè rationibus, scilicet ex verbis Const.
2 Regni, Comitibus, † in qua constitutione vita, & militia paragio ęquiparatur, ibique And. dicit, vitam, & militiam esse loco partis hæreditariæ, à qua excluditur per primogenitum maiorem, & magis infrà dicit, esse tertiam partem, quam habiturus esset si succederet in feudum: idem And. *in ca. const. quam legit post constitutionem, consuetudinum, in princ* Paris de Put. *in tract. de reint. feu. in c. nunc videndum* 10. *&* 16. Loff. *in cap* 1 *§. quid ergo, in ver. vel danda, col. 2. de inuest.*
3 *de re alien. fac.* † dicit de legitima ad vitam, & militiam argui, & quoad hoc secundùm eum, secundogenitus est, sicut fœmina, cui datur paragium loco portionis hæreditariæ, & à qua excludatur per Const. Regni, in aliquibus sequitur Fab. de Anna *cons. 75. num.*
4 19. vbi de hac decis. meminit † In legitimæ autem liquidatione tempus mortis testatoris esse inspiciendum, clarum est *in l. cum quaritur, & in auth. nouiss. C.*
5 *de inoff. test.* Idemque in paragio, † quòd licet non sit idem, quod legitima iure naturæ, nihilominus est loco debiti iure naturę. vt plenè sequitur Neap. *in consue. si moriatur. in vers. eas, in gl. in ver. Paragium* Afflict.
6 *dec. 160. aliud. dubium.* Item & alia ratione † quia id quod datur filio in burgensaticis, alio hęrede instituto, est tertia pars loco legitimę & sic tempus mortis attēditur. *d. l. cum quaritur.* ita in eo, quod loco legitimæ datur in feudis, vt est vita, & militia, idē tempus attendi debet. Non obstat id, quod ex parte secūdogeniti pręt ensum fuit, vitā, & militiā deberi singulis annis taxari

augerique, & diminui debere pro quantitate fru-
ctuum, qui singulis annis exiguntur postquam dato
secundogenito loco alimentorum, vt viuat, & ad
hoc fuit ponderata *gl. d. Constitut. Comitibus*, dum
dicit esse inspiciendum tempus erogationis. Si igitur
hoc anno erogantur, in quo maiores fructus sunt,
maior est facienda liquidatio: si minores, minor. Nam
7 responsum fuit ex mente Loff. *in d. §. quid ergo*, † non
valere argumentum de alimentis ad vitam, & mili-
tiam, ex ijs, quæ ipse ibi ponit, nisi respectu extin-
ctionis. Nam sicut alimenta morte extinguuntur,
ita & vita, & militia, vt dicit glos. prædictæ Consti-
tutionis, quæ nec etiam dicit id, ad quod allegatur,
8 † quia dum considerat tempus erogationis, loqui-
tur habito respectu ad tempus, quo pater viuebat, &
ita loquitur text. *in l. Scio*, quem allegat. Quando ve-
rò loquitur de vita, & militia præstanda post mor-
tem patris, dicit, quòd pro modo facultatum defun-
cti taxanda est, & sic potiùs facit pro opinione pri-
9 mogeniti, quàm secundogeniti, † & quòd non va-
leat, argumentum, considerabatur, quòd si vita,
& militia esset idem, quod alimenta, vel ab ea ar-
gueretur, posset accidere casus, quòd vita, & mi-
litia esset tanta, quæ transcenderet summam alimen-
torum, & tunc quis dicet, quòd primogenitus non
teneretur in eo, quod excedit, & econtra minor?
& tunc quis dicet, quod vltra vires hæreditarias pri-
mogenitus teneretur? nemo equidem. Nec ex d. Parid.
in cap. vltim. prædicti sui tractat. argui potest, dum
10 allegatur, † quòd diminuto patrimonio, similiter
debeat & vita & militia diminui, vt sic debeat esse
econtra, quòd aucto patrimonio ex fructibus augea-
tur, quia Paris hoc non dicit, sed dicit quòd posset
argui, & nihil decidit. Et ex prædictis, ac etiam ad
euitandam difficultatem, quæ singulis annis occur-
reret in liquidatione fructuum, & quia semper sic fuit
seruatum in Sacro Consilio in similibus liquidatio-
nibus fuit decisum esse inspiciendum tempus mortis
matris, & ex quantitate fructuum eo anno percepto-
rum, liquidationem prædictam esse faciendam, pro-
ut facta fuit danda in pecunia, vt de paragio, & vita
militia dicit Neap. *in consuet. si qua mulier in verb. de
bonis. fol. 47.*

11 Quo ad secundum dubium faciebat primò, † quòd
in corporibus reintegratis hæc vita, & militia non
debetur, solemnis tex. *in l. si patronum ex debita
vers. si ex bonis, ff. de bon. liber.* per quem tex. hunc fe-
rè casum in terminis aliàs Sacrum Consilium iudica-
uit in fauorem primogeniti, teste Afflict. *in decisio.*
382. Secundo, quia in liquidatione legitimæ, & vi-
tæ, & militiæ, vt supra dictum est, tempus mortis
attenditur, quo tempore bona hæc reintegrata non
12 erant in hæreditate. Tertiò, † quia vita, & militia ex
fructibus, (vt supra dictum est) liquidatur: sed tempo-
re mortis matris ex hoc iure reintegrandi fructus non
percipiebantur: ergo de eo non curandum. Quartò &
vlt. quia Don Marcellus ex processibus prætendebat,
quòd appareret, corpora fuisse reintegrata in curia
possessorum, & diligentia ipsius, quo casu ex disposi-
tione *l. 3. ad leg. Falc.* ex ipsis hæreditas augeri non
debet.

Quibus non obstantibus, Sacrum Consilium con-
13 trarium iudicauit, † scilicet hæc corpora reintegra-
ta augere vitam, & militiam, subscriptis rationibus.
Primò, quia licet hæc corpora tempore mortis non
apparerent in hæreditate, nihilominus virtualiter, &
realiter erant in hæreditate, licet enim sententia rein-
tegrationis lata sit valida post mortem, nihilominus
hæc sententia nihil de nouo facit, sed declarat primo-
14 genitum Dominum non ex nunc: sed ex tunc † hæc
enim est natura, & effectus sententiæ, *l. ex diuerso
§. 1. ff. de rei vind. l. sicuti. §. Aristo. ff. si seruit. vend.*
Secundò, si in liquidatione vitæ, & militiæ proce-
dimus ad instar liquidationis legitimæ, vt supra con-
15 clusum est, de iure verum est, † quòd sine legitima sit
quota hæreditatis, & veniunt iura, si quota bonorum,
& similiter *l. bonorum, l. 2. ff. de verb. sign. cum simi-
lib.* & hoc decisiuè consuluit Soc. iun. *consil. 184. vo-
lum. 1.* qui in hæc verba prorumpit, in liquidatione
legitimæ considerari omnia, & quæcumque bona
mobilia, stabilia, iura, & actiones, quæ reperiun-
tur tempore mortis testatoris, & hanc opinionem vi-
detur tenere in terminis nostris Lancell. Politus, *in
repet. l. filium, quem habentem numer. 160. C. famil.
ercisc.* qui loquens in materia text. *in d. l. si patronum
ex debita* ex cuius intellectu dependet hæc quæstio,
16 dicit vnum, quod est fortius, † quòd si post mor-
tem testatoris hæres exegerit naturale tantùm debi-
tum, quod etiam hoc sit exactum, augebit legiti-
mam. Et secundùm hanc opinionem Sacrum Con-
silium iudicauit, non obstantibus allegatis pro par-
te primogeniti, ad quæ sigillatim respondetur. Et
quo ad text. *in d. l. si patronum ex debita.* dicebatur,
17 † quòd ex text. non procedit in casu, de quo agitur,
quia loquitur quando redit ad hæredem iure postlimi-
nij, alluuionis, vel iure accrescendi, in quibus ca-
sibus, mortuo patre, & filio adeunte hæreditatem,
quando filius adijt, nihil est in hæreditate; non enim
adest actio, quæ contra hostes intentari possit, nec
ius alluuionis, vel accrescendi in actu deductum. In
casu nostro secus est, quia mortua D. Lucretia com-
muni matre, aderat hæc actio in hæreditate, imo per
eam intentata, & hæc est vera responsio ad illum
text. qui sic intellectus non contradicit text. *in l. ser-
ui, q. ff. ad leg. Falc.* in quo text. augetur patrimo-
nium ex causa, quæ suberat tempore mortis, & ad
hoc illum text. allegat Bereng. Ferd. *in repet. l. in
quartam vers. primum est, numer. 123. ff. ad leg. Fal-
cid.* Secundo ad illum text. respondet Politus, *vbi su-
pra*, quòd intelligitur ad finem contratabulandi te-
stamentum, non autem ad finem, quòd patronus
non possit petere augmentum. Tertiò alij Repeten-
tes *in d. auth. nouissima*, respondent ad illum tex.
vt procedat in augmento, quod prouenit in hæredi-
tate sine opera hæredum, quæ nascitur ex actione
existente in hæreditate. Casus noster est diuersus, quia
concurrit actio in hæreditate existens, & opera hæ-
redum ad recuperandum in hæreditate bona reinte-
grata, & ex prædictis hoc contrarium dicebatur sub-
18 latum esse. † Decisio Afflicti remanet euacuata au-
ctoritate huius text. & non ab re in apostillis, quas
habeo ad Decisionem Afflicti, reperio hæc verba.
Credo tamen hoc ius venire in liquidatione legiti-
mæ. Nec obstat secundum, quia non est verum in
hæreditate tempore mortis non adesse hæc bona, &
ex consequenti respectu eorum non deberi vitam, &
militiam, ex quo (vt supra dictum est in primo fun-
damento pro parte actoris) bona hæc virtualiter erant
in hæreditate. Item aderant iura reintegrandi, re-
spectu quorum etiam deberetur legitima ex dictis
Soc. *consil. 184. volum. 2.* Nec obstat tertium, nam li-
cet ex hoc iure reintegrandi D. Marcellus non perci-
peret fructus tamen per possessorem fructus perci-
19 piebantur, † & modum liquidandi legitimam in hoc
casu posuit Aym. in proprijs terminis, *consil. 109. de
anno, col. pen. vers. sed dicet, volum. 1.* scilicet, quòd
poterit is, cui debetur legitima, cogere hæredem, vt si-
bi actiones cedat, ipsisque cessis super bonis per ter-
tios possessis supplementum legitimæ recuperare, quod
facilimum fuisset in casu, de quo agitur, lite iam mo-
ta contra possessores per matrem communem. Imo
lata sententia reintegratorum, de cuius sententiæ nul-
litate iam lis in Sacro Consilio pendebat. Nec vlti-
mum obstat. *d. l. 3. ff. ad l. Falcid.* quia postquam sen-
tentia per Sacrum Consilium lata transitum fecit in
20 rem iudicatam, † sicque sententia eximij Tribunalis,
præsumitur pro ea, quòd iusta fuerit. *l. Herennius, §.
Caia ff. de euict.* Imò maior est præsumptio, quanto
quis est maior iudex. *l. 1. de offic. præf. præt.* quam ad
hoc alleg. Dec. *in rubr. de appel. n. 8.* Item, etsi impro-
bè

21 bè iudicatum fuisset in eius fauorem, † cùm hæc pronunciatio faciat ius respectu eius personæ, tenebitur fratri ad vitam, & militiam ex ijs, quæ eleganter text. dicit *in l. seruus plurium. §. si hereditatis ff. de leg. 1.* vbi Ang. *allegat concl.* Bal. & Aret. & Lancell. Dec. & illum text. hoc allegat Alex. *in cons. 60. stantibus. 2. col. vers. vltra prædicta, vol. 4.* conferunt dicta per Puteum *in dec. 330. in vna Tole lib. 2. fol.* 319. & per illum tex. dicit gl. Paris. *in § 2. tit. 1. n. 16. fol. 224.* quòd victores accusantes malè iudicatum non sunt audien-
22 di. Vltimo dicebatur, † tex. *in d. l.* 3. esse correctum in hærede beneficio legis, & inuentarij. Guid. Pap. *in tract. de for. conficiendi inuentarium, col. fin. vers. quaro vlterius, in 8. volu. in meis* adde quòd dum hic casus accidisset in Rota Rom. relata decis. Afflict. nihil fuit decisum, vt testatur eadem Rota *in 1 par. decis. de nouo impressarum, in decis. 347. domini. fol. 111.*

Quòd ad tertium, & vltimum dubium, difficultas exorta fuit propter difficultatem, quæ erat, liquidandi fructus horum bonorum reintegratorum, quæ tempore mortis non reperiebantur penes matrem, nec in hæreditate: attamen pro maiori parte in puncto iuris, ex ijs, quæ in principio huius decisionis dicta sunt de-
23 cisum fuit, † esse inspiciendum tempus mortis prædictum, & sic fuit postea (me referente) respectu corporum reintegratorum facta liquidatio per decretum, quod non placuit secundogenito, & à decreto liquidationis reclamauit, & hodie pendet reclamatio.

ADDITIO D. VISCONTI.

Adde videndum D. Regentem de Ponte *consil. 79.* Vrsill. *in decis. Afflict.* 382. D. Regentem Lanarium *cons. 70* Saler. *in addit. ad Neapod. in Consuetud. si moriatur. fol. 96. in nouis,* Crass. *in §. legitima q. 13.* Suarez *in suis com. opin. lit. L. nu. 73. & seq.* Henric. *in suis com. opin. conclus.* 118. *lib.* 3 omninò Marc. Anton. Peregr. *de fideicom. art.* 37. *à n. 19. cum seq.* post Alex. Raudens. *in tract. de analogis fol... in magnis* qui distinguunt de augumento intrinseco, D. Io. Andr. Georg. *in alleg.* 40. maximè *col. fin.* quem locum de analogis allegauit, & docuit acutissimus Dominus, & in iure dicendo facundissimus Io. Laurent. de Rogerijs huius Prouinciæ Decanus, & in Almo Gymnasio Salernitano Primarius Iuris ciuilis Interpres dicendo secundùm opinionem Raud. & Peregr. fuisse decisum nouissimè in Sacro Cons.

Num 3. Adde Alex. *cons. 103. n. 19. vol. 2.* Aym. *cons. 17. sub n. 2. vers. 4.* Crass. *in §. legitima q. 11.* latissimè D. Annam Iun. *cons. 26. n. 18. 20.* Viuium *in opin.* 311. *ante n. 2. par. 1.* Roland. *cons. 86 nu... vol. 1. & D. Georg. vbi supra à n. 1.*

Et dum hic, & supra *in decis.* 20. dicitur, quòd vita, & militia legitimè æquiparantur, & vltra addita *in d. decis. 20.* & D. de Ponte *in cons. hic per me allegato 79.* Adde D. Garf. Mastr. post hæc per multos annos impressum *in decis. 64. n. 2.* quæ debet taxari attento valore redituum feudi, vt *ibi n. 9.* post Doctores quos alleg. & debetur filio secundogenito, & si sit diues, & aliunde habeat, Idem Garsias *in decis. 85. nu. 20.* & an debeatur filio naturali, & à patruo nepoti ex secundogenito; Vide *in d. decis. 85.* latissimè, & quando non debetur vita militia secundogenito; Vide Ann Sen. *in alleg. 23.* & Mertam *in voto 189. in fin.*

Num. 18. Vide si conferunt scripta per eundem Crass. *in §. legitima q. 48.*

Num. 20. Adde hunc Dominum *infra decis.* 148. *ad fi.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Vita, & militia taxatio quomodo, & qualiter fiat.*
2 *An attendatur pretium emptionis feudi 3. 4. & 5.*
3 *Vita militia qualiter Cardinalibus taxetur.*

Ad hanc decisionem 61. adde nouissimos *in tract. de vita milit.* Francis. de Amic. *in suis Lectur. ad*
1 *feuda,* vbi idem quod hic, *num. 1.* † quòd vitæ militiæ prætium mortis tempore liquidatione deciditur, sed Consiliar. Ioan. Thom. Minado. doctissimus vir sua tempestate, cui integerrimus Præsidens Iulius Minadous Regiæ Cameræ maiorum officiorum meritissimus est filius, contrarium dixit fuisse iudicatum *in Constit. In aliquibus. numer. 32. in verbo, successione*
2 † prætium emptionis feudi, & non mortis feudatarij attendendum: Sic etiam Anna senior, *Sing.* 200. licet Anna iunior Regius Consiliarius, *cons. 26. incip.* Andr. & *cons. 4. incip. In hac n. 31. vol. 1. & cons. 6. incip. Qua numer. 3. & 28. & cons. 75. incip. Dixi, numer.* 12. contra Minadoum tenuerit, de quo videndus est hic
3 Præsidens *decis. 20. num. 9.* vbi dicit, † quòd vita, & militia loco legitimæ succedit, vt hic *num. 3. & decis. 1. num. 39.* Nouissimè Petr. de Gregor. Siculus, *in tract. de vita milit.* vbi Mastrill. Ad *num. 6.* adde pro
4 † taxatione vitæ militiæ, Vrsill. *decis. 252. n. 5. in fine. & sup. decis. 1. nu. 39. & decis. 20.* Item adde, quòd postquam hic æquiparatur vita, militia, & legitima,
5 quòd legitima taxatur secundùm tempus mortis, † & augmentum, & diminutio, damno, & lucro hæredum est. Ant. Gomez. *lib. 1. resolut. de vltim. vol. cap. 11. nu. 23.* Boer. *decis. 62.* & latissimè Borgnin. *decis. 8. incip. Domina, nu. 16. par. 3.* qui infinitos allegat pro,
6 & contra. † Plura de vita, militia qualiter Cardinalib. secundogenitis debeatur, & an debeatur iure actionis, & de alijs quæstionibus, Doctor Bambacar. *in ca. qui clericus, n. 205 in tit. si de feud. defuncti content. sit,* qui hunc Præsidentem allegat, *in decis. 20.* vide Regent. à Ponte, *quæst. 79.*

ADDITIO D. RICII.

Liquidatio vitæ, & militiæ fit inspecto tempore mortis testatoris, hoc dicit. Ad hanc decisionem adde Caualcan. *decis. Finizan. 8. num. 16 par. 3.* quod procedit, etiam si fuerit petita longè post mortem matris, vel patris, vt in contingenti facto fuisse decisum testatur à Ponte *cons. 79. nu. 14. vol. 1.* & in feudo à patre empto ex quo secundo genito non debetur vita militia, sed pars pretij in eius liquidatione attenditur, etiam tempus mortis, licet feudum fuerit emptum mille, & tempore mortis valeat duobus mille, vt tenet Afflict. *in cap. Imperialem, §. præterea ducatus num. 91.* quod intellige deductis oneribus ipsius feudi Ann. *cons. 26. num. 3.* idem procedit in liquidatione legitimæ, nam in ea attenditur tempus mortis Alexand. *con. 103. num. 15. vol. 2.* Ias. *cons 214.* Decius *cons. 228.* Afflict. *resp. 396. num. 2. & sequen.* vbi etiam aduertit non esse attendendum tempus præcedens, vel subsequens mortem: Ias. *in Auth. nouiss. numer. 4. & 5* & hinc auctis bonis post mortem patris non est liquidanda legitima iuxta tale augmentum Afflict. *decis.* 350. idem dicimus procedere in liquidatione Falcidæ *l. falcidiam ad l. falcid.* Fallit tamen principalis conclusio non procedere quando esset mora, nam tunc tempus protestationis attenditur Minad. *in constit. in aliquibus in 7. notab. n. 11.*

Ad ornatum huius decisionis posset etiam dubitari, an in liquidatione vitæ, militiæ haberi debeat ratio de fructibus, qui percipiuntur non tantùm ex cor-

corporibus introituum, quæ aderant tempore mortis, quàm etiam ex fructu bonorum reintegratorum post mortem, fuit dictum esse de omnibus rationem haben dam Balzar. *in c.1 similiter nu.7. si de inuestitur. feud. fuerit contr.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA,

SVMMARIVM.

1 *Augmentum superueniens in bonis post obitum patris augere legitimam filij resoluit* D. Præses.
2 *Contraria opinio* Amat. Mangilij, *& aliorum affertur cum ampliatione qua reijcitur, n.3.*
4 l. 3. ad l. falcid. *correctam esse in hærede cum beneficio inuentarij firmat decisio.*
5 Montanus, & D. Carolus Moccis *aliter probant.*
6 *Vita, & militia numero taxetur feudis recuperatis, & qualiter liquidetur, n.7.*

1 INtermittuntur haud quaquam decertationes cum expugnatione alicuius opinionis firmatæ hic, vbi præcipua quæstio fuit, an augmentum superueniens in bonis patris post obitum illius augeat legitimam filijs debitam adhuc non petitam, nec exactam, & affirmatiuè resoluit D. meus, & tenet Surd. *cons.* 128. *vol.* 2. Menoch. *cons* 471 Fabian. *in rep.* Auth. nouissima 8. *q. n.* 79. *C. de inoff. test.* Cęs de Graff. *decis.* 156. *de test.* 6. *& dec.* 160. *de test.* 10. & plures authoritates, & decisiones congessit Fontanell *dec.* 573. *per tot.* D. Marcian. *cons.* 40. *tom.* 2. Cons. de Georg *alleg.* 40. *per tot.* qui volunt inspiciendum esse tempus mortis ad videndum, quæ bona testator reliquit, vt de his legitima debeatur filio, & iura quæ disponunt attendendum esse tempus mortis non sint intelligenda de qualitate bonorum, nec de valore ipsorum, sed æstimatio inspiciatur tempore petitionis, ita vt si creuerit valor bonorum augmento temporis augeatur etiā legitima per *l. ex falcidia, ff. ad l. falcid.* & alia iura, quæ allegant de Georg. & Authores mox supra citati.

Contrariam opinionem tenent alij, quòd augmen-
2 tum, intrinsecum cursu temporis causatum in bonis non cedat commodo filiorum, sed hæredis post mortem testatoris, & quando traditur debetur legitima inspectis facultatibus quæ erant tempore mortis patris, & *l.* Papinianus, §. *quarta, ff. de inoff. test. l. cum queritur, C. eod.* procedant dicta iura non solùm respectu quantitatis bonorum, sed etiam respectu valoris Iaf. *in d.* Auth. nouissima, *& in cons.* 214. Riminal. *iun. cons.* 148. *&* 227. Dec. *con.* 616. Petra *de fideicom. q.* 15. *n.* 138. Caualcan. *de vsufr. mul. relict. n.* 93. vbi ita dicit iudicatum per D. Afinium, & quod augmentum temporis cedat commodo hæredis tenent Boer. *dec.* 62. *n.* 2. Vrsill. *dec.* 382. *num.* 2. in fine Paschal *de patria pot. p.* 2. *c.* 4. *& seq.* vbi quòd nec diminuitur si paterna bona post mortem patris diminuantur iuxta *not.* per Paul. de Castr. *in l. ratione la secunda, ff. ad l. falc.* & plenè Lanar. *cons.* 70. & quòd supputatio sit facienda iuxta tempus mortis defendunt Amat. *res.* 23. de Pont. *con.* 79. *n.* 15. *&* neruosius probat Mangil. *de imput. q.* 9. *à n.* 22.

Imo augmentum superueniens in bonis ex causa de
3 præterito, vt quia viuente patre erant in lite aliqua bona, nec legitimam augeant decisum testatur Afflict. *dec.* 382. & sequitur Mangil. *nu.* 77. in quo Alex. Raudens *in tract. de analog. cap.* 19. sentit quod si aliquod creditum tempore mortis patris erat desperatum, vel de illo non constabat, quòd tunc non computetur in patrimonio ad augendam legitimam, & Fab. *def.* 36. *C. de legit.* sequendo mediam viam dicit iudicatum in Sabaudia esse computandam extimationem illam qua incertus euentus fuisset venditus tempore mortis; verumtamen respectu decisionis Afflict. certum est contra eam pluries fuisse iudicatum in S. C., vt referunt Vrsill. & de Georg. & idem de Ponte testatur decisum corpora feudo reintegrata augere vitam, & militiam, quia virtualiter aderant tempore mortis licet non apparebant.

Quidquid sit in disputandi ratione ipse in iudicando non recederem à prima sententia defensata per Fontanell. de Georg. & alios, & sentit idem Paschal. sibi inconstans *vbi sup. n.* 12.

Subsequitur examinandum, an firma sit conclusio 4
n. 22. in terminis *l.* 3. *ff. ad l. falcid.* quòd illa sit correcta in hærede cum beneficio inuentarij, ita vt augmentum factum opera hæredis huiusmodi non cedat in beneficium suum, quia non debet esse in lucro, nec in damno, sed lucrum debeat cedere in beneficium hæreditatis, vt censet Molfes. *in consuet. Neap.* 2. *p. tit. de bon. q.* 21. *à nu.* 2. vb ita refert decisum per R. S. C. verumtamen contrarium defendit Montan. *contron.* 60. *nu.* 2. vbi ita refert iudicatum, quòd si hæres cum inuentario ex propria persona aliquid soluat creditori, & pro maiori summa cessionem reportauit, vt hoc lucrum sit proprium hæredis contra alios posteriores creditores innixus ea ratione, quia si *d. l* 3, non procederet in hærede cum inuentario nihil deinde proficeret in hærede simplici, quia teneretur de proprio, necesse tamen erit, quòd hæres soluat de proprio, secus si de pecunia hæreditaria solueret; hæc Montanus. addo Carol. Mocciam in sylua *caf. for. cap.* 28. vbi ostendit quòd si hæres huiusmodi vendit rem hæreditariam pluquam verè valeat, illud plus cedere lucro hæredis tamquam habeat, & fortuna, & fatuitate emptoris ex est *tex. in l. si hæres institutus, ff. ad l. falcid.* vbi Paulus inquit, quòd cùm hæreditas non esset soluendo, hæres se concordauit cum creditoribus hæreditaris, qui aliquam quantitatem illi remisserint, illud remissum non acquiritur hæreditati, sed hæredi, nam licet super illa fuerit habita, tamen acquisiuit ex propria industria ex Molfes. *vbi sup. n.* 7. D. R. de Marin. *lib.* 1. *col.* 81. *n.* 28. Farin *tex. in l. socium* §. *socium ff. pro soc.* & Moccia improbat D. meum firmantem *d. l.* 3. esse correctam quasi non gustauit articulum, & per transcenam fuerit locutus.

Verùm, vt in medium afferam sensum meum, Moccij fundamentum pace d. Authoris esse labile extructum in eo, quòd diminutio hæreditatis cedat damno hæredis cum inuentario contingens post mortem testatoris ex Rip. *in l.* 3. §. *is qui quadraginta nu.* 9. *ff. ad l. falcid.* Surd. *con.* 129. *n.* 27. quia id erat verum de iure Digestorum, vel in quantitate, vt in *l. in ratione. ff. ad l. falcid.* & similis *tex. est in l. penul. C. de crim. expil. hæred.* de iure autem Codicis facto inuentario peremptiones contingentes nocent legatarijs, & creditoribus, vt Bart. & alij *in d. l.* in ratione Peregr. *de fideicom art.* 10. *nu.* 36. & prætextu lucri ad finem habendi remissionem partis debiti hæreditarij occasione huius doctrinæ possunt, imo solent hæredes excitare, & fouere lites contra creditores opponendo discussionem inuentarij, & demum velle satisfacere in stabilibus, & procurant cum quantitate minori, quàm sit debitum relaxationem crediti ad eorum beneficium ad hoc, vt se valeant tueri contra posteriores creditores, & illaqueant animas suas, dum sæpè remissiones non sunt voluntariæ, sed eatenus fiunt, quatenus creditores non possunt habere, nisi illam diminutam quantitatem, & coguntur illam accipere dum sumptus litium deperduntur post lites quę sero terminantur, & vt deobliget condonatio, & remissio creditoris facta debitori, debet esse voluntaria, & non coacta, quę est quādo non offert integram quantitatem debitor, sed vult solùm

solùm soluere dimidiatam, quia hæc remissio habet mixtum inuoluntarium, & non liberat in conscientia hæredem Nauar. *in summ. c. 27. n. 75.* P. Meroll. *theolog. moral. lib. 1. disp. 3. num.* 180.

Vita, & militia semel taxata habito respectu ad in-
6 troitus feudales existentes tempore mortis patris non augetur, vel diminuitur ex augmento, vel diminutione fructuum ex tempore, vel industria feudatarij causato, quia introitus existentes tempore mortis attenduntur, aliàs esset dare lites in infinitum, sed si augmentum esset in vniuersitate feudorum, prout feudum aliud recuperatum esset, & ex hoc augmento in vniuersitate feudorum retaxari debet vita, & militia Molfes. *con. 9.* ita decisum refert de Pont. *con. 79.* & è contra si aliquid feudum euinceretur, vel declaretur non esse feudale, diminuitur vita, & militia Capan. *de vita, & militia q. 38.* feudis autem recuperatis, liquidatio fit habito respectu ad introitus tempore mortis patris, siue alterius feudatarij, nam dicta corpora dicuntur virtualiter in illius hæreditate, etsi non apparenter, cùm sententia nihil faciat, sed declaret dominium spectasse ad defunctũ, quamuis non habuerit possessionem, & qui actionem habet ad rem, habere videtur ipsam rem Capan. *qu. 33.* quidquid velint Mastrill. *dec. 64.* Petr. Gregor. *de dot. & parag. q. 24.* censentes ex iure incorporali, & actione ex qua fructus non percipiuntur, vitam, & militiam non deberi, & tempus mortis attenditur non solùm si vita, & militia statim mortuo patre fuerit petita, sed etiam si longè post Mastril. *dec. 64.*

Taxatio vitæ, & militiæ, an fiat ad instar legitimæ
7 attento numero filiorum, itaut fructus annui respondeant quotæ parti, quæ spectasset ad filium in proprietate, vt docet D. meus. *n. 22.* & Theod. *alleg. 24. & 81.* & ita decisum de anno 1642. refert Capan. *q. 3. in fine* quidquid probare nitatur Roniteus *in pragm. 25. de feud. n. 4.* vbi tenet prius ante partem primogenituræ debere capere medietatem fructuum tamquam ad æs alienum ratione seruitij, quod præstare tenetur directo domino, & alia medietas diuidenda sit æqualiter inter filios computata persona primogeniti consideratis paragijs filiarum, & alijs considerandis de qua re latè Capan. *q. 3. & seqq.*

S V M M A R I V M.

1 *Datæ tempus attendi debet, & num. 15.*
2 *Gratia, statim quod Rex dicit, fiat, perficitur.*
3 *Scriptura dicitur fieri ad faciliorem probationem.*
4 *Nobilitas quid sit.*
5 *Nobilitas quædam cum administratione, & quædam sine administratione.*
6 *Nobilis dicitur, quem Rex nobilem facit.*
7 *Nobilitas, quæ alio vocabulo dicitur dignitas, & quæ est separata ab administratione, cadit in infantem, & furiosum.*
8 *Marchionatus dignitas, & similes, sine administratione dicuntur.*
9 *Dignitas collata à Principe, sicut est Principatus, & similes, perfectionem actus non desiderant.*
10 *Dignitatibus in acquirendis tria tempora cõsiderantur, si tamen sunt dignitates, quæ habeant adnexam administrationem, vt in num. seq.*
11 *Literæ executoriales in Regno pro executione gratiæ confectæ iam à Rege expediuntur.*
12 *Pro executione agens non dicitur de nouo agere, exempla subijciuntur, num. seq.*
15 *Priuilegium non continens aliquid in se perfectum, quoad initium tempus datæ inspicitur, quoad executionem, requiritur, quod literæ exeant de Cancellaria.*

DECISIO LXII.

Marchio ille ex duobus præcedere debet, qui priùs à Rege creatus fuit, licet alter priùs literas exequutoriales priuilegij Marchionalis à Prorege obtinuerit.

ILlustris Marchio Orioli, Regius Collateralis Cõsiliarius, Regiamque Cancellariam regens fuit creatus Marchio à Serenifs. Rege nostro Philippo post Illustriss. Scipionem Pignatellum, Marchionem Lauri. Verùm quia vigore Regiæ Pragmaticæ omnia priuilegia expedita per Regiam Maiest. debent mandari executioni in Regno, & super eis Illustrissimorum Proregum literas executoriales expediri, fuerunt literæ executoriales in Regno priùs expeditæ pro executione priuilegij Marchionis Orioli, & deinde pro executione priuilegij Marchionis Lauri; dubitatum fuit, qui ex eis deberet præcedere: an Marchio Lauri, qui per Regem fuit creatus Marchio, licet postea literas executoriales habuerit; an Marchio Orioli, qui post eum creatus fuit Marchio, licet ante eum literas executoriales habuerit.

Hæc causa per Illustrissimum, & Excellentissimum Dominum Proregem commissa fuit Domino Antonio Orificio, nunc Regio Consiliario, qui cum interuentu Dominorum Thomæ de Altomare, tunc in Sacro Cõsilio Propræsidis, Ludouici Quadre, & mei, relationem faceret in Collaterali Consilio, in quo solus remanebat Dominus Regens Patignus, & facta relatione per dictum Dominum Commissarium ex subscriptis fuit decisum, quòd Illustr. Marchio Lauri deberet præcede-
1 re. Primò, † quia tempus datæ attendendum est, *cap. capitulum Sanctæ Crucis, de rescrip. capit. cum, cui de praben. in 6.* Luc. de Pen. *in l. 1. C. de præfect. prætor. sime vrb. & magistr. mil.* qui ex illo text. colligit, quòd dies datæ attenditur. Roman. *consil. 298. num. 2.* & est
2 ratio, † quia gratia, statim quòd Rex dixit fiat, est perfecta, Bald. *in l. humanum, in fin. C. de legibus* idem Bald. *in l. fin. C. de commu. ser. manum.* quem refert, & sequitur Felyn. *in cap. Rodulphus num. 26. de rescript.* Cassan. *in consuet. Burgund. in tit. de iustices & droitz, rub. 1. num. 180. §. 1* Afflict. *decis. 253.* Bellu. in Spec. Princ. *sub rub. de publica forma, col. 5. num. 6. fol. 224.*
3 Ripa *in lib. 2. de rescript. cap. 2.* † & scriptura dicebatur fieri ad finem facilioris probationis tex. in clem. dudum *vers. noscet enim.* & ibi not. *gl. de sepul text. in l. sancimus §. exceptis. C. de donat.* Dec *cons. 340. colu. 1.* Cùm igitur Illustr. Marchio Lauri primò obtinuerit priuilegium Marchionatus, meritò ipse preferri debet. Item fuit dictum, quòd hęc quęstio decidi potest ex ijs, quæ ponit Bart. *in l. 1 C. de dignita. lib. 12. in princ.* qui dicit, quòd titulus ille dignitatum, de quibus loquitur Imperator in illo titulo, satis differt ab illis dignitatibus & officijs, ex quibus dignitas resultat. in 12. verò libro tractatur propriè de dignitate ipsa; & ideò diffiniendo
4 nobilitatem, dicit † quòd nobilitas est quædam dignitas separata ab administratione, & ponit exemplum in dignitate Marchionatus, Ducatus, & Comitatus, quibus dignitatibus mediantibus, nobilitas acquiritur. Ioannes de Platea sequitur ibi Bar. & plenè Cæpol. *in tract. de Imperat. eligendo, in vers. ratione dignitatis.* De hac igitur dignitate dicebatur loquendum esse, quæ
5 maximè differt à dignitate, quæ oritur ex officijs: † nam illa, quę oritur ex officijs, est sicut stola, seu trabea, quæ induitur, & exuitur, & ponit exemplum in Præside prouinciæ, qui deponit dignitatem, & induit eam successor. Hæc igitur dignitas secundùm Bart. ibi, confertur per tenentem principatum cęlestem, & terrenum, vt in Deo, Papa, atque Imperatore, à quibus omnes dignitates proueniunt tamquam à fonte, in quibus sunt omnes thesauri reconditi, vt dicit Bald. *in tit. quis*
6 *dicatur Dux, Comes, vel Marchio.* † & ille erit nobilis

lis, quem Rex sua gratia nobilem facit, vt dicit Bart.
7 ibi. ex quo infert, † quòd dignitas cadit in infantem, & furiosum, quia inspicitur tantùm, quòd sit acceptus ei, qui dignitatem confert & ibi subdit quædam verba philosophica, quòd nobilitas. seu dignitas terminatur in personam eius, cui confertur, sicut visio in re visa, & dilectio in re dilecta, & hanc opinionem sequitur Tiraq. *in tract. de nobilitate, cap. 6.* vbi cumulat multos sequentes Bart. Est verum, quòd Bart. & Doctor. dicunt, quòd hæc dignitas suscipiet vim, & robur post eius scientiam, quia is, in quem collata est, incedit vt nobilis, & facit ea, quæ conueniunt nobilitati. Stantibus igitur prædictis præsuppositis veris, † quòd hæc
8 dignitas Marchionatus est sine administratione, prout Bart. dicit, & verum est, vt experientia docet, quòd Imperator, & Princeps conferunt etiam, quòd conferant in ignorantem, prout similiter Bar. dicit, sequitur quòd statim atque collata fuit in personam Marchionis Lauri, illam acquisiuit; vel, vt propriùs, dicam, statim Marchio Lauri, fuit in Marchionali dignitate positus, quæ cùm in eum fuerit collata, antequam conferretur Illustr. Marchioni Orioli, sequitur, quòd ipse præcedere debeat. Ad quod facit, quod Oldr. dicit *in cons.* 180. *quæstio est, colum.* 3. *versic ad secundum*,
9 scilicet † quòd in dignitatibus collatis à Principe, sicut est Principatus, & consulatus, non expectatur aliquis actus perficiens, qui à superiore emanet, & ideò statim operatur, quia talis collatio habet vim confirmationis, & quia non expectatur aliquis actus perficiens ab extra, quod similiter dicit *in principio consilij, vers.* 2. *hoc idem probatur*. sic in casu, de quo agitur, dicebatur, quòd postquam collata dignitate Marchionatus, aliquis actus ab extra non expectatur prout in casu coronationis Imperatoris, de quo per Oldr. vbi supra, sequitur, quòd statim Marchio Lauri dignitatē Marchionatus adeptus fuerit, & prædictis conclusionibus Bart. & Oldrad. veris existentibus, non oportet tractare ea, quæ tractantur per Bart. *in l. Publius. ff. de condit. & demonstrat.* & per Soc. *ibidem post eum*, & per Bart. *in l. ex eo, ff. de milita. testam.* & per Io. de Plat. *in leg. fin. C. de consul. lib.* 11. & per Boer. *in de-*
10 *cis.* 150. *colum.* 2. *nu.* 6. † Nam dato, quòd in acquisitione dignitatis tria tempora considerentur, scilicet, tempus electionis, tempus acceptationis, seu tempus acceptionis codicillorum, & tempus administrationis,
11 seu gestionis: tamen hæc omnia procederent, † quando sumus in dignitate habente adnexam administrationem, prout Bart. dicit *in d. l. 1. de digni. loqui titulos positos per Imperatorem in* 10. *lib. C. vbi est tit. de offic. præfect. præto.* quod officium adnexam secum habet administrationem, & ibi Lucas, & Ioan. de Plat. de hac materia loquuntur, & tractant, quæ requiruntur: secus autem fit, quando sumus in dignitate, quæ non habet adnexam administrationem, vt est casus noster, quia tunc sola electio sufficeret, vt dictum est ex mente Oldrad. & Bart. Item etsi in casu, de quo agitur, attenderetur electio, & acceptatio, adest tamen electio Marchionis Lauri ante electionem Marchionis Orioli: adest & acceptatio etiam ante electionem, quia communiter accidentibus videmus dignitates istas non conferri, nisi petentibus, & fuit hæc acceptatio habita in facto verisimilis Nec obstat, quod dicebatur in Regno primo loco fuisse mandatum executioni in Regia Cancellaria priuilegium Marchionis Orioli, quàm illud Marchionis Lauri, & consequenter stante Regia Pragmatica hoc expresse dictante, quòd priuilegia expedita per suam Maiestatem absque literis executorialibus anno elapso nullam habeant firmitatem. Nam respondebatur; † quòd literæ executo-
12 riales expediuntur pro executione gratiæ iam confectæ, *arg. text. in l. si donare, §. si sponsus. ff. de donat. inter virum, & vxorem*. Item † quòd qui facit actum
13 pro executione, non dicitur de nouo facere. *l. magis puto. §. si pupillus, & l. 2. & seq. ff. de reb. cor.* & Regia Pragmatica non disponit. gratiam esse inualidam absque literis executorialibus, sed annullat gratiam elapso anno, si non fuerint expeditæ literæ executoriales. Gratia ergo præsupponitur valida, annullanda elapso anno. Cùm ergo infra annum fuerint literæ executoriales expeditæ, gratia remanet valida à die
14 datæ, vt supra fundatum est; † exempla sunt clara in Regno nostro. Est facta venditio rei feudalis, & super venditione impetratus assensus cum clausula, quòd priuilegium assensus infra annum registretur in Camera, aliàs habeatur pro non præstito. Est registratum infra annum, à quo die hæc venditio tribuit ius emptori, est absolutum à die emptionis, seu Regij assensus expediti. Item est expeditus assensus in memoriali per verbum fiat: est expeditum priuilegium hodie infra duos annos, alias dicto memoriali fides non adhibetur. Expeditur posteà priuilegium infra tempus, à quo die assensus iste habebit robur: notorium est à die, quo per verbum, fiat, expeditus fuit. Pro qua conclusione etiam facit, quod dicit in specie Bal. *in l. falsus, col. 6. vers. 1. quæro. C. de furt.* quòd quando pri-
15 uilegia non continent in se aliquid perfectum, quo ad initium inspicitur tempus datæ, quo verò ad executionem requiritur, quòd literæ exiuerint de Cancel. quando verò priuilegia continent actum in se perfectum, statim signata supplicatione, est gratia perfecta, & plenum ius quæsitum, vt est casus noster, in quo à principio fuit perfectus actus, & de hac materia vide Lutier *in alleg.* 3. Ex prædictis fuit iudicatum in fauorem Illustr. Marchionis Lauri.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. Adde istum Dominum *infra decis.* 326. *vbi addo*.

Num. 2. Adde D. Carolum Topiam *in rub. ff. de Const. princip. fol.* 10. *num.* 13. *& seq.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Officialis quando quis dicatur verè, & numero* 4. *&* 5.
2 *Doctor an procuratione ignobilitetur.*
3 *Distinctio inter procuratorem ad negotia, & iudicia.*
6 *Titulus de dignitate lib.* 10. *&* 12. *qualiter differat. & num.* 7.
8 *Nobilitas quid, & quotuplex sit.*
9 *De nobilitate, dignitatibus, & earum gradibus remissiuè.*

ADde de materia præcedentiæ dignitatibus, & officijs, quæ doctè non minus, quàm eleganter hic Author verè dignissimus Præsidens S. C. *decis* 138. & 144. & Consiliar. Anna, *cons.* 42. *volum.* 1. qui plura notanda dicit, & tandem refert decisionem pro Nicolao Anton. Gizzarello Consiliario, & soluit contraria, dicentia quòd
1 † in officijs habentibus administrationem adnexam, non potest dici Officialis, qui possessionem non ceperit, *num.* 18. *& seq.* & alia de præcedentijs latissimè scripta reliquit ipsemet Consiliar. Anna, *in consil.* 40. *pro Domino Regni Thesaurariò* cōtra dominos quinque Sedilis Nidi, Et vide, quæ dico in *decis.* 138. & 264. & 365. latissimè huius dignissimi Præsidentis, & Io. Guttierez Hispanorum more acutorum, *in Allegat. sua* 3. *latissimè*, quòd tria requirantur in officijs, & Consiliarius Rouitus, *in Prag.* 5. *num.* 5. *de Baronibus.* vbi ita decisum est. † An procurationem exer-
2 cendo Doctor, ad lites, vel negotia, nobilitatem, & digni-

dignitatem amittat? vide, quę in *dicta decis.* 253. Sed
Constantinus Papa Campanus *ad Caranit. Ritu.* 100.
conatur soluere obiecta per Caranitam, licet non sol-
uat, textum *in l. si quis ad procurationem*, *C. de De-*
curion. ad quem videndus docte, & eleganter Rouit.
3 *in pragm.* 1. *de procurator.* qui distinctione † facta in-
ter procuratorem ad negotia, & ad lites, tandem de-
cidit ad litem procuratorem, nobilitatem nõ ommitte-
4 re; Cogita. Ad num. 1. Adde, quòd † hoc procedit
in gratiosis, & in quibus non tractatur de gratiosis iu-
5 risdictionalibus, & iurisdictionem concernentibus: †
quia tunc non attenditur tempus datæ, sed præsenta-
tionis Rescripti, ita Præsidens hic, *decis.* 326. *fo.* 45. &
6 hic tangit *nu.* 11. quòd † titulus de dignitatib. lib. 10.
7 loquitur de officijs, ex quibus dignitas resultat † *titu-*
lus verò de dignitatibus lib. 12 loquitur propriè de di-
8 gnitate ipsa; Nota benè. Ad hunc num. 4. Adde † quid
sit, quotuplex, vnde veniat nobilitas, & quomodo
amittatur, & acquiratur. Præsident. *decis.* 207. *num.* 13.
& decis. 253. *&* 240. *de nobilit.* Item adde, quòd ideo
nobiles prohibent, ne ipsorum insignia, domus, & co-
gnomen agnationis spernantur, sed deferantur. Item
primogenituras constituunt ad conseruationem agna-
tionis, & Casatæ, seu familiæ, Præses Mor. *resp.* 99. &
9 post Morot. Guttierez. *Alleg.* 3. *incip. De † nobilitate,*
& dignitatibus, & earum gradibus, nouissimè Doctor
Aloysius de Leo. optimè, *in l. nobiliores, qua est tertia.*
C. de commercijs, & mercatoribus.

ADDITIO D. RICII.

MArchio ille ex duobus præcedere debet, qui priùs à Rege creatus fuit, licet alter priùs literas executoriales priuilegij Marchionalis à Prorege obtinuerit, hoc dicit. Scias in hac decisione concludi illum præferri, qui prius priuilegium à Rege obtinuerit, & sic attendi tempus datæ, nec obstare possessionem aliquam, cuius decisionis alia ratio assignari potest, nam concesso priuilegio à Principe, parum est curandum de actuali possessione, cũ Princeps ex sola concessione transferat dominium, & possessionem Bald. *in l.* 1. *C. de rerum permut.* & cum alijs, quos in specie præcedentiæ inter Regentes tradit Dominus Regens Albertinus *in allegationibus impressis inter tract. Frecc. de subfeud. fol.* 97. *num.* 64.

Hinc in beneficijs semper priùs prouisi sunt præferendi, licet postea prouisi præuenerint in capienda possessione *c. eum qui de prabend. in sexto*, & sola collatio concedit plenum ius in re *c. fin. de concess. prabenda* Couuar. *lib.* 3. *variar. c.* 16. *num.* 1. & possessio, quam alij postea prouisi capiunt est inutilis, & ventosa, adeò quòd nullum ius possidenti tribuit Ias. *in l. quoties n.* 3. *C. de rei vendicatione*, & ipso iure communi inspecto anterioritas prouisionis est semper priuilegiata, vt tenet Gonzales *in suis quęst. qu.* 14. *per totam*, aduertas etiam, quòd per solam præsentationem commissionis, seu rescripti Iudex delegatus non dicitur præuenire *cap. vt debitus honor de appellationibus.*

Et propterea tempus datæ semper attenditur, & maximè in gratiosis *c. sibi qui de rescript. in* 6. *c. si eo tempore eod. tit.* Lucas de Penna *in l.* 1. *C. de prafect. prator. in fin.* Bald. & Castr. *in l.* 1. *C. vt lit. pendent.* & hinc dicimus, quòd Episcopi in consilijs illum ordinem tenere debent, quem habent ex tempore promotionis, seu prouisionis *c. Episcopor.* 74. *distinct. c. fin.* 75 *dist.* vt ibi optimè explicat Car. à Turrecremat. latè in materia distinguens Felin. *in rub. de maiorit. & obed.* Cassan. *in catalog. glor. mundi p.* 4. *considerat.* 23. *fol.* 92. *& par.* 12. *considerat.* 99. *col. pen. vers.* 8. *& versic.* 9. *fol* 328.

In materia autem beneficiali, an & quando priùs prouisus præferatur vide latè Gonzalez. *de mensib. & alternatiuis in proœmi.* §. 3. *per totum*, vbi latè tractat, & varias quæstiones adducit.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Data tempus attenditur in gratijs, & quid stante pragmatica disponente gratias esse executoriandas infra annum cum clausula annullatiua, vtrum Comes postremo loco creatus, qui primò obtinuit literas executoriales ante alium Comitem priorem pracedat, primò affertur opinio* D. Præsidis, *& opposita, num.* 2.

1 IN gratijs attenditur tempus datæ, quia gratia sola voluntate Principis perficitur si concessa sit à Rege dignitas Comitatus, vel Marchionatus, vt hic, & comprobat plenè Giurb. *obs.* 9. *nu* 17. suborta est difficultas ex pragmatica disponente gratias esse executoriandas infra annum cum clausula annullatiua vtrum Comes postremo loco creatus, qui literas executoriales ante Comitem primo loco factum obtinuit præcederet primo, & D. meus iuxta negantem opinionem decisum testatur, ea ratione, quia prima gratia infra annum executa retrotrahitur etiam ad præiudicium iuris medio tempore quæsiti, nam qui actum facit pro executione non dicitur de nouo facere, sed remouere obstaculum *l. quaris, ff. de natal. restit.* R. Latr. *decis.* 154. *num.* 18. *& seq.*

Contrarium firmat R. Constant. *in l.* 1. C. *de consul.*
2 *lib.* 12. R. Latr. *vbi sup. nu.* 42. *&* 64. vbi quod tertius
non possit præiudicari, & priuilegia tribuant ius à die
executionis Rouit. *in pragmat. de priuil. infr. ann. n.* 4.
& confirmatio actus retrotrahitur ad tempus actus
respectu Regis concedentis nõ respectu tertij R. Latr.
num. 65. R. Sanfel. *dec.* 333. *n.* 28. vnde relinquo cogi-
tandum.

SVMMARIVM.

1 *Legitima matri, vel auia debita in bonis filij, vel nepotis qui eam prateriit, vel in re certa instituit, est tertia totius, secundum opinionem Butrigar. secundũ Barthol. est tertia tertie & ita decisũ, vt in n.* 10.
2 *Exclusi portio accrescit ei, qui admittitur in querela in off. testam. & num. seq.*
3 *Liberi, qui non succedunt, habentur tamquam non existentes.*
4 *Qui nõ admittitur ad partem omnino nõ facit partem*
5 *Mater iure suo non potest petere nisi tertiam tertia; si petit vltra petit iure accrescendi.*
6 *Iuri accrescendi non est locus inter eos, qui diuerso iure succedunt.*
7 *Venientes contra testamentum non debent esse melioris conditionis, quàm venientes secundum illud.*
8 *Ius accrescendi tunc habet locum, quando de portione deficientis non est à lege, vel à testatore prouisum.*
9 *Exheredatio dicitur tripliciter, remissiuè.*
10 *Bar. opinionem sequitur Sacrum Consilium, & ab Aretino eam tuetur num. seq.*
12 *Ius accrescendi cessat inter illos qui ab initio non fuerunt vocati ad partem.*
13 *Testamentum ascẽdente praterito, est ipso iure nullũ.*
14 *Venientes ab intestato virtute clausula codicillaris, etiam in casu prateritionis, censentur grauati restituere heredi scripto, detracta quarta Trebellianica qua instituto pro loco non deducitur, & num. seq.*
16 *Portionum diuisio in causa intestati ex numero personarum fit.*

DE.

DECISIO LXIII.

Legitima auiæ in bonis nepotis an sit tertia tertiæ, an tertia totius.

MAGNIFICVS Dom. Hugo Carafa decessit condito per eum testamento, in quo hæredem instituit Sacrum Hospitale Sanctæ Mariæ Annunciatæ auia præterita, exclusisq; ab eius hæreditate omnibus eius fratribus. Prædicta auia pet t legitimam in bonis nepotis, dubitatur quanta sit, an tertia tertiæ, an tertia totius. Causa ista fuit per me relata, iunctis Dominis Consiliarijs vtriusque Aulæ, factaque fuit in ea magna discussio. Et quia punctus est difficilis propter varietatem opinionum, recensebo sigillatim, quæ in hoc discussa fuerunt, retento themate, quòd mater sit in re certa instituta, vel quòd sit præterita. Iac. Buttrig. *in eius disputatione*, de qua meminit Bart. *in l. pater filium, ff. de inoffic. testament.* tenuit, † matre in re
1 certa instituta, hærede instituto extraneo, legitimam matris esse tertiam totius; mouetur quatuor rationibus, & primò, quia fratres sunt exclusi penitus,
2 nec habent spem succedendi, † & sicut in querela inofficiosi testamenti, portio exclusi accrescit ei, qui admittitur. *l. qui repudiantis. ff. de inoffic. testamen.* sic in iure agendi ad supplementum legitimæ, quod succedit loco ipsius. Secundò ex regula generali, quòd portio deficiens accrescit illis, qui pariter admittuntur. *l. 1. C. quando non peten. par.* Tertiò per *text.*
3 *in d. l. pater filium*, † vbi liberi, qui non succedunt, habentur tamquam non existentes. Quartò, & vltimò *per text. in §. sed nostra. Institut. de success. liber.* & prædicta opinio Iacobi Buttrig. vltra quòd prædictis rationibus fundetur, comprobatur etiam auctoritatibus, eam enim tenet Cyn. *in additionibus ad illam l.*
4 *ea ratione*, † quia, qui non admittitur ad partem omnino, non facit partem; eam sequitur Bald. *in d. l. pater filium. in repet.* idem Bald. *in auth. nouissima, in 8. quæst.* ea potissimum ratione, quia si fratres in causa intestati essent exclusi, matri competeret tertia totius, ergo idem in causa testati, sequitur Albe. *in l. omnimodo. C. de inoffic. testam.* Salic. *in d. auth. nouissima* Alexan. *in l. planè. §. si duobus, in fin.* vbi dicit esse magis communem opinionem, Cro. *in repet. l. re coniuncti, num. 129. vers. quarta conclusio.* Carol. Ruinus *in §. & quid si tantum per discursum, numer. 106.* Fabia. de Monte *in Repet. d. auth. nouissima in 4. quæst.* vbi plenè, & consulendo opinionem prædictam secuti fuerunt Old. *cons. 123. quidam Pontius*, Pau. de Castr. *vt allegat. Alex. in d. §. si duob.* Fulgos. *consil. 36.* qui dicit solum Bar. tenere contrarium. Zabar. *consil. 151.* & Beltran. *cons. 315. vol....* qui disputando articulum dicit esse communem opinionem.

Contrariam opinionem tenet Bart. *in d. l. pater*
5 *filium* his potissimùm rationibus, & primò dicit, † quòd non potest negari, nec negatur, quòd mater iure suo non potest petere nisi tertiam tertiæ, si quid petit vltra, petit iure accrescendi, vt patet *in l. qui repudiantis*, quam allegat Butrig. sed inter coniunctos coniunctione legali non datur ius accrescendi, nisi in vniuerso, & legitima est quota bonorum, non hæreditatis. Ergo nō datur ius accrescēdi, ergo tertia tertiæ tantùm debetur. Secundò probat sic: † inter eos, qui diuer-
6 so iure succedunt, tàm à lege, quàm à testatore non est locus iuri accrescendi, *vt in l. sed cum patrono. ff. de bono. poss.* sed matri defertur legitima pro tertia parte, *per auth. de trien. & semis.* fratribus verò per iura vetera, & noua, quarta non sit aucta: ergo inter eos non est locus iuri accrescendi per prædicta; his rationibus Bartol. optimè respondet Bald. ibi. & Oldrad. *d. consil. 123. quidam Pontius*, & Card. *d. consil. 151.* & idcirco non est de eis tractandum, sed videndæ sunt infrascriptæ aliæ rationes, eiusdem Bar. quas ponit ante opin. Iacob. Butriga. & sunt, videlicet prima. Legitima matris olim erat quarta, nunc est tertia eius, quod habitura esset ab intestato, sed ab intestato habitura esset tertiam, ergo legitima esset tertia
7 tertiæ. Secunda, † non debet esse melioris conditionis veniens contra testamentum, quàm veniens secundum testamentum, *leg. Titia. ff. ad l. Falcid. l. maximum vitium. C. de liber. præter.* sed legitima matris venientis secundùm testamentum esset tertia tertiæ, si nunc veniret contra testamentum, esset tertia totius, quod esse non debet. Tertia, & vltima ratio secun-
8 dùm Bartol. † portio deficiens accrescit alijs quando de ea non est à lege, vel à testatore prouisum, & ideo dicitur, quòd substitutus præfertur coniuncto. *l. 1. §. in primo, de caduc. tollend.* sed in casu nostro in portione deficiente, est prouisum alteri, ergo non debet accrescere matri. Et prædictam opinionem Bartol. comprobo auctoritatibus; eam enim videtur sequi Bald. *in d. §. si duobus*, vbi dicit opinionem Iacobi Butrig. videri sibi satis dubiam, & ponit contra eam pulchrum exemplum. Pone enim quòd sint sex fratres, & mater ab intestato: mater pro omni successione, quæ sibi competit, non habet nisi septimam: nunc autem ex testamento dabitur sibi tertia, quasi imputetur testatori, quòd testatus sit contra. *l. posthumus. ff. de inoffic. testamen.* hanc eamdem opinionem tenet ibi Paul. de Castr. qui dicit, quòd licet consuluerit, contra Bar. tamen tenet, quòd opinio Bart. est securior, attenta testatoris voluntate, qui prætereundo fratres
9 videtur ipsos exhæredare, † quia exhæredatio dicitur tribus modis, ex mente Bald. *in l. posthumus, ff. de iniust. & irri. testamen.* & portio exhæredati debet remanere penes hæredem institutum, vt omnes concludunt *in d. §. si duobus*, nec melioris debet esse conditionis mater, quòd filij sint exclusi, quàm si essent instituti, quia debet sufficere tertia pars eius, quod ab intestato esset habitura: sequitur Bart. Ang. ibi, Imola, & Franc. de Aretio, qui dicit eam communem. Anto. de Resel. *in tractat. de success. ab intestat. in vltima cart. in fin.* Iacob. *in repet. d. l. pater filium colum. penul. versic. quærit hic* Butto. Beringa. Ferdinandus *in repet. l. in quartam, num. 156. versic. ex hac prima decisione*, qui dicit, quòd ipse est valdè dubius, & nollet, quòd diminueretur legitima ascendentium, tamen de iure dicit veriorem esse opinionem Bar. ea ratione, quia legitima est tertia pars eius, quod quis habiturus esset ab intestato, & respondet ad id, quod per eum dictum fuerat de fratre omnino excluso, quòd non facit partem: hanc etiam opinionem consulendo secutus est Alexand. *consil. 197. perspectis, volum. 6.* vbi etiam saluat opinionem Butrig. & facit ipse maximum fundamentum in voluntate. Hanc etiam opinionem in consulendo secutus est Iason. *consil. 61. volum. 3. per totum*, efficacissimis rationibus, quæ omni casu obtinent, licet ipse dicat in illo casu se consulere, adeo vt ex his clarè appareat vtramq; opinionem fulcitam esse rationibus, & auctoritatibus legentium, & consulentium. Apparet etiam quòd Alexan. dicit ma-
10 gis communem opinionem Iacobi Butrig. † Ar. dicit communem opinionem Barto. & licet stantibus prædictis Sacrum Consilium, in quamcunque opinionem inclinasset, non errassent nihilominus ij, qui discussionem fecerunt etiam matre instituta in re certa, nam adhæserunt opinioni Bartol. per eius rationes, & etiam voluntati testatoris fauentes, & nihilum matri tollentes de legitima, ei de iure communi competente, quæ esset tertia pars eius portionis, quam ab intestato consecuta fuisset. Sed quia Baldus *in dicta auth. nouissima*, quæsiuit hoc fundamētum destruere, dicendo quòd verum est legitimam esse tertiam partem eius, quod quis habiturus esset ab intestato, hoc tamen intelligit, rebus sic se habentibus ab intestato, prout se habent ex testamento. Sed ex testamento fratres sunt exclusi, & sic mater remanet

sola. Ergo quemadmodum ab intestato mater sola
haberet tertiam totius, sic deberet habere facto testa-
mento, exclusis illis, qui ab intestato facerent, quòd ip-
sa haberet tertiam tertiæ tantùm. Idcirco fuit labora-
tum in tollendo hanc responsionem ad argumentum
11 Bar. † quæ tollitur per Franciscum de Aretio. *in d. § si
duobus*, qui dicit hoc non esse verum, quia si esset ve-
rum sequeretur maximum absurdum, quòd stante sta-
tuto, quòd filia fœmina non succedat stantibus mascu-
lis, si pater decederet, filijs exhęredatis instituto extra-
neo, & prætetita filia fœmina, quòd alia fęmina posset
dicere testamentum nullum, quia stante exhæredatio-
ne masculorum ipsi non succedunt, & perinde est, ac si
non essent filij masculi, & tamen hoc est falsum, vt di-
cunt communiter Doctor. *in l. Gallus. §. & quid si tan-
tum, ff. de liber. & posthumis*, & dicit, sibi videri hanc
esse quamdam fallaciam. Præterea respondet hanc fal-
lentiam *ad l. cum quaeritur. C. de inoffic. testam.* & ad
alias ll. iure non probari, & subdit, sequere communem
sententiam, quæ est verior. Stat igitur firmū hoc prin-
cipale Bart. fundamentum, & ad rationes Iacobi Bu-
trig. sic responsum fuit, & ad primam, vltra responsio-
nem datam per Bar. ibidem respondet Imola. *in d. §. si
12 duobus*, † quòd vbi quis à principio non vocatur ad
aliquam partem aliquo iure, non est tractandum de iu-
re accrescendi. Sed in casu, de quo agitur, isti fratres
non instituti nullo modo fuerūt vocati ad aliquid, cùm
eis non competeret querela, non instituta turpi perso-
na, ergo frustra dicitur, quòd portio istorum accrescit
matri. Et sic etiam tollitur secundum fundamentum.
Non obstat *text. in d. l. pater filium*, quòd iura prædicta
loquuntur in illis, qui vocantur ordine successiuo per
viam edicti successorij, & ponit ibi exemplum clarum.
Secus est in casu nostro, in quo fratribus præteritis ex-
traneo instituto, non admittetur auia ad successionem
nepotis ex edicto successorio, & sic etiam retento the-
mate, matre in re certa instituta, fuit per aliquos ex
Dominis habita pro vera opinio Bartol. Et quamuis
Alexand. & Bertran. dicant opinionem Iacobi Butr.
communem, seu magis communem, tamen Aret. dicit
contrarium, & non potest negari, quin ex vtraque par-
te adsint Doct. magnæ auctoritatis, & in numero
modica est differentia inter Doctores vtriusque partis.
Et quia data institutione in re certa, casus erat diffici-
lis, dicebāt aliqui ex Dominis, quòd hodie tantummo-
do erat tractandum quanta deberet esse legitima auiæ
condito per nepotem testamento, auia præterita, & hę-
redibus institutis extraneis, & nihilo relicto fratribus,
& hoc casu, ex ipsorum Dominorum consensu deci-
sum fuit esse tertiam tertiæ, immo medietatem septi-
13 mæ, quia fratres erant sex: moti fuerunt, † quia testa-
mentum prædictum factum per dictum Dominum
Hugonem ascendente præterito fuerat, & erat ipso iu-
re nullum *per text. in authen. in testamento. C. ad Ter-
tull. & in §. sancimus, cir. fin. in authen. vt cum de ap-
pellat. cognosc.* Bartol. *in l. filio praeterito, num. 23. circa
fin. de iniust. & irri. fac. testamen.* allegat text. *in l. qui
sub conditione, in fin. de condition. institut.* Si ergo te-
stamentum erat nullum, ex defectu præteritionis, res
14 reducitur ad casum intestati, † quo casu hęredes ab in-
testato, inter quos erat mater, ex clausulis in testamen-
to appositis, videbantur tacitè grauati restituere hære-
15 ditatem instituto, † detracta quarta Trebellianica, se-
cundū Bart. *in l. 1. ff. de iur. codicillo. & in auth. ex caus.
vbi omnes. C. de liber. praeter.* quæ Trebellianica in ca-
su, de quo agitur, pio loco instituto cessabat, vt est com-
munis opinio, de qua plenè Tiraqu. *in tract. piæ causæ,
Priuilegio* 27. si ergo huic Hugoni succedebatur ab in-
testato, successissent fratres, qui iam petierunt hæredi-
tatem cum matre; & sic postquam fratres non sunt ex-
clusi, cessant rationes Butrig. & succedit communis
regula, quòd legitima matris esset tertia pars, vel me-
dietas eius, quod habitura esset ab intestato, quam ma-
ter retinebit, & residuum virtute clausarum restituet
hæredi instituto: hoc est, quod in specie consuluit Bal.
conf. 350. in consulendo, lib. 4. in 2. casu, qui sic videtur
16 concordare prædictas opiniones † dicens, in causa in-
testati numero personarum induci sectionem portio-
num, super quo Berengar. *in d. l. quartam, n.* 157. plura
ponit, & sic fuit publicata sententia, anno 1566. de mē-
se Octobris; & dum in causa Gisortæ de Roberto, &
aliorum de Ciuitate Barij cum Reuerendo Capitulo
Sancti Nicolai eiusdem Ciuitatis fuisset controuersia,
an legitima esset tertia tertiæ, vel tertia totius hęc cau-
sa fuit decisa per Dominum Franc. Antonium de Di-
uid tunc R. Cameræ Præsidentem, & nunc R. Camerę
Locumtenentem ordinarium Consultorem R. Capel-
lani Maioris huius Regni, & fuit iudicatum, quòd erat
tertia totius, & dum pro parte capituli esset appellatū,
per Dominum Cæsarem Vitellum Regium Consilia-
rium, & Iudicem appellationis fuit confirmata senten-
tia dicti D. Francisci Antonij, qui duo domini quando
erant Aduocati, hanc opinionem tenuerant, & dum à
dictis sententijs esset appellatum, commissa tertio loco
causa Domino Antonio Cadena Reuer. Consil. Illustr.
Dominus Prorex mandauit, quod causa decideretur in
Sacro Cons. in quo facta relatione sub die 20. Iunij
1581. fuit lata sententia iunctis Dominis Consiliarijs
duarum aularum, per quam prædictæ duæ sententiæ
fuerunt reuocatæ, & iudicatum esse tertiam tertiæ, nō
autem tertiam totius, & dum ab hac sententia esset re-
clamatum Dominis Consilijs duarum aularum simili-
ter iunctis in præsentia Illustr. Domini Proregis, quia
non aderant Regentes existente pro Regente Domino
Antonio Cadena, fuit declaratum benè iudicatum per
Sacrum Consilium, & ex more impositum reclamanti
perpetuum silentium, die 16. Octobris 1584. Cioffo
Actuario, & cum hac opinione dicit se transire The-
saurus *in decis.* 172. vbi de hac decisione meminit, li-
cet Senatus plures casus distinxerit. Et in casu huius
decisionis matre prętetita sentit Ponte *cons.* 68. licèt in
causa Lisone supra relata, in qua ipse consuluit. S. C. iu-
dicauit esse tertiam tertiæ.

ADDITIO D. VISCONTI.

Vide D. Reg. de Ponte *consil.* 68. qui videtur tene-
re contrarium Viu. *decis.* 405. *num.* 19. Sed pro
opinione ista pro qua iudicauit S. C. refert decisum in
S.C. Pedemont. insignis. & omni tempore memoran-
dus Do. Thesaur. *in decis.* 172. *num* 4. vbi hanc decis.
allegat, & consulendo sequitur exuberans Doct. Franc.
Bursat. *cons.* 114. *num.* 10. *vol.* 1.

Licet Thesaur. *num.* 6. distinguat aliquos casus, Vi-
deatur tamen Peregrin. *de fideicomm. art.* 38. *num.* 14.
& nouissimè oculatissimus Do. Anna *in consil.* 130. *à
num.* 13. *cum seq.*

Nu. 6. Adde Borell. amicum nostrum *cons* 13. *nu.* 8.
Viu. *decis.* 450. *num.* 29.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Legitima quanta sit, decisiones afferuntur, & nu.* 2.
3 *Legitima sunt relinquenda parentibus titulo institu-
tionis.*
4 *Vel sufficiat quocumque titulo relinqui.*
5 *Legitima parentibus quo iure debeatur, & num. seq.*
7 *Legitima an possit minui, vel tolli, & num* 8.
9 *Legitima quando parentes instituuntur quanta sit.*
10 *Legitima debetur etiam matri nubenti infra annum
luctus.*
11 *An tolli, minuiq. possit in totum. Dixi decis.* 525.
12 *Legitima an perdatur ex ommissione Inuentarij, &
alia per discursum.*
13 *Concernentia legitimam ascendentium, descenden-
tium, & collateralium, & quando turpi persona
instituta.*

AD hanc decis. 63. adde, qualiter intelligatur hæc decisio doctissimum Regent. à Ponte. *cons. 66. & 68. incip. Punctus, num.* 4. & ad eam adde Oldrad. *cons.* 133. Bald. *in in l.* 1. *§. in principio, C. de caduc. tollend.* vbi †
1 quòd Legitima matris quando ei est relictum minus Legitima, est tertia totius. Borgnin. *decision.* 28. 3. *par.* & Pancirolus *in cons* 143. ita concludunt, *in l. neptem, C. de inoffic. testam.* Din. *consil.* 13. & Corneu. *consil.* 302. 2. *par.* & Ias. *cons.* 60. *vo-*
2 *lum.* 3. dicunt, † quòd est tertia tertiæ: † Sed an
3 Legitima ascendenti sit titulo institutionis relinquenda, vel † sufficiat quocũq; titulo relinqui? Bald. *in l. ma-*
4 *ximum. vitium. C. de liber. præterit. & in Auth. Ex causa, C. de liber. præterit. in l.* 1. *C. de bonor. poss. contra tabulas*, & Ang. *in l. nam etsi parentibus, ff. de inoffic. testamen.* dicunt iure institutionis relinquendam. Bart. *in l. sicut, §. .... ff. de iure patronat. & in l. filio præterito, de iniusto testam. in rubr. ff. si quis à parent. fuer. manumiss.* Ang. *in l. si à militia, ff. de milit. testam. §. fin.* Bald. *in l. omnimodo, C. de inoffic. testam.* Castrens. *in d. auth. Ex causa, de liber. præterit. & in l.* 1. *C. de bon. poss. contra tabul.* & Angel. & Doctor. *in auth. Vt cum de appell. cognoscitur. §. aliud. ver. sin autem. obseruari*, & alij, quos laboriosum est potiùs, quàm vtile recensere: dicunt contrarium, quòd quocumque titulo relinquatur, sufficit, de quo videndi sunt Fabian. de Monte, *in Authen. Nouissima, de inoffic. testamen.* vbi recentiores. Sed quanta sit Legitima matris in bonis filii, posuit Alexand. *consil.* 140. *volum.* 1. quòd est sexta.
5 † Quo autem iure legitima parentibus debeatur, scire maximè interest, & ad plura determinanda prudentes hoc considerant. Et quia Bald. inter dentes modò dicit deberi iure naturæ, *in d. Auth. Nouissima*, 1. *q. C. de inoffic. testamen.* & Bald. *in l. lege, de legit. hæred.* modò ratione naturali. *& in l.* 1. *§. ius naturale, ff. de*
6 *iust. & iure* † quòd debetur iure positiuo. Videndi sunt Scribent. recentissimi, *in dicta Auth. Nouissima.*
7 Quia inter alia oritur quæstio, an † tolli possit per statutum, & si deberetur iure positiuo, non esset dubitationis dandus locus, quia posset, & minui, & tolli per statutum, prout idem Bald. scriptum reliquit *in dicto §. ius naturale, & in dicta l. lege, C. de legit. hæred.* Angel. *consil.* 193. *incip. Statuto.* Roman. *cons.* 132. et Andr. Barbat. *cons.* 510. *incip. Paralipomenon.*
8 Si † verò debita venit iure naturæ, multa affert videnda, & inter alia de vi, & potentia Iuris naturalis, quia vera est iuris Conclusio, Ius naturale non posse tolli, sed distingui, *glos. in l.* 1. *ff. de Constit. Princip. & in l. fin. C. si contra ius* Alexand. *in l. cum mulier, ff. soluto matrim.* Sed in terminis, an Legitima patri, matri, & filijs, tolli possit in totum, vel minui, Corn. *cons.* 100. 115. 123. 3. *par. & cons.* 107. 2. *par. cons.* 1. 4. *par. &* 210. *par.* 1. latissimè disputat
9 Alexand 66. *consil. par.* 1. Oldrad. *consil.* 170. † Quanta sit Legitima matris, vel patris, quando instituuntur, dicit Bald. *in l.* 1. *§. in primo, C. de caduc. tollend.* quod ex testamento filij instituti in minus legitima, erit tertia ab intestato. Dimidia tertiæ si vnus est frater defuncti, vt Doctores in allegatis locis dixerunt, & Nouissimi ad Bar. *in dictis locis* dixerunt, & ea quæ Petr. de Perus. *dicit in suo consil. incip. Coletta*
10 *filius*, vbi quòd † Legitima debetur matri etiam nu-
11 benti intra tempora luctus. † An autem Legitima possit in totum, vel minui, vel tolli, si pius locus, vel pia causa sit hæres, Doctores *in l. si quis ad declinandam, C. de episc. & cleric. & in l. in epistola, C.*
12 *de fideicommiss.* Bart. *in suo consil. incip. Viso testamento Gentilis.* † An autem inuentario non confecto legitima perdatur, Doctores *in Auth. Hoc amplius, C. de fideicommiss.* vbi quòd non. Sed videri possunt scripta desuper, & Ozascus, *decis. Pedemont.* 148. nouissimè Ceuallos, *quæst.* 691. *incip. Quotidie*, qui pro, & contra disputat. Et an perdatur Trebell. *in quæst.* 26. *in lib. Practicarum quæstionum Communium contra Communes*, & vide quæ dix. supra, *decis.* 11. ad hunc Præsidentem. Sed de legitima parentum, filiorum, & fratrum, videndus est Arisminus Tepatus *in libro secundo, titulo de legitima parentũ, & liberorum* nouissimè, vbi plura circa prædicta. An autem hæreditas repudiata legitima peti possit per matrem in bonis filij superstite fratre defuncti, & quanta sit, Castrensis *cons.* 118. 129. 255. & 332. sed Alexand. *consil.* 140. *volum.* 1. dixit esse sextam, *& cons.* 146. *Quarit. eod. vol.*
13 quanta sit Legitima ascendentium. De † legitima matris, & patris, an sit tertia tertiæ, vel tertia totius, latissimè Ferronius *in Consuet. Burdegalensibus, par.* 2. *tit. quinto* Ozasc. *in consil.* 56. Michael Crassus *in §. Legitima, quæst.* 8. Peregrin. *in tract. de fideicommissis, art.* 15. *num.* 134. & Surdus *consil.* 404. *volum.* 3. & quòd Legitima parentum idest ascendentium, hodie sit aucta sicut Legitima descendentium, dicit Afflict. vbi Addentes, *in decis.* 204. & Ant. Thesaur. *in decis.* 172. *numer.* 3. secùs autem in Legitima debita Collateralibus id est fratri, vel sorori, vt ibi Afflict. & Capic. *dec.* 211. & Aimo Crauetta, *in cons.* 210. *vol.* 2. quæ legitima debetur turpi persona instituta solùm, & est Quarta, vel Semis respectiue. Afflict. *decis.* 125. & 204. superius allegata. Capic. *decis.* 211. *num.* 3. Crauetta *consil.* 256. & Natta, 478. vbi quæ dicatur turpis persona, & tunc testamentum non impugnatur in totum, si sorori aliquid est relictum, sed solùm vsque ad Legitimam. Sed de hoc Articulo latissimè Ceuallos, *libro Practicabilium quæst. Commun. contra Communes, quæst.* 566. *incip. filius.* Turpis persona quæ sit, Anna *Sing.* 551. *incip. Turpis.* Borgnin. omninò videndus. *Decis.* 7. *num.* 7. *par.* 3. vbi latissimè etiam limitat, & sic Thesau. *decis.* 128. virtute Clausulæ Codicillaris, & si instituitur frater, vel soror turpis persona. Alia ponit Hieronymus Gabriel. *lib.* 2. *cons.* 39. *incip. Episcopus, & cons.* 126. *incip. Claudius, vol.* 1. & 94. sibi contradicit. Sed legitima matris, quò i sit tertia totius, & non tertia tertiæ, audio fuisse iudicatum in Sacro Consilio Neapolitano pro Hippolyta de Rosa contra Ioannem Dominicum Milonem in bancha, sed scodes. Alia essent à me dicenda, sed quia raptim addo, & in meo originali plura reposui, quæ hic consulto omitto, ne plus sit in additione, quàm in textu, tàm in hac decisione quàm in omnibus alijs. Ideò ad decisionem 64. deuenio ad laudem Dei.

ADDITIO D. RICII.

LEgitimam matris, vel auiæ, dixit, esse tertiam tertiæ Peregrin. *de fideicomm. art.* 38. *numero* 13. *versic. contrarium*, cum allegat. de Ponte *consil.* 68. *numer* 4. *volum.* 1. & declarat, hanc decisionem annuens, quòd Sacrum Consilium non determinauit punctum, sed ex præteritione matris tenuit testamentum nullum, & consequenter, quòd succederetur ab intestato, & sic mater cum filijs admitteretur, tamen *ibi num.* 1. inquit in occurrenti casu fuisse decisum per Sacrum Consilium legitimam matris esse tertiam totius, Ascia determinat. 22. *numero* 3. cumque citat Thesaur. *decis.* 172. Maynard. *decision.* 11. *par.* 5. Petra *de fideicommiss. quæst.* 15. *num.* 133. & de legitima patris latè vide Surd. *consil.* 404. *li.* 3. & Mangrell. *in authen. nouissima C. de inoffic. test.* vbi plures allegat, & Gaspar. Thes. *in addit. ad eius partem.*

OB-

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Legitima matris quanta sit existentibus fratribus defuncti, qui instituit heredem personam honestam, prætereundo matrem, & apposuit clausulam codicillarem, & deciditur esse tertiam tertiæ.*
2 *R. de Ponte, & R. Galeota, & Ep. Sperellus taxant decisionem, & adducitur opinio contraria, n. 3.*
4 *Quanta sit legitima matris si instituatur in ea, & edisseritur, num. 5. & 6.*
7 *Quid si fratres instituuntur in aliquo, & non instituitur turpis persona, & num. 8. & 9.*
10 *An faciant partem in eo quod capiunt legato, vel fideicommisso, & quid si defunctus instituit personam turpem num. 11.*
12 *Ius accrescẽdi an locum habeat inter matrem, & fratres respectu legitimæ declaratur decisio. n. 13. & 14.*

1 PErsubtilis est quæstio, vtrum legitima matris, vel auiæ sit tertia totius substantiæ, vel tertia tertiæ in bonis filiæ, vel neptis existentibus fratribus, vel sororibus defuncti, in qua reconstituendi sunt plures casus, & primus est, cùm defunctus fecit testamentum in quo matrem præterijt instituta persona honesta, hærede vniuersali, & apposuit clausulam codicillarem, cuius virtute cẽsentur venientes ab intestato rogati restituere hæreditatem hæredi instituto, vt in exemplo decisionis causæ Capituli Barensis, vel si filia fecerit codicillos in quibus grauauit legitimos successores restituere hæreditatem cum prohibitione trebellianicæ, tunc matris legitimam esse trientem eius portionis, quę ipsi ab intestato contingit: quapropter si essent duo fratres, quia mater ab intestato habitura esset trientem, ideo consequetur vnciam, & tertiam alterius vnciæ, & si fratres forent sex, dum mater ab intestato haberet septimam partem: ideo legitimam esse medietatem septimæ partis, nempè portionis quam ab intestato esset habitura cùm fratres sint vltra quatuor, vt D. meus *nu.* 13. *& seq.* vbi testatur iuxta hanc opinionem per binas sententias fuisse iudicatum, & facta relatione D. Proregis fuisse impositum perpetuum silentium, & ita censuerunt Bal. *in Auth. nouissima, C. de inoff. testam. n.* 12. *& con.* 350. *vol.* 4. Anna *con.* 130. Gratian. *discept.* 128. *n.* 13. Theodor. *alleg.* 35. qui refert ita decisum in S. C. & Rou *dec.* 22. nec obstat quòd fratres admittantur ad partem intestatæ successionis; non verò ad partem legitimæ, quæ eis non debetur, nisi instituta sit turpis persona, & insuper propter prohibitionem trebellianicæ nihil retinent ex bonis quamuis ab intestato succedant, sed totam portionem restituant, respondent enim hoc non obesse, sed sufficit qualitercumque admitti ad partem nempè ad successionem intestati, vt partem faciant in legitima quæ est pars intestatæ successionis *l.* Papinianus §. *si quis mortis, &* § *quoniam autem ff. de inoff. testam.* §. *sed hæc ita instit. eod. ita* Bal. *con.* 350. fatentur nihilominus dicti Authores, quòd si fratres ab intestato repudiarẽt hæreditatem tunc matrem pro legitima trientem habiturã, quia repudiando pro mortuis habentur, ac si mater sola existeret Bal. *in l. vni.* §. *an primo n.* 11. *C. de caduc. toll.*

Restringatur opinio si mater non impugnet testa-
2 mentum filiæ, ita vt res reducatur ad causam intestatæ successionis, sed eligat legitima petere, vt hoc casu dum fratribus nullum ius competit, & habentur, ac si in mundo nõ essent, matris legitima erit tertia totius hæreditatis, vt validissimis rationibus defendit R. de Pont. *cons.* 66. *&* 68. qui refert tres sententias latas pro hac opinione Ann. *con.* 130. *con.* 31. *inter Consil.* Camill. de Medic. ex quo fratres non concurrunt in legitima, & habentur, ac si non essent, & improbant de Ponte, & D. Galeota decisionem hanc, vt per eam non sit discussus benè articulus. Ita declarat Paschal. *de patr. pot. p.* 2. *c.* 4. *nu.* 43. *&* 44.

Contrarium videtur verius, quòd matri indistinctè debeatur tertia totius substantiæ, quia fratres, & si succedant ab intestato, nihilominus cùm totam portionem eorum restituant per fideicommissum effectu pro hæredibus non habentur §. *restituta Instit. de fideicomm.* & non magis obstabunt matri quàm si reuera non successissent ex *l.* 2. §. *sed si sint sui, ff. ad Tertull.* vlterius, quia filius quando condit testamentum, & instituit extraneum non turpem non potest ei relinquere, nisi bessem, dum trientem tenetur relinquere pro legitima matri, quia legitima ascendentium aucta est ad trientem Auth. *de trient. & semiss. coll.* 3. *vers. frequenter, &* §. 1. *in princ.* igitur nec filius per fideicommissum poterit relinquere extraneo supra bessem prout, nec potest directò, præterea quia si essent sex fratres mater haberet medietatem septimæ quę est minor pars vnciæ, & tamen legitima fratrum quando instituitur turpis persona est quadrans, cùm non sit aucta ad trientem prout legitima parentum gl. *in d.* Auth. nouissima, & ibi Ias. Afflict. *dec.* 204. *nu.* 4. & sic fratres si possent facere partem respectu quadrantis instituta turpi persona, neutiquam autem respectu trientis, & sic resultabit absurdum, quòd matris legitima non ascendet ad vnciam hæreditatis: hanc opinionem tenet Gabriel *con.* 94. *num.* 17. *vol.* 1. Gratian. *vbi sup. discept.* 178. vbi refert ita seruare Rotam Rom. Marescott. var. *lib.* 1. *tit.* 4. *q.* 7. *nu.* 17. Thor. *in compend. p.* 2. *sect.* 2. in copiosa allegatione impressa in calce operis, & præsentem decisionem D. mei valde suspectam reddi ait Ep. Sperell. *decis.* 34. *num.* 32. quem allegat R. Sanfeli *in add. ad dec.* 289. Bellon. de *iur. accresc. c.* 6. *qu.* 16. *num.* 170

Alter casus est quando cum matre supersunt etiam
4 fratres, sed versamur in terminis in quibus illi neque ex dispositione testatoris quidquam consequuntur, neque ex dispositione legis vocantur ad legitimam, vt euenit cùm fratribus præteritis, & matre in legitima instituta testator scripsit extraneum non turpem, sed honestum hæredem vniuersalem, quo casu non debetur legitima fratribus, & tunc si quæritur an legitima matris sit triens omnium bonorum, an verò triens eius portionis, quam esset ab intestato habitura, alij tenent esse trientem portionis ab intestato contingentis: ita Bar. *in l. pater filium nu.* 8. *ff. de inoff. testam.* D. meus *nu.* 10. vbi subjicit ecs q [illegible] in discussione fuerunt adhæsisse opinioni Bar. *& n.* 16. ita sæpe iudicatum, & hanc opinionem veriorem scripsit Crass. § *legitima q.* 8. Fachin. *lib.* 4. *controu. ca.* 29. mouentur quia legitima est tertia eius portionis, quam esset quis ab intestato habiturus, & si fuissent duo fratres esset habitura trientem, & sic legitima erit trientis, & iure proprio non poterit habere aliud, nec portio fratrum poterit sibi accrescere, cùm diuerso iure succedant, ex quo legitima parentum est triens ex noua Iustiniani constitutione, vt in d. Auth. *de trient. & senect.* & fratres vocantur de iure antiquo ad quadrantem, vt gl. *in dict. Auth. nouissima* ad hæc, quia cessat ius accrescendi, quando vnus est præteritus alius institutus *l. fine libertus,* §. *ex duobus, ff. de iur. patr* & cessat etiam quoties de parte vacante fratrum fuit à testatore dispositum, cùm expressa dispositio, vel substitutio, excludat ius accrescendi *l.* 1. §. *duo, ff. de bon poss. sec. tab.* ita arguunt Bar. *in d. l. pater filium,* & D. meus *n.* 8. præterea quoties quis remouetur a successione contẽplatione alicuius debet illi successio applicari cuius cõtẽplatione fit remotio *l. si defunctus, C. de suis, & legit. sed* fratres præteriti remouentur à successione fratris con-

templatione extranei hæredis instituti non matris, quã testator voluit id solùm habere, quod ipsi reliquit, ergo illorum portio non debet applicari matri, sed extraneo ita edisserunt Ias. *con 61. vol.* 3. Bursat. *con.* 114 *nu.* 10. *vol.* 1. tandem quia a ias sequerentur absurda, & primũ, quia posset consequi mater plus [illegible] filius testatus sit, quã si intestatus decessisset, nam si defunctus quinque, vt puta habuerit fratres non haberet ab intestato, nisi sextans, & non trientem, & esset cõtra mentem legis, quæ definiuit legitimam esse tertiam eius quod quis ab intestato esset habiturus: additur etiam aliud absurdum, nam si mater esset instituta cũ filijs eius legitima esset tertia tertię, vt dicetur infra, vel si frater institueret turpem personam diminueretur matris legitima, ex quo fratres in legitima pariter concurrentes impedirent ne illa totum trientem haberet.

Opposita sententia verior est, matris legitimam in
5 specie proposita esse tertiam omnium bonorum, ita Butrigar. quem sequuntur Bal. *in d. Auth. nouiss. n.* 10. ibi Ias. *n.* 43 & ita iudicatum in Senatu Pedem testatur Thesaur. *decis.* 172. *n.* 6. Gratian. & Marescott. *vbi sup.* & alij quos refert, & sequitur Bellon. *vbi sup. n.* 53. ratio est, quia si fratres non existerent, aut non essent successuri legitima matris esset triens totius substantię: ergo idem dicendum est quoties testamentum impugnare nequeunt cùm fingantur non existere, vt idem operetur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero *l. si is qui pro emptore, ff. de vsucap.* & in hoc casu habentur pro mortuis Surd. *con.* 404. *n.* 6. Marescott. *n.* 2. itẽ quia fratres non admittuntur ad partem, nec admitti sperãtur ad partem legitimæ cùm non sit instituta persona turpis nõ debeat igitur facere partem in legitima Gratian. *n.* 2. & quamuis in successione intestati faciãt partem hoc verum non est cum tractatur de succedendo ex testamento, quia finguntur non successuri, & ex testamento matri debetur triens, & de residuo potest filius disponere in beneficium extranei, & hæc pars vt benignior amplectenda erit in dubio in fauorem matris, cui pietatis, & miserationis gratia debetur legitima *l. scripto, §. fin. ff. vnd. lib.*

Haud quaquam aduersantur contraria, nec primum
6 quòd legitima sit quota eius quod esset quis ab intestato habiturus, nam intelligitur si res eodem modo se habeat ab intestato quo facto testamento, vt euenit cũ omnibus, qui ab intestato sũt successuri; debetur etiam legitima facto testamento, cęterum, si non debetur legitima facto testamento illi habentur pro mortuis, & legitima parentis erit triens ita Bal. *in d. Auth. nouissima n.* 11. Gabr. & Bursatt. *vbi sup.* Peregr. *de fideicom. art.* 37. *à n.* 13. Bellon *n.* 71. nam personæ, quæ testamẽtum impugnare nequeunt habentur, ac si nõ extarent, vel non essent successuræ. & probatur à simili, si defunctus reliquerit duos filios, vnum legitimum, & naturalem, alium adoptiuum, qui etiam ab intestato succedit cum legitimo, *§. sed omnia Instit. de hered. quæ ab intest. defer.* Sed quia contra testamẽtum venire nequit, vt in *d. §. sed ea omnia*, ideo legitima filij legitimi erit etiam triens totius substantiæ nulla habita ratione adoptiui, vt in defuncto relinquente matrem, & filiam naturalem, qui ab intestato successurus esset in duabus vncijs, sed contra testamentum venire nõ posset, quòd legitima matris sit etiam triens post alios probat Crass. *in §. institutio q.* 6. *n.* 1. & quoad ius accrescendi respondetur, quòd mater consequitur totum trientem iure proprio, non iure accrescendi, ita Surd. *n.* 8. Bellon. *n.* 82 per remotionem obstaculi, nec absurda considerata locum habent, quia absurdum non est, aliquem facto testamento plus consequi contra voluntatem testatoris, quam sibi ab intestato succederet, vt euenit quando pater iustè exhæredasset, qui ab intestato successissent, & nihilominus facto testamento per remotionem obstaculi, & per exhæredationem portio instituti erit maior quàm esset ab intestato contingens, subnectitur, quòd mater potiùs dicitur venire ex testamento cùm instituitur etiam in re particulari quamuis valeat petere supplementum, & quatenus testator posset instituendo personam turpem facere, vt per concursum fratrum mater habeat minorem portionem, & hoc nõ respicit fauorem testatoris, sed fratrum, & defunctus non debet habere maiorem potestatem disponendi, quando turpem personam non instituit, quia semper prohibetur disponere vltra bessem.

Alius casus est quando cum matre supersunt etiam
7 fratres vtrinque coniuncti, qui vocantur ex dispositione testatoris ad aliquid, vt ad partem hæreditatis, & plerique censent matris legitimam esse trientem si fratres ex dispositione testatoris aliquid habent, & non ex dispositione legis, vt & quando instituitur turpis persona ita Surd. *nu.* 9. & alij quos refert, & sequitur Fabian. *in d. Auth. nouissima num.* 45. ea ratione ducuntur, quia fratres dum non concurrunt in legitima habentur pro mortuis, ideoque facienda sit computatio, ac [illegible] mater sola existeret, & institutio fratrum fuit voluntaria, quæ non debeat diminuere legitimam parentis, quæ est necessaria in triente, ideoque fratres censentur, vt extranei instituti.

Frequentius autem alij tradunt legitimam matris
8 non esse trientem omnium bonorum, sed eius portionis, quam fuisset ab intestato habitura, & sic trientem trientis si cum matre duo fratres concurrerent Thes. *dec.* 132. vbi testatur ita decisum Gratian. *discep.* 178. *n.* 8. *&* 11. *& discep.* 448. *nu.* 18. & ibi Rota *nu.* 45. Marescott. *n.* 14. quia fratres cùm admittantur ad partem debeãt facere partem, etiam quòd vocentur ad partem hæreditatis, & non legitimæ dum instituta non fuit persona turpis, prout filius à patre institutus hæres quamuis non instituatur in legitima facit partem respectu aliorum in legitima institutorum: ita scribunt Gratian. & Maresc. & in hoc casu cessat remotio obstaculi, nec fratres possunt haberi pro mortuis, Bellonus autem *num.* 125. non conuenit cum Peregr. Marescott. Gratian. & alijs in ratione quam isti afferunt, ideo fratres impedire, quia faciunt partem *matri in legitima*, sed ideo impedire, quia id quod capiunt fratres debet in matris legitimam imputari vsque ad eam quantitatem ad quam ascenderet eorum legitima, si frater personam turpem instituisset, ita vt tanto minus capiat mater, dummodo legitimam cuiusque partem non excedat, itaque dicit Bellonus fratres impedire non per modum concursus, sed imputationis, nam concursus non potest considerari cùm mater, & fratres non vocentur omnes ad legitimam, & eandem rem, sed mater sola ad legitimam ita Gabr. *d. cons.* 94. *vol.* 1.

Computatio fiet hoc pacto, vt si fratres omnes fuerint hæredes vniuersales instituti in tanta portione quãta esset eorum legitima si frater personam turpem instituisset, aut etiam in maiore omnes obstabunt matri vsq; ad eam quantitatẽ ad quã ascenderet legitima, sed non vltra, quod si omnes fuerint instituti in portione minore, eatenus obstabunt, & matris legitimam diminuent quatenus quisque capit, & si ex pluribus fratribus vnus, aut duo fuerint instituti alij præteriti, adhuc instituti non obstabunt matri, nisi pro rata illius portionis quam essent iure legitimæ habituri si frater instituisset turpẽ personã. & sic pro quarta portionis sibi contingenti, & instituti non obstabũt matri pro portionibus fratrũ præteritorũ; vnde si duo essent fratres quorum vnus fuisset institutus, hic obstabit in vncia, & non in alia quæ spectasset ad præteritum, & facienda est computatio, vt matris legitima sit triens, in quo cõtinebitur quadrãs, qui viriliter inter eam, & fratres esset diuidendus si persona turpis instituta fuisset, & sic si duo fratres instituti essent obstabũt matri quoad duas vncias, & non vltra, quia mater habet vnã vnciam pręcipuam, cùm sua legitima sit triens, & habet aliam pro virili parte in quadrante ad fratres spectante si turpis persona institueretur, ita *Bellon. n.* 136. & si id in quo fratres sunt instituti est ita minimum, vt non ascendat ad integram legitimæ quantitatem, quæ deberetur si persona turpis fuisset instituta, nam tunc fratres per id

mini-

minimum non faciunt partem matri, ac si integraliter ad suam portionem essent admissi sed quatenus percipiunt iudicio testatoris Fabian. Marescot. Gratia. & alij quos refert. & sequitur Bellon. *num.* 139.

Extenditur, vt etiam si fratres non instituantur hæ-
10 redes, sed habeant aliquid titulo legati, vel fideicommissi, vt deducendum sit quod fratribus relictum est, deinde ex residuo detrahendus sit triens, qui matri pro legitima debetur *Thes. decis.* 172. *Marescott. num.* 9. *&* 15. & respectu illius quod relinquitur, faciunt fratres partem matri, vt tanto minus censeatur esse in patrimonio defuncti quantum importat id, quod eis relictum est, & hoc ne nimium grauetur hæres vniuersalis si mater prius haberet integrum trientem pro legitima dein de fratres caperent sibi relicta, vt in dec. Ro. 572. *p.* 5. *recent. num.* 26. *&* 219. *p.* 6. *recent.* cum quibus processum est in posterioribus præsertim *in Auenionen. legitima* 22. *Aprilis* 1654. *coram Peutinger.* verumtamen Bellon. *num.* 153. refutat hanc opinionem, & firmat legitimam matris esse trientem omnium bonorum non obstante quòd fratribus sit aliquid relictum, sed debet imputari id quod fratribus relictum est, itaut pro illorum rata censeatur matris legitima diminuta eodem modo ac si essent instituti hæredes, & pro hac opinione sunt Gabr. Peregr. Gratian. & Marescot. quos refert, & sequitur Bellon. *num.* 157.

Succedit alius casus quando parentes non sunt soli,
11 sed cum eis concurrunt fratres vtrinque coniuncti, & frater instituit turpem personam, & matrem in legitima. & ita effecit, vt etiam fratribus legitima debeatur, & matris legitima est triens totius substantiæ, in quo triente continebitur quadrans, qui æqualiter inter fratres defuncti, & matrem erit diuidendus. & fratres facient partem respectu quadrantis non autem trientis dum fratrū legitima nō est nisi quadrans quamobrem si fratres sint duo habebunt duas vncias, & mater alias duas, vnā dum concurrit in quadrante, & aliam respectu trientis, qui sibi debetur. ita Bellon *nu.* 10. sed si iste fratres exhæredauit, tunc mater habebit integrum trientem per remotionem obstaculi ita Gabr. *con* 94. *n.* 4.

Quæstio iucunda est, an habeat locum ius accrescen-
12 di inter matrem, & fratres, itaut si mater instituat turpem personam, & fratres, & matrem in legitima, sine vlla coniunctione, neque reali, neque verbali, & vnus frater repudiet partē suam, debeat illa pars ad matrem pertinere iure accrescendi, & negat Sur. 1. *nu.* 7. ex eo quia inter coniunctos coniunctione legali ius accrescendi cessat, nisi in hæreditate, vel vsufructu. sed in legitima non tractatur de hæreditate cùm sit quota bonorum, neque tractatur de vsufructu cùm legitima debeatur in proprietate *l. scimus, §. repletionem, C. de inoff. testam.* igitur non poterit inter matrem, & fratres locum habere ius accrescendi, ita arguunt Bar. *in d. l. pater. filium num.* 8. *& Domeus num.* 5. præterea quia mater, & fratres succedunt diuerso iure quia veniunt ex diuersis legum dispositionibus, & mater vocatur ad trientem, fratres verò ad quadrantem, ita Grass. *§. legitima. q.* 8. *& legitur in hac dec. n.* 6.

Contrarium tenent in legitima debita matri, & fra-
13 tribus Gabr. *vbi sup. nu.* 17. Peregr. *ar.* 38. *nu.* 2. Bellon. *num.* 23. *& seq.* vbi declarat matrem respectu vnciæ, quam habet præcipuam, ob quod eius legitima est triens, hoc respectu mater, & fratres censentur disiuncti, & non posse habere locum ius accrescendi, aut respectu quadrantis qui diuidendus est inter matrem, & fratres concursu, & veritas est hoc respectu censeri eos coniunctos, & consequenter esse locum iuri accrescendi, quia, & si altercatio sit an in legitima locum habeat ius accrescendi dum alij negant, vt Crauett. *cons.* 927. Menoch *cons* 50 *nu.* 11. & alij quos recenset Bellon. *cap.* 6. *q.* 8. *num.* 3. verior est opinio aiens. vt post alios Peregr. *ar.* 38. *n.* 12 Gratian. *discept.* 178 *n.* 3. Grass. *§. ius accrescendi qu.* 23. & probat latè Bellon. *à n.* 8. *vsque ad fin. d. q.* 8. *ex tex. in §. si quis autem legitimus Auth. quib. mod. natur. effect. sui, & l. sine libertus*

§. ex duobus, ff. de iur. patr. cùm in legitima adsit legalis coniunctio, nec verum sit matrem succedere diuerso iure à fratribus, nam diuersitas iuris non consideratur ex qualitate ipsius iuris successionem deferentis, vt puta, quia vnum sit ius antiquum in fratribus, & nouum in matre, nam sui, & emancipati in ordine ad causam efficientem vocantur à diuersis constitutionibus, quia emancipati vocantur iure nouo, *vt in Auth de hered. ab intestat. ver. §.* 1. *coll.* 9. & sui vocantur iure antiquo nempe 12. *tabul. §. sui autem instit. de hæred. qualit. & diff.* & tamen inter eos habet locum ius accrescendi prout inter agnatos, & cognatos licet illi vocentur *l.* 12. *tab. vt in princ. instit. de legit. agnati success.* & cognati vocantur iure nouo *l. fin. C. de legit. hered.* & quatenus, matri debetur triens, & fratribus quadrans, ex hoc non sequitur eos vocari diuerso iure, nam plus, & minus non faciunt differre specie *l. fin. ff. de fund. instr.* quapropter non solum si repudiet frater erit locus iuris accrescendi inter fratres, & matrem, verùm etiam si mater repudiat, matris portio fratribus accrescet Bal. *in l. d. l. pater filium* Bellon. *d. c.* 6. *q.* 17. excepta vncia quam mater habet præcipuā, in qua non sunt coniuncti coniunctione legali.

Limitatur si persona turpis non esset instituta, in
14 quo casu fratres non debent consequi legitimam in qua non sunt coniuncti coniunctione legali, quia à lege non vocantur ad illam nisi quando turpis persona instituitur, ideò si mater repudiat legitimam hæc remanebit apud hæredem vniuersalem iure institutionis vniuersalis, quæ ambitu suo complectitur id omne quod ab alijs non capitur, ita Bellon. *d. q.* 17. *à n* 7. *& nu.* 11. recedit à limitatione si mater renunciat iuri suo contemplatione filiorum, seu fratrum defuncti, quo casu trasit renunciationem illis prodesse, & non hæredi vniuersali, & fratres habebunt illam portionem iure cessionis, & donationis.

SVMMARIVM.

1 *Stilus Sacri Consilij quis sit circa solutionem pretij creditoribus habentibus assensum, quando venditur res feudalis, & de ratione, & n.* 16.
2 *Pretium proueniens ex re obligata loco rei obligatæ succedit in vniuersalibus. & n* 17.
3 *Pretium proueniens ex re feudali, non est feudale.*
4 *Venditio si resoluitur ex necessitate pacti de retrouendendo, omnes hypotheca medio tempore contracta extinguuntur.*
5 *Idem est si timore necessitatis fiat retrouenditio.*
6 *Creditor si consentiat, quòd aliena bona ex sibi obligatis veniant, si ex aliqua causa debitor illas recuperat, amplius non veniunt in obligatione. si ex causa noua in eum veniant, secus si ex antiqua, simili, vel connexa, n.* 8.
7 *Idem in re donata, seu donatario.*
9 *Pecunia, quæ restituitur emptori cum pacto de retrouendendo, dicitur, reddita, non de nouo translata.*
10 *Pecunia modo prædicto recepta per emptorem, censetur eius qualitatis, prout erat ante emptionem.*
11 *Dominium suspensiuè translatum, quando contractus resoluitur virtute pactorum resolutorum, dicitur redire ad sua principia attractiua.*
12 *Dominium, quando modo quo supra trasfertur, redit, resoluto contractu, ad primum dominum, & excitat se tamquam à somno, non tāquam à morte.*
13 *Primogenitus in feudo empto per patrem cum pacto de retrouendendo succedit, sed eo redempto post mortem patris fit diuisio pretij inter omnes filios.*
14 *Feudum si aperitur domino ob mortem vassalli, non tenetur dominus ad onera interim contracta, nisi vassallus refutet domino, post debita contracta.*
15 *Decisio Cyn. & sequacium in l. ea demum, de collat. reprobata per Fulg. & Alex. defenditur per Decium.*
18 *Dominus redimens virtute pacti de retrouendendo, faciendo lege permittente, etiam quod damnum inferat alteri secundario, benè facit.*

DECISIO LXIV.

Creditores, qui præferendi sint in pecunia redacta ex feudo, an habentes assensum Regium, vel non habentes, sed anteriores.

1 IN dies † Sacrum Consilium seruat, instantibus
creditoribus cum Regio assensu sub hasta vendi
facere castra, & alia bona feudalia, & postea su-
per pretio de eis redacto satisfacere creditoribus
prædictis iuxta datam cautelarum, & assensus, exclusis
creditoribus anterioribus in tempore non habentibus
assensum, qui aliàs super bonis venditis non possent ha-
bere recursum & meritò hoc fit, postquam illud pre-
tium redigitur ex re feudali obligata creditoribus ha-
bentibus assensum, ad quorum instātiam vendi potest,
& super quibus adsunt iura eorumdem crediti, quæ in-
ra non extinguuntur per venditionem prædictam, nisi
facta solutione dictis creditoribus: alijs verò credito-
ribus non habentibus assensum, nullum ius super feu-
do competit. Accidit casus quòd Magnificus Hiero-
nymus de Morra emerat à Spectab. Comite Policastri
Terram Roccæ Gloriosæ, cum pacto de retrouenden-
do, mediante Regio assensu, quo pacto durante, & pos-
sidente Terram Roccæ, multa debita contraxit tàm
cum assensu, quàm sine. Mortuus est Hieronymus,
comparuerunt multi creditores, & petierunt, tamquam
habentes assensum, assistentiam super Terra prædicta:
Spect. Comes, vt euitaret; torilites, cessit ius luendi
Terram prædictam Magnifico Ioanni Vincentio de
Tufo, qui reemit Terram prædictam, & fecit deposi-
tum quātitatis debitę dicto Hieronymo pro reemptio-
ne Terræ prędictæ, super qua quantitate concurrerunt
creditores dicti Hier. habentes assensum posteriores, &
anteriores nō habentes assensum. Fuit dubitatum quis
nam esset pręferendus super pecunia prædicta, vt supra
deposita? Et per creditores habentes assensum diceba-
tur eos esse præferendos ex supra dicta obseruantia
Tribunalis dictis rationibus fundata, & etiam quia
pretium prædictum perueniebat ex re eis obligata, &
2 videbatur, † quòd loco rei obligatæ succederet, *l. si
rem & pretium. ff. de petit. hered.* & insuper ne esset in
potestate vendentis rem cum pacto de retrouendendo
reemere, & pecuniam deponere, & facere, quòd præfe-
rantur creditores non habentes assensum, qui super
corpore feudi nullum ius habent, ijs, qui cum assensu
contraxerant, & malitijs esse obuiandum *l. in fundo
cum similibus, ff. de rei vendi.*

Nihilominus his non obstantibus Sacrum Consiliū,
me referente, iudicauit contrarium, subscriptis ratio-
3 nibus. Primò, quia regula est, † quòd pretium reda-
ctum ex re feudali, non est feudale, Andr. *in c. 1. §. &
plaustrorum in fin. quæ sint Regal. c. si verò,* vbi Andr. *si
de feud. fuo contrau.* Afflict. *in const. baiuli locorum, in
3. notab. & alij c. 1. de, feu. non habente propriam natu-
ram feudi,* & optimè declarat quidam Paris. *in § 30. in
43. quæst. num. 161. vers. sed quid post noxam, fol. 280.*
Si igitur pretium non est feudale, ergo super eo præfer-
ri debet, qui ante contraxit, ex reg. qui prior. Secun-
4 dò † quia resoluta venditione ex necessitate pacti de
retrouendendo antecedente, & necessariò prout in ca-
su, de quo agebatur, omnes hypothecæ medio tempore
contractæ resoluuntur, secundùm Cyn. Alb. & alios, *in
l. 3. C. si antiq. creditor.* & est decis. Bart. *in l. in diem. ff.
de aqua plu. arc. & in l. si ex duob. Marcellus. §. ... ff. de
in diem addict.* quem sequitur, & allegat concor. idem
Paris. *in §. 41. in 4. q. col. pen. num. 21. in consue. Paris.*
& post ipsum Tiraq. *in tract. de retract. conuent. §. 3. in
gl. 1. & vnica, vers. id autem opportunè quæri potest,
n. 9 fo. 904.* & Hie. Cag. tàm *in l. 2. q. 5. de pact. int. emp.
& vend.* quàm *in l. 12 q versic. hinc est C. de resc. vend.*
& nouissimè Arius Pinel. *in repet. d. l. 2. in 2. par. n. 11.
5 fol. 122. in paruis,* vbi etiam examinat, † si prædicta
procedunt quando quis videns se posse cogi retrouen-
dit, & ad prædicta est text. *in l. facta. ff. de ædil. edic.* &
eamdem *gl. 22. in 9. quæst.* Ad quod aduerte pro retro-
uenditionibus, quæ per Regium Fiscum, & fidelissi-
mam Ciuitatem Neapolis fiunt partium consensu ac-
cedente, Si ergo hypothecæ extinguuntur super re
feudali retrouendita concurret hic creditor super pe-
cunia, quæ à principio burgensatica erat cum alijs cre-
ditoribus, cùm pecunia prædicta restituta virtute pri-
mi pacti in pristinam causam redeat, & ad tempus ce-
lebrati contractus retrotrahatur. *l. 2. §. quodq; de collat.
bono.* & pecunia hæc censebitur semper in bonis debi-
toris fuisse, iux. *l. sicut. §. superuacuum, & ibi* Bart. *ff.
6 quib. mod. pig. vel hypothe. sol.* Hinc est, † quòd licet
quando quis consentit, quòd eius debitor alienet ali-
qua ex bonis eidem obligatis, si postea bona prædicta
redeant in dominium eiusdem debitoris, non reinci-
dant in obligationem iuxta terminos *l. fin. C. de remiss.
7 pign.* † & in rebus donatis idem sit iuxta ea, quæ po-
nit Alex. *in l. stipulatio hoc modo concepta, col. 6. ver. 2.
fortificari potest,* & post eum Moderni. *ff. de verb. oblig.*
8 nihilominùs † si eadem bona redeunt in debitorem,
vel donantem ex eadem causa, ex qua fuerunt aliena-
ta, & eidem debitori, seu donanti re acquiritur; vel ex
simili, seu connexa incidit in hypothecam, seu dona-
tionem. Negu. qui allegat. *concor. in tract. pig. p. 6. in 3.
memb.* in qua ampliatione mouetur *per tex. in l. volun-
9 tate. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solu.* † Et pecuniam
prędictam dici potest potiùs esse redditā, quàm de no-
uo translatam, iuxta terminos, *l. filio, quem pater, ff. de
10 lib. & post.* † Et recuperata virtute pacti præcedentis
censetur esse eiusdem qualitatis, prout erat ante vendi-
tionem Bart. *in l. sequitur §. idem Labeo. ff. de vsucap.*
& in hac materia deseruiunt pulchra verba Baldi. *in l.
11 qui ea lege. C. de pact. int. empt. & vend.* † quòd quando
dominium transfertur suspensiuè transfertur, & ideo
resoluto contractu, res redit ad sua principia attracti-
ua, *& l. vnica, col. 10. vers. attende hic, C. quando non
12 peten. par.* dicit, † quòd resoluto contractu, qui nō ha-
bet perpetuam causam, sed suspensiuam, dominium
primi resuscitat se tamquam à somno, non tamquam
à morte, & dicit Neapod. *in consu. si de bonis,
in glos. in vers. in bonis suis,* quòd aliquando est
debitum purum, quod dormit, licet quoad satisfa-
ctionem sit conditionatum. Hinc quidam Parisiensis
*in tit. 1. de maternis feudis, §. 11. 19. col. vers.
13 quid igitur à conuersio fol. 146. num. 31.* † tenet empto
per patrem feudo cum pacto de retrouendendo,
eoque mortuo, esse locum iuris primogenituræ,
eo tamen redempto, post mortem esse faciendam
diuisionem pretij inter filios, & confert ad præ-
dicta, quod ijdem dicunt *in titul. 1. § 30. in 50.
quæst. column. 14. vers. 2. circa fin. nu. 175. fol. 283.*
vbi optimis rationibus repræhendit Io: Fab. & alios, qui
in materia consuetudinis Franciæ, qua cauetur, quæsi-
ta, constāte matrimonio, effici communia inter virum,
& vxorem, dicebant, consuetudinem prædictam pro-
cedere etiam in ijs, quæ constante matrimonio, conso-
lidabantur viro, occasione feudi, quod proprium erat
ante matrimonium contractum: quia secundùm eos-
dem hæc opinio non est vera, ex quo quando consoli-
datio fit ex natura rei, & ex necessitate causæ antiquę,
& inexistentis rei consolidatæ, consolidatum efficitur
eiusdem iuris, & qualitatis, cuius est res, quæ consoli-
datur, & vnitur. Non enim dicunt ipsi, hoc casu dici-
tur noua acquisitio, sed recuperatio, & reuersio rei ad
suam originem, & primitiuum statum. Simile videmus
14 in vassallo, † quo mortuo, si feudum aperitur domino,
non tenetur Dominus ad onera, interim contracta; sed
si refutet domino post contracta debita, quia hoc facit
ex voluntate, tenebitur dominus ad debita prædicta, &
pro hoc optimè facit tex. *in d. l. volūtate,* qui post casus
particulares facit regulam, quòd si alicui cōcessum est,
rem aliquam emere à lege: vel ab homine, secū dùm gl.
resoluta venditione res in pristinam causam reddat.

Re-

Rediit igitur in casu, de quo agebatur Terrę Roccæ ad Comitem Policastri, & pecunia ad Hyeronymum, seu eius hæredem, primum Dominũ ex prima causa Terræ Roccæ libera à creditoribus Hyeronymi, & pecunia eis obnoxia, super qua tamquam burgensatica præferendi sunt creditores anteriores dicti Hyeronymi, † &
15 vltimò pro hac opinione facit decis. Cyni, & sequacium, *in l. ea demum. C. de collat.* in materia statuti deferentis bona immobilia collateralibus, & mobilia ascendentibus; quam decisionem licet impugnet Fulgo. & Alex. *ibi*, nihilominus ab eius impugnationibus eam defendit, & sequitur Dec. in eodem loco optimis fundamentis.

Nec obstant in contrarium allegata, & primò non
16 obstat communis stylus, † & obseruantia Sacri Consilij, quia prædictus stylus, & obseruantia vendicant sibi locum, quando creditor habens assensum super obligatione bonorum feudalium, instat, & vrget pro venditione rei feudalis ei obligatæ, quod potest, quo casu per venditionem prædictam non soluitur ius hypothecæ, sed remanet, & hoc casu Sacrum Consil. mandat super pretio prædicto satisfieri creditoribus cum assensu, vt emptores absque hoc onere terras possideant: in casu nostro est secus, quia per retrouenditionem necessariò factam, extincta est hypotheca ex supradictis, & dicit Aret. *in l. Pompo. §. cum quis 2. col. posset ergo, ff. de acq. poss.* per tex. *in d. §. Marcellus*, quòd quando venditio resoluitur ex causa de præterito, contractus retro non censetur celebratus, & hoc etiam dicere *glo. ibi* dicit idem Aret. *ibi in fi. vers. in glo. in §. præterea, & infra decis. 369. circa fin.* Nec secundum obstat ex ijs, quæ in primo fundamento pro parte creditorum anteriorum adducta sunt, eo magis, quia regu-
17 la, † quòd pretium loco rei succedat, procedit in vniuersalibus, secus in particularibus, & ita loquitur tex. *in d. l. si rem & pretium*, quia in particularibus non procedit, nisi in subsidium, ne quis indebitè lucretur ex re aliena, seu alteri debita. Vltimò non obstat, quod dicitur, quòd esset in facultate venditoris cum pacto de retrouendendo, præferri facere creditores ei visos retro emendo, quia hoc non est in consideratione, cùm id, quòd facit, faciat lege permittente, & ex pacto precedente. Nec est curandum, † quòd alijs damnum in-
18 ferat, cùm adhoc principaliter non fiat, iux. tex. *in l. Proculus, de dam. infect.* & ea quæ ponit Bart. *in l. quo minus, de fluminibus*, & Bald. *pulchrè in l. 2. C. de seruit. aqua. col. 6. versic. & licèt Imperator.* Ex istis Sacrum Consilium, me referente, iudicauit in fauorem creditorum anteriorum, assensum non habentium contra posteriores habentes assensum, & aliàs Sacrum Consilium ex dictis in primo fundamento pro creditoribus non habentibus assensum iudicauit, iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum, quòd facta venditione feudi ad instantiam creditorum, assensum habentium, eisqu facta solutione integri eorum crediti, super pretio, quod ex venditione prædicta remanserat debere satisfieri creditoribus non habentibus assensum, prout quisque per prius contraxerat, ex regul. qui prior. quia pecunia ex feudo redacta erit burgensatica, ex dictis per And. vbi supra. Et quamuis feudum non esset dictis creditoribus obligatum, eo vendito, & resoluta hypotheca contracta cum creditoribus assensum habentibus per solutionem eorum crediti, eis factam, remanebit pecunia prædicta in dominio debitoris, & libera, super qua operabitur virtus hypothecæ contractæ cum creditoribus prædictis sine assensu, etiam ex obligationibus, quæ fiunt bonorum præsentium, & futurorum. Quod vltimum fundamentum fuit doctissimi Domini Regentis Salernitani nunc Sacri Consilij Præsidis. licet aliquis ex dominis dixerit, super hac pecunia nullam hypothecam competere istis creditoribus sine assensu, sed de ea esse faciendam diuisionem per æs, & libram, exemplo creditorum in actione personali, quæ opinio recepta non fuit.

ADDITIO D. VISCONTI.

Adde Frecc. *de subfeud. lib. 2. qu. 30. in fin.* Bursat. *cons. 44. nu. 9. vol. 1.* Ann. *in sing. 204. in add.* 2. Viuium *in dec. 285. num.* 8. & D. de Curte *de feudis fol. 20. à num.* 8. *cum seq.* Surd. *in decis. 189 num. 20. & seq. D. Georg. in allegat. 18. num.* 1. & omnino Costam *in tractat. de retrotract. fol. 114. & seq. numer. 6. 11.*

Num. 3. 15. Vide Tiraq. *de retrac. consang. glosa. 7. §. 1. num. 112. & seq. & in §. 32. num. 19.* vbi pecunia peruenta ex re immobili dicitur immobilis, *& in fin. d. tituli à num. 10. vsque ad 24.* D. Senator. Ann. *in consil. 123. num.* 8. post suum Genitorem *in alleg. 141. & in d. sing. 204.* Foller. *in praxi. crim. in vers. annotentur bona*, & in materia videatur idem Ann. *in sing. 5.*

Num. 4. 16. ibi extincta, Adde Doctores, *in apostill. ad Dec. cons. 88. lit. B. dec. Pede. 156.* Foller. de censib. *in vers. instrum. grat. à num. 45.* Caualc. *in decis. 25. num. 41. par. 2.* Ann. Sen. *in sing. 546.* & Ann. filium *cons. 81. nu. 18.* Mangrell. *ad Bartol. in l. lex vectigali, & infra decis. 226.* Surd. *in decis. 286. num. 14.* & omnino *decis. 286.* & satis pulchrè *tract. de alimen. titul. 9. q. 42 & in decis. 326. nu. 38.* Flam. Cart. *in dec. 87. à nu. 9. & seq.* & Io. Bapt. Costam *in tract. de retrotrac. fol. 78. num. 10. & seq.* Surd. *in dec. 102. num. 14.* & Morot. *cons. 61. num. 23.*

Num. 6. & seq. Vide omnino D. Garsiam Mastrill. *in decis. 15.*

Num. 14. Vide infra *decis. 213. num. 32.* Loffred. *cons. 33. num. 4.* D. de Ponte *consil. 82. num. 19.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Pretium seu moneta currens tempore venditionis, an tempore redemptionis in contractu cum pacto de retrouendendo sit restituendum, vel restituenda.*
2 *Pacto de retrouendendo nunquam præscribitur, si fraus, vel vsura consideratur in eo.*
3 *Heredi ex capite ignorantiæ aduersus lapsum temporis ad redimendum, datur restitutio.*
4 *Facta venditione cum pacto de retrouendendo, si venditor illam rem alteri obliget, talis obligatio in præiudicium emptoris, non valet.*
5 *Re cum pacto de retrouendendo vendita reempta, onera, & hypotheca medio tempore imposita, per emptorem, annihilantur, & resoluuntur.*
6 *Re cum pacto redimendi, vendita, & mortuo venditore relictis pluribus hæredibus, si vnus velit redimere totam rem, etiam pro parte cohæredis, an emptor teneatur retrouendere.*
7 *Et quid existentibus pluribus venditoribus, cum redimendi pacto, & vnus tantùm velit exercere pactũ, alius non, an illi emptor teneatur retrouendere.*
8 *Damnum fortuito casu proueniens in re redimendi pacto subiecta, cedit periculo emptoris, & redimens præstabit minus, habita ratione in re redimenda existentis, & quid in molendinis cum dicto pacto venditis.*
9 *Contra acquisitum per alluuionem in re illa, lucro reuenditoris cedit.*
10 *Pactum de retrouendendo est personale.*
11 *Et quid si adsit Constitutum, precarium, & iuramentum, & an agi possit contra secundum emptorem, & quemcumque tertium possessorem virtute dicti pacti.*
12 *Pactum de retrouendendo cum obligatione bonorum, est reale, & non personale, & transit contra quemcumque possessorem.*
13 *Maximè, si adsit specialis hypotheca ipsius rei.*
14 *Simplex pactum de retrouendendo, non afficit rem.*

15 *Cautela pro venditore cum pacto de retrouendendo, remissiue.*
16 *Pactum de retrouendendo an prescribatur, & quid si adest pactum quandocumque, vel quoties.*
17 *Dominiũ an transferatur statim oblato pretio, absque noua traditione in pacto de retrouendendo.*
18 *Redimens, prius constare faciat per scripturam ius luendi sibi competere quia eo casu oblatio, & depositum valent.*
19 *Clausula resolutiua contractus, tanti est effectus, vt dominij verè translationem operetur, absque traditione, à die consignationis pretij.*
20 *Ad fructus acquirendos per redimentem, vtrum sola realis, vel extraiudicialis oblatio sufficiat.*
21 *Rusticus si emat fundum, cum pacto de retrouendendo, talis contractus non censetur vsurarius, licet in alia persona talis sit iudicandus.*
22 *Ius redimendi an cedi possit, donari, vel vendi.*
23 *Cessio si fiat duobus, quis praeferatur.*
24 *Reemptio facta virtute pacti de retrouendendo, non dicitur noua acquisitio, sed redditio. Ita quòd res reempta incidit in pristinam causam.*
25 *Pactum de retrouendendo probatur per instrumentũ, & per testes, vel per famam, & vnum testem.*
26 *Item probatur per apocham, & per alios modos, remissiue.*
27 *Pactum de retrouendendo, etsi fiat post contractum venditionis absolutum, nihilominus est primum in intentione, quamuis sit vltimum in exequutione.*
28 *Pactum de retrouendendo, an transeat contra singularem successorem.*

ADde pro declaratione huius decis. 64. quantum differat à decisione 75. omninò Praesidentem *dicta decis. 75. num. 7.* & sequenti, latissimè dicentem, quòd haec loquitur in creditoribus debitoris, cuius bona veneunt; illa autem in creditoribus creditoris debitoris creditorum, quibus nomina debitorum cessa sunt, vel venduntur. Haec decisio fuit in causa Hieronymi de Murra penes Balsamum, 1569. 24. Decembris. Ad hanc decis. adde † an
1 pretium currens, seu moneta tempore venditionis, an tempore redemptionis in contractu cum pacto de retrouendendo sit restituendum, vel restituenda, Ioseph. Ludouicum, *decis. Perusina 76. num. 16. 2. par.* & Puizanum, *decis. 16. num. 35. par. 2.* Et scias vnum quod †
2 huiusmodi pacto de retrouendendo, numquam praescribitur, si fraus, vel vsura consideratur in eo, ita Vrsillus *in terminis in decis. 73* Menoch. *de arbitrarijs iudicum, casu 217 & consil. 342. num. 46. lib. 4.* Sola *in Constitutionibus Sabaudiae; Glossa, super prima parte Decreti, ex frequentioribus, titulo de pactis, inter emptorem, &*
3 *venditorem num. 90.* Item † haeredi ex capite ignorantiae aduersus lapsum temporis ad redimendum, datur restitutio, Magonius *decis. Lucensi. 77.* Thesaur. *de-*
4 *cis. 103. Senatus Pedemontani.* Item nota quòd † facta venditione cum pacto de retrouendendo, si venditor rem illam alteri obligat, talis obligatio in praeiudicium emptoris non valet, Boer. *decis. 181. num. 8.* Ozasc. *de-*
5 *cis. 65.* Et † si res illa cum pacto redimendi vendita redimitur, onera, & hypothecae medio tempore impositae per emptorem, annihilantur, & resoluuntur. Caballi-
6 nus *Milleloquia 159. latissimè.* † An autem si aliquis rem vendidit cum pacto de redimendo, moritur relictis pluribus haeredibus, si vnus vult redimere totam rem, etiam pro parte cohaeredis, emptor teneatur retrouen-
7 dere. Ioseph Ludouicus *decis. Perusin. 112. part. 2.* † Quid autem si sunt plures venditores cum dicto pacto redimendi, & vnus vult redimere, & alius non, vtrum emptor teneatur retrouendere? Bartol. *in l. cui vsusfructus. ff. de vsufructu legato.* Alexand. *in l. 4. §. Cato, ff. de verb. oblig.* Ioannes Paponius *lib. 1. Arresto 8.* Borgninus *decis. 16. num. 3. par. 2.* Ad num. 4. Bart. *in l. 3. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluatur, vt in l. 9. ff. de aqua pluuiali arcenda,* & latè, & egregiè Caballinus *in*
8 *Milleloquio suo, Milleloquio 159.* & nota quòd † damnum fortuito casu perueniens in re, quam reuendere quis promittit, cedit periculo illius, & redimens minus praestabit habita ratione damni in re redimenda. Natta *cons. 601.* Qui limitat in molendinis venditis cum hoc pacto redimendi, & similibus. Et si etiam per
9 Contrarium † alluuione acquisitum in re, illa reuenditoris erit, vt in terminis; & doctè Thesaur. *dec. 140. incip. Alluuione,* vbi pro, & contra disputat, & varias sententias, latas, pro redimente, & pro reuendente, & Menoch. *etiam cons. 26. volum. 1.* latissimè, & nouissimè Bepincasa, *in Tractatu de alluuione, num. 9. mihi*
10 *in parte sua prima, notanter.* Item nota quòd licet †
11 pactum de reuendendo sit personale, † tamen si in ipso adest Constitutum precarium, vel Iuramentum, etiam contra secundum emptorem, & quemcumque tertium possessorem, potest agi virtute dicti pacti, quia
12 ipsum † pactum cum obligatione bonorum est reale, & non personale, & transit contra quemcumque possessorem. Ita Iason, *in l. ab emptione ff. de pactis.* Franciscus Marcus, *decis. 404.* Boetius *decis. 182. n. 37.* Harteman, *cap. 5. tit. de pactis, & transactionibus lib. 1.* Bor-
13 gninus *decis. 16 part. 2.* & hoc † tanto magis, si adest specialis hypotheca ipsius rei, Magonius, *decis. Luchen-*
14 *si. 80. alias* † simplex pactum de retrouendendo non afficit rem. Gail. *Obseruatione 16. par. 2.* Mynsingerius *Obseruatione 69. Centuria 6.* Crauetta *cons. 12. num. 1. par. 2.* Magonius *decis. Florentina 105.* & latissimè Vrsillus *decis. 163.* vbi ponit Cautelas, & *decis. 201.* & Fabian. de Monte, *in tractatu de pacto de retrouendendo, num. 76. vers. hinc reddi cautiores possunt venditores.* Corta, in verbo, pactum de retrouendendo, & Vrsillus
15 *dicta decisione, num. 5.* ponit Cautelam † notabilem pro venditore cum hoc pacto. & sic in dicta *decis. 201.*
16 Sed † an istud pactum de retrouendendo praescribatur, si adest pactum quandocumque, vel quoties, Tiraquellus *de retractu conuentionali. §. 1. gl. 2 nu. 46.* Ioannes Coppen. *decis. Saxoniae, 1.* Doctores *in l. nemo potest, ff. de legat. 1.* Antonius Gabrielius *libro Conclusionum, titulo. De praescriptionibus lib. 5. Conclus. 6.* Ceuallos latissimè, & doctissimè, libro *Communium contra Com-*
17 *munes quaest. 207.* Item nota, an † statim oblato pretio sine noua traditione, dominium transferatur in pacto de retrouendendo? vide quae dicit Antonius Gomesius *libro 2. Variar. cap. 2. num. 27. ad 31. & sequent.* & quae dicit Tiraquellus *de retractu conuentionali, §. 1. glos. 7. num. 7.* Couarruuias *lib. 3 Variar. cap. 8. num. 2.* Ceuallos *quaest. 299. incip. In pacto de retrouendendo.* Sed no-
18 ta, † quòd redimens prius debet constare facere per scripturam ius luẽdi sibi competere: quia eo casu obla-
19 tio, & depositum valent. Menoch. *consil. 301. lib. 4.* † Et est tanti effectus Clausula Resolutiua contractus, vt dominij translationem absque traditione à die consignationis pretij parturiat, Boetius, *d. decis. 182. nu. 38.*
20 Ozascus *decis. 65. n. 12.* † Sed ad fructus acquirendos per redimentem, vtrum sola realis, vel extraiudicialis oblatio sufficiat, Caballinus *Milleloquia 333.* Natta *consil. 513.* Roland. *consil. 28. volum. 2.* & Natta
21 *consil. 586.* vbi dicit, † quòd si Rusticus emit fundum cum pacto de retrouendendo, non censetur contractus vsurarius, licet in alia persona talis sit iudicandus.
22 † Ius redimendi, an cedi possit, donari, vel vendi. Franciscus Marcus *decis. 404.* Decius *consil. 614. & 680.* Rolandus, *consil. 28. lib. 2.* Cassan. *in Consuetud. Burgundiae, tit. deferentes,* Ioseph. Ludouicus *decis. Perusina 16. & Lucensi 47.* Borgninus *decis. 16. num. 27.*
23 *par. 2.* † Sed quis praeferatur, si cessio fit duobus? Papo-
24 nius *lib. 21. tit. 6. Aresto finali.* Quod autem † reemptio facta virtute pacti de retrouendendo, non dicatur noua acquisitio, sed redditio, ita quòd res redempta incidit in pristinam causam, vt in hac decisio, tradit idem Praesidens de Franchis *decis. 39. ad quam, & decis. 80.*
25 Item † hoc pactum de retrouendendo, probatur per instrumentum, aut per testes, vel per famam, & vnum testem

testem Boer. *decis.* 183. Præsidens *hic decis.* 105. ad
26 quem sit remissio, Item† potest probari per apocham,
27 & alios modos, quos ponit Vrsillus *decis.* 172. † Pactum de retrouendendo, etsi fiat post contractum venditionis absolutum, nihilominus est primum in intentione, quamuis vltimum sit in exequutione. Præsidens hic, infra *decis.* 126. *ad num.* 13. Adde, quæ supra dixi, & vide Boerium *in decis.* 182. *num.* 39. *&* 49. *consil.* 3. Franch. *decis.* 39. *vt supra*, *& infra decisio.* 126. de præscriptione pacti de retrouendendo: & an huius-
28 modi pactum † transeat contra singularem successorem, vide Bouium *de statutaria vrbis præscriptione. Glos.* 19. *fol. mihi* 103. Alia vide *decis.* 95. *&* 105. Adde Morotium *responso* 62. Brunorum, *in Compendio iuris propositionum, verbo Pactum*, & Fachineum *in lib.* 2. *cap.* 13. *in libro controuersiarum iuris*. ad id quod dicit Præsidens hic, *num.* 14. Adde, & intellige, prout Camerarius, *in capit. Imperialem* 3. 13. *&* 14. & Freccia *in libro Subfeudorum*, *Authoritate* 29. *num.* 9. vbi intelligit si refutatio sit titulo vniuersali, secus si particulari.

ADDITIO D. RICII.

CReditores, qui præferendi sint in pecunia redacta ex feudo, an habentes assensum regium vel non habentes, sed anteriores, hoc dicit.

Adde quòd feudum obligatur pro patrocinio præstito Petrus *consil.* 14. Petr. de Gregor. *in tract. concess. feud. p.* 2. *quæst.* 10. ex verbis Andr. *in c.* 1. *col.* 2. *de feud.* Feudum enim non est quid vniuersale, & ita pretium quod non succedit loco rei feudalis, nec est feudale, ponderatur And. *in c.* 1. §. *si vassallus de feudo suo col. fi. si de feu. mil.* & in contrarium videtur facere idem *in c.* 1. §. *si alienaui de contr. inter domi. & vas. colum.* 1. *versic. dic ergo*, de quo vide eumdem *in cap.* 1. §. *& plaustrorum col. fin. quæ sint regal.* tamen in Sacro Consilio fuit decisum, pretium peruentum ex venditione rerum feudalium debere consignari creditoribus feudatarij, cum assensu in causa Martini, Securæ, & multis casibus, & ratio, quòd pretium rei feudalis non sit feudale; neque res ex pretio feudi comparatæ feudales sunt, nisi id expresè actum sit. Afflict. *in c.* 1. *de feud. non hab. propr. nata feu. nume.* 11. *&* 12. post Belu. & Bald. atque alios Lotted. *in consil.* 11. *num.* 10. *cum seq.* Molin. *de primogen. Hispan. in* 2. *p. lib.* 4. *c.* 4. *num.* 28. tamen vendito feudo ad instantiam creditorum de pecunia redacta satisfiet creditoribus cum assensu, licet alij sine assensu sint in tempore anteriores, & ita fuit decisum in causa Martini Securæ, & postea in multis alijs casibus, vt supra notatur, & habetur per Annam *in sing.* 204.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Creditorem anteriorem etiam sine assensu præferri super pecunia peruenta ex reemptione feudi empti per feudatarium debitorem cum pacto de retrouendendo iudicatur, & Caroccius refellitur, & quando super pretio præfertur habens assensum declaratur.*

2 *Pretium peruentum ex retrouenditione, an spectat ad primogenitum, vel ad alios filios excutitur in quo R. Rouitus, & P. Amatus carpunt D. Præsidem, num.* 3.

4 *Occurritur contrarijs cum declaratione quæstionis.*

1 FIrmamen totale neutiquam repetitur in contingenti decisione, cùm sit quod improbetur; controuersum primitus fuit, vtrum empto feudo cum pacto de retrouendendo, & contractis debitis per emptorem tàm cum assensu quàm sine, tunc secuta reemptione præferendus sit super pecunia peruenta creditor anterior cum assensu, & D. meus testatur decisum per S. C. præferendum eum, qui ante contraxit, quamuis non habet assensum, ratio est nam pretium illud non dicitur feudale, sed burgensaticum, vt Giurb. *de success. feud.* §. 2. *gl.* 7. *num* 42. R. Latr. *decis.* 43. *& consult.* 84. R. de Curt. *in suo diuersor. feud.* § *in hoc igitur num.* 10. ita vt hypotheca feudi non subsistat super pecunia desuper depositata Anton. de Amat. *resolut.* 4. *num.* 8. vbi tradit cauendum esse à Carocc. *in decisio.* 117. cõtrariũ tenente, quia feudum non potest consistere in pecunia *cap.* 1. *in fine de feud. cognit.* ac præterea redempto feudo, hypothecæ desuper contractæ resoluuntur quamobrem potiores sunt super pretio creditores etiam sine assensu, vt comprobat idem R. Latr. *consult.* 56. *num.* 3. Donad. *de renunc. tom.* 1. *cap.* 27. *n.* 54. & alias quando non extinguerentur hypothecæ contractæ super feudo secus esset, esto pecunia sit burgensatica, vt cùm ad instantiam creditorum cum assensu venditur feudum, in tali enim casu ex pretio feudi satisfit creditoribus cum assensu ad hoc, vt dissoluatur hypotheca feudi, & emptor sit securus, vt docetur hic in principio, & per D. R. de Marin. *libr.* 2. *resol.* 61. & ad Reuer. *obs.* 7.

Suppullulat difficultas, num pretium peruentum
2 ex reemptione feudi spectet solùm ad primogenitum, qui successit in feudo, vel diuidi debeat inter omnes filios, & in hac re D. meus refert, & sequitur glosam Parisiens. quæ vult faciendam diuisionem inter filios vt *numer.* 13. & decisum refert Anna *sing.* 200. & cum hac opinione pertranseunt Giurb. *in consuet. Messan. cap.* 1 *glo.* 2. *p.* 1 *num.* 63. Tiraq. *de retract. consang. ad fin. tituli num.* 4. Ant. de Amat. *d. resol.* 4. *per tot.* ratio est quia facta luitione per emptorem, habetur, ac si à principio feudum illud fuerit in posse reementis, & pretium in posse emptoris; quamobrem virtute retrotractationis pretium dicitur inuentum in hæreditate feudatarij patris, per *tex. in l. voluntate*, *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* vbi reemptione facta ex prima causa non fit noua emptio, sed est resolutio prioris venditionis, & res dicitur redire ad pristinam causam, & emptor quamuis dominium per emptionem, & traditionem feudi empti acquisiuerit, nihilominus facta retrouenditione habetur ac si acquisitum non esset, & venditio annullatur, vt ex tunc non ex nunc, vt Paul. de Castr. ibi, *col.* 2. & Bar. & Ias. *in l. ab emptione*, *ff. de pact.* Imo pretium perueniens ex reemptione spectare ad successorem in mobilibus, & non ad successorem in stabilibus tradunt Tiraquell. & Ant. de Amat. *vbi supra.*

Verumtamen R. Rouit. *in prag.* 1 *de iurib. & exact. fiscal. num.* 100. expressè redarguit D. meum de inepta intelligentia glosæ Parisiens. cui innititur, ex quo lo-
3 quatur d. glosa iuxta consuetudinem Parisiens. secundùm quam omnes filij succedunt in feudo, quamobrem subdit cauendum pariter à Giurba, & pro se allegat Vrsillum ad Afflict. *in decis.* 395. *num.* 8. vbi tenet pretium ex re feudali reempta peruentum dici feudale, & in eo succedere primogenitum attento tempore mortis, & idem luculentè probat P. Amat *con.* 79. *per tot.* vbi quod si per statutum bona stabilia vni, & alteri mobilia deferantur, si testator emat domum cum pacto de retrouendendo, & tempore mortis non sit redempta domus, tunc ista spectabit ad successorem stabilium, non ad illum qui vocatur ad pretium si res fuisset redempta, & hoc inspecto tempore mortis, quidquid deinde contingat; ita in terminis tradit Freccia *de subfeud. lib.* 2. *auth.* §. *hic quæro numer.* 6. & post Fulgos. Alex. *in l. ea demum*, *C. de collat.* & resolutio

con

contractus, quoad hanc effectum operatur non vt ex tunc, sed ex nunc, quia d. obligatio dependet à mera voluntate ipsius recementis, quatenus velit illam facultatem exercere, non trahitur retro, sed operatur, vt ex nunc ad *tex. in l. pen. ff. qua res pign. oblig poss. l. 1. & l. potior, ff. qui potior in pign. hab.* vt in specie Paul. de Castr. *consil. 75. volum. 2.* alias esset in posse venditoris post ius quæsitum primogenito ipsum excludere, & vocare alios descendentes contra *tex. in d. l. pen.* quod in indiuiduo considerauit *in c. si refert pro te col. fin. de rescr. num. 6.* & aliter primogenitus desineret esse hæres in feudo in toto, vel parte, quod est contra regulam in *l. ei qui soluendo 88. ff. de hared. instit.* & eamdem opinionem tenet Bottilier. *de successor. c. 3. theor. 109. num. 11.* vbi contraria procedere inquit, quando primogenitus non apprehendisset possessionem feudi, sed si illud fuisset incorporatum in dominio suo, quod in hoc casu non potest fieri retrotractio cùm non sint extrema habilia, sed feudum reperiatur in posse primogeniti.

Non turbant contraria, nam procedunt respectu recementis, quia recuperata res virtute d. pacti de retrouendendo censetur eiusdem qualitatis, quæ erat antequam res rediret ad suam originem Bar. *in l. sequitur, §. idem labeo, ff. de vsucap.* Anna *consil. 112.* & ita intelligitur *tex. in d. l. voluntate* vbi voluntate creditoris debitor pignus vendidit, & postea à venditione est discessum ex consensu emptoris, & venditoris, ius pignoris saluum est, & sicut debitori, ita, & creditori ius pristinum restituitur, & rationem subnectit *tex. quia in pristinam causam res redit*, quòd locum habet quoties ex causa præcedente res redit, nec interest, an pactum de retrouendendo verbis inflexis, an directis conceptum sit, quia, & si emptor non cogeretur præcisè soluere, sed soluendo interesse liberaretur *l. stipulationes quæ non diuiduntur. ff. de verb. oblig.* Gozad. *in l. 17. ff. de pact. in empt. & vend.* sufficit etenim quòd posset cogi causatiuè si recuset soluere interesse, & ista retrouenditio fit ex causa quæ habet initium antequam esset res pignori obligata Bald. *in l. 2. num. 17. C. de rescind. vendit.* præterea distinctionem illam an verbis obliquis conceptum sit pactum de retrouendendo, an directis reijciunt Couar. *lib. 3. var. c. 8. num. 3. post* Giurb. *decis. 93.* Thes. *lib. 2. quæst. for. 87.* & alios plena manu Fontanell. *decis. 79.* quæ omnia procedunt quando feudum non esset nouum quamuis cum pacto de retrouendendo, emptum, vt à proauo, vel atauo, nam si esset nouiter emptum per patrem, tunc facta reemptione pretium diuidendum esset inter filios ex quo censetur remansisse in hæreditate, vt aliàs dictum est, & declarat Ant. de Amat. *d. resol. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Numerus quinque liberorum, excusationem tribuit à munere personali.*
2 *Item quinque nepotum natorum ex quinque filijs, non autem ex vnico.*
3 *Filij plures ex eodem patre nati, pro vno reputantur.*
4 *Numerus filiorum prædictorum non excusat à munere personali, cui est honor adnexus.*

DECISIO LXV.

Numerus 5. liberorum non excusat ab officio electi ciuitatis, siue à munere, cui est adnexus honor.

IN causa Magnifici Iacobi Pignatelli, Nobilis de Sedili Nidi, fuit dubitatum, si numerus quinque liberorum, ipsum excusabat à munere, seu Officio Electi Ciuitatis pro Sedili prædicto, & fuit dictum, hoc munus esse munus personale ciuile, per text. *in l. 1. §. personalia, ff. de muner. & honor. & in l. fin. quæ est lex magistralis, vers. defensores quoq; eo. tit.*

1 † constat autem, de iure à munere personali numerum quinque liberorum excusationẽ tribuere *d. l. 1. §. cura frum. l. 2. §. numerus iuncta, l. in honoribus in princip. ff. de vacat. muner. l. 1. & fin. C. de ijs, qui enim*
2 *libe. li. 10.* vbi Odofre. qui etiam *in l. eo tit.* dicit † quemadmodum quinque filij viui excusant à muneribus personalibus, ita etiam excusant quinq; nepotes
3 nati ex quinque filijs. † Si autem essent quinq; nepotes nati ex vno filio, non excusabitur quia pro vno reputantur, *l. 1. §. cuiuscumq; de excusat. tutor.* & Io. de Platea, *in d. l. 1. & fin.* & Luc de Pen. *ibi*, ad idem *gl. clara in d. l. si quis decurio*, *& in l. 2. C. de decur. lib. 10.* & nouissimè tradit Petr. Antibol. *in tract. de mun. & honor. in 3 par. prin. col. 2. cum seq.* vbi reperitur, quid in oneribus personalib. & mixtis. Nihilominus, me referente, per Sacrum Consilium fuit decisum
4 contrarium, † ex quo licet hoc munus esset personale tamen huic muneri erat adnexus honor, quo casu prædicta excusatio non prodest, per tex. *in l. 2. §. nu. ff. de vacat. & excusat. mun.* Item quia hoc nunquam consueuit fieri, & hæc excusatio videbatur oriri ex perfidia electi, cuius munus non est, ita onerosum, vt educationi filiorum possit esse impedimento.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Electus si agit Interdicto restituendæ possessionis, tamquam priuatus officio non solum probare debet suam electionem factam rectè, sed etiam possessionem officij per ingressum.*
2 *Liberorum numerus immunitatem tribuit: sicut &*
3 *Infirmitas, furor, surditas, & mutela, immunitatem tribuunt.*
4 *Podagra an excuset.*
5 *Iudex an possit esse podagricus.*
6 *Decisio declaratur.*
7 *Syndicus exercet quo ad personam, & bona in periculum ponit.*
8 *Immunitas acquisita ob numerum duodecim liberorum, an exspiret si aliquis eorum pereat.*

DE materia electionis vide infra *decis. 210. & 264.* & ad hanc decis. vide omninò Fernãd. *in l. si quis Decurio C. de Decurionib.* & omninò Ozascum *dec. 95. n. 49.* Item adde,
1 quòd † si electus agit Interdicto restituendæ possessionis, tamquam officio priuatus, non solùm debet probare suam electionem factam rectè, sed etiam possessionem officij per ingressum. Bellamera *decis. 17.* Afflict. *in Constitutione, Cum satis, rubrica 48.* Item
2 adde † quòd non modo liberorum numerus immuni-
3 tatem tribuit, verùm etiam † infirmitas, furor, surditas, & mutela, per textum *in l. 1. & toto titulo. C. qui*
4 *morbo se excusant lib. 10.* † Sed an Podagra excuset,
5 & † an Iudex possit esse podagricus, Consiliarius Tappia, *in cap 35. Caroli secundi, incip. Item prædicti B. 116.* vbi quòd non impedit, & dicit Consiliarium Carolum Fenicem, & Marcellum Fornarium, non fuisse remotos propter podagram, & salarium habuisse: allegat Paridem *de Sindicatu in verbo, salarium,*
6 *c. 3 nu 3.* omnino videndum. Sed † hanc decisi. ego intelligerem prout cantat, & non contra Syndicos:
7 quia cùm † Syndicus exerceat quo ad personam, & sua bona in periculum ponat, dubitarem, si ista decisio procederet: Hæc sufficiant. Vide in fine quæ dico
8 *decis. 210.* An † autem immunitas acquisita ob numerum duodecim filiorum, pereat, si aliquis eorum perit. Anna, *Singulari 241.* & vide quæ dico ad *decis. 259.* Et hanc decisionem de qua fit mentio, *num. 18.* ibi: & aliàs S. C. audio fuisse obseruatum in causa Hie-

ro-

ronymi de Morra. 24. Decembris 1569. penes Balsamum, vbi est processus.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Pater excusatur propter numerum quinque filiorum à muneribus personalibus, quæ non habent honorem adnexum, sed sunt onera, quæ declarantur.*

2 *Nepotes ex filio an pro vno reputantur.*

1 PAter excusatur propter numerum quinque filiorum à muneribus personalibus, quæ onera sunt, non quæ adnexum honorem habent, ita per *l. 2. §. num. ff. de vacat. muner.* contra nobilem de sedili, qui se excusabat ab officio electi Ciuitatis, vti habente honorem adnexum; decisum testatur D. meus, & sequitur D. R. de Marin. *ad Reuert. obs.* 261. à munere autem syndici excusat d. numerus, quia in eo licet consideretur honor, nihilominus pro onere haberi decisum tradit D. Gannauer. *decis.* 41. & in eo procedere textum *in l. 2. §. personalia, ff. de muner. & honor. & l. fin. vers. defensores quoque, ff. ead. tit.* quibus iuribus constat numerum quinque liberorum à munere personali excusationem tribuere prout à decurionatu expresse tradit glos. *in §. 1. institut. de excus. tutor. ver. munere* vbi aliud in excusatione à tutela, à qua tres liberi Romæ, quatuor in Italia, & Prouincijs quinque excusant.

2 Nepotes ex filio non prosunt auo ad excusationem tutelæ, nisi patre mortuo, & tunc pro vno reputantur *l. 2. §. non solum, ff. de excusat. tut. & l. 1. §. quotiescumque, ff. eod. tit. allegatu hic numer.* 3. *glos. in §. filij autem instit. de excusat. tut. ver. in l. cum patris* vbi ait esse iura express., & comprobat ex eo quòd in successione pariter loco vnius computantur §. *cum filius institut. de hered. quæ ab intest. defer. & inf. decis.* 259. *num.* 17. vbi disputabitur an idem sit in excusatione à muneribus patrimonialibus, & realibus in qua, & contrarium tenent Thesaur. *decis.* 267. & decisum in R. C. S. refert D. Marott. *discept.* 21. vbi rationes differentiæ adducit, & ego dicam suo loco, benè autem verùm est plures nepotes ex vno filio pro vno reputari in muneribus personalibus, vt *D. de Marin. in d. obs.* 261.

SVMMARIVM.

1 *Index domicilij de delictis extra territorium cognoscit. Quod procedit ad finem puniendi.*

DECISIO. LXVI.

Delicta extra territorium commissa possunt per iudicem domicilij, siue originis cognosci, & inquiri.

FVit per Magnam Curiam prouisum, quòd quidam vassallus cuiusdam Terræ Baronis, qui non habebat priuilegium contra eius vassallos de delictis extra territorium commissis, pro delictis prædictis non remitteretur ad Baronem, cuius Curia contra Vassallum prædictum formauerat inquisitionem, ex causa, quia non habebat hoc priuilegium in specie de delictis commissis extra territorium, à quo dum esset appellatum ad Sacrum Consilium, audita relatione Magnæ Curiæ, fuit prouisum, quòd causa prædicta remitteretur ad Officiales Baronis, habens Sacrum Consilium pro vera hanc o-
1 pinionem, † quòd iudex domicilij, vel originis de iure communi possit, etiam per inquisitionem cognoscere de delictis commissis extra territorium ad finem illos puniendi, ex ijs, quæ Bart. *in l si cui §. fin. de accus.* quem sequitur Bellug. *in Spec. principum, in rub.* 23. *in tit. de effectib. imperij. vers. & scias, fol.* 118. & hanc opinionem tenet, & allegat concordantes, Couar. *in tract. pract. q. cap.* 11. *numer.* 6. & licet aliàs in alia aula esset decisum contrarium postea reclamatione interposita be: è ruminato negotio fuit decisum, quod hic indicatum fuit; & nouissimè reperi, quòd ita iudicauit Rota Lucensis *in decis.* 70 & *multa ponit* Bursat. *in cons.* 77. *omissa* 2. *colum. versic. nec obstat in* 1. *par. & ead.* Rota Lucens. hoc dicit *in decis.* 41. *num.* 16. *vers. est etiam fol.* 248. & tenet Paris magnus practicus *in tractat. de Sindicat. in verbo, salarium. c. facta est electio.* 2. *col versic. in contrarium facit*, & nouissimè Thes. *in decis. Senat. Pedemont.* 90. 4. *col. num.* 5.

ADDITIO D. VISCONTI.

AD de Foller. *in versic. audiantur excusator. num.* 108. 110. & 129. *in medio, & in Const. Capitaneorum numer.* 21. omnino Ioseph. Ludou. *dec. Luca* 16. *à num.* 22. *cum seq.* & licet Thesa. *decis.* 90. *sub num.* 5. alleget hanc decis. tamen ante *num.* 7. refert iudicatum pro opinione negatiua, & consulit Tobiam Nonium *in cons.* 98. *in* 1. *dubio, & sequitur* Farinac. *in tit. de inquisitione quæst.* 7. *num.* 19. *& seq.* qui refert Doctores pro vtraque parte, nihilominus Baia. *ad Clar. in q.* 39. *numer.* 12. 13. *refert*, & sequitur decis. istam à qua in Regno non licet recedere; Vide si conferunt scripta per Gam. *in decis.* 53. verùm decis. istam refert, & sequitur Petr. Caball. *in resolut. crim. casu* 162. *nu.* 5. *& seq.*

In quibus casibus remissio delinquentis fieri non debet; Vide omnino Bortell. *ad Bellugam fo.* 46. & 509. An Gifonensis occidens Salernitanum in Ciuitate Cauæ, possit Salerni contra ipsum procedi; Vide Caball. *in d. reso casu* 2. *in fin.*

Videatur nouissimè Rouitus *in prag.* 1. *vbi de delicto num.* 2. 15. qui opiniones refert.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Iudex originis, vel domicilij si praeueniat in cognitione, iudex delicti numquam potest remissionem petere.*

2 *Inquisitus a iudice originis, & delicti, punitur ab vtroque, & absolutoria vnius, vel condemnatoria, non obest.*

3 *Quid de committente furtum alibi, & in alio loco capto.*

4 *Quid si capiatur in loco contrectationis eodem die, quo furtum commisit, an puniri, & remitti possit ad locum in quo furtum commisit.*

5 *Baro, an puniat vassallum delinquentem extra territorium.*

6 *Iudex domicilij, vel originis, an iudex loci delicti cognoscere possit de delictis extra territorium commissis, ad querelam, vel ex officio.*

1 AD hanc decisionem adde † quòd si iudex originis, vel domicilij præuenit in cognitione, iudex delicti numquam potest remissionem petere. Ita Præsidens *infra decis.* 88. *num.* 5. & *decis.* 147. & aliqua decisio *Tholosane* 320. & supra Præsidens *decis.* 37. & *infra* 505.

Mago-

Magonius *decis. Rota Lucensis* 70. & Thes. *decis.* 90. allegata per Præsidentem. Et vide quæ ego *in decisio.* 342. Ad hanc decis. adde omnino Follerium, in *sua Criminali practica*, *verbo*, *audiantur excusatores*, *nu.*65.*&* 108. & Bruinum *in cons.*43.144.*vol.*2. Beroij *consil.* 162.*vol.*3. Io. Coppen. *quaest.*43.*Saxonia* Magonium *decis. Lucensi* 70. *In causa* & Rouitum *in Pragmatica* 1.*sub titulo*, *Vbi delicto*, *nu.*3. † quòd autem inquisitus à iudice originis, & delicti, puniatur ab vtroque, & absolutoria vnius, vel condemnatoria non obsit, Iulius Clarus *in §.fin.quaest.*57.*vers. habet etiam*,
3 & † de committente furtum alibi, & in alio loco capto. Capic. *decis.*104. & nouissimè Caballus, *Resolut. Crimin. Casu* 193. Bonacossa *quaest.criminalibus verbo delinquens* † quid autem si fur capitur in loco cõ-
4 trectationis, eodem die, quo furtum commisit, an puniri, & remitti possit ad locum in quo furtum commisit: Boerius *decisio* 47. Iulius Clarus §. *finali*, *quaest.*
5 38. *versic. tu scis*, & Anna *Sing.* 438. & † de Barone, an puniat vassallum delinquentem extra territorium, nouissimè videndus est Couarruuias, *libro Practicarum quaestionum*, *cap.*2. Boerius *decisio* 270. Magonius *decis. Lucensi* 70. Ioseph Ludouic. *decis.* 16 Ioannes Coppen. *libro quaestionum Saxonicarum*, *quaest.* 43. Franciscus Marcus, *decis.*331.*par.*2. Guido Papa, *decis.*202. Magonius *decis.*99. Grammaticus *decisio.* 26.
6 Præsidens hic, *decis.* 66. qui latissimè disputat, † vtrum Iudex domicilij, vel originis de delictis extra territoria commissis procedere possit ad querelam, vel ex officio; vel an iudex loci delicti? De qua quæstione in allegatis decisionibus dixi, & ad ea me remitto, quidquid alij dixerint. Et videndus esset non immeritò Doctor de Paulis, *in Margarita fisci*, *cap.*7. qui ex *decis.* 26. Grammatici de Consuetudine Regni nostri Parthenopæi, Iudicem originis non posse cognoscere, concludit, secùs de Iure Communi. Et in facto in causa Doctoris Ludouici de Lettere, vulnerati in terra Sancti Petri, in Galatina, per Ferdinandum Tresca, Coriliani Calabriæ, vasalli Principis Bisignani iam defuncti, & habitantem Butrugni, fuit decisum de mense Iulij 1607. causa remanente in Magna Curia, quæ præuenit. Processus in bancha Græci, vt dicam in meo Centiloquio.

ADDITIO D. RICII.

DElicta extra territorium commissa possunt per Iudicem domicilij siue originis cognosci, & inquiri hoc dicit adde Frecc. *lib.*3.*author.*30.

Sed scias quòd regula est in contrarium, nam in delictis semper fit remissio ad locum delicti, vt *dixi in decis.* 33. tamen pro materia huius decisionis est aduertendum, quòd prohibitus exercere aliquam artem non prohibetur, eam exercere extra territorium prohibentis Abbas *in c. postulasti n* 10. *de for. compet.*

Statutum excludens fœminas propter masculum non habet locum in bonis extra districtum Bald. *in leg.*1.*C. de summ. Trinit.* Decius *consil.*276.*col.*2. & vide, quæ notauit Mangrel. *in l. maximum vitium*, *C. de liber. praeteritis* Minad. *cons.*12. *in fin.* Roland. *de lucro dot. q.*28. Decius *cons.*314.*in fin.*

Feudatarius ratione rei citatur extra regnum Isern. *de controuer. inter Vassall. & alium col.*3. quando sunt plures diuersi iudices sub eodem dominio potest quis citare in alieno territorio Angel. *in pract. crim. in tit. qui index commisit*, *non* soluitur Gabella pro contractibus factis extra territorium Dec. *consil.* 457. non potest quis legitimare extra Territorium non subditos, & an subditos Decius *consil.* 857. quid de eo, qui extra comitatum Baronis petit inuestituram.

(252)

OBSERVATIO.

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Iudicem siue domicilij per viam accusationis, & inquisitionis posse cognoscere delinquentem extra suam iurisdictionem deciditur.*

2 *Couarr. & Thesaurus adducti pro decisione retorquentur contra illam.*

1 REgerminare potest difficultas aduersus præsentem decisionem, dum authoritates pro determinatione adductæ retorqueri possunt aduersus eam. Excitatur controuersia, an Iudex originis siue domicilij tàm per viam accusationis, quàm inquisitionis possit contra reum legitime procedere, qui deliquit extra suum territorium, si Baro non habeat iurisdictionem cum clausula expressa cognoscendi de delictis commissis per vasallos extra territorium, & affirmatiuè solemniter iudicatum testatur D. meus, & comprobant R. Sanfel. *dec.*68.*&* 138. Campan. *de forind. resol.*13. & ampliatur etiam si reus non reperiatur in loco originis vel domicilij Carleual. *de iud. lib.*1.*disp.*2.*n.* 747.*&* Campan. *vbi sup.*

Dubitatio exoritur in articulo, vtrum possit iudex
2 originis, vel domicilij cognoscere per viam inquisitionis, in quo receptum est de iure Pontificio posse per *tex. in c. ex parte*, *c. de dilect. & c. cum contingat de for. compet.* sed aliter de iure ciuili tenent Bal. Salycet. Alber. Marsil. & alij quos refert, & sequitur Couar. *var. res. c.*11.*nu.*6. vbi hanc opinionem veriorem probat quamuis per D. meum allegatur in contrarium, & pro negatiua sunt Gramat. *dec.* 26. *&* Thesaur. *dec.* 90. vt aduertit Farinac. *in sua prax. q* 7.*nu.*23. quamobrem cùm præsens decisio sit pro iudice domicilij, & originis, & laudati fuerint Couar. & Thesaur. militantes pro negatiua, super ruinoso extructa est fundamento ista determinatio.

Verumtamen quidquid Couar. Thesaur. Gramat.
3 & Foller. teneant pro competentia iudicis domicilij, vel originis resoluendum est, vt possit Baro etiam per viam inquisitionis cognoscere de criminibus commissis extra territorium esto non habeat iurisdictionem cum clausula prædicta, vt reiectis dissidentibus firmat Farin. *d. q.*7.*n.*23.*& docent* Sanfel. Carleual. Campan. & alij, & adest desuper *pragm.*1. *vbi de delict. conuen. deb.* vbi potest Baro quamuis non habeat clausulam cognoscendi de delictis commissis extra territorium.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta per matrem non nocet filijs matre praemortua etiam quòd sint hered. n* 7. *&* 8.

2 *Nepos venit ad hereditatem aui, vel patrui ex propria persona, licet ingrediatur gradum maternum.*

3 *Renunciatio facta per matrem intelligitur, si ad eam hereditas deuoluatur.*

4 *Filij si sunt heredes matris renunciantis, an eis obstet renunciatio matris.*

5 *Filia, quae renunciauit, dote recepta, videtur facere quietationem, & n. seq.*

6 *Filia contenta dote si renunciauerit, perinde habetur ac si in totum successisset, & de veritate, n.* 9.

DE-

DECISIO LXVII.

Renunciatio facta per matrem pro se hæredibusque ipsa præmortua, an obsit filijs etiam hæredibus ipsius matris.

COmmunis, & vera est conclusio, quòd si filia,
vel soror renunciauit patri, vel fratri amplis-
1 sima renunciatione, † quòd si ex eis, filij na-
scantur, & filia, vel soror decedunt ante pa-
trem, vel fratrem, quòd renunciatio filijs prædictis nō
obstet, ex mente omnium *in l. qui superstitis, ff. de
acquir. hær.* plene Dec. post alios, *in l. pactum quod do-
tali. C. de collat.* reassumit Tiraq. *in tract. de iure pri-
mogenij. in 12. q. & in q. 40 num. 11. & 116.* & nouissi-
me Couar. *in rep. cap. quamuis. in 3 par. relect. §. 2. in-
cip. 10. col. 4. vers. non me latet. fol. 426. in 2. impressio-
ne,* & iterum *§. seq.* & D Ludou. Moli. post hanc deci-
sionem impressus, *in tract. de primogen. Hispan. lib. 2.
c. 3. vers sed controuerti solet, num. 47. fol. 223.* ea po-
2 tissimum ratione, † quia ad hæreditatem aui, vel pa-
trui ex propria persona veniunt, licet gradum mater-
3 num subingrediantur, ac etiam † quia renunciatio fa-
cta per matrem intelligitur, si hæreditas patris, vel ma-
tris ad eam deuoluatur. Ita etiam dicit post multa per
eum allegata Tellius Ferdinandez in Const. Taurina,
in l. 6. num. 55. vers. vlterius etsi hæc, fol. 73. quod ces-
sat, prædecedente, seu præmortua filia, vel sorore. Sed
4 dubium faciebat, † quid si filij sint hæredes matris re-
nunciantis, an hoc casu eis obstet renunciatio facta
per matrem pro se, & hæredibus, & recepta per pa-
trem, vel fratrem pro se, & hæredibus, & videbatur
hæc quæstio aliquibus ex Dominis de Sacro Consilio
difficilis, quia primæ etiam rationes in hoc casu mili-
tabant, nihilominus dicebatur per aliquos, hoc in spe-
cie decidi per Neapod *in consuet. si moriantur, in vers.
ipsi successores, vers. ex hoc igitur, numer. 39.* & Philip.
Franc. *in c. quamuis, de pact. in 6.* per pulchras rationes
consulisse Cassa. *in cons. 47. super deductis, colu. pen.
vers. item, & sic. num. 33.* vbi in specie loquitur, quan-
do ex propria persona venirent hæredes renunciantis,
& hanc quæstionem esse sine dubio dixit Rub. Alex. *in
cons. 43. in facto, in 3. dubio, col. fin.* Nicol. Bellon. *cons.
15. num. 5. vsq; ad fin.* in quam sententiam aliqui ex
Dominis inclinabant cùm hæc mulier dote receptā re-
nunciauerit. Quo casu ex mente Roman. *in d. l qui
superstitis,* quem refert, & sequitur Dec. *in cons. 181.*
5 relatus per Rubeum vbi supra, dicebatur, † quòd re-
nunciatio facta per mulierem, non dicitur simplex re-
nunciatio, sed potiùs quietatio. Et quia deinde fuit
ostensum hanc sororem fuisse mortuam post fratrem,
quæstio fuit sopita absq; alia difficultate, me referen-
te, Scannapeco Actuario. Et cùm aliàs accidisset, quia
etiam in factores erat dubia, & ex antiquitate tempo-
ris, quæstio etiam reddebatur difficilis, Sacrum Consi-
lium iudicauit pro reo, cùmq; à sentētia esset reclama-
tum, Sacrum Consilium habuit pro vero ex deductis
de nouo, matrem, quæ renunciauerat esse prædefun-
ctam, & filiam esse eius hæredem, & propterea pro
conuenta dicebatur ex decisionibus prædictis Nea-
pod. Philippi Franchi, Cassanei, Alexandrini, & Bello-
ni, debere iudicari in eius fauorem, & quia vltra præ-
dictos eamdem opinionem tenet R. pa *lib. 1. respon.*
6 *Respons. 6.* Et ante eum Cuma *in d. l. qui superstitis,* †
dum sic in specie limitat communem conclus. prædi-
ctam, maximè quia hæc mulier dote contenta renun-
ciauerat, quo casu procedit opinio Rom. vbi sup. quam
sequitur, & defendit Dec. *in d. l. pactum, quod dotali,
col. pen. vers. 1. nisi filia, & in d. cons. 181.*

Pro parte nepotum dicebatur, rationes, ex quibus
Doct. *in d. l. qui superstitis, & in d. l. pactum, quod do-
tali.* tenentes, renunciationem factam per matrem nō
7 nocere filijs, † quando mater præmoritur ante eū cui
renunciauit, obtinere etiam quòd filij sint hæredes
matris, quia renunciatio prædicta intelligitur, si hære-
ditas ad renunciantem deuoluatur, non autem si ad fi-
lios mortua matre deuoluatur, & promissio facta per
matrem pro se, & hæredibus de non contraueniendo,
etiam cum iuramento, intelligitur prout cantat, scili-
cet, quòd nec ipsa, nec eius hæredes contrauenient re-
nunciationi factæ per matrem hæreditatis, quę ad eam
deuoluetur. Verba enim renunciationis clara sunt vl-
tra hunc subauditum intellectum, qui non videtur ne-
cessarius, quia renunciatio fit hæreditatum deuoluta-
rum matri, tàm ex testamento, quàm ab intestato, vs-
que ad diem renunciationis, & in futurum ab in-
testato tantùm, & hoc obseruari promittitur pro se, &
hæredibus. Vnde cùm hæc hæreditas non fuerit deuo-
luta matri, non potest dici, hanc renunciationem ob-
esse eius hæredibus. Et si apparet, non obstare text. *in
l. cum à matre C. de rei vend. & l. Seia ff. de euict.* in
quibus se fundat Cassa. quia iuribus prædictis cauetur,
facta testatoris obstare hæredibus eaque debere per ip-
sos seruari, ex quo in casu, de quo agitur, mater nihil
fecit, nec renunciauit hæreditatibus, filijs deuoluendis,
quod vltra subauditum intellectum, de quo supra, cla-
rè ex renunciationibus apparet.

Et stantibus prædictis, non potest fieri fundamen-
tum in consilijs Alexandri, & Belloni, & mirati fui-
mus de Alexandrino dicente hanc opinionem non ha-
bere dubitationem, & modo prædicto respondetur ad
ea, quæ Neapoda. allegat, quibus etiam respondet
Maranta, *q. 10.* & licet apud nos magna sit auctoritas
Neapod. procedit in interpretatione consuetudinum,
nec de opinione Cumani curandum est, quia sibi in fi-
ne contradicit, dum dicit opinionem Romani, de qua
supra, non procedere etiam quòd filius sit hæres ma-
8 tris, & hęc opinio in fauorem nepotum, † etiam quòd
sint hæredes matris renunciantis, quando ex propria
persona veniunt vltra rationes prædictas habet pro se
Doct. magnæ auctoritatis, eam tenet Bart. *in d. l. qui su-
perstitis, vers. sed quod si poneres,* licet eius rationes
non satisfaciant, Guiliel. Bened. *in repet. c. Raynutius,
in vers. duas habens. n. 280. vers. ad vnum tamen, fol.
mihi 41.* de quo meminit Anto. de Petrutia *in repet. l.
1. ff. de iure iurand. n. 103 vers. & ita decidit. fol. 130.
in nouis repet.* sequitur Maranta, *vbi multa. in d. q. 10.*
& Corn. *consil. 158. quamquam, litera B, & V,* videtur
hanc opinionem tenere Didac. *in rep. d. ca. quamuis in
3. p. relect. §. 3. & in c. incip. 13. 6. col. vers. 16. hac cōsti-
tutio, n. 7. fol. 431.* vnde ex prædictis dicebatur pro par-
te actricis, esse pro ea iudicandum, & quando causa
esset dubia, quia secundùm eam aliàs Sacrum Consi-
lium ter iudicauerat, bis enim dicit Matthæus in re-
pe. Constitutionis Regni, in aliquibus, *in 3. notab. nu.
11. fol. 98. a tergo,* sic tempore sui fuisse iudicatum, li-
cèt ipse alias consuluerit *in eius cons. 12.* & non obti-
nuit: idem dicit D. Pisanellus in d. consuet. si moriatur
in addit. quæ incipit, Bart. *in d. l. qui superstitis, fol.
90. ibi pro alia verò parte,* & iterum secundùm hanc
opinionem fuit iudicatum in causa Tisbiæ Vallettæ,
referente D. Cæsare Vitello, in qua causa ego non inter-
ueni, quia eram prohibitus propter Pragmaticam in
Regno nostro vigentem, quòd frater nō possit esse iu-
dex in causa, in qua eius frater est Aduocatus. Dice-
batur etiam, opinionem Rom. *in d. l. qui superstitis,*
9 & Decij, *vbi supra,* † non esse veram, & contra eam
tenere Cum. ibi in proprijs terminis filiæ mortuæ an-
te patrem, cui renunciauerat, tenere etiam alios, quos
cumulat Aym. *cons. 84 2. col. vers. pro hoc facit. 1. vol.
qui* etiam subdit in practica ipsum putare, quòd ser-
uaretur, quòd renunciatio non noceret, & nouissimè
in proprijs terminis hanc opinionem tenere Didac. ex
rationibus prædictis, quas non transcribo, *in repet. d.
cap. quamquis, in 3. par. relect. §. 2. incip. decima huius
Constit. interpretatio, 4. col. vers. non me latet, fol. 426.
in nouissima impressione,* quamuis enim ij nepotes lo-
cum matris subingrediantur, non tamen succedunt ex
per-

persona matris, sed subintrant gradum, seu locum maternum, verùm ex propria persona succedunt, ita pulchrè declarat Aret. *in d.l. qui superstitis.* 7. *col. vers. tu autem dic*, & clariùs Aymo. *cons.* 127. 1. *col. vers. ex quibus apparet, vol.* 1. & nouissimè Rota Florentina *in decis.* 147. *n.* 10. D. de Ponte *cons.* 40. *nu.* 6. vbi de hac decis. meminit.

Prædictis maturè discussis, Sacrum Consilium iudicauit pro actore 5. Octob. 1577. Quid autem si mater in vita habuisset portionem suam, vel partem, an hæc nepotibus sit imputanda, vide Hercula. *in l. in quartam, col.* 41. *vers. scit etiam, ff. ad leg. Falcid.* sed Bald. videtur tenere contrar. *in l. pactum, quod dotali, in* 2. *q. C. de collat.* Vide etiam Alciat. *in respon.* 358. *ad primam quæst.* de hac decis. meminit Thesaurus *in decis.* 138. *in fin. n.* 10.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde hunc D. *in add. ad Napo. in Consuetud. si moriatur fol.* 90. *in nouis*, Viuium *decis.* 211. *num.* 1. Marant. *in cons.* 104. D. de Ponte *cons.* 40. *nu.* 6. Menoch. *cons.* 89. *num.* 15 *vol.* 1. Capriol. *de success. nu.* 519. *fol.* 182. Thesaur. qui de hac decis. meminit *in decis.* 128. *in fin.* D. Io. Andr. Georg. nunc Reg. Consil. meritissimum post hanc additio. impressum *in alleg.* 30. *num.* 33. *& seq.* & Morotium *in cons.* 22. *in* 1. *dubio*.

Num. 8. Adde istum *in loco supra cit. & sup. decis.* 32. *nu.* 16. Capriol. *vbi supra nu.* 518. Villalobos *in suis com. opin. f.* 164. *lit. F. n.* 151. Crass. *in §. hæreditas q.* 12. *fol.* 26. *& iterum in §. legitima q.* 4. D. Ann. moder. *con.* 92. *nu.* 43. *& seq.* Idem prosequitur, & corrobat D. Io. Andr. Georg. *in alleg.* 23. *post n.* 43. *& seq.* & Mart. *in voto* 101. *num.* 12. *cum seqq.* quem habui, & vidi post hæc scripta.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Promissio renunciandi, non potest dici renunciatio.*
2 *Tantò magis si promissio fiat, à viro de curando renunciationem.*
3 *Licet enim vir obligetur ad factum, liberatur interesse soluens.*
4 *Pœna conuentionalis cum interesse concurrit.*
5 *Nepotes possunt petere legitimam in bonis aui, vel auiæ non obstante quietatione, & renunciatione, si pater, vel mater præmoritur nepotibus superstitibus.*
6 *Matris renunciatio an, & quando noceat filijs.*
7 *An ex ea impediantur descendentes succedere auo, vel patruo, & alijs.*
8 *Filij renunciantis, an succedant sorori renuncianti cum auunculo.*
9 *Filia dotata à patre, licet renunciet bonis paternis, & maternis, tamen si dos consistit in quantitate constituta per matrem, & dos matris consistit in specie, non obstante renunciatione, dotem maternam petit.*

ADde omninò ad hanc decis. Thesaurum *decis.* 138. Præsidentem hunc *decis.* 32. Annam filium, *consil.* 1. *volum.* 1. & Marantam *consil.* 104. *incip. Vtrum.* & Grammat. *decis.* 57. *&* 101. Marantam *disput.* 10. Nauar. *in cap. Quamuis 12. limit. de pactis*, & tanto fortiùs quando
1 non est facta † renunciatio, sed sola renunciandi promissio, quæ non potest dici renunciatio. Afflict. *dec.* 61.
2 Gram. *dec.* 103. Thesaurus *dec.* 233. † tanto magis si promissio fit à viro de curãdo renũciationẽ, iuxta dec. Afflicti. 295. Capic. 93. & Gram. *decis.* 102. *&* 2. *quæst*
3 *post decis.* † qui licet obligetur ad factum, liberatur in-
4 teresse soluens, † quia pœna conuentionalis cum interesse concurrit, teste Afflicto, vbi Moderni, *in decis.* 135. & ad hanc decis. omninò vide tu doctissimum Regentem à Ponte, *cons.* 43. *num.* 6. & latissimè, & optimè Marant. *dicta disputatione decima*, & optimè *in suo cons.* 40. *incip. Proponitur in facto casus, vbi* concludit, nec ad interesse, nec de periurio maritum teneri, si fecit posse suum, Salerni consulentem 25. Nouembris 1515. Iesu Christi. Ad hunc numerum 8. ibi: ex propria persona veniunt. Adde Papon. *lib.* 16. *tit.* 4. *Aresto*
5 17. vbi idem, † quòd nepotes possunt petere legitimam in bonis aui, vel auiæ, non obstante quietatione, & renunciatione, si pater vel mater præmoritur, & ipsi nepotes supersunt, & adde Thesaurum *in decis.* 138. *Dos à patre.* Regentem à Ponte, *in cons.* 40. *volum.* 1. Ludouicum Morrotium virum oculatissimum *in suo Responso.* 22. *Dixi in alio.* qui Thesaurus de hac deci-
6 sione meminit. Ad numerum nonum. An, † & quando matris renunciatio noceat filijs, & de pluribus quæstionibus ad hanc materiam renunciationis ma-
7 tris, † an ex ea impediantur descendentes succedere auo, vel patruo, & alijs, omninò vide Marantam *in*
8 *cons.* 104. *incip.* Vtrum, vbi concludit, † filios istius renunciantis succedere sorori renunciantis cum auunculo, non obstante renunciatione, licet esset Parthenopæa, quia bona erant sita extra Ciuitatem. Fachineum benè, *in lib.* 3. *Controuersiarum iuris, capit.* 23. dicentem, Nepotes succedere auo, non obstante renunciatione matris, & plura dicit ad intellectum *c. quamuis de pactis, in sexto*; sed latiùs exorditur, & materiam tractat Præsidens Morrotius *in Responso* 22. *incip. Dixi in alio responso*; qui omnes Doctores citat ad quæstionem vsque ad annum 1601. per vndecim columnas. & Ioannes Cephalus *cons.* 467. Antonius Gabriel. *libr.* 3. *Conclusionum, in tit. de iure dotium, con-*
9 *clus.* 1. † Item notandum est, quòd licet filia dotata à patre, renunciet bonis paternis, & maternis, tamen si dos consistit in quantitate constituta per patrem, & dos matris ipsius filiæ consistit in specie, non obstante renunciatione, dotem maternam petit ipsa. Petr. Anchar. *lib.* 1 *Quæst. familiarium, quæst.* 33. Ad hanc decisionem omninò videndi sunt, Brunorus à Sole, *in Compendio propositionum iuris, in verbo, filia renuncians*, Surdus *in cons.* 133. 1. *volum.* & Menoch. *in suo cons.* 172. *nu.* 3 *vol.* 1. Minadous, *in cons.* 12. Anna pater *Allegatione* 34. 1. *col.* Anna filius, *consil.* 45. Hieronymus Gabrielius, *cons.* 43. 1. *vol.* Viuius, *decis.* 211. *Filia* nouissimè Morrotius *responso suo* 22.

ADDITIO D. RICII.

REnunciatio facta per matrem pro se hæredibusq; ipsa præmortua an obsit filijs, etiam hæredibus ipsius matris, hoc dicit.

In hoc casu dum dicit author; quòd si filij sunt matris hæredes non possunt contrauenire Aret. *consil.* 3. *vers. sed cum in casu nostro* Alexand. *cons.* 13. *nu.* 5. *vol.* 5. Ruin. *cons.* 1. *num.* 8. *&* 20. Ias. & alij quos probanit Menoch. *cons.* 323. *num.* 63. *vol.* 4. Surdus, qui plures alios citat *cons.* 85. *numer.* 2. *vol.* 1. *& cons.* 332. *vol.* 3. Morot. *cons.* 22. *num.* 4. Vrsill. *in addit. ad Afflict. decis.* 161. *num.* 8. immò Morot. *cons.* 22. *numer.* 4. 5. *ego tamen*, affirmat, quòd etiam si filij sint matris hæredes renunciatione non obstante possint venire ex propria persona, sed contra se citat Guid. Pap. *decis.* 228. Bellon. *cons.* 15. *num.* 10. Crauet. *consil.* 703. *num.* 2. Surdus *consil.* 133. *num.* 29. *vol.* 1. Quando verò filij ex persona propria succedunt possunt venire contra renunciationem: hanc doctrinam probant Decius *cons.* 181. *num.* 6. *&* 7. Couar. *in c. Raynaldus §.* 2. *de testament. & in c. quamuis par.* 3. *§.* 2. Surd. *cons.* 133. *num.* 25. *vol.* 1. Tiraquel. *in tract. de primogenit. quæst.* 40. *num.* 17. Ann. *allegat.* 34. Minad. *in constitut. in aliquibus in* 3. *no-*

*notab.num.*11. vbi dicit ita iudicatum, quando isti nati ex fœminis essent proximiores in gradu, tunc enim excludunt alios remotiores, non obstante renunciatione matris, & consequenter secus esset quando non essent proximiores, vt post alios docet Surdus *consil.* 355. *numer.*44.*vol.*3. & ita Surdus non est sibi contrarius, tunc enim excludit filios renunciantis matris, quando vellent succedere ex propria persona cum patruis, quoniam tunc sine dubio excluduntur; nam patrui sunt proximiores in gradu, & omnis proximior excludit remotiorem, & proinde si vellent filij succedere iure subingressionis, ex persona eorum matris, non possunt, quia obstaret illis matris renunciatio, nec possunt venire ex persona propria, quia sunt in gradu remotiori, & consequenter patrui illos excludunt, & in hoc casu nocet illis renunciatio matris vt etiam docuit Crot. *in repetit.c.ipso iure. nu.* 72. *de rescript. in sexto* relatus per Molfes. *in Comment. ad consl. Neapolit. de renunciat.quæst.*5.vbi pre omnibus materiam tractat, & in hoc articulo est omninò videndus.

Ad materiam tamen est aduertendum, quòd renunciatio facta per filiam tempore, quo nullus superest frater masculus, nec postea natus fuit excludit eam à successione patris Alexand. *cons.* 29.*lib.*3. etiam non nato fratre, licet contrarium teneat Bald *in cons.*437.*vol.* 1. quando filia renunciat existentibus masculis, ipsis mortuis antequam pater moriatur, quòd filia admittatur ad successionem patris, non obstante renunciatione, quia renunciatio præ dicta dicitur respectiua, siue contemplatione masculorum facta ipsis deficientibus succedit Bald. *in l. pactum, quòd dotali in* 1. *qu. C. de Collat.* vide tamen Mass. *ad Capic. decis.* 190. vbi multa cumulat.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta per filiam, vel sororem non obstat filijs ex propria persona venientibus.*
2 *Extenditur etiamsi renunciatio facta sit pro se, & hæredibus, & filij essent hæredes.*
3 *P. Merlin. Andreol. & Kellebenk contrarium tenent a quibus receditur. num.*4.
5 *Quid si renunciatio facta sit dotis intuitu recensentur pugnantes Rota Rom. decisiones nu.*6.
7 *Dos habita in matre, an imputanda sit filijs.*
8 *Renunciatio. vt obstet filijs, ex propria persona venientibus qualis esse debeat.*

ORaculum est præsens decisio in controuersia, an renunciatio hæreditatis facta per filiam patri, vel per sororem fratri suo obstet filijs ex propria persona venientibus si pre mortua fuerit renuncians, in qua re antiqui, & recentiores iuris Interpretes diuersa sibi inuicè pugnantia scripserunt, & contrariæ prolatæ sunt decisiones, & primus casus est in simplici renunciatione iurata, & mater turbato ordine moritur, & nepotes volunt succedere auo defuncto, & in hoc casu recepta est opinio fauore nepotum siue soli veniant, siue cum auunculis, aut patruis concurrant, cùm ex persona propria ad successionè aui tamquam sui hæredes succedant prout ex Galli Aquilij consilij sunt necessario instituendi ne rumpatur testamentum, vt in *l. Gallus, ff. de lib. & posth.* & in terminis declarat *Bar. in l.*1.*§ si sit nepos, ff. de collat. dot.* nam renunciatio habet in se tacitam conditionem, si successio deferatur renuncianti, & cùm non possit dici delata, cùm filia renuncians prædecessit *l.*1. *§. sed nec impuberis, ff. de collat.bon.* consequenter deficiente conditione, renunciatio reputatur pro non facta, ita latè probat Thesaur. *lib.*2.*q.for.*90.*nu.*2. & idem in renunciatione sororis pro nepotibus concurrentibus cum patruis firmat *num.* 25. vbi ita refert iudicatum, & R. Latr. *decis.*4. & ibi Gizzius.

Arduitas est, quando renuncians pro hæredibus re-
2 nunciauerit, & filij sint hæredes matris præmortuæ, an renunciatio noceat filijs, & D.meus pluries pro nepotibus refert iudicatum, quod etiam testatur Minad. *in constit.in aliquibus notab.*3.*n.* 10. & tenent Fachin. Cancer. Fab. Graff. & alij quos refert idem Thesau.*n.*5. & tàm in successione descendentium, quàm collateralium probat, & decisum testatur Rouit. *cons.*23. *lib.*1. R. Latr. *dec.*4. vbi Gizzius, ita iudicatum refert iunctis aulis D. Hodiern. *contrOu.* 23.*n.*12. quidquid in successione transuersali velit Thesaur. *num.*24. vbi ex spiritu contradicendi potiùs carpit D. meum.

Beneuerum est, quòd stante renunciatione matris
3 etiam pro hæredibus excludi nepotes hæredes matris tenuerunt Rot. Dec. Cassan. Guidopap. Surd. Minad. de Georg. & alij plures congesti per Thesaur. & tenent P. Merlin. *cent.*1.*controu.*11 *num.*13. Andreol. *controu.* 425. *nu.*6. & nouissimè Kellenbek *in tract. de renunc. qu.* 23. *num.* 46. arguens tunc aliquem promittentem pro se, & hæredibus censeri promisisse nomine hæredum iure, & titulo hæreditario, quando sumus in stipulationibus, quæ ad hæredes transitoriæ sunt, secus quando obligationes vnà cum paciscentibus intereunt, prout huiusmodi renunciationes, nam suadet in hoc casu voluntatis coniectura, quòd verbum hæredibus contrahentes non frustra dispositioni adiecerint, sed nouum in ijs constituere obligationem voluerint per *tex. in l. stipulatio ista, §. sed si quis vti frui, ff. de verb. oblig.* vbi quis sibi hæredique suo vti frui licere stipulans etiam hæredi stipulantis acquiritur non quidem iure hereditario, nam simul cum stipulante interijt, sed ex stipulatione qua etiam comprahensus est Ruin. *con.*51. *num* 17.*volum.*1. quamobrem ne verbum hæredibus renunciationi adiectum sit superuacaneum ratio dictat sub hoc pacto etiam hæredes comprahendi cùm verba contrahentium cum effectu operandi sint accipienda *c. si Papa. §.*1.*de priuileg. in* 6. & quamuis successio matri prædefunctæ non sit delata, & obligatio in persona matris nullas vires nacta fuerit poterit tamen illa hæredes suos alijs ad dandum, vel faciẽdum quid efficaciter obstringere *l. cùm à matre, C. de rei vendic.* itaut si successionem matris paciscentis agnouerint, statim ipsum pactum matris agnoscere necesse habeant.

Priorem opinionem amplectendam esse opinor in
4 iudicando iuxta quam pluries decisum Rouit. R. Latr. & alij allegati referunt, & comprobat D. Staib. *cent.*2. *resol.* 181.*à n.*61. nec obstat ratio allata per Kellebenk, quia falsum est huiusmodi obligationem renunciantis interire cum ipso paciscente, quia poterit renuncians post delatam hæreditatem decedere, & si renunciatio non fuisset facta ex iure transmisso siue ex capite suitatis, vel sanguinis, aut iuris deliberandi possent nepotes succedere, in quo casu si interposita sit renunciatio, tunc ista nocebit nepotibus, qui ex iure transmisso, & vt heredes matris renunciantis non poterunt succedere, & vide infra in fine.

Expullulat dubium, quid si mater prædefuncta quæ
5 à fratre suo successionis renunciationem faciens dotata fuerit, & per dotationem excludi nepotes heredes renunciantis tenent, Rom. *in l. qui superstitis vers, quod limita. C. de acq. hæred.* Castr. *con.*459 Michalor. *de fratrib. p.*3.*c.*12.*nu.*38. Maranta *disput.* 10 *num.*43. ea ducti ratione, quia accipiendo dotem soror, censeatur, de successione in futurum transegisse, & fratri in veritate successisse, eoque non esse æquum, vt quis idem bis consequatur *l. bona fides, ff. de reg. iur.* & donatio fuit pura, & illa fuit causa renunciationis, & habuit

effectum suum qui ad nepotes porrigitur, qui non aliter essent in mundo, & propterea nepotes excludendi veniant Morott. *consil.* 12. Surd. *con.* 355. Guidop. *q.* 228. Anna *alleg.* 24. P. Vrsin. *de success. feud. p.* 3. *q.* 1. *ar.* 12. *n.* 30. Gasp. Thesaur. *vbi sup. nu.* 9 *&* 15. vbi exhibita fuit cautela repudiationis hæreditatis matris ad finem succedendi ex propria persona: Andreol. *vbi sup.* & iudicauit Rot. Rom. coram R.P.D. Roies de anno 1649. *in Asculana hereditatis, vt in decis.* 14. *in editis in calce* tractat Gallator. *de renunciat.* & rursus in Ariminen. *bonorum* 24. *Maij* 1660, *coram* R. P. D. Beuilacqua.

Contrarium pro nepotibus voluit, Bar. *in d. l. qui su-*
6 *perstitis n.* 4. *&* Barbat. *ibi litt.* G. Roland. *cons.* 11. *nu.* 7. Paul de Castr. *in d. l. qui superstitis* Alex. *in l. pactum, C. de collat.* qui omnes reijciunt doctrinam Romani, & Cancer. *l.* 3. *var. c.* 15. *de renunc. n.* 47. Gizzius *vbi sup.* dotatio enim non impedit, quia renunciatio dicatur conditionalis, quę per prædecedentiam renunciantis deficit. & filij tunc veniant ex propria persona, & ad summum ad aliud nepotes non teneantur, quàm dotes conferre cum patruis iuxta decisiones Senatus Cathaloniæ recensitas per Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 9. *glos. vnic. p.* 1. *num.* 63. & hanc opinionem defendit maximus Iureconsultus Consil. D. Erasmus de Ponte, vt in allegatione impressa in tract. Domin. Carol. Rotæ *de priuileg. mulier. cap.* 4. *in fine*, & sectata est nouissimè Rot. Roman. 27. Iun. 1661. *in Rauennat. hereditatis.* coram R.P.D. Albergat. vbi intellexit doctrinam Romani quando filia superstes fuerit patri ex Alex. *in dicta l. pactum*, quia mater non deduxit ius filiorum, sed solùm ius ipsi competens, quamobrem renunciatio afficit hæredes, vt non possint aspirare ad iura competentia matri, sed non pro iuribus proprijs, ita Kellenbenk *vbi supra num.* 53. *& sequent.*

Indecisa relicta est quæstio, an dos habita per matrem sit imputanda filijs. & pro negatiua refert de-
7 cisum Minad. *in constitut. in aliquibus notab.* 4. *num.* 6 Cutel. *dec. orat.* 19. *num.* 4. Merlin. *de legit. lib.* 2. *num.* 2. *q.* 12. quam opinionem beneuetum erroneam appellat Castil. *dec.* 189. & per S.C. ipso interueniente pro imputatione iudicatum testatur Vrsin. *vbi sup. p.* 3. *qu.* 1. *n.* 26. & tenet Cancer. *var. lib.* 3. *vbi sup. n.* 56. & prima opinio procederet in successione collateralis, si dos nō esset habita à fratre, sed ab ascendente Marant. *disp.* 10. *num.* 37. Fontanell. *n.* 8. imo si dotata esset soror à fratre, & propter dotem renunciauerit Kellobenk *n.* 58. firmat nepotes, & dotem in bonis auunculi, & simul etiam plenariam successionem non deducta dote percipere cùm deductio, siue collatio in linea collaterali non obtineat, & soror conditionaliter in dubium euētum, qui superstitis auunculis prodesse, & obesse aliquo modo potuit renunciationem interposuit, nam & deferri potuit successio fraterna in quo casu renunciatio obfuisset, & obligationes non sunt iniquæ, cum ex incerto conditionis euentu, vel ad commodum, vel ad damnum habere possunt *l. de fideicomm. C. de Transact.* nec demum posse subueniri fratribus per condictionem ob causam, quasi non effectuata fuerit successionis renunciatio nomine dotis exoluțe per *l. si extraneus, & l. si filius, ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.* quia hoc verum esse dicit mox citatus Author in promissionibus puris, sed nō in conditionalibus in quibus tamdiu quis obligatur quatenus conditio extiterit, aliàs nullatenus vult se esse deuinctum *l. Mæuius ff. de cond. & demonstr.* sed ipse pro imputatione sentio, quia dos cùm habita fuerit per matrem loco successionis bona fides non patitur, vt quis idem bis consequatur ex *d. l. bona fides*, & tenet Fontanel. *d. n.* 62.

Modificantur tradita, quando filia renunciaret per
8 se, & filijs, qui ex eorum propria persona venirent in casu prædecedētiæ ipsius renunciantis ita Marant. *in disput.* 10. Gizzius *vbi supra*, & quamuis dubitasse videatur D. Rocch. *to.* 2. *resp.* 71. *n.* 36. ex eo quod renunciatio nō fit de iure renunciantis, verùtamen idem est quod fiat de iure hæredis cuius bona potest etiam defunctus legare, vel hypothecare, sed renunciatio debet esse expressa in casu prædecedentiæ, quia secus posset intelligi si venirent filij ex persona propria ex successorio edicto, vt plenè *allegat.* 109. D.R. de Marin. & per Rocch. *vbi sup.* in qua re ego existimo, quò si soror renunciasset pro se, & hæredibus, & successio delata fuit sorori, & hæc decesserit non adita hæreditate, in casu quo posset esse locus successorio edicto, & nepotes possent succedere ex persona propria, tunc non possent si essent hæredes matris, cùm iam conditio superuiuentiæ renunciantis purificata fuerit, & delata fuerit hæreditas renunianti, quamobrem agnoscere deberent hæredes ipsum pactum, quo renuncians suos hæredes astrictos voluit, & ita intelligo procedere placitum Kellebenk nu. 52.

SVMMARIVM.

1 *Leno, an quis dicatur semel committendo?*
2 *Meretrix, qua dicatur, & quomodo probetur, & numer.* 12.
3 *Homicida, an dicatur ex vnico actu?*
4 *Fænerator, an dicatur ex vnico actu?*
5 *Lusor, an dicatur ex vnico actu?*
6 *Aleator, an dicatur ex vnico actu?*
7 *Maritus ex vnico actu an dicatur leno.*
8 *Palam facere quæstum qua dicatur.*
9 *Meretrix, mulier potest dici, licet quæstum publicè non faciat.*
10 *Monasterium pœnitentium in Ciuitate Neapolis, per quos regatur.*
11 *Hospitalis incurabilium auctor quis fuit.*
12 *Meretricem aliquam esse, qualiter probetur.*

DECISIO LXVIII.

Cognitio delicti lenocinij, an spectet ad Dominum Gabellæ meretricum, an ad Magnam Curiam.

VTilis Dominus Gabellæ meretricum huius fidelissimæ Ciuitatis Neapolis habet ex priuilegio iurisdictionem in meretrices, & lenones. Accidit, quòd mulier quædam semel commisit lenocinium respectu cuiusdam mulieris honestæ, non recepto salario, nec pro ea, nec pro muliere, nec ex consuetudine. Fuit dubitatum, an cognitio huius delicti spectaret ad Curiam prædictam, vel ad Magnam Curiam, quæ etiam præuenerat in capiendo? Quęstionem hanc mouet. *gl. in l. palam, §. lenocinium, in vers. prostituerunt, ff. de ritu nup.* & non soluit: Odofr. *ibi in §. non solū*, declarat, † eos dici lenones, qui habent quæstuaria mancipia, vel sub alterius
1 nomine exercent lenociniū, vt ij, qui prętextu tabernę habent quæstuaria mancipia, Alb. *super gl.* mouet quęstionē, & decidit istā non dicit lenam, per illū text. qui dicit eas esse lenas, quæ mulieres quęstuarias prostituerunt, & Alb. refert, & sequitur Cęp. *in l.* 1. *§. idem Iul. col.* 7. *vers. item lena, nu.* 22. *ff. de adil. edic.* vbi etiā distinguit ex mente Bart. *in l. legatis seruis, de l.* 3. ex quibus sacrum Consilium reddidit se conforme decreto Magnę Curiæ, quæ denegauit remissionem ad Curiam prædictam, & opinio hæc confirmabatur. Nam videmus *in d. §. lenocinium*, æquiparari lenonem meretrici, & sic in priuilegio concessionis, in lenones,
2 & meretrices iurisdictio datur. Et tamen † meretrix non dicitur, nisi quæ plures admisit, vt est text. *in ca. vidua* 34. *d. vbi* Arch. Præpositus, & Torrecr. dicunt, illud verbum plures, intelligi secundum subiectam materiam, & Soc. *in cons.* 54. *visis, col.* 3. *vol.* 3. dicit ad minùs esse debere tres. Don Lud. à Peguera. *in decis. crim. cap.* 12. *fol.* 55. *nu.* 7. super quo etiam est viden-

da

da pulchra dist. R. pæ *in cap. 1. col. pen. verf. Item nota, ext. de iud.* distinguentis, quædam esse nomina sonan-
3 tia in delictum,† quæ denominantur ab actu,& tunc sufficit vnicus actus,vt homicida,calumniator,& similia,quædam etiam esse nomina, quæ denominantur ab effectu resultante ex actu, vt meretrix, quæ dicitur à merendo libidinis stipendia,secundùm Arch. *in d.c. vi-*
4 *dua*, & tunc requiruntur plures actus, † & idem in
5 fœneratore, & in verbis, † quæ denominantur ab
6 exercitio,& vsu, vt lusor, & † aleator. in casu igitur, de quo agebatur,erunt intelligendi lenones, prout ad-
7 iunguntur meretricibus, licet respectu vxoris, † vt vir puniatur de lenocinio, vnicus tantùm actus sufficiat. *l. mariti, §. qui quaestum, ff. de adult.* plenè Cou. *in 2 par. relect. c. 11. col. 2. verf. meretrix, num. 4. fol.* 319.
8 Quid autem sit, † quando mulier, accepta pecunia, cum duobus immiscetur, an dicatur palam, quæstum facere,vel posset dici meretrix? tex. *in d l. palam, ver. itemq; intelligitur, per gl. in ver. altero*, dum subdit, tantùm, & per Odofr. & Salic. quòd non dicatur, palam quæstum facere, Abb. *in c. cum decorem, col. fin. ver. Item dicit de vita, & honesta. clerico.* quem sequitur Io. Lup. *in repet. c. per vestras, in rub. §. 40. versic. videamus nunc, de donat. inter virum, & vxorem dicens*, text. *in d. l. palam*, innuere esse meretricem eam, quæ duos admisit, causa quæstus. Io de Anan. *in cap. tanta, col. 2. verf. Vtrum autem, de simon.* qui intelligendo text. *d. l. palam*, prout Odofr. & Salic. non facta mentione de prædictis, dicit in tex. *d l. palam* declarari, quæ dicatur, palam quæstum facere, non autem quæ
9 dicatur meretrix,† quia mulier potest esse meretrix, & tamen non publicè facere quæstum, quos reprehendit Didac. *vbi supra*, licet concordari possent, ex prædictis,& ex ijs, quæ Alex. not. *in c. inter opera, col. 1. de sponsal.* Et prædicta sunt notanda, tanquam consulto posita tàm pro casibus, qui accidere possunt in cu-
10 ria prædictæ gabellæ, † quàm etiam pro mulieribus, quæ admittuntur in monasterio pœnitentium huius
11 fidelissimæ Ciuitatis Neapolis,† quòd regitur per dominos magistros Sacri Hospitalis incurabilium,& pluries tempore, quo ego erã Aduocatus Hospitalis præ-
12 dicti, incidit hæc quæstio. † Qualiter autem probetur, aliquam esse meretricem,& multa alia, Apostill. ad Anan. *vbi supra*, & Sylua nupt *in verf. non est nubendum, cap. 2. verf. prædicta concl.* & quæ meretrix dicatur, nouissimè Franciscus Viuius declarat *in Sylua commu. opin. in opinione 676. Raptor, 1 col. uer. & illa quoque, fol.* 187. Gomes. *in l. 62. Tauri. num. 3 à tergo.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. qua pœna debet puniri leno; Vide *Pragm. 1. de lenon.* omninò Petr. Foller. *in ver. item quod fuit leno à num. 25. cum seqq. decis. Catalonia in c. 15.* Baiard. *ad Clar. in quest. 68. à nu. 58 cum seqq.* & Rouit. *in d. prag.* vbi etiam scribit cognitionem huius criminis ad solã Magnam Curiam spectare, pœnas etiam contra lenones refert Viuius *in decis.* 183. verùm id quod dicit Rouit. vbi supra quòd cognitio huius criminis spectat ad M.C. videtur esse contra decis. istam, sub dicta hic,& per Viuium *loc. cit.* Vide eundem Viuium *decis. 454. num. 1.* Luc. de Pen. *in l. fin. colum. 2. ver. & sic factu C. de spectacul. lib. 11.* Iacob. Menoc. *de arbitr. iudic. casu 534 num. 5. 6. & seq 34. 44. & seq.* & nouissimè Exuberãtissimus Doctor Farinac. post hanc additionem per multos annos impressus *in 4 part. in tit. de delictis carnis quest. 143. fol. 136. & seq. à num. 4 cum seqq.* post Foller. *decis. Catalon.* Menoch. & *alios allegatos* vbi etiam à *num. 1.* scribit post prædictos lenocinij crimen, horribile, pessimum,& crudele, & esse grauius adulterio.& quis dicatur leno; vide eundem post D. Author. hic Foller. Menoch. & infinitos, quos allegat *in d. tit. q. 144. à n. 17 cum seq. fol.* 139. ad quem confugiendum est. Cabal. *in resolut. crim. casu 171. à bi num. 6. 7.* refert pœnas quas lenones passi fuerunt, & quid si lenones sunt pater, frater, vel maritus; vide *ibid. n. 8. & seq.*

Et an accommodans domum ad committendum adulterium, vel stuprum, dicatur leno, & pœna lenocinij teneatur: Vide eundem ex uberatissimum Doctorem *in d. q. num 42. & seq. fol. 142.* vbi recurrendum est, quia omnia ponit, & refert.

Num. 2. Adde Nattam *cons. 205.* Menoch *in tract. de arbitr. indic. casu 291. num. 7. & casu 328.* Vulpell. *cons...* Mascard. *de probatio. conclus. 1603. volum. 2. vbi omninò* Marcel. Cala *in tractat. de modo articulan. à nu. 375. cum seq. fol....* Henric. *in suis com. opin. concl. 93. lib. 2. fol. 69. a ter. in paruis* Baiard. *ad Clar. in q. 24. nu. 97. cum seq.* vbi allegat decis. istam, Iaco. Menoch. *in d. tract. casu 535. nu. 2. 3. & seqq.* Ioseph. Lud. *in suis opinio. concl.* 64. Steph. Gratia. *in decis. 216. nu. 4.* latissimè, & subtilissimè omnium Farinac. *in d. tit. de delictis carnis q. 136. cap. 3. fol. 12. & sequent.* vbi omnes allegat, & ipsi nihil addi potest, & licet Lucas de Pen. *in d. l. fin. col. 3. verf. item* nota scribit, quòd meretrix dicitur etiam ad quam vnus accessit si ab eo mercedem recipit allegat in argum. tex *in l. mariti § quod istum*, ibi siue enim sæpius siue semel *ff. de adulter.* quem sequitur Affl. *in Const... tamen eos nominatim*, reprobant Viui. hic per me alleg. *in d. opinione 679. sub num. 4.* & alij quos allegat, & sequitur Farinac. *in d. q 136. num.* 88.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Maritus quando dicatur leno. & num. 2. & 7.*
3 *Maritus repellitur except. lenocinij ab accusatione.*
4 *Vir quando leno, & quando mulier meretrix sit, & numero 10.*
5 *Sponsus an agat de adulterio sponsæ.*
6 *Sponsa de præsenti vxoris appellatione venit.*
8 *Mulier punitur de adulterio, alijs accusantibus, viro de adulterio gaudente.*
9 *De adulterij tàm quo ad virum quàm quo ad vxorem, pœnis, remissiuè.*
10 *Mulier, & leno an expellantur de conuicinia honesta. & num. 11.*
Meretrix an testari possit de acquisitis. Gabriellus consil. 17. volum. 2.
11 *Meretrix quæ dicatur remissiuè. & an expellatur ab honesta vicinia, & num. trib. sequentibus.*
15 *Meretrix an vt se prostituat libidini aliorũ, cogi possit*
16 *Mulieris inhonestas, per singulares testes probatur, & num. 29.*
17 *Et magis creditur duobus de impudicitia, quàm mille de honestate ipsius attestantibus.*
18 *Meretrix licet infamis sit, tamen ius patronatus fundare potest. & quando maritus se possit abstinere à muliere adultera, & quando vxor à viro adultero.*
19 *Meretrix an gaudeat priuilegio l. vnica, C. quando Imperator inter viduam, & pupil.*
20 *Et an gaudeat primo, & secundo beneficio.*
21 *Meretricem etiam publicam rapiens, punitur, & qua pœna num. 22.*
22 *Coitus cum meretrice, de Iure Ciuili impunibilis, & quare permittatur, num. 23. & 24.*
25 *Vocans meretricem emendatam, actione iniuriarum non tenetur.*
26 *Meretrix, & concubina licet arceantur à testificando, in exceptis tamen testificantur. num. 27. & 28.*
30 *Meretricem clausam in domo detinens amore captus, priuatum carcerem non committit.*
31 *Meretrix coniugata an a meretricum simplicium vita separetur, & excludatur, & num. 32.*
33 *Lenocinium quanto tempore præscribatur, adulterium, stuprum, & alia.*
34 *Meretrix succedit, sicut qualibet fœmina bona. & eius ratio. num. 35.*
35 *Priuilegium meretricum duplex narratur, & num. 36. & 37.*
38 *Meretrix quæ damna patiatur, & quomodo ab honestis differat. & num. 39. remissiuè.*

AD hanc decis. de lenone, & meretrice, eius
priuilegijs & pœnis, adde omninò tu be-
nignissime Lector Maritorum amice,
1 quòd † maritus non dicitur leno ex illo
solo, quòd retinet vxorem de adulterio suspectam, vel
præsumptam, sed tenendo veram adulteram, *l. 2. C. de*
adulterijs, de quo videri potest Anchar. *cons.* 408. quem
magnificat Zasius, *l. 2. num.* 10. *ff. sol. matr.* August. &
Ang. *in tract. Malefic. in verbo. fama, & ver. quaro, et*
2 *in verbo visis cap.* † Sed si præsumptio esset iuris & de
iure, leno dici possit. Bald. *in l. si is, qui adulterij. C. de*
adulterijs. Hippo. *sing.* 116. Nunius *de los corregidores,*
de exequendis mandatis Regum. c. 12. nu. 3. vide Alex.
in l. cum mulier, ff. sol. matr. Castrens. *cons.* 126. & 225.
Bart. & Doctores *in l. is, qui reus, ff. de publicis iudicijs,*
3 vbi quòd † maritus repellitur exceptione lenocinij ab
accusatione adulterij. Alia vide ex Bertachino, *in ver-*
4 *bo, maritus, & verbo, leno*, & quãdo vir leno, & † mu-
5 lier meretrix, dicantur, Viuius *in decis.* 283. An † spon-
sus agat de adulterio sponsæ, vide Couarruuiam *lib. 4.*
Decretalium, in princ. & textum *in cap. quod sufficiat,*
27. *q. 2. & in c. cum locum, de spõsalibus, & in cap. cum*
debitus de bigamis. Abbat. & Fel. *in cap. tertio, loco, de*
6 *probationibus*. Anch. *cap. 21. num. 14.* qui dicunt † quòd
sponsa de præsenti, appellatione vxoris venit, sed verè
Latino sermone appellatione sponsæ venit illa mulier,
quæ esset vxor de futuro. *l. solet, §. ad virum*, & *l. si spõ-*
7 *sa, ff. de iure dotium*. Latissimè Nunius *Responso* 10. †
quòd autem maritus, qui non dedignatur de adulterio
vxoris, verè leno dicatur, & ita præsumatur, Ferratius
Cautela 14. incip. Iura. Gram. *decis.* 98. *n.* 3. Carauita
Ritu 2. num. 7. & in Pragmatica Falsorum quinto no-
8 *tabili, in tit. de falsis*. † Quòd autem mulier puniatur,
etiam si vir ei adulterium cõdonet, si accusatur ab alijs
accusare, valentibus. Gram. *decis.* 31. *num.* 4. Præsidens
9 hic, *in decis.* 94. In causa, de † adulterio, stupro, & in-
cestu, & de eorum pœnis, tàm quo ad viros, quàm mu-
lieres, videndus est Cabal. nouissimè *in lib. Resolu. Cri-*
minalium, Casu 7. nu. 3. Casu 112. n. 2. Casu 114. n. 1.
10 2. 4. *& sequent. & Casu* 200. † Meretrix quæ dicatur
Gram. *cons.* 58 *num.* 15. Viuius *lib. Communium concl.*
257. Mascard. *de probationibus conclus.* 1603. Menoch.
de arbitrarijs, cas. 328. Carpan. *in consuet. Mediolan.*
cap. 462. in tit. de Meretricibus, & Bordello, 2. lib. Bo-
nacossa. *Quæstio Criminal. verbo, Meretrix*, Paul. Fu-
scus *Sing. 23. incip. Meretrix*, Doctores *in c. inter ope-*
11 *ra, de sponsalib.* Bertacchin. *verbo Meretrix*, & † an
possit expelli meretrix, & leno à conuicinia exstat *de-*
cis. inf. 316. *incip. Mulier inhonesta*. Anna *Sing.* 338.
12 qui dicit, hoc † non intelligi debere contra meretrices
pulchras iuuenes adamantes, sed contra meretrices a-
uaritia repletas, quę suas carnes vendunt, sed non do-
13 nant. Item adde, quòd Afflict. dixit † meretricem dici
etiam, quę vni prębuit corpus *in Constitut. Quæ passim,*
& in Constitutione Paternorum. Cuius cõtrarium ego
tum ex hac decis. tum ex his quæ Menoch. *lib. 2. de ar-*
bit. iudic. q. casu 328. & Cabal. *nouissimè lib. Resolutio-*
num criminalium casu 171. & 123. & casu 4. latissimè
14 scribit, qui concludit, † meretricem etiam ob amorem
cum Iudęo peccantem, & sic cum Turca, vel infide-
li, puniendam esse; Cuius contrarium diximus cum
Christiano quo ad iura ciuilia, secùs quo ad forum po-
li. An † autem meretrix cogi possit ad consentiendum
15 libidini, & vendere suas carnes, alibi dicam, quia ni-
mis vanum mihi videtur, & senectuti contrarium, in
qua ego reperior, tam amplè de meretricibus, & le-
nonibus tractare. Item adde, quòd † inhonestas mulie-
16 res per testes singulares probatur. Alex. *cons.* 13. *nu.*
23. *vol.* 7. vbi de Iudæo, & sic ipsius corruptio, & † ma-
17 gis creditur duobus testibus de impudicitia, quã mille
de pudicitia attestantib. Rom. *cons.* 12. *in fin.* Mangrel.
in l. mariti. §. qui quæstum, ff. de adult. Paul. Merend.
18 *cons.* 35. Item † nota, quòd meretrix licet sit infamis,
potest de acquisitis ius patronatus fundare, & retine-
re. Viuius *decis.* 134. *incip. Meretrix*. De meretrice
videndus est Triuisanus *decis. Veneta* 33 *Honesta, lib.*
2. Ioseph Ludouicus *concl.* 64. *Meretrix*. omninò
Gomez. Hispanus. *in l. 62. n. 3. Taur.* Peregr. *con.* 87.
nu. 15. volum. 1. vbi, quæ sit meretrix, ad pinguefacien-
dum, *nu.* 12. Maritus quando possit se abstinere à mu-
liere adultera, & quando vxor à viro adultero, Viuius
19 *dec.* 241. † An meretrix gaudeat priuilegio legis vni-
20 cæ, quando Imperator, & an gaudeat 1. & 2. *benefi-*
cio iuxta Constit. Regni, Obscuritatem. Præsidens hic,
dec. 233. ad quam dico. Consiliarius Tappia *in Const.*
Statuimus Magistro Iustitiario. & Addentes ad Troy-
sium *in Pragmatica Cursu dilationum, nu. 32. & seq.*
21 Item † rapiens meretricem etiam publicam punitur,
22 sed † qua pœna tàm de iure communi, Iul. Clar. §.
raptus, vers. quaro, numquid, Menochius *de arbitra-*
rijs, casu 291. quàm de iure Regni Neapolitani, DD.
in constit. omnes, de viol. meretricibus illat. Cumia,
23 *in Ritibus Siciliæ, ca. 71. nu. 17.* quòd † autem coitus
meretricius de Iure Ciuili non prohibeatur, nec punia-
tur, Bart. *in l. si vxor. ff. de adult.* Maranta, *in con.* 47.
incip. Viso puncto, vbi, quòd sectans meretrices, pu-
niendus non est concludit, *n* 10. immò dicit ideò eccle-
siam meretrices tolerare conniuentibus oculis in Ter-
ris, & Ciuitatibus, vt maiora, & atrociora facinora,
& nefandissima peccata euitentur; allegatq; Docto. *in*
c. inter opera, de sponsalibus, & Andr. de Isernia, quem
sequitur Marquardus de Susannis, *in libro meo de Ce-*
24 *libatu clericorum*, † quòd adulterans mulierem pas-
sim sui copiam facientem, non debeat puniri, maximè
si ipse sit iuuenis, & à muliere ad libidinem prouoca-
tus. Maranta in terminis, pro Antonello adultero de-
flatę mulieris nuptę, *in cons.* 117. *incip. Inquiritur*.
vbi qualiter probet aliquam esse meretricem. Item ad-
25 de, quòd † in tantum vilis est, & infamis fęmina me-
retrix, quòd etiam si suam vitam emendet, remanent
vestigia, & vocans eam meretricem, etiam post emen-
dationem, iniuriarum actione non teneatur, vt ex Ba-
iardo *ad Iulium Clarum, in §. iniuria, n.* 41. concludit
Prosper Farinaccius, optimus Criminalista, & nemini
secundus, *in Practica, de varijs & diuersis criminibus,*
p. 2 nu. 105. Inspectione quinta, nu. 221. sed nota quòd
26 † licet concubina non possit testis esse pro concubi-
nario, nec amasia pro amasio, & econtra, vt latissimè
Farinaccius ipse *in tract. de test. lib. q. 54. n. 216. & seq* qui
27 plures allegat, támen † meretrix potest esse testis in
criminibus exceptis, & in his quæ fiunt in prostibulo,
licet regulariter in alijs (etiam si se † emendauerit)
28 legitimè non testificetur. Ita Farinaccius, *li. 56. art.*
10. *per totum*, vbi quæ meretrix dicatur, & an sit infa-
29 mis; † Meretricitas meretricis probatur etiam per eos,
qui cum ea concubuerunt, & quomodo. Farinacius *in*
sua pract. prima, partis, tomo 2. de Carceratis, q. 43. n.
80. 81. & 84. quod est mirabile, cùm illis testes sint
30 socij libidinalis actus; & † sicut detinens meretricem
clausam in aliqua domo, carcerem priuatum non di-
citur committere, vt ipsemet dicit *in dicto li. q. 27. nu.*
31. ita deberet ipse peccans cum ea, à testificando pro-
hiberi. Si tamen illa meretrix ratione, vel † crediti, vel
delicti carcerari mancipanda veniret, non ego admit-
terem carcerari posse illam meretricem maritum ha-
bentem, vt per plura pro, & contra ipsemet Farinac-
cius illarum misericors concludit *in allegata qu.* 27.
32 *num. 56. & 57. licet. num.* 51. † Regulam esse in con-
33 trarium contra illas misellas, ostendat. † Quanto
tempore lenocinium præscribatur, & tollatur adulte-
rium, stuprum, & delicta carnalia, quæ lege Iulia de
adulterijs puniuntur, quia quinquennio, dixerunt text.
in l. mariti §. sex mensium, in fine, & in §. quinquen-
nium, ff. ad leg. Iul. de adult. & in §. item, & glo. Inst. de
publicis iudicijs: de quo latissimè Farinaccius *in 1. to.*
prima par. in tit. de Inquisitione, q. 10. n. 15. Amplias 6.
34 vbi limitationes. Sed nota, quòd † licet meretricalis vi-
ta nõ cõmendetur, tamen successionem non tollit, quia
successionis meretrix est capax. Ita Guilielmus de Be-
nedictis, *in c. Rainutius, 1. p. verbo, Adiectę impuberi-*
num.

num. 1. ibi etiamsi essent meretrices, de testamentis.
35 Ratio † potest esse: quia non omnes meretrices pecunia mouentur, sed amore, & regulariter plus amant feminæ, quàm viri, tum propter maiorem complacentiam, & delectationem, quam secundùm naturales recipiunt in coitu, & maiorem haberent, si Adam non peccasset: tum quia viris sunt fragiliores, iuxta illud Virgilianum *in 1. Aeneidos: Infelix Dido, longumque bibebat Amorem*, & *in 4. Ardet amans Dido, traxitq; per ossa furorem*. Ita ille de Benedictis *in dicta prima parte, in verbo, duas habens filias, num. 27. & seq.* la-
36 tissimè. † Priuilegium habet etiam meretrix, quia cōdemnatus ad mortem ei traditur in virum, & liberatur à morte. Iul. Clar. *§. fin. quæst. 98. n. 6.* Gulielmus ipse-
37 met *in d. 1. par. d. cap. nu. 269. in verbo, mortuo.* Item † meretricis pęnitentis raptor, etiam, qui eam cognouit, capite punitur. Ita ille, *par. 3. in versic. qui cum alia*
38 *matrimonium contraxit, nu. 271.* sed nota quòd † meretricibus interdici potest habitus honestarum mulierum, vt cognoscantur; Idem placuit Benedicto, *in verbo, Rainutius, num. 61. in 1. p.* Foller. *in Pragm. Et quia*
39 *perfidorum, de Iudais, fol. 102. num. 5.* † Alia de meretricibus videnda sunt *in Pragmaticis, sub tit. De Meretricibus Ronit. doctissimè, & penes Carpanum, in Consuet. Mediolan. 2. vol. capite 472. num. 42.* & Præsidentem de Franch. *decis. 316.* vbi an meretrix possit expelli à domo conducta, vel domo propria, habitās in honesta vicinia, & quòd in scholari, & ponit decisiones; sed quòd meretrix, quæ ob amorem sui ipsius, & non pecuniæ copiam amanti facit, non debeat expelli, Menoch. *casu 328. num. 14. in lib. 2. cent. 4. de Arbitrarys.*

ADDITIO D. RICII.

Cognitio delicti lenocinij an spectet ad Dominum Gabellæ meretricum, an ad Mag. Curiam, hoc dicit. Est notandum quòd in casu huius decisionis quædam mulier fuit inquisita de lenocinij delicto, & fuit dictum spectare ad Magnam Curiam. Adde Cabal. *resol. crim. cent. 2. cas. 123. & 151.* vide nostram Collect. 163. & 1795. ratio huius decisionis esse potest, quia non dicitur commisisse delictum lenocinij, qui semel, & absque pecunia huiusmodi delictum commisit, & propterea dicta mulier non fuit remissa ad iudicem competentem, quod fallit in marito, qui committendo vxoris lenocinium ex vnico actu punitur *leg. mariti lenocinium §. qui quæstum vers. siue enim, & ibi glos. ff. ad leg. Iul. de adulter.* fallit etiam si mediatè pecunia lenocinium commisit, nam vnicus actus sufficit secundùm glos. *in l. palàm §. non ignoscendum in verb. prostituunt ff. de rit. nuptiarum*, cui opinioni non assentior per ea, quæ tradit Paschal. *in tract. de viribus pat. potest part. 2. cap. 10. nu. 27. & sequen.* & videatur omninò Nouarius *in collect. dec. ad prag. 1. de Lenonibus.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Lenocinij pœna quis non punitur per vnicum actum sinæ pecunia, & idem si pecunia reiecta glosa.*
2 *Quot actus requirantur, vt quis dicatur leno, in quare Caballus, & Paschalis refutantur.*

1 Lenocinij pœna quis non punitur per vnicum actum sine pecunia per Alber. *in l. palam, §. non ignoscendum ff. de rit. nupt.* ita decisum testatur D. meus, & quamuis glosa aliter sentire videatur in lenocinio commisso pecunia, opinionem audacter tamen non approbat, & illam reijcit Paschal. *de patr. potest. p. 2. c. 10. n. 25.* quidquid sit in viro respectu vxoris *l. mariti lenocinium, §. qui quæstum vbi gl. ff. ad l. Iul. de adulter. vt hic nu. 7.*

Difficultas est, quot actus requirantur, vt quis dica-
2 tur leno, & quæsitum hoc in meretrice tangit D. meus, sed in hac re Caball. *resol. crim. cas. 171. cent. 2.* quem refert, & sequitur Paschal. *vbi sup. num. 23.* tenet in lenone duos sufficere actus, & *Paschal.* tradit ita decisum hic per M.C. & S.C. verùmtamen ipse ad minus tres requiri censeo, quia si leno æquiparatur meretrici, vt *in d. l. palā vbi sup. §. lenocinium.* in meretricio non sufficit concubitus cum duobus Peregr. *cons. 87. vol. 1.* Paschal. *vbi sup. num. 27.* & quatenus iste referat iudicatum, decisio hæc non legitur, quamobrem ex errore allegatur, & quòd necessarij sint ad minus tres actus tenet Zacchias *de salar q. 63.*

SVMMARIVM.

1 *Offerendi ius non datur contra eum, qui emit iure creditoris.*
2 *Venditio dicitur fieri iure creditoris, etiam quando fit sub hasta ad instantiam anteriorum.*
3 *Ius offerendi datur contra primum creditorem, etiam quòd emat iure creditoris.*
4 *Creditor licitare potest, vt quilibet alius, & quomodo intelligatur, num. 10.*
5 *Præsumptio iuris, & de iure est, quòd creditor emat, vt conseruet ius suum, non autem vt dominium acquirat.*
6 *Fideiussori æquiparatur secundus creditor in materia tradicta.*
7 *Præsumptio iuris, & de iure, quæ sit.*
8 *Præsumptio, quæ oritur ex dispositione, l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraudem credit. an sit iuris, & de iure.*
9 *Creditor, quod non potest euitare, vt creditor, non euitabit, vt extraneus.*
11 *Procurator constitutus ad eligendum qui etiam iure proprio potest eligere, non potest dare vocem vni, vt procurator, & alteri proprio nomine.*
12 *Ius offerendi, quanto tempore præscribatur.*
13 *Ius luendi, quanto tempore præscribatur.*

DECISIO LXIX.

Ius offerendi datur creditori secundo contra primum etiam in re per ipsum primum creditorem empta iure creditoris.

Licitata proprietate antefati debiti Magnificæ Camillæ de Capua, & proprietate quorumdam Introituum, qui soluuntur Magnificæ Rosatæ, Carafæ, eius vita durante, ad instantiam creditorum quondam Io. Iacob. Carafæ quibus super proprietate prædicta ius competebat, remansit proprietas dicti ante fati in licitatione Magnific. Io. Vincentio de Tufo, vni ex creditoribus d. Io. Iacob cōparuit Magnif. Scipio Falangola, secundus, & posterior creditor, & obtulit d. Io. Vincentio pretium, quo emerat proprietatem prædictam. Dubitatum fuit, an dictus Scipio esset admittendus ad eius obligationem a
1 Dubium faciebat regula, † quòd contra emptorem,
2 qui emit, vendita re, iure creditoris, † quod etiam interpretationem recipit, quando ad instantiam anteriorum creditorum, præcedente potestate vendendi,

T 3 data

data creditori, fit venditio sub hasta, (vt nos seruamus, & colligitur ex dictis Bilitti *in conf. 25. in quæstione vertente inter D. Catherinam, volumine primo*) cessat ius offerendi. Neguſ. qui allegat, conc. *in tract. pig. in 5. par. princ. in 3. memb in 1. limit.* Et quamuis diceretur, regulam prædictam limitari *ex reg. text. in l. cum secundus, cum l. seq. ff. de distrat. pig.* per
3 quam Neg. *in eodem loco* dicit, † quòd quando primus creditor emit etiam iure creditoris, potest ei offerri per secundum, quia intelligitur emisse, non tàm acquirendi dominij, quàm tuendi pignoris causa; Ni-
4 hilominus dicebatur, † quòd hæc limitatio procedebat, quando vt creditor emisset, non quando vt extraneus, vel alius quilibet, quod fieri potest ex ijs, quæ Bald. *in l. ordo, col. 1, versic. 3. quia potest, C. de execu. rei iud.* & est tex. secundùm tertium intellectum *in l. 1. vbi* Rip. *in 1. not. ff. de priuil. cred. & tenet gl. in l. à diuo Pio. §. si pign. ff. de re iud.* & in propria materia allegabatur Fulg. *in l. 2. de distract. pign.* quod erat in casu, de quo agitur, in quo Io. Vincentius non emerat, vt creditor, quod præsumebatur, quia in oblatione non dixit, velle in partem pretij, eius creditum compensare, sed simpliciter licitatus est, & deinde integræ summæ depositum fecit.

His tamen non obstantibus per Sacrum Consilium in Regio Collaterali Consilio, referente D. Vitello, fuit decisum, Scipionem esse admittendum ad obliga-
5 tionem, ex reg. tex. *in d. l. cum posterior*, cùm non obstabat, † quòd hic secundus creditor videbatur emisse, vt extraneus, vel vt alius quilibet; quia ex processu poterat colligi contrarium, dum ipse Io. Vincentius cùm alijs creditoribus instabat pro venditione huius proprietatis. Et quia ipse pro tanta summa posuit has proprietates, vt satisfactis cęteris anterioribus creditoribus remaneret tanta quantitas, vt ex ea absque augmento hæreditatis, & diminutione eius crediti, sibi satisficret, quod pro maxima coniectura, & declaratione in alia materia optimè ponderat Aymon. *consil. 149.* Petrus Gillieri, *col. 2. in 2. coniect. nu. 5.* Menoch. *vbi declarat decision. meminit in lib. 4. in præsumpt. 110. num. 26. versic. 4. coniect. fol. 11.* & re vera aderant coniecturæ, quòd si Io. Vincentius non fuisset creditor, in hoc non se intromisisset. Ad quid enim volebat ipse nunc soluere duc. 3500. & expectare mortem istarum, & interim fructus non percipere. Item dicitur, quòd coniecturæ prædictæ ad probandum, quòd ipse emisset, vt extraneus, in nihilo reser-
6 uant Io. Vincentium, † ex quo præsumptio, quę oritur ex dispositione. *d. l. cum secundus, §. fin. qua statutum* est contra secundum creditorem, & fideiussorem ementem à primo competere posteriori creditori, & etiam eidem debitori ius offerendi, quamuis pignora titulo emptionis teneant: quia vt dicit *tex. in l. seq.* videntur creditor, & fideiussor emere, potiùs tuendi
7 iuris sui causa, quàm vt dominium acquirant, † est præsumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, ita in specie, *gl. in l. 1. in versic. consultus. C. de dolo.* quæ ad hoc allegat. *d. l. cum secundus*, loquentem in fideiussore, & secundo creditore, eosque in hac materia æquiparantes, & esse in fideiussore præsumptionem iuris, & de iure, vltra gl. ibi tenet etiam Bald. & Sal. *in d. l. 1.* & non esse in materia prædicta inter fideiussorem & secundum creditorem faciendam differentiam, est omninò dicendum, postquam in vtroque eadem ratio procedit, quæ ponitur *in d. l. cum posterior*, post *d. l. cum secundus*, in qua idem statuitur respectu creditoris, & fideiussoris. Et quòd sit præsumptio iuris, & de iure, fundatur etiam ex reg. posita per Abb. *in c. quanto col. 2. ver. circa primum*, & per Fel. *ibi extr. de præs.* & per Iaco. *in rub ff. de prob. in fi* & per Mayo. *in regula in obscuris 3 col. in princ.* Cur. iun. *cons 4. col. 4. vers. & præmis.* quę regula se habet quòd vbicumq; lex statuendo, super aliquo firmat per ſes prout in casu de quo agitur, in quo lex se fundat in ratione prędicta, pręsumptio, quę ex ea insurgit, dicetur iuris, & de iure quemadmodum dicitur, quòd in materia *l. omnes, §. Lucius, ff. de his, quę in*
8 *frau. cred.* † præsumptio, quæ oritur ex dispositione l. prædictæ respectu præsentium creditorum, dicetur iuris, & de iure, licet respectu futurorum sit de iure tàntùm. Sal. *in authent. sed iam necesse, C. de dona. ante*
9 *nup.* Et ex hac conclusione succedit alia, † quòd postquam non potest secundus creditor, vel fideiussor euitare oblationem, vt creditor, vel fideiussor, non potest eam euitare etiam vt extraneus, de qua regula plenè per Doct. *in d. l. 1. C de dolo, & in l. si mandato, §. Paul. ff. mandati, & in l. Paul. respon. fideiussorem. ff de fideiusso.* quæ iura allegat *glo. in d. l. 2. in vers. alteri.* & Bar. ibi remittit se ad *d. l. 1. C. de dolo.* & non ab re Bart. *in d. l. cum secundus, §. fin.* summat illum tex. hoc modo. Secundus creditor, vel fideiussor non emit irreuocabiliter. Nec obstat, quod dicit Bart. *in d. l. ordo*, & quod sumitur *ex d. l. 1. ff. de priuil. credit.* quia non negatur id, quod ipse dicit, quòd creditor est admittendus ad licitandum, seu offerendum, sicut quilibet alius; sed postquam licitando emit vel offerendo, rem licitatam habuit, quòd non habeat locum cõtra eum ius offerendi, hoc Bald. non dicit, etsi diceret, esset contra iura prædicta, & decisio Baldi *in d. l. ordo*, maximam habet æqui-
10 tatem, & iustitiam, † cùm non debeat excludi creditor à licitando rem sibi obligatam, in qua ipse maius ius habet, quàm quilibet extraneus. Nec etiam obstat decisio Fulg. *in d. l. 2. ff. de distract. pignoris*, quia non dicit id, ad quod allegatur, sed volens soluere argumentum g o, ibi vltra responsionem gloss. dicit, quòd in dicta lege, fuit admissus, tamquam fideiussor, nõ tamquam extraneus; & tamquam fideiussorem emisse, præsumi de iure supra fundatum est. Quinimo, & si esset præsumtio iuris tantùm, nihil contra eam probatum erat in casu, de quo agebatur, si quidem maiores coniecturæ erant, quòd emisset, vt ius suum conseruaret, quam vt dominium acquireret. Insuper dictum fuit hoc videri indiuisibile, vt creditor, cuius ossib. affixa sunt iura, & actiones, iuxta terminos. *l. quis ergo casus. ff. de pecul.*
11 dum est creditor possit dici, † quòd emat, vt extraneus, & allegatum fuit *ca. si quis iusto. §. 1. de electio. in 6.* vbi procurator constitutus, qui in electione habet vocem etiam propriu nomine, non potest vnum eligere nomine suo, & alium nomine procuratorio, de quo latè per Rocchum de Curte *in tract de iure patro. in ver. honorificum, in 21. q.* & nouissimè per eruditissimum Dominum Ludouicum Molina. *in tract. de Hispan. primogen. lib. 2. c. 5. n. 51. cum seq. & tex. in d. §. si qui dicit sing.* Rom. *not. 26.* quem sequitur Ant. de Padilla *in l. cum quidam n. 19. fo. 180. de leg. 8.* & addita ad Decium *in c. quamuis in verb. eligere de off. del.* quod procedit nisi haberet mandatum a domino de danda voce certa, vt dicit *tex. in §. pen.* & Bellug. *in sp. princ. in Rubr. de inaqua. voce. Rub. 45. in § quamuis in princ.* & dicit Ang. *in l. non solum §. 1. de procur.* quòd procurator cum speciali mandato est organum domini.

Nec etiam obstabat, quòd dicebatur, Scipionem habuisse notitiam de hac oblatione, & licitatione, & de decreto liberationis factę Mag. Io: Vincentio, & tacuisse per multos menses. Nam de hoc, de quo Dominus Commissarius videbatur dubitare, dixit vnus ex Do-
12 minis, non esse dubitandum, † quia iuri offerendi non præscribitur, nisi spatio triginta annorum, loquendo de iure offerendi competente secundo creditori, licet de
13 iure offerendi, seu loquendi † competente debitori sit difficultas, si præscribatur, vel non, de quibus omnibus plenè Neguſ. *in d. tract. de pig. in 5. par. 3. memb. col. pen. ver. vlt. in hac materia*, & per decis. Sen. Pedem. *115. debitor*, vbi omnia allegantur, ad quæ me remitto. De hac dec. meminit etiam doctissimus Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 121. n. 6.* & per Caball. *in Milleloquio 317. quemadmodum fol. 148.* & per Thesaur. *in decis. 157. in primo casu*, & nouissimè per Didac. Perez. *lib. 3 Commenta. Ordina. Castel. tit. 9. fol. 657. l 1. in 29 q.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.2. ibi subhasta, Adde hunc Dominum *infrà decis.224.num.1.* D. Io. Andr. Georg. *in alleg. 6. col. fin.*

Ann. Sen. omni doctrina præcelebrem in Ciuitate Neap. & toto Regno in maximo honore habitum *in alleg.56.par.1.& sing.443.cum ibidem non additis* per Doctissimum eius filium, qui ob eius singularem doctrinam virtutem, & integritatem fuit de præsenti anno 1600 inter Regios Senatores huius Regni cooptatus à Serenissimo, & Potentissimo nostro Rege Philippo III. eiusque motu proprio, vt refert D. Præses de Curte *de feudis fol....*

Vide omninò Thesaur. *in decis.157.num.1.casu post* Vrsill. *in decis. Afflict.16.sub n.1.2.* & nouissimè eumdem Reg. Consil. Ann. *cons.37.à n.1.& seq.* Vinium *in decis.526 n.9.& infra dec.450. n.3.* & Petrum Duenam *in regula* 160.

Quando res dicitur vendita iure creditoris vltra allegatos hic, & supra alleg. Doctores, Vide eumdem Annium *cons.76.num.15.* licet dicat quæstionem istam tunc pendere in facto, Vide tex. *in §.creditor Inst. quib. alien.licet*, Salyc. *in l.1.num.1.C.si antiq. cred.* & Vrsill. *vbi supra sub nu.1.* ibi sed rem debitoris; Vide Stephan. Gratian. *in decis.66.à nu.5.cum seqq.* Morot. *in tract.de iure offerendi n.16.& 36.in fin.*

Vide multa quæ in materia iuris offerendi cumulat Maxilla in Consuetud. Bari *in loco supra citato 13.fol. 318. in nouis*, Intrigl *in sing.201* & Magon. *in decisio. Floren.* 132. post Doctores in locis topicis, & D. de Ponte *in cons.29. quod compilauit in casu decis. huius Domini* 427. Gratian. *vbi supr. num.3.* & D. Garsian. Mastrill. post hæc per multum tempus impressum *in decis.78 num.1.*

Adde Morot. qui de hac decis. meminit *in loco supra citato num.19.*

Et quando secundus creditor non habet ius offerendi, Vide D. Reg. Lanar. *cons.24. num.13.* & Maxillam *vbi supra*.

Num.4. Adde Vinium *decis.527 nu.5.*

Num.7. Adde Vinium *decis.61.* & Menoch. *de præsumpt.libr.1.q.4.* licet idem Menoch. *libr.3.præsumpt. 121.* hic alleg. *num.8.* negat id quod firmat D. Author hic.

Num.12.13. Vide omninò Nauarr. *consil.3. in titul. de præscript.* & Intrigl. *loco supra citato numer.45.* D. Garsiam *loco citato nu.2.* & Morot. *loco supra allegato num.60.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi cessat, quando venditio est rectè facta ex potestate Legis, vel Hominis, secus si non iuridicè, quia offertur.*

2 *Sed si adest læsio, agitur ex l.2. remedio, C. de rescind. vendit. & emptor condemnatur ad integrum pretium, non ad pretium, quod si à principio fuisset oblatum, læsio non adesset.*

3 *Creditor an licitari possit.*

4 *Contra præsumptiones iuris, & de iure, non admittitur probatio in contrarium, & nihil potest obijci.*

5 *Exceptio si obijcitur, & probationes fiant non contradicente parte, probatio, & obiectio procedunt.*

6 *Cautela in hac materia.*

7 *Creditor licitatur sicut quilibet extraneus.*

8 *Creditor licitans, censetur potius licitasse ad ius suum conseruandum, quam ad dominium acquirendum.*

9 *Intellectus. l.1. & 2.C. si aduersus credi. præscr. oppon.*

10 *Ius offerendi secundo creditori competens contra vxorem petentem assecurationem an competat.*

11 *Resoluta adiudicatione per ius offerendi, an fructus diuidantur pro rata temporis.*

12 *Facta venditione sub hasta, & adiudicatione, nec debitor, tertius admittitur ad reluendum.*

AD hanc decis. Ad numerum primum adde *decis.224.* vbi idem: sed intelligit Regulam † quòd ius offerendi cessat, quando venditio est rectè facta ex potestate Legis, vel Hominis, secùs si non iuridicè, quia offertur, 1

2 †Sed si venditio non est rectè facta: quia adest læsio, agitur remedio *legis secunda, C de rescind. vendit.* & emptor condemnatur ad integrum pretium, non ad pretium quod si ab initio fuisset oblatum, læsio non esset, & hæc nota ad hanc decis.69. Ad numerum quartum.

3 Adde an † creditor licitari possit, *infra, nu.10.* & omninò in prima limitatione. Adde Parisienses *in gl.in tit.de Vsuris, num.347.* & Mortot. *de iure offerendi, num.19.* Ad num.6. omninò adde Consiliarium Annam, *cons.37. primo vol.* & Menoch. *præsumpt.121. num.7.lib 3.*

4 Ad num.7. Adde omnino, quòd licet † contra præsumptiones iuris, & de iure non admittatur proba-

5 tio in contrarium, & nihil potest obijci: † tamen si obijcitur, vel probationes fiunt, non contradicente parte, probatio, & obiectio procedit, & de his disputat Marsilius *consil.19.num.7.& in l.si quis, num.80. ff. de quæst.* Felin. *in cap.inter Monasterium, num.23. versic. similiter, de sent.& re iudicata*, Bart. *in l.inter stipulantem §.1.ff.de verb.oblig.* Grauetta *cons.248. nu.3. & 11.* Curt. Iunior, *cons 4. Super, 2.col.versic. præmis-*

6 *sis*, & pro † cautela tradit Cæpol. *Cautela 253. num. 3.& 15.* quòd contra quem est præsumptio, non debet admitti ad probandum; & faciunt quæ scribit Gramm. *decis.89.* & latissimè Menoch. *lib.1 præsumptionum, q.62.& lib.2.q.46.incip. Dicamus.* Ad numerum 10.

7 vide supra num.4. vbi quòd creditor licitatur, sicut quilibet extraneus, quod est contra opinionem vulgi, & cuiusdam Doctoris profitentis maximam legum

8 scientiam, & *infra decis.450.* vbi idem & dicit † creditorem licitantem, censeri potiùs licitasse ad ius suum conseruandum, quàm ad dominium acquirendum, et in hac *decis.num.3* & ita iudicatum. Ad nu.11. Adde quæ dicit Thesaurus *decis. Pedemont.157.* vbi distin-

9 guit plures casus, & signanter † ad intellectum *legis 1.& 2.C.si aduersus credit præscrip. oppon.* Menochius *de præsumptionibus lib.tertio. præsumptione 121.* Anna filius, *Singulari vltimo*. Ad numerum 12. addendum iudico Octauianum Olascum *in sua decisione Pede-*

10 *montana 135.* vbi † de iure offerendi secundo creditori competenti contra vxorem dotis assecurationem petentem, quod non competit, & Mortor. *in tractatu de iure offerendi, post consilia, doctissimè omninò vi-*

11 *dendum num.9.* Sed † an resoluta adiudicatione per ius offerendi, fructus sint diuidendi pro rata temporis, cum eo cui bona fuerunt adiudicata: vel sint fructus omnes creditoris, cui bona fuerunt adiudicata; & de priuilegijs meliorationum, & expensarum, Ioannes Bapt. Costa, nouissimè *in tractatu de ratione rata, quæstione 65. incip. Cum quilibet possessor*, A num.11. de capitulo, Si quis, Adde Rom. *Singulari 76.* Padillam *in l.cum quidam, num.19.vbi: inducit, de legatis 2.* Ioseph. Ludo. *cons.30.* latissimè & Costa memorat de

12 hac decisione. Et adde quòd † facta venditione sub hasta, vel adiudicatione creditori, nec debitor, vel tertius admittitur ad reluendum, ita Magonius, *decisione Florentina incip. Egenus*, & quòd emptor sit securus, Anna pater, *Allegat 56.* Et ad hanc dec. [illegible] potest videri Bald. *in l.cerdo nu.7.C. de executione rei iudicatæ, & in l.1.C.Si in causa iudicati*, & Castrensis *in l à Diuo, § si pignora. ff.de re iudicata.*

AD-

ADDITIO D. RICII.

IVs offerendi datur creditori secundo contra primum etiam in re per ipsum primum creditorem empta iure creditoris; Adde Ann. *cons.* 37. *n.* 4. Georg. *alleg.* 6. *n.* 49. Mastrill. *decis.* 23. *nu.* 7. nostram collectaneam 11. & 67. & *res.* 167. *to.* 2. qualis debeat esse oblatio in iure offerendi verbalis, an realis vide à Pont. *cons.* 29. & qualiter creditor passus vendi pignus sibi præiudicet Bart. *in l. sicut §. superuacuam*.

Non procedit tamen principalis conclusio, si præsente secundo creditore, & tacente fuerit res primò liberata, quasi quòd eius consensus sit inductus Thes. *decis.* 157. cuius limitationis contrarium tenet hic auctor noster.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi competere contra secundum creditorem qui emit à primo creditore deciditur, sed Cons. Mesa inuehit contra decisionem, n.* 2.
3 *Defenditur decisio ex ponderatis per Postium, & Rotam Romanam.*

1 PEracuta est determinatio de secundo creditore qui pignus emit venditum sub hasta ad instantiam primi creditoris, an contra ipsum posterior creditor habeat ius offerendi, & per *l. cū posterius & l. cū secūdus, §. si secūdus, ff. de distract. pignor.* affirmatiuè resoluit D. meus ex eo quod secundus creditor emens non tàm dominij acquirendi, quā pignoris confirmandi causa intelligitur emisse, & ideò contra ipsum competit ius offerendi, & comprobat D. R. de Mar. *lib* 1. *resol.* 219. & *ad Reuerter. obs.* 10. *n.* 3. & extendit etiam si creditor anterior emisset subhasta, vt in hoc casu hypothecæ posteriorum non censeantur extinctæ vbi secus quando emisset tertius sub hasta ex venditione facta ad instantiam anterioris, quidquid innuat Amat. *cons.* 8. contra quem iudicari tradit D. Merlin. *cent.* 2. *controu.* 68. *nu.* 8. & decisionem hanc D. de Marin. confirmat ex Durand. *in decis.* 445. Castil. *decis.* 91.

Nihilominus contra decis. D. mei inuehit Cons. Arias de M[illegible] *lib.* 1. *var. c.* 9. & 10. quòd cessent iura in *d. §. si* 2. & *l. posterior* quā [illegible] creditor pignus emit nō vti creditor in quo casu procedūt leges allegatę, sed vti tertius ex [illegible] *in tract. de obla.* 2. *p. q.* 11. *n.* 21. Rod. de Ann. *reddit. q.* 17. *à n.* 22. & quatenus asseritur *n.* 7. præsumptionem esse iuris. & de iure, ita quòd non admittatur probatio in contrarium, quòd cùm creditor emit non tàm dominij causa, quàm pignoris conseruandi causa intelligatur, & quòd vnus nequeat sustinere vicem duorum, assertum D. mei Mesa *vbi sup.* reiicit ex Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 121. *n.* 3. quidquid tamen subtiliter edisserat M[illegible], in praxi non potest recedi à tot decisionibus adductis, & praxi iudicandi etiam contra anteriorem creditorem ementem, satis enim est satisfieri creditori suum creditum ex D. Merlin. & D. Ma[illegible] *vbi sup.*

3 Q[illegible] adhuc si vera esset opinio postrema, saluatur decisio, quia in facto concurrebant cum præsumptione iuris alia signa quibus demonstrabatur secundum creditorem emisse, vti creditorem, quia obtulit in bonorum licitatione tantum pretii, quantum erat suum cre[illegible] satisfacto primo creditore, vt *n.* 4. ita Postius *de subhast. inspect.* 32. *num.* 3. idem si in casu euictionis reseruaret primæua iura Rota Rom. *in dec.* 136. in calce dicti tractatus, & *in dec.* 61. Adde *Cons. Hed. contr.* 40. qui *n.* 81 sentit cum *Arias de Mesa* contra D. meū nec *lex cum secūdus ff. de distract. pign.* procedit quando posterior creditor emit, non autem quando res priori creditori in publica hasta iure dominij fuit adiudicata, vt idem *num.* 77.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium l.* 2. *ff. & C. quod cum eo, non operatur in bonis possessis tempore obligationis.*
2 *Creditores quando contrahunt, videntur contraxisse contemplatione bonorum possessorum tempore obligationis.*
3 *Filius familias, licet teneatur in bonis paternis vsq; ad vnum nummum, non per hoc carcerabitur, sed fit executio contra eum nulla habita ratione, vel quòd egeat, vel non.*

DECISIO. LXX.

Filius qui vnà cum patre se obligauit non habet in bonis castrensibus aduentitijsque tempore obligationis possessis beneficium, vt non conueniatur nisi in quantum facere possit.

EX dispositione. *l.* 1. & 2. *C quod cum eo*, prouisum est filiumfamilias, qui se obligauit vnà cum patre sui iuris effectum, vel per emancipationem, vel patre mortuo, & ipso non adeunte hæreditatem, non teneri, nisi in quantum facere potest, deducto, ne egeat, dubitatum fuit, † an
1 habeat hoc priuilegium filiusfamilias factus sui iuris, vt supra in bonis castrensibus, vel quasi, siue aduentitiis, quæ habebat tempore contractæ obligationis, &
2 fuit decisum, quòd non, † quia creditores, quando contraxerunt, videntur contraxisse contemplatione istorum bonorum, tunc possessorum per filiumfamilias, ita in specie Paul. Castr. *in l.* 2. *in fin. quod cum eo* quemadmodum *dicis ibi* Pau. non habet filiusfam. hoc priuilegium in bonis paternis, quorum contemplatione contraxerunt creditores sperantes ea deuenire ad
3 filium † quia in illis conuenietur vsque ad vnum nummum: diximus tamen filiumfam. non posse ex hoc carcerari, sed contra eum posse exequi in dictis eius bonis, nulla habita ratione, vel quòd egeat, vel quòd non egeat.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio l.* 2. *C. quod cum eo. renunciatur.*
2 *Filiusfamilias, qui per multos annos stetit quin solueret, an gaudeat dicto beneficio.*

AD hanc decis. 70. adde omninò quæ ad l. 2. dico pro limitatione beneficii *leg.* 2. *C. quod cum eo dec.* 164. *n.* 6. & 7. hic author
1 † quòd si renunciator non gaudet, aliam
2 ponit *decis.* 181. *num.* 2. & 221. *num.* 2. vbi † an filiusfamil. qui per multos annos stetit, quin solueret, gaudeat dicto beneficio. Alii ponit conferentia ad hanc decisionem Ariminus Tepatus benè *in lib.* 2. *Variarum iuris sententiarum, tit. quod cum eo.* vbi hanc decisionem Præsidentis h[illegible] in decisionibus allegat, & latissimè *in eodem* 2. *lib tit. de renunciationibus.* doctissimè Vrsill. *decis.* 308. *num.* 20. 21 & *seq.* sed nota, quòd est differentia an conueniantur filii ante mortem vel post mortem parentis, ita Parisius *cons.* 94. *nu.* 46 *vol.* 1. Item nota, quòd idem sunt, exhæredari, abstinere, & cum beneficio legis, & inuentarii hæreditatem capere, quo ad hoc beneficium, obtinendum, Sa.

lic.

lic. *in l. fin §. & si præfatam, C. de iure deliberandi*, Minadous, *conf*. 17. latissimè.

ADDITIO D. RICII.

Filius qui vnà cum patre se obligauit, non habet in bonis castrensibus, aduentitijsque tempore obligationis habet beneficium, vt non conueniatur nisi in quantum facere possit, hoc dicit.

Ex hac decisione emanat conclusio, quòd filius familias, qui obligatur cum consensu patris semper tenetur, ad cuius ornatum est animaduertendum, quòd filius familias non potest se obligare etiam cum iuramento sine consensu patris iuxta dispositionem pragmaticæ *per excellentem de Senat. Consul. Macedon.* quam dispositionem procedere etiam in filio arrogato, vt voluit Rot. Rom. secunda Iunij 1599. qui pariter vtitur tali beneficio teste Seraph. *decis*. 1286. quam decisionem optimè recenset, & sequitur Nouar. *in suis repertatis ad dictam pragmaticam*, vbi nonnullas cumulat decisiones pro amplianda eiusdem pragmaticæ dispositione, subdens habere etiam locum dictam pragmaticam, si post contractum superueniat consensus patris Faber. *decis*. 1. *C. ad Senat. Consult. Maced.* Merill. *decis*. 2. *ad l. fin. eod. tit.* imò author noster *decis* 221. tenuit iuxta decretum Sacr. Cons. tali priuilegio filium familias priuari non posse per diuturnitatem temporis Affl. *decis*. 180. dixit, quòd iudicium agitatum cum filio familias absque patris consensu dicitur nullum, quam sententiam comprobauit Affl. sequendo Guid. Pap. *decisio*. 54. Cap. Tholos. *decis*. 306. Balbus *decis*. 308. necnon beneficium, de quo hic, potest opponi post sententiam ad impediendam executionem sententiæ Minad. *in consi. in aliquibus notab.* 2. *num*. 34. referens, hanc sententiam probasse Consilium Neapolitanum, per text. *in l. filius familias, ff. quod cum eo*; imò potest opponi etiam ad liquidationem instrumenti impediendam non obstante iuramento, cùm sit exceptio proueniens ex eodem fonte iuxta tradita per Præsidentem nostrum *in decisio*. 381. neque ad hanc materiam desinas videre eumdem Nouarium loco citato, vbi nonnullas alias ampliationes reportat vnà cum vtilissimis limitationibus, in quibus passim restringit illam conclusionem, scilicet filium familias non posse obligari sine consensu patris non habere locum, nec procedere in filio familias mercatore, vt fuit decisum in Sacrum Consil. die 27. Octobris 1613. in causa Annibalis de Leone cum Luca de Felice patre Michaelis de Felice, & tenuit etiam hanc opinionem Thes. *in quæst. forens. siue decis*. 79. *libr*. 4. & vide alias limitationes apud eumdem Nouarr, *loco citato*, qui optimas congerit, & de more adducit.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias obligatus cum præsentia, & consensu patris non habet beneficium C. quod cum eo respectu peculij quod habebat tempore contractus, & bonorum ex successione patris peruentorum.*

2 *Gratianus reuocat ad controuersiam decisionem, sed Authoris resolutio cum restrictione ad carcerationem adducitur.*

3 *Pragmatica de Macedoniano, an comprehendat castrensia, vel quasi edisseritur, nu.* 4.

1 Per pulchrum incidit enucleare decisionem in materia beneficij *C. quod cum eo* competens filiofamilia numquid iste iuxta formam pragmaticæ, vel statuti obligatus validè cum consensu patris factus sui iuris possit iuuari beneficio d. legis respectu peculij, quod habebat obligationis tempore, & deciditur negatiuè, itaut extraneus contrahens cum filiofamilias habente peculium obligat illud insolidum etiam patre mortuo, vel emancipatione secuta, & adempto peculio, quia creditor quando contraxit videtur contraxisse contemplatione peculij, quod tunc possidebat filius, siue castrense, siue quasi, siue aduentitium, ex Paul. de Castr. *in fin. ff. quod cum eo*, & addo Ias. *in l. frater à fratre in* 1. *lectur. nu.* 18. & *in* 2. *lectura n.* 38. *ff. de cond. indeb.* Mut. *dec.* 94. *n.* 5. Castogn. *in tract. de benef. deducto ne egeat*, & extendit Paul. vt filius nec habeat idem priuilegium in bonis paternis quorum contemplatione contraxit creditor sperans quòd illa deberent deuenire ad filium, & volunt Tepat. *var. sent. tit.* 321. *col.* 1. *ad med.* Aloys. de Leo *in l.* 2. *n.* 6. *C. eod.*

Contrarium sequitur Paris. *cons.* 94. *à n.* 52. *vsque ad*
2 55. *n.* 1. vbi quòd *l. si quis cum filio* 45. & *l.* & *ideo* 46. quas adducit pro sua opinione Ias. *in d. l. frater à fratre* procedunt quando filius conuenitur viuente patre, secus eo mortuo, tunc enim adest casus specialis de quo in *l.* 2. *ff. quod cum eo*, & *in l.* 2. *C. eod. tit.* in quibus disponitur quòd non conueniatur, nisi in quantum facere potest factus sui iuris, ex quibus controuersam esse primam opinionem tradit Gratian. *discept.* 799. *n.* 60. & 70. ipse autem agnosco decisionem magis communiter receptam, & sentit Michalor. *de duob. fratrib. p.* 1. *c.* 3. & 10 *n.* 30. cum restrictione, vt executio fiat in bonis non autem in persona, vt D. meus, & sequuntur Tepat. & alij alleg. & quòd filius non possit carcerari firmat Mauson. *de caus. execut. ampl.* 10. *nu.* 74. quamobrem viget d. beneficium, quoad hoc non teneatur de persona & non possit carcerari Paul. *in d. l.* 2. & Gratian *vbi sup. n.* 6. & 60.

Emergit quæstio, an pragmatica de macedoniano
3 comprehendat castrensia, vel quasi, & videtur negandum, nam si filiusfamilias sit miles, quamuis per militiam non liberetur à patria potestate *l.* 3. *C. de castr. pecul.* attamen respectu castrensium habetur vti paterfamilias, & in eo cessat macedonianum *l.* 3. *in fin. cum l. seq. ff. ad Macedon.* Mantic. *de tac. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 18. prout, & idem in patronis causarum, & magistris studiorum liberalium, & similibus de quibus in *l. vlt. C. de inoff. test.* & *l.* 1. §. *nec castrense, ff. de collat. bon.* Surd. de alim. *tit.* 4. *q.* 11. *num.* 11. & *seqq.* in istis etenim cessat macedonianũ *glos. in l.* 2. *ver. funguntur in fi. ff. ad* Maced. & idem est in filio clerico qui validè obligatur quoad bona, seu redditus præbendæ, dignitatis, & beneficiorum cùm ista sint peculia quasi castrensia in quibus habetur pro patrefamilias Lup. *in rubr. de donat. inter vir. & vxor.* §. 4 2. *n.* 9. Surd. *vbi sup. n.* 21. prout etiam poterit testari de quasi castrensibus sicut miles, seu aduocatus *l. fin. C. de inoff. testam.* & *fori, C. de aduoc. diuers. iud.* Bal. Salyc. & alij *in l.* 1 *vbi glos. in ver. gestum in fine C. de annon. ciuil. lib.* 11 & in terminis pragmaticæ negantem opinionem tenent Carauit. *ad eamdem pragmaticam* § 5. *n.* 5. & comprobant Cancer. *var. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 165. D. Petra *super ritu* M. C. V. 201. *n.* 3.

Contra pro affirmante opinione adducitur, quòd
4 statutum prohibens filiumfamilias obligari comprehendit etiam obligationem clerici, & ipsius peculium castrense, vel quasi Carpan. *ad constit. Mediol.* 417. *nu.* 43. Crot. Caualcan. & alij de quibus latè Muta super consuet Panorm. *ca.* 31. *nu.* 36. & in hoc articulo varias fuisse latas sententias, & iuxta negatiuam, & etiam affirmatiuam opinionem tradit Gratian. *discep.* 576. *n.* 23. & clericum esse fictè patremfalias in bonis Ecclesiasticis ait Castr. *in l.* 1. §. *alt. n.* 6. *ff. ad Macedon.* & clericus

sei

per clericatum non liberatur à patria potestate, vt in specie probat Lup *rubric. de donat. int. virum, & vxor. §. 42. numer. 12. & seq. per tex. in l. si quis in fine, C. ad tertull. & l. si patri, C. de vsufr. & l. si maritus. ff. si sol. matrim. Gratian. discept. num. 8.* & Episcopus solùm dicitur eximi à patriâ potestate ita Bart. *l. item, ff. ad Maced. Angel. in instit. quib. mod. ius, patr. pot. soluit. Ias. in l. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* vbi quod nec censetur solutus, nisi quoad fauorabilia, & ita probat D. Mucci *dilucid.* 2. respondens iuribus in contrarium adductis per D Merlin. *in controu. 99. cent. 2.* & castrensia, vel quasi comprehendi instituto, vel pragmatica tenet Christoph. Marc. *decis. sen. 25. numer. 63. D. de Marin. allegat. 107 num.* 32. & filius quamuis habeat liberam dispositionem de his bonis, hoc priuilegium esse reale, & non personale tradit Michalor. *vbi sup. p. 1. cap. 2. nu.* 13. & præcisa pragmatica filiusfamilias obligat peculium castrense, vel quasi dummodo mutuum fuerit acceptum in causam d. peculij aliàs militat exceptio Macedoniani, ita declarat Castrens. *in l. 1. §. fin. num. 3. & 4. ff. ad Maced.* Aret. *in §. item si in iudicio num. 10. instit. de excep.* Paschal. *de patr. pot. p. 1. c. 6. num.* 125. Carauitam impugnat plenè Paschal. *de patr. pot. p. 1. cap 6. num.* 38. ex eo quòd ratio pragmaticæ non sit paternum præiudicium, cũ defuncto patre, neque contractus conualescat, imò ratificatus, neque valeat ex tunc, sed nunc, ex Surd. *in decis. 245. Molfes. cons.* 43. sed ratio respicit filiorum commodum, & communem vtilitatem, ne in iuuenili ætate facilè inducantur filij ad dissipandum bona, vt aduertit *Gramat. decisio.* 12. & clericos comprehendi in pragmatica affirmat Rou. *super pragmat. de Maced. num. 42. & seq.*

Verùm ego propendeo in primam opinionem, & conuenio cum Carauit. ex traditis per Gratian. *in discept. 713. num.* 12. vbi in terminis statuti Vrbis prohibentis filiumfamilias etiam clericum obligari probat non habere locum statuti dispositionem in filio habente peculium castrense, seu quasi; neque in filiofamilias clerico, qui validè obligatur, quoad bona siue redditus præbendæ, dignitatis, & beneficium cùm ista sint peculia quasi castrensia, in quibus habetur pro patrefamilias, Surd. *de alim. tit. 4. q. 11. num. 21.* Lup. *in rubric. de donat. int. vir. & vx. §. 41. num. 7.* inconcussa semper est conclusio, quòd licet fiat executio in bonis, immunis tamen est filius in persona ex D. meo firmat Pasch. *vbi sup. num.* 25. & pro validitate obligationis filijsfamilias clerici fusè D. Merlin. *d. contr. 99. & n. 41.* verius probat clericatum à patria potestate.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamil. non potest donare bona aduentitia sine patris consensu.*
2 *Procedit etiam cum iuramento.*
3 *Episcopus non potest cogere filiumfam. donantem bona aduentitia cum iuramento, ad ipsius obseruantiam etiam factum sui iuris.*
4 *Filiusfamilias iudicatur ad instar prodigi.*
5 *Filiusfamil. de iure consuetudinis Ciuitatis Neapolis potest testari de bonis maternis, saluo patri bonorum subsidio.*
6 *Testari plus est, quàm donare.*
7 *Cui licet, quod est plus, licet quod est minus, reg. ornatur.*
8 *Filiusfam. testando, secundum dictam consuetudinem, tollit vsumfructum patri.*
9 *Filiusfamil. donando tollit vsumfructum patri secundum Neapoda, & de veritate, numer. seq. & numer. 18.*
10 *Consuetudo corrigens in vno casu ius commune, non extenditur ad alium.*
11 *Vbi conueniunt verba consuetudinis, non conuenit eius dispositio.*
12 *Consuet. vbi dos, an locum habeat in antefato.*
13 *Dos, & antefatum differunt.*
14 *Argumentum à maioritate rationis, quando valeat.*
15 *Ex duobus prohibitis vnius permissio ad aliud non extenditur.*
16 *In materia assensus strictè proceditur.*
17 *Feudum, quod filio successuro refutari potest, pignori dari nequit sine assensu.*
19 *Consuetudo Neapod. declaratur.*

DECISIO LXXI.

Filiusfamil. qui ex statuto potest de Bonis aduentitijs testari non potest eadem sine patris consensu donare.

IN causa Mag. Michaelis Cossi, cum Magn. Io. Iacobo, Cosso, fuit absq; difficultate conclusum,
1 me referente, † de iure communi filiumfamilias non posse donare bona aduentitia, in quibus pater habet vsumfructum inter viuos sine patris consensu per text. *in l. filiusfam. ff. de don. tit. generali.* Nec al quo modo de eis disponere per text. *in l. fin. §. filijs autem. C. de bon. quæ liber.* quem optimè declarat Paul. de Cast. *in l. & hæredi, §. filiofam. ff. de pact. & ibi Iacob.*

Dicebatur tamen pro parte Magn. Michaelis, conclusionem dictam non procedere, quando filiusfam. cum iuramento donasset, per *gl. in d. §. filij autem, in vers. voluntatem,* prout erat in casu, de quo agebatur,
2 in quo donatio erat facta cum iuramento: † nihilominus dictum fuit illam glossam hoc non dicere, imò benè ponderatam, dicere contrarium: ita Bal. per optimas rationes *in d. §. filijs autem fam.* & post eum Salic. Fulg. *ibidem*, qui dicit esse singulariter attendendum, quòd dicit gl. quòd iuramentum confirmet contractũ filijfam. quia intelligendum est, quando patris volun-
3 tas interuenit; † aliàs ipse filiusfamil. etiam cum iuramento, nõ posset alienare, nec factus sui iuris per Episcopum cogeretur ad ipsius iuramenti obseruantiam, ea
4 ratione, quia † filiusfamilias iudicatur ad instar prodigi, & allegat Bald & similiter Ang. *ibi,* Paul. de Cast. *in d. l. & hæredi. §. filiofam. col. fi.* optimè tangit articulum, & dicit, hanc opinionem esse veram, & pro ea consuluisse, & licet iudex iudicauerit pro validitate donationis in præiudicium filij, non patris, quòd malè iudicauit, & ex prædictis Sacrum Consilium, inspecta iuris communis dispositione, non habuit hanc limitationem pro parte Magnifici Michaelis pro vera.

Secundò dicebatur donationem prædictam valere, inspecta dispositione consuetudinis Neapolitanæ, fi-
5 lius familias, qua cauetur, filiumfam. posse de bonis sibi à matre, vel linea materna obuentis, testari, saluo patri debito bonorum subsidio, & respectu aliorum bonorum aduentitiorum iura communia seruentur. Si ergo potest testari, multo magis potest donare. argue-
6 bat vnus ex Dominis, † quia plus est testari, quàm donare, sed non potest testari, etiam cum patris consensu. *l. tàm is. ff. de don. cans. mor. gl.* & Doct. *in d. §. filijs au-*
7 *tem* † igitur ex consuetudine licet filijsfamilias, quod est plus, ergo debet licere quod est minus, vt in regula, cui licet. *l. cui pacto ff. de ser. exportan. cum concord.* per Iser. *in c. Imperialem, col. 3 in addit. vers. sed si promisit vendere,* per Ias. *in l. actionibus. col. 5. in 2. not. ff. de in litem iuran.* quod etiam comprobant auctoritate Neapol. *in d. consuet. in vers. testari in vers. sed quæro in*
8 *casu,* qui dicit, † quòd quemadmodum licitum est filio perimere vsumfructum patri debitum in bonis maternis, quando non vult, vel non potest cum patre sta-
9 re per consuet. si mulier, † ita videtur, quòd possit facere testamentum, cùm per mortem non possit ampliùs stare cùm patre, & propterea vult, dotes apud ipsam ampliùs non manere. & eadem ratione subdit, dico quòd posset disponere inter viuos.

Qui-

Quibus tamen non obstantibus, fuit decisum con-
trarium, quia consuetudo prædicta loquitur testando,
10 & sic non potest, nec debet intelligi, donando, † Et
postquam corrigit ius commune in vno, hæc correctio
non est trahenda ad aliud l. præcipimus. C. de appel. &
& legum correctio est euitanda in quantum fieri po-
test, vt iur. vulg. & in materia consuetudinum Neapod.
idem Neapod. in consue. si quis habeat, in vers. l. si quis,
dicit quòd iura cōmunia multis vigilijs adinuenta, tot
que consilijs condita, tolli nō debent, nisi rationabilior
sit ratio in tollendo, quàm in statuendo, & idem di-
cit Neapod. in consue. si aliquis moriens in verbo relin-
quere, vers. neque enim credendum est f. 37. in antiquis
& idem Neapod. in vers. & maternorum. vers. sed an
hæc cōsuetudo, dicit in casibus ommissis seruari ius cō-
mune. l. si verò §. de viro ff. sol. matr. cum concor. & cō-
suetudines prædictæ stricti iuris sunt, vt aliàs est plenè
dictum, & dicit Neapod. in consuet. viro mortuo. in gl.
in vers. item videtur contra, & quòd non extendantur,
idem Neap. in consuet. vbi reperitur in gl. vers. instru-
mentum. & in fin. consuet. in causis. in gl. 1. vers. sed qui
in criminalib. & ibid. in vers. ciuilib. & an consuet. si
rusticus. in vers. semel. & in consuet. si quis emit. in
vers. emit. idest col. vers. item quia consuetudines, & in
eadem consuetud. vers. possidet. cir. prin. & in consue.
mulier. de dotib. in vers. quib. liber. vers. sed quid si filij,
& in consu. dos, & quart. in vers. instrumento. vers. sed
11 quid si. Preterea dicebatur, † verba consu. nō conuenire
dispositioni inter viuos, quia dat facultatem testandi,
relicto patri debito bonorum subsidio, quod bonorum
subsidium datur tempore mortis, & non adaptatur ad
donationem inter viuos, & succedit alia regula, quòd
vbi non conueniunt verba legis, nec conuenit disposi-
tio. Item in materia earumdem consuetudinum aliàs
12 fuit plenè discussum, † si consuetudo, quæ incipit, vbi
dos, qua disponitur, promittentem dotium restitutio-
nem posse cogi insolidum, non obstante, quòd de iure
communi non possit conueniri, nisi in quantum facere
potest, si habet locum in antefato. Et tamen ea ratione,
13 † quia aliud est dos, & aliud est antefatum, & consue-
tudo non loquitur nisi de dote, per tex. in d. l. commo-
dissimè. ff. de libe. & posth. & iura similia refert D. Fęlix
de Rubeis. Regius Consiliarius in apostilla, in consuet.
vbi dos, fuisse decisum in causa Angelæ Bonæ cum
Francisco de Theris, consuetudinem prædictam locum
non habere, sed esse seruandum ius commune, hinc est,
quòd consuetudo prędicta non habet locū in Corredo,
vt dicit idem Neapod. in consu. si mulier. in verbo. Cor-
redum, dico consuetudinem admittentem probatio-
nem dotis per testes, & idem in consuet. Ita quod in gl.
in verbo, sicut, nec alijs contractibus inter vir. & ux. vt
dicit idem Neapod. in consuetud. vbi dos 1. gl. vers. se-
14 cus si ex alijs. † argumentum à maioritate rationis, su-
per quo maximè se fundabat vnus ex Dominis in hac
materia, fieri potest: tàm quia in correctorijs. iux.
not. in auther. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles.
tum etiam ex alia ratione, quia postquam ex disposi-
tione iuris communis filiofamil. est prohibitum v-
trumque scilicet testari, & donare, modis supradi-
15 ctis, † concesso vno, etiam quòd sit plus, non censetur
concessum, quòd est minus, hac ratione vtitur Andr.
in d. c. Imperialem, ver. ratio videtur. & licet And. ad
hoc aliquid non alleget, poterat ad hoc allegare text.
in l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de reb. eorum. Prout
aduertit Camer. in repetit. d. c. fol. 49. col. 1. litter. E.
vbi dicit esse casum formalem, licet Andr. non alleget,
qui magnus fuit obseruator litteræ. ponit plura Frec.
in tract. feu. in 9. q. f. 134. cum concor. infra dec. 302. col.
16 fin. vers. dicebatur num. 13. † Et licet loquatur in ma-
teria assensus, in qua strictè proceditur, vt per eosdem
ibi, idem tamen erit in materia, de qua agitur, in qua
similiter strictè proceditur, vt sup. dictum est, & mi-
litat ratio tex. & And. quæ fundatur in prohibitione v-
triusq; & permissione vnius, quod etiam clarum And.
dicit magis infra, in vers. verius videtur, ad quod etiam
17 facit, quod aliàs decisum fuit, † quòd quāuis pater pos-
sit filio proximè successuro refutare feudum sine assen
su, iux. tex. in §. & si libellum, de alie. feu. pat. tamē sine
assensu non poterit pignori dari, quamuis sit minus, re-
probata opinione Parid. de Put. in tract. de rei. feu. in c.
mulier habens fo. 138. & in c. quia communiter, fo. 139.
quia in hac materia non valet argumentum de maiori
ad minus, & per prædicta pulchram quæst. absoluit
Aurel. Corbu. in trac. ex quib. cau. emph. iure suo priue-
tur, in tit. de cau. priu. ob alienationem irrequisito do-
mino factam, in 7. q. per totam. Nec auctoritas Neap.
obstat, postquam prædictæ rationes obstant eius opi-
nioni, nec rationes, quib. mouetur Neapo. ad conclu-
dendum, quòd filiusfam. testando, perimit vsumfru-
ctum patri, vel quando non vult, vel non potest stare
cum patre, procedunt in donatione inter viuos, in qua
per consuetudinem non est data facultas donandi, quia
donando filiusfam. pater non habet æquiualens, prout
est, quando filius testatur, & moritur, ad quod tendit
prima ratio Neapo. Item quando filius non vult, vel
non potest stare cum patre, licet priuet patrem vsufru-
ctu; nihilominus non priuatur eo modo, quo si pater
non haberet, vnde se aleret, prohiberetur pater habere
recursum contra filium, quemadmodum filius contra
patrem, quando ei alimenta non sufficerent dotes ma-
ternæ secundùm Neap. in consu. si quis habet. in ver. &
maternorum, ver. sed an restituta dote. Dictum igitur
18 fuit, † consuetudinem corrigere commune, quando
filiusfam. testatur, & priuare vsufructu patrem, quan-
do nollet, vel non posset stare cum patre: donando au-
tem quia consuetudo non loquitur, non extendi etiam
ex maioritate rationis. Quemadmodum idem Neapo.
dicit in gl. prædicta, in vers. & maternorum, vers. sed
an hæc consuetudo corrigat ius commune, consuetudi-
nem prædictam non corrigere. l. 1. & 2. C. de bon. ma-
ter. quod etiam dicit in consue. vbi dos in verbo. facere
potest, ver. sed distinguere, quòd si filij stant cū patre, nō
corrigitur si nolint, aut non possint, tunc corrigi, & po-
stea subdit, consuetudines prædictas esse factas sub cen-
sura rationis, esseq; euitandam ll. correctionem, vt in
Auth. de hæred. ab intest. in princ. & ex hoc etiam quæ-
stio, de qua agebatur, quando opinio Neapod. esset ve-
ra, poterat decidi, quia in processu apparebat hunc do-
nantem tempore donationis stetisse, & stare cum pa-
tre, quo casu vsusfructus erat patris, & sic non potuis-
set donare, etiam in præiudicium sui ipsius, per tex. in
d. §. filij autem declaratum per Pau. in d. §. filiofa. ff. de
pact. & consuetudinem in casu prædicto non corrigere
ius commune, idem Neap. dicit vbi sup.

Præterea est aduertendum, quando de nouo casus
19 occurreret, † quòd dici posset consuetudinem Neapo-
litanam, prouidendo, quòd filiusfamilias posset testari
de bonis maternis consuluisse casui difficiliori, cui non
poterat consuli per hominem, quia nec cum consensu
patris, filius testari poterat non consuluisse autem dis-
positioni inter viuos, quia pater consentiendo donatio-
nem inter viuos validam reddere poterat, & ideo de
de vno casu ad alium non extendendam, & dici poterit,
quòd consuetudo voluit prouidere in actu necessario
in mortis articulo, non autem in actu voluntario, vt
esset donare, & morientium voluntatibus semper esset
fauendum. l. 1. C. de sacrosan. eccl. & magis est succur-
rendum ei, qui facit actum ex necessitate, quàm ex vo-
luntate, ex regula. l. si fideiussor, §. si necessaria. ff. qui sa-
tisd. cogantur.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. Adde Ann. Sen. alleg. 73. n. 2. par. 2. D. Ca-
rolum Tapiam Reg. Conformatissimum in auth.
ingressi f. 382. n. 6. C. de sacrosf. eccl. D. de Bottis qui me-
minit huius decis. in add. ad Neapo. in Consuetud. si fi-
liusfam. fol. 188. in notis.

Num. 17. Adde omnino D. de Ponte in tract. de po-
testate Proregis à fol. 369. n. 4. cum seq.

AD-

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Cautela testandi pro filiosfamilias, remissiuè.*
2 *Testamentum filiisfamilias in bonis maternis, an sustineatur in aliis bonis non maternis, & num.11.*
3 *Donatio causa mortis, cui magis assimiletur, contractui, aut vltima voluntati.*
4 *Filiusfamilias quare testari prohibeatur, & num.6. & num.10.*
5 *Filiusfamilias quare testetur de acquisitis Ecclesiæ intuitu.*
7 *Filiusfamilias potest habere bona.*
8 *Testamentum clerici filijfamilias, instituentis alium clericum, an discutiatur super validitate coram iudice Laico, vel Ecclesiastico, si est conditum in Regno Regis, vel Pontificis.*
9 *Notarius Apostolicus an conficiat testamenta, vel instrumenta in Regno.*
10 *Testamentum filijfamilias valet quo ad alia bona, etiamsi testetur de castrensibus.*
12 *Contractus an in testamento fiant, & sustineantur.*
13 *Testamentum licet irritetur, contractus non, corruit.*
14 *Contractus retinet naturam suam, & licet testamentum reuocetur, contractus tamen reuocari non potest.*
15 *Talis contractus probatur testibus duobus, sicut, & alij contractus & non ad instar testamenti, quod septem testium probationem exigit.*
16 *Factio testamenti an probetur duobus testibus, & nu. 20.*
17 *Et an testantis voluntas, vel solemnitas, & n.20.*
18 *Testamentum probatur septem testibus, aliàs non defertur iuramentum suppletorum, si vnus deficit.*
19 *Quando, & quibus casibus testamentum valeat cum minori numero testium.*
21 *Voluntas testantis, quomodo heredis confessione probetur.*
22 *Testamentum an instrumento probetur.*
23 *Testis vnus ex scriptis in testamento clauso, dicens se non audiuisse Notarium stipulantem, non impedit reassumptionem ipsius.*
24 *Filiusfamilias donans, an possit donata reuocare absque consensu patris.*
25 *Codicilli filijfamilias an valeant absque patris consensu.*

AD hanc decis. 71. Adde quæ supra *decis.* 4.
1 Testamentum. Et † cautelas testandi pro
filiosfamilias, vide per Cæpol. *cautella* 113.
incip. Filiusfam. & Io. Durand. *de arte testandi, titulo de testamentis*, & qui testari possint. Et
ad materiam, §. *filijs autem*, adde omnino Cardinalem
Parisium, *cons.157.nu.4.vol.5.* & plura conferentia ad
hanc decis. vide per Mangrellum *in l.tàm is, ff. de donationibus causa mortis.* & de Bottis *in l.fi.C. de bonis.
quæ liberis*, latissimè, vbi de hac Consuetud. Neapol.
2 dicunt, & quærit ille Mangrel. quid si † in testamento
filijfamilias de bonis maternis, extent alia bona non
materna, vtrùm testamentum sustineatur in alijs & di-
3 cit quòd non valet, nisi in maternis solum. An autem †
donatio causa mortis assimiletur magis contractui,
quam vltimæ voluntati, Boer. *dec.34.n.12* & Clarus *libro Recept.sent.§.donatio causa mortis, quæst 2.n.1.* di-
cunt contractus naturam habere. Marsilius *Sing.* 136.
& Clarus, *in §. donatio quæst.5.* dicunt vltimæ volun-
tatis naturam sequi, ipsamq. opinionem communiorē
esse, sed tu omninò vide de hac quæstio. quæ multùm
potest prodesse, & obesse Hieronymum Ceuallos, *nouissime libro communium cōtra communes quæst.695.
incip. Notabilis per sex columnas hanc quæst. optimè*
4 *tractantē*. † Quare autē filiusfamilias testari prohibea-
6 tur, & quæ sit ratio † an filiusfamilias Clericus
5 testetur de acquisitis Ecclesiæ intuitu, vltra DD. *in §. fe-
nium.C.de testam.* omnino vide eumdem Ceuallum,
in dicto libr. latissimè disputantem *in q. sua 388. incp. i
Quæstio ad quam dico*, qui per 11. col. explanat, &
tandem num.4. ex opinione Baldi dicit, ideo † filium-
familias testari non posse, quia bonis, caret, & testan-
di actus esset inutilis; sed hæc ratio meo iudicio non
7 satiat intellectum; † quia filiusfamilias posset habe-
8 re bona. & tamen testari non valet. Adde † an testa-
mentum Clerici filijfamilias instituentis alium Cleri-
cum discutiatur super validitate coram iudice Laico,
vel Ecclesiastico, si est conditum in Regno Regis, &
conditum in Regno Pontificis. Capic. *dec.*201. vbi an
9 † Notarius Apostolicus conficiat instrumentum, vel
testamentum in Regno nostro, & Afflict. *in decis.*245.
10 & Anna *Sing.* 246. *Vt filius*. De conclusione quòd †
filiusfamilias non testetur, vide nouissimè post Viuium
in libro communium, in verbo filiusfamilias, omninò
Ioseph. Ludouic. *lib.1. conclusionum, conclus.61. incip.
filiusfamilias*, qui ampliat octo modis, & restringit re-
11 gulam in tribus casibus, & inter alias dicit, quòd † fi-
lijfamilias testamētum valet, quo ad alia bona, etiam-
si testetur de Castrensibus cum ipsis, & allegat Natam.
cons.406.num.15.& seq.vol.2. & sic videtur contradi-
12 cere nostro Mangrel. vt princ. decisionis dixit. An †
autem contractus in testamento fieri possit, & sustinea-
tur, satis dixi in Brachilogia legum, *ad glos.§ fin. in l.
haredes palam.ff.de testamentis.* sed Ioseph. Ludouic.
*concl.*60. quæstionem ipsam tractat, & dicit tria notan-
13 da. Alterum, quòd † licet testamentum irritetur, con-
14 tractus tamen non corruit. Alterum † quòd contra-
ctus retinet naturam suam, & licet testamentum reuo-
15 cetur contractus reuocari non potest. Aliud, quòd †
iste contractus probari potest duobus testibus, sicut alij
contractus, & non sicut testamenta, quæ septem te-
16 stium probationem exigunt, & ibi, an † factio testa-
menti duobus testibus probari possit, ex decisione Af-
17 flicti 176. *num.*11. † An testantis voluntas, vel solem-
nitas, de quo Crauetta, *cons.65.1. vol.* & Plotus *cons.
5.num.4.* & ideo Crauetta *cons.*25. dicit, testamentum
18 † probandum septem testibus, aliàs non deferri iura-
19 mentum suppletorium si vnus deficit, † quando &
quibus casibus testamentum valeat cum minori nu-
mero testium vide Boer. *dec* 228. Iul. Clarus *in §. testa-
20 mentum, quæst.55. & tract. de testibus*, † quòd autem
voluntas, & solemnitas testamenti sit probanda se-
ptem testibus, & quòd sit factum testamentum duo
testes sufficiant, Crauet. *cons. prædicto* Bartol. vbi Mo-
dern. Parthenopæi. & alij, *in l.2.C.de bon. poss. secund.
tabul.* Afflict. *decis.*166. Cassaneus *in consuetud. Burgund. titul. des successionis, rubr.7.8. & 14. Glos. fin.* Mi-
21 nadous, *dec.*41. † quomodo voluntas testatoris confes-
sione hæredis probetur Afflict. *dec.*337. *numer.*8. quòd
22 † testamentum instrumento probari possit, Guido Pa-
23 pa, *dec.* 331. Vnus † testis ex scriptis in testamento
clauso dicens, non audiuisse Notarium stipulare te-
stamentum ipsum, non impedit reassumptionem ip-
sius, Capicius *decisio.* 192. Ad numer.4. ibi: consuluis-
se, adde quòd pro hac opinione consuluit Purpura-
tus, *consil.396. numer.38. volum.1.* doctissimè. Ad
numer.6.de l.tam is, adde Guidonem Papam *decisio-
24 nem* 223. vbi † an filiusfamilias donans, possit donata
reuocare absque consensu patris. Ad nu.12. ibi, item
in materia Adde Præsidentem infra, *decis.182.num.2.*
Ad num.13. Adde Caualcanum, *decis.30.num. finali*,
par.3.ad num.7. Adde quæ *supra decis.*3. & infra decis.
25 101. de testamento filiæfamilias, & filij. Adde † quòd
nec codicilli filij familias absque patris consensu va-
lent: Thesaurus *decis.*150. Roland. *cons.168.vol.4.* no-
uissimè Mororius Præses, *responso 19. incip. in causa
perillustris*, & testamentis filiorumfamilias, Tepatus
nouiter *lib.2.var.iuris sententiarum, in tit. de testam.
filijfamilias.* Ad numer.10. huius decis. Adde quòd hic
Præsidens *in dec.91.nu.14.* aliter videtur sentire, quòd
filius

filius possit disponere inter viuos, & perimere vsumfructum patri; sed id non est verum, sed quod hic dicitur, & ideò videndum dico Pinel. *in tit. de bonis maternis*, dicentem latè super hoc. Ad hanc decisionem adde, lector, Purpuratum, *consf.396.n.38.vol.1.* & de hac decis. meminit Afflictus *tit. de donat.num.222.col.3. in medio.*

ADDITIO D. RICII.

Filiusfamilias, qui ex statuto potest de bonis aduentitijs testari, non potest eadem sine patris consensu donare, hoc dicit, & ratio decisionis ea esse potest, nam filiusfamilias non potest alienare proprietatem illius rei, in qua pater habet vsumfructum sine voluntate patris, vt nec iuramentum obstet, ita Doct. *in l.non solu n.§ filijs autem. C.de bonis quæ liber.* Paul.de Castr. Alex *in l.hæredi §.filiofa.ff.de pact.* Corn *in consil.75 1.vol.4* Curt.iun.*cons 152.volum.2.* secus est tamen quando filius acquirit à patre, nam quando pater donat filio immediatè quæritur filio pleno iure, adeò vt pro suo libito disponere potest. Glo. *in l.si quis pro eo. §.1.ff. fideiuss.* & pleno iure est filij, ita dicit Bart. & Imol. ibi tex. autem *in d.§.filij* loquitur in reb. quarum vsusfructus patri quæritur, & ideò, si sumus in donatione facta filio a patre, in qua nullus vsusfruct. patri quæritur, sed pleno iure est filij, conclusio principalis non procedit, & sic limitatur conclusio decisionis prædictæ per ea quæ tradit Anna *alleg.73.* vide etiam ad materiam ea quæ tradit latissimè Mang. *in d.l.non solum §.filijs autem & in l.1.C.de sum.Trini.& fid.Cat.* & an idem procedat in filiofamil. clerico beneficiato vide Aret. *in §.filiusfamilias institutio. quibus modis pat. potest. soluit.* & casus in quibus filius potest agere sine consensu patris habes penes Specul. *in tit. de actore.§ 1. vers. sed numquid filius.*

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias non potest donare bona aduentitia in quibus pater vsumfructum habet sine patris consensu etiam cum iuramento, & quid si pater non habet vsumfructum, n.2.*

3 *Testari non potest filiusfamilias cum consensu patris; sed consensus ad testandum sufficit ad donandum causa mortis.*

4 *Attenta consuetud. Neap. potest filius de bonis à matre, & linea materna obuentis testari.*

5 *Consuetud. Neap. cauens, vt pro dote restituenda vir insolidum teneatur cessat in antefato, sed P. Merolla impugnat D. Præsidem.*

6 *An procedat argumentum D. Præsidis desumptum ex l.si pupillorum, §.si prætor. ff.de rebus eorum.*

7 *Feudum non potest dari pignori proximè successuro sine assensu, sed R.de Ponte contra stat, & an venditum cum assensu resoluatur in refutationem, n.8.*

1 Claudicantem sunt qui spectant hanc decisionem haud inferioris gloriæ Authores opponentes D.meo, qui firmat aliqua asserta omnino certa, alia incerta; stabilis est prima cõclusio filiumfamilias non posse donare bona aduentitia in quibus pater habet vsumfructum etiam cum iuramento sine patris consensu, cùm secundum veriorem, & communiorem opinionem donatio non conualidatur per ius iurandum, et enim per legem interdicitur administr. filiofam. ad instar prodigi, & pupilli quorũ iuramentum non valet, & filius habet alimenta à patre, vnde non potest subesse iusta causa, quare debet prosilire ad alienationem, vt concludit Bal. *in l.vlt.§ filius*, vbi Angel. Fulgos. & alij, *C de bon quæ lib.* Rot. per Cæsar. de Graf. *decisio.2.alias 130.de donat.* & post alios Gratian *discept.781 nu.3.*

Ampliatur, & si pater non habeat vsumfructum,
2 quia eum remiserit: Ruin. *cons.24.* quem sequitur Rota per Cæs.de Graf. vbi sup *dec.2.alias 150.n.6.de don.* Crass. *in §.donatio causa mortis q 3.nu.1.* & quamuis alij relati per Surd. *cons.116.lib.1 n.21.* contrarium teneant, intelligi debent quando à principio non fuit acquisitus patri vsusfructus, nec potuit illi acquiri, tunc enim potest filius donare huiusmodi bona, secus quãdo sumus in aduentitijs in quibus pater potuisset habere vsumfructum si voluisset, & illo priuatur sua voluntate, vel ex dispositione legis, nam tunc filius non poterit aliquid facere absque consensu patris, sed illius auctoritas requiritur in signum repudiationis, vt distinguit. Castil. *de vsuf.c.3.n.15.* latè Barbos. *in l.3 n.7. & 8.sol.matr.& in l.2.§.quod si in patris n.19.ff.eod.tit.* Gratian, *vbi sup.n.9.* cui non assentior quatenus ex Menoch. *de recup.poss.rem.15.n.198.* indistinctè sentit cõsensum patris semper esse necessarium in aduentitijs ratione potestatis patris ex traditis *in obs.4.* & tenent Cravet. *consil.84.& 92.per tot.* Clar. *§. donatio.q.6.vers. aut quæris*, & in donatis à patre cum iuramento vti pleno iure quæsitis filio tenent gl. & communiter Doctores in *l.frater à fratre.ff.de cond.indeb.* in quo pensitandum esset dum non solùm pater remisit, & donauit vsumfructum, sed etiam proprietatem, sed quia in donando passim conceditur facultas ad disponendum, & alienandum opinio glosæ tutius procedit.

Filiusfamilias testamentum facere nequit de iure
3 communi etiam cum consensu patris, sed mortis causa potest cum patris consensu, vt post alios Thesau. *dec.150.n.16.* & reiecto Cumano tradit Paschal. *vbi sup.n.105.* & quia *in obs.4.* dixi in donatione causa mortis requiri expressum consensum patris, & generalis non sufficiat, modò ipse censeo consensum patris ad testandum sufficere ad conualidandam causa mortis donationem ex Bal. *in l.1 nu.10.C.de sacr. Eccl.* Guglielm.de Benedi. *in c. Raynutius ver. matrem n.26.de testam.* ne testandi verbum sit inutile, & frustratorium dum filius, nec potest testari consensu patris.

Consuetudinario iure Neapolis attento potest filius
4 familias testari de bonis maternis, vel à linea materna obuentis saluo patri bonorum subsidio, & respectu aliorum bonorum iura communia seruantur nihilominus quamuis possit filius testari quod est maius, non potest donare, quod est minus, quia consuetudo vti correctoria iuris communis non est trahenda ad aliud *l.præcipimus, C.de appell. ita latè n.5.& seqq.* præterea quia verba consuetudinis non conueniunt dispositioni inter viuos, quia dãt facultatem testandi relicto patri debito bonorum subsidio, quod datur tempore mortis, & non adaptatur ad donationẽ inter viuos, & D. meus comprobat alijs similibus, quæ discutiuntur.

Arguit primò, ex eo quòd consuetudo Neapolitana
5 cauens, vt pro dote restituenda maritus insolidum teneatur, vt ex *consuet.incip.vbi dos* cessat in antefato, quia aliud est dos, aliud antefatum, & consuetudo non loquitur nisi de dote per *tex. in l.commodissimè, ff. de lib.& posth.* & decisum refert. Cont. Felix de Rub. allegatus num.13. sed P. Meroll. *to.2.Theolog.moral.disput.6.de priuil.dub.8.nu.64.* contrarium probare nititur, ex eo quòd consuetudo est fauorabilis, & lex sit præiudicialis vxori, sed nihilominus pro D. meo depugnat Donad. *in tractat. de renunciat. tom.1. capit.25. numer.27. vsque ad 33.* vbi ita refert decisum in S. C.

Ratiocinatur insuper D. meus *n.11.* ad confirmatio-
6 nem sui assũpti, quòd cõsuetudo Neap. concedens filiofa-

liofamilias facultatem testandi non extendatur ad actum donandi bona materna à simili ex *l. si pupillorũ §. si prætor ff. de reb. eor.* vbi permissa venditione per prætorem rei pupillaris non venit pignoratio, quia aliud fecit quàm quod è prætore decretum est, & propterea cùm aliud sit vendere, & vtrumque sit per legem prohibitum, merito concessa venditione non venit pignoratio. & licet aliàs verbo venditionis comprehendatur pignoratio *glos. in l. §. eam rem, ff. quæ res pign. oblig. non pig.* hoc intelligitur, largè secus strictè de propria verbi significatione Alber. & Cyn. & alij *in l. fin. C. de reb. alien. & non alien.* vnde cùm simus in materia rigorosa. & stricta, & de vnoquoque actu adsint specificæ prouisiones, & præterea consuetudinum verba sint strictè intelligenda Neapo. *in consuet si quis emit* consequenter filius, & si inspecta consuetudine possit testari non poterit donare, sed occurri potest huic motiuo, quòd in *d. §. si prætor* non fuit admissa pignoratio, quia erat nociua, & vtilius erat vendere, vt Barbos. *in 3 p. rubr. sol. matr. n. 77.* Acosta latè *de priuileg. credit. regul. 1 ampl. 3. & nu. 77* & aliàs prout pater potest vendere filium ob famis necessitatem, ita iam poterit pignorare Pinell, *2. p. C. de bon. matern. nu. 25.* Auiescua *in tract. de potest. in se ipsum lib. 2. c. 14. num. 27.* Paschal. *de patr. potest. p. 1. c. 1. nu. 10. & est gl. in l. 2. ver. vendiderit in princ.* vbi Salyc. *C. de patr. qui qui filij distrax.* Couar. *lib. 3. var. cap 14. n. 4.* Gratian. *discep. 580. nu. 5. & 6.* vbi firmat licere arguere de maiore ad minus *l. non debet de regul. iur. & c. cui licet eod. tit. in 6.*

Argumentatur vlterius à simili de refutatione feu-
7 di, quam potest facere pater filio proximè successuro sine assensu, iuxta *tex. in §. & libellum de alien. feud. pater.* tamen sine assensu non potest pignori dare, quãuis sit minus, quia in hac materia non procedit argumentum de maiori ad minus, vt absoluit quæstionem Corbul. *in tract. ex quib. caus. emphit. iur. suo priu. intit. de caus. pri. ob alien. irreq. & cap. 7. 9.* & ita decisum aliàs testatur D. meus *n. 17* addo Frecc. *de subfeud. p. 2. q19.* Gratian. *discept. 580. n. 9.* & iuxta hanc opinionem decisum testatur in Collaterali Consilio R. Reuert. *decis. 244.* vbi D. R. de Marinis tradit ita consuluisse, & comprobat Montan. *controu. 13. num. 9.* Verumtamen contrarium audacter tuetur R. de Pont *de pot. proreg. tit. 8. §. 6. nu. 19.* expressè tradens articulum in hoc loco non fuisse disputatum, sed cursim relatam decisionem, & de Pont. *commendatur* per P. Merlin. *cent. 2. controu. 57. num. 15. & seq* & pro opinione, vt feudum possit pignorari proximè successuro sine assensu, arguitur nam refutatio in se comprehendit omnem alienationem Bern. *in c. 1. de eo. qui sibi, hæred. suis, & in c. 1. agnat. n. 9.* & sicut prohibita alienatione est etiam prohibita pignoratio *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* & hoc etiam in feudo secundum Andr. *in cap. Imperialem 1. col. de prohib. feud. alien.* per Feder. ex eadem regula permissa alienatione est permissa pignoratio, prout edisserit idem Andr, alia enim quæstio est, an permissa venditione erit permissa pignoratio, & verum est non venire, nec procedere argumentum à maioritate rationis ex Freccia *vbi sup.* & securè in materia assensus rigorosa, aliud quando concessa est alienatio quandoquidem pignorans alienare dicitur, vt per Alciat. *in l. alienatum. ff. de verb. signif. in dict. l. fin. vbi glos. in specie vel hypothecam*, & glosam ponderat Salyc. qui tradit aliàs fuisse dubiam quæstionem, quia pignus adhuc in dominio venditionis manet, sed textus in prohibitione alienationis interpretatur venire pignorationem, quamobrem siue prædictum verbum stet prohibitiuè, siue permissiuè, semper idem verbum erit, & eadem interpretatio ab intellectu iuris, imo permissionis causa est fauorabilior, quã prohibitio Giurb, *ad consuet. Messan. c. 14. gl. 4. num. 2.* & quando hoc verbum profertur à lege tunc venit pignoratio, ita declarat *tex. in dict. l. fin.* Cynus quamuis in permissione hominis secus sit, vt alienatio ab homine permissa non extendatur ad pignorationem, quia pignus tamquam in dominio debitoris manens non potest dici alienatum, & assensus hominis longè differt ab assẽsu legis, & non licet arguere de vno ad alium ex Andr. & Camer. perbellè Gizzarell. *dec. 74. per tot.*

Proxima est quæstio, an pater dicatur refutare feu-
8 dum filio proximè successuro, si illud ei vendiderit, ratio dubitandi est, nam refutatarius, non dicitur de nouo feudum capere, sed quæsitum à maioribus capere gl. Bart. & alij *in c. 1. §. fin. de feud. cognit.* modò si filius emerit à patre feudum, non esset quæsitum capere, sed de nouo acquirere Tiraq *de vtroque retract. §. 32. gl. vnic. numer. 33.* & bona obuenta filio ex causa emptionis dicuntur de nouo quæsita Neapod. *in consuet. si aliquis moriens num. 16* præterea refutatarius consequitur dominium à primo seu si acquisitore, quod cessat quando emitur: partem istam tenent Loffred. *in cap. 1. de alien. feud. pat. & cons. 3. nu. 18.* Lanar. *in con. 18. n. 3.* Camill. de Med. *cons. 49.* Contrarium verius videtur, quia refutatio in se compræhendit omnem alienationem, & quemcumque contractum gestum cum immediate successuro, And. *in c. 1. de [illegible] qui sibi, & suis hæred. n. 1.* & alienare vetitus extra familiam licite alienat in proximiores de familia, quocumque contractu, tàm ex causa lucratiua, quàm onerosa *l. voluntas* vbi Bar. Bal. Paul. de Castr. *& aly, C. de fideicom* vnde Iacob. de Beluis. *post glo. in c. 1. §. sed etiam res per quos fiat inuestit.* affirmat feudi venditionem valere factam proximè successuro. R. de Pont. *de pot. proreg. in tit. de refut. §. 1. 61.* qui ita pluries iudicatum testatur, & R. Galeot. *lib. 2. contr. c. 6. n. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Decretum de filiisfamil. sine consensu patris non obligat, & Notarijs, obligationes illorum recipientibus an habeat locum etiam in filijsfam. se obligantibus extra Regnum, & num 6. decisio.*
2 *Prohibitus contrahere an extra territorium contrahere possit, & num. seq.*
4 *Externus statuti ignarus, excusabilis est.*
5 *Decreti prædicti declaratio.*

DECISIO LXXII.

Filijfamilias obligantes se extra regnum, an iuuentur decreto regni annullante acta, & prohibente notario receptionem obligationis.

1 IN hoc Regno adest decretum, quod pro lege seruatur, prohibens, Notarios, quòd non recipiant obligationes filiorum familias, sine patris consensu, vel sint emancipati, vel seorsum à patre habitent, cum speciali familia: verùm prouisum fuit alio decreto, Notarios excusari, si filij familias se patresfamilias asseruerint, quamuis mendacium dixerint, & esse partibus contrahentibus imputandum, verùm acta non teneant. Accidit, quòd Fabius Cotugnus, dum esset in Hispania, fideiussit pro Illustriss. Marchione Illiceti, apud quosdam exteros vnà cum D. Antonio Burges, qui D. Antonius postea soluit creditoribus, & obtinuit cessionem, cuius vigore agit in Sacrõ Consilio contra dictum Fabium, qui opponebat esse se filiumfamil. & sic non teneri virtute dicti decreti; fuit dubitatum, an benediceret? Pro solutione huius dubitationis allegabatur pro dicto Fabio decisio Bart. *in l. ex Castrens. ff. de castrens. pecul.* vbi
2 Bar. ponens quæstionem, † quòd filiusfam. non possit
3 contrahere sine consensu patris, † an possit extra territorium contrahere, decidit, quòd non, per ea quæ ipse allegat. Allegabantur etiam rationes relatæ per Pet. de Anchar. ex mente D. Zachariæ de Triuisanis, exi-

xiiij Doct. in repet. *cap. canonum statuta, in 12. princip. quaest. de consti.* quas etiam reassumit Tiraq. qui alios congerit, *in tract. connubial. in gl. de sen. mari. in 26. quaest.*

Sed contra istam opinionem dicebatur ex mente Fran. de Aret. *in cons. 74.* qui loquens in Regno Neapolitano dicit, aliud esse, quando statutũ prohibet personam simpliciter testari, & tunc procedat opinio Bartoli tàm *in d. l. ex castrensi,* quàm *in l. cunctos populos, in 6. quaes. in 3. cap. de summa Trinita.* aliud verò, quando est probibita persona testari, nisi cùm certis solemnitatibus, & tunc procedit primum caput decisionis Bart. *in d. q. 6.* Sed respondebatur hoc esse expressè contra dicta Bart. *in d. l. ex castrensi,* contra opinionem D. Zacchariae, quam sequitur Anchar. qui ponunt quaest. quando est quis prohibitus testari, nisi cum certa forma, & quòd dictum Bart. *in d. q. 6. in primo capite loquitur,* quando fieret statutum, quo daretur certa forma pro testamentis, & contractibus nõ inhabilitando aliquod genus personarum, sed statuendo super contractibus, & sic sunt clara verba Bart. non autem quando inhabilitatur persona simpliciter, prout dicitur in tertio casu; vel inhabilitando, nisi cum certa solemnitate, prout loquitur *in d. l. castrensi.* Et hoc in specie contra consilium Aret. considerat Hieronymus Gabr. *in 1. volum. consiliorum cons. 1. penul. & fi. colum.* vbi subdit, opinionem Bar. *in d. l. ex castrensi,* debere haberi pro communi opinione, & in hoc etiam residet Andreas Tiraquellus in loco praedicto, & inter Dominos de Sacro Consilio fuit aliqualis discussio, quia aliqui intelligebant Barto. prout Aret. in consilio praedicto, *& in cons. 54.* & isti ijdem Domini subdebant, quòd quando de hac opinione dubitaretur, erat tenenda distinctio eiusdem D. Zacchariae, qui limitabat, opinionem praedictam non procedere vbicumque exterus haberet ignorantiam istius statuti, quem refert, & sequitur Petrus de Anchar. *in d. rep. c. primi. de constit. in d. 12 q. principali.* Alexan. *consi. 41. vol. 5.* & Rocchus de Curte, *in c. fin. de consuet.* & videtur adhaerere Caccialupus *in rep. d. l. cunctos populos, col. 49. vers. limitamus tamen, nu. 106.* sed contra istam opinionem videtur tenere Tiraq. *vbi sup.* non habita hac distinctione, si lex annullaret actum, non esset curandum de scientia,
4 vel ignorantia, & maximè, † quia si secus diceretur, sequeretur, quòd si in Regno cõtraheret exterus ignorans huius decreti filiusfam. ligaretur, cuius contrarium omnes tenent *in d. l. cunctos populos.* & hanc opinionem tenebat vnus ex Dominis contra alios, & maximè inspecto rigore, cùm sequentes D. Zacchariam dicant illam opinionem esse aequitati consonam: idem tamẽ, qui de veritate dictarum opinionum dubitabat, dixit ex alio dictum Fabium esse obligatum, † ex quo
5 re vera decretum praedictum non inhabilitat personas filiorumfam. ad contrahendum, sed dat formam contractibus per Notarios, super eorum obligationibus faciendis, vt ex verbis supra relatis decreti praedicti apparet. Et possent applicari dicta Bart. *in d. 6. q. in princ.* sed quia Bart. ibi loquitur tantùm respectu formae contractuum, non respectu aliquarum personarum, & sic de hoc etiam dubitari posset, dixit posse distingui ex mente Caccial. *in d. l. cunctos populos, col. 47. vers. essent ergo. num. 103.* qui faciebat quatuor casus, quos ex mente Bart. supra relatos. & tertium, quando datur forma contractui ratione personae, & principaliter actum inhabilitat ratione personae, hoc casu dicit, esse inspiciendum locum contractus, ex mente Baldi *in l. si. ff. de iurisd. om. iud.* Hunc dicebat praedictus Dominus Consiliarius esse casum, de quo agitur, quia datur forma Notarijs quomodo debeant recipere obligationes filiorumfamilias ratione personae ipsorum inhabilitando actum, si secus fecerant, & sic dicebat esse inspiciendum locum contractus, ex mente Caccialupi, *vbi supra,* eo magis quia ordo praedictus dirigitur Notarijs Regni huius in quos Illustr. Prorex habet iurisdictionem. Quartum casum ponit, quando persona inhabilitat ratione formae, vel quòd minor non possit testari sine certa solemnitate, de quo in principio latè est dictum de discordia Doctorum inter se, & ex ijs apparet, quòd quamuis opinio Carauitae, Doctoris Ebolitani, qui interpretatur decretum praedictum, & antequam moreretur, erat creatus à Serenissimo nostro Rege Fisci patronus magnae Curiae Vicariae, concordat cum opinione Bar. *in d. §. castrensi,* & Tiraq. non facta per eum aliqua distinctione; nihilominus in casu decreti, super quo ipse scribit, videtur
6 quòd ex praedictis non posset sustineri, † & sic Sacrum Consil. iudicauit contra Fabium filiumfam. in fauorem D. Antonij, me referente die 6. Iulij 1574. Actuarius Iubenus.

ADDITIO D. VISCONTI.

Adde Galterium *in prax. instrum. fol. 125. num. 26. in paruis,* & Rouitum *in recollect. ad prag. hic al legatam post nu. 5. 9.* licet dicat pro opinione Carauitae esset videnda *decis. Auenion. 135.* & ibi multa congesta *in ter. d. pragm. reperies.*

Nu. 6. & seq. vide Petr. de Gregorio *in tract. de dote de paragio q. 20.* D. R. de Ponte *in cons. 50. num. 2. cons. 74. nu. 6.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens in personam, non habet locum in forensi etiam quo ad bona sita in territorio statuentium.*
2 *Contraria recensetur opinio.*
3 *Donatio extra territorium facta absque consensu proximorum, & decreto iudicis iuxta statutum illud requirens requisitum in donatione foeminarum an valeat, & nu. 8.*
4 *Et quid in contractibus minorum extra territorium factis cum Clausulis Iuramento, & alijs.*
5 *Constitutio, & Statutum extra territorium non ligant, & num. 7.*
6 *Quid in statuto circa solemnitatem actus, & contractus.*
9 *Consuetudines Neapolit. extra districtum quomodo extendantur.*
10 *Pragmatica Macedoniana, ampliatur in contractu facto extra Regnum, si exequutio in Regno petatur secus si contractus fieret extra Regnum, & exequutio extra Regnum petatur, & in loco contractus.*
11 *Iudex Regni secundum iura Regni iudicare debet.*

AD hanc decisio. 72. Adde Bart. *in l. cunctos populos, q. 6. & 8. De Summa Trinitate, & fide Catholica,* vbi quòd † Statutum loquens in
1 personam, non habet locum in forensi, etiam quo ad bona sita in territorio statuentium, Riminaldũ *cons. 2. n. 4.* Corneum *cons. 94. vol. 2.* Rochum de Curte. *in cap. fin. de consuetudine, n. 718.* & secundùm Bar. opinionem consultum fuisse per valentiores Doctores Italiae, refert Rolandus à Valle *in cons. 24. num. 14. & 29. vol. 3.* vbi ipsam opinionem exornat, & extollit, & illam esse tenendam in iudicando dicit Cardinalis Parisius *cons. 12. vol. 2. & cons. 53. n. 86. vol. 3.* Franc. Marc. *decisio. Delphinatus, 155.* Cassaneus *in Consuetudine Burg. Rub. 4. §. 2. vers. se nu 12 46.* Ripa *responsio. 2. nu. 8. & 14. par. 1.* Albanus *consil. 20. nu. 3.* Natta *cons. 46.* Ioannes Cephalus *cons. 32. num. 14.* & in simili consuluerunt Oldrad. *consil. 24.* & Castrensis *consil. 468. volum. 2.* Nec omisit id recipere Rolandus *tractatu de lucro dotis, quaestione 36.* & Nonius Auendan *de exequendis mandatis Regum cap. 31. num. 10. in lib. 1.* Medina, *in quaest. 36. in cap. de restitutione.* Pluresq; pro hac opinione nouissimè refert Messia ad Pragmaticam
2 Regiam, *concl. 5. num. mihi 81.* sed tamen contra istos quòd

quòd tale statutum extendatur ad forenses, siue loquatur in personam, siue in rem, expressè contra Bart. & sequaces tenuerunt Auendan. Aretinus, Gulielmus de Cuneo, Brutrius, Dinus. Albericus, & Bald. qui satis abeunde, & distinctim, discurrunt *in d.l. cunctos populos*, Natta *in tract. de statuto excludente fœminas in 4. quæst. principali quæst* 10. Rimmald. *cons.* 246. *num* 12. Socinus iun. *cons.* 25. *vol.* 3. Aimon Crauet. *consil.* 271. Gozadinus *cons.* 49. *in fin.* vbi dicit commune, Paris. *cons.* 84. *num.* 43. *vol.* 1. & hanc dicit magis communem Anchar. in cap. Bononiens. Statuta. Alex. *cons.* 16. *vol.* 1. *& cons.* 19. *vol.* 7. Nat. *in cons.* 146. etiam sibi contrarius. Albanus etiam sibi contrarius *cons.* 15. & ita fuisse iudicatum contra hanc opinionem, & distinctionem Bart. dicunt Alex. *cons.* 111. *num.* 4. *vol* 6. Curtius iun. *cons.* 5. *num.* 42. Bursatus, *cons.* 8. *nu.* 32. *vol.* 1. vbi hanc dicit communem, *& in cons.* 198. *n.* 24. *vol.* 2. vbi hanc Communem, & veriorem statuit; sed sibi contrarius, *cons.* 309. *vsque ad* 69. *&* 75. vbi dicit communem & magis communem, ipsosq; sequitur Michael Crassus *lib. receptarum sententiarum par.* 11 *q.* 2. Sforza Odd. *cons.* 59. *n.* 26. vbi ita iudicatum dicit in alma Florentia. De materia, & articulo huius decis. vide tu nouissime Gab. *conclus.* 8. *tit. de Statutis, & conclus.* 2. *in tit. de consuetud.* & Gratianum *decis. Marchia* 102. *incip. in*
3 *donationibus*, vbi facit decisione, quòd † donatio extra territorium facta, absque consensu proximiorum, & decreto iudicis, iuxta statutum illa requirens in do-
4 natione fœminarum, quòd non valeat, & sic etiam contractus minorum extra territorium factus, non ob-
5 stantibus clausulis, iuramento, & alijs, & † licet constitutio siue statutum, extra territorium non liget, vt concludunt Doctores *in l. fin. ff. de iurisdict. om. iudicum.* & Ioannes Coppen. *dec.* 31. *Saxonia. incip. Hac quæstio, nu.* 18. *tamen in dec.* 46. *incip. Hodie in foris n.*
6 3. concludit † Statutum circa solemnitatem actus vel per tractus, vbique locorum valere, allegat Bar. *in l. prima, n.* 35. *C. de Summa Trinitate, & fide Catholica*, Baldum *in l. hac nu.* 2. *C. de donationibus* Alexand. *cons.* 9. *n.* 6. Gozadinum *con.* 49. *n.* 14. *&* 18. & Andream Gail. *lib.* 2. *obseruationum, obseruatione* 123. *num.* 4. 5. *&* 6. *licet demum num.* 8. ipse Coppen. contrarium teneat, allegans Iason *in l. Diuo Pio. §. sententiam. num.* 7. *&* 24. Castrensem. *num.* 4. *ff. de re iudicata*, & Colerum *de processu exequutiuo par.* 1. *cap.* 3. *num.* 209. vbi hanc sententiam magis communem dicit, & Schurfium *cons.* 33. *num.* 4. *centu.* 1. vbi latissimè; & hanc opinionem quòd Statuta non ligant extra territorium statuentium, tenet Surdus *in decisione Mantuæ*, 129. *incip. reuocauit Dominus Ludouicus nu.* 16. qui plures
7 allegat, † sed an, & quando statutum vim habeat extra territorium statuentium, Rota Genuen. *in decis.* 93. Andreas Gail. *obseruatione* 124. *lib.* 2. & in terminis huius decisionis videndus est Carauita, *in Pragmatica, filiorumfamilias*, Paulus Grammaticus *in libro primo Theorematum, Theoremate* 25. *nu.* 50. *limitatione*
8 24. dicit † statutum requirens consensum in contractu mulieris, non habere locum in contractu mulieris extra territorium facto. Sed de hoc latissimè videndus est Aloysius de Leo, Beneuentanus, & addentes ad Bartolum, *in dict. l.* 1. *Cod. de summa Trinitate, & fide Catholica*, necnon Battaglinus nouissimè *ad Cinum in verbo, pone. Bononia est consuetudo*; & in verbo sequenti, vbi latissimè hanc quæstionem tractat, & Præsidens
9 de Franchis *in decis.* 472. *infrà*, † vbi consuetudines Neapolitanas extra districtum non extendi quoad bona, sed quoad materiam dotis extendi, concludit; & Fabius Anna, *cons.* 92. 118. *&* 119. latissimè, sed in terminis huius decisionis, vt dixi, potest videri Carauita.
10 *in §.* 11. *verbo, & de expresso, n.* 43. *ad* 47. *in* † *Pragm. Macedon.* qui ampliat ipsam Pragmaticam etiam in contractu facto extra Regnum si exequutio ipsius in Regno petitur, secus si contractus fieret Extra Regnũ, illiusq. exequutio etiam extra Regnum peteretur, & in loco contractus; quæ distinctio satis videtur iuri & rationi se conformare. Nam si exequutio petere-
11 tur in Regno, index † secundùm iura Regni iudicare deberet, & non alia iura sequi, prout per constitutionem Regni statutum est; & dicitur in proœmio Constitutionum. Vide Thesaurum *in decis. Pedem.* 106. *incip. mulier.* Ad finem huius decisionis adde quòd pro opinione Carauitæ inter alias est decisio Auenionensis Hieronymi de Laurentijs, 135. Contra hanc. Adde ad hanc decisionem Annam patrem. *Allegatione* 25. *incip. Quod testari non possit*, vbi benè Socinus *in d. cons.* 36. *vers. & mouetur, vol.* 1. qui doctè loquuntur, vt eorum dicta conferunt pro veritate huius decisionis; & Brunorus à Sole, *in Compendio propositionum iuris, in verbo Statutum vires sua extra territorium, decisione* 135. *Auenionis*.

ADDITIO D. RICII.

Filii familias obligantes se extra Regnum non iuuantur decreto Regni annulante acta, & prohibente notarijs receptionem obligationis, hoc dicit, hæc decisio est fundata in regula illa, quod contractus regulatur secundùm leges loci, in quo conficitur *l. si fundus, ff. de euict.* vbi si fundus venierit ex consuetudine eius regionis, in qua negotium gestum est, pro euictione caueri oportet, & gloss. ibi dicit, quòd siue de dupla, siue de simpla, siue cum fideiussore, vel sine eo cauendum sit, inspicitur consuetudo, & secundùm eam fieri debet Anna *cons.* 54. & videatur Nouarius *in collect. decis. ad pragm.* 1. *de Senat. Consul. Macedon.*

Notandum est etiam, quòd decretum prædictum comprehendit clericos per ea, quæ notabiliter dixit Fel. *in c Ecclesia S. Mariæ sub nu.* 81. *vers. quartus casus est*, vide etiam Georgium *allegat.* 44. *n.* 30. & de hac decis. meminit Rouit. *in prag.* 1. *de Senat. Consul. Maced. nu.* 13. videre ibidem D. Nouarium.

OBSERVATIO I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Filiumfamilias Regnicolam validè contrahere extra Regnum sine consensu patris deciditur.*

2 Carau. Gasp. Thes. Gizzius, *& alij contrarium tenentes refelluntur.*

3 *Pragmatica Macedoniani vtrum inhabilitat personas. vel actum ratione persona.*

3 *Filiusfamilias attenta consuetudine Neapolis potest testari extra Ciuitatem.*

1 Subdifficilis extitit hoc loco quæstio, vtrum filiusfamilias Regni Neapolis absque patris consensu extra Regnum contrahens conuentus in Regno iuuari possit pragmatica Macedoniani, & pro negatiua opinione testatur decisum D. meus per S. C. & post Rouit. *in prag.* 1. *n.* 19. *tit.* censent Paschal. *de patr. pot. p.* 1. *c.* 6. *n.* 31. D. R. de Marin. *lib.* 2. *resol.* 97. *nu.* 1. prout statutum disponens de contractibus minorum, non comprehendit minores contrahentes alibi extra territorium Altograd. *cons.* 36. *n.* 4. *lib.* 1. Merlin. *dec.* 60. & contractus est validus quoad bona vbicumque sita Marescott. *var. lib.* 2. *cap.* 39.

3 Macedoniani exceptionem allegari posse ex aduerso tenet Carau. *in d. §.* 9. *n.* 42. vbi Allegat Alex. *cõs.* 45. *vol.* 5. Tiraq.

5. Tiraq. *in tract. de legib connub. glos. 8. nu.* 224 & pro hac conclusione multa cumulant Hier. de Laur. *decis. Auen.* 135. *n.* 3. Gasp. Thesaur. *q. for.* 8. *num.* 13. *lib.* 2. & neruose defendit Gizzius *in alleg* 107. D. R. de Marin. *num.* 33. & quoties agitur de bonis sitis in territorio statuentium, tunc si subditus alibi contrahat cum æque subdito non valeat contractus factus sine solemnitate statuti ita pluries iudicatum testatur Thes. *num.* 14. vbi certius si in fraudem extra territorium contractus celebratur, nihilominus decisionem hanc constabilit D. Petr. *super rit. M. C.* 201. *n.* 11. vbi in facti contingentia ita consuluisse tradit, & D. meum refert, & sequitur Andreol. *contr.* 364.

Pragmaticam Macedoniani non inhabilitare perso-
3 nam simpliciter, sed nisi cum certa solemnitate, & statuere formam contractibus ratione personæ probat D. meus *n.* 3. *&* 5. & idem tenent Merlin. *d. controu.* 99. & D. Petr. *vbi sup.* vbi tradit quod pragmatica non sit directa personis contrahentibus eas inhabilitando, sed principaliter det formam, & solemnitatem actui, sed in contrarium videndus Mucci *dilucid.* 2. & Gasp. Thes. *vbi supra* qui reijcit distinctionem allatam.

Filiusfamilias attento iure consuetudinario Neapo-
4 lis potest testari de bonis maternis, & à linea materna peruentis etiam quòd extra ciuitatẽ testaretur de Geor. *allegat.* 27. *&* 28. Montan. *controu.* 1. *n.* 9. Bottilier. *de success. theor.* 16 *n.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli tenentur præstare adiutorium pro dote sororis, fallit n.* 10.
2 *Subuentio dotis non debetur, nisi ex necessitate dominus maritet, & num. seq.*
4 *Frater de iure communi sororem dotare non tenetur, nisi pauperem numer. seq quod declaratur, numer. & quid in feudis, in quibus viuitur iure Francorum n.* 22.
6 *Frater de paragio dotare tenetur, per Constit. Regni, quando tamen feudum est paternum nu. seq.*
7 *In linea transuersali legitima non datur.*
9 *Vbi quis dotare non tenetur, ibi nec ei adiutorium vassalli præstare tenentur.*
11 *Feudum nouum, & antiquum absque necessitate in his terminis differunt.*
12 *Patruus dotans, quando subuentionem habeat.*
14 *Sexus fœmineus ad feudi successionem, masculis deficientibus in Regno habilis est.*
15 *Neptis in feudo antiquo succedit auunculo fratre tamen non existente, qui tunc exclusæ sorori ad paragium tenetur, & n.* 17.
16 *Constitut. vt de successionibus, personas non limitat, sed gradus.*
18 *Vita, & militia debetur secundogenito in feudo prouenienti ex auunculo, cui frater primogenitus successit.*
19 *Filia etiam viua matre nupta, quæ de bonis maternis dotem non habuit in illis bonis, à fratre paragium debetur.*
21 *Frater si vult se eximere ab onere dotandi, potest sororem ad portionem admittere.*
22 *In feudis, in quibus viuitur iure Francorum, non datur diuisio.*
23 *Ratio, quare Constit. prædictæ loquantur de paragio debito sororibus in bonis paternis.*
24 *Si Rex ex gratia remittit Comiti seruitium, poterit illud Comes à vassallis exigere.*
25 *Seruitium à rege remissum in dubio, censetur in fauorem Baronis.*

DECISIO LXXIII.

Vassalli tenentur præstare adiutorium, seu subuentionem domino etiam pro maritanda sorore.

AVunculus decessit, superstite nepote, & ne-
potibus ex eadem sorore, qui nepos succes-
1 sit in feudis antiquis auunculi, † nepos iste
maritum dedit sorori, petijt à vassallis adiu-
torium pro dote istius sororis, iuxta Constitutionem
Regni, *quam plurimum*. Fuit dubitatum, an isti vassal-
li tenerentur? Pro parte vassallorum ponderabantur
verba Constitutionis prædictæ, & primò verba ibi, *in*
necessitatibus suis ibi And. *in fin. vers. item non habet*,
2 dicit, † non deberi subuentionem, pro maritagio, nisi
pro necessitate maritetur, secus si ex voluntate, & ibi-
dem, *colum.* 2. *ver. sed potius*, idem And. *in repet. Con-*
stit. Comitibus, quæ est posita post Constitut. *consuetu-*
3 *dinem*, vbi dicit † debere esse necessitatem legis, vt
adiutorium debeatur *in fi. colum. vers. sed cum dat.*
4 Sed de iure communi clarum est, † fratrem non te-
neri dotare sororem *l. cum in plures. §. fi. ff. de admi-*
5 *nistr. tut.* † nisi quando non haberet, vnde se dotaret
secundùm *glo. ibi*, nec etiam de iure Constit. Regni,
nec consuetudinario frater tenetur, nisi quatenus,
nollet sororem admittere ad portionem, sed eam pro
se retinere, quia tunc habebunt locum dispositio *Con-*
6 *stit. in aliquibus, & consuetudines Neapolitanæ*, † qui-
bus prouisum est fratres teneri de paragio dotare. And.
Constit. prædicta. col. 7. *vers. & paragium. idem ibidem*
in constit. Comitibus, in princip. ibi, loco patris. Ex qui-
bus apertè concluditur, fratrem non teneri dotare so-
rorem, nisi quia in successione ei præfertur, eamque
excludit, non autem ex debito. Secundo dicebatur præ-
7 suppositis prædictis pro veris, † ea procedere quando
hoc feudum, in quo successit frater, fuisset paternum,
& peruenisset à communi parente, quia in hoc debe-
tur paragium filiæ, eidemque sorori loco legitimæ, &
sic loqui dicebatur Constitutio, in aliquibus; secus au-
tem esse in feudo hoc, quod peruenerat in fratrem
istius sororis ab auunculo, in quo non debetur para-
8 gium sororibus: † in linea enim transuersali non da-
tur legitima, cuius loco datur paragium. *l. fratris, & l.*
fratres. C. de inoff. testam. per quæ iura ita dicit Bald.
in authen. ex causa, numer. 43. *colum.* 11. *C. de liber.*
præt. versic. & prædicta. Postquam igitur hoc feudum
non affert secum hoc onus dotationis, non tenebuntur
vassalli ad adiutorium. And. *in d. constit. Comitibus co-*
lum. pen. vers. etsi dicatur ex reg. secundum naturam,
ff. de reg. iur. Afflic. *in constit. quamplurimum, in 6. not.*
9 *in 5 dubita.* vbi dat pro regula, † quòd in casibus, in
quibus quis non tenetur ad dotandum, non tenentur
vassalli præstare adiutorium, seu subuentionem. *& ite-*
rum in 17. dubita. Et hoc comprobatur ex ijs, quæ in
10 feudo nouo aliàs decisa fuerunt, † quòd empto, seu do-
nato feudo vassalli pro maritanda eius sorore, ei subue-
nire non tenentur. Afflict. *in d. 5. dubita. & plenè* Loff.
in c. 1. §. vt autem æquitas, in vers. sed an alij vassalli,
versic. his autem de pace iuram. fir. vbi etiam dicit sic
per Sacr. Consilium fuisse decisum in causa Ducis Ci-
uitatis Nuceriæ cum ipsa Ciuitate, quia ex quo frater
non cogitur, non est onus feudi, nec ab eo per fratrem
11 soror excluditur. † nec in casu, de quo agebatur debet
adhiberi differentia inter feudum nouum, & feudum
antiquum, in quo non concurrit necessitas, onus, &
exclusio à portione, quandoquidem. Andr. *in d. const.*
12 *Comitibus vlt. col. vers patri.* dicit, † quòd si patruus
dat dotem nepti ex secundogenito, aut dat ex se, quia
ex necessitate legis non tenebatur, & non habet sub-
uentionem à vassallis: aut dat vt legatam à patre, & ne-
quaquam, quia tunc non necessitas legis, sed testatoris

eum compellit. Et sic apperet nihil differre, an sit feu-
dum nouum, vel tractetur de maritando aliquam in li-
nea transuersali, ad quam tamquam, quòd esset onus,
feudatarius teneretur, vel quòd à feudo fuisset exclu-
sa; Quod considerat Andr. *in locis allegatis per* Lof
fred. *vbi supra in d. constitutione Comitibus*. Tertiò,
& vltimò dicebatur, quòd iste Dominus non marita-
uit ipse eius sororem, sed fuit maritata ab eius ami-
ta de proprio, & sic, postquam ipse non sentiebat
onus, lucrum consequi non debet, per regulam,
*secundum naturam, ff. de regulis iuris supra al-
legatam*.
13 Quibus non obstantibus † Sacrum Consilium, me
referente, iudicauit contrarium, ex *reg. d. constitut.
quam plurimum*, qua expresse prouidetur, quòd feuda-
tarius, pro maritanda sorore, quam maritare cogitur,
possit exigere adiutorium. Item quia de iure Consti-
tutionum Regni, postquam hæc soror maritata, erat
de descendentibus ex primo acquirente, & sic compre-
hensa, inuestitura erat vocata ad successionem auun-
culi, si frater masculus non superuixisset, vt dicta Cõst.
Regni, *vt de successionibus in versic. filij autem fra-
trum*, quæ licet loquatur in filijs fratrum, habet
tamen locum in filijs, seu filiabus sororum. Andr. *in
constitutio. vt de successionibus, colum. 5. in versic. filij
autem fratrum, versic. idem dicendum est*, qui subdit,
contineri in registro Imperatoris, quòd fuit assecurata
neptis de feudo matertera, & appellatione fratrum, vt
loquitur Constitutio prædicta contineri sororem, di-
xit idem And. *in c. 1. in 2. Add. de nat. success. feu per l.
tres fratres, ff. de pact. & per l. Lucius, §. quæsitum, ff. de
leg. 3. & in c. 1. §. sed quia vidimus, colum. fin. vers. qui-
dam dicunt. de his qui feu. da. poss.* & maximè in Re-
14 gno, † vbi sexus fœmineus est habilitatus in defectu
masculorum, vt dicit Frecc. *in 2. lib. in 12. quæst. propè
15 finem*. † & neptem admitti ad successionem auuncu-
li in feudo antiquo tenet etiam Afflict. *in Constit. præ-
16 dicta in 11. n. in 5. q. ex mente* And. & Pet. Piccioli. †
Constitutio enim prædicta, secundùm And. *ibi*, non li-
mitat personas debentes succedere, sed gradus, vt dicit
idem And. *in c. 1. §. etsi filius, col. 5. vers. prædicta quoque
Constitutio, Imperator Lotharius*, & Afflict. *in d. Con-
stit. in d. nu. 11. in 4. q. & plenissimè* Loff. *in d. cap. Impe-
rator Loth.* quod est adeò verum, quod etiam si hæc
neptis esset dotata ab auunculo, nihilominus, quia con-
stitutio prædicta non excludit, nisi dotatas à patre, vel
fratribus qui eam dotare tenebantur, non autem dota-
tas sub auunculo, patruo, vel matertera, adhuc neptis
ipsa succederet, secundùm Andr. & Afflict. *vbi supra*.
Si igitur ex prædictis apparet, neptem succedere auun-
culo, sed excludi per fratrem, succedit alia conclusio,
17 quòd frater eidem tenetur ad paragium, quod ex cau-
sa exclusionis, ei debetur, vt concludit And. *in constit.
in aliquibus colum. 8. vers. sed hoc paragium, & col. an-
18 tepe. vers. sed filius post mortem matris*. † quemadmo-
dum etiam in linea collaterali deberi vitam, & militiã
fratri secundogenito per primogenitum, qui successit
auunculo firmat optimè Lofr. fundans se in exclusio-
ne, *in c. 1. §. quid ergo. col. 2. vers. dubitabatur, de inue.
de re alie. fac.* & dicit sic fuisse decisum per Sacrum
Consilium, & decisio fuit reassumpta per Capic. *in dec.
211 in nouis*, & deberi amitæ, ex quo est exclusa per
nepotem. Ideo And. *in Constitut. Comitibus col. 3. vers.
æquum est amitam dicit*, hoc esse vtile amitæ, quia pro-
pter hoc habebit maiorem dotem, & quòd sola exclu-
sio sit causa, quòd paragium debeatur, idem And *in d.
19 Const. in aliquibus. col. 12. versic. resultat, quæstio*, †
tenet, quòd si filia sit maritata ante mortem matris, &
non habuerit dotem de bonis maternis, quòd frater
tenebitur ei ad paragium in prædictis bonis maternis.
Et licet ex prædictis appareat responsio ad allegata in
contrarium, nihilominus sigillatim respondendo di-
20 citur, † quòd prædicta non obstant, quia verum est,
fratrem non teneri dotare sororem. *d. l. cum in plures.
§. fin.* de suo proprio, sed de bonis patris communis,
vel de bonis eius, cuius successione ipsa excluditur, te-
neri ad dotandum ex prædictis: nec quia admittendo
eam ad portionem, non tenebitur eam dotare, pro-
derit vassallis; si quidem, si esset, nec quando in bonis
communis parentis, frater succederet, tenerentur vas-
salli ad adiutorium, quod esset expressè *contra Con-
stitut. Comitibus*, quia etiam in bonis paternis vera
21 est conclusio, † quòd frater si vult se eximere à dotan-
do, potest admittere sororem ad portionem, vt dicit
22 And. & Afflict. *in const. in aliquibus, supra allegat.* †
Item prædicta opinio non posset procedere in feudis,
quibus viuitur iure Francorum, & non datur diuisio,
quia isto casu frater præcisè compelleretur ad dotes,
præterquam si nullo modo vellet habere feudum ita
And. *in d. Constit. in aliquibus, colum. 5. vers. secus si
esset feudum*. Si igitur frater tenetur, vel quòd præcisè,
vel quòd causatiuè teneatur, succedit dispositio *Con-
stit. prædicta. quamplurimum, & prædictæ Const. Co-
mitibus*. Nec obstat, quod secundo loco allegabatur,
scilicet prædicta procedere in feudis, quæ perueniunt
ad filios à communi parente, in quibus debetur legi-
tima; secus autem sit in feudo, quod peruenit ad fra-
trem ex successione auunculi, quod non erat subie-
ctum oneri paragij: nam pro solutione huius difficul-
tatis, legenda sunt verba Loff. *in d. §. quid ergo de in-
uest. de re alien. fac.* quæ reperi in alienationibus, quas
habeo manu scriptas in causa per Loffr. relata *in loco
prædicto*, & fuerunt D. Io. Thomæ Minadoi, Regij
Consiliarii, vt postea vidi in eius libro, manu scripto,
23 & nunc impresso in *consil. 1.* vbi concludit, † ideir-
co Constitut. Regni loqui de paragio debito sororibus
in bonis patris, *& constitut. quamplurimum, & Comi-
tib.* loqui in adiutorijs debitis fratri, qui occasione bo-
norum communis parentis, tenetur sorores dotare,
quia eo tempore non erat prouisum ijs, quæ prouidit
Cõst. Regni considerantes, per quod primogenitura ex-
tensa est etiam ad lineam transuersalem, & est inducta
exclusio secundogenitorum: vnde facta ista extensio-
ne per capitulum prædictum recipiet extensio prædi-
cta interpretationem passiuam, *per Constitutiones præ-
dictas, l. 1. §. lex Falc.* vbi Bar. *ff. ad leg. Falcid.* Nec est
in consideratione, quòd feudum antequam ad fratrem
peruenisset, non erat huic oneri subiectum, quia in ca-
su deciso per Sacrum Consilium, relato per Loffr. nec
hoc onus aderat, sed illud postea oritur ex prædicta ex-
clusione, ex quo etiam apparet, quòd non repugnat
huic opinioni, quod decisum fuit in beneficium vassal-
lorum in feudo nouo, vt idem Loff. *refert in d. §. vt au-
tem æquitas, de pace iura. firm.* quia in feudo de nouo
per fratrem empto aliqua exclusio non cadit respectu
sororis, quia de nouo frater quæsiuit, vnde non data
exclusione sorori, non potest dici, deberi paragium, &
ex consequenti, nec adiutorium, postquam respectu
feudi prædicti frater non tenetur maritare sororem,
cùm non habuerit ab aliquo, qui fuerit ex ascendenti-
bus, qui ascendentes considerantur etiam respectu li-
neæ transuersalis, cùm sint comprehensi in prima inue-
stitura, vt considerat Loffr. *in d. §. quid ergo, col. fin. ver.
non obstat.* Vltimò non obstat, quod dicitur, quòd post-
quam hæc soror fuit dotata ab auia, seu amita, & con-
sequenter, quòd frater aliquod onus non sensit, non
debeat ex hoc habere locum, & sic hanc subuentio-
nem. Nam hæc difficultas tollitur ex dictis in pro-
prijs terminis, per And. *in c. 1 in §. sed nec alia instier
in additio. quæ sit prima cau. benefic. amit.* vbi conclu-
24 dit, † quòd si Rex remisit ex gratia seruitium alicui
Comiti, tamen poterit Comes à suis vassallis illud exi-
gere: ex eo enim, quòd Rex remisit Comiti, videtur
illi donasse, & est perinde ac si ab eo exegisset, & And.
ibi sequitur Loffr. & Paris. *in tract. de reint. feud. c. pen.
quod incipit, attamen, in fine*, & Barth. de Capua. *in
Apostilla ad Constit. quamplurimum*, vt etiam refert
Afflict. *in d. §. sed hac alia instior. qui in hac q. hinc in-
de arguit*, & videtur residere, hoc colligi ex litteris Re-
gis idẽ Afflict. *in tit. quæ sint regalia, in versic. extraord.*

collatio

collatio, col. 3. vers. item quaro. quid si Rex, numer. 19. *idem* And. *in d. const. quamplurimum, in fin. vers. quid si Rex*, & Affric *ibi*, *n.* 6. & nouissimè Frec. *in tract. de subfeud. in 2. lib. in 4. q. num.* 13. *in fine*, qui allegat *tex. in §. sed quod Principi, Instit. de iure nat. gent. & ciui.* quòd gratia Principis, non excedit personam, & Mirad. *in constit. Reg. in aliquibus in princip. num.* 38 *fol.* 46. Faciunt optimè, quæ ponunt Parif. *in §.* 13. *glo.* 8. *in prin.* & in dubio videtur remisisse fauore Baronis, † Capic. *in inuest. feud. in*
25 *vers. feudorum adiutoria. colum. 6. vers. & ad hoc, vt Baro.* Et ex prædicti Sacrum Consilium, me referente, iudicauit in fauorem Domini contra vassallos, de quo cùm dubitasset vnus ex doctissimis Consiliarijs, Illustr. Dominus Regens Salernitanus, tunc Sacri Consilij Præsidens, in iustam venit sententiam. Quid autem de iure consuetudinario Ciuitatis Neapo, vide decisio 87.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 18. Vide in contrarium D. Conf. Ann. *in conf.* 6. & Camil. Saler. *ad Neapod. fo.* 218. *in nouis*, & audiui à D. Nicolao Ant. Gizzarello Reg. Consil. vtriusque Aulæ S. C. Decano eruditissimo, ac magnæ speculationis, viro, & sydere fulgentissimo seipsum fecisse decis. particularem contra Capyc. & sequaces, dicendo, quòd in hoc nihil prorsus sciuerunt; Vide si conferunt scripta per D. Garfiam Mastrill. meritiss. Consil. in Regno Siciliæ *in decis.* 85. *nu.* 22. *& seq.*

Num. 19. Adde Camill. Borell. *in conf.* 22. *numero* 22.

Adde quòd decisio ista in puncto principali confirmari potest ex Frecc. *de subfeud. in 2. auth. num.* 16. *fo.* 265. *in nouis*, & Ann. *in sing.* 11. *fol.* 210. Cap. bl. *in tract. de Baronib. fol.* 36. *num.* 71.

Licet Vincentius Maxilla *in Consuetud. Bari fol.* 48. *nu.* 16. sequatur opinionem Loffred. *hic num.* 10. relatam, & quòd ita consuluit pro Vniuersitate Castellanetæ.

Num. 22. Adde D. Borell. *consil.* 22. *num.* 22.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Subuentio siue auditorium sicut debetur pro dote sororis Baroni, ita etiam debetur, si est dominus cum pacto de retrouendendo.*
2 *Item debetur etiam si Baro emit certos introitus terra cum ipso pacto, vel sine, dummodo emat iurisdictionem.*
3 *Adiutorium debetur auo maritanti duas, vel vnam neptem ex filio, si filius est inops.*
4 *Quibus in casibus vassallus teneatur subuentionem tribuere domino, & qua sint obligationes vassalli ad dominum, & è contra.*
5 *Subuentio debetur pro filijs, vel filiabus eodem tempore nubendis, vel maritandis.*
6 *Frater tenetur dotare sororem consanguineam, quando non habet vnde se alat, & etiam clericus, de fructibus beneficij.*
7 *Et non modò tenetur dotare sororem inopem, sed etiam alere antequam eam maritet, & tenetur ad vestes, & iocalia sororem maritando.*
8 *Frater tenetur dotare sororem etiam de fructibus feudi.*
9 *Frater in dotis constitutione, qua debetur ex Statuto, vel ex Consuetudine nostra Regni, non potest grauare sororem in dote.*
10 *Quid in sorore vterina, num frater teneatur eam dotare.*

AD hanc decisionem 72. de subuentione pro dote sororis, adde quòd sicut † subuentio,
1 siue adiutoriū debetur pro dote sororis Baroni, Ita etiam debetur si est dominus cum
2 pacto retrouendendi, † item debetur etiam si Baro emit certos introitus Terræ cum ipso pacto, vel sine, dummodo emat iurisdictionem, vt dicit in Aulis fuisse decisum Præsidens hic, *infra, decis.* 76 *incip. Plu-*
3 *ries est decisum.* Item † adiutorium debetur auo maritā: i duas, vel vnam neptem ex filio, si filius est inops. Ita decisum dicit Præsidens, *infra decis.* 215. *incip. Vassallos.* & allegat decisionem Sacri Consil. 277. absque nomine dicentis, seu relatoris, sed est Aff ic. qui loquitur de priuilegio paupertatis Baronis, & non de subuentione: sed de subuentione, & adiutorio loquitur Afflictus *in decis.* 265. *incip. Illustr. D. Dux. à n.* 54. *ad* 58,
4 vbi ponit † Casum, in quibus vassallus tenetur subuentionem tribuere Baroni, & per totam decisionem, ponit obligationes vassalli ad dominum, & è contrà, vbi latissimè Vrsillus, qui allegat *Constitutionem Comitibus, & Constitutionem, Quam plurimum*, ad quam dico, Alia de adiutorijs vide per me intra, ad *dictas decisiones* 76. *Et dos, & supra decis.* 42. *Ad quam & decis.*
5 306. vbi, quòd † subuentio debetur pro filijs, vel filiabus eodem tempore nubendis, vel maritandis. Ad n. 4. Adde quòd hoc idem concludit Thomas Triuisanus, *decis. Veneta* 14. *incip. In vna Ciuitate, n.* 12. *& decis.*
6 22. *incip. Quidam, vol.* 1. vbi † quòd frater, quando soror consanguinea non habet vnde se dotet, tenetur dotare, etiamsi sit clericus, de fructib. beneficij, ex decis. Tholosana 190. & Boer. 129. *num.* 8. aliàs secus, & non
7 modò † tenetur dotare sororem inopem, sed etiam alere antequam maritet, & tenetur ad vestes, & iocalia sororem maritando, ita Thesaurus *dec.* 192. incip. De-
8 ctū taxa; immò † frater etiam de feudi fructibus sororem dotare tenetur; dicit Anna Consiliarius doctissimus *lib.* 1. *conf.* 46. *incip. in hac. nu.* 35. Item adde quòd
9 frater † in dotis constitutione (si debet ex Statuto, vel ex Constitutione nostra Regni) non potest grauare sororem in dote. Ita in terminis decidit Baldus, *in l. agnita. C. de iure dotium*, & Peregrinus latissimè *cons.*
10 79. *num.* 26. *vol.* 1. qui doctissimè loquitur. † Sed an teneatur frater dotare vterinam sororem, vide quæ supra *decis.* 26. ad quam dico. Ad nu. decimum huius decisionis, adde Frecciam *in lib.* 2. *Subfeudorum, authorit.* 2. *num* 18. limitantem dicta in hoc nu. quo ad patrem maritantem, quia tunc adiutorium debetur etiam feudo empto, vel donato, quòd adiutorium debeatur proprietario, non vsufructuario, vel in pignus feudum tenenti, Anna Consiliarius, *conf.* 3. *num.* 32.

ADDITIO D. RICII.

AD decis. 73. non additur, nam de materia subuentionis præstandæ à Vassallis Baroni latè tractaui *ad decis.* 42. & eadem canere ad graue peccatum Doctoribus imputatur, à quo (vt meæ suppetunt vires) abhorreo, & ideo ne mireris, amice, lector, si in his additionibus, vel alijs libris meis rarò inuenies allegatos libros ante hos typis mandatos, quod facio ne incidam in hoc tàm graue peccatum, & scandalum, quod lectoribus infertur semper idem re, petendo: imò quotiescumque materia subuentionis in hoc opere occurret ad latè tradita *ad dictam decis.* 42. te referas, nam ibi latè dixi.

(†)

OB-

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA,

SVMMARIVM.

1 *Adiutorium à vassallis deberi Baroni pro maritanda sorore adhuc si feudum prouenerit ab auuncula deciditur.*

2 *Author sentit contra decisionem, & exponit Andream hic allegatum.*

3 *Vita, & militia num detur in linea collaterali, & reiecta sit decisio Capycij.*

1 LVbrica equidem iam tangitur decisio quæ semitas habet asperas in controuersijs excitatis, & earum potissima est, an adiutorium debeatur à vasallis Baroni pro maritanda sorore ratione feudi, quod peruenit ad fratrem ab auunculo, & per S. C. affirmatiuè testatur iudicatum D. meus, ea ratione quia pariter neptis succedebat in feudo, sed excluditur per fratrem, quamobrem succedit alia conclusio, quòd frater tenetur ei ad paragium, quod ex causa exclusionis ei debetur ex Andr. *in constit. in aliquibus col. 8. vers. sed hoc paragium*, prætetea quia in linea collaterali debetur vita, & militia fratri secundogenito per primogenitum, qui successit auunculo ex Loffred. *in c. 1. §. quid ergo col. 2. de inue. de re alien. fac.* & Capyc. *dec.* 211. D. meum in puncto adiutorij refert, & sequitur R. Tap. *de iure Regn. in tit. de adiutor. à vasall. præstand. Baron. versic. intellige secundo*, & hoc quando soror descendit per lineam rectam ab eo qui fuit prima radix acquisitionis feudi.

Contrarium suadetur ex eo, quia paragium non
2 competit nisi in bonis paternis, & illorum occasione, vt in *constit. in aliquibus*, & *constitut. seq.* & nullo pacto debetur in linea collaterali, nam frater, vti frater non tenetur dotare sororem, nec dare paragium de propria substantia, nisi in casu vbi esset diues. & soror pauper, quæ aliundè non haberet, vt per Bar. & Doctores communiter in Auth. *res quæ Cod. de fideicomm.* & quatenus in contrarium allegatur Andr. *in constit. in aliquibus* respondetur quòd ille non dixit neque somniauit dicere, quòd frater teneatur dare sorori dotem ex quo excludit eam à feudo perueniento à linea collaterali, nam paragium est loco successionis legitimæ Afflict. *dec.* 162. *D. meus dec.* 618. & in successione lineæ collateralis non est dare legitimam *l. fratris*, & *l. fratres, Cod. de inoff. testam.* & in specie ita firmat Cannet. *in repet. c. quia volentes num.* 34. & *in c. seq.* vbi reprehendit Petrum de Gregor. *in tract. de dote*, & *parag. q.* 23. & Loffredum *in conf.* 1. tamquam loquentes contra casum in *d. l. fratris.* & *l. fratres* ita luculentè reiectis contradicentibus firmat Gizzarell. *dec.* 36. *num.* 52. & 53. & *à num.* 62. probat ius Francorum introduxisse primogenituram, & alios filios non habere legitimam, nisi in bonis patrimonialibus parentum, & postmodum ex constit. in aliquibus, & constit. vt de successionibus introductum paragium in linea descendenti, & non collaterali.

Inspeciendum remanet, an argumentum de vita,
3 & militia subsistat formatum ex authoritate Loffredi, & Capycij, qu. *in dec. vltima* testatur *S. C.* pro vita, & militia iudicasse, cumque fuisset visus nouus articulus fuit consultus Imperator immortalis, & felicissimæ memoriæ Carolus V. nostri Caroli II. thauus cuius gloriam, & fortunam superaturum speramus, & Imperator remisit decisionem Sacro Consilio, in quo fuit condemnatus Princeps Hostiliani, qui auunculo successerat ad præstandum fratri secundogenito vitam, & militiam, & ita firmant Petr. de Gregor. *de vita*, & *milit. q.* 5. *n.* 7. Intrigliol. *in centur. feud. qu.* 57. *nu.* 30. Molfes. *con.* 1. & *in constit. in aliquibus in rubr. vlt. n.* 12. qui hanc opinionem strenuè defendit, & obtinuit in *d. dec.* Capyc, sed contrarium in causa D. Horatij Grimaldi cōtra Marchionem Campaneæ fratrem tutatus est Anna *conf.* 6. Theodor. *alleg.* 20. & iunctis Aulis determinauit S.C. teste Gizzarell. *in dec.* 36. vbi confutantur Afflict. Loffred. Capyc. & Minad. & singulis argumentis eorum occurritur, & authoritates contrariæ congeruntur, & quamuis de Georg. *in alleg.* 8. *nu.* 21. sit pro Capiyc. & Minad. & respondeat Gizzarello, quòd in decisione fuerit absolutus frater secundogenitus à vita, & militia per tertiogenitum petita, quia frater tertiogenitus habuit vitam, & militiam in feudo paterno à primogenito, cui successit secundogenitus, vnde petebat tertiogenitus super eodem feudo vitam, & militiam, ideoq; fuit exclusus ne idem feudum grauaretur duplici onere, attamen ipse adhæreo Annæ, Gizzarello. Visconto, hic, & aliam decisionem in causa Principis Hostiliani refert Thor. *in compend. ver. vita, & militia p.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Dominium in secundum donatarium absentem, non sequuta traditione, an transeat adueniente tempore, ita, quòd agi possit vtili rei vendicatione; & dicitur, quod non num. seq. quicquid dixerit Dec. & legendo, & consulendo.*

DECISIO LXXIV.

Idem quod summarium continet.

1 FVit in Sacro Consilio dubitatum, † an ex dispositione. *l. quoties, C. de don. quæ sub mo.* transeat dominium adueniente tempore in secundum donatarium absentem, non sequuta traditione, adeò vt possit agere vtili rei vendicatione? In qua quæstione multi multa dixere; & enumerare longissimum, & laboriosissimum esset. Contentus ero dicere, quòd Sacrum Consilium die 14. Iulij 1574. (referente Dom. Cæsare Vitellio) iudicauit: † non transferri dominium, & sic non competere rei vend. prout iudicauit Sen. Paris. quem sic iudicasse refert *Addit. ad Decis. in conf.* 239. & Tiraq. *in tract. de constituto, p.* 2. *ampliation.* 30. & quamuis Dec. *in d. conf.* & *in l. traditionibus. C. de pac.* teneat contrarium, eum repræhendunt Alciat. *ibi*, & Additio prædicta, & Tiraqu. *vbi supra*, & nouissimè Didacus de Couar. per vnum ex Dominis allegatus quatuor inconcussis fundamentis defendit hanc opinionem contra Dec. & alios, *in tractat. variar. resol. lib.* 1. *c* 14. *col.* 2. *vers. verùm donatione ita constituta fo.* 91. *in secunda impressione*, & cum hac opinione contra Dec, transijt Rota Lucensis *in dec.* 38. *num.* 28.

ADDITIO D. VISCONTI.

IBi lex quoties omnino Mart. *in voto* 49. *à num.* 1. ad cuius ornatum, Vide Aymon. *conf.* 19. *num.* — Nattam *conf.* 532. *à num.* 24. & *seq.* Cacheran. *decis.* 32. *ad fin.* alqua per Alphan. *collect.* 451. & nouissimè D. An. *collect.* 224. & omninò Martam *in voto* 49. *à n.* 1.

Cum hac decis. concordat Magon. *in decis. Florent.* 71. *n.* 7. & *decis.* 102. *n.* 16. & iterum *dec. Luca* 38. Emanuel Suarez *in suis com. opin. lit. D. n.* 222. *fol.* 59. *in paruis* vbi *à n.* 23. & *seq.* declarat, & intelligit.

An decis. ista cum supra alleg. procedat in traditone ficta, Marc. Ant. Natta *in conf. Alex.* 193. *sub num.* 3. *volum.* 2. *tenet quòd non.*

AD-

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Facta donatione alicui, vt post eius mortem res donata sit alterius, an ipsa donatio reuocari possit per donantem, in praeiuditium secundi donatarij, & quid cum consensu primi donatarij.*
2 *Donatio facta mulieri vt nubat alicui, si per alium stet quod non nubat, an debeatur donatum.*
3 *Donatio infanti facta Notario stipulante, an valeat.*

AD hanc decisionem adde omninò Ozascum, *decis. Pedemont.* 85. *incip. Violant.* qui videtur contradicere huic Decisioni, & adde Consiliarium Annam, *in cons.* 32. *volum.* 1.
1 qui respondit, & consuluit in facto, an † donatione facta alicui, vt post mortem sit alterius res donata, si ipsa donatio reuocari possit per donantem in praeiudicium secundi donatarij? & quid cum consensu primi donatarij, & adde Couarruuiam *in d. cap.* 14. Tholosanam *dec.* 454. Boerium *dec.* 353. Rolandum à Valle *cons.* 10. *num.* 19. *volum.* 1. Nattam *cons.* 667. Iulum, Clarum, *in §. donatio, quaest.* 13. Menoch. *cons.* 92. *num.* 75. *volum.* 1. Ioseph. Ludouicum *decisione*
2 *Perusiana* 29. *& quae ego sup. dec.* 18 Quid autem si † fit donatio mulieri, vt alicui nubat, & per ipsam non stat, sed per alium tertium, an donatum debeatur: Tiraquel. *de retractu titul.* 1. §. 15. *glos.* 2. *numero* 7. dicit deberi, & Brunorus à Sole *in compendio propo-*
3 *sitionum iuris, verbo, donatum.* † Donatio facta infanti an valeat, Thesaurus *decis.* 70. *nu.* 15. Vrsillus *dec.* 394. *num.* 7. Milanensis. *dec. Sicilia, incip. Dicebatur, num.* 11. *par.* 2. pro Affirmatiua concludunt, sed in Sacro Consilio Neapolit. bis pro Negatiua iudicatum est. Primò in causa Violantis Brancatae cùm Ferdinando de Labella, referente Consiliario † Alto-
4 mare. Secundò in causa illorum de Falesio, in anno 1565 referente Salernitano Cons. vt in bancha Caesarei, nunc vero Scacciatenti, vt audio.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Reiuendicatio non competit secundo donatario contra primum donatarium, vel tertium possessorem reiectis Fabro Gratian. & alijs.*

1 PRae manibus est quaestio, an competat secundo donatario contra primum donatarium, vel contra tertium possessorem vtilis reiuendicatio adueniente tempore, & D. meus firmat ex dispositione *l. quoties, C. de donat. quae sub mod.* non transire dominium in secundum donatarium absentem non sequuta traditione quamobrem non posse agi vtili reiuendicatione, & ita iudicatum in S. C. testatur & in Senatu Parisiens. Add. ad Dec. *consil.* 239. sed competere actionem personalem, & non reiuendicationem firmant Cutell. *dec. orat.* 5 *num.* 34. *vbi occurrit contrarijs* P. Merlin. *centur.* 1. *controu.* 60. vbi ita refert pronunciasse M. C. V. & tenet Rota penes Buratt. *dec.* 861. & R. Marcian. *disp.* 51 *numero* 27. subdens nullam actionem competere contra tertium possessorem Arias de Mes. *lib.* 3. *variar. cap.* 50. Cons. Rocc. *tom.* 1. *resp.* 29. *numer.* 13. & quamuis Ant. Fab. Gratian. & alij quos cumulant Merlin. & Mesa contrarium teneant pro reiuendicatione in fauorem postremi donatarij, nihilominus Mesa *num.* 26. tradit quidquid sit in stricta disputandi ratione, quod, nunquam obtinebitur in Palatijs reiuendicatio.

Quid autem in subsidium, si haeres primi donatarij
2 non esset soluẽdo, & Merlin. *vbi sup.* extendit primam opinionem in hoc casu, & cum hac opinione pertransisse S.C. & R. Collaterale refert, & censet Rocch. *vbi sup. sed* Mesa, & Cutell. restringunt si heres non existeret soluendo, vel alienatio facta esset titulo lucratiuo Ant. de Amat. *ref.* 12. *n.* 12. idem si facta esset prohibitio alienationis generali hypotheca, vel iuramento vallata Fusar. *de substit. q.* 677 *n.* 12. Amat. *n.* 19.

SVMMARIVM.

1 *Primus cessionarius in dubio praeferri solet.*
2 *Assensus etiam in cessione feudi exigitur.*
3 *Minus est habere actionem ad feudum, quàm feudum*
4 *Ius primogeniturae sicut in feudo, ita locum habet in actione pro redimendo feudo.*
5 *Actio indicatur secundum naturam rei, pro qua datur.*
6 *Feudum in rebus soli duntaxat consistit, vel solo cohaerentibus.*
7 *Creditores habentes assensum, quando praeferuntur in pretio redacto feudo vendito sub hasta.*
8 *Vtilis hypothecaria competit creditori in bonis, creditoris sui debitoris hypothecatis.*
9 *Fideiussor respectu creditorum, facit, vt pecunia intelligatur extare.*
10 *Dispositio. l.* 3. *C. de nouat. ampliatur.*
11 *Quaestio huius decisionis, quando non procedat.*

DECISIO LXXV.

Creditor, qui prius habuit cessionem, & assensum praefertur secundo, qui habuit cessionem cum assensu, ante assensum prioris.

1 DE iure prouisum est, † quòd si quis iura sua duobus, seu pluribus cessit, is in quem per prius cessio facta est, praefertur coeteris, vel secunda cessio inutilis erit tex. *est in l. non quocumque. §. qui Caium. ff. de legat.* 1. vbi Bar. ex mente Iac. de Arena hoc declarat per illum tex. Flor. de Sancto Petro *in l. per quem ff. de seruit.* & idem Flor. *in d. §. qui Caium.* Bal. pulchrè distinguens in cessione pura, conditionali, & ad plures effectus facta, *in cons.* 248. *praesupponendum est, vol.* 3. *& cons.* 216. *Fuit quidam nobilissimus, col.* 2. *vers. super quarto* 2. *vol.* Io: de Grassis *in tract. de cessione iuris, & actionum, in §.* 4. *vers. annot. n.* 7. *in vol. tractatuum.* & aliqua collegit decisio Senat. Pedem. *sexagesima tertia successit,* allegat concord. Iac. *in l.* 1. *in* 7. *col. vers. an autem num.* 51. *C. ne liceat poten.* Accidit, quòd Magnif. Ascanius Storrens, filius primogenitus Fabritij Storrẽtis qui erat creditor pro dotibus eius matris super bonis feudalibus dicti eius patris, iura sua cesserat pluribus, primò Magnifico Io: Aloysio Pignono, deinde alteri; verũ is, qui primo loco habuerat cessionem impetrauerat post cessionem iurium secundo loco assensum regium, dubitatũ fuit, vendito castro praedicto sub hasta ad instantiam creditorum dicti Fabritij, quis praeferatur in pretio redacto ex castro praedicto in iuribus per dictum Ascanium cessis.

Et pro primo cessionario dictum fuit, posse allegari decisiones praedictas, ex quibus apparet, primum cessionarium praeferri, sed pro parte secundi cessionarij, seu creditoris dicebatur, quòd prima cessio nihil operabatur, nisi subsecuto postea assensu, quem assensum impetratum per dictum primum cessionarium, praecedit assensus expeditus per secundum cessionarium, & dicebatur

cebatur etiam in cessione actionis, seu iurium ad feu-
2 dum assensum requiri. † quemadmodum in cessione
ipsius rei feudalis, secundùm And. *in Constit. Regni*,
honorem nostri diadematis, col. pen. vers. secus si esset,
& colligitur ex dictis eiusdem And. *in c. 1. de c. Contra.*
3 *in princ.* dum dicit, † minus est habere actionem ad
feudum, quàm feudum, quasi quòd actio ad feudum, sit
feudalis, & idem tenet Bal. *in cons. 349. qui litem habe-
bat. 2. vol.* quem refert, & sequitur Frec. *in 18. limit. ad
const. diua memor.* & idem *dicit in 2 lib. 12. q num. 4.*
Et plenè examinat Camer. *in c. Imperialem fo. 15. &
16.* Canner. *repet. c. volentes, nu. 11. cum sequenti; qui-
dam* Paris. *in consuet. Paris. in §. 13. gl. 3. num. 8.* qui ex
hoc inferunt. *in §. 11. nu. 28. vers. videmus in hoc §. fol.*
4 *156.* † quòd ius primogenituræ sicut habet locum in
feudo, habebit etiam locum in actione, quæ compete-
bat defuncto ad reemendum feudum per eum cum pa-
cto de retrouendendo venditum, & hæc opinio in præ-
senti casu, in quo tractabatur de translatione iurium
ex persona Ascanij filij primogeniti in aliam personam
creditorum, visa fuit Sacro Cons. quòd non haberet
difficultatem ex verbis expressis Constit. Regni, nec in
hoc pro parte Io: Aloysij poterat esse contradictio, eò
5 magis, † quia ex regulis iuris communis actio iudica-
batur, iuxta naturam rei, ad quam datur, vt plures con-
gerit Tiraq. *in tract. in retract. lignag. in fin. 1. gl. 7. n. 3.*
& Arnol. Ferro. *consue. Burdeg. in tit. de testam. §. 2. fol.
166. & 167.* sed dicebatur in pretio istius feudi, seu ca-
stri venditi ad instantiam creditorum præferri debere
creditores Fabritij Storrentis, habentis assensum, ad
quorum instantiam fiebat venditio, inter quos credito-
res cum assensu Capituli Neapolitani erat præferen-
dus eius filius primogenitus pro dotib. maternis. Sed in
pecunia soluenda eidem Ascanio primogenito, post vẽ-
ditum feudum prædictum, dicebatur esse satisfacien-
dum, creditoribus ipsius Ascanij, iuxta datam cautela-
rum, nulla habita ratione præcedentis assensus, cùm
pecunia eidem Ascanio soluenda, nõ erat amplius feu-
dalis penes Ascanium, sed burgensatica, quia pecunia
redacta ex feudo non dicitur feudalis, *vt dec. 64. sup. est
dict.* & est tex. *in d. §. si vassallus. si de feu. fue. contr. ibi*,
nec quod accepit transactionis nomine feudum erit, in
quo tex. Francis. de Aret. *in cons. 14. 1. col. in fi.* dicit esse
casum clarum, & notabilem, vnde dicit tex. *in c. vnico,*
6 *de feu. cog. in fi.* feudum non consistere, nisi in rebus
soli, vel solo cohærentibus vel in his, quæ inter immo-
bilia connumerantur. Et quòd non consistat in pecunia
7 dicit Bal. *in c. 1. de feu. non hab. propr. nat. feu.* † & [illegible]
quod dicitur, quòd in pretio redacto ex feudo vendito
sub hasta, præferuntur creditores habentes assensum,
vt est benè declaratũ *in d. dec. 64.* procedit in creditori-
bus illius debitoris, cuius feudum vẽditur, quorum hy-
potheca per venditionem feudi non extinguitur: secus
autem sit in creditoribus illius creditoris, quibus pecu-
nia prædicta ex feudo redacta soluenda est: tunc enim
inter creditores illius creditoris, debitoris d. Io: Aloy-
sio, & alijs. non fit hæc differentia, sed liberata, vel de-
posita pecunia, pro eam soluendo dicto Ascanio, cùm
penes eum non sit feudalis ex supra allegatis præfertur
anterior, & maximè in hoc casu dicendum erat, in quo
pecunia erat iam liberata Mag. Io: Aloysio, cum fide-
iussione in forma, quo casu fingetur solutio facta Asca-
nio, & per eum soluta Io: Aloysio. Sed prædictis respõ-
sum fuit, vera esse, & procedere facta vera solutione ei-
dem Ascanio, per quem potuisset satisfieri, cui sibi pla-
cuerat, & extare pecuniam penes ipsum, esset burgen-
satica, & super ea præferretur Io: Aloysius. Sed in facto
aliud erat, quia facta graduatione omnium creditorum
creditores prædicti, eorum iura proposuerũt, inter quæ
erant iura cessa per Ascanium, & in hoc etiam erat cõ-
tentio, & est propriè primus casus, quando fiet vendi-
tio terræ feudalis, ad instantiam creditorum, qui assen-
sum habẽt præferuntur, quamuis pretium sit redactum
in pecunia, quæ non est feudalis. Iura autem Ascanij
erant, petendi dotem super feudo, & erant feudalia, vt

supra conclusum est, & ne in istis iuribus sit contentio,
an potior erit; qui assensum habet prius ex prædictis,
quæ iura licet postea redigantur in pecunia, non tamen
extinguuntur, nisi facta solutione ijs, qui ante solutio-
nem comparuerant, & virtute istorum iurium transla-
ta est vtilis actio hypothecaria super castro prædicto in
8 creditores creditoris; † de iure enim super bonis hy-
pothecatis debitori meo competit mihi creditori cum
hypotheca, vtilis actio hypothecaria ex text. *in l. no-
men.* vbi Bartol. *in princ. C. quæ res pig. obl. pos. plenè*
Sal. ibi, *& in l. grege. §. cum pignori. ff. de pig.* reassumit.
Neg. *in tra. pig. in 3. memb. 2. par. n. 24. vers. sed in præ-
dictis. fol. 15. in paruis* quæ per præsẽtationem omnium
scripturarum, & graduationem petitam etiam ex iuri-
bus d. Ascanij proposita intelligetur, & maximè in Sa-
cro Consilio. Nec liberatio pecuniæ facta Ma. Io: Aloy-
sio obstabit, quando sub fideiussione facta fuit de resti-
9 tuendo, cui, quando, & quibus, † quæ fideiussio facit,
quòd respectu creditorum dicti Ascanij & Fabritij pe-
cunia intelligatur extare, *l. 1. & 2. ff. de vsufr. ea re. quæ
vsu consum.* & est text. [illegible] hoc *in l. procuratoris, §. fin.
ff. de trib. act.* quem ad hoc allegat Paul. de Castr. *in con.
289. alias 185. visis, & ponderatis vol. 1.* & Neapod. *in
consue. quartam autem. in vers. fructus*, & dicit Innoc.
*in cap. cum super 2. col. vers. item supersedeatur, quòd
qui cautionẽ habet, rem ipsam habere videtur. fol. 117.*
imò si esset sine cautione liberata sine præiudicio par-
tium adhuc diceretur, extare ita nouissimè dicit Ioseph
Ludou. *in decis. 45. col. pen. vers. vltimum num. 20. fol.
71.* & hæc cautio est loco proprietatis, vt benè declarat
Andr. Gail. *lib. 3. pract. obseru. obseru. 47. fol. 776.* &
tantò magis hoc procedebat in casu, de quo agebatur,
in quo ipse Fabritius notitiam habebat, hoc nomen
10 suum esse alteri obligatum, † quo casu, secundùm
vnam opin. de qua per Neguf. *in tract. prædicto, in 3.
membr. 2. par. num. 27. vers. sed dubia, fol. 15.* procedit
etiam dispositio tex. *in l. 3. C. de nou.* & fortiùs omnia
instrumenta creditorum patris, & filij, erãt in processu
præsentata, & facta liberatione cum fideiussione, vt su-
pra conseruantur iura aliorum, in quorum præiudiciũ
liberatio prædicta fieri non poterat, iuxta terminos *d.
l. procuratoris. §. fin. ff. de tributo actio.* Nec allegata fi-
cta solutio operari potest, vbi veritas apparet, quæ est,
quòd solutio nõ est facta Ascanio, nec penes eum pecu-
nia peruenit ex duab. regulis claris in materia fictionis.
Prima scilicet, quòd vbi corruit veritas corruit fictio,
l. ... ff. de lib. & posth. Secũda, quòd fictio cessat, vbi cessat
æquitas, quæ non aderat in casu, de quo agitur, post-
quam tractatur de præiudicando tertio, qui tempore
liberationis iam comparuerat, & suas scripturas præ-
sentauerat. Et ex prædictis Sacrum Consilium me
existente Commissario, iunctis Dominis Consiliarijs
duarum Aularum, prætulit creditorem, qui primo lo-
co impetrauit assensum ei, qui primo loco obtinuerat
cessionem deinde assensum. Aduertendum tamen,
11 † quia si filius, qui iura sua cessit, & se obligauit aliqui-
bus cum cessione iurium, & actionum, non esset pri-
mogenitus, sed vnus ex secundo genitis, posset euitari
discussio, de qua in præsenti decisione, quia in secundo
genitum non transit ius hypothecæ ad feudum pro ra-
ta dotium maternarum, cùm actio hypothecaria sit
radicata in personam primogeniti, contra quem pri-
mogenitum habebit secundogenitus actionem perso-
nalem, agẽdo contra eum, vt agat pro dotium recupe-
ratione, & ipsis recuperatis soluat ratam secundogeni-
tis, iuxta ea, quæ posui *in decis. 31.* sed habebit actio-
nem pro solutione ratæ pretij, seu valoris actionis præ-
dictæ, quæ est quæsita de nouo per matrem, iuxta ea,
quæ dicit Andr. *de feudo nouo empto per patrem, in c.
Imperialem. §. præterea ducatus, in 2. Addi.* & Capic.
in decis. 2. quæ actiones cùm non tangant feudum, nec
super eo agatur in eius obligatis per secundogenitos,
vel in pecunia, ipsarum occasione redacta, præferretur
is, qui primo loco contraxit, quamuis in impetratione
asēsus ex præd. nõ necessaria esset posterior. Act. Santo.

AD-

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm 1. Adde Tiraq. *de retra. consang.* § 26. *gl.* 1. *nu.* 79. & D. Agnam *cons.* 35. *numer.* 19. & fusius idem Anna *in collect.* 561.

An cessio possit duobus insolidum fieri, idem Anna *loco supra citato num.* 17. *quòd non.*

Ius exstinctum an cedi potest, quòd non, secundùm Decium *cons.* 502 *in fin.* Tiraquell. *vbi supra num.* 53. Bursatum *cons.* 121. *num.* 3. *vol.* 1. post Socc. quem allegat Anna *in d. cons.* 35. *nu.* 18. *qui solum* Tiraq. allegat.

Num. 5. Vide omninò Simonc. *in tract. de decretis fol.* 56. 57. *in prima impressione, supra in decis.* 14. *nu....* & Ann. Sen. *in sing.* 5.

Num. 8. ibi pecunia intelligitur extare, Adde hunc Dominum *in decis.* 200. *num.* 6. 8. Ann. Sen. *sing.* 537. D. Reg. Lanar. *cons.* 56. *num.* 4. Muscatell. *de fideiuss. modo* 17. & est loco proprietatis secundùm Andream Gayl. *obseru.* 42. *part.* 2.

Et in add. num 8. Adde Martam posteà impressum *in voto* 197. *nu.* 3. *& in eodem num.* ibi lex nomen, Vide Vrsill. *in decis. Affl.* 8. *num.* 3. & Ann. Iun. *in collect.* 46.

Num. 10. ad ornatum *l.* 3. *C. de nouatio. hic* allegatæ. Vide Clariss. D. Ann. Iun. *in addit. ad sing.* 486. *Genitoris sui fol.* 305. *secundum primam impress.* Ioseph. Ludou. *in suis com. opin. concl.* 4. *vbi* satis disertè Intrigl. *in sing.* 157. aliqua per Alphan. *collect.* 180. Thesa. *in dec.* 201. Rot. Lucens. *sub tit. trium Auditorum in decis.* 143. *fol.* 213. Ann. Iun. *in collect.* 213. Io. Bapt. Costam *in tract. de retrotract. fol.* 17. *&* 136. Limita per eumdem Thesaurum *in decis.* 221 *num.* 3. Vide Intrigliol. *in decis.* 15. *num.* 62. *& seq.* & M. Anton. de Amatis *in decis.* 93. *in fin.*

Quando dicatur cessio facta ad commodum cedentis, vel cessionarij vltra Neguf. per D. Præsidem hic alleg. secundùm Ann. qui supra, legatur quæso Iacobinus *in l. si cum emptore in* 1. *lect. nu.* 9. *& in* 2. *num.* 6. *ff. de pactis* dicens cessionem in casu *dict. l.* 3. *in princ.* fuisse factam ad commodum cedentis, quia actum fuit, vt quicquid exigeretur verteretur in vtilitatem cedentis, & si nihil exigeretur, &c. Vndè si nomen debitoris datum est insolidum simpliciter, & actiones ceduntur creditori periculum nominis spectat ad cessionarium, *l. pupilli* §. *soror. ff. de solutio.* Stephan. Grat. *in decis.* 13. *num.* 43. & vide Gozad. *in cons.* 86. *num.* 11. Strach. de Mercatu. per me allegatum infra *decis.* 427. & Surd. *in decis.* 326. *num....*

Aliud est dicit ipse, quando creditori meo cedo actiones contra debitorem meum, vt ei satisfaciat, hoc casu periculum nominis spectat ad cedentem, quod est notatum ad limitationem *d.* §. *soror;* Vide *etiam num.* 10. *in* 1. *& in* 2. *lectur. num.* 7. Soc. Sen. *cons.* 37. *n* 8. *v. des. confirmatur vol.* 4. & Gratian. *in d. decis. sub num.* 44. & ad istam decis. vide Costam *in tract. de retrotractio. fol.* 221. *num.* 11.

Denunciatio creditoris cedentis, quando dicatur de substantia in terminis *dict. l.* 2. Vide Alberic *ibi num.* 4. *& in l. nomen. num.* 5. *vers. vltimo aduertendum C. quæ res pignor.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *An, & quando secundus cessionarius primo cessionario præferatur.*
2 *Cessio iurium, an, & quando duobus fieri possit.*
3 *Priuilegium dotale extraneo, an cedi possit.*
4 *Priuilegium, an, & quando cessat in cessionarium.*
5 *Cessionarius an possit carcerare debitorem cessum, sicut poterat cedens, & quid si de viribus cessionis constet.*
6 *Cessionarius licet sit priuilegiatus, cùm scilicet principalis deberet compromittere, debet etiam ipse cessionarius compromittere.*
7 *Cessionarius an possit conueniri ex persona cedentis.*
8 *Debitori soluente creditori, nulla fit cessio per creditorem.*
9 *Creditor an teneatur, & cogi possit ad cedendum contra se.*
10 *Actio indicatur eiusdem naturæ, cuius est res ad quam, vel ex qua.*
11 *Fideiussio de restituendo cui, quibus, & quando, cuiusue sit qualitatis.*
12 *Quis teneatur agere ciuiliter, vel accusare, remissiuè.*
13 *An actio ad feudum, dicatur feudalis.*

1 AD hanc decis. 75. adde, † & quando secundus cessionarius primo cessionario præfertur Franc. Marc. *decis.* 864. Affli. *decis.* 353. *num.* 30. & videndi sunt Doctor. *in l.* 84 § *Caium ff. de legat.* 1. & Olsscus *decis. Pedemon-*
2 *tana* 63. an † & quando cessio iurium duobus fieri
3 possit. † Priuileg um dotale extraneo, an cedi possit,
4 & † an, & quando priuilegium transeat in cessionarium Afflict. *decis.* 306. vbi Vrsillus. Sed quòd non transeat, tenet expressè Mynsingerius *obser.* 3. *cent.* 3.
5 & Bartolus *in l. vnica, C. de priuileg. creditor.* † quòd autem cessionarius non possit carcerare debitorem cessum, sicut poterat cedens, nisi de viribus cessionis
6 constet, Marsilius *Sing* 26. & † licet cessionarius esset priuilegiatus, tamen, si principalis deberet compromittere, debet etiam ipse cessionarius. Ita Marsilius *Sing.*
7 335. Et † an possit cessionarius reconueniri ex persona cedentis, Maranta, *in l. si actor. ff. de procuratori-*
8 *bus* † Debitori soluenti creditori nulla fit cessio per
9 creditorem. Præsidens *decis.* 35. *sup.* Sed † an creditor teneatur, & cogi possit contra se ad cedendum, quòd sic; Dec. *cons.* 104. *Sed dubitat,* Caballin. *Milleloquio*
10 445. & de Franchis. *decis.* 290. Ad num. 2. & 5. quod † actio iudicatur eiusdem naturæ, cuius est res ad quam, vel ex qua, Adde Gabriel. *lib. conclus. tit. de action.* Adde ad hunc numerum Minadoum *decis.* 29. latissimè, etiam ad num. 5. *adde infra decis.* 93. vbi dico latissi-
11 mè ad num. 9. † Fideiussio de restituendo cui, quibus, & quando, cuius qualitatis sit, vide Moscatellum *de fideiussoribus, modo* 16. 13. & 30. latissimè. & Præsidentem *infra decis.* 220. *alias* 200. an † agere quis tenea-
12 tur inuitus, vel accusare, *supra decis.* 41. & adde quæ dico *infra d. decis.* 353. vbi latissimè, & Tepatum *in lib.* 1. *Variarum iuris sententiarum in tit. vt nemo inuitus*
13 *agere vel accusare teneatur,* Ad num. 3. an † actio ad feudum, dicatur feudalis, Andreas *in c.* 1. §. *sciendum, num.* 3. *de feudi cognitione.* Cannetius *in capitulo, volentes, vers. sed quid si fuerit venditum, nu.* 2. quem allegat Anna pater, *Allegat.* 122. *incip. Præsupposito* vbi decidit spatium sic priuatum esse actione ad feudum, & etiam hypothecaria, sicut ipso feudo. Alia conferentia dicit idem *Singul.* 5. *Actio.* Ant. Gabr. *conclus.* 7. *lib.* 6. Ioseph Ludou. *conclus.* 48. *in fin.*

ADDITIO D. RICII.

CReditor, qui priùs habuit cessionem mox assensum præfertur secundo, qui habuit cessionem cum assensu ante assensum, hoc dicit ad hanc decis. Adde Monter. *decis. Aragoniæ* 4. *numer.* 8. Afflict. *de iurisd. part* 4. *cas.* 132. *n.* 12. *& in tract. de Clausul. claus.* 34. *n.* 4. qui s allegat Thor. *in compend. dec. in verb. credit. anterior fol.* 128. *colum.* 2.

†

OB-

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Cessione facta duobus insolidum nominis debitoris in burgensaticis anterior præfertur.*

2 *Quid si postremus cessionarius exegisset in hac re, confutatur* Olea, *& quid si cessio facta sit solutionis facilioris causa num.* 3.

4 *Actione feudali cessa duobus insolidum præfertur posterior cessionarius si impetret prius assensum: affertur ratio, & refelluntur* Capyc. & Marescott. *nu.* 5. *saluatur decisio relata per* Marescott. *nu.* 6. *& an cessio constituat aliquem procuratorem in rem suam nu.* 7.

8 *Cessionarius præfertur in concursu cum cedente.*

9 *Assensus requiritur pro translatione hypothecariæ super feudis, & non personalis actionis, & num hodie necessarius sit assensus in cessione, numero* 10.

11 *Dubitatio contra decisionem, an possit cedi hypothecaria sine personali cum expositione decisionis, num.* 12.

13 *Affertur differentia inter cessionarios, & creditores.*

14 *Factum in causa Em. Card. Raggi, & notabiles formæ cessionum nu.* 15.

16 *Assensus super pacto de cedendo an roboret cessionem, & quando mutetur feudum numero* 17. *&* 18.

1 AGer ferax est hæc decisio, quæ edocet plures conclusiones, & parturit multas controuersias, prima assertio est, cessione nominis debitoris facta duobus insolidum pro toto credito, vel pretio vni, & postmodum alteri ex venditionis, aut simili titulo in burgensaticis præfertur primus cessionarius, ita hic in principio, & tenet Salgad. *in laber. creditor. p.* 1. *c.* 10. *nu.* 47. Nuguerol. *alleg.* 35. Cenc. *de censib. q.* 68. post alios Olea *de cess. iur. tit.* 6. *q.* 81. *num.* 4. *& seq.* nam cedens iura sua non potest eadem iura alteri cedere, quia cessio in incorporalibus habet vim traditionis Bal. *cons.* 216. *libr.* 2. Tusc. *litt. C. concl.* 183. *num.* 1. Olea *tit.* 1. *q.* 4. *num.* 23. maximè si procurator in rem suam constitutus est cessionarius, latè Guzman *de euict. quæst.* 35. *numero* 130.

2 Ampliat præcedentem conclusionem Olea *de cess. iur. tit.* 6. *q.* 8. *num.* 29. *& seq.* vt si posterior cessionarius exegerit pecuniam siue scientiam habuerit primæ cessionis siue non, quòd possit auocare pecuniam exactam, ex quo postremus cessionarius exegit pecuniam alienam, cùm debitoris nomen sibi cedi non potuit, & *num.* 32. indistinctè firmat pecuniam exactam à posteriore auocari posse ab anteriore etiam si iste non esset cessionarius, vel crediter ex causa priuilegiata, & esto pecunia esset bona fide consumpta, nisi cessio facta esset duobus pro parte, quia præueniens in exactione non potest molestari à primo cessionario, ita Olea *num.* 30. & quòd primus cessionarius auocare possit pecuniam exactam à posteriore tenet *Acosta de priuileg. credit. regul.* 3. *ampl.* 4. *num.* 4. *& seq.* Contrarium autem verius est ex *l. si filiusfamilias, ff. si cert. pet.* vbi si quis ex aliena pecunia soluat debitum, non potest dominus talis pecuniæ eam condicere à creditoribus, nam postquam est consumpta pecunia, illius dominium preditur, & consequenter rei vendicatio impeditur *l. si fur, ff. si cert. pet. l. pupillus, ff. quæ in fraud.* Affl. *dec.* 190. Fontanell. *de pact. nupt. glos.* 8. *p.* 6. *n.* 34. *tom.* 2. *claus.* 5. *& num.* 45. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *q.* 31. *à num.* 12. Scio benè verum defendi posse opinionem Oleæ ex argumentis Acostæ, & Castilli *lib.* 4. *controu.* 61. *num.* 89. & aliorum, attamen ne mundus inuoluatur litibus practicatur decisio Afflicti supra citata.

3 Difficultas militaret in cessione duobus facta ad faciliorem exactionem an primus cessionarius præferatur secundo, & videtur negandum, quia per huiusmodi cessionem non transfertur dominium, vnde ambos concurrere in istis terminis tenent Guzman. *de euict. q.* 35. & Olea *vbi sup. num.* 11. vbi refellit Salgadum *in laber. credit. par.* 1. *cap.* 10. *à num.* 2. tenentem pro anteriore cessionario, & ratio adduci potest, nam cēsētur ambo cessionarij in hoc casu procuratores cedentis, ipse autem conuenio cum Salgado, quia saltem dicta cessio habet vim pignorationis, & hypothecæ, vt ex decisione Rotæ Romanæ firmat. D. Philipp. Gammatæ. *respon.* 39. *num.* 18.

4 In feudalibus aliter differitur, nam si creditor cum assensu super feudo cedit iura sua duobus insolidum is qui primo loco habuit assēsum præfertur ei qui prior fuit in cessione, sed posterior in assensu ita iunctis Aulis testatur decisum D. meus iuxta emendatam, & correctam editionem, & comprobant Gait. *de credit. q.* 11. *num.* 1854. Salgad. *in laber. cred. p.* 2. *c.* 4. *nu.* 42. Merlin. *de pign. lib.* 4. *q.* 81. D. Staiban. *res.* 61. R. Latro *consult.* 84. ratio est quia in cessione requiritur assensus quando sumus in actionibus feudalibus ad integrandam personam cessionatij, vt hypothecaria possit agere tamquam cessionarius, nec sufficit assensus impetratus super contractu celebrato inter cedentem, & debitorem principalem, cùm ille assensus nequeat extendi de persona in personam, & limitatur *text. in l.* 1. *C. de his qui in prior. creditor. loc. succeff.* ita Rouit. *in pragm.* 4. *de feud. n.* 17. Anna *alleg.* 17. R. Latr. *consult.* 56. *nu.* 12. *Thor. in compend. dec. Regn. to.* 2. *variar.* assensus Regius erit necessarius D. R. de Marin. *lib.* 2. *resol.* 61. vbi confutat Capyc. *dec.* 51. *nu.* 10. &

5 Marescottum tenentes non expostulari assensum in cessione actionis feudalis, quia istorum sententia fuit reiecta ex relatis per R. de Pont. *de pot. proreg. tit.* 8. §. 11. *num.* 14. D. de Marin. *vbi sup. & post alios* Donad. *de renunc. to.* 1. *c.* 14. *nu.* 20. & quatenus Marescottus refert decisum iuxta suam assertionem, ipsi non esse adhibendam fidem vti extero tradit D. de Marin. *vbi sup.*

6 Saluari posse decisionem relatam per Marescott. inquit, D. de Marin. vt non requiratur assensus in cessione si cessionarius ageret vti procurator cedentis in vim mandati, & consuetarum clausularum, ex quibus cessionarius ponitur in locum cedentis, nam vti procurator posset agere super feudo, & pretio illius, & per solutionem sibi in vim d. mandati factam resolueretur hypotheca feudi ita per S. C. iudicatum refert Conf. de Georg. *in repetit. feud. c.* 43. *num.* 47. Gizzarell. *dec* 43. *D. de Marin. vbi sup. & ad Reuerter. obs.* 9. & pariter creditor absque assensu vti creditor sui debitoris creditoris cum assensu super feudo, potest agere ex persona sui debitoris creditoris super feudo Amat. *con.* 42. *num.* 33. *& seq.* vbi plures cumulat, & refert per S. C. determinatum iunctis aulis R. Latr. *consult.* 84. *lib.* 2. & quòd possit creditor agere ex persona sui debitoris Merlin. *de pign. lib.* 2. *qu.* 30. Gratian. *discept.* 507. P. Merlin. *controu* 60. *nu.* 20. *cent.* 2. Olea *de cess. iur tit.* 4. *q.* 4. *n.* 32. *&* 36. & mandatum in rem propriam cessionarij, vel creditoris transit ad hæredes mandatarij *l. illam vbi glos. in ver. transferre, C. de donat.* & ibi Bal. R. Galeot. *controu.* 9. *nu.* 31. *lib.* 1. neque per obitum mandantis expirat Bal. *in l.* 1. *G. de act. & oblig. nu.* 4. Mant. *de tac. conuent. lib.* 7. *tit.* 23. *n.* 32. Gabr. *comm. opin. tit. de procurat. concl* 2. *n.* 36.

Petes?

Petes? an procurator in rem suam dicatur qui habet
7 iura cessa ex sola cessione actionis, & videtur affirmandum ex *l. si procuratorem*, *§. fin. ff. mand. & docet specul. in tit. de procur. §. sequitur* Marant. *in l. si act. n.* 151. *ff. de procurat.* Contrarium probant, & non possint exerceri directæ ex sola cessione Guzman. *de euict. q.* 35. *n.* 111. Carleual. *de indic. to.* 2. *lib.* 1 *tit.* 12. *disp.* 4. *n.* 2. & allegantur *l.* 2. *& l. si solutum*, *C. de act. oblig.* ipse amplector primam opinionem cum Olea *tit.* 1. *q.* 1. *n.* 46. vbi ita firmat ex *gl. &* Bar. *in l. emptor*, *C. de hered. vel act. vend.* Fab. *in C. eodem tit. def.* 2. Arias de Mesa *lib.* 1. *var. ca.* 19. *n.* 13.

8 Animaduertendum est, quòd assensus Regius non est necessarius pro translatione vtilis personalis actionis in cessione, quia illa concernit pretium, & commoditatem feudi, & non tangit feudum, & per illam personalem potest cessionarius agere contra feudatarium debitorem pro consecutione pecuniæ, vt post alios R. Galeot. *lib* 2. *contron.* 28. *n.* 33. sed assensus requiritur pro translatione hypothecariæ super feudo, vt docet D. de Marin. *d. res.* 61. *lib.* 2.

9 Opinio prædicta de creditore, vel cessionario, quòd possit etiam si non habeat assensum super cessione agere ex persona cedentis assensum habentis, & exercere directas actiones, vt procurator in rem propriam, procedit quando vnus tantum esset cessionarius, vel creditor, sed quando sunt plures, quorum vnus est anterior sine assensu, & alter posterior cum assensu, in concursu potior esset habens hypothecatum feudum cum assensu, & huic est satisfaciendum ex pretio feudi, quamuis sit burgensaticum ad hoc vt soluatur hypotheca feudi, & emptor feudi sit tutus, vt dictum est in principio, præterea quia prior cessionarius sine assensu si ageret in vim mandati non posset concurrere cum posteriore agente ex cessione vallata assensu, prout cessionarius in concursu præfertur cedenti Bar. *in l. procurator in rem suam*, *ff. de procurat. & in l.* 3. *C. de nouat.* Crauett. *con.* 227. & fusè comprobat Olea *tit.* 6. *q.* 8. *n.* 8.

Exurgit difficultas, numquid attenta gratia S. M. de anno 1605. habilitante ad successionem in actionibus
10 hypothecarijs super feudis extraneos prout dictum est in *obs.* 41. nisi agatur de præiudicio fisci post d. gratiam sit necessarius assensus in cessione actionis in feudo, quia dum actio transit ad quemcumque successorem in credito R. de Pont. *de pot. proreg. tit.* 6. *de assens. Reg. super datar. n.* 47. D. R. de Marin. *resolut.* 126. *lib.* 1. *num.* 89. consequenter eiuscemodi gratia ad beneficium quorumcumque successorum videtur prodesse cessionarijs, vt testatur iudicatum Afflict. *dec.* 335. *nu.* 17. vbi appellatione heredum, & successorum quorumcumque venit cessionarius *l. si in rem. ff. de iure iur.* Camer. *in l. Imperialem ar.* 19. *lit. F. vnde* R. Latr. *consul.* 84. *n.* 36. *&* 37. *li* 2. allegans Andr. Camer. Liparul. inquit, quòd stante gratia nō fit amplius de ista actione hypothecaria iudicandum, nisi vt de re burgensatica, vnde post dictam gratiam Regno indultam præualere videtur opinio Cap. & Marescott. firmantium dato assensu super contractu principalis crediti posse cessionarium absque nouo assensu iuribus creditoris super feudo experiri Paris. de Put. *de reintegr. feud. fol.* 106. *in c. incip. an si rusticus, num.* 12. Schrader. *de feud. p.* 7. *c.* 2. *à num.* 26. Molin. Frecc. Rodr. & alij relati per Carleual. *de indic. to.* 2. *disp.* 35. *n.* 33. *de quibus* D. Petr. *super rit. M. C.* 244. *à n.* 16. Benè verum quamuis actio hypothecaria super feudis transeat ad quemcumque successorem dummodo feudum non reperiatur penes fiscum attamen Montan. *in contron.* 76. circa finem tradit in dispositione huius hypothecæ feudalis per contractum inter viuos nouum requiri assensum, & pro hac opinione rationes adduci possent, quia successorum vniuersalium appellatione non venit cessionarius Dec. *consil.* 193. *& idem* Afflict. *vbi sup. num.* 17. Theodor. *alleg.* 30 *num.* 19 *& alleg.* 41. *nu.* 12. Bal. *in c.* 1. *§. donare qualit. olim. feud. alien. poter.* & data facultate disponendi per vltimam voluntatem, non dicitur concessa per contractum inter viuos, Thesaur. *decis.* 209. Peregr. *de fideicomm. ar.* 40. *n.* 62.

Argui potest contra decisionem ad fauorem primi
11 cessionatij cum posteriori assensu contra posteriorem cessionarium cum anterioritate assensus quòd cùm non sit necessarius assensus pro translatione personalis, sed pro translatione hypothecariæ, vnde quamuis verùm sit quòd in secundum cessionarium ratione prioritatis assensus translata fuerit hypothecaria residens penes cedentem principalem creditorem propter defectū assensus in priori cessione, nihilominus illa hypothecaria postremo loco cessa transit sine personali in posteriorem cessionarium, in qua re licet *glos. in l. fin. ver. peteat*, *C. de hered. vel act. vend.* negat posse cedi hypothecariam sine personali, & glosam sequuntur Dyn. Castr. & Speculat. *in tit. de cess. action. vers. sed quid si cessi*, *&* Bal. & Salyc. *in d. l. fin.* cuius opinionis argumenta adducit Merlin. *de pignor. lib.* 4. *quæst.* 126. verior tamen est contraria sententia, vt ex post facto hypothecaria possit separari à personali, & cedi sine personali *l. intelligere debes*, *C. de luit. pign.* Fab. *lib* 7. *coniectur. cap.* 18. P. Merlin. *centur.* 3. *contr.* 19. *num.* 14. Merlin. *de pign. lib.* 2. *q.* 35. Olea *de cess. iur. tit.* 6. *q.* 6. *num.* 11. & cessa hypothecaria non censetur cessa personalis Alex. 35. *var. resol.* 5. *n.* 2. Olea *vbi sup. num.* 8.

Nihilominus si ceditur hypothecaria sine personali
12 d. cessio valeat ad effectum tuendi, & retinendi rem hypothecatam, quoties extiterit penes cessionarium, sed non valet ad effectum agendi, ita Bar. *in l. fideiussor. obligari*, *ff. de fideiussor.* Alex. *cons.* 47. *lib.* 3. Ias. *in l. si domus*, *§. si fundus num.* 15. *ff. de legat.* 1. R. Salernit. *decis.* 35. nam potest hypotheca ad diuersum finem pluribus cedi Rouit. *consil.* 79. *lib.* 1. & quòd hypothecaria non possit cedi sine personali, nisi ad effectum retinendi addo Andreol. *contron.* 162. *numer.* 6. quamobrem redeundo ad institutum, prior assensus obtentus à posteriore cessionario actionis hypothecariæ super feudo efficax solùm erit ad finem retinendi feudum, quatenus esset penes ipsum, & non ad effectum agendi, & exinde quando assensus superuenit in prima cessione, tunc operabitur ad effectum agendi, quia primus cessionarius etiam sine assensu habebat personalem, & per assensum posteriorem habebit etiam hypothecariam ad effectum agendi, & consequenter in concursu anterior cessionarius cum vltimo assensu præferri debet in agendo, & cessionarius posterior cum anteriore assensu tamquam habens hypothecariam à personali separatam in retinendo feudum quod forsan esset penes ipsum, potior foret, & præferretur primo cessionario, & id non esse nouum tradit Salernit. *& per text. in l. creditore*, *ff. de euict.* post alios probat Olea *tit.* 5 *quæst.* 4. *num.* 10. distinctionem hanc dici à perspicacissimo Iureconsulto P. Caiet. de Afflict. qui eminenter scripsit pro Eminentissimo D. Cardinali Raggio, & alijs cohæredibus, & liberis D. Iacobi Raggij nepotis ex fratre D. Ioannis Baptistæ Raggij causam habentis ex iure cesso à Carolo Seripanno cessionario ex iuribus anterioribus, & potioribus Comitis Triuenti creditoris præuio assensu super feudis Aquæuiuæ, & Gioiæ terrarum D. Ducis Atriæ, qui D. D. Raggij egerunt in S. C. super pretio dictorum feudorum in concursu cum Illustriss. Ducibus S. Agathæ causam habentibus à D. D. sororibus Cossis prætendentibus prælationem ex priori assensus impetratione super cessione quamuis posteriore loco facta per Comitem Triuenti ipsis sororibus, & ad fundandam prælationem allegantibus hanc D. mei decisionem de illius subsistentia addubitauit P. de Afflicto ex adducta distinctione, quamobrem voluit videre processum causæ super qua compilata est decisio, & inuenit non aliter controuersiam fuisse inter duos cessionarios, sed inter cre-

creditores debitoris super feudo, inter quos adest differentia.

Cessionarius enim qui pretio comparat aliquod nomen debitoris acquirit titulo habili emptionis domi-
13 nium cessi nominis, cùm cessio in incorporalibus habeat vim traditionis, vt firmatum est, & proinde postquam cedens transtulit dominium in primum cessionarium, postmodum cedendo alij nequit transferre dominium, quod non habet ex regula *l. nemo, ff. de regul. iur.* Olea *vbi sup. tit. 6. q. 8. num. 4.* quando autem sumus inter creditores, cùm dominium ex hypotheca remaneat penes debitorem, super nomine debitoris concurrentibus diuersis creditoribus, qui prior fuit in obtinendo assensum, & acquisitione hypothecæ super feudo obligato videtur præferendus posteriori in assensu, cùm in feudis creditor cum assensu anteriori præferatur creditoribus contrahentibus cum vasallo sub hypotheca: Afflict. *dec. 286.* & ibi Vrsill. & quòd dicta decisio emanata fuerit inter creditores creditoris super feudo conspicitur ex traditis *numer. 7. & 8.* vbi promiscua fit mentio de cessionarijs, ex eo quòd ex hypotheca crediti feudalis inducitur quædam cessio ad beneficium creditorum creditoris quasi iuris effectu.

Iustitia Eminentissimi Cardinalis, & cohæredum
14 pro stabilienda in facto deductum fuit, quòd Comes Triuenti de anno 1581. & 1582. acquisiuit diuersa credita censualia super d. feudis Ducis Adriæ ascendentia ad ducatos 95. mille, & 6. Aprilis 1582. declarauit comparasse pecunia Comitis Laureti, & se obligauit cedere illi, & suis hæredibus, vel cui d. Comes Laureti, vel eius hæredes voluerint mediante contractu assensu roborato, deinde Triuentus ad effectum soluendi pecuniam debitam d. Comiti Laurenti fecit tres cessiones, primum Marchionis Casealboris ducatorum 5620. die 11 Decembris 1581. sed pro iuribus posterioribus cum reseruatione anteriorum ad beneficium ipsius cedentis, ex qua cessionis formula primus cessionarius euasit creditor posterior, & postmodum Triuentus fecit alteram cessionem 31. Ianuarij 1585. Carolo Seripanno pro ducatis 25 mille, qui immediatè soluti fuere Comiti Laurenti, sed cessio facta fuit pro iuribus potioribus, & anterioribus ipsius Triuenti cedentis, qui postremo loco cessionem fecit d. Cossis cum priore assensus impetratione, verum cùm clausula dummodo ex illa cessione nullum damnum obueniat cedenti.

Edissertum, & argumentatū est ex hac serie facti ex pacto apposito in vltima cessione inspecta contrahentium intentione nullum fuisse inductum præiudicium Seripanno, in creditis potioribus, & anterioribus ipsi cessis, nam secus sequutum esset damnum Triuento cedenti nedum in restitutione pecuniæ habitæ ex causa d. potioritatis causa non sequuta ex Rade Pont. *con. 6.* Camill. de Medic. *cons. 120. num. 13* verùm etiam incursum esset in periurium, damnum famæ, & pœnam stellionatus, si eamdem anterioritatem iterum per cessionem transferre voluisset Cossis, ita ex Guzman, & alijs quos refert, & sequitur Olea *tit. 7 quæst. 2. num. 16.* cùm igitur Triuentus sub expressa lege cesserit Cossis, vt ex quauis causa non possit sibi aliquod damnum exoriri, per consequens nullatenus voluit includere anteriorem hypothecam super feudis cessam Seripanno, aut ei præiudicium inferre.

Præterea neque cessio facta Seripanno indiguit assensu, sed cessio habuit efficaciam ab assensu præstito super pacto, & obligatione cedendi facta ad fauorem Comitis Laureti, dum hic recipiendo pecuniam Seripanni censetur ratam habuisse, & mandasse cessionem factam Seripanno *c. constitutus vbi* Abb. *de testibus* Menoch. *lib. 2 præs. 23. num. 6.* & assensus super pacto de cedendo roborat sequentem cessionem absque alio assensu, prout interpositus super pacto de vendendo feudo firmat sequentem venditionem Camerat. *in repet. c. Imperialem, car. 51. litt. B.* Afflict. *in constitut. Constitutionem Diuæ memoriæ numer. 30. vers. decimo quæro*, & doctrina Camerat. procedit etiam si assensus interponatur super pacto de cedendo absque nominatione personæ Montan. *de regal. offic. fol. 171. & 185.* D. R. Galeot. *respons. fiscal. 12. c. 15. num. 136.* & quatenus Seripannus obtinuerit assensum, ad maiorem cautelam illum impetrauit, cùm non repugnent plures assensus super vno eodemque contractu: Frecc. *de subfeud. lib. 2. q. 22* disceptatum tandem fuit an Raggijs descendentibus à Iacobo nepote ex fratre, & hærede Ioannis Baptistæ Raggi suffragari posset assensus per Ioannem Baptistam cessionarium d. Seripanni impetratus anno 1586. cum clausula pro se, & hæredibus ex corpore, & modicam hæc obiectio habuit difficultatem, dum successio in feudo nouo ampliata fuit ad d. Nepotes ex *pragmat. 25. de feud.* & etiam quatenus Iacobus Raggius extitisset hæres penitus extraneus, per gratiam vt ex *pragmat. 27. de feud.* habilitatus est ad successionem in actionibus hypothecarijs super feudis, quamobrem D. D. Raggij 18. Martij 1665. re exactissimè perpensa per D. Thomam Carauita probum, & dignissimum Consiliarium, & causæ Commissarium graduati fuerunt pro iuribus anterioribus, & potioribus cessis Carolo Seripanno, & antelati Ducibus S. Agathæ, processus est in Banca Litti.

Clausula pro se, & hæredibus ex corpore apposita in assensu impetrato super venditione feudi antiqui
17 facta proximè successuro, an alteret feudum, & de antiquo efficiat nouum controuersum fuit in causa feudi Vaitani inter Illustr. Ducem Carginatiæ Carolum Mormile, & Regium fiscum, vt innui in *obs. 3. in fine*, in qua re excitatus fuit articulus an venditio feudi facta in proximè successurum mediante assensu resoluatur in refutationem, & Io: Fab. *in pro primo instit. in ver. Alemanicus* asseruerat non esse acquisitum, sed patrimoniale emptum ab eo cui ab intestato succedere debemus *l. 1. §. qui autem, & §. sed si libertus. ff. si quid in fraud. patr. & cap. 1. de vasall. decrep. ætat.* ideoque ait non esse locum statuto permittenti liberè disponere de acquæstibus, & Fabrum secuti sunt Io: Plat. *in d. proœm. col. 3. vers. quid autem*, Gugliel. de Benedict. *in repet. c.* Raynutius *in verbo, & vxorem nomine Adelasiam num. 791. de testam.* Cassan. *in consuet.* Burgund. *tit. de success. §. 7. in ver. Son-sytfa col. 2.* & facit quòd prohibita alienatione simpliciter non censetur prohibita in eum qui successurus est ab intestato *glos. in l. pater, §. Iulius, ff. de legat. 3.* & ibi Dyn. & Cyn. & feudum aliàs alienari prohibitum potest in proximiorem alienari *c. 1. §. sed etiam rei, & ibi glos. & alij tit. per quos fiat inuestit.* & quod præterea scribitur in *cap. 1. de vassall. decrep. ætat.* vbi si vasallus refutat feudum Domino, vt inuestiat filios suos feudum remanet antiquum, vt prius erat Ias. *cons. 7. lib. 3.* Nihilominus Tiraq. *de retract. lignag. §. 32. glos. 1. & vnic. nu. 46.* intelligit sententiam Fabri, & asseclarum procedere in eo quod donatur, aut legatur ei qui successurus est, sed si id non sit donatum, aut legatum, sed venditum aliud sit, cùm nihil sit cur is qui hæc emit non tamquam extraneus, & ab extraneo emisset, & Bar. & Io: de Plat. in *l. 1. C. de impo. lucr. descript.* notant statutum de soluenda gabella locum habere in contractu inito inter patrem, & filium ex causa onerosa non etiam gratuita, & sequitur Bart. *in l. 1. col. 2. ff. de iniust. rvp.* Firmian. *in tract. de gabell. 7. princ. q. 21. & 3 par. 8. 1. princ. q. 25.*

Verùm enimuero, vt meum interponam iudicium,
18 Tiraquelli intelligentiam adaptari non posse censeo in specie feudi antiqui proximè successuro agnato venditi, quia toto cœlo distant termini retractus competentis in re patrimoniali à materia feudali, nam in primo casu dum quis emit rem patrimonialem ab eo cui successurus est ab intestato rectè dici potuit non habere locum retractum tamquam in patrimonio cùm si res est acquisita liberè potest emptor disponere

de

de acquæstu, prout etiam si aliquid donatum est ab eo cui successuri sumus obtinet vim patrimonij, nisi aliter fuerit à donatore declaratum, vt scilicet habeat vim acquæstus, nam & tunc censebitur non patrimonium, sed acquæstus quem potest quis donare quibuslibet, ita declarat Tiraq. *n.46. & 51.* vbi secus esse ait in personis, & actibus prohibitis per Bal. *in proœm. feud. nu. 3. diuis.* modò cum agnatus emit feudum de eo disponere non potest vti de alia re acquisita præterea nec doctrina Tiraquell. adaptari potest ad alienationem feudorum, dum idem *num.52.* sentit sententiam Fabri procedere in rebus donatis filijs, & non collateralibus, è diuerso feudum antiquum potest refutari agnato proximiori in gradu successibili, aut melius dicitur, quòd ideo antiquum feudum cùm quis refutat domino ad hoc vt inuestiat filios remanet antiquum, nam in dubio nemo præsumit iactare suum *l. cum de indebito, ff. de probat.* nec præsumendum sit quòd refutans voluerit in sui præiudicium refutare, quod esset mutata qualitate feudi ex antiquo in nouũ, & numquam sit mens partium admitti fiscum Loffred. *in c.1. de nat. success. feud. nu.71.* ita Ann. *in repet. cap. 1. de vasall. decrep. at.* consequenter non poterit argui, vt agnatus emens feudum velit emere, vti extraneus, & tamquam ab extraneo in sui præiudicium, ac etiam refutantis, & facere admitti fiscum, cùm ex eodem Tiraquel. hoc totum dependeat à voluntate contrahentium, & feudum potiùs iudicandum sit antiquum, quam nouum Andr. *in cap. 1. vers. si vero dominus de grad. success. in feud.* Ann. *vbi sup. number.103* & æstimari debet actus, & interpretari magis à mente vasalli refutantis quàm domini inuestientis cùm assensus sit tamquam inutilis, & ad maiorem cautelam, vt per Merlin. *cent.2. controu.57. in fin.* & feudum emptum per filium à patre non dici nouum, sed remanere antiquum ex Iacob de Beluis. & alijs congestis per Amicangel. *de feud. q.8. num.15.* ostendi *obs.71. nu. 7.* & ita constanter teneo per *tex. in c.1. §. & si libellum de alien. feud. pater, & ibi gl.* vbi refutatio dicitur facta per viam dationis ad libellum cum reseruatione annuæ pensionis, & ita loquitur Loffred. *consil.3. nu. 39.* & sequitur Medic *cons.49. R. Galeot. in add. litt. A. & controu.6. num.16. libr.2.* & quòd refutatio possit fieri tam cùm pretio, quam sine Afflict. *in cap.1. §. & si Clientulus num.11. in 3. notab. de alien. feud.* vbi contra Camer. *innuebit,* & idem tenent Paril. de Put. *de reintegr. feud. c.261.* R. de Pont. *de pot. proreg. tit.8. de refut. §.1. & in rubr. d. tit. n.37.* Anna *allegat.97. & in repet. d. c.1. à n.150.* Sanfelic. decis.110. Merlin. *vbi supr. num.19.*

Alteratio feudi ex antiquo in nouum validius suadebatur ex clausula in assensu impartito pro emptore, & hæredibus ex corpore, quia noua forma efficit nouum feudum, & propter nouum modum inuestituræ videtur recessum à natura antiqui feudi, & constituitur feudum nouum, vt Oldrad. *cons.198.* Bal. *cons.249.* Alex. *cons.19. nu.11. lib.5.* Cephal. *cons.12. lib.1. nu.14.* egregiè Afflict. *dec.112. n.5.* Mastrill. *dec.66. n.21. lib.2.* Georg. *alleg.8. n.1.* Rota penes Verall. dec.16. p.2. n.4. & quamuis Vrsillus non amplexetur ita indistinctè conclusionem Afflicti ex quo iste melius loquatur in *cõst. Reg. cũ circa iustitia,* vbi ait non esse nouũ feudum, nisi quoad illam nouam qualitatem, additam, non in alijs ex Dec. *consil.53. & 158. & gl. notab. in l. si peculium. §. quæ alieno in verbo maneat, ff. de pecul.* Ann. *in repet. d. c.1. & Boer. dec.78. de Geor. n.11.* & D. meus docet *in dec.7. n.4.* Verumtamen parum referre videtur, an solum fiat nouum feudum in forma addita, nam semper verum erit dicere, quòd deficientibus hæredibus ex corpore emptoris inuestiti, non possit succedere Dom. Carolus Mormile Dux Carginarij frater patruelis Oratijs Morminilis vltimi feudatarij quatenus ex *prag. 15. de feud.* contrarium videatur probari, vt non alteretur feudum ex clausula pro se, & hæredibus ex corpore inuestiti emptori in donatione facta filio proximè successuro per patrem, cùm nihilominus filio prædefuncto succedat pater, vti in antiquo, pro parte Regij fisci replicabatur, id procedere in donatione ex verbis ibi *placet Regiæ, & Catholicæ Maiestati quoad donationes tantùm, quæ filio conceduntur qui immediatè proximè patri successurus sit,* vnde vti restrictiuè limitatum extendi nequeat ad contractus venditionis vbi voluntas alienantis magis refertur ad pretium quàm ad præuentionem successionis, & propensius contractum venditionis non posse resolui in refutationem edisserebatur tamquam non registratum infra dies quindecim iuxta dispositionem *pragm.20. de feud.* & præterea venditio non fuit simplex, & pura ex speciali hypotheca per venditorem reseruata in dicto contractu quæ in simplici refutatione non admittitur.

Contra pro Duce Carginariæ adducebatur, quòd supposito pro vero, vt omnis contractus siue donationis, permutationis, aut venditionis cum proximè successuro super feudo resoluatur in refutationem, & quòd refutatio possit fieri per venditionem ex allegatis, & ex ijs quæ indiuidualiter probat Amicangel. *vbi sup. qui recedit à* Tiraq. *in d. §.32. glo. & vnic. num.35.* & feudum non alteratur in sua natura feudali ex pecunia per *tex. in l. Titius puerũ, ff. de oper. à liber. patr. & c.* vbi pecunia data per seruum domino suo vt ipsum manumittat non impedit, quin facta manumissione dicatur libertus, & teneatur, vt libertus præstare operas domino suo, præponderat enim beneficium, & melior *tex. in l. cum seruo ibi* Bal. *ff. de contr. emp.* vbi si Titius mandat seruo, vt vendat rem suam Caio, si seruus vendat alteri non tenet venditio, & sic pecunia non est causa mandati, & venditionis sed persona, ita pariter si vendat pater feudum filio, nec pretium est causa venditionis, sed persona proximè successura, hinc inferri assensum cum d. clausula pro hæredibus ex corpore vti ad exuberantiam, & non necessarium nihil operari neque obesse ex Merlin. *d. contr. 57.* & dum fratres patrueles habilitatis sunt ad successionem feudi ex gratijs Regno concessis quando feudum est paternum, seu antiquum, consequenter admittendi sunt fratres patrueles etiam quòd contractus venditionis, seu refutationis roboretur assensu cum huiusmodi clausula, prout in simili, & si feudum nouũ concedatur cum clausula pro se, & hæredibus ex corpore inuestiti, nihilominus admittuntur fratres, & sorores, & nepotes ex eis ad successionem in nihilo obstante dicta clausula, vt de communi Regni obseruantia testatur R. de Pont. *d. tit.8. n.23. & in tit.9. de success. mulier. in §.1. numer.2. & 8.* & Minad. *in constit. in aliquibus n.2.* ea ratione quia vbi viget Principis, vel legis dispositio d. clausula nihil operatur, quamobrem *pragm.15. de feud.* nequaquam ordinauit ne feudum antiquum à patre donatum filio successuro alteretur per clausulam prædictam in assensu appositam pro donatario, & hæredibus ex corpore, sed Catholica Maiestas declarauit non mutari naturam antiqui feudi ad petitionem Regni, id quod existimabat posse reuocari in dubium propter clausulam assensus pro hæredibus ex corpore, non quòd verè esset dubium, vt dicit Bambacar. *in c.1. num.9 tit. per quam fiat inuestit. relatus* per D. Capan. *in tr. de releu. p.4. q.15. n.30.* qui se subscribit dictis per And. & Thom. de Marin. allegatis per Bambacar. sed ad confutandam sophisticam opinionem Doctorem subtilizantium potiùs ex malitia, vt expressè inquit Pragmatica, & petitioni annuit benignissimus Rex complacendo Regno per verbum placet, & taxatiua illa posita in pragmatica, quoad donationes tantùm quæ filio conceduntur non est respectiua ad donationis contractum, sed ad personam filii proximè successuri, ita Anna *consil.41. numero 27.* Rouit. *in prag.7. numer.2. de feud.* & in simili tradit Anna. *in repet. d. cap.1. num.180.* respectu autem defectus registrationis infra quindecim dies præfixos ad registrandum refutationem replicabatur posse registrari infra biennium, quando registratio dispensatur assen-

assensu ex D. meo *in dec.663.* & deniq; reseruationem hypothecæ esse adnexam, & vnitam cum contractu venditionis, sicuti pensionem cum contractu liuellatio, vt est *lex.in d.§.etsi libellum* R. Galeot. *d.cont.6. n.8.* Ann. *con.46.nu.16. & 23.* vbi decisum pro refutationis validitate per Collaterale Consilium affirmat R.Reuert. *dec.550.* Ann. *con. 8.n.15.* aut firma remanet refutatio reiectis, & resecatis pactis in refutatione adiectis Theod. *alleg.4.* Medic. *con.49.* vel rectius admittitur quòd refutatio debet esse pura, & simplex quando fit sine assensu, cùm autem confirmatur assensu tunc nullum dubium est quòd valida sit refutatio, vt decisum testatur in causa Federici Tomacelli Anna *consil. 29.* Theod. *allegat. 4. num. 13.* hæc summatim extraxi ex copiosa allegatione D.Honophrij Rosæ peritissimi Aduocati, & generi illius nobilis, & celebris feudistæ D. Andreæ Capani quibus non obstantibus victoriam reportauit Regius Fiscus per sententiam in R. C. S. interpositam in præsenti anno 1666. ad relationem veritatissimi Præsidentis D.Io: Baptistæ Amendolæ causæ Commissarij, processus est in blanca Martii de lo Porto, magna, & notabilis est decisio & ipse rationes quibus moti sunt doctissimi decidentes recensere nescio.

Feudum antiquum efficitur nouum, & si transeat de patre in filium, vel à fratre in sororem quoties filia vti dotata excluditur à successione patris, vel soror vti dotata ex fraterna substantia nequit succedere fratri *ex pragmat.1.de feud.* vnde respectu eius qui succedere nequit semper dicitur feudum nouum R. de Pont. *de success.feud.sect.12.n.29.* Rouit. *dec.94.*& in terminis feudi antiqui existenti penes fratrem, qui decedens sine filiis legauit illud cum assensu sorori dotatæ de bonis ipsius legantis, quòd redditum sit nouum adest punctualis *decis.248.* Afflicti, & in contingentia facti cùm D. Iacobus Vitelli haberet feudum antiquum Status Amatricis nuptui tradens D. Beatricem Vitellam filiam primogenitam D. Virginio Vrsino dedit in dotem ducatos decem, & octo mille, ac insuper promisit feudum in casu obitus sine filiis masculis, & purificata conditione pertransiit ad primogenitam, quamobrem D. Isabella secundogenita Excellentissimi Marchionis de la Rouere coniux se direxit aduersus sororem pro collatione pretii d.feudi ex quo ex antiquo effectum sit nouum, quia Beatrix vti maritata, & dotata à patre à feudali successione arcebatur, vt ex constit. vt de successionibus §. filiæ autem, & partes secundogenitæ defendit D. Hieronymus de Philippis iam dudum facundus, & primarius aduocatus nunc plusquam dignus præsidens R.C.S probatissimo authore de credito D. Gaito in *d. tract.* & sæpius me teste aurito commendatus, qui doctissimas edidit allegationes super collatione dicti status vide alia *obs. seq.*

Antiquum remanet feudum si vigore gratiæ feudatarius exclusa fœmina disponat de eo in beneficium masculi de familia, qui successurus esset femina non extante, vt expressè tradit *prag.31. de feud.* si autem qui de feudo nouo disponat in beneficium masculi tunc si iste decedat sine filijs an succedat frater, vel nepos habilitatus per gratiã ad successionem feudi noui, vel succedat Fiscus, & pro Fisco sentit Montan. *de Reg.§.fi.n.21.* sed rem transactione sopitam refert. Sciendum autem, & in materia legati pro beneuolentia, vel pro dote relinquendi, iuxta d. pragm. quòd non est necesse legatum relinqui quia verbum possit de quo in pragm. non inducit necessitatem, sed facultatem Gratian. *discept. 306.*

Quatenus dictum est decisionem hanc non fuisse prolatam inter duos Cessionarios eiusdem crediti cum assensu super feudo, qui per cessionem contendissent acquisiuisse creditum, sed inter duos creditores creditoris cum assensu, transcribitur sententia S.C. his verbis prolata. Die 9. Mensis Iunii 1573. Neap. in causa mag. qu. Fabritii, & Ascanii Itorrentii super graduatione in pretio Castri Petrosij facta relatione de præd ictis in S.R.C. per mag. V.I.D. Vincentium de Franchis R. Consi. & causæ Commiss. iunctis mag. Regijs Consiliarijs duarum Aularum.

Decreto ipsius S.R.C. quòd creditores mag. Ascanij Itorretij filij primogeniti D.mag. Fabritij habẽtes regium assensu primo loco expeditum præferantur super iuribus pro dotibus maternis eidem Ascanio competentibus super pretio Castri prædicti creditoribus ipsius Ascanij qui primo loco contraxerunt, verum super eorum contractu expediri fecerunt regium assensum post eos qui secundo loco contraxerunt. hoc suum. Vincentius de Franchis. Cesarius A. Secretarius.

SVMMARIVM.

1 *Adiutorium, seu subuentio, debetur etiam Domino cum pacto de retrouendendo.*
2 *Limitata venditio, limitatum producit effectum.*
3 *Adiutorium debetur Domino, occasione adohæ, quas soluit Regi ratione releuij, & deuolutionis nu. 9. & 10.*
4 *Dominus reuocabiliter habet omnes prærogatiuas, quas habet Dominus irreuocabilis.*
5 *Adiutorium debetur Domino.*
6 *Ius petendi adiutorium, venit ex prærogatiua dominij, non ex perceptione fructuum.*
7 *Dominus feudi, ex quo fortè non percipiuntur fructus, debet habere subuentionem.*
8 *Adhoa remissio non facit, quin debeatur subuentio.*
11 *Subuentio iure actionis debetur, & ideo non reseruata, non amittitur.*
12 *Tempus delicti commissi attenditur, non tempus sententiæ.*
13 *Venditiones, quæ fiunt in Regno cum pacto de retrouendendo, vt plurimum fiunt ad certam rationem.*

DECISIO. LXXVI.

Vassalli tenentur subuentionem domino prestare, etiamsi feudum habeat cum pacto retrouendendi, & ad tempus.

1 PLuriès est decisum, & quotidie iudicamus, † emptori alicuius castri, seu terræ feudalis, quamuis cum pacto de retrouendendo, deberi adiutorium, seu subuentionem, seruata forma Constitutio. Regni, *quàm plurimum*, ex relatis per Dominum Marinum Frecc. *in 2. libr. sui operis, in quæst. incip. Hic quæro de nona quæstione, f. 177.* cuius dictis addi non potest. Cùmque in causa, quæ pendebat in Sacro Consilio inter Illustris. Marchionem Galatolæ vtilem Dominum Ciuitatis Oryæ, & aliorum castrorum, cum pacto de retrouendendo, esset Comm ssarius D. Antonius Orificus, dubitabat decisionem prædictam non procedere in casu, de quo agebatur, ex quo Ciuitas Oryæ erat vendita per Illustr. Proregem, cum annua perceptione certorum introituum, ad rationem ducatorum decem pro singulis centum, cum reseruatione aliorum introituum, & iu-
2 rispatronatus: † & postquam limitata erat venditio, limitatum debebat producere effectum. *l.in agris.ff. de*
3 *acq.rerũ domin.* Item dicebatur, rationem potissimã, † quia debetur hoc adiutorium Dominis esse onus adhoarum, quod ipsi subeunt, quod in instrumento venditionis Ciuitatis prædictæ erat per regem remissum dicto Marchioni, & cùm onus non sentiant, dicebatur, non debere esse in lucro, vt in regula, secundùm naturam. Vltimò dicebatur Illust. Marchionem fecisse retrouenditionem Regiæ Curiæ ante petitam subuentionem, nulla de ea sibi facta reseruatione, & propterea ei non deberi hanc subuentionem, quia est inspiciendum tempus, quo petitur, vel sententia profertur; non autem quo nuptui tradita fuit exemplo eius, quod in

in simili dicitur, quòd si delictum est commissum tem-
pore vnius Domini, seu conductoris, & postea pro-
uentus fiunt tempore alterius, quia tunc forsan pro-
fertur sententia, quòd isti prouentus spectabunt ad
hunc secundum, quasi quòd hoc tempus inspiciatur,
& non primum; Guido Papæ *decisio* 535. & Bertran.
*cons.*114.*par.*2. Relata præsenti causa in Aula vbi resi-
debat dictus Dominus Commissarius, fuit allegatum
pro parte dict. Illustr. Marchionis, hunc casum esse de-
cisum, me referente, in simili causa, & sic visum fuit
Domino Præsidi, quòd hæc causa decideretur, iunctis
Dominis Consiliarijs duarum Aularum, & ea relata,
4 fuit decisum in fauorem Illustr. Rectoris, † qui licet
emisset certos introitus, erat tamen Dominus iurisdi-
ctionis, & habebat omnes prærogatiuas, quas habuis-
set, si esset Dominus irreuocabiliter, & si esset Domi-
nus, absq; limitatione introituum, quæ limitatio in casu
etiam, de quo agebatur, erat in fauorem Marchionis,
cùm introitus Ciuitatis prædictæ non ascenderent ad
summam introituum venditorum, & loco illorum
5 erant subrogati introitus functionum fiscalium, † &
postquam erat Dominus, debebatur ei hoc adiutorium
quòd debebatur Domino, secundùm Andr. in Constit.
quamplurimum, *secunda columna*, *versiculo*, *dicit
Dominus*, & sic ex prædictis patet, quòd non obstat,
dum dicebatur, quòd erat venditio limitata, quia ven-
ditio erat libera dominij, & iurisdictionis, licet certo-
6 rum introituum † Nec quia non est venditum ius sub-
uentionis in specie, est per hoc exclusum, quia venit
hoc ius ex prærogatiua dominij, vt Andr. *vbi supra*, &
& Mari Frecc. quia non est causa principalis, qua de-
betur hoc adiutorium, perceptio fructuum, sed præro-
7 gatiua dominij, vt Andr. sentit in loco prædicto. †
Si enim esset aliquod feudum, ex quo fructus aliqui
non percipiantur, nihilominus subuentio debebatur,
quæ Domino debetur. Nec facit, quòd non soluatur
adhoa, quia vltra, quòd hoc in facto non erat verum,
ex quo erat facta venditio introituum, ad rationem de-
cem pro centenario, & deinde Marchio relaxauerat
vnum, & fuit reducta venditio ad rationem ducato-
rum nouem, & Regia Curia remisit adhoas, quæ sic
8 præsupposito facto, adhoæ soluuntur, † nihilominus,
etsi hæc essent, non prodesset hæc remissio vassallis,
cùm eorum contemplatione facta non esset, ad fauo-
rem Domini iuxta posita per And. *in §.sed nec alia in-
fior. in additio. quæ sit prima causa benefic.amit. cum
concord.* allegatis supra *in decis.*73.*versus finem*. Item
9 etsi cessaret onus adhoatum, adhuc remanet onus so-
lutionis releuij, non remissum, quod etiam considera-
16 tur per Frecciam *vbi supra*. † Et mortuo Marchione
sine hæredibus ex corpore, feuda deuoluerentur Re-
giæ Curiæ, & tollitur secundum motiuum. Nec ob-
stabat vltimum, de subuentione non reseruata, & non
petita tempore, quo ipse erat Dominus, quia hoc mo-
11 tiuum de iure fuit dictum esse falsum, & primò † cir-
ca subuentionem non reseruatam, dicebatur deberi iu-
re actionis, & sic non esse ei præiudicatum ex ijs, quæ
in decis. 21. Item secundum similiter esse falsum, quia
12 vera, & communis conclusio est, † quòd si delictum est
commissum tempore vnius Domini, & postea fertur
sententia, qua mediante fiunt prouentus tempore alte-
rius, quòd prouentus isti spectant ad primum Domi-
num, quia statim commisso delicto, ius est quæsitũ pri-
mo Domino *leg. quæcumque actiones ff. de act. & obli.
& l.si is, qui in puteum, §. si postea ff. quod vi, aut clam*
pdc quæ, & alia, hanc dicit esse communem opinio-
nem Tiraq. qui omnes congerit *in tractatu de retract.
conuent.§.5.in gl.4.ver.quid si sunt fructus iurisdictio-
nis .num.*10.*cum seq.fol.*947. refert Marcus Ant. Pere-
grinus *in tract. de iure fisci, lib.6.in fin.n.44.vers. huic
autem fol.*533. licet contrariam opinionem ipse dicat
veriorem, & alias referat opiniones, & relato Tiraq.
& alijs post eum. Idem tenet Michael Pelaez. de *Maio-
rat.par.fol.*50 & discordare in hoc DD. dicit Beatius
de *Decim.tut. iur.Hispan.præfc.*28.*fol.* Dictum etiam
13 fuit, † quòd in omnibus causis, in quibus erat iudi-
catum, hic idem casus erat, quia in hoc Regno, nun-
quam fiunt venditiones cũ pacto de retrouendendo, vel
rarissimè, nisi ad rationem certæ summæ, quæ quando
non percipitur ex feudo, consueuit solui de propria pe-
cunia, prout promittuntur, quòd in fauorem empto-
ris, & sic non est in eius odium retorquendum, faciunt
dicta per Thesau. *in decis.* 76. dum concludit Laude-
mium deberi etiam, quòd res emphyteutica sit vendi-
ta cum de pacto de retrouendendo.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 12. Adde Rolan. à Valle qui ita consuluit *cons.72.vol.4.* Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 6. cap. 17. n. 8. &* Baiard. *ad Clar. qui hanc decis. refert. & sequitur in quæst. 78. num.* 114. latissimè D. Garsiam Mastrill. *in decis.* 12.

Videantur Amedeus de Ponte *de laudemio q.* 39. *à num.* 22. *vsque ad fin.* & Petra *ad Capyc. decis.* 118 *annot.* 2.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Casus aliqui pro quibus adiutorium exigitur, & de filia maritanda, pro voto transmarino, & religione, & domino ab hostibus redimendo, vel ipsius filio.*
2 *Vasalli, an teneantur dominum adiuuare pro maritanda filia spuria.*
3 *An teneantur adiuuare dominum ciuiliter pro debitis carceratum, vel pro eo fideiubere.*
4 *Dominus, an teneatur fideiubere pro vassallo.*
4 *Et an teneatur coadiuuare dominum pro sorore maritanda.*
6 *Et quid in matre domina filiam maritante.*
7 *Domina hæres patris in feudo, an possit pro se honorabilius maritanda, imponere talliam vassallis, & terris ei subiectis.*
8 *Et an pluries, vel semel in singulis casibus possit dominus petere adiuuari.*
9 *Vassalli an possint præscribere has subuentiones. & adiutoria, & alia seruitia.*
10 *An Episcopus possit suos Clericos, & Clerum talliare.*
11 *Subsidium an exigatur ab exemptis, & religiosis, & à pauperibus clericis.*
12 *An ipsemet Episcopus cogat renitentes.*
13 *Sed quòd exigatur adiutorium secundum numerationem, & non secundum verum numerum focılariorum præmensorum à Barone.*
14 *An debeatur vsufructuario, vel proprietario.*
15 *Adoha debetur à primogenito.*
16 *Non à secundogenito.*
17 *Quid de vita militia.*
18 *Baro an petat adiutorium pro vexandis alijs vassallis, & n. seq.*
20 *Baro ipse an cogat vassallos.*
21 *Baro an possit eligere seruire, vel pecuniam soluere.*
22 *Filius an exerceat actum patris.*
23 *De delicto commisso tempore vnius domini.*

AD hanc decis. vide quæ dico *supra decis.*
73. *& infra, decis.*225 & omninò Boer. *qu.*
1 126 *incip. Et in dicto processu vti.* † de filia
maritanda, voto transmarino, religione,
& domino ab hostibus redimendo, vel ipsius filio, *quæst.*
2 127. *incip. Christi benedicti*, vbi, an † pro spuria ma-
ritanda vassalli teneantur dominum adiuuare, *qu.* 128.
3 *incip. Videtur*. † An teneantur adiuuare dominum
4 ciuiliter pro debitis carceratum, vel fideiubere. sicut †
dominus tenetur fideiubere pro vassallo, vt dixit Afflic.
5 & Vesillus *d. decis.* 265. Boer. *quæst.* 129. Vbi an † pro
sorore maritanda teneantur adiuuare fratrem domi-

6 rum vassalli, † vel matrem ipsorum vassallorum do-
minam, filiam maritantem *quæst.* 100. *incip. Et Cassa-*
7 *neus quærit* An † domina hæres patris in feudo, possit
pro se honorabilius maritanda, talliare vassallos, & ter-
ras eidem subiectas, & *quæst.* 131. *incip. Et videtur*,
8 quærit † an pluries possit in quolibet casu, in quo te-
netur vassallus ad subuentionem domino, ipse domi-
9 nus talliare, vel semel, *in quæst.* 131. An † vassallus pos-
sit præscribere has subuentiones, & adiutoria, vel alia
10 seruitia, *in conclus.* 133. † An Episcopus possit suos
Clericos & Clerum talliare, *quæst.* 134. Ponit casus, in
11 quibus Episcopus potest talliare. † An subsidium exi-
gatur ab exemptis, & religiosis, & à pauperibus Cleri-
12 cis. Boer. *in decis.* 136. † An ipsemet Episcopus cogat
13 renitentes. Sed † quòd exigatur ab exemptis secundū
numerationem, & non secundùm verum numerum
focullariorum Regens. de Curte, *Diuersorio feudali*,
lib. num. 28. *ibi: sicut. fol.* 25 Et ad hanc dec. adde Capic.
14 *decis* 184. *incip. In causa.* Vbi quærit, an † proprieta-
15 rio, vel viufructuario debeatur adiutorium. Et quòd †
adoha per primogenitum debeatur, & non per secun-
dùm, vid endus est Præsidens hic, *in decis.* 20. Camillus
Salernus *in consuetudine, quod si aliquis, in verbo, an*
secundogenitus, in titulo de Alimentis, vbi dicit deci-
16 sum, secundogenitum † non teneri ad contribuendum
in solutione Adohæ. Alia vide per eumdem *in consue-*
tudine, de iure dotium, in rub. in litera H. & per Atellū
in tract. de iure Adohæ, & de isto releuio, & adoha, vi-
de latissimè Campaniam, *in cap. Regni incip. In nomi-*
ne, in titulo, quid fiet mortuo Barone. Et de adiutorio
in cap. Item statuimus, in tit. de adiutorijs à vassallo pe-
17 tendis, & de † vita militia *in cap. alienationis actus*,
18 Item adde quòd † dominus non potest petere adiuto-
rium à vassallis, pro vexandis alijs vassallis iustè rebel-
lantibus, secundùm Capic. *in decis.* 69 *numer.* 30. *qui in*
19 *decis.* 118. ponit alia, & *decis.* 168. an, † & quando vas-
salli dicantur angarij, & perangarij, & an teneantur
dare Aratrarium, vel Camerarium, & an dantes dican-
tur angarij, de quo Capicius latè loquitur, & Carraui-
20 ta in Ritu Magnæ Curiæ, 45. *nu.* 6. vbi † an, Baro pos-
sit cogere vassallos, & ponit opinionem Paridis, &
Capicij, & loquitur etiam de Baiulis. Ad num. 7. ibi;
21 nec facit, adde an sit in † electione debentis seruitium
seruire, vel pecuniam, seu adoham soluere pro seruitio
personali, quòd debet, Capicius, *in decis.* 10. *n.* 11. *& seq.*
vbi Addentes nouissimi, & ibi Baro Petra, *multa de*
22 *electione personæ*. Sed † ego dico vnum notabile, quòd
licet in aliquo facto, re, vel negotio requiratur indu-
stria personæ, si tamen illa persona eligitur, actus
perficiendus ab ea, etiam ab ipsius filio, perfici po-
test, dummodo patri sit æquè similis, & idoneus,
ita Moderni ad Rom. *sing.* 670. Marsilius latissimè, &
doctissimè more suo *sing.* 160. Addentes ad eumdem
Rom, *sing.* 75. Doctores *in l.* 1. *§. ne autem, C. de cadu-*
cis tollendis. Innocentius, *&* alij. *in c. quoniam Apo-*
stolica. de officio delegati. Doctores *in l. nemo, de duo-*
bus reis, & in l. 1. *ff. de officio eius, & inter artifices, ff.*
de solutionib & per Canonistas *in ca. de Summa Tri-*
nitate, vbi Felinus, & latissimè Carrauita *in Ritu secun-*
do, Mag. Cur. ad nu. 16. *ad* 22. vbi constituit Regulam,
Ampliationes, & Limitationes, Ad numerum 12. de
23 † delicto commisso tempore vnius domini. Adde quæ
dixi supra *dec.* 19. *&* *dec.* 96. & quæ dicit Paris *de Syn-*
dicatu, in verbo, prouentus. Bald. *in l. cum quidam, n.* 9.
C. de fructibus, & lit. expensis Ioannes de Amic. *in cōs.*
110. *incip. Ad elicita dubia, in fin.* & Præsidens de Frā-
chis *dec.*... Ita benè loquitur, & Palaez *p.* 4. *q.* 24. *in fine,*
in tract. de Maioratu, sed ad hanc decisionem 76. adiu-
torij materiam tractantem, adde omninò tu lector be-
nignissimè Annam patrem *in singularibus suis, verbo,*
Adiutorium, & quę ego latissimè scripsi [illegible] decisionem
huius doctissimi Authoris 42. vbi ille de Adiutorio Ba-
roni præstando tractauit, vbi plura, & infra *decis.* 159.
num. 3. & Costa *de ratione rata, num.* 6. *in principio*.
[illegible] ad hanc decisionem Adde Beatium *in tract. de deci-*
matur. Hisp. iure præstanda quæst. 28. *n* 3. 16. *&* 17. *vbi*
de ea meminit.

ADDITIO D. RICII.

VAssalli tenentur subuentionem domino præsta-re, etiam si feudum habeat cum pacto retrouendendi, & ad tempus, hoc dicit. Ratio huius decisionis ea est, nam re vera venditio non obstante pacto de retrouendendo est venditio perfecta, vt latè Tiraquel. *de retrat. conuent.* § 3. *gl.* 1. *numer.* 14. multa adducens pro, & contra, & hinc est, quòd laudemium debeatur ex venditione cum pacto de retrouendendo Tiraq. §. 6. *n.* 19 Amad. à Ponte *in tract de laud. q.* 37. vbi nonnullas refert sententias Senatus Pedemontani, & ideo remedium *l.* 2. *C. de rescindenda vendit.* habet locum etiam in venditione cum de pacto retrouendendo Bal. *cons.* 61, licet res vendita cum dicto pacto debeat minori pretio æstimari Doct. *in c ad nostram ext. de emp. & vend.* Ias. *cons.* 151. Corn. *cons.* 141. *lib.* 1 Ruin. *cons.* 66. *n.* 9. *lib.* 4. Cagnol. *in repet. l.* 2. *C. de rescind. vendit.* Ias. Ripa, & Socin. *in l.* 1. *§. & si hæredes ff. ad Trebell.* & quod valet centum cum dicto pacto valet septuaginta Soc. *cons.* 15. *col. pen. lib.* 1. quem refert, & sequitur Roland. à Valle *cons.* 96. *num.* 38. *& seq. libr.* 2. & in locatione facta per emptorem, qui rem habuit cum pacto de retrouendendo venditor illi stare tenetur quamuis redimat, vt fuit resolutum in vna Romana affictus 26. Aprilis 1589. coram Penia per doctrin. Bald. *in l.* 1. *circa finem nu.* 3. & aliorum quos refert Marescot. *lib.* 1. *variar. resolut. cap* 18 *num.* 8. & qui emit cum pacto de retrouendendo dicitur verus Dominus Frec. *in quæst. post secundam authōr. fol.* 177. contractus interim purus consideratur, Decius *cons.* 279. *num.* 2. & in venditione facta cum pacto de retrouendendo habeat locum ius congrui Vrsill. [illegible] Afflict. *decis.* 338. & qui emit cum dicto pacto tenetur ad releuium, vt tenet Frec. ibidem, filius autem venditoris [illegible] emat vigore pacti de retrouendendo est personale, & non vtitur nisi contra promittentem Alex. *cons.* 10. *volum.* 3. & pactum de retrouendendo ad voluntatem emptoris, an sit contractus simulatus Couar. *lib.* 3. *variar. c.* 9. *num.* 3. & an possint constitui annui redditus super certa re, vel super omnibus bonis, & an persona etiam vide pragm. Regni cum consensu sum. Pontificis. Alphon. de censibus & Couarr. *in d lib.* 3. *ca.* 7. Aduertas etiam quòd istud ius retrouendendi super feudo non potest vendi sine assensu Tiraque. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 32.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Adiutorium deberi à Vasallis Domino qui emit feudum cum pacto de retrouendendo iudicatur.*
2 *Montor. & Giurba nuncupatim oppugnant decisionem qua constabilitur.*
3 *Exactionem pœnæ spectare ad emptorem fructuum iurisdictionis pro anno delicti patrati firmatur.*
4 *DanZa, & alii expressè recedunt à D. Præside.*
5 *Feudum antiquum alienatum cum pacto de retrouendendo, & huius exercitio recuperatum, an sit nouum.*

1 COncussa, & suspicabilis est hæc decisio, quæ primitus iunctis aulis emanat definit deberi à vasallis adiutoriū, seu subuentionē Domino. qui emit feudū cū pacto de retrouēdēdo ex Frec. *de subfeu. lib. 2. auth. 2. in q. incip. hic quæro*, ratio est nam medio tēpore emptor dominus est, & potest alteri rem pignorare, & vēdere *l. si ex duobus, §. Sed & Marcel. ff. de in diē addict.* prout res legata sub conditione interim hæredis est *l. 1. §. serui, ff. de S. C. Syllan. l. seruus furtiuus, ff. de cond. furt.* & quamuis incertum sit an futurum sit temporale dominium, attamen perpetuum in dubio censeri debet *l. sufficit, & ibi* Ias. *ff. de cond. indeb.* & plenū, & perfectum esse dominum emptorem cum d. pacto affatim probat Tiraqu. *de retract. conuent. §. 2. gl. 11. à n. 35.* & occurrit sigillatim contrarijs argumentis.

Nihilominus contrarium acriter sustinent Monter,
2 *dec. Aragon. 1. nu. 38.* vbi impugnat hanc decisionem traditq; cauendum à D. meo, & Giurb. *de success. feud. §. 2. gl. 13. num. 62.* vbi conuenit cum Monterio, & existimant emptorem Comitatus cum pacto de retrouendendo, vti reuocabilem dominum haud habere prærogatiuas, quæ irreuocabili domino competunt quibus venditor vti poterat, & Giurba inquit non esse amplexandam opinionem contrariam, nisi quoad acquisitionem fructuum, & Montier, & Giurb. laudant Guttier. *lib. 2. pract. q. 156. n. 1.* ego autem audacter sectandam decisionem censeo cum Amat. *con. 79. n. 7.* T ap. *in const. quamplurimum* R. de Marin. *ad Reuert. obs 505. n. 6.*

Subingreditur altera controuersia num exactio pœ-
3 næ spectet ad emptorem fructuum iurisdictionis pro tempore quo delictum fuit patratum, vel potiùs spectet ad secundum emptorem, cuius tempore fuit prolata sententia condemnationis, & iuxta primam partem concludit D. meus, & sententiam hanc conuallant Mastrill. *decis. 2.* Gratian. *discept. 641.* & voluerūt Cyn. & Bal. *in l. vlt. ff. de iurisd. omn. iudic.* & alij plures cumulati per Tiraq. *de retr. conuent. §. 5. gl. 4. num. 22.* ex quo statim commisso maleficio fit ius quæsitum primo domino *l. quæcumque actiones, ff. de act. & oblig.* & in delictis initium spectatur, vt sciamus ad quem pertineat *c. vlt. de sent. excomm.* & ibi expressè Panorm.

Alij defendunt non posse habere locum præceden-
4 tem sententiam, nisi sequatur condemnatio tempore primi emptoris, aliàs pœnæ spectant ad dominum tempore sententiæ, ita seruari in Curijs Delphinalibus dicit Boer. *decis. 535. per l. qui explicandi, & l. fortis, §. si autem, ff. qui not. infam. idem* tenent Guazzin. *de confiscat. bonor. conclus. 21. num 25.* Barbos. *in l. diuortio, §. si vir. num. 43. ff. sol. matr. & decisum in S C.* reter. Thor. *in compēd. versio remissio causa inquisitionis p 3. sect. 3* quia pœnæ vti fructus iurisdictionis ante sententiam dicuntur fructus seminati, & pendentes, & post sententiam dicuntur maturati, vt nominatim cōtra illam decisionem tradit *consuluisse* Danza an Gramatic. *dec. 30. nu. 6. & sentit* Rouit. *dec. 91. à num. 30.* procederet prima sententia in delictis in quibus pœna ipso iure applicatur, & pœna esset ipso iure apposita Rebuff. *in l. 3. C. de suscep. & arca. lib. 10.* Bertran. *con. 214. lib. 2.* Guttier. *de tutel. p. 2. c. 24. num. 17.* impensius locum habebit opinio Danzæ, & aliorum in pœnis arbitrarijs Bartol, Angel., Paul. *& alij in l. hic seruum per illum text. ff. si ex nox. cau. aga. & in l. 1. ff. de pæn.* & fortius si tempore sententiæ conductor sit ex causa onerosa, & tempore delicti conductor ex causa lucratiua Bal. *in l. diuortio, ff. sol. matr. & ibi* Alex. *in §. fundum*, de quibus vide Tiraq *vbi sup. à n. 22. vsque ad n. 27.*

5 Stante quòd agitur de pacto de retrouendendo ad complementum etiam *obs. 64.* examinatur quæstio, an si vassallus alienauerit feudū antiquum cū d. pacto, & deinde illius exercitio recuperauerit, si in sui persona sit nouum, vel antiquum, vt prius, & iuxta primam partem sentit Capyc. *in inuestit. feud. cap. feudorum genera ver. nouum ex conclus.* Isern. *in cap. 1. §. profectò si vasall. post alien. feud. id recuper.* Alex. *cons. 28. vol. 5.* Cōtrarium verius existimo ex traditis in d. *obs. 64.* quoties pactum est appositum in ipso contractu venditionis quia nō censetur noua acquisitio, sed redit in suam primam naturam *arg. l. si vnus, §. pactus ne peteret. ff. de pact. l. voluntate, §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypothe. soluit* cum alijs adductis per Cagnol. *in repet. rubr. ff. de orig. iur. Dec. cons. 53 77. & 238.* & fusè comprobat Tiraq. *de retract. lignag. §. 19. n. 4.* & dixi *obs. 39.*

SVMMARIVM.

1 *Res aliena obligari non potest.*
2 *Re communi hypothecata ante diuisionem, postea diuisa, non tollitur ius hypotheca.*
3 *Instrumentum non facit fidem, Notario iudice, & testibus mortuis.*

DECISIO LXXVII.

Hypotheca in re indiuisa constituta non tollitur post diuisionem de re ipsa factam.

VEnditis in Ciuitate Florentiæ, quibusdam bonis communibus Magnificorum Francisci, & Petri Picti. de pretio ex eis redacto. Franciscus prædictus in eius faciem, emit introitus cum pacto redimendi, quos posteà declarauit pro medietate spectare ad dictum Petrum eius nepotem, qui Petrus deindè pro eius rata retrouendidit introitus prædictos, remanente alia medietate in posse Mag. Beatricis Boue, vxoris dicti Francisci, egit nūc super parte dictæ medietatis, quæ remansit, Notarius Cirius de Mari, creditor hypothecarius dicti Petri, ante diuisionem, iure assistendi; dicebat Beatrix, ei nullam actionem competere super introitibus prædictis, quia ipsa possidebat medietatem spectantem ad Franciscum, quæ non erat obligata creditoribus Pe-
1 tri. † nec obligari poterat, quia res aliena *l. 2. ff. de pign. act. gloss. in l. rem alienam. ff. de contrahend. empt.* Assignatque rationem Ripa *in l. 1. 4. col. ff. de pignorib.* Item dicebat, quòd etsi notarius Cirius obtinet, ipsi Beatrici competebat actio super domibus dicti Petri, quæ fuerunt dicti Francisci eius viri, possessis per Magnificam Iudictam Boue, vxorem dicti Petri, quæ Iudicta, absq; difficultate, & vnico contextu obtinere poterat super rata forsan spectante ad dictum Petrum, in dicta portione retrouendita, quia erat anterior Notario, Cirio, & sic ad finem euitandi circuitum, debebat ipsa Beatrix absolui. Pro parte dicti No-
2 tarij Cirij, dicebatur, † quòd re communi hypothecata, si posteà fit diuisio inter possidentes eam communiter non tollitur hypotheca contracta ante diuisionem in qualibet ex partibus pro indiuiso ex dispositione text. *in l. si consensit, §. fin. ff. quib. mod. pign. vel hypo. solu. & in l. 3. §. fin. ff. qui pot. in pign. habe. & in l. si quis putans, §. fin. vbi est clarior text. ff. commun. diuid.* per quæ iura ita Bald. & Salyc. *in l. 1. Cod. si commun. res pig. data sit*, Andr. *in cap. Imperialem, §. præterea ducatus, 2. col. ver. à vero viuant, de prohib. feud. all.* per Feder. Reassumit Nagusa *in tract. pig. in 3. memb. 2 par. col. ver. & si post. num. 37. in magnis*, & sic dicebat, non obstare, quòd res aliena non poterat obligari, quia hi introitus non erant alieni, sed communes, & in qualibet parte dictus Petrus habebit partem, & pars Petri remanet obligata, non autem Francisci. Item dicebat, quòd omninò erat pronunciandum in eius fauorem non obstante, quòd prætenderetur, quòd sequuta euictione contra Beatricem, ipsa posset agere contra Iudictam, quæ vt anterior excludet ipsum Notarium Cirium; quia negabatur Iudictā habere iura anteriora, nam instrumentum dotale, in quo se fundabat, non erat reassumptum in forma probante,

bante, iuxta dispositionem Const. Regni, instrumento-
3 rum robur, † dicebatur omnes testes fuisse mortuos, & sic fidem non facere. Sacrum Consilium ijs discussis visoque protocollo Notarij, in quo apparebat scriptum instrumentum prædictum, & viso quòd omnes testes in eo descripti erant mortui, pronunciauit in fauorem dicti Notarij Cirij, super medietate introituum, qui remanserant penes Beatricem, cum reseruatione iurium dictæ Iudictæ, quando audito Notario, instrumentum reassumeretur, iuxta formam traditam per c. huius fidelissimæ Ciuitatis Neapolitanæ die 20. Septembris 1575.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Marant. *in suis sing. in ver. res aliena fol. 89. post tract. iud. & disputationes impressis*, hunc Dominum *infra decis.* 506. *nu.* 13. Surd *dec.* 157. *num.* 1. *& iterum decis.* 302. *num.* ...

Num. 2. Adde Caual. *decis.* 19. *num.* 70. *par.* 2. Vrsill. *ad Affl. in decis.* 213. *num.* 4.

Et quid debet probari, vt res aliena possit obligari, Vide Anton. Gama *decis.* 321.

In eadem decis. ad fin. Vide Minad. *decis.* 6. vbi videtur tenere contrarium.

Et an sufficiat produci instrumẽtum, seu exemplum in carta bambacina infra dictam legalem, Vide eumdem Minad. *decis.* 11. & in pulchro casu Franc. Ant. *in prax. liquid. instru.* 4. *consideratione n.* 53. *in fin. fol.* 52. *in paruis*.

An exemplum probet, quando super eo est iudicatum; quòd sic secundùm Doctiss. Senat. Ann. *cons.* 93. *num.* 27. *& seq. & iterum cons.* 108. *col.* 1. Surd. *in tract. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 22. *num.* 11. & Viuium *in decis.* 484. *num.* 8.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Res aliena, an, & quando obligari possit.*
2 *Res aliena si obligetur, non praescribitur etiam per annos 50.*
3 *Res aliena quare vendi hypothecari, & obligari nequeat.*
4 *Res communis an obligari possit.*
5 *Et tunc ius hypotheca an tollatur per diuisionem.*
6 *Et res remanet obligata pro indiuiso.*

1 AD hanc decisionem, num. 1. de † re aliena, quæ obligari non possit, limita non procedere, prout limitat Bart. *in l.* 2. *ff. de pign. actio.* si oblig. fit domino sciente, vel notificante. Secundò, si obligatur sub conditione, si res illa efficietur obligantis, Bart. *in l. si fundus, §. aliena, ff. de pignor.* Tertiò nisi pignoranti sit debitor, Bar. *in l.* 3. §. 1
2 *ff. qui pot. in pign. habean.* & adde, quòd † si res aliena obligatur, non præscribitur etiam per annos 50. Bald.
3 *in l. si fine, C. ad Velleian.* vbi quærit † quare res aliena vendi, & hypothecari non possit, & quòd res aliena
4 obligari non possit, † sed benè communis, & quòd ius
5 hypothecæ † non tollatur per diuisionem. Aegid. Magist. *in tract. de subhastatio. cap.* 43. *in decis. Diuers.* &
6 † res manet obligata pro indiuiso. Crauet. *cons.* 298. & Bart. *in l.* 2. *ff. de seruit.* Vrsill. *decis. Afflict.* 153. vbi quando debitum possit diuidi, latissimè. Ad numerum primum adde Franc. Ripam, *in l.* 1. *tertio notabili, ff. de pignorib.* vbi multa notabilia, & quare res aliena obligari non possit doctissimè.

***

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor si obligat rem communem, & postea diuidat eam, poterit agere super dimidia dimidia, qua peruenit ad socium quidquid effutiat contra decisionem* D. Mucci. *& quando secus num.* 2.
3 *Quid in creditore filij, vel haeredis grauati num post alienationes factas per grauatum valeat agere super singulis rebus haereditatis ratione legitima, vel trebellianica haeredi competentis.*
4 *Protocollum mortuis notario Iudice, & testibus non facere fidem deciditur, sed contra stat Author.*

1 PRæclara est conclusio decisione S. C. vallata, vt diuisione rei communis facta possit creditor, qui ante diuisionem habuit hypothecatam rem communem, exinde agere hypothecaria super dimidia dimidiæ, quæ peruenit ad socium, quia nõ licuit socio debitori facere diuisionem in præiudicium sui creditoris, nec per diuisionem tollitur hypotheca contracta prius in qualibet ex partibus pro indiuiso ex dispositione *text. in l. si consentis, §. fin. ff. quib. mod. pig. vel hypothec. solu.* ibi, *illud tenendum est si quis communis rei partem pro indiuiso dederit hypotheca, diuisione facta cum socio non vtique eam partem creditori obligatam esse, qua ei obtigit, sed vtriusque pars pro indiuiso pro parte dimidia manebit obligata* concordant *l.* 3. *§. fin. ff. qui pot. in pign. l. si quis putans, §. fin. ff. comm. diuid.* Neguf. *de pign.* 3. *memb.* 2. *p. col.* 7. *num.* 37. quidquid inuoluat D. Mucci. *q. for. dilucid.* 24. *num* 6. vbi vt respondeat huic decisioni, ait ibi *quod hac decisio suas patitur difficultates. dici etenim posset S. C. sic fuisse arbitratum non ex eo quia bona fuerunt pro indiuiso obligata, sed quia aderat instrumentum non reassumptum quod nullam indicabat fidem*, in quo loquitur salua pace sine fundamento, & contra iura expressa, in quibus innixa est decisio.

Modifica si creditor velit, vt subsistat diuisio, agendo
2 contra totam dimidiam existentem penès debitorem, Manent. *decis.* 25. *per tot.* præterea aduertendum erit quòd prima conclusio non procedit respectu plurium hæredum, quia diuisione facta, pars quæ obtigit hæredi remanet obligata: ita decisum tradit Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *glos.* 9. *p.* 2. *num.* 50.

Quid si filius, vel hæres grauatus dum viueret multa
3 mobilia distraxit, vel bona fideicommisso subiecta, & varia contraxit prius debita, num creditores possint agere hypothecaria super bonis fideicommissarijs ratione legitimæ, vel trebellianicæ, quæ deducenda erat ex illis, quia legitima competat super singulis corporibus hæreditarijs *l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. testam.* Afflict. *dec.* 162. pro vt etiam Falcidia detrahitur de singulis legatis *l.* 2. *C. ad l. Falcid.* Contrarium attamen tenendum est quia legitima consumitur per alienationes prius factas Angel. & Io. de Imol. *in l.* 4. *C. ad l. Falcid.* Gramat. *dec.* 93. *n.* 5. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 3. nec procedunt iura *in l. consensit, §. fin.* & alia recensita nam procedunt in rebus societatis, quæ indiuisim hypothecari queunt: non ita in hæreditate communi, vel hæreditate fideicommisso supposita, ex qua deducitur legitima, quæ de se diuisionem dicit à bonis fideicommisso subiectis, nam super illa non censetur impositum fideicommissum, & de facto alienari potest, quamobrem creditor poterit agere super

per bonis prius pro legitima alienatis, & illa res censetur obligata creditori facta alienatione ita in puncto Mucci *vbi sup. diluc. 24. per tot.* qui licet nullum alleget Authorem, poterat citare Fontanell. *d. n.30.*

4 Protocollum defunctis Notario Iudice, & testibus nullam fidem facere deciditur in fine, & ex Gramat. *con. 127. num. 5. & 6.* Vrsill. ad Affl. *dec. 138. num. 30.* Afflict. *in constit. Reg. baiulos omnes n. 91.* per illam constitutionem, etsi in *dec. 48. n. 3.* ex Cyn. *in l. contractus, C. de fid. instrum.* tradat protocollum hoc casu facere semiplenam probationem, vbi Vrsill. *n. 2.* notat contrarietatem Afflict. sed contrarium dicendum est ex Minad. *in decis. 6.* & quòd probent protocolla in iudicijs ordinarijs firmant Barbat. *de assist. glos. 4. n. 9.* & plura exempla rerum iudicatarum congerit R. de Marin. *lib. 2. res. 139.* licet aliter sit in iudicio liquidationis instrumenti, & controuertatur in iudicijs executiuis si exempla huiusmodi in carta bambacina habeant executionem paratam ciuiliter vigore pacti executiui, vt contra Mausonium negatiuè refert decisum Thor. *in supplem. ver. pactum executiuum.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitates non possunt cogi ad reparationem castrorum, nisi cùm de iure tenentur.*
2 *Vniuersitates quæ tenentur ad reparationem castrorum, non compelluntur ad construendum noua castra, sed ad vetera tantum reficiendum.*
3 *Rex vendens castrum, ad quod reficiendum, castra vicina sunt obligata, non transfert hoc ius reficiendi, seu compellendi vicinos ad contribuendum in emptorem.*

DECISIO LXXVIII.

Communitas obligata ad concurrendum pro refectione castri, vel alterius loci vicini, non tenetur concurrere pro noua ædificatione.

INter cætera prouisa per Pragmaticam Regis Ferdinandi I. sub data Fogiæ, 14. Decemb. 1472. adest
1 prouisio, † quòd vniuersitates cogi non possint ad aliquid soluendum pro reparatione castrorum, seu ædificiorum quorumcumq; nisi illæ vniuersitates, quæ iure compertum fuerit, quòd ad illorum reparationem
2 tenerentur, & in casu prædicto non teneantur † nisi ad refectionem veterum ædificiorum, non autem ad constructionem nouorum, quod est adeò intelligendum in fauorem vniuersitatum, vt si Rex possideret aliquod castrum, & castra vicina tenerentur ad illius
3 reparationem, vt est in multis locis huius Regni, † & Rex castrum prædictum venderet, non veniret in venditione, nec transfertur in emptorem hoc compellendi ius vicinos ad contribuendum in hac reparatione. Ita dicit vidisse decisum per præclaræ memoriæ virum, Dominum Bartholomæum de Capua, Luc. de Pen. *in l. 2. col. 1. ver sed pone, Rex C. de iure reip. lib. 11.* de quo etiam meminit Afflict. *in tit. quæ sint regal. in ver. Angaria colum. 3. ver. sed iuxta hoc quæro.* vbi examinat articulum, & etiam de Luca meminit Capic. *in inuest. feud. in vers. cum iurib. & pertinentijs, in ver. dubitaui.* vbi ex iis pulchram quæstio. absoluit. & vltra prædictos Paris *in tract. de reinteg. feu. in c. sequitur q. sub rub. concessa Terra fol. 115.* & Niger *super regni grauamina nu. 73. in addit.* & sic, me aduocante pro vniuersitate Terræ Petræ Paganæ, qua prætendebatur, quòd erat obligata, quando erat in demanio Regis, cum Fabio Iesualdo vtili Domino Terræ prædictæ, fuit per Sacrum Consilium decisum sub die decimo Martij 1657. iunctis Dominis duarum Aularum Actuario Boczauotrà, & propterea, cùm Spect. Comes Roccæ Aspidis, petijsset ab vniuersitate Roccæ necessaria pro reparatione, seu refectione castri Roccæ præd. fiebat ex prædictis maxima difficultas cõtra eum, & quia præsentauit sententiam latam per Sacrum Consilium tempore Regis Ferdinandi prædicti in anno 1474. in qua, in specie erat hoc decisum cum interuentu quinque Consiliariorum, inter quos erant Lucas Tozzulus, Viceprothonotarius, & Antonius de Ale, qui etiam fuit Viceprothonotarius, & in sententia adsunt quasi eadem verba Pragmaticæ paulò ante editæ, fuit dictum per Sacrum Consilium, quòd fieret declaratio specifica ædificiorum, quorum reparatio petebatur, vt videretur, si petebatur reparatio eorum, quæ tempore sententiæ aderant, vel eorum, quæ postea facta fuerunt, vt pro prædictorum refectione ipsos compelleret, & pro alijs non molestaret. Hanc decisionem posui, tum pro prædictis, quæ pulchra sunt: tum etiam quia non memini supra hoc, aliquam aliam vidisse sententiam, nec decisionem, quia verè est maxima seruitus vniuersitatibus, quòd teneantur reficere castra Baronum, & Barones percipiant introitus, & fructus iurisdictionis.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. 3. Adde Vinium *decis. 8. in fin.* Thesaur. *decis. 56. nu 6.* M. Ant. Peregr. *in tract. de fideicom. art. 49. num. 99. in fin. & 160.* qui omnes allegant decis. istam, & multa cumulat Petr. Barbosa *in l. diuortio in 2. part ff. solut. matrim.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas an teneatur ædificare Prætoria pro Curia regenda, & pro mansione officialis, vel pro loco publicarum Congregationum faciendarum, an potius Baro, & num. 15.*
2 *Iudicibus, & officialibus non licet domos priuatorum occupare de facto, & inhabitare.*
3 *Vniuersitas quando teneatur fabricas tales construere, tunc potius sunt reficienda, si extant alia opera publica refectione indigentia.*
4 *Item talis fabrica est construenda ex pecunia otiosa.*
5 *Et in quo loco Ciuitatis sita esse debeat huiusmodi fabrica.*
6 *Cui potius est fauendum, quàm debitis publicis soluendis.*
7 *Qua demum fabrica constructa, Rectores Vniuersitatis cogi possunt in illam venire, vt se congregent ibi causa publicæ vtilitatis.*
8 *Et non venientes possunt multari, etiamsi abfuissent in numero opportuno.*
9 *Carcerem criminalem, vel ciuilem cogi an possit Vniuersitas, vel dominus ædificare, & 15.*
10 *Carceris fabricatio ad Ciuitates, & loca pertinet, carceratorum verò custodia ad dominum spectat, & num. 11. & 14.*
12 *Carceres sunt Baronum, & de mero imperio.*
13 *Prouentus sunt Baronum.*
16 *Carcerati inopes à quo sint alendi.*
17 *Baro tenetur ad expensas carnificis. Limita prædicta, si vniuersitas habeat prouentus tenetur ad expensas pro carcere, & Prætorio construendis.*
18 *Nobilibus potest assignari Palatium pro carcere, & satisfit statuto de carcerando.*

ADde ad hanc decisionem, quæ dicit doctissimus Ronitus, Aduocatus meæ Patriæ, *in Pragmat. prima, de salario eorum, qui mittuntur pro seruitio Curiæ,* vbi in specie allegat hanc Decisionem, & plura de milliarijs, & de ser-
1 uitijs cum animalibus. An † autem Vniuersitas teneatur fabricare Prætoria, & domos pro regenda Curia,

ria, & pro mãsione officialis, vel vbi sunt faciẽdę Cõgre-
gationes publi q text. *decidit in l. nulli, C. de offic. Rect.*
2 Item nota, † quòd Iudicibus, & Officialibus non li-
cet domos priuatorum c pere de facto, & inhabitare.
Batt. *in l. Aquilius ff. de donat. l. Pratoria, C. de ope-*
rib. publ. & exstat Capitulum Regni, quoad domos
Prælatorum, *incip. Item statuimus, li. 96. vbi num.* 5.
Lucas de Penna quærit, quid in domibus priuatorum.
Vide etiam Bald. ad hanc decis. *in l. singularium, C. de*
operib. pupl. Fel. *in c. Ecclesia Sancta Maria, col.* 34.
3 *de Constit.* Sed nota, † quòd ista fabricatio, quando
fieri debet, facienda est, quando non sunt alia opera pu-
blica modica refectione indigentia, quia tunc potiùs
sunt reficiendæ, quàm de nouo fabricandæ domus ad
euitandum impensas. Bald. *in leg. penult. C. de oper.*
4 *publ.* Item † illa fabrica est facienda ex pecunia otio-
sa, Lucas de Penna, *in l. fin. C. à quib. munerib. nemi-*
5 *ni liceat se excus. q.8. lib.* 10. Item † hæc domus debet
esse in capite ciuit. Bal. *in l. 1. ff. de off. prafecti Aug.*
6 & † fauendum est potiùs isti fabricationi, quàm debitis
publicis soluendis. Bald. *in rubr. ff. de rer. diuis. ver.*
sed hic quaritur. Castr. *in l. cetera, §. Senatus, ff. de*
7 *leg.* 1. Item nota, quòd † post constructam domum
Rectores Ciuitatis cogi possunt venire, & congregare
se ex causa publicæ vtilitatis. Abb. *in c. quia propter, 2.*
8 *notab. de elect.* & non † venientes possunt multari,
etiamsi essent tot Consiliarij in domo, qui sufficerent
ad votum explendum: Platea *in l. filij, C. de Decurion.*
9 *li.* 10. An † autem vniuersitas, vel dominus tenea-
tur facere carcerem criminalem, siue ciuilem; Cappel.
Tolos 41. Aufrer. *in clem. 1. quast. 2. de Offic. Ordin.*
10 Iul. Clar. *in §. fin. quast. 46. ver. & quoniam hoc loco*
11 *incidit*, vbi dicit † fabricationem carceris ad Ciuita-
tes, seu loca pertinere. † Custodiam autem carcera-
torum ad dominum, cui contradicunt rationes, & iu-
12 ra quòd † carceres sint Baronum, & de mero impe-
rio, & ea, quæ Bald. & alij *in l. imperium, ff. de iurisd.*
13 *omn. iudic.* † sicut etiam prouentus. Et ideò Baro-
nis debet esse incommodum fabricandi, per ea, quæ
14 Afflic. *in constituit. Castellan.* Quòd † autem custo-
dia carceratorum spectet ad Baronem, dicit Præsidens
15 de Franch. *infr. decis.* 526. & † quòd Baro teneatur
Prętoria Officialib. constituere, & nõ Vniuersitas, vide
penes acta Io. Andr. de Felice actuario. S.C. decisum in
causa Vniuers. Pesticij cum Barone, & in alijs causis, dũ
Baronaliagrauamina perquisiu: immò contra Principẽ
Stilliani inueni decisum pro Vniuersitate Theani, ipsum
16 † Principem teneri ad alendum carceratos inopes, &
famem habentes, sic etiam pro Vniuersitate Contro-
17 ni Baronem condemnatum, ad † faciendum expen-
sas carnificis, seu Manigoldi; Hæc omnia autem, quæ
dixi, quòd Vniuersitas non tenetur ad faciendum ex-
pensas carceris, & Prætorij, intelligenda sunt, si ipsa
Vniuersitas non habet prouentus, sicut sunt plures
terræ, & Ciuitates huius Regni Neapol. sed latissimè
de carcere construendo, & carceratis custodiendis,
loquitur Nuncius Auendanus *de exequend. man-*
dat. Reg. cap. 20. & Farinac. *de carcer. & carcera.*
18 benè tamen verum est, quòd † nobili potest assignari
Palatium, vel Ciuitas, pro carcere, & dicitur satisfa-
ctum statuto, & legi de carcerando, prout Capic. lo-
quitur *in decis.* 124. Gram. *in decis.* 14. Marant. *vers.*
fideiussio, num. 20. in 6. p. Ias. *in l. si pecunia, §. fin. ff. de*
cond. causa dat. Bonacossa clarissimè, vbi plura de car-
cere in verbo, carcer, in suis quast. crimin. & Anna *sing.*
357. *incip. Nobilis.* Menoch. *casu* 305. vbi doctissimè
more suo loquitur de salario seruitiorum vassalli; latè
dico ad *decis.* 526. huius Præsidentis, vbi latissimè. &
de materia huius dec. vide Rouit. *in Pragm. de salar.*
cor. qui mittit. per Curiam. Baro an possit exigere ius
Portelli pro negatiua plura dicit Doctor Rouitus *in*
Pragm. decimanona, de Barone.

ADDITIO D. RICII.

COmmunitas obligata ad concurrendum pro refe-ctione castri, vel alterius loci vicini non tenetur concurrere pro noua ædificatione, hoc dicit. Ad hanc decis. Adde à Ponte in *tract. de potest. Proreg. tit. 3. de elect. offic. § 1. num.* 34. Rouit. *in prag. 1. sub Rub. de salar. eorum qui mitt pro ser. Reg. Cur. numer. 12.* quę prag. in *§. item statuimus* mandat, quòd vniuersitates indifferenter teneantur ad reparationem veterum ædificiorum, dixit etiam Comp. *in c. grauamina numer.* 73. & quando propriè dicatur refectio, vel noua constructio declarat Afflict. *decis.* 392. *num.* 12. Auiles *in cap. 22. pratorum in glos. torres num.* 30. post Anchar. *in cap. consuluit extr. de iudicijs*, & Alex. *in l. 1. §. si quis adificium ff. de noui oper. nunciat.* & reficere significat ad propriam formam reducere, hoc est ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret, vt est tex. *in l. 3. §. hoc autem vers. reficere ff. de itiner. actuq. priuat.* & regulariter potiùs sunt reparanda ędificia vetustate collapsa, aut imperfecta, quàm noua inchoanda, vt voluit glos. per illum text. *in extrauag. execrabilis Io. 22. in verb. adificia*, quid autem in Ecclesijs, an vniuersitates vel ciues laici possint aliquo casu cogi ad illarum reparationem, seu constructionem latè explicat Valasc. *consult. 179. tom. 2.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitates an teneantur ad reparationem castrorum res deciditur ex pragmatica licet secus in refectione murorum.*
2 *Quid inspecto iure communi, &* D. Præses *firmat Baronem feudi in quo est castrum teneri, sed contra stant* Bertazol. Cet. quot recenset Rouitus, *& affertur media opinio.*
3 *Rex habens ius compellendi communitatem, an transferat illud ad emptorem feudi.*

1 IN disquisitionem iam venit, vtrum Vniuersitates possint cogi ad reparationem Castrorum, & fortellitiorum & respondetur quòd licet alias per *c. Regni editum per Carolum II. incip. item statuimus, quod ab Vniuersitatibus* dispositum erat quod Vniuersitates tenerentur ad reparationem castrorum, attamen hoc postea sublatum est per *Prag. Regis Ferdinandi I. in tit. de salar. cor. qui mittunt. pro seruit. Reg.* per quam statutum est, vt nequeant communitates cogi, nisi quãdo tenentur de iure, vel repertum fuerit ad hoc teneri puta ex consuetudine legitime præscripta, vel alia legitima causa, vt ex *d. pragm. relata in decisione*, quam exornat post Tap. Rouit. *in d. prag. 1. de Pont. de potest. proreg. de elect. official. tit. 3. § 1. nu.* 34. Capoblanc *de Baron. prag. 19. n. 37.* licet aliter sit in murorum Ciuitatis refectione, ad hanc enim Vniuersitas tenetur, vt de Pont. & Capoblanc. *vbi sup.* & fusè Anna *cons. 77. per tot.*

Dissertatio est in dispositione iuris communis, an
2 huic se conformet pragmatica eximens Vniuersitates
ab onere prædicto refectionis, & dum fortellitium fa-
ctum per dominum directum feudi cedit in benefi-
cium Baronis emptoris feudi, vt docet Angel. *in l. tur-*
res, C. de oper. public. vtrum teneatur Baro Castrum
reparare, & D. meus in fine tradit irrationabile, vt Vni-

uer-

uersitates contribuant in refectione dum Barones fructus, & emolumenta percipiunt, & conuenit cum hac sententia Cancer. *var. lib. 3. c. 13. de iur. Castror. nu. 53.* sed Rouitus *vbi sup.* recenset Bertazol. & Carau. obligantes ad refectionem communitates, & quòd habitatores castri, & etiam alij non vasalli, qui habent territorium in confinibus eiusdem licet ibi domicilium non habeant contribuere debeant ad reparationem castrorum tenent Guglielm. de Cun. *in l. sacra. §. fin. ff. de rer. diuis.* Bald. *in l. item si fundi vsusfruct. ff. de vsufr.* Guidop. q. 7. quia ab illo fortellitio sumant vicina loca defensionem, ne deuastentur, ab habitantibus: hæc autem contributio facienda est pro quarta parte refectionis, & ad reliquas tres partes astringitur Dominus Castri secundùm Guglielm. de Cun. *vbi sup.* & alios relatos per Montan. *in tractat. de regal. rubr. palatia. num. 8.*

3 Inquiritur demum, si Rex possideret castrum ad cuius reparationem castra vicina, & Vniuersitates tenerentur si illud vendit, an transferat ad emptorem ius compellendi ad contribuendum, & negatiuè decisum refert Lucas de Penn. *in l. 2. C. de iur. Reip. lib. 11* quòd ius prædictum tamquam quid supremum, & insolitum haud veniat in venditione, etiam si venditio terræ fieret cum clausula cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, quia Baronia consistit in feudis, & redditibus vassallorum, & hoc ius compellendi ad speciale decus Regium pertinet, & si aliàs beneficium Principis latissimè interpetratur, mutatione etenim personæ mutatur conditio rei, & specialis prærogatiua Principis ad singularem successorem non transit *arg. l. pecoris, ff. de seruit. rustic. præd.* & indignum est, vt priuatus regalia iura percipiat, vt perbellè Lucas de Penna quem refert, & sequitur D. meus, & iudicauit S.C. & comprobant de Pont. Rouit. & Montanus mox supra citati per clausulam enim generalem cum iuribus, & pertinentijs suis transeunt ea quæ sunt de natura rei, non autem regalia vel specialia, prout in venditione fundi non transit ius colligendi pedagium à transeuntibus, quamuis in illo fundo aderat domus ad collectionem pedagiorum Capyc. *in inuestit. feudal. ver. feudorum accessorium col. 4* quidquid velit Ferrar. Montan. *in tract. de feud. lib. 5. cap. 7. vers. alia verò Regalia*, nam contrarium verius est ex Bal. *in l. à procuratore num. 3. C. mand.* Montan. *vbi sup. rubr argentaria tom. 5.* confirmatur à simili si Rex concessisset alicui insigni Baroni, vt quia de sanguine Regio, vel ob seruitia præstita, aut alia causa extrinseca aliquod regale, si deinde Baro venderet feudum cum regio assensu, regale illius non transiret in emptorem ex quibuscumque verbis generalibus, dum qualitas ob quam Rex concesserat illi Baroni non residet in emptore, & insolita concedi exprimenda sunt, vt D. meus *infr. decis. 125.* & ibi latiùs *in obseruat.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus, qui semel in anno colliguntur, spectant ad emptorem.*

2 *Fructuum, qui singulis diebus percipiuntur, fit diuisio pro rata temporis inter emptorem, & venditorem.*

3 *De mercede debita occasione fructuum, idem indicatur, quod de ipsis fructibus.*

4 *Pensiones domorum, & tabernarum licèt in Ciuitate Neapolis exigantur certo tempore, nihilominus, numerantur inter fructus, qui singulis diebus percipiuntur.*

DECISIO LXXIX.

Fructuum rei venditæ, quomodo, & quando diuisio fiat inter Emptorem, & Venditorem.

IN causa Spect. Comitis Altauillæ, cum Magnifico Christophoro Grimaldo, emptore quorumdam castrorum, d. Comitis, fuit decisum me referente, quòd facta venditione dictorum castrorum fructibus nondum recollectis,
1 † fructus illius anni venditionis, qui semel in anno percipiuntur, vt sunt frumenta, vina, oleum, & similia, spectent integrè ad emptorem; quando verò singulis diebus anni sunt in fructu, & percipiuntur, vt sunt pensiones domorum,
2 & similia, † hoc casu fit diuisio pro rata temporis, inter venditorem, & emptorem; ex magistrali decisio. Sal. *in l. Iul. §. si fructib. ff. de actionibus empti* per illum tex. ad quem semper recurrimus, sequuntur eum copiosè relati per Didac. de Couar. *in tract. var. resolut. lib. 1. cap. 15. vers. sed supposito, fol. 101.* in magnis, & dum casus accidisset, venditis castris Loriani, & Trentulæ, ad instantiam creditorum Magnificorum de Bertaglinis sub hasta, de mense Maij, quæ castra reperiebãtur pro certa mercede locata, ordine Sacri Consilij, & in castris prædictis adessent introitus, qui semel in anno recolliguntur, & alij fructus, qui singulis diebus
3 percipiuntur, † fuit me referente, iudicatum, de mense Octobris 1575. de mercede prædicta, vt supra debita, esse iudicandum, quemadmodum de ipsis fructibus iudicaretur, scilicet vt pro fructibus, qui semel in anno colliguntur, cedat merces prædicta integrè in beneficium emptoris, & pro his, qui singulis diebus, cedat pro rata temporis, ex dictis per Saly. aliosque colligit Molin. *de Hisp. primogen. lib. 3. c. 11. n. 7. fol. 83. à tergo, vbi supra* inter fructus, qui singulis diebus percipiuntur, fuerunt habitæ pensiones domorum, & tabernæ, prout pulchrè Bal. *in l. filiusfam. §. apud Marcellum, ff. de leg. 1.* qui dicit, quòd ille, qui habitat per singulos dies percipit fructus ex domo, & vsus domus respectu partis anni, tantam affert vtilitatem respectu partis, quantam habitatio integri anni respectu totius, quem refert, & sequitur Aret. *in leg. diuortio, col. 8. vers. & adde quantum. ff. solut. matrim.* & nouissimè hanc opinionem tenet hac decis. relata Peregr. *de fideicommis. artic. 48. num 89. fol. 458.* & de hac dec. meminit etiam Barbatos. *in l. diuortio. n. 82. fo. 479. & 980. n. 81.* Et ideircò,
4 † pensiones domorũ, & tabernarũ quamuis soleant à communiter accidentibus, & maximè in Ciuitate Neapoli in principio, & in fine anni solui, & percipi, & sic videatur recollectio semel in anno: nihilominus, quia singulis diebus commoditas percipitur, vt dicunt Bal. & Aret. Sacrum Consilium iudicauit, has pensiones debere connumerari inter fructus, qui singulis diebus percipiuntur, & prædictis attentis, memini, quòd cùm mortuus fuisset Reuerendiss. Archiepiscopus Capuanorum instituto hærede sacro Hospitali Incurabilium, quod virtute Breuis Apostolici, erat capax institutionum Prælatorum, & remansissent inter fructus, Archiepiscopatus prædicti pensiones domorum, pro quarum solutione dies tempore mortis Archiepiscopi nondum cessisset, & orta esset quæstio, inter dictum Hospitale, & Illustrissimum Cardinalem de Sermoneta, successorem in Archiepiscopatu per viam regressus, Sacrum Consilium me existente Aduocato dicti Hospitalis referente Domino Ioanne Andrea de Curte, Regio Consiliario, iudicauit esse faciendam diuisionem dictarum pensionum pro rata temporis, inter hæredé, & successorem in beneficio, ex prædictis, & alijs, quæ cumulat Hieronym. Gigas, *in tract. de pensio q. 53. per totam.* & pro decisione istius puncti dicit Thesaur. *in decis. Pedemont. 56. in fi.* esse videndam hanc decisionem.

AD

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.2.3. Adde Viuium *decis.8. in fin.* Thes. *decis. 56. nu.6.* M. Anton. Peregr. *in tract. de fideicom. art.49. num.99. in fin. & 160.* qui omnes allegant decis. istam, & multa cumulat Petr. Barbosa *in l. diuortio in 2. p. ff. solut. matrim.*

Num.9.10. Adde Martam *in vota 134. num.5. & ibi de materia.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Fructibus arborum venditis regulariter intelligitur de primis fructibus.*
2 *Fructus augent hereditatem.*
3 *Fructus qualiter diuidantur inter virum, & haredes uxoris, & alios.*
4 *Fructus de iure illi astimantur, qui deductis supersunt impensis.*
5 *Et ideo à fructibus deducuntur impensa, etiam pro fructuum custodia erogata.*
6 *Fructus qui semel in anno colliguntur, spectant ad emptorem, fructus verò qui singulis diebus, vt sunt pensiones domorum, diuidũtur pro rata inter emptorem, & venditorem.*
7 *Fructuum diuisio qualiter fiat inter redimentem, & retrouendentem.*
8 *Si fundus vendatur cum fructibus pendentibus, an sit facienda diuisio inter ementem, & colonum partiarum.*
9 *Vendito fundo simpliciter cum fructibus pendentibus, an intelligantur venditi etiam spectantes ad colonos.*
10 *Fructus pendentes in venditione necessaria, vel tempore cadentis retractus, quomodo diuidantur.*
11 *Coloni Ecclesiastici, an sint immunes à collectis pro eorum portione colonica, & num. 12. & 13.*
14 *Quid in fructibus diuidendis inter dominum, & colonum frondibus, cannetis, & alijs.*
15 *Dominus an possit petere à colono partiario, & ab emphyteuta.*
16 *Fructuum liquidatio, vt dicatur legitimè facta, qua requirantur.*
17 *Fundorum estimatio qualiter fiat.*
18 *Fructus Prælatorum morientium, vel pendentes, vel recollecti, & non percepti, an spectent ad Cameram Apostolicam, vel ad successorem.*
19 *Fructus futuri à conductore percepti non veniunt in obligatione bonorum obligatorum per dominum.*
20 *Creditor detinens domum in pignus tenetur in sortem computare fructus perceptos, & percipiendos.*

1 AD † hanc decisionem adde Ioan. de Amic. in
cons. 114. qui latissimè de fructibus primis,
2 & secundis, † & quòd fructus augeant hæ-
3 reditatem, hic Præses *dec. 160. nu.6.* † & de
materia fructuum diuidendorum, vt in hoc num. 3. vi-
dendus est Viuius *decis. 8. lib. 1.* qui distinguit species
fructuum, & decidit plures casus, latissimè Ioan. Copp.
decis. Saxonia 30. incip. Hac quastio. qui latissimè, &
4 doctissimè loquitur. Fructus † autem de iure illi æsti-
mantur, qui deductis supersunt impensis. *l. si à domino,
§. fin. de petit. hared.* Tiraq. *in tract. de retractu lignag.*
5 *gl. 1. num. 1. & 2.* & † ideò à fructibus deducuntur im-
pensæ etiam pro fructuum custodia factæ. Vuesemb.
6 *cons. 99. num. 16 par. 2.* & nouissimè, quòd † fructus,
qui semel in anno colliguntur, quòd spectent ad em-
ptorem, & fructus, qui singulis diebus percipiuntur;
vt sunt pensiones domorum, quòd diuidantur pro rata
inter emptorem, & venditorem, tenet Arisminus *in
lib. variar. iur. sentent. in tit. de fructibus in genere, fol.*
7 *346. col. 4. circ. fin.* qui hanc decis. allegat. & † de diui-
sione fructuũ quoties fit retrouenditio, inter redimen-
tem, & retrouendentem, quomodo sit facienda, Ioseph
Ludouicus videndus est *in dec. 79. incip. Dominus Pe-*
8 *trus.* De † diuisione fructuum, si venditur fundus cũ
fructibus pendentibus, an sit facienda inter ementem,
& colonum partiarium, vel ipsi fructus pendentes om-
nes sint emptoris, videndus est Ioseph Ludouicus *in
dec. 83. incip. Postquam.* Præsidens de Franch. *in dec.
390. num. 1. & 2.* Viuius *decis. 10. & 79.* & Thes. *in*
9 *dec. 55. incip. Fructus pendentes,* vbi † an vendito
fundo simpliciter cum fructibus pendentibus, intelli-
gantur venditi etiam fructus pro portione spectantes
ad colonos, & de dictis per Thes. *in d. decis.* Vide
10 etiam de Franch. *infra, dec. 334.* † fructus pendentes
in venditione necessaria, vel tempore cadentis retra-
ctus, cuius lucro cedant, & an pro rata diuidantur vl-
tra allegata per Caualcanum Borgnin. *in decis. 16.* &
Ioseph. Ludouicum, *in allegata dec. 79.* adde omninò
videndum Thesaur. *in decis. 56. incip. Fructus fundi,
venditi,* qui doctissimè loquitur, & vide quæ *supra in*
11 *dec. 19.* latissimè scripsi. † Coloni ecclesiæ an sint im-
munes à collectis pro eorum parte colonica. Ozascus
in dec. 83. incip. Replicatur, qui concludit colonos non
teneri de iure, sed solùm si extat consuetudo. Sed An-
ton. Thesaur. eius compater, & collega, in decidendo
in eodem Senatu, contrarium dicit esse decisum in Se-
12 natu. & † colonos Monachorum, & Ecclesiasticorũ,
ad collectas pro illorum parte colonica tantùm, & pro
eorum bestijs condemnatos, contra decis. ipsius Ozas-
chi. Verùm † si Monachi, & Ecclesiastici vellent ha-
13 bere famulos, & Boues, & ipsi suis bobus agros cole-
re quòd sint immunes, & non possint collectari, & ita
iudicatum contra Reuerendos Monachos Sancti An-
dreæ Canonicos Regulares in, dicta causa die 22. De-
cembris 1569. expressè concludit. De † fructibus di-
14 uidendis inter dominum, & colonum, & de frondi-
bus, cannetis, arundinetis, & de alijs, & de fœno, an
15 † dominus possit à colono portionem petere, & ab
emphytheuta, videndus est Ioseph Ludouicus, *in de-*
16 *cis. 106. incip. Pius V.* † Fructuum liquidatio, vt di-
catur legitimè facta, necesse est articulare, & probare,
quòd in locis circumstantibus, & vicinis, tot fructus
cepti fuerint ex tali fundo ad hoc, vt sequatur vera
æstimatio fundi, Ioseph, Ludouicus *dec. 87. Petrus,* &
omninò Ioannes Coppen. *dec. Saxonia 44. incip. Hac*
17 *quastio.* qui signanter *nu. 30.* dicit, † æstimatores de-
bere attendere in æstimatione fundorum pro vero, &
iusto pretio æstimando, annuos redditus per viginti an-
nos receptos. allegat *gl. in §. sin vero. verbo viginti an-
nis, Auth. de non alien. & permut. reb. Eccles.* Tira-
quell. *de retract. §. 1. glos. 6. num. 19.* Couarr. *lib. 3.
resolutionum, cap. 9. num. 5.* Mascard. *de probat. con-
clus. 650. num. 3.* Menoch. *de præsumpt. libr. 3. pra-
sumpt. 132. num. 52.* & ego videndum dico Arium Pi-
nellum, *in repet. l. 2. C. de rescind. vendit. pa. 3. cap. 4.
seu vlt.* qui doctissimè loquitur, & signanter *num. 28.
& 29.* qui plures allegat, & Afflict. *in dec. 284. in fin.*
18 Tiraquell. & Couarr. allegatos per ipsum Coppen.
† de fructibus, Prælatorum morientium, vel penden-
tibus, vel de recollectis, & non perceptis, an spectent
ad Cameram Apostolicam, vel ad successorem, vide
supra *decis. 19.* ad quem dico, Ioseph. Ludouicum *in
decis. 33. 1. par. incip. Illustrissimus,* & Stephanum Qua-
rantam *in summa, de fructibus pendentibus tempore
redemptionis quomodo diuidantur inter redimentem,
& reuendentem* plenè loquitur Gratian. *in dec. March.*
19 *176. inc. Fuit facta venditio.* Item nota quòd fructus
futuri à conductore percepti, nõ veniunt in obligatio-
ne bonorum obligatorum per dominum. Surd. *in de-
cis. 97. incip. Quia dominus Bartholomeus,* vbi ita deci-
sum non obstante obligatione, quod est mirabile: & ad
hanc decis. adde, quæ infra *decis. 346. num. 4.* Ad nume-
20 rum 4. adde tu omninò, quòd † si domus creditori pi-
gnori datur, cùm ipse teneatur fructus in sortem com-
putare, quòd non modo tenetur fructus perceptos cõ-
putare, verùm etiam percipiendos, & prout domus lo-
cari

cari potuerit, non autem ipse creditor conducere, ita decisum dicit ipse Surd. *in decis.* 270. *incip. creditorem,* vbi declarat tex. *in §. in frumento, in l. 1. in summa. ff. de condict. indeb,* qui text. videtur contrarium concludere; adde de diuisione fructuum *supra decis.* 19. & de hac decisione meminit Barbosa, *in l. diuortio, in 2. part. num.* 82. *ff. soluto matrimonio,* & Molin. *de primogen. Hispan. in cap. 2. num. 17. in lib.* 3. & ad num. 4. adde Peregr. *de fideicommiss. art.* 48. *num.* 49. *in tertio tempore.* De fructibus tàm domorum pensionibus, quam alijs, latissimè videndus est Menoch. *de arbitr. indic. quæst. lib. 2. cent. 3. casu* 210. *num.* 27. *& in toto casu* discurrit fructuum species latissimè, *& in casu* 256. *de harede grauato quos fructus restituat.*

ADDITIO D. RICII.

FRuctuum rei venditæ quomodo, & quando diuisio fiat inter emptorem, & venditorem, hoc dicit Adde Franciscum Marcum *decis.* 57. vbi dicit pro rata temporis esse faciendam fructuum diuisionem, & eam opinionem sequutus fuit decretorum Sabandiæ compilator. *sub titulo, della forma, & ordine, che si hà da tenere, &c.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Pensiones domorum diuiduntur pro rata temporis inter venditorem, & emptorem, aliæ iudicantur, prout indicaretur de fructibus, ex quibus proueniunt reiecta opinione ercifcunderum, n.* 2.
3 *Fructus sati, & percepti post venditionem quando spectent ad venditorem.*
4 *In venditione conditionali quid sit dicendum de fructibus perceptis ante conditionem.*
5 *Fructus maturi tempore venditionis spectant ad emptorem reiectis* Thesauro, Costa, & Barbato.
6 *Iurisdictionis fructus etiam si facta sint condemnationes iudicantur pendentes si non sint exacta.*
7 *Si emptor tenetur stare colono tunc pensiones non maturatæ spectant ad emptorem etiam si percepti fuissent fructus ante venditionem, quidquid inuoluat* R. de Marin.

1 ILlustris est hæc decisio in materia pensionis rei venditæ ad quem illa spectet, an ad venditorem, vel emptorem, & in prædijs vrbanis locatis definita res est pensionem pro tempore diuidendam inter venditorem, & emptorem, itaut si pensio tota fuisset exacta debeat restitui emptori pro rata temporis *l. Iulianus, §. si fructibus, ff. de act. empti.* Gomez *lib. 2. variar. cap.* 1. Couarr. *var. 1. part. cap.* 15. D. meus *num.* 3. Thesaur. *decis.* 56. *num.* 6. Barbos. *in l. diuortio par. 2. num.* 83. pensiones aliæ debitæ causa, & occasione bonorum, quæ fructus naturales siue industriales pariunt iudicandæ sunt, prout iudicaretur de fructibus, ex quibus proueniunt, vnde si fructus sunt percepti post venditionem, quia illi integrè spectant ad emptorem, ita spectant, & pensio debita, & subrogata loco fructuum, & si post venditionem ante traditionem percepit eos venditor tenetur illos, vel eorum æstimationem emptori restituere *d. §. si fructibus* Bal. *in l. si fructus num. 4. C. de act. empt.* ita decisum testatur D. meus, quem sequuntur Gratian. *discept.* 989. Leo *decis.* 192. Barbosa *dict. num.* 83. Molin. *de contrac. disput.* 368. & si fructus partim sint percepti, & partim verò non, tunc pro rata perceptorum pensio debebitur venditori, vt Gomes. Couar. alijque authores citati, & in vrbanis fit diuisio pro tempore, quia fructus consistit in vsu qui quotidie percipitur.

2 Beneuerum extat quorumdam ercifcundorum opinio indistinctè diuidentium pensionem pro rata temporis ad instar pensionis prædiorum vrbanorum, vt Valasc. *in prax. partit. quæst.* 28. *num.* 9. Barry. *de success. lib. 9. tit. 5. de legat. num.* 8. Barbat. *de diuis. fruct. par. 2. cap. 5. nu.* 17. & firmat Molfes. *super consuetud. Neapol. tom. 3. par. 19. quæst.* 17. nihilominus concurro cum priore sententia cum Barbosa *vbi supra,* qui reijcit diuisionem allatam in pensione debita ex alijs bonis quàm ex prædijs vrbanis.

3 Obseruandum autem erit, quòd fructus quos fructificat res post venditionem ante traditionem priusquam venditor sit in mora, quia emptor non offerat pretium, tunc si fati, & percepti sint post venditionem pertinebunt ad venditorem vti dominum rei, vt de operibus serui venditi fætu ancillæ mercede equi locati *ex d. §. si fructibus* probat Molin. *vbi sup.* & Lugo *de iustit. & iur. disp. 26. à num.* 204. vbi idem de incremento fructuum pendentium tempore venditionis si venditor non fuerit in mora in tradendo rem.

4 Pulchra est quæstio in venditione conditionali, ad quem spectent fructus percepti ante conditionem purificatam, quia diminutio valoris rei venditæ conditione pendente cedit damno emptoris, ita etiam augmentum, vt dictum est *obs.* 25. & inter commoda medij temporis ante purificatam conditionem numerantur fructus percepti *gl. in l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.* & ita sentit Paris. *cons. 59. vol.* 1. contrarium autem verius est, vt spectent ad venditorem ex Alex. *cons. 121. vol.* 4. Surd. *cons.* 372. Altograd. *cons. 13. lib. 1. per tot.* vbi limitat ex Paulo *consil.* 267. si pretium sit solutum, vel si facta sit traditio ex Salyc. *in l. si filius nu. 4. ff. de verb. oblig.* & Alber. *ibi n.* 4. nam facta traditione emptor vti possessor bonę fidei, & ex volũtate vẽditoris facit fructus suos, vt probat Altograd. *vbi sup.*

5 Aduertẽdum insuper erit, lapsos esse Thesaur. *dec.* 5. *num.* 6. Cost. *de port. rat. q. 129. num.* 11. Barbat. *de diuis. fruct. vbi supra, num.* 11. tenentes fructus maturos tempore venditionis spectare ad venditorem, si is parasset se ad collectionem, & manum apposuisset sciente emptore, & arbitrarium esse iudici ex quantitate pretij in hoc casu iudicare, an ex quãtitate pretij comprehensi fuerint in venditione, inquit Molfes. *vbi sup.* & si in dubio pro emptore sit iudicandum, attamen indistinctè cõtrarium verius puto ad fauorem emptoris, vt fructus pendentes transeant vna cum re ex Barbosa *dict. num.* 83.

6 Prętermittendum haud erit, quòd condemnationes, quę connumerantur inter fructus iurisdictionis si adhuc non sint exactæ, licet factæ sint in sententia iudicantur fructus pendentes, & spectant ad emptorem feudi Bal. *cons.* 307. Crau. 128. Card. Tusc. *verb. fructus concl.* 495. *num.* 29.

7 Memorabilis est in specie nostra limitatio assumpti illius, vt licet pensiones, quæ debentur ex bonis venditis alteri locatis iudicandæ sint prout de fructibus, ex quibus proueniunt, vt si percepti essent ante venditionem, tunc pensio etiam quòd maturata non esset venditionis tempore spectet ad venditorem ex firmatis in principio nihilominus si emptor ex conuentione, vel legis dispositione tenetur stare colono, quia grauatur in vno, releuatur in alio, quòd pensio non maturata pertinebit ad emptorem, prout in venditione rei alteri locatæ per Fiscum factæ disponit *tex. in l. fin. §. fin. ff. de iur. fisc. & in ver.* ditione priuati censent Fulgot. ibi Cuman. *con. 20. per tot.* Barbos. *n.* 91. Tusch. *n. 38. & seq.* & si incogitatè aliud indicat R. de Marin. *lib. 2. res.* 152. *n.* 9. vt carpitur per Giurb. *obseru.* 112. *num.* ...

SVMMARIVM.

DECISIO LXXX.

Actio hypothecaria, quando extinguitur, vel non, creditore succedente debitori.

MAgnificus quondam Scipio de Afflicto in anno 1548. constituit se debitorem Magnifico quondam Raymundo de Cordes, ex causa mutui reuera depēdentis ex dotibus promissis occasione matrimonij per eum contracti cum Magnifica Lucretia de Afflicto, filia dicti Scipionis in ducatis mille, quos promisit eidem soluere intra certum tempus & pro obseruantia promissionis, obligauit se, & bona sua omnia, cum hypotheca expressa, & cum solitis clausulis constituti, & pretij, potestate capiendi, & alijs.

Ad præsens, hæredes dicti Raymundi agunt hypothecaria, & iure assistendi super rure possesso per Magnificam Lucretiam Montefalcione, quòd tempore obligationis prædictæ erat in bonis dicti Scipionis, & petunt pro concurrenti summa dicti crediti eis adiudicari rus prædictum, seu ad eorum electionem vendi, ex clausulis prædictis virtute Regiæ Pragmaticæ, quæ incipit, *assistentiam*. Opponit dicta Lucretia, se habere causam à Magnifico Iulio Cæsare Afflicto, filio dicti Scipionis, tit. emptionis per eam factæ ab eo, cum iurium suorum translatione, nec non habere iura cessa à duobus alijs fratribus dicti Iulij Cæsaris, qui Iulius Cæsar, & fratres sunt hæredes Magnificæ quondam Isabellæ Scorciatæ, eorum matris, & vxoris d. Scipionis, quæ pro dotibus ducatorum sexdecim mille in circa, mediante instrumento celebrato anno 1532. cum eodem Scipione erat anterior creditrix dicto Raymundo in bonis dicti quondam Scipionis, & propterea cùm habeat iura anteriora, dicebat, se non posse molestari, ex regula, qui prior in tempore potior in iure. Replicabatur pro parte actorum hypothecam prædictam super bonis dicti Scipionis, dictis Iulio Cæsari, & fratribus competentem, esse extinctam, ex quo Iulius Cæsar erat etiam hæres patris, quòd quando creditor succedit debitori, actio confunditur, etiam quòd esset actio hypothecaria, & data extinctione, dicebat, non esse translatum dominium in dictam Lucretiam actricem, vel quòd quando non esset confusa, adhuc nullius esset vtilitatis actio prædicta ex infra dicendis. Ex aduerso dicebatur, non esse probatum dictum Iulium Cæs. adijsse patris hæreditatem, & si esset probatum, rationem hypothecariam non extingui, esseque in hoc magnæ vtilitatis, extinctionem non fieri. Fuit igitur in Sacro Consilio dubitatum, in prædictis, quòd
1 ratione iuris, † & ad probandum aditionem pro parte dictorum hæredum, allegabatur, quòd dictus Iulius Cæsar vendiderat rus prædictum, tamquam Dominus, quod dominium non poterat habere, nisi vt hęres pa-
2 tris, & propterea succedit regula, † quòd quando quis facit actum, qui citra ius, & nomen hæredis fieri non potest, ex eo actu inducitur aditio hæreditatis *l. pro hærede, ff. de acquirend. hæredit. cum similibus.* Nec pote-
3 rat dicere, quòd, vt creditor, habeat dominium; † non enim concurrebant ea quę de iure communi requiruntur, vt creditor dominium quærat, de quibus *in l. fin.*
4 *C. de iure domi. impetra.* Nec, † quæ virtute Regiæ Pragmaticæ allegatæ, & quòd hęres, vendendo res hæreditarias, maximè, quando non sunt tempore perituræ, videatur adire hæreditatem, dicit Gulielm. Benedict. *in repet. cap. Raynutius in ver. mortuo itaque testatore, il primo, num.392. vers.5. quædam sunt facta,*
5 *in quibus, folio 389. in meis*, † si igitur erat hæres patris, actiones ei competentes, tamquam hæredi matris sunt confusæ, seu extinctæ. *l. debitori, C. de pact.* quæ regula etiam procedit in actione hypothecaria, prout tenet Alex. *in l. debitor, col pen. vers. se nunc, & col. fin. vers. extra glo. ff. ad Trebellia.* tenet etiam Lancello. Dec. *in d. l. debitori* 1. *col. ver.* & dum Alex. & Clau. *in dict. d. debitori, col.5. versic. limitatur tertio.*
6 Fundans se † quòd per hypothecam non auocatur dominium, neque possessio *l. si cum venditor, ff. de euictio.* & post eum Curtius iunior, *column.2. in 4. limitat.* vbi magnoperè se fundat in regula *l. cum principalis, ff. de regul. iur.* quam allegat etiam Lancellot. vbi supra, licèt prædicti de Alex. *in d. l. debitor*, non faciant mentionem, & Negusan. in loco infra allegando dicit, opinionem Cyni, *de qua infra.* non habere contradictorem, nisi Alex. & huic opinioni adhærere videtur Dominus Antonius Padilla, *in l. post mortem, num.17. vers. tertiò infertur. C. de fideicomm.* Item
7 dicebatur, † quòd & si non confunderentur, nullius esset vtilitatis, quia si secundus creditor agit actione hypothecaria super re obligata, & hæres sine beneficio (prout in præsenti casu præsupponebatur) opponit, quòd est anterior. Replicabitur per secundum, quòd ipse est hæres, qui tenetur etiam de proprio soluere, & tenetur habere factum defuncti ratum, ex reg. *l. cum à matre, C. de rei vend.* & sic nihil refert, quòd hypotheca sit, vel non sit extincta, quia necesse erit, quòd hæres soluat secundo creditori etiam de proprio, ita in specie Neguſ. *in 5. part. 1. membr. numer.75. vers. quintus casus est, fol.35 in magnis*, & hoc ante eum videtur sensisse. Alex. licet non sic clarè, *in d. l. debitori, vers. sed nunc*, sed clarius omnes casus enumerando, & considerando, quòd hoc nullius sit vtilitatis, declarat. Purp. *in d. l. debitori. in 3. limit.* Vnde dicebatur, quòd postquam ex prędictis erat inducta aditio, actio hypothecaria erat extincta, & si non esset extincta, nullius erat vtilitatis, ideoque hęredes prędictos de Cordes, actores obtinere debere. Ex aduerso dicebatur, non esse probatum, Iulium Cęsarem

8 adijsse hæreditatem patris, † quod per allegantem
probari debet, ex ijs, quæ Aym. congerit. *in cons. 37.*
decessit vers. 2. queritur, nu 4. vol. 1. & iterum in consil.
9 *197. quiquam. 2. col. vers. quibus consequẽs, eo. vol.* † nec
præsumitur, maximè, quando est damnosa, vt erat in
casu, de quo agebatur, vt plenè idem *cons. 33. Nobilis,*
in 3. & 4. fundamento. Nec dicebatur ei obstare, quòd
vendiderit res hæreditarias, ex duob. Primò, quia ante
alienationem dicti iuris alio instrumento inito inter
easdem partes, in anno 1554. & in processu præsenta-
to, apparebat protestatio istiusmet Iulij Cæsaris, qui
tractando de negotijs per patrem gestis, protestatus
10 fuit nolle agnoscere debita paterna, † quod nihil aliud
est, quàm dicere, se velle abstinere ab hæreditate patris:
eo enim ipso, quòd quis adit, ad onera paterna tenetur:
vnde succedit not. decis. gl. *in l. 1. secundum vlt. intelle-*
ctum, C. de iur. delib. quod quando quis se abstinuit ab
hæreditate patris, si postea faciat aliquem actum, qui
etiam non posset fieri citra ius, & nomen hæredis, non
per hoc illa abstentio intelligitur reuocata, nisi in spe-
cie abstentionem ipsam reuocet, & gl. prædictam se-
quuntur Bar. Paul. de Cast. & Ang. Secundò dicebatur,
11 † quòd instrumenta dotalia, & alia, quę hodie fiunt in
Regno, & maximè in Ciuitate Neapolis, habent clau-
sulas ordinarias, quòd in casu non solutionis, creditor
possit propria auctoritate capere bona debitoris, quæ
debitor constituit, se precario possidere nomina credi-
toris, eaque accipere, & ea vendere, absque iuris so-
lemnitatibus: huiusmodi erat instrumentum dotale
matris Iulij Cæsaris vendentis, vnde facta per ipsum
venditione, quamuis dicat, vt Dominus, ne in damnũ
incidat: quia suum amitteret, & creditoribus patris re-
mansisset obligatus, præsumendum est, concurrente
alia iuris præsumptione, quòd in dubio, quis non vide-
tur adire hæreditatem damnosam, quòd potiùs vendi-
tio præsumatur facta virtute clausularum prædicta-
rum, quàm animo adeundi hæreditatem, & ex istis di-
12 cebatur, † quòd non probata aditione, non poterat tra-
ctari de confusione, seu extinctione actionis. Insuper
dicebatur, quòd etsi esset probata aditio, nihilominus
actio hypothecaria non erat extincta, postquam hæc
bona non erant irreuocabiliter quæsita ipso Iulio Cæ-
sari cùm per secundum creditorem, auocari poterant,
secundùm opinionem Cyn. *in l. si anterior creditor;*
& magis expressè hoc tenet Bal. *in l. 1. si vxor tua, vers.*
quęre, pone, C. de bonis auth. iud. possid. in 3. limit. & se-
quitur Aposti. ad eum, & ad Franciscum de Aret. *in d. l.*
debitori. vbi Soc. plenè, & Ias. qui simpliciter sequitur
Alex. & licet idem Alex. *in d. l. debitori. ff. ad Treb.* &
alij sup. allegati, teneant contra Cynum, & Bal. nihilo-
minus Negusa. *in d. tract. 5. par. in 3. memb. n. 79. vers.*
& per prædicta postquam respondit rationibus Alex.
qui est sibi contrarius, *vt supra*, ad cuius responsiones
me remitto, dicit opinionem Cyni esse communem,
& eam communiter teneri dicit Curt. *in d. l. debitori,*
& Gratus *in responso 63. visis, elegantissimis, 3. col.*
versic. & casu, quo num. 13. 2. volum. quam vltra per
eum allegatos, tenet Guliel. Bened. *in d. vers. mortuo*
itaque testatore. il. 1. num. 404. vers. præterea per aditio-
nem, fol. 390. tenet etiam eam Iacobi. *in d. l. debitori, in*
3. fallen. & Franc. Curtius, *in repet. d. l. debitori, col. 3.*
vers. & vlt. fallit. & Riminald. *1. col. ibi, vers. item præ-*
dicta intellige, & secundùm hanc opinionem; aliàs Sa-
crum Consilium iudicauit, vt refert Capic. *in dec. 195.*
& Afflict. *in decis. 237.* & addens ad consuetudines
Neapolitanas, in cõsuetudine, *si quis, vel si qua. fol. 141.*
13 *à ter.* † Quibus dicebatur, nõ obstare rationes Purpura-
ti, fundatas, quòd per hypothecam super re cõtractam,
non auocetur, nec dominium, nec possessio, ex *l. si cum*
venditor. ff. de euictio. & quòd propterea hæres, potest
dici dominus irreuocabiliter, quia ille text. dicit, quòd
nuda possessio auocatur, & ad hoc illum text. allegat
Curt. *in repet. l. si pro fundo, colum. 2. n. 5. C. de transa-*
ctio. Præterea, dato quod non auocaretur per hypothe-
cam, nec dominium, nec possessio, vt dicit Purpura. si
ex fructibus illius rei hypothecatæ, in cuius possessio-
nem creditor immittitur, non potest creditori satisfie-
14 ri † inter alia remedia habet remedium, de quo *in d. l.*
15 *fin. C. de iure domi. impetran.* quod remedium *d. l. fin.*
valdè differt, à remedio actionis simplicis hypotheca-
riæ, vt dicit Afflict. *in decis. 187. versic. alij Domini di-*
cebant, de quo meminit Capic. *in decis. 202.* vnde non
potest dici irreuocabilis Dominus effectus hæres. Item
iudicium intentatum per Magnificos Actores, est re-
medium assistentiæ, quo remedio vtimur assiduè in
hoc Regno, virtute Regiæ Pragmaticæ, quia agitur
iure assistendi super bonis hypothecatis, & illorum
adiudicatio petitur, & remedium prædictum assisten-
tiæ, cum adiudicatione, & facultate vendendi est sum-
16 ptum ex *d. l. fin. ac etiam ex l. 1. C. de Saluia. interd.* †
& habet locum contra tertios possessores, etiam non
facta discussione principalis obligati, & absque aliqua
discussione instante creditore, fit adiudicatio dominij
rei obligatæ, & ex prædictis per hypothecam, in re
contractam, auocetur possessio, & poterit deueniri ad
ipsius rei hypothecatæ venditionem, & sic ad dominij
traslationem. Nec de iure Regni, in quo passim ex
clausulis instrumenti fit adiudicatio dominij creditori,
prout actum fuit per dictos hęredes. Nec etiam obstat
Curt. fundamentum ex d. regula, cùm principalis, quia
vltra responsionem Soc. *in d. 3. limit. in d. l. debitori,* &
17 Rimin. ibidem, dicebatur, † quòd quamuis actio hy-
pothecaria non oriatur sine actione personali, nihilo-
minus post natiuitatem per se subsistere potest, secun-
dùm Bald. Nouel. *in repetitione. l. si constante. colum. 3.*
versic. secundo habes num. 14. ff. solut. matrim. de quo
non meminit Negus. qui idem tenet *in d. tract. in 3. p.*
principali, in 1. membr. 2. colum. vers. tertio quæritur,
fol. 22. in magnis, & licet reg. prædicta sit vera, recipit
tamen limitationes, vt per Ant. Gomes. *in tract. de lo-*
ca. & condu. tom. 2. cap. 3. versic. nec obstat. fol. 170. nu-
mer. 12. in fin. latissimè Rolandus à Valle *in tract. de*
confect. inuentarij in cap. quod incipit, an actio hypo-
thecaria, per totum, *in 8. volum.* tractatuum de nouo
impressorum. *fol. 195.* optimè Fulgosius *in l. si pignori.*
ff. famil. ercisc. & sic est sublatum argumentum Curt.
qui re vera dubitatiuè loquitur, quia dicit pro hac opi-
nione, quòd non confundatur, esse videndum textum
in l. ex sextante, §. Latinus Largus, quem allegat Ne-
gus. *vbi supra* post alios, *ff. de excep. rei iudicat.* qui in-
distinctè probat, quòd superuenientia dominij non tol-
lit hypothecariam, quando alius mediante hypotheca
anteriori, vellet illam rem reuocare, quia dominium
non erat acquisitum irreuocabiliter, ex quo per hypo-
thecariam poterat auocari, quod etiam destruit funda-
18 mentum Purpurat. † An autem hæc discussio afferat,
vel non vtilitatem, si res existeret penès hæredem sim-
pliciter, & absque beneficio inuentarij, non est dubium,
quòd non operaretur, quia etiam, quòd non existerent
res hæreditariæ, teneretur hæres ad solutionem debi-
torum, & onerum, vt benè aduertũt Negus. & Purpur.
& in pulchro casu videtur sentire Bald. post Cyn. *in l. 2.*
vers. vlterius quæro. C. de repudian. hæred. sed in casu,
de quo agitur hæc discussio erat necessaria, & vtilis,
nam ius obligatum prætenso hæredi, non est in posse
hæredis, sed alterius ab hærede causam habentis, qui
contra creditorem defuncti posteriorem hæredis, ex
propria persona vtitur iuribus, hæredi ex propria per-
sona competentibus non confusis, qui tertius aliqua
actione cogi non potest ad solutionem onerum hære-
ditariorum, quia non hęres, nec aliquid cum eo gestum
est, vnde actio personalis oriatur, prout hæres, qui non
confecit inuentariũ, ex aditione hæreditatis tenetur, &
si hypotheca cõpetens hęredi per aditionem hæredita-
tis, esset extincta, acquisiuisset emptor ex emptione iu-
ra hęredis, tamquam hęredis, non tamquam creditoris,
quibus nõ posset se tueri aduersus creditorẽ hypothe-
cariũ super bonis defuncti, & sic apparet esse necessa-
riam hanc discussionem, quod non aduerterunt Negu-
19 san. & Purpurat. † qui non steterũt in Regno Neapoli-

tano, nec in hoc Sacro Consilio, vbi ex magna negotiorum multitudine, quotidie accidunt, quæ in alijs locis non cogitantur, nec aduerterunt nouissimè addentes, quos postea vidi in additionibus ad Afflict. *in dec.* 237. quia & ipsi dicunt, hoc nullius esse vtilitatis, & Neguf. *in fin. eiusdem membr.* post hanc quęstio. decidit alium casum similem, si actio hypothecaria vtilis translata in tertium, ante vel post aditam hereditatem, sit extincta, & non esse hanc quæstionem inutilem benè aduertit Rota Roman. *in 1. part. decisionum de nouo impressarum in decisio. 362. Dubitaui, colum. fin. in fin. fol. 117.* contra Purpuratum, vbi supra.
30 † His sic discussis, dicebant duo ex Dominis, qui discusserunt, se dubitare de veritate *gloss. in d. l.* 1. quia Alex. ibi dicit, quòd ipse non stat cum opinione glo. quia est contra text. *in l. pro herede, §. Papinianus, ff. de acquirẽd. heredit.* & idem tenet Ias. *ibi*, & Iacob. *ibi dicit in fin.* quòd si limitatio prędicta esset vera, esset multum singularis, & de veritate dictæ glo. dicit se dicturum *in l. fin. de repudian. hereditat. ibi in 3. col. versic. an autem, num. 6.* dicit se dixisse *in dicta l. 1.* in qua nihil dicit, nisi *vt supra* relatum est Corn. *ibi* dicit, quòd Bart. videtur approbare opinionem gl. sed contra eam dicit, esse videndam *l. 1. in tit. seq de repud. hered.* vbi latè Corn. tenet contra glos. post Cyn. Iacob. de Aret. & Bald. licet dicat, quòd esset peccatum, recedere ab illa gl. quæ tamen iure non probatur.

Et quia secunda responsio ad instrumentum venditionis factæ per Iulium Cæsarem, vti dominum, similiter non satisfaciebat, fuit plenè discussum, quæ opinio esset tenenda, an hypotheca per aditionem, absque beneficio inuentarij esset extincta, vel non extincta, in quo articulo Sacrũ Consilium adhæsit opinioni Cyni,
31 Bal. & aliorum supra relatorum, † qui tenuerunt, hypothecam non esse extinctam, propterea iudicauit, conuentam esse absoluendam, & tenuerunt, articulum hũc esse vtilem quando agebatur in præsenti causa contra tertium possessorem, licet respectu hæredis, esset inutilis, nec fuit habita ratio de eo, quod prætendebatur, quòd Iulius Cæsar habuerat ex bonis maternis, vltra
22 summam, pro sua rata ei debitam, † quia prima venditio fuit facta de hoc rure, & sic pretium, quòd pro venditione huius ruris habuit, super quo emptori cessit iura, quę habebat, cessit in satisfactionem partis dotium, pro quibus ei competebat hypotheca, exemplo eius, quòd fuit dictum *in decisio. 75.* ac exemplo prohibiti
23 alienare, † qui alienando bona prohibita, videtur primo loco alienata, alienasse pro legitima, in qua non potuerat grauari. *l. libertus. ff. de bon. liber.* & iuxta nota. *per Angel. & alios in l. 4. §. res. quæ ff. ad Trebel. post Bart. in l. in quartã. ff. ad leg. Falc. vbi Ripa n. 105. vers. circa secundũ casũ.* & nouissimè non defuere aliqui ex
24 Dominis, † qui etiam ex quietatione, quæ videbatur generalis, inter partes facta, concurrente sanguinis coniunctione, & taciturnitate annorum viginti, inclinabant in absoluendo conuentos, de quo tamen dubitauit vnus ex Dominis, quia tempus solutionis nondum ncessaret, tempore quietationis, licet parum deesset, & regula est, quòd renunciatio, & quietatio non extenditur ad credita, quorum dies adhuc non cessit Bal. *in l. si ita scripsisset, in 2. nota. ff. de leg. 2.* meminit Afflict. *in const. Reg. dignum 3. col. in 5. not. vers. item facit fol* 267 & per illum text. ita tenet Anton. Gomez *in lib. variar. resolut. in tit. de leg. tomo 1. cap 12 nu 82. vers. item adde*, quòd facta remissione *fol. 138* à tergo, & ex coniunctione inter eos non erat orta tanta concordia, & August. erat diues, & isti fratres non sic, insuper Augustinus exterus timebat hos suos cognatos, & alias contra eos mouit litem, quam postea non fuit prosequutus de mense Nouembris 1575. Scanapecus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. & seq. Adde videndum Mascard. *in tract. de probatio. vol. 1. conclus. 47. in princ.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. cap. 101 num. 13.*

Num. 8. Adde supra *decis. 60. n. 3.* vbi addo.

Num. 12. 21. Adde Vrsill. *in decis. Affl.* 8. Flamin. Carta, *in decis. 124. nu. 7. infra decis. 518.* Io: Bapt. Costam *de retrotract. fol 55. nu. 8.* nec tædeat videre Surd. *in decis. 224. n. 20.* Vrsill. *in d. decis. Afflict. 8.*

Num. 15. in fin. ibi, & remedium prædictum assistente. Vide Capyc. *decis. 51 n. 3.* Marantam *in tract. iudic. par. 6. actu 8. n. 30. & in tract. de plurib. interd. possess. nu. 85. infra decis. 101, n. 22. & seq.* M. Ant. de Amatis *in decis. 20. n. 7.*

Num. 23. Adde Viuium *in opinio. 311. nu. 6. & opin. 460. in fin.* post Gram. *decis. 93. n. 5.* Magon. *decis. Floren. 10. nu. 13 decis. 16. num. 2. decis. 35. nu 16. decis. 92. n. 19. & 21.* Ioseph. Ludou. *in decis. Luca 64. n. 19.* Surd. *decis. 170. nu. 9.* & Viuium *decis. 468. ad fin.* Borell. *in cons. 33 num 99.* Marantam *in tract. de multiplici aliena. num. 178.* post Aret. & Ias. quos allegat Viu. *decis. 468. ad fin.* Camill. Borrell *in cons. 33. num. 99.* D. Io: Ant. Georg. *in alleg. 40. num. 25.* Grat. *in decis. 54. n. 4.* vbi infinitos allegat, Vide tamen Surd. *in decis. 170. num. 9. 10. & decis. 316.*

In fin. dum allegatur Afflict. Adde eumdem *in const. circa violẽtiarum sub n. 8.* Roman. *cons. 164. ad finem.* Vide Mandos. *in lit. C. & Addit. ad Alex. cons. 106. vol. 5. & l. si ita scripsisset, hic allegat.* declarat Berous *in quæst. 30. n. 8. & seq.* Thesaur. *decis. 235.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis, quando inducatur.*
2 *Cedens iura hæreditaria, an dicatur adire. & nu. 14.*
3 *Quid in donante hæreditatem; etiam n. 14.*
4 *Adire an videatur, qui hæreditatem maternam filio delatam detinet.*
5 *Ius adeundi an transeat ad fiscum, vel creditorem.*
6 *Adire dicitur, qui facit actum, qui fieri nequit citra ius, & nomen hæredis.*
7 *Item qui soluit debitum hæreditatis.*
8 *Item qui offerret se soluturum debitũ hæreditarium.*
9 *Aditio an sit probanda ab allegante.*
10 *Aditio non inducitur ex inhabitatione domus paternæ, si alia causa prætendi potest.*
11 *Hæres semel, an possit desinere esse hæres.*
12 *Aditio non inducitur sine animo adeundi.*
13 *Hæres an dicatur, qui positionibus respondit per verbum credo hæres esse.*
15 *Renuncians hæreditatem, an videatur adire.*
16 *Reemptio facta virtute pacti de retrouendendo, an vera, & noua acquisitio, vel resuscitatio à somno dicatur.*
17 *Pacto de retrouendendo an, & quo tempore præscribatur.*
18 *Reemptio qua moneta sit facienda.*
19 *Adire an quis dicatur per constitutionẽ procuratoris ad adeundũ, vel ad recuperandũ bona hæreditaria.*
20 *Filius, ergo hæres, quomodo intelligatur.*
21 *Et quid in hæreditate materna.*
22 *Aditio inducitur per exactionem debitorum paternorum secus per solutionem.*
23 *Adire an credatur alienans rem hæreditariam.*
24 *Assistentia vnde oriatur, quid in ea probandum, & quomodo practicetur.*
25 *Assistentia sententia quomodo formanda.*
26 *Filius quantumcumque prohibitus, potest alienare vsque ad legitimam inclusiuè.*
27 *Quod intellige si alienatio fiat inter viuos, & absque consilio fraudandi fideicommissarium.*

28 Et

28 *Et alienans primo loco alienata, videtur alienasse pro sua legitima consequenda, in qua non potuit grauari.*

29 *Aditio per quæ inducatur, & quid in dubio nu. 30. latissime.*

AD hanc decisionem de aditione hæreditatis, vide Marant. *in l is. qui potest, ff. de acquir. hæredit.* Firman. *verbo aditio*, & Marcellus Calo, *in verbo, aditio, in tract. de modo articulandi,* 1 *vbi an*, † & quando aditio inducatur. † Quòd autem, 2 qui cedit iura hæreditaria adire dicatur, Surd. *in decis.* 70. *incip. Duo, num.* 11. Socin. *in cons.* 147. *num* 7. & 8. *volum.* 1. Crauet. *cons.* 200. *num.* 1. Menoch. *cons.* 1. *nu.* 3 489. & *cons.* 77. *num.* 22. Item † qui donat hæreditatem. Surd. *in decis.* 138. *num.* 25. *quæ decisio incipit, in-* 4 *ter quosdam.* Dec. *cons* 45. *numer.* 1. Item † videtur adire, qui hæreditatem maternam, & filio delatam, dotem ad ipsum filium spectantem, detinet. Surd. *decisio.* 5 140. vbi an † ius adeundi transeat ad fiscum, vel ad 6 creditorem † Item dicitur adire, qui facit actum, qui 7 fieri non potest citra ius, & nomen hæredis † Item qui soluit debitum hæreditarium, Surd. *dec.* 303. *incip. Do-* 8 *minus Æmilius, num.* 10 & 11. † item dicitur adire, qui se offert soluturum hæreditarium debitum. 9 Surd. *dec.* 317. *num.* 3. Sed † quòd aditio sit probanda, ab allegante, Surd. *in decis.* 154. *incip. vt demonstraret,* 10 *numer.* 18. † quia ipsa aditio non inducitur ex inhabitatione domus paternæ, si alia causa potest prætendi; vt puta dotium maternarum. Surd. *decisio.* 267. *incip. sententia numer.* 4. Vrsill. *decis.* 360. *numer.* 8. & 9. & 11 *decisio.* 372. † Sed an hæres semel, possit desinere esse hæres Vrsill. *decis.* 361. *num.* 21. & 22. Aimon *consil.* 12 135. & veritas est, † quòd non inducitur aditio sine animo adeundi. Surd. *dec.* 154. *numer.* 20. & 21. Ma- 13 scard. *conclus.* 40. *numer.* 7. † Quòd autem hæres dicatur, qui positionibus respondet, per verbum credo, 14 hæres esse. Surd. *dec.* 17. *numer.* 10. † Quòd autem do-
... delatam, non vi-
in. *in consil.*
Bellam. *cons.*
15 s hæreditati,
latius dice-
decisio. 60.
16 tute pacti de
io, & noua,
. *dec.* 39. *in-*
17 *co.* † Pactum
nnos triginta
cumq; Surd.
sing. 18. Me-
Regentem à
confus. action.
. Ad numer.
Surd. *in d. de-*
da reemptio,
o de pacto de
onstitutionem
perandum bo-
anchis *supra*
. 32. & illud,
igitur agendo,
ebet probari a-
a agendo, re-
Gall. *obseruat.*
volunt. libr. 12.
r. 11. & *decisio.*
icatur per exa-
ls per solutio-
Matthesilianus
l autem hæredi-
fant. *de coniect.*
to. Iac. Puteus
c. 80. Alia vide
em me remitto.

Ad nu. 14. de *l. fin. de iure dominij* impetrando, & sim- 24 plici hypothecaria, adde de † assistentiam, vnde oritur, quid sit probandum, & quomodo practicetur, vltra scripra per Cauens. & Rouit. *in Pragmat. de assistent.* ea quæ scribit Præsidens hic, *infr. decis.* 86. *num.* 6. & *decis.* 101. *num.* 22. & *infra decis.* 120. *num. fin.* & 25 *decis.* 464. *nu.* 2. vbi † qualiter sit formanda sententia assistendi, quoties de iure assistentiæ agitur. Ad nu. 23. 26 adde ad hunc enim † quòd filius quantumcumque prohibitus, potest alienare vsque ad legitimam inclusiuè. Dec. *cons.* 236. *num.* 9. Magon. *decis. Florent.* 35. Gram. 27 105. *num.* 46. Sed hoc † verum intellige, si alienatio fit inter viuos, & absque fraude fideicommissarij, secùs in vltima voluntate, Guid. Pap. *decis.* 606. & 611. 28 Menoch. *casu* 163. *lib.* 2. *de arbitr. iudic.* & † alienans primo loco alienata videtur alienasse pro sua legitima consequenda, in qua non potuit grauari, vt in hac *decis.* 80. prout etiam hoc tenent expressè Magon. *decis.* 16. *Florent.* Rol. *cons.* 78. *nu.* 19. *vol.* 1. Menoch. *consil.* 232. *nu.* 45. *lib.* 3. *de quo* vide Surd. *in decis.* 86. *incip. de-* 29 *tinebatur. num.* 6. & *decis.* 316. *num.* 2. & 19. Quod † autem aditio hæreditatis inducatur per possessionem rerum hæreditariarum per annos decem est text. *in l. si filius, C. de petit. hæredit.* vbi Bart. reputat singularem; & procedit non modo in filio prout loquitur in cortice verborum, sed etiam loquitur in quolibet alio possidente, Ita Ant. Gabriel. post alios; *in lib.* 1. *conclusionum, in tit. de præsumptionibus conclus.* 1. *num.* 43. quòd limitatur non procedere, si possidentur res viles. Natta *cons.* 448. *incip. Vidi. n.* 17. Ita Brunorus à Sole nouissimè *in compendio propositionum iuris, verbo, possidens res hæreditarias, & verbo hæreditatis aditio;* Sed nota, quòd hæreditatis aditio operatur effectum, si hæreditas efficiatur patrimonium proprium adeuntis *gl. in l.* 1. §. *veteres, de acquir. possess.* & *in l. hæres per seruum ff. de acqu. hæred.* Brunorus, *in dicto compendio, verbo hæreditatis aditio, el* 2. qui plures allegat, & in verbo hæreditatis, aditio, per filium latissimè; item nota, quòd adire dicitur, qui contentit bona vendita à defuncto poni ad suum æstimum per emptorem. ita Borgnin. *in decis.* 13. *incip. Leonardus.* vbi quot modis adiri dicatur hæreditas *par.* 4. & alia ponit *in decis.* 14. *in-* 30 *cip. Proponitur,* 3. *par.* Item † aduertendum est, quòd si actus sunt dubij circa aditionem factam, standum est iuramento possidentis, an voluerit adire, vel non; ita Franc. Riuius. *decis.* 443. *incip. de tribus, par.* 3. *vbi nu.* 10. *dicit quòd* licèt aditio hæreditatis ex coniecturis probetur, tamen contrarium probari potest. *Et ad hanc decis.* 80. de confusione actionis personalis, & hypothecariæ, per aditionem adde omninò Modernos ad Afflict. *in decis.* 237. & Regentem à Ponte *in cons.* 8. *su superius allegato, incip. Ill. quoniam Dominus Ioannes* Quòd autem aditio sit probanda per allegantem, concludit Aimon Crauett. *in cons.* 37. *n.* 4 & *in cons.* 197. *n.* 5. prout ipsum ipsum allegat Ioseph. Ludou. *in lib. conclus., concl.* 14. *incip. fundam. illatione* 72. quia regulariter non præsumitur, vt voluit Decius, post alios, *in cons* 652. *n.* 9. & ita concludit cum prædicto Ioseph. Gomez. Leo, *in decis. diuersor. decis.* 16. Andreas Gail. *in lib.* 2. *obseruationū obseru.* 128. Et licet regula sit, filius, ergo hæres; tamen illa regula intelligitur agendo, secus in excipiendo si conuenitur, imò nec in materna hæreditate is regula procedit. ita de his Magonius *in decis. Lucens.* 62. *incip. Stat. statutum. n.* 11. & *seq* & prius *in dec.* 38. *incip. Quadam mulier, nu* 25 & communem dicit Socin. *in cons.* 60. *vol.* 1. & Roland. *cons.* 20. *n.* 17. *eodem lib.* 1. & Magonius *in decis. Florentia* 44. *incip. agebat. num.* 2. & *in decis.* 64. *incip. Magnificus, nu.* 32. tamen ipsa aditio probari debet, & in dubio aditio non est præsumenda, & si fieret dubium, sicut potuisset defunctus iurare, ex qua causa, & iuramento ipsius staretur, ita, & hæres; ita Tobias Nonius *cons.* 27. *num.* 5. & Ioseph. Ludouic. *in cōclus.* 16. *incip. amplia, illatione* 55 Quòd autem aditio hæreditatis solo animo fiat, & ipsa aditio probetur ex eo, quòd quis agit, & litigat

bante, iuxta dispositionem Const. Regni, instrumentorum robur; † dicebatur omnes testes fuisse mortuos, & sic fidem non facere. Sacrum Consilium ijs discussis visoque protocollo Notarij, in quo apparebat scriptum instrumentum prædictum, & viso quòd omnes testes in eo descripti, erant mortui, pronunciauit in fauorem dicti Notarij Cirij, super medietate introituum, qui remanserant penes Beatricem, cum reseruatione iurium dictæ Iudictæ, quando audito Notario, instrumentum reassumeretur, iuxta formam traditam per c. huius fidelissimæ Ciuitatis Neapolitanæ die 20. Septembris 1575.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Marant. *in suis sing. in ver. res aliena fol. 89. post tract. ind. & disputationes impressis*, hunc Dominum *infra decis. 506. nu. 13.* Surd *dec. 157. num. 1. & iterum decis. 302. num....*

Num. 2. Adde Caual. *decis. 19. num. 70. par. 2.* Vrsill. *ad Affl. in decis. 213. num. 4.*

Et quid debet probari, vt res aliena possit obligari, Vide Anton. Gama *decis. 321.*

In eadem decis. ad fin. Vide Minad. *decis. 6.* vbi videtur tenere contrarium.

Et an sufficiat produci instrumẽtum, seu exemplum in carta bambacina infra dictam legalem, Vide eumdem Minad. *decis. 11.* & in pulchro casu Franc. Ant. *in prax. liquid. instru. 4. consideratione n. 53. in fin. fol. 51. in paruis.*

An exemplum probet, quando super eo est iudicatum; quòd sic secundùm Doctiss. Senat. Ann. *cons. 93. num. 27. & seq. & iterum cons. 108. col. 1.* Surd. *in tract. de aliment. tit. 8. priuil. 22. num. 11.* & Viuium *in decis. 484. num. 8.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Res aliena, an, & quando obligari possit.*
2 *Res aliena si obligetur, non præscribitur etiam per annos 50.*
3 *Res aliena quare vendi hypothecari, & obligari nequeat.*
4 *Res communis an obligari possit.*
5 *Et tunc ius hypotheca an tollatur per diuisionem.*
6 *Et res remanet obligata pro indiuiso.*

1 AD hanc decisionem, num. 1. de † re aliena, quæ obligari non possit, limita non procedere, prout limitat Bart. *in l. 2. ff. de pign. actio.* si oblig. fit domino sciente, vel notificante. Secundò, si obligatur sub conditione, si res illa efficietur obligantis, Bart. *in l. si fundus, §. aliena, ff. de pignor.* Tertiò nisi pignoranti fit debitor, Bar. *in l. 3. §. 1*
2 *ff. qui pot. in pign. habean.* & adde, quòd † si res aliena obligatur, non præscribitur etiam per annos 50. Bald.
3 *in l. si sine, C. ad Velleian.* vbi quærit † quare res aliena vendi, & hypothecari non possit, & quòd res aliena
4 obligari non possit, † sed benè communis, & quòd ius
5 hypothecæ † non tollatur per diuisionem. Aegid. Magist. *in tract. de subhastatio. cap. 43. in decis. Diuers.* &
6 † res manet obligata pro indiuiso. Crauet. *cons. 298.* & Bart. *in l. 2. ff. de seruit.* Vrsill. *decis. Afflict. 153.* vbi quando debitum possit diuidi, latissimè. Ad numerum primum adde Franc. Ripam, *in l. 1. tertio notabili, ff. de pignorib.* vbi multa notabilia, & quare res aliena obligari non possit doctissimè.

***

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Debitor si obligat rem communem, & postea diuidat eam, poterit agere super dimidia dimidia, quæ peruenit ad socium quidquid effutiat contra decisionem* D. Mucci. *& quando secus num. 2.*
3 *Quid in creditore filij, vel hæredis grauati num post alienationes factas per grauatum valeat agere super singulis rebus hæreditatis ratione legitima, vel trebellianica hæredi competentis.*
4 *Protocollum mortuis notario Iudice, & testibus non facere fidem deciditur, sed contra stat Author.*

1 PRæclara est conclusio decisione S. C. vallata, vt diuisione rei communis facta possit creditor, qui ante diuisionem habuit hypothecatam rem communem, exinde agere hypothecaria super dimidia dimidiæ, quæ peruenit ad socium, quia nõ licuit socio debitori facere diuisionem in præiudicium sui creditoris, nec per diuisionem tollitur hypotheca contracta prius in qualibet ex partibus pro indiuiso ex dispositione *text. in l. si consentis, §. fin. ff. quib. mod. pig. vel hypothec. solu. ibi, illud tenendum est si quis communis rei partem pro indiuiso dederit hypotheca, diuisione facta cum socio non vtique eam partem creditori obligatam esse, quæ ei obtigit, sed vtriusque pars pro indiuiso pro parte dimidia manebit obligata* concordant *l. 3. §. fin. ff. qui pot. in pign. l. si quis putans, §. fin. ff. comm. diuid.* Neguſ. *de pign. 3. memb. 2. p. col. 7. num. 37.* quidquid inuoluat D. Mucci. *q. fer. dilucid. 24. num. 6.* vbi vt respondeat huic decisioni, ait ibi *quod hac decisio suas patitur difficultates. dici etenim posset S. C. sic fuisse arbitratum non ex eo quia bona fuerunt pro indiuiso obligata, sed quia aderat instrumentum non reassumptum quod nullam indicabat fidem*, in quo loquitur salua pace sine fundamento, & contra iura expressa, in quibus innixa est decisio.

Modifica si creditor velit, vt subsistat diuisio, agendo
2 contra totam dimidiam existentem penès debitorem, Manent. *decis. 25. per tot.* præterea aduertendum erit quòd prima conclusio non procedit respectu plurium hæredum, quia diuisione facta, pars quæ obtigit hæredi remanet obligata: ita decisum tradit Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. p. 2. num. 50.*

Quia si filius, vel hæres grauatus dum viueret multa
3 mobilia distraxit, vel bona fidei commisso subiecta, & varia contraxit prius debita, num creditores possint agere hypothecaria super bonis fideicommissarijs ratione legitimæ, vel trebellianicæ, quæ deducenda erat ex illis, quia legitima competat super singulis corporibus hæreditarijs *l. Papinianus, §. quarta. ff. de inoff. testam.* Afflict. *dec. 162.* pro vt etiam Falcidia detrahitur de singulis legatis *l. 2. C. ad l. Falcid.* Contrarium attamen tenendum est quia legitima consumitur per alienationes prius factas Angel. & Io: de Imol. *in l. 4. C. ad l. Falcid.* Gramat. *dec. 93. n. 5.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. q. 3.* nec procedunt iura *in l. consensit, §. fin.* & alia recensita nam procedunt in rebus societatis quæ indiuisim hypothecari queunt: non ita in hæreditate communi, vel hæreditate fideicommisso supposita, ex qua deducitur legitima, quæ de se diuisionem dicit à bonis fideicommisso subiectis, nam super illa non censetur impositum fideicommissum, & de facto alienari potest, quamobrem creditor poterit agere super

per

per bonis prius pro legitima alienatis, & illa res censetur obligata creditori facta alienatione ita in puncto Mucci *vbi sup. diluc. 24. per tot.* qui licet nullum alleget Authorem, poterat citare Fontanell. *d. n. 50.*

Protocollum defunctis Notario Iudice, & testibus
4 nullam fidem facere deciditur in fine, & ex Gramat. *con. 127. num. 5. & 6.* Vrsill. ad Afflict. *dec. 138. num. 10.* Afflict. *in constit. Reg. baiulos omnes n. 91.* per illam constitutionem, etsi in *dec. 48. n. 3.* ex Cyn. *in l. contractus, C. de fid. instrum.* tradat protocollum hoc casu facere semiplenam probationem, vbi Vrsill. *n. 2.* notat contrarietatem Afflicti? sed contrarium dicendum est ex Minad. *in decis. 6.* & quòd probent protocolla in iudicijs ordinarijs firmant Barbat. *de assist. glos. 4. n. 9.* & plura exempla rerum iudicatarum congerit R. de Marin. *lib. 2. res. 139.* licet aliter fit in iudicio liquidationis instrumenti, & controuertatur in iudicijs executiuis si exempla huiusmodi in carta bambacina habeant executionem paratam ciuiliter vigore pacti executiui, vt contra Mausonium negatiuè refert decisum Thor. *in supplem. ver. pactum executiuum.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitates non possunt cogi ad reparationem castrorum, nisi cum de iure tenentur.*
2 *Vniuersitates, quae tenentur ad reparationem castrorum, non compelluntur ad construendum noua castra, sed ad vetera tantum reficiendum.*
3 *Rex vendens castrum, ad quod reficiendum, castra vicina sunt obligata, non transfert hoc ius reficiendi, seu compellendi vicinos ad contribuendum in emptorem.*

DECISIO LXXVIII.

Communitas obligata ad concurrendum pro refectione castri, vel alterius loci vicini, non tenetur concurrere pro noua ædificatione.

INter cætera prouisa per Pragmaticam Regis Ferdinandi I. sub data Fogiæ, 14. Decemb. 1472. adest
1 prouisio, † quòd vniuersitates cogi non possint ad aliquid soluendum pro reparatione castrorum, seu ædificiorum quorumcumq; nisi illæ vniuersitates, quæ iure compertum fuerit, quòd ad illorum reparationem
2 teneantur, & in casu prædicto non teneantur † nisi ad refectionem veterum ædificiorum, non autem ad constructionem nouorum, quod est adeò intelligendum in fauorem vniuersitatum, vt si Rex possideret aliquod castrum, & castra vicina tenerentur ad illius
3 reparationem, vt est in multis locis huius Regni, † & Rex castrum prædictum venderet, non veniret in venditione, nec transfertur in emptorem hoc compellendi ius vicinos ad contribuendum in hac reparatione. Ita dicit vidisse decisum per præclaræ memoriæ virum, Dominum Bartholomæum de Capua, Luc. de Pen. *in l. 2. col. 1. ver sed pone, Rex C. de iure reip. lib. 11.* de quo etiam meminit Afflict. *in tit. quæ sint regal. in ver. Angaria colum. 3. ver. sed iuxta hoc quæro.* vbi examinat articulum, & etiam de Luca meminit Capic. *in inuesti. feud. in vers. cum iurib. & pertinentijs, in ver. dubitaui.* vbi ex iis pulchram quæstio. absoluit. & vltra prædictos Paris *in tract. de reinteg. feu. in c. sequitur q. sub rub. concessa Terra. fol. 115.* & Niger *super regni granamina. nu. 73. in addit.* & sic, me aduocante pro vniuersitate Terræ Petræ Paganæ, qua prætendebatur, quòd erat obligata, quando erat in demanio Regis, cum Fabio Iesualdo vtili Domino Terræ prædictæ, fuit per Sacrum Consilium decisum sub die decimo Martij 1657. iunctis Dominis duarum Aularum Actuario Bozzauotrà, & propterea, cùm Spect. Comes Roccæ Aspidis, petijsset ab vniuersitate Roccæ necessaria pro reparatione, seu refectione castri Roccæ præd. fiebat ex prædictis maxima difficultas cōtra eum, & quia præsentauit sententiam latam per Sacrum Consilium tempore Regis Ferdinandi prædicti in anno 1474. in qua, in specie erat hoc decisum cum interuentu quinque Consiliariorum, inter quos erant Lucas Tozzulus, Viceprothonotarius, & Antonius de Ale, qui etiam fuit Viceprothonotarius, & in sententia adsunt quasi eadem verba Pragmaticæ paulò ante editæ, fuit dictum per Sacrum Consilium, quòd fieret declaratio specifica ædificiorum, quorum reparatio petebatur, vt videretur, si petebatur reparatio eorum, quæ tempore sententiæ aderant, vel eorum, quæ postea facta fuerunt, vt pro prædictorum refectione ipsos compelleret, & pro alijs non molestaret. Hanc decisionem posui, tum pro prædictis, quæ pulchra sunt: tum etiam quia non memini supra hoc, aliquam aliam vidisse sententiam, nec decisionem, quia verè est maxima seruitus vniuersitatibus, quòd teneantur reficere castra Baronum, & Barones percipiant introitus, & fructus iurisdictionis.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. 3. Adde Viuium *decis. 8. in fin.* Thesaur. *decis. 56. nu. 6.* M. Ant. Peregr. *in tract. de fideicom. art. 49. num. 99. in fin. & 160.* qui omnes allegant decis. istam, & multa cumulat Petr. Barbosa *in l. diuertio in 2. part ff. solut. matrim.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas an teneatur ædificare Prætoria pro Curia regenda, & pro mansione officialis, vel pro loco publicarum Congregationum faciendarum, an potiùs Baro, & num. 15.*
2 *Iudicibus, & officialibus non licet domos priuatorum occupare de facto, & inhabitare.*
3 *Vniuersitas quando teneatur fabricas tales construere, tunc potius sunt reficienda, si extant alia opera publica refectione indigentia.*
4 *Item talis fabrica est construenda ex pecunia otiosa.*
5 *Et in quo loco Ciuitatis sita esse debeat huiusmodi fabrica.*
6 *Cui potiùs est fauendum, quàm debitis publicis soluendis.*
7 *Qua demum fabrica constructa, Rectores Vniuersitatis cogi possunt in illam venire, vt se congregent ibi causa publicæ vtilitatis.*
8 *Et non venientes possunt multari, etiamsi abfuissent in numero opportuno.*
9 *Carcerem criminalem, vel ciuilem cogi an possit Vniuersitas, vel dominus ædificare, & 15.*
10 *Carceris fabricatio ad Ciuitates, & loca pertinet, carceratorum verò custodia ad dominum spectat, & num. 11. & 14.*
12 *Carceres sunt Baronum, & de mero Imperio.*
13 *Prouentus sunt Baronum.*
16 *Carcerati inopes à quo sint alendi.*
17 *Baro tenetur ad expensas carnificis. Limita prædicta, si vniuersitas habeat prouentus, tenetur ad expensas pro carcere, & Prætorio construendis.*
18 *Nobilibus potest assignari Palatium pro carcere, & satisfit statuto de carcerando.*

ADde ad hanc decisionem, quæ dicit doctissimus Romitus, Aduocatus meæ Patriæ, *in Pragmat. prima de salario eorum, qui mittuntur pro seruitio Curiæ,* vbi in specie allegat hanc Decisionem, & plura de militarijs, & de ser-
1 uitijs cum animalibus. An † autem Vniuersitas teneatur fabricare Prætoria, & domos pro regenda Curia,

tia, & pro mansione officialis, vel vbi sunt faciēdę Cōgre-
gationes publi ę text. *decidit in l. nulli. C. de offic. Rect.*
2 Item nota, † quòd Iudicibus, & Officialibus non li-
cet domos priuatorum c-pere de facto, & inhabitare.
Batt. *in l. Aquilius. ff. de donat. l. Prætoria, C. de ope-
rib. publ.* & exstat Capitulum Regni, quoad domos
Prælatorum, *incip. item statuimus, li. 96. vbi num.* 5.
Lucas de Penna quærit, quid in domibus priuatorum.
Vide etiam Bald. ad hanc decis. *in l. singularium, C. de
operib. pupl.* Fel. *in c. Ecclesia Sancta Maria, col.* 34.
3 *de Constit.* Sed nota, † quòd ista fabricatio, quando
fieri debet, facienda est, quando non sunt alia opera pu-
blica modica refectione indigentia, quia tunc potiùs
sunt reficiendæ, quàm de nouo fabricandæ domus ad
euitandum impensas. Bald. *in leg. penult. C. de oper.*
4 *publ.* Item † illa fabrica est facienda ex pecunia otio-
sa, Lucas de Penna, *in l. fin. C. à quib. munerib. nemi-*
5 *ni liceat se excus.* g8. *lib.* 10. Item † hæc domus debet
esse in capite ciuit. Bal. *in l. 1. ff. de off. præfecti Aug.*
6 & † fauendum est potiùs isti fabricationi, quàm debitis
publicis soluendis. Bald. *in rubr. ff. de rer. diuis. ver.
sed hic quæritur.* Castr. *in l. cetera, §. Senatus, ff. de*
7 *leg.* 1. Item nota, quòd † post constructam domum
Rectores Ciuitatis cogi possunt venire, & congregare
se ex causa publicæ vtilitatis. Abb. *in c. quia propter, 2.*
8 *notab. de elect.* & non † venientes possunt multari,
etiamsi essent tot Consiliarij in domo, qui sufficerent
ad votum explendum: Platea *in l. filij, C. de Decurion.*
9 *li.* 10. An † autem vniuersitas, vel dominus tenea-
tur facere carcerem criminalem, siue ciuilem; Cappel.
Tolos 41. Aufrer. *in clem. 1. quæst. 2. de Offic. Ordin.*
10 Iul. Clar. *in §. fin. quæst. 46. ver. & quoniam hoc loco*
11 *incidit*, vbi dicit † fabricationem carceris ad Ciuita-
tes, seu loca pertinere. † Custodiam autem carcera-
torum ad dominum, cui contradicunt rationes, & iu-
12 ra quòd † carceres sint Baronum, & de mero impe-
rio, & ea, quæ Bald. & alij *in l. imperium, ff. de iurisd.*
13 *omn. iudic.* † sicut etiam prouentus. Et ideò Baro-
nis debet esse incommodum fabricandi, per ea, quæ
14 Afflic. *in constituit. Castellan.* Quòd † autem custo-
dia carceratorum spectet ad Baronem, dicit Præsidens
15 de Franch. *infr. decis.* 526. & † quòd Baro teneatur
Prętoria Officialib. constituere, & nō Vniuersitas, vide
penes acta Io. Andr. de Felice actuario. S.C. decisum in
causa Vniuers. Pesticij cum Barone, & in alijs causis, dū
Baron aliagrauamina perquisiui: immò contra Principē
Stiliani inueni decisum pro Vniuersitate Theani, ipsum
16 † Principem teneri ad alendum carceratos inopes, &
famem habentes, sic etiam pro Vniuersitate Contro-
17 ni Baronem condemnatum, ad † faciendum expen-
sas carnificis, seu Manigoldi; Hæc omnia autem, quæ
dixi, quòd Vniuersitas non tenetur ad faciendum ex-
pensas carceris, & Prætorij, intelligenda sunt, si ipsa
Vniuersitas non habet prouentus, sicut sunt plures
terræ, & Ciuitates huius Regni Neapol. sed latissimè
de carcere construendo, & carceratis custodiendis,
loquitur Nuncius Auendanus *de exequend. man-
dat. Reg. cap.* 20. & Farinac. *de carcer. & carcera-*
18 benè tamen verum est, quòd † nobili potest assignari
Palatium, vel Ciuitas, pro carcere; & dicitur satisfa-
ctum statuto, & legi de carcerando, prout Capic. lo-
quitur *in decis.* 124. Gram. *in decis.* 14. Marant. *vers.
fideiussio, num. 20. in 6. p.* Ias. *in l. si pecunia, §. fin. ff. de
cond. causa dat.* Bonacossa clarissimè, vbi plura *de car-
cere in verbo, carcer, in suis quæst. crimin.* & Anna *sing.*
357. *incip. Nobilis.* Menoch. *casu* 305. vbi doctissimè
more suo loquitur de salario seruitiorum vassalli; latè
dico ad *decis.* 526. huius Præsidentis, vbi latissimè. &
de materia huius dec. vide Rouit. *in Pragm. de salar.
cor. qui mittit. per Curiam.* Baro an possit exigere ius
Pottelli pro negatiua plura dicit Doctor Rouitus *in
Pragm. decimanona, de Barone.*

ADDITIO D. RICII.

COmmunitas obligata ad concurrendum pro refe-ctione castri, vel alterius loci vicini non tenetur concurrere pro noua ædificatione, hoc dicit. Ad hanc decis. Adde à Ponte in *tract. de potest. Proreg. tit. 3. de elect. offic. §. 1. num.* 34. Rouit. *in prag. 1. sub Rub. de salar. eorum qui mitt. pro ser. Reg. Cur. numer. 12. quę* prag. in *§. item statuimus* mandat, quòd vniuersitates indifferenter teneantur ad reparationem veterum ædificiorum, dixit etiam Comp. *in c. grauamina numer.* 73. & quando propriè dicatur refectio, vel noua constructio declarat Afflict. *decis. 392. num.* 12. Auiles *in cap. 22. prætorum in glos. torres num.* 30. post Anchar. *in cap. consuluit extr. de iudicijs*, & Alex. *in l. 1. §. si quis ædificium ff. de noui oper. nunciat.* & reficere significat ad propriam formam reducere, hoc est ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret, vt est tex. *in l. 3. §. hoc autem vers. reficere ff. de itiner. actuq. priuat.* & regulariter potiùs sunt reparanda ędificia vetustate collapsa, aut imperfecta, quàm noua incboanda, vt voluit glos. per illum text. *in extrauag. execrabilis Io. 22. in verb. ædificia*, quid autem in Ecclesijs, an vniuersitates vel ciues laici possint aliquo casu cogi ad illarum reparationem, seu constructionem latè explicat Valasc. *consult. 179. tom.* 2.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitates an teneantur ad reparationem castrorum res deciditur ex pragmatica licet secus in refectione murorum.*

2 *Quid inspecto iure communi, &* D. Præses *firmat Baronem feudi in quo est castrum teneri, sed contra stant* Bartazol. Cat. quos recenset Rouitus, *& affertur media opinio.*

3 *Rex habens ius compellendi communitatem, an transferat illud ad emptorem feudi.*

1 IN disquisitionem iam venit, vtrum Vniuersitates possint cogi ad reparationem Castrorum, & fortellitiorum & respondetur quòd licet alias per *c. Regni editum per Carolum II. incip. item statuimus, quod ab Vniuersitatibus* dispositum erat quod Vniuersitates tenerentur ad reparationem castrorum, attamen hoc postea sublatum est per *Prag. Regis Ferdinandi I. in tit. de salar. eor. qui mittunt. pro seruit. Reg.* per quam statutum est, vt nequeant communitates cogi, nisi quādo tenentur de iure, vel repertum fuerit ad hoc teneri pura ex consuetudine legitime præscripta, vel alia legitima causa, vt ex *d. pragm. relata in decisione*, quam exornat post Tap. Rouit. *in d. prag. 1. de Pont. de potest. proreg. de elect. official. tit. 3. §. 1. nu.* 34. Capoblanc *de Baron. prag. 19. n.* 37. licet aliter sit in murorum Ciuitatis refectione, ad hanc enim Vniuersitas tenetur, vt de Pont. & Capoblanc. *vbi sup.* & fusè Anna *cons. 77. per tot.*

Dissertatio est in dispositione iuris communis, an
2 huic se conformet pragmatica eximens Vniuersitates
ab onere prædicto refectionis, & dum fortellitium fa-
ctum per dominum directum feudi cedit in benefi-
cium Baronis emptoris feudi, vt docet Angel. *in l. tur-
res, C. de aper. public.* vtrum teneatur Baro Castrum
reparare, & D. meus in fine tradit irrationabile, vt Vni-

uer-

uersitates contribuant in refect.one dum Barones fructus, & emolumenta percipiunt, & conuenit cum hac sententia Cancer. *var. lib. 3. c. 13. de iur. Castror. nu. 53.* sed Rouitus *vbi sup.* recenset Bertazol. & Carau. obligantes ad refectionem communitates, & quòd habitatores castri, & etiam alij non vasalli, qui habent territorium in confinibus eiusdem licet ibi domicilium non habeant contribuere debeant ad reparationem castrorum tenent Guglielm. de Cun. *in l. sacra, §. fin. ff. de rer. diuis.* Bald. *in l item si fundi vsusfruct. ff. de vsufr.* Guidop. q. 7. quia ab illo fortellitio sumant vicina loca defensionem, ne deuastentur, ab habitantibus: hæc autem contributio facienda est pro quarta parte refectionis, & ad reliquas tres partes astringitur Dominus Castri secundùm Guglielm. de Cun. *vbi sup.* & alios relatos per Montan. *in tractat. de regal. rubr. palatia num. 8.*

3 Inquiritur demum, si Rex possideret castrum ad cuius reparationem castra vicina, & Vniuersitates tenerentur si illud vendit, an transferat ad emptorem ius compellendi ad contribuendum, & negatiuè decisum refert Lucas de Penn. *in l. 2. C. de iur. Reip. lib. 11* quòd ius prædictum tamquam quid supremum, & insolitum haud veniat in venditione, etiam si venditio terræ fieret cum clausulâ cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, quia Baronia consistit in feudis, & redditibus vassallorum, & hoc ius compellendi ad speciale decus Regium pertinet, & si aliàs beneficium Principis latissimè interpretatur, mutatione etenim personæ mutatur cõditio rei, & specialis prærogatiua Principis ad singularem successorem non transit *arg. l. pecoris, ff. de seruit. rustic. præd.* & indignum est, vt priuatus regalia iura percipiat, vt perbellè Lucas de Penna quem refert, & sequitur D. meus, & iudicauit S.C. & comprobant de Pont. Rouit. & Montanus mox supra citati per clausulam enim generalem cum iuribus, & pertinẽtijs suis transeunt ea quæ sunt de natura rei, non autem regalia vel specialia, prout in venditione fundi non transit ius colligendi pedagium à transeuntibus, quamuis in illo fundo aderat dominium collectionem pedagiorum Capyc. *in inuestit. feudi. ver. feuderum accessoriorum col.* 2. quidquid velit Petrer. Montan. *in tract. de feud. lib. 5. cap. 7. vers. alia verò Regalia*, nam contrarium verius est ex Bal. *in l. à procuratore num. 2. C. mand.* Montan. *vbi sup. rubr argentaria tom. 5.* confirmatur à simili si Rex concessisset alicui insigni Baroni, vtquia de sanguine Regio, vel ob seruitia præstita, aut alia causa extrinseca aliquod regale, si deinde Baro venderet feudum cum regio assensu, regale illius non transiret in emptorem ex quibuscumque verbis generalibus, dum qualitas ob quam Rex concesserat illi Baroni non residet in emptore, & insolita concedi exprimenda sunt, vt Dominus *infr. decis. 125. & ibi latius in obseruat.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus, qui semel in anno colliguntur, spectant ad emptorem.*

2 *Fructuum, qui singulis diebus percipiuntur, fit diuisio pro rata temporis inter emptorem, & venditorem.*

3 *De mercede debita occasione fructuum, idem indicatur, quod de ipsis fructibus.*

4 *Pensiones domorum, & tabernarum licèt in Ciuitate Neapolis exigantur certo tempore, nihilominus numerantur inter fructus, qui singulis diebus percipiuntur.*

DECISIO LXXIX.

Fructuum rei venditæ, quomodo, & quando diuisio fiat inter Emptorem, & Venditorem.

IN causa Spect. Comitis Altauillæ, cum Magnifico Christophoro Grimaldo, emptore quorumdam castrorum, d. Comitis, fuit decisum me referente, quòd facta venditione dictorum castro-
1 rum fructibus nondum recollectis, † fructus illius anni venditionis, qui semel in anno percipiuntur, vt sunt frumenta, vina, oleum, & similia, spectent integrè ad emptorem; quando verò singulis diebus anni sunt in fructu, & percipiuntur, vt sunt pensiones domorum,
2 & similia, † hoc casu fit diuisio pro rata temporis, inter venditorem, & emptorem, ex magistrali decisio. Sal. *in l. Iul. §. si fructib. ff. de actionibus empti* per illum tex. ad quem semper recurrimus, sequuntur eum copiosè relati per Didac. de Couar. *in tract. var. resolut. lib. 1. cap. 15. vers. sed supposito, fol. 101.* in magnis, & dum casus accidisset, venditis castris Loriani, & Trentulæ, ad instantiam creditorum Magnificorum de Bettaglinis sub hasta, de mense Maij, quæ castra reperiebãtur pro certa mercede locata, ordine Sacri Consilij, & in castris prædictis adessent introitus, qui semel in anno recolliguntur, & alij fructus, qui singulis diebus
3 percipiuntur, † fuit me referente, iudicatum, de mense Octobris 1575. de mercede prædicta, vt supra debita, esse iudicandum, quemadmodum de ipsis fructibus iudicaretur, scilicet vt pro fructibus, qui semel in anno colliguntur, cedat merces prædicta integrè in beneficium emptoris, & pro his, qui singulis diebus, cedat pro rata temporis, ex dictis per Saly. aliosque colligit Molin. *de Hisp. primogen. lib. 3. c. 11. n. 7. fol. 83. à tergo, vbi supra* inter fructus, qui singulis diebus percipiuntur, fuerunt habitæ pensiones domorum, & tabernæ, prout pulchrè Bal. *in l. filiusfam. §. apud Marcellum, ff. de leg. 1.* qui dicit, quòd ille, qui habitat per singulos dies percipit fructus ex domo, & vsus domus respectu partis anni, tantam affert vtilitatem respectu partis, quantam habitatio integri anni respectu totius, quem refert, & sequitur Aret. *in leg. diuortia, col. 8. vers. & adde quantum. ff. solut. matrim.* & nouissimè hanc opinionem tenet hac decis. relata Peregr. *de fideicommis. artic. 48. num. 89. fol. 458.* & de hac dec. meminit etiam Barbarof. *in l. diuortio. n. 82. fo. 479. & 980. n. 81.* Et idcir-
4 cò, † pensiones domorũ, & tabernarũ quamuis soleant à communiter accidentibus, & maximè in Ciuitate Neapoli in principio, & in fine anni solui, & percipi, & sic videatur recollectio semel in anno: nihilominus, quia singulis diebus commoditas percipitur, vt dicunt Bal. & Aret. Sacrum Consilium iudicauit, has pensiones debere connumerari inter fructus, qui singulis diebus percipiuntur, & prædictis attentis, memini, quòd cùm mortuus fuisset Reuerendiss. Archiepiscopus Capuanorum instituto hærede sacro Hospitali Incurabilium, quod virtute Breuis Apostolici, erat capax institutionum Prælatorum, & remansissent inter fructus, Archiepiscopatus prædicti pensiones domorum, pro quarum solutione dies tempore mortis Archiepiscopi nondum cessisset, & orta esset quæstio inter dictum Hospitale, & Illustrissimum Cardinalem de Sermoneta, successorem in Archiepiscopatu per viam regressus, Sacrum Consilium me existente Aduocato dicti Hospitalis referente Domino Ioanne Andrea de Curte, Regio Consiliario, iudicauit esse faciendam diuisionem dictarum pensionum pro rata temporis, inter hæredẽ, & successorem in beneficio, ex prædictis, & alijs, quæ cumulat Hieronym. Gigas, *in tract. de pensio q. 53. per totam.* & pro decisione istius puncti dicit Thesaur. *in decis. Pedemont. 56. in fi.* esse videndam hanc decisionem.

A D-

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.2.3. Adde Viuium *decis.8.* in *fin.* Thes. *decis.* 56. *nu.6.* M. Anton. Peregr. *in tract. de fideicom. art.49. num.99. in fin. &* 160. qui omnes allegant decis. istam, & multa cumulat Petr. Barbosa *in l. diuortio in 2. p. ff. solut. matrim.*

Num.9.10. Adde Martam *in vota 134. num. 5. & in ibi de materia.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Fructibus arborum venditis regulariter intelligitur de primis fructibus.*
2 *Fructus augent hereditatem.*
3 *Fructus qualiter diuidantur inter virum, & hæredes vxoris, & alios.*
4 *Fructus de iure illi æstimantur, qui deductis supersunt impensis.*
5 *Et ideo à fructibus deducuntur impensa, etiam pro fructuum custodia arrogata.*
6 *Fructus qui semel in anno colliguntur, spectant ad emptorem, fructus verò qui singulis diebus, vt sunt pensiones domorum, diuidũtur pro rata inter emptorem, & venditorem.*
7 *Fructuum diuisio qualiter fiat inter redimentem, & retrouendentem.*
8 *Si fundus vendatur cum fructibus pendentibus, an sit facienda diuisio inter ementem, & colonum partiarum.*
9 *Vendito fundo simpliciter cum fructibus pendentibus, an intelligantur venditi etiam spectantes ad colonos.*
10 *Fructus pendentes in venditione necessaria, vel tempore cadentis retractus, quomodo diuidantur.*
11 *Coloni Ecclesiastici, an sint immunes à collectis pro eorum portione colonica. & num. 12. & 13.*
14 *Quid in fructibus diuidendis inter dominum, & colonum frondibus, cannetis, & alijs.*
15 *Dominus an possit petere à colono partiaria, & ab emphyteuta.*
16 *Fructuum liquidatio, vt dicatur legitimè facta, quæ requirantur.*
17 *Fundorum æstimatio qualiter fiat.*
18 *Fructus Prælatorum morientium, vel pendentes, vel recollecti, & non percepti, an spectent ad Cameram Apostolicam, vel ad successorem.*
19 *Fructus futuri à conductore percepti non veniunt in obligatione bonorum obligatorum per dominum.*
20 *Creditor detinens domum in pignus tenetur in sortem computare fructus perceptos, & percipiendos.*

1 AD † hanc decisionem adde Ioan. de Amic. *in cons.* 114. qui latissimè de fructibus primis,
2 & secundis, † & quòd fructus augeant hæ-
3 reditatem, hic Præses *dec.* 160. *nu.*6. † & de
materia fructuum diuidendorum, vt in hoc num. 3. vi-
dendus est Viuius *decis.* 8. *lib.* 1. qui distinguit species
fructuum, & decidit plures casus, latissimè Ioan. Copp.
decis. Saxoniæ 30. *incip. Hæc quæstio.* qui latissimè, &
4 doctissimè loquitur. Fructus † autem de iure illi æsti-
mantur, qui deductis supersunt impensis. *l. si à domino,*
§. fin. de petit. hæred. Tiraq. *in tract. de retractu lignag.*
5 *gl.* 1. *num.* 1. & 2. & † ideò à fructibus deducuntur im-
pensæ etiam pro fructuum custodia factæ. Vuesemb.
6 *cons.* 99. *num.* 16 *par.* 2. & nouissimè, quòd † fructus,
qui semel in anno colliguntur, quòd spectent ad em-
ptorem, & fructus, qui singulis diebus percipiuntur;
vt sunt pensiones domorum, quòd diuidantur pro rata
inter emptorem, & venditorem, tenet Arisminus *in*
lib. variar. iur. sentent. in tit. de fructibus in genere, fol.
7 346. *col.* 4. *circ. fin.* qui hanc decis. allegat. & † de diui-
sione fructuũ quoties fit retrouenditio, inter redimen-
tem, & retrouendentem, quomodo sit facienda, Ioseph
Ludouicus videndus est *in dec.* 79. *incip. Dominus Pe-*
8 *trus.* De † diuisione fructuum, si venditur fundus cũ
fructibus pendentibus, an sit facienda inter ementem,
& colonum partiarium, vel ipsi fructus pendentes om-
nes sint emptoris, videndus est Ioseph Ludouicus *in*
dec. 83. *incip. Postquam.* Præsidens de Franch. *in dec.*
390. *num.* 1. & 2. Viuius *decis.* 10. & 79. & Thes. *in*
9 *dec.* 55. *incip. Fructus pendentes,* vbi † an vendito
fundo simpliciter cum fructibus pendentibus, intelli-
gantur venditi etiam fructus pro portione spectantes
ad colonos, & de dictis per Thes. *in d. decis.* Vide
10 etiam de Franch. *infra, dec.* 334. † fructus pendentes
in venditione necessaria, vel tempore cadentis retra-
ctus, cuius lucro cedant, & an pro rata diuidantur vl-
tra allegata per Caualcanum Borgnin. *in decis.* 16. &
Ioseph. Ludouicum, *in allegata dec.* 79. adde omninò
videndum Thesaur. *in decis.* 56. *incip. Fructus fundi,*
venditi, qui doctissimè loquitur, & vide quæ *supra in*
11 *dec.* 19. latissimè scripsi. † Coloni ecclesiæ an sint im-
munes à collectis pro eorum parte colonica. Ozascus
in dec. 83. *incip. Replicatur,* qui concludit colonos non
teneri de iure, sed solùm si exstat consuetudo. Sed An-
ton. Thesaur. eius compater, & collega, in decidendo
in eodem Senatu, contrarium dicit esse decisum in Se-
12 natu, & † colonos Monachorum, & Ecclesiasticorũ,
ad collectas pro illorum parte colonica tantùm, & pro
eorum bestijs condemnatos, contra decis. ipsius Ozas-
schi. Verùm † si Monachi, & Ecclesiastici vellent ha-
13 bere famulos, & Boues, & ipsi suis bobus agros cole-
re quòd sint immunes, & non possint collectari, & ita
iudicatum contra Reuerendos Monachos Sancti An-
dreæ Canonicos Regulares in dicta causa die 22. De-
cembris 1569. expressè concludit. De † fructibus di-
14 uidendis inter dominum, & colonum, & de frondi-
bus, cannetis, arundinetis, & de alijs, & de fœno, an
15 † dominus possit à colono portionem petere, & ab
emphytheuta, videndus est Ioseph Ludouicus, *in de-*
16 *cis.* 106. *incip. Pius V.* † Fructuum liquidatio, vt di-
catur legitimè facta, necesse est articulare, & probare,
quòd in locis circumstantibus, & vicinis, tot fructus
cepti fuerint ex tali fundo ad hoc, vt sequatur vera
æstimatio fundi, Ioseph. Ludouicus *dec.* 87. *Petrus,* &
omninò Ioannes Coppen. *dec. Saxoniæ,* 44. *incip. Hæc*
17 *quæstio.* qui signanter *nu.* 30. dicit, † æstimatores de-
bere attendere in æstimatione fundorum pro vero, &
iusto pretio æstimando, annuos redditus per viginti an-
nos receptos. allegat *gl. in §. fin vero. verbo viginti an-*
nis, Auth. de non alien. & permut. reb. Eccles. Tira-
quell. *de retract. §.* 1. *glos.* 6. *num.* 19. Couarr. *lib.* 3.
resolutionum, cap. 9. *num.* 5. Mascard. *de probat. con-*
clus. 650. *num.* 3. Menoch. *de præsumpt. libr.* 3. *præ-*
sumpt. 132. *num.* 52. & ego videndum dico Arium Pi-
nellum, *in repet. l.* 2. *C. de rescind. vendit. pa.* 3 *cap.* 4.
seu vlt. qui doctissimè loquitur, & signanter *num.* 28.
& 29. qui plures allegat, & Afflict. *in dec.* 284. *in fin.*
18 Tiraquell. & Couarr. allegatos per ipsum Coppen.
† de fructibus, Prælatorum morientium, vel penden-
tibus, vel de recollectis, & non perceptis, an spectent
ad Cameram Apostolicam, vel ad successorem, vide
supra *decis.* 19. ad quam dico. Ioseph. Ludouicum *in*
decis. 33. 1. *par. incip. Illustrissimus,* & Stephanum Qua-
rantam *in summa, de fructibus pendentibus tempore*
redemptionis quomodo diuidantur inter redimentem,
& reuendentem plenè loquitur Gratian. *in dec. March.*
19 176. *inc. Fuit facta venditio.* Item nota quòd fructus
futuri à conductore percepti, nõ veniunt in obligatio-
ne bonorum obligatorum per dominum. Surd. *in de-*
cis. 97. *incip. Quia dominus Bartholomæus,* vbi ita deci-
sum non obstante obligatione, quod est mirabile: & ad
hanc decis. adde, quæ infra *decis.* 346. *num.* 4. Ad nume-
20 rum 4. adde tu omninò, quòd † si domus creditori pi-
gnori datur, cùm ipse teneatur fructus in sortem com-
putare, quòd non modo tenetur fructus perceptos cõ-
putare, verùm etiam percipiendos, & prout domus lo-

cari

cari potuerit, non autem ipse creditor conducere, ita decisum dicit ipse Surd. *in decis.* 270. *incip. creditorem*, vbi declarat tex. *in §. in frumento, in l. 1. in summa. ff. de condict. indeb*, qui text. videtur contrarium concludere; adde de diuisione fructuum *supra decis.* 19. & de hac decisione meminit Barbosa, *in l. diuortio, in 2. part. num.* 82. *ff. soluto matrimonio*, & Molin. *de primogen. Hispan. in cap. 2. num. 17. in lib.* 3. & ad num. 4. adde Peregr. *de fideicommis. art. 48. num. 49. in tertio tempore*. De fructibus tàm domorum pensionibus, quam alijs, latissimè videndus est Menoch. *de arbitr. iudic. quaest. lib. 2. cent. 3. casu 210. num. 27. & in toto casu* discurrit fructuum species latissimè, *& in casu 256. de harede grauato quos fructus restituat*.

ADDITIO D. RICII.

Fructuum rei venditæ quomodo, & quando diuisio fiat inter emptorem, & venditorem, hoc dicit Adde Franciscum Marcum *decis.* 57. vbi dicit pro rata temporis esse faciendam fructuum diuisionem, & eam opinionem sequutus fuit decretorum Sabaudiæ compilator. *sub titulo, della forma, & ordine, che si hà da tenere, &c.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Pensiones domorum diuiduntur pro rata temporis inter venditorem, & emptorem, aliæ iudicantur, prout indicaretur de fructibus, ex quibus proueniunt reiecta opinione ercifcundorum, n.* 2.

3 *Fructus sati, & percepti post venditionem quando spectent ad venditorem.*

4 *In venditione conditionali quid sit dicendum de fructibus perceptis ante conditionem.*

5 *Fructus maturi tempore venditionis spectant ad emptorem reiectis* Thesauro, Costa, & Barbato.

6 *Iurisdictionis fructus etiam si facta sint condemnationes indicantur pendentes si non sint exacta.*

7 *Si emptor tenetur stare colono tunc pensiones non maturata spectant ad emptorem etiam si percepti fuissent fructus ante venditionem, quidquid inuoluat* R. de Marin.

1 Illustris est hæc decisio in materia pensionis rei venditæ ad quem illa spectet, an ad venditorem, vel emptorem, & in prædijs vrbanis locatis definita res est pensionem pro tempore diuidendam inter venditorem, & emptorem, itaut si pensio tota fuisset exacta debeat restitui emptori pro rata temporis *l. Iulianus, §. si fructibus, ff. de act. empti.* Gomez *lib. 2. variar. cap.* 1. Couarr. *var. 1. part. cap.* 15. D. meus *num.* 3. Thesaur. *decis. 56. num.* 6. Barbos. *in l. diuortio par. 2. num.* 83. pensiones aliæ debitæ causa, & occasione bonorum, quæ fructus naturales siue industriales pariunt iudicandæ sunt, prout iudicaretur de fructibus, ex quibus proueniunt, vnde si fructus sunt percepti post venditionem, quia illi integrè spectant ad emptorem, ita spectant, & pensio debita, & subrogata loco fructuum, & si post venditionem ante traditionem percepit eos venditor tenetur illos, vel eorum æstimationem emptori restituere *d. §. si fructibus* Bal. *in l. si fructus num. 4. C. de act. empt.* ita decisum testatur D. meus, quem sequuntur Gratian. *discept.* 989. Leo *decis.* 192. Barbosa *dict. num.* 83. Molin. *de contron. disput.* 368. & si fructus partim sint percepti, & partim verò non, tunc pro rata perceptorum pensio debebitur venditori, vt Gomes. Couar. alijque authores citati, & in vrbanis fit diuisio pro tempore, quia fructus consistit in vsu qui quotidie percipitur.

2 Beneuerum extat quorumdam ercifcundorum opinio indistinctè diuidentium pensionem pro rata temporis ad instar pensionis prædiorum vrbanorum, vt Valasc. *in prax. partit. quæst. 28. num.* 9. Barry. *de success. lib. 9. tit. 5. de legat. num.* 8. Barbat. *de diuis. fruct. par. 2. cap. 5. nu.* 17. & firmat Molfes. *super consuetud. Neapol. tom. 3. par. 19. quæst.* 17. nihilominus concurro cum priore sententia cum Barbosa *vbi supra*, qui reijcit diuisionem allatam in pensione debita ex alijs bonis quàm ex prędijs vrbanis.

3 Obseruandum autem erit, quòd fructus quos fructificat res post venditionem ante traditionem priusquam venditor sit in mora, quia emptor non offerat pretium, tunc si sati, & percepti sint post venditionem pertinebunt ad venditorem vti dominum rei, vt de operibus serui venditi fætu ancillæ mercede equi locati *ex d. §. si fructibus* probat Molin. *vbi sup.* & Lugo *de instit. & iur. disp. 26. à num.* 204. vbi idem de incremento fructuum pendentium tempore venditionis si venditor non fuerit in mora in tradendo rem.

4 Pulchra est quæstio in venditione conditionali, ad quem spectent fructus percepti ante conditionem purificatam, quia diminutio valoris rei venditæ conditione pendente cedit damno emptoris, ita etiam augmentum, vt dictum est *obs.* 25. & inter commoda medij temporis ante purificatam conditionem numerantur fructus percepti *gl. in l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.* & ita sentit Paris. *cons. 59. vol.* 1. contrarium autem verius est, vt spectent ad venditorem ex Alex. *cons. 121. vol.* 4. Surd. *cons.* 372. Altograd. *cons. 13. lib. 1. per tot.* vbi limitat ex Paulo *consil.* 267. si pretium sit solutum, vel si facta sit traditio ex Salyc. *in l. si filius nu. 4. ff. de verb. oblig.* & Alber. *ibi n.* 4. nam facta traditione emptor vti possessor bonę fidei, & ex volũtate vẽditoris facit fructus suos, vt probat Altograd. *vbi sup.*

5 Aduertẽdum insuper erit, lapsos esse Thesaur. *dec. 5. num.* 6. Cost. *de port. rat. q. 129. num.* 11. Barbat. *de diuis. fruct. vbi supra, num.* 11. tenentes fructus maturos tempore venditionis spectare ad venditorem, si is parasset se ad collectionem, & manum apposuisset sciente emptore, & arbitrarium esse iudici ex quantitate pretij in hoc casu iudicare, an ex quãtitate pretij comprehensi fuerint in venditione, inquit Molfes. *vbi sup.* & si in dubio pro emptore sit iudicandum, attamen indistinctè cõtrarium verius puto ad fauorem emptoris, vt fructus pendentes transeant vna cum re ex Barbosa *dict. num.* 83.

6 Pretermittendum haud erit, quòd condemnationes, quę connumerantur inter fructus iurisdictionis si adhuc non sint exactæ, licet factæ sint in sententia iudicantur fructus pendentes, & spectant ad emptorem feudi Bal. *cons.* 307. Crau. 128. Card. Tusc. *verb. fructus concl.* 495. *num.* 29.

7 Memorabilis est in specie nostra limitatio assumpti illius, vt licet pensiones, quæ debentur ex bonis venditis alteri locatis iudicandæ sint prout de fructibus, ex quibus proueniunt, vt si percepti essent ante venditionem, tunc pensio etiam quòd maturata non esset venditionis tempore spectet ad venditorem ex firmatis in principio nihilominus si emptor ex conuentione, vel legis dispositione tenetur stare colono, quia grauatur in vno, releuatur in alio, quòd pensio non maturata pertinebit ad emptorem, prout in venditione rei alteri locatæ per Fiscum factæ disponit *tex. in l. fin. §. fin. ff. de iur. fisc. & in ver.* ditione priuari censent Fulgos. ibi Cuman. *con. 20. per tot.* Barbos. *n.* 91. Tusch. *n. 38. & seq.* & si incogitatè aliud indicat R. de Marin. *lib. 2. res.* 152. *n* 9. vt carpitur per Giurb. *obseru. 112. num.* ...

SVMMARIVM.

DECISIO LXXX.

Actio hypothecaria, quando extinguitur, vel non, creditore succedente debitori.

MAgnificus quondam Scipio de Afflicto In anno 1548. constituit se debitorem Magnifico quondam Raymundo de Cordes, ex causa mutui reuera depēdentis ex dotibus ei promissis occasione matrimonij per eum contracti cum Magnifica Lucretia de Afflicto, filia dicti Scipionis in ducatis mille, quos promisit eidem soluere intra certum tempus, & pro obseruantia promissionis, obligauit se, & bona sua omnia, cum hypotheca expressa, & cum solitis clausulis constituti, & pretij, potestate capiendi, & alijs.

Ad præsens, hæredes dicti Raymundi agunt hypothecaria, & iure assistendi super rure possesso per Magnificam Lucretiam Montefalcione, quòd tempore obligationis prædictæ erat in bonis dicti Scipionis, & petunt pro concurrenti summa dicti crediti eis adiudicari rus prædictum, seu ad eorum electionem vendi, ex clausulis prædictis virtute Regiæ Pragmaticæ, quæ incipit, *assistentiam*. Opponit dicta Lucretia, se habere causam à Magnifico Iulio Cæsare Afflicto, filio dicti Scipionis, tit. emptionis per eam factæ ab eo, cum iurium suorum translatione, nec non habere iura cessa à duobus alijs fratribus dicti Iulij Cæsaris, qui Iulius Cæsar, & fratres sunt hæredes Magnificæ quondam Isabellæ Scorciatæ, eorum matris, & vxoris d. Scipionis, quæ pro dotibus ducatorum sexdecim mille in circa, mediante instrumento celebrato anno 1532. cum
eodem Scipione erat anterior creditrix dicto Raymundo in bonis dicti quondam Scipionis, & propterea cùm habeat iura anteriora, dicebat, se non posse
molestari, ex regula, qui prior in tempore potior in iure. Replicabatur pro parte actorum hypothecam prędictam super bonis dicti Scipionis, dictis Iulio Cæsari,
& fratribus competentem, esse extinctam, ex quo Iulius Cæsar erat etiam hæres patris, quòd quando creditor succedit debitori, actio confunditur, etiam quòd
esset actio hypothecaria, & data extinctione, dicebat, non esse translatum dominium in dictam Lucretiam actricem, vel quòd quando non esset confusa, adhuc
nullius esset vtilitatis actio prædicta ex infra dicendis. Ex aduerso dicebatur, non esse probatum dictum Iulium Cæs. adiisse patris hæreditatem, & si esset probatum,
rationem hypothecariam non extingui, esseque in hoc magnæ vtilitatis, extinctionem non fieri. Fuit igitur in Sacro Consilio dubitatum, in prædictis, quòd
1 ratione iuris, † & ad probandum aditionem pro parte dictorum hæredum, allegabatur, quòd dictus Iulius
Cæsar vendiderat rus prædictum, tamquam Dominus, quod dominium non poterat habere, nisi vt hęres pa-
2 tris, & propterea succedit regula, † quòd quando quis
facit actum, qui citra ius, & nomen hæredis fieri non
potest, ex eo actu inducitur aditio hæreditatis *l. pro hærede, ff. de acquirend. hæredit. cum similibus*. Nec pote-
3 rat dicere, quòd, vt creditor, habeat dominium; † non
enim concurrebant ea quę de iure communi requiruntur, vt creditor dominium quærat, de quibus *in l. fin.*
4 *C. de iure domi. impetra*. Nec, † quæ virtute Regiæ
Pragmaticæ allegatæ, & quòd hęres, vendendo res hæreditarias, maximè, quando non sunt tempore perituræ, videatur adire hæreditatem, dicit Gulielm. Benedict. *in repet. cap. Raynutius in ver. mortuo itaque testatore, il primo, num. 392. vers. 5. quædam sunt facta,*
5 *in quibus, folio 389. in meis*, † si igitur erat hæres pa-
tris, actiones ei competentes, tamquam hæredi matris sunt confusæ, seu extinctæ. *l. debitori, C. de pact.* quæ regula etiam procedit in actione hypothecaria, prout tenet Alex. *in l. debitor, col pen. vers. se nunc, & col. fin. vers. extra glo. ff. ad Trebellia.* tenet etiam Lancello. Dec. *in d. l. debitori 1. col. ver.* & dum Alex. & Clau. *in dicta debitori, col. 5. versic. limitatur tertio.*
6 Fundans se † quòd per hypothecam non auocatur
dominium, neque possessio *l. si cum venditor, ff. de euictio.* & post eum Curtius iunior, *column. 2. in 4. limitat.* vbi magnoperè se fundat in regula *l. cum principalis, ff. de regul. iur.* quam allegat etiam Lancellot. vbi supra, licèt prædicti de Alex. *in d. l. debitor,* non faciant mentionem, & Negusan. in loco infra allegando dicit, opinionem Cyni, *de qua infra.* non habere contradictorem, nisi Alex. & huic opinioni adhærere videtur Dominus Antonius Padilla, *in l. post mortem, num. 17. vers. tertiò infertur. C. de fideicomm.* Item
7 dicebatur, † quòd & si non confunderentur, nullius
esset vtilitatis, quia si secundus creditor agit actione hypothecaria super re obligata, & hæres sine beneficio (prout in præsenti casu præsupponebatur) opponit, quòd est anterior. Replicabitur per secundum, quòd ipse est hæres, qui tenetur etiam de proprio soluere, & tenetur habere factum defuncti ratum, ex reg. *l. cum à matre, C. de rei vend.* & sic nihil refert, quòd hypotheca sit, vel non sit extincta, quia necesse erit, quòd hæres soluat secundo creditori etiam de proprio, ita in specie Neguſ. *in 5. part. 1. membr. numer. 75. vers. quintus casus est, fol. 35. in magnis*, & hoc ante eum videtur sensisse. Alex. licet non sic clarè, *in d. l. debitori, vers. sed nunc*, sed clarius omnes casus enumerando, & considerando, quòd hoc nullius sit vtilitatis, declarat. Purp. *in d. l. debitori. in d. 3. limit.* Vnde dicebatur, quòd postquam ex prędictis erat inducta aditio, actio hypothecaria erat extincta, & si non esset extincta, nullius erat vtilitatis, ideoque hęredes prędictos de Cordes, actores obtinere debere. Ex aduerso dicebatur, non esse probatum, Iulium Cęsarem

adiisse

8 adijsse hæreditatem patris, † quod per allegantem
probari debet, ex ijs, quæ Aym. congerit. *in conf.* 37.
decessit vers. 2. *quæritur, nu* 4. *vol.* 1. *& iterum in consil.*
9 197. *quiquam.* 2. *col. vers. quibus consequẽs, eo. vol.* † nec
præsumitur, maximè, quando est damnosa, vt erat in
casu, de quo agebatur, vt plenè idem *conf.* 33. *Nobilis,*
in 3. *&* 4. *fundamento.* Nec dicebatur ei obstare, quòd
vendiderit res hæreditarias, ex duob. Primò, quia ante
alienationem dicti iuris alio instrumento inito inter
easdem partes, in anno 1554. & in processu præsenta-
to, apparebat protestatio istiusmet Iulij Cæsaris, qui
tractando de negotijs per patrem gestis, protestatus
10 fuit nolle agnoscere debita paterna, † quod nihil aliud
est, quàm dicere, se velle abstinere ab hæreditate patris:
eo enim ipso, quòd quis adit, ad onera paterna tenetur:
vnde succedit not. decis. gl. *in l.* 1. *secundum vlt. intelle-*
ctum, C. de iur. delib. quod quando quis se abstinuit ab
hæreditate patris, si postea faciat aliquem actum, qui
etiam non posset fieri citra ius, & nomen hæredis, non
per hoc illa abstentio intelligitur reuocata, nisi in spe-
cie abstentionem ipsam reuocet, & gl. prædictam se-
quuntur Bar. Paul. de Cast. & Ang. Secundò dicebatur,
11 † quòd instrumenta dotalia, & alia, quę hodie fiunt in
Regno, & maximè in Ciuitate Neapolis, habent clau-
sulas ordinarias, quòd in casu non solutionis, creditor
possit propria auctoritate capere bona debitoris, quæ
debitor constituit, se precario possidere nomine credi-
toris, eaque accipere, & ea vendere, absque iuris so-
lemnitatibus: huiusmodi erat instrumentum dotale
matris Iulij Cæsaris vendentis, vnde facta per ipsum
venditione, quamuis dicat, vt Dominus, ne in damnũ
incidat: quia suum amitteret, & creditoribus patris re-
mansisset obligatus, præsumendum est, concurrente
alia iuris præsumptione, quòd in dubio, quis non vide-
tur adire hæreditatem damnosam, quòd potiùs vendi-
tio præsumatur facta virtute clausularum prædicta-
rum, quàm animo adeundi hæreditatem, & ex istis di-
12 cebatur, † quòd non probata aditione, non poterat tra-
ctari de confusione, seu extinctione actionis. Insuper
dicebatur, quòd etsi esset probata aditio, nihilominus
actio hypothecaria non erat extincta, postquam hæc
bona non erant irreuocabiliter quæsita ipso Iulio Cæ-
sari cùm per secundum creditorem, auocari poterant,
secundùm opinionem Cyn. *in l. si anterior creditor;*
& magis expressè hoc tenet Bal. *in l.* 1. *si uxor tua. vers.*
quæro, pone, C. de bonis auth. iud. possid. in 3. *limit.* & se-
quitur Apost. ad eum, & ad Franciscum de Aret. *in d. l.*
debitori. vbi Soc. plenè, & Ias. qui simpliciter sequitur
Alex. & licet idem Alex. *in d. l. debitori. ff. ad Treb.* &
alij sup. allegati, teneant contra Cynum, & Bal. nihilo-
minus Negusa. *in d. tract.* 5. *par. in* 3. *memb. n.* 79. *vers.*
& per prædicta postquam respondit rationibus Alex.
qui est sibi contrarius, *vt supra,* ad cuius responsiones
me remitto, dicit opinionem Cyni esse communem,
& eam communiter teneri dicit Curt. *in d. l. debitori,*
& Gratus *in responso* 63. *visis, elegantissimis,* 3. *col.*
versic. & casu, quo num. 13. 2. *volum.* quam vltra per
eum allegatos, tenet Guliel. Bened. *in d. vers. mortuo*
itaque testatore. il. 1. *num.* 404. *vers. præterea per aditio-*
nem, fol. 390. tenet etiam eam Iacobi. *in d. l. debitori, in*
3. *fallen.* & Franc. Curtius, *in repet. d. l. debitori, col.* 3.
vers. & vlt. fallit. & Rim nald. 1. *col. ibi, vers. item præ-*
dicta intellige, & secundùm hanc opinionem, aliàs Sa-
crum Consilium iudicauit, vt refert Capic. *in dec.* 195.
& Afflict. *in decis.* 237. & addens ad consuetudines
Neapolitanas, in cõsuetudine, *si quis, vel si qua fol.* 141.
13 *à ter.* † Quibus dicebatur, nõ obstare rationes Purpura-
ti, fundatas, quòd per hypothecam super re cõtractam,
non auocetur, nec dominium, nec possessio, ex *l. si cum*
venditor. ff. de euictio. & quòd propterea hæres, potest
dici dominus irreuocabiliter, quia ille text. dicit, quòd
nuda possessio auocatur, & ad hoc illum text. allegat
Curt. *in repet. l. si pro fundo, colum.* 2. *n.* 5. *C. de transa-*
ctio. Præterea, dato quod non auocaretur per hypothe-
cam, nec dominium, nec possessio, vt dicit Purpura. si
ex fructibus illius rei hypothecatæ, in cuius possessio-
nem creditor immittitur, non potest creditori satisfie-
14 ri † inter alia remedia habet remedium, de quo *in d. l.*
15 *fin. C. de iure domi. impetran.* quod remedium *d. l. fin.*
valdè differt, à remedio actionis simplicis hypotheca-
riæ, vt dicit Afflict. *in decis.* 187. *versic. alij Domini di-*
cebant, de quo meminit Capic. *in decis.* 202. vnde non
potest dici irreuocabilis Dominus effectus hæres. Item
iudicium intentatum per Magnificos Actores, est re-
medium assistentiæ, quo remedio vtimur assiduè in
hoc Regno, virtute Regiæ Pragmaticæ, quia agitur
iure assistendi super bonis hypothecatis, & illorum
adiudicatio petitur, & remedium prædictum assisten-
tiæ, cum adiudicatione, & facultate vendendi est sum-
16 ptum ex *d. l. fin. ac etiam ex l.* 1. *C. de Saluia. interd.* †
& habet locum contra tertios possessores, etiam non
facta discussione principalis obligati, & absque aliqua
discussione instante creditore, fit adiudicatio dominij
rei obligatæ, & ex prædictis per hypothecam, in re
contractam, auocetur possessio, & poterit deueniri ad
ipsius rei hypothecatæ venditionem, & sic ad dominij
traslationem. Nec de iure Regni, in quo passim ex
clausulis instrumenti fit adiudicatio dominij creditori,
prout actum fuit per dictos heredes. Nec etiam obstat
Curt. fundamentum ex d. regula, cùm principalis, quia
vltra responsionem Soc. *in d.* 3. *limit. in d. l. debitori,* &
17 Rimin. ibidem, dicebatur, † quòd quamuis actio hy-
pothecaria non oriatur sine actione personali, nihilo-
minus post natiuitatem per se subsistere potest, secun-
dùm Bald. Nouel. *in repetitione. l. si constante. colum.* 3.
versic. secundo habes num. 14. *ff. solut. matrim.* de quo
non meminit Neguſ. qui idem tenet *in d. tract. in* 3. *p.*
principali, in 1. *membr.* 2. *colum. vers. tertio quæritur,*
fol. 22. *in magnis,* & licet reg. prædicta sit vera, recipit
tamen limitationes, vt per Ant. Gomes. *in tract. de lo-*
ca. & condu. tom. 2. *cap.* 3. *versic. nec obstat. fol.* 170. *nu-*
mer. 12. *in fin. latissimè* Rolandus à Valle *in tract. de*
confect. inuentarij in cap. quod incipit, an actio hypo-
thecaria, per totum, *in* 8. *volum.* tractatuum de nouo
impressorum. *fol.* 195. optimè Fulgosius *in l. si pignori.*
ff. famil. ercisc. & sic est sublatum argumentum Curt.
qui re vera dubitatiuè loquitur, quia dicit pro hac opi-
nione, quòd non confundatur, esse videndum textum
in l. ex sextante, §. Latinus Largus, quem allegat Ne-
guſ. *vbi supra* post alios, *ff. de excep. rei iudicat.* qui in-
distinctè probat, quòd superuenientia dominij non tol-
lit hypothecariam, quando alius mediante hypotheca
anteriori, vellet illam rem reuocare, quia dominium
non erat acquisitum irreuocabiliter, ex quo per hypo-
thecariam poterat auocari, quod etiam destruit funda-
18 mentum Purpurat. † An autem hæc discussio afferat,
vel non vtilitatem, si res existeret penès hæredem sim-
pliciter, & absque beneficio inuentarij, non est dubium,
quòd non operaretur, quia etiam, quòd non existerent
res hæreditariæ, teneretur hæres ad solutionem debi-
torum, & onerum, vt benè aduertũt Neguſ. & Purpur.
& in pulchro casu videtur sentire Bald. post Cyn. *in l.* 2.
verf. vlterius quæro. C. de repudian. hered. sed in casu,
de quo agitur hæc discussio erat necessaria, & vtilis,
nam ius obligatum prætenso hæredi, non est in posse
hæredis, sed alterius ab hærede causam habentis, qui
contra creditorem defuncti posteriorem hæredis, ex
propria persona vtitur iuribus, hæredi ex propria per-
sona competentibus non confusis, qui tertius aliqua
actione cogi non potest ad solutionem onerum hære-
ditariorum, quia non hęres, nec aliquid cum eo gestum
est, vnde actio personalis oriatur, prout hæres, qui non
confecit inuentariũ, ex aditione hæreditatis tenetur, &
si hypotheca cõpetens heredi per aditionem hæredita-
tis, esset extincta, acquisiuisset emptor ex emptione iu-
ra heredis, tamquam heredis, non tamquam creditoris,
quibus nõ posset se tueri aduersus creditorẽ hypothe-
cariũ super bonis defuncti, & sic apparet esse necessa-
riam hanc discussionem, quod non aduerterunt Negu-
19 san. & Purpurat. † qui non steterũt in Regno Neapoli-
tano,

tano, nec in hoc Sacro Consilio, vbi ex magna negotiorum multitudine, quotidie accidunt, quæ in alijs locis non cogitantur, nec aduerterunt nouissimè addentes, quos postea vidi in additionibus ad Afflict. *in dec.* 237. quia & ipsi dicunt, hoc nullius esse vtilitatis, & Neguf. *in fin. eiusdem membr.* post hanc quæstio. decidit alium casum similem, si actio hypothecaria vtilis translata in tertium, ante vel post aditam hereditatem, sit extincta, & non esse hanc quæstionem inutilem benè aduertit Rota Roman. *in 1. part. decisionum de nouo impressarum in decisio.* 362. *Dubitaui, colum. fin. in fin. fol.* 117.
20 contra Purpuratum, vbi supra. † His sic discussis, dicebant duo ex Dominis, qui discusserunt, se dubitare de veritate *gloss. in d. l.* 1. quia Alex. ibi dicit, quòd ipse non stat cum opinione glo. quia est contra text. *in l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acquirēd. hæredit.* & idem tenet Ias. *ibi*, & Iacob. *ibi dicit in fin.* quòd si limitatio prædicta esset vera, esset multum singularis, & de veritate dictæ glo. dicit se dicturum *in l. fin. de repudian. hæreditat.* vbi *in 3. col. versic. an autem, num.* 6. dicit se dixisse *in dicta l.* 1. in qua nihil dicit, nisi vt *supra* relatum est Corn. *ibi* dicit, quòd Bart. videtur approbare opinionem gl. sed contra eam dicit, esse videndam *l. 1. in tit. seq de repud. hæred.* vbi latè Corn. tenet contra glos. post Cyn. Iacob. de Aret. & Bald. licet dicat, quòd esset peccatum, recedere ab illa gl. quæ tamen iure non probatur.

Et quia secunda responsio ad instrumentum venditionis factæ per Iulium Cæsarem, vti dominum, similiter non satisfaciebat, fuit plenè discussum, quæ opinio esset tenenda, an hypotheca per aditionem, absque beneficio inuentarij esset extincta, vel non extincta, in quo articulo Sacrū Consilium adhæsit opinioni Cyni,
21 Bal. & aliorum supra relatorum, † qui tenuerunt, hypothecam non esse extinctam, propterea iudicauit, conuentam esse absoluendam, & tenuerunt, articulum hūc esse vtilem quando agebatur in præsenti causa contra tertium possessorem, licet respectu hæredis, esset inutilis, nec fuit habita ratio de eo, quod prætendebatur, quòd Iulius Cæsar habuerat ex bonis maternis, vltra
22 summam, pro sua rata ei debitam, † quia prima venditio fuit facta de hoc iure, & sic pretium, quòd pro venditione huius iuris habuit, super quo emptori cessit iura, quę habebat, cessit in satisfactionem partis dotium, pro quibus ei competebat hypotheca, exemplo eius, quòd fuit dictum *in decisio.* 75. ac exemplo prohibiti
23 alienare, † qui alienando bona prohibita, videtur primo loco alienata, alienasse pro legitima, in qua non potuerat grauari. *l. libertus. ff. de bon. liber.* & iuxta nota. *per Angel. & alias in l. 4. §. res quæ ff. ad Trebel. post* Bart. *in l. in quartā. ff. ad leg. Falc. vbi Ripa n.* 105. *vers. circa secundū casū.* & nouissimè non deduere aliqui ex
24 Dominis, † qui etiam ex quietatione, quæ videbatur generalis, inter partes facta, concurrente sanguinis coniunctione, & taciturnitate annorum viginti, inclinabant in absoluendo conuentos, de quo tamen dubitauit vnus ex Dominis, quia tempus solutionis nondum accesserat, tempore quietationis, licet parum deesset, & regula est, quòd renunciatio, & quietatio non extenditur ad credita, quorum dies adhuc non cessit Bal. *in l. si ita scripsisset, in 2. nota. ff. de leg.* 2. meminit Afflict. *in const. Reg. dignum 3. col. in 5. not. vers. item facit fol* 267 & per illum text. ita tenet Anton. Gomez *in lib variar. resolut. in tit. de leg. tomo 1. cap 12 nu* 82. *vers. item adde*, quòd facta remissione *fol.* 138 à tergo, & ex coniunctione inter eos non erat orta tanta concordia, & August. erat diues, & isti fratres non sic insuper Augustinus exterus timebat hos suos cognatos, & alias contra eos mouit litem, quam postea non fuit prosequutus de mense Nouembris 1575. Scanapecus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

Num. 1. & seq. Adde videndum Mascard. *in tract. de probatio. vol. 1. conclus. 47. in princ.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. cap. 101. num. 13.*

Num. 8. Adde supra *decis. 60. n. 3.* vbi addo.

Num. 12. 21. Adde Vrsill. *in decis. Affl.* 8. Flamin. Carta. *in decis. 124. nu. 7. infra decis.* 518. Io: Bapt. Costam *de retroiract. fol 55. nu. 8.* nec tædeat videre Surd. *in decis. 224. n. 20.* Vrsill. *in d. decis. Afflict.* 8.

Num. 15. in fin. ibi, & remedium prædictum assistente. Vide Capyc. *decis. 51 n. 3.* Marantam *in tract. iudic. par. 6. actu 8. n. 30. & in tract. de plurib. interd. possess. nu. 85. infra decis. 101. n. 22. & seq.* M. Ant. de Amatis *in decis. 20. n. 7.*

Num. 23. Adde Viuium *in opinio. 311. nu. 6. & opin. 460. in fin.* post Gram. *decis. 93. n. 5.* Magon. *decis. Floren. 10. nu. 13 decis. 16. num. 2. decis. 35. nu 16. decis. 92. n. 19. & 21.* Ioseph. Ludou. *in decis. Luca 64. n. 19.* Surd. *decis. 170. nu. 9.* & Viuium *decis. 468. ad fin.* Borell. *in cons. 33 num. 99.* Marantam *in tract. de multiplici aliena. num.* 178. post Aret. & Ias. quos allegat Viu. *decis. 468. ad fin.* Camill. Borrell *in cons. 33. num. 99.* D. Io: Anot. Georg. *in alleg. 40. num. 25.* Grat. *in decis. 54. n. 4.* vbi infinitos allegat, Vide tamen Surd. *in decis. 170. num. 9. 10. & decis.* 316.

In fin. dum allegatur Afflict. Adde eumdem *in const. circa violētiarum sub n.* 8. Roman. *cons. 164. ad finem*, Vide Mandos. *in lit. C. & Addit. ad Alex. cons. 106. vol. 5. & l. si ita scripsisset, hic allegat.* declarat Berous *in quest. 30. n. 8. & seq.* Thesaur. *decis.* 235.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hereditatis, quando inducatur.*
2 *Cedens iura hereditaria, an dicatur adire. & nu.* 14.
3 *Quid in donante hæreditatem; etiam n.* 14.
4 *Adire an videatur, qui hæreditatem maternam filio delatam detinet.*
5 *Ius adeundi an transeat ad fiscum, vel creditorem.*
6 *Adire dicitur, qui facit actum, qui fieri nequit citra ius, & nomen hæredis.*
7 *Item qui soluit debitum hæreditatis.*
8 *Item qui offerret se soluturum debitū hæreditarium.*
9 *Aditio an sit probanda ab allegante.*
10 *Aditio non inducitur ex inhabitatione domus paternæ, si alia causa prætendi potest.*
11 *Hæres semel, an possit desinere esse hæres.*
12 *Aditio non inducitur sine animo adeundi.*
13 *Hæres an dicatur, qui positionibus respondit per verbum credo hæres esse.*
15 *Renuncians hæreditatem, an videatur adire.*
16 *Reemptio facta virtute pacti de retrouendendo, an vera, & noua acquisitio, vel resuscitatio à somno dicatur.*
17 *Pacto de retrouendendo an, & quo tempore præscribatur.*
18 *Reemptio qua moneta sit facienda.*
19 *Adire an quis dicatur per constitutionē procuratoris ad adeundū, vel ad recuperandū bona hæreditaria.*
20 *Filius, ergo hæres, quomodo intelligatur.*
21 *Et quid in hæreditate materna.*
22 *Aditio inducitur per exactionem debitorum paternorum secus per solutionem.*
23 *Adire an credatur alienans rem hæreditariam.*
24 *Assistentia vnde oriatur, quid in ea probandum, & quomodo practicetur.*
25 *Assistentia sententia quomodo formanda.*
26 *Filius quantumcumque prohibitus, potest alienare vsque ad legitimam inclusiuè.*
27 *Quod intellige si alienatio fiat inter viuos, & absque consilio fraudandi fideicommissarium.*

28 Et

28 *Et alienans primo loco alienata,videtur alienasse pro*
sua legitima consequenda, in qua non potuit gra-
uari.
29 *Aditio per qua in ducatur,& quid in dubio nu.30. la-*
tissime.

AD hanc decisionem de aditione hæreditatis,
vide Marant.*in l.is.qui potest.ff.de acquir.hæ-*
redit. Firman.*verbo aditio*,& Marcellus Calo,
in verbo,aditio,in tract.de modo articulandi,
1 *vbi an*,† & quando aditio inducatur. † Quòd autem,
2 qui cedit iura hæreditaria adire dicatur,Surd.*in decis.*
*70.incip.Duo,num.*11.Socin.*in consil.*147.*num* 7.*&* 8.
*volum.*1.Crauet.*cons.*200.*num.*1.Menoch.*cons.*1.*nu.*
3 489.*& cons.*77.*num.*22. Item † qui donat hæredita-
tem. Surd.*in decis.*138.*num.*25.*quæ decisio incipit, in-*
4 *ter quosdam.*Dec.*cons.*45.*numer.*1.Item † videtur a-
dire,qui hæreditatem maternam, & filio delatam, do-
tem ad ipsum filium spectantem,detinet.Surd. *decisio.*
5 140. vbi an † ius adeundi transeat ad fiscum, vel ad
6 creditorem † Item dicitur adire, qui facit actum, qui
7 fieri non potest citra ius,& nomen hæredis†Item qui
soluit debitum hæreditarium,Surd.*dec.*303. *incip.Do-*
8 *minus Æmilius*, *num.*10 *&* 11. † item dicitur adi-
re, qui se offert soluturum hæreditarium debitum.
9 Surd.*dec.*317.*num.*3.Sed † quòd aditio sit probanda,
ab allegante,Surd.*in decis.*154.*incip.vt demonstraret*,
10 *numer.*18.† quia ipsa aditio non inducitur ex inhabi-
tatione domus paternæ, si alia causa potest prætendi;
vt puta dotium maternarum. Surd.*decisio.* 267. *incip.*
*sententia numer.*4. Vrsill. *decis.*360. *numer.* 8. *&* 9. *&*
11 *decisio.*372. †Sed an hæres semel, possit desinere esse
hæres Vrsill. *decis.*361. *num.* 21. *&* 22. Aimon *consil.*
12 135. & veritas est, †quòd non inducitur aditio sine
animo adeundi. Surd.*dec.*154. *numer.*20.*&* 21.Ma-
13 scard. *conclus.* 40. *numer.* 7. † Quòd autem hæres di-
catur, qui positionibus respondet, per verbum credo,
14 hæres esse. Surd.*dec.*17.*numer.* 10. † Quòd autem do-
nando, vel cedendo hæreditatem sibi delatam, non *vi-*
deatur quis adire, Aret. concludit in termin. *in consil.*
*91.nu.*2.*&* 3. Socin *in cons.*183.*volum* 2. Bellam.*cons.*
15 43.*colum.*2.qui dicunt, † quòd renuncians hæreditati,
non videtur illam acceptare, sed de hoc latius dice-
mus infra, *in decisio.* 101. ad quam dico, & *decisio.* 60.
16 Ad numer. 13. quòd † re emptio facta virtute pacti de
retrouendendo, non dicatur vera acquisitio, & noua,
sed resuscitatio à somno, Adde Præsi. *sup. dec.* 39. *in-*
17 *cip.Mater.& dec.*64. *&* 126.*ad quam dico.* † Pactum
de retrouendendo an præscribatur per annos triginta
si adest iuramentum, & clausula quandocumq; Surd.
*in decisio.*2. *&* 3. Crauet.*consil.*71 Girard.*sing.*18.Me-
noch.*consil.*143. *lib.*2.Ad numer.7. adde Regentem à
Ponte.*consil.*8.*numer.*2.*ad numer.*12.*de confus.action.*
Præsid. *dec.*39. Surd.*decisio.*266. *numer.*2. Ad numer.
21.*ad.de infra decisio.*318. *numer.*13. & Surd.*in d. de-*
18 *cisio.numer.*2.† de qua moneta sit facienda reemptio,
vide Præsid. *decisio.* 64. vbi latissimè dico de pacto de
19 retrouendendo. Quòd autem † per constitutionem
procuratoris ad adeundum, vel ad recuperandum bo-
na hæreditaria dicatur quis adire, de Franchis *supra*
decisio. 60. Rota Genuens.105. *& decis.* 32. & illud,
20 quod dicitur † filius,ergo hæres, intelligitur agendo,
secùs si filius conueniatur, quia tunc debet probari a-
21 ditio,imò etiam † in hæreditate materna agendo, re-
gula prædicta locum non habet. Andr. Gall. *obseruat.*
128.*lib.*1,Card.Mant.*de coniect.vltim.volunt. libr.*12.
*tit.*10.Magon. *decisio. Lucensi* 62.*numer.*11.*& decisio.*
22 *Florent.* 44.† Quòd autem aditio inducatur per exa-
ctionem debitorum paternorum, secùs per solutio-
nem, tenet Natta *cons.*140.*vol.*1.*licet Matthesilianus*
24 *sing.*35.contrarium remaneat. † Quòd autem hæredi-
tariam, Verald.tenet *decis.*26.*part.*2.Mant.*de coniect.*
*vltim. voluntat.libr.*12. *tit.*12.*numer.*10.Iacob.Puteus
*decis.*547.*libr.*1.& hîc author in hac *dec.* 80. Alia vide
per Tepat.*in tit.de acquir.hæred.ad quem me remitto.*

Ad nu. 14.de *l. fin. de iure dominij* impetrando, & sim-
24 plici hypothecaria, adde de † assistentiam, vnde oria-
tur, quid sit probandum, & quomodo practicetur, vl-
tra scripta per Cauens. & Rouit. *in Pragmat. de assi-*
*stent.*ea quæ scribit Præsidens hic, *infr.decis.* 86.*num.*
6.*& decis.*101.*num.*22.*& infra.decis.*120.*num. fin. &*
25 *decis.* 464. *nu.* 2. vbi † qualiter sit formanda sententia
assistendi, quoties de iure assistentiæ agitur. Ad nu.23.
26 adde ad hunc enim †quòd filius quantumcumque pro-
hibitus, potest alienare vsque ad legitimam inclusiuè.
Dec.*cons.*236.*num.*9. Magon.*decis.Florent* 35.Gram.
27 105. *num.* 46. Sed hoc † verum intellige, si alienatio
fit inter viuos, & absque fraude fideicommissarij, se-
cùs in vltima voluntate, Guid. Pap. *decis.* 606. *&* 611.
28 Menoch. *casu* 163.*lib.*2.*de arbitr.iudic.* & † alienans
primo loco alienata videtur alienasse pro sua legitima
consequenda, in qua non potuit grauari, vt in hac *de-*
*cis.*80. prout etiam hoc tenent expresè Magon. *decis.*
16.*Florent.* Rol. *cons.*78.*nu.*19.*vol.*1. Menoch.*consil.*
232.*nu.*45.*lib.* 3.*de quo* vide Surd. *in decis.*86.*incip.de-*
29 *tinebatur. num.*6.*& decis.* 316. *num.*2. *&* 19. Quod †
autem aditio hæreditatis inducatur per possessionem
rerum hæreditariarum per annos decem est text. *in l.si*
*filius, C.de petit.hæredit.*vbi Barr. reputat singularem;
& procedit non modo in filio prout loquitur in cortice
verborum, sed etiam loquitur in quolibet alio possi-
dente, Ita Ant. Gabriel. post alios; *in lib.* 1.*conclusio-*
*num,in tit.de præsumptionibus conclus.*1.*num.*43.quòd
limitatur non procedere, si possideantur res viles. Nat-
ta *cons.*448 *incip.Vidi.n.* 17.Ita Brunorus à Sole nouis-
simè *in compendio propositionum iuris,verbo,possidens*
*res hæreditarias,& verbo hæreditatis aditio;*Sed nota,
quòd hæreditatis aditio operatur effectum, si hæredi-
tas efficiatur patrimonium proprium adeuntis *gl. in*
*l.*1.*§.veteres,de acquir.possess.& in l. hæres per seruum*
ff.de acqu.hæred. Brunorus, *in dicto compendio, verbo*
hæreditatis aditio, *el* 2. qui plures allegat, & in verbo
hæreditatis, aditio, per filium latissimè; item nota,
quòd adire dicitur,qui contentit bona vendita à defun-
cto poni ad suum æstimum per emptorem. ita Bor-
gnin.*in decis.*13. *incip.Leonardus* vbi quot modis adi-
ri dicatur hæreditas *par.* 4. & alia ponit *in decis.*14. *in-*
30 *cip. Proponitur*, 3.*par.* Item † aduertendum est, quòd
si actus sunt dubij circa aditionem tactum, standum est
iuramento possidentis, an voluerit adire, vel non; ita
Franc.Riuius. *decis.*443.*incip.de tribus, par.*3. *vbi nu.*
10. *dicit quòd* licèt aditio hæreditatis ex coniecturis
probetur,tamen contrarium probari potest.*Et ad hanc*
*decis.*80.de confusione actionis personalis, & hypo-
thecariæ, per aditionem adde omninò Modernos ad
Afflict.*in decis.*237.& Regentem à Ponte *in cons.*8.*su-*
perius allegato,incip.Ill. quoniam Dominus Ioannes
Quòd autem aditio sit probanda per allegantem, con-
cludit Aimon Crauett.*in cons.*37.*n.*4 *& in cons.*197.*n.*
5. prout ipsum ipsum allegat Ioseph.Ludou. *in lib.con-*
*clus.,concl.*14.*incip. fundam.illatione* 72. quia regula-
riter non præsumitur, vt voluit Decius, post alios, *in*
cons 652.*n.*9.& ita concludit cum prędicto Ioseph.Go-
mez.Leo.*in decis.diuersor. decis.*16. Andreas Gail. *in*
*lib.*2.*obseruationũ obseru.*128. Et licet regula sit,filius,
ergo hæres;tamen illa regula intelligitur agendo, secus
in excipiendo si conueniatur,imò nec in materna hære-
ditate talis regula procedit.Ita de his Magonius *in de-*
*cis. Lucens.*62.*incip. Stat.statutum.n.*11.*& seq* & prius
*in dec.*38.*incip.Quædam mulier.nu* 25 & communem
dicit Socin.*in cons.*60.*vol.*1.& Roland. *cons.*20. *n.*17.
*eodem lib.*1. & Magonius *in decis.Florentia* 44. *incip.*
*agebat.num.*2.*& in decis.*64.*incip. Magnificus, nu.*32.
tamen ipsa aditio probari debet,& in dubio aditio non
est præsumenda, & si fieret dubium,sicut potuisset de-
functus iurare,ex qua causa, & iuramento ipsius stare,
tur,ita,& hæres;ita Tobias Nonius *cons.*27. *num.*5. &
Ioseph. Ludouic.*in cõclus.*16.*incip.amplia,illatione* 55
Quòd autem aditio hæreditatis solo animo fiat, & ip-
sa aditio probetur ex eo, quòd quis agit, & neget

pro bonis defuncti in terminis Præses Mortotius nouissimè *responso* 11.*incip. Ex suprascripto num.*14.& 15. An autem filius institutus hæres vniuersaliter, legitimam acceptare possit, & repudiare hæreditatem, pro, & contra communes adducit Ceuallos, *q.*79.*incip.difficilis.& quæst.seq.* in repudiando partem hæreditatis censentur repudiare totam, & *quæst.*713. An filius institutus hæres sub conditione, adimplens conditionem, ius abstinendi amittat, & quæst.seq. an iuri immiscendi præscribatur, & de aliis. Quòd autem sit aditio hæreditatis, vbi interuenit cessio eius, cui hæreditas est delata, Præsidens de Franchis, *decis.*32.*num.*10. tamen propter hanc cessionem non poterit hæres conueniri à creditoribus hæreditarijs Aimon.*cons.*200. sed quòd non præsumatur ex eo, quòd hæreditas sit opulenta, Præsidens de Franch.*decis.*60. Quòd autem hæreditas adita non dicatur amplius hæreditas, sed patrimonium adeuntis, *decis.*171. An adire hereditatem dicatur, qui alienat rem hæreditariam, *dec.* 26. Vera, Iacob.But.447.*lib.*1.& Præsid. in hac *decis.* vbi an hypotheca aditione confundatur, & *decis.*518. quòd autem ex cessione iurium hæreditariorum inducatur aditio, latissimè Anna Consiliarius, *cons.*45.*incip.in hac.* Alia ponit Arisminus, *in lib.*2.*in tit.de acquir.hæred.*

ADDITIO D. RICII.

ACtio hypothecaria, quando extinguitur, vel non, creditore succedente debitori, hoc dicit, ad ornatum huius decisionis quando actio creditoris, vel hypotheca extinguatur per aditionem vide Duen.*in reg.* 18. vbi ampliat, & limitat; & quòd inter alias non extinguitur actio realis dicit in tertia limitatione allegat Bald.*in l. vxor sua C.de bon.auct.iud.poss.* sequitur Neguf.*de pignor.in* 3.*p.*1.*membri num.*49. Affl. *decisio.* 237. auctor noster *decis.* 518.& actio creditoris extinguitur per aditionem hæreditatis sui debitoris Rot. Auenionens.*decis.*45.*in decis.diuers.* Roland. *consil.* 63. *volum.*2. fallit in hærede grauato, vt dicti Doctores dicunt, quia ex aditione se obligat creditoribus Gram. *decis.*103. *num.* 103. & secundo sine inuentario videtur quasi contrahere Affl.*decis.*76.& licet Capic.*decis.*195. concludat, quòd actio realis, seu hypothecaria per aditionem extinguatur, tamen intelligitur quando hæreditas obuenerit irreuocabiliter creditori, vt declarat author noster *decis.*39 Guid.Pap.*consil.*143. quod secus si obueniret reuocabiliter, vt notat Neguf. *vbi supra num.*56. Surd. *decis.* 266. exceptio autem extinctæ actionis potest opponi in quacumque parte iudicij etiam post sententiam *l.Vranius ff.de fideiuss.glos. in l. ita nobis pudor.C.de adult.* Guid.Pap.*decis.*209. & exceptio confusionis actionum per aditionem extinctarum potest opponi, quando hæredes agunt, sed quando hæredes retinent tunc in casu retentionis text. *in l. si debitori* non procedit Bald. *ibi in vers. extr. oppositionem* Crauet.*cons.*165. *num.*3. quando creditor succedit vni ex duobus reis debendi, vel debitor vni ex reis credendi, an habeat vim confusionis, vel solutionis, dic pro illa parte, pro qua succedit ex persona illius *d. l. Vranius §.si cum duo. ff.de fideiuss.* declarat Paul. de Castr.*in cons.*120.*num.*3.*vol.*2. quando actio non confunditur per successionem vnius alteri creditori, vel debitori Io.Grat. *reg.*11. actio numquam confunditur per aditionem hæreditatis facto inuentario gl. & DD. *in l.si debitori C.de pactis glos.in l.in imponenda C.ad l.Falcidiam* Roman.*consil.*260. alios casus ponit idem Grat.*in reg.*11. Valasc.*decis.*69.

Quando autem, & quomodo ex aditione hæreditatis absque beneficio legis, & inuentarij inducatur solutio confusio, aut extinctio crediti hypothecarij hæredis, & quid importat hæreditatis aditio, videmus omninò à Pont.*cons.*243.*per tot.* vbi multa Georg.*alleg.*41 *num.*25.& 62. declarat.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria actio, an extinguatur hæreditatis aditione, recensentur* Phanucc. Sesse, *& alij negantes, & rationes, & exempla eorum, qui confutantur, n.* 2.& 3.

4 *Inuentario confecto remanet viua hypothecaria reprobatis,* Sesse, & D Capono *n.*5.

6 *Colliguntur alij casus in quibus non fit extinctio, nu.* 7.& 8.

9 *Abstentio hæreditatis, an debeat reuocari explicitè, vel sufficiat implicitè. & receditur à Montano.*

1 LAbyrinthæa occurrit decisio in specie actionis hypothecariæ, vtrum hæc extinguatur aditione hæreditatis, potissimum quando creditor succedit debitori sine confectione inuentarij, & in hac re dissidentes desuper adsunt opiniones, nam post Neguf. & alios Phanucc.*de inuent.* 7.*p.nu.*8. quem refert, & sequitur Sesse *decis.Arag.*46.*num.* 20. dicit aditione hæreditatis non confundi hypothecariam omisso etiam inuentario, ad differentiam personalis, in quo obstat regula, vt actio, & passio non possint esse in eodem subiecto, sed in hypothecaria cessat illa ratio, cùm sit actio in rem, & sublata actione personali durat hypothecaria *l.* 2 *C. de luit. pignor.* vnde ista potest cedi sine personali Bart. *in l. fideiussor* Ruin *con.*192.*vo.*3. nam vti realis, est fortior, & potior, quamuis à principio non possit constitui sine personali, ita Sesse *d.n.*20. & multi sunt casus in quibus extincta personali remanet hypothecaria, prout quando fideiussor succedit debitori, confunditur fideiussoria, & absorbetur; non sic hypothecaria, nam adhuc fideiussoris bona peruenta ad debitorem principalem durant obligata creditori, vt antea, vel si alter ex correis succederet alteri correo *l. cum quis, ff.de sol.* & personali præscripta per spatium triginta annorum de iure ciuili, non censetur præscripta hypothecaria, nisi per curriculum quadraginta annorum Merlin. *de pignor.lib.*5.*qu.* 15. & quòd sublata personali non sit confusa hypothecaria veriorem opinionem esse tradit Rol.*de inuentar.* 4.*p.§.an actio hypothecaria nu.*9. nec possit dici sublata hypotheca per solutionem causatam ab aditione hæreditatis, quia ficta solutio non inducitur per aditionem nisi ad hoc vt ne hæres sit in damno *l. si ei, ff.de euict.* late Mar. Ant. *var. resol.* 59. Mant. *de tac. lib.* 11.*tit.*31.*n.*31.

Contraria opinio verior est, vt confundatur actio
2 hypothecaria per aditionem hæreditatis sine inuentario per tex. *in l. debitori, & ibi glos. C. de pact. l. Vranius* 12.*ff. de fideiuss. l.stichum, §. aditio, ff.de solut. lib.*4 *q.for.in l.*1.*§.si debitor, ff.ad l.Falcid.& l.qui hominem* 34.*§ quidnam filium ff.de solut.l.hæres a debitore* 22.*§.quid si stipularer ff de fideiuss.* de Pont.*con.* 8.*lib.*1. Thesaur *lib.*3 *q for.*44. & hanc sententiam iuribus authoritatibus, & decisionibus comprobat Merlin.*de pignor.lib.*5.*qu.* Rot.Rom.*dec.*349.*par.*5.*recent. decis.* 6. *p. recent. & in vna Bituntina census de anno* 1645. relata per eumdem Merlin.*vbi sup.* & plures adduci possunt rationes, nam per aditionem res deuenit ad casum à quo incipere non potest, quòd scilicet res propria sit eidem domino obligata, & quòd rem propriam, sibi obligauerit, nec sit possibile, quòd eadem

per-

persona sit hypothecans, & persona cui res sit hypothecata, pro vt in contractibus fit distinctio personarum dantis, & recipientis *l. 2. ff. de stipul. seru.* & adhuc seruitus realis extinguitur per aditionem hæreditatis, vt in *l. vt pomum, ff. de seruit. rustic. præd.* vbi si is cuius ædes seruiunt succedat ei, cuius ædibus debetur seruitus, amittitur seruitus, & actio confessoria, quæ realis est extinguitur §. *si aqua si agit instit. de act. Capoll. de seruit. rustic. c. 24.* ita in puncto hypothecariæ ratiocinatur *Rodriq. de ann. reddit. lib. 2. qu. 19. nu. 34.*

Quamobrem quando creditor succedit debitori, tūc
3 vtraque actio confunditur, & quamuis si non inueniat in hæreditate rem hypothecatam, hypothecaria non videatur confundi ratione repugnantiæ, nec res sua sit sibi obligata, nihilominus extinguitur, quia censetur hæreditatem adeundo sibi soluisse de Pont. *cons. 8.* Rodriq. *nu. 34.* Nec obstat non habere vim solutionis aditionem quando ex ea causatur damnum hæredi, vel creditoribus *Bar. in l. hæres à debitore §. fin. ff. de fideiuss.* respondetur enim id procedere quando causatur alio respectu, vt si esset alius correus debendi, vel causaretur aliud damnum extrinsecum, sed non ob hoc solùm quod hæres hypothecam amittit, alioquin nunquam daretur casus in quo successio habet vim solutionis, ita *Rodriq. nu. 38.* & in eodem casu quo creditor succedit debitori hypothecanti, & aditio fiat sine inuentario si res hypothecata non sit in hæreditate, sed penes tertium, idem *Sesse* quamuis teneat non confundi hypothecariam, attamen admittit esse inutilem, cùm hæres repelli possit illa exceptione quem ad euictione tenet actio, eūdem agentem repellit exceptio, & confusionem actionis hypothecariæ ex Padill. *in l. cum secundum n. 34. C. de fideicom. & alijs* probat D. Capon. *in tract. de pact. q. 17. nu. 29. & seq.*

Disquirendum est, quid si adita sit hæreditas cum
4 beneficio inuentarij, sed illa sit opulenta, & alij tenēt affirmantem opinionem, nam quòd hæreditas non cēseatur adita inuentario confecto est quoad certos effectus non secundùm veritatem, dum verè hæreditas est adita, & hæres potest agere, & conueniri, vt hæres, & fictione non habeatur pro hærede est respectu certi effectus, quando hæreditas non est soluendo vnde actiones confunduntur ipso iure *l. fin. §. in computatione, & ibi glos. C. de iur. delib.* Padill. *vbi sup.* & ex Fabr. *de fin. 14. C. de transact. & R. Galeot. lib. 2. controu. 5. nu. 17.* Vasq. *de success. lib. 1. §. 6. num. 16 firmat* Capon. *vbi sup. nu. 32. & 33.* Sesse *nu. 34.*

Contrarium existimo verius, quòd inuentario con-
5 fecto viua sit hypothecaria competens hæredi, nam inuentarium fecit iacentem hæreditatem ad beneficiū hæredis Bal. *in d. §. in computatione*, & Ias. *ibi nu. 2.* & quando creditores posteriores contra aliqua bona hæreditaria hypothecariam intentauerint contra hæredem, & is velit super illis bonis particularibus consequi creditum, etiam quòd hæreditas esset soluendo, tamen iste hæres potest eligendo dicta bona pro satisfactione crediti retinere, & saluianum impedire, vt iudicauit Rot. Rom. *in decis. 75. in impressis in calce tractatus*, Pacific. Statil. de Saluian. vbi hæres vti creditor habet electionem in quibus bonis velit retinere creditum *d. l. vlt. §. in computatione vers. si verò*, & ipse, & hæres potest citatis citandis officium iudicis implorari, vt sibi rem aliquam pro suo credito assignet Bal. *in l. debitori n. 1. & ibi Ias. nu. 3. C. de pact. Merlin. d. qu. 14.*

Explorata conclusio est, quòd si debitor succedat
6 creditori suo, qui prius transtulisset in alium hypothecariam per cessionem, vel obligationem nominum debitorum, tunc adita hæreditate sine inuentario licet directa hypotheca in persona defuncti creditoris existens extinguatur per aditionem, vtilis attamen in aliū translata non perit *l. si hæres, la seconda*, & ibi B[?]r. *ff. ad Trebell.* Neguſ. *de pign. 5. præamb 1. nu 56.* Paul. de Castr. *con. 395.* Sesse *nu. 29.* Rodriq. *nu. 33.* Merlin. *d. l. 5 q. 14. n. 102. & q. 115.* & creditor potest agere vtili hypothecaria in bonis hæredis, prout idem si hæres è contra esset creditor defuncti, & transtulisset prius hypothecariam in tertium, nam creditor hæredis potest agere Saluiano super bonis hæreditariis hæredi hypothecatis Gratian. *discep. 204. Statil. de Saluian. inspect. 5. c. 1. n. 23.* R. Marcian. *disp. 95. nu. 2.* Si tamen creditor adeat hæreditatem sui debitoris sine inuentario, & deinde contrahat æs alienum, & obliget nomina debitorum, tunc quia fuit confusa actio hypothecaria non transfertur in creditorem, ita Merlin. *d. q. 14. n. 102.* inuentario non confecto si creditor posterior defuncti ageret Saluiano super re hæreditaria, tunc quamuis hæres sit anterior non potest excipere de sua anterioritate quia res efficitur auocabilis culpa sua per omissionem inuentari, ita Merlin. *d. q. 14. n. 95.* quidquid dicant Neguſ. *n. 52.* Pacific. *de Saluian. inspect. 7 c. 1. n. 145.*

Hypothecaria non confunditur, quando creditor le-
7 gat ius redditus suo debitori, quia hic non est successor vniuersalis, sed censetur legata liberatio, ita Rodriq. *n. 32.* præterea neque confunditur hypothecaria, si Titius hypothecat mihi rem, & deinde eam Caio, & tandem vendit Sempronio, qui instituit me hæredem, quia non sum hæres Titij, sed Sempronij, nec obstat quòd rei suæ non detur hypotheca, nam procedit quādo acquireretur irreuocabiliter, secus quando reuocabiliter, vt esset si Caius posterior creditor vellet auocare Saluiano rem mihi prius hypothecatam; Afflict. *dec. 8.* Sesse *n. 30.* Respectu fideicommissi vniuersalis, nec confunditur hypotheca, sed solùm respectu particularis, Gratian. *discept. 204.* Beltram. *ad Ludouis. dec. 421.*

Annotandum erit, quod cùm creditor pro parte hæ-
8 res institutus succedit debitori suo quamuis personalis confundatur pro parte, attamen in casu pignoris secus est quia competit insolidum, & est indiuidua, vt in *l. 2. C. si vnus ex plurib.* & ideò hæredi non sufficit soluere partem debiti, vt possit agere pignoratitia; Sesse *vbi supra nu. 10.* quamobrem si hæres pro parte ageret contra cohæredem pro conseruatione partis sui crediti actione personali, rectè ageret, si autem hypothecaria, cum ista sit indiuidua, debet censeri confusa, quod audacter affirmare non censeo, dum creditor adeundo hæreditatem pro parte intelligitur sibi soluisse pro ea parte, & pro reliquo videtur posse agere Saluiano contra alia bona cohæredis ex traditis per *Bar. in d. l. hæres à debitore, §. fin.* Mar. Anton. *d. resol. 56.*

Reuocatur in dubium *n. 10.* an reuocatio abstentio-
9 nis hæreditatis debeat fieri explicitè, vel sufficiat implicita reuocatio per actum qui nequit fieri citra ius & nomen hæredis, & glos. Bar. *& alij relati d. nu. 10.* tenent primam partem, & *Paschal. de patr. pot. c. 1. nu. 25.* & quamuis contrarium velit Montan. *controu. 39. per tot. ex text. in l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acq. hæred.* nihilominus primæ opinioni adhæret D. Hodier. *controu. 50. nu. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Non reperiri iustum emptorem, perinde est, ac si non reperiretur emptor.*
2 *Decisio facta per sententiam Regis cum consilio in casu dubio, facit ius vniuersale in Regno.*
3 *Renunciatio auth. hoc nisi, est contra charitatem, & humanitatem.*
4 *Renunciare quis potest fauori suo.*
5 *Renunciatio cum iuramento, obligat præcisè ad factū.*
6 *Renunciatio omni legum auxilio, quid operetur.*
7 *Pacta fiunt hodie, quod pecunia restituatur in eadem specie, & valore, etiam quod valor augeatur.*
8 *Renunciatio prædicta, & cessionis bonorum, differunt.*
9 *Datio insolutum vim habet emptionis, & venditionis.*

DE-

DECISIO LXXXI.

Beneficio authenticæ hoc nisi. C. de solutionibus an renunciari possit.

DVbitatum fuit in Sacro Consilio, an debitor alicuius quantitatis, qui cum iuramento renunciauit beneficio de dandis bonis in solutum, ei permisso *per authen. hoc nisi. C. de solu.* ac omni legum auxilio posit non obstante renunciatione prædicta gaudere beneficio auth. prædictę
1 contradicentibus eius creditoribus, † quando subhastatis, & licitatis eius bonis non reperiretur emptor, vel non iustus, cum idem sit *l. non dubium. §. fin. ff. de leg.* 3. Hæc quæstio. dicebatur, quòd erat aliàs decisa in Sacro Consilio, in causa spectabilis Comitis Sanctę Seuerinæ, cum eius creditoribus, in fauorem creditorum. Facta etiam relatione in Collaterali Consilio sub die 18. Maij 1555. & propterea dicebatur, quòd de hoc
2 aliàs non esset tractandum, † & maximè in hoc Regno in quo, vt dicit Afflict. *in dec.* 190. *in fin. verb.* quando articulus dubius, est decisus per sententiam Regis cum Consilio, facit ius vniuersale in Regno nihilominus dictum fuit, quòd Iacobus de Belu. *in §. fin. in auth. de fideiuss. col. fin. vers. tertiò quæritur.* dicit † per
3 pactum renunciari non posse beneficio dictæ auth. quia pactum est turpe, & contra charitatem, & humanitatem, quem sequitur Alex. *in cons.* 37. viso, & oportunè discusso, *col.* 3. *vers. tertio* v detur, *vol.* 2. & de Alex. meminit; & illum sequitur Alciat. *in l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. pet.* & videtur sequi Rota. Bono *in dec.* 28. data tamen simplici promissione cum iuramento non autem renũciatione, ex aduerso dicebatur Cynum
4 *in d. authen. hoc nisi*, tenere contrarium, † quia fauori suo quis renunciare potest, & maximè quando debitori superest remedium cessionis bonorum, qui hanc opinionem vltimo loco recitat, & post eum expressè, & absque dubio hanc opinionem tenet Sal. ibi, *col.* 1. *vers. quæris*, Cynus refert, & sequitur Dec. *in d. l. secunda. §. mutui datio. in 2. lectu. colum. fin. vers. tertia est conclusio*, & ibi Ripa, *nu.* 28. *ver. cæterum*, & Curtius iunior, qui ex mente Practicæ Papien. dicit, hanc esse communem opinionem, *in dicta l. mutui datio, colum.* 11. *vers. secundò esset videndum*, & nouissimè præceptor meus Bolognet. ibi, *nu.* 31. *vers. prædicta tamen limitatio* & Cotta in memorialibus, *in ver. solui*
5 *non potest.* quæ tantò magis procedunt, † cùm dicta renunciatio fuerit facta cum iuramento, quod obligat præcisè ad factum, ita tenet Alexand. *in dicto consil.* 37. & Alciatus *vbi supra*, quamuis quando sine iuramento sequatur opinionem Iacobi de Belu. & vltra eos, Dec. Curt. Ripa, & Bolognet. qui prædictam opinionem, sine dubio tenent, facta renunciatione cum iuramento, & subdebat Dominus Bolognetus, † maxi-
6 mè hoc procedere, quando est renunciatum omni ll. auxilio prout hodie in hac ciuitate, in quolibet contractu, indistinctè fit (de qua clausula est videndus Afflict. *in dec.* 174. Dec. *cons.* 452. *nu.* 18. *&* 19. & Ruin. *cons.* 51. 1. *vol.*) † Imò fortius fiunt hodie in contracti-
7 bus pacta restitutionem esse faciendam in eadem specie monetæ, & prout hodie valet, etiam quòd valor augeretur, prout semel in hoc Regno accidit, quia fuit auctus valor monetæ, & infinitæ lites ortæ fuerunt, & vltra prędictos hanc opinionem quando cũ iuramento est renunciatum beneficio dictæ authen. tenet Gozadin. *in consil.* 32. *per totum* Iason. *in consil.* 9. *in* 3. *dubio, volum.* 1. de quibus meminit Roland. *cons.* 6. *num.* 40. *vers. cui accedit, volum. primo.* vnde ex ijs dicebatur apparere dato iuramento, hanc opinionem non habere contradictorem eamdemq; opinionem sentit Minad. *dec.* 2. *col. fin. fol.* 311. de quo, & de hac decis. meminit, eamq; sequitur Thes. *dec.* 153. *in* 5. *limitat.* Nec obstant rationes Iacobi de Bellu. de turpitudine pacti, & contra charitatem, & humanitatem, quia responsũ fuit ex ijs, quæ dicit Cyn. & Salyc. quòd remanet huic debitori beneficium cessionis, quod a iure communi ante dispositionem auth. & nunc etiam ei competit. & ideò renunciatio facilius admittenda est, & maximè cum iuramento, postquam sublata dispositione authen. per renunciationem, iuramento vallatam, res redit ad ius commune, quo est prouisum, quòd aliud pro alio, inuito creditore, solui non potest, ad quæ faciunt posita per Ias. *in l. si vnus. §. pactus ne peteret, in 4. no-*
8 *tab. ff. de pact.* † nec hæc renunciatio est similis renunciationi cessionis bonorum, quam non valere, in dies seruamus, vt refert Thes. *dec.* 36. quia sublato remedio cessionis prædictæ aliud remedium non superest, & debitor in carceribus moreretur. Item dicebatur ex alio, hoc pactum valere, quia in alio reddit se conformem iuris dispositioni, cùm nemo cogatur emere, nec
9 vendere *l. nec emere, C. de iure delib. cum sim.* † sed si compellitur creditor recipere rem in solutum, emere compellitur, datio enim in solutum habet vim emptionis, & venditionis. *l. si prædium, C. de euictio. l. eleganter. in prin. vbi gl. ff. de pign. actio.* allegat concordantes Socin. nepos *in consil.* 47. dirigat Dominus. *colu.* 3. *nu.* 9. *vers. & licet, vol.* 2. ergo hoc pactum valere debet, & profectò, & si ex parte debitoris consideratur turpitudo, maxima æquitas vltra rigorem concurrit ex parte creditoris, qui vel vt amico complaceat, ei mutuam pecuniam dedit, vel si emit introitus, & ob non solutionem cogitur rescindere contractum, & postea in locum pecuniæ mutuatæ, vel introituum emptorum, cogeretur recipere domos, & territoria, & forsan inutilia.

Discussa hac causa omnes Domini trium Aulatum, fuerunt in voto, posse renunciari beneficio dictæ auth. vnus tamen ex Dominis dicebat, quòd quando, inspecta qualitate personæ, esset dedecus cedere bonis, prout hodie fit in hoc Regno cum ignominia, ipse non admitteret renunciationem, contra quem replicabat alius, de hoc non esse curandum, quia iura loquentia in materia cessionis bonorum, non distinxerunt, & dicebatur, quòd in causa Comitis Sanctæ Seuerinæ, supra relati, qui erat de Illustri familia, non fuit habita de hoc ratio, quia postquam renunciauerat beneficio dictæ authenticæ, sciebat, vel scire debebat, non superesse aliud remedium, quàm cessionis bonorum. Duo alij ex Dominis etiam limitabant prædictam opinionem, quando accidisset casus valdè inopinatus, ex sublimitatione Ripæ *in d. §. mutui datio*, sed dictum fuit, esse sic declarandum generaliter: quia, quando casus valdè particularis accidisset, fuisset ad eum habita consideratio, prout iuris, die 11. Ianuarij. 1576. Galterio Actuatio.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. Adde eumdem Afflict. *dec.* 169. *n.* 9. *& decis.* 383. *num.* 8. *dec. Bono.* 27. Fuscum *in sing.* 29. *lit. S.* & Gram. *in decis...*

Num. 3. & 5. dum allegat Alex. *in cons.* 37. Adde Carauitam *in ritu* 166. *nu.* 54. *& seq* qui in simplici promissione cum iuramento loquitur, sequitur Rol. à Valle *cons.* 53. *ad fin. in* 1. Videatur *dec. Rota Perus.* 64. & omninò M. Ant. de Amatis *in dec.* 91. vbi tenet contrarium.

Num. 6. ibi de qua clausula, Adde videndum Roland. *de lucro dotis quæst.* 42. *à nu... & iterum cons.* 13. *à n.* 6. *vsque ad* 20. *li.* 1. *& iterum cons.* 17. *vol.* 4.

Num. 9. ibi datio insolutum, Vide add. ad Magon. *in dec. Luc.* 63. *&* 76. post Tiraq. & Gama. *decis.* 295. *dec. Perus.* 60. Simoncell. *in tractat. de decret. lib.* 2. *fol.* 102. *num.* 122.

Et in puncto principali hanc decis. refert, & sequitur insignis, & omni tempore memorandus D. Ant. Thes. *dec.* 153. *num* 13. vbi refert Senatum semper pro ea iudicasse.

Ad auth. hoc nisi hic alleg. Vide decis. Perus. *vbi supra dec. Auenio.32.* Magon. *dec. 16. colum. fin. cum add.* Thes. *in d.dec.153.* & Cala *de modo articulan.n. 772. & num.1280.* Surd. *in tract.de alim.tit.9.q.41.n. 25. & in dec.30.n.10.* Steph. Gratian. post Thes. hic alleg. *in dec.141 nu.6.* Io.Bapt. Costam *in tract.de retrotractio.172.nu.3.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Authen. Hoc nisi, C.de solut. qua requirat, vt locum habeat.*
2 *An cesset si renuncietur cum iuramento.*
3 *Sententia Sacri Consilii an faciat legem.*
4 *Renunciatio priuilegij an semper fieri possit tàm statuti, quàm legis prohibitiua.*
5 *Quid si fit cum iuramento.*
6 *Quid si renuncietur omni legum auxilio.*
7 *An per ipsam renunciationem intelligatur renunciatum beneficium, ne quis teneatur, nisi in quantum facere potest, & beneficijs municipalibus, & canonicis.*
8 *Et an includat exceptionem cedendarum actionum.*
9 *Et an ex tali renunciatione cesset lex de his, & ipsius priuilegium.*
10 *Renuncians omni legum auxilio, tempore pacis bello superueniente, an remissionem petere valeat.*
11 *Renunciatio an fieri possit omni legum auxilio.*
12 *Et an per ipsam videatur remissa sterilitas.*
13 *Renunciatio, omni legum auxilio, an includat beneficium speciale statuti.*
14 *Et an talis Clausula, sit potiùs ex stylo, quàm voluntate, & per consequens, an operetur.*
15 *Renuncians omni legum auxilio, an excludat exceptionem erroris, & facti ignorantiam.*
16 *An habeat locum contra dotem, vel fauore dotis.*

AD hanc dec. 81.nu.1. adde concordantia per Doctor. *in l.4.§. condemnatum ff.de re iud.*
1 Ad † Authenticã hoc nisi, quæ requirantur, vt locum habeat. Ripa, *in l.2.§.mutui datio ff.si cert. pet.* qui numerat septem requisita, & quòd †
2 cesset, quando adest iuramentum, Benintend. *dec.* 28. & nouissimè Surd. *dec.30.num.10.* qui allegat Maran. *Disp. 7.*
Ad hanc dec. adde Thes. *dec. Pedemont.153.nu.13.&* 14. vbi ita fuit decisum, prout hic Præsidens dicit. alia *de auth.hoc nisi.* vide per me *ad d.auth.*& Thes. *decis.* 147. & omninò Præsidentem *infra, dec. 83.* ad quam
3 dico. Ad nu.2. † adde Presid. *infra, dec.90.n.3.* & quæ ego *ad l. fin. C.de leg.* & adde omninò Regiã Pragmaticã *incip.& si decreta, de offic.Sacr.Conc.* licet Moder. *in dec.1.* Afflict. dicant, ipsius decisiones ius in Regno non facere; ex Goffred. Sed ego crederem, quo ad inferiora tribunalia, decisiones legem facere, quo verò ad ipsum Sacrum Palatium secùs: quia videmus tota die sententias Sacri Consilij, vel moderari, vel aliter prouideri, prout dixi de legitima matris, quòd est diuersimodè iudicatum. Aliquando tertiam esse tertiæ, aliquando esse tertiam totius, *in dec. sup. huius Presidis,* 63. & Pyrrhus Alfan. Preceptor meus, intrepidè tenuit legendo, sententias tales ius non facere, sed parcat mihi Reuerentia sua, quia toto errat cęlo, & quòd ius faciant tales sententiæ dixit Regens à Ponte, *cons. 1. nu.* 82. & hic Præsid. *in dec. 356.in fin* Afflict. *in dec.169.* 190. 183. Ripa, *in l. interdicto, ff. quor. bonor.* Nouissimè Put. *in dec. 180. lib. 2.* & hodiè est decisum ex dicta Regia lege, etsi decreta, & *Pragmat. 6. incip. Sacrum praeterea Consilium,* rationem reddit: quia profesuntur sub nomine Regis, vbi Consiliar. ad præsens Regens Tappia, *in tit. de off. Sacr. Consil.* doctissimè loquitur, & ipsius Sacri Palatij cetera priuilegia narrat post Surgentem *in libro de Neapol. illustr. cap. 17.* & Andr. de Isern. *in constit. vt de successsion.* concludit sufficere semel in causa iudicatum esse. Ad num. 4. ad-
4 de, quòd † licet priuilegio suo quis possit renunciare, tamen legis precepto, vel prohibitiuo statuto, seu Pragmaticæ secùs; Ita Ias. *num. 22. & sequent. in rubr. de action.* Corsett. *in sing. suis, verbo, prohibitoria constitutio, nec rubrica negatiue, vt puta,* Ne filius pro patre, & alijs à negatiua incipientibus, *idem, num.24.*
5 sed † an cum iuramento renunciatio teneat, Crauett. *cons. 216.* Borgnin. *doctissimè dec.28.num.14.& 15. part. 2.* Ioseph. Ludou. *dec. Perus.90.n.20.* & Osascus
6 *dec.Pedemont.112.* Ad num.6. adde † de renunciatione omni legum auxilio, quid operetur. Roland. *cons.*
7 13. *volum. 1.* & quòd per † talem rennunciationem censeantur renunciata beneficia, ne quis teneatur, nisi in quantum facere potest. Beneficia Municipalia, & Canonica, & beneficium *l. de his, ff. de transact. & alia.* Aimon, Crauett. *cons. 290.* Sed de veritate, an talis renunciatio contineat legem, de his Bart. *in leg.* 39. *ff. de pact.* & Osascus *dec. 112. num. fin.* Item no-
8 ta, quòd † talis renunciatio includit exceptionem cedendarum actionum, ideò debent contrahentes abstinere à verborum generalitate. Afflict. *dec. 182. num.* 11. & Capic. *dec. 159.* vbi Modern. qui Capic. dicit
9 † ex tali renunciatione generali *leg. de his, penitus* cessare, & videndus est omninò ipse Capicius *dec. 88.*
10 & quòd † renuncians omni legum auxilio tempore pacis, si bellum superueniat, quia saltem in genere de bello videtur cogitasse, remissionem petere non valeat. Osascus decidit *in dec. 91. num. 18.* & † quòd re-
11 nunciatio fieri possit omni legum auxilio, Afflict. &
12 Moder. in ipsum, *in dec. 220.* & † quòd sterilitas remissa videatur per hanc clausulam, omni legum auxilio, Capic. *dec. 87.num.10.& dec.88.num.5.* Sed contrarium placuit Bertaz. nouissimè *in tract. claus. claus.* 40. *in gl.6.* post Tiraquell. *in l. si vnquam. de reuoc. donat. num. 121. & in libro retract. lignagier. §.19. glos.* 1. & Vrsill. *in d.dec. 220.* sed de veritate videndi sunt Ias. *in §. fuerat. nu.77. de action.* Guido Papa, *quæst.* 361. Loffred. Bald. *decis. 347.* & Antonin. Thes. *dec. Pedemont. 74.* qui latissimè hanc conclusionem enarrant. Sed an valeat renunciatio generalis omnium remediorum, & per ipsam excludatur *leg. 2.C. de rescind. vendit.* exceptio non numeratæ pecuniæ, & alia remedia, iuris nouissimè Ceuallos Hispan. *in alleg. pract. quæstio. quæstio. 511. incip. Si quis ignorans.*
13 † Quòd autem renunciatio, omni legum auxilio, non includat beneficium speciale statuti, Mantua *sing.*
14 124. & † quòd istæ clausulæ sint potiùs ex stylo quam ex voluntate, & ideò nihil debent operari. Andr. Gall. *obseru. 77. lib.2.* Capic. *dec. 159. num. 39.* & Osascus *dec. 112. num. 15.* & ideò Notarius semper debet apponere clausulas, apponi solitas, & consuetas, per ea quæ *in leg. fin. C. de fideiussor.* ad quam dixi, & pro, & contra vtrum clausulæ solitæ apponi, habeantur, ac si essent appositæ, vel censeantur appositæ, ipsemet Ceuallos *6. lib. Pract. quæst. 179. incip. clausulas consuetas;* & ideò in facto, Vrsill. *in dec. Afflict. dicit,* ex clausula precarij, & constituti, apponi solita in instrumentis assistentiam præstitam fuisse, licet constitutum ipsum non reperiretur in instrumento in decisione sua
15 139. & † quòd renunciatio, omni legum auxilio, non tollat exceptionem erroris nec facti ignorantiam, Sola *glos. in constit. Gall. in antiq. constit. gloss. 5. super* 1. *part. Decr. quia nu. 22. in tit. de minor.* Bartol. *in l.* 4. *vbi Moder. §. quæsitum, ff. si quis caution.* & ad materiam dictæ *Auth. hoc nisi,* vide Roman. *sing. 815. incip. Tu habens* Ias. *cons.9.num.12. volum.1.* Gozad. *cons.27.num.38.* Natta, *cons.344. lib.2.* Alexand. *cons.* 37. *volum.2.* Strach. de Mercat. *in tit. de decoct. in 3.p.*
16 *num.44.* Minad. *dec. 2.* & an † habeat locum contra dotem, vel fauore dotis, Cephal. *cons. 195.numer.1. volum. 2.* latissimè, & si creditor vult sibi adiudicari

fuæ-

facere hæreditaria corpora potest dempta 6. parte seu intra sextam iustæ æstimationis id obtinere, vt tetigit Minad. *in constit. in aliquib. num.* 34. *&* 35. & quòd petita absolutione à iuramento in terris Ecclesiæ, non practicetur ista decisio. Ioseph Ludou. *dec.* 64. per tot. post Benint. *in decis.* 28. & vtrum hæres cum beneficio legis, & inuentarij gaudeat beneficio d. Auth. pro, & contra, disputat Bursatus *cons.* 9. *numero* 31. *&* 33. *in* 1. *volum.* Magon. *in dec. Lucensi* 63. *in addit. nouissima*, qui distinguit dationem in solutum voluntariam, à necessaria; & *in dec.* 77. *incip. Pierinus*, *vbi numero* 12. dicit, non ita de facili vsuram præsumi in datione in solutum. Sequitur Borgnin. *in dec.* 6. *sine.* 82. *incip. Dominus Gerius part.* 3. *num.* 35. qui dicit, multum esse aduertendum in istis terminis adiudicationis, & in solutum dationis, & omninò ad materiam d. Auth. videndus est nouissimè Io. Coppen. *in decisionibus Germaniæ*, *quæst.* 55. vbi latissimè, quando creditor aliud pro alio accipere possit, & quando debitor aliud pro alio consignare, & Thesaur. *in decis.* 153. *&* 147. latissimè doctè, & eleganter, & Præsidens *infra decis.* 83. *vbi dixi* latissimè, & Ioan. Guttierez *in tract. de contraauent. iuram. cap.* 29. *numero* 4. Carroc. nouissimè *in tract. de oblation. par.* 2. *qu.* 10. *princ. numer.* 66. & quòd hæres debitoris ligetur lege paterna, est decisum infra. Sed ego in causa illorum de Scagliono, decitum audiui in Aula Consiliarij Gizzarelli, contrarium fuisse decisum in bancha Romani, contra creditores, & hæres vocatur Mutius Scaglionus, & idem fuisse decisum in causa illorum de Philippo, in eadem aula, in anno 1602. contra decisa in decisione superius allegata 83. & non miror, quia mutantur tempora, & mutantur decisiones, & facta, & ideò de diuersitatibus decisionum, vt supra dixi, non est mirandum. Laus Deo, & Deiparæ Virgini Mariæ. Amen.

ADDITIO D. RICII.

Beneficio *authent. hoc nisi debitor*, *C. de solut.* an possit per debitorem renunciari, & concluditur quòd sic.

Pro hac decis. ornanda considerandum est, quòd non valeat renunciatio simplex sine iuramento voluerunt Lopez. *glos.* 3. *in l.* 1. *tit.* 14. *par.* 5. Carroc. *in tract. de oblationibus* 2. *par. q.* 10. *numer.* 66. contrarium tamen quòd valeat talis renunciatio absque iuramento, & simplex, dixerunt Baez. *de inop. debitor. cap.* 1. *num.* 99. Guttier. *de iuram. confirmat cap.* 29. *num.* 3. & ibi communem dicit, eamquem probo tamquam nostro authori concordantem, & eò magis procedere debet si adest iuramentum Rol. à Vall. *consil.* 44. *lib.* 1. & amplius voluit, quòd quando iuratum est soluere in pecunia, videatur huic beneficio renunciatum, & opponi non possit, quia iuramentum debet impleri in specifica forma, Amescua *in tractat. de potest. in se ipsum lib.* 2. *cap.* 24. *sub num* 21. allegat Gabriel. *lib.* 2. *commun. opinion. tit. de iureiurand. conclus.* 8. Videndus est etiam in hac materia Paschal. *de virib. pat. potest. p.* 2. *cap* 9. *numer.* 77. *&* 90. & Muscatell. *in praxi S. C. lib.* 2. *par.* 3. *glos. adiudicantur num.* 32. vbi ampliat procedere etiam in hæredibus, qui non possunt venire contra renunciationem dictæ authenticæ beneficij iuratæ à defuncto, author noster *decis.* 83.

Hanc auth. nouissimè commentatus est Modernus Nouarius, qui materiam breuiter compilauit, & in casibus occurrentibus in eā ad ipsum recurras.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Renunciari posse* Auth. hoc nisi, C. de solut. *affirmat decisio qua vindicatur à censura*, Donad.
2 *An operatur renunciatio in casu valdè inopinato.*
3 *Quid si debitor iurasset soluere in pecunia, & num suffragetur absolutio à iuramento, & ponderatur*, D. Hodierna.

1 Gradus fit ad frequentem quæstionem, an Auth. *hoc nisi*, *Cod. de solut.* renunciari possit, & iunctis aulis affirmatiuè decisum testatur *D. meus*, & consentiunt Guttier. *de iuram. confirm. cap.* 29. *numero* 3. Baez *de inop. debit. cap.* 1. *num.* 99. Gallerat. *de renunc. p.* 2. *centur.* 180. *numer.* 3. qui tenent renunciationem sine iuramento etiam valere tuto autem factam cum iuramento Thes. *dec.* 153. *numer.* 13. Alex. 35. *libr.* 2. *tit. de solut. resol.* 36. *& ita magis practicari post alios, inquit*, Carocc. *de oblat. par.* 2. *qu.* 2. *numer.* 71. Rouit. *cons.* 18. *&* 78. R. Marcian. *disp.* 81. *numer.* 7. & quamuis contrarium velint *gl. in Auth. ipsa ver. parentibus*, *C. de act. & obligat.* Alex. *cons.* 37. *vol.* 2. & etiam cum iuramento renunciationem respuunt Alciat. *in cap. cum contingat*, *num.* 6. *de iureiur.* Seraph. *de iuram. priuil.* 91. *& se ita Romæ iudicasse in causa Vrsinorum scribit* Firman. *in suo repertor. ver. pactum qu.* 6. *quem allegat* Carocc. *in add. ad. qu.* 2. *& allegat* Cott. *in suis memorab. var. solui vers. ex ista regula*, & opinionem affirmantem esse contra charitatem, & humanitatem ait Donad. *in tract. de renunc. to.* 1. *cap.* 36. *num.* 17. ex eo quòd beneficium oblationis bonorum sit inductum miserationis causa, ne debitor cogatur in carceribus marcescere. Nihilominus ipse amplector affirmatiuam sententiam quam comprobant Guzman. *de euict. qu.* 22. *num.* 88. *&* 89. Cons. Hodiern. ad Surd. *in decis.* 30. & neutiquam est d. opinio contra charitatem dum supersunt beneficia moratoriæ, cessionis bonorum, & alia, vt respondent authores allegati.

2 Succedit inspiciendum, an operetur iurata renunciatio in casu valde inopinato, & insolito superueniente post renunciationem, quæ altercatio fuit hic relicta indecisa, & respondetur negatiuè, Paschal. *de patr. pot. par.* 2. *cap.* 9. Gabriel. *de regul. iur. concl.* 4. *num.* 11. Carocc. *q.* 2. *num.* 77. Gallerat. *d. cap.* 180. D. Hodiern. *num.* 32. Donad. *num.* 20. ratio est quia si post renunciationem superuenit casus inopinatus auferens potentiam soluendi in pecunia, & vendendi bona, tunc iuramento non obstante erit locus oblationi, cùm iuramentum intelligatur rebus sic stantibus *cap. veniens de iureiur.* ita Seraph. *de iuram. priuil.* 119.

3 Oblatio bonorum ex beneficio d. Auth. an locum habeat quando iurasset debitor soluere in pecunia, & negant Thesaur. *numer.* 6. plures quos refert, & sequitur Gallerat. *num.* 7. Carocc. *numer.* 78. & firmiter, Hodiern. *vbi supra numer.* 34. Verumtamen ego de hac opinione dubito prout expressè hæsitauit Carocc. *num.* 78. vti nimis restrictiua beneficij oblationis bonorum: addo quòd materia renunciationis est stricti iuris, & numquam censeri debet facta, nisi expressè dicatur, & illa promissio solutionis in pecunia intelligi debet si ex venditione bonorum pecunia

nia haberi possit, vnde facta diligentia, & non reperto emptore ex quo deficit pecunia iuramentum ad hunc casum haud porrigitur, vt discurrit idemmet D. Hodiern. *vbi supra numero* 32. & in hoc casu praeuia absolutione à iuramento posse offerri bona videtur tenere, Ioseph. Ludouic. *dec. Perus.* 64. *numero* 19. & eadem cautela absolutionis prodesset in casu inopinato superueniente post renunciationem, vel si fieret renunciatio sine certioratione d. beneficij à mulieribus rusticis, & minoribus ex fusè traditis per D. Merlin. *cent.* 2. *contr.*

SVMMARIVM.

1 *Creditores in minori quantitate, etiam inuito debitore, compelluntur ad concursum venire.*
2 *L. fi. C. qui bon. cedere possunt ampliatur, & limitatur 3. num. 5.*
3 *Intellectus glos. in l. 1. de priuileg. credit. discutitur.*
4 *In pertinentibus ad singulos, vt singulos, alter alteri non praiudicat.*
6 *Lex facilius, quàd alteri tribuit, tollit auxilium, quam quod quisque sibi acquisiuit.*
7 *Creditores hypothecarij, & personalem actionem habentes, in materia concursus differunt. Fallit in materia. d. l. fin. nu. seq. & traditur, n. 9.*

DECISIO LXXXII.

Creditor minoris quantitatis, sed anterior an possit cogi à creditore maioris summae ad capienda bona debitoris insolutum pro iusto pretio?

IN causa Magnificae Hippolitae Ramires, creditricis pro antefato, quondam Magn. Iacobi de Bononia, posterioris tamen Magnifici Caesaris, & fratribus de Angelis, & in maiori summa creditricis, fuit dubitatum, an dicta Hippolyta, in maiori quantitate creditrix, postquam non reperitur iustus emptor bonorum, Domini Iacobi, possit cogere dictos Caesarem, & fratres anteriores creditores in minori quantitate, vt pro iusto pretio, bona dicti Iacobi in solutum recipiant, vt sic, & ipsa possit suum creditum posterius consequi, exemplo eius, quod dicitur *in l. fi. C. qui bon. ced. pos. & in l. iurisgentium §. fi. & in l. maiorem. ff. de pact.* non obstante etiam renunciatione facta per dictum Iacobum in instrumento de dandis bonis in solutum. Pro parte dictae Hippolytae allegabatur tex. in l. prout eam intelligit ibi gl. *in 2. lect. ff. de priuil. credito.* vbi etiam Ang. dicit illam l. esse valdè notandam, quia supplet *ad d. l. fi. & l. maiorem*, quae procedunt non tantùm in eorum casibus, sed vbicumque est concertatio inter creditores, qualiter debeant consequi credita super bonis debitoris cessantis, eo quòd debitor non est sufficiens, & sic dicebat Hippolyta pro ea esse decisionem particularem Angeli, quem etiam simpliciter sequitur Rip. *ibi. in vlt. notab. in fi. ver.* Benuenutus Stracchain *tract. de decocto. par. 6. numero* 21. *sed licet Consilij Neapolitani auctoritas.* Non obstante etiam renunciatione praedicta, quia dicebatur, quòd non afficiebat ipsam secundam creditricem, sed tantummodo renunciantem. Item dicebat vnus ex Dominis, quòd opinio Angeli comprobatur, quia
1 videmus quotidie in Sacro Consilio, quòd † etiam, quòd debitor non dicat velle cedere bonis, prout requiritur *in d. l. fin. C. qui bon. cedere possunt*, nihilominus creditores in maiori quantitate compellunt
2 alios in minori ad concurrendum, † & sic extendimus casum illius legis ad istum alium casum; vnde non mirum, si debet habere locum in casu isto. Pro parte
3 creditoris anterioris dicebatur, † intellectum glossae, tàm primum, quàm secundum *ad d. l.* 1. reprobari per Iacobum de Aret. Bart. Bald. Angel. & caeteros, & ad illum text. teneri intellectum Iacobi de Are. Vnde dicebatur, opinionem Angeli iure non probari, & propterea sine lege loqui, & in specie dicebat, vnus ex Dominis, quòd contra Ang. tenet Rapha. Cum. ibi dicens, tex. ll. loqui in casibus specialibus, & non esse extendendum ad alios casus, quòd dicebatur comprobari auctoritate *gl. in l. 2. C. de pact. in fin. vers. opponendo ad eius opinionem* text. *in d. l. maiorem*, dicit, in alio casu loqui. & ibi Purpuratus, dicit. quòd glo. apponit, quando maior pars creditorum egit in casu illius text. contra emptorem haereditatis, & sequitur opinionem gl. Alex. ibi, ea ratione, quia tex. *in c. l. maiorem*, est exorbitans, pro vt dixit Purpu. *in l.* 1.
4 2. *col. in* 4. *not. C. de transact.* † cùm in ijs, quae spectant ad singulos, vt singulos, vnus non praeiudicet alteri, *l. per fundum. ff. de serui. rustico. praedio.* & opinionem gl. esse communem, dicit Claud. ibi, eamque post. Claudium sequitur Rim. Franciscus Curtius *in d. l. 1. C. de pact. in repet. in finalibus verbis*, & Curt. iun. & quamuis Decio non placeant rationes Alex. tenet tamen opinionem gl. cum qua videtur sentire Bald. & Saly. quam etiam opinionem tenuit aliàs Sacrum Consilium teste Afflicto *in dec.* 288. dum re-
5 fert, Dominos de Sacro Consilio dixisse, † *l. fin. C. qui bon. cedere poss. & l. maiorem*, non habere locum in alijs casibus, quam in casibus legum praedictarum, cum qua decisione conuenit Dec. *in c. cum omnes in gl. in* 1. *in* 3. *fallen. de constit.* & ibi apostilla Siluestri Aldobran. *num.* 10. dicit, dd. leges. maiorem, & finalem esse declarandas secundùm Afflict. *in decis.* 288. & licet sit seruata *d. l. fin.* in alio casu, & vt supra dictum est: in eo tantùm seruata est, quia nullum damnum cōfert. Dicebat insuper idem Consiliarius, quòd si opinio Angeli esset vera, procederet eius opinio in creditoribus in actione personali, de quibus ille titulus loquitur, prout in specie dicit Alber. in rubrica illius tituli, & sensit Afflict. *in dec.* 190. *propè fin.* qui creditores in actione personali egent iuris priuilegio, non autem in creditoribus anterioribus in actione hypothecaria, cum clausulis constituti, & precarij, qui ex iuris dispositione praeferuntur, prout quisque anterior est, & ex eorum industria praelationem, ac remedia per Regiam Pragmaticam, in creditorum beneficium introducta acquisiuerunt, & vt dicit glo. *in*
6 *l. assiduis. C. qui potior. in pignor. habean.* † lex facilius tollit auxilium, quod ipsa lex alicui dat, quàm il-
7 lud, quod quis sibi ipsi acquisiuit, † & quòd in materia concursus creditorum, in beneficium debitoris, maxima sit differentia inter creditores hypothecarios, & personalem actionem habentes, dicebatur apparere ex textu *in dict. l. maiorem.* qui non procedit contra creditores hypothecam habentes *l. rescriptum. ff. de pact.* quem text. ad hoc alegat Ias. *in d. §. hodie, in 3. limit.* vbi etiam Iacob. *in 1. lectu. num.* 9. & Anton. de Alex. *in vlt. limit.* & Afflict. *vbi supra*, & maxima cum ratione, quia primo creditori cum hypotheca, etiam quòd secundi essent hypothecarij, non omnem euentum, praecaeteris est satisfaciendum, quòd non procedit in creditoribus in actione personali, inter quos non est praelatio, nisi quatenus de iure eis tribueretur, & inter eos seruatur dispositio text. *in l. pro*
8 *debito. C. de bonis aucto. iudi. poss.* † quamuis in materia text. *in d. l. finali, C. qui bon. cedere poss.* non sit aliqua differentia inter creditores cum hypotheca, & in actione personali, quia etiam creditores cum hypotheca compelluntur ad concurrendum in dilatione
9 quinquennali, illud tamen procedit, † quia creditor hypothecarius in modico laeditur, vt dicit Salyc. ibi post. Bart. *in d. l. rescriptum, in fine.* Nec opponatur, in modico laedi hunc anteriorem creditorem, in casu, de quo agebatur, quia mediante appretio, habebit bona pro summa eius crediti, quia maximum damnum est, tum ratione voluntat s, *l. fin. ff. de vsu & habita-* tam

ta. tum etiam, quia in casu, de quo agebatur, creditor emerat annuos introitus ad rationem ducatorum nouem pro centenario, & volebat introitus certos, non autem corpora terrarum, seu domorum, aut partem ipsarum, in quibus oportet expendere, & laborare, pro fructuum, seu pensionum consequutione, & in hac Ciuitate, quilibet non corpora, sed introitus emit, cum quibus faciliùs cum familia viuit, & licet contractus emptionis esset rescissus, vltra quòd hoc accidit culpa venditoris, qui non soluit tertias in casu rescissionis, est permissa restitutio in pecunia, & non in corporibus, vt *in d. praeced. decisione est dictum*. Item dicebatur, dicta glossae, & aliorum *in d. l. 2. Cod. de pact.* tollere difficultatem, quia licet in casu illius textus minus damnum paterentur creditores quàm *in d. l. maiorem*; nihilominus, cùm iura praedicta sint exorbitantia, nō trahuntur vltra terminos, in quibus loquuntur. Insuper dicebatur, in eisdem instrumētis de quibus agebatur, adesse renunciationes de quibus in decisione praecedenti, & obligationes bonorum pro obseruantia renunciationum, & sic posse obijci contra secundum creditorem eamdem exceptionem, quae poterat obijci eidem debitori, cùm hic secundus creditor nullum ius habeat, nisi id, quod per debitorem est in eum translatum; quod ius in secundum creditorem est translatum, affectum hoc onere, adeo, vt ipsum afficiat, vt afficit debitorem. *l. si superatus, vers. per iniuriam. ff. de pignor.* vbi Bart. Bald. Saly. & alij, & nouissimè dicebatur esse consultum secundo creditori contra primum remedio oblationis: de quo *in l. mulier, cum similibus. ff. qui pot. in pig. hab.* iure autem non reperiri cautum remedium Angeli *in d. l. 1.*

Discussa hac causa per decem Dominos de Sacro Consilio cum Domino Praeside, degentes nunc in tribus Aulis, fuit decisum in fauorem primi creditoris, ex praedictis licet duo ex Dominis dubitassent, dixit tamen vnus ex Dominis Consiliarijs, Hyspanus, quòd postquam Sacrum Consilium aliàs, vt refert Afflict. *vbi supra*, facta maxima discussione, declarauit, illa iura non procedere nisi in illis tribus casibus, non erat facienda sic exquisita discussio in hac lite inducente nouitatem, & postquam sunt inuentae clausulae praedictae renunciationis per tabelliones, cum consilio peritorum, non debemus à praedicta opinione recedere, quia debent iuris ministerium importare, & quod postquam à tempore Afflicti, vsque ad hodierna tempora non reperitur alius casus, additus, nec decisus secundùm opinionem Angeli, debemus stare cum praedicta decisione, quae iuribus, & auctoritatibus approbata fuit, Neapoli die 11. Februarij 1576. Actuario Scanapecco.

ADDITIO D. VISCONTI.

VIde Duennam *in regula 294.* & Brunum *in tract. de cessio. bonorum in q. 22. cum duabus seqq.* & Cartar. *in dec. Genua. 132. sub num. 12.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio quinquennalis, an coram iudicibus inferioribus petatur, & obtineatur.*
2 *L. final. qui bonis ced. poss. an procedat contra creditores ex causa dotis.*
3 *Debitor dilatione moratoria gaudens, an bonis cedere possit.*
4 *De creditorum concursu, & ipsorum multiplici distinctione.*

HAEc decisio est aurea, & vsui quotidiano necessaria, sed breuis ero, quia lectori sapienti pauca sufficiunt, & Afflict. ibique Moderni satis, latissimèq. rem agitarunt
1 *in dec.* 288. vbi, † an coram iudicibus inferioribus, & quando, & quomodo, latissimè Vrsill. est locutus, &
2 Praesid. hic infra quaerit † an *l. fin. C. qui bon. ced. poss.* contra dotem procedat, in quo mihi videretur dicendum locum habere contra ea, quae supra dixi, ex illa ratione: quia dos nunquam intelligitur priuilegiata, nisi expressè dicatur; vnde cùm dos specialiter priuilegio tali non sit dotata, crederem etiam contra dotem locum habere, & ita voluit Alciat. *lib. Paradoxor. cap. 10.* Tiraquell. *in 1. libr. retract. §. 1. glos. 14. num. 91.* Contard. *egregiè in l. diffamari nu. 107.* Cagnol. *in l. 1. num. 16. de reg. iur.* Afflict. *in Constit. Host. de except. Host. propon. in fine*: Paris. Card. *Ampliss. in consil. 17. in fine, volum. 1.* licet non desint qui sub lege generali, & dispositione generica tradant non complecti, vt placuit Hippolyto de Mars. *sing. 442.* & Afflict. *in Constit. Baiulos omnes, in fine.* Sed quidquid sit, nos à decisione non recedimus huius Praesidis in iure peritissimi, in cuius pectore leges creatas, & conseruatas aliqui voluere, & pro ipsius opinione afferimus Ant. Gabr. Roman. optimè rem disputantem, *in lib. Conclusion. 6. in tit. de legib. & constit. conclus. 1. nu. 11.* vbi communem dicit opinionem, quòd sub generali dispositione dotis causa non continetur: quam opinionem latè disputat, & decisionem in facto adducit Vrsill. *in decis. 114. num. 7.* in causa Pini Salsani, cum Siomna, de Isapo, Actuario Ioseph Mancu-
3 sio. Sed nota, quòd † si debitor dilationem, & moratoriam recipit, bonis demum cedere non potest; ita
4 Praesidens hic, *dec. 251. ad num. 7.* † de materia concursus creditorum. Adde omninò tu diligentissimè lector, quod creditores in triplici specie constituuntur. Nam aut sunt creditores iura regalia habentes, ratione dominij, vel quasi; Secundo aut sunt creditores hypothecarij, iura realia pignorum tenentes, Vel vltimo loco personalia iura, vel obligationes habentes: ita Bald. *in l. pro debito, C. de bon. auth. iud. possid. & cons. 432. incip. Casus talis est, vol. 1. & cons. 400. incip. libris Thesaurariae, num. 8. volum. 5.* Stracha *in tract. de Mercator. in tit. de Decoct. & nouissimè* Ioan. Coppen. *in decisionibus Germaniae, quaest. 28. incip. Non vagando*, & de moratoria ex cessione bonorum, vbi latissimè materiam agit, & moratoriae hodiernis diebus locum non esse concludit, vigore cuiusdam Pragmaticae, licet nos contrarium tota die obseruari videamus. Ad num. 4. huius decisionis, adde quae supra dixi *in dec. 2. huius Praesidis, num 4. & sequent.* & ad eumdem numerum 4. ibi. Dominos de Sacro Consilio. Adde infra *dec. 179.* vbi de concurr. & cessione bonorum, vtrum locum habeat contra Neapolitanos, de qua re Rouitus, vt supra meus Dominus dixit, non modò Parthenopaeorum priuilegium esse, sed omnium, vt dixi, & de materia moratoriae, & cessionis bonorum, videndus est Vrsill. *dec. 378. & 379.* & Scrib. *in Pragmat. eiusdem tit.* An autem laicus cedens bonis, possit retinere fructus feudi, Vrsill. *in dec. 288. in fine*, sed in clerico vtente beneficio *cap. Odoardus, de solut.* quia bonis non cedit, quod possit retinere tot fructus beneficiorum, quot ad sustentandam vitam ei sufficiant, dicit decisum *in dec. 240. in fine.* de qua materia *capit. Odoardus.* aliàs dicemus; & ad hanc decis. est videndus Brunor. à Sole, *in suo Compend. in verbo, debitor est ille, & in verb. creditori inuito*, & Carpan. nouissimè *in consuet. Mediolan. cap. 163. nu. 13. in 1. p.* & Magon. *in Rota Florent. centesima, vt alios omittamus.*

ADDITIO D. RICII.

CReditor quantitatis, sed anterior an possit cogi à creditore maioris summae ad capienda bona debitoris insolutum pro iusto pretio, hoc dicit, Ad hanc decis. Addas. Viuium *dec. 34. nu. 1.* nostram collectaneam 76. relati per Thor. *in suo compend. dec. in verb. creditor posterior.*

OB-

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Creditores posteriores non possunt cogere anteriorem ad accipiendum bona insolutum vigore* Auth. hoc nisi C. de solut. *quando ei debitor renunciauit.*
2 *Refertur opinio asens, & Authoris sensus.*
3 *Erroris arguit* D. Præses per Salgadum *in eo quod firmat.* l. maiorem, ff. de pact. & l. fin. C. qui bon. ced. poss. *vti exorbitantes non extendendas.*

1 Continuatur materia *tex. in* d. Auth. *hoc nisi, C. de solut.* & proponitur quotidiana controuersia, vtrum creditor posterior possit astringere anteriorem ad accipiendum bona debitoris insolutum, si debitor beneficio d. Auth. renunciauit cum obligatione bonorum, & negatiuè decisum iunctis aulis testatur D. meus, ex eo quod renunciatio nocet secundo creditori ius habenti à debitore affectum hac qualitate, & concurrunt Rouit. *con.* 18. & 78. D. de Marin. *ad Reuert. obs.* 128. *nu.* 5. quidquid sit in moratoriæ iustitiæ.

Contrariam sententiam tenet Angel. *in l.* 1. *ff. de pri-*
2 *uil. credit.* Gratian. *discept.* 222. *n.* 9. vbi tenet standũ esse humaniori sentiẽ creditorũ, & vtiliori debitorum si res obligata non potest vẽdi absque damno posteriorum, ita Gallupo. *in prax. S. C. lib.* 5. *p.* 3. *nu.* 41. Thor. *in compend. p.* 3. *ver. adiudicatio* Salgad. *in labyrinth. credit. p.* 2. *c.* 2. *n.* 73. Conf. Rocch. *to.* 2. *respon.* 11. *nu.* 7. ratio est nam quando obligat debitor rem, semper censetur obligare illud plus, quod excedit post primam obligationem, vnde S. C. prouidet, quod creditor anterior, procuret venditionem alias procedetur ad adiudicationem, contra beneuerum stat de Marin. & vt meum expromam opinamentum, postrema sententia locum habet iudicio concursus creditorum, quod tunc anterior cogi possit accipere bona insolutum, & ita intelliguntur Gratian. Gallup. Thor. & Salgad, qui pleno calamo etiam probat quando effectus est non soluendo debitor, vel cessit bonis, & sumus in concursu creditorum necessit vel cessit bonis, & sumus in concursu creditorum necessario posse cogi anteriorem etiam creditorem censualem ad accipiendum bona insolutũ pro sortes & censibus, & prima opinio vera sit, vt non possit cogi anterior ad solam voluntatem, & vtilitatem vnius posterioris vt erat casus decisionis, vt obseruat, Salgad. *p.* 1. *c.* 2. *n.* 18.

3 Erroris arguitur D. meus in eo quòd ex Afflict. *dec.* 288. *numer.* 3. *firmat. ff. de pact. & l. fin. C. qui bon. ced. poss.* loquentes in terminis moratoriæ iustitiæ, vt vt possint creditores, in maiore summa cogere minorem ad concedendam dilationem quinquenalem debitori, vti exorbitantes vltra casus per eosdem titulos decisos non extendi, in quare Salgadus vbi supra *p.* 2 *c.* 2. *ex nu.* 73. contrarium tenet, vt inter creditores de iure maior pars attendatur præiudicet minori, prout etiam cauetur *in l. fin. & l. curatore, ff. de bon. aut. iudic. possid. l.* 1. *ff. de priuil. ceddit.* vbi in emptione bonorum in concursu præferuntur creditores habens maiorem partem crediti, & maior pars remittere potest partem debiti existente legitima causa, vt puta si debitor sit fugitiuus, vel cedere velit bonis, ita *Cons. Rocch. sup.* & ita practicatum testatur, & Salgadus, ait in casu præsentis decisionis non fuisse admissam postulationem creditoris habent's maiorem summa, vt prior creditor accipere bona debitoris insolutum, quia agebatur solum de damno posterioris, & non vtilitate communi, & proinde quatenus firmat Afflictus in tribus casibus maiorem partem creditorum cogere minorem, & non in alijs casibus, primo quando debitor decedit, & hæres non vult adire hæreditatem, quod tunc si maior pars vult remittere partem debiti, vt hæres adeat hæreditatem, cogitur minor pars ad remissionem partis debiti, vt defunctus habeat hæredem, & creditores habeant quem conuenire possint, vlterius quando debitor est fugitiuus, & vt reuertatur, maior pars vult remittere partem debiti, & demum quando vult debitor cedere bonis, & ne cedat vult maior pars etiam relaxare partem debit, vt in his casibus minor pars possit compelli ex *d. l. maiorem, & l. iurisgenitum, §. hodie, vbi glos.* attamen Salgadus, tenaciter tenet dicta iura non esse exorbitantia, sed extendenda ad casus similes, & propterea in iudicio concursus creditorum, & graduationis quoties non reperitur iustus emptor potest cogi anterior ad accipiendum bona debitoris insolutum, vt dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Tex. l.* 2. *§. mutui datio, si cer. pet. limitatur.*
2 *Hæres cum beneficio, propriè hæres est.*
3 *Hæres cum beneficio, tenetur habere ratum factum defuncti quatenus est in hæreditate.*
4 *Beneficium inuentarij ad quid prosit.*
5 *Conditiones obligationum, ex persona hæredis, non immutantur.*
6 *Iuramentum, respectu iurantis, est personale, quo vero ad obseruantiam hæredis est reale.*
7 *Hæres debitoris, nullo modo potest opponere exceptionem contra promissionem defuncti.*
8 *Doctrina tradita per doct. in l. fi. §. & si præfatam. C. de iure delib. quando procedat.*

DECISIO LXXXIII.

Hæres etiam cum beneficio leg. & inuentarij an possit venire contra renunciationem iuratam defuncti beneficio authentica Hoc nisi C. de soluiionib factam?

Dictum fuit in Decisionibus præced. tex. *in authen. hoc nisi C. de solutio.* non procedere, quando cum iuramento est renunciatum exceptioni de dandis bonis in solutum & maximè quando cum predicta renuntiatione concurrit alia renunciatio, scilicet omni ll. auxilio, dubitatum fuit, an hæc decisio procederet, quando mortuus fuit is, qui renunciauit relicto hærede, qui adiit hæreditatem cum beneficio inuentarij. Et dicebatur, esse claram decionem in fauorem dicti hæredis, fundatam *in l. fi. & si præfatam. C. de iure delib.* ibi, *vel in solutum dederit.* & licet tex. *in d. §. & si præfatam* hoc non probet, quia loquitur in casu, qui de facto sic euenit, quia fuit facta dotio insolutum, nec tex. aperit, si consentiente, vel dissentiente creditore, seu legatario, nihilominus negari non potest, quin Doct. omnes ibi teneant
1 † non reperto emptore, vel non iusto, posse creditorem cogi per hæredem cum beneficio inuentarij, recipere bona insolutum, quos iam cumulare decreueram, & eorum verba ponere: sed reperiri, quòd Franciscus Bursatus *in conf.* 9. *in* 3. *dubio*, copiosè refert omnes, & licet dicat, non reperiri istam limitationem *ad d. §. mutui datio*, nihilominus Ias. *ibi, in* 12. *limita.* sic expressè limitat illum text.

2 Sed pro parte creditorum dicebatur, † hæredem cum beneficio inuentarij, esse verè, & propriè hæredem cumulat omnes ne chartas impleam, Castan. *in con.* 21. *consuetudine, & in conf. seq.* Imo quòd quatenus est
3 in hæreditate, tenetur habere ratum † factum defun-

cti, nec illi potest contrauenire, Dec. *in l. debitori, C. de pact.* cumulat cæteros Arius Pinel. *in tit. de bo. mater. in l. 1. in 3. par. parum ante num. 82. vers. contra quem*
4 *tex.* vbi inuehit contra errorem multorum † qui putant, inuentarium ad plura prodesse, quàm herbam betonicam. non enim prodest ad aliud, quàm quòd non teneatur vltra vires hæreditarias, & signanter inuehit contra Gramm *in dec. 94.* quam pro certò credendum est, non fuisse decisionem Sacri Consilij, vel aliqua alia concurrere, cùm meo tempore tamquam Aduocatus, & Consiliarius, semper viderim iudicatum contrarium & contra Grammaticum expressè tenet Barbosa *in l. Lucius Titius. num. 20. ff. sol. matr.* vbi ponit seq. limitationes ad l. cum à matre, & ante eum Marzar. *de fideic. in 2. par. q. 46. fol. 35.* Si igitur hæres cum inuentario, est verè hæres, imò non potest contrauenire facto defuncti, quatenus est in hæreditate, etiam si de proprijs bonis hæredis dispofuerit, Ergo quemadmodum stante renunciatione defuncti beneficio de dandis bonis insolutum, defunctus non posset, ita nec debet
5 posse eius hæres. † non enim ex persona hæredis, conditiones obligationum immutantur, *l. 2. §. ex ijs. ff. de verbor. obligat.* vbi in specie Ange. dicit, *in gl. in vers. immutatur,* quòd conditio ex persona hæredis promissoris, non variatur hoc respectu, vt hæres possit soluere in alio, quàm possit defunctus, & est text. *in l. cui fundus. ff. de condit. & demon.* & iura prædicta ad hoc allegat Crottus *in repet. l. si constante. nu. 125. ver. limita tamen. ff. sol. mat.* & simului allegat Bald. *in l. fin. 1. col. in princ. C. de iure deliber.* Afflict. *decis. 89. vers. item quia.* Nec obstabit creditoribus, quòd hæres non iurauerit: quia vt dictum est *in decis.* 81. Cy. & Saly. & alij, tenent opinionem, simplicem renunciationem etiam simp. iuramento sufficere.
6 Item dicebatur, † quòd etsi iuramentum sit personale ex parte iurantis, nihilominus erit reale, quoad obseruantiam, ad quam hæres tenebitur *c. veritatis de iureiur.* Bart. *in l. qui superstitis, in fin. ff. de acq. hære.* plenè Alex. *cons. 7. in fo instrumento, col. 2. vers. sed fortius, vol. 6.* confirmabatur ex ijs, quæ aliàs dicta sunt, hæc bona esse affecta hoc onere, & hypotheca, quòd non possint dari insolutum, & sic, quemadmodum creditor posterior hoc non potest dicere contra primũ
7 ita nec hæres debitoris, † cùm plus iuris habere non possit, quàm ipse principalis habet et . . . ut enim hæres de hoc excepit, vt hæres, & non potest, quia promissioni, & obligationi defuncti contrauenitet, & non posset, saltem pro eo, quod est in hæreditate, aut vt quilibet & non admittetur tamquam interesse non habens, posset enim ei opponi sua non interesse, & . . . repelli Dec. *cons. 302. & pro tenui. 1. col. . . . er. hoc confirmatur, & ab initio,* vt dicit Ant. de Alex. *in l. ex conuentione. in 5. nota. C. de p . . . ct.* & Purp. *in ibi. col. fin in 3. reg.* allegat . concor. & dicit semper posse opponi & nouissimè consi . . . erabat vnus ex Dominis, dicitur esse expeditum, hæredem cum beneficio inuentarij, non debere esse nec in damno, nec in lucro, & maximè in perniciem creditorum, & quòd ex hac datione insolutum, resultabat totum contrarium, scilicet, vtilitas hæredi, cum beneficio inuentarij quia id quod superest facto appretio, ei remanebit, & fructus, commodum consequitur absque aliqua solutione pecuniæ, & creditor, qui debebat habere ius creditum in pecunia, cogetur recipere in corporibus ex quibus percipit multo minus fructuũ, quàm ex emptione introitumm facta, & quam faceret,
8 si eius pecunia restitueretur † vnde stantibus clausulis prædictis fuit dictum, decisiones Doctorum *in d. §. & si præfatam* non militare, sed militare possent, circumscriptis clausulis prædictis quo casu plenius esset prouisum hæredi, cum beneficio *l. per d. §. & præfatam,* sic intellectum, quam principali debitori, per *auth hoc nisi,* quæ in hoc, vt locum habeat multa requiruntur, quæ ibi Doctores enumerant. & fuit decisum in fauorem creditorum contra hæredem cum beneficio inuentarij, quæ decisio probatur, ex decis. Bellon. *in Addit. ad Ias. in d. §. & si præfatam lit. C.* vbi dicit dec. illius tex. procedere in legatarijs nõ autẽ in creditorib.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 4. Adde Capr. *in tract. de successio. fol. 24. numer. 34. & sequent.* D. Reg. Lanar. *consil. 70. nummer. 9.* Bursat. *consil. 9. numer. 31. volum. 1.* licet ad aliud propositum alleg. hic per hunc Dominum. & iterum *in consil. 101. num.* 10. & omninò vide Prosp. Petram, qui plura cumulat ad Capyc. *decis. 78. annot.* 7. Adde quòd Stephan. Grat. *in decis.* 141. *nu.* 14. dicit, quòd hæres cum beneficio legis, & inuentarii potest offerre de bonis testatoris, allegat Bursat. hic allegatum, & sequitur Crassus *lib. 2. de successio. §. inuentarium quæst.* 20. Sed videatur omninò Surd. *in decis. 30. & iterum decis. 318 in fin.* & D. Senator Thesaurus Iun. *in add. ad decis. sui Genitoris hic allegata,* & *in decis.* 158.

Num. 6. Adde Afflict. *in decis.* 381. Paris. *cons. 75. nu. 4. & sequent. vol. 3.* & Cottam *in ver. iuramentum est personale fol.* 363.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, an gaudeat beneficio Auth. Hoc nisi, & an, & quando, & in quibus censeatur vna persona cum defuncto.*
2 *Tertius subintrans quando admittatur ad causam, & an probet suum interesse.*

AD intell. d. l. 1. §. mutui datio. vide Perus. *decis. sua* 60. & 64. & quæ dico supra *decis.* 81. Thes. *decis.* 153. Surd. *in decis. Mant. 30. incip. iurauit, & 46. incip. Tenuit. & decis. 18. incip. Domina Isabella,* vbi de hærede cum benef. leg. & inuent. in casu huius Decisionis, an possit bona creditoribus in solutum dare, & decidit posse, quòd videtur contra mentem huius decisionis & secundum mentem Grammat. *in decis.* 93. hic reprobata, cum qua decis. Surd. videtur concordare Bellot. *ad Ias. in l. si. §. & si præfatã. in litera C. C. de iure lib.* concludens decisionem illius textus procedere in Legatariis non contra creditores, & vt dixi in decis. 81. Decis. in aula Consiliarii Gizzarelli in anno 1602. in bancha Romani, bis fuit decisum pro hærede contra creditores, pro Mutio Scagliono prius, & deinde in causa illorum de Philippo, vt videri potest; ideo his non debemus immorari, sed videndus est Barzius *in decis. Bonon.* 40. Ad intelligentiam huius decisionis, & eius materiam, Sur. etiam *in decis. 224. incip. inter filias n. 17. & in dec. 187. incip. Quidam nu.* 10. & an, & quando hæres censeatur
1 vna persona cum defuncto, & in quibus, Tiraq. latissimè *in trac. le mort saisit le vif.* & Ioseph. Ludouic. latissimè *in cõcl. 16 qui per paginas 16. materiam exornat.* Ad num. 7. & 8. de iuram. an liget hæredem, Gabr. *lib. concl. tit. de iur. lib. 2. concl. 6.* Mascard. *in lib. concl. in vers. hæres* Ozasch. *in decis.* 40. & 41. Ioseph. Ludou. *dec. 15. in prima par. & dixi infra dec. 118 infra,* Ceuallos, *lib. aliàs alleg. pract. q. quæst. 77. n. 3. nouissimè* Ad n. 4. de opinione Grammat. *cir. inuent. videndus est* Marzar. *in tract. de fideicomm. subit. in 2 par. q. 46.* Barbos. *in l. Lucius Titius. versic. vnde cauendum. ff. solut. matr.* qui contra Grammat. cum hoc Præside, & ponit regulam, & limitationes, *ad l. cum à matre C. de rei. vend.* de cuius materia latè diximus in decisione Regentis huius de Franchis prima, vbi materia. Ad nu. 5. in verbo Bald. *in l. fin.* adde Afflict. *in decis. 152. verbo.* Item quia, & vide infra *decis. Præsid. 153. nu. 16 & seq.* vbi quòd hæres pro quota, & non pro tota tenetur, si est hæres in quota parte hæreditatis, & non in tota, & Ioann. Bapt. Costa nouissimè *in tract. de Ratio. rata, in quæst. 1. & seq. ad fin.* huius decis. in verbo, posset enim

enim ei opponi sua non interesse, & sic repelli. Adde
4 † quando tertius admittatur subintrans ad causam, & quando impediat causam, & ipsius executionem. Boer. *decis.79.* Iosep. Ludou. *decis. Perus.26. incip. Aemilianus, & decis 39. incip.* Andr. Menoch. *lib. arbi. cas.18.* Personal. *in trac. de adipisc. possess. fo. mihi 280. num. 34.* Ozasc. *decis. Pedem.37. incip. obtenta.* Vrsill. *decis. 15.* Anna pater, & filius, *in Allegat.86. vol.2.* & Præsid. *infra decis.261.* vbi de intell. l. is, a quo, & *dec.492.* latissimè, & de clausula, omni legum auxilio, an tollat beneficium *l. de his, ff. de transact.* & alia beneficia latissimè, Vrsill. *in decis.285. num. 10. & seq.* & Bertazzol. *in tract. claus. in verbo omni legum auxilio*, vbi latissimè, & dixi supra in decis. 81. Et ad hanc decisionem non prætermittas amantissime lector omninò videre Surd. *in dec. Mant.* 28. Et quòd hæres, qui patitur venditionem bonorum defuncti ad instantiam creditorum, non obligetur proprio nomine de euictione, & tunc iustum pretium æstimabitur habito respectu, quòd emptor non habeat promissionem euictionis Burs. *con. 9. n.35.* & Surd. *in dec. n. 15.* quæ decisio est notabilis, & videnda ad hanc decisionem omninò, & vide Bognin. *in §. si præfatam*, quòd hæres simpliciter absque inuentario possit vendicare fideicommissum non obstante alienatione facta per grauatum, si adest prohibitio alienandi, ex quo alienatio fuit nulla, & contra mentem defuncti, Reg. à Pont. *consil.33. num.5.* sed de hoc consulendus est Peregr. *in tract. de fideicomm. ar. 33. n. 10.* qui latissimè loquitur, & Gramatico expressè contradicit, ipsius opinionem reijciendo, tamquam communi calculo reprobatam.

ADDITIO D. RICIL.

HÆres etiam cum beneficio legis, & inuentarij non potest venire contra renunciationem iuratam defuncti, beneficio *authentica, hoc nisi C. de solut.* factam hoc dicit: huic decisioni non additur, nam de ea fuit facta mentio, *in decis.81.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij non posse cogere creditores pecuniarios ad accipiendum bona in solutum, si defunctus renunciauit* Auth. nisi, C. de solut. *deciditur, & recensentur decisiones conformes, quæ conuelluntur n.2.*

3 *Quid si defunctus prohibuerit ne hæres vtatur beneficio inuentarij saltem ad finem offerendi bona creditori alicui in pecunia, & contra* Gizzarellum, *& alios stant* Rot. Rom. *& nouiter,* & Andreola, *n.4.*

5 *Extenditur conclusio ad fauorem hæredis.*

1 COniungitur alia controuersia in eadem materia *Auth. hoc nisi, C. de solut.* an hæres cum beneficio legis, & inuentarij possit astringere creditores pecuniarios ad accipiendum bona in solutum, quando renunciauit defunctus *d. Auth.* si non reperiatur iustus emptor, & pecunia desit in hæreditate, & negatiuè resoluit *D. meus*, nam hæres cum inuentario non debet esse in lucro eius quod superest facta adiudicatione creditoribus, ita *Surd. in dec.30. Nouar. in tract. de dat. insolut. sect.3. q.1. n.4.* & decisum iunctis aulis refert *R. Rouit. con.18. & 78. lib 2. & indicatum pariter in S. C. refert R. Marcian. disp.81.*

Contrariam opinionem expressè contra D. meum
2 strenuè defendit Gizzarell. *dec.7. per tot.* vbi determinatum testatur: comprobant R. Sanfel. *dec.111. & 268.* Cons. Pratus *lib. 1. discept.14. à num. 10.* huc adsit, siue non renunciatio d. Auth. & existente renunciatione probat Fontanell. *de pact. nupt. claus.6. glos.3. par.3. nu. 39.* Thor. *in supplem. ver. creditores, an cogi possint* Rot. Rom. *in decis. 150.* in editis in calce tractatus Cenc. *de censib. n. 4.* vbi nuncupatim reprobatur Rouitus, & ego pro hærede sentio ex *l.2. §. & post præfatam, C. de iur. delib. vbi* Ias. *col.1. vers. quarta vtilitas*, qui dicit quòd non audiuntur creditores dicentes, vendas tu, quia replicabit hæres, nolo huc facere ratione euictionis, & ita docent Bal. *in d. §. & si post præfatam col.2.* Carocc. *de oblat. q.45. n.1. & 2.* quamobrem potest hæres abijcere à se curam vendendi bona, & exigendi credita, vt iudicatum iunctis aulis refert. Amed. hic, & docet Pratus *n. 16.* Duran. *decis.1. nu.32 &* reiecto Surdo probat Cyriac *controu.393. n.42.* inuincibilis ratio est, quia in Inuentario consistit beneficium offerendi bona diuersum à beneficio d. Auth. dum illud non competit hæredi ex persona defuncti, sed ex persona propria ex dispositione legis fauore ipsius hæredis. ita Hodiern. *vbi sup. & decis.318.* vbi attestatur Iudicatum.

Ardentior contentio est, quando inhibuit defunctus
3 hæredi ne vtatur beneficio inuentarij ad effectum offerendi bona in solutum, & in hac re acriter disceptant DD. an sit attendenda dispositio testatoris contraria beneficijs inuentarij, cùm illa sint introducta ad publicam vtilitatem, & negatiuam firmat opinionem Gizzarell. *nu. 59.* vt hæres nec expressè, nec tacitè possit priuari cõmodo inuentarij adeo, vt vtendo non dicatur dispositioni testatoris contrauenire plene Fanucc. *de inuentar. p.2 n.69.* Bal. *in l 1. C. arbitr. tut.* Guman. *in l. si pecunia, ff. de leg. 2.* Gratian. *discept. 116. numer. 18.* Monticul *in tract. de inuent num.114.* Fab. *C. de iur. deliber. def.43.* Hodiern. *vbi sup. dec.30.* Altograd. *con. 84 n.27 lib.1.*

Extremam aliam opinionem, vt possit defunctus inhibere hæredi beneficium inuentarij tenet septem motus fundamentis Crau. *consil. 194. & 975.* Castill. *lib.2. controu. 24* Nouar. *de dat. insolut. vbi sup. & in decis. 53. in fine tract.* Couar. *de testam. c.1. num. 11.* Franc. Mar. *dec.845. p.1.* Surd. *in dec.30. n.19. & 22.* Rol. *in tract. de inuent q.218. n.3.* Grass. *in eod tr. q. 248.* Vasq. *de success. creat. p.3. §. decimo*, Franc. Salern. *cons.48. n. 21.* Rota coram Caualer. *decis.471* Cancer. *p.3. var. c. 2. de inuent. nu.235.* Andreol. *controu.427.* vbi neruosè hanc tutatur sententiam, & contrarij occurrit rationes, sunt, nam voluntas testatoris est seruanda, vt lex, *§. disponat. Auth de nupt.* & æquipatatur statutariæ dispositioni Dec. *con. 227.* sed beneficium inuentarij potest tollere statutum *glos. & DD. in d. l fin. §. in computatione*, & ibi Ias. præterea testator potest disponere de rebus hæredis vti de proprijs *l. vnum ex familia, §. si rem ff. de leg. 2.* Fusar. *de fideicom. q 648. n. 4.* & plures sunt casus in quibus potest testator facere quin leges locum habeant quos colligunt Andreol. & Gallerat. *de renunc. lib. 3. c.10.* & magis stringit ratio adducta per Surd. quando non simpliciter defunctus prohibuit inuentarium, sed solum ad hunc effectum offerendi bona, dum non tollit in totum, sed in parte inuentarij beneficium, quod fieri posse demonstrat, & mihi arridet, quando licet non sit pecunia in hæreditate attamen hæreditas est opulenta, & est soluendo omnibus, & possit dici res tanti valet quanti vendi potest, & considerandum sit non solum infimum pretium, sed etiam quod hæres nolit teneri de euictione, quod minuit pretium.

Admissa prima opinione posset hæres offerre bona etiamsi creditum esset ex causa dotis, Angel. *in l. 1. §. hac stipulatio col. 6. ff. si cui plusquam per l. Falcid.* Rol. *de inuent. par.4. vers. alia, & nona*, Carocc. *num. 3* Altograd *vbi sup. dict. num.27. 28.* & extenditur, vt hæres

possit assignare nomina debitorum, & non teneatur ea exigere, vt probat *tex. in d. l. fin. in vers. ex ipsis rebus* Caroc. *nu.* 5. & ego vsus fui in facti contingentia cautela abjciendi curam creditoribus ne fallimentum debitorum hæreditatis imputaretur incuriæ hæredis.

SVMMARIVM.

1 *L. iubemus, & auth. sine à me. C. ad Vellia. an corrigatur per consuetud. similiter.*
2 *Renunciatio iuri hypotheca quid operetur.*
3 *Quid quando interuenit iuramentum.*
4 *Iuramentum renunciatione Velleiani, operatur.*

DECISIO LXXXIV.

Mulier quæ cessit, & renunciauit iuri hypotecarum cum iuramento in venditione facta per virum non iuuatur Velleiano.

1 AFflict. *in decis.* 322. dicit, † fuisse decisum in
Sacro Consilio, quòd tex. *in l. iubemus &*
in auth. sine à me, C. ad Velleiani non corrigantur per consuetudinem Neapolita-
nam, *incipientem, si mulier quæ*, vt Neapod. ibi dicit,
in vers. hypothecariam loquitur in simplici cessione
2 iurium, non autem in renunciatione iuri hypothecæ, †
quæ renunciatio, licet operetur respectu eiusdem rei,
quando non sunt alia bona, nihilominus, quando re-
nunciatio est facta cum iuramento, etiam quòd non
sint alia bona, operabitur adeò, vt nec in subsidium su-
per eis agi poterit, ita Afflict. *ubi supra*, & post eum ita
etiam tenet Boer. *decis.* 23. *& quoad primum. col.* 4 *n.*
9. *vers. sed benè, in prima par.* Ruin. *in cons.* 41. *ponderatis verbis, col.* 1. *ver. sed præmissis. vol.* 5. imo idē Nea-
pod. ibid. *in ver. actionem, in fi. in materia eiusdem con-*
3 *suetudinis*, dicit iuramentum † operari in renuncia-
tione Velleiani, & hanc esse veritatem. Et cùm hic ca-
sus accidisset in causa Hieronymæ Tolosæ, quæ cesse-
rat, & renunciauerat cum iuramento in venditione fa-
cta per virum vnus ex dominis magnopere dubitabat;
nihilominus, viso simili casu, aliàs deciso in causa Ca-
4 millæ Pappacodæ, quæ cesserat, & † renunciauerat
cum iuramento, & vendiderat cum viro, & pretium
penes virum peruenerat, & in subsidium agebat super
bonis venditis, & quòd conuenti fuerunt absoluti, Sa-
crum Consilium iudicauit in fauorem possessoris, de
mense Februario 1576. & de hac decisione meminit
Barbos. *in l.* 1. *in* 5. *par. n.* 60. *ff. solut. mat.* Actuario Ca-
pua, & in causa Camillæ est Actuarius Longus.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Vrsill. *in decis.* Afflict. *hic alleg. n.* 3. Doctissimum Roland. qui ita consuluit *cons.* 70. *per totum vol.* 2. & Martam *in voto* 181.

Videantur Thes. *decis.* 223. *n.* 12. 13. & hic Dominus 477. 478.

Verùm decis. ista videtur habere locum, & procedere in Ciuitate Neap. & non extra secundum Vrsill. *in decis.* Affl. ô. 209. *ad fin.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo locum habet in cessione iurium, non autem in renunciatione cum iuramento iuris hypotheca.*
2 *Iuri hyppothecæ, & Velleiano an renunciari possit, & quæ requirantur, & an requiratur certioratio.*
3 *Senatusconsulto Velleiano an renunciari possit.*
4 *Et an cum iuramento, & an, & quando contractus mulieris valeat.*
5 *Quid quando fideiubet, vendit, promittit pro dote, vel pro debitis mariti defuncti.*
6 *Vxor pro viro, & vir pro vxore regulariter non tenentur, & num.* 7. 8. 9. 10. 11. 12. *&* 13.

LEctor acutissime, ista decisio est intelligēda debito modo. Nam si intelligeretur, quando renunciatio facta esset, post pragmaticam Velleiani, in anno 1543. certè esset error correctione dignus, quod in hoc authore non est dicendum, & ideò ipse in decis. 478. seipsum declarat, ideò intelligas tu, ne erres, meo iuaicio, sub cuiuslibet melius sentientis correctione, istam decisionem ante tempus Pragmaticæ ex facto processisse, & tunc ista renunciatio mulieri obstaret, & est communis opinio, vt per Negus. *in tract. pigno. par.* 2. *sem.* 4. *num.* 85. qui concludit mulierem, nec in subsidium, admittendam ad bona, quibus renunciauit, vel mediante iuramento cessit; quem secutus est Campeg. *de dot. in tit. de pact. dotal. quæst.* 13. & latissimè Rolan. à Vall. *in cons. suo* 70. *nu.* 20. *& seq. volum.* 2. sed verùm est quòd si ipsa mulier habilitationem à iuramento obtineret, vel peteret, tamquam enormissimè læsa, quod deberet admitti, & iudex laicus cogere emptorem ad relaxationem iuramenti, vt dicunt Modern. *in nostra consuetud. Neapolis sub tit. de consensu mulieris*, & dicit decisum per Sacrum Consilium Vrsillum. *in decis.* 311. *post Saler. in d. consu.* 1. & quòd mulier in subsidium debeat admitti, pro Portia Coma *est decisio in process. fol.* 646. *penes Iubenum Actuarium Sacri Consilij referente Consiliario Constantio Regentis Fuluij genitore dignissimo*, & quòd mulier non obstante renunciatione admittatur ad res venditas, renunciatas, ne remaneat indotata contra suam mentem, dicit fuisse decisum Anton. Thesaur. *in decis. Pedemon.* 223. *incip. Vxor. pro marito*, & latè loquitur etiam in decisione præcedenti tàm *de Auth. si qua mulier*, quàm de toto Velleiano Senatusconsulto, & nouissimè Ceuallos, an mulier ex iuramento, vel certio ratione perdat beneficium iuris *in lib. pract. quæst. comm. contra commun. quæst.* 515 *incip. mulier.* qui plures allegat. Et ad hanc decisionem omninò addas Franc. Mar. *in decisione Delphinali* 507. & Præsidentem *infr. dec.* 323. *n.* 4. vbi quòd quando mulier hæres cum beneficio legis, & inuentarij pro-
prio nomine promittit, quòd hoc non obstante Vel-
leiano iuuatur. Sed contrarium dicit Neapod. *in con-*
suet. si mulier. in verbo, qualitercumque vers. sed an
habeat, & vide Menoch. *ad hanc decis. in lib.* 2. *arbitr.*
casu 234. Præsident. *in dec.* 477. Et ad hanc decisionem,
1 vbi quòd † consuetudo locum habet in cessione iu-
rium, non autem in renunciatione cum iuramento iu-
ris hypothecæ. Adde quæ scrib. in decis. Afflict. 311.
2 313. & 336. vbi an † renunciari possit Velleiano,
iuri hypothecæ, & quæ requirantur, & an requiratur
certioratio, & vide Lup. *in c. per vestras, de don. int. vir.*
& vx. Mod. *in const. mulier dotalium, n.* 67 & quæ ego
dixi ad dict. *Auth.* & an, & quando mulier consentiens
alienationib. rerum mariti, vel dotalium, sibi præiudicet
omnino videndus est Ceuallos *in q.* 3. *incip. apud anti-*
3 *quos. in d. lib. pract. qq.* An † autem Velleiano Senatus-
4 consulto, renunciari possit cum † iuramento vel sine,
5 & an, & quando contractus mulieris valeat, & † quid
quando fideiubet, vendit, pro dote promittit, vel pro de-
bitis mariti defuncti, & in alijs casibus notādis pro ex-
carcerando viro, vel pro redimendo ab hostibus, vel è
manu latronum, vel à carcere, Tolos. *dec.* 37. Gram. *de-*
cis. 79. Præsid. hic, *in dec.* 182. 237. *&* 279. & in casu do-
tis pro marito, Sur. in terminis *in dec.* 164. *incip. cum pa-*
tre, & an certioratio, & iuramentum ipsam excludant,
& quòd tenetur se obligare tamquam tutrix filiorum.
Thesaur. *decis.* 222. & quòd iuramentum excludat mu-
lierem iuxta hanc decisionem Præsidentis Regentis
huius de Franchis, ita concludunt, & hanc decisionem
alle-

allegant Barb. *in l.1.nu.63.ff. solut.matr.* & nouissimè Doct. Pelicius huius Regni nostri nouissimè, ac doctè *in consuetud. Auersa.c.9.num.159.* qui latissimè. Et de
6 Regula, tit. † ne vxor pro marito, nec è contra, adde quòd illa Regula limitatur non procedere in aliquibus
7 casibus. Primò, † si exstat statutum receptum, quòd
8 vnus pro alio teneatur. Secundò † in coniugibus, &
9 soc. js vnius artis, vel mercaturæ. Tertiò † si vxor viginti quinque annorum soluit pro marito, quia solutio
10 non retractatur. Quartò † si per creditorem adhibetur cautela, quòd creditor contrahat cum vxore tamquam principali, & cum viro tamquam fideiussore;
11 Quintò † in casu *legis satis notum est. C. in quibus caus.*
12 *pign. vel hypot. tacit. contrahatur.* Sextò, † & nunc vltimò, si mulier nubit secundo loco non redditis rationibus administratæ tutelæ filijs primi matrimonij, per tex. *in l. si mater, ad quem dixi. C. eod. tit.* Ita And. Gail. *lib. obseru. 2. obseru. 90.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 10. & 11.* Hertiman. *in lib. 2. tit. de credit. c. 19.* & Doct. latissimè *in prag. Senatuscõs. Velleia.* Scaglionus, & Trobisius *à fo. 41. vsque ad 46.* & Doct. Rouit. nouissimè, *fol. 55. in conuent. prag. & de promissione*
13 *pro dote*, & an † mulier minor possit se pro dote obligare non obstante statuto generaliter loquente, & an possit alimenta promittere, maximè si statutum prohibet contractus minores; & quid quando dotem promittit pro seipsa dotanda mulier, an obligetur. Surd. *in decis. Mant. 287. num. 1. & seq.* vbi latè disputat, & decidit, & doctissimè loquitur, & Gratia. *in dec. Marchie 45. 95. 102. 118. 194. 219. & 238.* latissimè loquitur, & nota vnum, quòd si mulier constante matrimonio alienat bona mariti pro sua dote, tenetur ipsa de euictione emptoribus, & non maritus, vel filij, quia nulliter alienauit. ita Borgnin. *in decis. sua 21. num. 32. & 33. in p. 4.* Immò vxor, quæ retinet bona mariti contra prohibitionem legis, & statuti, tenetur ea restituere virtute Monitorialium, & fulminationis excommunicationis intra tempus statutum, aliter incidit in excommunicationem fulminatam, *num. 77. decis. 21. in p. 3.* ipse Borgnin. sed bona sibi legata, vel donata potest retinere cũ bona conscientia, *num 75. ead. decis.* & si vxor, & maritus vendunt bona mariti, totum pretium præsumitur deuenisse ad maritum, & nihil ad vxorem, nisi aliud appareat ita Borgnin. *in decis. 33. n. 7. p. 1. & in repert. decis. in vers. maritus, & vxor.* Quòd autem mulier vidua Hebræa, teneatur seruare dotẽ filiabus factis Christianis, & ipsam non alienare in præiudicium ipsarum, latissimè Borgn. *in decis. 21. de contract. p. 2.* vbi etiam, quòd Iudæa effecta Christiana, repetit dotem ab infideli; Quòd autem vxor possit societatem mercaturæ, & artis coire cum eius viro, Borgn. *in decis. 11. nu. 5. p. 2.* Quòd autem mulier non possit dotem restitutam sibi constante matrimonio alienare, & quòd teneatur cauere de non alienando eam matrimonio constante, & quòd teneatur alere filios, & maritũ, & quomodo dos constante matrimonio restituatur, Borgn. *in decis. 21. n. 11. 12. 25. 28. 31. & 40. in decisionibus Finiza.* Ad alia pergamus, & sic ad *decis. 85.* quę hoc modo summatur.

ADDITIO D. RICII.

MVlier, quæ renunciauit iuri hypothecarum, cum iuramento in venditione facta per virum non iuuatur Velleiano.

Ad ornatum huius decisionis posset etiam dubitari, an mulier, quæ habet bona sui viri obligata pro dote, & antefato, si consentiat alienationi factæ per virum renunciando iuri hypothecę cum iuramento, rei alienatæ per virum, & cùm sint alia bona, super quibus possit satisfieri, & recuperare dotem, possit super tali re agere hypothecaria, non obstantibus prædictis fuit decisum contra vxorem, vt per Afflict. *decis. 311. num. 3. & 4.* licet contrarium fuisse aliàs decisum refert Frecc. *in consuet. si qua mulier. incip. per istam consuet.* & an mulier consentiens alienationi rei viri, sibi obligatæ renunciando iuri hypothecæ cum iuramento possit, non obstantibus prædictis pro eius dote, & antefato recurrere ad bona alienata contra tertium possessorem, negatiuè existentibus alijs bonis, quibus cessantibus, non prohibetur super eadem recurrere Vrsill. *in d. dec. Afflict. nu. 3.* & quid si ad vxorem perueniat pecunia rei venditæ, cuius hypothecæ renunciauit, nec interuenit iuramentum, nec sunt alia bona, vide ibidem, & quid si tempore renunciationis erant alia bona, vide eumdem Afflict. *decis. 313.* & quid si maritus dederit alia bona mulieri in excambium; adda eumdem Afflict. *decis. 336.* Modern. *in const. Regni mulier contra dotarium n. 67.* & latissimè Lup. *in rubr. de donat. inter vir. & vx. fo. 24. & 25.* Boer. *decis. 23.* Bar. *in l. 1. §. Maniaff. sol. mat.* & an per lapsum decem annorum præsumatur, quòd talis ratificatio interuenerit, & quid de lapsu triginta annorum vide Rip. *in l. 1. num. 104 ff. sol. matr.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Mulierem, quæ renunciauit hypotheca dotali cum iuramento ad fauorem contrahentis cum viro, non posse redire ad eadem bona etiam si desint alia decidiitur.*

2 *Dirutam ex pragmatica Velleiani præexistente censent decisionem* Vrsillus, Amendola R. de Marin. *& alij n. 2. sed* P. de Afflicto *validè constabilit. n. 3. & 4. & carpit aliam* D. Præsidis 479. *n. 5.*

6 *Opinamentum Authoris, & quando possit redire mulier, esto adsit assensus Regius.*

1 COllabentem suadent insignes pragmatici decisionem annexæ controuersiæ, an mulier habens bona viri obligata pro dote, si expressè renunciauit hypothecę cum iuramento ad fauorem contrahentis cum viro, si desint alia bona mariti possit redire ad eadem bona, & negatiuè determinatũ testatur D. meus *ex l. quamuis ff. ad Velleian. l. iubemus, C. eod.* Afflict. *dec. 311.* & comprobant Thesaur. *dec. 222.* Barbos. *in l. 1. p. 1. n. 60. ff. sol. matr.* Cancer. *var. lib. 3. tit. de renunciat. n. 99.* & hoc fauore dotis Alex. in Auth. siue à me, C. ad Velleian. alits si non esset renunciatum hypothecæ dotali adhuc si sine iuramento nec daretur regressus in subsidium per *tex. in dict.* Auth. siue à me Paul. *in d. l. iubemus.*

Securè procedit decisio attento iure communi, quo
2 inspecto iuramentum confirmat etiam intercessionem mulieris ex Thesauro, & alijs mox supracitatis: difficultas oritur ex *pragmat. 1.* ad Velleian. quæ fuit edita anno 1543. satis ante hanc decisionem, & fere annos triginta, vt obseruat P. Caiet. de Afflicto *controu. 4. n. 2.* cuius pragmaticæ vigore annullantur intercessiones etiam iuratæ mulierum, & in hac re, Vrsill. ad Afflict. *in dec. 311. n. 2.* dubitat de validitate renunciationis, & inualidam censent Amendol. *hic in addit.* R. de Marin. ad Reuerter. *obs. 143. num. 4.* ex quo pragmatica Velleiani locum habeat in quocumque contractu ad beneficium alterius, vt practicari tradunt Consil. Marcian. *con 12 n. 9* P. Merlin. *controu. 27. n. 21. centur. 1.* Conf. Rocch. *to. 2. respon. 53. n. 20.* vbi nuncupatim sequitur Amendolam, & quòd renunciatio hypothecæ facta per mulierem sit intercessio ipse adduco *tex in l. vir vxori, §. 1. ff.* ad Velleian. vbi cũ quæreretur

vtrum mulier quæ consentit rem sibi obligatam alteri hypothecari, Velleiani iuuari debeat distinguit I.C. inter creditorem scientem, & ignorantem, vt primo casu prosit Velleianum, *secus si ignorauit*:

Nouiter *doctissimus P. de Afflict. contron. c. 5. per tot.* infracto animo dimicat pro validitate decisionis, ita arguens, vbi Senatusconsultum Velleianum non loquitur, neque pragmaticæ dispositio extenditur, ex verbis eiusdem pragm. ibi, *iudicamus de catero d. Senatusconsultum, & alia continentia prædictas obligationes contra dict. S.C.* & aduertunt Trois. *ibi num. 6.* Scaglion. *ibidem* de Ponte *con. 40. num. 1. lib. 2.* Rouit. *con. 13. n. 2.* qui tradunt, quòd pragmatica limitatur in casibus in quibus de iure communi Velleianum cessat, dum per hanc nihil est immutatum, nisi illud, vt intercessio nequeat validari iuramento, sed renunciatio dictæ hypothecæ non est intercessio, vt Bal. *in d. l. iubemus in 3. opposit.* Paul. de Castr. *n. 2.* Medic. *con. 29. n. 1.* Gratian. *discept. 192.* Minad. *con. 29. num. 22.* & mulier renunciando hypothecæ nullam obligationem incurrit Bart. *in l. fin. C. de pact.* consequenter pragmatica non obstante vigere debet hæc decisio; quamobrem Rouit. *in princ. de pragm. 4.* dubitat de propositione Vrsilli; hæc P. de Afflict. *addo* D. Hodier. *contr. 21. n. 17.*

Nec turbat ex aduerso *text. in d. l. vir vxori*, nam Fulgos. *in d. l. iubemus* respondet procedere quandò
4 mulier consentit, vt res sibi hypothecata, alterius hypothecæ vinculo subijciatur, vt eo casu sit intercessio, secus si mulier suæ hypothecæ renunciet *d. l. quamuis, §. interdum*, sed rectius Barbos. *in l. 1. sol. matr. p. 5. ex num. 61.* dicit in *d. l. vir. vxori §. 1.* fuisse hypothecatam rem vxori ex duplici causa, & vbi mulierem consensisse, secus si mulier sit ex vna causa creditrix, nam procedit *tex. in dict. l. iubemus* Larrea *dec. 20. n. 25.* Acosta *de priuil. credit. regul. 2. ampl. 6. num. 264.* & huiusmodi renunciatio non est intercessio pro alio, sed mera liberalitas pro qua non competit Velleianum *l. etiam, C. ad S.C. Vell.* ibi etiam constante matrimonio ius hypothecæ, seu pignorum marito remitti posse explorati iuris est Barbos. *num. 66.* Rodriquez *de concurs. credit. p. 1. ar. 1. num. 31. Acosta num. 265.*

Extenditur, vt procedat decisio in cessione, seu re-
5 nunciatione nedum extinctiua, sed etiam translatiua, ita ex Rouit. *cons. 13. lib. 2. nu. 24.* idem *P. Afflict. n. 40.* vbi carpit D. meum tamquam perfunctoriè loquutum in *dec. 478.* in fine qui scripsit, quòd etiam in cessione, & renunciatione translatiua procedit text. *in d. l. iubemus*, & quòd quando vir non esset soluendo, renunciatione non obstante mulier sua hypotheca potiretur, subdens, *nisi iure communi inspecto obstaret mulieri exceptio iurisiurandi, & renunciatio Velleiani, cum hæ renunciationes ex communi opinione cum iuramento auferant beneficium Velleian. licet secus in Regno per R. pragmaticam*; totum fundamentum tanti Authoris, & in *d. cap. 5. contron.* quia cessat Velleianum in donatione *d. l. quamuis §. interdum, l. 4. & 5. ff. ad Vell. & l. fin. §. item mulier, ff. eod.* aut renunciatio non sit intercessio, & vtroque casu Velleianum sileat.

Mecum diu volutaui, quam sententiam in hoc illu-
6 strium iurisperitorum dissidio amplexari deberem, & quo pacto contrarietatem huius decisionis cum alia 478. dirimerem, authoritate, & doctrina P. de Afflictos & suarum rationum quasi euidentia pressus, existimaueram illi me dare manus dum ipsius assumptum ab omnibus sit de iure communi receptum, vxorem haud posse venire contra renunciationem iuratam etiam si nihil aliud habuisset vir quando renunciauit hypothecæ dotali ad fauorem contrahentis cum viro, vt per *glos. in c. peruenit de empt. & vend.* Afflict. & Castill. Gutier. & alios firmat Rodriq. *de concurs. credit. 1. p. tit. de priuil. dot. n. 33.* Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 1. q. 18. n. 57. & seq.* & immutatum hoc non esse per pragmaticam sentiunt Rouit. *vbi sup. &* Consil. Staib. *centur. 2. resol. 189. n. 55. & 56.* quòd dicta renunciatio non sit intercessio, sed mera liberatio, & extinctio hypothecæ ex Gratian. & alijs allegatis, nihilominus iuxta pauculum ingenium meum censeo renunciationem infirmari per dictam pragmaticam in Regno nostro, innixus in eo, quòd cùm renunciat mulier suæ hypothecæ pro creditore mariti, & desunt bona viri, ex quibus satisfieri possit, tunc intelligatur donare suam dotem, & rem hypothecatam, ex qua poterat sibi solui ita Bal. *in d. l. iubemus*, & Afflict. *decis. 311. num. 3.* nam qui habet actionem ad rem habere videtur ipsam rem *l. qui actionem, ff. de reg. iur.* & quamuis in donatione cesset Velleianum, attamen huiuscemodi renunciatio non est mera donatio, quia dominium rei cuius hypotheca remittitur non transit in creditorem viri, sed tantùm hypothecatur, & obligatio censetur fieri ab ipsa muliere; quamobrem est virtualis implicita, & æquipollens intercessio; dum eadem mulier reddit cautum creditorem obligando rem quasi propriam, super qua habebat actionem, & necessariò militat Velleianum iuxta opinionem Vrsilli, & R. de Marin. & aliorum, aliter, esset, quando renunciaret hypothecæ huius rei, & adessent alia bona sufficientia pro satisfactione mulieris; nam tunc esset liberatio, & non intercessio ea renunciatio, vt docet Afflictus *dicto num. 3.* eo propensius in specie dotis, cuius deterior conditio fieri nequit *arg. l. de die, ff. de pact. dotal.* Boer. *dec. 23.* Barbos. *nu. 67.* nec dos potest alienari sine assensu.

Certiùs procedit opinio ad fauorem vxoris, si vltra dimidiam dotis remaneret ex renunciatione læsa, tunc enim rescinditur renunciatio propter læsionem, & metum reuerentialem viri iuramento non obstante, vt post alios Rodriq. *vbi supra*, & decisum refert Cancer. *p. 3. cap. 15 de renunc. num. 110.* Boer. *decis. 332.* & confirmat Merlin. *vbi supra num. 68. & 69.* vbi ita iudicatum tradit in Rota Rom. de anno 1645. & comprobat D. Hodiern. *contron 21. num. 23.* & si dos exigua sit, & insufficiens ad alimenta, etiam renunciationem esse rescindendam, Cyriac. *contron. 216.* & si dissidet Merlin. *vbi supra*, addo præterea nec assensum regium impedire, quin rescindi valeat renunciatio, ex qua læderetur vxor vltra dimidiam dotis, aut remaneret indotata, vt decisum in S.C. die 19. Aprilis 1616. pro vidua Antonia Galla, quę intercessit cum Regia dispensatione pro excarceratione filij contra Io: Leonardum Battimelli creditorem, vt in Banca Satr. & si prius condemnata fuisset per M.C.V. & de hac decisione fit mentio in allegatione impressa penes *tract. D. Rota de priuil. mulier. special. 4. c. 3. n. 30.* & ita in contingentia facti defendebat mulierem quãdam perdoctus D. Thomas Pisa frater per Illustris D. Octauij Pisæ Canon. Archiep. Ecclesiæ Neap. & ibidem Theolog. moralis Lectoris, & Sa. Scrip. expositoris, probitate vitę, & peritia cõspicuis & licet *D. Hodiern.* adhùc prò *D. meo* militet expressè tradens ad Velleianum locum non habere in remissione hypotecæ ex *Fulgos. ex Paul. in d. l. videmus C. ad Velleianum*, attamen ipse salua reuerentià tanto viro debita in mea opinione persisto quando maritus non habet alia bona, vnde alias mulier possit esse tuta; quid quid aliàs foret si adessent bona; nam posito eo casu D. D. tradunt remissionem pignoris non esse donationem neque intercessionem vt Paul. de Castr. *In auth. siue à me in princ. C. ad Velleianum, & alij*; quos congerit Gallerat. *de renunc. cont. 1. renunc 65. num. 4.* Sed in primo casu remissionem pignoris tradunt esse donationem cum intercessione, & proinde non operari. Angelus, & Paul. de Castr. *in d. l. iubemus* Galler. *num. 5. q. vn. n. 7.* licet contrarium firmet, quando mulier hypothecę renunciat cũ iuramento, vt renunciatio nec præiudicet tamen si non superessent alia bona in confirmatione huius decis. reiecta *gl. in auth. si qua mulier C. ad* Trebell. Eam bene cuetum rationem adducit, quia iuramentum facit, vt valeat donatio inter virum, & vxorem, atque vt mulier intercedere possit quòd Gallerat. assumptum verum est attento iure communi, non autem iure Regni *per prag. 1. ad Vell.* & propterea, vbi mulier remittendo hypotecam contentit quòd bona

pro

pro dote obligata alteri obligentur intercedere dicitur Bar. *in auth si qua mulier numer. 1. C. ad Vell.* Salyc. *in dict. l. iubemus oppos. 3. & 4.* & ibi Angel. *l. ver vxori §. vt ibi* Paul. de Castr. *ff. ad vell.* Galletat. *num.* 13. Et certum est quòd non valet vti intercessio; neq; etiam vti donatio præsumpta, & non vera quę nō confirmetur iuramento. Clar. *§. donatio q. 5. n. 4. vers. hac tamen conclusio*, præsertim donatio dotis facta constante matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus, ad omnes transit hæredes, insolidum.*
2 *Vltima possessio præualet, in materia iuris patronatus.*
3 *Primogeniti dignior est qualitas.*
4 *In processionibus digniores præferendi sunt.*

DECISIO LXXXV.

Honor concessus alicui pro se, & hæredibus an, & quando cuilibet hæredum competat?

MOnasterium Montis Oliueti huius fidelissimę Ciuitatis fuit fundatum per Dominum Gurrellum Orilia, Protonotarium huius regni, in anno 1411. & in recognitionem iurispatronatus instrumenti fundationis prædictę promisit monasterium prędictum dare dicto Domino Gurrello, & eius hæredibus, & successoribus, candelam vnam libræ vnius, in die Purificationis B. Mariæ Virginis, virtute cuius instrumenti vidimus quondam Io. Andræam Oriliam, vltimo loco defunctum sedere in Choro, immediate post Abbatem Monasterij prædicti, & cum eo ad latus sinistrum cum candela prædicta accensa, accedere in processione in die prædicta. Mortuo dicto Io. And. successerunt ei Gurrellus Orilia primogenitus, & Antonius Maria, secundogenitus; dictus Gurellus in festo Purificationis immediatè sequentis post mortem patris, habuit candelam, & gauisus fuit honoribus prædictis, & prætendebat continuare in annis sequentibus: dictus Antonius Maria obtulit supplicationem in Sacro Consilio, & prætendit, quòd in sequenti festo Purificationis, ipse etiam vt hæres Ioannis Andreæ patris, debeat candelam prædictam recipere, & ex dictis honoribus gau-
1 dere, ex quo, ex iuris dispositione, ius patronatus † transit ad omnes hæredes, ita vt apud quemlibet ex hæredibus, quando plures sunt, dicatur esse insolidum, *c. 1. vbi gl. & casum extra de iure patro.* & sic in annis sequentibus postquam monasterium non tenebatur dare, nisi vnicam candelam, quæ erat indiuidua, esse continuandam alternis scilicet annis, exemplo eius, quòd dicitur in vsufructuario *in l. re communi. §. cum de vsufructu. ff. commun. diuid. & in l. quoties. ff. de vsufruct.* & exemplo eius, quod in materia propria iurispatronatus, dicit tex. *in clem. 2. de iure patron. cum similib.* etiam in materia iurisdictionis existentis apud plures, in solidum, cumulati per Tiraq. *in tract. de iure primog. in 17. q. in 5. opinio.* & per Capyc. *in inuest. feudali. in vers. feudorum. dominum vers. & fiet ista diuisio. fo.* 161.

Ex aduerso dicebat Gurrellus in possessione, seu quasi, recipiendi candelam prædictam, & honorum prædictorum semper fuisse primogenitum, & propterea in anno præcedenti, ipsum tamquam primogenitum præcessisse, & gauisum fuisse, & in hac quasi
2 possessione, dicebat † se debere conseruari, quia in materia iurispatronat. vltima possessio præualet: etiam quando apparet de variatione Fel. qui allegat concor. *in c. cum accessissent col. 17. versic. 4. casus. de constitut.* Ex parte Antonij Marię replicabatur ipsum habere pro se iuris dispositionem, quia erat cohæres, & quod ex ll. supra allegatis, quilibet ex hæredibus alternis annis gaudere debebat: & dicebatur figurari, quòd semper primogenitus prædictis honoribus gauisus fuisset, imò prætendebat, dato termino in causa, velle probare contrarium, & propterea, pendente hoc iudicio ipsum, qui pro se legem habebat, debere gaudere his honoribus, iux. tex. *in c. cum persona, & ibi notat. de priuil. lib. 6* & dicebat, quasi possessionem allegatam non debere proficere Gurrel. qui iure suo vsus fuit; postquam enim non debetur, nisi vnica candela, quæ diuidi non potest, nec potest dari duobus in solidum, iustū erat vt dictus Gurrellus, tamquam primogenitus prima vice post mortem
3 patris, hos honores consequutus esset: † primogeniti enim sunt digniores. congerit Tiraq. vt cœteros omittam, *in tract. de iure primog. in præfatio.* Et in propria materia iurispatronatus dati pluribus hæredibus etiam
4 indiuiduis in processione, † quòd dignior debeat præcedere, tenet Paul. de Cittadinis, *in tract. de iure patr. in par. 7. in quæst. 3. vers. 5. si esset* vnde dicebat, hanc quasi possessionem non operari, quia etsi Antonius Maria contradixisset, eius contradictio fuisset vana, cùm de iure esset præferendus Gurrellus primogenitus secundogenito. Ex prædictis, sic discussis Sacrum Consilium dedit terminum in causa, & mandauit, quòd in præsenti anno, citra præiudicium iurium partium gauderet honoribus secundogenitus, qui pro se habebat iuris dispositionem, quia primogenitus gauisus fuerat in anno præcedente. Die 1. Febr. 1575. Actuario. Scanapeco.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Rolan. à Valle *cons. 47. num. 6. vol. 1.* omninò Peregr. *de fideicommis. art. 6. n. 37.* Emanuel Suarez *in suis comm. opin. lit. l. n. 343.* Maxill. *in consuet. Bari fol. 41. à ter. nu. 27.* & Ioseph. Lud. *in suis com. opin. concl. 42. fol...* Gabriel. *in tit. de verbor. sign. conclus. 2. num...* Marta in *in voto 15. nu. 2.* & Petr. Caballi. *in resolutio. crim. casu. 40. n. 2.*

Num. 2. ibi iuxta tex. *in cap. cum persona*, ad cuius ornatum, vide Capyc. *in decis. 177. & 189.* D. de Ponte *in suo eleganti cons. 97. num. 20. & seq.* D. Ann. Moder. *in cons. 20. n. 26.* Maxill. *in consuetud. Bari fo. 261. nu. 15. in nouis*, & Capiblanc. *de Baronibus f. 53.* & D. de Ponte *in decis. 16. nu. 10.*

In eodem num. ibi in materia iurispatronatus. Adde Maxillam *in prohem. consuetud. Bari n. 115. f. 17. & fo. 37. nu. 3.* secundùm nouissimam editionem Venetam Vrsill. *in decis. Afflict. 67. nu. 1.* sequuta tamen institutione secundùm prædictos, & Menoch. *in consil. 90. num. 117.*

Vide si conferunt scripta per An. Sen. *in allegat 131. vol. 1.* & per Ann. moder. *cons. 40. n. 8. & iterum cons. 80. nu. 15.* Campan. *in cap. regni 3.* & omnino D. Io. Franc. de Ponte *in tract. de potest. proreg. f....*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Iurispatronatus definitio.*
2 *Iuspatronatus habet tria priuilegia, & totidem terminos.*
3 *Patroni plures vbi sunt, maior pars præfertur, vbi verò sunt æquales, debent concordare.*
4 *Sufficit maior pars consentiens licet diuisim.*
5 *De prælatione præsentati à maiori parte patronorum.*
6 *Præsentatio debet fieri ordinario loci.*
7 *Patronus laicus a clerico in quo differat.*
8 *Patronus seipsum præsentare nequit.*
9 *Donatio iurispatronatus an valeat.*
10 *Et an requiratur confirmatio superioris.*
11 *Præsentatis duobus seniore, & iuniore, quid agendum.*

22 *Frater maior debet tenere claues, & scripturas hæreditatis.*
23 *Dignior debet præcedere.*
24 *Occupans locum alterius, an puniri possit.*
25 *Ius patronatus an veniat in confiscatione bonorum.*

1 AD hanc decisionem adde, quòd † ius patronatus est ius honorificum, onerosum, & vtile, & Mantuà *Sing.* 5. † & sicut
2 ius patronatus habet tria priuilegia, ita habet tres terminos, Præsentationem admissionem, & institutionem. Caballin. *Milleloquio*
3 130. & adde omninò, quòd † vbi sunt plures patroni, maior pars præferatur, & vbi sunt æquales, de-
4 bent concordari. Franc. Marc. *decis.* 119. & quòd † sufficiat pars maior consentiens, licet diuisim. Abb. *cons.*
5 76. *volum.* 2. & Crauett. *consil.* 63. & de † prælatione præsentati à maiore parte patronorum, Menoch. *cons.*
6 316. *volum.* 4. † præsentatio debet fieri ordinario loci, aliàs præsentatio non tenet, vt decidit Oecumenicum Concilium *sess.* 24 *cap.* 18. *de reformat. sess.* 25. *cap.* 9.
7 sed † in quo differant patronus laicus, & clericus, vi-
8 de *gloss. in cap.* 4. *de offic. ordin.* † Quòd autem patronus seipsum præsentare non possit, tenet Abb. *consil.* 39. *volum.* 2. *dico cons.* 96. *quia* 39. *loquitur de libera*
9 *potestate.* † An donatio iuris patronatus valeat, videndi sunt Decius *cons.* 634. *Abb. q.* 5. Roland. *cons.* 47.
10 *vol.* 1. *à num.* 43. *vsque ad* 70. & quòd † requiratur confirmatio superioris, Decius *consil.* 696. & Put. *decis.* 16. *lib.* 2. *de prælatis,* vide omninò Firman. *in verbo Prælatio,* latissimè, & adde vnum notabile ad hanc
11 materiam iuris patronatus, quòd † si præsentatur duo Præsbiteri, senior, & iunior, & iunior habeat plura beneficia, & senior est pauperior, quòd senior præferri debet, ita Caualcan. *decis.* 28. *num.* 40. *& seq. par.* 3. *& dec.* 33. *num.* 5. *p.* 5. & infinita de iure patronat. Caualcan. *ipse in repert. ipsorum decisionum, in verbo, ius*
12 *patronatus,* † & quòd frater natu maior debeat tenere claues, & scripturas hæreditatis, & non minor, Doctores *in l. cum pater, §. pluribus ff. de leg.* 2. vbi Bart. & alij, & Marc. Mantua, ad ipsam, *ibi vide.* Ad numer. 4.
13 † Dignior debet præcedere † An autē occupans locum
14 alterius puniri possit, vel contra ipsum officio iudicis agi, Ioan. Faber. *in §. aliam. Instit. de bon. poss.* & declarat hoc latissimè Guliel. de Benedict. *in cap. Raynutius, verb. duas habens filias num.* 21. *& infra ad decis.* 104.
15 † An autem ius patronatus confiscetur, tàm ob delictum Ecclesiasticum, quàm seculare, contra Ecclesiasticas personas, & laicales, Anna. *Sing.* 290. *&* 291. & Peregr. *de iure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *numer.* 72. & vide quæ dico infra *dec.* 102. & quæ Borgnin. *in dec.* 11. *par.* 3. sed ad illud quod dixit Præsidens hic, *numer.* 1. quòd iuspatronatus transit in solidum in plures hæredes etiam ex disparibus partibus institutos *ex cap.* 1. *gloss.* & Doctores *de iur. patr.* Adde quòd de iure communi contrarium videtur dicendum, ex allegat. per Capic. *in decis.* 36. & in terminis contra hanc decisionem ita concludit Costa, *de ratio. rata qu.* 97. *incip. In præsentationibus,* vbi de ipsa meminit, & in hac Ciuitate Neapolis est antiquissima consuetudo, vt diuidatur iuspatronatus pro rata vnciarum, exemplum est, quòd si hæreditas, vel as diuiditur in duodecim, & testator instituit duos filios hæredes, vnum in quatuor vncijs, alium in octo, Præsentatus ab habente octo, præfertur præsentato ab instituto in quatuor, quia habens octo fungitur vice duorum, & indiuiduis, & hic, vbi vsus alternis annis diuiditur, & habens octo vnicam debet habere candelam duobus annis continuis, & habens quatuor vnam in anno 3. & ita de hac consuetudine meminit Lambert. magnæ authoritatis Doct. *in lib. de iure patr. secunda partis,* 24. *art.* 1 *quæst. præsentialis numer.* 15. vnde in materia huius decisionis hoc erat inquirendum meo iudicio. Ad num. 2. Adde quòd regulariter in possessorijs vltimus status attenditur, Afflict. *decis.* 305. *nu.* 18. & spolium vltimum est purgandum. Contard. *in l.* 1. *limit.* 1. *n.* 108. *C. de moment. poss.* V rsill. & alij *in dec.* Afflict. 403.

ADDITIO D. RICII.

IN hac decisione fuit conclusum, honores iuris patronatus spectare etiam ad secundogenitos, nec obstare regulam primogenitos, & sic digniores in honoribus præferri, pro ratione huius decisionis ea assignari possunt, quæ tradit Spin. *in specul. testam. glo.* 4. *princ. tit. de patronis, à testatore nominat.* vbi probat iuspatr. transferri ad successores iure hereditario, allegat tex. *in cap. significauit de testib.* & hic est hæres, ergo debet succedere iure patronatus, & eius honoribus. *cap.* 1. *de iurepat. & ibi gloss. clem.* 2. *eod. tit. li.* 8. *&* 9. *tit.* 1. *par.* 1. quod vsque adeò procedit, quòd siue huiusmodi hæredes sint sui, siue extranei, siue succedant ex testamento, siue ab intestato transmittitur ad eos iuspatronatus glo. *in c. cum sæculum de iurepatr. gl. in c. considerandum, & in c. pia mentis* 16. *q.* 7. tenet Innocent. *nu.* 4. *in rub. de iurepatr.* imò dicendum adeò ius patronatus transire in successorem iure hæreditario, quòd si testator in suo testamento excludat fœminas à successione hereditatis, sed quòd solùm ad masculos perueniat ex tali successione fœmina videtur exclusa à successione iurispatronatus, quia solùm transmittitur in quem transit hæreditas, cui inest iuspatronatus, sic tenet Innocent. *in rub. de iurepatron. verb. ipso, vel is, q.* 6. Lopez. *l.* 8. *tit.* 15. *p.* 1 *glo.* 4. & etiam si patronus alios filios reliquerit, non ex hoc transmittit in eos iuspatronatus, nisi sint hæredes, quia non consideratur qualitas sanguinis, sed hæreditatis, quando in hæreditate ipsa iuspatronatus consistit: Sic intelligitur tex. *in c. filijs vel nepotibus* 16. *q.* 7. *c. considerand. ead. causa, & q.* & ex his potest apparere fundamentum nostræ decisionis.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Fundator Ecclesiæ si iussit dari patrono candelam singulis annis certa die si reliquit plures hæredes quomodo debebitur candela de iure communi, & consuetudinario Neapolis.*
2 *An primogenitus præferatur si in parte minori hæreditatis sit institutus.*
3 *Manutentio an sit danda vni heredi, qui sit in quasi possessione habendi candelam.*

1 FVndator Ecclesiæ si iussit dari patrono quotannis candelam, vt puta in die Purificationis B. M. V. aut alio die, & mortuo patrono plures patroni, filij remanerent hæredes, licet omnes sint patroni, attamen non omnes habebunt candelam, sed alternis annis per turnum, & in primo anno primogenitus vti dignior hæc, & alia ad ornatum decisionis Gratian. *discept.* 552. *à num.* 32. *& discep.* 675. *à num.* 7. vbi aliter de iure consuetudinario Neapolis docet si hæredes essent inæqualiter hæredes, nam habens octo vncias hæreditatis debet habere duas candelas in duobus annis, cum attento dicto iure iuspatronatus sit diuisibile, sed secus in Regno, in quo attenditur ius commune, & inæqualiter hæredes, equaliter sunt patroni, vt Gratian. *vbi supra.*

Sus-

Succrescit difficultas, an primogenitus præcedat se-
cundogenitum quoties ille in minori parte hæreditatis
sit institutus, & secundogenitus in maiori parte, &
quis debeat habere prærogatiuam candelæ, & perci-
pere fructum iuspatronatus, propositum dubium o-
biter mihi excitauit in re beneficiaria præsertim, &
criminali vltra alias animi dotes peritissimus Canoni-
cus Archiepisc. Ecclesiæ Neap. per illustris D. Philippus
Maria Neri arguens, quòd ex duobus præsentatis
præferendus veniat in institutione beneficij ille qui
præsentatus fuit ab hærede habente maiorem partem
hæreditatis, etsi enim hæredes inæqualiter instituti
æqualiter sunt patroni, attamen hæres in maiori parte
dicitur habere pinguius ius, & proinde præfertur præ-
sentatus ab eo ex *Lambertin. de iur. patr. lib.* 1. *p.* 2. *ar.*
4. & quid si fundator instituisset duos hæredes quorum
vnus instituisset duos filios, & alter vnum, si iste de-
mum institutus esset ab vno ex illis, vtrum vti habens
maiorem partem iurispatronatus debeat singulis annis
habere candelam, cùm maior pars absorbeat mino-
rem, & præsentatus ab habente maiorem partem vo-
cum venit instituendus, nam primi hæredes fundato-
ris succedunt in capita in iurepatronatu, sed postmo-
dum si vnus patronus relinquat duos hæredes, & alter
vnum, & sic successiuè tunc succeditur in stirpes *clem.*
plures de iure patron. sed de his alibi dicam, & præci-
puè in *obs.* 160.

Notandum erit quòd in exemplo hîc allato quate-
3 nus primogenitus esset in possessione per aliquot an-
nos continuos habendi candelam secundogenitus non
ideo succumbere debet in iudicio manutentionis, quia
ex pluribus compatronis venientibus eodem iure si v-
nus præsentat præseruat possessionem alterius, & si is
non præsentauerit, *Feder. de sen. cons.* 122. *num.* 3. *Cal-*
der. cons. 15. *de iur. patr.* opus est etenim, vt præsentet
priuatiuè ad alterum, alias non censetur præiudicare
Merlin. *decisio.* 394. *numer.* 4. *&* 5. & alia dicam
obs. 90.

SVMMARIVM.

1 *Assensus fauore dotis super feudalibus, post mortem alienantis potest impetrari.*
2 *Assensus impetratus per vxorem in alterius præiudicium non retrotrahitur, & nu.* 4.
3 *Venditio facta, saluo assensu, qui postea obtentus est, an operetur à die venditionis, etiam in alterius præiudicium.*
5 *Sententia exequutioni non mandatur, nisi valida sit.*
6 *In hypothecaria, quid requiratur.*
7 *Quare per Ritum tollatur appellatio.*
8 *Exequutio sententiæ, ob petitam restitutionem quando impediatur.*
9 *Sententiæ inferioris iudicis, ex priuilegio, in Regno exequutionem paratam habent.*

DECISIO LXXXVI.

Assensus impetratus post mortem obligantis, an operetur à die impetrationis, vel à die obligationis?

Sententia ex regni pragmatica mandanda statim executioni quando, & quibus ex causis suspendatur, executio eius.

1 ASsensum † posse impetrari, etiam post mor-
tem obligantis, super bonis feudalibus o-
bligatis receptum est fauore dotis, ex deci-
sio. Bartholomæi de Capua, fundata per
tex. *in l. si ego §. si res. ff. de iur. dot.* de qua meminit Lof-
fred. *in consil.* 31 *in prin.* & Freccia *in lib. subfeudo. in*
materia constit. constitutionem diuæ memoriæ. vers.
9. *non posset. fol.* 121. idem tenet Afflict. *in decisio.* 383.
Nonum dubium. & hoc tenuisse And. *in cap. Imperia-*
lem, in quadam parua additio. quæ non habetur in a-
liquibus libris dixit Paris in tractat. de integ. feud. in
c. an consensus Regis fol. 146. *colum.* 3. qui subdit, sic
etiam tenuisse obtentum in Sacro Consilio, & multa
allegat, & hanc limitationem, peritos Regni admi-
sisse, dicit Capic. *in repet. c. Imperialem in 4. notab. in*
2. *limit. fol.* 40. *in* 1. *colum. in nouis* idem tenet Capic.
in inuestitur. in ver. feudales assensus, 2. col. ver. dotium
tamen fol. 77. & in hoc concurrere omnes Neapolita-
nos, dicit Camera *ibi. fol.* 91. 1. *col. littera,* R. congerit
D. Episcopus Nicoteræ, qui tamen de Paride non fa-
cit mentionem in addit. *ad. d. c. Imperialem, in addi-*
tio. quæ incipit, & glos. & sequitur ad hanc gl. & cùm
hîc casus accidisset in Sacro Consilio in causa cuius-
dam mulieris exteræ, quæ habebat bona feudalia viri
obligata, quæ erant subfeuda Baronis, & post mortem
viri obtinuisset assensum, Magna Curia Vicariæ præ-
stitit mulieri assistentiam super dictis bonis feudalibus,
tamquam obligatis, pro cuius sententiæ exequutione,
tamquam lata super iure assistendi, victrix instabat. Di-
cebat tamen possessor, qui à viro, in eius vita emerat,
quòd etsi secundùm prædictam opinionem, esset iu-
dicandum, nihilominus sententia prædicta non pos-
set mandari exequutioni super dictis bonis feudalibus,
quia quamuis emisset post obligationem factam vxori,
2 & sic in contractu esset posterior, † nihilominus ipse
per prius obtinuerat assensum Baronis, quam vxor, &
quòd assensus impetratus per vxorem, non retrotra-
hebatur in præiudicium tertij per tex. *in l. bonorum. ff.*
rem rat. hab. cum simil. & sic dicebatur ex prædictis,
& alijs, iudicasse Sacrum Consilium, vt testatur Afflic.
in dec. 179. Iacob. de Prasicio. quem sequitur Apostilla
Pisanelli *ibi* quam habeo manu scriptam.

Ex aduerso dicebatur, sententiam prædictam latam
super assistentia debere mandari exequutioni, quia in
Regno adest pragmatica, quòd sententia lata super assi-
stentia, mandetur exequutioni, præstita fideiussione in
casu retractationis. Item quia idem Afflict. *in constit.*
constitutionem diuæ memoriæ. in notab. in 3. *quæst.* &
post mortem Capic. *in decis.* 182. *colum fin. versic. non*
3 *omitto numer.* 16. tenet † venditionem factam saluo
Regio assensu, vel hypothecam, modo prædicto con-
4 tractam, † subsequuto postea assensu, effectum ope-
rari à die factæ venditionis, vel hypothecæ contra-
ctæ, etiam in præiudicium tertij. Pro conuento di-
ctum fuit contra Afflict. *in d. const. constitutionem di-*
uæ memoriæ. tenere in specie Loffred. *in c. Imperialem,*
in sua paraphrasi, fol. 48. *secunda col. ver. id. quod di-*
cit. & post eum, licèt ipso tacito, Freccia *in suo tract.*
feud. in lib 2 *in* 30. *quæst. optimis rationibus,* & sic te-
statur, pluries fuisse decisum, & temporibus meis in
hoc aliqua difficultas facta non fuit, quia semper præ-
latus fuit, qui est in assensu anterior, ex quo num-
quam assensus retrotrahitur in præiudicium tertij, vt
per Andr. *latè in d. c. Imperialem,* vbi etiam Camera.
fol. 87. *in* 3. *col. ver. limita tamen littera S.* Et ex hoc
dicebatur, quòd non poterat prætendi exequutio sen-
5 tentiæ virtute Ritus: † sententia enim, quæ mandan-
da est exequutioni, debet esse valida *l.* 3. *§. condemna-*
tum. ff. de re iudic. l. non putauit §. non quanis. ff. de con-
tratab. allegat plura similia gl. Paris. *in tit. de mate. feu-*
do. §. 22. *fol.* 306. *numer.* 32. *vers.* 4. *ad ampliorem,* sed
hæc sententia, cuius exequutio prætenditur, est lata
iure hypothecæ, & assistendi super re non obligata
quia tempore expediti assensus erant hæc bona feuda-
lia vendita conuentis, in quos erat mediante assensu,
6 translatum dominium, † non erant in bonis debitoris,
quod est vnum de requisitis, vt quis obtineat in actio-
ne hypothecaria, vt est plenè dictum *in decis.* 101. *nu.*
21. vnde sententia prædicta tamquam lata super bonis
non obligatis, erit nulla, vt plenè probat Afflict. *in de-*
cis. 218. *petita fuit,* de qua meminit Aym. *in cons.* 239.

ex verbis, 3. col. vers. praeterea, 2. volum. & sic diceba-
7 tur, quòd exequutionem non merebatur, † quia Ritus prædictus tollit appellationem, ad finem impediendi exequutionem non autem tollit, imò impedit exequutionem, quando nullitas allegabatur. Accedebat prædictis, quòd conuenti, contra quos lata erat sententia, erant minores, & pupilli, & petebant se audiri aduersus prætensam exequutionem, & licet non dicerent per viam restitutionis in integrum, quia eorum defensores non erant boni nautæ: nihilominus, quia alia via, quàm per viam restitutionis in in integrum, in hoc non poterant obtinere, dicebatur, ex clausulis supplicationis, quòd poterat dici restitutio in integrum petita, ex ijs, quæ Alex. *dicit in rubr. C. quib. admitti*, cum alijs allegatis *in decisio.* 10. quem sequitur Ias. *in §. rursus col. 30. inst. de actione*,
8 & ex hoc colligebatur conclusio, † quòd postquam ex scripturis præsentatis post sententiam apparebat, pupillos non fuisse defensos, quòdque non sit cæptum exequi, & quòd ex eis apparebat, restitutionem in integrum non peti calumniosè, sed maxima cum ratione, per restitutionem in integrum, prædictis concurrentibus petita exequutio prædictæ sententiæ debebat impediri, ita pulchrè Alex. *consil. 62. egregiè, & eleganter, 2. col. cum seq. vsque ad fi. volum. 6.* à qua opinione non dissentisset Sacrum Consilium, si prædicta concurrissent *in dec. Capicij* 53. & in decis. Afflic. 356. quia licet in primo dubio illius decisionis conclusum fuisset per restitutionem in integrum petitam aduersus decretum Magnæ Curiæ affirmatiuè, prout erat istud, de quo tractabatur, non impediri ipsius decreti exequutionem, præsupponitur ibi, non esse allegatas, neç apparere causas euidentes, ex quibus hæc restitutio petatur, & concedi deberet, quia si in seq. casu, posito per eum in eadem decisione, in sententia Sacri Consilij fuit decisum quòd, quando apparet, restitutionem in integrum non peti animo calumniandi, nec causa iuris prorogandi, impeditur exequutio sen-
9 tentiæ Regiæ, † multo magis tenuisset, hoc procedere in sententia inferioris, quæ in Regno hàbet exequutionem paratam, nec ab hoc videtur dissentire Didac. *in cap. 25. practica. quæst. col. penul. versic. septimò licet, num. 7. fo 93. in nouissimis*, & sic fuit decisum, me referente, de mense Maij, 1576. Actuario Ballamo, & an per restitutionem in integrum petitam impediatur exequutio sententiæ, vide plenè Rotam Bononien. *in decisio. 85.* & plenè per Io. Guttier. *lib. 1. pract. quæs. 134. fol. 246.* & Ant. de Padilla *in l. si causa cognita. C. de transactionibus*, & plenissimè decis. Auenionensem, & Annam. *in repet. c. 1 de vassal. decrep. ætat. nu. 23. fol. 100. in decis. 2.* vbi plurimum potuit authoritas præsidis, qui fuit relator causæ, & non ab re in tit. Reg. adest pragmatica, quòd præses S. C. Locumtenens Regiæ Cameræ, & R. Magnæ Curiæ Vicariæ, non possunt sibi ipsis committere causas licet priscis temporibus hoc faciebant, & vide decis. Florentinam 133.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Vide Annam Senior *in alleg. 66. p. 1. & alleg. 115.*

In fin. ibi an per restitutionem in integrum, Vide Vrsill. *in decis. Afflict.* 356. Ann. sen *in c. 1. num. 240. de Vassall. decrep. ætat. & in sing. 179. vbi add.* Mascard. *de probat. conclus. 1274. num. 16. 17. 18. volum. 3.* Rotam Auenion. *decisio 2.* vbi plenè, Magon. *in decisio. Florent.* 133. *& decisio. 104. nu. 24 & seq.* Rouitum *in pragmat. 1. de minor. col. fin.* omninò hunc D. Annum *dec. 702.* & omninò Stephan. Grat. *in dec. 172. nu. 3. 5.* vbi tenet exequutionem non impediri per restitutionem in integrum, quando fuit cœpta post sententiam, & consignatione literarum exequutorialium, & nouissimè D. Garsiam Mastrill. *in dec. 20.* vbi latissimè infinitos allegat.

Vide tamen eumdem Magon. *dec. Luca 67.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Decisio recensetur.*
2 *Assensus iste an intelligatur priuilegiatus fauore quarta sicut fauore dotis.*
3 *Restitutio in integrum, an, & quando sententiam exequi non permittat in possessorio, & numer. 5. 6. & 7.*
4 *Nullitas, an semper impediat sententia executionem in assistentia.*
8 *Restitutioni in integrum, an renunciari possit.*
9 *Decisio Thesauri adducitur.*
10 *Necessaria quæ sint, vt restitutio executionem impediat, & num. 11. & 12.*
13 *Minor restituitur aduersus sententiam, ob probationes amissas, sed quid probare debeat.*

1 AD hanc † decisionem numer. 1. *in verbo gloss.* & sequitur hanc glossam, adde omninò Præsidentem hunc in sua decisione
2 620. sed † an assensus super feudalibus post mortem præstetur. Præsidens infra *decisio. 126. in fin.* vbi loquitur de dote, *numer. 4. & numer. 6.* priuilegium excludit ab antefato in fine decisionis, sed videndus est Vrsill. de hoc latissimè *in decisio.* 385. qui
3 latè, Ad numerum 8. *de restitut. in integr.* An † impediat sententiam exequi in possessorio, & in alijs Cæs. de Grass. *in decisio. 21. & 23. numer. 13. & melius decisio. 61. nu. 14.* Ad istud, quod hic numer. 5. dicitur
5 An † nullitas impediat executionem in sententia assistentiæ, vide quæ dico *infra decisio. 120. in fin.* & latè scribit Doct. Rouitus, *in pragmat. de assist. post Cauens. in ea, & Carauit. in rit. mag. Cur.* Ad numer. 6. an restitutio in integrum impediat executionem sententiæ. Gabr. Rom. *libr. conclus. tit. de restitut. in integ.* & quæ dico ad Afflict. *in decisio. 356. & ad Capic. decis. 53.* vbi Modern. & an requiratur læsio, *in decisio.* 290. & Magon. *in decis. Florent. 138. incip. Fuit.* Sed notandum est, quòd aut cœptum est exequi, & tunc læsio probata, & restitutio deducta impedit, aut non est cœptum, & tunc sententia nullo modo executioni mandatur, ita Surd. *in decis. Mant. 332 in non.* & An. pater, & filius. *in cap 1. de Vass. decrep. ætat. num.* 241. vbi plures referunt decisiones, nec omittendus est Vrsill. *in decisio.* 356. ipsius Afflicti, vbi etiam alij Scribent. quod inquam, non modo deseruit circa hunc casum, sed etiam si agitur contra hæredem cum beneficio legis, & inuent. & contra ipsum cœptum est exequi pro defuncti debito, quia ad moderandam executionem inuentarij exceptio opponi non potest.
6 Item contra petentem † restitutionem in integrum, calumniosè remedium attentatorum potest porrigi ita Lancelot. *de atten. par. 1. cap. 3. numer.* 108. & de hac restitutione in integrum, an, & quando impediat executionem Rouit. *in pragmat. 1. de minor. & in pragm. 6 de off. Sacr. Consil.* Ad numer. 6. adde omnino, quæ dico *supra decisio. 80. numer. 14. & infra decisio. 101. numer. 22.* Ad numer. 7. videndus est Ias. omninò *in §. rursus. in fin. Instit. de actio.* Ad finem huius decisionis adde Padill. *in l. si causa cognita. 2. notab. C. de transact.* Ann. *in c. 1. de Vassal. decrep. ætat. n. 239.* Mirandu. *decisio. 14.* Magon. *in decisio. Lucensi 67.* Franc. Marc. *decisio. Delphin. 53. & 54. par. 2.* vbi latissimè *de in integr. restitut. mino.* & nouissimè Arism. Tepat. *in lib. var. iur. sent. in tit. de minor. & in tit. de*
7 *in integ. restitut.* † & an per restitutionem in integrum impediatur executio. Maran, *noster. 6. par. verb.*

ixe

sententia, per plures numeros, & Moscatell. *in sua pract. Sacr. Consil. post Tartag. in pract. Mag. Cur.* & An pater, & filius, *in sing.* 179. *incip. Executio.* vbi videntur concludere absque vlla distinctione in integrum restitutionem impedire, de quo, Carol. Grass. & nouissimè *in tract. de except.* qui plura de priuile-
8 gijs restitutionis in integrum, † concluditque nullo modo excludi posse talem exceptionem; Benè verum
9 est ei posse renunciari. † Et quid sit probandum, sed latius more suo videndus est Thesaurus *in decis. Pedemont.* 181. *incip. sententia Senatus*, vbi in terminis disputat, an, & quando sententia Sacri Consilij, seu Senatus impediatur exequi, & pluresallegat, & tandem con-
10 cludit, † duo esse necessaria, & in promptu probanda, vt impediat, ætatem scilicet, & læsionem, & ita deci-
11 sum, † & an impediat executionem sententiæ *in decis.* 22. & videndus est Gratian. *in decis. Marchiæ Ancanit.* 196. Surd. *in decis. Mantua*, 4. *incip. Duo princi-*
12 *paliter*, & 287. *incip. obstabant.* & *de restitut.* † *minut.* Minado. *à decis.* 14. Franc. Marc. *decis. Lucensi*,
13 † & de restitutione aduersus tres sententias, Rota Auen. *decis.* 2. *in diuers. lib.* & ideo dum Sacrum Consilium referente Consiliario D. Franc. Bernardo Agurios Hispano in Rota Consiliarij Ioannis Thomæ Salamanca, Regentis meritissimi apud Catholicam Maiestatem in Hispania, cum interuentu aliorum Consiliariorum in Aula prouidisset super petitione porrecta per me, nomine Vniuersitatis, ac meæ Patriæ Petræ Paganæ, quòd Baro non sideret lite pendente in Terris appatronatis de anno 1592. in proces. 3. & vltimo, ea ratione, quia Baro non poterat, & ius resistebat, *vt dixi in decis.* 301. ex notat. per Couuarr. *lib. pract. q. c.* 37. Baro petijt restitutionem in integrum, Don Fabius Giesualdus, & Præsid. de Franchis hic noster, fortè moti ex hac decisione, vel quodam alio sensu, restitutionem non concessit, sed in duabus Aulis an esset deferendum petitæ restitutioni in integrum, verbum fieri mandauit, vt in proces. prædicto, & demum Baro præsentiens forte confirmationem prædictæ sententiæ, petijt causam remitti ad Regiam Cameram, & de mense Iunij pluribus hinc inde adductis in Regio Collaterali Consilio prouisum fuit referente de Ponte Regente in Collaterali, causam terminandam in Sacro Consilio, in quo Regius fiscus pro eius interesse fortè interuenisset, licet nullum possit prætendi, tum ex Releuijs in processu productis, per antecessores Barones, tum ex probationibus ipsorum, & ex supplicatione porrecta per Baronem in prima instantia Fisci Montaneæ, omnia hæc patent ex processu, ideo diligentissimus lector Scacciaueнti studium adeat, nam ibi processus, & sententiæ conseruantur.

ADDITIO D. RICII.

ASsensus impetratus post mortem obligantis, an operetur a die impetrationis, vel à die obligationis. Adde Paris. *cons.* 18. *num.* 10 *volum.* 1. relatus per Thor. *in verb. assensus ab vxore in compend. dec.* vide nostram collectaneam 1802. Sed tamen est notandum, quòd assensus præstitus super venditione facta non extenditur ad faciendam, & super facienda non extenditur ad iam factam domino ignorante. An. *sing.* 40. & hoc esset contra decisionem, nisi hæc procederet fauore dotis, vt voluit noster author in princ.

(* † *)

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Assensum super alienatione, vel obligatione feudalium impetrari posse post obitum alienantis, vel obligantis fauore dotis, & si* Io: Vinc. Ann. & R. de Ponte *obloquantur.*

2 *An retrotrahatur assensus ad diem initæ obligationis.*

3 *Restitutio in integrum quando impediat executionem sententiæ assistentiæ contra opinionem* Afflicti Trentacinq. & Muscatelli.

1 OBloquutores præclari commaculant decisionem quæstionis, quæ modò proponitur, an assensus super obligatione, vel alienatione feudalium impetrari possit post obitum obligantis, vel alienantis feudum fauore dotis, & affirmatiuè decisum testatur D. meus, & hoc si feudum reperiatur penes hæredem, secus si penes tertium conuenit R. de Marin. *libr.* 1. *resol.* 25. & *ad Reuer. obser.* 513. vbi quòd hic est casus decisus quidquid inuehant I o: Vin. Ann. *alleg.* 66. & R. de Pont. *de pot. proreg. tit.* 6. §. 1. *numer.* 8. taxantes opinionem istam vti erroneam, ex quo tex. *in l. si ego, §. si res, ff. de iur. dot.* in quo fundatur, non loquitur in feudo, quibus occurrit nouissimè D. Rodoer. *in addit. ad resol.* 25. D. de Marin. beneuerum intelligunt nonnulli assumptum in subsidium quando aliter mulieri consuli non potest ita Anna de Pont. & Montan. *in repet. Imperialem numer.* 206. *litt. N.* insuper in feudo ex pacto limitant Salgad. *in labyrinth. creditor. par.* 1. *cap.* 32. *num.* 27. & Amicangel. *de feud. q.* 19. *n.* 20.

Dubium est, an assensus retrotrahatur ad diem ini-
2 tæ obligationis, & affirmant Lanar. *cons.* 17. *num.* 10. Cons. Marcian. *cons.* 36. *lib.* 1. Carleual. *de iudic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 13 *numer.* 20. & si contrarium velint Salgad. *p.* 2. *cap.* 2. *numer.* 38. & 57. & Gratian. *discept.* 730. *num.* 12. verior autem opinio est, vt anterior in assensu præferatur in præiudicium tertij, vt citra difficultatem sua tempestate fuisse docet D. m· us, *numer.* 4. & decisum refert Larath. *in theathr. feud. p.* 8. *dilucid.* 60.

Exorta est difficultas de restitutione in integrum, an
3 impediat exequutionem sententiæ assistentiæ, & negant Afflict. *decis.* 336. *sequitur* Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de restitut. in integr. resol.* 2. *numer.* 6. & Muscatell. *in prax. S. C. lib.* 2. *p.* 1. *glos. sententia num* 165. & *par.* 3. *glos. fuerit numer.* 44. sed contrarium ex hac decisione tenendum est, nisi restitutio calumniosè peteretur, vt firmant Gallup. *in prax. S. C. p.* 3. *c.* 6. *nu.* 4. Barbat. *de assist. gl.* 1. *n.* 23. & 33.

SVMMARIVM.

1 *Soror dotata fratris appellatione non continetur, nisi in successione sit inclusa num. seq.*

3 *Soror quare per consuet. excludatur à collaterali successione.*

4 *Dictio, vt supra, refert præcedentia cum qualitatibus suis, vbi tamen est eadem ratio, num.* 10.

5 *Non debet quis duplici onere grauari.*

6 *Bona hæredi acquisita, non desinunt suam habere naturam.*

7 *Feudum, licet fiat patrimonium filij, non desinit dici paternum.*
8 *Intellectus consuetud. si quis, & si moriatur, & num. seq.*
11 *Paragij, quæ sit quantitas.*
12 *Frater non nisi pauperem, tenetur dotare sororem.*
13 *Legitima non competit in bonis fratris, nisi in vno casu.*
14 *Necessitas alendi, in ascendentibus prius quàm in transuersalibus consideratur.*
15 *Bona paterna cum onere alimentorum, transeunt in filios.*
16 *Frater, ad successionem admissus, dotare tenetur.*
17 *Argumentum à contrario sensu non sumitur, quando ll. resultat pugnantia.*
18 *Aduocatus in simili causa, non prohibetur esse iudex in simili casu inter alias personas.*

DECISIO LXXXVII.

Soror dotata exclusa à successione auunculi, cum fratribus, nec paragium de ijsdem bonis petere poterit.

FVit aliàs dubitatum, mortuo auunculo, superstitibus nepote, & nepte dotata à patre, vel matre, & non de bonis auunculi: an deberet neptis succedere auunculo, de cuius bonis non fuit dotata, vnà cum fratre, an verò per consuet. Ciuitatis Neapolis, neptis per fratrem excludatur? Et tam in prædicta causa, quàm in causa Catherinæ de Oliuerio, ad præsens decisa, quæ remansit post mortem Thomæ de Oliuerio, vnà cum Henrico de Oliuerio, sorore, & fratre ex vno latere coniunctis d. Thomæ, fuit decisum, quòd hæc soror excluditur à successione prædicta ex tex. *consuetud. si quis, vel si qua, in vers. sed si morienti, & in vers. quod autem dictum est.* hoc tenet expressè Neapod. *in d. vers. si morienti in versic. in nepotes, in versic. filia fol.* 38. *nu.* 272. cum secundùm eum debeat sibi sufficere maritagium, idem Neapod. *in d. consuetud quod autem, in versic. sorore, in fin. nu.* 300. *f.* 39 *& expressius in vers. habuisset, num.*
1 301. *f.* 39. dum dicit sororem † per dotationem exclusam, non succedere, nec contineri fratris appellatione: sororem autem inclusam ad succedendum, vti iu-
2 re masculorum, vt in consuetudine si moriatur, † & hanc contineri appellatione fratris, expressius hoc dicit Neapod. *in glos. in vers. parentum, num.* 302. *f.* 39. qui dicit, multum referre in successione collateralium, an filia habeat per modum successionis, quia hoc casu censetur, vt masculus, seu masculinata, & eodem modo cēsebuntur neptes ex ea Neap. *in consuet. si moriatur, in vers. ex masculis.* Cum igitur in prædictis casibus apparebat, has mulieres dotatas fuisse à patre, & sic per viam dotationis, habuisse de bonis paternis, meritò dicebatur eas esse exclusas, & in hac secunda causa, nec pro parte actricis de hoc dubitabatur, quia ipsa fatebatur, non debere succedere, & non immeritò, quia sunt tex. consuetud. expressi, & dicta Neapod. dicebat tamen debere habere paragium in istis bonis auunculi, siue fratris, ex quo ipsa erat de proximioribus admissis per consuetudinem ad successionem in bonis agnatorum, vt in consuet. *si moriatur.* Nec erat dubium, ipsas esse de proximioribus, & maximè sororem consanguineam, quæ agnata est, vt dicit Neapod. *in consuetud prædict. si moriatur in vers. ex masculis, vers. quid ergo, in fi.* quod etiam dicebat ei tribui per consu.
3 *sed si moriatur* † dum ipsas excludit à successione collateralium, ea ratione, quia fratres ipsas tenentur maritare, vt superius dictum est, quod verbum refertur ad primam consuetud. per quam consuetudinem prouisum est, filiam excludi, per fratres, qui tenentur ipsam maritare, secundùm paragium, & facultates, quod paragium debetur in bonis paternis. Ita, & eo-
4 dem modò dicendum erat, quòd de bonis transuersalium deberet habere paragium, maximè, quia dictio; vt supra, refert præcedentia cum qualitatibus suis, dicit Bart. *in l. hoc edicto. ff. de postulan.* Dec. *cons.* 442. & Ias. *in consil.* 15. *vers.* 2. *principaliter, vol.* 1. & ex ista interpretatione consuetudinis, modo prædicto inferebatur non tantùm deberi paragium, seu legitimam in bonis per fratrem de nouo quæsitis, sed etiam in alijs bonis fratri obuentis à patre, cum sint effecta propriū ipsius patrimonium *l.* 1. *§. veteres, cum similib. ff. de acquir. possess.* quod etiam procedit in materia consuet. secundùm Neapodanum *in consuet. si qua mulier, in gl. in vers. succedunt.* Dicebat Aduocatus actricis, quòd ipse conueniebat in hoc conuento, quod ex istis bonis obuentis fratri à patre super quibus hæc mulier
5 semel habuit paragium, † non deberetur aliud paragium, ne hæc bona duplici onere grauarentur contra regulam positam *in l. nauis onusta. §.* 1. *ff. ad l. Rhodiam de iactu.* And. *in tit. quæ sunt regalia, col.* 2. *versic. & plaustrorum.* vbi Aluarot. congerit multa Tiraqu. *in tract. de vtroque retract. §.* 1. *fol.* 343. *in fin.* & quod hoc dicit Neapod. *in d. §. quod autem, in vers. parentum,* dum excludit sororem à successione fratris in bonis paternis, de quibus aliàs fuit dotata, quæ exclusio à successione, intelligitur respectu dotis, ad quam admitteretur, non autem ad successionem in portione bonorum, prædictorum, à qua erat penitus exclusa.
6 † Nec per hoc, quod bona dicantur hæredis, *vt in d. § veteres,* mutant naturam, quin dicantur paterna, vel materna, respectu lineæ, à qua obuenerant, vt est tex. *in l. emancipatis. C. de legit. hered. & in l. quod scitis,*
7 *C. de bonis, quæ lib.* patet etiam clarè in feudis: † nam licet filius succedat patri in feudo, & feudum efficiatur proprium patrimonium filij nihilominus dicebatur feudum paternum, *cap.* 1. *an maritus, & in cap.* 1. *an agnatus, & in § si duo, de feudo Marchiæ,* & hæc opinio comprobatur per vnum ex Dominis, ex dictis per Afflictum. *in constitut. in aliquibus. in* 4. *notab. in* 9. *quæst. in fin.* vbi concludit, sororem dotatam excludi à successione eius, qui eam dotauit, & ideo subdit, quòd si frater, qui successit patri eam dotauit, de bonis paternis in illis bonis, quæ remāserunt penes fratrē de bonis paternis prædictis mortuo fratre, non succedet, quia ab illis exclusa per dotationem, & de hoc non fuit dubitatum, & dictum fuit per antiquiores Dominos, semper sic fuisse iudicatum, sed restringebat se Aduocatus partis ad legitimam, siue paragium de bonis de nouo quæsitis, & pro eo poterat allegare decisionem prædictam Afflict. & dicebat, quòd hoc videbatur decidere saltem ex subbaudito intellectu Neapod. *in d. gl. in vers.*
8 *parentum* † Nihilominus dictum fuit, consuetudines prædictas generaliter loqui, nec distinguere successiones à bonis fratri obuentis à patre, vel quęsitis per eum quodque ratio conseruandorum bonorum in familia, in quibus sunt fundata consuetudines, vt dicit Neapodan. *in consuetud. si qua mulier in gl. prima, & in consuetud. mulier de dotibus, in versic. pro se* militat in vtroque casu, & quòd postquam loquutæ sunt consuetudines generaliter, militatque eadem ratio, generaliter sunt intelligendæ, maximè, quia idem Neapodan. *in glos. consuet. si moriatur, in vers. in omnibus dicit,* consuetudinem prædictam, si moriatur procedere in bonis de nouo quæsitis, & in hoc, in partem, ius commune corrigi, & consuetudo prædicta sorores excludit in genere, & sic etiam intelligitur in quæsitis de nouo.

Nec obstat ponderatio consuetudinis ibi, vt superius
9 dictum est: quia vt Capic. *dicit in decis.* 159. intelligūtur d. verba, cùm teneantur dotare, vt superius dictum est scilicet, de bonis ascendentium, & cum ratione, quia super eis debetur filiabus legitima, & si etiam dicit fuisse decisum, idem Capic. *in d. consuet. si moriatur, in apostilla, quæ incipit, ad hanc consuet. fol.* 69. & sentit Pisanellus *in consuet. quod autem in apostilla, in vers.*

10 *verf. pone, quod foror.fo.156.* † Item dicebatur, quòd
etsi verum sit, dictionem, vt supra repetere dispositio-
nem cum eisdem qualitatibus procedet tamen vbi est
eadem ratio, sed in casu, de quo agitur ratio est diuer-
sissima, nam hę editas patris, & matris de iure naturæ
debetur filiabus, teneanturq; parentes legitimam eis re-
linquere, easque pater dotare, *l. qui liberos. ff. de ritu*
nupt. idcircò benè fuit prouisum per consuetudinem,
dum excludit filias à successione patris, & matris, quòd
11 eis detur paragiũ pro dote, ad quam pater tenetur, † &
pro legitima, ad quam etiam mater tenetur, quod pa-
ragium, vel erit legitima, vel vltra, vt pari nubere pos-
sit, secundùm Neapod. *in dict. consuet. si moriatur, in*
12 *verf. paragium, &* Afflict. *in constit. in aliquib.* 12.q. †
Fratres autem non tenentur, de proprio dotare soro-
res, nisi pauperes essent, *l. cum plures. §. fin. ff. de admi-*
13 *nistr. tut.* † nec in bonis fratris reperitur de iure com-
petere legitimam, nisi in casu. *l. si fratris. C. de inoff. te-*
stam. Quomodo ergo super eis potest deberi paragium?
& dicebatur, verba consuet. cum fratres teneantur do-
tare, vt superius dictum est, declarari per eumdem
Neapod. *in gl. consuet. si moriatur, in verf. ex masculis,*
verf. ratio verò, & nihil aliud voluisse dicere, secundùm
Neapodan. nisi quòd ideo sorores excluduntur per fra-
tres, ipsas dotando de paragio, quia officium, quod fuit
paternum in patre, dum vixit, post eius mortem effici-
tur fraternum, sed pater non tenebatur dotare, nisi de
bonis suis, ergo eodem modo frater non tenebitur, nisi
de bonis patris, in cuius locum successit, nõ autẽ de bo-
nis suis, & in simili q. vnus ex Dominis allegauit. Cyn.
14 *in l. alimenta, in fin. q. C. de nego. gest.* dicentem, † quòd
licet necessitas alendi filios prius consideretur respectu
ascendentium, quàm fratrum, nihilominùs, quia quan-
15 do † bona patris transferuntur ad filium heredẽ, trans-
feruntur cum onere alimentorum, & tenebitur, potiùs
ad alimenta heres patris, qui erat obligatus, quàm ma-
ter, quæ etiam iam præstita repeter, quia fratres, ex istis
bonis commodum habent, vnde æquum est secundùm
eum, vt onus sentiant adnexum bonis patris, & Cy-
num sequuntur relati per Ant. de Cord. *in l. si quis à li-*
ber. §. si mater, num. 32. verf. ex his. ff. de libe. agno. & si
ipse contrarium sentiat, & infra *decis. 559.* latiùs, & ex
prædictis dicebatur, argumentum esse solitum: creden-
dum est, quòd condentes consuetudines, voluissent,
quòd etiam in bonis de nouo per fratrem quæsitis (de
quibus consuetudo intelligitur, vt supra dixi) deberetur
paragium sorori, iam dixisset, quemadmodum dixe-
16 runt in paternis, in quibus nullia erat dubitatio: quia, †
etsi non dixissent, sed simpliciter sorores exclusissent
fratres ipsi admissi ad successionem fuissent obligati ad
eas dotandum, Bald. *in l. fin. C. de dot. promission.* con-
gerit concord. Aym. *cons. 189. vbi plene col. 1. verf. qui-*
nimo, vol. 1. quòd nouissimè Ludou. Molina *in tract. de*
primogenijs. lib. 1. cap. 1. n. 2 verf. idq; etiam fol. 203 &
postquam non dixerunt credendum est, quòd nolue-
rint. Item dicebatur ad decis. Neap. *in verf. parentum,*
non esse necessariam responsionem, quia ex dicto eius
non est sumendũ argumentum à contrario sensu, quòd
non sumitur ex verbis DD. quia eorum authoritas non
est necessaria, vt dicit Bero. *in c. 1. col. pen. sub nu. 272.*
verf. & ideo infertur extra de const. maximè, quia repu-
gnaret consuetudinibus generaliter loquẽtibus, & nec
17 doctrina Afflict. dicebatur, † quòd poterat allegari in
materia huius consuetudinis, Afflict. enim loquitur in
materia Consti. Regni, per quã est prouisum circa suc-
cessionem ascendentium, & quãdo concurrunt in suc-
cessione, in linea transuersali sorores in capillo cum so-
roribus dotatis, non autem quando cum fratre. Hac
causa plenè discussa, dixerunt ex prędictis antiquiores
Domini, hunc casum in bonis antiquis, quæ peruene-
runt ad fratres, & de quibus sorores habuerunt semel
paragium, semper absque difficultate fuisset decisum
contra fœminas in beneficium masculorum: in bonis
verò, de nouo quæsitis, bis accidisse; & vna vice fuit
dubitatum: reperi posteà, quòd fuit in causa D. Isabel-
læ de Aragona, cum Illustr. Duce Montis Alti. & non
fuit decisum, alia tamen vice fuisse decisum contra fœ-
minas pro maxima parte votorum, & reperio apostil-
lam Domini Felicis de Rubeis, Regij Consiliarij, &
mei prædecessoris, in consuet. *quod autem, in ver. pa-*
rentum, dicentis, quòd licet in quadam causa fuisset
reseruata melior deliberatio nihilominus in causa An-
nibalis Macedonij, cum Venatis, quia verba consue-
tudinis faciunt in contrarium, cum simpliciter loquan-
tur, & in transuersali non debeatur legitima, videtur,
quòd non debeatur paragium, subdens, fuisse decisum
in fauorem masculorum, die 4. Iulij 1560. Actuario
Villalta. Et ego fui aduocatus, pro Venatis in causa
prædicta, ob quam causam, dum fuissem allegatus su-
spectus in præsenti causa, quia similem causam quan-
do eram Aduocatus defendi, Sacrum Consilium non
18 admisit hanc suspicionem, † quia Aduocatus prohibe-
tur esse iudex in ea causa, in qua consuluit, non autem
in causis similibus, in ea enim præsumitur habere af-
fectionem, ex quibus Sacrum Consilium in Regio
Collaterali Consilio cum interuentu duorum ex Do-
minis regentibus, absoluit conuentos ab impetitione
actricis, quæ prætendebat habere paragium in bonis
eius fratris consanguinei defuncti, absque filijs, super-
stitibus fratri vtrinque coniuncto, & consanguineo,
cum ipsa sorore, & licet ex alio prætenderetur, quòd
actrix potuisset excludi: nihilominus hic punctus fuit
plenissimè discussus, & postquam est bis decisus, etiam
in bonis de nouo quæsitis, cum interuentu peritissi-
morum virorum, & seniorum prævia sic plenissima
discussione, dictum fuit, has decisiones absque
dubio esse seruandas, die 21. Februarij 1576. Actuario
Mileno, & ad id, quod supra dixi de suspicione allega-
ta in mei personam, addo, quòd dum accidisset simi-
lis casus in personam Domini Vincentij Mastrilli Re-
gij Consiliarij, & fuisset dictum, quòd eodem modo
deberet ipse in quadam causa Magnificorum de Scor-
pionibus interuenire, fuit decisum contrarium, ex quo
pendebat causa reclamationis, & ipse adhuc interue-
niebat pro Aduocato in causa prædicta reclamationis
die 22. Augusti 1577. penes Secretarium. Hoc posui,
ne diceretur diuersimodè iudicatum, quia alia ratio
pactum reformat.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 4. ibi quod de bonis transuersalium, vide
Doctores *in constit. in aliquibus*, vbi Minad. *fol.*
52. & sequenti.

Et num. ibi dictio, vt sup. Adde D. Ann. moder. *con-*
sil. 28. & cons. 53. nu. 121. & seq. Menoch. *cons. 73. n. 24.*
vol. 1. Bursat. *cons. 13. n. 40. vol. 1.* & Fuscum *in sing. 40.*
lit. D. & Surd. *in decis. 291. num. 13. 18.*

Num. 5. adde supra *decis. 22. num* 3.

Num. 11. Vide add. omnes ad Neapod. *in consuet. si*
moriatur hic allegata à fol. 93. vsque ad 97. & aliqua
per Fuscum *in sing. 3. 4. lit. P.*

Quomodo paragium consideratur in fratre, Vide
hunc Dominum *in decis. 616.* & an sit idem quod legi-
tima, vel loco legitimæ successionis, Vide Eumdem *de-*
cis. 618. in fin.

Num. 12. An frater teneatur dotare sororem vigore
Const. Regni, in aliquibus, Vide ibi Minadoum *in 7.*
notab. vbi latè concludentem quod sic.

Num. 18. Vide si conferunt scripta per Crauettam
cons. 199. in fin.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Vnica dotatio an sufficiat ad excludendum à succes-*
sione dotatam, & num 2.
3 *Frater non tenetur dotare sororem, nisi sit pau-*
per,

ter, & quid in sorore vterina, num. 4.

5 *Aduocatus in causa simili, an possit esse iudex in alia causa.*

6 *Consultor potest allegari suspectus, si iudex eligitur.*

7 *Iudex ordinarius, qui semel in causa iudicauit, an possit vt suspectus recusari.*

8 *Et quid si appellatur ab eius sententia vel decreto.*

9 *Et quid si partes non reluctant, vtrum aduocatus possit iudex esse.*

10 *Et an possit esse testis pro cliente.*

11 *Officiales tam perpetui, quam temporanei, Regij, quam Baronales an possint esse aduocati causarum.*

12 *Et an possint esse iudices in causis actitatis ab ipsis.*

13 *Et quid si patrocinium reliquerunt.*

14 *Et an officialis possit esse aduocatus in Curia, vbi Officium gerit.*

15 *Sententia an sit nulla prolata à iudice effecto in causa, in qua fuit patronus; si non recusatur.*

16 *Et de veritate.*

17 *Et an possit dicere conuicia aduocatus pro defensione causæ.*

18 *Paragium quid sit, & quomodo differat à legitima, & dote, & de alijs notabilibus circa dictam materiam.*

1 AD hanc decisionem. † An vnica dotatio sufficiat ad excludendum à succedendo, adde Annam *alleg.* 81. *&* 117. *vol.* 2. *& alleg.* 70. *volu.* 1. vbi quòd sic, cum hoc Præside. & videndus est Anton. Thesaur. *in decis. Pedemont.* 62. qui tenet ab hæreditate dotantis, & vide Præsidentem, *dec.* 307. *num.* 14. *& dec.* 171. *num.* 3. & Dec. *cons.* 433. ideò ego aliàs in causa dicebam Altobell.
2 Molle Scoranens. † dotatam filiam à patre succedendo fratri non repellendam contra vxorem cuiusdam Medici Sancti Petri Galletini, & allegabam Menoch. *consil.* 417. *num.* 3. *vol.* 5. Couarr. *in c. quamuis, de testam. aliter de pact. p.* 3. §. 3. *num.* 2. & Consiliar. Antonium *consil.* 45. *num.* 73. *post alios*, & ad hanc decisionem adde Præsidentem *decis.* 39. 92. *&* 295. *&* 486. *in*
3 *fin.* Ad num. 13. de frat. † qui non tenetur dotare sororem nisi sit pauper. Adde sic omninò Guido Papa *decis.* 96. Capell. Tolos. 290. Boer. *decis.* 129. Gomez Leo, *decis.* 15. *in decis. diuersor.* Thesaur. *decis.* 192. Afflict. *decis.* 371. Iason. *in §. fuerat, num.* 105. *de act.* Guido. Pap. *sing.* 479. Ioan. Bachan. *Sing.* 8. Abb.
4 *cons.* 50. *vol.* 2. & Natta, *cons.* 658. & † an vterinam Boer. *decis.* 129. *vide infra decis.* 559. Ad numer. 18.
5 Adde Capic. *decis.* 146. vbi de † aduocatis in alia causa simili connexa, vel dependenti cum illa, in qua vult
6 esse Iudex, & potest iudicari suspectus, & † consultor
7 potest allegari, vt suspectus, si deputatur iudex. & † iudex ordinarius, qui semel in vna causa iudicauit, potest vt suspectus recusari, ne sit sibi contrarius, quia præsumendum, quòd semper ita iudicet. Item adde,
8 quòd iudex, † qui in vna causa iudicauit contra aliquem, & est appellatum, potest recusari in alia per appellantem, si dicit illatum esse grauamen, aliàs secus, si appellationi soli innititur. Capi. *decis.* 146. Adde etiam ad supra dictum numerum 18. Aimon. *cons.* 199. qui
9 dicit contra, † quod potest allegari suspectus, non tamen prohibetur si partes non reluctant. Adde etiam
10 † an possit esse testis pro, & contra clientem, *infra*
11 *decis.* 222. *vol.* 1. & Io. de Amicis *consil.* 120. † Sed an iudices possint esse Aduocati tam si sunt Officiales Baronum, quam Regis, tam perpetui, quam temporales. *Pragm.* 7. *incip. Mandamus, in tit. de off. Mag. Iust.* &
12 an † possint esse iudices in causis, in quibus patrocinati fuerunt clientibus suis Anna pater, *Sing* 8. *inci.*
13 *Aduocatus, & infra, decis.* 222. ad quam dixi. Et † quid si aduocationem reliquerunt. Carauita, *tit.* 11. *n.* 5. quòd
14 non, & ibi an † possint esse aduocati in Curia vbi officium gerunt, cum ampliationibus, & limitationibus.
15 Et quòd † sententia aduocati effecti iudicis non sit nulla, nisi recusatus fuisset, & demum iudicasset Aim. *d.*
16 *consil.* 199. & † quòd aduocatus effectus iudex iudicare potest post Tremol. ad Bonnaccurs. *fol. mihi* 54. & Maran. *in* 6 *par. verbo, sententia num.* 42. firmat ipsemet Aim *d. consil.* 199. *in fin.* An autem aduocatus finita lite possit testificari pro cliente, latissimè Surd. *decis. Mant.* 219. *incip. In causa Spectantia* decidit recipiendum testimonium aduocati citra præiudicium. An
17 † autem possit aduocatus pro defensione causæ in alterius partis aduocatum conuicia proferre, idem Surd. *in decis.* 89. *incip. Iniuria vni facta*, vbi per text. *in l. quisquis, C. de postulando*, concludit aduocatum excusari si absque dolo, & animo iniuriandi, & pro vtilitate
18 causæ prorumpit. Paragium † quid sit, & quantum, latissimè Capic. & Moderniores *in consuet. Eas, de success. ab intest.* Moder. *ad Afflict. in decis.* 160. Camill. Salern. latissimè *in d. consuetu.* 1. *verbo paragium*, vbi sex requisita Paragij connumerat; & nouissimè Siculi, vbi Parthenopæus D. Garzias Mastrillus doctè loquitur *in tract. de parag. & legit. nouiter edito.* Alia de aduocato vide *infra decis.* 222. latissimè. Et adde quòd hæc decisio procedit attentis consuetudinibus Neapolis, secùs de iure Constitut. Regni, de qua re infra Præsidens *decis.* 171. & ita est intelligenda, aliàs hæc decisio, cum illa pugnaret, licet etiam illa *decis.* 171. de iure constitutionum dubium haberet, vt ibi dicam. Ad num. 12. huius decisionis, adde Iasonem *in Auth. res, quæ nu.* 10. *& seq. C. communia de legat.* & Alex. *in l.* 1. *num.* 23. *ff. sol. matr.* vbi quòd frater non tenetur dotare sororem vterinam, sed consanguineam solùm; sed de hoc videndus est Boerius *in decisio.* 129. Guid. Pap. *qu.* 96. Affl. & vbi Addentes, *in decis.* 371. Gomez Leo *in decis. diuersorum, decis.* 15. Bart. *in Proœm. ff.* Cappell. Tolosanæ *quæst.* 290. Iason. *in §. fuerat nu.* 105. *de actionibus.* Guid. Pap. *Singul.* 479. Io. Bacan. *Sing.* 8. Abb. Panormit. *cons.* 50. *lib.* 2. Natta *cons.* 657. Clericus an teneatur de redditibus Ecclesiæ dotare sororem, si commoditatem dotandi aliunde non habet Abb. *in cap. peruenit. de arbitris.* An autem frater teneatur alere sororem, & fratrem pauperem Præsidens *infra decis.* 178. sed quod frater teneatur alere sororem suam etiam vterinam, est tex. *in l. qui filium*, vbi Bald. *ff. vbi pupill. educ. debeat*, & de fratre alẽdo, si est pauper, videndus est Guid. Pap. *quæst.* 439. nouissimè Surd. *in tract. de alimentis, tit.* 1. *q.* 25. Antonius Thesaurus, *decis.* 211. vbi ampliationes, & limitationes, *& decis.* 192. vbi an teneatur frater alere sororem ex alio patre natam, & an teneatur alere fratrem inopem. Franc. Marcus *decis. Delphinatus*, 154. *num.* 7. *par.* 2. Quod autem teneatur alere etiam fratrem naturalem inopem, Bart. *in l.* 5. *§. vtrum, ff. de liber. agnoscendis.* Hartman. *d. cap.* 2. *in tit. de alimentis, lib.* 2. Quòd autem patruus teneatur alere nepotes, & neptes pauperes, Ioseph. Ludouic. *decis. Lucensi* 62. *num.* 33. An autem pater teneatur dotare filiam naturalem, latissimè, & nouitèr Ceuallos *lib. Practicarum quæstionum quæst.* 563. *incip. Dubitatur*, vbi pro, & contra communem opinionem affert, & tandem concludit patrem teneri. Sed nota, quòd pater nõ potest plus relinquere in testamento filio spurio, quàm ei debet pro alimentis, ratione habita ætatis, industriæ, & qualitatis spurij, Borgninus *decisio.* 10. *num.* 33. *p.* 3. Quòd filius non teneatur dotare matrem suam si secundò nubit Rauend. *Singul.* 196. Boer. *decis.* 129. & Ozasc. *dec. Pedem.* 124. quod frater, vel patruus promittentes dotem pro sorore, vel nepte, non præsumantur administratorio nomine promisisse, sed proprio, & de suo soluere teneantur Borgnin. *decis.* 34. *n.* 7. *par.* 1. Anchar. *cons.* 435. Veggius *cons.* 37. Cornub. *in l. si quis. §. idem rescripsit, num.* 102. *ff. de lib. & posth.* & de dotatione omninò vide *infra decis.* 375. *incip. Defuncto magnifico.* Hæc decisio procedit de iure consuetudinario, secùs communi Præsidens *decis.* 171.

AD

ADDITIO D. RICII.

SOror dotata exclusa à successione auunculi cum fratribus, nec paragium de ijsdem bonis petere poterit, hoc dicit, nota conclusionem huius decisionis procedere etiam in alijs bonis noniter per fratrem tequisitis, vt testatur Molfes. *in consil. Neap. part. 4. quæst. 29. num. 16.* vbi refert, ita fuisse decisum in Sacro Consilio in causa Marchionis Siculæ referente Andrea de Curt. in qua causa consuluit Anna *alleg.* 81. de quo meminit à Pont. *in tit. de success. mulier. sub num. 6.* sic etiam refert decisum in causa Annibalis Macedonij, item sic alia vice in causa illorum de Veratis, de qua meminit author noster in hac decis. & de alia decisione in causa Seuerij Mociæ, cum filio, de Ann. meminit de Bott. *in consuet. sed si morienti in princ. fol.* 152. *in quast. incip. ista consuetudo versic. si maritanda*, & dicit fuisse conclusum dum soror dotata erat à fratre de alijs bonis, quæ soror accepit in excambium bonorum paternorum, itaque est casus magis dubitabilis, nam in primo casu refert etiam decisionem sine nomine partium tenet etiam Anna filius *cons. 45. num. 72. & sequentib.* vt alios omittam, vbi *numer.* 74. dicit hoc esse inductum non iam ex verbis consuetudinis, sed per interpretationem prudentum, qui interpretati sunt, vt sufficiat fœminis vnicum paragium, & eius pater *in dicta allegat.* 81. refert sic decisum ex decis. Neapolit. *in conf. quod autem in verb. parentum num.* 303. *vers. sed plenè fol.* 159.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Neptis dotata de bonis aui attento iure consuetudinario Neapolis excluditur à successione auunculi, nec est iterum dotanda cum ratione.*

2 *Vnica dotatio sufficit attento consuetudinario iure Neapol.*

3 *Paragium quando sit congruum, & iterum dandum. Et quid in feudis, & exploditur* D. Mucci, *num.* 4.

1 PRudentes quamplures, inquit Anna *con.* 45. *num.* 74. *& præcipuè Io: Vincentium suum genitorem* tenuisse contra præsentem decisionem, quæ resoluit neptem vti dotatam de bonis aui excludi à successione auunculi attento iure consuetudinario Neapolis à bonis obuentis ab auo, quia per aditionem hæreditatis quamuis bona paterna efficiantur fraterna, *l. veteres ff. de acqu. poss.* & hæreditatis paternæ renuncians non excludatur à successione fratris etiam in bonis obuētis à patre, vt *infr. decis.* 167. secus est attento iure consuetudinario, quod inspicit originem bonorum, & bona per aditionem nō desinunt esse bona patris, vel aui, vt D. Hodiern. *lib.* 1. *controu* 24. nec fœminæ sunt dotandæ iterum de paragio quidquid cōsuluerit Io: Vinc. Cangian. *in alleg.* 22. R. de Marin. quia contra dictas allegationes fuit decisum, & D. meus *num.* 17. ait semper absque difficultate decisum fuisse contra fœminas in beneficium masculorum, & latè comprobat Molfes. *ad consuet. Neapol. p. 4. q.* 29. *num.* 16. referens sic pluries fuisse decisum, ad. do Napod. *in consuet. si quis, vel si qua in glos. à matre, n.* 230. qui extendit ad actionem de dote competentem filio contra patrem, quæ actio licet fuerit ob aditione paternæ hæreditatis confusa, & extincta, quia non potuit filius eam contra seipsum intētare, attamen si tempore mortis filij penes ipsum extent bona, hæc non fuere confusa per aditionem paternę hæreditatis, & sic non desierunt esse materna, & licet sit confusa actio, non tamen confusa bona, nec qualitas bonorum, vt latè Ias. *in l.* 1. *§. veteres ff. de acquir. poss.* Mart. *de success. legal p.* 2. *q.* 4. *art.* 1. *n.* 9. obiectioni de renunciatione respondetur, quòd illa est restrictiua, & non extenditur ad tempus futurum, sed solùm ad successiones tunc temporis existētes post alios Gratian. *discept.* 120. *n.* 17.

Additur alia ratio, quia iure consuetudinario atten-
2 to cùm fœmina excluditur ob existentiam masculi, & dotationem, tunc vnica dotatione excluditur à successione omnium, vt D. meus *nu.* 2. & decisum tradit Anna *alleg.* 81. *&* 117. R. de Pont. *con.* 61. *n.* 4. *lib.* 1. & ita pluries in S C. iudicatum refert Reg. Galeot. *ad Camill. de Medic. cons.* 11. *n.* 32. & veriorem opinionem profitentur Gratian. *discep.* 15. *n.* 2. *& discep.* 490. *n.* 29. D. Hodiern. *controu.* 7 *n.* 2. *&* 48. vbi allegat hanc decisionem, & super *l. hac edictali, q.* 26. *nu.* 18. beneuerum soror succedit fratri quoties dotata non fuerit Napod. *in consuetud. quod autem vers. soror num.* 300. & soror excluditur à successione fratris quoties fuerit dotata à patre etiam si deinde fuisset à patre instituta, nam per dotationem fuit facta extranea quoad successionē, vt iudicatum refert, Pisanell. quem recenset D. Hodiern. *contr.* 24. *num.* 6.

Paragium, an debeat excedere, vel ne legitimam
3 controuersia est, vt Thesaur. *dec.* 192. *& dixi obser.* 44. sed parum refert inspecta consuetudine, an sit minus, vel vltra legitimam, quia consideratur, vt pari nubere possit, vt post Napod. tradit D. meus, *num.* 11. & dos licet modica dici potest congrua si moribus recepta est Corn. *con.* 107. *lib.* 2. *n.* 11. Gratian. *discept.* 945. *nu.* 2. & potest excedere legitimam, quando virum condignum cum dote modica habere nō potest, & aliàs in magnatibus opulentas hæreditates habentibus eo casu paragium potest esse minus legitima, vbi cum eo possit pari aptè nubere, vt obseruatum pluries asserit Capyc. quem refert, & sequitur D. Hodiern. *controu.* 26. *n.* 31. qui tangit casus in quibus pater, vel frater post vnicam dotationem non est exemptus ab altera dotatione, vt quando emissa fuerit dos sine culpa sororis, vt frater etiam redotare teneatur vt ex veriori Gratian. *discept.* 467. si esset vidua, & dos proinde non sit congrua, vel temporum varietate, vt puta si soror diu post habitum paragium se nuptui traderet, vel si diminuta fuerit dos Gratian. *discept.* 467. *n.* 3. Hodiern. *à num.* 33.

Confirmat D. meus decisionem contra neptem ex
4 eo quod pariter in feudis licet filius succedat patri in feudo, quòd efficitur patrimonium filij, nihilominus dicitur feudum paternum, & super dictis bonis nō debetur aliud paragium per secundogenitum succedentem primogenito quando iste dedit paragium ratione dicti feudi, ne eadem res duplici onere grauetur *l. nauis onusta, §.* 1. *ff. ad l. Rhod. de iact. ita* Afflictus *in constit. in aliquibus hic relatus nu.* 7. ad comprobationem eorum, quæ firmaui *obser.* 73. & decidit Gizzarellus, & ideo non est semper vera conclusio, quòd fœmina exclusa propter masculos debet dotari de bonis eius, de cuius successione agitur prælertim in feudis iuris Francorum *ex pragm.* 1. *de feudis*, quam allegat D. Mucci. *qu.* 40. vbi immerito carpit Gizzarellum, dum primogenitus nihil dedit de suo quando sororem dotauit, pro feudo paterno, & deinde quamuis excludatur per secundogenitum, non debet dotari soror ratione exclusionis, quæ non est causa præstationis paragij, nisi concurrat successio ascendentis, & Gizzarelli opinionem defendit Montan. *de regal. in prælud. n.* 24. & ita firmat in vita, & militia, quę non debetur tertiogenito per secundogenitum, dum vita, & militia per primogenitum præstita non est extincta morte primogeniti, cùm extinguatur morte alimentarij, & idem in feudo nouo, vbi est minor difficultas, nam soror non est inclusa in inue-

inuestitura, cùm non sit de descendentibus ex corpore fratris, nec ex gratijs est habilitata, nisi cum clausula sexus prærogatiua seruata, & hæc qualitas deficientiæ masculi esset verificanda.

SVMMARIVM.

1 *Magister militum merum habet imperium super milites.*
2 *Distinctio, quando ab ordinario, vel à magistro militum, puniri debeat miles.*
3 *Militare delictum quale dicatur.*
4 *In raptu, omne cessat priuilegium.*
5 *Iudex delicti, quando possit delinquentis petere remissionem.*
6 *Intellectus. l. magisteria, C. de iurisd. omnium iudicum.*
7 *Delicta grauia, grauiora, leuia, & leuissima qua dicantur remissiuè.*

DECISIO LXXXVIII.

Delictum militum regiarum triremium commissum in Ciuitate, an per Capitaneum, vel per ordinarium Ciuitatis cognosci debeat.

Hieronymus Carbonus Capitaneus in vna ex Regijs triremibus ad præsens in Mole magna huius fidelissimæ Ciuit. existentibus inquiritur de raptu, stupro, & furto com. missis intus Ciuitatem Neapolis, petijt se remitti ad audientiam dictarum Regiarum triremium, ex dispositione tex. *in l. magisteriæ, C. de iurisdictione omnium iudicum*, per quem text. dicit Cępol. *in tract. de imperat. à mil. eligen. in capitulo & ratione dignitatis 1.*
1 *col. ver.* & ita potest, † quòd Magister militum habet merum Imperium in milites, magna curia Vicariæ interposuit decretum, quòd causa dicti inquisiti remitteretur ad audientiam prædictam, à quo decreto fuit appellatum per offensum ad Sacrum Consilium: in quo, facta relatione, iuxta morem, per iudicem causæ prædictæ, dixit idem iudex. de hoc non fuisse dubitatũ in magna Curia, nec etiam per Magnificum Fisci patronum: tamen Sacrum Consilium iudicauit contrarium, ex regula ordinaria, sumpta ex titulo, vbi de crimine agi oport. erat enim homo hic Neapolitanus, & delictum erat commissum intus ciuitatem, & sic magna Curia Vicariæ Tribuna ordinarium, habebat suã intentionem fundatam, donec ostensum fuisset particulare priuilegium derogans iurisdictioni magnæ Curiæ, quod non apparebat, nec apparere poterat: & dictum fuit, nec obstare textum *in dicta l. magisteriæ*, imò ex conclusione omnium Doctorum ibi scribentium, tam ante quàm post glo. iudicari debuisse contrarium O ofred. enim ibi, qui fuit tempore Accursij licet prius præexcesserit, vt dicit Cotta *in memorialibus, in versic. iuris ciuilis*, sic distinguit, † quòd quan-
2 do miles criminaliter conuenitur, aut delictum est militare, aut commune: si est militare, quia alienat, vel ludit arma, & equus, & cùm opus est, quòd debeat se armare, dicit, quòd non potest, quia arma pignorauit, vel vendidit, vnde dicit, Cantabit vacuus coram latrone viator, & hoc casu Magister militum cognoscet, & ab eo milites coercebuntur, sin autem committeret crimen commune, vt puta (secundùm eum,) homicidium, vel adulterium, & erit enorme crimen, cognoscetur, & coercebitur à Pręside Prouinciæ; quando autem crimen non est enorme, vt puta, quia dat alicui damnum, & hoc casu Præses cognoscit, sed illum remittit ad Magistrum militum: postquam igitur delicta, de quibus inquirebatur iste Hieronymus, erant communia, & enormia, etiam ex dispositione dictæ *l. Magisteria* Magna Curia cognoscit, & ita etiam illum textum declarat *glo. in verf. similium*, sequitur eam; Iacobus But. & Petrus de Bellaper. qui etiam
3 declarat † illud delictum esse militare, quod in persona alterius non est delictum, idem tenet, & magistraliter loquitur Salic. *ibi*, *& cum glo.* dum ad eam se referet, tenet etiam Ang. & non habere dubium, quando delictum esset commissum extra locum militiæ dicit Bossius *in titulo de foro competen. 2. colum. versic. sed*
4 *à muliere*, & † in raptu propriè quòd cesset omne priuilegium fori, est tex. *in l. 1. C. vbi Senatores, vel Clarif.* Corroboratur hæc opinio ex ijs, quæ Cyn. & Bald. *in l. fin. C. eod tit. de iurisdictio. omn. iudic.* quæ reassumit. Aret. *in cons. 33. consultatio. præmissa in princip.* qui dicit, quòd si per statutum, vel in priuilegium esset data potestas aliquibus iudicibus cognoscendi inter mercatores lanæ, quòd nisi statutum expressè dicat, quòd quis non possit conueniri coram alio iudice, quàm coram Consulibus artis lanæ etiam pro rebus non pertinentibus ad exercitium artis prædictæ, quòd aliàs poterit conueniri coram officialibus mercantiæ, per illum textum, *in d. l. fin.* vbi etiam pulchra ponit idem Francisc. de Aretio, qui legit illam *l. cum d. l. magisteria.* sic videbatur dicendum in casu, de quo agebatur, quòd quamuis miles sit subditus magistro militũ, & contra eũ habet in specie iurisdictionem, postquam in specie non apparet dictum, quòd etiam pro delicto non militari non possit conueniri coram alio, quàm coram ipso magistro militum, poterit conueniri coram iudice originis, & loci delicti, quia habet contra delinquentem intentionem fundatam, & hæc tantò magis procedebant, quia Magna Curia est iudex competens, ratione originis loci, & delicti, iam præuenerat in capiendo informationem ad partis querelam, in citando, in reputando contumacem, & in captura personæ, quo casu etiam dici potuisset, quòd etsi in his criminibus enormibus communibus, haberet dicta Audientia iu-
5 risdictionem: nihilominus, † quia à Magna Curia hæc iurisdictio non erat abdicata, stante prædicta præuentione, non erat locus remissioni, prout in fortioribus terminis, quando præuenit in cognoscendo iudex domicilij, vel originis, iudex delicti nullo modo poterit prætendere remissionem à iudicibus prædictis domicilij, vel originis, licèt forus delicti sit principalior, *vt dixi in dec. 37.* Ita declarat Ancha. *in cap. postulasti, in 2. oppositio. ver. item facit ratio, de foro compet.* & ibi Soc. *in 2. col. verf. circa primam quæst.* prosequitur Didac. *in tract. pract. qq. in c. 11. col. 11. ver. his equidem auctoribus, fo. 843. in magnis*, & nouis-
6 simè dicebatur, † tex. *in d. l. magisteria*, debere intelligi, quando milites sunt in actu expeditionis, ita videtur text. prædictum intelligere Io. Igneus *in repet. l. necessaria. §. non alias, nu. 122. ver. sed exemplum, ff. ad Sillan.* quod cessabat in casu, de quo agebatur quia hic erat Capitaneus vnius ex triremibus quæ in Mole Ciuitatis stabant, nec in expeditione erant, vnde petita remissione non obstante, per Sacrum Consilium fuit reuocatum decretum Magnæ Curię, & prouisum, quòd ipsa Magna Curia procederet in causa contra dictum Hieronymum, & licet prætenderetur etiam iurisdictio concessa per Regiam, & Catholicam Maiest. quando milites non essent in expeditione. nihilominus visa capitulatione, seu concessione hoc non apparebat, immò ex ea ostendebatur, mentem suæ Cathol. Maiestatis fuisse, non abdicandi iurisdictionem ab ordinarijs. Hæc causa sic decisa dum accidisset alius casus, Magna Curia similiter decreuit, quòd causa remitteretur, quia ei videbatur leue delictum. Relata causa, ex prædictis Sacrum Consilium etiam quia habuit delictum pro graui, inspecta qualitate loci, in quo fuit commissum, & præuentione, etiam, quia non apparebat concessa iurisdictio abdicatiuè, similiter iudicauit, quòd in causa procederet Magna Curia, non obstante remissione petita, & hanc opinionem tenet Follerius *in pract. criminal in ver. Audiantur excusatores, num. 241. verf. quid dicendum sit de militibus. fol. 104.* & cum ita

7 per-

7 pertranseunt omnes Doctores. † Quæ autem dicantur delicta grauiora, & grauia, leuia, & leuissima, est videndus Probus *in addit. ad Monachum, in capit. si Iudex laicus 3. col. versic. delictum, de senten. excommun.* & dum in principio dixi facta relatione iuxta morem per iudicem Magnæ Curiæ, & in penul. col. quòd causa fuit remissa ad Magnam Curiam, quæ procederet in causa, & reuocatum decretum Magnæ Curiæ, quòd licet de iure communi, quando iudex grauat, superior tollit causam à iudice grauante, nihilominus hoc non seruatur, quando Magna Curia grauat, quia remittimus causam eidem Magnæ Cur. cui mandamus quid facere debeat pro releuando appellante, potest hoc esse inductum ob tribunalis authoritatem, vel ex faciliori remedio, quod habetur ex propinquitate tribunalium, & relationibus, quæ qualibet hebdomada fiunt, & ne Sac. Conf. tot, & tantis litibus inuolueretur; hoc tamen non solùm fit in hoc Regno, sed etiam in Regno Aragonum, in quo purgato grauamine remittitur causa ad inferiorem, qui grauauerat. Belluga. *in Spec. Prin. in titul. de Præsidibus. §. conqueruntur fol. 175. versic si autem ex iniustitia*, & licet ibi seruetur generaliter, nos non seruamus nisi in Magna Curia Vicariæ, & Admiralitæ, & in Tribunalibus Neapol. existentibus.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. in princip. Adde Baiard. *ad Clar. in § fin. q. 35. sub nu. 13. & ad l. Magisteria hic allegata.* Bellugam *in Speculo Princip fol.* 133. & Viuium *in decis.* 254. Capiblanc. *in tract. de Baron. fol.* 216. *nu.* 242. & D. Io: Andr. Georg. *in alleg.... & ad l. Magisteria*, hic alleg. Vide Petrum Bellugam *in Speculo Princ. fol.* 137. *in nouis*.

Num. 4. Vide omnino Farinac. *in tit. de inquisitione, quæst. 7. num. 8. fol. 43. & decis. Cataloniæ in cap. 43. num. 13.*

Num. 5. Vide Thesaur. *in decis. 90. num. 6.* Episcopum Minorens. *in ver. remissio, fol. 186. à terg.* Petr. Caball. *in resolut. crim. casu 162. num. 9.* Foller. *in Const. Capitaneorum, num.* 21. 55. 89. & ad hanc decis. vide Foller. *in ver. audiantur excusatores num. 141. fol. 104. à terg in nouis sup. in decis. 66.* & Borell. *ad Bellugam in Spec. Princip. fol. 47.*

In fi. videatur Farinac. *in tit. de delictis. quæst. 18. à num. 61. cum seq.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Milites à iudice loci cognoscuntur, à quo, tàm in delictis circa, quàm extra militiam.*
2 *Exceptio suspicionis numquam excluditur.*
3 *Equites Rhodi siue milites Hierosolymitani, & similes, officia exercentes, à quo iudice puniantur.*

AD hanc decisionem adde omninò Iulium Clarum, *§. fin. quæst. 35 versic quæro modo, & quæ in decis. 37. & 66.* Adde omninò
1 Viuiũ *dec.* 254. Miles, qui dicit decisum, † milites delinquentes, non militantes, nec in actu militari existentes, cognosci debere à iudice loci vbi deliquerunt, & sic si miles delinquit in Prouincia, cognoscitur à Præside Prouinciæ, si delinquit extra prouinciam à Magistro militum, iuxta Constit. *Vt vniuersi. Campan. in capit. Regni Emergentium* 263. *num.* 10. & plura alia ponit Baiardus *ad Iul. Clar. dict quæst.* 35.
2 & de † exceptione suspicionis, quòd stante Statu o excludente exceptiones, quòd ipsa non intelligitur exclusa, & de pluribus casibus suspicionis latissimè Carolus
3 de Grassis, *in tract. de exception. exceptione* 24. † An milites Hierosolymitani, equites Rhodi, exercentes officia pro Principibus sæcularibus delinquentes in dictis officijs, à dictis Principibus puniri possint, vel ab eorum ministris, Præsidens *infra decis. 479. num.* 3. Sed nouissimè, quæ ibi dico, & adde videndum Caballum Pontremulensem *libro Criminalium Resolutionum Florentia. Casu 64. incip. Dubitatum fuit, an milites Hierosolymitani*, vbi plura. Et de Clericis videndum suadeo Bellugam in Speculo Principum, in titulo, de potestate locumtenentis generalis, *rubrica 25. §. sæpissimè, in principio, in num.* 1. vbi quando militare delictum dicatur. Sed hæc omnia sunt terminanda secundùm arbitrium iustum iudicare debentis. Adde ad hanc decisionem textum *in l. fin. ff. de accusat. & in l. de militibus. ff. de custod. reorum. in l. finali. C. de re milit. lib. 12. in l. 1 § si verò. vbi glos. in verbo, iudices, C. de falsa moneta. ad num.* 5 Adde quòd ista est receptior sententia. Butsat. *consil. 77. volum.* 1. & sic decisum dicitur infra *decisione* 505. *in fine*, contra Scipionem de Bononia. Sed pro fallentia vide Socin. *consil. 66. vol. 4. decis. 417. in fine.* & Surdum *consil. 346. num. 9. vol. 3.* qui ponit tres fallentias ad Regulam. Sed hodie est decisum per Regiam Pragmat. Viceregis Comitis de Lemos, de anno 1599. quæ est vltima, an milites cognoscantur sub tit. de militibus.

ADDITIO D. RICII.

DElictum militum regiarum triremium commissum in ciuitate, an per Capitaneum, vel per Ordinariũ ciuitatis cognosci debeat. Adde Boss. *in pract. criminal. in tit. de foro competent. num. 96. & 99.* sed distingue, an delictum militare, item an enorme, vide Salicet. *in l. magister. de iurisdict. omnium Iudic.* & quæ notauit Mang. *in l. 2. vbi de crimine agi oportet*, nota quòd de delictis militum in terris Regni possunt capi à Baronibus, & mitti ad Gubernatores Prouinciæ, qui cognoscunt cum officiali exercitus, vide Capic. *Reg. Regis Catholici 28. fol.* 878.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Quis cognoscat de delictis à Classicis in terra commissis, & ostenditur innouata decisio* D. Præsidis, *& assertio de iurisdictione cumulatiua.*
2 *Milites de militaribus delictis puniendis à Præfecto militum, & quæ delicta dicantur militaria, & quid in delictis communibus, num.* 3.

SOpita quæstio est hodie in materia criminum siue grauium, siue leuium à Classicis in terra commissorum quis sit iudex competens, nam pro eo in cuius iurisdictione fuit delictum patratum restatur decisum D. meus, sed quia cùm inter Duces Classium, & Præfectos Prouinciarum frequẽter orirentur controuersiæ, Serenissimus Rex noster certas proinde statuit leges, quas imprimi curauit R. Constant. *in l. vnica à num. 76. C. de Classic. lib.* 10. & inter cæteras est, vt si delictum à Classicis committeretur in terra in personam non subiectam eidem Duci, tunc ad Iudicem loci delicti spectabit cognitio, etiam si Dux Classis præueniret per capturam, & si quis è terra ad Classem accedens crimen in ea committeret in non Classicum delinquens quamuis captus à ministris Ducis classium remittendus erit ad suum iudicem com-

competentem, si verò delictum esset in terra commissum à Classico, & in personam Classici, tunc procedet Dux Classis, & non iudex loci delicti, licet præueniret, per capturam, vt R. de Marin. ad Reuert. *obseru.* 81. hinc attentis instructionibus censetur concessa iurisdictio Duci Classium priuatiuè, & non cumulatiuè, vt notat idem R. Marin. *nu.* 10. quidquid asserat D. meus hîc pro concessione cumulatiua.

Milites de militaribus delictis cognoscuntur à Præ-
2 fecto militum vt in *l. magisteria, & ibi glo. Cod. de iurisd. omn. iudic.* & delicta militaria sunt, si miles vendat arma, vel equos, vel pignoret, Montan. *de regal. rubr. potestas num.* 35. ad hæc fuga militis à bello crimen est militare *l. non omnes, §. in bello, & l. omne delictum, ff. de re militar.* Ferrett. *in tract. de iusto, & iniusto bello numer.* 71. Clar. *in §. fin. quæst.* 35. *vers. quæro modo, & qu.* 38. Caball. *resol.* 225. *num.* 24. *tom.* 1. præterea si delicta sint communia, & committantur à milite, quando est in expeditione, tunc etiam cognoscit magister militum, sic decisum testatur D. meus, possunt tamen officiales locorum in quibus hospitantur milites, delinquentem arrestare, & transmittere ad officialem exercitus, sic disposuit Rex Catholicus in *lib. priuil. huius Ciuitatis, cap.* 29. Montan. *vbi supra.*

Quid autem dicendum erit in communibus, &
3 grauibus delictis, an miles ab ordinario loci cognosci debeat, & affirmat *gl. in d. l. magisteria,* & ad comprobationem sunt plena manu cumulata in allegationibus impressis *post dec.* 290. R. Sanfel. & contrarium probat Cons. Patignus *in alleg.* edita penes Reuit. *in pragm.* 11. *de milit.* pro quibus adest *prag.* 11. *tit. de milit.* & tenet, Clarus *vbi sup.* si tamen non peteretur remissio ad præfectum militum, tunc Ordinarium loci adhuc posse punire ratione domicilij pro fuga à militia desertorem militiæ latè per Thor. *vot.* 16. *p.* 1. qui *num.* 76. ita iudicatum refert, & confirmatum decretum per M. C. V.

Aduocatus effectus Iudex non potest in eadem causa iudicium ferre *l. prat. ff. de iurisd. omnium iudicum* attamen non prohibetur esse Iudex in causis similibus, & si in eodem puncto, siue iuris articulo consuluerit, vel scripserit, non enim præsumitur habere affectionem, nisi in causa in qua consuluit pro suo cliente, non autem in reliquis diuersis, tamen similibus, vel in quibus ijdem iuris articuli venirent discutiendi. *Mastrill. dec.* 15. Reg. Galeot. *resp. fiscal. vbi n.* 63. testatur illam seruari in Regno Siciliæ, & ita practicarunt semper in illo Regno, nisi causa esset omninò similis, & eadem, vt quando non est facti diuersitas Anna *sing.* 297.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio de hæreditate viuentis, inualida est.*
2 *Bona seruata filijs, ex consuet. Neap. debentur iure successionis, & ideò sine aditione non transmittitur. num. seq.*
4 *L. fi. C. de pact. quando procedat.*
5 *Nomen appellatiuum, quando vni tantùm conuenit, æquipollet nomini proprio.*
7 *Donatio, & cessio, quando aditionem hæreditatis arguant.*
8 *Filius, & agnati, ad legata vltra reseruata per consuet. non tenentur.*

D E C I S I O L X X X I X.

Donatio facta à marito vxori omnium successionum paternarum, & maternarum delatarum, & deferendarum an valeat?

IOANNES Velez donauit suæ vxori (matre ipsius donatoris adhuc viuente) successiones omnes eis delatas, & deferendas etiam paternas, & maternas, absque tamen ipsius matris consensu: mortua matre, hæredeque instituta filia, instituto que eius filio in legitima ei competente, deductis oneribus, & omni eo, in quo virtute Neapolitanæ consuetudinis nõ poterat disponere, egit dicta donataria pro consequutione legitimæ prædictæ, ac pro nouem partibus de decem, dotium prædictarum seruata forma consuetu-
1 dinis prædictæ Neapolitanæ ad filiũ spectantiũ. † Opponebatur contra eam, de inualiditate dictæ donationis *ex reg. in l. fin. C. de pact.* nec non quòd postquam est institutus in legitima, & in omnibus prædictis non poterat habere legitimam quæ iure hæreditario defertur, vt notatur *in §. aliud quoque capitulum. vt cum de*
2 *appel. cognos.* † nisi ex testamento, virtute cuius non agebatur, item quia bona, quæ reseruantur filijs, ex dispositione consuetudinis prædictæ debentur iure successionis vt dicit Neapod. *in consu. si testator, in vers. disponere col.* 3. *ver. non obstat pactum consuetudinarium,* & iterum *in ver. veniat in prin. cũ additis in apostilla,* & nouissimè per Minadoum postea impressum *in rep. cõstit. Regni, in aliquibus, in* 4. *nota. n.* 15. *ver. & de iure. c.*
3 335. *col.* † quod est adeo verum, quòd ad finem transmittendi requiritur agnitio, seu aditio, in casu, de quo agitur, non apparebat, nec fundari poterat in dicta cessione, iuxta terminos *l. si auia. C. de iure delib.* quia cessio prædicta fuit facta, hæreditate nondum delata, adeò, vt non dabatur aditio, & per consequens, nec cessio.

4 Pro parte dictæ donatariæ dicebatur, † tex. *in d. l. fin.* procedere, quando est facta donatio hæreditatis viuentis, & certæ personæ, secus autem esse quando fuit facta in genere cessio hæreditatis personæ incertæ. *l. tertia. §. de illo. ff. pro socio* Bart. & cæteri *in d. l. fin.* dicebant, hunc esse casum, de quo agebatur, quia erat facta donatio omnium successionum paternarum, & maternarum, & alterius cuiuslibet, & sic principaliter videbatur facta in genere non in specie, ad quod allegabatur. Hieronymus Cagnolus *in d. l. fin. in* 3. *limita num. quinquagesimosecundo,* sed ad hoc respondebatur, donationem fuisse hæreditatis personæ certæ, quia in specie erat facta donatio bonorum maternorum sine matris consensu, & non ex quo sit nominata nomine proprio, dicetur donatio hæreditatis personæ incertæ, cùm postquam non potest, nisi vnica mater haberi, perindè est, ac si dixisset, dono hæreditatem
5 Marinæ matris meæ: regula est enim, † quòd quando nomen appellatiuum non congruit, nisi vni tantùm, æquiualet nomini proprio *l. secunda. ff. de li. & posth.* facit tex. *in l. fundus, qui locatus. ff. de fund. instruc. & in l. certum ff. si cert. pet.* & tantò magis in casu, de quo agebatur, manifestè colligebatur: vxor enim senex iuuenem duxit virum: contra matris voluntatem, post quod matrimonium, nunquam filius ad domum matris accessit, nec illa eum videre voluit, & sic vxor semper hæreditatem matris anhelauit, & facere sic in genere fuit color quæsitus, & sic ex prædictis apparere dicebatur, non habere locum in casu, de quo agitur, *legem tertiam. §. de illo. ff. pro socio,* imo dicebat vnus ex Dominis Cagnolum, & Signorolum dicere contrarium, dum sustinent in eorum casu donationem respectu personarum incertarum, & eam nullam dicunt, respectu hæreditatis fratris personæ certæ, & quamuis alter ex dominis replicaret, esse differentiam inter casum, de quo agitur, & illum casum, quia in donatione in-

ne incepit à donatione hæreditatis personæ certæ, &
perficitur in hæreditatibus personarum incertarum:
hic autem fit è contra, quia incipit a donationibus,
personarum incertarum, & finitur in hæreditate materna,
dictum fuit hanc differentiam non importare
iuris ministerium; vtroq; enim casu militant rationes
decisionis consideratæ *in d. l. fin.* ne pacta fiant de hæreditate
viuentis, quæ sunt contra bonos mores. Et ex
istis, Sacrum Consilium iudicauit donationem non
valere, per vnum tamen ex Dominis dictum fuit, quòd
ex circumscripto, conuenta absolutè debebat sine scrupulo,
quia postquam in secundo fundamento pro parte
conuenti est dictum, quod vt dotes, & bona materna
consequi potuisset filius erat necesse, quòd haberet
titulo successionis, & quòd hæreditas matris, per filium
esset adita, seu agnita, & erat per matrem conditum
testamentum, & filius institutus in legitima, quod
in omni eo, de quo, virtute consuetudinis, non poterat
disponere, & nec apparebat agnitio, seu aditio filij, nec
ex testamento, nec ab intestato, & sic ei nullum ius
quæsitum, & per consequens dicebatur, quòd nec erat
quæsitum donatariæ, cuius virtute donataria agere po-
6 tuisset, † & licet aliàs donando, vel cedendo hæreditatem,
quis videatur adire, vt in pluribus decisionibus
est dictum, ista procedunt, data donatione, vel
cessione post ius filio delatum, quod non erat in casu,
de quo agebatur, in quo donatio facta fuit ante ius de-
7 latum. Aduertendum tamen est. quòd licet filius, &
agnati habeant legata reseruata, per consuetudinem
iure successionis tamen in solutione legatorum, quatenus
vltra præmissa fierent dispositiones non tenebũtur
filij, & agnati, sed adibunt hæreditatem, reseruatis
illis iuribus Freccia *in addit. ad consuet. in d. gl. in ver. perueniat, ver. nota, quod potest, f. 181.* & vtetur
etiam beneficio inuentarij, in cuius discussione contra
legatarios, hæc virtute consuetudini debita retinebit,
Milonus Actuarius.

Et cùm à sententia prædicta esset reclamatum commissa
mihi causa reclamationis de mense Martij 1577.
fuit iudicatum, malè reclamatum, & impositum actrici
perpetuum silentium, & de hac decis. meminit Ponte
consil. 52. n. 22.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. 4. Vide ad declarationem *l. fin. hic* allegatæ Anton. de Gama *in decis. 275.* illamq; exornat. Alphan. Perus. *collect. 94.* & Thesaur. *decis. 225. à n. 1.* Adde quòd qualiter intelligatur, & loquatur *l. fin. alleg. C. de pactis, vltra* Dec. *in cons. 31.* & Minad. *in con. 25.* Vide D. Senator Thesaur. Iun. *in add. ad decis. 63. sui Genitoris*, vbi omninò, & nouissimè D. Io. Camill. Bilóctam Doctissimum Iurisconf. & magnæ intelligentiæ *in suo solemni tract. de absolutio. à iuramento fol.* . . .

Num. 6. ibi in pluribus decisionibus, Adde supra *dec. 32. n. 10.* Mascard. *de probat. lib. 1. concl.* . .

Et ad istam decis. adde videndum D. Reg. de Ponte *cons. 35.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Consensus de cuius hæreditate agitur est reuocabilis vsque ad mortem.*
2 *Pactum inter fratres, de stando testamento patris, an valeat, & quando.*
3 *Pactum de hæreditate viuentis, valet inter milites.*
4 *Donatio causa mortis facta à marito vxori constante matrimonio, confirmatur sententia mortis tempore lata contra virum.*
5 *Renunciatio hæreditatis viuentis an sit extinctiua, an translatiua.*
6 *Pactum de non succendendo, & quando valeat.*
7 *Pactum de succedendo patri an valeat.*
8 *Donatio hæreditatis viuentis valet interueniente consensu illius de cuius hæreditate agitur.*
9 *Donatio omnium bonorum an, & quando valeat.*
10 *In donatione quando consideretur læsio.*
11 *Donatio ob ingressum monasterii an reuocetur, si ingressus non sit monachus.*
12 *Donatio facta per filiam patri post defuncto, illa viuente an reuocetur.*

1 AD hanc decis. 89. Adde quòd † consensus
de cuius hæreditate agitur est reuocabilis
vsque ad mortem. Decius *consil. 183. nu.*
2 *10.* † & quòd pactum inter fratres, de
stando testamento patris, & quòd non mutetur, non
valet, nec obligat, quando ipsum testamentum mutari
potest. Dec. *cons. 475. & 578. nu. 6.* Capic. *decis. 159.*
3 alia ponit, sed † quòd hoc pactum de hæreditate viuentis
valeat inter milites, tenent aliqui priuilegio militum;
inter alios Mangrella *ad l. de consi. C. de pactis*,
sed quòd non valeat Dec. irregulariter *cons. 351. 475. &*
4 *494.* & nota vnum, quòd † donatio causa mortis facta
à marito vxori constante matrimonio, confirmatur
sententia mortis tempore lata contra virum. Ita Surdus
cons. 171 & dec. 10. Mantua ibi nu. 11. Ad num. 4.
adde omninò Arisminum *in tractatu de varijs iuris sententiis tit. de inutilibus dispositionib. 13. 340. col. 1. vers donatio*, vbi idem, quod hoc numero dicit Præsidens.
Ad intellectum *l. fin. C. de pactis*, alia conferentia
ponit Consiliarius Anna *cons. 45.* vbi de pacto de non
5 petendo † renunciationem hæreditatis viuentis delatæ,
vel deferendæ, & an sit extinctiua, vel translatiua
doctissimè loquens, & nouissimè videndum puto an,
6 & quando † pactum de non succedendo valeat, & re-
7 nunciatio hæreditatis viuentis, & quòd † pactum non
succedendi patri, non teneat, quando pater non perseuauit
in prima opinione, & sic non valet renũtiatio Afflic.
decis. 350. Surdus latissimè *decis. 14. incipit, Comi-*
8 *tissa*, vbi contra Afflictum, *num. 8.* loquitur, quòd †
donatio de hæreditate viuentis valeat, quando consensus,
de cuius hæreditate agitur, interuenit, vt dixi.
9 Vide *decisio infra*, 168. vbi dico. † Donatio omnium
bonorum, an, & quando valeat, nouissimè Gratia. *in*
10 *decis. Marchia 36.* & quando † in donatione consi-
11 deratur læsio, & quando donatio † ob ingressum Monasterij,
si ingressus non sit Monachus reuocari pos-
12 sit, † & de donatione facta per filiam patri, si pater
obijt illa viuente, *decis. 40. 41. & 42. & 213 incip. priuilegium.* De hac decisione meminit Regens à Ponte
cons. 13. & numer. 22. Ad num. 2. huius decis. adde
Capic. *decis. 194. nu. 18.* Neapo. *in consuet. si quis, vel si qua, num. 246.* Ad num. 7. Aimon. *cons. 200.* Ad
eumdem in verbo in cuius discussione. Adde hunc
Præsidentem *decisio. 39. num. 4. decis. 480. in fin. & decis. 525. n. 8.*

ADDITIO D. RICII.

DOnatio facta à marito vxori omnium successionum paternarum, & maternarum delataruro, & deferendarum, an valeat, hoc dicit.

Scias regulariter donationes inter virum, & vxorem esse prohibitas ne mutuo amore se spolient. *tot. titu. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor.* cum alijs cumulatis per Cla. *in §. donatio q. 6.* Mant. *lib. 21. tit. de tacit. & ambig. conuent.* tamen non habet locum, hæc concl. quando sponsus donaret sponsæ de præsenti, vt explicat Molsel. *in 2. par. sum. de contract. q. 9. n. 13. & 14.* item limita in principe supremo, in cuius contractibus non seruatur solemnitas iuris ciuilis. *l. donationes, C. de donat. inter vir, & vxor.* item non procedit quoties esset modica donatio, vt soluit Mant. *loc. cit. tit. 3. & 4.* item restringe quando vir senex duceret puellam vxorem, vel plebeius nobilem, & è contra, vt voluit, ex multis quos allegat P. Molsel. *in consu. Neap. p. 3. q. 21. & 24.*

& 24.& sępè aliàs, quod etiam omnes docent; & quando vxor donaret viro causa adipiscendi dignitatem. & honores non procedit principalis conclusio *l. quod adipiscenda, ff. de donat.* quia ex hoc resultet nobilitas vxoris, vt pariter dicimus, quando confirmatur morte coniugis donantis Mantic. *d. lib.* 21. *tit.* 7. *per tot.* quod poteris ampliare, vt procedat etiam in morte ciuili donantis, vt ex multis adducit P. Molfes. 2. *p. sum. de contract. in q. de donat. inter. vir. & vxor.* apud quem hæc omnia, & eum consulas in facti contingentia, quia latissimè tractat.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non succedendo cum iuramento factum valet sine consensu eius de cuius hæreditate agitur in quo Surdus notatur inconstans.*

2 *Affirmatiuum improbatur etiam cum iuramento, & adhuc in tabulis nuptialibus, & impugnatur, D. Pratus.*

3 *Valet pactum affirmatiuum si generaliter fiat, sed aliter fuit decisum, & ratio, nu. 4.*

5 *Generalis, quando vitietur ad declarationem decisionis, & Gratian. & D. Staib. & n. 6.*

7 *Pactum negatiuum quando virtualiter sit affirmatiuum, & nullum, reiecto Decio.*

8 *Donans hæreditates deuoluendas, an debeat, & cogi possit ad adeundum. & Andreola impugnans assertum, Montan. D. Hodiern., & P. Afflicti.*

9 *Portio consuetudinaria, an transmittatur sine agnitione.*

1 TEnebricosissima quæstio tractanda venit, an renunciatio, & donatio hæreditatum deuoluendarum generaliter facta valeat præsertim cum enumeratione personarum, & pro claritate difficultatis, distinguendum est inter pactum de non succedendo, & pactum de succedendo, pactum negatiuum de iure improbatur *l. qui superstitis, ff. de acq. hæred. l. pactum quod dotali, C. de collat.* etiam si fieret ex causa onerosa aliquo dato, vel accepto *l. fin. ff. de suis, & legit. hæred. & post* Alber. Bal. Paul. & alios. Cancer. *lib.* 3. *var. c.* 7. *num.* 155. attamen si iuramento firmetur valet *c. quamuis pactum de pact.* Gallerat. *de renunc. libr.* 4. *c.* 3. quo casu renuncians iure suo priuatur, & facit quamdam abstentionem, & abdicationem tollendo se de medio, in qua renunciatione non requiritur consensus eius de cuius successione agitur, vt sentit Surd. *cons.* 133. *numer.* 24. nam idemmet contrarium verius probat *con.* 480. *n.* 21. & in iudicando ab hac opinione recedi non posse fatetur *d. cons.* 133. *nu.* 23. *&* 24.

Pactum affirmatiuum de succedendo ad fauorem alicuius factum super hæreditate certæ personæ valet cum consensu eius de cuius hæreditate agitur, aliàs vti contra bonos mores, & inducens votum captandæ mortis improbatur *l. fin. C. de pact. d. l. pactum quod dotali* etiam cum iuramento, & iure canonico attento *c. ne captanda, & cap. detestanda de elect. in* 6 *glos. in l. si quando, C. de inoff. testam.* Anchar. *consi.* 39. Alex. *cons.* 155 *num.* 10. *lib.* 7. vbi Author damnatæ memoriæ innumeros colligit subiungens sic sæpè iudicatum in supremo Senatu Mancin. *de effect. iuram. p.* 4. *eff.* 62. Fab. *de error. pragm. to.* 1. *decad.* 12. *error.* 4. Thesaur. *lib.* 1. *q. for.* 95. *num.* 6. *& in addit. ad suum genitorem decis.* 225. nec valet etiam factum in tabulis nuptialibus, itaut nec fauor matrimonij operetur, vt pactum aliàs improbatum eius fauore sustineatur Dec. *in d. l. pactum, quod dotali col. fin. in* 2. *limit.* post sexcentos Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4. *gl.* 9. *p.* 4. *numer.* 12. D. Hodiern. *contr.* 28. *num.* 22. vbi refellit D. Pratum *lib.* 1. *discept.* 12. allegatum *nu.* 6. nec consuetudo potest reddere pactum validum Osasch. *decisio* 100. Altograd. *d. cons.* 42. *nu* 56. And. *contr.* 310. *n.* 4.

Valet autem pactum affirmatiuum de succedendo
3 ad fauorem alicuius quando renunciatio, & donatio
hæreditatum deuoluendarum generaliter fieret, vt si
filia, vel soror ad fauorem patris, vel fratris cesserit
maternam fraternam, & omnem hæreditatem deferendam *glos. in l.* 3. *§. de illo ver. iusta hæreditas, ff. pro soc.* Cagnol. *in d. l. fin. num.* 152. Capyc. *decis.* 59. Gratian. *discep* 692. Rot. Rom. penes Buratt. *decis.* 366. D. Staiban. *cent.* 2. *resolut.* 182 vbi etiam extendit quòd per enumerationem specierum non desinat esse generalis, & valida Salyc. *in dict. l. fin.* Gratian. *n.* 50. Sanch. *libr.* 7. *in pracep. decalog. cap.* 2. *numer.* 31. Buratt. *numer.* 2.

Inualida benenerùm iudicata fuit renunciatio gene-
4 ralis in hac decisione, quia constabat de fraude, nam
vxor cui facta fuerat donatio semper anhelauerat hæreditatem matris, itaut in faciendo sic in genere renunciari fuit color quæsitus, vt de isto colore fit mentio, *numer.* 5. & aduertit in specie Gratian. *numer.* 56. & vbi renunciatio generalis successionum facta esset vt subsisteret pactum circa hæreditatem certæ personæ, & in fraudem tunc non valet, vt firmant Merlin. *de pign. lib.* 2. *q.* 40. *n.* 26. Viuian. Cirocch. *discep.* 68. *n.* 15. Montan. *contron.* 10. *n.* 8. Sanch. *n.* 31.

Corruit etiam generalis per ennumerationem spe-
5 cierum, vt si renunciauerit soror hereditates paternas,
maternas, & quascumque deuoluendas ad fauorem fratris, si nominauerit personam matris, vel patris per nomina propria, & persona certa fuerit designata. Bar. *in d. l. fin.* D. meus *num.* 4. Gratian. *num.* 22. Rota *decis.* 33. *p.* 6. *recent.* Sanchez. *numer.* 31. Lun. *inter cons. diuer.* Sicul. *cons.* 45. *numer.* 22. & vbi personæ non sunt nomine proprio nominatæ eo casu potest esse renunciatio incertarum personarum aliàs secus, Altograd. plena manu *cons.* 42. *libr.* 2. *num.* 42. vbi quòd expressio nominis proprij operatur, vt renuncians censeatur se referre ad personas nomine proprio expressas, & de earum hæreditate habuisse tractatum, & in fraudem fecisse generalem Bart. *post glos. in l. si quis ita, §.* 1. *ff. de testam. tutel. num.* 6. Bald. *consil.* 918. Roland. *consil.* 97. *lib.* 4.

Specialis si præcedat, vt puta de bonis paternis, &
6 maternis, & deinde sequatur generalis, tunc species
dicitur à suo genere exempta, & à suo genere non excluditur *l. stipulationes. l. doli clausula vbi* Bar. *ff. de verb obligat.* & in terminis renunciationis Rota Rom. *decis.* 714. *p.* 2. *recent.* Cagnol *in d. l. fin. numer.* 5. Gallerat. *libr.* 4. *cap.* 2. *num.* 2. Altograd. *cons.* 43. *vbi saluat* Buratum quando præcedit generalis, & subsequitur specierum enumeratio, vel quia vltima generalis non operatur validitatem renunciationis specificæ, & indiuidualis Signorol. *cons.* 116. Cagnol. *num.* 52. D. meus *num.* 5. *vers.* imo dicebat Altograd. *d. cons.* 42. *num.* 14. certius si generalis facta est diuersa periodo, nam generalis dispositio non refertur ad specificata, & expressa *d. l. doli clausula*, Valasc. *consult.* 83. *num.* 140. Altograd. *num.* 18. & ita intelligenda sunt, quæ Gratian. & D. Staib. *vbi supra* tradunt quod generalis non desinit valere per enumerationem specierum.

Pactum negatiuum si fiat cum iuramento ei de cu-
7 ius successione agitur sine dubio valet, sed si fieret ad
fauorem aliorum, tunc includit pactum affirmatiuum de succedendo ad beneficium illorum, qui non renunciant, & vti contra bonos mores non firmatur iuramento Cuman. *in l. stipulatio hoc modo concepta vbi* Alex. *num.* 12. *ff. de verb. oblig.* ait opinionem Bar. di-

centis

tentis quòd pactum cum iuramento sororis fratribus factum de non succedendo patri excludit eam à successione intestati intelligi debere patre consentiente, aliàs vti continens affirmatiuum de succedendo tamquam contra bonos mores improbatur addo Montan. *controu.68.numer.2.* Anchar.*conf.39.* Dec. *in d.l.pactum, quod dotali num.9.* vbi loquitur de renunciatione facta à filia in manibus patris hæreditati matris assentis, & quamuis in *conf.31.* afferat pactum hoc affirmatiuum non esse in consideratione vti in consequentiam, cùm principalis intentio fuerit vt fieret pactum de non petendo, huic motiuo respondet Surd. *conf.480.nu.20.*retorquendo argumentum, quòd principalis intentio fuerit, vt huiusmodi successio de persona vnius in alterius personam transferatur, & ita videtur principaliter pactum de succedendo, & sequitur Mart.*conf.75.*& sequuta fuit Rota Rom.cuius meminit Mancin.*de effectib.iuram.p.4.eff.62.* tempore quo ipse pro validitate renunciationis patrocinabatur cum ratione, Dec.vt fusè D.Hodiern.*conf.28.n.11.*

Notabilis est doctrina per quam traditur exclusum
8 fuisse donatarium, qui egit pro successione vigore donationis sibi factæ successionum deuoluendarum, quãdo donans non adiuerat hæreditatem, & ratio affertur *n.3.*quia donans adire debet, nec ius adeundi sit penes donatarium, hinc donans donare debet hæreditates deuoluendas, & promittere illas adire, vt edocet Montan. *vbi sup.*ex quo donatio hæreditatis deferendæ non potest operari effectum traslatiuum, vt contra Rouitum *in dec.85.*probatur copiosè in *alleg.128.*R.de Marinis *nu.37.*P.de Afflict.*controu.19.cum duobus seq.*& præsertim *c.18.n.12.*sequitur Montanum, & probat donatarium posse cogi per iudicem ad adeundum sicut cogitur seruus pro domino *l.cum aliquis,C.de iur. delib.* *addo* Hodiern.*contr.7.n.40.* in qua re contrarium sentit Andreol.*controu.310.*ea ductus ratione, quia aditio consistit in mera voluntate adeuntis quæ non potest cogi, & refelli exemplo de seruo, ex quo habet particularem rationem, nam serui sunt in bonis nostris. *l.fi. C.de verb.signif.* sed ego latè dicam *obs.101.*

Obseruandum erit circa tradita *n.5.*quod transmit-
9 titur portio consuetudinaria delata agnatis, & cognatis sine agnitione quando consuetudo fuit deducta in pactum, ita Reg.Latr.*dec.8.n.10* Montan.*contr.1.n.71.* & aliter controuersia est an debeatur portio iure successionis, & affirmatiuè habetur decisum hic, & *infr. decis.690.* vbi docetur cautela quòd agnati, & cognati adeant hæreditatem reseruatis iuribus consuetudinarijs, & conficiant inuentarium, sed Montan.*vbi sup.n.69.*indistinctè fratris non deferri iure successionis, sed ex consuetudine, quæ assimilatur feudo ex pacto, vt *inf.dec.307.*& ibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Lite mota super possessorio recuperandæ non potest per conuentum cumulari petitorium, siue per viam actionis, siue exceptionis num seq.*

3 *Agenti remedio c.reintegranda exceptio proprietatis opponi non potest.*

4 *Remedia possessoria, etiam pro incorporalibus, & personalibus competunt.*

5 *Sententia Regis, in dubijs quæstionibus in Regno, ius facit.*

6 *Petitorium, & possessorium, etiam in honoribus, & dignitatibus cadit.*

DECISIO XC.

Petitorium quando possessorio recuperandæ intentato possit cumulari?

Contra Nicolaum Mariam Maiorana petentem se reintegrari in possessione, seu quasi honorum, quibus gaudent Nobiles Sedilis Montanææ huius Ciuitatis, opposita fuit exceptio proprietatis, & dicebatur pro parte Nobilium dicti Sedilis, esse procedendum etiam in causa proprietatis, & possessorij simul, contra quod dicebat Nico-
1 laus Maria, † lite mota super iudicio possessorio recuperandi possessionem, non posse per conuentum cumulari iudicium petitorij, secundùm Bart.*in l.naturaliter §.nihil commune, in 5.combin.de acquir.possess.* siue iudicium
2 proprietatis cumulatur per viam actionis siue per viã exceptionis, & quamuis Bart. loquatur in materia tex. *l.si quis ad se fundum.ff.ad l.Iuliam, de vi,* & in materia *l.si quis conductionis titulo,* idem tamen erit in materia *c.reintegranda,* quod remedium intentatum est, ita in specie super combina. prædicta dicit Berengar. Ferd. *in repetitio d.§.nihil commune*, & prædicta tan-
3 to magis dicebantur procedere; † quia agenti remedio *c.reintegranda*, non potest opponi exceptio proprietatis, Imola, & Butrig.*in c.sapè, de restit.spol.* Alex. *in d.§.nihil commune, in 10. col.vers. dicit* Bart *ibi*, & magistraliter, Socin. *in l.rem. quæ nobis. in 9.q.ff.eod. tit.* de quibus meminit Dec.*in conf.57 & pro tenui, colum.3.nu.6.vol.1.*& hanc opinionem esse communem, dicit Ripa *in repetit.dicti c.sapè, in 13.colu.in 15 q.de restitutione spol.* Idem Ripa, *in d.§. nihil commune*, & Iacobin.*in l.si de vi, in secunda fallen. ff.de iudic.* Nec dicebatur posse dici prædicta procedere in rebus corporalibus, quasi quòd secus sit in iuribus incorporalibus, quandoquidem dicebatur veram, & communem
4 esse opinionem † pro iuribus incorporalibus; & annuis præstationibus, etiam personalibus, dari remedia possessoria, secundùm opin. Innocentij, quem sequuntur ibi cæteri, *in cap.querelam, de elect.* plenè Dec. *in conf.137.primo volum.* plenius Hieronymus Gigas *in tract.de pensionibus, q.47. per totum*, & licet Ioannes Corasius *in prælud.in repet.§.nihil commune, colum.fi. in fine*, dicat multa contra hanc opinionem, & contra tenentes eam, & ipse in specie contra eam teneat, nihilominus dicit quòd in omnibus Curijs tàm spiritualibus, quàm temporalibus, opinio Innocent. & sequentium eum, seruatur, teste Ioanne Fabro *in §.1. in fine, Instit.de interdict.* vbi etiam Angel. hunc vsum defendit, & secundùm istam opinionem, dicit Afflict. *in dec. 995.* fuisse aliàs per Sacrum Consilium iudicatum, quod dicit ibi esse notandum, quia in articulo dubio in
5 Regno † sententia Regia facit ius, sequitur Rota Bonon.*in dec.27.*tenens hanc opin. congerit vltra prædictos. Tiraq.*in tract.de retract.lignagier, in glos.6.§.1. versic.sed aduerte quoniam, num.12.fol.66.*& nouissimè Alexand.Raude.*in tract.de Analogis lib.1.tit.39. nu.157. versic. cæterum, quod attinet.* Imo dicebatur,
6 iudicium † possessorium, & petitorium cadere etiam in honoribus, & dignitatibus, quotidie Sacrum Consilium iudicat in vtroque iudicio, & ita iuris est, vt benè aduertit Didac.*in lib.3.variar.resolut.cap.16.num.12.vers.3.principaliter, fol.112.1.colum.* & ante eum, Ioan.Fab.*in §. sequen. versic. quædam sunt facta, Institut. de act.* *Flor. in l.sic, colum.2. vers.secus vero.ff. quemadmodum, seruitu.amit.* Ant.de Cordu *in prin.l. si quis à liberis, num.21.25.& 26.ff de libro agn.* qui loquitur in matrona nobili, quòd potest implorare officium iudicis in edendo, & offerendo contra aliam non tantæ nobilitatis, vnde post quam de iure etiam consideratur quasi possessio in corporalibus, & in specie in dignitatibus, & in eis detur restitutio possessionis, seu quasi, fuit per Sacrum Consilium prouisum, debere procedi in iudicio possessorio tantùm, & exceptionem proprietatis propositam per viam actionis, vel exceptionis in præsenti iudicio possessorio non admittendam, referente D.Vitello iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum de mense Decembris 1575. quando autem procedat, quòd pro honoribus, & dignitatibus competat actio Tiraq. *plenè in tract.de Nobilit. c.29. nu.56.vers.sed illud cum seq.f.59.*

AD-

7 *Feudum, licet fiat patrimonium filij, non desinit dici paternum.*

8 *Intellectus consuetud. si quis, & si moriatur, & num. seq.*

11 *Paragij, quæ sit quantitas.*

12 *Frater non nisi pauperem, tenetur dotare sororem.*

13 *Legitima non competit in bonis fratris, nisi in vno casu.*

14 *Necessitas alendi, in ascendentibus prius quàm in transuersalibus consideratur.*

15 *Bona paterna cum onere alimentorum, transeunt in filios.*

16 *Frater, ad successionem admissus, dotare tenetur.*

17 *Argumentum à contrario sensu non sumitur, quando ll. resultat pugnantia.*

18 *Aduocatus in simili causa, non prohibetur esse iudex in simili casu inter alias personas.*

DECISIO LXXXVII.

Soror dotata exclusa à successione auunculi, cum fratribus, nec paragium de ijsdem bonis petere poterit.

FVit aliàs dubitatum, mortuo auunculo, superstitibus nepote, & nepte dotata à patre, vel matre, & non de bonis auunculi: an deberet neptis succedere auunculo, de cuius bonis non fuit dotata, vnà cum fratre, an verò per consuet. Ciuitatis Neapolis, neptis per fratrem excludatur? Et tam in prædicta causa, quàm in causa Catherinæ de Oliuerio, ad præsens decisa, quæ remansit post mortem Thomæ de Oliuerio, vnà cum Henrico de Oliuerio, sorore, & fratre ex vno latere coniunctis d. Thomæ, fuit decisum, quòd hæc soror excluditur à successione prædicta ex tex. *consuetud. si quis, vel si qua, in vers. sed si morienti, & in vers. quod autem dictum est.* hoc tenet expreisè Neapod. *in d. vers. si morienti in versic. in nepotes, in versic. filia fol.* 38. *nu.* 272. cum secundùm eum debeat sibi sufficere maritagium, idem Neapod. *in d. consuetud quod autem, in versic. sorore, in fin. nu.* 300. *f.* 39 *& expressius in vers. habuisset, num.*
1 301. *f.* 39. dum dicit sororem † per dotationem exclusam, non succedere, nec contineri fratris appellatione: sororem autem inclusam ad succedendum, vti iu-
2 re masculorum, vt in consuetudine si moriatur, † & hanc contineri appellatione fratris, expressius hoc dicit Neapod. *in glos. in vers. parentum, num.* 302. *f.* 39. qui dicit, multum referre in successione collateralium, an filia habeat per modum successionis, quia hoc casu censetur, vt masculus, seu masculinata, & eodem modo cēsebuntur neptes ex ea Neap. *in consuet. si moriatur, in vers. ex masculis.* Cum igitur in prædictis casibus apparebat, has mulieres dotatas fuisset à patre, & sic per viam dotationis, habuisse de bonis paternis, meritò dicebatur eas esse exclusas, & in hac secunda causa, nec pro parte actricis de hoc dubitabatur, quia ipsa fatebatur, non debere succedere, & non immeritò, quia sunt tex. consuetud. expressi, & dicta Neapod. dicebat tamen debere habere paragium in istis bonis auunculi, siue fratris, ex quo ipsa erat de proximioribus admissis per consuetudinem ad successionem in bonis agnatorum, vt in conseur. *si moriatur.* Nec erat dubium, ipsas esse de proximioribus, & maximè sororem consanguineam, quæ agnata est, vt dicit Neapod. *in consuetud prædict. si moriatur in vers. ex masculis, vers. quid ergo, in fi.* quod etiam dicebat ei tribui per consu.
3 *sed si moriatur* † dum ipsas excludit à successione collateralium, ea ratione, quia fratres ipsas tenentur maritarè, vt superius dictum est, quod verbum refertur ad primam consuetud. per quam consuetudinem prouisum est, filiam excludi, per fratres, qui tenentur ipsam maritare, secundùm paragium, & facultates, quod paragium debetur in bonis paternis. Ita, & eo-
4 dem modò dicendum erat, quòd de bonis transuersalium deberet habere paragium, maximè, quia dictio; vt supra, refert præcedentia cum qualitatibus suis, dicit Bart. *in l. hoc edicto. ff. de postulan.* Dec. *cons.* 442. & Ias. *in consil.* 15. *vers.* 2. *principaliter, vol.* 1. & ex ista interpretatione consuetudinis, modo prædicto inferebatur non tantùm deberi paragium, seu legitimam in bonis per fratrem de nouo quæsitis, sed etiam in alijs bonis fratri obuentis à patre, cum sint effecta propriū ipsius patrimonium *l.* 1. *§. veteres, cum similib. ff. de acquir. possess.* quod etiam procedit in materia consuet. secundùm Neapodanum *in consuet. si qua mulier, in gl. in vers. succedunt.* Dicebat Aduocatus actricis, quòd ipse conueniebat in hoc conuento, quod ex istis bonis obuentis fratri à patre super quibus hæc mulier
5 semel habuit paragium, † non deberetur aliud paragium, ne hæc bona duplici onere grauarentur contra regulam positam *in l. nauis onustæ. §.* 1. *ff. ad l. Rhodiam de iactu.* And. *in tit. quæ sunt regalia, col.* 2. *versic. & plaustrorum.* vbi Aluarot. congerit multa Tiraqu. *in tract. de vtroque retract. §.* 1. *fol.* 343. *in fin.* & quod hoc dicit Neapod. *in d. §. quod autem, in vers. parentum,* dum excludit sororem à successione fratris in bonis paternis, de quibus aliàs fuit dotata, quæ exclusio à successione, intelligitur respectu dotis, ad quam admitteretur, non autem ad successionem in portione bonorum, prædictorum, à qua erat penitus exclusa.
6 † Nec per hoc, quod bona dicantur hæredis, *vt in d. § veteres,* mutant naturam, quin dicantur paterna, vel materna, respectu lineæ, à qua obuenerant, vt est tex. *in l. emancipatis. C. de legit. hæred. & in l. quod scitis,*
7 *C. de bonis, quæ lib.* patet etiam clarè in feudis: † nam licet filius succedat patri in feudo, & feudum efficiatur proprium patrimonium filij nihilominus dicebatur feudum paternum, *cap.* 1. *an maritus, & in cap.* 1. *an agnatus, & in § si duo, de feudo Marchiæ,* & hæc opinio comprobatur per vnum ex Dominis, ex dictis per Afflictum. *in constitut. in aliquibus. in* 4. *notab. in* 9. *quæst. in fin.* vbi concludit, sororem dotatam excludi à successione eius, qui eam dotauit, & ideo subdit, quòd si frater, qui successit patri eam dotauit, de bonis paternis in illis bonis, quæ remāserunt penes fratrē de bonis paternis prædictis mortuo fratre, non succedet, quia ab illis exclusa per dotationem, & de hoc non fuit dubitatum, & dictum fuit per antiquiores Dominos, semper sic fuisse iudicatum, sed restringebat se Aduocatus partis ad legitimam, siue paragium de bonis de nouo quęsitis, & pro eo poterat allegare decisionem prædictam Afflict. & dicebat, quòd hoc videbatur decidere saltem ex subhaudito intellectu Neapod. *in d. gl. in vers.*
8 *parentum* † Nihilominus dictum fuit, consuetudines prædictas generaliter loqui, nec distinguere successiones à bonis fratri obuentis à patre, vel quęsitis per eum quodque ratio conseruandorum bonorum in familia, in quibus sunt fundata consuetudines, vt dicit Neapodan. *in consuetud. si qua mulier in gl. prima, & in consuetud. mulier de dotibus, in versic. pro se* militat in vtroque casu, & quòd postquam loquutæ sunt consuetudines generaliter, militatque eadem ratio, generaliter sunt intelligendæ, maximè, quia idem Neapodan. *in glos. consuet. si moriatur, in vers. in omnibus dicit,* consuetudinem prædictam, si moriatur procedere in bonis de nouo quæsitis, & in hoc, in partem, ius commune corrigi, & consuetudo prædicta sorores excludit in genere, & sic etiam intelligitur in quæsitis de nouo.

Nec obstat ponderatio consuetudinis ibi, vt superius
9 dictum est: quia vt Capic. *dicit in decis.* 159. intelligūtur d. verba, cùm teneantur dotare, vt superius dictum est scilicet, de bonis ascendentium, & cum ratione, quia super eis debetur filiabus legitima, & si etiam dicit fuisse decisum, idem Capic. *in d. consuet. si moriatur, in apostilla, quæ incipit, ad hanc consuet. fol.* 69. & sentit Pisanellus *in consuet. quod autem in apostilla, in vers.*

10 *vers. pone, quod soror.fo.156.* † Item dicebatur, quòd etsi verum sit, dictionem, vt supra repetere dispositionem cum eisdem qualitatibus procedet tamen vbi est eadem ratio, sed in casu, de quo agitur ratio est diuersissima, nam hę editas patris, & matris de iure naturæ debetur filiabus, teneanturq; parentes legitimam eis relinquere, easque pater dotare, *l. qui liberos. ff. de ritu nupt.* idcircò benè fuit prouisum per consuetudinem, dum excludit filias à successione patris, & matris, quòd 11 eis detur paragiū pro dote, ad quam pater tenetur, † & pro legitima, ad quam etiam mater tenetur, quod paragium, vel erit legitima, vel vltra, vt pari nubere possit, secundùm Neapod. *in dict. consuet. si moriatur, in* 12 *vers. paragium, &* Afflict. *in constit. in aliquib. 12.q.* † Fratres autem non tenentur, de proprio dotare sorores, nisi pauperes essent, *l. cum plures. §. fin. ff. de admi-* 13 *nistr. tut.* † nec in bonis fratris reperitur de iure competere legitimam, nisi in casu. *l. si fratris. C. de inoff. testam.* Quomodo ergo super eis potest deberi paragium? & dicebatur, verba consuet. cum fratres teneantur dotare, vt superius dictum est, declarari per eumdem Neapod. *in gl. consuet. si moriatur, in vers. ex masculis, vers. ratio verò,* & nihil aliud voluisse dicere, secundùm Neapodan. nisi quòd ideo sorores excluduntur per fratres, ipsas dotando de paragio, quia officium, quod fuit paternum in patre, dum vixit, post eius mortem efficitur fraternum, sed pater non tenebatur dotare, nisi de bonis suis, ergo eodem modo frater non tenebitur, nisi de bonis patris, in cuius locum successit, nō autē de bonis suis, & in simili q. vnus ex Dominis allegauit. Cyn. 14 *in l. alimenta. in fin. q. C. de nego. gest* dicentem, † quòd licet necessitas alendi filios prius, consideretur respectu ascendentium, quàm fratrum, nihilominùs, quia quan-15 do † bona patris transferuntur ad filium heredē, transferuntur cum onere alimentorum, & tenebitur, potiùs ad alimenta hęres patris, qui erat obligatus, quàm mater, quæ etiam iam præstita repetet, quia fratres, ex istis bonis commodum habent, vnde æquum est secundùm eum, vt onus sentiant adnexum bonis patris, & Cynum sequuntur relati per Ant. de Cord. *in l. si quis à liber. §. si mater, num. 32. vers. ex his. ff. de libe. agno.* & si ipse contrarium sentiat, & infra *decis. 559.* latiùs, & ex prædictis dicebatur, argumentum esse solitum: credendum est, quòd condentes consuetudines, voluissent, quòd etiam in bonis de nouo per fratrem quæsitis (de quibus consuetudo intelligitur, vt supra dixi) deberetur paragium sorori, iam dixisset, quemadmodum dixe-16 runt in paternis, in quibus nulla erat dubitatio: quia, † etsi non dixissent, sed simpliciter sorores exclusissent fratres ipsi admissi ad successionem fuissent obligati ad eas dotandum, Bald. *in l. fin. C. de dot. promission.* congerit concord. Aym. *cons. 189. vbi plene, col. 1. vers. quinimo, vol. 1.* quòd nouissimè Ludou. Molina *in tract. de primogenijs. lib. 1. cap. 1. n. 2 vers. idq; etiam fol. 203* & postquam non dixerunt credendum est, quòd noluerint. Item dicebatur ad decis. Neap. *in vers. parentum,* non esse necessariam responsionem, quia ex dicto eius non est sumendū argumentum à contrario sensu, quòd non sumitur ex verbis DD. quia eorum authoritas non est necessaria, vt dicit Bero. *in c. 1. col. pen. sub nu. 272. vers. & ideo infertur extra de const.* maximè, quia repugnaret consuetudinibus generaliter loquentibus, & nec 17 doctrina Afflict. dicebatur, † quòd poterat allegari in materia huius consuetudinis, Afflict. enim loquitur in materia Consti. Regni, per quā est prouisum circa successionem ascendentium, & quādo concurrunt in successione, in linea transuersali sorores in capillo cum sororibus dotatis, non autem quando cum fratre. Hac causa plenè discussa, dixerunt ex prędictis antiquiores Domini, hunc casum in bonis antiquis, quæ perueneruunt ad fratres, & de quibus sorores habuerunt semel paragium, semper absque difficultate fuisse decisum contra fœminas in beneficium masculorum: in bonis verò, de nouo quæsitis, bis decisisse; & vna vice fuit dubitatum: reperi postea, quòd fuit in causa D. Isabellæ de Aragona, cum Illustr. Duce Montis Alti. & non fuit decisum, alia tamen vice fuisse decisum contra fœminas pro maxima parte votorum, & reperio apostillam Domini Felicis de Rubeis, Regij Consiliarij, & mei prædecessoris, in consuet. *quod autem, in ver. parentum,* dicentis, quòd licet in quadam causa fuisset reseruata melior deliberatio nihilominus in causa Annibalis Macedonij, cum Venatis, quia verba consuetudinis faciunt in contrarium, cum simpliciter loquantur, & in transuersali non debeatur legitima, videtur, quòd non debeatur paragium, subdens, fuisse decisum in fauorem masculorum, die 4. Iulij 1560. Actuario Villalta. Et ego fui aduocatus, pro Venatis in causa prædicta, ob quam causam, dum fuissem allegatus suspectus in præsenti causa, quia similem causam quando eram Aduocatus defendi, Sacrum Consilium non 18 admisit hanc suspicionem, † quia Aduocatus prohibetur esse iudex in ea causa, in qua consuluit, non autem in causis similibus, in ea enim præsumitur habere affectionem, ex quibus Sacrum Consilium in Regio Collaterali Consilio cum interuentu duorum ex Dominis regentibus, absoluit conuentos ab impetitione actricis, quæ prætendebat habere paragium in bonis eius fratris consanguinei defuncti, absque filijs, superstitibus fratri vtrinque coniuncto, & consanguineo, cum ipsa sorore, & licet ex alio prætenderetur, quòd actrix potuisset excludi: nihilominus hic punctus fuit plenissimè discussus, & postquam est bis decisus, etiam in bonis de nouo quæsitis, cum interuentu peritissimorum virorum, & seniorum præuia sic plenissima discussione, dictum fuit, has decisiones absque dubio esse seruandas, die 21. Februarij 1576. Actuario Mileno, & ad id, quod supra dixi de suspicione allegata in mei personam, addo, quòd dum accidisset similis casus in personam Domini Vincentij Mastrilli Regij Consiliarij, & fuisset dictum, quòd eodem modo deberet ipse in quadam causa Magnificorum de Scorpionibus interuenire, fuit decisum contrarium, ex quo pendebat causa reclamationis, & ipse adhuc interueniebat pro Aduocato in causa prædicta reclamationis die 22. Augusti 1577. penes Secretarium. Hoc posui, ne diceretur diuersimodè iudicatum, quia alia ratio pactum reformat.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 4. ibi quod de bonis transuersalium, vide Doctores *in constit. in aliquibus,* vbi Minad. *fol. 52. & sequenti.*

Et num. 5. ibi dictio, vt sup. Adde D. Ann. moder. *consil. 28. & cons. 53. nu. 121. & seq.* Menoch. *cons. 73. n. 24. vol. 1.* Burs. *cons. 13. n. 40. vol. 1.* & Fuscum *in sing. 40. lit. D.* & Surd. *in decis. 291. num. 13. 18.*

Num. 5. adde supra *decis. 22. num 3.*

Num. 11. Vide add. omnes ad Napod. *in consuet. si moriatur hic allegata à fol. 93. vsque ad 97.* & aliqua per Fuscum *in sing. 3. 4. lit. P.*

Quomodo paragium consideratur in fratre, Vide hunc Dominum *in decis. 616.* & an sit idem quod legitima, vel loco legitimæ successionis, Vide Eumdem *decis. 618. in fin.*

Num. 12. An frater teneatur dotare sororem vigore Const. Regni, in aliquibus, Vide ibi Minadoum *in 7. notab.* vbi late concludentem quod sic.

Num. 18. Vide si conferunt scripta per Crauettam *cons. 199. in fin.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Vnica dotatio an sufficiat ad excludendum à successione dotatam, & num 2.*

3 *Frater non tenetur dotare sororem, nisi sit pauper,*

per, & quid in sorore vterina, num. 4.
5 *Aduocatus in causa simili, an possit esse iudex in alia causa.*
6 *Consultor potest allegari suspectus, si iudex erdetur.*
7 *Iudex ordinarius, qui semel in causa iudicauit, an possit vt suspectus recusari.*
8 *Et quid si appellatur ab eius sententia vel decreto.*
9 *Et quid si partes non reluctant, vtrum aduocatus possit iudex esse.*
10 *Et an possit esse testis pro cliente.*
11 *Officiales tam perpetui, quam temporan i, Regij, quam Baronales an possint esse aduocati causarum.*
12 *Et an possint esse iudices in causis aduocatis ab ipsis.*
13 *Et quid si patrocinium reliquerunt.*
14 *Et an officialis possit esse aduocatus in Curia, vbi Officium gerit.*
15 *Sententia an sit nulla prolata à iudice effecto in causa, in qua fuit patronus; si non recusatur.*
16 *Et de veritate.*
17 *Et an possit dicere conuicia aduocatus pro defensione causæ.*
18 *Paragium quid sit, & quomodo differat à legitima, & dote, & de alijs notabilibus circa dictam materiam.*

1 AD hanc decisionem. † An vnica dotatio sufficiat ad excludendum à succedendo, adde
Annam *alleg. 81. & 117. vol. 2. & alleg. 70. volu. 1.* vbi quòd sic, cum hoc Præside. &
videndus est Anton. Thesaur. *in decis. Pedemont. 62.*
qui tenet ab hæreditate dotantis, & vide Præsidentem, *dec. 307. num. 14. & dec. 171. num. 3.* & Dec.
cons. 433. ideò ego aliàs in causa dicebam Altobelli
2 Molle Scotanens. † dotatam filiam à patre succedendo fratri non repellendam contra vxorem cuiusdam
Medici Sancti Petri Galletini, & allegabam Menoch.
consil. 417. num. 3. vol. 5. Couarr. *in c. quamuis, de testam. aliter de pact. p. 3. §. 3. num. 2.* & Consiliar. Annam *consil. 45. num. 73. post alios*, & ad hanc decisionem adde Præsidentem *decis. 39. 92. & 295. & 486. in*
3 *fin.* Ad num. 13. de frat. † qui non tenetur dotare sororem nisi sit pauper. Adde sic omninò Guido Papa
decis. 96. Capell. Tolos. 290. Boer. *decis. 139.* Gomez
Leo, *decis. 15. in decis. diuerso.* Thesaur. *decis. 192.*
Afflict. *decis. 371.* Iason. *in §. fuerat, num. 105. de act.* Guido. Pap. *sing. 479.* Ioan. Bachan. *Sing. 8.* Abb.
4 *cons. 50. vol. 2.* & Natta, *cons. 658.* & † an vterinam
Boer. *decis. 129. vide infra decis. 559.* Ad numer. 18.
5 Adde Capic. *decis. 146.* vbi de † aduocatis in alia causa simili connexa, vel dependenti cum illa, in qua vult
6 esse Iudex, & potest iudicari suspectus, & † consultor
7 potest allegari, vt suspectus, si deputatur iudex. &
† iudex ordinarius, qui semel in vna causa iudicauit, potest vt suspectus recusari, ne sit sibi contrarius, quia
præsumendum, quòd semper ita iudicet. Item adde,
8 quòd iudex, † qui in vna causa iudicauit contra aliquem, & est appellatum, potest recusari in alia per appellantem, si dicit illatum esse grauamen, aliàs secus, si
appellationi soli innititur. Capi. *decis. 146.* Adde etiam
ad supra dictum numerum 18. Aimon. *cons. 199.* qui
9 dicit contra, † quod potest allegari suspectus, non tamen prohibetur si partes non reluctant. Adde etiam
10 † an possit esse testis pro, & contra clientem, *infra*
11 *decis. 222. vol. 1.* & Io. de Amicis *consil. 120.* † Sed an
iudices possint esse Aduocati tam si sunt Officiales Baronum, quam Regis, tam perpetui, quam temporales.
Pragm. 7. incip. Mandamus, in tit. de off. Mag. Iust. &
12 an † possint esse iudices in causis, in quibus patrocinati fuerunt clientibus suis Anna pater, *Sing. 8. inci.*
13 *Aduocatus. & infra decis. 222.* ad quam dixi. Et † quid
si aduocationem reliquerunt. Carauita, *tit. 11. n. 5.* quòd
14 non, & ibi an † possint esse aduocati in Curia vbi officium gerant, cum ampliationibus, & limitationibus.
15 Et quòd † sententia aduocati effecti iudicis non sit
nulla, nisi recusatus fuisset, & demum iudicasset Aim. *d.*
16 *consil. 199.* & † quòd aduocatus effectus iudex iudicare potest post Tremol. ad Bonaccurs. *fol. mihi 54.* &
Maran. *in 6 par. verbo, sententia num. 42.* firmat ipsemet Aim *d. consil. 199. in fin.* An autem aduocatus finita lite possit testificari pro cliente, latißimè Surd. *decis.*
Mant. 219. incip. In causa Spetantia decidit recipiendum testimonium aduocati citra præiudicium. An
17 † autem possit aduocatus pro defensione causæ in alterius partis aduocatum conuicia proferre, idem Surd.
in decis. 89. incip. Iniuria vni facta, vbi per text. *in l. quisquis. C. de postulando*, concludit aduocatum excusari si absque dolo, & animo iniuriandi, & pro vtilitate
18 causæ prorumpit. Paragium † quid sit, & quantum, latissimè Capic. & Moderniores *in consuet. Eas, de success. ab intest.* Moder. *ad Afflict. in decis. 160.* Camill. Salern.
latißimè *in d. consuetu. 1. verbo paragium*, vbi sex requisita Paragij connumerat; & nouissimè Siculi, vbi
Parthenopæus D. Garzias Mastrillus doctè loquitur *in tract. de parag. & legit. nouiter edito.* Alia de aduocato
vide *infra decis. 222.* latissimè. Et adde quòd hæc decisio procedit attentis consuetudinibus Neapolis, secùs
de iure Constitut. Regni, de qua re infra Præsidens *decis. 171.* & ita est intelligenda, aliàs hæc decisio, cum
illa pugnaret, licet etiam illa *decis. 171.* de iure constitutionum dubium haberet, vt ibi dicam. Ad num. 12.
huius decisionis, adde Iasonem *in Auth. res, quæ nu. 10. & seq. C. communia de legat.* & Alex. *in l. 1. num. 23. ff. sol. matr.* vbi quòd frater non tenetur dotare sororem
vterinam, sed consanguineam solùm; sed de hoc videndus est Boerius *in decisio. 129.* Guid. Pap. *qu. 96.* Affl. &
vbi Addentes, *in decis. 371.* Gomez Leo *in decis. diuersorum, decis. 15.* Bart. *in Proœm. ff.* Cappell. *Tolosana. quæst. 290.* Iason. *in §. fuerat nu. 105. de actionibus.* Guid.
Pap. *Singul. 479.* Io. Bacan. *Sing. 8.* Abb. Panormit. *cons. 50. lib. 2.* Natta *cons. 657.* Clericus an teneatur de redditibus Ecclesiæ dotare sororem, si commoditatem dotandi aliunde non habet Abb. *in cap. peruenit. de arbitris.* An autem frater teneatur alere sororem, & fratrem pauperem Præsidens *infra decis. 178.* sed quod
frater teneatur alere sororem suam etiam vterinam,
est tex. *in l. qui filium*, vbi Bald. *ff. vbi pupill. educ. debeat.* & de fratre alendo, si est pauper, videndus est Guid.
Pap. *quæst. 439.* nouissimè Surd. *in tract. de alimentis, tit. 1. q. 25.* Antonius Thesaurus, *decis. 211.* vbi ampliationes, & limitationes, *& decis. 192.* vbi an teneatur
frater alere sororem ex alio patre natam, & an teneatur alere fratrem inopem. Franc. Marcus *decis. Delphinatus, 154. num. 7. par. 2.* Quod autem teneatur alere
etiam fratrem naturalem inopem, Bart. *in l. 5. §. vtrum, ff. de liber. agnoscendis.* Hartman. *d. cap. 2. in tit. de alimentis, lib. 2.* Quòd autem patruus teneatur alere nepotes, & neptes pauperes. Ioseph Ludouic. *decis. Lucensi 62. num. 33.* An autem pater teneatur dotare filiam naturalem, latißimè, & nouitèr Ceuallos *lib. Practicarum quæstionum quæst. 569. incip. Dubitatur*, vbi
pro, & contra communem opinionem affert, & tandem concludit patrem teneri. Sed nota, quòd pater nō
potest plus relinquere in testamento filio spurio, quàm
ei debet pro alimentis, ratione habita ætatis, industriæ,
& qualitatis spurij, Borgninus *decisio. 10 num. 33. p. 3.*
Quòd filius non teneatur dotare matrem suam si secundò nubit Rauend. *Singul. 196.* Boer. *decis. 129.* &
Ozasc. *dec. Pedem. 124.* quod frater, vel patruus promittentes dotem pro sorore, vel nepte, non præsumantur
administratorio nomine promisisse, sed proprio, & de
suo soluere teneantur Borgnin. *decis. 34. n. 7. par. 1.* Anchar. *cons. 435.* Veggius *cons. 37.* Cor. *sub. in l. si quis. § idem rescripsit, num. 102. ff. de lib. & posth.* & de dotatione omninò vide *infra decis. 375. incip. Defuncto magnifico.* Hæc decisio procedit de iure consuetudinario,
secùs communi Præsidens *decis. 171.*

AD:

ADDITIO D. RICII.

SOror dotata exclusa à successione auunculi cum fratribus, nec paragium de ijsdem bonis petere poterit, hoc dicit, nota conclusionem huius decisionis procedere etiam in alijs bonis nouiter per fratrem requisitis, vt testatur Molfes. *in consil. Neap. part. 4. quaest. 29. num. 16.* vbi refert, ita fuisse decisum in Sacro Consilio in causa Marchionis Siculæ referente Andrea de Curt. in qua causa consuluit Anna *alleg.* 81. de quo meminit à Pont. *in tit. de success. mulier. sub num. 6.* sic etiam refert decisum in causa Annibalis Macedonij, item sic alia vice in causa illorum de Veratis, de qua meminit author noster in hac decis. & de alia decisione in causa Seuerij Mociæ, cum filio, de Ann. meminit de Bott. *in consuet. sed si morienti in princ. fol.* 152. *in quaest. incip. ista consuetudo versic. si maritanda*, & dicit fuisse conclusum dum soror dotata erat à fratre de alijs bonis, quæ soror accepit in excambium bonorum paternorum, itaque est casus magis dubitabilis, nam in primo casu refert etiam decisionem sine nomine partium tenet etiam Anna filius *cons. 45. num. 72. & sequentib.* vt alios omittam, vbi *numer.* 74. dicit hoc esse inductum non iam ex verbis consuetudinis, sed per interpretationem prudentum, qui interpretati sunt, vt sufficiat fœminis vnicum paragium, & eius pater *in dicta allegat.* 81. refert sic decisum ex decis. Neapolit. *in consuet. quod autem in verb. parentum num.* 303. *vers. sed planè fol.* 159.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Neptis dotata de bonis aui attento iure consuetudinario Neapolis excluditur à successione auunculi, nec est iterum dotanda cum ratione.*
2 *Vnica dotatio sufficit attento consuetudinario iure Neapol.*
3 *Paragium quando sit congruum, & iterum dandum. Et quid in feudis, & exploditur* D. Mucci, *num.* 4.

1 PRudentes quamplures, inquit Anna *con.* 45. *num.* 74. *& præcipuè Io: Vincentium suum genitorem* tenuisse contra præsentem decisionem, quæ resoluit neptem vti dotatam de bonis aui excludi à successione auunculi attento iure consuetudinario Neapolis à bonis obuentis ab auo, quia per aditionem hæreditatis quamuis bona paterna efficiantur fraterna, *l. veteres ff. de acqu. poss.* & hæreditatis paternæ renuncians non excludatur à successione fratris etiam in bonis obuētis à patre, vt *infr. decis.* 167. secus est attento iure consuetudinario, quod inspicit originem bonorum, & bona per aditionem nō desinunt esse bona patris, vel aui, vt D. Hodiern. *lib.* 1. *controu* 24. nec fœminæ sunt dotandæ iterum de paragio quidquid cōsuluerit Io: Vinc. Cangian. *in alleg.* 22. R. de Marin. quia contra dictas allegationes fuit decisum, & D. meus *num.* 17. ait semper absque difficultate decisum fuisse contra fœminas in beneficium masculorum, & latè comprobat Molfes. *ad consuet. Neapol. p. 4. q. 29. num.* 16. referens sic pluries fuisse decisum, addo Napod. *in consuet. si quis, vel si qua in glos. à matre, n.* 230. qui extendit ad actionem de dote competentem filio contra patrem, quæ actio licet fuerit ob aditione paternæ hæreditatis confusa, & extincta, quia non potuit filius eam contra seipsum intētare, attamen si tempore mortis filij penes ipsum extent bona, hæc non fuere confusa per aditionem paternę hæreditatis, & sic non desierunt esse materna, & licet sit confusa actio, non tamen confusa bona, nec qualitas bonorum, vt latè Ias. *in l.* 1. *§. veteres ff. de acquir. poss.* Mart. *de success. legal. p. 2. q. 4. art. 1. n.* 9. obiectioni de renunciatione respondetur, quòd illa est restrictiua, & non extenditur ad tempus futurum, sed solùm ad successiones tunc temporis existētes post alios Gratian. *discept.* 120. *n.* 17.

2 Additur alia ratio, quia iure consuetudinario attento cùm fœmina excluditur ob existentiam masculi, & dotationem, tunc vnica dotatione excluditur à successione omnium, vt D. meus *nu.* 2. & decisum tradit Anna *alleg.* 81. *&* 117. R. de Pont. *con.* 61. *n.* 4. *lib.* 1. & ita pluries in S C. iudicatum refert Reg. Galeot. *ad Camill. de Medic. cons.* 11. *n.* 32. & veriorem opinionem profitentur Gratian. *discep.* 15. *n.* 2. *& discep.* 490. *n.* 29. D. Hodiern. *controu.* 7 *n.* 2. *&* 48. vbi allegat hanc decisionem, & super *l. hac edictali, q.* 26. *nu.* 18. beneuerum soror succedit fratri quoties do ata non fuerit Napod. *in consuetud. quod autem vers. soror num.* 300. & soror excluditur à successione fratris quoties fuerit dotata à patre etiam si deinde fuisset à patre instituta, nam per dotationem fuit facta extranea quoad successionē, vt iudicatum refert, Pisanell. quem recenset D. Hodiern. *contr.* 24. *num.* 6.

3 Paragium, an debeat excedere, vel ne legitimam controuersia est, vt Thesaur. *dec.* 192. *& dixi obser.* 44. sed parum refert inspecta consuetudine, an sit minus, vel vltra legitimam, quia consideratur, vt pari nubere possit, vt post Napod. tradit D. meus, *num.* 11. & dos licet modica dici potest congrua si moribus recepta est Corn. *con.* 107. *lib.* 2. *n.* 11. Gratian. *discept.* 945. *nu.* 2. & potest excedere legitimam, quando virum condignum cum dote modica habere nō potest, & aliàs in magnatibus opulentas hæreditates habentibus eo casu paragium potest esse minus legitima, vbi cum eo possit pari aptè nubere, vt obseruatum pluries asserit Capyc. quem refert, & sequitur D. Hodiern. *controu.* 26. *n.* 31. qui tangit casus in quibus pater, vel frater post vnicam dotationem non est exemptus ab altera dotatione, vt quando emissa fuerit dos sine culpa sororis, vt frater etiam redotare teneatur vt ex veriori Gratian. *discept.* 467. si effecta sit vidua, & dos proinde non sit congrua, vel temporum varietate, vt puta si soror diu post habitum paragium se nuptui traderet, vel si diminuta fuerit dos Gratian. *discept.* 467. *n.* 3. Hodiern. *à num.* 33.

4 Confirmat D. meus decisionem contra neptem ex eo quod pariter in feudis licet filius succedat patri in feudo, quòd efficitur patrimonium filij, nihilominus dicitur feudum paternum, & super dictis bonis nō debetur aliud paragium per secundogenitum succedentem primogenito quando iste dedit paragium ratione dicti feudi, ne eadem res duplici onere grauetur *l. nauis onusta, §.* 1. *ff. ad l. Rhod. de iact.* ita Afflictus *in constit. in aliquibus hic relatus nu.* 7. ad comprobationem eorum, quæ firmaui *obser.* 73. & decidit Gizzarellus, & ideo non est semper vera conclusio, quòd fœmina exclusa propter masculos debet dotari de bonis eius, de cuius successione agitur præsertim in feudis iuris Francorum *ex pragm.* 1. *de feudis*, quam allegat D. Mucci, *qu.* 40. vbi immerito carpit Gizzarellum, dum primogenitus nihil dedit de suo quando sororem dotauit, pro feudo paterno, & deinde quamuis excludatur per secundogenitum, non debet dotari soror ratione exclusionis, quæ non est causa præstationis paragij, nisi concurrat successio ascendentis, & Gizzarelli opinionem defendit Montan. *de regal. in prælud. n.* 24. & ita firmat in vita, & militia, quę non debetur tertiogenito per secundogenitum, dum vita, & militia per primogenitum præstita non est extincta morte primogeniti, cùm extinguatur morte alimentarij, & idem in feudo nouo, vbi est minor difficultas, nam soror non est inclusa in inue-

inuestitura, cùm non sit de descendentibus ex corpore fratris, nec ex gratijs est habilitata, nisi cum clausula sexus prærogatiua seruata, & hæc qualitas deficientiæ masculi esset verificanda.

S V M M A R I V M.

1 *Magister militum merum habet imperium super milites.*
2 *Distinctio, quando ab ordinario, vel à magistro militum, puniri debeat miles.*
3 *Militare delictum quale dicatur.*
4 *In raptu, omne cessat priuilegium.*
5 *Iudex delicti, quando possit delinquentis petere remissionem.*
6 *Intellectus. l. magisteria, C. de iurisd. omnium iudicum.*
7 *Delicta grauia, grauiora, leuia, & leuissima quæ dicantur remissiuè.*

DECISIO LXXXVIII.

Delictum militum regiarum triremium commissum in Ciuitate, an per Capitaneum, vel per ordinarium Ciuitatis cognosci debeat.

Hieronymus Carbonus Capitaneus in vna ex Regijs triremibus ad præsens in Mole magna huius fidelissimæ Ciuit. existentibus inquiritur de raptu, stupro, & furto commissis intus Ciuitatem Neapolis, petijt se remitti ad audientiam dictarum Regiarum triremium, ex dispositione tex. *in l. magisteriæ, C. de iurisdictione omnium iudicum*, per quem text. dicit Cępol. *in tract. de imperat. à mil. eligen. in capitulo & ratione dignitatis* 14
1 *col. ver.* & ita potest, † quòd Magister militum habet merum Imperium in milites, magna curia Vicariæ interposuit decretum, quòd causa dicti inquisiti remitteretur ad audientiam prædictam, à quo decreto fuit appellatum per offensum ad Sacrum Consilium: in quo, facta relatione, iuxta morem, per iudicem causæ prædictæ, dixit idem iudex. de hoc non fuisse dubita?ũ in magna Curia, nec etiam per Magnificum Fisci patronum: tamen Sacrum Consilium iudicauit contrarium, ex regula ordinaria, sumpta ex titulo, vbi de crimine agi oport. erat enim homo hic Neapolitanus, & delictum erat commissum intus ciuitatem, & sic magna Curia Vicariæ Tribunal ordinarium, habebat suã intentionem fundatam, donec ostensum fuisset particulare priuilegium derogans iurisdictioni magnæ Curiæ, quod non apparebat, nec apparere poterat: & dictum fuit, nec obstare textum *in dicta l. magisteria*, imò ex conclusione omnium Doctorum ibi scribentium, tam ante quàm post glo. iudicari debuisse contrarium O o'tei. enim ib, qui fuit tempore Accursij licet prius præexcesserit, vt dicit Cotta *in memorialibus, in versic. iuris ciuilis*, sic distinguit, † quòd quan-
2 do miles criminaliter conuenitur, aut delictum est militare, aut commune: si est militare, quia alienat, vel ludit arma, & equos, & cùm opus est, quòd debeat se armare, dicit, quòd non potest, quia arma pignorauit, vel vendidit, vnde dicit, Cantabit vacuus coram latrone viator, & hoc casu Magister militum cognoscet, & ab eo milites coercebuntur, sin autem committeret crimen commune, vt puta (secundùm eum,) homicidium, vel adulterium, & erit enorme crimen, cognoscetur, & coercebitur à Pręside Prouinciæ; quando autem crimen non est enorme, vt puta, quia dat alicui damnum, & hoc casu Præses cognoscit, sed illum remittit ad Magistrum militum: postquam igitur delicta, de quibus inquirebatur iste Hieronymus, erant communia, & enormia, etiam ex dispositione dictæ *l. Magisteria* Magna Curia cognoscit, & ita etiam illum textum declarat *glo. in vers. similium*, sequitur eam; Iacobus But. & Petrus de Bellaper. qui etiam
3 declarat † illud delictum esse militare, quod in persona alterius non est delictum, idem tenet, & magistraliter loquitur Salic. *ibi, & cum glo.* dum ad eam se referet, tenet etiam Ang. & non habere dubium, quando delictum esset commissum extra locum militiæ dicit Bossius *in titulo de foro competen. 2. colum. versic. sed*
4 *à muliere*, & † in raptu propriè quòd cesset omne priuilegium fori, est tex. *in l. 1. C. vbi Senatores, vel Clariss.* Corroboratur hæc opinio ex ijs, quæ Cyn. & Bald. *in l. fin. C. eod. tit. de iurisdictio. omn. iudic.* quæ reassumit. Aret. *in cons. 33. consultatio. præmissa in princip.* qui dicit, quòd si per statutum, vel in priuilegium esset data potestas aliquibus iudicibus cognoscendi inter mercatores lanæ, quòd nisi statutum expresse dicat, quòd quis non possit conueniri coram alio iudice, quàm coram Consulibus artis lanæ etiam pro rebus non pertinentibus ad exercitium artis prædictæ, quòd aliàs poterit conueniri coram officialibus mercantiæ, per illum textum, *in d. l. fin.* vbi etiam pulchra ponit idem Francisc. de Aretio, qui legit illam *l. cum d. l. magisteria.* sic videbatur dicendum in casu, de quo agebatur, quòd quamuis miles sit subditus magistro militũ, & contra eũ habet in specie iurisdictionem, postquam in specie non apparet dictum, quòd etiam pro delicto non militari non possit conueniri coram alio, quàm coram ipso magistro militum, poterit conueniri coram iudice originis, & loci delicti, quia habet contra delinquentem intentionem fundatam, & hæc tantò magis procedebant, quia Magna Curia est iudex competens, ratione originis loci, & delicti, iam præuenerat in capiendo informationem ad partis querelam, in citando, in reputando contumacem, & in captura personæ, quo casu etiam dici potuisset, quòd etsi in his criminibus enormibus communibus, haberet dicta Audientia iu-
5 risdictionem: nihilominus, † quia à Magna Curia hæc iurisdictio non erat abdicata, stante prædicta præuentione, non erat locus remissioni, prout in fortioribus terminis, quando præuenit in cognoscendo iudex domicilij, vel originis, iudex delicti nullo modo poterit prætendere remissionem à iudicibus prædictis domicilij, vel originis, licèt forus delicti sit principalior, *vt dixi in dec. 37.* Ita declarat Ancha. *in cap. postulasti, in 2. oppositio. ver. item facit ratio, de foro compet.* & ibi Soc. *in 2. col. vers. circa primam quæst.* prosequitur Didac. *in tract. pract. qq. in c. 11. col. 11. ver. his equidem auctoribus, fo. 843. in magnis*, & nouis-
6 simè dicebatur, † tex. *in d. l. magisteria*, debere intelligi, quando milites sunt in actu expeditionis, ita videtur tex. prædictum intelligere Io. Igneus *in repet. l. necessaria. §. non alias, nu. 122. ver. utile exemplum, ff. ad Sillan.* quod cessabat in casu, de quo agebatur quia hic erat Capitaneus vnius ex triremibus quæ in Mole Ciuitatis stabant, nec in expeditione erant, vnde petita remissione non obstante, per Sacrum Consilium fuit reuocatum decretum Magnæ Curię, & prouisum, quòd ipsa Magna Curia procederet in causa contra dictum Hieronymum, & licet prætenderetur etiam iurisdictio concessa per Regiam, & Catholicam Maiest. quando milites non essent in expeditione, nihilominus visa capitulatione, seu concessione hoc non apparebat, immò ex ea ostendebatur, mentem suæ Cathol. Maiestatis fuisse, non abdicandi iurisdictionem ab ordinarijs. Hæc causa sic decisa dum accidisset alius casus, Magna Curia similiter decreuit, quòd causa remitteretur, quia ei videbatur leue delictum. Relata causa, ex prædictis Sacrum Consilium etiam quia habuit delictum pro graui, inspecta qualitate loci, in quo fuit commissum, & præuentione, etiam, quia non apparebat concessa iurisdictio abdicatiuè, similiter iudicauit, quòd in causa procederet Magna Curia, non obstante remissione petita, & hanc opinionem tenet Follerius *in pract. criminal in ver. Audiantur excusatores, num. 241. vers. quid dicendum sit de militibus. fol. 104.* & cum ea
7 per-

7 pertranseunt omnes Doctores. † Quæ autem dicantur delicta grauiora, & grauia, leuia, & leuissima, est videndus Probus *in addit. ad Monachum, in capit. si Iudex laicus 3. col. versic. delictum, de senten. excommun.* & dum in principio dixi facta relatione iuxta morem per Iudicem Magnæ Curiæ, & in penul. col. quòd causa fuit remissa ad Magnam Curiam, quæ procederet in causa, & renocatum decretum Magnæ Curiæ, quòd licet de iure communi, quando iudex grauat, superior tollit causam à iudice grauante, nihilominus hoc non seruatur, quando Magna Curia grauat, quia remittimus causam eidem Magnæ Cur. cui mandamus quid facere debeat pro releuando appellante, potest hoc esse inductum ob tribunalis authoritatem, vel ex faciliori remedio, quod habetur ex propinquitate tribunalium, & relationibus, quæ qualibet hebdomada fiunt, & ne Sac. Consl. tot, & tantis litibus innoluetetur; hoc tamen non solùm fit in hoc Regno, sed etiam in Regno Aragonum, in quo purgato grauamine remittitur causa ad inferiorem, qui grauauerat. Belluga. *in Spec. Prin. in titul. de Præsidibus. §. conqueruntur fol. 175. versic si autem ex iniustitia*, & licet ibi seruetur generaliter, nos non seruamus nisi in Magna Curia Vicariæ, & Admiratiæ, & in Tribunalibus Neapol. existentibus.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. in princip. Adde Baiard. *ad Clar. in § fin. q. 35. sub nu. 13. & ad l. Magisteria hic allegata.* Bellugam *in Speculo Princip fol.* 133. & Viuium *in decis.* 254. Capiblanc. *in tract. de Baron. fol.* 236. *nu.* 242. & D. Io: Andr. Georg. *in alleg.* ... *& ad l. Magisteria*, hic alleg. Vide Petrum Bellugam *in Speculo Princ. fol.* 137. *in nouis*.

Num. 4. Vide omnino Farinac. *in tit. de inquisitione, quæst.* 7. *num.* 8. *fol.* 43. *& decis. Cataloniæ in cap.* 43. *num.* 13.

Num. 5. Vide Thesaur. *in decis.* 90. *num.* 6. Episcopum Minorensl. *in ver. remissio, fol.* 186. *à terg.* Petr. Caball. *in resolut. crim. casu* 162. *num.* 9. Foller. *in Const. Capitaneorum, num.* 21. 55. 89. & ad hanc decis. vide Foller. *in ver. audiantur excusatores num.* 141. *fol.* 104. *à terg in nouis sup. in decis.* 66. & Borell. *ad Bellugam in Spec. Princip. fol.* 47.

In fi. videatur Farinac. *in tit. de delictis. quæst.* 18. *à num.* 61. *cum seq.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Milites à iudice loci cognoscuntur, à quo, tàm in delictis circa, quàm extra militiam.*
2 *Exceptio suspicionis numquam excluditur.*
3 *Equites Rhodi siue milites Hierosolymitani, & similes, officia exercentes, à quo iudice puniantur.*

AD hanc decisionem adde omninò Iulium Clarum, *§. fin. quæst.* 35 *versic quæro modo, & quæ in decis.* 37. *&* 66. Adde omninò
1 Viuiũ *dec.* 254. Miles, qui dicit decisum, † milites delinquentes, non militantes, nec in actu militari existentes, cognosci debere à iudice loci vbi deliquerunt, & sic si miles delinquit in Prouincia, cognoscitur à Præside Prouinciæ, si delinquit extra prouinciam à Magistro militum, iuxta Constit. *Vt vniuersi. Campan. in capit. Regni Emergentium* 263. *num.* 10. & plura alia ponit Baiardus *ad Iul. Clar. dict quæst.* 35.
2 & de † exceptione suspicionis, quòd stante Statu n excludente exceptiones, quòd ipsa non intelligitur exclusa, & de pluribus casibus suspicionis latissimè Carolus
3 de Grassis, *in tract. de exception. exceptione* 24. † An milites Hierosolymitani, equites Rhodi, exercentes officia pro Principibus sæcularibus delinquentes in dictis officijs, à dictis Principibus puniri possint, vel ab eorum ministris, Præsidens *infra decis.* 479. *num.* 3. Sed nouissimè, quæ ibi dico, & adde videndum Caballum Pontremulensem *libro Criminalium Resolutionum Florentiæ. Casu* 64. *incip. Dubitatum fuit, an milites Hierosolymitani*, vbi plura. Et de Clericis videndum suadeo Bellugam in Speculo Principum, in titulo, de potestate locumtenentis generalis, *rubrica* 25. *§. sæpissimè, in principio, in num.* 1. vbi quando militare delictum dicatur. Sed hæc omnia sunt terminanda secundùm arbitrium iustum iudicare debentis. Adde ad hanc decisionem textum *in l. fin. ff. de accusat. & in l. de militibus. ff. de custod. reorum. in l. finali. C. de re milit. lib.* 12. *in l.* 1 *§. si verò, vbi glos. in verbo, indices, C. de falsa moneta. ad num.* 5 Adde quòd ista est receptior sententia. Bursat. *consil.* 77. *volum.* 1. & sic decisum dicitur infra *decisione* 505. *in fine*, contra Scipionem de Bononia. Sed pro fallentia vide Socin. *consil.* 66. *vol.* 4. *decis.* 417. *in fine.* & Surdum *consil.* 346. *num.* 9. *vol.* 3. qui ponit tres fallentias ad Regulam. Sed hodie est decisum per Regiam Pragmat. Viceregis Comitis de Lemos, de anno 1599. quæ est vltima, an milites cognoscantur sub tit. de militibus.

ADDITIO D. RICII.

DElictum militum regiarum triremium commissum in ciuitate, an per Capitaneum, vel per Ordinariũ ciuitatis cognosci debeat. Adde Boss. *in pract. criminal. in tit. de foro competent. num.* 96. *&* 99. sed distingue, an delictum militare, item an enorme, vide Salicet. *in l. magister. de iurisdict. omnium Iudic.* & quæ notauit Mang. *in l.* 2. *vbi de crimine agi oportet*, nota quòd de delictis militum in terris Regni possunt capi à Baronibus, & mitti ad Gubernatores Prouinciæ, qui cognoscunt cum officiali exercitus, vide Capic. *Reg. Regis Catholici* 28. *fol.* 878.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Quis cognoscat de delictis à Classicis in terra commissis, & ostenditur innouata decisio* D. Præsidis, *& assertio de iurisdictione cumulatiua.*
2 *Milites de militaribus delictis puniendis à Præfecto militum, & quæ delicta dicantur militaria, & quid in delictis communibus, num.* 3.

SOpita quæstio est hodie in materia criminum siue grauium, siue leuium à Classicis in terra commissorum quis sit iudex competens, nam pro eo in cuius iurisdictione fuit delictum patratum testatur decisum D. meus, sed quia cùm inter Duces Classium, & Præfectos Prouinciarum frequẽter oriventur controuersiæ, Serenissimus Rex noster certas proinde statuit leges, quas imprimi curauit R. Constant. *in l. vnica à num.* 76. *C. de Classic. lib.* 10. & inter cæteras est, vt si delictum à Classicis committeretur in terra in personam non subiectam eidem Duci, tunc ad Iudicem loci delicti spectabit cognitio, etiam si Dux Classis præueniret per capturam, & si quis è terra ad Classem accedens crimen in ea committeret in non Classicum delinquens quamuis captus à ministris Ducis classium remittendus erit ad suum iudicem com-

competentem, si verò delictum esset in terra commissum à Classico, & in personam Classici, tunc procedet Dux Classis, & non iudex loci delicti, licet præueniret, per capturam, vt R. de Marin. ad Reuert. *obseru.* 81. hinc attentis instructionibus censetur concessa iurisdictio Duci Classium priuatiuè, & non cumulatiuè, vt notat idem R. Marin. *nu.* 10. quidquid asserat D. meus hic pro concessione cumulatiua.

Milites de militaribus delictis cognoscuntur à Præ-
2 fecto militum vt in *l. magisteria, & ibi glo. Cod. de iurisd. omn. iudic.* & delicta militaria sunt, si miles vendat arma, vel equos, vel pignoret, Montan. *de regal. rubr. potestas num.* 35. ad hæc fuga militis à bello crimen est militare *l. non omnes, §. in bello,* & *l. omne delictum, ff. de re militar.* Ferrett. *in tract. de iusto, & iniusto bello numer.* 71. Clar. *in §. fin. quæst.* 35. *vers. quaero modo, & qu.* 38. Caball. *resol.* 225. *num.* 24. *tom.* 1. præterea si delicta sint communia, & committantur à milite, quando est in expeditione, tunc etiam cognoscit magister militum, sic decisum testatur D. meus, possunt tamen officiales locorum in quibus hospitantur milites, delinquentem arrestare, & transmittere ad officialem exercitus, sic disposuit Rex Catholicus in *lib. priuil. huius Ciuitatis, cap.* 29. Montan. *vbi supra.*

Quid autem dicendum erit in communibus, &
3 grauibus delictis, an miles ab ordinario loci cognosci debeat, & affirmat *gl. in d. l. magisteria,* & ad comprobationem sunt plena manu cumulata in allegationibus impressis *post dec.* 290. R. Sanfel. & contrarium probat Cons. Patignus *in alleg.* edita penes Reuit. *in pragm.* 11. *de milit.* pro quibus adest *prag.* 11. *tit. de milit.* & tenet, Clarus *vbi sup.* si tamen non peteretur remissio ad præfectum militum, tunc Ordinarium loci adhuc posse punire ratione domicilij pro fuga à militia desertorem militiô latè per Thor. *vot.* 16. *p.* 1. qui *num.* 76. ita iudicatum refert, & confirmatum decretum per M. C. V.

Aduocatus effectus Iudex non potest in eadem causa iudicium ferre *l. prat. ff. de iurisd. omnium iudicum* attamen non prohibetur esse Iudex in causis similibus, & si in eodem puncto, siue iuris articulo consuluerit, vel scripserit, non enim præsumitur habere affectionem, nisi in causa in qua consuluit pro suo cliente, non autem in reliquis diuersis, tamen similibus, vel in quibus ijdem iuris articuli venirent discutiendi. *Mastrill. dec.* 15. Reg. Galeot. *resp. fiscal. vbi n.* 63. testatur illam seruari in Regno Siciliæ, & ita practicarunt semper in illo Regno, nisi causa esset omninò similis, & eadem, vt quando non est facti diuersitas Anna *sing.* 297.

SVMMARIVM.

1 *Donatio de hæreditate viuentis, inualida est.*
2 *Bona seruata filijs, ex consuet. Neap. debentur iure successionis, & ideò sine aditione non transmittitur. num. seq.*
4 *L. fi. C. de pact. quando procedat.*
5 *Nomen appellatiuum, quando vni tantum conuenit, æquipollet nomini proprio.*
7 *Donatio, & cessio, quando aditionem hæreditatis arguant.*
8 *Filius, & agnati, ad legata vltra reseruata per con. suet. non tenentur.*

DECISIO LXXXIX.

Donatio facta à marito vxori omnium successionum paternarum, & maternarum delatarum, & deferendarum an valeat?

IOANNES Velez donauit suæ vxori (matre ipsius donatoris adhuc viuente) successiones omnes eis delatas, & deferendas etiam paternas, & maternas, absque tamen ipsius matris consensu: mortua matre, hæredeque instituta filia, instituto que eius filio in legitima ei competente, deductis oneribus, & omni eo, in quo virtute Neapolitanæ consuetudinis nō poterat disponere, egit dicta donataria pro consequutione legitimæ prædictæ, ac pro nouem partibus de decem, dotium prædictarum seruata forma consuetu-
1 dinis prędictæ Neapolitanæ ad filiū spectantiū. † Opponebatur contra eam, de inualiditate dictæ donationis *ex reg. in l. fin. C. de pact.* nec non quòd postquam est institutus in legitima, & in omnibus prædictis non poterat habere legitimam quæ iure hæreditario defertur, vt notatur *in §. aliud quoque capitulum vt cum de*
2 *appel. cognos.* † nisi ex testamento, virtute cuius non agebatur, item quia bona, quæ reseruantur filijs, ex dispositione consuetudinis prędictæ debentur iure successionis vt dicit Neapod. *in consu. si testator, in vers. disponere col.* 3. *ver. non obstat pactum consuetudinarium,* & iterum *in ver. veniat in prin. cū additis in apostilla,* & nouissimè per Minadoum postea impressum *in rep. cōstit. Regni, in aliquibus, in* 4. *nota. n.* 15. *ver. & de iure, c.*
3 135. *col.* † quod est adeo verum, quòd ad finem transmittendi requiritur agnitio, seu aditio, in casu, de quo agitur, non apparebat, nec fundari poterat in dicta cessione, iuxta terminos *l. si auia. C. de iure delib.* quia cessio prædicta fuit facta, hæreditate nondum delata, adeò, vt non dabatur aditio, & per consequens, nec cessio.
4 Pro parte dictæ donatariæ dicebatur, † tex. *in d. l. fin.* procedere, quando est facta donatio hęreditatis viuentis, & certæ personæ, secus autem esse quando fuit facta in genere cessio hæreditatis personæ incertæ. *l. tertia. §. de illo. ff. pro socio* Bart. & cæteri *in d. l. fin.* dicebant, hunc esse casum, de quo agebatur, quia erat facta donatio omnium successionum paternarum, & maternarum, & alterius cuiuslibet, & sic principaliter videbatur facta in genere non in specie, ad quod allegabatur. Hieronymus Cagnolus *in d. l. fin. in* 3. *limita num. quinquagesimosecundo,* sed ad hoc respondebatur, donationem fuisse hæreditatis personæ certæ, quia in specie erat facta donatio bonorum maternorum sine matris consensu, & non ex quo sit nominata nomine proprio, dicetur donatio hæreditatis personæ incertæ, cùm postquam non potest, nisi vnica mater haberi, perindè est, ac si dixisset, dono hæreditatem
5 Marinæ matris meæ; regula est enim, † quòd quando nomen appellatiuum non congruit, nisi vni tantùm, æquiualet nomini proprio. *l. secunda. ff. de li. & posth.* facit tex. *in l. fundus, qui locatus. ff. de fund. instruc. & in l. certum ff. si cert. pet.* & tantò magis in casu, de quo agebatur, manifestè colligebatur: vxor enim senex iuuenem duxit virum; contra matris voluntatem, post quod matrimonium, nunquam filius ad domum matris accessit, nec illa eum videre voluit, & sic vxor semper hæreditatem matris anhelauit, & facere sic in genere fuit color quæsitus, & sic ex prædictis apparere dicebatur, non habere locum in casu, de quo agitur *legem tertiam. §. de illo. ff. pro socio,* imo dicebat vnus ex Dominis Cagnolum, & Signorolum dicere contrarium, dum sustinent in eorum casu donationem respectu personarum incertarum, & eam nullam dicunt respectu hæreditatis fratris personæ certæ, & quamuis alter ex dominis replicaret, esse differentiam inter casum, de quo agitur, & illum casum, quia in donatione in-

ne incepit à donatione hæreditatis personæ certæ, & perficitur in hæreditatibus personarum incertarum: hic autem fit è contra, quia incipit a donationibus, personarum incertarum, & finitur in hæreditate materna, dictum fuit hanc differentiam non importare iuris ministerium; vtroq; enim casu militant rationes decisionis consideratæ *in d. l. fin.* ne pacta fiant de hæreditate viuentis, quæ sunt contra bonos mores. Et ex istis, Sacrum Consilium iudicauit donationem non valere, per vnum tamen ex Dominis dictum fuit, quòd ex circumscripto, conuenta absolutè debebat sine scrupulo, quia postquam in secundo fundamento pro parte conuenti est dictum, quod vt dotes, & bona materna consequi potuisset filius erat necesse, quòd haberet titulo succesionis, & quòd hæreditas matris, per filium esset adita, seu agnita, & erat per matrem conditum testamentum, & filius institutus in legitima, quod in omni eo, de quo, virtute consuetudinis, non poterat disponere, & nec apparebat agnitio, seu aditio filij, nec ex testamento, nec ab intestato, & sic ei nullum ius quæsitum, & per consequens dicebatur, quòd nec erat quæsitum donatariæ, cuius virtute donataria agere po-
6 tuisset, † & licet aliàs donando, vel cedendo hæreditatem, quis videatur adire, vt in pluribus decisionibus est dictum, ista procedunt, data donatione, vel cessione post ius filio delatum, quod non erat in casu, de quo agebatur, in quo donatio facta fuit ante ius de-
7 latum. Aduertendum tamen est, quòd licet filius, & agnati habeant legata reseruata, per consuetudinem iure successionis tamen in solutione legatorum, quatenus vltra præmissa fierent dispositiones non tenebuntur filij, & agnati, sed adibunt hæreditatem, reseruatis illis iuribus Freccia *in addit. ad consuet. in d. gl. in ver. peruenias, ver. nota, quod potest*, f. 181. & vtetur etiam beneficio inuentarij, in cuius discussione contra legatarios, hæc virtute consuetudini debita retinebit, Milonus Actuarius.

Et cùm à sententia prædicta esset reclamatum commissa mihi causa reclamationis de mense Martij 1577. fuit iudicatum, malè reclamatum, & impositum actrici perpetuum silentium, & de hac decis. meminit Ponte *consil.* 52. *n.* 22.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. 4. Vide ad declarationem *l. fin. hic* allegatæ Anton. de Gama *in decis.* 275. illamq; exornat. Alphan. Perus. *collect.* 94. & Thesaur. *decis.* 225. *à n.* 1. Adde quòd qualiter intelligatur, & loquatur *l. fin. alleg. C. de pactis, vltra* Dec. *in cons.* 31. & Minad. *in con.* 25. Vide D. Senator Thesaur. Iun. *in add. ad decis.* 63. *sui Genitoris*, vbi omninò, & nouissimè D. Io. Camill. Bilottam Doctissimum Iurisconf. & magnæ intelligentiæ *in suo solemni tract. de absolutio. à iuramento fol.* . . .

Num. 6. ibi in pluribus decisionibus, Adde supra *dec.* 31. *n.* 10. Mascard. *de probat. lib.* 1. *concl.* . .

Et ad istam decis. adde videndum D. Reg. de Ponte *cons.* 35.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Consensus de cuius hæreditate agitur est reuocabilis vsque ad mortem.*
2 *Pactum inter fratres, de stando testamento patris, an valeat, & quando.*
3 *Pactum de hæreditate viuentis, valet inter milites.*
4 *Donatio causa mortis facta à marito vxori constante matrimonio, confirmatur sententia mortis tempore lata contra virum.*
5 *Renunciatio hæreditatis viuentis an sit extinctiua, an translatiua.*
6 *Pactum de non succedendo, & quando valeat.*
7 *Pactum de succedendo patri an valeat.*
8 *Donatio hæreditatis viuentis valet interueniente consensu illius de cuius hæreditate agitur.*
9 *Donatio omnium bonorum an, & quando valeat.*
10 *In donatione quando consideretur læsio.*
11 *Donatio ob ingressum monasterii an reuocetur, si ingressus non sit monachus.*
12 *Donatio facta per filiam patri post defuncto, illa viuente an reuocetur.*

1 AD hanc decis. 89. Adde quòd † consensus de cuius hæreditate agitur est reuocabilis vsque ad mortem. Decius *consil.* 183. *nu.*
2 10. † & quòd pactum inter fratres, de stando testamento patris, & quòd non mutetur, non valet, nec obligat, quando ipsum testamentum mutari potest. Dec. *cons.* 475. *&* 578. *nu.* 6. Capic. *decis.* 159.
3 alia ponit, sed † quòd hoc pactum de hæreditate viuentis valeat inter milites, tenent aliqui priuilegio militum; inter alios Mangrella *ad l. de consi. C. de pactis*, sed quòd non valeat Dec. irregulariter *cons.* 351. 475. *&*
4 494. & nota vnum, quòd † donatio causa mortis facta à marito vxori constante matrimonio, confirmatur sententia mortis tempore lata contra virum. Ita Surdus *cons.* 171 *& dec.* 10. *Mantua ibi nu.* 11. Ad num. 4. adde omninò Arilminum *in tractatu de varijs iuris sententiis tit. de inutilibus dispositionib.* 13. 340. *col.* 1. *vers. donatio*, vbi idem, quod hoc numero dicit Præsidens. Ad intellectum *l. fin. C. de pactis*, alia conferentia ponit Consiliarius Anna *cons.* 45. vbi de pacto de non
5 petendo † renuntiationem hæreditatis viuentis delatæ, vel deferendæ, & an sit extinctiua, vel translatiua doctissimè loquens, & nouissimè videndum puto an,
6 & quando † pactum de non succedendo valeat, & re-
7 nunciatio hæreditatis viuentis, & quòd † pactum non succedendi patri, non teneat, quando pater non perseuerauit in prima opinione, & sic non valet renuntiatio Afflic. *decis.* 350. Surdus latissimè *decis.* 14. *incipit, Comi-*
8 *tissa*, vbi contra Afflictum, *num.* 8. loquitur, quòd † donatio de hæreditate viuentis valeat, quando consensus, de cuius hæreditate agitur, interuenit, vt dixi.
9 Vide *decisio infra*, 168. vbi dico. † Donatio omnium bonorum, an, & quando valeat, nouissimè Gratia. *in*
10 *decis. Marchia* 36. & quando † in donatione consi-
11 deratur læsio, & quando donatio † ob ingressum Monasterij, si ingressus non sit Monachus reuocari pos-
12 sit, † & de donatione facta per filiam patri, si pater obijt illa viuente, *decis.* 40. 41. *&* 42. *&* 213 *incip. priuilegium*. De hac decisione meminit Regens à Ponte *cons.* 13. *& numer.* 22. Ad num. 2. huius decis. adde Capic. *decis.* 194. *nu.* 18. Neapo. *in consuet. si quis, vel si qua, num.* 246. Ad num. 7. Aimon. *cons.* 200. Ad eumdem in verbo in cuius discussione. Adde hunc Præsidentem *decisio.* 39. *num.* 4. *decis.* 480. *in fin. & decis.* 525. *n.* 8.

ADDITIO D. RICII.

DOnatio facta à marito vxori omnium successionum paternarum, & maternarum delatarum, & deferendarum, an valeat, hoc dicit.

Scias regulariter donationes inter virum, & vxorem esse prohibitas ne mutuo amore se spolient. *tot. tit. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor.* cum alijs cumulatis per Cla. *in* §. *donatio q.* 6. Mant. *lib.* 21. *tit. de tacit. & ambig. conuent.* tamen non habet locum, hæc concl. quando sponsus donaret sponsæ de præsenti, vt explicat Molfel. *in* 2. *par. sum. de contract. q.* 9. *n.* 13. *&* 14. item limita in principe supremo, in cuius contractibus non seruatur solemnitas iuris ciuilis *l. donationes, C. de donat. inter vir. & vxor.* item non procedit quoties esset modica donatio, vt soluit Mant. *loc. cit. art.* 3. *&* 4. item restringe quando vir senex duceret puellam vxorem, vel plebeius nobilem, & è contra, vt voluit, ex multis quos allegat P. Molfel. *in consu. Neap. p.* 3. *q.* 21. *&* 24.

& 24.& sæpè aliàs, quod etiam omnes docent, & quando vxor donaret viro causa adipiscendi dignitatem, & honores non procedit principalis conclusio *l. quod adipiscenda, ff. de donat.* quia ex hoc resultat nobilitas vxoris, vt pariter dicimus, quando confirmatur morte coniugis donantis Mantic. *d. lib. 21. tit. 7. per tot.* quod poteris ampliare, vt procedat etiam in morte ciuili donantis, vt ex multis adducit P. Molfes. *2. p. sum. de contract. in q. de donat. inter. vir. & uxor.* apud quem hæc omnia, & eum consulas in facti contingentia, quia latissimè tractat.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non succedendo cum iuramento factum valet sine consensu eius de cuius hæreditate agitur in quo Surdus notatur inconstans.*
2 *Affirmatiuum improbatur etiam cum iuramento, & adhuc in tabulis nuptialibus, & impugnatur, D. Pratus.*
3 *Valet pactum affirmatiuum si generaliter fiat, sed aliter fuit decisum, & ratio, nu. 4.*
5 *Generalis, quando vitietur ad declarationem decisionis, & Gratian. & D. Staib. & n. 6.*
7 *Pactum negatiuum quando virtualiter fit affirmatiuum, & nullum, reiecto Decio.*
8 *Donans hæreditates deuoluendas, an debeat, & cogi possit ad adeundum. & Andreola impugnant assertum, Montan. D. Hodiern., & P. Afflict.*
9 *Portio consuetudinaria, an transmittatur sine agnitione.*

1 Tenebricosissima quæstio tractanda venit, an renunciatio, & donatio hæreditatum deuoluendarum generaliter facta valeat præsertim cum enumeratione personarum, & pro claritate difficultatis, distinguendum est inter pactum de non succedendo, & pactum de succedendo, pactum negatiuum de iure improbatur *l. qui superstitis, ff. de acq. hæred. l. pactum quod dotali, C. de collat.* etiam si fieret ex causa onerosa aliquo dato, vel accepto *l. fin. ff. de suis, & legit. hæred. & post* Alber. Bal. Paul. & alios, Cancer. *lib. 3. var. c. 7. num. 155.* attamen si iuramento firmetur valet *c. quamuis pactum de pact.* Gallerat. *de renunc. libr. 4. c. 3.* quo casu renuncians iure suo priuatur, & facit quamdam abstentionem, & abdicationem tollendo se de medio, in qua renunciatione non requiritur consensus eius de cuius successione agitur, vt sentit Surd. *cons. 133. numer. 24.* nam idemmet contrarium verius probat *con. 480. n. 21.* & in iudicando ab hac opinione recedi non posse fatetur *d. cons. 133. nu. 23. & 24.*

Pactum affirmatiuum de succedendo ad fauorem alicuius factum super hæreditate certæ personæ valet cum consensu eius de cuius hæreditate agitur, aliàs vti contra bonos mores, & inducens votum captandæ mortis improbatur *l. fin. C. de pact. d. l. pactum quod dotali* etiam cum iuramento, & iure canonico attento *c. ne captanda, & cap. detestanda de elect. in 6 glos. in l. si quando, C. de inoff. testam.* Anchar. *consil. 39.* Alex. *cons. 155 num. 10. lib. 7.* vbi Author damnatæ memoriæ innumeros colligit subiungens sic sæpè iudicatum in supremo Senatu Mancin. *de effect. iuram. p. 4. eff. 62.* Fab. *de error. pragm. to. 1. decad. 12. error. 4.* Thesaur. *lib. 1. q. for. 95. num. 6. & in addit. ad suum genitorem decis. 225.* nec valet etiam factum in tabulis nuptialibus, itaut nec fauor matrimonij operetur, vt pactum aliàs improbatum eius fauore sustineatur Dec. *in d. l. pactum, quod dotali col. fin. in 2. limit.* post sex centos Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. gl. 9. p. 4. numer. 12.* D. Hodiern. *contr. 28. num. 22.* vbi refellit D. Pratum *lib. 1. discept. 12.* allegatum *nu. 6.* nec consuetudo potest reddere pactum validum Osasch. *decisio. 100.* Altograd. *d. cons. 42. nu 56.* And. *contr. 310. n. 4.*

3 Valet autem pactum affirmatiuum de succedendo ad fauorem alicuius quando renunciatio, & donatio hæreditatum deuoluendarum generaliter fieret, vt si filia, vel soror ad fauorem patris, vel fratris cesserit maternam fraternam, & omnem hæreditatem deferendam *glos. in l. 3. §. de illo ver. iusta hæreditas, ff. pro soc.* Cagnol. *in d. l. fin. num. 152.* Capyc. *decis. 59.* Gratian. *discep 692.* Rot. Rom. penes Buratt. *decis. 366.* D. Staiban. *cent. 2. resolut. 182* vbi etiam extendit quòd per enumerationem specierum non desinat esse generalis, & valida Saiyc. *in dict. l. fin.* Gratian. *n. 50.* Sanch. *libr. 7. in præcep. decalog. cap. 2. numer. 31.* Buratt. *numer. 2.*

4 Inualida beneuerùm iudicata fuit renunciatio generalis in hac decisione, quia constabat de fraude, nam vxor cui facta fuerat donatio semper anhelauerat hæreditatem matris, itaut in faciendo sic in genere renunciari fuit color quæsitus, vt de isto colore fit mentio *numer. 5.* & aduertit in specie Gratian. *numer. 56.* & vbi renunciatio generalis successionum facta esset vt subsisteret pactum circa hæreditatem certæ personæ, & in fraudem tunc non valet, vt firmant Merlin. *de pign. lib. 2. q. 40. n. 26.* Viuian. Cirocch. *discep. 68. n. 15.* Montan. *controu. 10. n. 8.* Sanch. *n. 31.*

5 Corruit etiam generalis per ennumerationem specierum, vt si renunciauerit soror hæreditates paternas, maternas, & quascumque deuoluendas ad fauorem fratris, si nominauerit personam matris, vel patris per nomina propria, & persona certa fuerit designata. Bar. *in d. l. fin.* D. meus *num. 4.* Gratian. *num. 22.* Rota *decis. 33. p. 6. recent.* Sanchez *numer. 31.* Lun. *inter cons. diuer. Sicul. cons. 45. numer. 22.* & vbi personæ non sunt nomine proprio nominatæ eo casu potest esse renunciatio incertarum personarum aliàs secus, Altograd. plena manu *cons. 42. libr. 2. num. 42.* vbi quòd expressio nominis proprij operatur, vt renuncians censeatur se referre ad personas nomine proprio expressas, & de earum hæreditate habuisse tractatum, & in fraudem fecisse generalem Bart. *post glos. in l. si quis ita, §. 1. ff. de testam. tutel. num. 6.* Bald. *consil. 918.* Roland. *consil. 97. lib. 4.*

6 Specialis si præcedat, vt puta de bonis paternis, & maternis, & deinde sequatur generalis, tunc species dicitur à suo genere exempta, & à suo genere non excluditur *l. stipulationes. l. doli clausula vbi* Bar. *ff. de verb obligat.* & in terminis renunciationis Rota Rom. *decis. 714. p. 2. recent.* Cagnol *in d. l. fin. numer. 5.* Gallerat. *libr. 4. cap. 2. num. 2.* Altograd. *cons. 43. vbi saluat* Buratum quando præcedit generalis, & subsequitur specierum enumeratio, vel quia vltima generalis non operatur validitatem renunciationis specificæ, & indiuidualis Signorol. *cons. 116.* Cagnol. *num. 52.* D. meus *num. 5. vers.* imo dicebat Altograd. *d. cons. 42. num. 14.* certius si generalis facta est diuersa periodo, nam generalis dispositio non refertur ad specificata, & expressa *d. l. doli clausula*, Valasc. *consult. 83. num. 140.* Altograd. *num. 18.* & ita intelligenda sunt, quæ Gratian. & D. Staib. *vbi supra* tradunt quod generalis non desinit valere per enumerationem specierum.

7 Pactum negatiuum si fiat cum iuramento ei de cuius successione agitur sine dubio valet, sed si fieret ad fauorem aliorum, tunc includit pactum affirmatiuum de succedendo ad beneficium illorum, qui non renunciant, & vti contra bonos mores non firmatur iuramento Cuman. *in l. stipulatio hoc modo concepta vbi* Alex. *num. 12. ff. de verb. oblig.* ait opinionem Bar. dicentis

tenetis quòd pactum cum iuramento sororis fratribus
factum de non succedendo patri excludit eam à suc-
cessione intestati intelligi debere patre consentiente,
aliàs vti continens affirmatiuum de succedendo tam-
quam contra bonos mores improbatur addo Montan.
controu.68.numer.2. Anchar.*cons.39.* Dec.*in d.l.pa-
ctum, quod dotali num.9.* vbi loquitur de renunciatio-
ne facta à filia in manibus patris hæreditati matris ad-
sentis, & quamuis in *cons.31.* afferat pactum hoc af-
firmatiuum non esse in consideratione vti in conse-
quentiam, cùm principalis intentio fuerit vt fieret pa-
ctum de non petendo, huic motiuo respondet Surd.
*cons.480.nu.20.*retorquendo argumentum, quòd prin-
cipalis intentio fuerit, vt huiusmodi successio de perso-
na vnius in alterius personam transferatur, & ita vide-
tur principaliter pactum de succedendo, & sequitur
Mart.*cons.75.*& sequuta fuit Rota Rom.cuius memi-
nit Mancin.*de effectib.iuram.q.4.eff 62.* tempore quo
ipse pro validitate renunciationis patrocinabatur cum
ratione, Dec.vt fusè D.Hodiern.*cons.28.n.11.*

Notabilis est doctrina per quam traditur exclusum
8 fuisse donatarium, qui egit pro successione vigore do-
nationis sibi factæ successionum deuoluendarum, quã-
do donans non adiuerat hæreditatem, & ratio affertur
*n.3.*quia donans adire debet, nec ius adeundi sit penes
donatarium, hinc donans donare debet hæreditates de-
uoluendas, & promittere illas adire, vt edocet Montan.
*vbi sup.*ex quo donatio hæreditatis deferendæ non po-
test operari effectum traslatiuum, vt contra Rouitum
*in dec.*15.probatur copiosè in *alleg.128.*R.de Marin.*à
nu.37.*P.de Afflict.*contron.19.cum dudbus seq.*& præ-
sertim *c.18.n.12.*sequitur Montanum, & probat dona-
tarium posse cogi per iudicem ad adeundum sicut co-
gitur seruus pro domino *l.cum aliquis, C.de iur. delib.*
addo Hodiern.*contr.7.n.40.* in qua re contrarium sen-
tit Andreol.*contron.310.*ea ductus ratione, quia aditio
consistit in mera voluntate adeuntis quæ non potest
cogi, & refelli exemplo de seruo, ex quo habet parti-
cularem rationem, nam serui sunt in bonis nostris. *l.fi.
C.de verb.signif.* sed ego latè dicam *obs.301.*

Obseruandum erit circa tradita *n.5.*quod transmit-
9 titur portio consuetudinaria delata agnatis, & cognatis
sine agnitione quando consuetudo fuit deducta in pa-
ctum, ita Reg.Latr.*dec.8.n.10* Montan.*contr.1.n.71.*
& aliter controuersia est an debeatur portio iure suc-
cessionis, & affirmatiuè habetur decisum hic, & *infr.
decis.690.* vbi docetur cautela quòd agnati, & cognati
adeant hæreditatem reseruatis iuribus consuetudina-
rijs, & conficiant inuentarium, sed Montan.*vbi sup.n.
69.*indistinctè sentit non deferri iure successionis, sed
ex consuetudine, quæ assimilatur feudo ex pacto, vt
inf.dec.307.& ibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Lite mota super possessorio recuperandæ non potest per
consensum cumulari petitorium, siue per viam actio-
nis, siue exceptionis num seq.*

3 *Agenti remedio c.reintegrandæ exceptio proprietatis
opponi non potest.*

4 *Remedia possessoria, etiam pro incorporalibus, & per-
sonalibus competunt.*

5 *Sententia Regis, in dubijs quæstionibus in Regno, ius
facit.*

6 *Petitorium, & possessorium, etiam in honoribus, & di-
gnitatibus cadit.*

DECISIO XC.

Petitorium quandò possessorio recuperandæ intentato possit cumulari?

CONtra Nicolaum Mariam Maiorana peten-
tem se reintegrari in possessione, seu quasi
honorum, quibus gaudent Nobiles Sedilis
Montaneæ huius Ciuitatis, opposita fuit ex-
ceptio proprietatis, & dicebatur pro parte Nobilium
dicti Sedilis, esse procedendum etiam in causa proprie-
tatis, & possessorij simul, contra quod dicebat Nico-
1 laum Maria, † lite mota super iudicio possessorio recu-
perandi possessionem, non posse per consensum cumu-
lari iudicium petitorij, secundùm Bart.*in l.naturr §.nihil
commune, in 5.combin.de acquir.possess.* siue iudicium
2 proprietatis cumulatur per viam actionis siue per viã
exceptionis, & quamuis Bart.loquatur in materia tex.
l.si quis ad se fundum.ff.ad l.Iuliam; de vi,& in mate-
ria *l.si quis conductionis titulo,* idem tamen erit in ma-
teria *c.reintegrandæ,*quod remedium intentatum est,
ita in specie super combina. prædicta dicit Berengar.
Ferd. *in repetitio d.§.nihil commune*, & prædicta tan-
3 to magis dicebantur procedere; † quia agenti reme-
dio *c.reintegrandæ*, non potest opponi exceptio pro-
prietatis, Imola, & Butrig.*in c.sæpè, de restit.spol.* Alex.
in d.§.nihil commune, in 10. col.vers. dicit Bart.ibi, &
magistraliter, Socin. *in l.rem. quæ nobis, in 9.q.ff. eod.
tit.*de quibus meminit Dec.*in cons.57 & pro tenui, co-
lum.3.nu.6.vol.1.*& hanc opinionem esse communem,
dicit Rip. *in repetit. dicti c.sæpè, in 13.colu.in 15 q.de
restitutione spol.* Idem Ripa, *in d.§. nihil commune*, &
Iacobin.*in l.si de vi, in secunda fallen. ff.de iudic.* Nec
dicebatur posse dici prædicta procedere in rebus cor-
poralibus, quasi quòd secus sit in iuribus incorporali-
bus, quandoquidem dicebatur veram, & communem
4 esse opinionem † pro iuribus incorporalibus; & an-
nuis præstationibus etiam personalibus, dari remedia
possessoria, secundùm opin. Innocentij, quem sequun-
tur ibi cæteri, *in cap.querelam, de elect.* plenè Dec. *in
cons.137.primo volum.* plenius Hieronymus Gigas *in
tract.de pensionibus, q.47.per totum*, & licet Ioannes
Corasius *in prælud.in repet.§.nihil commune, colum.fi.
in fine*, dicat multa contra hanc opinionem, & contra
tenentes eam, & ipse in specie contra eam teneat, ni-
hilominus dicit quòd in omnibus Curijs tàm spiritua-
libus, quàm temporalibus, opinio Innocent.& sequen-
tium eum, seruatur, teste Ioanne Fabro *in §.1.in fine,
Instit.de interdict.* vbi etiam Angel. hunc vsum defen-
dit, & secundùm istam opinionem, dicit Afflict. *in dec.
995.* fuisse aliàs per Sacrum Consilium iudicatum,
quod dicit ibi esse notandum, quia in articulo dubio in
5 Regno † sententia Regia facit ius, sequitur Rota Bo-
non.*in dec.27.*tenens hanc opin. congerit vltra prædi-
ctos. Tiraq.*in tract.de retract.lignagier, in glos.6.§.1.
versic.sed aduerte quoniam, num.12.fol.66.*& nouissi-
mè Alexand.Raude.*in tract.de Analogis lib.1.tit.39.
nu.157. versic. cæterum, quod attinet.* Imo dicebatur,
6 iudicium † possessorium, & petitorium cadere etiam
in honoribus, & dignitatibus, quotidie Sacrum Con-
silium iudicat in vtroque iudicio, & ita iuris est, vt be-
nè aduertit Didac.*in lib.3.variar.resolut.cap.16.num.
12.vers.3.principaliter fol.112.1.colum.* & ante eum,
Ioan.Faber §. *sequen. versic. quædam sunt facta, In-
stitut. de act. Flor. in l.sic, colum.2. vers.secus vero.ff.
quemadmodum seruitu.amit.* Ant.de Cordu *in prin.l.
si quis à liberis, num.21.25.& 26.ff de libro agn.*qui lo-
quitur in matrona nobili, quòd potest implorare offi-
cium iudicis in edendo, & offerendo contra aliam non
tantæ nobilitatis, vnde post quam de iure etiam consi-
deratur quasi possessio in corporalibus, & in specie in
dignitatibus, & in eis detur restitutio possessionis, seu
quasi, fuit per Sacrum Consilium prouisum, debere
procedi in iudicio possessorio tantùm, & exceptionem
proprietatis propositam per viam actionis, vel exce-
ptionis in præsenti iudicio possessorio non admitten-
dam, referente D.Vitello iunctis Dominis Consiliarijs
duarum Aularum de mense Decembris 1575. quando
autem procedat, quòd pro honoribus, & dignitatibus
competat actio Tiraq. *plenè in tract.de Nobilit. c.29.
nu.56.vers.sed illud cum seq.f.59.*

AD-

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm 3. Vide Vrsill. *in decis. Afflict.116.num.2.& in decis.303. decis. Bonon.53.decis.* Pedem. 116. Beroum q.3. Anton Gabriel.*in tit.de restit.spoliat.conclus.1.num.* 45. Henric. *in suis commun. opin.conclus.* 404. *lib.* 1. & omnino Mascard. *de probation.conclus.* 687. *volumine* 2.

Limitat notabiliter Marcell. Calà *in tract. de modo articulan. n.* 79 *fol.*46.

Num. 4. in fin.dum allegat Afflict. Adde Vrsill. ad eum ibi post Afflict. *in constit.post mundi nu.*24. Campan. *in c.regni subdnorum n.*33.*decis.Bonon.*27. Anto. Gab. *de restit.spoliat.conclus.*5.*num.*75.*& seq.* Viuium *in opinia* 734.*à n.*4.*p* 2. Caualc. *in decis.*28.*in add.nu.*13.*p.*1.decis.Pedem.99.*nu.*50. Sed vide eum *ibi n.*10. ac etiam *decis Auenio.* 82 Magon. *omnino decis. Luca* 4. *à n.*10.*cum seq.*Calà *in d tract.n.*728.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Occupans locum alterius, an puniatur actione iniuriarum.*

2 *Iudicium possessorium datur pro iuribus incorporalibus,& annuis prastationibus,licet his non detur possessio, sed quasi possessio.*

AD hanc decis.90. adde nouissimè, in verbo, his dignitatibus, Petrum Surdum *in decis.* 79.*incip.pace facta*, *nu.*8. ad quam decisionem omninò videndus Consiliarius Anna, *cons.*40.*incip.Claris*, *vol.*1.*& aliquid cons.*42.*incip. Hec de qua agitur*. post Auendanum *de exequendis*
1 *mandatis Regiis,lib.*3.*c.*19.& nota, quòd † si quis locum alterius occupat, actione etiam iniuriarum puniri possit, secundùm aliquos: sed secundùm alios solùm iudicis officium debere implorari, vt voluit Faber. *in §. alia,instit. de bonorum possessionib.* De quo Gram. *dec.* 64.*n.*10. *&* 11. Cassaneus *in Cathalogo gloria mundi*, *prima parte.quast.*11. *& in consuetud.Burgun.* & Guilelmus de Benedictis, *in c.Rainucius, de testamentis, verbo,duas habens filias,n.*21.*& seq.* & DD. *in l.iniurium, §. siquis in honoribus, ff. de iniuriis*, & omninò vide Petrum Girardum *singul.* 33. & nouissimè scribentes *in procemio decisionum Afflict.& sic ad §.si quis in honoribus*, latissimè. Ad num.3. de remedio c.redintegrandæ, Adde omninò Gabriel. Roman. *lib.conclus.tit.de restitutione spoliatorum,conclus.sua* 1.*& seq.* de sententia Regis, seu Sacri Consilij. Adde omninò Præsidentem *supra decis.*82.*incip. dubitatum illud, decis.* 169.190 *&* 383. Capi. & Afflict. *in constitutione Regni Comitibus n.*5 & Marant. *in* 6.*par.*2.*actu*, *de appellatione,num.*282. Minadoum *decis.* 39.*n.*8 & Paul. Fuscum Episcopum Rauelli, *Sing.*76.*inci.Sententia*, Borrell. *in pragm. Odia*, §.2 *gl.*1 *n.* 376. de compromissis, & Pragm. Regni *de officio Sacri Consilii.incip.& si decreta*, sed Pyrrhus A fanus meus Præceptor, *in rub. si cert. pet.* dicit contrarium. Ad hanc quoque decisio-
2 nem 90. adde, quòd † iudicium possessorium datur pro iuribus incorporalibus, & annuis præstationibus, licet in his non detur possessio, sed quasi possessio; Ita Bart. *in l.fin.ff. Vti possidetis*, Capel. Tolos. *decis.*59. Puteus *cons.*18.*vol.*2.& Gramm. *decis.*59 *n.*45. Ad n.5. adde quæ dico *supra decis.*81. *nu.*2. *late sed Addition. ad decis.* 1. *Afflicti nouissimas*, dicit decisiones Afflicti non facere ius in Regno, & Adde decis. Præsidentis 356. *in fin.* ad quam dixi Caranita *Ritu magna curie Vicaria* 190.*n.*6. Afflict. *in dec.*169.*incip.in dicta causa n.*9.*& dec.*190 *incip. Pulchrum fuit dubium,nu.fin.* vbi quòd sententia Regis cum Consilio, faciat ius vniuersale in Regno, *decis.*383 *incip. licet hodie, in fine*, dicit definitiuas, & interloquutorias vim definitiuæ habentes, ius facere in Regno, Vide Puteum *decis.* 180. *incip. Antonius, lib.*2. & Ripam. *in l.interdum, quorum bonorum*, De materia huius decisionis optimè.

ADDITIO D. RICII.

PEtitorium quando possessorio recuperandæ possit cumulari hoc dicit. Ad materiam quando possit petitorium suspendi, & prouideri, siue determinari causa possessorij, vide Capic. *decis.* 35 *n.*6. & latè Gabriel. *in tract.comm.opin.conclus.*1.*tit.de rest.spoliator. fo.*192.*cum sequent.*& nunquid suspenso petitorio possit intentari possessorium, quod sic *l.*1.*C.de Carb.edict.* secundum Bal. quòd petitorium possit pluries suspendi Anna *sing.* 491. & an intentás possessorium recuperandæ possit obtinere manutentionem in iudicio summario lite pendente, quòd non, Anna, *allegat.*131.*nu.*4.& quando dicatur intentatum possessorium patet ex conclusione, libelli, Decius *consil.*663. & possessorij causa prius tractanda, est, quàm petitorij, Thesaurus *decis.* 15. & facit hic, quod pendente Iudicio quod attentatur pendente lite in negotio particulari, vt super nullitate actus, an possit in vtraque causa procedi Afflict. *decis.* 131. aduersus iudicis factum quando rite non procedit, tunc competit interdictum retinendæ Decius *in l. factum à iudice de regul.iur.* item quando esset iudex incompetens, Decius *consil.*125.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Proprietatis exceptio, an possit opponi in iudicio reintegranda possessionis adducuntur difficultates, & n. & 3.*

4 *Quid si actor patiatur tractari super causa dominij, & reijcitur* Innocentius.

1 SVbdifficile existit hoc loco dubium, vtrum in iudicio reintegrandæ possessionis opponi possit proprietatis exceptio, in qua re negatiue dec. iunctis aulis testatur D.meus, & est *tex in c.*1.*de restit. spoliat.* vbi datur priuilegium spoliato, quod est, vt ante omnia restituatur antequā spolians audiatur in lite, & causa dominij, possessio enim nihil cōmune habet cum proprietate *c. nihil commune de caus. poss. & propriet.* difficultates aduersus decisionem sunt, quia in S. C. nunquam deciditur causa possessorij nisi cognoscatur aliqualiter de iustitia proprietatis ne lites frustra fiant Merlin. *centur.*2. *controu.*27. R. Lazr. *dec.* 108.*n.*8. D. Staib. *centur.*2.*resolut.*175.*n.*67.

Præterea distinguunt DD. in hac materia quod aut excipitur de non iure agentis, & exceptio non admittitur, aut de iure spoliatoris, & tunc si spolium non est violentum, & exceptio locum habebit ita Bellamer. *decis.*36. Merlin. *vbi supr.* R. de Marin. *ad Reuert.obs.* 493. vbi quòd exceptio procedit quando constaret de spoliatoris dominio ex actis, vel ex instrumentis, nam causa proprietatis absorbet causam possessionis. *c.cum dilectus,de caus.poss.& propter.* Postius *de manut.obser.* 32.*n.*30. Ricc. *in prax.de prob. iurispatr.resol.*217.*n.*4. vbi quod si quis sit in possessione præsentandi, si tamen constaret præsentationem ad alium spectare, tunc ratione proprietatis dicta quasi possessio non suffragatur, & ita decisum fuisse in Rota Ciarlin. *contron.*233. *n.*46.

Ad hæc adduci potest, quòd creditori competit re-
3 tentio possessionis ratione suæ hypothecæ adhuc si

ipse

ipse immissus esset possessionem vigore decreti nulli, & ex inordinato processu ex *tex. l. si cum venditor. ff. de euict.* Castril. *dec.* 139. Anna *allegat.* 80. Gratian. *discep.* 256. *n.* 27. Molignat. *de retent. q.* 59. Sesl. *dec.* 25. *n.* 48. ita decisum refert Thor. *ver. retentio p.* 2. & iudex nulliter procedens adhuc spoliare dicitur, & vti priuatus procedere Surd. *in decis.* 46. qui beneuetum admittit retentionem quando res peruenit ex inordinato processu, vnde cum in Episcopali Curia Anglonens. per Clericum Franciscum Graeca vti hæredem matris, & ex persona illius intentum fuisset nuper iudicium reintegrandę possessionis medietatis cuiusdam domus maternæ aduersus R. Prępositum Collegiatę Ecclesiæ Tursien. D. Io: Franciscum Maurelli nepotem D. Decani Cathedralis Tursien. D. Iosephi Eli I. V. D. familiaris mei opposita fuit exceptio crediti matris ipsius Præpositi, & anteriori hypothecæ cuius virtute prætendebat retentionem, stante quod conuentus per annos viginti reperiebatur in possessione sine aliqua violentia, dum d. medietas domus communis dimissa fuerat per matrem actoris, & productis exceptionibus in termino receptę fuerunt probationes & processum ad vlteriora, quamobrem cùm spoliatus passus fuerat tractari super causa proprietatis censetur renunciare viæ, & priuilegio spolij, quod procedit tam expressè, quam tacitè, vt post alios resoluit reiecto Innocentio Berous in *d. c.* 1. Menoch. *de recuper. q.* 15. *n.* 161. vbi quod oportet, vt ante omnẽ instantiam super petitorio, spoliatus opponat de restitutione, & reintegratione Mastrill. *dec.* 157. *à n.* 27. Sur. *cons.* 327. *n.* 58. Manent. *dec.* 11. *n.* 32. causam præfatam reliquit indecisam Reuerendiss. D. Iulius de Luca Illustriss. Reueren. D. Francisci Antonij de Luca Episcopi Anglon. Vicarius, & frater, qui resignato Archipræsbyteratu Cathedralis Ecclesię Melphicten. & post habito Vicariatu, quem per multos annos summa cum laude exercuit maluit patrocinari, & esse conuictor in Alma Vrbe cum Excell. D. Io: Baptista de Luca primæ classis, & Regiæ Catholicæ Maiestatis Aduocato, omnigena doctrina imbuto, & ratione integritatis præstantiore.

Quidquid tamen dictum sit, amplexanda est in iudicando præsens decisio D. mei, vt proprietatis exceptio locum non habet in iudicio reintegrandæ, nisi per exceptionem rei iudicatæ, vel per instrumentum publicum, aut confessionem partis in promptu constaret de dominio conuenti, & spolium violentum non esset iuxta ea quæ docet Merlin. *vbi sup.*

SVMMARIVM.

1 *In quibus casibus cesset consuetudo, filiusfamilias, & n. n. sequent.*
2 *Auctores consuetudinis prædictæ, quod non expresserunt, noluerunt.*
4 *Consuetudo de filijs loquens, ad patrem non extenditur.*
5 *Filius relicto patri debito bonorum subsidio, ex consuet. testari potest, & num. 12.*
6 *Neapodan. doctrina, in consuetud. filius familias restituitur.*
7 *Extraneis institutis, quia cessat fauor patris cessat disponendi potestas.*
8 *Absurdum quod sequeretur si procederet consuet. extraneo instituto.*
9 *Ratio inductiua prædictæ consuetud.*
10 *Ratio, quando vnica est, pro expressa habetur.*
11 *Argumentum de verisimili responsione statuentium, generaliter procedit.*
12 *Consuet. filiusfam. intellectus latè discutitur, num. 14. & seq. n. 17.*
13 *Consuetudo prædicta, an declaretur ex præcedenti.*
16 *Ex duplici successiua sententia, inducitur consuetudo iudicandi.*
18 *Vocatus in defectum filiorum, excluditur filiis superstitibus licet non hæredibus.*
19 *Filii licet non hæredes patris impediunt consolidationem vsusfructus in beneficium matris.*
20 *Consuetudines sunt stricti iuris, & ciuium conuentiones, n. seq.*
22 *Ciuium conuentiones, de persona ad personam non extenduntur.*
23 *Regula l. tale pactum §. fin. de pact. declaratur, & limitatur multis modis, nu. seq.*
26 *An resultet inconueniens aliquod, quòd filius disponat patre existente, vel non.*
27 *An cesset consuetudo, patre existente non instituto, si filius extraneos instituat?*
28 *Honestas familiarum, diuitijs conseruatur, & inopia extinguitur.*
29 *Ad iustitiam statuti, vel consuetudinum sufficit rudis æquitas.*

DECISIO LXCI.

Consuetudo Ciuitatis Neapolis disponens circa successionem ab intestato quando procedat?

1 Consuetudinem Ciuitatis Neapolis, disponentem circa successionem ab intestato, non habere locum, patre, vel matre existente in medio, dicit Neapod. *consuetu. si quis, vel si qua in gl.* 1. *in versic. quod ergo si decessit quis, nu.* 132. *fol.* 27. *in pen. impressione.* Andr. *in cap.* 1. 2. *colum. versic. & sic si statutum, de natur. success. feudi* Lucas de Pen. *in l.* 1. *col. vers. post glo. n.* 30. *fol.* 91. *lib.* 10. *de im-*
2 *pon. lucrat. descrip.* † Item consuetudinem non habere locum patre, vel matre existente in medio, quando quis etiam cum testamento decedit idem Neapod. *in consuet. & si testator, in versic. proximiores, nu.* 34. *in princ.* & rationem ponit *in d. consuet. si quis, vel si qua* hæc consuetudo loquitur patre, vel matre non existente, ergo ijs existentibus, habet locum ius commune. Idem Neapo. *in consuet. si quis, vel si qua, in* 1. *gl.* 3. *col. vers. item aduerte,* dicit aduertendum, quia non posuit casum in patre, & matre, quia loquitur de proximioribus ex parte patris, & ex parte matris; non autem de ipsis patre, & matre hinc Lucas de Pen. *in d. l.* 1. *sub-*
3 *dit. hæc verba,* † consuetudinem inducentes noluisse, quia non expresserunt *l.* 1. *§ sin autem ad facientis C. de*
4 *caduc. toll.* de filijs quidem consuetudo loquitur. † ad patrem ergo, nec vtiliter, nec directo est t… enda. *ff. solut. matrim. l. si vero, §. de vino.* & hoc est adeò verum quòd idem Neapodan. *in consuetud. filiusfam. in vers.*
5 *si nolis,* dicit, † quòd quamuis virtute dictæ consuetudinis, filius possit testari, relicto patri debito bonorum subsidio, de bonis maternis, nihilominus si vellet vltra relinquere, posset omnia bona materna patri relinquere, vel auo paterno, & excludere proximiores collaterales ex parte matris, quia linea ascendens excludit collateralem, ex dictis per eum in d. consuet. si quis, vel si qua, & dicit, hoc operari existentiam parentum, idem Neapod. *in gl. in vers. saluo, vers. sed certè proxima*
6 *consuetudo,* † quæ verba, *sed certè proxima, consuetudo,* debent stare vbi stant, sed verba Neapod. *in glos. fin.* debent stare in proxima glos. ante verba, prędicta, *sed certè proxima consuetudo,* ne implicetur, contradictio in verbis Neapod. ita reperitur impressum *in d. gl. fin.* iura communi, tàm in consuetudinibus impressis anno 1482. quàm anno 1518. quàm anno 1546. & in nouissima editione, & sic corrigit literam Neapod. Dominus
7 Collenucius Coppula *in consuetudinibus,* quas vidi, & etiam refert Pisanellus *in addit. posita in consuetu-*
8 *dine, et si testator, fol.* 183. † & hoc procedere, quando pater, vel mater sunt instituti: sed quando esset institutus extraneus, negant prædictam decisionem procedere, quia cessat fauor patris, & matris, quorum contempla-

platione, dicunt sapientes, se interpretatos fuisse con-
suet. prædictam ex ijs, quæ Anch. *cons.* 334. quem alle-
gat, & sequitur Dec. *cons.* 393. *n.* 3. Item dicitur, quòd si
prædictæ decisiones procederent, instituto extraneo,
sequeretur, quòd filiusfam. qui aliàs de iure communi,
etiam de aduentitijs non testatur, admissus per consue-
tudinem ad testandum de bonis maternis, largiorem
haberet potestatem testandi, patre existente, in medio,
9 quàm si non existeret, quod absurdum videtur, † item
quia consuetudines prædictæ inductæ sunt, vt bona
conseruentur in familia, vt in simili considerat, Socin.
cons. 30. *col.* 4. *vers. circa quartum.* 1. *vol.* & *in cons. seq.*
1. *col.* plenè Curtius iun. *cons.* 150. *Sacratissimi*, 1. *vol.*
10 † quæ ratio cùm vnica sit, habetur pro expressa, iux. *gl.*
in l. fin. C. de fideicom. quod cessaret si extranei institu-
ti fuissent, & si facientes consuetudines, & ipsarum in-
terpretes fuissent interrogati, quid in casu, quo pater
superest, & non sit institutus, an velint habere locum
11 consuetudines, certè dixissent, quòd sic, † quod argu-
mentum, in omni materia procedere, ex *gl. in l. tale pa-
ctum § fin. ff. de pact.* dixit Dec. *in cons.* 325. *consuluit*,
vers. 9. *ad idem*, 2. *volum.*

Pro resolutione igitur istius quęstionis scilicet, an pa-
tre, vel matre existente in medio instituto hærede ex-
traneo, non patre, vel matre habeat locum consuetu-
do? discussum fuit primo, an hoc decidatur per tex. con-
suetudinum: secundò an ex gl. Neapod. tertiò an ex in-
terpretatione sapientum Regni. Quo ad primum di-
cebatur, quòd videtur hoc probari *ex consuet. filius-*
12 *fam.* qua cauetur † filiosfam. posse de bonis aduenti-
tijs, eis à matre, vel linea materna, obuenientibus testa-
ri, ac si essent patresfam. ita vt non teneant si nolint a-
liquid patri relinquere vltra debitum bonorum subsi-
13 dium, videtur ergo text. clarus † quòd quando pater
existit, filiusfam. testatur de bonis maternis, nec potest
dici quòd testabitur, seruata forma consuetudinis præ-
cedentis, scilicet relicto patri debito bonorum subsidio,
& medietate cognatis, quia text. *dicta consuet. præce-
dentis*, loquitur dando formam in decedente absque li-
beris ex testamento, & patre non existente, & in eo ca-
su expressit clarè hoc de medietate, quia voluit. tex. *au-
tem consuetudinis filiusfam.* qui venit continuatiuè, &
immediatè post præceden. consuetudinem, loquitur,
patre extante, & dat formam, seu modum disponendi
in hoc casu, & dicit, quòd testabitur, vt paterfa. relicto
patri debito bonorum subsidio: qui paterfam. poterit
ad eius libitum testari, & in hoc corrigi ius commune,
dicit Neapod. *ibi in gl.* 1. & nihil disponit, quòd debeat
aliquid relinqui cognatis, adeò quòd potest dici hoc
probari per tex. consuetudinis.

Probatur etiam ex gl. Neapod. & primò ex generali-
tate regularum per eum positarum supra allegatarum,
14 † quòd patre, vel matre existente in medio non habet
locum consuetudo, & quòd hoc procedit, siue testatus,
siue intestatus quis decesserit, nec distinguit, siue sit te-
status in fauorem extranei, siue ascendentis: item vide-
tur posse decidi ex dictis eiusdem Neap *in d. consue. in
versic. testari, versic. sed hic licet pater*, vbi discutien-
do, an filius, postquam potest testari, sit dominus pleno
iure, subdit hęc verba, *tamen ex beneficio huius consue-
tudinis permittitur filio testari de ipsa plena proprie-
tate fauore vltimæ voluntatis, tamen patri debito bono-
rũ subsidio. si extraneũ sibi fecit hæredem, & in q. 7. in
ea gl* dicit, quòd poterit testari, & disponere inter viuos
adeò quòd illi casus per Neap æquiparantur, & dubiũ
non est, inter viuos posse liberè disponere, etiam virtu-
te consuetudinum præced. & sic videtur, quòd decisio
Neapod. *in d. vers. testari*, sit clara idem Neapod. *in
vers. si nolit, in ead. consuet.* dicit filium posse omnia bo-
na sua materna patri, vel auo paterno relinquere, & sic
excludere proximos collaterales, ex parte matris: linea
etiam ascendens excludit collateralem, & subdit, *exi-
stentia ergo parentum excludit proximos collaterales
à bonis maternis decedentis testati, sicut existentia li-
berorum*, sic Neapo. ponderat existentiam, & licet in
princ. ponat exemplum patre instituto, nihilominus
postea generaliter subdit, sufficere existentiam, imò si
ratio conseruandorum bonorum in familia, quæ à con-
suetudine consideratur, & tenentes contrarium non
dubitant consuetudinem non procedere, existente pa-
tre, quia eo succedente, virtute testamenti in bonis ma-
ternis, quia non conseruantur in familia, quare non
idem dicendum, instituto extraneo, postquam, vel pa-
tre, vel extraneo instituto, bona non redeunt vnde
exierunt, & sic ex prædictis videtur, hanc opinionem
esse probatam per tex. consuetud. & per gl. Neapod.
15 Et † quòd sapientes Regni sic interpretati sunt con-
suetudines Neapod. legenda sunt, quæ Capicius refert
in decis. 210. *in causa Domini Tiberij in tertia conclu-
sione* referens additionem Domini Stephani de Caieta:
dicentem dictum Stephanum loqui generaliter, quòd
quando sunt ascendentes, testabitur quis secundùm ius
commune, Pisanellus ita interpretatur *in consuetud. si
quis, vel si qua. f.* 118. *ad additio. quæ incipit si ergo, ver-
sic. sed si decederet relicta matre*, dicit, quòd quando
quis decedit relicta matre, & fratre vtrinque coniun-
cto, ex quo sunt diuersæ lineæ, & cessat bonorum di-
stinctio, mater succedit iure communi cum fratre de-
functi simul, & si vellet testari, non tenebitur prius re-
linquere medietatem bonorum paternorum suo fratri,
quia sufficit relinquere legitimam iuris communis pa-
tri, & matri, & de alijs facere quicquid vult, idem dicit
apostil. fol. 137. *quæ incipit, vide consuet. filiusfam.* Ca-
picius *in additionibus ad consuetud. & si testator, in
apost. incip. si ergo habet*, Dominus Coluccius Coppula
in gl. vers. proximiores, dicit idem, & refert Pisan. *in d.
consuetud. filiusfam. fol.* 183. & dicit, apostillam fuisse
sumptam ex libro D. Ioannis Aloysij de Artaldo Dom.
Antonius Capic. *in apostilla. sup. glosam prædictam, in
ver. saluo*, ponderando verbum extraneum, vt supra
ponderatum, dicit hæc verba, *nota quòd patet, quòd ista
consuetudo loquitur quando extraneus hæres institui-
tur*, & ibi Pisanellus clariùs, qui allegat dictam decisio-
nem 210 *fol.* 188. & idem Capic. *ibid. in apostilla, quæ
incip. ista gloss. dicit*, instituto extraneo Sacrum Consi-
lium pro maiori parte, iudicasse in fauorem instituti,
existente ascendente, non instituto, vnde ex prædictis
patet Sacrum Consilium bis ita iudicasse, & propte-
16 rea posse dici, † esse inductam consuetudinem sic iu-
dicandi, ex ijs, quæ And. *in ca.* 1. *colum.* 2. *versic. vnde
si hic de ijs, qui feudare poss. & per gloss. in l.* 1. *C. de
episcopa. audien.* & idem Pisanellus dicit Dom. Stepha-
num de Caieta. sic tenuisse, & Antonius Capicius *ibi-
dem fol.* 190 *dicit gloss.* prædictam communiter sequu-
tos fuisse seniores, & idem sentit Do. Antonius de A-
lexandro, *in consuetu. sed si morienti, in apostilla, quæ
incipit. de iure istarum consuetudinum, fol.* 145. dum
dicit, quòd quamuis de iure consuetudinario succedat
frater vtrinq; coniunctus, & consanguineus tantùm in
bonis ex linea paterna obuentis, quòd hoc non proce-
dat existente matre, quia tunc cum matre succedet
vtrinque coniunctis tantùm, excluso consanguineo,
& hoc ex alio non procedit, nisi, quia consuetudines
non loquuntur quando superest, pater, vel mater, vt
supra dictum est, idem testatur Ioannes Thomas de
Minadois, Regius Consiliarius in repetitio. constitu-
tio. in aliquibus adhuc non impressa, & quòd sic ser-
uandum sit prout practicatum, & interpretatum quá-
si in ijsdem terminis, in quibus ad præsens loquimur,
dicit Baldus *in cons.* 473. *circa quæstionem, in fin. ver-
bo. volum.* 5. loquens in statuto vocante agnatos, relicta
certa portione matri superstite matre, & amita, in
quam postquam bona peruenerint, exeunt de familia,
post multa pro matre, & contra matrem allegata, dicit
hæc verba. *Quid ergo finaliter dicendum est? Respon-
deo, seruetur practica, & interpretatio consuetudinum,
quæ si non apparet, mater habet æquitatem amita vero
ruditatem.*
17 Nec † hæc opinio caret rationibus, quas posuit Ca-
pi. *in d. dec.* 210. & Pisan. *in d. apostilla, incip. nec te de-
cipiat*,

*cipiat. fol.*188. nullum enim per hanc institutionem
infertur præiudicium proximioribus, siquidem exi-
stentibus ascendentibus,& decedente ab intestato filio,
ascendentes succederent,exclusa linea collaterali?quia,
vt dictum est in principio, matre, vel patre existente in
medio, habet locum auth.defuncto, quæ remanet in-
correcta: testatus ergo moriens, eos potuit non inclu-
dere, imò potuit excludere, quia lex eos ab intestato
excludebat: fundatur etiam hæc opinio auctoritate
Barto.*in l.1.§ si pater in potestate, col.pen.ff.de coniun-
gend.cum emancip. liber.* quam allegat Capic. *vbi su-
pra*, & ne hæc opinio careat similibus, in quibus sola
existentia sine institutione hæredis opitulatur, allega-
18 tur tex.*in l filiusfa.§.cum quis. ff. de leg.*1. † vbi voca-
tus in casu filiorum deficientium, excluditur, filijs ex-
tantibus,etiam quòd non sint hæredes ita Bald.Imo.&
Raphael ibi.Ad idem tex.*in §.sed nostra,cum gl.in ver.
omnibus modis instit. de success. liber.* & est tex.*not. ad
hoc in auth.licet,C.de natu.liber.*vbi filius naturalis,nõ
existente vxore testatoris, succedet patri ab intestato in
duabus vncijs, vxore autem existente priuatur filius
naturalis prædictis vncijs duabus, & tamen vxor non
consequitur prædictas vncias duas; licet enim persona
excludens non capiat, parat tamen impedimentum
alijs,*vt dicit gl.in d.authen.in ver.coniux legitima, &
hoc*,quia coniux vincit naturales,in casu,de quo agitur,
agnati, vel cognati vincuntur à linea ascendente, pro-
pterea non debet quæri,an persona ascendens succesle-
rit,sed an persona adsit,quæ eis præferatur, & in simili
19 fuit per Sacrum Consilium decisum, † quòd filij, licet
non sint hæredes patris, impediunt consolidationem
vsusfructus in beneficium matris, quia sufficit, quòd
extent *per d.§. cum quis* in causa Aloysiæ Caracciolæ,
cum Hippolyta Caracciola, die 16. Februarij 1558. &
ego fui Aduocatus, & sic apostillauit D. Fælix de Ru-
beis,Regius Consiliarius,& meus prædecessor, *in con-
suet.quartam autem, in apostillis eius, quas habeo ma-
nuscriptas,* & stantibus prædictis non obstat, quod di-
cebant tenentes contrarium, quòd patre non instituto
cessat fauor, quo moti fuerunt condentes consuetudi-
nem,seu eius interpretes,qui excludendo collaterales,
patrẽ,vel matre existente,voluerunt includere patrem,
vt ijs,quæ Anchar.*cons.334 si ab agnato*,quem allegat,
& sequitur Dec.*cons.392 num.*3. nam hæc non proce-
dunt in casu, de quo agitur, vt rectè dicebat vnus ex
Dominis, non enim per consuetudines est prouisum,
quando pater,vel mater extant, quòd proximiores ex-
cludantur,vt loquuntur Doct. supra allegati, sed quia
consuetudines non considerauerint hunc casum, nec de
eo loquutæ sunt,tamquam casus non consideratus, re-
maneret in dispositione iuris communis, vt dicit Nea-
pod.*in locis supra allegatis,*& maximè *in glo.1.consue-
tu.si quis,vel si qua,*& sic mater, vel pater, non vocan-
tur ex dispositione consuetudinis,quæ ipsos contra col-
laterales admitteret ad successione, sed ex dispositione
iuris communis,quod habet locum,post quam consue-
tudines de eis non loquitur,& hoc vult in effectu Luc.
de Pen. *in d.l.1. dum allegat tex. in l.2. §. sin autem ad
deficienti.C.de cad.tollen.& l.si vero §.de viro ff. solut.*
20 *matr.*† consuetudines enim sunt stricti iuris, idẽ Nea-
pod.*in consuet.si quis,in gl.in vers.præter quam in pro-
pria materia.col.3.vers præterea,in mag.impr.fo.31.1.
col.idem,in tit.de iure congrui,fol 93.1. col. vers. item,
quia* Bal.*in c.1.in fi.de feud.cogn.*vbi optimè Dec. *cons.*
21 *483.pro resolut.pen.col.*Aym.*cons.294.nu.4.vol.2.* † &
sunt ciuium conuentiones. Neapod. *in consuet. si quis*
22 *habens, in gl.in vers.& velit*, † quæ non extenduntur
de vna persona ad aliam. *l.si vnus, §.ante omnia.ff.de
pact.* ex qua etiam responsione tollitur id, quod ex ad-
uerso,vltimo loco dicebatur de verisimili mente cõden-
tiũ consuetudines,quę postquam veniunt ad correctio-
nem iuris communis, quo prouisum est cuilibet de re
sua disponere,& maximè in vltimis voluntatibus, non
possunt ex verisimili mente illas facientium extendi;le-
gum enim correctio euitãda est.*l.præcipimus, C.de ap-
pel.l.sancimus C.de testa.*item consuetudines, vt dictũ
est,non fuerunt loquutæ, quando moritur quis cũ ma-
tre,vel patre,quia noluerunt, sed hoc voluerunt relin-
quere in dispositione iuris communis, vt supra dictum
est,sapientes enim illi sciuissent,si voluissent prouidere,
quando pater extaret,quemadmodum prouiderunt, si
23 non extaret,sed extarent filij,seu agnati,& cognati,†&
regula.*l.tale pactum.§ fin.ff.de pact.*quæ sępè sępius al-
legatur,declaratur per Bal.*in l.1. col.fi. vers. quæro de
tali quæstione,C.de ijs.qui ante apert.tabul.*hoc modo,
quo aut aliquid omninò omissum est in casu nostro,
quia vt dixi,& dicit Luc.de Pen.*vbi supra,* consuetudi-
nes non loquutę fuerunt,si pater erat superstes,vel ma-
ter,& habetur pro omisso,*ff.de liber.& posth.l.commo-
dissimè*,aut sequitur ad aliquid expressum, & tunc cen-
sentur cautum,vt *l.tale pactum.§.fin.sequitur* Fab.Aco-
ronib.*in repet.l.hæredes mei.§.cum ita ante nu.*33 *ff.ad*
24 *Trebel.* † item regula.*d.l.tale pactum.§ fin.*non proce-
dit,quando fieret extensio de vna persona ad aliam,lo-
quendo etiam in vltimis voluntatibus, etiam quod te-
stator verisimiliter hoc statuisset, si de hac persona in-
terrogatus fuisset,tex.est not.*in l.si quis ita.§. pen. ff. de
test.tut.* per quem tex. ita Aret. *in l Gallus. §.& quid si
tantum col.4. vers.1. adde in quantum ff.de lib.& post.*
quem refert,& sequitur Ias.*in cons.29. videretur, vers.*
25 *3.& fortius,& cons.30.2.col.vers.item dato.volum.*3.†
Item idem Aret.*in d §.& quid sit tantum, in eo.loco, in
2.fol.*declarat tex.*in d.l.tale pactum.§.fi.* procedere
quando persona,ad quam fit extensio, potest compræ-
hendi aliquo modo sub verbis, & mente dispositionis,
& propter aliquam qualitatem inhęrentem,licèt in in-
diuiduo de ea non fuerit cogitatum, & si prædicta pro-
cedunt in vltimis voluntatibus, in quibus large fit in-
terpretatio,vt iuribus vulgaribus,quanto magis dicen-
dum est procedere in consuetudinibus,quæ vt supra di-
xi sunt stricti iuris.

Nec obstat inconueniens, quòd secundo loco allega-
tur,quod largiùs possit disponere filius,existente patre,
quàm non existente,sed existẽtibus agnatis,quia primo
casu fuit relicta legitima,in totum,secundo casu de me-
26 dietate tantùm,nam ad hoc respondetur, † in hoc non
adesse aliquod inconueniens, quia existente patre suffi-
cit,quòd ei relinquatur illud,quod ipse pater teneretur
relinquere filio,& in reliquo, postquã filius est effectus
testabilis de iure consuetudinario, seruetur dispositio
iuris communis,secundùm quod quis de toto dispone-
re potest, quando pater non existit, in hoc voluerunt
prouidere consuetudines,quòd nõ possit diponere, nisi
de medietate,& postquã in hoc habemus leges scriptas,
non est de aliquo curandũ,& maximè,quia agnatis,vel
cognatis non fit iniuria,ex quo,si iste ab intestato dece-
dere,pater in totum succederet, & si faceret testamen-
tum, & omnia conferret in patrem, omnes tenemus,
hac institutionem valere. Præterea, hoc validè conue-
niens videtur, quia reducitur res ad æqualitatem: fi-
lius ideo patri,vel matri legitimam relinquere tenetur:
& de residuo, in totum disponere potest, quia ad hoc
tenetur ei pater; agnati, vel cognati,non existente pa-
tre eorum, tenentur inter se medietatem relinquere, &
idcirco nullum datur inconueniens.

27 Nec obstat tertium, quod allegabatur, † quod con-
suetudines factæ sunt, vt bona remanerent in familia,
quod hodie cessaret,si patre existente,licet non institu-
to,filius extraneos instituere posset,nam ad hoc dicitur
quod hoc argumentum redditur elusorium hoc modo,
patre instituto,cessare consuetudinem fatentur omnes,
adeo vt proximiores quis instituere non teneatur, vt
dicit gl.Neap.*in d.ver.si nolit*,vbi lquitur de bonis ma-
ternis, & tamen,si bona materna relinquuntur patri,
exeunt de familia matris:& si dicatur,hoc operatur fa-
uor patris,dicitur ergo hęc ratio conseruandorũ bono-
rum in famalia,nõ est ratio generalis.ratio ergo,quare
pater faciet cessare consuetudinẽ, nõ est eius fauor,sed,
quia cõsuetudo de eo non loquitur, quo casu etiã fauo-
re familiæ, non fit extensio, pro quo optimè facit quod
dici-

dicitur de substitutione facta hoc modo, Ioan. instituit hæredes Petrum, & Antonium eius filios, cum hoc, quod decedente altero sine filijs, alter succedat, certum, est hanc substitutionem factam esse pro conseruatione bonorum in familia, vt agnationis suæ salua esset dignitas, vt dicit tex. *in l. 1. §. sed & seruus, ff. de ventre inspi-*
28 *cien.* † quia per diuitias conseruatur honestas familiarum, quæ per inopiam perit, §. *sancimus, in Auth. de testi. l. 1. ff. de custod. reor.* decessit Petrus cum filijs, deinde Antonius sine filijs dubitatur si isti filij Petri succedent Antonio, si attendimus rationem, vt bona conseruentur in familia, immo verisimilem mentem disponentis, diceremus quòd sic, & tamen tenendum est contrarium, vt dicit Bald. *in d. l. 1. col. 2. ver. quaro de tali quæstione, C. de ijs qui ante aper. tab.* ea ratione, quia testator penitus omisit, & de hoc casu nullo modo loquutus fuit, quam opinionem dicit communẽ *Rip. in l. hæredes mei §. cum ita ad Trebel.* & sequitur Acorombus Decius, qui allegat concord. *in cons. 574. in causa quæ agitur, col. 1. cum seq. vol. 4. & cons. 593. viso testamento, col. fin. n. 7.* plenissimè prosequitur Ias. *in dictis consilijs 29. & 30.* vbi plenè discutiendo rationem conseruandorum bonorum in familia, ac verisimilem mẽtem testatoris, concludit in casu omisso, ac inducente extensionem de persona ad personam, ac grauamen instituto, prout *in d. cons. 20. col. 8. ver. & facit*, rationes prędictas non procedere, & ex ijs videtur, quòd postquam vt supra constitutum est, consuetudines non habent locum existente patre, quia de eo non loquuntur, quando pater adest, & extraneus est institutus, nec sunt in beneficium proximiorum ad hunc casum trahendæ, & hoc tanto magis dicendum est, quia hoc quòd bona redeant ad stipitem, à quo profluxerunt dicit Bal. *in cons. 373. circa quæst. col. 1 ver. item quadam vol. 5.* est potiùs que-
29 dam rudis, & laicorum æquitas, † & ad iustificationem statuti, vel consuetudinis, sufficit dicta rudis æquitas. *l. 1. C. vt nul. ex vicarijs, lib. 2.* vbi hoc argumentum sumit ex illa l. And. de Barulo. & ex ijs, sic fuit decisum in causa quorumdam de Turri octaua, quòd potuisset liberè testari, sed lege sequentem decisionem, & vide vltima verba ipsius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Minad. *dec.* 26. 38. Annam *in alleg.* 70. *nu.* 49. hunc D. in add. ad Neapod. *hic allegatum fol.* 115. *& infra decisio.* 486. D. Georg. *in alleg. 29. num.* 13. 24.

Nu. 16. Adde Mascar. qui hunc locum allegat *de probat. lib. 1. concl.* 427. D. de Ponte *in cons. 54. nu. 14.* D. Garsiam Mastrill. *in dec. 66. n. 16. & 69. n. 9.*

Num. 24. Adde videndum Vrsil. *in decis. Afflict.* 141. *n. 1.* Capyc. *decis. 69. n. 20* Anton. Gabr. *de reg. iuris conclus. 10. n. 6.* vbi exornat glosam hic allegatam post Tiraq. *in l. si vnquam in præfat. n. 55. C. de reuocat. donat.* Marsil. 343. Rolan. *cons. 79. ad fin. vol. 3. & infra decis. seq. n. 3. & decis. 113.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes ad consuetudinem, debent excedere 50. annos in contradictorio.*
2 *Ipsa consuetudo valet, licet non obtenta in contradictorio.*
3 *Consuetudo quo temporis spatio inducatur, tàm in terris Imperij quam Ecclesiæ.*
4 *Vsus temporis immemorabilis, priuilegij vim tenet.*
5 *Quid si sit contrarius.*
6 *Et an testes singulares sufficiant.*
7 *Imò iudex absente parte, & non citata, potest examinare, & se per solam famam informare.*
8 *Consuetudo dicitur ius causa in loco vbi est.*
9 *Consuetudo attendenda in creatione Syndici, & similium.*
10 *Consuetudo legem facit, & legis vim obtinet.*
11 *Sola consuetudine Ciuitates regi possunt.*
12 *Immò familia poterant consuetudinem particularem inducere sibi, & quomodo hoc intelligi debeat.*

PRo hac decisione videndos dico Decium *cons.* 431. Bald. *volu. 4. cons. 339. & etiam cons.* 193. Authorem hunc infra *dec.* 92. & Cæsarem Vrsillum *in decisione Matthæi de Afflict.* 237. Ad
1 *n. 29.* adde quòd † testes deponentes de consuetudine, debent excedere 50. annos. Ioseph. Ludou. *decis.* 106. *v.*
2 20 Item † ipsa consuetudo valet licet non sit obtenta in cotradictorio. Ipsemet Ludouicus *dec.* 69. & Boer. 63.
3 *num.* 12. & † in terris Imperij inducitur decem annis, in terris Ecclesiæ quadraginta. Idem Ioseph. *decis. Pe-*
4 *rus.* 62. *num.* 41. Item adde † quòd vsus temporis immemorabilis, priuilegij vim tenet. Crauetta, *consil.* 251.
5 & Natta *consil.* 154. & † sufficit etiam si contra ius sit.
6 Guido Papa *Sing.* 103. & Crauet. *d. cons.* 251. † & testes singulares sufficiunt, Ozascus *decis.* 99. *num.* 24. quòd
7 † absente parte, & non citata, iudex potest examinare, & potest se per solam famam informare. Rota Ianuens. 138. *num.* 4. quia consuetudo dicitur ius causæ, in loco
8 vbi est, & ipsa † consuetudo debet attendi in creatione
9 Sindici, † & similium Guid. Papa *Sing.* 387. quia
10 † consuetudo legem facit, & vim legis habet, § *hoc*
11 *iure, de Attiliano tutore, in institutionibus.* Et sola † consuetudine Ciuitates regi possunt. §. *ex non scripto, instit. de iure naturali, gentium, & ciuili*; Immò non modo Ciuitates sibi consuetudines poterant inducere,
12 verùm † etiam familiæ, & agnationes, latissimè Anton. Gabr. Roman. *lib. conclus. 6 tit. de consuet. concl. 5. num. 3.* sed hoc intelligunt aliqui, si ipsæ familiæ merum imperium, & potestatem statuta condendi habeant; ita Tiraquel. *de primogenijs q. 16.* Brunorus à Sole, *in verbo, familia in compendio Propositionum iuris.* Ad hanc decisionem circa principalem articulum adde Regentem à Ponte, *cons. 19. & cons. 61. num. 66.* Annam *alleg. 70. & 117. num. 13.* & vide aliqua *supra decis 25. huius Authoris.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Patre, vel matre existente in medio cessat consuetudo Neap. si quis, vel si qua, & in assignanda ratione dissidium, & Marta expungit rationem D. Præsidis, sed inconsequenter n. 2.*
3 *Decisio est in terminis consuetudinis antiquæ.*
4 *Existentia parentum, an eneruet in totum consuetudinem an succedat frater vtrimque coniunctus cum vterinis, & refutantur R. de Marin. & alij, & an succedant sorores, n. 5.*
6 *Filius qui potest testari iuxta consuetudinem Neap. de bonis maternis relicto patri bonorum subsidio an possit priuare proximiores ex parte matris medietate eis debita.*

1 NObilissima est præsens decisio cum alia sequenti in materia cõsuetudinis Neap. *si quis, vel si qua* dum omnes tanguntur fere quæstiones, quæ possunt euenire in hac specie, & præmittendum est frequens, & in ore omniũ axioma, quod patre, vel matre existe in medio cesset consuetudo *si quis, vel si qua* vocãs proximiores ex parte matris in bonis

bonis filio à matre, vel linea materna obuentis, & proximiores ex parte patris in bonis à linea paterna peruenis, vt Napod. *in d. consuet. sub n.* 82. R. Latr. *dec.* 61. Theodor. *alleg n.* 28. Marta *in summ. success. legal. p.* 2. *q.* 3. *art.* 10. *nu.* 6. vbi sic refert decisum Prouenzal. *in d. consuet. obs.* 24. acre dissidium est in assignanda ratione, quia alij dicunt consuetudinem non loqui de patre, & matre, & consequenter haberi pro omissis, & eorum inclusio, vel exclusio remanet sub dispositione iuris communis, sed per ius commune Romanorum in dispositione de hæreditate filij ad beneficium alicuius decedentis sine liberis semper intelligitur patre non existente in medio per *l. liberto sine liberis ff. de bon. libert.* idcirco patre existente in medio non habet locum consuetudo, sed intactum seruatur patri, & matri ius quod debetur successionis, & DD. & Napod. *sub nu.* 82. & D. meus *n.* 29. intelligunt consuetudinem loquentem de moriente sine liberis cum subaudito intellectu etiam sine patre, vel matre.

Marta *art.* 10. *a nu.* 9. non solum dispungit rationem
2 D. mei verum etiam Lucæ de Penn. *in l.* 1. *C. de impon. lucrat. descript. lib.* 10. & eam germanam esse inquit, quia cum loquitur consuetudo de proximioribus, verbum illud proximiores contentiose accipi debeat vt pater sub appellatione proximiorum contineatur, & omnes alios in gradu vlteriori existentes excludat, & nemo excludat parentes, quia ipsi sunt principium deriuationis non deriuatum Bal. *cons.* 147. ego rationem Martæ non approbo, nam parentes non veniunt sub appellatione proximiorum, sed vt parentes, nam si venirent vti proximiores necesse foret venire cum distinctione bonorum, & pater non posset succedere filio in bonis maternis, nec mater è contra in bonis à linea paterna obuentis quod neutiquam verum est.

Prætereà aduertendum est, quo hæc decisio loquitur
3 quando matrimonium contractum est iuxta consuetudinem antiquam per quam patres non sunt exclusi à successione filiorum prout se excludunt quando matrimonium initur iuxta nouam consuetudinem Capuani, & Nidi, vt in sequenti decisione, tunc enim propter renunciationem habentur, ac si non essent in medio, & ita cessat nostra quæstio, & in terminis nostris, quod hæc decisio procedat quando matrimonium contractum, est iuxta antiquam consuetudinem animaduertunt Rouitus *cons.* 29. *lib.* 2. *n.* 6. Minad. *dec.* 26 *n.* 2 Prouenzal. *vbi sup. n.* 17.

Ingens quæstio est, an existentia parentum eneruet in totum consuetudinem, & ita frater vtrimq; coniunctus excludat æqualem coniunctum ex vno latere, & R. de Marin. *lib.* 1. *res.* 70 *n.* 13. affirmat, sed D. Roder. *in add.* ad R de Marin. distinguendum putat vt admittendus sit prius pater cum fratribus vtrimque coniunctis, & postmodum fratres ad portionem ipsorum admittere debeant fratrem vterinum in bonis à linea materna obuentis, & ita cessat absurdum, illud, quod existente patre vigeat in sui odium consuetudo, & pro hac opinione adduco Medic. *cons.* 96. *n* 36. Verius ipse contrarium existimo, quod patris existentia non elidat omnino consuetudinem, & proinde cócurrant cum patre, & fratribus vtrimque coniuncti, vt decisum refert Rouit. *cons.* 28 *lib.* 2. Thor. *ver. fratres vtrinque coniunct. p.* 1. Monach. ad Minad. *in dec.* 38. R. Latr. *dec* 61. Prouenzal. *obs.* 23. *n.* 20. nec turbat motiuum Roder. quia consuetudo Neapolitana huiusmodi est fauorabilis, vt conseruentur bona in linea à qua obuenerunt, & pater non excluditur in totum in bonis maternis filij, vt ponderat in simili Surd. *in decis.* 38. & pariter propter existentiam fratris in successione de iure communi pater succedit filio etiam in bonis à linea materna obuentis in odium matris sine aliqua distinctione, & reiecta consideratione Camill. de Medic. *vt dixi obs.* 59.

Extenditur vt sicut attento iure consuetudinario
5 Neap. soror excluditur à successione fratrum, ita pariter excludatur non obstante existentia aui, vt decisum refert D. meus *in decis. seq.* licet contrarium pro sororre annuat hic allegans Ant. de Alex. & Io: Angel. Pisanell. & conueniant Vrsill. *dec.* 38. *nu.* 1. Capyc. *dec* 250. Minad. *in dec.* 38. Theod. *alleg.* 1. *nu.* 28. Anna *alleg.* 117. nihilominus verior est prima sententia contra sororem, vt decisum refert Rouit. *cons.* 29. *lib.* 2. R. Marcian. *disp.* 83. *n.* 15. Prouenzal. *obs.* 22. *nu.* 33. & idem Anna mutauit sententiam in *alleg.* 119. & in prima opinione Annam succubuisse tradit Prouenzal. *à n.* 33. qui *n.* 37. cauendum tradit à Ricc. *in collect.* 635. *in fin.* vbi erroneè firmauit sorores succedere cum fratribus iuxta consuetudinem.

Examinanda nunc remanet principalis controuer-
6 sia, vtrum patre, vel matre in medio existente inspecto iure municipali possit filiusfamilias testari in totum sicut de iure communi, vel de medietate tantum, & aliam medietatem dare proximioribus, & Capyc. *in decis.* 210. distinguit, quod aut sunt agnati remotiores, vt puta frater patruelis, vel amita, qui ab intestato non admitterentur cum patre, & hoc casu agnati non possunt auocare medietatem, aut frater vtriusque coniunctus, vel ex vno latere, qui ex priuilegio succedit, & hoc casu si filius fecerit testamentum, & eos excludat, vt isti auocabunt medietatem vt dixit Ant. de Alex. & firmat D. meus in finalibus verbis, & in *seq. dec.* quia secus esset maius priuilegium filij in testando quam patrisfamilias, dum hic non posset in totum disponere, sed tantum de medietate, & hæc si matrimonium contractum sit iuxta antiquum vsum, si autem iuxta nouum morem Capuani, & Nidi, tunc posterior sententia certior est, quia parentes propter renunciationem se de medio sustulisse, & non existere censentur, & eo magis habet locum consuetudo, ita Rouit. *d. cons.* 29. *lib.* 2. in quibus terminis matrimonij initi secundum vsum nouum loquitur sequens decisio, sed Capyc. loquitur in matrimonio iuxta antiquum vsum, inito, & fundat quod in illa medietate quam auocarent proximiores haberet partem pater.

SVMMARIVM.

1 *Consuetu. Nobilium. Neap. super dote restituenda.*
2.3 *Regula l. tale pactum. § si. de pact. limitatur, & n. seq.*
4 *Hæreditas adita fit patrimonium hæredis.*
5 *Disputatio d. consuet. ad quem finem tendat.*
6 *Consuet. locum habet hodie etiam contra auiam.*
7 *An sorores vtrinque coniuncta admittantur, matre existente in medio.*
8 *An cesset consuet. in beneficium matris.*
9 *Quomodo intelligenda sit regula, quòd patre, vel matre in medio existente, locum non habet consuetudo.*
10 *Opinio. Neap. auctoritas.*

DECISIO XCII.

Substitutio facta filio si sine liberis decesserit extinguitur ipso mortuo cum filijs, etiamsi filij illi postea sine filijs decesserint.

Matre mortua relicta filia, quæ hæreditate adita etiam decessit an succedatur matri vel filiæ.

Auia an concurrat cum sororibus, fratribus neptis, an verò sit exclusa ex consuetudine Neapolitana.

1 VErba † consuetudinis Nobiliũ relata per Afflict. *in dec.* 237. si dictũ matrimoniũ dissolui cótigerit per mortẽ viri, vxore superstite, liberis ex dicto matrimonio superstitib. vel nõ superstitib. dictę dotes datę, & per virũ receptę restituãtur, & earum restitutio fiat dictæ vxori superstiti, seu eius hęredi: si verò dictum matrimonium dissolui contigerit per mortem vxoris superstitibus liberis ex dicto matrimonio, dictæ dotes solutæ restituantur, & earum restitutio fiat, ipsis liberis ex dicto matrimonio procreãdis superstitib. vbi, & in casu, quo nõ superessent liberi

beri ex dicto matrimonio superstites, vel etiam, si tem-
pore mortis dictę vxoris, liberi ex eodē matrimonio su-
peressent, & postea adita hæreditate, vel non adita per
eos, vel alium seu alios, eorum nomine, liberi ipsi dece-
derent, vel morerentur in pupillari ętate, vel post quan-
documq; ab intestato, sine liberis legitimis, & naturalib.
dictæ dotes modo prædicto receptæ veniant, & deueni-
re debeant, & ipsarum restitutio realiter fiat, & fieri de-
beat hæredibus, & successoribus dictæ vxoris, seu hęre-
dibus dotantis, in pace, & sine molestia, & cōtrarietatę
quacumq; & omni exceptione, & excusatione remota.

De tribus in causa prędicta fuit dubitatum, primò an
substitutio facta per Magnif. Barnabam in testamento,
in quo substituit Elionorę eius filię, si sine liberis deces-
serit, si extincta, mortua Elionora cum filijs, qui postea
absq; liberis mortui fuerunt? Et fuit decisū, quòd sic, per
tex. *in l. 1. C. de cōdit. inser. & in l. iubemus. §. sin autem,
C. ad Treb.* & licet fuisset dubitatum, quod ex verisimili
mente testatoris deberat hic casus comprehendi, ex *reg.
l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis*, nihilominus responsum
2 fuit, † dictam regulam non procedere, quando casus est
penitus omissus à testatore, ita dictam legem declarat
Bald. *in l. 1. col. fin. vers. quaro de tali quæstione, C. de ys,
3 qui ante apert. tabul.* † nec *d. tale pactum. §. fin. procedit*,
quando fieret extensio de vna persona ad aliam, etiam
quòd testator sic respōdisset, si de hoc interrogatus fuis-
set, *l. si quis ita, §. pen ff. de test. tut.* per quem textum ita
tenet Aret. *in l. Gallus. §. & quid si tantum, col. 4. vers. 2.
adde, in quantum. ff. de lib. & posth.* cum pluribus con-
gestis *in decisio. præceden.* & vltra prædictos nouissimè
idem tenet Soc. iun. *in cons 66. n. 7. 3. vol. col. 2.*

Secundò fuit dubitatum, si cōtracto matrimonio, se-
cundùm consuetudinem nobilium, supra relatam, quā-
do moritur mater, relicta filia, quę postea moritur, adi-
ta hæreditate si in casu isto succedatur matri, an filiæ?
4 De iure communi non est dubium, † quia postquā hæ-
reditas est adita, est proprium patrimonium filiæ *leg. 1.
§. veteres, ff. de acq. possess.* vbi post alios Iason, nec de iu-
re consuetudinario Ciuitatis Neapolis, in scriptis reda-
cto, quia succeditur vltimo morienti, & ex text. dictarū
consuetudinum apparet, & debere succedi filiæ, diceba-
tur pro parte Iacobi Caraccioli, non obstantibus verbis
5 in dicta consuetudine, Nobiliū, appositis † omnia enim
verba prædicta sunt apposita ad finem excludendi pa-
trem à successione filiæ in bonis maternis, non autem
ad finem, quòd succedatur filiæ, vel matri, & hoc colli-
gebat ex verbis Neap. *in cōsuet. si quis. vel si qua. in ver.
præter quam, in 4 quæst. ibi, in proposita igitur quæstione,*
maximè, quia consuetudo prædicta ad aliud non respe-
xit, quàm ad excludendum patrem à successione filię in
bonis maternis, & quòd bona redijssent, excluso patre,
vnde exierunt. Ex aduerso dicebatur, verba dictæ con-
suetudinis supra relata esse clara in pluribus locis, & à
verbis consuetudinis prædictæ non esse recedendum. *l.
non aliter ff. de legat. 3.* Item dicebatur hoc clarè dicere
Neapo. *in d. gl in 3 quæst. in ver. dicā ergo, & in 4. quæst.
in vers. ibi, in proposita igitur quæstione*, & sic declarari
Neapo. *ibi in apostil. Pisanelli, fol. 128. vers. & sic ex di-
ctis hic.* Dicebatur insuper consuetudinem sup. relatam,
Nobilium, æquiparare, quod adita sit, vel non sit adita
hæreditas; sed si hæreditas non esset adita per filiam, nō
esset dubium, quod succederetur matri, ergo, & eodem
modo si sit adita hæreditas. Et ex prædictis per Sacrum
Consilium, fuit decretum succedi matri, & non filiæ
vnus ex Dominis dicebat esse, credendum, millies hunc
casum accidisse, quia tam matri, quàm filię superfuerūt
in eodem gradu existentes vtriq; non fuit dubitatum, ex
quo tam mater quam filia, communiter secundùm
eumdem morem contraxerunt, sed in casu, de quo age-
batur, hæc quæstio orta fuit, cùm d. Maria, mater, morè
magnatum contraxerit, & sic per consuetudinem Nea-
politanam non est exclusa à successione filiæ, filia verò
contraxit iuxta morem Nobilium Platearum.

Tertiò fuit dubitatum, si postquam in hoc casu succe-
debatur Elionoræ matri, non autem Portiæ filiæ, & tē-
pore mortis Elionoræ supererat d. Maria mater, quæ
more magnatum, quod est idem, quod ius commune, in
successione, cōtraxerat, an in successione dictę Elionorę
concurrāt mater d. Maria, fratres, & sorores Elionoræ,
cū de iure consuetudinario Ciuitatis Neapolis, in scri-
ptis redacto, mater non excludatur, quia consuetudines
nō habent locum matre existente in medio, licèt si suc-
6 cederetur Portiæ filiæ d. Mariæ auia esset exclusa † quia
iam hodie est decisum, consuetudinē Ciuitatis Neapo-
lis habere locum etiam cōtra auiam, vt refert doctissi-
mus Dominus Regens Reuerterius, in fine consuetudi-
num de nouo impressarum, & de matre, quòd admitte-
retur cum fratribus vtrinq; coniunctis nō dubitabatur.
7 † Dubium erat de sororibus vtrinq; coniunctis, quæ per
auth. defuncto, admittuntur vnà cum prędictis, & si so-
rores vtrinq; coniunctæ admittebantur earum portio-
nes ad fratres spectabant, virtute testamenti paterni, &
cessionum per eas factarum, & pro fratribus secundo-
genitis, repræsentantibus sorores, dicebatur, Neapod.
clarissimè dicere, matre existente in medio, non habere
locum consuetudinem, sed seruari auth. defuncto, per
quam sorores vtrinque coniunctæ admittuntur ad suc-
cessionem cum parentibus, & cum fratribus vtrinque
coniūctis in pluribus locis, & maximè *in tit. de success.
ex testamento, inc. & si testator, in vers. proximiores. &
in alys locis relatis in dec. prac. & in gl. in ver. succeadāt,
in consuet. si qua mulier. per quas gl. vt in decis.* retuli,
multæ quæstiones fuerant decisæ, quòd quando mater
est in medio, seruatur ius cōmune exclusis ijs, qui aliàs
per consuetudinē includerentur, & signanter est viden-
da appostilla d. Antonij de Alexādro, quæ incipit, de iu-
re istarum consuetudinum, & apostilla, quæ sequitur, in
qua dicitur, fuisse iudicatum in cons. quòd licet de iure
consuetudinario Ciuitatis Neapolis, mortuo fratre
vtrinque coniuncto, superstite alio fratre, vtrinq; con-
iuncto, & consanguineo, in simul succedant vtrinq; cō-
iunctus, & consanguineus, in bonis paternis, nihilomi-
nus quando mater est in medio, succedent mater, &
vtrinque coniunctus, excluso consanguineo.

Pro parte primogeniti dicebatur, pro eo esse decisio-
nem Neapo. *in consuet. sed morienti, in verb. neptes, fol.
10 38. in pen. impressio.* qui ponit casum, quando quis dece-
dit superstite matre, nepote, & nepte, ex fratre vtrinque
coniuncto, & dicit matrem tantùm succedere cum ne-
pote, nepte exclusa per consuetudinem adeò, vt ex ver-
8 bis Neap. colligatur, consuetudinem † cessare in benefi-
cium matris, non autem in beneficium neptis exclusæ
per consuetudinem, in tātum, quòd dicebatur, dici pos-
se D. Mariam esse admissam cum filijs, eiusq; fratribus
vtrinq; coniunctis ad successionem Elionorę, verū inter
fratres, & sorores habere locum cōsuetudinem, ex qua
declaratione maius commodū mater consequitur cùm
in exclusione sororum maiorem partem habebit ma-
ter, quia cum sororibus admissis haberet vndecimam,
& eis exclusis, habebit sextā, & sic dicebatur esse intel-
ligenda omnia dicta Neapod. in locis, vbi dicit, matre
existente in medio, non habere locum consuetudinem,
& dicebatur, id quod in apostillis Antonij de Alexan. &
Pisanelli, & allegabatur, fuisse iudicatum, esse cōtra ex-
pressas decisiones Neap. *ibi consuet. si quis, vel si qua, in
1. gl. vers. quod autem dixi, n 154. in pe. impressio. fol. 28.*
quo in loco concludit, quòd id quod dixit, patrem suc-
cedere, *per auth. defuncto*, vna cū fratribus vtrinq; con-
iunctis, & idem esse intelligendum in fratribus coniun-
ctis ex parte eius, de cuius bonis agitur, scilicet vt pater
succedat filijs in bonis maternis, simul cum fratre con-
sanguineo, & tamē indubitatum est per auth. defuncto,
illos fratres tantùm admittit cū patre, vel matre, in suc-
cessione fratris prædefuncti, qui ex vtroque latere sunt
coniuncti, & iterum *eadem gl. n. 132. vers. sed an frater
vterinus*, idem expressiùs tenuit Neapod. *in consuet. si
quis vel si qua, in gl. in ver. præterquā, ver. pone ergo fi-
lius fol. 33. n. 223.* vbi arguit hinc inde, & tenet, fratrem
vterinum concurrere cum patre in successione, virtute
consuetudinum, contra authent. defuncto, & dicit, non
esse

esse inconueniens, vnum succedere de iure communi, alium verò de iure consuetudinum, & sic ex prædictis dictis Neapod. apparet, vt supra dictũ est, sic esse intelligendam regulam, quæ ponitur per eum, matre, vel patre existente in medio, nõ habere locum consuetudinẽ, scilicet contra patrem, vel matrem: sed contra sorores sic, & hoc est, quod videtur dicere Neapod. in loco prędicto, vers. ex præmissis, ante *d. n. 225.* dũ dixit, ex præmissis quæ dixi, quòd pater existens in medio, succedet filio in dotibus, & bonis maternis, videtur, quòd ius cõmune, quoad patrem non sit correctum, & sic videtur, quòd ius commune, remaneat correctum inter fratres, & sorores, scilicet, quòd fratres vna cum matre admittantur sororibus exclusis. vnde dicebat vnus ex Dominis, quòd hæc dicta Neapod. videntur in terminis decidere quæstiones prædictas, tamen dicebat, nõ posse negari, quin rationes Neap. innuãt, idcirco patre, vel matre existente in medio, cessare consuetudinem, quia cõ-
9 suetudo nõ loquitur de patre, & matre, & alibi dicit, † se non ponere casum in patre, & matre, quia loquitur de proximioribus, & Luc. de Pen. idem dicit in locis allegatis *in d. dec.* quæ hic non repeto. dicebat etiam Antonium de Alexandro. modo prædicto testari, fuisse iudicatum suis temporibus vnde videbatur hæc q. difficilis, & ex ea reddi difficiliorem causam decisam *in d. decis. praced.* nihilominus Sacrum Consiliũ iudicauit in hac causa contra sorores vtrinq; coniunctas, & sic contra fratres secundogenitos, earum personam repręsentantes, ex renunciatione, quæ non procederat contra aliũ fratrem, cùm mulieres dotatæ de bonis paternis, & maternis, cum fratribus concurrentes non succedant, sed renũciatione circumscripta, earum portiones fratribus
10 accrescant iuxt. *d. in decis. 97.* † postquam expresse hoc videtur dicere Neapo. *in glo. in d. vers. neptes,* qui ponit casum in terminis, & vt dicit apostilla, *relata in dec 46.* durum est in Ciuitate Neapo. recedere ab eius opinione, maximè quia secundùm hanc interpretationẽ, possunt saluari aliæ decisiones Neapod. in alijs locis, dum dicit matre existente in medio, non habere locum consuetudinem, sed seruari authen. defuncto, quia intelligi possunt respectu matris, non autem inter fratres, & sorores, & si intelligimus dictas decisiones generaliter, nullo modo possent saluari in tribus locis, supra pro hac parte allegatis, quia clarum est, quòd si seruaretur in omnibus in materia consuetudinum, dispositio autẽ. defuncto, sine dubio fratres vterini, & consanguinei, essent per patrem exclusi, per auth. prædictam, & tamen Neapod. in locis prædictis dicit, cum patre admitti, & vnus ex Dominis dixit, sic semper seniores interpretatos fuisse dicta Neapo. & pręcedens Decisio Sacri Consilij potest procedere in illo casu, in quo filius testando de bonis aduentitijs maternis, liberè disponit, relicto patri debito bonorum subsidio secundùm consuetudinem, & in materia prædicta quando testatus decedit, vt ibi est dictum fuerunt allegatæ decisiones eiusdẽ Neap. & aliorum dicentium posse filiumfam. liberè testari, etiam in extraneum, relicto patri debito bonorum subsidio, super quo quando casus iterum accideret, cogitandum erit, an mortuo filio bona materna habẽte, superstite patre, instituto extraneo, supersit cum patre collateralis, qui ab intestato per auth. defuncto, vel de consuetudine Neapolitana, vel ex interpretatione Neap. admittetur cum patre, vel matre ad successionem, an verò adessent alij coniuncti ex lineis prædictis, qui non concurrerent ad successionem defuncti ab intestato, de iure communi, vel cõsuetudinario, & patre non existẽte, admitterentur de necessitate per consuet. ad medietatem bonorum antiquorum. Quia in primo casu, existentibus ijs, qui cum patre ad successionem concurrerent, videtur etiam teneri, quòd instituto extraneo, possent fratres conqueri, & successiuè admitti ad successionem, cùm nemo præcedat eos, & non militarent aliquæ ex rationibus Capicij, in præced. Decisio. allegae, fundatæ in iniuria, quæ non fit proximioribus.

Secundo verò casu, quando non existunt tempore testamẽti, & mortis, qui cum patre cõcurrerent, vel iuris communis, vel consuetudinis dispositione, vel ex Neapo. declaratione, & sic extraneus institutus certaret, cũ alijs collateralibus, non concurrentibus cum patre, nec cum eo admissis, per auth. defuncto. per consuetudines, & per interpretationem Neap. postquam de iure communi, & cõsuetudinario, isti remotiores in gradu essent exclusi per patrem ab intestato. cessaret extraneo instituto conquestus collateralium ex linea, postquam ipsi essent exclusi in omnem euentum eisq; non fit iniuria, extraneo instituto, quia pater ab intestato eos excluderet, vt dicit Neapo. *in consuet. si quis, vel si qua, in glo. in ver. praeterquã. vers. sed quod de matre*, & hoc casu videtur posse teneri, vt filiusfam. possit testari in extraneũ, relicto patri debito bonorum subsidio, & prodest præcedens decisio, de qua ex prædictis videretur posse dubitari, quando cum patre cõcurrerent fratres vtrinq; coniuncti, cõsanguinei, vel vterini, in casibus per Neapod. positis sup. allegatis Scanapeco Actuario, de anno 1575. & dum ab hac sententia esset reclamatum fuit iunctis Dominis Consiliarijs duarũ Aularum cõfirmata me existente in Aula, & vide Minad. *dec. 26. & in dec. 38. & pro 2. parte* consuluit D. Ponte *cons. 52.*

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. Adde Annam Iun. *cons. 92. col. 1.*

In 1. dubio, Adde latissimè Tiraq. *in l. si vnquam ver. susceptis liberos n. 190. C. de reuoc. donat.* Viuium *in opin. 855. par. 2.* Annam *in alleg. 137. sub nu. 16.* Rol. *cons 56. vol. 3.*

Num. 4. Adde *infra decis. 307. nu. 3 4. vbi adde.*

In 3. dubio, vide Minad. *in dec. 26.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

AD hanc decisionem 92. de consuetudine more magnatum, & Sedilis Capuani, & Nidi, adde omninò Consiliarium Annam *cons. 2. incip. in capitulis. vol 1.* vbi decisio in causa D. Mariæ Aualos, in facto. Ad nu. 9. adde supra *dec. 39. 87. 295. & 486.* vbi de hac decisione pluries meminit. Et adde omninò Pisanellum nouissimè ad Afflict. *d. decis. 237.* vbi Vrsillus latissimè, & Capic. *dec. 195.* & Annam Consiliarium, *cons. 2. nu. 3* Minadoum *decis. 38. verbo, istud declarat,* & Regens de Ponte, *in decis. cons. 13. & 52. vol. 1. & cons. 61.* qui in finalibus verbis hanc decisionem optimè citat.

ADDITIO D. RICII.

AD hanc decisionem dum hic dicitur substitutionẽ factam filio si sine liberis decesserit extingui ipso mortuo cum filijs, etiam si filij illi postea sine filijs decesserint; nota quòd conditio per superexistentiam liberorũ verificata non deficit, licet filij postea deficiant Oldrad. *cons. 21. vers. & mihi videtur, & cons. 141. colu. 1 vers. Secus tamen esset Ioannes Andreas in addit. ad Spec. in §. in primis in fin. vers. ista quæstio* Cassad. *cons. 62 col. 1. vers. ista pro certo*, etiam si agatur in fauorem ecclesiæ, vel piæ causæ, prout notat Fulgos. *cons. 46. col. 1. in fin. vers. in quæstione proposita*, quod tamen de æquitate non procedere mihi videtur, & ita pariter, si incontinenti decederet filius susceptus, ita Bald. *cap. 1. §. quin etiam col. 1. vers. quæro quid si masculus in tit. Episcopum, vel Abbatem* Ias. *cons. 66. col. 1. vers. idem in specie vol. 3. & in l. si quis heredem col. 2. vers. ad idem tertio facit C. de instit. & substit.*

Limita tamen nisi ex coniecturis colligi possit testatorem aliter voluisse Aym. *cons. 98. col. 1. vers. videretur dicendum* Grat. *cons. 5. vers. modo limitatur volum. 2.* Mant. *cons. 58. col. pen. vers. & tenendo sic.*

Secundo limita conclusionem procedere, quando in conditione positi non essent vocati expressa dispositione, quia tunc licet nascantur, & decedant non defi-

cit conditio fideicommissi, secus autem quando essent expressè vocati iuxta decis. Guid. Pap. 531. *consil. Dec. 270. col. fin. in fin. vers. quod non obstat substitutio*; & Aym. *consil. 98. col. 1. vers. non obstat, quod substitutio*.

Tertio limita, quando in vltimo gradu agnati sunt substituti, vt voluit Curt. Iun. *cons. 121. nu. 15. vers. quia ad hanc communem.* Aym. *cons. 98. col. 1.*

Quarto limita, quando agitur de bonis, quæ ad extraneos hæredes transmitti non consueuerunt, vt per Castr. *consil. 343. colum. 1.* Curt. Iun. *cons. 121. colum. 7.* & circa hanc materiam vide plura relata per Mangrell. *in l. si quis heredem C. de institut. & substit. & in l. cum vxori C. quand. dies leg. vel fideicom. ced.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo si quis, vel si qua num cesset propter existentiam auiæ, & refellitur R. Rouit. D. Theodor. & D. Roder.*

2 *Matrimonio contracto iuxta morem Capuanæ, & Nidi, obeunte postea filia hæreditate matris adita succedi matri, & non filia docet D. meus qui impugnatur à Theodor. R. de Pont. R. Latr. D. Carleual. sed immerito.*

3 *Soluto matrimonio per mortem vxoris cum liberis, & matrimonio contracto iuxta nouum vsum, an decedentibus filijs ab intestato dos restitui debeat proximioribus vxoris, vel dotantis.*

4 *Portio fœmina exclusa per masculum, an accrescere debeat ad beneficium masculi.*

1 ÆQuè difficilis est hæc decisio in specie iuris municipalis, & consuetudinis *si quis, vel si qua*, & primo videndum est, numquid sicut cessat consuetudo Neapolis propter existentiam auiæ quæ parentum appellatione ex stricta verborum significatione venit *l. iurisconsultus, ff. de gradib. l. 4. ff. de in ius vocando*, & quod in patre dispositum est in matre locum habere notat D. meus n. 5. & in indiuiduo quæstionis tenent Rouit. *cons. 98. cum duobus seqq.* Molfes. *de consuet. lib. 4. q. 45.* Theod. *alleg. 17. n. 5. late* D. Rodoer. *in add. ad* R. de Marin. *vbi sup.* concontrarium tenent alij quod sicut verum est consuetudinem cessare propter existentiam patris, vel matris, ita vera sit limitatio, vt vigeat in auo, vel auia, & fundamentum est, & ratio pro patre est, nam consuetudo supponit patrem, vel matrem non adesse dum vocat proximiores ex parte ipsorum, & quando vocat huiusmodi proximiores aperte vocare videatur ascendentes vltra patrem, vel matrem, qui succedunt cum distinctione bonorum, ita Marta *in summa success. p. 2. q. 3. art. 10. n. 13.* R. de Pont *d. cons. 61. à nu. 62.* vbi ait difficultatem fuisse retroactis temporibus, sed hodie sopitam esse inuit, D. meus *nu. 7.* R. Galeot. *ad Medic. vbi sup.* & contra auiam refert iudicatum Rouit. *cons. 98. n. 2 vol. 2*, quam partem strenue tutatur Prouenzal. *obs. 23. nu. 20.* & ita probat decisum in causa D. Ducis Montis Alti, quamobrem prima opinio videtur demortua, & antiquarius videret si illam defenderem, & salua pace D. Roder. non vidit Prouenzalem qui tollit hanc difficultatem.

Matrimonio contracto iuxta nouum vsum nempe cum renunciatione extrinseca parentum successioni fi-
2 liorum si mulier decedat cum filio qui postea decederet in pupillari ætate, vel quandocumque sine filijs dubitatum fuit respectu dotium cuinam succedi debuisset matri an filio, diuersa etenim species erat successionis, si deberet succedi filio, ab ea qua succedi debuisset matri, & D. meus refert decisum per S. C. succedi debuisse matri non filio, de qua conclusione dubitant Theod. *alleg. 1. nu. 9.* R. Latr. *consult. 1* R. de Ponte *cons. 61.* qui scripsit contra præsentem decisionem, probat succedi filio, & non matri, & quod ordo succedendi non fuerit mutatus per huiusmodi morem, qui solum fuit inuentus ad finem excludendi parentes à successione, & erroneum appellat hunc dicendi modum Carleual. *de iudic. tom. 2. in apolog. in fin. oper. num. 26. & seq.* vbi insurgit aduersus assertum ex eo quod consuetudines intelligendæ sint, vt minus lædatur ius commune, quam fieri potest sed filia semel hæres non potest desinere esse hæres *l. 8. §. sed, & quod, ff. de minor.* ideo melius inquit intelligendum esse succedi filiæ tamquam grauatæ restituere proximioribus bona materna in casu obitus sine filijs, & comprobat, nam si filia habuisset bona extra dotes matris succederet pater vti in bonis extra dotem, ex aduerso respondetur deberi succedi vxori, nam in renunciatione successionis facta per virum vxori, & eius hæredibus, non successerunt filij, cum purificetur conditio per eorum mortem ab intestato, & absque filijs ergo non potest esse pater ex persona filij hæres vxoris quærit ergo Napod *in dict. consuet. num. 198.* quis dicatur hæres vxoris, & certe non potest esse vir pater filiorum decedentium, si enim esset pater hæres filiorum, per consequens esset hæres vxoris cum hæres hæredis sit hæres testatoris *l. hæredis appellatione ff. de verb. signif.* & sic per renunciationem vxori, & eius hæredibus videretur renunciare sibi ipsi, consequenter debet succedi matri, & non filio, qui non potest dici successisse in dicta renunciatione, & quamuis in casu obitus vxoris cum filijs, & ijs decedentibus in pupillari ætate, vel quandocumque ab intestato promittit restituere dotes vxori, & eius hæredibus, cum dotes sint vinculatæ filijs, per consequens illis mortuis dicendum est succedi matri, & non filiæ grauatæ, vt comprobat R. Galeot. *controu. 11. num. 22. & seqq.* & potissimum quia ex verbis noui vsus parificatur casus non existentiæ filiorum, & existentiæ & illorum decedentium in pupillari ætate, vel quandocumque ab intestato sine filijs.

Succedit in terminis noui vsus altera quæstio an
3 mortua dotata absque descendentibus, dotes restituendæ sint dotanti, vel proximioribus mulieris; pro dotantibus videntur tenere Napod. *vbi sup. num. 223.* Anna *in c. ad vassall. decrep. ætat. num. 363.* Minad. *in constit. in aliquibus q. notab. num. 6.* Rouit. *cons. 99. nu. 5. 10. 11.* Carleual. *in apolog. ad decis.* Rou. *in calce tractatus de iudic.* Tasson. *de antefato vers. 5. obs. 1. nu. 23. à nu. 17.* vbi quod vigore noui vsus mortua muliere sine liberis dos redit ad dotantes, & in causa D. Ducis Belcastri cum D. Antonio Caracciolo pro parte Ducis allegabatur decisio S. C. iunctis aulis die 13. Septembris 1616. in lite mota pro parte Portiæ Pignone sororis vtrimque coniunctæ Deliæ Pignone contra Beatricem Pignone eius sororem consanguineam, vt ex processu in Banca Clauelli fol. 409. & rationes sunt quia nouus vsus prospexit conseruationi familiarum à quibus bona exierunt Afflict. *dec. 237.* præterea attenditur obuentio mediata, & non immediata, vt hic *dub. 2.* Theod. *allegat. 79* R. Latr. *dec. 19. num. 20.* ad hæc nam pacta quæ fiunt iuxta nouum vsum habentur loco fideicommissi, vt in puncto Molfes. *tom. 2. ad consuet. sub tit. de renunciat. p. 4. q. 13. 14. & 15. num. 6.* qui dicit quod sicut in fideicommisso succeditur primo acquirenti, & non vltimo morienti sic in terminis noui vsus & repetit *consil. 50. numer. 13.* contra pro D. Antonio fundatum fuit casum obitus vxoris sine filijs regulari debere eodem modo quo casus obitus cum filijs, & ijs dece-

decedentibus in pupillari ætate, vel quandocumque ab intestato, quo casu dotes non restituuntur dotantibus, & ita in puncto firmat Rou.*dec*.100. *num*.2. in qua decisione S.C. habuit pro absoluto, decedente filio in pupillari ætate dotem non reuerti debuisse ad dotantes, nam cum mulier ibi dotata fuisset ab ipso viro, decisum fuit potuisse mulierem disponere de dote præfata vti quæsita ex propria industria mulieris, & cæteras dotes spectare ad proximiores mulieris, & contrarijs occurritur quod DD. loquentes de restitutione dotium facienda dotantibus intelligendi sint de vxoribus, quæ vt plurimum sunt dotantes & ita loquitur Theod.*alleg*.79. vbi proximiores dotantis erant proximiores vxoris, & eodem modo intelligitur Rouit.*dec* 87. quapropter iunctis aulis nuperrime in causa mentionata Ducis Belcastri in præsenti anno 1666. decisum fuit medietatem dotium spectare ad hæredes mulieris, vt ex actis in Banca de Fusco.

Tandem quæritur, cùm mater admittitur cum filio masculo, vtrum portio fœminarum accrescere debeat ad beneficium masculi, & D. meus refert decisionem S.C. in causa Iacobi Caraccioli in qua scripsit de Pont. *cons*.61. vbi iudicatum est fœminas succedere & sic contra fratres secundogenitos, qui portiones sororum, quæ renunciauerant repræsentabant, & fuit sententia confirmata in reclamatione in qua fuit iudex Præses, vt testatur de Ponte, & fuerunt exclusæ, quia de iure consuetudinario vnica dotatio sufficit vt *Rouit. con*.23.*lib*.1. & propterea distinguendum est, quod aut soror est dotata, & omninò excluditur, aut masculiata, & succedit in virili, aut est minor, & tunc portio illius accrescit in beneficium masculorum cum onere dotationis, vt post Napod. D. meus *in dec*.26. magna solet esse controuersia in casu statuti si exclusa fœmina propter masculos, & præter eos adsit alia fœmina indotata quæ non excluditur, an portio exclusæ debeat omnibus applicari, an vero solis masculis, vel moritur mater relictis filio, & filia ex primo matrimonio, & alia filia ex secundo, illa remanet exclusa per fratrem ex statuto quod stantibus masculis fœminæ non succedant, sed vterina non excluditur iuxta opinionem Peregr.*con* 65.*vol*.1. quæritur an portio exclusæ debeat applicari soli masculo, an etiam sorori vterinæ, & quamuis Soc.sen.*con*.84.*vol*.1. Gabriel *con*.15. *vol*.1. teneant pro sorore vterina, tamquam idem sit non extare fœminam, vel extare, & non posse succedere *l.si post mortem*, §.*liberi*, *ff.de bonor. poss.contra tabul.* receptius attamen est portionem applicandam fratri vt D. meus *dec*.26. Honded.*con*.1.*nu*.72.*vol*.2. late Bellon.*de iur.accresc.cap*.5.*quæst*.49.

SVMMARIVM.

1 *Iura, & actiones, sub simplici bonorum appellatione continentur.*

2 *An bona extra regnum existentia, debeantur, ac si essent in Regno, & num. seq.*

4 *Nomina debitorum loco non circumscribuntur, quod declaratur, nu*.9.

5 *Nomina debitorum, duplici modo considerantur.*

6 *Nomina debitorum pertinent ad locum, in quo exactio, de iure, vel de facto fieri potest.*

7 *Actiones iudicantur mobiles, vel immobiles secundùm qualitatem rerum, pro quibus dantur.*

8 *Actiones inhærere ossibus, qualiter intelligatur.*

10 *Ex hac decisione infertur ad duos casus, & num. seq.*

DECISIO XCIII.

Nomina debitorum an sint iudicanda, vt de bonis existentibus in districtu, vel extra.

QVamuis consuetudines Ciuitatis Neapolis, loquentes de successione ab intestato, & ex testamento, †loquantur de bonis: compræhendunt tamen iura, & actiones, quæ sub appellatione bonorum simpliciter prolatorum veniunt. *l.nam quod liquida*.§.*fin.cum l.seq.ff.ad Trebell.* Bart. per illum text. *in l.Quintus*, §.*argento.ff. de auro, & argen.lega*.& ita in materia successionis bonorum delatæ primogenito, tenet, & multa pulchra ponit Io. de Licirier, *in tract.de primogenitu. in quarta quæstio.secundi libri*, & in materia nostrarum consuetudinum, tenet Anton. de Alexandro, *in apostilla, in consuet. si quis moriens, in tit.de success.ex testamento.in apostilla, incipien.nota, quod potest, in fin.fol*.161. nec de hoc dubitandum est, præsertim nulla facta adiectione mobilium, & stabilium prout nostræ consuetud.loquuntur, vt plenissimè ponit Did. post Tiraq. *in cap. relatum il secundo, in princ.extra de testam.* sed in causa Illustr. Ducis Montisalti cum Illustr. Duce Montis Leonis,
2 tunc Comite Burrelli, orta fuit difficultas, † si nomina debitorum, quæ sunt exigenda in statu possesso per Illustr. D. Petrum de Aragona in Insula Siciliæ, sint iudicanda, vt bona existentia in districtu Ciuitatis Neapolis, adeò, vt ab eis auia sit exclusa per consuet. Ciuitatis Neap. an verò sint iudicanda, vt bona existentia extra districtum, in quibus consuetudines non habent locum, ex dictis Neapod.cum ibi additis in consuetud. si quis, vel si qua, in verbo, in bonis omnibus, ita quod
4 vel loco non circumscribantur, †vel si circumscribantur, sint habenda, vt bona illius loci, in quibus sunt debitores, vel est facienda exactio.

Pro parte Illustr. Ducis dicebatur, quòd actiones cõpetentes ad exigendum hæc nomina, cohærent ossibus creditoris adeò, vt nec ab eis euelli possint *l*.3.*pro socio l.quis ergo casus ff.de peculio*. si ergo cohærent ossibus, videntur hæc bona iudicanda secundùm personam, cui adhærent, quæ persona, est persona Ducis Domini Petri, qui fuit, & est Neapolitanus, & sic deberent subiacere consuetudini, & tanto magis, quia vera est opinio,
4 † quòd nomina debitorum non circumscribuntur loco, sed sunt vbique locorum *l Cassius.ff. de leg*.2. *cum concorda*. si ergo non circumscribuntur loco videtur, quòd adhæreant personę, & secundùm personam sint iudicãda, & hanc opinionẽ tenet Salyc.*in l.cunctos populo, col*.7.*vers. si autem essent C.de summa Trinit. & fide Cathol.* quam post relatos alios, hanc opinionem tenentes, sequitur Tiraquell.*in tract. de iure primogenitu.in* 49.*quæst*..*num*.45.*ex* 11. vbi more suo, congerit omnium opiniones in hac materia, tenet etiam Ioannes de Licirier, *in tract. & q.prædicta*, qui postquam dixit, tene quam partem volueris, dicit pro nunc, se tenere opinionem Salic.

Pro parte spectab. comitis dicebatur, quòd nomina prædicta debitorum, non subiacent consuetudini Ciuitatis Neap. imò debeant iudicari, vt bona nullibi sita, vel nullubi locorum, postquam loco non circumscribuntur, ex prædictis, vel vt bona extra districtum illius loci, vbi est facienda exactio, & quomodocun-
5 que sit prætendit habere intentum. † Nam si iudicantur, vt bona nullibi sita, non subiacebunt consuetudini, sed remanebunt in dispositione iuris communis, & consequenter de iure communi succedet Comes, ex persona auiæ: si iudicantur vti bona illius loci, vbi est facienda exactio, prout sic iudicari debet, & sic similiter habebit intentum, quòd autem sic sint iudicanda, allegatur originalis decisio Lapi *in allegat*.81. vbi concludit, † quòd nomina debitorum pertinent ad illum locum, vbi exactio, de iure, vel de facto fieri potest, &

quia

quia ibi fit collata solutio, & ibi reperitur debitor, per *l.ex facto.§.rerum.ff.de hared.insti. & l.quaero.ff.de solutio.* Hanc opinionem sequitur Alexan. *in cons.16. in 1.vol.ver.tex.in l.Titium,& Maeuium.§. tutores.ff.de adminastrat.tut.* vbi est pulcher text.& hanc opinionem tenet Beltr.*cons.105.vol.* vbi pro hoc adducit aliā rationem, scilicet, quòd postquam vera est opinio, ex
7 mente Docto. † & quòd quando actiones dantur ad quid mobile, iudicatur de eis, vt de re mobili, vt per Doctores,quos allegat:sed nomina debitorum in casu, de quo agitur,competunt ad pecuniam numeratam, quę est mobilis ergo de ijs nominibus debitorum est iudicandum quemadmodum iudicaretur de bonis mobilibus,quae essent in insula Siciliae, de quibus non dubitaret,portionem spectare ad Ducem, & pro hac opinione faciunt collecta per Tiraquell. *in tract. de retract.conuentio.in §.36.nu.16.* & hęc opinio tantò magis procederet in fauorem Ducis, Montis Leonis, si teneremus opinionem, quòd iudicarentur haec nomina debitorum esse illius loci, vnde sunt debitores, prout tenent aliqui, quorum opinio reprehenditur, quos refert Tiraqu.*in d.quaest.49.* & pro hac opin.scilicet esse attendendum locum,vbi est destinata solutio, seu facienda exactio,dicit Ant.de Alexandro, fuisse iudicatum per ipsum cum Domino Marcello Gazela, *in apostilla supra allegata.fol.162. in consuetudinibus, nouissimè impressis,* secundùm quam opinionem, iunctis D. Consiliarijs duarum Aularum, indicauit Sacrum Consilium(me referente)in causa praedicta. Nec obstat, quod ex aduerso dicebatur, scilicet adhaerere has actiones ossibus creditorum, & sic esse iudicandas secundùm eius personam,quia † quamuis eius ossibus actiones adhaereant, iudicabuntur tamen, quo ad administrationem,curam,& exactionem, secundum naturam eius loci,in quo ipsa exactio fieri debet, *per d.l. Titium,& Maeuium.§.tuto.ff.de administ.tuto. & per d.l.quaero.ff.de solut.* & quatenus dicitur haec nomina loco non circumscribi; Respondet Lapus,& post eum
9 caeteri, † illud procedere circumscriptione, sed per effectum exactionis dicuntur esse in loco, vbi exactio facienda est Non omitto,quòd duo Domini doctissimi de Sacro Consilio dixerunt, quod ipsi forsan indistinctè iudicassent in fauorem Ducis Montis Leonis, aliqua distinctione non habita locorum, nec debitoris, nec creditoris,nec loci, destinatae, vel necessariae solutionis,ponderando text.*in d.l.Caius,& in l.vxorem.§. legauerat ff.de leg.3.* scilicet haec nomina,loco non circumscribi, & indistinctè non comprehendi in dispositione consuetudinum loquentium de bonis,interpretatis postea per sapientes Regni de bonis sitis extra territorium Sed huic opinioni videtur refragari prima conclusio, supra consulto posita, scilicet appellatione simpliciter bonorum etiam in materia consuetudinum comprehendi iura, & actiones, sed quia hoc in praesenti causa, ex praedictis non erat necessarium, idcircò non fuit plenè discussum die 8.Iunij 1567. Balsamus fuit Actuarius praesentis causę.
10 Deinde † hic casus accidit inter Spectab. Io.Alphonsum Bisbal, heredem institutum per fratrem cum quondam Specta. Comite eius nepote, debitore dicti fratris,qui instituit dictum Io.Alphonsum, & quia debitor, & creditor habebantur pro Neapolitanis,& denegata solutione erat Comes conuentus in Ciuitate Neap. vbi necessariò erat conueniendus, ibique cogi poterat ad solutionem decreuit Sacrum Consilium (me referente) hoc nomen debitoris subiacere consue-
11 tudini,Portio Actuario. † Item accidit casus,in causa illorum de Marchisio, cum illis de Lembo, in quo casu pecunia reperiebatur in Ciuitate Neapolis exacta per mercatorem,vt procuratorem Fabij Lembi, qui mercator eam deposuit poenes campsorem, & fuit iudicatum pecuniam praedictam spectare ad proximiores ex parte patris, qui succedunt virtute consuetudinis praedictae in bonis de nouo quaesitis per defunctum, existentibus in districtu, licèt in bonis sitis extra districtum seruetur ius commune; cùm iam pro absoluto habeatur sub dispositione consuetudinum praedictarum, non subiacere bona existentia extra districtum, ex dictis Neap.sub.allegatis, Ciuitella Actuar.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.4.6. Adde videndum Carauitam *in Rito 132.nu.4. latissimè* Farinac. *in tit. de delictis, quaest.25.nu.*108. Vide ad hanc decis. D. Ioan. Andr. Georg.*in alleg.*23 *nu.*14.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Iura, & actiones mobilium, an immobilium appellatione veniant,vel tertiam speciem constituant.*
2 *Actiones an dicantur esse in bonis.*
3 *Actio ad immobile iudcatur.*

AD hanc decis.videndus est omninò Consiliarius Anna,*consil.45.num.79.* qui soluit, & intelligit hanc decisionem,necnon decision. Minadoi 12.qui doctissimè allegat Lupū *allegat.91.* & Alex.*cons.18.vol.1.* vide aliqua supra *dec.* 91.Ant.Gabrielium, *lib.7.conclus. de verbor. signif. conclus.7.*an † iura, & actiones mobilium,vel immobilium appellatione veniant, vel tertiam speciem constituant,latè Cassan.*in consuet. Burg.tit. des droitz, & appartenendes, rubr.4. ver.femme mariée. vers. sed nunc pro complemento, num.* 10.11.*& ad num.*19. vbi de poenis applicandis Curię; & allegat Alex. *cons.32. incip.Visis,& consideratis.vol.1.*& de iuribus incorporalibus.Et allegat eumdem Alex. *cons.52. incip. Viso themate,vol.eod.*latè. & de alijs; ad quem Pinellus *in tit.de bonis maternis, in C.part.1.* & Anna senior, *sing.suo 5.incip.actio,*nouissimè,& latè Ioseph.Ludou. *conclus.48.incip.ponit secundo iura,& actiones.* Vide
2 supra Praesidentem *decis.75.nu.5.*& † an actiones dicantur esse in bonis,*decis.101.nu.14.* Ad numerum 7.
3 ad istam conclusionem, quòd † actio ad mobile iudicatur,vt de mobili.Adde omnino Anton. Gabriel. *lib. conclus.tit.de verbor.signif.conclus.7. praedicta,* qui optimè per duodecim numeros declarat conclusionem,& vide Annam *cons.1.volum.1.*& Ioseph. Ludouic.*conclus.48.*Carpanum *in consuetud.Mediolan.lib.1.cap.417.nu.45.*allegatq. Alciat. *responso 142. nu. 10. & in responso* 403. sibi contradicentem. Et ad numerum 3.huius dec.adde *additionem istius Praesidentis, in verbo,in simili in consuetudine si quis, vel si qua,* & Annam *cons,92.nu.50.citantem Minadoum d. decis.* 12.

ADDITIO D. RICII.

NOmina debitorum an sint iudicanda, vt de bonis existentibus in districtu, vel extra, fuit hic conclusum,quòd si nomen debitoris degeret in ciuitate Neapolis, & ibidem fuerit vindicatum per hęredes censeantur bona intra districtum. Adde ad hanc decis. Ann.*cons.45.n.79.& cons.92. nu.*50. Georg. *allegat.* 42.*num.*14. Ann.*inter cons. Amat. cons.78. num.*22. hinc est quod quando nomen debitoris non fuerit vendicatum in ciuitate Neapolis,ibique non soluta fuerit, seu depositata pecunia, nomina debitorum non sunt subiecta consuetudini,& iudicantur extr.districtum, ideo in Sacr. Cons.fuit iudicatum nomina debitorum remansa in haereditate Neapolitana existentia in insula Sicilię, non esse subiecta dispositioni consuetudinis Neapolis, vt refert de Bott. *in addit.incip. dum in Sacr.Consil.in proem.Carol.consuet.fol.46.*

O B-

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA

SVMMARIVM.

1 *Annus census constitutus super rebus immobilibus sitis extra districtum an subiaceat consuetudini Neap. si solutio promissa sit Neapoli, & affirmat decisio aduersus quam insurgunt plures qui recensentur, & declarant decisionem, nu. 2.*

1 ANnuus redditus constitutus super stabilibus sitis extra districtum subiacet iuri consuetudinario Neap. si promissa sit solutio Neap. & eius districtu, hoc cōtinet decisio, quā cōprobat Rota R. *in dec. 3. in editis post tract.* Cencij *de censib.* & tenet Gratian. *discept. 29 & 885.* Amat. *con. 78.* vbi ita iudicatum refert D. Galeot. *lib. 5. contr. 22. num 44.*

2 Contrarium in censu constituto super re sita extra districtum tenent plures quos sequitur Consil. Prouenzal. super consuet. Neap. *si moriatur obs. 17. nu. 13.* vbi ita refert decisum per S. C. & probat Montan. *contreu. 8. num. 7.* quia locus destinatæ solutionis non circumscribit rem *l. Titium, & Meuium, §. tutores ff. de adm. tut.* & in venditione annui redditus potentior est locus rei sitæ, quia subiugatio certi corporis est de essentia contractus, e contra electio loci solutionis prouenit ex voluntate, & libertate partium Boccac. *de censib. par. 2. quæst. 31. a num. 49.* & Anna *con. 45. nu. 79.* & Montan. *nu. 3.* qui respondet D. meo quod loquatur de nominibus debitorum, non autem de annuis redditibus, & ita contra Minadoum decisum tradunt Anna, & Rouitus citati *in alleg. 8.* R. de Marinis, si autem nullibi si destinata solutio, & debitor sit Neapolitanus, hoc casu nomina huiusmodi comprehenduntur sub censura consuetudinum Prouenzal. *vbi sup.*

SVMMARIVM.

1 *Actio adulterii datur etiam agnatis.*
2 *Vbi generalitas verborum, & eadem ratio militans, fit extensio de persona ad personam.*
3 *Incestus concurrens cum adulterio, ampliat potestatem accusandi.*

DECISIO XCIV.

Adulterij actionem etiam intentare potest frater mariti.

IN causa cuiusdam Illustris, qui adulterium commiserat in personam cuiusdam pulcherrimæ iuuenis, quæ etiam ob hanc causam interfecta fuit, dubitatum extitit; si competebat ius quærelandi de crimine adulterij cognato dictæ mulier, scilicet fratri eius viri? Et fuit decisum per Magnam Cu-
1 riam, † eadem competere actionem, per tex. *in l. quamuis. la seconda C. de adult.* quæ licet loquatur
2 simpliciter in patre, & fratre vxoris: nihilominus, † quia generalitas verborum, & ratio eadem concernunt etiam patrem, & fratrem mariti, habebit etiam locum in eis. ita Salic. *ibi, in 3. col. vers. quaro extra gl.*
3 † quod etiam tanto magis procedebat in casu, de quo agebatur, quia cum adulterio concurrebat incestus, & hæc prouisio Magnæ Curiæ, fuit per Sacrum Consilium confirmata ad relationem eiusdem Magnæ Curiæ: & existente tunc iudice dictæ Magnæ Curiæ, Domino Annibale Moles nunc Regiæ Cameræ Summariæ dignissimo Præside.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde hunc Dominem *in decis. 246. nu. 1. & infra decis. 184.* omninò Petr. Caball. qui hanc decis. alleg. & sequitur *in resolut. crim. casu. 113. num. 1. & seq.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio in delictis continuatis, quale est adulterium, quando incipiat.*
2 *Accusatio an institui possit ab vltimo actu.*
3 *Fratri viri competit accusatio de adulterio cognatæ.*
4 *De incestu plura notanda, & nu. 5. & 6.*

AD hanc decisionem 94. incip. In causa. omninò videndus est Petrus Caballus, *libro resolutionum criminalium, casu septimo*, vbi quod † præscriptio in delictis continuatis, vt adulterij, & similium delictorum, incipit ad exci-
2 piendum, quòd † accusatio institui non possit ab vltimo actu, & ibi declarat doctissimè plura; & tu adde quæ dico *infra, decis. 240.* vbi idem dicit esse decisum,
3 † quod fratri viri competit accusatio de adulterio cognatæ, & ibi † plura de incestu. Defensiones, & iura de adulterio ponit Maranta, *cons. 144. incip. Defensiones, & prius cons. 117. incip. inquiritur*, vbi de eodem Antonello, & Defeata, & Foller. *in sua criminali, in verbo, recipiantur defensiones, nu. 37. ibi: & si quis.* Ad
5 num. 39. & † qualiter probari possit, infrà vide per me, *in decisione 184. incip. Mulier.* Ad hanc decis. de
6 † incestu, num. 3. quot modis committatur, inter quas personas, qualiter, & a quibus iudicibus puniatur, & an aliqua excusatio inueniatur, nouissimè Petrus Caball. *in lib. resolut. criminalium hoc anno 1606. impressa casu 200. & casu 114.* & vide quæ ad *decis. 240. dico, & supra decis. 68.* vbi plura de meretricib. de hac dec. Bar. *in l. quamuis, la. 2. C. de adult.* Afflict. *in const. Asperitatem, post nu. 8* Grammat. *decis. 31.* & Cęsarem Vrsillum *in decis. Afflict. 176. vbi bene.*

ADDITIO D. RICII.

ADulterij actionem intentare etiam potest frater mariti, hoc dicit, in hac decisione aduertas, quod quicumque habet actionem accusandi de adulterio, debet cauere, ne ad probandum istud crimen intentet publicam vocem, & famam contra vxorem, quia probaret pro propriam scientiam, & lenocinium *arg. l. crimen C. de adult.* & sic veniret reijciendus Bald. *in cons. 310. nu. 5. vol. 1.* qui loquitur in marito, de quo Franciscus Marc. *in decis. 514. nu. 2.* dixit maritum scientem, & non accusantem vxorem de adulterio dici lenonem, & pęnam lenocinij incurrit, quod intellige secundùm Soc. *in cap. de his nu. 45 de accusat.* & facit pro conclusione decisionis dubitatio an exceptio adulterij possit opponi per hæredes mariti, quando maritus viuens conquestus non fuit; vide Gabr. *lib. 7. conclus. 35. num. 8. vers. ex primo comm. opin. auctor. decis. 240. vol. 2.* vbi tenet quod ius accusandi de adulterio transit ad hęredes extraneos, stante conquestu in eius vita.

Nota quod spatio quinquennij pręscribitur accusatio adulterij, quod procedit respectu adulteri accusandi, sed respectu adulterę tollitur hoc crimen spatio sex mensium vtilium, quorum duo dantur marito, vt accuset iure mariti, & quatuor, vt ipse, & quilibet possit accusare iure extranei, ita declarat glo. *in l. adulter. C. de adul-*

de adulter. dummodo, dicti sex menses vtiles non excedant quinquennium, quo adulter præscribit, vt dicit *gl.* & hoc quinquennium incipit currere non à prima vice commissi adulterij, sed ab vltima, secundum communem, & veriorem, de qua attestatur Angel. de Castr. *in cons.94 nu.10. inter cons.crim. diuers.paruæ impressionis*, quod procedit quoad pœnam temporalem, non autem quoad spiritualem, quia maritus etiam elapso dicto tempore potest petere separationem thori Crauet. *de antiq.temp.p. parte.4.sect. materia ista singular.nu.88.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Adulterij crimen à quibus possit deferri constante matrimonio pro intelligentia tex.in l.quamuis, la seconda, C.de adulter.impugnatur D.Hod.*
2 *An amplietur potestas accusandi si concurrat incestus cum adulterio, & contra affirmatiuam opinionem D.mei resoluitur ex Larrea.*

HÆsitatur modo, an vera sit intelligentia *tex.in l.quamuis, la seconda. C.de adult.* tradita per D. meum qui asserit in crimine adulterij competere actionem accusandi patri & fratri vxoris, ex identitate rationis etiam competere patri, & fratri, & agnatis mariti licet in *d. tex.* non exprimatur, quem intellectum sequitur Caball. *resol.crim.114.nu.1.* Consil. Hodiern. *contr.6.nu.9.* Et pro germano intellectu præmittitur vulgata propositio, à nemine posse deferri crimen adulterij constante matrimonio, nisi à solo viro *l.crimen adulterii, C.eod.* Caball *con.114.nu.2.* vbi extendit etiam data negligentia viri in accusando, quamobrem dubito de opinione D Hodiern. *controu.6.* qui nititur probare etiam alijs præter virum licitum esse accusare de adulterio ex tex. *in l.2.& 3 ff.ad l. Iul.de adulter.* vbi ad accusationem maritus, & pater cæteris præferuntur, ergo cæteri non sunt exclusi; & ita in eorum defectum cæteri ad accusandum, & querelandum admittentur, cum adulterij crimen publicum sit, licet adhibito ordine *d.l.2.* vt notat *glos.in l.quamuis, C.eod.* & licet per *d.l.quamuis* iura prædicta videantur correcta, cum ad accusandum solum patrem fratrem, & auunculum admittat, vnde videbatur cæteros excludere, attamen *d.textus* non sit correctorius legum prædictarum, sed solum respectu extraneorum, qui tanquam de publico delicto ad accusandum admittebantur, non autem coniunctorum, & nominando patrem, fratrem, patruum, & auunculum, non censeatur taxatiuè eos nominare, sed per modum exempli explicando verba illa proximis necessarijsque personis, quibus verbis vocentur omnes quos verus dolor ad accusandum impellit; quod etiam dispositum in Regno per rit.49.M.C. sed bona venia D. Hodiern quamuis pro se allegat R. Sansel. *decis.351.* tamen in suo asserto, habet textum contrarium in *d.l.crimen & l.si maritus.ff. ad l. Iul.de adulter.* textus autem in *d.l.quamuis* procedit matrimonio soluto per diuortium, & non quando vir vxorem retinet, ita *Accurs.in d.l.crimen.in princip.* aut rectius dico *d.l.quamuis loqui taxatiuè, vt Salyc. ibi nu.nec. Angel.de malefic.in ver.* che hai adulterato *nu.33. & ibi August. & Didac. Canter. in suis qq. crimin.tit. de quæstione tangente accusat.q.2. num.5. Fulgos.con.135.& ita* in specie tenet *Caball.d. q.114. num.5.* illa ratione motus quia in alijs coniunctis videntur cessare rationes quas considerat *d.l.* in propinquis proximioribus, quanto enim sunt remotiores tanto frigidior est affectio, & consequenter arcendi sunt ab accusando.

2 Quid si concurrat incestus cum adulterio, an amplietur potestas accusandi, & affirmatur *num.3.* & quamuis nemo allegetur, nihilominus post Bar. & Clar. *tenet Sesse de inhibit. in respon. syndicatus num. 56.* contrarium autem dic verius, vt probat *Larrea dec.Granat.50. num. 10.* secus autem esse dicit si vir accusasset vxorem, & postea decessisset quod repetetur, *obs.184.*

SVMMARIVM.

1 *Vnus testis, semiplenam facit probationem.*
2 *Suspicio coniunctionis, quando cesset.*
3 *Pactum de retrouendendo pars pretij est.*
4 *Apoca debet esse trino teste notata.*
6 *Tex.in l.scripturas.C.qui potior, in pignore habeantur, qualiter procedat, & ex eo infertur num. seq.*
7 *Paria sunt, probari aliquid per testes subscriptos, vel aliunde, modo cesset fraus, & num.seq.*

DECISIO XCV.

Apoca continens pactum retrouendendi duobus testibus, subscripta concurrentibus alijs coniecturis probat contra instrumentum venditionis.

Apoca aliter probata, quam per tres testes subscriptos, ita vt cesset omnis suspicio fraudis, obtinet contra instrumentum.

VEndidit Magnificus V.I.D. Matthæus Protospatarius cuidam eius consanguineo quoddam rus, mediante pub. instrumento, vendicat nunc illud à possessoribus, quibus per hæredes primi emptoris venditum fuit sub prætextu, quòd eodem tempore dictus primus emptor fecerit ei pactum de restituendo, seu retrouendendo, quandocumque pro eodem pretio, cum clausula promissionis, de non alienando, & oblatione eiusdem ruris in casu alienationis. Ad quod probandum produxit apocam manu principalis, & duorum testium subscriptione roboratam, quam ex subscriptis, veram fore probare prætendit, & primo ex depositione vnius testis, qui in apoca prædicta reperitur subscriptus, qui deponit, interuenisse in d. promissione, & se subscripsisse, suamque subscriptionem recognouit, vidisseque apocam illam scribi per principalem emptorem, & sic etiam vidisse alium testem, apocam prædictam subscri-
1 bere, † quòd testis semiplenam facit probationem secundum Bart. vbi plenè, *in l.admonendi.col.8. ver. venio ad tertium & quæro.cum concor. per Repeten. ibi.*
2 † & quamuis iste testis diceretur esse coniunctus d. Matthæi, tamen magis coniunctus erat auctorib. conuenti, & per conuentum, in auctorem laudatis, vnde cessabat suspicio coniunctionis *l.non solum.§.1. vbi gl. allegat concord.ff.de ritu nupt.* imò dicebatur, per hunc vnicum testem plenè fuisse probatum pactum de retrouendendo, ex ijs, quæ dixi in Dec.105. *in causa, in Regia Camera*, & nouissimè per Bovt. *in decis.183. in 1.par.* maximè, quia concurrunt subscriptæ aliæ, coniecturę. Prima quia contrahentes inter se erant coniuncti, & verisimiliter postquam hic frater volebat sororem maritare, credendum est, quòd voluerit huic fratri V.I.D. & pauperi pecuniam mutuare, pro dotanda eius sorore. Secunda coniectura, quia dum primus emptor vixit, nunquam rus prędictum vendidit. Alia, & maior, quia ex processu apparebat, hoc rus venditum fuisse minori pretio, quàm venditum fuisset, si liberè venditum fuisset, vt plures testes deponunt,

3 & est regula, de qua dictum fuit *in decis.16.* † quod pactum de retrouendendo pars pretij est. *l. fundi partem ff. de contrahen. empt.* & videmus indictinctè, quando res cum pacto de retrouendendo venduntur, minori pretio vendi, quàm si perpetuo; & nouissimè huius facti veritatem concomitantur plures depositiones testium, qui de eorum iudicio deponunt, apocam prædictam, & subscriptionem alterius testis iam mortui, esse eius propriæ manus, & si hic actor voluisset apocam falsam facere, quia nec præsumitur, quia delictum fecisset adeo cautè, vt sibi omninò prodesset, & in dubium non potuisset reuocari. Nec prædictis obstat quòd præsentata alia apoca verificata, videantur literæ dissimiles literis istius apocæ cuius virtute agebatur, quia vltra quod in tractu videbatur similitudo, nihilominus ista secunda apoca, est per annos plus quàm decem post d. apocam promissionis de retrouendendo, & vt ex experientia docet, & ego vidi, ex tempore, literæ variantur: pulchre Odoffr. *in l. in exercendis, in fin. C. de fid. instr.* Dec. *in cap. fin. col. fin. de fid. instr.* & nouissimè Ioseph. Ludou. *in decis. 7. col. 7. nu. 18. vers. nempè, quia fol. 9.* nec quod permisisset hic actor labi multum tempus, est in consideratione, quia vltra reg. ordinariam, quia faciebat ius suum durare, erat in facto verum, Matthæum fuisse abientem à Ciuitate Rossani per longum tempus, & alibi vxorem & domicilium transtulisse.

Sed pro parte conuentorum dicebatur, prædictis pro veris præsuppositis, † quamuis negarentur, quòd
4 nihilominus de hac apoca non erat curandum, quia non erat trino teste notata iuxta terminos *l. scripturas. C. qui pot. in pignor. habean.* quæ licet, loquatur, quando concurrunt in hypoteca duo creditores, nihilominus obtinet in omnibus casibus in quibus potest ex scriptura priuata fraus fieri alicui instrumentum habenti publicum, vt puta inter creditorem cum hypotheca anteriore in scriptura priuata, & emptorem mediante publ. instrumento posteriori, vt erat casus noster, ex ijs, quæ Negus. vbi plenè tractat materiam, *in tract. pig. in 5. par. 2 membr. vers. octauo, quia & plenè in l. priuileg. 6. col. vers. sed dubium est. ff. de priu. cred.* congerit ad hoc multa Tiraq. *in tract. de vtroq. retract. conuent. §. 1. gl. 8 vers. nunc autem, fol. 868. cum seq.* sed ad hoc dicebatur, † text. in prædicta procedere, quan-
5 do & idem debitor se obligasset duobus cum hypotheca, per instrumentum publicum, & scripturam priuatam, quia tunc ratione fraudis, quæ posset fieri repetendo die, seu faciendo ante datam in apoca, procedet dispositio. l. prædictæ, secus autem dicebatur esse in casu, de quo agitur, vbi apocam, in qua continebatur pactum de retrouendendo, allegabatur esse factam per primum emptorem, venditio autem fuit facta per hæredem, post mortem primi emptoris, quo casu cessat omninò fraus prædicta, cum facta venditione per hæredem non possit considerari procurata fraus scripturæ, contra emptorem, mortuo iam eo qui apocam confecerat. cùm igitur omninò fraus, absit, nec considerari possit, cessat dispositio illius text. fundata in fraude, prout dicunt Bart. & cæteri ibi, eo etiam magis, quia in hoc iudicio comparuerunt hæredes, & susceperunt iudicium pro emptore conuento, & contra eos prætenditur interesse euictionis, & sic verisimiliter non morem gessissent actori, in eorum præiudicium, & ex ijs, remanente probatione pacti, apparet, dispositionem d. l. scripturas, non obtinere in casu de quo agitur & sic (me referente) fuit pronunciatum in fauorem actoris, de mense Octobris 1575. Scannapeco Actuario.

6 Sed † quia de dispositione. d. l. scripturas, fuit tractatum, nolo omittere, quòd aliàs fuit dubitatum in Regio Collaterali Consil. ad mei relationem tamquam generalis Commissarij causarum creditorum Illust. quondam Marchionissæ Paduię, cum Gul. Sinibaldo, si probata veritate scripturæ priuatæ per alias probationes, quàm per subscriptionem trium testium cessabat dispositio illius text. & dicebatur pro parte creditorum cum instrumento posteriorum, quòd prædicta subscriptio testium fuit introducta pro forma, ad fraudem tollendam, ex ijs, quæ consuluit Anchar. *in cons. 28. per totum*, & videtur sequi Aym. *in tract. de antiq. temp. in 1. part. in cap. quæritur etiam in hac materia, num. 42 fol 58 in paruis*, qua forma non seruata, actus corruit. *l. cum hi. §. si prætor ff de transact.* & quia in prima instantia non fuit plenè probatum de veritate huius scripturæ, fuerunt prelati creditores posteriores instrumentarij, me referente, & cùm esset reclamatum commissa causa D. Ioan Andreę de Curte, Regio Consiliario nemini secundo, fuit apoca, seu Albaranum, Marchionissę Paduæ plene verificatum, & comprobatum, & ad eius relationem fuit iudicatum, probata veritate Albarani, & apocę, & fraude cessante contra creditores hypothecarios posteriores, habentes in-
7 strumentum, † cùm paria sint, vel probationem fieri per testes subscriptos, vel aliunde, dummodo constet de veritate, & fraus cesset, hoc expressè videtur tenere Bald. *in d. l. scripturas, in gl. 1. vers. tu dic plenius*, vbi dicit, non videre rationem diuersitatis, & ibi Fulgos. *in vers. nota, quod cautio. num. 3. & ab hac opi.* non videtur discrepare Anch. *vbi supr.* qui tenet contrarium, non ex quo sit pro forma subscriptio testium: sed quia non erat plenè in casu suo probatum aliundè id quod ex scriptura priuata pretendebatur contra tertium, & hanc opin. tenuit Bal. *in cons. 168. ad intelligentiam, 1. vol.* vbi optimè sequitur Tiraq. *in tract. de vtroque retract. in tit. de retract. conuent. §. 2. in glo. 7. vers. nec tamen, num 55.* & magis expressè Didac. *in tract. practi. qq. cap. 23. num 5. colu. 6. vers. poterit tamen, fol 910. in magnis*, dum admittunt probationes, aliter quam per tres testes subscriptos, & vltra prædictos Cassaneus expressè *in catalogo Gloriæ mundi, in 99. consideratio. vers. duodecimo extende. fol. 326.* & hęc opinio habet maximam rationem, ex quo, vt dicit Bal. parem vim habent tres testes deponentes de visu, apocam subscriptam tali die, quam habent ijdem testes qui se subscripsere, & sic similes probationes, & in casu, de quo agebat, erat manifestissima probatio, quia Albaranum erat scriptum per manum Notarij publici, cuius manus erat verificata, ex quo notarius erat mortuus antequam secundi creditores cum instrumento contraxissent, & sic omninò cessabat fraus, quę consideratur *in d. l. scripturas*, & post predicta in Regio Collaterali Cons. modo prædicto decisa, de anno 1568. reperi, quod sic consuluit Franciscus Burs. *in cons. 103 quamuis*, vbi predicta, & alia allegat pro hac opinione, & vere gauisus sum, quando consilium prædictum vidi concordare cum decisione prædicta, in qua doctiss. viri interfuerunt, licet vnus ex Dominis, adherens potius literę, quam sensui d. l. scripturas, contradixisset, vt postea audiui. & in specie idem tenet expressè Iacobi *in l. iure hypotecæ in fin. in vers. sed quia si non esset subscripta, ff. de fid. instrum.* vbi omninò, & nouissimè latè discusso articulo ita tenet Io. Gutier. *in tract. pract. q. in q. 125. lib. 1. in 2. declar. fol. 229.* Quando autem competat prelatio reo cognoscenti, an à die recognitionis an verò à die datę ponit Didac. *variar. resolut. lib. 2. cap. 2* & cum refert Didac. Perez *lib. 3. ord. Castell. tit. 8. libr. 4. ver. pulchrum autem dubium fol. 635* vbi quod à die recognitionis contra tertium, quod tamen non procederet quando esset aliter verificata, vt hic, & de materia vide Andr. Gail. *in lib. 2. pract. obseru. in obseruat. 25. vers. secundo non procedit.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. quando vnus testis facit semiplenam probationem, Vide Afflict. *decis. 337. num...* Ias. *in l. huiusmodi §. legatum num. 20 ff. de legat. 1.* Ioan. de Amic. *cons. vltimo num. 21.* Viuium *in opinione 941. par. 3.* Suarez *in suis commun. opin. lit. T nu. 105.*

Vide

Vide eumdem Viuium in opin.974.eadem part.3.

Verum sunt quamplures casus, in quibus vnus testis plenè probat, quos ponit Spec. in tit.de testibus §. restat,ver.hoc tamen fallit; & Ias.refert, licet remissiuè in repetitione,l.admonendi num.187.& Curt.Sen.ibi, vide Carauitam in ritu 115.nu.3.

Num.2.Adde Alex.cons.156.nu.8.vol.5.Gabriel. in tit.de testib.conclus.14.num.4. Venafr. cons.119. nu.4. Roland.cons.16. nu. 20.vol.1. Viuium in opinio.960. num.11.par.3.Mascard.de probat.conclus.26.n.4.5.& 408.nu.21.1.vol.

Et num....dum alleg.Boer.Adde Mascard. in tract. de probat.vol.3.conclus.1142. Marcell. Calà de modo articul.nu.508.& infra decis.105.

Num.3. ibi videmus indinctè,Adde Rol.videndum cons.96 numero 38.& seq.vol.2. decis. Perus.97.num. 6.Foller.de censibus fol.165.num.6. Lupum de vsur.in secundo comm.§.5. num.129. fol.85. infra decis.105. num.19.

Eodem num.ad fin.ibi literæ variantur,Adde Marsil. in rub.C.de probatio.num.298,ver.seneas menti, Caualc.in decis.27.num.62. ver.& circa comparationem part.2.& Mascard.de probat.conclus.330.num.3.vol.1. & ideo sæpissimè testes, qui de comparatione deponunt de facili decipiuntur, quia sæpe sæpius manus adulterantur, vt fatentur supra allegati Doctores post Rotam Perus. in decis.7. num....Vulpell.cons.35. numero 4.

Num.6,& sequ.Vide ad l. scripturas hic allegatam Ant.Gabriel.in tit.de probatio.conclus.10 nu.9.omninò Ludou.Morot.de iure offerendi num.43.& seq.Rol. cons.84.vol.3,Caualc.vbi sup.num.25. omninò Surd. in decis.Mantua.71.Magon. in decis.Florent.122. & Alphan.collect.227.D.Senator.Ann.in collect.31. Stephan.Gratian.in decis.94.num.5.19,& ibi de materia vbi meminit D. Surd. hic allegat. decis.71. & an d.l. scripturas procedat si testes in apoca sint signo Crucis subscripti,quia nescierunt scribere: Vide omninò Surd. in decis.137.

Et dum in fine præsentis decis.allegatur Bursat.cons. 103.supple in primo dubio vol.1. de quo etiam meminit Morot.in loco citato nu.48.

Et à quo tempore competat prelatio a die datæ, vel recognitionis; Vide Rotam.Auen.decis.146. & si conferunt scripta per Vrsill.in decis. Afflict.272.num.3. & omninò Io.Bapt.Costam in tract.de retrotract. fol.97. & sequent.

Et probando quis requisita d.l. scripturas præfertur creditori instrumentario posteriori, secundum hunc Doctissimum Dominum in decis. 644. vbi sic refert. decisum, & Morot. vbi supra, & quid si testes sunt subscripti, & per eos non fuit recognita apoca, & postea mortui an probet: Vide omnino Cephal. in cons.... vol.2

Vide Vrsill.Magon.& Gabrielem vbi sup. atque Viuium decis.277.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 De probatione pacti de retrouendendo, & num.2.
3 An possit deferri iuramentum suppletorium.
4 Pactum redimendi,an,& quando prescribatur.
5 Pactum de retrouendendo,vno teste probatur.
6 Apoca probatio qualiter fiat.
7 Prolata sententia, dicitur in fauorem anteriorum creditorum cum scriptura recognita priuata contra instrumentarios possessores.
8 Creditores apographarij anteriores, recognita apoca per testes,an preferantur instrumentarijs posterioribus.
9 De apoca verificatione remissiuè.

AD hanc decis.95.adde de probatione pacti de retrouendendo, infra Præsidentem decis. 105.in fin. † quod probatur præsumptionibus, & latissimè Foller. in pragmatica censuali, verbo.instrumentum gratia, 13.mihi 426. &
2 Boer.decis.183.& Firman.in † verbo, pactum de retrouendendo,vel eius cessio, præsumptionibus, & ar-
3 gumentis probari possit, † & an possit deferri iuramentum suppletorium si coniecturę non sunt sufficientes ad plenam probationem.Mascard. de probatio-
4 nib.conclus.1147. vol.2. & † an hoc pactum redimendi præscribatur,quando adest læsio, nouissimè adde Ioannem Coppen. in decis. Saxonia 1.incip. pro parte negatiua.qui relatis opinionibus pro negatiua, quòd non præscribatur,& pro affirmatiua,quòd annis triginta præscribatur, tandem plures distinctiones fa-
5 cit,& latissimè discurrit. † Pactum de retrouendendo vno teste probatur, & vide quæ supra latissimè dec. 64.& 17.& infra.105. Ad num 4.de apoca, ad l.scri-
6 pturas, & plenissimè de materia † apocæ qualiter fieri debeat illius probatio, & quòd requirantur tres testes,& quod si moritur vnus ex eis,non probet,& de alijs,quod æquentur testes,& instrumentum. Roland. cons.84.Dominus Hieronymus,vol.3.Ad num.7. quòd prolata † sententia dicitur in fauorem anteriorum creditorum,cum scriptura priuata recognita, contra creditores instrumentarios posteriores,adde Andr. Gail. lib.2.obseruationum, obseruatione 25.Æmil.decis.112. part.3. & nouissime Borgninum Caualcanum decis.
8 27.num,17.part.2.vbi idem quòd † creditores Apographarij anteriores recognita apoca per testes, præferantur instrumentarijs posterioribus, quod est notandum,& de creditoribus Apographarijs latissime,
9 & † de verificatione apocæ latissime Rebuf. in tit. de chirographis, & schedulis recognoscendis,artic.2. num.3.Ægid. Magistr. cap.41. in tract.de subhast. in decis.diuersorum,Papon.lib. Arrestorum 8. tit.2. Arresto 8.& Rota Auenionensis 146.latissimè.Adde de coniuncto admittendo in testem, quando est alteri contra quem producitur, in eodem gradu coniunctus Anton.Gabriel.lib.1.conclus.tit. de testib. conclus.13. de l.scripturas,Gabriel.d.lib.tit.de probation. conclus. 10.Et qualiter testes Apographarij debeant deponere, Oddus Sforzia,cons.100.num.7.& seq. latissimè.

ADDITIO D. RICII.

APoca continens pactum retrouendendi à duobus testibus subscripta concurrentibus alijs coniecturis probat contra instrumentum venditionis, hoc dicit, ad hanc decis. Adde Bart.in l. admonendi num.25.ff. de iureiurand. & alij Soc. cons.254. quid quando scriptura habeat subscriptionem illius, qui pluraliter obligat an habeat plenam probationem,vide Alex.cons.181.lib.2.& Alphan.Perus. in addit. ad l. Scripturas C.qui pot.in pig.habeant.num.227. fol.71. Adde etiam Couar.pract.qq. cap.2. si testes substituti decedant non facit fidem scriptura, vt in cap.2.de fid.instrum. Aym. de antiquit.tempor.1.par. num. 106.175. 275. vide etiam in materia Negus.1.membr.5.par. num.47.num fœminæ possint esse testes, quod non, Decius in l. feminę nu. 32.de regul.iuris, vide Duen. in regul. 313. femina limit. 43.

SVM-

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Textus in l. scripturas, C. qui potior, &c. an locum habeat in emptore.*

2 *Chirographum vno, vel duobus testibus munitum præfertur instrumento quoties per coniecturas excluditur suspicio antidatæ, & recensentur commendantes decisionem.*

3 *Notatur lapsus Visconti negantis retrotractionem recognitionis apocæ ad diem confectionis.*

4 *Apoca sine testibus, an habeat prælationem contra instrumentum, si ex confessione creditoris constat de antidata apoca negant Vasq. & Card. Lugo à quibus recedit Author.*

1 GEnerantur hoc loco plures controuersiæ in materia tex. in *l. scripturas, C. qui pot. in pign. hab.* & in primis an textus locum habeat pro emptore instrumentario, quia *Bald. in con. 198. & Soc. con. 79. lib. 4.* tenet quod sicut chirographum noceat debitori, ita pariter emptori, & singulari successori, & quod textus non procedit pro emptore.

Contrarium verius est, quod si creditor sit ex scri- 2 ptura priuata, & emptor ex instrumento publico, emptor eximitur ab illa hypotheca, de qua constat solum ex scriptura priuata, cum sit non solum eadem ratio suspicionis antidatæ ne fraudetur emptor verum etiam concurrat maior ratio, cum emptor habeat maius ius ratione dominij, quam creditor ex iure hypothecæ *Paul. de Castr. con. 134. lib. 1. Tiraq. de retract. conuent. gl. 7. num. 44. Merlin. de pignor. lib. 4. q. 15. num. 29.* & hic postpositus fuit emptor instrumentarius posterior venditori habenti ius retrahendi rem venditam vigore pacti de retrouendendo virtute chirographi.

Astruit decisio textum in *d. l. scripturas* locum 3 etiam habere, vbi chirographum cum hypotheca vno vel duobus testibus munitum esset, quando adessent coniecturæ, vel præsumptiones excludentes suspicionem antidatæ ea ratione, quia ad euitandam dispositionem d. legis requirentis descriptionem trium testium sufficit quod cesset suspicio antidatæ, qua cessante cessat differentia chirographarij, & instrumentarij creditoris *Caualer. decis. 446. Merlin. vbi sup. numer. 45.* vbi commendat hanc decisionem, quia habita fuit æquipollens probatio formæ traditæ à lege, dum facta fuit apoca, & is qui se obligauit decessit, deinde secundus creditor instrumentarius cum illius hærede contraxit, & pariter apoca fuit conscripta manu tertij, qui decessit antequam cum secundo contraheretur creditore, æquipollet, & illa præsumptio confessionis debitoris de hypotheca antequam cum secundo contraxisset coniuncta maximè qualitate, & probitate creditoris, vt si fuerit religiosus.

Prolapsus est hic *Viscontus* negans retrotractionem 4 recognitionis apocæ ad diem confectionis, vt contra ipsum inuehunt *D. Gait. de credit. cap. 4. titul. 8. numer. 3213. Barbat. de assist. glo. 12. numer. 253.* Merlin. *de pignor. vbi sup. num. 4.* saluatur opinio Viscont. si recognitio facta debitorem esset per inauditis creditoribus Acosta *de priuileg. credit. regul. 3. ampl. 3. numer. 13.* Merlin. *vbi sup. numero 5. Vela. differt. 21. numero 2.*

Agitatur quæstio à Theologis, & iuristis, numquid 5 si priuata scriptura non fuerit subscripta à testibus, sed habeat confessionem creditoris instrumentarij possit prior chirographarius agere contra instrumentarium, & Mol. *disp. 536.* affirmat in vtroque foro, sed *Vasq. c. 5. de pignor. numer. 12* contrarium tenet, ex eo quod totum prouenit ex concessione legis ad fauorem habentis scripturam publicam, & ita sentit Card. Lug. *de iust. & iur. disp. 20. sect. 4. §. 2. num. 68.* nam lex potuit præiudicare iuri prælationis quæsito ratione hypothecæ quam habebat primus creditor chirographarius ob iustam causam ratione dominij alti, & eminentialis, quod Resp. habet super omnia iura priuatorum sicut præiudicauit in fauorem creditorum ex causa funerum, & similium, ipse autem adhæreo primæ opinioni, quia lex fundata est in præsumptione suspicionis antidatæ, vt ostensum est supra, & in puncto ita firmant *Couarr. lib. 3. var. cap. 22. numer. 1. & Merlin. num. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Conuentio in alterius fraudem, reprobatur.*

2 *Vsufructuarius, fructus colligens immaturos, in fraudem proprietarij, ad interesse tenetur.*

DECISIO XCVI.

Conductor molendinorum prioris anni tenetur ad interesse conductori sequentis anni pro eo, quod fecerit anticipare molitiones in præiudicium eius.

CIuitas Salerni, locauit quibusdam de Pincto gabellam farinæ pro anno vno, quæ exigebatur in molendinis, quando frumentum moliebatur vel quando farina emebatur, eadem Ciuitas eandem gabellam locauit alteri pro anno sequenti, prędecessores conductores, cùm viderent annum, pro quo ipsi conduxerant, præteriturum, remissa ciuibus certa parte mercedis, quæ soluebatur pro quolibet modio, permiserunt, quod ciues prædicti molerent frumenta, & emerent farinam satis vltra necessarium vsum, in fraudem secundi conductoris; Ciues prædicti prætendebant, se nō teneri ad solutionem gabellæ, semel pro eadem re solutæ, ne duplici onere grauarentur, secundi conductores egerunt contra prædictos primos conductores, quòd exegerint gabellam de farina cuius panem necesse habebant ciues comedere tempore huius secundę conductionis, Sacrum Consilium, me referente, iudicauit in fauorem secundi conductoris, condemnando primos ad restitutionem exacti, ex quo in fraudem secundi, prędicta permiserunt, 1 exemplo eius; †quod dicit Iurisconsultus *in l. & hac distinctio, §. cum fundum. ff. locati*, 2 *bi* Bart. & Paul. de Castr. inferunt contra colonos, qui in fine temporis, ita erodunt fundum, quòd fructus anni sequentis corrumpuntur, & in vlt. anno conductionis non bene putant vineam, quia multa capita dimittunt, vt vberiorem fructum reddat, ex quo sequitur, quòd in anno seq. aliqui fructus non percipiuntur ex vinea, & similiter contra colonos, qui cum pars fundi deberet seminari frumento, & pars quiescere, totum fundum seminant frumento, ita, vt anno seq. non poterit seminari, & pro hac opinione Paul. da Castr. *ibi allegat. gl. in l. pen. ff. de vsufr. lega.* vbi Albe. *in simili*, ad hæredes prælati, qui videntes prælatum moriturum

immaturos fructus colligunt, vt successorem defraudent ad idem, † quod de vsufructuario, qui immaturos fructus in fraudem proprietarij colligit, quod teneatur ad interesse domino. Bal. *in l. si pater column. 1. vers. sed hic ponamus, C. de vsufr.* & prædicta sunt legenda, quia quotidie accidunt, tàm in locationibus gabellarum, quàm agrorum, & maximè ecclesiarum, & in proprijs terminis in datiarijs Molendinorum, secundum prædictam decis. tenet Sal. *in d. §. cum fundum*, quo meminit, cumque sequitur Ioseph. Ludou. *in decis. 62. Serbonannus. col. vers. aliud exemplum in 2. part.* quem diebus æstiuis legi, & facit decisio Bal. *in cap. 1. qui succ. tene.* & eiusdem Bald. *in l. cum pater. C. de vsufruc.* de qua meminit Par. *de sindic. in verbo, paupertas. c. iuxta prædicta, col. 3. vers. & facit, & vide infra decis. 393.*

ADDITIO D. VISCONTI.

DVm in addit. allegatur Salyc. Adde Ias. *in l. si quis nec causam §. 1. n. 2. in medio. ff. si cert. pet.* Marcell. Callà *de modo articuland. num.* 121. *fol.* 74. & nouissimè Surd. *in decis. 131. num. 6.* & Marantam *in suis singul. in ver. gabellarius macina fol. 135. in 2. p.* & Petram *ad Capyc. decis. 151. annot. 4.* & nouissimè Martam post hæc scripta impress. *in voto 149.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Colonus antiquus, non potest in fine fundum exfructuare in præiudicium noui conductoris.*
2 *Pœna comissa tempore vnius Gabelloti per ipsum, vel eius hæredes exigitur, non per successorem in gabella.*
3 *Prorex prædecessor creat Officiales pro officijs vacaturis in præiudicium successoris.*
4 *Locans gabellas, vel alios introitus, non emittit banna, siue minuentia, siue alterantia in conductoris præiudicium.*

1 AD hanc decis. 96. adde quòd † colonus antiquus non potest in fine, fundum exfructuare in præiudicium noui conductoris, nec aliquid facere in re conducta in fraudem noui conductoris, Ioseph. Ludouicus *dec. 62. Perusina 2. par.* & Borgninus *decisione sua*, & Carrocius *in tractatu de locato, & conducto nouissimè.* Adde omninò Gomez. *2. lib. resol.* & Ioseph. Ludouicum *dec. Perusina 62. incip. Ser Bonannus. n. 1. & sequent.* vbi plura contra conductores antiquos pro successoribus ad quem, & Ioan. de Amicis *cons. 110. incip. Ad licita, nu-*
2 *mer. 22. & seq.* vbi dicit, quod † pœna commissa tempore vnius gabelloti, per ipsum, vel eius hæredem exigitur, & non per successorem in gabella, quod est simile: quia eadem ratione procedit consilium illud, sicut hæc decisio. & Baldus *in l. cum quidam, n. 9. C. de fruct. & lit. expensis*, Socinus *cons. 100. vol. 1.* & de intentu huius decis. vide Anton. Gomez. *lib. 2. resol. c. 3.*
3 *de locatione, num. 21. fol. 173.* & † an prædecessor Prorex possit Officiales creare in officijs vacaturis, & non vacantibus tempore creationis in præiudicium successoris Proregis. Præsidens *infra decis. 393. 3. 76.* vbi quod non per rationes huius decis. est tamen benè no-
4 tandum, quòd † locans gabellas, vel alios introitus, non emittit banna, vel minuentia, vel alterantia in præiudicium conductoris, aliàs tenetur. Ita Corneus, *cons. 181. Visa copia, colum. 3.* & ita fuisse decisum dicit Anna *Singulari* 577. De qua re videndus esset Carrocius *in tract. de locato, & conducto nouissimè*, qui doctè loquitur.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Conductores alicuius gabellæ non posse in præiudicium successorum diminuere fructus, sed quando secus, & quod solet practicari contra decisionem, numer. 2.*

1 GRata, & vtilis quæstio nunc deciditur, an conductores alicuius gabellæ possint in præiudicium successorum, & sequentium conductorum diminuere solutiones pedagiorum, & D. meus negatiuè testatur decisum per S. C. condemnando primos, ad restitutionem exacti quod comprobat Carocc. *de locat. part. 4. tit. de locat. duob. facta quæst. 9.* & competit actio ex locato *l. & hæc disputatio §. cum fundum, ff. locat.* nec obstat *l. pen. ff. de vsufruct. legat.* vbi colonus nummis colens potest fructus immaturos colligere, quia locum habet cessante dolo Barbat. *de diuis. fruct. part. 2. cap. 7. numer. 17.* vbi aduertit non semper attendi maturitatem præcisè naturalem, sed quando communiter magis expedit fructus colligere, vt oliuam immaturam *d. l. pen. & l. si absente. ff. de vsufr.* vt fænum immaturè cæsum, & de vua acerba adest *text. in l. si vsufructus, ff. quib. mod. vsufruct. amitt.* & Cons. Rocch *to. 2. respect. 85. numer. 5* quod reiectus in facti contingentia examinandum est, idem si tempus collectionis sit accidentale, vt si hostes superuenerint Barry *de success. tit. de legat. lib. 9. tit. 24. numer. 49. L. Labeo ff. de inius.* Bal. *in l. si pater, C. de vsufruct.* Tiraq. *de retract. glos. 4. numer. 20.* & vsufructuarius immaturos fructus suos facit si ante naturalis maturitatis tempus decedens collegerit Accurs. *in d. l. si absente* Guzman *de euict. quæst 21. numer. 57. & 58.* & si magis expedit fructum immaturum tollere id fraudi futurum non est, si vero vt domino officiat, non licet Iacob. de Aret. & Alber. *in l. fructu, ff. de vsufruct. leg.* & si faciat, vt sibi prosit, & necessitas eum cogit licet impunè facere, & si vtraque causa fecerit, vt sibi prodesset, & domino obesset si plus sibi prosit potest impune, si plus domino secus *d. l. Labeo.*

2 Limitatur decisio existente consuetudine in contrarium regionis, vt in terminis conductorum gabellæ Ioseph Ludouic. de Perus. 62. & contra decisionem D. mei practicari in Ciuitate Cosentiæ *tradit. Caput. de regim. Reip. cap. 7. num. 30.* & seruatur in Ciuitate Melphicti, vbi in fine conductionis gabellæ farinæ solent conductores diminuere dirictus, vt alliciantur omnes ad molendum frumentum.

SVMMARIVM.

1 *Consensus venditoris, quando in hypotheca appositione sit necessarius, & num. 4.*
2 *Vt quis in locum primi crediteris ingrediatur, quid requiratur, & ratio traditur num. seq.*
5 *Præsumptio qua oriatur ex emptione facta parum post pecuniam ab alio receptam.*
6 *Tex. in l. licet. C. qui pot. in pign. hab. declaratur.*

DE-

DECISIO XCVII.

Hypotheca in bonis emptis constituenda in fauorem tertij, quando requirat consensum venditoris, quando non?

MAgnificus quondam Paulus de Bernardo, V. I. D. emità Colantonio Brelio annuos ducatos sexaginta, pro pretio ducatotorum sexcentum pacto adiecto, quod d. ducati 600. deberent erogari in emptionem quorumdam bonorum pro securitate Pauli, ita, vt bona prædicta, vt supra emenda, veniant, & sint specialiter obligata d. Paulo: facta fuit emptio prędicta per Colantonium, in qua dicitur emptionem fieri de propria pecunia Pauli, & sic hæredes Pauli, cuiẞis dictis annuis ducatis sexaginta, prętendebant pręlationem in dictis
1 bonis, vt sup. emptis: sed dicebant creditores † qui per prius contraxerant cum Colantonio, hypothecam appositam in contractu prædicto nihil operari, postquam tempore emptionis, apposita non fuit hypotheca de consensu venditoris, qui ex dispositione *l. licet. C. qui potio. in pig hab.* videtur necessarius, de qua per Neguſ. *in tract. de pig. in 4 par. prin. nu. 34. cum seq.*

Sed pro parte actorum dicebatur hunc consensum venditoris non esse necessarium, sed sufficere specialem hypothecam, de consensu debitoris allegabatur id, quod dicit Cepol. *in caut.* 132. & post eum Ripa *in l. Senatus c. col. 3. vers. præmissa recipiunt, num. 13. in quib. caus. pig. tacitè contraha. & in l. priuilegia, nu. 32. vers. 9. fallit ff. de priu. cred.* sentit hoc idem Neguſ. *in tract. pig. in 5. part. prin. 2. memb. vers. 2. fallit* & Didac. *in l. 1. variar. resol. ca. 7. col. 3. vers. præter. hæc.* Quibus dicebatur addendum, quòd in simili in eadem materia prælationis dicitur in *l. 1. C. de his, qui in priore credit.*
2 *loc* † quod ad finem, vt quis in locum primi creditoris ingrediatur, quando primo de propria pecunia soluitur, sufficit pactum, cũ debitore fieri, non autem esse necesse fieri cum creditore, cui soluitur, ita in specie Bar. *in l. Aristo. in 3. q. vers. sed ad hoc oppono. ff. quæ res pig. oblig. pos.* idem Neguſ. *in tract. prædicto, in 3. memb. 5. part. num. 75. vers. sed si debitor solueret.* Ripa *in l. si ventri. §. fin. 2. colu. in glo. 1. ff. de priuil. credit.*
3 † assignat Bart. rationem, quia fingitur primum creditorem hoc velle, quando sibi soluitur, quę ratio etiam obtinet quando fit emptio de pecunia alicuius, quia fingitur sic velle venditorem, quæ opinio confirmabatur, quia ex hac receptione pecuniæ, & emptione facienda cum speciali hypotheca, nulla fit iniuria anteriorib. creditorib. cùm bona hæc non essent in bonis eorum debitoris, nisi fuisset pecunia istius secũdi creditoris, & eis posterioris, quod etiam in materia pignorum considerat Fulg. *in l. 1. in fin. verb. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* vnde, vel consentiat, vel non emptor eis nullum fit præiudicium, nec aliquod damnum oriri potest venditori ex hac speciali obligatione, vnde eius consensus non requiritur, arg. *l. de vno quoque. ff. de re iud.* Sufficere igitur, debet creditorib. creditorib. quòd in bonis quæ tunc tẽporis habebat, antequã
4 hæc acquireret, † ipsi præferantur, & non istis cum speciali hypotheca, de pecunia huius secundi creditoris quæsitis, quæ sine hac pecunia non essent in hæreditate Colontanij: nec dubitari poterat, emptionem horum bonorum fuisse factam de pecunia Pauli de Bernardis, quia vltra quòd ex instrumento emptionis appareat, dum dicitur in eo, de pecunia Pauli, & ex libris banci, hæc solutio arguitur ex vehementissimis
5 præsumptionib. † Fit enim hæc emptio parum post pecuniam a Paulo receptam, quam præsumptionem admittit. Bart. *in d. l. Aristo. col. 2. vers. item quæro, & in l. Imperator ff. de leg. 1.* vbi Bald. allegant. *l. si. C. de pig. & d. l. si ventri. § fi. ff. de priui. cred.* vbi Ripa *in 2. not. multa ad propositum, & per d. l. si ventri. §. fi.* consuluit Bal. *in cons. 499. vnde loquitur, vol. 2. ver. certè ego vol. 4.* ex breuitate temporis. silicet cum non multum est spatij, inter emptionem, & venditionem, præsumi pecuniam aliunde receptam, fuisse conuersam in prædij emptionem, refert, & sequitur Tiraq. qui dicit tex. *in d. §. fi.* certè est textus optimus ad hoc *in tract. de vtroq. retract. in tit. de retract. lignag. §. 32. in glo. 1. & vnica. num 24. vers. idem tamen consec. fol. 667.* vbi etiam allegat concor. & Capic. *in decis. 194. in 3. difficultate.*
6 Nec obstat, † quod dicebatur ex dispositione. *d. l. licet C. qui potio. in pig. habean.* quia ille text. loquitur in casu suo, silicet quando venditor rei vult, quod creditor emptoris, in re per eum vendita, præferatur alijs creditorib. eiusdem emptoris, quòd potest per illam. l. quia in actu acquisitionis ipse venditor potest alijs præiudicare, sed per illam. l. non tollitur facultas debitori accipere pecuniam, & ex ea rem emere, pacto adiecto inter mutuantem pecuniam, & eum quod res ematur sub speciali pignore, quia, vt supra dictum est, ex hoc nullum infertur præiudicium alijs creditorib. etiam anterioribus qui sine hac pecunia non reperirent rem in dominio debitoris, & pro comprobanda hac opinione est videndus Guttierez *in alleg. 5. post repetitiones* vbi optimè. Et ex prædictis fuit iudicatum in fauorem hæredum dicti Pauli. Caro Actuario.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. ibi ex dispositione. l. licet, & nu. 6. Vidè D. Reg. Lanar. *consil. 42 n. 7.* post Affl. *decis. 307. & infra decis. 105. sub num. 8. & seq.* & in puncto principali, Neguſa. *de pignorib. 5. par. modo 2. num. 78. in fin.* Ann. Iun. *in collect.* 102. & multa per Ludo. Morot. *in cons. 54 post num. 4. & seq.* & nouissimè per D de Ponte *in decis. 34. à num... cum seq.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Venditor rei quando super re ipsa præferatur creditoribus anterioribus, & num. 2. & 4.*
3 *Res empta de pecunia pupilli pupillaris efficitur.*
5 *Cautela, vt creditor præferatur in mercibus sua pecunia comparatis.*

AD hanc decis. 97. adde omninò Hartm de Hartm. *lib 2. cap. 16. tit. de creditoribus,* Afflict. *dec. 306. num. 4.* & vltimo Ioseph Ludou. *decisio. Perusina 45. num. 19.* Caualcanum Borgninum, *dec. 27. numer. 27. part. 2.* & Præsidentem hunc, *infra, decisio. 369.*
1 *dicentem,* † venditorem rei super ipsa tunc præferri creditoribus anterioribus, quando specialiter rem venditam obligauit in venditione durante tempore satisfactionis, aliàs secus. Sed Mangrel. *ad Bartol. in l. li-*
2 *cet, seu melius præcedent. C qui potior dicit* sufficere † generalem obligationem de quo Andreas Gail. *Obser. 15. lib. 2.* Bart. *in l. 18. ff. de priuil. credit. & in l. 23. § si mulier. ff. solut. matrimon.* Ad num 1. adde, quæ infra *decis. 366. & decis. 506.* & Neguſant. *in 2. membro, quinta partis,* & adde Bald. *consil. 53. 1. vol.* dicentem
3 † rem emptam de pecunia pupilli, pupillarem effici, fauore pupilli. Adde quæ dico infrà *ad decisionem*
4 309 & quando † venditor præferatur in re vendita anterioribus creditoribus pro pretio ipsius recuperando, Andr. Gail. qui ponit quatuor casus, & infrascript. 23. *Gail. dicta Obseruat. 16.* Hartman. *d. cap. 16* Mantua *Singular.* 442. & Gomez Leo *decisione 61. in decisionibus diuersorum.* Item adde, quòd † ad hoc vt
5 creditor in mercibus emptis sua pecunia alijs præferatur, debet specialiter, ad hoc ementi pecuniam dare, & ipse specialiter obligationem, & hypothecam super emptis procurare. Ita Andreas Gail. *Obseruat. 12. lib. 2.* Trigonus *Singular.* 84. Ægid. Mag. *cap. 45. in ti. de subhastationibus, in lib. decisionum diuersorum*

Et de hac decisione circa, *l.licet.C.qui potiores*, addendus est omninò Ioa. Guttierez. *Allegat.quinta.post decisionem sua Repetitionis*, & Masullus *ad decis. Capic.* 194 & Ariminus *lib.2.tit.qui potiores*.

ADDITIO D. RICII.

HYpotheca in bonis emptis constituéda in fauorem tertij, quando requirat consensum venditoris, quando non, hoc dicit, Adde à Ponte *decis.4 numer.* 31. Masull. *ad Capic.decis.40 numer.1.* relati per Thor. *in compend.decis.in verb. hypotheca specialis fol.* 260. *column.2.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Creditor sub annuo redditu qui dedit pecuniam cum pacto, ut ex ea ematur prædium, quod sit specialiter obligatum præfertur super prædio empto etiam anterioribus, tam pro capitali quam tertijs quidquid velit, D.Carleual.*

2 *Subingressio legalis quando locum habeat inuito creditore dimisso.*

1 PAululum difficultatis habet questio, an creditor sub annuo reddito, qui dedit pecuniam debitori cum pacto, vt ex ea ematur aliquod prædium quod sit specialiter obligatum præferendus sit pro capitali, & tertijs super prædio etiam anterioribus creditoribus, vt firmat D. meus, & suam opinionem sectantur Rodec. *de ann. redd. lib.1.quæst.* 20. *numer.* 12 vbi refert sic censuisse Senatum Pintianum, & de Pont. *decis.*34. Ant. de Amat. *lib. 1. resol.* 3. *numer.* 13. vbi testatur ita iudicatum, & occurrit contrarijs, & licet Carleual. *de iudic. tom. 2. disp.*28. *lib.* 7. *tit.* 3. *numer.* 26. tenaciter pro contraria parte depugnet, prout R. Galeot. *lib. 1. controuer.* 21. *per tot.* vbi negat pro tertijs prælationem, attamen primam opinionem comprobant D.Staib. *centur.2. resol.* 196. *numer.*4. vbi ita decisum refert in S C. addo Merlin. *de pignor lib.* 3. *q* 5. *n* 82. ex D Io. De kart. *dec. Sardin.* 78. *per tot.* vbi probat incontrouertibilem sententiam D. mei in mutuante ad rem comparandam licet in mutuante ad rem reficiendam sit aliqualis difficultas, & ipse idem tenet si autem quis det pecuniam debitori sub annuo censu, vt ex ea dimittat creditorem, qui non sit creditor annui census, sed crediti non productiui annuorum redditum non præfertur pro censibus Olea *de cess. iur. tit. 4. quæst.* 1. *numer* 31.

Ad subingressionem legalem in locum anterioris
2 creditoris ad beneficium alterius tria requiruntur, primo, vt mutuam det debitori pecuniam, vt creditorem anteriorem dimittat, secundo vt paciscatur cum debitore de subintrantia in hypothecas, & priuilegia creditoris dimissi, demum, vt ex pecunia mutuata primus creditor sit dimissus, sed an requiratur consensus expressus creditoris, vel tacitus ex scientia pacti inter debitorem, & mutuantem, & D. meus *numer.* 2. scientiam requirit; addo Giurb. *decis.* 87. *numer.* 5. Gratian *discept.*670. *numer.* 10. Larrea *dec.* 24. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *quæst.* 190. *numer.* 2. sed contrarium quod non sit necessaria scientia imò eo ignorante legalis subingressio inducatur tuentur Arias de Mes. *lib.* ..*cap.*11. *per tot.* Larrea *vbi sup.* Theod. *alleg.* 68. *à numer.* 11. Cancer. *lib.2.var. cap.6.numer.*44. Olea *vbi sup.n.*21. ratio est euidens, nam si esset necessarius expressus, vel tacitus, consensus, non tam diceretur mutuans succedere virtute subingressionis legalis quam expressę, vel tacitæ cessionis ita pluries iudicatum refert Olea, *& numer.* 22. ampliet, & si creditor ad cuius notitiam peruenit pactum inter debitorem, & mutuantem initum de subintrantia contradiceret subingressioni, & pecuniam accipere recusaret, nam oblata sibi pecunia, & postmodum deposita mutuans suum locum, & anterioritatem occuparet, quia subingressio legalis non dependet à voluntate creditoris, in qua re Olea impugnat Carleual. *disput.* 25. *numer.* 2. tenentem non posse cogi creditorem ad faciendam cessionem mutuanti pecuniam ex Mas. *vbi sup. cap.* 2. & ita sensit mecum perquam ingeniosus Iurisconsultus conciuis meus D.Amodeus Lepore.

SVMMARIVM.

1 *Eadem ratione, & maiores millitant in actuario, quæ in cæteris officialibus.*

2 *Delicta non debent remanere impunita.*

3 *Actuarium quis corrumpens ita punitur, quemadmodum corrumpens iudicem.*

4 *Locumtenens in propria patria, an quis possit esse Capitaneo absente.*

DECISIO XCVIII.

Actuarius aduena eligendus est non illius loci, in quo necesse habet officium exercere.

DVbitatum fuit, an Actuarius, seu actorum Magister possit esse in propria patria? & fuit (me referente) decisum, quòd non in causa Domini Barnabæ Caraccioli, cum vniuersitate Sicignani, & nouissime, in causa ciuitatis Bouiani, cum Illustriss. Duce eiusdem,
1 † obtinent enim in exercitatione officij prædicti illæ rationes, quæ procedunt in alijs officialibus imò maiores, quia vt plurimum informationes, & acta capiuntur, & fiunt per actuarios, absque præsentia
2 iudicis, & valde lædi posse partes ex hoc, † & delicta etiam possent remanere impunita, & hanc opinionem tenet Afflict. ne auctoritate careamus, *in constitut.Regni, iustitiarii per Prouincias, in* 1. *no.* vbi etiam Foller. *in princ.notab.* & ante eos Paris *de sindic. in vers. Assessor.vers.sed de iur. const. Reg.* & iterum *in const Regni Magistri Camerary, in* 9. *notab.* licet ante hæc tempora non vidisem decisum. Pro quo fa-
3 ciunt: † nam ita punitur corrumpens actorum magistrum, quemadmodum corrumpens iudicem Par. *in tract.de sindic.in verbo, corruptio, num.*27.*fol.*28 *in*
4 *magnis*. † an autem quis possit esse locumtenens in propria patria, Capitaneo absente idem Afflict. *in d. constit. magistri Camerarij*, vbi allegat Bal. allegantem Bartolomeum de Capua, *in l. parabolani C. de Episcop. & Cleric.* Hic punctus pluries accidit coram me in causis grauaminum inter vniuersitates, & Barones, numquam retuli in Sacro Consilio, sed vt plurimum prouidi, quod sit aduena, aliquando non prouidi explicite, sed dixi, quod ciuis substituatur in casu, quo absentia est modico tempore duratura, quia modicum tempus, non fuisset in consideratione, vel quod fuisset aduena, vel ciuis, & vide nouissimè Thes. *in decis.* 268. & ita tenet Io. Guttier. *in pract.q.* 34 *per totam*.

ADDI-

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm 3 Vide in materia corruptionis official. Menoch. *in tract. de arbit. iudic. casu* 343. & Boss. *in tract. de official. corrupt.*

Num. 4. Vide Paris. *de Synd. in ver. substitutus cap.* 1. Camp. *in c. Regni* 19. Guttier. *in tract. pract. quaest. in quaest.* 24. Thes. *decis.* 268.

Quae autem potest Locumtenens exercere in propria patria; Vide Campan. *loco supra citato à num.* 9. *cum seq.* cum quo concordat Maranta *in suis singul. in vers. iudex substitutus fo.* 53.

Et num. n addit Vide etiam Capiblanc. *in tract. de Baron. fo.* 93. 94. *sub n.* 140 & per quantum tempus potest exercere locum in propria patria, ex traditis hic per hunc Dominum colligitur, & per eundem Capibl. *vbi supra, iterum fol.* 114. *n.* 8. 9.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Officiorum qui incapaces sint.*
2 *Officium non posse exerceri in propria patria.*
3 *Barones licet creent Ciues Vniuersitatis Officiales, non tamen eos ad exercendum cogere possunt.*
4 *Limitari in AErarijs, & Camerarijs.*
5 *Officiales in Hispania Correptores vocantur.*
6 *Actuarius an possit esse Ciuis, & 7. 8. & 9.*
10 *Locumtenentis officium qui exercere valeant, & qui non, & num. seq.*
12 *Officialis an possit locum tenentem relinquere, & an possit discedere, vel potius teneatur residere, & numer.* 13.
14 *Duobus creatis locumtenentibus à Barone, & ab officiali quis praeferatur, & nu.* 15. *&* 16.
17 *Locumtenentis creatio regulariter prohibita est.*
18 *Delegatio Regulariter prohibita est. Limita multis modis numeris sex sequentibus, vsque ad numer.* 24. *inclusiuè.*
25 *Magistri actorum, an possint esse de eadem prouincia.*

1 AD hanc decis. 98. adde omninò Rouitum *in Pragmatica, Decis.* 1. *Official.* vbi quod † officia non sunt danda oriundo, incolae,
2 vel ei, qui ibidem exercuit officia. † Quod autem qui officialis esse non possit in propria patria, nisi in Ciuitate Romae, vbi poterat esse Praetor, & Senator, tenet Bertrandus *cons.* 50. *incip. Recordor*; & pro Regula allegat *l. si eadem, ff. de officio assessoris*, & pro limitatione allegat tex. *in cap. fundamenta, vbi glo. fin.*
3 *de electione, in* 6. *in* 1. *par.* vbi etiam dicit † quod licet domini terrarum possint creare Ciues eiusdem Ciuitatis Officiales, tamen non possunt compellere ad exer-
4 cendum † quod limita in AErarijs, & Camerarijs, vt
5 Freccia *Author.* 37. *concludit*, † officiales in Hispania vocantur correptores. Nuncius Auendanus *cap.* 3. *in lib. De executione mandatorum Regiorum.* Adde
6 omnino tu de actuario, an possit esse Ciuis, Antonium
7 Thesaurum *decis. Pedemon.* 268. † & ratio est: quia dicitur officialis, & in propria patria qui esse non potest,
8 vide Thesaurum *vbi supra dec.* 268. † & quod dicatur Actuarius Officialis Praesidens *infra decis.* 407. Ad numer. 4. adde omninò Campaniam *in cap. Regni, quia de vicarijs, num.* 11. latissimè, & Paris *verb. assessor.* & Nunium Auendanum, *in tractatu de exequendis man-*
9 *datis Regijs. c.* 2. *nu.* 1. *c.* 3. ibi immò etiam † stante
10 necessitate, vbi idem quod hic, vbi † qui possint esse
11 locumtenentes, & qui non, & † inter alios de vicinis habitantibus, & consanguineis, quod non possunt esse
12 locumtenentes; An † locumtenens possit ab officiali
13 relinqui, & an liceat officiali discedere †, & an teneatur residere, Viuius *decis.* 356. *Barones*, & Carauita,
14 *Ritu suo* 2. & an si † creatur vnum locumtenens à Barone, & alter creatur ab officiali, praeferatur creatus à Barone, Boer. *decis. alias quaestiones* 152. *incipien.* & videtur concludere, quod de iure communi praefertur creatus à Barone, & domino. In mea Patria Petrae Pa-
16 ganae mihi chariss. est decisio Sacri Consilij, † & quod locumtenens creatur ab officiali, & per modicum tempus à Consil. Don. Francisc. Bernardo Aquiros Hispano, & prius etiam decisum fuit pro Vniuersitate Solofrae contra Comitem Muri, & pro Vallno Vitulani contra Baronem Sellarullum: ipsis item adde
17 quod † creatio locumtenentis regulariter prohibita est tam de iure communi, quam de iure Regni *per cap.*
18 *Regni. Quia de Vicarijs*, quia † Delegatio tam ordinariae iurisdictionis, quam delegatae prohibitur; ta-
19 men haec † Regula limitatur in quinque casibus. Pri-
20 mò † ob absentiam, vel impedimentum officialis. †
21 Secundò, ex infirmitate; † Tertio, si ex priui-
22 legio Principis facultas substituendi conceditur.
23 † Quartò si plures sunt Terrae officiorum, quia officialis in omnibus non potest assistere substitutio tacitè su-
24 bintelligitur concessa, † in alio casu quem ponit Regens Tappia *in dicto capit. Quia de Vicarijs, à num.* 1. *ad* 9. *sub Titulo de Officialibus*, & ad hanc decis. 98. adde Consil. de Bottis, *in constitutione iustitiarij, per prouincias*, ad opus praedicti consiliarij Tappiae, vbi quod
25 † Magistri actorum non possunt esse de eadem prouincia nec etiam substituti ab eis, & sic officialis, & nec locumtenens de eadem patria, vel prouincia, & ita decisum pro vniuersitate Carniolae contra Principem ostiliani referente Consiliario Ioanne Andr. de Curtis, in anno 1560. die 16. Decembris, vt est videre *in dicto c. de iure Regni Parthenopai praedicti Regentis Tappia,* 53. 356. Alia vide ex Rouito *in dicta Pragmatica, in titul. de officialibus, & ijs, quae prohibeantur numero finali omninò*. Ad hanc decisionem adde Bald. *in l. certa forma, C. de iure fisci, libro decimo*; & nouissimè Doctorem Aloysium de Leo, *in l.* 1. *&* 2. *C. de officio eius, qui vicem alterius gerit. latissimè folio mihi* 78. *lib.* 1. *vbi meminit de hac decisione.*

ADDITIO D. RICII.

IN hac decisione habetur, quod actuarius non possit esse in sua patria adde *Collectaneam nostram dec.* 1358. *limitat.* 1. hanc conclusionem non procedere in paruis terris, vel in villis, nam ibi patriotae possunt esse officiales, cum difficilè sit extraneos accedere ad villas tam paruas Afflict. *in const. Iustitiarijs*, exigua enim non sunt in consideratione, nec subiacent regulis, Tiraquel. *in tract. de rebus exiguis*, hinc est, quod Baroni licet, quando habet duas terras vicinas, & paruas tenere vnum officialem, qui in vtraque per interuallum assideat, author noster *decis.* 166. quod seruatum videmus. Item limita in locum tenente, qui potest esse de patria contra regulam *in l. si eadem de officio assessorum*, vbi quis non potest exercere officium in patria, & ratio est modica exercitatio ob aliquam causam absentiae, vt tenet Capiblanc. *in prag* 3. *de Baronibus nu.* 142. vbi dicit in Sacro Consilio fuisse decisum tempus locumtenentium non excedere exercitium quindecim, vel viginti dierum.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Actuarius quis non potest esse in propria patria, & quando secus.*

2 *Ciuis quis potest esse Locumtenens per modicum tempus, & defenditur D. Preses ab impugnatione D. Caroli Petra.*

1 FRequenter disceptari contingit, an actorum
magister quis esse possit in propria patria,
& negatiue decisum testatur D. meus, &
comprobat Nouar. *de grauam. vassall. grau.*
203. *par.* 1. intelligas vniuersitate contradicente, etiam
vno diffidente, ita D. Petra super ritu M.C. 63. *numer.*
13. sed fallit in oppidis exiguis focularioru[m] 150. circiter, vel si adesset consuetudo in contrarium, vt in *allegat.* 74. R. de Marin. R. Sanfelic. *dec.* 362. vbi extendit
in officiali.

Tangitur quæstio, an ciuis possit esse Locumtenens
2 in propria patria ad modicum tempus, & affirmat
D. meus quem refert, & sequitur Rouit. *in pragm.* 5.
de syndic. official. Capobianc. de Baron. Mastrill.
& alij relati per D. Petra vbi sup & quamuis oppugnet dictam opinionem, ex eo quia exiguitas temporis non sit in consideratione, vt prohibitionis causa cesset, dum in breui potest quis prodesse amicis, & obesse inimicis, aduertens mox allegatus Author D. meum noluisse decidere articulum attentis terminis iuris, vt indicant verba decisionis, ibi *non prouidi explicitè, sed dici, quod ciuis substituatur in casu quo absentia est modico tempore duratura*: Nihilominus ipse bona venia D. Petr. conuenio cum Rouito, & asseclis non solum quia, ita consuluit D. Præses verum etiam probati authores, ita communiter firmant & ratio, & necessitas cogit, cum impossibile est haberi exterum habilem pro modico tempore, pro paucis diebus, & succedente repentina vacatione potius terræ manerent sine officiali, & in contingentia destinantur prouisionaliter ciues, & ita vidi seruari in Ciuitatibus, & locis Regni.

SVMMARIVM.

1 *Frater vtrinque coniunctus, preferri solet, de iure communi: ex consuetudine vero Neapolit. distinguitur, nu. seq. & ratio traditur, num. 3.*

4 *Coniunctus ex vtroq; latere, quando regulariter excludat vterinum.*

DECISIO XCIX.

In bonis maternis frater vterinus æqualiter succedit cum alio fratre vtrinque coniuncto ei qui mortuus est.

1 SI † moritur frater, superstite alio fratre vtrinque coniuncto, nec non fratre vterino, quamuis ex iuris dispositione frater vtrinq; coniunctus præferretur, iux tex. *in auth. post fratres.*
2 *C. de legit. he.* † nihilominus in Ciuitate Neapolis in
bonis, quæ ad fratrem mortuum peruenerunt ex linea
materna, seu ab ipsa matre, frater vterinus admittitur
vna cum fratre vtrinq; coniuncto ad successionem, non
obstante *d. auth. post fratres*, quia secundum consue-
3 tudinem prædictam † attenditur origo bonorum,
non autem coniunctio graduum, æquum enim est,
quod postquam hodie dantur excessiuæ dotes, quæ
euertunt opes agnatorum, ad suum fontem reuertantur, vt dicit Bal. *in l. 3. 1. col. vers. sed tunc ego. C. de bon. quæ libe* & in specie d. consuet. Ita tenet Neapod. *consuetud. si quis, vel si qua in verbo, materna. col. 3. vers. sed pone exemplum, fol. 35. à tergo*, de quo meminit Afflict. *in consti. vt de successionibus in 8. not. in 1. q.* &
& pro opinione Neapodan. faciunt regulæ generales.
4 † quod in ijs in quibus non consideratur, nec cognoscitur coniunctio ex vtroq; latere, nunquam coniunctus ex vtroq; latere, excludit coniunctum ex vno tantum, ponit concord. Tiraq. *in tract. de vtroq. retract. in tit. de retra. lignagier. §. 14. in vers. finis, in glo. 2. fo. 541. cum seq. nu. 10. & 11.* & aliqua colliguntur ex Loffr. *in tit. de notis feu. fol. 70. in 2. fac.* huiusmodi sunt nostræ consuetudines Neapolitanæ, quæ fundatæ fuerunt in fauorem illius familiæ, vnde bona obuenerunt, non obstante, quod duplex vinculum non concurrat, & ita iudicatum fuit in causa filiorum Ioannis Nicolai Coccia. Sarnus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

VIdde Add. Neapod. *in consuetudine hic allegata in notis.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Frater vtrinque coniunctus, an excludat consanguineum.*

2 *Et an praeferatur vterino, vel consanguineo.*

3 *Frater vtrinque coniunctus an de Iure Communi præferatur consanguineo, & vterino, statuto, vel consuetudine vocante agnatos, excludente fœminas quo casu tantum est vterinus, vel consanguineus, quantum vtrinque coniunctus.*

AD hanc decis. 99. Adde Vrsill. *decis.* 38. vbi
1 de † fratre vtrinque coniuncto, quod non
excludat consanguineum, vel vterinum, &
2 quod † frater vtrinque coniunctus de iure
Communi præferatur vterino, vel consanguineo, Borgninus *decis. 10. num. 96. par. 2 & decis. 13. num. 41. &*
3 *80. par 3.* Sed si † statutum, vel consuetudo prout est
in hac Ciuitate Neapol. vocat agnatos, & excludit fœminas, tantum, est vterinus, vel consanguineus, quantum vtrinque coniunctus. Borgnin. *decis. 25. num. 14. & 17. & aliqua decis. 24. & 31. par. 4. & decis. 12. par. 3.* Sed nouissimè, adde ad hanc decisionem Doctorem Aloysium de Leo. *in l. 1. nu. 2. cap. de legitimis heredibus*, vbi de hac decisione meminit *in lib. 6. Codicis, mihi fo. 97. vbi latissimè*, & Addentes in allegata consuetudine.

ADDITIO D. RICII. ad Decis. C.

VIrgo gaudet iisdem priuilegijs, quib. pupillus, aut vidua, hoc dicit. In materia huius decisionis, vide latè, quæ scribit Nouar. *in prax. elect. for. q. 2. sect. 1.* vbi ampliat procedere firmatam conclusionem, etiam si virgo agat pro stupro contra eam commisso aduersus stuprantem, vt per Sacrum Regium Consilium iudicatum dicit Auctor noster *decis.* 599. Subdens hæc omnia habere locum in virginibus, quæ habent patres, sub cuius potestate sunt, licet hoc non probet, quæ autem dicatur, virgo, & virginitas in muliere, an præsumatur ad effectum fruendi priuilegijs, de quibus supra, vide eundem Nouarium *in seq. quæst.*

OBSER-

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA

SVMMARIVM.

1 *Frater vterinus de iure consuetudinario Neapolis concurrit in bonis maternis cum fratre vtrimque coniuncto affertur addubitatio Cons. Prouenzalis reiecta per Cons. Hodiern. nu. 1. sed augetur per Authorem, nu. 3.*

1 Consuetudinistæ communiter admittunt propositionem hic decisam de fratre vterino qualiter de iure consuetudinario Neapolis concurrat ille in bonis maternis cum fratre vtrimque coniuncto ex *Napod. in consuet. si quis, vel si qua n. 241. versic. sed pone* verbis *sed pone quidam habens fratrem vterinum vnum, & alium consanguineum tantum, & alium vtrimque coniunctum decessit, quæro qualiter veniant isti fratres ad successionem fratris, respondeo, quod vterinus veniet ad bona materna, & alia ex materna linea obuenientia cum vtrimque coniuncto, quia certum est ambos fuisse coniunctos defuncto ex linea etiam materna, & sufficit lineam durare,* & comprobant *R. Latr. dec. 61. num 4 & ibi Gizz. in obser. Cons. Hodier. controu. 24. n. 34. Montan. controu. 1.*

Lineam autem in bonis maternis non durare vide-
2 tur sentire *Cons. Prouenzal. in d. consu. obs. 11. num. 5.* prout si mater succedat filio in bonis paternis, & deinde moriatur, in portione paterna in qua filio prædefuncto successit non succedunt proximiores ex parte patris inspecta origine, sed proximiores matris ex quo persona, & linea mutatur, vt *Napod. vbi sup. & dec. 696. D. mei,* sed *Hodiern. vbi sup. nu. 36.* refellit *Prouenzalem,* tamquam expresse loquentem contra Napodanum distinguentem inter vtrumque casum & in primo firmantem lineam durare de matre in filium, secus in secundo casu in quo mutatur linea de filio in matrem, & ratio quam ipse iuxta ingenij mei tenuitaté assigno est, quia mater facit aliam lineam specie diuersam, & bona quæ paterna erant in filio, & ex linea paterna, postquam efficiuntur materna, & decedit mater, dicentur obuenire ex linea materna, DD. enim diuidunt lineam in paternam, & maternam *Preregr. ar. 22. nu. 24.* sed in primo casu cum filius succedit matri in illo continuatur linea, vt ad mentem *Napod. scribit Molfes. ad consuet. p. 4. de success. ab intest. q. 39. n. 11 & in add. ad d. q. num. 4. Io: Angel. Pisanell. in ead. consuet. in add. fol. 145. in fine* incip. *nota quod si mater,* vbi refert cum ista distinctione iudicatum.

Ego vt meam sententiam in medium afferam, bona
3 venia *D. Hodiern.* dico *Prouenzalem* conuenire cum *D. meo* in casu obitus fratris concurrere fratrem vterinum in bonis maternis cum vtrimque coniuncto, solum discrepare in altero casu, quo vnus filius successisset fratri in bonis maternis, & ille deinde moreretur, quo casu sentit bona materna per binas mutationes primo de matre in filium, & exinde de fratre in fratrem mutata fuisse, & non amplius dici materna, & per consequens in eis non succedere vterinum, & motiuum *Prouenzalis* potest ea ratione fulciri, quia linea alicuius accipitur de linea recta, & non per transuersum *Soc. con. 33. vol. 3.* Paul. de Castr. *in l. maritus, C. de procur.* & de linea Francisci sunt omnes eius descendentes, sed transuersales non sunt de linea alterius collateralis; linea etiam Francisci incipit à filijs non tamen vt ipsum Franciscum excludat, vti principium, & dubium declaratur exemplo de duabus vijs, quæ ab eodem principio diuertant, nam duæ sunt, & qui est in vna non est in alia Bal. *con. 321. lib. 3.* Dec *con. 365.* Peregr. *d. num. 24.* nisi dixeris quod linea transuersalis non sit de linea alterius transuersalis, attamen erit respectu stipitis communis à quo descendunt, vt ex Giurb. *allegato obs. 25.* sed quomodo mater faciat lineam, & detur linea effectiua matris, & an continetur linea filij in matre plene dicam *obser. 696.*

SVMMARIVM.

1 *Virgo ijsdem gaudet priuilegijs quibus vidua, & pupillus.*
2 *Glos in l. malum. §. viduam de verb. signific. de qua virgine loquatur.*
3 *Specialia nonnulla seruantur in viduis.*
4 *Virginum distinctio.*
5 *Lex. Corneli. de sicar. inter publica delicta connumerantur.*
6 *Filiusfamilias patre quoque inuito, accusare potest.*
7 *In criminalibus patria potestas non consideratur.*
8 *Femina, ad suam admittitur, vel suorum vindicandam iniuriam.*
9 *Soror admittitur ad fratris necem vindicandam, etiam si quis ex fratribus remiserit.*
10 *Masculus, in accusando, fœmina prefertur, sed declaratur, num. seq.*
12 *Vidua appellatione, virgo continetur.*
13 *Vidua virgo, vnde dicatur.*
14 *In vidua, & virgine, patria potestas non consideratur.*
15 *Leg. 1. Cod. quand. Imperator. an recipiat ampliationem.*
16 *Difficultas aduersus virginem, sollitur.*
17 *Pupillus est qui in patris desijt esse potestate.*
18 *Habens virum inutilem, gaudet priuilegio dicta l. 1.*
19 *Priuilegium. d. l. 1. ad diuitem quoque extenditur, vt declaratur, num. seq.*
21 *Præsumptio est contra declinantem à Tribunali supremo ad inferius.*

DECISIO C.

Virgo gaudet ijsdem priuilegijs, quibus vidua, atque pupillus.

Virgo etiam in potestate fratris existens potest accusare de morte patris homicidam, gaudetque beneficio. l. 1. C. quand. Imp.

1 VIRGINEM † in materia. *l. 1. C. quando Imp. inter pupil. & viduã,* debere gaudere eisdem priuilegijs, quibus viduæ, & pupilli gaudent, est sæpe iudicatum in Sacro Consilio, ex decisione And. *in const. Regni. statuimus, 2. colum. versic. quid si vidua, vel virgo.* qui hoc videtur habere pro absoluto, sequitur ibi Afflict. *in 8. quæst.* qui dicit hanc decisionem esse tenendam menti, quia non reperit hoc tactum ab aliquo Doctore, nec *in d. l. vnica, neq; in c. significantib. de off. deleg.* loquendo forsan de
2 virgine, † quæ non habet intentionem vitam cælibem ducendi, quia de virgine vitam cælibem ducente, quæ nullo tempore fuit cognita, quod habet hoc priuilegium, loquitur *glos. in l. malum. §. viduam ff. de verb. sign. in verbo vidua.* dum dicit, ideo ibi declarari, quæ
3 sit vidua, † quia sunt quædam specialia, quæ seruantur in viduis, *vt C. quando Imp. inter pup. & viduã, & idem gl. in d. l. secundum primum intellectum,* & videtur sentire Io. Fab. *ibi,* dum declarãdo verbum, viduas, allegat. tex *in d. l. malum.* & Odofr. *in rubr. tituli,* & post gl. Cyn. Albet. Bar. & Ful. Neuiz. in sua Sylua nup. *in versan dub. quomodo iudicandum, versic. & demũ,* & Belluga *in speculo Princ. rub. 38. §. conqueruntur, versic.*

versic. de vno vidi fol. 174. de quibus, & alijs, exceptis Odofr. & Fab. Neuiz. & Belluga, meminit Didac. *in tract. pract. q. in c. 7. 1. col. vers. sæpe tamen*, qui videtur tenere contra prædictos, cum certa tamen modificatione, quę non placet Petro Follerio *in sua pract. crim. in vers. audiantur excusatores, n. 85. vers. obiter enim, fol.*
4 81. qui vltra prædictos distinguit † virgines, virginalem & cælibem vitam seruare eligẽtes, vsq; ad finem, ab alijs virginibus existentibus in via virum ducendi, quæ distinctio mihi nõ displicet, & cum Didaco eo relato sentit And. Reuin *lib. 1 practic. obseru. in 1. obseruat. in §. verum autem fœmina virgo, num 41. fol* 13. sed quia in Sacro Consi[illegible]o semper fuit seruatum indistinctè virgines fuisse adm[illegible] ad electionem fori, & ab opinione And. in Regno nõ discedimus. idcirco difficilimum esset, contrarium obtinere, sed in præsenti causa inter Illustr. Marchionem Piscariæ, vtilem Dominum Terræ Angri, & Regium fiscum, orta fuit difficultas super remissione vassalli dicti Illust. Marchionis, an Mulieri virgini sorori defuncti, seu occisi, quæ accusabat de morte fratris delinquentem, ea in potestate patris existente, qui pater non accusabat, competeret actio, accusandi, etiam sine consensu patris, etsi competeret, an quamuis sit virgo, & patrem habeat, debeat gaudere ex prædicto beneficio *d. l. vnica. C. quãdo Imper.* & dictũ fuit, mulierem hanc, quamuis esset filiafam. posse ac-
5 cusare de mortes fratris. † accusabat enim de crimine descendente ex publico delicto, quia lex Cornelia de sicarijs, inter publica delicta connumeratur, *in l. 1. ff. de pu-*
6 *bl. iud.* † de quo filiusfam. potest accusare, etiam patre contradicente, *l. inter liberas. §. fin. ff. ad l. Iuliam, de*
7 *adult. l. filium ff. eod. tit.* † in ijs enim, quæ publici iuris sunt patria potestas non curatur, vt dicit Bartol. *in d. §. fin.* in pręsenti materia, & quamuis glo. *in l. cum non solum, §. necessitate. ff. de bon. quæ lib.* dicat etiam in accusatione requiri patris consensum, nihilominus contra glo. tenent omnes, vt dicit Bart. *ibi, colum. fin. versic. quæro, in actionibus*, refert, & sequitur ibi Salic. & Ang. quos etiam sequitur Corn. *colum. 3. versic. in ea ibi, vel aliud in accusatione.* congerit multos Iulius Clarus *in lib. 5. sententiarum, § fin. in 13. q. versic. sed quid in filio-*
8 *fam.* Nec † ei obstat, quod si fœmina admittitur ad vindicandum suam, vel suorum iniuriam *l. vxor, cum l. seq. vbi gl. & Doct. C. qui accus. non poss.* & in specie loquitur text. *in d. l. vxor.* pro vindicando necem fratris consobrini, ergo tanto fortius est admittenda ad vindicandum necem fratris carnalis occisi, tenet Afflic. *in specie, in constitution. Regni, iustitiarij, non per calen-*
9 *das.* † Quod procedit etiam si aliquis frater interfecti remiserit, vt ibi per eum. Nec sorori similiter obstabat, quod aderat pater, qui eam pręcedit in accusando cum sit clara conclusio *in d. l. vxor*, posita per Salic. & alios
10 quod † existente masculo in eodem gradu cum fœmina, masculus præferatur, & maximè pater, ratione patriæ potestatis, nam respondebatur, quod Salic. *in d. l. vxor in 4. oppo. & iterum in 2. colum. versic. quæro*, an prioribus, tollit difficultatẽ. vera est. n. opinio masculos, & patrem maxi me præferri ratione patriæ potestatis,
11 sed † ipsis negligentibus, fœmina admittitur etiam secundum glo. ibi Hic dicebatur, quod erat casus, de quo agebatur, quia pater non exposuit querelam, & negligebat eam exponere, & ideo soror admissa fuit, prout admitti debebat, vnde ex præmissis videbatur concludendum quod etiam, quod adesset pater defuncti, & istius filiæfamilias querelantis, quia pater neglexit, querela huius mulieris vindicantis suorum iniuriam etiam citra patris consensum admittenda esset.

Sed dubium remanebat, an gauderet beneficio *d. l. 1.* super quo dicebatur, per Dominum fisci patronum, non esse dubitandum, nam dum accidisset similis casus in magna Curia Vicarię inter vtile Dominum Terræ Centolæ, & quendam eius vassallum, relata causa in magna curia fuit iudicatum, quod ad querelam virginis, patrem habentis, causa remaneret in Magna Curia Vicariæ, non obstante petita remissione per vtilem Dominum, a quo decreto dum esset appellatum ad Sacrum Consilium, fuit decretum Magnæ Curiæ, confirmatum, causa relata in d. Sacro Consilio in Aula, in qua residet Dominus Antonius Orificius, & quod huic decisioni stare deberemus, maximè, quia fuit dictum, quod erat conformis iuris di-
12 spositioni, † postquam de iure appellatione viduæ, virgo continetur, *vt d. l. malum § vidua*, vbi Iuris-
13 consultus in specie declarat, quæ dicatur vidua, † & quamuis vidua dicatur, quæ virum habuit, hoc est ex vulgari dicto, vt dicit gl. ibi *ver. viduam. non autem*, quod vere virgo non dicatur vidua, prout vltra præallegatos ponit Luc. de Pen. *in l. fin. 2. vers. & nota. quod vidua de Priuil. scholar. lib* 12. & Io. de Turecrem. *in*
14 *c. vidua. 34. dist. post Archiep.* † Nec Doctores in vidua, vel virgine faciunt distinctionem, vel quòd sit, vel non sit in potestate patris, quia si hoc diceremus in virgine, esset ita dicendum in vidua post quam priuilegium, quod datur virgini ei datur ex eo, quod comprehendatur sub appellatione viduæ, & tamen in vidua nunquam vidimus dubitatum; etiam quod sit in potestate patris, & verè videretur, quod priuilegium prædictum in præiudicium viduarum, valde restringeretur. Item dictum fuisse ex ijs, quæ supra dicta sunt, apparere filiumf. absq; patris consensu posse accusare, quia in istis non curatur patria potestas, & iure proprio hanc accusationem ei competere. *Si* igitur potest sine patre, & iure proprio hoc potest, ergo patria potestas, de qua vt supra dixi, in istis non necessaria, vt supra, non debet operari amissionem priuilegij, de iure communi competentis filiæfam. virgini, maximè, quia vt dicit Alb. *in d. l. 1. potest alios relatos*, quæ procedunt in vidua, obtinent in virgine, & beneficium concessum *in d. l. 1.* est beneficium Principis, quod est late interpretandum *l. fi. C. de const. Princip.*
15 Sed exadeuerso dicebatur. † hanc esse magnam ampliationem *ad l. predictam*, & postquam in textu *d. l. æquiparatur virgo pupillo*, vt pupillus habeat priuilegium *d. l. 1.* oportet, quod sit sine patre, quòd aliàs non gauderet, vt declarat ibi, glo. 2. & de hoc non dubitatur, quia aliàs non posset dici propriè pupillus. *l. pupillus. ff. de verb. sig.* ergo non est concedendum magis virgini quam pupillo, qui principaliter nominatur *in d. l. 1.* eo etiam magis, quia secundum glos. ibi etiam pupillus largo sumpto vocabulo, dicitur, quod est minor annis 14. & in potestate patris *l. fin. §. pupil. ff. de verb. obl.* & sic virgo non potest negari, quin largo sumpto vocabulo, vidua dici possit, & tamen pupillus existens in patris potestate, non gaudet, & sic non debet gaudere virgo, hæc dificultas vere reddit dubiam hanc quęst. Procuius difficultatis solutione dice-
16 batur, † pupillum verè, & propriè dici eum, qui est sine patre, prout dici tex. *in d. l. pupil. positus sub. tit. de verb. sig.* vbi ponitur propria verborum significatio, & ibi Alciatus dicit, quod ex Iurisconsultorum frequentiori vsu pupillus modo prædicto accipitur, & idem Dida, *c. 6. col. 2. ver. primus igitur casus, in eo. lib. pract. q.* & viduam etiam propriè dici virginem, ex declaratione eiusdem Iurisconsulti, *in eo. tit. in d. l. malum.* licet secundum vulgares, vt gl. ibi dicit, propriè intelligatur, quæ virum habuit, sed ex effectu vocabuli, verè comprehenditur sub verbo viduæ, & propterea dicebat non posse argui, quod minor annis 14. existens in potestate pratris, non comprehenditur sub dispositione. l. 1. quia impropriè est pupillus, ergo nec virgo, quia dicitur ex prædictis, virginem propriè, secundum Iurisconsultum *in d §. vidua*, comprehẽdi sub verbo vidua licet largo modo, & secundum vulgares, non vt dicit ibi gl. minorem verò annis 14. in patris potestate existentem non comprehendi sub verbo, pupillus, quia Iuris consultus *in d. l. pupillus, in tit.*
17 *de verb. sign.* declarat, † eum esse pupillum, qui in patris potestate esse desijt, & licet *d. l. fi. §. pupillus. ff. de verb. sig.* qui in patris potestate est, pupillus dicatur, est se-

est secundum latissimam significationem, Alciatus dicit *in d. l. pupillus*, & nos debemus attendere significationem datam per Iurisconsultum, non per vulgares, & dicit Neap. *in consu. pupillus in ver. pupillus, quod minor annorum* 14. existens in potestate patris dicitur pupillus impropriè, quo ad ætatem tantum, non quò ad alias circumstantias pupillares, inter quas beneficium *d. l.* 1. Item dicebatur, ideo in pupillo requiri, quod non sit in patris potestate, quia patre existente, minor annis 14. nihil facere potest, & non posset verificari, quod agat, vel non agat, & omnia essent facienda per patrem, vel legitimum administratorē. & in quo lex confidit. quando autem sumus in virgine maiore annis 14. (quia sic est intelligenda hæc quæstio, quia quando essemus in minore & sine patre, gauderet vti pupilla, & non vt virgo, *l. qui habet ff. de T ut.*) hoc casu potest filius maior, sine patre accusari, & accusare, quia hæc duplicij iuris sunt. Idcirco, circumscripta patria potestate, videtur, quod ex propria persona virgo habeat hoc priuilegium, & nihilominus forsan dici poterat in casu de quo agitur, quod pater videbatur inutilis quia cum posset ipse prosequi iniuriam illatam filiæ publicè, & priuatè hoc facere neglexit, & posset dici id, quod
18 dicitur etiam in materia, de qua agitur, † quod vidua, quæ habet virum & inutilem, gaudet beneficio *d. l.* 1. *secundum gl. in l. si. C. ad l. Fauiam, de plagia.* super quo multa ponit Cotta *in memorialibus in ver. vidua*, negari tamen non potest, articulum esse dubium, & postquam est semel iudicatum in Sacro Consilio videtur, quod idem sit, & nunc iudicandum.

Relato præsenti puncto Domini de Sacro Consilio dixerunt, quod in sequenti die Iouis intendebant procedere ad puncti expeditionē: non venit die prædicto Dominus Iudex Magnę Curię, & sic nō fuit tractata ea expeditio, nec de eo fuit aliter postea loquutū, posita sunt
19 prædicta, vt eueniente casu, fiat maturior decisio. † Aduertendum etiam in prædictis, vt in materia *l.* prædictæ habeatur plena resolutio, quod indistinctè in Sacro Cōsilio iudicamus, viduam, etiam diuitem debere gaudere beneficio *d. l. unica*, ex ijs, quæ Inn. *in c. significantib. de offic. dele.* quem sequitur Ioannes Faber *in d. l. quando Imperator in vers. item hæc lex*, & ita tenet Azo *in summa illius tituli*, & And. *in d. consti. statuimus, 1. col. vers. item vidua, & in const. lege præsenti, vers. satis bene dicitur.* Quorum auctoritas magna est, & eos sequuntur alij, quos congerit Didac. vbi supra, & vltra cum Neuiz. in Sylua nuptia *in vers. in dubio, quo modo iudicandum. 2 colum. vers. in dubio etiam iudicandum pro pupillo*, vbi multa cumulat, additio ad Affl. *in decis.* 157. & ita fuisse decisum per Senatum Ped. dicit Thesaur. *in decis.* 177 1. col. licet Franciscus Ripa *in l. 1. col. 10. vers. vltimo dubitatur, ff. solut. matr.* di-
20 cat esse communē opinionem, † quod vidua diues non gaudeat, sed intelligi potest, quo ad hoc vt gratis ei patrocinetur, non autem quod non gaudeat priuilegio, secundum Afflict. *in d. l. præsenti*, & Didacum, *vbi supra*, & per Foller. *ibid. in final. vers. postea visum*, licet de Ripa non faciant mentionem, & nouissimè Menoch. *in lib. 2. de arbit. iud. in casu 66.* & And. Gail. *in lib. 1. pract. obseru. in prima obser. in 28. Fall. nu. 40.* & Niger aliter distinguit *in c. regni de violentijs nu. 113.* & dicit Neapo. *in cons. et. pupillus in verbo. contrah t*, vbi Additio. Naucleri, *quod rubrica quand. imp. inter pupil. & vid.* non distinguit inter pupillos diuites vel pauperes, & quod rest. in integ. sic datur diuitibus sicut Pauperib. Item aduertendum, quod pluries accidit in Sacro Consilio casus, quod multe viduę multoties variauere ab earum tribunalibus ad Mag. Curiam, & à Magna Curia postea ad earū tribunal, & secundum Neuiz. *vbi supra vers.* & illud priuilegiū, causa est remittenda etiam quo ad appunctuata, sed quia in Magna Curia ministratur iustitia multo magis quā per Barones Regni, maximè quia Sacrū Cōsiliū singulis diebus Iouis, audit relationes grauaminum Ma-
21 gnę Curiæ, † maxima oritur præsumptio contra variantem ab hoc supremo tribunali ad minus tribunal. ideirco Dominus Fisci patronus, quando hoc accidit, maxima vtitur diligentia, & multoties reperit partes concordatas ante variationem, seu iteratam electionem, & in istis casibus non remittit causas, quia amplius non competunt actiones, quibus iam remiserunt, quæ admissio non operabitur contra fiscum, cui ius est quæsitum. *l. in personam*, vbi Ang. & Iacobi. *ff. de pact.* quando autem hoc non reperitur videtur, quod remissio negari non possit, maximè quia nec expresè possent personæ prędictæ renunciare dispositioni. *d. l. secundum glos. ibi*, quam sequuntur omnes, & Neuiza. *vbi supra*, & Belluga. *in rub. 23. in ver. sed pone. nu. 9. fo. 120.* & And. Gail. *vbi supra*, & Thesa. *d. decis. 177. col. 1. vers. esq. adeo patens*, & est dictum infra *in dec.* 192. de qua meminit Thesaur. *vbi sup. in 3. ampl.* & sic videtur, quod nec etiam tacitè per actum prorogationis, quæ non potest fieri in reseruatis Principibus secundum Ant. de But. *in c. significasti. 2. col. ver. ideo, oportet de foro compet.* quem allegat *Belluga. vbi supra*. Sed rarò, aut nunquam, non procedente concordia, repertum est personam miserabilem variasse à magna Curia, ad eius forum ordinarium, & propterea quando casus acciderit erit maximè cogitandum, antequam fiat remissio.

ADDITIO D. VIS CONTI.

NVm. 1. & seq. Adde Viuium *decis.* 65. *num.* 3. Iacob. Menoch. *de arbitrar. iudic. casu. 66. in additionib. nouis nu.* 15. Costam *de retrotract. fol. 16. nu.* 12.

Num. 2. ibi de virgine vitam celibem ducente, Adde videndum eundem Viuium *decis.* 521. *à num.* 1. Iacob. Menoch *loc. cit. nu.* 11 12.

Nū. 6. 7. Adde Carauit. *in Ritu.* 201. *nu.* 5. & Viuium *in opinio.* 303. *nu.* 20. *par.* 1. Farinac. *in tit. de accusat. q.* 12. *nu* 10 Baiar. *ad Clar. q.* 14. *num.* 23.

Num. 8 Adde videndum Carauitam *in ritu* 191. *sub num.* 8. vbi omnino Baiar. *ad Clarum loco citato num.* 27. 28.

Sub num. 11. Adde quod virgo habens patrem non habet electionem fori, nec variationem, & ita alias fuit decisum post decis. istam in Aula in qua hic Dominus residebat ante Præsidatum refert Ioa. Carol. Vitellus in quibusdam allegat. ad pœnam ad fauorem Horatij Curialis de Surrento quod nota.

Item adde quod nepos pupillus licet non habeat patrem, tamen habet auum paternum in cuius potestate est: non habet fori electionem, & ita fuit decisum in S. C. refert hic Dominus *in decis.* 671.

Licet Marcellus Calà aliter teneat per decis. istam, quam allegat *in tract. de modo articulan. fol. 13. numero* 1.

Et num. ibi, sed ipsis negligentibus, quando quis dicitur negligens in accusando, Vide Nigrum *in cap. regni 26. sub nu. 22. ibi visum*.

Num. 17. ibi autem quando sumus in virgine maiore 14. annorum, an maiori 14. annorum, & minori 18. non habenti patrem competat fori electio, & variatio, non possum colligere ex allegatis hic per hunc Dominum, qui obscurè loquitur, potest tamen quæstio ista decidi ex Ritibus M. C. V. 230. 231. 233. loquentibus semper de pupillis, qui verè dicuntur sine patre, Iacob. Menoch. *vbi suprà nume.* 6. & est minor 14 annorum, secundum Couar. allegatum per hunc Dominum, *nu.* 2 *& hic nu.* 16 pulchrè Cauent. *in prag. cursu dilationum sub num.* 28 sequitur ex prædictis quod maiori 14 annorum, & minori 18 non competit fori electio, nec variatio, licet competant beneficia ex Const. Regni.

Et recolo quod de anno 1588. dum esset conuentus in causa ciuili, Ascanius Fortunatus minor 18. & maior 14 annorum in Curia Terræ Gifoni à Pomponio Fortunato, & per eundem minorem fuit electum Tribunal M C V in eius forum expeditisq; prouisionibus in forma per eundem, introductaq; causa in ea, & consti-

to per

to per fidem baptiſmi, Aſcanium eſſe maiorem 14. ann. & minorem 18. referente D. Iudice Quadra viro integerrimo fuit remiſſa cauſa ad curiam terrę Giſoni, in bancha tunc temporis Cęſaris Spinę.

Licet Con. *in d.c.6. ſub n.2. ver. praxis vero* aliter teneat; vide ipsum, et cogita quod bene dicit ſtantib. dd. citib. allegatis.

Num. 18. Adde Couarru. *vbi ſupra num.2. verſic, eſt in hoc eodem* Caraui. *Ritu 19. num. 22.* Tiraquel. *de ll. connub. lib.5. num.12.* Viuium *in deciſ.34. num.27. & fuſius deciſ.197. colum.1. & iterum deciſ. ſupra allegata 521. num.2.* D. de Bottis *ad Bar. in d.l.1. C. quan. Imperator.* Videatur omnino Iacob Menoch. *loco ſæpius citato num.13. & ſeq.*

Num. 19. in fin. & ſeq Adde quod idem tenet & conſuluit Natta *conſ.590.* ſequitur Roland. *conſ.76. nu.45. vol.1.* quicquid in contrarium ipſe alibi conſuluit, Theſaurus, qui ita iudicatum refert *deciſ.177. num.3.* Muſcatell. *in praxi. S.C in gloſa competentes, nu.73. fol.3.* Mangr. *ad Bar. in d.l.1. in princip.* & nouiſſime Calà *de modo articulan. fol.20. num.81. in fin.* & latiſſime Viuius *in d. deciſ.521. numer.8.12. & deciſ.459. numer. 11.* Menoch. hic per me allegat. *in caſu 66. numer.17. & ſeq.* & Capiblan. *in tract. de Bar. fo.196. n.160. & ſeq.*

Num. 20. ibi aduertendum, Adde videndum Vrſil. *in deciſ. Afflict.257. ſub num.2. verſi. & quod admittatur,* Carauita *in Ritu 233. num...* Muſcatel. *vbi ſupra num. 30.* & Calà *loco cit. numer.112.* Bolognett. *in l. edita num... C. de edendo.*

Num. ibi etiam quod ſit, Adde hunc Dominum *in deciſ.364. num.2. vbi addo.*

Quibus autem perſonis competat priuilegium d. l. vnicæ; Vide Vrſill. *in d. deciſ. Afflict.257.* Foller. *in conſt. lege præſenti,* & Viuium *in d. deciſ.521.* & Bellugam *in Speculo Princip. fol...* Vide latiſſime Menoch. *in loco citato,* & Capiblanc. *vbi ſupra num.162. & ſeq.* & ad hanc deciſio. Eundem Menoch. *in d. caſu. in add. vbi deciſ. iſtam a n.1. & infra ſemper alleg. & ſequitur.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Vidua quotupliciter dicatur, & de priuilegio viduarum, an extendatur ad omnes.*
2 *Quid in vidua diuite, & habente virum inutilem, etiam diuitem.*
3 *Quid ſi ad miſeriam ex propria culpa peruenerit, vel meretrix fiat.*
4 *An ſaltem miſerabilium gaudeat priuilegijs.*
5 *Meretrix quæ dicatur.*
6 *Priuilegium legis vnicæ, quibus ſit conceſſum remiſſiuè.*
7 *Filiusfamilias an accuſare poſſit.*
8 *Vxor accuſat de morte viri, & quando.*
9 *Vidua diues, an gaudeat priuilegio legis vnicę, C. quando Imperator.*
10 *Variatio an concedatur à potentiori Iudice, ad inferiorem.*
11 *Querela an tribuat ius accuſanti, et Curia procedendi.*
12 *An ante ſententiam ius dicatur Curia quæſitum vel non, et deciſio in facto ponitur.*

1 AD iſtam deciſ. 100. Adde omnino quod † vi-
dua non modo dicitur quæ virum habuit, &
mortuus eſt, vel cum eo diuortium facit, ſed
etiam virgo, quæ nunquam virum habuit.
Ita Carauita *in Ritu 19. num. 121.* † vbi ampliat priui-
2 legium *l.1. ad ipſam,* & ad viduam etiam diuitem, *nu.*
9. & ad habentem virum inutilem. Limita † ſi ad miſe-
3 riam ex propria culpa venerit, vel vidua ad meritri-
4 ciam vitam conuolauerit, ſed vtcumque ſit † miſerabi-
lium, licet non viduarum priuilegio gaudere dicit, &
ita Preſidens determinat *inf. d.233. n.22.* & † quę dicatur
meretrix, *ſupra in deciſ.88.* latiſſimè dixi, & vide
6 *deciſ. 257.* Amplia quod non modo † virgini in capil-
lo, verum pupillo, & viduæ delinquentibus, ſenib.
decrepitis, infirmis, & continuo morbo laborantibus,
& ſtudentibus, priuilegium *l. vnica C. quando Imperator inter pupillos, & viduam,* concedi, ſed etiam
habenti maritum inutilem, vel captiuum ab hoſtibus,
banitum, vel ad triremes perpetuò condemnatum.
Viuius *lib. deciſionum, deciſ. 197. incip. Maritum.*
Carauita, *Ritu 19. num. 22.* & Couar. *lib. practicar. quæſtion. cap. 7.* latiſſimè de omnibus quæſtionibus
huius deciſionis, & de pluribus alijs vide Calo, *in Tract. de modo articulandi, in principio,* & nouiſſi-
mè Regentem Tappiam, *in libro 2. de iure Regni Neapolitani. In conſtit. Statuimus, ſub tit. de officio Magiſtri Iuſtitiarij, a nu.18. ad 35. pag. in impreſſis hac prima vice 254. & 255.* qui loquitur de viduis, pupillis,
clericis, & miſerabilibus perſonis, & allegat hunc Pre-
ſidentem *deciſ.188. 195. 234. 264. 233. 192. & 257.* ad
7 quas dico. Ad iſtam quæſtionem an † filiusfamilias
accuſare poſſit, vide Tartagl. *in margarita fiſci,* Ca-
rauita *Ritu.201.* Adde omninò Præſid. *infra deciſ.382.*
8 vbi latiſſimè, quod vxor accuſat de morte mariti, &
ſic fœmina, ſed ſi concurrit maſculus obſeruatur præ-
latio & Tartagl. *in pragmat. de remiſſione partium, ca. 1. nu. 1.* Vide ipſum. Ad n. 18. adde quæ Preſidens *ſu-*
pra deciſ. 10. num. 13. vbi per Caſſan. Ad num. 19. ad
9 iſtud quod vidua † diues gaudeat priuilegio, l. vnicæ,
quando Imperator, adde omninò Paul. Fuſc. *Sing. verbo,*
10 *dives.* Ad num. 21. ad iſtud quod † variatur à Mag.
Curia, ad inferiora Tribunalia, quod de facili non eſt
concedendum; adde Regentem Tappia *ſuperius allegatum,* ne bis idem repetam; Ad iſtud verbum Præſi-
11 dentis, ex quo videtur inducere quod † per querelam
dicitur ius acquiſitum Curiæ, adde quod ſi hoc eſſet
verum, etiamſi fieret expreſſa deſiſtentia à querelante
in eius querelis, Curia procedere poſſet: & tamen in
contrarium eſt veritas quod parte retinente Curia non
procedit. Latiſſimè Iulius Clarus §. *fi. 58. verſ. ſed pu-*
12 *nctus* † quia ante ſententiam non dicitur ius Curiæ ac-
quiſitum Bald. *num.7. in l. fin. C. de fruct. & lit. expenſis,* & ſi aliqui reperientur dicere, quando procedi poſ-
ſet, intelligendi eſſent in caſibus, in quibus ab initio etiam abſque querela in eis procedi per Curiam poſſet, & in terminis Iulius Clarus, *q. 50. ver. ſed quid ſi accuſator.* Follerius *in Fragmentis, tit. de iniurijs.* Tartagl. *in margarita fiſci, cap. 1.* & Campania *in capit. Regni, Ad conſultation. nu. 20. & in alijs* qui ſoluit Regiam Pragmaticam, & ita decidit. Ego autē audiui deciſum contra Vniuerſitatem Solofræ pro Comite Muri, in banchà Io. Baptiſtæ de Felice, quod etiam in actione iniuriarum Curia procedit inſtituta querela, & remiſſa, quod mihi videtur mirandum. Ad hanc deciſionem, & num. 20. addendus eſt Campania *in cap. Regni de Violentijs,* & Gramm. *in conſt. Statuimus.* Paul. Fuſcum Epiſc. Rauelli, *in verbo vidua.* Quod autem ſemel punitus pro iniuria, vel compoſitus abſque querela partis, poſſit minimè etiam ad querelā partis moleſtari, Maranta, *conſ.118. incip. Verum.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA

SVMMARIVM.

1 *Virgo habens patrem gaudet electione fori quidquid velint Reg. de Marin. Nouar. & D. Capobianc. quęs nuncupatim reycit D. Io: Dekart.*

2 *Fœmi-*

2 *Fœmina stantibus masculis in Regno non habent ius accusandi nisi causaliter, & ostenditur immutata propositio D Præsidis masculum fœminis præferentis.*
3 *Pupillus habens patrem inutilem gaudet electione fori, & idem in vxore, & quid si pater, & maritus bonis cesserint Author dubitat de opinione R. de Marin.*
4 *Exploditur opinio Visconti de minore, sed maiore 14. annorum quod non potiatur electione fori.*
5 *Refellitur Afflicti placitum quod causa appunctuata non competat electio fori pro defensione asserti D. Præsidis.*

1 DIscrepantia summorum virorum placita è diametro sunt in quæstione, an virgo habens patrem gaudeat electione fori, & D. meus referens extremas sententias fundat affirmatiuam, arguens à vidua, in qua non inspicitur, an sit in patris potestate, & conueniunt Rouit. *decis.* 49. Consil. Prat. *lib.* 1. *discept.* 13. *per tot.* vbi affert decisionem S C. & quamuis opinionem negantem substineant. Laganar. *in add.* ad Rouit. *in pragm.* 1. *de remiss. caus.* D. de Marin. *lib* 1. *resol.* 338 vbi tradit ita esse iudicandum nisi pater esset negligens, & D. Capoblanc. *de author. Baron. to.* 2. *c.* 44. *n.* 13. concordet opiniones, vt prima opinio procedat in causis criminalibus, prout est casus præsentis decisionis quia ius accusandi competit filiæ, posterior in ciuilibus, in quibus pater respectu profectitiorum est dominus, & respectu aduentitiorum est legitimus administrator, & consentit Danza *de pugn. doctor. t.* 1. *de remiss. caus. a num.* 3. quæ sententia satis videtur plausibilis, & sustentabilis, nihilominus prima videtur vsu recepta, pro qua depugnat D. Io: Dekart *decis. Sard.* 72. *per tot.* vbi refellit opiniones Nouar. & Capobl. nam esse virginem non dependet ab hæbere patrem, vel non habere, vt comprobat Andreol. *contro.* 425.

Altera conclusio *num.* 9. continet quod extante masculo in eodem gradu cum fœmina, præferatur masculus in accusando de morte patris, quæ propositio intelligenda, est secundum ius commune, secus in Regno in quo competit omnibus quibus hæreditas defertur, per *prag.* 8. *tit. de accus.* vnde si fœmina succederet haberet etiam ius accusandi in simul cum masculo, sed cum per constit. in aliquibus fæminæ non succedant stantibus masculis consequenter non habent ius accusandi, ita Amat. *con.* 18. *per tot.* vbi declarando hanc decisionem, ita refert decisum in Collaterali Consilio, & R. Sanfelic. *dec.* 17. admitteretur autem causaliter nempe per negligentiam masculi, vt P. Merlin. *lib.* 1. *contr.* 6. *nu.* 6. sed masculi non sunt negligentes quando remittunt Amat. *vbi sup.* Tapp *de S.C.* 28. *numero* 13. & 33.

3 Pupillus habens patrem inutilem, & negligentem, prout vxor habens virum inutilem gaudet electione fori ex traditis *nu.* 17. addo Rouit. *decis* 49. si vero pater, vel maritus, pauperes essent, vel bonis cessferint, non gaudere sentit R. de Marin. *vbi sup. num.* 23. quod ego non approbo, quia pater, vti pauper cum sit miserabilis persona, nec bona sua recte administrauerit, per consequens filius erit miserabilior.

4 Præterea explodenda venit opinio Visconti de maiore 14. annorum, & minore, quod non gaudeat electione fori prout sentit R. de Mar. *lib.* 2. *resolut.* 47. & dic contrarium verius ex R. Sanfelic *decis.* 134. & 264. & firmat D. Io: Dekart. *dec.* Sardin. 69. vbi intrepide admittit in adultis minoribus, qui non administrant bona per seipsos, quamuis addubitet in illis, qui per seipsos administrant, ex quo inuitis curator non datur, §. *item inuiti instit. de curat.* quæ dubitatio in iudicijs vix locum habere potest, in quibus inuitis curator datur, & ita seruatum est nuper in Episcopali Curia Anglon. sub Illustrissimo, & laudabili Antistite D. Francisco Antonio de Luca cuius Curiæ ad instantiam minoris Illustrissimus A. C. inhibuit.

5 Aduersus D. meum docentem *nu.* 20. miserabilem, & priuilegiatam personam posse declinare forum vigore, *l. vnica, C. si inter pup. & vid.* etiam post litem contestatam, & causæ conclusionem insurget nouiter, & aliquos qui pro sua opinione contra personam priuilegiatam laudare potest Afflict. *in const. statuimus, num.* 24. & Muscatell. *in prax. par.* 2 *glos. competentes num.* 30. vbi idem tenet quando miserabilis persona ageret, vel se defenderet medio procuratore, vt in hoc casu non potest audiri volens destinare forum post litem contestatam quæ præcludit aditum opponendi huiusmodi exceptiones declinatorias, dum per contestationem litis quis consentire in iudicem, & dicitur renunciare d. exceptionibus, nam doctrina D. Præsidis vti verior in praxi non solum in criminalibus, semper in Regno recepta est, verum etiam in Ciuilibus. vt firmant Couarr *tit.* 231. Natt. *dec.* 540. *lib.* 3. Sylu. *nuptial. lib* 6. *numer.* 38. vbi refert ita vidisse practicari. *Thes. dec.* 177. *num.* 6. Foller. *in praxi crimin. verb. audiantur excusatores num.* 97. Trentacinq; *var. lib.* 2. *tit. de citat. resol.* 2. Vbi inquit in iudicando non posse recedi ab opinione Carauitæ, nam licet ardua quæstio sit, vnum miserabilis persona posset renunciare d. priuilegio. pro vt negant *gl. in d. l. vnic. verb. exsenectæ*, & ibi Cyn & Bal. & Sayc. & Alex. dicunt *gl.* esse veram Felin. *in c. si diligenti num.* 12. *de foro compet.* Trentacinq; *num.* 27. & D. Meus *infra dec.* 192. Vbi pleno calamo quæstionem tangam, dum hoc priuilegium magis datum videtur ipsius Principis dantis cauta, qui misericordia motus est, quam eius, cui fuit concessum, & interdum succurri personis beneficium respuentibus ait *text. in c. qui emendat in fine dist.* 45. in qua re bene verum adsunt dissidentes, nihilominus omnes conueniunt, vt requiratur expressa, & specialis beneficij renunciatio D. meus *dec.* 181. Gallerat. *de renunciat. cent.* 1. *renunciat.* 14. *n.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Verba, cessit, repudiauit, et renunciauit quid operentur.*
2 *In repudiante hæreditatem, locum non habet titulus, quæ in fraudem creditorum.*
3 *Nolens acquirere, suum patrimonium diminuere non dicitur.*
4 *Titulus quæ in fraudem credit. quando locum habeat, et numero* 9.
5 *Lucrum viro delatum, quando in beneficium vxoris, vel præiudicium creditorum repudiari possit.*
6 *Bannitus delatam hæreditatem in fisci præiudicium repudiare potest.*
7 *Lucrum non facere, et damnum pati differunt.*
8 *Lucri cessantis, et damnis emergenti, diuersa ratio est.*
10 *Hypothecaria contra possessorem datur re alienata, vel in fraudem, vel sine fraude.*
11 *Tex. in l. fraudem, in prin. et in §. idem iuris de iure fisc. qualiter procedat.*
12 *Renunciatio iuris delati, non tamen acceptati, et iuris non delati, differunt, num seq.*
14 *Actiones, in bonis esse dicuntur.*
15 *L. qui autem. ff. quæ in fraud. cred. limitatur, et ratio ipsius extenditur, num. seq.*
17 *Repudiatio arguit, repudiatum, nostrum retro non fuisse.*
18 *L.* 1. *§. verum, si quid in fraud. patr. fisci fauore procedit.*
19 *L. habens varios intellectus, ad decisionem causarum allegari non debet.*
20 *Reuocatio lucri quando cesset.*

21 *Ius*

21 *Ius nondum quaesitum, in bonis esse non dicitur.*
22 *Ius assistendi ex quibus oriatur.*
23 *Vt obtineat quis iure assistendi quid eum probare oporteat.*
24 *Ius adeundi, non est in bonis debitoris, nisi quo ad transmissionem, num. 27.*
25 *Bonorum suorum appellatione, ius adeundi non continetur.*
26 *Ante aditionem non est ius, sed mera in hereditate facultas.*
28 *Hereditas non adita defunctum representat, non heredem.*
29 *Seruus cogi non potest adire.*
30 *In bonis id esse dicitur, pro quo actio datur, & exceptio.*
31 *Ius adeundi per filium, vel seruum, patri, vel domino non quaritur.*
32 *Qui ex contractu tenetur acquirere, & omittit, dolo facit, & tenetur, ac si acquisiuisset.*

DECISIO CI.

Debitor repudians hæreditatis portionem sibi oblatam non dicitur in fraudem creditoris facere.

IN causa creditorum Magnif. Michaelis Bresegnæ, cum Magnif. Balthassare eius fratre,
fuit dubitatum, † an dictus Michael in fraudem creditorum hypothecariorum potuerit
repudiare portionem hæreditatis, ei delatam, in
bonis quondam Magnif. Ioannis Antonij Seroni. Pro
conuento dicebatur, esse casum particularem *in l. qui
autem. ff. de his, quæ in fraud. credit.* quo expres-
2 sè cauetur, † quod repudians hæreditatem, vel le-
gitimam vel honorariam, non facit locum illi edicto,
similiter etsi filium emancipat, vel legatum repudiat
3 & est ratio, † quia hic, qui non vult acquirere,
suum patrimonium non diminuit, vt dicit text. ibi,
quem text. ad hoc allegat Alberi. *in l. magis. puto. §.
fundum. ff. de reb. eo.* & Dec. *in l. prima, numer.
18. C. de secund. nupt.* & optimè ipsum declarat, &
intelligit, & allegat concor. *cons.* 260. vbi etiam
dicit, exempla posita in illo text. non arctare regu-
lam fundatam, quia cessat diminutio patrimonij, & in
regula, non fraudantur, vbi etiam Cagnol. *ff. de reg. iur.*
& benè illum text. declarat Ant. Gomes. *in tract. de
restitu. mino. tom. 2. cap. 14. numer. 13. vers. 3 ex-
tende. fol* 102. *a tergo*, & præ cœteris, declarat Paris.
*in consuet. Paris. in §. primo, in glos. 3. in 1. quæst. nu-
mer. 9. versic. quæro quodam, fol.* 15. qui breuibus
verbis concludit, tunc dari reuocationem virtute
tituli prædicti, quando ex facto, vel non facto debi-
toris desinit ipse aliquid habere, ita quod sibi incipit
aliquid de suo abesse quod alteri acquiritur, & incipit
illi de nouo adesse, vt ex doctrina Bar. *in d. l. qui au-
tem.* Quando autem ista deficiunt, vt est casus no-
ster, in quo nihil de patrimonio diminuitur debito-
ri, nec d. patrimonium debitoris in alium transfer-
tur, titulus prædictus locum non habet; subdunt ta-
men, quod etsi aliquod modicum debitor acceperit,
in odium creditorum, vt simpliciter renunciaret opu-
lentæ hæreditati, non vt eam alij cederet, non pos-
sunt creditores illam renunciationem vllo modo re-
uocare, sed solum illud modicum debitori remissum
si postea forte illud remiserit, vel alij cesserit, idem
tenet Fanutius *in tract. de lucro dotis, in glos. 8. in 3.
illatione. numer 18. fol. 320. cum sequent.* dicens,
5 † lucrum, quod per statutum defertur viro, posse
renunciari, tam in beneficium vxoris, cum non
efficiatur vir pauperior, quam in præiudicium cre-
ditorum, quia ipsi non fraudantur per *d. l. qui autem*
ad idem text. clarius. *in l. prima. §. virum. ff. si quid
in fran. patr.* Item Anton. Gomez. *in tit. de donat. to-
mo. 2 cap. 4. versic. 5. infero fol. 182. à terg.* Hinc
ijdem Paris. *in §. 20. in 41. quæst. numer.* 158. conclu-
dunt, quod si hæreditas vassalli delata est Sempro-
nio, qui post hæreditatem delatam, ei tanquam
proximiori offenderit dominum, adeo vt hæreditas
iure commissi ad dominum spectaret, quod si Sem-
pronius, offensam repudiat hæreditatem, & alter
proximior petat inuestituram, non poterit illum do-
minus repellere, sed illum tenetur inuestire, nec po-
test dominus allegare, quod Sempronius abstinuerit
in fraudem commissi, quia Sempronius non censetur
in alium transferre, sed non acquirere, per reg. *d.
l. qui autem*, de qua etiam per Barbat. *in consil.* 21.
volum. 3. vbi latè, & Nellus *in tract. de banni. in
30. quæst. 21. temporis*, dicit, † quod bannitus cui
delata est hæreditas, poterit in præiudicium fisci re-
pudiare, per *d. l. qui autem*, sequitur Ruin *cons.* 23.
numer. 28. volum. 5. conuenit ad hunc casum regula,
7 † quod aliud sit lucrum non facere, seu refutare,
aliud verò sit, damnum pati, vel suum alienare,
*l. Proculus. vbi glos. in versic. faciat ff. de damn in-
fecto*, allegat ad regulam prædictam, & Rotam
Florentinam *in decis.* 232. *numer.* 15. plura iura con-
cordantia Corneus, *consil.* 206. *litera S. volum.* 3.
& eam declarat Senatus Pedemont. *in decis. 95. num.*
8 42. † nec est eadem ratio lucri cessantis, & damni
emergentis, vt in regula, non fraudantur, vbi Dec.
ff. de regul. iur. Pro parte actoris dicebatur in hac ma-
teria, non posse tractari de materia. *d. l. qui autem*,
9 nec de titulo prædicto, † cum titulus prædictus pro-
cedat in creditoribus in actione personali, non au-
tem in actione hypothecaria, vt est text. *in l. debi-
tor. & in l. patrem. ff. in tit. prædicto*, & ibi Bartol.
10 & Fulg. † quia quando quis habet hypothecam, &
reperitur alienata, siue in fraudem, siue sine fraude,
competet actio hypothecaria contra possessorem,
vt dicit dext. *in d. l. debitor*, vbi Cuman. reprehen-
dit glos. nec est necessaria actio reuocatoria, quæ da-
tur in subsidium, prout loquitur titulus ille, & pro-
pterea cum in casu nostro agebatur iure assisten-
di, & actione hypothecaria super iuribus, quæ
competebant dicto Michaeli super dicta hæredita-
te deberent ratione suæ hypothecæ obtinere, non
facta aliqua distinctione, vel quod in fraudem,
vel sine fraude, & allegabatur particulare consilium
Petri de Anch. *in consil.* 101. *column. penult. vers.
in quæst. vsque ad finem.* vbi fundat istam opinio-
nem tribus fundamentis, & eandem opinionem
tenet, sequendo Anch. Franciscus Pepius, *inter con-
sil. Soc. in consil. 76. numer. 6. volumn. quarto*,
& Negus. *in tract. de pign. in 5. part. principali,
numer.* 23. & potissimum fundamentum eorum est.
*in l. in fraudem in prin. & in §. idem iuris. ff. de
11 iure fisci.* † quem text. Doct. prædicti dicunt pro-
cedere ex causa tacitæ hypothecæ, inductæ in benefi-
cium fisci; nec speciale fauore fisci, & hanc eandem
opinionem videtur sequi Berous *in consil. 45. Cum
diebus, 1. volum. qui ex mente glos. in d. l. in frau-
12 dem* distinguit, † aliud esse cum quis ius ei dela-
tum, non tamen acceptatum repudiat, & dicit, hoc
fieri non posse in præiudicium creditoris hypotheca-
rii, aliud verò esse, cum quis renunciat ius, sibi ad-
huc non delatum, & hoc casu procederet decisio tex.
in d. l. qui autem, pro quo ponderat *glos. in d. l. frau-
dem*, & etiam allegat Alber. *in d. l. qui autem §. si
seruum, versic. est ergo differentia*, & hæc distin-
ctio confirmabatur ex iis, quæ Ripa dicit *in repet. l.
si vnquam, in quæst. C. de reuocanda donatio.* vbi con-
13 cludit, † renunciationem factam hæreditatis iam
delatæ per verba renunciationis, non autem
repudiationis, reuocari per superuenientiam libe-
rorum: secus autem esse, quando ius adhuc non es-
set delatum, vt puta quia esset renunciatum per filiam
hæredi-

hæred'tati patris adhuc viuentis,& hanc eamdem opinionem tenet Alexandrinus *in consil.* 99. qui allegat alios, qui pro hac parte consuluerunt, adeo vt super hac act one competente super portione prædicta po-
14 test actio hypothecaria competere. † Actiones enim in bonis nostris sunt *l.qui actionem ff. de regul. iur.* in quo etiam se fundat Ancharan. *in cons. prædicto.* vnde
15 ex prædictis apparet, † quòd tex. *in d.l. qui autem*, limitatur, non procedere in creditoribus hypothecarijs, quòd fundatum fuit iuribus rationibus, & auctoritatibus, Apparet etiam, quòd Berous, sequendo Anchar. intelligit decisionem suam procedere, quando est renunciatum iuri iam delato, secus autem, quando est renunciatum iuri nondum delato, & propterea tractandum est, an hæc opinio Anch. sit vera, & incipiendo similiter ab auctoritatibus, contra creditores hypothecarios, videtur tenere Alber. *in l. patrem ff. de his quæ in fraudem creditor.* qui expresse videtur loqui in creditore hypothecario ibi, dum dicit, in contrarium videtur, quia vsusfructus cadit in obligatione, & ad hoc ipsum ponderat Berous *in d. consil* 43. *versi. confirmo prædicta*, tenet hoc expresse Bal. si recte intellicatur, *in d.l.magis puto.§.fundum, ff.de rebus eo.* & contra Ancharan. & Pepium, in specie tenet Ripa *in l. 1.colum 2.versic.sed vtrum filius.ff.de pign.* ex ratione text. *in d.l.qui autem, & l.debitor.ff.de his, quæ in fraud.cred.* quæ iura licet loquantur in debitoribus in
16 actio personali, † nihilominus ratio illius text. quæ est, quia patrimonium non diminuitur, procedit, secundum eum, in omni casu, & ex generalitate illius tex. & quia obtinet eadem ratio in vtroque creditore, dicit Socin. iunior *in consil.* 124. *dirigat per totum vol.* 3. contra Ancharan. quòd consideratis, interna mente, & ratione edicti prætoris, ac Iurisconsulti, *in d.l. qui autem*, opinio Anchara. non est iuridica, & subdit, quòd licet Ripa, vbi supra dicat, magnam esse auctoritatem Ancharan. ipse tamen dicit, quod maior est auctoritas iuris communis, & veritatis, & cum hac opinione videtur transire. Hieronymus Zanchus, *reper. §. cum ita, num.*846 *cum seq.* & Curt. iun. quem ipse allegat *in cons.37. col.* 3. & re vera, si fraus consideretur in non quærendo, esset magis consideranda, respectu creditorum in actione personali, in quorum beneficium factus est tit. de his quæ in fraud. cred. non autem respectu creditorum, in actione hypothecaria, qui remedio prædicto non indigent, & tenendo hanc opinionem, respondet sigillatim rationibus, quibus mouebatur Anch. & plenius quàm Ripa *in d.l.* 1. qui similiter dictis obiectis responderet, & ab hac opinione non dissentijt Berous *in d.cons.*43. 1.*vol. in prin. & in fin.* qui tamen, vt euitaret difficultates ei factas, sic postea in iure delato, vel adhuc non delato, distinxit: sed solutio gl. in qua ipse suam distinctionem fundabat, non iuuat, quia contradicit, *d.l.qui autem, & gloss.* cùm ibi præsupponatur hæreditas delata, & legatum deberi, quia mortuus erat testator, imo dominium rei legatæ transierat recta via in legatarium, & tamen ibi dicitur,
17 non esse diminutum de patrimonio, † quia facta repudiatione tetro, nostrum non fuisse, palam est, dicit tex *in d.l.*1.*§. vtrum.ff.si quid in fraud.patr.* sed tene-
18 tur solutio ad illum tex. † quòd procedat fauore fisci, secundum Bart. & Albe. quos cumulat Socin iun. *in d. cons.* 124 & vltra prædictos dicit Zas. *in d.l. qui autem col.2.vers. contra quam*, hanc esse veram solutionem ad illum tex. & insuper dicebatur, tex. *in d.l.in fraudem*, habere varios intellectus, quos ponit Pau. de Monte Pico *in repet.l post contractum, num.106.vers. postremo, ff.de donatio. & latissimè* Io. Annibal *ibidem col.51.vers.& prim.1, nu.* 321. † & propterea non posse allegari ad decisionem causarum, maximè quando vna ex lecturis non probatur per aliam legem, ita in specie Bart. *in l.in ambiguo.ff. de rebus dub. & infra in decis.* 169. & adeo, quod in Causa Domini Comitis Altauillæ, de qua infra, de legitima ipso iure quæsita, dicebatur, posse vltra eos responderi, ex mente Baldi *in cons.* 113.*quadam Domina, primo vol.in fin.* quòd hæc quarta, iure naturæ, etiam sine insinuatione renunciari poterit, quia hæc non est propriè donatio, quæ renunciatio, sine insinuatione fieri non posset, si esset ipso iure ius quæsitum, quia insinuatio requireretur, allegatur text. *in d.l. patrem. ff. de ijs, quæ in fraudem credit. & l.si sponsus.§.pen.ff.de don.inter vir.& vxor.* refert, & sequitur Bal. Tiraquel. *in rede.d.l.si vnquam, in ver.donatione largitus.in 8.q.num.*210.*vers.intelligo octauo*, nec huic distinctioni dicebatur, quod conueniebat decis. Alb. *in d.l.qui autem, §.si seruum, vers.est*
20 *ergo differentia*, quia Alber. distinguit. † quòd quando nihil est diminutum in fraudem de patrimonio, sed solum lucrum perditum, cessat reuocatio lucri, *vt in d.l.qui autem*, & hic est casus noster. Quando verò diminutio est fraudolenta, & ob hoc lucrum radicatum est perditum, vt est in casu illius text. vbi erat alienatus seruus, qui erat in patrimonio, cui erat delata, hæreditas, & sic erat facta diminutio de patrimonio per alienationem serui, tunc illud lucrum reuocabitur, sicut res diminuta, vel alienata de patrimonio, & cum reuocatione alienationis serui, consequutiuè veniet hæreditas ei delata, secundùm Doct. *ibi*, & optimè declarat Iacob. de Aret. *in d.l.qui autem. ver. & dic super hoc*, & Alb. *ibidem §.1. qui ponit*, quasi eadem verba, & idem tenet Bartol. & hic non est casus, de quo agebatur, quia nihil de patrimonio diminutum est, ex cuius diminutione esset amissum lucrum. Nec dicebantur obstare ea, quæ ponderabantur ex dictis per Ripam *in d.l.si vnquam, in* 11. *quæst.* quia Ripa loquitur contra decisiones multorum, & eum in specie reprehendunt. Paris. *in tit.1.in §.1.in 1.q.super allegata, fol.70.n.*13. in quo loco dicunt esse falsam, & erroneam opinionem Ripæ *in d.l.si vnquam*, ex multis, quæ ipse ibi dicit, & maximè, quia *d.l. si vnquam*, non emanuit ad reuocanda ea, quæ quis desperatione filiorum omnisit acquirere, sed quæ iam acquisita, a se, & a patrimonio suo, in alios alienantio transtulit, Paul. de Cast. *in l si actionem, C.de pac*, quem ipse allegat, hoc non dicit, sed solùm dicit, quòd ad finem, vt acquiratur pars hæreditatis sororis renunciantis, fratri, cui renunciat, & si non cœteris fratribus valde interest, an hæreditas sit per sororem adita, vel acceptata, vel non, quia primo casu cedit in beneficium eius, cui renunciat, in secundo casu omnibus, ex mente Cyni, quem ipse allegat, & contra Rip. videtur tenere latissimè Tiraq. *in d l. si vnquam. in vers.donatione largitus.in 8.q.n.*180. ex mente Bal. *in l.illud C.de Sacrosan Eccl. & iterum n.*176. vbi hoc
21 dicit procedere, quia ius nondum quæsitum, † non est in bonis nostris allegat. *l.pretia rerum, & alia iura concordantia*, & dicit esse text. ad hoc omnium suo iudicio optimum *in l.profectitia.§.si pater ff.de iure dot. & in d.l.* 1. *§.vtrum autem. ff.si quid in frand. patr.* & ex prædictis videtur, quòd opinio contra Anchar. sit fulcita auctoritatibus, & rationibus, & responsum esse ad iura per eum allegata, & ad eius rationes.

Nouissimè dicebat vnus ex Dominis, quòd circumscriptis dictis Doctorum, & relicta materia *l. qui autem*, & fraude, quia vt dictum fuit, quando agitur actione hypothecaria, prædictus titulus locum non habet, cùm possit agi super re hypothecata, & actione hypothecaria, absque reuocatione, erat videndum, an actores possint obtinere, vel in actione hypothecaria, vel in iure assistendi, & vt actor obtineat in actione hypothecaria contra eumdem debitorem qui eius bona obligauit, dicebat, quòd oportet probare bona, super quibus hypotheca intentatur, esse in eius bonis, & & per ipsum possideri, quando verò contra tertium & tunc necesse est probare, bona super quibus agitur, fuisse in bonis debitoris, tempore obligationis, vel post, antequam in tertium transferentur. Ita post Bart. & alios tenet Negul. *in tract.pig.in 3.par.8 par.col.2.vers. 2.loco, fol.*46. Iason. plenè, *in §. item Seruiana, numero*
22 87. *vers. in fin.gl. instit. de act.* † & vt possit obtinere in iure assistendi, quòd oritur ex Saluiano interdicto,

23 † ex alijs remedijs, oportet probare, rem fuisse in bo-
nis debitoris, & ad præsens per tertium possideri, vel
quando contra eundem debitorem, idem probaret, se-
cundùm Neguf. & Iaf. *vbi supra*, plenè Afflict. vbi de-
clarat, vnde hæc pragmatica petitionis ius assistendi
sumatur *in decis.* 383. videndum igitur in casu de quo
agitur an probata sint prædicta requisita contra posses-
sorem bonorum, quæ fuissent acquisita per debitorem,
si adijsset hæreditatem, & absque dubio dicebat quòd
non. Non enim probatum fuerat, nec dicebatur proba-
ri posse, hæc bona fuisse in bonis, cùm numquam, vt
Dominus possederit, nec ipsorum dominium per appre-
hensionem quæsierit, quo casu, sub obligatione futuro-
rum essent obligata, nec dicebat, posse obtineri super
24 iure adeundi, † cum ius adeundi numquam fuerit, nec
sit in bonis debitoris. *l. pretia rerum. ff. ad l. Falc.* vbi
Alex. & Vincentius Hercul. & nouissimè Andr. Gail.
*in tract. de pace publica libr. 11. cap. 19. num. 13. & per
dictam l. dicebat.* Bal. *in l. 1. col. 11. versic. arguo. C. qui*
25 *admitti*, † bonorum suorum appellatione non conti-
neri ius adeundi. Hieronymus Gratus, *vbi allegat con-
cord in cons 35. colum. 5. vers. 5. dico, volum. 1.* quia
non est in bonis, sed extra bona, si igitur non est in bo-
nis, non possunt verificari extrema, quæ requiruntur,
vt quis obtineat in actione hypothecaria, vel in iure
assistendi, idem Bald. *in c. 1. §. iniuria, col. 2. vers. quaro
an actio de pact. iura. firman.* dicit, quòd quædam ha-
bemus, quæ tamen in bonis nostris, non sunt, vt est ius
adeundi, sequitur Nellus *in tract. bannito, in 1. par. 2.*
26 *temp. in 3. q. & Cuman. in d. §. fundum*, dicit † ante a-
ditam hæreditatem esse meræ facultatem, non ius in
hæreditate, quod per prius dixit Bald *in d. l. 1. versic. 3.
arguo sic C. qui admitti, & in rub. de procur. extra,* &
ne super hoc longius vagemur, Bart *in l qui duos, col.*
27 *pen. vers. contrarium puto. ff de reb. dub.* dicit, † ius a-
deundi non esse in bonis nostris, nisi quo ad ius trans-
missionis. & Bart. sequitur Dec. *in l. emancipata, col. 5.
vers est ergo. C. qui admitti* post Iaso. *ibi* vbi etiam Ri-
minald. & Bolog. Zuccardus *in repe. l si. C. de pact. n. 47.
vers. 3 videtur,* benè declor... Pet. Rebuf. *in repet. l. 1.
C. de sent. quæ pro eo nu. 413 cum seq. vers. subtilis col-
lega noster.* vb. etiam allegat concord. idem tenet Gal-
liaul. *in repet. §. & quid si tantum num. 59. versic. 3. fit
conclusio.* idem tenet Carol. Ruin. *in cons. 23. quia in
facto nu. 27 versic. vnde quamuis, volum. 5. & in cons.
29. viso themate, colum. 2. versic. aliud volum. 3.* de quo
meminit Butt. *in consil. 61. colum. 4. versic. tollitur ter-
tium,* & ad prædicta faciunt omnia, quæ cumulat Ti-
raq. *in loco allegato in decis. 60 in causa,* dum fuit fun-
datum ius adeundi cedi non posse quia non est in bo-
nis, & in d. decis. iudicauimus, etiam parte consentien-
te, quòd in donatione omnium bonorum iurium, & a-
ctionum, non veniebat ius adeundi, quod quia non est
in bonis nostris, sed est mera facultas, vt est dictum,
nec cedi, nec donari potest. Item dicebatur, hæredita-
tem non aditam, non esse hæredis, antequam adeat,
Bart. *in l. 1. in princ ff. de acquir hared.* refert, & sequi-
28 tur Iaf. *in d. l. emancipata,* † imò repræsentare perso-
nam defuncti, non autem hæredis. *l hareditas. ff. de ac-
quir. rer. dom.* cum concordan. per Dec. *in cons. 438. ac-*
29 *curatè, col 2. vers. & vlterius,* & insuper dicebatur, †
nullo modo posse hæredem cogi ad adeundam hæredi-
tatem, quia seruus cogi non potest *l 3. C. de hared. in-
stitu.* vbi plenè Paul. de Castr. & ... Et ex prædictis
etiam tollitur, quod dicebat *in d. cons. 101.* dum dice-
bat, hoc ius venire in obligationem, quia qui actionem
habet, ipsam rem habere videtur. nam vltra responsio-
nes datas per Socinum *in d. cons. 124. 3. vol.* hoc verùm
30 non est. † cùm ius adeundi non sit in bonis nostris, &
propterea non venit sub obligatione iurium obligato-
rum, prout vnus ex Dominis dicebat, & sic iudicaui-
mus in donatione omnium bonorum, & iurium, vt su-
pra retuli, imò subtiliter dicebat Rebuf. *in d. l. vnica,
nu. 414. vers. in quantum tenet,* id dici esse in bonis no-
stris, quando pro eo habemus actionem, & exceptio-
nem: sed ad adeundum, non dari aliquam actionem
contra aliquem, sed facultatem, quia possum adire, &
non adire hæreditatem, ergo (dicit ipse) hoc ius adeun-
di, non est in bonis, nec ante additionem aliquo acto
competit, ergo iudicium assistentiæ, & hypo-
thecæ non procedit, nec respectu iuris adeundi,
nec respectu bonorum, quæ si hæreditas esset, ad
ita, acquirerentur debitori. Vltimo dicebatur, esse
ponderanda verba Bart. *in l. is potest, colum. 4. vers. sed
oppono, si illud ff. de acquir. hared.* de quo meminit Soc.
31 *in cons. 52. col. fin. vers sed anius, vol. 4.* † qui dicit, non
quæri per filium, vel seruum ius adeundi patri, vel do-
mino, quia sic esset acquisitum, antequam adiret, quod
esse non potest, si igitur ius adeundi patri, vel domino
non quæritur, in quos recta via transit dominium præ-
uia aditione, vel acquisitione, quanto minus super
hoc iure, acquiretur hypotheca creditoribus, quod
nullo modo est in bonis debitoris, & quamuis dicere-
tur, quod quando præcedit contractus, ex quo quis te-
32 netur acquirere, † quod si non acquiratur, dolo facit,
& tenetur, ac si acquisiuisset, *l. 1. §. non tantum. ff. de
hared. vel actio vendi*, respondebatur, hanc actionem
competere contra non acquirentem, non contra ter-
tium. Item dicebatur, quòd Io. Faber *in §. 1. instit. de
societa.* allegat *dictam l. qui autem*, & dicit, ibi non
procedere contractum, ex quo quis compelli possit
ad acquirendum. Plenè præsenti causa discussa die
decimaquarta mensis Iulij, 1576. fuit iudicatum in
fauorem conuentorum, ex prædictis. Angrisanus A-
ctuarius.

Post hanc causam decisam, Dominus Io. Martinez
de Quadra Hispanus generalis, & meritissimus Audi-
tor militum, & tempore huius secundæ impressionis
Regiæ Cam. summariæ Præsidens commodauit mihi
scripta per Tellium Ferdinandez in constitut. Tauri-
nas, & reperi, quòd *in l. 4. num. 55. vers. & quia obiter
venit plenè* examinat hunc articulum, & tenet hanc
opinionem secundùm quam Sacrum Consilium iudi-
cauit, de quo magnopere gauisus sum, maximè, quia
multa ex prædictis allegat, & meminit de eo Io. Gut-
tier. *in pract. qq. de nouo Impress. in 11. lib. q. 127 quæ in-
cip. quaro 1. fol. 298.* licet non ad principalem quæstio-
nem, Sed ad dicta in principio decisionis. Bene tamen
idem Guttierez. *in c. quamuis pactum nu 17.* meminit
d. cons. Anchar. *& n. 23.* de pactis dicit opinionem eius
falsam, & contra tex. *in d. l. qui autem. f. 380.* & simili-
ter opinionem Ancharani esse falsam dicit Ceruan-
tes. *in l. 6.* Tauri *num. 86.* & nouissimè Peregr. *de iure
fisc.* videtur adhærere opinioni contra Ancharanum,
licet ambiguè loquitur, dicit tamen tutiorem esse opi-
nionem Ancharani quando in instrumento debitor
obligasset omnia bona sua iura, & actiones præ-
sentia, & futura, sed ex dictis, *num. 23. cum sequen.*
apparet, quòd ius adeundi non venit in obligatione,
quæ tamen possent procedere in iurib. ipso iure delatis.

Et dum eodem contextu fuisset terminata lis inter
Dominum Comitem Altauillæ, & Dominos Comitem
Triuenti, & Loreti, licet videretur similis in causa, ta-
men fuit decisa in fauorem dicti Domini Comitis Al-
tauillæ, ex verbis instrumenti, inter partes prædictas
initi, quæ poterant inducere acquisitionem in perso-
nam cedentis, iuxta ea quæ sunt posita *in dec. 11.* & de-
inde translatio in personam aliorum, & ex acceptatis
etiam per Comites prædictos, qui dixerunt, adhuc sol-
uere renuncianti certam annuam quantitatem, & e-
tiam ostenderunt quosdam libros super hoc moti con-
scientia. Actuarius Ballanus.

ADDITIO D. VISCONTI.

Vide ad l. qui autem hic alleg. D. Lanar. *cons. 42. a
nu 1.* D. Ann. moder. *cons. 76 colu. 1. & cons. 113.*
vbi latè, aliqua per Alphan. Perul. *collect. 2.* & si confe-
runt scripta per Roland. *de lucro dotis, qu. 40.* omninò
M. Ant. Peregrin. *tract. de fideicom. artic. 3. numer. 125
& seq.*

& seq. Quinimò hanc decisionem in puncto principali refert, & sequitur Stephan. Gratian. *in decis. 17. nu. 16.* & Mart. *in voto 48. n. 21.* Costa *de retrotract. fol. 87. nu. 12. in fin. & sequen.*

Adde Magon. *decis. Flor. 132 n. 15.*

Num 23. Adde Vrsill. *in decis. hic allegata,* an debeat probari de dominio debitoris; Vide omnino Rouitum *in prag. assistentiam à num. 3 cum seq.* Sed Doctissimus D. de Ponte *in tract. de potestate proregis fo. 445. n. 27. tenet contra Rouitum.*

Num. 24. Adde Surdum *in decis. 140. n. 5.*

Num. 27. Adde Surd. *loc. cit. n. 7.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Habens ius adeundi, non habet ius quæsitum, sed quærendum, quod multis modis potest deperdi.*
2 *Et ideo tale ius non est in bonis, nec in iure, & actione, & n. 23.*
3 *Frater an possit admittere sororem ad successionem in præiudicium creditorum licet solum teneatur dotare.*
4 *Quis cedendo an videatur acquirere, & hæreditatem adire, & postea cedere quod magni refert.*
5 *Aditio inducitur per cessionem hæreditatis.*
6 *Sed an cedens per hanc cessionem possit conueniri à creditoribus hæreditarijs.*
7 *Aditio non præsumitur ex procuratione ad adeundum.*
8 *Titulus ff. de his quæ in fraudem creditorum, an habeat locum in creditoribus actione personali, an verò hypothecaria obligatis.*
9 *Actio an iudicetur mobilis, vel immobilis.*
10 *Tex. in l. qui autem, ff. de his quæ in fraudem creditorum, limitatur, contra creditores hypothecarios.*
11 *Statuta, quoties habent varios intellectus, non possunt allegari ad decisionem causarum.*
12 *Et sententia lata contra ipsa statuta non est nulla.*
13 *L. penultima. C. quando prouocare non est necesse limitatur.*
14 *Sententia lata contra legem habentem varios intellectus non dicitur nulla.*
15 *Incurrens in præceptum Dei, habens plures intellectus Theologorum an peccet.*
16 *Lex Ciuilis etiam in causis Ecclesiasticis attenditur, si expresse Iuri Canonico non contradicit, vel Ius Canonicum ei, & si ius Canonicum non loquitur, tanto fortius attenditur.*
17 *Sicut Leges non dedignantur Sacros Canones imitari, ita etiam Sacrorum Statuta Canonum Principum Constitutionibus adiuuantur.*
18 *Vicarij generales Episcoporum, vel Metropolitanorum, Syndicatui parere debent, ex Legis Ciuilis ratione.*
19 *Debitor non adiens hæreditatem, seu cedens, & refutans, an dicatur in fraudem facere creditorum.*
20 *De requisitis in assistentia, & hypothecaria, remissiuè.*
21 *Et quando appellari possit.*
22 *In assistentia pro victoria quid probandum.*
23 *Ius adeundi non est in bonis, nisi quo ad ius transmissionis.*
24 *Ius adeundi non comprehenditur in donatione omnium bonorum, & iurium, quia cedi nequit.*

1 AD hanc decisionem 101. adde † quòd habens ius adeundi non habet ius quæsitum, sed quærendum, quod multis modis potest deperdi. Maranta *in l. is qui potest, de ac-*
2 *quir. hæredit.* & ideò † tale ius non est in bonis, nec in iure, & actione, Decius *cons. 442* Natta *cons. 140. vol.*
3 1. & Menochius *cons. 116. n. fin. vol. 2.* & adde † an fra-
ter possit admittere sororem ad successionem, in præiudicium creditorum, licet solùm teneatur dotare. Bal. *in l. maximum vitium, C. de liberis præteritis,* tenet quòd sic; sed de hoc potest videri Campeg. *de dote, p. 4. quæst. 18.* & Barbat. *in cap. vt super de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non & in c. 1. extra, locati,* latissimè. Ad hanc quoq; decisionem 101. adde Præsidentem *in de-*
4 *cisione 14. incip. Pater, num. 6 & 25.* vbi, † an quis cedendo videatur acquirere, & hæreditatem adire, & posteà cedere: cùm multum intersit, *& in decisione 3. incip. Spectabilis, & decisione supra. 80.* vbi vide, ad quam dico. Ad hanc etiam decisionem 101. eumdem
5 *supra decis. 32. num. 10.* vbi dicit, † quòd aditio indu-
6 citur per cessionem hæreditatis; sed † quòd per hanc cessionem à creditoribus hæreditarijs conueniri cedens non possit, iuxta consilium Crauet. 206. & alios quos
7 ipse allegat, & † quòd aditio non præsumatur ex procuratione ad adeundum, & ex alijs, notat hic Præsidens *decisione 60.* & Rota Ianuensis, quæ videtur con-
8 tradicere in antiquis, *decisione 105. Ad num. 9.* † *Titulus. ff. de his quæ in fraudem creditorum,* locum habet in creditoribus actione personali, non hypothecaria obligatis. Adde Angel. *in l. si rem & pretium. ff. de petit. hæredit.* Ad num 14. Adde *sup. decisione 75. & 93.*
9 An † iudicetur actio mobilis, vel immobilis. Ad nu-
10 merum 15. in † *l. qui autem. ff. de his, quæ in fraudem creditorum,* limitatur contra creditores hypothecarios, vt hic. Ad hunc num 15. & decis. Adde Decium *consil. 260.* & Tiraqu. *de retractu lignagier. §. 26. glos. 1. num. 13.* Negusant. *4. par. num. 41. de pignor.* & omninò Anchar. *consil. 101. post Scribentes in capit. per vestras, de donat.* Ad numerum 19. adde omninò Præsident. de Franchis *decisione 369. num. 8. parte 2.* latissimè Ias. *in l. admonendi, in prima Lectura, num. 67.*
11 *68. & sequen.* vbi ampliat hoc dictum ad † statuta, quoties habent varios intellectus, quòd non possint alle-
12 legari ad decisionem causarum, † & sententia lata
13 contra ipsa statuta, non est nulla, † ad limitationem.
14 *l. penult. C. quando prouocare non est necess.* † *de qua infra decis. ...* quòd sententia lata contra legem habentem varios intellectus, non dicetur nulla, quòd
15 faciens † contra præceptum Dei habens plures intellectus Theologorum non peccet, per tex. *in capit. Capellanus,* vbi Abbas, *& alij de ferijs,* sed de hoc determinationi Sacros. Romanæ, & Catholicæ militantis
16 Ecclesiæ pedibus etiam me submitto. Item adde † quòd Lex Ciuilis etiam in causis Ecclesiasticis attenditur, si expresse Iuri Canonico non contradicat, vel ius Canonicum ei; & si ius Canonicum nihil loquitur, tanto fortius attenditur; non ego sum qui dico, sed Pontifex decidit *in c. 1. de noui oper. nunciat.* vbi Doctor Roman. *consil. 176.* & Mantica *De Coniecturis vltimar. volunt lib. 9. tit. 10. numer. 8. incip. nunc autem, titulo*
17 *prædicto.* Qui tex. dicit, sicut † Leges non dedignantur Sacros Canones imitari, ita etiam Sacrorum Statuta Canonum principum Constitutionibus adiuuantur, & glossa, vbi expresse hoc dicit, vnde per hæc ego
18 dicebam, in facto † Vicarios generales Episcoporum, vel Metropolitanorum syndicatui parere debere, quia. *l. vnica, C. Vt omnes iudices,* hoc dicebat, & Canonica non erat, licet alij contra, quibus benedicentibus me submitto in tract. de Episcopo. in fine, & de Vicario. Ad numer. 20. Adde quæ supra per Præsiden-
19 tem allegantur *decis. 3. & melius huc 101.* vbi † an debitor non adiens hæreditatem, seu cedens, & refutans dicatur in fraudem creditorum facere, ad quam dico latissimè. Adde omninò *supra decis. 80. numer.*
20 *15. & 86. numer. 6.* vbi de requisitis in assistentia, &
21 hypothecaria latissimè, & an, † & quando possit ap-
22 pellari *decis. 120.* & quòd † probandum sit in assistentia pro victoria, Gram. *consil. ciuili 44. latissimè.* Et Rouitus *in Pragmatica, Assistentiam. Ad*
23 *numerum. 27.* Adde † quòd ius adeundi non est in bonis, nisi quo ad ius transmissionis, & quòd ius adeundi non comprehendatur in donatione omnium bono-rum.

rum, & iurium, quia illud ius cedi non potest, hic Præsides in decis. 50 & Tepatus *in lib. 2. Variar. iuris sententiarum nouissimè in tit. de acq hered. pag 277. col. 3.* ipsum sequens Peregrinum *De iure fisci. tit. 7. num. 38.* Ceruantes *in l. 6. Tauri nu. 38.*

ADDITIO D. RICII.

DEbitor repudians hæreditatis portionem sibi oblatam non dicitur in fraudem creditoris facere, hoc dicit. Amplia hanc conclusionem procedere etiam quando frater vult admittere sororem ad successionem in præiudicium creditorum, nam hoc est in eius electione, si velit acquirere portionem sororis, dando illi paragium sic scripserunt. Bald. *in l. maximum vitium colum. 8 versic. sed pone, quod frater, C. de liber. prater.* quem sequuntur Ias. Mars. & Crau. *in consuet. si moriatur in princip fol. 70. in apost. incip. sed an stante statuto.*

Amplia secundò, procedere etiam in trebellianica, cui renunciari potest in præiudicium creditorum hypothecariorum, vt nouiter aduertit Paschal. ad præsens Iu tex Magnæ Curiæ Vicariæ *in suo vtili tractatu de viribus patria potest. par. 2. c. 4. nu. 173.* qui subdens dicit secus esse in legitima, quæ iure ipso acquiritur filijs.

Hinc limita conclusionem decisionis non procedere in filijs quibus iure suitatis paterna hæreditas defertur, nam non possunt ab ea abstinere in præiudicium creditorum, nam esset alienatio illius iuris, quod per viam continuationis fuit post patris obitum eis delatum prout pulchrè animaduertit Abb. *in addit. ad Bar. in l. magis puto, sub numer. 6. ff. de reb. cor.* sed vera, & magis communis est opinio, quòd filius possit paternam hæreditatem etiam quoad legitimam, & eius supplementum in præiudicium quorumcumque creditorum repudiare, vt plenè probat Gratian. *in 2. libr. discept. Forens. cap. 271. num. 10. cum sequent.* quid autem dicendum de marito remittente lucrum, vide Decium *consil. 261.* & quid in hæreditate debitoris, & quid in hæredibus debitoris, vide tex. *in l. liberta. ff. de bonis libert.*

Notandum est etiam repudiationem esse contra iustitiam, & per consequens repudiantem mortaliter peccare, cùm ex lege Iustitiæ teneatur adhibere media, vt creditoribus satisfaciat Molin. *de Iust. & iur. tract. 2. tom. 2. disp. 435.* ad finem, quoniam refert idem Grat. *in loco citato n. 25.* qui subdit etiam consulentibus debitoribus, vt repudient grauiter peccare, prout plenè etiam testatur Sanchez *in tract. de matrimonio disp. 4. lib. 6. n. 9.*

ADDITIO D. NOVARII.

HIc agitur si debitor possit repudiare partem hæreditatis ei obuentam in præiudicium eius creditorum hypothecariorum, & fuit decisum in fauorem conuentorum, & sic contra creditores. & vide Amic. *in tit. de his qui feud. dar. poss. §. prodest iste num. 29. f. 204.* Mostes. *ad coment. Neap. p. 4 q. 12. n 7.* Modern *de patria potest. p. 2. c. 24. n. 171.* nouissimè de hac decis. meminit Turamen paupert. *in tit. de dilat. quinquennal. pag. 43. sub nu. 127.*

Et pro Coronide nota, quòd debitores in foro exteriori possunt renunciare legato, vel hæreditati in fraudem creditorum, quia nolle acquirere non est pauperem fieri, seu patrimonium minuere, sed tantum ipsum non augere, ita probat tex. in l. qui autem vbi Bar. *in princ. ff. quæ in fraud. credit. & not.* Ang. & Ias. *in §. item si quis in fraud. num. 121. instit. de action.* Couar. *in cap. Rainald. § 3. nu. 14. de testam. & in 4. 2. p. c. 7. § 3. nu. 12.*

Pro quo facit, *l. si sponsus. §. si maritus. ff. de don. inter vir. & vxor.* vbi dicitur à marito donationis causa in fauorem vxoris posse repudiari hæreditatem delatam, nec ex hoc vxori donatariæ factam donationem esse nullam, quia in prædicto casu, qui donat non efficitur pauperior.

Hinc est, quòd pater oneratus debitis potest quoad forum exterius nolle acquirere vsumfructum bonorum aduentitiorum filij, quia per hoc non dicitur minuere aliquid de suo patrimonio, nec donare aliquid filio: quia aliud est amittere, & aliud omittere, & non lucrari *l. fin. C. de Codicil. d. l. quid autem. ff. qua in fraud. cred. facit. l. fi. verf. siue ex contrario parte recusante, C. de bonis qua liber. gloss. in §. item nobis institut. per quas personas, & in l. etiam, ff. de acquir. rerum domin.* Paul. *in l. cum oportet numer. 30. C. de bonis, qua liber.* Coru. *consl. 285. numer. 15 & 16. vol. 1.* Vital. *de collation. quæst. 8. numer. 184.* & in terminis dant prædictam cautelam patri debitis onerato, vt sic in prædicto vsufructu creditores exequutionem suorum debitorum minimè faciant, Salicet. Portius *in §. 1. numer. 10. instit. per quas person.* Rimin. *ibidem numer. 92.* Tellus Fernand. *l. 17. Tau. num. 61.* quos refert, & sequitur Valasc. *de partitio. c. 13. nu. 146. quem etiam vide nu. 144. & 149.*

Idem eadem ratione dicendum est in renunciatione per alterum ex coniugibus constante matrimonio de lucris illi acquisitis facta: In foro enim exteriori prædicta renunciatio valet, & tenet, quia non censentur esse donatio ex prohibitis inter virum, & vxorem. Nam is qui remittit lucrorum partem licet lucrum repudiet, non tamen amittit aliquid ex bonis, quæ antea habebat. Nec is cui donatur fit locupletior, sed tantum id agit, ne id, quod laboribus forsan maximis acquisierat pro parte ad otiosum coniugem deferatur, vt post Ioannem Lup. & Gomez. docet Couar. *dict. §. 1. nu. 11.* & Boer. *decis. 244. colum. 2.*

In foro tamen interiori, & conscientiæ illicita est prædicta renunciatio. Ratio est, quia licet non sit contra iustitiam, & ideò renuncians ad nullam restitutionem teneatur, est tamen contra charitatem, & in fraudem creditorum, quia cùm posset debitor, non renunciando satisfacere suis creditoribus, & cauere eorum iacturam, & læsionem circa eorumdem patrimonia: id sine causa prætermittit, ita tenet Pet. à Nauar. *to. 2. de restitut. libr. 3. c. 7. nu. 113.* negari etenim non potest quin faciat iniuriam creditoribus.

Neque obstat, quòd qui vtitur iure suo nemini facit iniuriam, nam id verum est, cùm quis ex causa sibi vtili, & ne damnum in bonis suis patiatur iure suo vtitur at per prædictam renunciationem nullum damnum, declinat, seu remouet debitor à bonis suis, imò sibi præiudicium infert cum damno creditorum cum semper maneat obligatus, & ære alieno grauatus, cùm aliàs posset faciliter se ab eo exonerare. Quòd si dixeris patri renuncianti vsumfructum in fauorem filij, & marito donanti lucra quæsita vxori, esse id vtrisque vtile, quia sic pater ali poterit à filio, & maritus ab vxore. Respondeo prædictam vtilitatem, non esse quærendam cum damno tertij.

Sed an prælatus in acquirendis possit Ecclesiæ suæ præiudicare, ego dum in facto essem consultus à Vicario Theani respondi Prælatum nullatenus in acquirendis Ecclesiæ suæ præiudicium facere posse, vt latè demonstrat Marta *in decis. 224* contra aliam DD. sententiam, quam iniquam esse dico, vnde consulo non esse sectandam, & ita etiam cùm circa hunc articulum esset consultus Doctissimus Canonicus Riccius, & ipse requisiuisset meum votum respondi nullatenus posse quamuis contrarium ipse sequebatur, tamen ego non recedo à firmata opinione, quæ est fauorabilis Ecclesiæ.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Debitorem posse repudiare hæreditatem legatum aut donationem in præiudicium creditoris hypothecarij, firmat decisio, quæ constabilitur.*
2 *Arguitur libertas debitorum etiam à libertate serui in renunciando in damnum Domini.*
3 *Camill. de Medic. Rota Rom. Carleual. Andreola, & alij confutant D. Præsidem.*
4 *Opinio Authoris cum decisionibus, & Suar. & alijs improbantibus Greg. Lop.*
5 *Refellitur Andreola argumentans à domini potestate compellendi seruum, & patris filium cogendi, numer. 6.*
7 *Commendatur ratio Carleual in foro interno sed inefficax in externo.*
8 *Peccat debitor repudiando, & indicatur dura lex renunciationem permittens.*
9 *Gomez D. Pratus & alij excusant debitorem à peccato, disputat Autor, & ponderat casum Episc. Caramuel de refutatione donationis n. 10.*
11 *Damnatur renunciatio debitoris, & occurritur contrarijs.*
12 *Recensetur praxis impeditiua repudiationis in foro externo, & demonstratiua peccati.*
13 *Grauius peccant consulentes, & autorizantes renunciationem.*
14 *Obligans vel donans hæreditates deferendas qualiter compellatur ad agnitionem. & satisfit Andreola impugnanti Montan. & D. Hodiern.*
15 *Donans hæreditates an debeat nessario adire hæreditatem deinde delatam, & P. D. Caiet. de Afflict. propulsat Ann. & decisionem Rouiti.*
16 *Decoctus num possit repudiare perpenditur D. Recch. contra Salgad. & quid in legitima, nu. 17.*
18 *Reus capitis an possit renunciare in præiudicium fisci Salgad. D. Prat. & alij propelluntur.*
19 *Dos an sit priuilegiata vt fiscus, & quid in causa pia.*
20 *Repudiatio simulata non admittitur, & qualis.*
21 *Citra culpam quando fiat renunciatio, & taxatur D. Recchus.*
22 *Hæres debitoris num possit renunciare ad intellectum l. liberto ff. de bon. libert.*
23 *Quid si hæres sentiat commodum ex repudiatione, & Alex. obiugatur per Addentem contra quem agrè militat Couar.*
24 *Frater num possit sororem masculiare in fraudem creditorum.*
25 *Creditor posterior non potest pacisci vt præferatur in quærendis per debitorem, & retunditur D. Caponus.*
26 *Renunciatio hæreditatis in gratiam vel absoluta etiam aliquo accepto an teneat.*
27 *Lucrum dotis ex statuto delatum an possit maritus repudiare in fraudem creditorum defenditur Dec. contra Addent & D. Hodiern.*
28 *Renunciatarius hæreditatum an possit dimittere illud ius in præiudicium creditorum comprobatur opinio P. Caiet. de Afflict. aduersus D. Altimarum.*

INfames latent scopuli in proposita controuersia vtrum debitor possit repudiare hæreditatem vel legatum in præiudicium creditoris hypothecarij, & affirmatiuè deciditur num. 32. & decisionem conuallant Ar. de Mesa *lib. 2. variar. cap. 41. num. 22. vbi ita in S. C. iudicatum* testatur D. Prat. *lib. 1. discept. 34.* Ex nouioribus iudicaturis firmat Sch. fordegher ad Fab. *lib. 1. tract. 9. in quæst. 1.* Larrea *dec.* Granat. 55. *nu.* 3. *&* 8. & constat ex *l. qui autem ff. quæ in fraud. credit.* ex regula *l. non fraudantur ff. de regul. iur.* vbi dicitur quod *non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur à debitore sed cum quid de bonis diminuitur*, & conducit dispositio tex. in *l. 1. §. vtrum, ff. si quid in fraud. patron.* vbi Fauiana non competit patrono, si libertus fraudandi patroni causa hæreditatem non adiuit, ratio est nam creditores non possunt astringere debitorem ad acquirendum, nec impedire repudiationem lucri delati, sed habent tantùm ad bona quæsita, & radicata in suo patrimonio eum obligatum Olea *de cess. iur. tit* 2. q. 3 *n.* 5. Nec ius adeundi ad creditores transit, non enim est ius, sed mera facultas, quæ non venit in generali hypotheca R. Latr *dec.* 8. Salg. *in laber. credit. p* 2. *c.* 14. *a n* 8. Massin. *de confiscat. bon. q.* 36. Mutant. *in l. si potest n.* 26. *ff. de add. hæred.* Tiraq. *de retr. lignag.* §. 26 *glos.* 1. *n.* 29.

2 Comprobat D. meus decisionem ex eo, quòd seruus nec cogi potest à domino ad adeundã hæreditatem ex *l.* 3. *C. de hæred. instit.* vbi Paul. de Castr. potest enim seruus etiam iubente domino nolle adire vt scribunt Bar. *in l. si potest. n.* 13. *& ibi Ias. ff. de acq.* cum aditionis actus debent expediri animo, qui nulla vi constringi potest *l. pro hærede ff. eod.* & potest seruus in sua remanere pertinacia, & mortem potius pati quàm aditionis actum explicare, Bar. *in l. si quis mihi bona §. iussum ff. eod.* Bellon *de iur. accresc. c.* 7. *q.* 43 Igitur si non potest compelli seruus, à fortiori nec debitor, ita etiam arguit P. D. Caiet. de Afflict. *contrau.* 18 *n.* 1.

3 Contrarium in casu præsentis decisionis scripsit Camill. de Medic. *cons.* 98. Greg. Lop. *in l.* 12. Taur. *tit.* 10. 5. *p. ver. engannosamente*, vbi quidam manum alicuius abscidit, & fuit condemnatus vt certam pecuniæ summam solueret, ille non habebat vnde satisfaceret, postea verò sibi fuit delata hæreditas matris, nihilominus renunciauit, & renunciationem non valuisse refert iudicatum in Regio Senatum, & cum Anchar. Mantic. & alijs probat Carleual *de iudic to* 2. *lib* 1. *tit.* 3. *disput.* 25. *n.* 17. pro creditore ex causa onerosa depugnans, & Rota Rom. *in dec.* 341. *p.* 4 *recent.* quę nominatim confutat D. meum, & Redenasch. *cons.* 46. *n.* 31 pro hac dicit stare Rotam in decisione citata, & post alios Andreol. *contr.* 208. qui suadet ex eo quod seruus potest cogi à domino adire hæreditatem *l.* 1. § 1. *vers. quid ergo, & ibi glos. vers. sed compellendus ff. si quis omiss. causa, testam.* & potest cogi potestate dominica, vel officio iudicis *l. cum proponas et ibi Bal. C. de iur. delib.* ità etiam debitor, præterea filius repudiando hæreditatem aduentitiam sibi delatam, in qua pater haberet vsumfructum, si ille eam repudiet, non præiudicat patri *l. fin. §* 1. *C. de bon. quæ liber.* Bellon. *vbi sup. cap.* 7. *q.* 42. *numer.* 369. ita similiter debitor nec poterit repudiare in præiudicium creditoris, Carleual discurrit quòd sicut debitor tenetur lege iustitiæ soluere debita, sic pariter teneatur adhibere media ad finem soluendi, quando media non sunt difficilia, prout medium acceptandi hæreditatem vel legatum, & Rota probat ex Bar. *in l. si mihi ff. de le.* 1. vbi quod hæres liberti non potest repudiare legatum in præiudicium patroni, ita quoque nec renunciare potest in præiudicium creditorum, Giurb. ad consuet. Messan. *l.* 1. Gloss. 8. *n.* 13. dicit quòd si verè constet de fraude, repudiatio debitoris non nocet creditoribus nec fisco.

4 Amplexandam, nihilominus teneo primam opinionem, à qua sunt textus aperti, & exempla rerum iudicatarum, & post alios probant. Gizz. ad R. Latr. *obs.*

8. plures autoritates, & decisiones Rot. Rom. cumulat Merlin. *de pignor lib. 4. q. 134. numer. 1. & &* & pro absoluto habitum in S. C. *in causa creditorum Vincentij Bombini tradit ProuenZal. ad consuet. siqua obser. 26. num. 2.* & decisionem adductam per Greg. Lop. carpunt Suar. *in oper. moral. t. de testam. in cap. 9. §. dub. 6. &* Alphons. Azeued. *ad l. 3. tit. 4. libr. 5. numer. 9. Castil. tom. 5. controuers. 112. numer. 41. &* Rota in Firmana fideicommissi *de anno 1634. coram* Cardin. Panzirolo existimauit non esse attendendas rationes *d. decisio. 341.* ex aduerso allatæ, sed pertranseundum cum opinione D. mei *vt in decisio. 208. post* Zacch. *de oblig.* Camer. Massin. *d. q. 36. nu. 90. & seq.*

5 Roboratur hæc sententia ex libertate serui adeundam hæreditatem *ex d. l. 3.* nec refragatur *d. l. cum proponas.* nam, quamuis verum sit quòd seruus possit cogi potestate dominica vel officio iudicis adire, attamen non compelli, eo modo, quo hæres ad postulationem fidei commissarij, nempè vt si hæreditatem acceptare nolit, post præcepta à iudice facta, ad vitandum circuitum, hæreditas habebitur pro adita in contumaciam hæredis, & fidei commissarius capiet hæreditatem *l. non iustum vbi* Bar. *ff. ad Trebell.* Pereg. *de fidei com. art. 2. num. 76.* & docet P. de Afflict. *vbi supra nu. 15.* nam aliter est in seruo, qui & possit cogi per vincula, & carceres ad adeundum, sed seruus ad huc iubente domino, & excoriante poterit non adire P. Afflict. *vbi supr. num. 1.* vnde causatiuè ad uitandos cruciatus dicitur seruus cogi, sed non potest præcisè nam iste poterit remanere in sua pertinacia, & nocere domino ita Bar. *in d. §. iustum num. 2.* Bellon. *d. c. 93. à numer. 39.* & ità conciliantur d. iura vt per *glos. in d. l. 3.* imò idem Andre. *d. l. 3.* tradit à seruis nec posse argui ad debitores, nam illi sunt in bonis nostris, secus debitores.

6 Minus turbat *d. l. fi. §. 1* vbi filius repudiando hæreditatem sibi delatam non præiudicat patri in vsufructu legali, nam verum est similiter quòd pater quamuis iubeat filio vt adeat hæreditatem, ille potest non adire, & additionem differre post emancipationem vel mortem patris *l. si is qui hæres. §. fin. ff. de acq. hær.* & *ibi* Bar. Bal. & Ias. *in l. 1. C. qui admitti* Bellon. *d. c. 42. num. 169.* sed si filius repudiet hæreditatem poterit pater adire, & eam sibi pleno iure acquirere, quod specialiter inductum est non ad compensandum damnum illatum ex repudiatione filij sui, sed ex conexione, & identitate personarum patris, & filij ita ex *d. l. fin. §. 1. probat* Bellon. *d. n. 369.* & ad hoc vt pater solus adeat, necesse est, quòd filius expressè repudiet, secus si permittat labi tēpus ad adeundum, nisi malitiosè hoc fecerit nam tunc satis expressè diceretur filius renunciare Bald. *in l. si is qui hæres §. denique ff. de acq. hæred.* Alex. *cons. 27. vol. 6.* Mar. *de success. legal. p. 4. q. 14. n. 6.*

7 Neque lædit ratio adducta per *Carleual.* quòd is qui tenetur ad finem, tenetur assumere media ad illum, & ità debitor tenetur eadem lege iustitiæ adhibere hoc medium facilè agnoscendi legatum, vel hæreditatem, nam hæc ratio procedit in foro conscientiæ, vt eam commendat Mesa *vbi supra numer. 29.* vbi dicit quòd Carleual. non potuit illam persuadere Senatui Neapolitano, cum in foro externo iura non tribuant actionem ad compellendum debitorem ad acquirendum, sed non propterea approbant actum repudiationis ità Suar. & Sanch. *num. 12.* qui ità respondent iuribus *in d. l. qui autem,* & similibus prout iudex nec compellit debitorem ad exercendum artem ad finem satisfaciendi creditoribus, & si debitor teneatur, quando potest sine dedecore exercere Less. *de iustit. libr. 2. cap. 16. numer. 67.* Rech *de priuil. Colleg. Doct. §. 5. rubr. quo finito numer. 25.* qui ponit casum de Doctore de Collegio qui cùm esset magno ęre alieno grauatus, volebat se cum creditoribus concordare, & eis aliquid de muneribus sculis dare relictis pro se alimentis, & dum pertinaces essent creditores in recusanda concordia, debitor factus pertinacissimus, ad Collegium ire, & personaliter interesse noluit, ne creditoribus obolum acquireret, & respondet non posse per iudicem cogi vt interesset, & acquireret, sed lethaliter peccare.

8 Nequaquam refragatur doctrina Bart. de hærede liberti, quia procedit in hærede non autem in liberto, qui proculdubio posset lucrum repudiare, vt scribit Marta. *vbi sup. nu. 32.* & ratio differentiæ inferius suo loco assignabitur. Loquendo etiam de foro interno, peccat debitor contra iustitiam hereditatem repudiando vt probant Mol. *de iust. tom. 2. disp. 135.* Nauar. *lib. 3. de rest. cap. 1. num. 112.* Suar. & Sanch. *vbi supra* R. Latr. *num. 13. &* ibi Gizz. Card. Lug. *de iust. & iur. disp. 20. num. 137.* Bonacin. *tit. de restit. disput. 1. q. 8. punct. 2. num. 30.* qui ex Filliuc. ità refert in Collegio Pœnitentiariæ decisum Laym. *de iustit. libr. 3. tract. 5. cap. 6. num. 6.* Homobon. *consult. p. 6. respons. 229.* Dicastill. *de iustit. lib. 2. tract. 2. disput. 11. dub. 8. numer. 91.* Mesa *d. num. 17.* D. Rocch. *respons. 82. tom. 1.* P. Afflict. *controu. 18. numer. 5.* probatur nam debitor non solum tenetur soluere creditoribus de ijs quæ habet sed etiam debet assumere media consueta, & facilia quibus possit soluere, sicut qui tenetur audire missā tenetur etiam confluere ad Ecclesiam, & si careret vestibus, peccaret etiam si oblatas ab amico recusaret, & qui caret breuiario, peccaret contra officium recitandi, si commodatum ab aliquo renueret, & qui callet artem seù lucrosum officium tenetur in conscientia exercere quando potest sine indecentia, & de emolumentis satisfacere creditoribus. Nauar. *in c. non dicatis 12. q. 1. n. 9.* Accedit quod d. l. autem, & concordantes ex textu in *l. fraudem ff. iur. fisc.* duras, & exorbitantes appellat Franc. de Petr. *cons. 49. nu. 11.*

9 Contra autem stant Gomez. *var. lib. 2. c. 4. num. 74.* Tell. Ferdinand. *in l. 4. Taur. num. 9.* D. Prat. *vbi supra nu. 40. & pract. obs. 56.* per tot. vbi tenaciter defensat licere in foro conscientiæ debitori non acquirere, motus ex eo quòd leges non ascribunt fraudi actum repudiationis, & aliàs lex esset nutritiua peccati. addo P. Steph. à S. Gregor. *de iustit. tom. 2. de donat. c. 13. num. 11.* vbi probabilem hanc tradit sententiam, & ducitur ex eo quòd debitor tenetur de suis bonis satisfacere creditori, & hoc medium dicit essentialem ordinem ad finem soluendi debita, medium autem acceptandi hæreditatem, & de ipsa soluendi ordinem dicat accidentalem, per accidens, & fortuito se habent, quod hæreditas deferatur, prius sit illa agnoscenda vt postmodum possit solui, comprobari potest opinio, nam dum leges excludunt fraudem in repudiante, videntur excludere peccatum contra iustitiam, seù melius argumentor, quòd debitor renunciando non potest dici obligatus ex delicto per *d. l. fraudem* neque ex contractu ex quo est debitor, nam ex eo non tenetur acquirere vt probant *Salgad.* & cæteri, cùm non possit compelli ex vi contractæ obligationis ad adeundum, nec potest dici obligatus ex officio vt tutor pro minore, & prælatus pro Ecclesia, consequenter ex nullo capite videtur peccare contra conscientiam, conuenit quod verbum acquirere Philosophis est neglectum, auaris autem suaue Rebuff. *in l. alienationis verbum ff. de verb. signif.*

10 Ingeniosissimus Ep. Caramuel *in Theologia fundamentali super d. regul. l. non fraudantur nu. 1252.* proponit casum de Andrea Cantelmo fortissimo in Belgio milite, & Vrbis Brugensis gubernatore, qui omnia quæ vel à stipendio vel iusta contributione habere poterat dabat militibus, malens videre domi nudos muros, quàm inermes, & nudos milites, & vt Regi, & Deo seruiret, summas faciebat expensas, & ideò ære grauabatur alieno, cui Flandria defensori suo grati vigintim. florenorum obtulit ad delenda nomina, quæ in libris mercatorum erant, noluit acceptare Cantelmus, & quia aliunde non habebat quibus satisfacere posset, soluit morti generale debitum, potius quam speciale creditoribus, & cùm desuper fuerint varia Illustrium Theologorum placita, verum tamen

ge-

generosam hanc actionem in opinione omnium extitisse refert. Caramuel, & potuisse excusari per *d. l. non fraudantur*.

21 Illicitam autem, & peccaminosam esse huiuscemodi repudiationem, & contra iustitiam teneo, nec turbant obiectiones factæ, nàm admisso in renunciante non adesse fraudem, dùm fraus formaliter, & propriè fit in diminutione proprij patrimonij, vt definiunt fraudem d. l. non fraudantur, & alia iura, concedo ad hæc ex contractu præcedente non oriri obligationem ciuilem, & efficacem seù actionem ad astringendum debitorem ad adeundum, & acquirendum, sed quamuis non oriatur obligatio ciuilis, attamen oriri obligationem naturalem ex iure morali iustitiæ ex dictamine rationis, & æquitatis naturalis ad agnitionem prefatam ex illa sępius repetita ratione, vt quemadmodum teneatur debitor satisfacere, ità debeat adhibere media vera, & facilia, conducentia ad talem finem soluendi, & cùm hæreditas vel legatum relinquitur, de natura, & essentia sua postulat, & exigit agnitionem ad hoc vt quæratur, & exinde creditoribus, ita Suar. & idem P. Stephan. concludit tenendam opinionem pro creditoribus, & materialiter se habet quod quis soluat de bonis proprijs vel de acquisitis per aditionē, satis est quòd hoc sit medium verum, & facilius pro solutione æris alieni, quàm acquirendi per medium artis manualis vel lucrosi officij, & tandem Caramuel nihil certi firmat, sed casum decidendum proponit, & potuit existimari actio Cantelmi generosa, dum non accipiendo oblationem, indicabat ipse se militasse pro Deo, & pro Rege, & non mercede, cùm non omnia media sint capienda pro solutione debiti, non enim tenetur debitor se vendere nec artem cum dedecore exercere, ita Less. *de iustit. lib. 2. c. 16. num. 76.*

Confirmantur responsiones inter forum animæ, & externum distinguentes adductæ per Suar. Sanch. *& alios*, nàm in simili matrimonium patre inuito per filiam initum cum indigno valet, sed filia peccat iuxta ea quæ probant Paschal. *de patr. pot. p. 1. c. 5. num. 25. & ex Bellarmin.* & alijs de Marin. *lib. 2. resol. 133. nu. 8.* & in simili quando lęsio est citra dimidiam tunc emptori denegatur actio in foro externo, sed non permittitur d. læsio in foro Dei ita Lug. *vbi sup. disp. 27. nu. 10.* ad hæc tenetur debitor artem manualem exercere pro solutione debitorum, sed iudex non cogit vt Less. & Rebell. *vbi sup.* vlterius potest creditor vrgere debitorem veniente die pro solutione debiti in foro externo, sed quando non potest debitor soluere nisi cum magno damno, non tenetur, sed potest differre, ita Lug. *disp. 21. num. 10.* hinc etiam censeo peccare seruum non obedientem domino iubenti aditionem, & cùm nollet, de facto non de iure resisteret ita ex Bar. Bellon. *d. c. 43. num. 21.* Et simus in materia graui, & dominus, & iudex possunt cum rigore procedere.

12 Stringit quod in Curia Franciæ impetrantur litteræ Regiæ, in quibus exprimitur obuęntam esse hæreditatem Titio debitori, ac illum nollè acquirere, ne suis soluat creditoribus, vnde Rex concedit curatorem dari, qui hæreditatem adeat, & creditoribus soluat, quas litteras tamquam ęquas comprobandas dicit Rebuff. *vbi sup. vers.* aliquando, nàm quamuis omittens hæreditatem non comprehendatur in edicto quæ in fraudem creditorum, quasi nihil fecerit, sed solum omiserit tamen quia malitijs hominum obuiandum est potest illis Princeps obuiare, & concedere dictam prouisionem, quod in omnibus Curijs esse obseruandum iuxta dispositionem *d. l. 1. ff. de curat. bon. dand.* inquit Gratian. *discept. 132. num. 44.* & stante impotentia, & decoctione debitoris videtur plausibilis, & admissibilis instantia creditorum de curatore dando ad effectum præfatum adeundi.

Praxis litterarum Regiarum desumi potest ex eo, quod Princeps gubernator supremus solet ad ęquitatis naturalis regulas recurrere, & iuxta illas prouidere, prout in simili Princeps concedit inducias debitori impotenti ad soluendum *ex l. vniuersa C. de precib. Imper. offer.* R. Latr. *dec. 14.* Nàm debitor in foro conscientiæ cùm non potest soluere, potest differre solutionem ad tempus quo sine damno solutionem facere possit, & hoc de æquitate naturali ita Lug. *disp. 21. num. 11.* vbi adducit exemplum illius, qui à conseruo suo exigebat debitum 100. denariorum, & tenens suffocabat eum, nec dilationem commodæ solutionis rogatus concedere volebat, quando integram solutionem debitor promittebat, si paulisper expectaretur, dicens patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, & in foro humano ritè videbatur procedere creditor in exigendo debitum, in foro tamen Regis prudentissimi, qui Dei forum figurabat condemnatus est creditor vti nimis rigidus, & irrationabilis exactor, alia enim est lex externa, alia interna, ita Lug. *d. numer. 10.*

13 Peccat igitur debitor repudiando, imò dum hæreditas transit ad alium successorem, vel substitutum, si is induxit debitorem ad renunciandum consilio vel præcibus, particeps erit iniustæ actionis, & tenebitur ad restitutionem, sicut alij cooperantes, & ita pariter aduocatus vel amicus qui tale consilium dedit, Grat. *discept. 271. num. 24.* Lug. *disp. 20. num. 139.* vbi vlterius putat successorem teneri ex charitate antequam debitor repudiet monere illum, & procurare vt euitet periculum iniustæ repudiationis, qua propter videntur grauius peccare Doctores scribentes pro libertate repudiandi, inducentes alios ad consulendam renunciationem debitoribus.

14 Colligitur ex traditis quod obligans vel donans hæreditates deferendas non potest cogi per iudicem prout seruus vt malè censent Andreol. & alij, sed ratio fundamentalis est, quod vbi præcedit contractus vel materia obligans ad acquirendum, vt cùm in casu nostro quis promisit acquirere ad alterius vtilitatem, omninò tenetur vi præcedentis contractus acquirere, vt patet ex exemplis iurium quæ allegat Fab. in *§. 1. instit. de societ.* quem laudat D. meus *num. 32.* & Rot. Rom. in collectis per Rub. *in dec. 341. p. 4.* & cogitur donans vel obligans ad requisitionem donatarii aut creditoris adire ex Ulpian. *in l. idemque §. si cui ff. mand.* vbi qui tenetur cedere actionem mihi, debet facere quid quid ego volo, & mihi prodest Montan. *contr. 10. num. 10.* D. Hodiern. *contr. 7. num. 42.* P. D. Caiet. de Affict. *contr. 16. num. 43. & 18. per tot.* & tunc potest seruari praxis quæ contra hæredem grauatum ad postulationem fideicommissarij.

Beneuenetum si quis mihi obligat hæreditates deferendas cogetur vt supra dictum est agnoscere, & illud ius venit sub hypotheca iuxta naturam iuris adeundi inefficacis nisi adeatur hæreditas, & hypotheca erit inutilis ante aditionem, nam hypotheca non competit creditoribus non secuta aditione vt Rot. *vbi sup.* & dictum est *obs. 88.* dùm in illa decisione in specie hæreditatum deuoluendarum cùm successio esset delata donanti, quia tamen donans non adiuerat hæreditatem fuit exclusus donatarius, qui egerat hypothecaria, vndè agi debet pro aditione, cùm necesse sit vt cedens adeat hæreditatem quando sibi defertur hęreditas Soc. Sen. *cons. 183. lib. 2.* & quamuis Andreol. *contr. 310.* impugnet Montan. & D. Hodiern. ipse loquitur in donatione hæreditatis certæ personę, quæ non valet; ad præsens est sermo de generali donatione, & obligatione.

15 Virtute donationis hæreditatum deuoluendarum facto casu successionis nec potest fingi, & supponi hęreditas adita, eo modo quo supponitur adita cùm fit cessio post delationem hæreditatis, & quòd prima voluntas de tempore cessionis non præsumatur mutata, & conditio purificata per delationem retrotrahatur ad diem cessionis, vt malè putarunt Anna *cons. 45. num. 41.* & D. Staib. Senior. *in con. 81. n. 77.* quia aditio debet fieri post delatam hæreditatem tempore habili

ex Soc.

ex Soc. Senior. *cons.* 183. Mascard. *de probat. conclus.* 40. *num.* 3. & militat regula *l. quod ab initio, ff. de regul. iur.* vt actus, qui ab initio non valuit tractu temporis conualescere nequeat, vt fusè probat perspicacissimus P. de Afflict. *contr.* 17. *per tot.* & per tex. *in l. is potest ff de adq. her.* Surd. *con.* 463. *nu.* 9. & idem D. Caietan. *contr.* 18. *num.* 22. taxat Rouit. *in dec.* 85. vbi citra aditionem credentium seù Monasterij in quo professi erant cedentes adiudicata fuit hæreditas Marcello Crispano hæredi renunciatarij generalis omnium successionum deuoluendarum tempore quo vt supra probatum est, & ex *decis.* 89. D. mei necessaria est aditio credentium post delatam hæreditatem ad hoc vt aliquid quæratur renunciatio, neque potest habere locum retrotractio cùm inhabile sit extremum à quo nempè tempus donationis, cùm viuentis non sit hęreditas, & consequenter aditio illius.

Suboritur quæstio in decocto, an iste possit repudiare hæreditatem in præiudicium creditorum post iudicium concursus formatum pendens inter suos creditores. & Salg. *vbi sup. n.* 80. *& seq. &* Stracch. *de mercat. p.* 3 *de decoct. num.* 39. affirmant, sed D. Rocch. *de decoct. mercat. not.* 84. *&* 85. contrarium tenet, vt si delata sit ei hæreditas, non posit illam repudiare, nam dum bona administrantur per iudicem, & decoctus priuatus fuerit administratione, non habeat velle, neque nolle; consequenter deputati seu curatores patrimonij ipsius decocti mediante iudicis ordine poterunt adire, prout de hæreditate delata furioso infanti prodigo, & similibus traditur in *l. si infanti C. de iur. delib.*

17 Idem in legitima, quę obuenit decocto ab eius parentibus Bal. *in l. vnica C. de his qui ant. apert. tabul.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4 *gl.* 9. *p.* 5. *num.* 123. Marcicott. *var. lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 42. & decisum per S.C. refert Rocch. *de respons.* 83 *num.* 13. *& d. notab.* 84. Sed citra concursum posse filium repudiare legitimam tenent Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 29 *num.* 20. & iudicatum refert in S.C. Mesa *d. c.* 41. *n.* 25. *&* Thor. *ver. renunciatio, seu repudiatio legitima p.* 3. quidquid in acceptatione oneris legitimæ in preiudicium creditorum vt non possit fieri determinatum refert Carleual. *n.* 28. & hoc si creditores contraxissent ante approbationem testamenti ita Gizz. *obs.* 34 *num.* 17.

18 Indagatur, num admittatur repudiatio in præiudicium fisci, & assertiuè tenent plures quos refert, & sequitur Gratian. *vbi sup. n.* 22. D Prat. *obs.* 15. *à num.* 13. per tex. *in l. cũ quidam ff. de iur. fisci*, vbi cùm quidam reus capitis emancipasset filium vt hęreditatem adiret, rescriptum est non videri in fraudem fisci factum, Salg. *vbi sup. n.* 8. Osuald ad Donell. *lib.* 23 *c. vlt.* Castill. *dict. c.* 112. *num.* 43. Guazzin. *de confiscat conclus.* 13. *limit.* 25. *num.* 8. Caten. *resol.* 202. Meis. in *de confiscat. q.* 36. *num.* 14.

Partes fisci quamplures tuentur ex priuilegio speciali vt & si solum eius debitor non acquirat, adhuc fisco fieri fraus videatur *l. in fraudem ff. de iur. fisc. allegata hic n.* 11 *ibidemque iuris est, & si non quaratur, æque in omnibus fraus punitur*, ita Bart. Alber. *& alij*, & glos. *in l. defensionis facultas C. de iur. fisc. lib.* 11. Cuiac. *obs.* 8 *lib.* 1. Anneus Robert. *lib.* 2. *rer. iudic. c.* 12. Ant. *cons.* 76 *num.* 6. Larr. *dec. Granat.* 55. *à num.* 4. qui *nu.* 29. respondet ad tex. *in d. l. cum quidam*, quod ibi hæreditas fuit relicta filio, qui si adire nollet nullum ius considerabatur in patre; secus fuisset si hæreditas relicta esset patri, & quamuis Larream improbet Salgad. *p.* 2. *c.* 14. *nu.* 125. nihilominus in Regno nostro verior videtur opinio pro fisco, ita Gizz. *d. obs.* 8. vbi ait id esse absolutum per *c. Regni incip emergentium sub tit. de toil. caus. de bon. dat. pro honor. vit. duc.* & ita refert seruari addo Farin. *de falsit. & simul. q.* 124. *num.* 87. Rocch *respon* 83. *Prouenzal. n.* 10. *& seq.* ad amplexandam hanc opinionem cogit me *tex. in d. l. cum quidam* vbi fraus fit in non acquirendo, & non loquitur de remissione iuris quæsiti ex contractu vt perperam respondent contradicentes.

Ius adeundi quando transeat ad fiscum tractant plenè Mesa *vbi sup. c.* 42. Bellon. *c.* 7. *q.* 46. *nu.* 52. qui affirmant de transmissione ex capite suitatis, & iuris deliberandi in qua dissidet Noal. *de transmis. c.* 7. *nu.* 152. ea ratione, quia ius deliberandi fit introductum vt testator habeat hæredem, & non succedat fiscus ex *l. cum in antiquioribus C. de iur. delib.* & ius deliberandi trãseat per mortem naturalem, & non ciuilem; Et quod ius adeundi etiam transeat quando bannitus potest impune occidi prout foriudicatus in Regno nostro firmat Guazz. *de confiscat. conclus.* 13 *limit.* 25 *n.* 38. sed eum impugnat Massin. *vbi sup. num.* 22. siuè agatur de successione ex testamento, siue ab intestato ex Farin. *con.* 128.

19 Extenditur opinio ad dotem, vt in præiudicium dotis non posit fieri repudiatio arguendo à fisco ad dotem, vt in puncto Ann. *num.* 6. Giurb. *ad consuet.* Messan. *c.* 5. *gl.* 7. *p.* 1. *nu.* 15. Perege. *de iur. fisc. lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 10. Andreol. *cont.* 175. *nu.* 7. & pro dote iudicandum videtur impensiùs dum *text. in d. l. qui autem* est exorbitans.

In terminis piæ causæ Rocch. *vbi sup. nu.* 30 tradit non posse cogi aliquem ad acquirendum nec fauore piæ causæ ex Abb. *in c. ex transmissa de decim.* qui tradit non teneri aliquem adquirere vt soluat decimam, sed hęc ratio non concludit, nàm decimam Deus mandat solui de quæsitis, & adhuc tenendum videatur valere argumentum de fisco ad Ecclesiam, vt ex *l. fin. C. de sacros. Eccles.* firmant *glos. in cap.* 2. *de iure iur.* Genuens. *pract.* 9. 174. Gratian. *discept.* 377. & validior quidem Ecclesiæ quam fisci existit fauor, dum contra fiscum in dubio iudicandum *l. non puto, ff. de iur. fisc.* pro Ecclesia autem secùs est *l. sunt persona. ff de relig. & sumpt. fun.* in omnibus argumentum an valeat videndus Gratian. *discept.* 601.

20 Repudiatio debitoris simulata non admittitur vt si esset in possessione post renunciationem renuncians concurrant sanguinis coniunctio in successore repudiantis vt si hæreditas perueniat ad vxorem vel filium *l. lata alias data Cod. de donat. int. vir.* & existentia causæ simulandi ad vitandum executiones creditorum ita post alios Salgad. *num.* 131. Larrea *num.* 10. qui laudat text. in *l. filia mea ff. sol. matrim.* vbi pater dederat dotem filię emancipatæ ea lege vt si stante matrimonio moreretur, ad se reuerti oporteret, modò filia diuortium fecerat à marito ne moreretur stante matrimonio, & tamen censet I. C. patrem dotem habiturum quia diuortium quod alias facile non præsumitur in matrimonio, videtur factum in fraudem patris, sed ego ad simulationem putarem necessarium possessionis in repudiante requisitum post renunciationem, aliàs secus per tex. in *l. si sponsus §. maritus heres, ff. de donat. int. vir. & vxor.* vbi valet repudiatio mariti quando vxor acquirit id quod repediatũ est à viro vt quia fuit substituta, & per text. *in l. si sponsus §. maritus heres, ff. de donat. int. vir. & vxor.* vbi valet repudiatio mariti quando vxor adquirit id quod repudiatum est à viro, vt quia fuit substituta, & per tex. *in l. patrem, ff. ad Trebell.* vbi pater potest restituere hæreditatem filio substituto, quamuis posset replicari in dictis iuribus non decidi casum in quo concurrat inopia donantis, & coniectura simulationis, cùm in necessitatibus, nemo liberalis existat stante coniunctione sanguinis, & confidentię in filio vel vxore prout habui in facto hęreditatis delatæ patri, & sorori, & pater cùm esset tutus a carceratione, vti septuagenarius ære alieno grauatus repudiauit portionem hæreditatis filij ad se spectantem, ad hoc vt filia esset hęres in tota hæreditate fratris in præiudicium creditorum ipsius patris repudiantis, attamen elidi posset hæc simulationis coniectura ex eo quod cum debitor si acceptaret hæreditatem spoliandus esset à creditoribus, & deinde habere deberet alimenta à filio de proprio, ad compensandum damnum alimentorum potest renunciare, hæreditatem deueniri facere

cere ad filium, vt quandoq; excusari potest renuncians vt in articulo sequenti.

21 Citra culpam vtrum fiat repudiatio, quando Titius impotens ad soluendum creditoribus hæreditatem sibi ex testamento delatam repudiat, vt ad hæredes ab intestato deueniat, à quibus deinde clam ob istam repudiationem accipiat certam pecuniæ summam, cuius ope familiam suam honestè sustentabit, & assertiuè resolutum fuit *in decis. 1. cap. 1. cas. Bonon.* Ea ratione quia & si debitor teneatur adhibere media ad finem satisfaciendi, non tamen tenetur assumere illa, quæ sunt videlicet difficilia, quibus captis vitam suam sit diffi ulter sustentaturus, vel ipse à statu suo iustè acquisito casurus *Nauar. in sua summa. cap. 19. num. 26* hinc non tenetur se vendere in necessitatibus *ex Less. vbi sup. num. 25.* cùm igitur hæreditatis aditio tunc sit medium valdè graue, nàm creditores statim eum spoliabunt, & consequenter ipse nec se nec suam familiam decenter amplius sit sustentaturus, infertur ipsum non teneri adire, & proindè repudiationem tali modo & fine factam valere, vt acquirat certam quantitatem ad sui sueque familię sustentationem & id colligitur ex Filliucc. *tract. 32. c. 5. q. 3. num. 134.* vbi quamuis debitor ad finem satisfaciendi creditoribus teneatur adire hæreditatem, limitat si adeundo præiudicat filijs vel parentibus qui ob id non habeant congruentia statui suo Bonacin. *d. num. 37.* & si creditor esset in æquali necessitate, strictius obligare pręceptum pietatis vti antiquius, & naturale, quàm iustitiæ quod est morale *ex* Azor. & Vasq. fuse Dian. *p. 11. tract. 2. resol. 32.* hinc immerito Recchus *vbi sup.* damnat rigide pertinaciam Doctoris in non interessendo in Collegio & de amissione munusculorum ne solueret creditoribus quando isti denegabant alimenta, quæ poterat Doctor retinere ex Less. *d. num. 25.*

22 Sub pullulat dubitatio in hærede debitoris, an ille in præiudicium creditorum defuncti possit legatum recusare, & Cuman. & alij *in d. l. qui autem* negant per text. *in liberto ff. de bon. libert.* Cyriac. *contr. 47. nu. 9.* Merlin. *de pignor vbi sup. num. 10. Larr. num. 9.* Suar. *vbi sup. &* Marta *de succes. num. 32.* ex quo mens defuncti fit vt soluantur debita, & cùm decessferit non declarato animo præsumitur agnoscere Soc. *con. 109. vol. 3.* Couar. *in c.* Raynaldus *§. 3. num. 10. de testam. per text. in l. si fundum sub conditione. §. 3. ff Titius ff. testam.* vbi si Titius cui Sticus legatus fuerat antequam sciat ad se legatum pertinere decesserit, & eundem Seio legauerit, & hęres Titij legatum non repudiauerit, Stichum Seius vendicabit bene verum Couar. existimat in eo casu compellendum esse hæredem ad acceptandum legatum.

Contradicit verumtamen Gizz. *d. obs. 8. d. num. 18.* in intellectu *text. in d. l. liberto* quod ibi valet repudiatio legati facta per hæredem liberti sed legatum computetur in patrimonio defuncti liberti ad fauorem patroni, cui competit dimidia in bonis libertis morientis absque filijs, si libertus haberet in bonis vltra centum; alioquin nihil habebat, modo in *d. l. liberto* imputatum fuit legatum ducatorum quinquaginta relictum liberto qui habebat in bonis octuaginta ad hoc vt haberet medietatem patronus in bonis libertis, cùm patrimonium cum legato excederet tempore mortis ducatos centum ità ex Socin. *Ias & alijs Gizz. d. numer. 18.*

Ego iuxtà mei ingenij modicitatem assero primam opinionem magis receptam & veriorem vt probant Castill. *num. 47. Soc. iun. cons. 109. lib. 3.* Pianucc. *de lucro dotis glos. 8. nu. 1.* Gratian. *discept. 132. num. 43.* vbi veriorem dicit, & quòd hæres filij non possit repudiare legitimam in fraudem creditorum filij tenent Menoch. *cons. 1221. num. 32.* Cancer. *var. lib. 1. c. 3. num. 4.* Andreol. *contr. 175. num. 10.*

Acrior concertatio est, an hæres debitoris possit repudiare ad sui commodum licet ad incommodum creditorum defuncti, vt quia substitutus esset defuncto vel successurus in casu voluntatis, & repudiationis eiusdem defuncti & affirmant Alex. *cons. 113. vol. 3.* Surd. *cons. 300.* Couar. *vbi sup. per text. in l. si mihi & tibi & ibi glos.* & Dyn. *ff. de leg. 1.* vbi habetur quòd si legatum vnius fundi est relictum mihi & Titio, & is ante agnitionem d. legati decesserit me relicto hærede est in potestate mea repudiare, & repudiatione facere hæreditatem suam minorem, & suffragatur regula, quòd non dicitur quis facere in fraudem, quoties vtitur iure suo quamuis ad incommodum alterius *l. fluminum §. itemque ff. de damno infect.* & Alex. vbi sup. respondet ad text. *in d. l. liberto* quòd ibi hæres liberti non repudiet ad commodum proprium ex eo, quod cum patrono pro legitima in bonis liberti competat tertia pars, adhuc hæres liberti semper habeat octuaginta integra. Sed in hoc videtur decipi Alex. nam de iure digestorum erat dimidia legitima patroni *l. si patronus §. 1. ff. de iure. patron. glos. in d. l. liberto*, propterea hæres liberti non habuit nisi sexaginta, vnde Addens explodit Alex. & allucinatum tradit, & ipse contrarium verius probat ex Bar. Raph. Cum. & alijs cum quibus ipse conuenio, quid quid inuoluat Couar. *vbi sup.* depugnando contra Addentem qui respondet ad *d. l. si mihi & tibi* quòd ibi non agatur de præiudicio alieno aut damno creditorum, consonat quòd cùm legatarius decedendo censeatur alio non declarato agnoscere legatum & mandasse solui creditoribus ad exonerationem suæ conscientiæ, non est quòd possit agi ampliùs de repudiatione, & facit quòd iste hæres debuisset procurare commodum creditorum defuncti, & monere illum si sciuisset in vita quando vellet repudiare legatum vt firmat Card. Lug. *d. disp. 20. num. 139.* & ita teneo quidquid velit Noal. *de transmiss. cas. 2. num. 27.*

24 Successiuè quæritur an frater possit ad virilem vocare sororem in fraudem creditorum & de Pont. *cons. 74. num. 10.* Prouenzal. *num. 8.* D. Hodiern. ad Surd. *dec. 140. num. 10.* Tenent quòd sic, Beneuerum Bocttiler. *de succes. tit. de exclus. par ag. & mascul. theor. 4. num. 10.* Contrarium tenet quia frater adit hæreditatem, & eam non repudiat, & conducunt ea quæ tradita sunt de acceptatione oneris in legitima, in fraudem creditorum non admittenda: ipse distinguo duos casus primus; est quando frater masculiaret sororem, vt quia requisitus nollet dare dotem, & hoc casu frater non potest amplius dimitere, & non tractatur de iure quærendo, alius casus est quando frater nolet vti beneficio statuti quod est in Regno ad beneficium masculorum excludentium fœminas, & tunc prima sententia videtur satis probabilis, dum quis potest renunciare beneficio statuti in pręiudicium creditorum vt dicetur infra in quæstione an maritus possit renunciare lucro dotis prouenienti ex statuto in damnum creditorum, & conuenit quod quis renunciat trebellianicæ in fraudem creditorum *l. debitorem. ff. quæ in fraud. credit.* & tamen hæres deducit trebellianicam ex eo quòd adiuit hæreditatem, & ius trebellianicæ est quasi annexum cum iure quæsito.

25 Debitor cùm possit in foro externo præiudicare creditoribus in quærendis *ex d. l. qui autem* hinc corrolarium infert. D. CAPONVS *in tract. de pact. c. 6. nu. 54* quòd possit debitor habens creditorem anteriorem pacisci cum posteriore creditore vt præferatur in acquirendis ipse posterior, & laudat tex. *in l. patrem. & l. debitorē, ff. quæ in fraud. credit.* Castil. *d. c. 112. n. 41.* Molin. *de tit. nupt. l. 3. c. 49.* Sed in hoc bona venia D. CAP. singularis est, nec iura aut autoritates allegatę stant pro secundo debitore, nàm dictę leges loquuntur de remissione falcidiæ, & trebellianicę, & de restitutione fideicommissi, & Doctores citati firmant posse debitorem pręiudicare creditoribus in acquirendis quatenus possit nō acquirere, sed repudiare in creditorum pręiudicium ex d. l. qui autem, sed non loquuntur quòd possit pręiudicare in quęsitis post secundam obligationem, in istis enim præfertur anterior per tex. *in l.*

in l. fin. Cod. qui potior. cùm futura bona veniant in generali hypotheca, & debitor ad voluntatem suam non potest facere vnum potiorem alio, cùm omnibus debeat ratione eiusdem virtutis institiæ, & debitorum pactionibus anteriorum creditorum iura mutari nequeant, & cùm per primam hypothecam iam fuerit ius quæsitum anteriori, hoc ius sine consensu suo tolli non potest, ita in puncto Mantic. *de tac. lib. 11. tit. 4. nu.* 8. Moisel. *super consuet. Neap. tom.* 3. *p.* 15. *q.* 6. *n.* 10. Nec aduersatur *dec.* 97. D. mei nam ibi est casus diuersus de mutuante cum pacto vt preferatur anterioribus in reemenda pecunia ab ipso mutuata.

26 Renunciatio hæreditatis alia est absoluta, altera in gratiam alterius, difficultas est, an cum fit posteriori modo præiudicetur creditoribus vel potius competat hypotheca contra cessionarium hæreditatis, & videtur dicendum quòd præiudicet cessio, nam quamuis hæres cedendo hæreditatem censeatur prius adire, & acquirere, nihilominus acquisitio illa est momentanea, & nullius considerationis, nec fit ad acquirendum, sed ad renunciandum, ita vt nec teneatur creditoribus, vt post Paul. de Castr. Crauett. *cons.* 20. & in puncto ita sensit Mart. *d. q.* 14. *num.* 30. *&* 33. Scac. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 2. *num* 290. Massin. *vbi sup. n.* 146.

Verùm ego contrarium teneo, quòd renunciatio hæreditatis in gratiam alterius qui non est successurus non valeat in præiudicium creditorum, quia renuncians tunc aliquid transfert, & nõ fit mera repudiatio, ita Suar. *d. dub.* 6. & decisum testatur D. meus in fine, & firmat *in dec.* 32. *nu.* 10. reiecto Crauett. & alijs prout scripsi *obs.* 14. & fundat latè P. D. Caietan *contr.* 17. *n.* 7. vbi ampliat etiam si cedens protestetur se nolle hæreditatem adire, & in hoc casu iura, & bona hæreditaria per cessionem translata transeunt in cessionarium hæreditatis, affecta creditoribus cedentis vt eleganter P. de A ft ct. *contr.* 18. *num.* 26. *& seq. ex l. alienatio ff. de contrah. empt.* Ann. *cons* 43. *num.* 38.

Absoluta renunciatio valet in præiudicium creditorum, & dicitur absoluta, cùm fit ei qui proximè successurus est etiam aliquo habito vel retento, & creditores tunc habebunt ius in partem habitam, & non in reliquam partem repudiatam, ita Suar. & conferunt tradita *obser.* 14.

27 Excitat quæstionem D. meus *nu.* 5. an maritus possit repudiare lucrum dotis ex statu o delatum, & affirmãt Dec. *cons.* 260. Paris. *cons.* 127. Giurb *vbi sup. §.* 1. *n.* 11. Gratian. *decis.* 132. *num.* 1. Massin. *n.* 72. qui ampliant etiam si repudiatio facta esset post mortem vxoris, & Massinus extẽdit etiam si maritus possedisset post mortem vxoris bona dotalia, quo casu contrarium videtur dicendum vt censeatur mutata causa possessionis, cùm sit vtilius possidere ex titulo d. lucri dotalis & vtilis sit mutatio causæ possessionis ex Grat. *discept.* 754.

Nec negotium facessit quod DD. moti sunt ex Dec. *in d. cons.* 261. cuius opinio recipitur, cùm statutum subsequeretur matrimonium, secus autem vbi præcederet, nam tunc lucrum dotis ex statuto præcedente contractum matrimonij, non ex statuto, sed ex contractu debebitur, & maritus non poterit illud in præiudicium creditorum renunciare, tamquam ius sibi plenè acquisitum, & malè consuluisse D. cium tradit Addit. quem per glos. *in l. si donaturus §. si verò vers. dumtaxat ff. de condit. caus. dat.* refert. & sequitur D. Hodierna *ad l. hac edictali q.* 35. *num.* 30. *& seq.* cùm semper partes præsumantur contraxisse iuxta formam iuris municipalis, & statuti de lucro dotis, quod tacitè inest, Mantic. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 4. Rota *dec.* 520. *p.* 6. *recent.* quia respondetur falsam esse traditionem Molinei vt expressè illam improbat Caren. *resolut.* 202. vbi quòd nihil sit facienda Authoritas damnati nominis, & sub hypotheca generali non compræhendi illud ius ad lucrum, dotale ex Paris. *cons.* 28. *lib.* 1. quod dictum canonizant Gratian. *dec.* 17. Pacifi. *de Saluian. interd. inspect.* 3. *cap* 2. *num.* 35. & ad hoc vt lucrum dotale nõ possit repudiari tamquam deductum in pactum requiritur tale pactum fuisse expressè interpositum; aliàs partes referri tacitè intelliguntur iuxta qualitates statuti relati, quòd quid inducens ad fauorem alicuius tacitam habet conditionem si ei placuerit. Sanch. *lib.* 9. *matr. disp.* 2. *num.* 11. Valas. *dec.* 114. Giurb. *vbi sup. c.* 5. Glos. *d. §.* 1. *num.* 145. ita arguit Surd. *con.* 407. *num.* 44. probatur fusè Massin. *n.* 136. & quamuis Molin. *d. rit. nupt. lib.* 3. *c.* 49. ostendere nititur maritum posse renũciare pacto de lucro dotis in præiudicium creditorum, ego hanc opinionem refuto, & docet Caren. vbi supra, nam tale pactum cùm expressè est interpositum non potest repudiari, & vti agnitum, aliàs secus si nõ sit expressè interpositum, vt ex Cauagnol. Massin. *d. nu.* 130. & ius quæsitum semper requirit factum hominis, per quod quæritur illud ius, nam dum defertur à lege sapit ius quærendum, & est potiùs facultas quàm ius, nec considerandum est in bonis nostris, Mart. *de succes. p.* 4. *q.* 4. *art.* 1. *num.* 5.

28 Affinis est quæstio, an donatarius seu renunciatarius hæreditatum deuoluendarum possit conditione pendente dimittere illud ius conditionale cedenti in præiudicium creditorum, & resolutiuè dico quòd non, ratio est quia hoc ius competit ex contractu, & ideo dicitur esse in bonis, & patrimonio eius ad quem spectat, vt ad præiudicium creditorum dimitti nequeat per tex. *in §. ex conditionali inst. de verb. oblig.* Peregr. *de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *nu.* 40. Gratian. *discep.* 132. *n.* 17. D. Hodiern. *ad d. l. hac edictali q.* 35. *n.* 3. R. Latr. *dec.* 34. vbi testatur decisum P. de A ffl ct. *d. contr.* 18. *n.* 23. *&* 25. confirmatur nam est ius agnitum, & acceptatum, & maximè ex contractu, vnde non potest amplius tractari de terminis *d. l. qui autem*, & concordantibus loquentibus de Iure ex lege delato sub conditione tacita si acceptetur, & iure acceptando.

Scio beneuerum insurgere aduersus hanc opinionẽ D. Altimarum, I. C. Neapolitanum doctissimum, & nemini secundum, in *obs.* 85. *ad decis. Rouit.* vbi contrarium autumat, ex eo quod licet iura & actiones subiaceant consuetudini Neapolis in specie successionũ, nihilominus dictum ius conditionale non subiacere consuetudini, vt decisum testatur Rouitus *in decis.* 85. cùm non sit ius perfectum in exercitium deductum, & quia P. Afflict. non minus solidè quàm acutè Rouitum impugnat, ratione motus, nàm consuetudo est vniuersalis loquens de successione generali & iura omnia pariter & actiones subiacent consuetudini, & huiusmodi ius conditionale ex contractu quæsitum transeat ad hæredes tamquam non sit mera facultas, nec possit in præiudicium creditorum repudiari vt probatum est, propterea D. Altimare defendendo Rouitum & confutat opinionem P. Afflicti & reuocat *in dubium d. dec.* R. Latr. *quia d. ius* conditionale est ius incertum & non perfectè quæsitum nec subiacet consuetudini Neapolis iuxtà Rouitum, & an debeat & possit dimitti d. ius in præiudicium creditorum. Prædictis autem obiectionibus facilè occurritur, negando quod ratione incertitudinis & ex eo quod ius non possit deduci in exercicium ideò possit illud dimitti in damnum creditorum, vel non subiaceat consuetudini Neapolis, nàm sufficit quòd sit ius in spe quæsitum ex contracto agnitum & acceptatum, prout est ius conditionale ex contractu de quo loquitur text. *d. §. ex conditionali* vbi non est ius certum nec in exercitium deductum, & nihilominus est in bonis nostris & ad hæredes cum successione transit ad differentiam iuris quod oritur ex vltima voluntate, & ideò inconcussa manet decisio R. Latr. & conclusio P. Afflicti cum suis instantijs satis dubitabilem Rouiti decisionem relinquentis.

In comprobationem huius assertionis adducetur textus *in l. in fraudem ff qui, & à quibus inef. ibi: in fraudem creditoris manumittetur, liberque esse prohibetur siue dies pecuniæ soluendæ iam cessit, siue in diem, vel sub conditione sit debitum:* & text. *in l. credit. ff. de verb. signif.* ibi: *nam creditores accipiendos esse constat eos quibus debetur, siue purè, siue in diem, vel sub conditione:*

dictione: & faciunt *tex. in l.fin.§.sed quia nostra Maiestas, & §. sin autem C. commun. de legat.* Ex quibus habetur nihil interesse an adimatur ius in se vel ad rem, & in bonis creditoris, dicitur tàm creditum certum, quàm sub conditione, & vtrumque esse creditum, & in comprobationem *decis.* 34. R. Latri Addo *Olea de Cess.Iur.tit.* 2.*q.*3.*num.* 31.& 33. vbi non poteris pater remittere in præiudicium creditorum pactum reuersiuum dotis filiæ in ipsius patris beneficium appositum etiam conditione pendente, & quòd filius possit renunciare legitimæ, & supplemento etiam in præiudicium creditorum probat *Olea num.* 22. sed non sine peccato, in foro tamen animæ etiam distinguunt DD. inter creditores ex causa onerosa, & lucratiua, nam in primo violatur iustitia commutatiua in secundo casu violari tradunt virtutem fidelitatis, & ex ea non oriri obligationem restituendi.

SVMMARIVM.

1 *Bona Neapolitanorum, ex priuilegio fidelissimæ ciuitatis Neapolis concesso, ex quouis crimine non publicantur, nisi in crimine heresis, & lesæ maiestatis.*

2 *Matrimonium non dissoluitur, quauis pœna quis condemnetur.*

3 *Deportati patris filij post deportationem nati, in eius bonis portionem habent.*

4 *Filius proximus patri agnatus est.*

5 *Filio vt acquiratur portio bonorum banniti, quæ fisco per dictum priuilegium Neapolitanis concessum ablata est necessariam cognitionem exigit, vel ipso iure transibit, & num. 23.*

6 *Tempus acquisitionis, non delationis hereditatis, inspicitur.*

7 *Hereditas, aliud est, quod sit delata, aliud quod sit agnita.*

8 *Forijudicatus, & damnatus, ex Regni Constit. æquiparantur.*

9 *Filius, vt bona patris forijudicati consequatur, debet ante damnationem esse conceptus, & numero 12.*

10 *Bannitus, cum clausula, quòd pro mortuo habeatur, ex quo ex tunc habetur pro mortuo, eius proximiores, eo tempore vocantur.*

11 *Authen. bona damnatorum, C. de bon. proscript. intellectus.*

13 *Constitutionib. Regni, si quando, & grandis vtilitas, per priuilegium prædictum Neapolitanis concessum, non est derogatum.*

14 *Foryudicationis sententia lata stante dicto priuilegio Neapolitanis concesso, an bona, viuo adhuc naturaliter ipso foryudicato, remaneant penes eum, vel ipsorum dominium statim transferatur in liberos, vel parentes vocatos per constitutiones Regni, & ius commune, & num. 17.*

15 *Ratio petitionis, declarat ipsam petitionem.*

16 *Causa non expressa in secunda petitione, eadem præsumitur, quæ fuit in prima.*

18 *Contumacis odio referuntur.*

19 *Foryudicato crediti exactio prohibetur, ne instructior fiat ad fugam.*

20 *Foryudicatis denegantur alimenta ex bonis, per ius commune, & constitut. Regni, filijs reseruatis.*

21 *Constitutiones Regni sunt ius commune in Regno.*

22 *Bona foryudicati transeunt in filios natos, vel conceptos ante deportationem, & parentes eius si supererunt tempore foryudicationis, & ipsis deficientib. in collaterales semper ipso iure.*

24 *Concepti post deportationem, numquid admittantur, contra Bart. latè disputatur.*

25 *Matrimonio contracto per foryudicatum, post sententiam forijudicationis ius quæsitum agnatis non tollitur.*

26 *Confiscatio bonorum venit in consequentiam delicti.*

27 *Filij nati, & concepti post deportationem, sunt incapaces, & videntur nati ex nouo homine.*

28 *Proximior, vt quis sit, quod tempus inspiciatur, vt admittatur ad successionem.*

29 *Agnati patientes forijudicatos de facto bona retinere, sibi non præiudicant.*

30 *Dominium per agnatos, vt amittatur, quæ requiruntur.*

31 *Serui pœnæ hæredem non habent.*

32 *Feudalium bonorum Dominium non abdicatur à Dominis, sine assensu.*

DECISIO CIL.

Bona forijudicati mortui ad nepotes, an & filios transeant vel non?

1 BOna † Neapolitanorum, ex priuilegio fidelissimæ Ciuitatis Neapolis concesso, ex quouis crimine non publicantur, nisi in crimine hæresis, & læsæ maiestatis, quod priuilegium est in viridi obseruantia, vt etiam dicit Afflict. *in const. Reg. Adulterinam. 2. not. in fine.* Accidit, quòd commisso homicidio per Scipionem, & Colutium Coppulam, elapso anni circulo, ijsque non comparentibus, & citatis ad forijudicandum, fuerunt tandem per sententiam Magnæ Curiæ, virtute Constitut. Regni, forijudicati, id est, ad mortem condemnati, ita vt ab omnibus possint impune occidi. Deinde, post sententiam prædictam, naturaliter vixerunt per multos annos, & mortuo Scipione sine filijs, superstite Colutio eius fratre, qui omnia bona sua; & fratris possedit vsque ad eius mortem, etiam mediante persona Magnifici Ioannis Andreæ Coppulæ eius patrui, & procuratoris, tandem mortuus fuit Colutius naturaliter, superstitibus liberis, conceptis tamen, & natis post sententiam prædictam forijudicationis, concurrunt nunc ad petitionem bonorum prædictorum, prædicti eius filij, contra quos virtute prædicti priuilegij non dubitaretur. si nati, vel concepti essent ante sententiam forijudicationis, concurrunt etiam magnifica, & Reuerenda Beatrix Coppula, monialis in monasterio Sanctæ Claræ, quod est capax in communi, ac Magnif. Cornelia Coppula, sorores vtrinque coniunctæ prædicti Colutij, & nouissimè Magnificus Ioan. Andreas, patruus prædictorum, qui saltem prętendit successionem in feudalibus, exclusis filijs prędictis natis, & conceptis, vt supra, ac exclusa moniali, tanquam incapace feudorum. & Cornelia, ex capite amplissimę renunciationis factę fratribus, tempore dotationis, fuit igitur in Sacro Consilio (me referente) excitatum, quis ex prædictis ad bona ista admittendus sit?

Pro filijs dicebatur, quòd sublata publicatione bonorum per priuilegium prędictum bona penes patrem remanebant, cui quando moritur naturaliter, ipsi tanquam filij succedunt, & succedere debent cæteris exclusis, tanquam remotioribus. *l. cum ratio. ff. de bon.*
2 *damna.* quod etiam confirmabatur, † quia hodie, quauis pœna quis condemnatus sit, matrimonia non dissoluuntur, *authen. sed hodie, Cod. de donatio. inter virum, & vxor. Gloss. l. 1. Cod. de repud.* ex qua ratione dicebat Bart. *in l. 1. columu. fin. vers. quid*
3 *de filijs quæsitis. ff. de bon damn,* † hodie debere habere portionem in bonis patris, filios superuenientes post deportationem, saltem ex dispositione. *l. si vnquam. C. de reuoc. donatio.* & fauore liberorum, *l. penult. §. si plures. ff. de bonis damna.* & opinionem Bartol. sequitur Curt. senior *in cons. 1.* & Nellus *in tract. de bannitis, in 2. p. 3. temporis, in versicul. 10. pono.* Ripa *in l. ex facto, §, ex facto, in principio, ff. ad Trebellian.*

Se-

Secundò, dicebatur, quòd & si bona penès patrem non remansissent, nihilominus ipsi succedere debent, tàm ex dispositione authenticæ, bona damnatorum, quàm ex dispositione Const. tutio Regni, forijudicatorum bona, quibus iuribus prouisum est bona ad filios deuenire debere, licet iure Constitutio. Regni, in partem admitteretur fiscus, quod per prædict am priuilegium sublatum est.

Tertiò dicebatur, quòd quamuis tempore latæ sententię forijudicationis, ipsi filij non adessent in rerum natura, & bona forijudicati debuissent deuenire ad agnatos, ex quo forijudicati pro mortuis habentur, quia prædicta bona agnati non acceptauerunt, nec eorum possessionem adepti fuerunt tempore forijudicationis, nunc, quòd naturaliter moritur, & concurrunt agnati ad bona ista, cũ filijs, filij tamquam agnati pro-
4 ximiores admittendi sunt, † filius enim patri proximus agnatus est. *l. filius. ff. de suis. & legit.* eo etiam ma-
5 gis, † quia respectu portionis, fisco reseruatę per Regni Constitut. quæ ex priuilegio prædicto sublata est, vt fisco acquiratur, necessaria est agnitio, secundùm gl. vbi Cagn. & Mainer. *in regula, ea sola ff de regul. iur.* & Paul. de Castr. *in l. eius. §. cui, col. 1. vers. quid si sunt lucrosa. ff. de testamen.* In casu de quo agitur, ex parte horum filiorum dicebatur, quòd non modò hæc bona non erant agnita, sed permiserunt sorores, & patruus bona possideri per eosdem forijudicatos, vsque ad tempus mortis naturalis, quo tempore aderant hi filij, qui ex prædictis non excluduntur, quamuis sint postea concepti, ergo illis, tamquam proximioribus hæc
6 bona competunt: tempus enim acquisitionis, non delationis inspicitur. *l. si alienum. §. in extraneis. ff. de*
7 *hær. instit.* † & aliud est, quòd hæreditas sit delata; aliud quòd sit agnita. Bald. *in l. 1. column. 3. C. qui admitti*, pulchrè Decius *in consil. 442. 3. col.*

Ex aduerso dicebatur, hos filios non esse admitten-
8 dos, ex quo ad hoc, vt bona patris damnati, † cui Regni Cõstitutio æquiparat forijudicatum, deueniant ad
9 filios, † oportet, ipsos filios saltem esse conceptos ante forijudicationem, de hoc videtur esse tex. *in l. prima §. 1. de bonis damnatorum*, vbi Iurisconsul. inquit, quòd in portione, filijs reseruata, ob damnationẽ patris succedent etiam ij, qui post damnationem nati fuerint dummodò sint antea concepti, requirit ergo ille tex. quòd sint saltem cõcepti filij ante damnationem, quia si voluisset dare portionem etiam ijs, qui nati, & concepti post damnationem fuissent, frustra Iurisconsultus laborasset in prouidendo filijs conceptis ante, & natis postea, ad idem est text *in l. final. de bonis damnato.* & ibi Bald. ita declarat illum textum, ad idem textus in dicta authen. bona damnatorum, dum restringit se ad superstites, & postea prouidet in beneficium fisci, quando nemo superesset ex vocatis per authent prædictam, maximè, quia vt Alexand. dicit *in consil. 23. prima con-*
10 *sideratione, versic. & primo vol.* † quando quis est bannitus cum clausula, quòd pro mortuo habeatur, vt est casus noster, ex quo ex tunc habetur pro mortuo, eius proximiores eo tempore vocantur. Nec dicatur illam authenticam non posse loqui, nisi de superstitibus simpliciter, nõ facta prædicta distinctione, quia post damnationem ad mortem, & exequutionem sententiæ,
11 quæ præsupponenda erit filij procreari non possunt, † cum ille tex. secundùm Bald. *in l. praceden. & etiam ibi in tertio casu*, & Salic. *in quarta solut.* loquatur tàm de damnatis ad mortem naturalem, quàm ad mortem ci-
12 uilem, & non recedendo a li. Regni, † in Regno nostro per dictam Constitutio. forijudicatorum bona, expressè illis filijs bona forijudicati deferuntur, qui nati, vel
13 concepti sunt ante sentẽtiam forijudicationis, † quòd colligitur ex Constitut. *grandis vtilitas ibi, si liberos non habeas, & in Constit. si quando, quibus Constitutionibus*, per priuilegium prædictum nihil est derogatum, & sic Magna Curia concepit verba sententiarum forijudicationum; quamuis enim per dictum priuilegium confiscatio sit sublata, & ex hoc is primo motiuo arguebatur, bona remanere penes forijudicatum, nihilominus dicebatur hanc consequentiam non esse veram, & propterea Dominus Commissarius reassum-
14 psit articulum † an stante prædicta gratia, Neapolitanis concessa, lata sententia forijudicationis bona remaneant penes ipsos forijudicatos, vel ipsorum dominium, viuente adhuc naturaliter forijudicato, transferatur in liberos, vel parentes, & alios vocatos per Cõstitutio. Regni, & *per authen. bona damnatorum*? Et dicebatur, esse dicendum, tàm ex mente petentium gratiam à Rege, quàm ex mente Regis concedentis prædictam gratiam, fuisse concessam in beneficium vocatorum per Constitutiones Regni, & ius commune auferendo à fisco ratam, & per ius Constitutionum reseruatam; de mente petentium apparebat, quia petita hac gratia à Magno Capitaneo tunc huius Regni Prorege, in supplicatione dicitur, *acciò le famiglie si conseruino, e non s'impouerischino*, & quamuis gratia prædicta per magnum Capitaneum non fuerit con-
15 cessa, † nihilominus ex petitione prædicta remanet declarata ratio, & causa, pro qua petitur, argumento tex. *in l. fin. ff. de rebus eorum, & l. si ita. §. Grisogonus.* vbi Bart. *secunda colum. versic. quod est notandum, ff de verbor. obligat.* eadem ciuitas postea hanc eamdem gratiam petijt, & obtinuit à Serenissimo Rege Catho-
16 lico, in anno 1505. & iterum in anno 1507. † causa non expressa, quæ præsumenda est, quòd fuerit eadem, ex quo primo loco petita fuit, argumento text. *in l. fin. ff. de hæred. instit. & l. Titio. §. idem respondit. ff. de verborum obligat.* & ne auctoritate careret, allegauit Afflict. *in Const. Regni forijudicatorum bona, penult. column. versic. sed quæro hic*, vbi apertè concludit, bona
17 prædicta reseruari filijs, & agnatis non autem ipsi forijudicato, & tanto magis Afflicto credendum dicebatur, quia tempus erat proximum gratiæ petitæ, & Afflictus, quando fuit petita gratia viuebat, mens Regis concedentis dicebat, quòd videbatur posse dici, quòd inconuincibiliter colligitur, quod respexerit agnatos, & filios, non personam forijudicati, quia non est verisimile, quòd Rex voluerit fauere, qui contumax est suæ
18 Curiæ, † quem Constitutio hostem publicum nominauit, quem occidendi cunctis facultas datur, & occisori præmium tribuitur, cui per Regni Constitutiones, ap-
19 pellatio quæ defensio est denegatur, † & cui, ne instructior fiat ad fugam, crediti exactio prohibetur, secundùm Andr. *Constitutio. grandis vtilitas, 1. colum. versic. sed nunquid bannitus* ad quam fugam fieret magis instructus, si bona penès eum remanerent, qui propter malefi. ia debet egestate laborare. *l. bona fides,*
20 *ff. depos.* & tandem † cui, ex Constitut. Regni pœna carere, denegantur alimenta ex Bonis per Constitut. Regni, filijs, & ascendentibus reseruatis, qua quæst. sic decisa, dicebatur sublata est confiscatio per gratiam concessam, respectu portionis, fiscum tangentis, quia aliç portiones reseruabantur ascendentibus, & descendentibus secundùm iura communia, bona damnatorum reseruabantur etiam collateralibus vsque ad tertium gradum, quid de hac portione, quæ per Regni constitutionem fisco deferebatur, esset faciendum Rex
21 non statuit, † remanebit igitur in dispositione Const. quæ fuit ius commune in Regno, secundum Bald. *in tit. de pace Constit. col. 5. versic. deinde quæro* Cagnol. *in repet. l. 2. in quæst. 96. C. de pact. int. empt. & ven-*
22 *dit.* † quarum Constitutionum virtute transibunt bona in filios natos, vel conceptos ante deportationem, & parentes, si superfuerunt tempore forijudicationis, & ipso iure secundùm Andr. ibi, & ipsis deficientibus in colaterales, seruata forma dispositionis text. in auth. bona damnatorum, & similiter ipso iure, vt optimè declarat Sal. *dict. auth. cuius verba dicebatur* esse legenda, quia ad multa deseruiunt, & hæc portio, quæ virtute Constit. Regni in fiscum deferebatur ex annichilatione personæ forijudicati, vt vtar verbis Abb. *in consil. 29. in quæst. præsenti, 2. column. versic 2. principaliter. 2. volum.* sublata confiscatione,

etiam

etiam ipso iure, transibit in filios, & agnatos, quia eamdem naturam accipiet ita in specie Socin. *in cons. 29. in praesenti 3. col. versic. praeterea non est dubium,*
23 *vol. 2.* & ex praedictis † dicebatur esse sublatum, quod pro parte filiorum in principio dicebatur, scilicet quòd bona remanerent penes forijudicatos, quia non est verum, quinimò applicantur filijs natis, seu conceptis ante deportationem, seu forijudicationem, postea parentibus, & tertio loco collateralibus iuxta dispositionem Constitutionum, & auth. bona damnatorum, Praetereà allegabatur dici posse in hac quaest. non debere tractari nisi de portione, quae per regni Constitutionem deferebatur fisco, & hodie est à fisco ablata, quia respectu portionum, quae ante capitulum deferebantur filijs, ex verbis expressis constitution. apparet oportere, quòd filij sint nati, vel concepti ante sententiam forijudicationis, & dicebatur, non esse veram decisionem Bart. *in d. l. 1.* scilicet, quòd concepti post
24 deportationem, † admittantur in terminis, *d. l. 1. ff. de bon. damnat.* quia est contra text. ibi. *Nec quod sint legitimi nati post deportationem, facit eos successibiles*, quia vt dicit Alexand. *in l. ex facto, §. ex facto, in principio, ff. ad Trebellian.* contra Bart. etiam ij, de iure filiorum legitimi nascebantur, & hęc non erat causa, quare isti non succedebant, sed erat ratio, quia hi filij nascebantur, ex nouo homine, vt dicit ibi text. et Doctor. & vltra Alexand. *ibi* contra Bartol. tenet Vicentius Herculan. quem Excellentissimum Doctorem appellat Hieronymus Gigas in *Additio. ad cautum M. littera C. de constitutio. in secundo notab.* qui dicit, non esse verum, quòd Bartol. ibi dicit, & subdit, ex eius verbis apparere contrarium, & verum dicit, quia Bartol. in dicto §. ex facto, quaerit, an nati, & concepti post deportationem, dicantur legitimi, & dicit, quòd sic & tamen dicit quòd faciunt deficere fideicommissum. Nec id quod dicit Ripa *in d. §. ex facto*, fundatur *in l. fin. & in dicta authent. bona damnatorum*, dum vult, quod text. *in dicta l. fin.* intelligatur de filijs deportati, conceptis, & natis in deportatione, dum in eo textu appellantur posthumi deportati, quia si essent concepti ante deportationem, non dicerentur posthumi deportati, sed haeredes grauati. Opitulatur istis auctoribus, quia Ripa expressè loquitur contra text. *dicta l. fin.* dum praesupponit, quòd si quis posthumos relinquit tempore, quo vel capitalem sententiam, vel deportationem sustinet, quis posthumus verè appellatur, quando in vita patris conceptus est, & posteà, patre mortuo nascitur, apparet ex verbo, mortuus, in d. text. apposito post verba, vel capitalem sententiam, vel deportationem, quod verbum ad vtrumque refertur: quo modo igitur quis mortuus concipere potest? Pariter igitur vtrumq; verbum determinabit, & sic quemadmodum oportet dicere, quòd ille textus loquitur de posthumo nato post mortem naturalem, quem omninò oportet esse conceptum ante, sic etiam oportet dici, quòd loquatur de posthumo concepto ante deportationem, & post deportationem nato, & sic post mortem ciuilem nato, licet ante concepto, argumento text. *l. nam hoc iure. ff. de vulgari, & pupillar.* & ita illum textum intelligit. Bald. *ibid. vt supra dixi*, cuius auctoritati, Ripae auctoritas cedere debet. Item dicebatur, quòd Bart. loquitur de filijs natis ex matrimonio, iam contracto tempore damnationis, & casus noster est diuersus, quia matrimonium fuit cōtractum post forijudicationem, per quam agnatis est ius quaesitum, & maior ratio est in casu Bartol.
25 quàm in casu nostro, † quia esset in potestate forijudicati, post forijudicationem contrahere matrimonium, & ius quaesitum agnatis tollere, contra regulam, l. id, quod nostrum, *ff.* de regulis iuris, quod in matrimonio iam contracto facilius tolerari posset. Insuper dicitur, quòd praedicta opinio Bart. *in d. l. prima*, contra quam tenet Alexander, & Hercula. *vt supra*, fulciri non poterit alia ratione, quàm posita per Bar. *ibid.* scilicet, quòd saltem haec confiscatio bonorum, si non adesset priuilegium Neapolitanum, vel existente, hoc priuilegio, quod datur agnatis, deberet reuocari virtute. l. si vnquam, quia vt dicit Tiraquel. *in dicta. l. si vnquam, in verbo donatione largitus, in decima octaua quaestione*, ipse non videt, quòd dicta decisio, seu opinio Bartol. in dicta l. prima, pertineat ad dispositionem dict. l. si vnquam, quae fundata est in sola voluntate donantis, qui aliter non donasset, nisi, secundùm eum, diceretur, quòd parens non deliquisset verisimiliter: & subdit, an hoc sit considerandum videant ceteri, & reuera, hoc non est in consideratione: postquam enim quis deliquit, & est ex delicto quaesitum ius fisco, secundùm iura antiqua, vel agnatis secundùm iura hodierna, non est dicendum, quòd natis filijs, posteà, id quod ex delicto, re non integra alijs quęsitum est, filijs superuenientibus, ipsi restituatur, ex hoc enim maxima fraus contra fiscum, & alios considerari posset, & maximè, vt supra dictum est, potuisset forijudicatus post sententiam vxorem ducere, & secundùm iura antiqua, fiscum fraudare, & nunc agnatos.
26 Praetereà † alienatio istorum bonorum, seu confiscatio venit in consequentiam delicti, quo casu non habebit locum, l. si vnquam, ex cuius dispositione fit reuocatio donationis à principio voluntariae, & aequè principaliter factae, & quod venit in consequentiam, non est in consideratione. l. si quis, nec causam. *ff.* si certum petatur, & propterea, non ab re idem Tiraquell. dixit, quòd caeteri videant, & in *num. sequen. versicul. sed quo ad casum. l. nostra*, dicit, quòd Bald. *in d. l. fin.* tradit, ex eod. textu, in ver. relicti, eos demum filios potiri beneficio. d. l. qui nati, aut concepti sunt ante condemnationem, non autem conceptos post condemnationem, quod omninò, secundùm eum, aduersatur dict. sententiae Bart. & Curt. senioris, & ex praedictis etiam tollitur id quod secundo loco dicebatur, & similiter quod tertio: nam praesupposito, quòd requireretur agnitio horum bonorum, iuxta ea, quae dicta fuerunt ex doctrina Cagnoli, & Mainer. *in regula, ea sola*, apparet iam quòd isti agnati, infra annos triginta agnouerunt, & possidendo, & petēdo; & quamuis filij sint in gradu proximiores nunc,
27 quod isti agnati agnouerunt, † nihilominus ex praedictis isti filij actores, postquam sunt nati, & concepti post forijudicationem, dicentur incapaces, & non videntur nati ex Colutio, sed ex nouo homine, iuxta dispositionem textus *in dicto §. ex facto*, & sic obstet eis eorum incapacitas, & non prodest non agnitio facta per Ioannem Andream, & Beatricem. Item dicebatur ex ijs, quę Salic. dicit super auth. bona damnatorum, quem supra allegaui, quod dominium istorum bonorum, quae filijs, vel agnatis deferuntur, ex dispositione dictae auth. ipso iure defertur, & quaeritur immediatè, absque ipsorum agnatorum facto, vel scientia, licet repudiabiliter, & idem dicit Andr. virtute Constitutio. Regni secundùm quam ipse dicit dati vendicationem: si igitur ipso iure, bona ipsa deferuntur filijs, & parentibus secundū Regni Constitutio. & agnatis, iuxta dispositionem dictae auth. cùm isti filij posteà concepti nihil reperiant de bonis paternis, quid ergo praetendere possunt? Et ad id, quod dicebatur inspiciendum esse tempus acquisitionis, non delationis bonorum, vltra quod ex praedictis est responsum, non opitulari filijs, qui tempore acquisi-
28 tionis sunt incapaces, † quòd tamen tempus inspicitur, vt quis, tamquam proximior, ad haereditatem admittatur, est videnda glo. Neapodan. *in Consuetud. si quis vel si qua, in verbo, proximiores col. 2. vers.*
29 *sed quo tempore fol. 25. in antiquis*, † Nec patientia horum agnatorum qui passi sunt, quòd forijudicati, de facto detinerent fructus bonorum, eis praeiudicare de-
30 bet, † non enim concurrunt ea, quae requiruntur, vt dominium per eosdem fuerit omissum, de quibus *in l. si quis vi, §. differentia. ff. de acquirenda possessione*. Nec si amisissent, istis non capacibus actoribus esset

esset quæsitum, contra quos possessores excipient *de l. fin. C. de rei vendicat.* etsi fuisset quæsitum dominium
31 forindicatis, per eorundem possessionem, † nec in istos incapaces transferri posset, eo magis, quia serui pœnæ effecti sunt, qui hæredem non habent, vt pulchre per Salic. *in dicta auth. bona damnatorum.* & Andr. *in dicta Constit. forindicatorum.* & hoc nullo modo præiu-
32 dicare posset respectu bonorum feudalium, † quorum dominium absque assensu non abdicatur à Dominis. Prædictis sic relatis, & discussis, omnes Domini fuerunt in voto bonis, quæ fuerunt quondam Scipionis, patrui istorum actorum, ipsos nullo modo esse successibiles, stante foriudciatione Colutii, qui tamquam foriiudicatus non poterat succedere fratri, & reseruauerunt declarationem faciendam ad quem bona prædicta spectent, quo verò ad bona Colutij patris, vide *decis. 213. quia in ea apparet veritas.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 9. 12. Adde Capriol. *de successio. fol. 194. nu. 39. & seq.* Vlpell. *cons. 24. ad fin.*

Num 21. Vide Gram. *decis. 3. num. 6. decis. 50. nu. 5. decis. 314. num. 6. & decis. 348. n. 6.*

Num. 31. Adde D. Sen. Ann. *consil. 9. à nu. 26. & seq. & iterum consil. 13. in fin. & vide scripta in d. locis si conferunt hic.*

Hanc decis. in puncto principali refert, & sequitur nihil addendo D. de Curte *de feudis fol. 62. numer. 78.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Banniti an habeantur pro confessis, & pro mortuis.*
2 *Confiscatio bonorum hodie de iure non admittitur, nisi in crimine Læsæ Maiestatis Diuinæ, vel humanæ.*
3 *Decisiones Vincentij, quæ inuicem pugnare videntur, conciliantur.*
4 *Pro crimine læsæ Maiestatis in secundo capite, & in alijs casibus bonorum publicatio, an hodie concedatur specialiter, & in quibus, tam de Iure Communi, quam de Iure Regni.*
5 *Barones an possint confiscare bona vassallorum, & pro quo crimine.*
6 *Vassallus Baronis si incurrat in crimen læsæ Maiestatis, confiscatio an fiat in beneficium fisci Regis, vel in vtilitatem Baronis, sed bona committentium Maiestatis crimen, ipso facto transeunt in fiscum, & n. 6. & seq.*
8 *Omnibus bonis publicatis, feudum antiquum, nec deuoluitur, nec publicatur, sed ad proximiorem transibit, vsque ad quartum gradum.*
9 *Bona damnatorum in crimine hæresis applicantur Baroni illius loci, non fisco illius superioris, à quo ipse Baro feudum habet, si bona sunt illius territorij, & ab eodem processum fuerit.*
10 *Regulariter omnis confiscatio de iure ad Principem spectat.*
11 *Bona filij si publicentur respectu debitorum, non potest publicari patris vsusfructus.*
12 *In confiscatione, an comprahendantur bona communia.*
13 *Legitima filij viuente patre an possit publicari.*
14 *Plura ad Auth. Bona damnatorum, & ad l. Vnicam. C. ne sine iussu Principis, cum Regula, Ampliationibus, & Limitationibus, remissiuè.*
15 *Inferior Magistratus, an possit delinquentium bona confiscare.*
16 *In crimine Vsurarum, an possit tortura inferri Rouiti opinio recensetur.*
17 *Iudex sæcularis an possit procedere in causa vsurariæ prauitatis.*
18 *De triplici specie confiscationis, seu publicationis bonorum.*
Principaliter, & in consequentiam, vel per contumaciam, & de priuilegio Neapolitanorum circa confiscationem bonorum remissiuè.
19 *Banniti nostri temporis, deportatis, vel deportandis non æquiparantur, ex communi, etiamsi bannum dicat, quòd possint impunè offendi, & sint loco hostium publicorum, & rationem affert.*
20 *De Iure Ciuili non potest hæres esse, nec bona de futuro habere deportatus.*
21 *De iure Ciuili regulariter sententia condemnatoria in absentem ferri non potest.*
22 *Banniti in Regno Neapolitano non habentur pro mortuis, sed solum forindicati.*
23 *Quæ requirantur ad foriiudicandum.*
24 *Foriiudicatus, & quando, possit occidi, & an per pecuniam.*
25 *Vxor, & pater, an possint foriudicatum filium, vel maritum occidere, vel pecunia occidi facere.*

1 AD hanc decisionem, an † banniti habeantur pro confessis pro mortuis, & alia, vide omninò Ioseph. Ludou. *Conclus. 3. vbi latissimè per plures paginas*, & Osascum
2 *dec. 105. & 106.* & etiam tu ad hanc decis. adde quòd † hodie de iure confiscatio bonorum non admittitur, nisi in crimine Læsæ Maiestatis, vel Diuinæ, vel humanæ. Ita in Hæresi, Boer. *dec. 264.* in Rebellione, vel crimine Læsæ Maiestatis, Osascus *decis. 94.* Roland. *cons. 29. vol. 3.* Decius *cons. 252. & nouissimè, ad l. eorum ff. ad l. Iulian. Maiestatis.* post Rauennam *in Singulari suo 114.* & Paul. Fusc. Episcopum Rauelli, *in Singularibus, verbo Authentica, & verbo bona*, & Thesaurus, *in decis. 198.* & de Legitima filij, & de hac
3 decisione vide aliqua *infra decis. 213. nu. 10.* quæ † videtur contradicere dictis in hac decisione, quia hic dicitur bona ad proximiores peruenta ex forijudicatione, patis filijs forijudicati, exclusis proximioribus, ad filios transire, & in dicta decisione secùs, ne bona remaneant in domo forijudicati, tacitè colligitur, si filius esset in potestate patris, licet expressè sint concordes meo iudicio, & nouissimè adde Regentem de Curte, *in prima parte Diuersorij iuris, fol. 61. numer. 74. ibi: pro cuius quæstionis, vsque ad 78. inclusiuè*, in quo numero allegat Nouissimos *in eorum decis. 217. & 202.* & credo errore imprimentis, quia voluit imprimere hanc *decis. 102. & 113.* vt dixi, & circa hoc authenticum, & ad hanc decisionem videndus est Consiliarius de Bottis, & Consiliarius Carauita, *ad dictum*
4 *authenticum latissimè*, qui quærunt an † pro crimine læsæ Maiestatis in secundo capite, & an alijs casibus. Et an bonorum publicatio hodie concedatur specialiter, & in quibus tàm de Iure Communi, de quibus etiã Iulius Clarus, *in sua practica*, & Baiardus ad eum, & Menoch. *de Arbitr. iudic. quæst. 93.* quàm de iure Regni, Fabius Monteleonus *in Practica quatuor litera-*
5 *rum arbitrariarum, an* † Barones possint confiscare bona vasallorum, & pro crimine, Rouit. *in Pragmatica de Vsuris*, vbi ponit casum Io. Lucæ Mataniæ Montellani de vsura impetiti, qui prætendebat cum fisco Regiæ Audientiæ non debere remitti, ex quo Comes spem eius confiscandi non habebat per dictum textum, & relata causa, & Mutio Surgenti in Magna Curia fisci causam patrocinante, fuit remissus, & Comitem Montellæ ius confiscandi habere ex mero, & mixto imperio fuit iudicatum, prout ego per multa ipsi meo Domino consulueram, & Doctores Bartholomæus de Risis, & Io. Andr. de Riccardis, & alii Parthenopæi Iureconsulti confirmauerunt, vt ipse oculatissimus Rouitus scriptum latissimè dat. Ad
6 hanc decisionem adde, quòd † si committitur crimen læsæ Maiestatis per vassallum Baronis, an confiscatio fiat in beneficium fisci Regis, vel in vtilitatem Baronis. Boer. *decis. 264.* Natta *consil. 580.* Castan. *in*

Con-

Consuetudine Burgundiæ, tit. des successions, des ba-
stard. rubr 8. §. 8. Guid. Pap. in sua decis. 341. & Ro-
7 land. consil. 78 p. 1. & consil. 73. p. 4. † & bona com-
mittentium Maiestatis crimen, ipso facto transire in
fiscum non dubitauit dicere Grammat. dec. 105. nu-
mer. 49. de qua materia confiscationis bonorum latè,
q. 6. 7. & 9. videndi essent Hieronymus Gigas in tra-
ctatu de crimine lęsæ Maiestatis, & Peregrinus in tra-
ctat. de iure fisci, lib. 1. tit. 2. num. 73. 82. & 83. & seq.
8 sed vnum nota, & cogita bene tu lector, quod † si
omnia bona publicantur feudum antiquum non mo-
do, non deuolui, sed nec publicari referunt Tolos. qu.
396. Mohed. dec. 55. Roland. consil. 1. vol. 1. & 78. vol.
4. Decius 252. nu. 5. & Iacobus Menochius consil. 99.
nu. 145. vol. 1. consil. 304. vol. 4. sed ad proximiorem
transire dixerunt vsque ad quartum gradum, vt dicit
Menochius d. consil. 199. Adde quòd Guid. Papa dicit
9 in sua decis. 76. quòd bona † damnatorum in Crimi-
ne Hæresis applicantur Baroni illius loci, non fisco il-
lius superioris, à quo ipse Baro feudum habuit, si bo-
na sunt in illius territorijs, de quo videndus est Cassa-
neus in Consuetudine Burgundiæ, tit. des confiscations
secunda rubric. §. fin. nu. 7. qui in rubric. 1. aliàs §. 1.
10 huius tituli, glos. 4. dicit † regulariter omnem confis-
cationem de iure ad principem spectare, de quo An-
dr. & Afflict. in tit. Quæ sint regalia, in verbo, bona
committentium crimen læsæ Maiestatis, latissimè Iul.
Clar. §. fin. qu. 78. Capic. decis. 131. Item adde quòd
11 † si publicantur bona filij respectu delictorum, non
potest publicari patris vsusfructus. Cappel. Tolosana,
qu. 120. Boer. decis. 7. qui videntur pugnare. Sed no-
uissimè Osascus decis. 94. & ibi latissimè de confisca-
12 tione, an † comprehendantur bona communia, &
13 ibi plura. Et † vtrum legitima filij patre viuente pos-
sit publicari, quòd non, nisi ex forma statuti. Meno-
chius consil. 72. num. 27. volum. 1. Ioseph. Ludouic.
decis. penult. 11. & Clar. dict. qu. 78. sed ante dictos
omninò videndus est nouissimè Peregr. de Iure fisci,
libr. 5. titul. 1. vbi doctissimè loquitur, & ad hanc de-
cisionem facit plures pertinentes quæstiones. Et ad
14 † Authent. Bona damnatorum, & regulam Amplia-
tiones, & Limitationes ad l. vnicam. Cod. ne sine ius-
15 su Principis. An † inferior Magistratus possit de-
linquentium bona confiscare, vbi allegat plures à nu.
25. vers. sed vtrum pœna, hæc causa fuit, & de qua
Capic. dec. 130. num. 10. & doctissimè, & eleganter
loquutus est Doct. Rouitus in Pragmatica Regni pri-
ma de vsuris, incip. Quia nouiter, à num. 12. ibi: &
16 quia. vsque ad finem, vbi an, & † in crimine vsura-
rum tortura possit inferri pro, & contra, de quo Osas-
cus sua decis. Pedemont. 72. & post Marant. Disputa-
17 tione sua mihi quinta, in qua tractat, an † iudex sę-
cularis in causa vsuraria procedere possit, de quo latis-
simè disputat Osascus decis. 37. & de tortura, & alijs
quæstionibus latissimè ipse Rouitus in causis vsura-
18 rum, num. 19. ad finem. Sed † de triplici specie con-
fiscationis, seu publicationis bonorum, principaliter,
in consequentiam, vel per contumaciam. vide, & de
priuilegio Neapolitano circa confiscationem bonorū
Cæsarem Vrsillum omninò videndum in decisione
Afflict., optimè scribentem in num. 16. versic. & illud
19 tantò magis, ad finem, & ibi num. 36. † quòd banniti
nostri temporis deportatis, vel deportandis non ęqui-
parantur, ex communi sententia, etiam si bannum di-
cat, quòd possint impune offendi, & sint loco hostium
20 publicorum, & rationem affert, † quia ex quo de iu-
re ciuili deportatus non potest hæres esse, nec bona de
21 futuro habere, & idem † ius dicit sententiam con-
demnatoriam regulariter in absentem ferri non posse:
Ergo, &c. De quo videndus est ipse decisione 127. &
22 Briardus ad Iul. Clarum qu. 96. num. 2. dicit † ban-
nitos in Regno Neapolitano non haberi pro mortuis,
sed solùm foriudicatos, quia banniti banniuntur, &
23 forijudicati forjudicantur, sed quæ † requirantur ad
forijudicandum, Præsidens infra decisione 514. vbi
24 dico & an † quando forijudicatus possit occidi, & an
25 per pecuniam, & † an vxor, & pater possint forijudi-
catum filium, vel maritum occidere, vel pecunia
occidi facere, Præsidens decisione 276. ad quam dico
latissimè. Ad hanc decisionem adde Peregrinum de
Iure Fisci, lib. 2. tit. 6. & lib. 5. titul. 1. num. 40. cum
seq. & Bott. consil. 20. versicul. & neque vlti-
mo.

ADDITIO D. RICII.

BOna forijudicati an transeant ad nepotes, vel filios, hoc dicit. Hanc decis. declarat P. Molfes. in consuetudin. Neapol. p. 2 titul. de bonis, quæst. 4. numer. 4. & in materia vide Boss. in pract. crimin. in titul. de bon. public. num. 38. 39. fol. 293. Tiraquell. in l. si vnquam in verb. donatione largitus num. 271. C. de reuocand. donat. si deliquit quis extra regnum an amittat bona, quæ habet in Regno, dic quòd si est facta lex in bonis, quòd quicumq; talia facerent amitterent, tunc habet locum prohibitio Mang. in auth. bona damnat. C. de bon. proscriptor. subdens hanc distinctionem non valere in crimine hæresis: statutum quod publicentur bona est stricti iuris, & an veniant iura, & actiones vide Decium consil. 442. col. 1. Item ius adeundi non transit ad fiscum Decius ibi num. 17. cum sequen. nec prohibita alienari, nec in vita delinquentis, si testator dixerit statim redire Decius ibid. nu. 26. & consil. 443. & vide Nell. in tract. bannitorum in 2. par. 3. temporis. Item nec feudalia, & emphyteutica Decius cons. 442. num. 28. nec fideicommissum Decius consil. 235. num. 3. Item nec bona, quæ haberet condemnatus ex iure adeundi, nec ex legitima Decius cons. 438.

ADDITIO D. NOVARII.

QVæritur an bona forijudicati ipso mortuo deferantur fratri similiter forijudicato superstiti, & fuit dictum forijudicatum prędictum non posse succedere, meminit Compendium Decis. Neapol. in verbo bona forijudicati, vbi allegat Molfes. in consuet. Neapol. par. 2. qu. 4. de bonis (vt noster Author etiam ait) firmat quòd bona Neapolitanorum non possunt publicari nisi in causa criminis hęresis, & læsę maiestatis vigore priuilegiorum ipsorum, verùm si bona prædicta ob præfatam causam ad agnatos peruenerint facta deinde restitutione à Rege restituuntur bona, vt fuit decisum in Regia Camera Summariæ, & in M.C.V. teste Aquilino in l. Gallus. §. & quid si tantum num. 74. de ff. lib. & posthum. quem refert Tapia in Rubric. ff. de constit. princip. cap. 3. num. 21. Mastrill. de Indult. cap. 22. num. 87.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Explicantur iura de publicatione bonorum, & ad quos pertineat Auth. bona damnatorum C. d. bon. proscript. reiectis Dyn. & Castren*

2 *D. Marcell. Marcian. saluat. D. Præsidem distinguentem inter dict. Authen bona damnatorum, & Constit. foriudicatorum bona. & exploditur Vrsin.*

3 *Parentes sunt melioris conditionis, quàm filij in exclusione Fisci.*

4 *Filij concepti post foriudicationem an succedant pro virili, & recensentur Rota Roman. & alij*

contra decis. numer. 5.

6 *Expenditur l. ex facto §. ex facto ff. ad Trebel. & per Amayam reijcitur Faber. carpens Tribonianum: affertur opinio authoris n. 6.*

7 *Quid in Neapolitanis & reijcitur Vrsil.*

8 *Foriudicatus an habeatur pro mortuo, & an possint declarari haeredes liberi vel agnati, & reuocatur in dubium M. C. V. praxis recens.*

9 *An sit seruus pena foriudicatus, & refelluntur Anna, & de Ponte & super intellectu Auth. sed hodie C. de donat. inter vir. & vxor. impugnatur D. Pratus n. 10.*

11 *Neapolitano foriudicato an admittantur collaterales vsque ad decimum gradum.*

1 Concipit diuersas concertationes decisio pertractans de foriudicatis de publicatione bonorum & de filijs post foriudicationem conceptis, & supponendum est, quòd ius digestorum bona omnia publicari sancit ijs damnatis quibus vita adimitur, aut Ciuitas, aut seruilis conditio irrogatur, filiis legitimam ex bonis patrum damnatorum dari voluit à die publicationis, quae sit dimidia haereditatis, etiam si pater habeat vnum filium, ita Calistratus *in l. prima, & fin. ff. de bonis damnato.* sed Imperator in §. *oportet* Auth. *de mandatis Princip.* vnde fuit desumpta Auth. *bona damnatorum C. de bon. pro scrip.* contrarium statuit, vt si damnatus habeat descendentes, aut agnatos vsque ad tertium gradum, eos habere bona voluit & Fiscum non admitti, nisi deficientibus personis enumeratis, constitutio demùm regni foriudicatorum bona admittit Fiscum, nisi foriudicatus liberos, vel parentes habeat, diuertit bene verum ab Auth. quando liberos habet natos & conceptos ante foriudicationem, quatenus fiscum cum eis connumerat, & hoc in bonis stabilibus, nam in mobilibus statim fiscus succedit elapso anno à die banni, nulla habita ratione an habeat liberos, vel parentes. Regens de Ponte consil. 69. lib. 1. Afflict. *in Constit. si quando*, Neapolitanis tamen ex priuilegio concessum est, vt bona foriudicatorum non publicentur, nisi in crimine haeresis, vel laesae Maiestatis, vt aduertit de Ponte *consil. 94.*

Dubitatum est, an textus in d. Authen. *bona damnatorum* pertineat tàm ad damnatos ad mortem naturalem, quàm ciuilem, & ex Bar. & Bal. *ibi.* & Alex. affirmat D. meus. *n. 11.* & dissidentes carpit. Fab. *de Erroribus pragmaticorum de cad. 73. err. 4.* Merlin. *Centur. 2. contr. 21. n. 15.* vbi reiicit Din. & Castren. *in l. 2. C. qui testamen. fac. possunt* tenente Textum non pertinere ad damnatos ad mortem ciuilem, & cum prima opinione conuenit Marta *de successione par 1. 9. 8. art. 3. n. 8.* & probat *ex Tex.* in d. Auth. *ibi mortem, aut proscriptionem definiunt.*

2 Differentiam constituere videtur D. meus *nu. 20. & 27.* inter dispositionem dictae Auth. *& constit. Regni*, vt hac attenta admittantur filii, & adscendentes, & illa inspecta admittantur agnati, sed aduertendum, quòd illa verba non sunt decisiuè prolata, sed relatiuè, perfunctoriè ex mente aliorum contradicentium, vt ibi, *qua questione decisa dicebatur* quę verba videntur esse aliorum, sicut etiam illa sub. n. 21. *verf. dicebatur* nec ex illis fuit casus decisus vt infrà *dec. 213.* rectius, & resolutiuè loquitur, idcirco *in dec. 560. post n. 1.* referens vtramq; decisionem, ait, quòd *in decis. 213.* meliùs ruminato negotio quaestio decisa fuit, nam verum est, etiam attento iure Constitutionis bona deferri agnatis: in puncto saluat D. meum Marcian. *conf. 19. nu. 12. lib. 2.* & verbum parentes comprehendere collaterales ex Cyn. Bal. & aliis collectis per Farinac. *q. 21. n. 6.* plenè de Marinis ad Reuerter. *obs. 143.* vbi ita decisum testatur per R. C. S. contra fiscum reiecto Vrsino *de feudis p. 1. q. 7. n. 8.*

Foriudicatus si habeat parentes, succedunt illi excluso fiscò, & in hoc casu fiscus non succedit in virili vti vnus ex illis, prout succedit cum liberis, quibus minùs fauetur, quàm parentibus cùm delicta parentum magis afficiant filios, quàm alios, ex l. *quisquis. C. ad l. Iul. Maiest.* ità in specie R. S. Felic. *decis. 392.* in allodialibus parentes succedunt cum transuersalibus iuxta Auth. *defuncto* C. ad Tertull. in feudis autem nonis si non sunt filij nec collaterales Fiscus excludit parentes.

4 Principalis quaestio est, an filij concepti post patris foriudicationem admittantur pro virili cum fisco, & negatiuè respondet D. meus *ex l. final ff. de bonis damnatorū*, & ibi Bald. & tenet Nellus *de Bannitis 2. part. 3. tempor. num. 10.* nam beneficium *d. l. fin. ex d. Auth.* non confertur filijs post condemnationem conceptis tunc n. filij dicuntur nasci ex alio homine *l. ex facto §. ex facto ff. ad Trebell.* & Ripa *ibi.* & Capriol. *de succes. ab intest. lib. 1. num. 39.* & Doctores quamuis loquantur in filijs conceptis post deportationem patris, tamen Banniti, seu foriudicati, qui vigore sententiae possunt impunè occidi, deportatis aequiparantur, iuxta sententiam glossae *in §. relegatos, inst. quib. mod. ius patr. pot.* Soluit. Alexand. *consil. 23. lib. 1.* Peregr. *de iure fisci lib. 3. cap. 3. num. 47.* Merlin. *vbi sup. num. 47.* & quòd filijs post condemnationem patris non debeatur legitima tradit idem Merl. *de leg. 1. lib. 3. tit. 1. quaest. 28. n. 12.* Marin. *de confiscat. q. 28. n. 4. & seq.*

Alii autem tenent id procedere in filiis conceptis post deportationem patris secùs, si pater foriudicetur, & non deportetur, ità Boss. *in prac. crimin tit. de bonor. publicatione num. 34.* qui citat Bart. Immol. & Alex. *in d. §. ex facto* & docet Farin. *q. 24. num. 43.* nàm foriudicati non aequiparantur deportatis per multas differentias, quas contra glossam in *d. §. relegati* affert. Bart. *in q. 1.* quam disputauit Pisis ex quo deportatis interdicitur totus orbis excepta insula, in qua deportantur, sed foriudicatis in toto orbe remanere licet dempto territorio, à quo banniuntur; nàm foriudicati non possunt offendi in alieno territorio, & ideò non posse argui adeportatis ad foriudicatos Castil. *decis.* 31. Clar. § *fin. 9. 71.* Rota *dec. 25. par... recent.* Merlin. *de pignorib. lib. 2. 9. q. 75. numer. 12. sequ.* sententes iuxta opinionem glossae intelligendi sunt de Bannitis propter haeresim, vel crimen laesae Maiestatis, ita Rota. *in decis.* 334 *part. quinta recent. & decis. 167. par. 6. recent.* & in partibus nostris Catholicis, quòd eiusmodi bannici non habeantur pro deportatis Iosè Petra *de fideicom. q.* 11. *à num. 612.*

5 Distinctio filiorum antè, vel post patris deportationē conceptorum habetur ex *d. §. ex facto*, vbi cùm haeres grauatus fuisset restituere haereditatem, si sine liberis decesserit, & fuerit deportatus, quaerit I. C. an filii concepti sint antè vel post patris deportationem; ita vt si concepti sint ante deficiat conditio, si post deportationem, non deficiat nec prosit susceptio liberorum, cum alius homo censetur, sed quia post deportationem durat idem matrimonium, vndè Fab. edisserit, non videri quomodo filii concepti post deportationem non debeant prodesse ad extinguendum fideicommissi conditionem, Vndè non videri verum, quod in *d. §. ex facto* ait Vlpiani nomine Tribonianus, faciendo hanc distinctionem sed Faber. *lib. 16. coniectur. capitulo 20.* hoc caput magis Tribuniano quàm Vlpiano adscribit, nam matrimonium non dissoluitur deportatione, vel ignis & aquae interdictione *l. sed, & si alia §. 1. ff. de bon. damn. l. rex vxoris, §. fin. autem C. de donat. ibi deinde conceptos quasi ab alio non prodesse*, & Tribonian. deceptum concludit Fab. ex distinctione, quam Vlpianus probat *in §. antecedente* inter deportatatum, & seruum penae, verùm tamen Amaya *resol. Iur. c. 12. n.* refellit Fabrum ex eo, quòd hoc sit potius ius euertere quā explicare, nam liberi suscepti post deportationem non faciunt deficere conditionem fideicommissi, tamquā ab alio suscepti reputentur, & deportatus alius homo credatur, quia non est ciuis Rom. & alia vita viuit *§. minor Institut. de cap. demin.* & instituti

stitui non poterit *l. 1. C. de hæredi. instituen.* quæ non immerito efficiunt, vt alius homo credatur ab eo differens, qui antea fuerat, quare illa conditio semper censeatur apposita, si hæres in eadem causa idem perseuerauerit *l. cum quis ff. de solut.* & ità liberi suscepti post deportationem non proderunt, quia ab alio suscepti intelliguntur & non filij illius qui fuit grauatus & ideò *Vulpianus* liberos in deportatione susceptos ad conditionem implendam non admisit, & quod deportatus alius homo credatur, consonat tex. *in l. qui res §. aream. ff. de solut.* ibi. & si seruus factus sit, alius videtur, ità Cald. *de ver. denomin. emph. lib. 1. cap. 5. num. 12.* In hoc articulo R. de Marinis *l. 1. resol. 127.* dicit quòd concepti post foriudicationem patris non habeant agnationem, neque ius agnationis respectu ipsius patris, sed contrahant agnationem, & cognationem respectu aliorum quibus sunt habiles ad succedendum per *l. Titius & l. item, & l. hi quorum iuncta gloss. ff. de suis & leg. Fusar. de fideicom. quæstion. 424.*

Quid quid alij tradant ego resolutiuè concludo, filios conceptus post patris foriudicationem non posse auocare bona quæsita filijs ante deportationem seu foriudicationem conceptis ex tex. *in d. l. 1. & l. fin. Cod. bon. damnat.* & Bal. *ibi &* Alex. *cons. 23. vol. 1.* vbi quòd si bona applicantur agnatis, tunc filij posteà concepti non possunt ab eis auocare bona ipsis acquisita, & quatenus Bar. *in l. ff. de bon. damnat.* scribat quòd filij superuenientes debant habere portionem in bonis patris, intelligendus est de superuenientibus: qui erant concepti ante condemnationem, aliàs esset contra dispositum legis *in d. §. 1. & d. §. fin. ità* Curt. iun. *cons. 1.* Ripa *in §. ex facto.* & similiter nec fiscus tenetur restituere bona sibi applicata filijs post foriudicationem cõceptis Bal. *in d. l. fin.* Rol. *cons. 9.* Mart. *de succes. legal. p. 1. q. 20. tit. 3. nu. 15. & p. 1. q. 5. num. 2.* Nec obstat quòd deportati differant à foriudicatis, nam concedit hanc differentiam D. meus *num. 2.* vbi tradit maiorem pęnam foriudicationem, nàm potest foriudicatus impune occidi, quæ cessant in deportato, & cùm statim secuta foriudicatione bona quęrantur filijs vigore constitutionis, non possunt deinde ab eis auocari bona per filios superuenientes de Pon. *cons. 69. lib. 1.* vbi etiam si restitueretur foriudicatus non restituitur ad bona quæsita agnatis per foriudicationem.

Si agnati permisissent bona per ipsum foriudicatum possideri, tunc filios conceptos post damnationem patris admittendos esse ad bona tradit Mart. *num. 9.* sed ex D. meo dubitandum est, cm bona ipso iure sine alia declaratione quærantur agnatis secuta foriudicatione vt Albericus *in d. Auth. bona damnatorum*, & d. filij non habeant ius agnationis respectu patris.

Difficultas est in Neapolitanis stante gratia Regis Catholici eis concessa, an filij concepti post foriudicationem succedant patri foriudicato, Galupp. *in method. vniuers. & iur. feudal. p. 4. c. 6. de iur. confiscat. bon. num. 4.* tradit repetijsse in eadem causa relata hic scilicet Collucij Coppulæ cum Monasterio S. Claræ & Ioanne Andrea Coppula referente eodem D. meo in anno 1575. iunctis aulis fuisse iudicatum in beneficium filiorum contra fiscum. prout, etiam decisionem refert R. Tap. *in constitutione foriudicatorum bona num. 3.* vbi tamen aduertit decisionem hanc fuisse contra votum D. mei, vt constat *ex dec. 213. nu. 10.* vbi tradit Neapolitanos amittere bona vt filijs vel agnatis quærantur, & ideò T. p. ait cogitandum cùm euenerit casus, nec festinandum cum illa decisione, sed ponderandam præsentem decisionem & 213. peritissimi D. mei, & licet Vrsil ad Afflict. *in dec. 361.* ex Gozzadin. *con. 96.* probet Neapolitanos foriudicatos stante gratia non perdere dominium bonorum, Contrarium pluries iudicatum per S. C. tradit de Pont. *cons. 69. nu. 9. &* Medic. *cons. 71. num. 16.* Quia per gratiam tollitur confiscatio in beneficium fisci sed non quòd foriudicatus possit tenere bona, seu Rex fecit gratiam de bonis quæ sibi acquirebantur de reliquis quæ ob foriudicationem ad filios vel agnatos transibant, non voluit illis auferre, nàm gratia Principis sine præiudicio tertij intelligitur *l. 1. §. merito ff. ne quid in loco publ.* aliàs corrigerentur iura communia & constitutiones Regni & consequenter videtur dicendum filios Neapolitanorum non posse auocare bona ab agnatis & de hac re iterum dicam *obs. 213.*

In fideicommisso an filij concepti post foriudicationem patris faciant deficere conditionem sine filijs, & *Fusar. de substit. q. 424.* affirmat, & ait noluisse consulere pro substituto, sed non expendit textum contrarium *in §. ex facto*, ex cuius dispositione pro substituto consuluit Surd. *cons. 90. lib. 1.* & DD. qui partes filiorum defendunt, fundamentum statuunt, quòd *d. §. ex facto* loquitur in deportato qui differt à bannito & quæ responsio non tollit difficultatem, foriudicatus enim non solùm est incapax acquisitionis vt firmat Lofred. *cons. 95.* sed etiam vti hostis publicus potest impunè occidi, & ità fit nouus homo.

9 Foriudicatum haberi ac si naturaliter mortuus esset tradit D. meus *n. 3. ex textu in constit. pęnam eorum.* vbi Afflict. *& in constit. quando.* vbi filio feudatarij foriudicati datur balius, si ille sit minor, & probatur *ex l. insulam ff. sol. matr.* vbi actio de dote patre deportato consolidatur in filiam ac si naturaliter decessisset, conuenit textus *in l.* Gallus *§. quid si tantum ff. de lib. posthum.* Et in foriudicato vita potiùs de facto remanet, quàm de iure secundùm Medic. *cons. 69. numero 11.*

In contrarium facit tex. *in d. §. ex facto* vbi si hæres grauatus tempore deportationis non habebat liberos, & sic dies fideicomissi venisse videbatur, nihilominus decidit I. C. dum viuit deportatus, istum admittendũ ad eius bona vita durante, & excludere interim fideicommissarium, nam poterit deportatus restitui, & post deportationem alios filios suscipere, & idem statuitur *in l.* Statius Florus §. Cornelio Felici *ff. de iur. fisci*, vbi quòd ex morte ciuili nõ resultet idem effectus, qui ex morte naturali pro restitutione fidei commissi, cùm possit prędecedere vocatus. & fideicommissi ius perire vnde Rouit. *cons. 96. lib. 2.* probat fiscum in vita feudatarij foriudicati debere frui commoditate feudi, & idem tenet Larrath. *in theatr. feudal. p. 9. dilucid. 83 num. 25.* Petr. Gregor. *de concess. feud. q. 7. num. 57.* & fructus feudi pertinere ad fiscum, & commoditatem vtendi & fruendi Andr. *in c. 1. tit. hic finitur lex.* in feudo hæreditario seu mixto cùm viuentis nulla sit hęreditas, & foriudicatio possit aboleri ex gratia firmat Galluppus *in method. vniuers. iur. feudal. p. 4. cap. 6 de iur. confisc. bonor. nu. 10* & hic attentis terminis *d. §.* Cornel. Felic. Peregr. *de iur. fisc. tit. de public. bonor. n. 115* Boer. *q. 264.* de Curte *in diuers. iur. feud. num. 61.* quidquid fit in feudo ex pacto & prouidentia vbi in totum excludi fiscum probat Galupp. *nu. 11.* & ratio diuersitatis est, nam quando bona sunt alienari prohibita prout feudum ex pacto & prouidentia, tunc publicatis bonis, non potest ad fiscum deuenire vsusfructus, cuius constitutio sub prohibitione alienationis continetur *l. vlt. C. de reb. alien. non alien. post. alios* Fusar. *qu. 529. num. 3.* à qua opinione in praxi non recedendum esse ait Valentia *illust. iur. tract. lib. 3. tract. 6. c. vlt. num. 8.* quamuis pro fisco in stricti iuris ratione sentiat ex quo fit alienatio necessaria, & locum habeat tex. *in l. peto. § prædium ff. de leg. 2.* vbi ex alienatione necessaria, bona, quæ vendita sunt durante vita venditoris remanent in posse emptoris.

Verùmtamen Medic. *con. 69 n. 7. & seqq.* distinguit tres species condemnationis, prima est in deportato, secũda in damnato ad metallum, & in istis cùm non fiat casus mortis, locum habeant tex. *in d. §.* Corn. Felici *& l. cũ pater § hæreditatem ff. de l. 2.* tertia species condemnationis fit condemnatio ad mortem naturalem, seu foriudicatio quando vita potiùs remanet de facto quàm de iure & tunc non habeant locum iura citata, sed tex.

riudicatus cum habeatur pro mortuo, bona statim ipso iure per ius commune & constitutione Regni applicantur liberis & agnatis qui admitti debent tam ad allodialia quàm ad feudalia excluso fisco à commoditate feudi vt in causa Michaelis Vitalis Baronis decisum in R.G.S. testatur R. de Marin. ad Reuert. *obs.* 133. qui beneuerum aduertit in ea facti contingentia bona stricto fideicommisso auito fuisse supposita sed dic. *tex. d.§. Cornelio* non habere locum in feudis de Pon. *dec.* 23. in terminis fideicommissi, an per foriudicationem grauati sit admittendus fideicommissarius pro negatiua opinione pleno calamo. Surd. *cons.* 90. *lib.* 1. Cum possit præmori, & substitutus durante vita grauati, & non resultet idem effectus per mortem ciuilem ita Mossel. *p.* 4. *q.* 47.

9 In controuersiam reuocandum existimo, an d. Michael Vitalis rite fuerit declaratus hæres in allodialibus sui fratris foriudicati per M.C.V. secuta foriudicatione prout refert perdoctus D. Carol. Petr. *in ritu* 220. & rationem dubitandi adduco, nàm d. Auth. bona damnatorum & constituto Regni applicat bona filijs & agnatis Imperiali liberalitate, & non iure ac titulo hæreditario, vt Alberic. & alijs *in d. Auth. & probat.* Noal. *de Transmiss. cas.* 8. *num.* 177. vbi firmat dictam portionem transmitti etiam non agnitam & ipso iure deferri liberis & agnatis licet repudiabiliter vt D. meus *num.* 32. & bona non deferri filijs vt hæredibus, sed ex beneficio Principis probatur *ex l.* 1. *§. si deportatis & l. fin. C. de bon. proscrip.* Afflict. *num.* 6. Anna *alleg.* 135. *num.* 8. Vlterius nàm foriudicati hæredes habere non possunt, ex quibus hanc opinionem in specie tenet Mart. *de success. par.* 1. *q.* 8. *art.* 3. qui etiam docet quòd filij vel agnati non tenebuntur vltra vires non confecto inuentario, prout nec tenetur fiscus, & probatur ex differentia, quam affert Surd. *d. cons.* 90. inter bannitum & professum in religione incapaci communi & in particulari nàm ille potest restitui & concipere filios, non ita professus, & comprobat Gallup. *vbi sup.*

10 Recognoscendum venit, an foriudicati fiant serui pęnæ, & ex Salic. *in d. Auth. &* Andr. *in d. constit. asserit* D. meus *nu.* 32 quamuis *n.* 2. incontrarium citat Auth. *sed hodie C. de donat. int. vir. & uxor.* ex cuius dispositione hodie nemo bene natus fit seruus pęnæ, & in hac re Ann. *cons.* 9. *nu.* 23. *& cons.* 23. *n.* 4. de Ponton. 69. *num.* 5. *&* Afflict. *in d. constit. notab.* 2. Boer. *dec.* 278. tenent foriudicatos effici seruos pęnæ, ex eo quòd illi comparantur damnatis ad mortem naturalem & probatur per constitutionem *pœnam eorum ibi in omnibus fere pro mortuo habeatur* & conuenit Marant. *in l. si is potest num.* 119. *ff. de acquir. hered.* ea ratione quia sequuta foriudicatione amplius audiri non potest foriudicatus nec aliud restat, quàm exequi sententiam, & reputandus sit ac ille qui semel condemnatus e manibus familiæ seu carceribus euadens qui non proinde euitat incussam pęnæ seruitutem, & hanc opinionem ex D. meo tenet Medic. *cons.* 69. *n.* 9. Foriudicatum autem non effici seruum pęnæ ego veriùs censeo, & quòd dum absens condemnatur seruitutem non incurrat ita Cald. Perier. *vbi sup q.* 5. *nu.* 46. Pereg. *de iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 9. Merlin. *d. contr.* 21. *n.* 33. *de* Marin. *resol.* 177. *n.* 5. Rouit. *d. con.* 96. *nu.* 5. vbi tunc effici seruum pęnæ ex Bal. Angel. & Imol. tradit quando foriudicatus esset redactus ad carceres, cùm tunc non remaneret aliud quàm dare exequutionem condemnationi, & ita procedet *tex. in l. qui vltimo ff. de pæn.* & sic reiecto Fulgose, tenet Rouitus.

Ratio est, nam d. Auth. *sed hodie* procedit in condemnato ad mortem ciuilem tantùm vt ex Bar. Pereg. & alijs Farin. q. 102 *nu.* 118. atqui foriudicati cùm sint ciuiliter mortui, consequenter non fiunt serui pęnæ ex vi d. Auth. sed hodie qui textus non habet locum in condemnato ad mortem naturalem existente in fortiis Curiæ, nam hic seruus pęnæ efficitur vt Farin. Merlin. Rouit. & alij supracitati, vnde quamuis D. Pratus *obs.* 42. contrarium teneat in damnato ad mortem naturalem per sententiam latam contra præsentem vt non efficiatur seruus pęnæ, bona venia parum rectè intellexit indistinctam & generalem dispositionem *d. tex. in d.* Auth. sed hodie tàm in damnato ad mortem ciuilem quàm naturalem.

11 Peter. an aliquo Neapolitano foriudicato debeant succedere collaterales vsque ad decimum gradum vel vsque ad tertium iuxta constitutionem Regni, & ratio dubitandi est, nam gratia nihil aliud facit, quàm auferre portionem tangentem fisco loco filij, quando adsunt liberi, nè succedat vti vnus e eis, & dum attenta censura d. Auth. adhuc succedant collaterales vsque ad tertium gradum, per gratiam prædictam reditur ad ius commune, & ita videtur sentire D. meus *n.* 14. *&* 24. *de Pont. cons.* 69. *lib.* 1. sed contrarium probat Prouenzal. *in consuet.* si moriatur *obs.* 3. *n.* 3. ex eo quòd constitutio loquitur de foriudicatis quorum bona ex priuilegio non publicantur & aliàs vigeret publicatio respectu agnatorum vltra tertium gradum, & de hac re iterum.

DECISIO CIII.

Decima paleæ an sit soluenda ab ijs, qui fructuum omnium decimam præstare tenentur?

MAgnificus Goffredus Palagonus fuit conseruatus in possessione, lite pendente exactionis decimæ paleæ ab hominibus Sancti Viti, eius vassallis virtute inuentarij, in quo describitur, quòd seminantes in Territorio dicti Castri, tenentur soluere decimam omnium fructuum, tàm æstiualium, quam hyemalium, † & paleam esse in fructu non dubitabatur, per tex. *in l. fin. §. si vsufructuarius messem. ff. quemadmodum vsusfruct. amit. l. fin. in fine C. de seruit. & aqua*, Floria. *in l. qui scit, in principio. ff. de vsur.* Nouissimè Auditor Perusi. *in decis.* 106. *num.* 10. *latius in decis.* 14. *nu.* 9. dicebat tamen vniuersitas ad hanc decimæ præstationem vniuersitatem ipsam non posse cogi, quia probatum erat in processu, decimam fuisse solutam de frumento à spicis excusso, & per testes, ab immemorabili tempore nunquam fuisse exactam decimam de palea, sed de ea Dominos liberè disposuisse, sicque seruari in Terris conuicinis, † quam etiam possessionem, vltra testes, confirmabant ex inspectione librorum ipsius Goffredi, in quibus apparebat descriptio exquisitissima omnium introituum baronalium, & tamen de palea verbum nullum, quæ probatio à iure approbata est. *l. Titia textores, ff. de leg.* 1. Et nouissimè dicebatur releuijs præsentatis in anno 1507. parum post descriptionem introituum, & in anno 1538. apparet, quòd prædecessor Goffredi, & ipse Goffredus, dum dederunt introitus pro ipsius releuij solutione, non loquuti fuere de decima paleæ, quia re vera eo tempore non exigebatur, nec debebatur, ex quibus dicebatur, duas fuisse conclusiones. Prima videlicet, † quòd tunc soluitur decima de palea, vel tunc palea est in fructu, quando frumentum soluitur in glebis, & in messe, vt colligitur ex dictis Speculat. *in tit. de decimis, in fine, versic. quæ lex præstat argumentum.* Secunda, quòd postquam nunquam apparet factam fuisse solutionem decimæ paleæ, sed decimæ in frumento excusso, acquisiuerunt vassalli hanc libertatem, respectu paleæ, vt ad ipsius præstationem non teneantur, ita in specie consuluit, per optimas rationes, Aym. *in consil. vigesimo primo per totum, primo volumine*, de quo meminit Niger *in capit. Regni, volumus*, Nec dicebatur, hoc videri mirum, † nam respectu decimarum, iure diuino debitarum, quæ ex omni fructu debentur, *cap. cum sint, & cap. ex parte, de decimis*, consuetudo inspicitur, *capitulo, in aliquibus, eodem titul.* & in specie, in decima paleæ, hoc tenet Per. Rebuff. *in tracta. de decimis, in quæst. altana.* Item dicebatur,

quòd

quod etsi deficeret probatio immemorabiliis, quia testes negatiuè videbantur deponere, nihilominus dicebatur posse dici, quòd non erat necessaria probatio tanti temporis; non enim hæc decima debebatur ex iuris communis dispositione, quia si non apparet per inuentarium, vassallos esse obnoxios solutioni decimarum, non tenerentur vassalli ad solutionem decimæ Baroni, & sic fuit conseruatus Baro, quia palea videbatur in fructu, ex prædictis, & virtute inuentarij
5 dicti apparebat, vassallos teneri, † quòd inuentarium recipit interpretationem per multa tempora in alijs fructibus, quam in palea, ergo in eo dicebatur esse seruandum, in quo interpretationem recipit. Abb. plenè *in d. cap. cum sint*, vbi reprehendit glos. aliter tenentem, quamuis diceretur, esse probatam exactionem decimę per depositiones principales, hoc non erat verum in facto, quia principales deponebant Baronem fuisse in possessione exigendi duas salmas paleæ pro quolibet seculari, vnam pro eius seruitio, & aliam pro seruitio Regiæ Curiæ, non autem decimam paleæ, quæ nec debetur à non seminantibus, & ideò de hac decima loqui non possunt, & quando prætenderetur hæc exactio pro quolibet focolari, dicebatur pro parte vniuersitatis habere amplas defensiones aduersus hoc, vnde ex prædictis vniuersitas, me referente, fuit absoluta de mense Maij. 1776. Ioannes Cola Longus, Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Ann. sen. *in sing. 142. & iterum in alleg. 94. num. 4. & seq. p. 2.* Nattam *in cons. 31. ad fin.* Roman. *in sing. 556. vbi add. supr.* & nouissimè Doctissimum, atque Ocularissimum Dominum Gizzarell. *in decis.* ... quam vidi ad pennam vbi enumerat copiosissimè more suo omnia quæ veniunt appellatione fructuum, post Tiraqu. *remissiuè in tract. de retra. consang. §. 15. glos. 1.* & Rot. Perus. *in decis. 106. numer. 10. & 11.* & idem in fœno scribunt Roman. & *add. ad eum in sing. 556.* An spica est in fructu; Vide Annam *in alleg. 108.*

Num. 4. in princ. Vide Nigrum *hic allegatum remissiuè nu. 23* & in materia huius decis. Eumdem *à nu. 24. & seq. fol. 112.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Decima solui debet de palea, sicut de fructibus.*
2 *Et an debeatur de fœno, vel herba, & alijs.*
3 *Decima an præscribi possint in toto, vel in parte.*
4 *Et an debeatur de palea, oliuis, & fructibus.*
5 *Vassallus an teneatur decimam & terragium, asportare ad horrea Baronis, & num. 11.*
6 *De decimis personalibus, & prædialibus remissiuè, & an debeantur deductis expensis, & tributis, & in quo loco sint soluenda.*
7 *Decima soluitur de fructibus perceptis, non de his qui percipi potuerunt.*
8 *Decimæ adeò sunt priuilegiatæ, vt si quis incendat fructus pro quibus debetur decima, teneatur ad interesse.*
9 *Decimarum non solutarum debentur vsuræ.*
10 *Decima de fructibus hortorum an soluatur.*
12 *Decima prædiorum si non petuntur tempore, quo fructus colliguntur, amplius peti non possunt, nisi consuetudo sit in contrarium, & num. 14.*
13 *Et ideò decimarius potest petere quòd possessor non amoueat fructus de fundo.*
15 *Decimarum solutiones, per quos, quibus, quando, & quo ordine fiant, & an possint alterari, & qui sint iudices, remissiuè.*
16 *Ius decimandi inter immobilia connumeratur.*

AD hanc decis. 103. videndus est Crat. *cons. 21. num. 1. volum. 1.* & Firman. *in verbo decima, numer. 51.* vbi quòd † solui debet
1 decima de palea, sicut de fructibus. Adde omninò Annam decisiue dicentem, deberi decimam de palea. *Singul. 142. fol. 229.* & de isto Goffred. *dec. 64.*
2 † an decima debeatur de fœno, vel herba, & al. js, vide
3 omninò Ioseph. Ludou. *decis. 106. nu. 11.* vbi † an decimæ præscribi possint in toto, vel in parte, & Camp.
4 *in cap. Regni, Volumus de decimis*, † & an decima
5 debeatur de palea, oliuis, & fructibus, † & an vassallus teneatur decimam, & terragium asportare ad horrea Baronis, allegat infinita Annius *Allegatione 94. volum. 2. fol. 51.* & infra Præsidens *decis. 124.* latissimè
6 de † materia decimarum personalium, & prædialium, & an debeantur deductis expensis, & tributis, & in quo loco sint soluendæ, & de pluribus quæstionibus. Viuius *decis. 4* & Ioseph. Ludouic. *decis. 72. incipien. Don Paulus, & decis. 106. incip. Pius.* Ad hunc numer.
7 3. adde, quòd decima † soluitur de fructibus perceptis, non de his, qui colligi potuerunt. Baldus *in l. penult. numer. 34 in fine. C. de condit. insertis*, sed tamen
8 † decimæ priuilegiantur ita, quòd si quis incendit fructus pro quibus debetur decima, quò l incendiarius ad interesse teneatur. Florian. *in terminis in l. aquissimum.*
9 *§. fructuarius. ff. de vsufruct.* Item † decimarum non solutarum debentur vsuræ, Firman. *verbo vsura. num.*
10 156. † Decima de fructibus hortorum an debeat sol-
11 ui. Cepolla *de seruit. tit. de horto.* An † deductis expensis. Doctores *in l fructus ff. solu. matrim.* & omninò Bald. *in sua Margarita, verbo. decima, num. 2.* sed
12 adde vnum notabile, quòd † decimæ prædiorum si non petuntur tempore quo fructus colliguntur, amplius peti non possunt, nisi consuetudo sit in contrarium, Parisius Cardinalis *amplis. cons. 15. numer. 26.*
13 *& 25. numer. 35. volum. 1.* & † ideò decimarius potest petere quòd possessor non amoueat fructus de fundo, vt dicit Specul. *in titulo de Decimis, numer. finali*, & Præsidens *infra decisione 12.* ad quam dico, sed Me-
14 lius *decisione 117.* & quòd † tempore quo fructus colliguntur sint exigendæ decimæ. Felin. *in cap. cum antem, de rescriptis.* Sed nouissimè de materia decimarum, & de qq. occurrentibus circa ipsas videndus esset Regens Tapia nouissimè *in Constitut. Regni, Quando de decimis, & in capitulis Regni, ibidem: Concordantes per ipsum, à fol. 69. vsque ad 77. doctissimè*, vbi per quos, quibus, quando, & quo ordine debeantur, quomodo fiant, & qui sint iudices; & an possint alterari decimarum solutiones declaratur, & obseruantia subsequuta Ioseph. Ludouicus *Conclusio. 38. versic. iubetur. 138.* vbi allegat Beroium *consil. 19. numer. 3 & 4.*
16 *volum. 1.* † & ius decimandi inter immobilia connumeratur. Ioseph. Ludouicus *in dem conclus. 48. versic. iura decimarum*, quod seruit ad multa; Alia de decimis, *vide infra decisione 107. 117. & 124.* ad quas dico.

ADDITIO D. RICII.

DEcima paleæ an sit soluenda ab ijs, qui fructuum omnium præstare tenentur decimam, & concluditur negatiuè: Adde pro alia opinione *nostram resolut. 109. variar.* vbi diximus decimam deberi de prouentibus molendinorum quamuis molendinum sit ad ventum, de fœno, lana, piscationibus, de apibus, vino, oleo, nucibus, castaneis, amygdalis de omni fructu arborum de frumento, siligine, spelta, fabis, leguminibus, animalibus, lino, canape, palea, milio, caulibus, lupinis, de lignis cedrinis, lapidicinis, de argenti fodinis metallinis, & denique de furnis, quæ refert etiam Borel. *cons. 20. & ibi latè in materia.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Paleam esse in fructu quando decima soluitur in messe, tradit D. Praeses, & iudicarunt Senatus Gratiopolitanus, & Cathalonia, sed à d. exemplis recessum est.*

2 *Decima vtrum debeatur de fructibus, de quibus non est exacta, si pro alijs praescripta est, expenditur Rouitus, & declaratur.*

3 *Ad praescriptionem libertatis à solutione decimae. An requiratur interpellatio, & contradictio, recensetur dissidium inter Alex. & Crauett. pro quo praelatur Cancer. & pro illo Rouit.*

1 Despicabilis non est haec decisio quamuis de subiecto ignobili, praemittendo paleam esse in fructu *per l. final. §. si vsufructuarius messem ff. quib. mod. vsufr. amitt. l. fin. C. de seruit. & aqua* D. meus *nu.* 1. *Ann. singul.* 142. & sub grano iuris rigore paleam contineri vti accessorium sub principali tradit Suar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 43. *nu.* 2. Dubitatum est, an sit in fructu palea, quando frumentum soluitur in glebis, & in messe, seu quando decima soluitur de granis in palea existentibus, vel decima soluenda sit de grano à palea excusso, vel in manipulis, & messe; Et ex Speculat. *in tit. de decim. in fine* annuit D. meus, & decimam soluendam esse ex manipulis segetum prout metuntur ex terra nam tota illa res, seu materia est fructus terrae firmat Abb. *in c. peruenit. de decim.* & indicauit Senatus Gratianopolitanus *teste* Rabot. *ad Guid. Pap. q.* 283. & pluries decisum refert Fontanell. *de pact. nupt tom.* 1. *claus.* 19. *p.* 2. *num.* 14. ea ratione, quia cùm soluitur ex manipulis obuiatur fraudibus, quae adessent si solueretur in grano à palea excusso, & extendit Rabon. etiam si esset consuetudo in contrarium reiecto Grauett. *cons.* 21. *lib.* 1.

Contrarium est verius, quia licet post triturationem decimetur granum, tamen idem iuris est in palea ex Suar. vbi sup. & decima soluenda est ex frumento non in spicis Iacob. Gall. *cons.* 118. prout in musto non in agresta Giurb. *obs.* 29. *num.* 23. & recessum à prioribus iudicaturis, & iuxta hanc postremam opinionem practicari testatur Fontanell. *vbi supra, à num.* 18. *cum sequentibus*.

2 Orta est altera difficultas ex eo, quòd probatum erat in processu, decimam fuisse solutam de frumento à spicis excusso, & nunquam de palea, & proinde firmat D. meus *num* 3. acquisiuisse vasallos libertatem respectu paleae, vt ad istius praestationem non teneantur vassalli ex Crau. *vbi supra, & ita in S. C.* decisum testatur.

In contrarium adduci potest. Rouit. *in d. cap.* 99. vbi copiosè probat, decimam deberi pro illis fructibus pro quibus non est exacta, si pro alijs fuit praescripta, & quòd possessio particularis cõseruet possessionem aliorum fructuum Abb. *cons.* 75. Lanar. *cons.* 32. Anchatan. Abb. An. de Butr. *in c. cùm tu tua de decim.* & in impensis nam palea est accessoria frumenti, & quòd iuris est de principali debeat esse de accessorio, vt glos. *in l. certo generi ff. de seruit. rustic. prad.* & ibi Bar. & Paul. *nu.* 3. Couar. 99. *cap.* 34. nec debet vna & eadem res diuerso iure censeri partim decimaria, & partim non *l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupil.*

Subsistit nihilominus decisio, nam decima non debatur à vassallis Baroni de iuris communis dispositione, nec ratione dominij territorij, sed ratione simplicis praescriptionis, cùm possit dici eatenus praescriptum, quatenus possessum, & consuetudo in soluendis decimis attendenda est, quamuis sit vicinorum consuetudo Giurb. *obs.* 29. *n.* 2. & decisioni Rouit. occurritur, quòd tunc particularis possessio in certa parte fructuum, cõseruet possessionem respectu omnium fructuum, quãdo fructus non erant adhuc percepti, vt quia territorium erat in parte occultum, vel quia de nouo ponerentur arbores non alias positae, vt loquitur Lanar. *cons.* 32. & ita procedunt text. *in c. commissum. de decim. & l. ff. quib. mod. vsufr. amitt. & d. l. si certo generi* agit de seruitute decimae acquisitae per concessionem à domino factam à iure domini), & de rusticis qui recipiunt vineam ad colendum à domino soli, & promittunt ei soluere quartam partem fructuum per contractum perpetuum, & plantant ficus, vel nuces, aut alias arbores, nam ad quartam partem fructuum etiam illarum arborum, quia vinea intelligitur terra vineata, sine qua arbores non possunt fructum reddere, & quòd iuris est de principali debeat esse de augmento & accessorijs, sed quando ab initio fructus sunt coaeui, & de aliquibus fuit soluta decima, & de alijs non, tunc non debebitur decima nisi de perceptis, vt fusè probat Fontanell. *vbi sup p.* 2. *num.* 68. *& per tot.*

Inquiritur an ad hoc vt praescribantur iura negatiua 3 nempè libertas à solutione decimarum, vel collectarum, pro acquisitione horum iurium negatiuorum, & exclusione affirmatiuorum ab alio, necessaria sit interpellatio pro solutione, & recusatio, & contradictio soluere debentis, & non currat praescriptio nisi à tempore contradictionis, & affirmat Alex. *cons.* 136. *num.* 19. *lib.* 2. & ibi Rouescal. & Ioseph. Ludou. *dec. Perus.* 106. *num.* 5. vbi ait quòd coloni ad hoc vt potuissent praescribere libertatem in decima frondium, & erat necesse, quòd fuissent requisiti, & post requisitionem opus erat, quòd fluxisset tempus, 30. vel 40. annorum, & post alios Rouit. vbi reprobat Crauett. *in cons.* 111.

Contrarium cum Crauett. probat Natt. *cons.* 416. & 486. Ruin. *cons.* 217. *lib.* 1. qui refellit Alex. cuius fundamenta euertit fusè Cancer. *var. lib.* 3. *c. de seruit. num.* 143. vbi concedit in iuribus negatiuis non currere praescriptionem sine interpellatione, & contradictione cùm simus in actibus merae facultatis, qui est voluntarius respectu collectam imponentis, sed postquam collectas, est imposita, dum tunc est actio ad cõpellendum omnes, si labantur 40. anni, & collectantes nunquam aliquem collectauerint, iste praescripsisset libertatem à solutione collectarum, & non vsus dicitur contrarius vsus, vt Natt. *ad Alex cons.* 136. *lib.* 2. in quo articulo videnda sunt congesta per Cancer. & Thor. *in supplem. compend. ver decima debita* vbi declaratur Rouitus cum decisione S. C.

SVMMMARIVM.

1 *Dotem inofficiosam filij constante matrimonio dicere an possint constitutam filia.*

2 *Pauli Castrensis opinio, praeceptoris auctoritate corroboratur.*

3 *L. fina. §. si à socero ff. quae in fraud. cred. declaratur, & num. seq.*

4 *Retentio facilius permittitur, quam actio.*

6 *Reuocatio dotis filia data in terminis l. si vnquam sit statim nato filio, quo ad legitimam.*

7 *Dos data spuria, vltra alimentorum metam mortuo dotante, reuocari potest etiam constante matrimonio.*

DE.

DECISIO CIV.

Filij an ad tuendam legitimam possint dicere dotem constitutam per matrem filiæ suæ esse inofficiosam?

1 IN causa Mag. Ioannis Alphonsi de Indice, fuit dubitatum, † an ad tuendam legitimam possent filij constante matrimonio, dicere, dotem esse inofficiosam constitutam per matrem filiæ suæ? Dicebatur pro parte Ioannis Alphonsi, hoc alias fuisse decisum per Sacrum Consilium in fauorem viri, vti testatur Afflict. *decis.* 86. in qua interuenit Dominus Ant. de Alexand. Viceprotonotarius, cuius apostillam ad Bart. *in l. prima, C. de inoff. dotibus* refert. Thomas Gra. *in dec.* 90. Contrariam opinionem tenet Pau. de Cast. *in l prima, C. de inoff. dotib.* & secundùm hanc opinionẽ dicit Lupus, ipsum cum alijs iudicasse, *in repeti. capituli, per vestras in §.* 22. 3. *col. vers. sed quamuis, de donat. inter virum, & vxorem*, & fuisse in Pinciano Prætorio decisum, dicit Didacus, *in tit. de testam. in secunda parte, cap.* 8. §. 6 *incip.* 5. *principalis conclus.* 6. *col. vers. verum si pater, nu.* 12. *fol.* 305 *in nouissimis*, & huius voti fuit Dominus Antonius de Alexandro quando fuit facta dicta decisio, ipse dicit in dicta eius apostilla, & me-
2 mini † quòd quando Dominus Marcellus Berlingutius, Præceptor meus legebat *legem primam ff. sol. matrim.* dixit, quod licet ipse summopere deferret auctoritati nostri Sacri Consilij, nihilominus ipse dicebat, esse veriorem opinionem Pau. de Cast. & in hac opinione est Bermond. *in tract. de publ. concubi. in c. quod incipit, impropriè Papa, ante nu.* 60. *vers. aduerte, quia videtur, f.* 342. licet nihil alleget, & contra opinionem, quam tenuit Sacr. Consilium in decisione prædicta, tenent Moderni Paris. *in tract. quem fecerunt de dot. in contractu matr. fac. & propriè nu.* 58. *vers. & sic est verissima fol.* 491. *in paruis, ex cuius dictis, n.* 54. *vers. patet igitur* responsum sumitur *ad l. fi. §. si à socero. ff. quæ in frau. cre-*
3 *dito.* vbi fundatur † decisio prædicta Sacri Cons. quia ille tex. procedit, quando filia fuit à patre congruè dotata, nam quando incongruè, & fuerit excessum in modo dotandi, etiam constante matrimonio, in eo, quod excessit, daretur illud edictum; sic erat in casu, de quo agebatur, quia quo ad ipsam dotantem erat dos incongrua: non enim habebat bona nisi duca. sexcentum, & existentibus sex filijs, promisit vni ex filiabus, duc. mille, nec poterat dicere, ergo non eram ductutus, nisi tanti dotatam, quia hæc causa est improbabilis, & reijcienda, perinde ac si emptor infra dimidiam diceret, ego nolo restituere, vel supplere, quia non eram exsoluturus
4 pecuniam meam, nisi tanti fundum emissem † Insuper dicebatur ad dictum §. *si à socero*, dari multas responsiones per Antonium de Alexandro, relatum *vbi supra*, & nouissimè dictum fuit, textum prædictum procedere, agendo, & non retinendo, prout erat casus noster, in quo vir agebat pro dote contra fratres qui op-
5 ponebant de dote inofficiosa data per matrem, † & facilius datur retentio, quàm actio, & pro hac opinione
6 facit alia opinio, de qua per eosdem Paris. † quod reuocatio, quæ fit virtute l. si vnquam, respectu dotis filiæ datæ, reuocatur statim nato filio, quo ad legitimam,
7 & alia opinio, † quòd dos, quæ est data filiæ spuriæ, quæ excedit debitam metam alimentorum, mortuo dotante, constante matrimonio reuocari poterit, secundùm Ripam post alios, *in l. prima n.* 60. *ff. sol. matrim.* de quo per Didac. & Bermon. *vbi supra*, vnde ex prædictis Sacrum Consilium, referente Domino Theodoro, adhæsit opinioni Paul. de Castr. & vide addentes ad Affl. & *in d. decis.* 86. vbi has opiniones concordat. & Ant. Gomez. *in l.* 29. Tauri *n.* 34. tenet opinionem Paul. de Cast. quem S. C. secutum fuit, & Villalob. *in Antinomia iuris ciuil. littera A. nu.* 15. & nouissimè hanc opinionem tenet Barbatoz. *in l. in* 1. *par. ff. sol. matr. nu.* 171. & Aiuenda *in d. l.* 29. Tauri *in glo.* 5. *nu.* 30 *fo.* 65.

ADDITIO D. VISCONTI.

VIde Maxill. *in Consuetudine Bari fol.* 208. *n.* 91. 97. *secundum nouissimam editionem Venetam*, vbi sequitur decis. Affl. & sed cum decis. ista post Didac. hic alleg. concordat Villalobos *in suis com. opin. fol.* 113. *n.* 169. *in paruis*.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Filij etiam constante matrimonio possunt dicere inofficiosam dotem.*
2 *Contraria opinio recensetur, & reuocatio non fit nisi matrimonio soluto. & restituta dote.*
3 *De retentione, & eius priuilegijs, remissiuè.*
4 *Dos an retineri possit per maritum ratione adulterij.*
5 *Retentio datur scriptori pro exemplatione.*
6 *Creditori, an. & quando liceat retinere rem ad quam fuit condemnatus ratione hypothecæ, vel precarij, licet non opposuerit.*
7 *Creditor an, vbi, & quando possit retinere.*
8 *Quid in Iudice, Aduocato, & Procuratore, an possint retinere scripturas pro eorum mercede.*
9 *Conductor an possit vti retentione, quando fecit expensas liquidas in re conducta.*

1 AD hanc decisionem, quod † filij etiam constante matrimonio possunt dicere inofficiosam dotem, sup. Affl. & *decis.* 86. Adde Gram. *decis.* 69. Annam patrem *Singulari* 333. quæ cito *infra decis.* 133. *latissimè*, & modernos ad Afflictum, & *de dictis hic nu.* 6. Adde omninò Nattam
2 *cons.* 90. *vol.* 1. † qui tenet contra, & concludit reuocationem non fieri nisi matrimonio soluto, & restituta dote. *Vide infra decis.* 170. *incip. Actionem pro reuocando num.* 1. & 2. Ad num. 2. intellectus, *a §. si à socero, in l. fin. ff. quæ in fraudem creditorum.* Ad numerum
3 5. adde de † retentione, & eius priuilegijs Surd. *decis.* 277 *nu.* 13. 253. *n.* 11. 46. *nu* 9. 205. *nu.* 8. 240. *n.* 2. & Præsidentem *decis.* 134. *nu.* 1. & 127. *nu fin.* Fabium Annam
4 *cons.* 36. & 43. † & de dote, an possit retineri per maritum ratione adulterij, Præsidens *infra decis.* 184. *vbi*
5 *quòd sic.* Hinc † etiam datur retentio scriptori pro exemplatione, Surdus *in dec. Mantua.* 30 *incip. Commune*, & aliquando dicit Capyc. *in decis.* 119 *incip. In*
6 *causa.* vbi latè † an, & quando liceat creditori retinere rem ad quam fuit condemnatus ratione hypothecæ, vel precarij, licet non opposuerit, & in *decis.* 11. *incip. In*
7 *causa Federici* † vbi, an, & quando creditor possit re-
8 tinere † an Iudex, Aduocatus, & Procurator possint retinere scripturas, pro eorum mercede. Et vide Dinum *sing* 146. Boetium *dec.* 15. Phanoucium *de inuentario hæredis, p.* 5. *nu.* 37. & Ioseph. Ludouicum *decis. penultima* 34. *numer.* 7. 1. *par.* Tepatum *de varijs iuris sententijs, in tit. de postulando, fol.* 96. *col.* 2. & *in tit. de sa-*
9 *larijs, fol.* 99. *col.* 3. Et † an conductor possit vti retentione quando fecit expensas illiquidas in re conducta, hic Præsidens, *decis.* 112. *in fine.*

ADDITIO D. RICII.

FIlij an ad tuendam legitimam possint dicere dotem constitutam per matrem filiæ suæ esse inofficiosam, hoc dicit adde Battagl. *ad Cyn. in l. cum omnia C. de inoff. dotibus* Alfan. *collect.* 998. & dos inofficiosa à patre, vel matre filiæ tradita per quam minuitur legitima aliorum filiorum, an ea mortua possint filij: querelam inofficiosæ dotis intentare contra virum, vel expectare, quòd vir moriatur, & dos reuertatur ad vxorem, fuit decisum, quòd non, Visill *decis.* 86.

OB-

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Filios posse agere de inofficiosa dote constante matrimonio contra maritum iudicauit pluries Senatus Neapolitanus recedendo à Paul.de Castr. affirmante, quem sequuntur D.Pres. & alij qui congeruntur num.2.*
3 *Distinguit Vrsil. quem amplexantur Fontanell.Cancer. Bossius, & alij, & defenditur.*
4 *Opinio Auctoris cum responsione ad contraria, & confutatione Vrsilli declaratione decisionis retentionem permittentis num. 5.*
6 *Creditores constante matrimonio num possint agere si dos sit excessiua expenditur D.Preses.*
7 *Qui possint agere de inofficiosa dote.*
8 *Reuocatio dotis per superuenientiam filiorum qualiter fiat: ponderantur D.Rocch. glos. Parisiens. Montan. & alij.*
9 *Dos filia spuria data vtrum possit reuocari constante matrimonio.*

1 INsolubilis quæstio succedit recognoscenda, vtrum filij constante matrimonio possint dicere de inofficiosa dote, & agere actione reuocatoria contra maritum non partecipem fraudis; in quo articulo repugnantes sũt opiniones, & decisiones, nam alij negant vt Campeg. *de dot.q.14.§. an pater*, Tusc. *ver. dos conclus.*734.*num* 5.& ita decisum testantur Affli ct. *dec.*90. Capic. *dec.* 181. Rota *dec.* 488. *p.1.diuers.* Cost. *de remed. subsid.rem.*108 *nu.*5. Alex. 35.*var.lib.*3.*tit.de iur.dot.resol.*3. Bottilier. *de success. c.2.theor.*46.& quòd filij expectare debent solutionem matrimonij morte alterius ex coniugibus probatur per tex. *l.si fraudator §. si à socero ff. quæ in fraud. credit.* vbi creditoribus non competit reuocatoria actio contra maritum constante matrimonio ignorantem fraudem,& tamen ius creditorum est fortius & potius iure filiorum in bonis patris, cùm legitima non debeatur nisi deducto ære alieno *l. Papinianus ff.de inoff testam.* nec potest constitui differentia inter filios,& creditores absque magno absurdo, nam si concurrerent creditores, & filij attenta contraria opinione creditoribus denegabitur audientia,filijs autem præstabitur.

2 Alij tenent filios posse agere de inofficiosa dote constante matrimonio etiamsi maritus non esset particeps fraudis,ita Paul.de Castr. *in l.vnic.C.de inof.dot.* quem refert, & sequitur D. meus, & post Couarr. Barbat. Aun. & alios Gratien. *discept.*472. vbi hanc veriorem, & magis communem tradit, & contra opinionem Afflict.& Gramat. *dec.*90. refert decisum Vrsillus *ad Afflict. vbi sup.* & firmant Molfes. *ad consuet. Neapolit. p.4.quæst.*26. Fontanell. *de pact.nupt.claus.*5.*glos.*3.*numer.*26.*ex glos.*8.*p.*6.*num.*7. Merlin. *de legit.lib.*2.*tit.*1.*qu.*2.*num.*14. D.Rocch. *respons.*98.*num.*2.*to.*2.& hanc magis æquam, & contrariam semper duriorem habitam tradit Montan. *contr.*63.*num.*2. Ar.de Mesa *lib.*3.*var.cap.*6.*num.*19. & probatur ex *d.l.vnica* vbi statuitur posse proponi per filios dotem inofficiosam legitimæ læsiuam,& quamuis non dicat textus apertè,quòd possit constante matrimonio,tamen generaliter loquitur, nam aliàs daretur grauamen in legitima quoad tempus. Contra decisiones Gram. & Afflictus in cõprobationem opinionis Pauli de Castr. & *dec.* D.mei infinita cumulat Paul. Rub. *in annotat. ad decis.* 29. *par.* 8. *recent.*

3 Media distinguens sententia est, vt prima opinio locum habeat, quando est constituta dos in pecunia iam consumpta, posterior autem cum dos est tradita in stabilibus ita Vrsillus Fontanell. *d.glos.*8.*p.*7.*num.*7. Cancer. *var.p.*2.*c.*1.*nu.*283. Molfes. *p.*4 *q.*26.*a n.*16.& Merlin. *de legit.lib.*2.*tit.*1.*q* 20.*n.*16. licet reijciat distinctionem ex eo, quòd consumptio dotis numquam detur, cùm vir ad eius restitutionem teneatur, nihilominus Viuian. Cirocch. *discep.*21.*nu.*54. confutat Merlinum, quia maritus ad restitutionem dotis non tenetur constante matrimonio imo neque soluto nisi post annum, & pro Vrsillo plures cumulat Bois. *de dote c.*14.*nu.*42. nisi pecunia extaret virtualiter, vt quia ex illa empti essent annui introitus, empta stabilia Fontanell *p.* 6. *num.* 37. Boss. *num.*42.

4 Indistinctè tenendam opinionem affirmantem probant Gratian. *discept.*472. Barbos. *in l.* 2. *in princ. p.*1. *num.*174 *sol.matr.* Merlin. *de legit. vbi sup. & qu.* 20. *num.*17.& alij supracitati quibus adhæreo.

Laborant autem tenentes postremam sententiam in respondendo ad text. *in d. §. si à socero*, & Vrsillus ait textum loqui de creditoribus, & nihil dicere de legitima filiorum, quæ non venit in generali sermone, quæ responsio est insufficiens, quia resultaret absurdum, quando concurrerent creditores & filij,quòd preferentur filij creditoribus,alij respondent,quòd non possunt reuocare creditores dotem cõstante matrimonio, nam reuocarent in totum, vnde oriretur inconueniens cõsiderabile, cùm vir noluerit accipere nisi dotatam; filij verò non reuocant nisi quoad legitimam, sed Barbosa dicit huic responsioni obstare duo,primum quòd idem priuilegium debet habere pars dotis quod tota dos, vlterius, quòd creditores possent reuocare partem dotis quando creditum esset minus dote, alij dicunt posse filios reuocare immodicam dotem quoad excessum, quem non censetur maritus habere titulo oneroso sed lucratiuo, ita Merlin. *d.q.*20 *num.*9. hæc ratio non concludit, quando maritus tanta dote dignus esset Barbos. *vbi supra, num.* 179. Assignat aliam responsionem Gratian. Quòd non habeat locum *d.§.si à socero* respectu legitimę aliorum fratrum,nam filia tenetur dotem conferre fratribus quamuis duret matrimonium,& licet posset se liberare ab hac obligatione, abstinendo ab hæreditate paterna, id ei permittatur,si ex dote excessiua suppleat legitimam aliorum filiorum *Auth. vnde parens C.de inoff. testam.* Sed hanc, & alias responsiones refellit Barbosa, sed Montanus *d. contr.* 63. dicit quòd *in d. §. si à socero l. C.* distinguit an gener recipiens dotem sciat illam esse inofficiosam, & vt particeps fraudis tũc tenetur actione reuocatoria, si ignorans secus,quia indotatam vxorem nõ esset ducturus, quòd autem alia remedia aduersus generum nõ competant textus non aperit, sed tantùm agit de actione reuocatoria, sed *l.vnica, C.de inoffic.dot.c.* decidit aduersus dotem inofficiosam exercendæ actionis copiam tribuendam esse ad exemplum inofficiosi testamenti ita Bar. *in l.non vsque adeo ff.si quis à patron.non fuer. manum.* sicut datur querela inofficiosæ donationis vt in *tit. C.de inoffi.donat.* ita quoque in eo quòd dos inducit præiudicium legitimæ aliorum filiorum ita Gratian. *vbi sup. num.*8. & tollitur absurdum illud, quòd aliàs filij potiores essent creditoribus,quia filijs debetur legitima computato in patrimonio defuncti ærę alieno post mortem tamen mariti soluendo, ita Fontanell. *d.glos.*8.*p.*7. *num.*19. & pro filijs in *Pinciano* prætorio iudicatum refert Io: Lup. Palat. *in repet. per vestras in rubr. num.* 3. & §.22. *num.*10. & distinctionem Vrsilli reijciunt Barbos. *p.*1.*l.*2.*n* 174.& Molfes. *p.*4.*q.*26.*n.*17. Fontanell. *claus.*5.*gl.*8.*p.*2.*num.*24.

5 Securè procedit opinio pro filijs quãdo non est soluta dos, & tractatur de non soluendo integrè quia inofficiosa fuit, nam facilius permittitur retentio Amat. *cons.*71.*num.*21. Montan. *n.*3. *ex text. in c.§.si à socero* ibi

ibi non dandam actionem, & D. meo *num.4.* in quo casu processit præsens decisio iuxta Montanum, sed pater dotans inofficiosè non potest de inofficiositate opponere, quia non potest impugnare factum proprium ita Fontanell. *claus. glos. 8. p. 2. nu. 36.*

6 Creditores an possint reuocare excessum dotis constante matrimonio à marito, si dos esset immodica, excedens quantitatem dotis congruæ, & affirmant D. meus *num. 3.* Baez. *de non melior. filiab. c. 32. n. 8.* ratio adducitur quia respectu excessus est titulus lucratiuus in marito *ita* Merl. *d. q. 20. n. 10.* sed hæc assertio difficultatem habet, quia pariter hoc casu est titulus onerosus pro oneribus matrimonij sustinendis, præterea dos respectu cre[illegible] dicitur incongrua siue, excessiua vt notat Fontan. *claus. 5. gl. 8. p. 6. n. 11.*

Querela inofficiosæ donationis, & dotis competit etiam ascendentibus *l. si filius C. de inoff. testam.* vt reprobato Tusc. *vbi sup. conclus. 414.* probat Bos. *nu. 3.* & huiusmodi querela est remedium subsidiarium, & personale filij quod non potest exerceri per extraneum nec cessionarium Castrens. *in q. quoniam in prioribus, C. de inoff. test.* Fontanel. *claus. 4. gl. 8. p. n. 27. & 38.* Cutell. *dec. orat. 13. num. 21. & seq.* & competit intra quinquennium à die scientiæ Dec. *cons. 130. nu. 8.* Boss. *numer. 10.*

Inofficiosa dotatio seu donatio reuocatur vsque ad
7 legitimam siue sit inofficiosa re, siue re, & consilio ex Bart. & alijs Tusc. *vers. querela conclus. 685. nu. 27.* Bos. *nu..* Fontanell. *d. glos. 8. n. 19.* diuersa est quæstio quãdo tractatur de reuocanda donatione ex causa dotis per superuenientiam liberorum qui tempore dotationis non erant nati, nam alij tenent reuocari vsque ad legitimam, ad modum reuocationis quæ fit per viam inofficiosæ donationis vt *in l. si totas C. de donat.* Et alij in totum vt Alex. *in cons. 71. lib. 4.* Tiraq. *in l. si vmquam vers. donatione largitus n. 240.* & in hac re Montan. *vbi sup. num. 2.* distinguit, quòd si agitur de donatione facta extraneis, donatio reuocatur in totum, si filijs reuocetur vsq; ad quantitatem legitimæ, & reprobat Glo. Parisiensem *in d. l. si vmquam* defendentem cùm Rip. donationem factam filijs reuocari vsq; ad virilem, sed D. Rocch. *vbi sup. nu. 6.* sequitur *d.* Gl. Parisiens. cum Fabr. *lib. 3. coniect. c. 17.* Molin. *in tract. de inoffic. donat. facta in contractu matr. nu. 48.* qui ait donationem ratam manere vsque ad virilem filij, cui facta est donatio, & ita decisum refert Thor. *ver. dos. p. 3. compend.*

9 Dos data filiæ spuriæ vltra metam alimentorum mortuo dotante an possit reuocare constante matrimonio, & Rip. *in l. 1. numer. 6. ff. solut. matrim.* quem sequitur D. meus *nu. 2.* affirmat Capyc. *vbi supr.* alij distinguunt quòd aut vir sciebat vxorem esse spuriam, & procedat opinio aiens vt puta quando mulier est eiusdem patriæ, & loci, secus si ignorabat maritus, vt quia forensis erat mulier, Surd. *de alim. tit. 5. q. 7. nu. 13.* *Cost. de fact. scient. & ignor. rubr. aut sciebat, aut ignorabat dist. 161.* Soluto autem matrimonio potest reuocari excessus, Bar. *in l. fi. §. si à socero, ff. quæ in fraud. credit.* Gomez *l. 9.* Taur. *nu. 44.* verùm ego censeo indistinctè, etiam constante matrimonio, & inscio genero posse reuocari excessum, Palac. *in cap. per vestras de donat. int. vir. & vxor. 3. notab. §. 24. num. 3.* ea ratione, nam collatio illa inualida est, quoad excessum ex dispositione Auth. *ex complexu, C. de secund. nupt.* Dian. *p. 11. tract. 3.* Miscell. *resol. 25.* Fontanell. *claus. 5. p. 1. num. 186.* vbi quòd dos non debet excedere valorem alimentorum totius vitæ iuxta computationem *l. hereditatum, ff. ad l. falcid.*

SVMMARIVM.

1 *Assensus super facta venditione præstitus, ad faciendum non porrigitur, & qualiter procedat, nu. 6.*
2 *Assensus non extenditur de re ad rem, nec de persona ad personam, neque de tempore ad tempus.*
3 *Singula singulis referri debent.*
4 *Ratificatio facta, & verbis fieri potest.*
5 *Assensus materia recipit interpretationem etiam per verba æquipollentia, quando idem significant, cum sequenti.*
6 *Contractus principalis, & pactum de retrouendendo sine assensu simul impetrato, non tenet.*
7 *Intellectus l. secunda. §. fi. de reb. eo remissiuè.*
9 *Ad verificationem priuatæ scripturæ quæ requirantur.*
10 *Comparatio litterarum semiplenam probationem facit, nu. 16.*
11 *Abbas, in quæsitis monasterio præiudicare nequit.*
12 *Vehementes præsumptiones an probationem pacti de restituendo pro eodem pretio sufficiant.*
13 *Iudex argumentis, & testimonijs, suum debet animi firmare motum.*
14 *Iudex, absque probatione, licet aliud esse sciat, absoluere non potest.*
16 *Coniectura quibus pactum intercessisse probatur.*
17 *Testis subscribens, deponere videtur.*
18 *Quomodo contractus cognoscatur in dubio, an sit locationis, vel venditionis.*
19 *Pactum retrouendendi, pars pretij est.*
20 *Testium dubia singularitas tantum nocet.*
21 *Singulares testes, quando probent.*
22 *Singularitas testium triplex remissiuè.*
23 *Pactum retrouendendi, ex verisimilibus etiam probatur indicijs.*

DECISIO CV.

Assensus præstitus super venditione seu contractu facto non extenditur ad faciendum, quod declaratur.

IN causa, in Regia Camera vertente inter Regium fiscum, actorem ex vna, & venerabilem Monasterium S. Laurentij prope Padulam super reintegratione feudi Madranelli, quod fuit olim Principis Salerni, ex tribus prætendit Regius fiscus debere obtinere, ex inualiditate assensus expediti super venditione facta, quæ facta non erat, sed die sequenti facta fuit, secundò, quia dum prætenderetur per Regium fiscum, quòd eodem die fuit factum pactum de retrouendendo, super hoc pacto non est impetratus assensus; item quia quando est instrumentum cum assensu valido, aderat maxima læsio, & saltem suppleri debebat iustum pretium.

1 Quo ad primum res fuit habita pro clara, † quòd assensus præstitus super venditione facta, non extenditur ad faciendam, ex not. decis. Pau. de Cast. *in l. hac conditio. § si causa facta. ff. de conditio. & demonstr.* & And *in cap. Imperialem*, & ita fuisse decisum in Sacro Consilio testatur Affl. *in decis. 355.* & Marin. Frecc. *in suo tractat. in 11. q.* Idem Afflict. *in constitut. Regni constitutionem diuæ memoriæ, in 6. quæst. & in constitutio. Regni, cum hereditarium, in vltim. quæst.* & Capyc. *in repet. c. Imperialem, colum 172. in parths in additio ad primam q.* And. Gam. *in repet. eiusdem capituli, f. 65. litter. C.* Alex. *cons. 146. 2. col. 5. vol.* quamuis Moderni addentes ad Decisionem prædictam teneant contrarium: hanc eamdem opinionem dicit esse veriorem Molina *in tract. de Hisp. primog. lib. 4. cap. 5. num. 33. vers. similiter etiam fol. 16.* sed in casu de quo agebatur, dubium faciebant verba assensus, in quo aderant ista verba. *Iam dictis venditionis, & obligationis euictionis, factis per dictum Principem dicto Monasterio, & Monachis, vt prædicitur, & ratificationi facienda de dicta venditione, iuxta formam instrumẽti facti, & faciendi, ac conuẽtioni facta inter eos quatenus tamen, &c.* Quæ verba ponderabantur pro parte Monasterij hoc modo videlicet, iuxta formã instrumẽti facti, & faciendi, si ergo est præstitus assensus instrumento faciendo, instrumentum fuit factum super venditione,

dic

die sequenti, ergo hæc venditio habet assensum, sed ad hoc dicebatur pro parte Regij fisci, quòd in assertione assensus fuit supplicatum Regi, pro assensu super instrumento venditionis celebrato mediante publico instrumento, & super hac venditione modo prædicto celebrata, petitur assensus; quatenus postea dicatur, iuxta instrumentum faciendum, refertur ad instrumentum
2 ratificationis, quæ promissa erat, quæ facta non est, † nec debeat amplius fieri, postquam venditio est subse-
3 quuta post assensum, † singula singulis referendo ex *regul. rubrica. ff. de obseq à liberis, & liber. parentib. & patr. præstandis.* Insuper dicebatur, ratificationem fuisse factam per traditionem. Ratificatio enim facto, & verbis fieri potest. *l. Paulus. ff. rem. rat. hab. cum simil.* sed ad hoc respondebatur, traditionem factam in casu prędicto non esse factam pro ratificatione contractus, sed pro exequutione instrumenti venditionis, quòd est nullum: de natura enim contractus venditionis est, quòd res vendita tradatur, si venditor habet facultatem rei tradendæ, & si non habet, quòd teneatur ad interesse. *l. 3. cum ibi not. ff. de actio. emptio.* allegabatur etiam, præstitum fuisse assensum conuentioni factę inter partes super hoc, quæ conuentio erat de vendendo,
4 & præcedebat contractum venditionis, † si postea subsequuta est venditio, hoc instrumẽtum venditionis non eget alio assensu, postquam est exequutio prædictæ conuentionis Regio assensu roboratæ, ex ijs, quæ Afflict. *dicit. Regni, constitutionem diuæ memoriæ, in 10. quæst.* Ad hoc dicebatur pro parte Regij fisci, quòd hæc verba non possunt intelligi de conuentione facta de vendendo, postquam hoc tempore, in assensu dicitur esse facta venditio, publico instrumento mediante, si ergo dicebatur actus perfectus, & consumatus, quomodo potest dici, quòd sit petitus assensus conuentioni respicienti actum, qui dicebatur consumatus? Nec potest dici, assensus verba aliquid non posse operari respectu illorum verborum, conuentionis factæ, nam in instrumento venditionis facto die sequenti adest conuentio inter partes, quòd Princeps vendens, teneatur soluere releuium, non autem Ecclesia, cuius pacti expressio fuit ommissa, quia erat contra naturam contractus, ex quo emptor, qui est dominus, obligatur ad solutionem releuij. Nec etiam obstat, quòd dicebatur, Monasterium habere mentem Principis qui voluit validare contractum, vel quòd fuerit venditionis, vel ra-
5 tificationis, † & aliud quod dicebatur, etiam in materia assensus non referre, quid ex æquipollentibus fiat, ex ijs, quæ per Andr. *in cap. primo 4. colum. versic. sed concedere emptori, qui succ. tene.* quem refert, & sequitur Camer. *in repet. cap. Imperialem. fol. 59. in 3. colum. in 13. conclusione,* nam ad primum respondetur, quòd assensus non extenditur de contractu ad contractum, nec de tempore ad tempus, nec de mente Principis, qui ratificasset illum contractum, sicut & istum, sed tantummodo videndum est cui contractui Rex consenti-
6 ret. Ad secundum similiter respondetur, † quòd dicta Andr. quem sic declarat Camer. *in loco prædicto,* intelliguntur, quando verba æquipollentia Principis, idem in effectu significant, sed in casu, de quo agitur aliud significat venditio, aliud ratificatio venditionis, quia qui ratificat non alienat, Bald. *in l. cum pater, §. libertis, in fin. ff. de leg. 2.* de quo meminit Afflict. *in decis. 258 column. fin. versic. item ille, qui ratificat;* ergo assensus præstitus super ratificatione facienda, non comprehendit venditionem faciendam, nec ad eam se extendit.

Secundò in hac causa prætendebatur contractus præ-
7 dictus nullus, † quia eodem die instrumenti fuit facta promissio de retrouendendo, & super pacto de retrouendendo non apparebat impetratus assensus, quo casu vterque contractus annullatur, ex dictis plenè per Mat. Frecc. *in suo tract. de feu. lib. 2. in 15. quæst. fo. 44.* & post eum Camer. *in repet. c. Imperialem. in 12. con-*
8 *clusione, per tot. fol. 57. cum sequentibus* † quo in loco Frecc. discutit de intellectu *l. 2. §. fin. ff. de rebus eo.* pro cuius intellectu videnda sunt quæ scribit Curt. *in consil. 146. præsupponitur.* Tiraq. *in tract. de retract. in versic. finis, c. quia multa. fol. 968. num. 10. & 13.* qui non allegat Curt. & ibi dicit, quòd non potest sibi persuadere, quòd in illo tex. non sit mendum, & omninò Arius Pinel. *in l. 1. in 13. par. fol. 360. versic. ex hac autem, num. 52. de bon. mater.* sed in casu, de quo agebatur, negabatur pactum de retrouendendo, ad quod fundandum, pro parte Regij fisci producitur apocha eodem die facta, cuius nõ apparet aliqua probatio per testes ibi descriptos, sed tantummodo facta comparatio manus vnius ex testibus subscriptis. Item producitur ordo expeditus in anno 1506. per Illust[illegible] tunc Cardinalem, Locumtenentem Regni, ac Ba[illegible] Principis, quòd Monasterium retrouenderet, insuperque confessio extraiudicialis Re. Abbatis, cum quo instrumentum venditionis factum fuit, & prætensa apocha pacti de retrouendendo. Vltimò dicebatur, fuisse famam publicam, hoc pactum intercessisse pro parte Monasterij. Pro Monasterio dicebatur, prædicta non prodesse Regio fi-
9 sco, & quoad primum, dicitur, † apocham prædictam non esse verificatam eo, quia scribentibus non erat recognita, nec probata per testes, qui vidissent eam scribere, quæ requiruntur, vel alterum ipsorum requiritur pro verificatione scripturæ priuatæ, vt est tex. *in auth. & si contractu. C. de fid. instrum.* Et quamuis dicatur, fuisse factam comparationem manus vnius testis,
10 quòd nec hæc comparatio sufficit: † per comparationem enim non inducitur nisi semiplena probatio, quia in hoc est correctus tex. *in l. comparationes. eo tit. vt dicit gloss. in d. authen. & si contractus,* Batt. *in l. admonendi. in materia comparationis,* & Afflict. *decis. 181.* Quæ semiplena probatio videbatur, quòd nec in casu, de quo agebatur, induci poterat, postquam non est facta recognitio manus, nisi vnius testis, & sic hæc comparatio semiplenè probabit, hanc subscriptionem esse manus vnius testis, non autem semiplenam inducet probationem contentorũ in apocha, Similiter dicebatur, prouisiones Illustrissimi tunc Locumtenentis aliud non operari, vna cum alia requisitione facta per Ærarium Principis, quia hæc non inferunt ad pactum de retrouendendo, si de eo non apparet, imò retorquentur hæc cõtra fiscum, quia si verum fuisset hoc pactum de retrouendendo, facilè, stante qualitate Illustrissimi tunc Cardinalis, & Principis postquam Monachi non obtulerunt, nec fecerunt retrouenditionem, & negotium erat de recenti, testes forsitan, & frater Ang. viuebant, potuisset cogi Monasterium ad retrouenditionem prædictam. Et vlt. dicebatur, nec confessionem
11 extraiudicialem Fratris Angeli prodesse, nec famam, † quia vltra quòd testes de ea deponẽtes, sint singulares, frater Ang. non potuit præiudicare Monasterio in quęsitis, vt est text. *in d. l. §. fin. ff. de reb. eor.* Hæc quæstio, verè visa fuit difficilis: sed quia tractatur materia pacti de retrouendendo, videbatur sustineri posse, pactum prædictum esse verificatum, pro qua opinione fuerunt reassumpta verba Paul. de Cast. *in cons. 280. viso proces-*
12 *su, & attestationibus, de quibus infra fit mentio per totum,* † quod pactum, vel conuentio, de restituendo pro eodem pretio est talis naturę de per se, quòd ad probationem ipsius debent sufficere præsumptiones vehementes, & coniecturæ, posito, quod directè probationes non adessent, & subdit, quòd non frustra loquutus
13 est Iurisconsultus *in l. ob carmen. §. fin. ff. de testibus,* † quòd iudex debet confirmare motum animi sui argumentis, & testimonijs, & quę rei aptiora, & proximiora esse compererit, quod non esset, si semper requireretur exacta probatio.
14 Insuper dicit, † quòd si iudex ex multis, coram eo gestis, perpendit indubitanter, ita esse, licet probatio directa facta non sit, salua conscientia, non potest absoluere, sed debet condemnare, *vt in cap. Abbate sanè de re iud. lib. 6.* videndum igitur, si in casu, de quo
15 agitur adsunt vehementissimæ coniecturæ, quòd pactum adfuerit, Prima igitur coniectura est, quòd repetitur

peritur apocha facta super hoc, quæ licet non sit plenè probata, negari non potest, quòd facta comparatione subscriptionis Notarij Cesaris Malphitani, apparet subscriptionem esse propriæ manus dicti Notarij Cæsaris personæ cognitæ, & cuius manus falsificari non
16 sic de facili posset. Et quamuis comparatio prædicta dicatur, prout supra, quòd semiplenam facit probationem: nihilominus, vt dicit Bartol. *in d. l. admonendi, in materia comparationis*, potest esse eius tanta vis, quòd plenam potest facere probationem, quod in casu nostro dicebatur dici posse stante qualitate personæ, cuius manus per comparationem declarata fuit, si igitur verificata est manus istius, potest dici, quòd habeatur
17 dictum vnius testis, † quando enim testis se subscribit, tunc videtur deponere. Bald. *in l fin. 1. col. in prin C. de rebus credit.* Paris. *in trac. de reassumptione instr. rub. 20. nu. 10. fol. 263. siue 107.* idem Bal. *in l. fin in 5. oppo. C. de edic. diui Adr. tol.* dicit, quòd subscriptio habet vim depositionis Afflict. *in dec. 226. fuit dubita. 2. facie vers. & credo esse rationem*, Capi. *in decis. 162. vers. facit* Bal. vbi allegat Bal. *in loco prad.* concurrit cum hoc dicto, seu cum hac comparatione pactum per vnum ex Dominis ponderatū, quod est, vt venditor teneatur soluere releuium, vt supra diximus cuius solutionis spectat ad Dominum, & in contractibus, qui fiunt liberi, absque pacto de retrouendendo, nunquam consueuit tale pactum apponi, sed in contractibus qui fiunt gratia reemendi, sic consueuit, licet de iure pactum illicitum sit, vt in multis ego vidi.
19 † Vnde qualis contractus fuerit ex pactis in eo appositis colligitur, vt dicimus quando dubitatur si contractus sit locationis, vel venditionis, quòd apposito pacto remissionis mercedis, censeatur contractus locationis. Præterea, ex processu apparet, & sic partes concordant, quòd non fuit facta integra traditio omnium corporum venditorum? sed tantummodo partis ipsorum corporum, quod quidem non est dicendum, quòd monachi permisissent, si venditio eis facta esset liberè. Insuper non potest negari quòd territorium prædictum non sit venditum minori pretio, † quod à
19 communiter accidentibus sit, quando venditur res cum pacto de retrouendendo, quòd est pars pretij, *l. fundi partem ff. de cōtrah empt.* Nec cōfessio extraiudicialis fratris Angeli dicebatur, quod deberet paruipendi etiam quod testes deponentes de ea essent singu-
20 lares de loco, & tempore, † quia tunc hæc singularitas noceret, quando remaneret dubia; secus autem, quando dicta testium tendunt ad eūdem rei finem, secundùm Bal. *in l. 1. col. pen. C. de testa.* quem alleg. Pau. de Cast. *in cons. prad.* & idcircò idem Pau. *in cons. 304. iudex est minister Dei in terris, col. fin. ver. item posito,*
21 *antiquis, 2. vol.* dicit, † quòd si plures testes deponunt de confessione facta, vnus tamē deponit de confessione facta die Mercurij, & in tali loco, alter die Lunæ, & in alio loco, quòd nihilominus isti testes quamuis sint singulares, de loco, & tempore, probabunt, quia nō inducuntur principaliter ad probandum confessionē, sed ad probandum debitum, quod ex ipsa confessione probatur. Ponit exemplum, cùm quis vult probare, se fuisse in possessione iurisdictionis, & vnus testis dicit, quòd vidit eum suspendere hominem die Lunæ, alter dicit quòd vidit alium suspendere die Martis, & alter die Mercurij, quòd isti testes non reputantur singulares, licet non conueniant in tempore, quia non iudicantur principaliter ad probandum suspensiones, sed possessionem iurisdictionis, quæ per suspensionem probatur, allegat Spec. *in tit. de inquisitio. §. 1. ver. quod si vnus, de testib. §. de interogatorys, ver. breui-*
22 *ter*, de quo tamen, † quando testes singulares probant, & quando dicatur singularitas obstatiua, diuersificatiua, & adminiculatiua, videndus est Aymon, qui omnia congerit, *in tract. de antiq. temp. 4. par. c. sed nu. fo. 189. in paruis*, qu. etiam dicit, in hac materia varie Doctores, consuluisse, prout casus contingebat, & lucri ratio suadebat; dicebatur, posse conclu di cum Pau. de Cast. *in d. cons. 180. dicente*, cuius ergo iudicis animus bene informatus non moueretur ad firmam credulitatem, ex tot coniecturis, ad eumdem rei finem tendentibus? Et cum Imo. *in consil. 92. visis, & conside-*
23 *ratis*. † qui etiā in materia probationis pacti de retrouendendo, dicit illud probari ex iudicijs verisimilibus, quod consilium allegat Cagn. *in l. 2. q. 5. de pact. inter empt. & vendit.* nihilominus Regia Camera Summariç cum dictis Dominis adiunctis decreuit Monasterium esse absoluendum, habito assensu Regio pro valido, & pro vero pacto de retrouendendo, sed quia non ostendebatur factum' à principio contractus, tenuit, non obesse Monasterio. Est reclamatum ab hac sententia: pendet reclamatio, in qua quid iudicabitur, ponam Deo dante.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Annam Sen. *sing. 40.*
Num. 8. ibi de intellectu; Vide *infra decis. 369. ante num. 9.*
Nu. 9. Adde Alex. *cons. 123. n. 5. vol. 1. con. 80. n. 4. vol. 4. cons. 150. nu. 16. vol. 5. decis. Perus. 7. nu. 18.* Mascar. *post Menoch. in tract. de probat. concl. 986. à n. 1. vol. 2.*
Num. 10. 16. Vide Vrsill. *in decis. Afflict. 181. decis. Perus. in loco supra citato* Mascard. *in d. tract. concl. 330. vol. 1. post* Menoch. *in casu 114.* Caualc. *decis. 27. à n. 52. cum seq p. 2.* Viuium. *in opin. 113. vol. 1.* & Marcell. Cala *de modo articulan. n. 824.* Adde quod comparatio in qualibet scriptura priuata, in qua non tàm exacta probatio requiritur (excepta apocha) sola sufficit ad plenam fidem, vt Alex. respondit *in cons. 112. col. 1. vol. 7.* Noni. *in cons. 79. n. 35.* fusius Iacob. Menoch. *in casu. 114. n. 23. 24.* Mascard. *hic allegatus per me n. 9. & seq.* & qualiter fit comparatio litterarum, & quæ est eius practica; Vide Iacob. Menoch. *vbi supra nu. 29. vsque ad finem*, ad quem nominatim se remittit Mascar. *in d. concl. 330. hic allegata n. 25.* & in S. C. & Reg. Cam. eliguntur duo experti periti pro facienda literarum comparatione.
An comparatio literarum in crimine falsi faciat indicium ad torturam; Vide vltra Mascard. *in d. concl. 330. num...* omninò Octauian. Vulpell. *consil. 135. in fin. & consil. 35. num. 4.*
Et an in materia famosi libelli; Vide Baiard. *ad Clar. in q. 64. n. 69.* & quomodo comparatio est facienda, recurre ad Doctissimum Menoch. *in d casu 114. à nu. 26. cū seq.* & Vulpell. *d. con. 135.* vbi substātialiter loquitur.
Num. 22. 23. Adde Episcopum Minorens. *in ver. pactum in princ. fol. 177.*
Num. 19. Adde supra *decis. 17. n. 5. & decis. 95. nu. 3.* vbi addo, & vltra Episcopum Minorens. *in loco supra citato vers. 4.*
Num. 21. Adde Mascard. qui locum istum allegat in probatio. *volu. 2. conclus. 947. sub. num. 3. volum. 2.* & quando testes singulares probant; Vide Gabri. *in tit. de testib. concl. 2.* Marant. *in suis singul. in ver. testis vnus fol. 110.*
Num. 22. dum allegat Aym. Adde videndum eumdem Aym. *cons. 267. col. 1.* Ioseph. Ludou. *in dec. Perus. 9. à n. 8. cum seq.* Mascard. *de probatio. concl. 379. vol. 1.* Gabr. *loco citato*, & omninò latissimè Farinac. *in tit. de opposition. contra testes q. 64.* Viuium *decis. 518. nu. 19. 21.* Nouum *in cons. 86.* & Gratian. *in decis. 139. nu. 3. 5. 6.* & dum allegat Paul. Castr. *in cons. 380. vol. 1.* pro quo vide omnino Flam. Cartar. *in decis. 90.*
Et dum allegat consil. Paul. Castrens. 304. *accommoda.* 380.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Stante clausula Summaria in Regno potest credi per iudicem testi non iurato, & num. 4.*

2 *Item poterit iudex iudicare contra instrumentum ex confessione partis.*
3 *Et iudicare secundum ius gentium, quòd in ore duorum, vel trium stet omne verbum, omisso iure Ciuili in probationibus.*
5 *Legitima probatio verificatur per testes omni exceptione maiores.*
6 *De pacto de retrouendendo, & an, & quando faciat contractum vsurarium, & quid probandum remissiuè.*
7 *Princeps vendendo cum pacto de retrouendendo per verba quandocumque non excludit præscriptionem.*
8 *Testibus singularibus quando sit credendum.*
9 *Testes singulares non probant, nec vnus testis, etiamsi iudicandum sit sola facti veritate inspecta.*
10 *Singularitas obstatiua infringit testimonium, & testis singularis non probat.*

AD hæc quæ dico ad hanc decis. *sup. decis. 48.* &
vide Afflictum *in tit. de feudis in lib. 2 fo.*
86. in tit. de feud. alienatione. fol. 87. & Ca-
merarium *in ca. Imperialem. post Capicium*
de prohibita feudi alienatione. per Federicum. Ad num.
13. adde Ozasc. *decis. 1.* Gramm. *cons. ciuili 79. & 92.*
Decium *cons. 133. & 395. num. 8. 647. nu. 7. 650. & 652.*
Loffredum *cons. 17. num. 17.* loité Couarru. *loquitur lib.*
1 *resolut. cap. 1.* † & stante clausula Sommarię in Re-
gno, Iudex potest credere testi non iurato, Roman.
cons. 20. latissimè Ias. & Moderni. *in l. admonendi, de*
2 *iureiurando.* † & potest iudicare contra instrumen-
tum, ex confessione partis. Aim *cons. 61. num. 3. vol. 1.*
3 & Hier. Gabr. *con. 67. vo. 1.* & † iudicare secundùm ius
gentiũ, quod in ore duorũ vel trium stet omne verbum
omisso iure ciuil. in probationib. H ppo. *in rub. de prob.*
num. 122. aliquis ponit Afflict. *decis. 13. 105.* Andreas *in*
const. in causa depositi, & Pand. Grau. *in prag. dispen-*
dia. num. 148. & Arnon. Soliloquio 57. & de Bottis *ad*
d. l. testium, C. de testam. Maranta. *4. par. 9. distin.* Me-
noch. *arbit. iudicum.* alia ponunt conferentia. Paris
in tractatu Syndic. verb. sententia, §. vtrum, n. 5. Dec.
cons. 631 & 699. Alexand. *cons. 6. vol. 3 & 189. volum.*
6. in fine Aret. *in cap. dilecti, de iudicijs.* Bartol. *consil.*
82. Aimon. *de antiqu. temporum, par. 1. num. 203.* vbi
4 an † iudex credere possit testibus non iuratis. Cara-
5 uit. *ritu 188. num. 18.* & † legitima probatio verifica-
tur per testes omni exceptione maiores. Decius *in c. si*
clerici, de iudic. Ad numerum 19. *adde sup. decis. 17.*
& num. 3. decis 95. sed latissimè Crassus *in tract. de ex-*
6 *cept. exceptione 28.* vbi latissimè † de pacto retuenden-
di, & an, & quando faciat contractum vsurarium, &
7 quid probandum, & quòd † Princeps vendendo cum
pacto de retrouendendo per verba quandocumque,
quod non excludatur præscriptio, Surdus *decis. 1. & 2.*
Senatus Mantuani. Ad numerum 20. de singularita-
te testium, Antonius Gabrielius *latissimè lib. 1. conclu-*
sionum. tit. de testib, conclusione 2. latissimè Scribentes
in l. ob carmen. ff. de testibus, Pau. Fusc. *sing 260. verbo*
testis Crauet. *cons. 78. n 9 & 151. n. 155.* Anna *sing. 634.*
8 Aimon. *cons. 175. vol. 2.* † Quando autem testibus sin-
gularibus sit credendum, Afflict. *decis. 72. & 362.* Ozas-
cus *decis. 1. num. 30.* Vrsillus *decis. 240.* Surdus *dec. 216.*
incip. Stante conclusione, num. 41. Gratianus *in decis.*
9 *68. incip. in causis,* dicit † testes singulares non proba-
re, nec vnum testem etiam, si iudicandum esset sola
10 facti veritate inspecta, *& decis. 139.* quòd † singulari-
tas obstatiua infringit testimonium, *& decis. 37. nu 10.*
quòd testis singularis non probat. Ad numerum 23. ad-
de supra Præsidentem *decis. 95.* & Vrsillum, *decis. 272.*
ad quas dixi.

ADITIO D. RICII.

ASsensus præstitus super venditione, seu contractu facto non extenditur ad faciendam, hoc dicit. *adde nostram collectaneam 30 & dec. 28.* licèt aliàs in Sacr. Consil. assensum præstitum super venditione facienda, si venditio reperiatur iam facta conualidare venditionem, sed hoc credo euenisse ex vi clausularum, quæ in rescriptis appositæ erant, facit tamen pro conclusione decisionis quòd assensus est stricti iuris, nec extenditur de tempore ad tempus Ann. *allegat. 36. nu. 30.* & assensus præstitus ad donandum non extenditur ad donationem causa mortis, *idem allegat. 142.* & assensus præstitus super venditione feudi non extenditur ad pactum de retrouendendo in eo appositum, vt fuisse decisum in Sac. Consil. testatur. Gramm. *decis. 79 post nu. 22. & 30.* & assensus præstitus super repetione dotium, & antefati, & an extendatur ad assecurationem ob vergentiam viri ad inopiam, Frecc. *lib. 2. de de subfeud. vers. secundo quæro,* & an tenens feudum cum assensu obligatum possit illud dare insolutum suo creditori sine assensu Frecc. *in secundo lib. 29 quæst.* quid quando adesset assensus generalis an sufficiat, vel opus sit nouo assensu, & quid si adest clausula, nostro assensu semper saluo, Camer. *in cap. Imperialem fol. 45.* assensus regulatur secundùm actum, super quo interponitur Baldus. *in cap. 1. quid iuris sit n. 22.* & assensus præstitus in vno contractu, an operetur in alio, videndus Lenar. *cons. 28. n. 2.* Ann. *cons. 84. nu. 12.* quando tamen assensus extendatur de casu ad casum, vide eundem Lenar. *cons. 36.* & assensum præstitum super principali contractu extendi etiam ad executiua, voluit Paris. de Puteo *de feudi reintegr. fol. 236.* Denique nota ex Capic. *in decis. 181 nu. 12.* assensum præstitum super concessione feudi pro dote non requiri amplius in restitutione facienda soluto matrimonio, notissimè videas in terminis decisionis D. Io. Maria Nouarium *in collect. decis. ad pragm. 10. n. 5. de feudis,* vbi citat nostrum Authorem, & alia adducit.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Contractus venditionis feudi an valeat si in assensu non sit facta mentio de pacto de retrouendendo incontinenti apposito decisum est affirmatiuè, & ostenditur repugnantia cum alijs decisionibus. D. Præsidis, & Reg. Reuert. n. 2.*
3 *Reg. Marcianus declarat decisionem.*
4 *Assensus super venditione facta non extenditur ad faciendam reiecta limitatione Salgadi.*
5 *Assensus super ratificatione venditionis non extenditur ad venditionem.*

1 DImicare inter se videntur decisiones D. mei, & R. Reuerter. in proposita controuersia, vtrum contractus venditionis feudi valeat cum assensu facta, si in eo non sit facta mentio pacti de retrouendendo incontinenti appositi, & affirmatiuè iudicauit R. C. S. sed à decisione reclamatum fuit, vt legitur hic in fine.

Suaderi potest validitas venditionis ex eo, quòd pactum de retrouendendo adueniens non potest dare legem contractui perfecto, & absoluto, neque nouam formam ei imprimere argumento, *l. perfecta donatione, C. de donat.* idque naturali exemplo comprobatur à ferro, quod potest recipere formam, quamdiu ignitum est, non autem postea, ita in puncto Montet. *dec. 1. nu. 58.* & quando partes faciunt vnum contractum, quem facere possunt, & postea faciunt pactum, super quo dispu-

disponere non possint valere contractum principalem pactum autem vitiari habetur, & l. 1. in fin. cura l. seq. ff. de reb. cor. & firmat in specie Reuert. decis. 563.

2 Reclamationis è contra fundamentum constitui potest in alia dec. 126. D. mei, vbi tractatur similis quæstio de venditione rei feudalis facta cum assensu de pacto de retrouendendo separatim, sed incontinenti apposito inter contrahentes, an assensus impetratus super sola venditione non facta expræssione dicti pacti, & concludit assensum in totum inualidum, ratione indiuiduitatis contractus, & consensus, qui cùm sit vnus, & idem ex contrahentium mente si corruit in vno, corruit in totum ex defectu assensus, quamuis pactum de retrouendendo fiat post absolutum contractum venditionis, quia nihilominus fuit primum in intentione, quamuis vltimum in executione, sine quo venditor non esset aliàs venditurus, ex Bal. in l. ania, & l. fin. C. de iur. dot. Frecc. de feud. lib. 2. quæst. 16. qui allegatur hic num. 7. & sic refert per S. C. indicatum, & Reg. Reuert. dec. 133.

Declarat præsentem decisionem Reg. Marcian. disp.
3 7. num. 38. ideò fuisse habitum hic assensum pro valido, quia non ostendebatur pactum de retrouendendo fuisse appositum in principio contractus, vt asserit D. meus in fine, & proindè cum assensus fuerit concessus super contractu, in quo à principio non aderat pactum de retrouendendo, ideò assensus cùm in nihilo esset difformis validauit contractum, quia non erat in potestate partium postmodum illum irritare ex pacto de retrouendendo, secus autem si à principio partes conuenissent de pacto de retrouendendo in scriptura separata incontinenti apponendo, nam tunc nullus fuisset omninò contractus venditionis, etiam si venditor, in cuius beneficium illud pactum tendebat voluisset illud remittere, vt Gizzarell. dec. 3. num. 10. vbi reijcitur Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. de refut. §. 2. num. 21. & de hac re iterum dicam obser. 126.

4 Inefficaciæ assensus nonnullæ edocentur regulæ nu. 1. & seqq. prima est quòd assensus Regius super venditione facta præstitus non extenditur ad faciendam, nec è contra ex Paul. in l. hac conditio §. si causa ff. de condit. & demonstr. Ann. singul. 40. viua ratio est, nam assensus non extenditur de tempore ad tempus, Andr. in cap. Imperialem col. 1. de prohib. feud. alien. atqui in casu nostro fieret alia extensio de tempore ad tempus, ita in puncto Reuert. dec. 200. & ibi Reg. de Marin. & quamuis Salgad. in laber. credit. p. 2. cap. 10. num. 8. conueniat ignorante Principe, secus si sciat, nihilominus in Regno nostro tacitus assensus non sufficit, sed requiritur expressus vigore constit. constitutionem Diuæ memoriæ, ibi de expressa nostra licentia, ità Reg. de Ponte dec. 34. num. 14. & propterea non suffragatur scientia Principis, nam tunc esset assensus tacitus, Lanar. cons. 79. num. 24. & ad euitandam nullitatem cautela est, vt dicatur saluo assensu impetrato, siue impetrando de Georg. alleg. 5. num. 57.

5 Adhæc assensus præstitus super ratificatione contractus, non comprehendit venditionem factam, aliud siquidem est venditio, aliud ratificatio venditionis, & qui ratificat non alienat, ita D. meus num 6. quem refert, & sequitur Merlin. centur. 2. controu. 8. num. 18. quamuis ratificatio supponat venditionem, nihilominus assensus super ratificatione venditionem non validat, D. Marcian. cons. 16. num. 12. Merlin. vbi sup.

In materia difformitatis assensus videndi sunt R. Rouit. cons. 12. nu. 22. vbi exornat decisionem, quòd si in contractu venditionis feudi sit appositum pactum quòd venditor teneatur soluere releuium, & in assensu hoc pactum sit ommissum, ex quo est contra naturam contract non vitiatur contractus, nec potest allegari difformitas per venditorem, videndus R. Marcianus disp. 7.

SVMMARIVM.

1 *Vxor ex consuetudine Neapol. non lucratur proprietatē antefati, liberis superstitibus, sed vsumfructū.*
2 *Consuet. prædicta, qualiter procedat.*
3 *Proprietas antefati in filij præmortui hæreditaté remanet.*
4 *Mortuo fratre, superstite matre portio illius accrescit fratri, non matri.*
5 *Ex alterius persona commodum, consequi non prohibetur.*
6 *Frater superuiuens, partem antefati spectantem ad fratrem præmortuum, vt illius hæres obtinet.*
7 *In proprietate antefati succedunt filij, velut hæredes patris etiam si contractum sit matrimonium more magnatum, vt num. 9.*
8 *Afflicti opinio reprobatur.*

DECISIO CVI.

Creditores filij præmortui non habent actionem ad antefatum, quod in bonis filij præmortui matri competebat defunctæ altero superstite filio ad quem integrum deuoluitur.

1 De † iure consuetudinario Ciuitatis Neapolis, est clarum, quòd vxor non lucratur proprietatem quartæ, seu antefati, eidem per virum constituti, liberis ex matrimonio soluto superstitibus, sed tantùm vsumfructum, vt in consuet. quartam autem, si tamen liberi prædicti post solutum matrimonium decessissent, consolidabitur proprietas cum vsufructu, vxor efficietur plena domina, quod tamen procedit quando omnes liberi mortui fuissent, quia si vnus superuiueret, dicit Neapod. in glos. in ver. liberis, mulier non habebit aliquam partem pleno iure: accedit, quòd mortuus fuit vnus ex filijs, qui contraxerat multa debita, deindè mortua fuit mater, superstite altero filio per quem fuit impedita consolidatio proprietatis cum vsufructu in beneficium matris; fuit dubitatum, an creditoribus filij præmortui competisset actio super medietate antefati, quæ ad filium mortuum spectasset si non esset præmortuus? Et licet frater superuiuens prætendisset, ad eum spectare integrum antefatum, tamquam, quòd ipse solus superuixisset, & consuetudo deferat, mortua matre, antefatum filijs: nihilominus
3 fuit decisum contrarium † quia hæc proprietas antefati remansit in hæreditate filij mortui, vt sentit Neapodan. in dict. consuetud. in vers. habet, vers. & si opponis, & si obligata creditoribus ipsius. Præterea idem
4 Neapod. ibi in glo. in vers. liberis, dicit, † quòd quando vnus ex fratribus, eisdemque filijs decedit sine liberis, superstite matre, succedit tunc frater, & non accrescit matri, si ergo succedit frater habebit hanc medietatem, vt hæres, & sic dicebatur teneri creditoribus hæreditarijs, fuit enim conseruata proprietas antefati spectans ad hunc fratrem mortuum, in hæredi-
5 tate ipsius ex beneficio superuiuentis, † quoniam de iure non est prohibitum, aliquem ex alterius persona commodum consequi, l. si post mortem. §. fin. ff. de bonor. possess. contra tabu.

Nec fuit habita ratio de prætensis per fratrem superuiuentem, quia licet antefatū conferuetur pro filijs su-
6 peruenientib. † nihilominus aliam partem, vltra propriam habebit, vt Neapod. dicit tamquam hæres prædefuncti, cùm aliter habere non possit, quia non recedit proprietas, vel ab hæreditate filij defuncti, vel ab hæreditate patris, vt videtur sentire Apostilla ad consuet. quartam autem, quæ incipit, ad intellectum huius consuetudinis fol. 250. nisi omnibus filijs defunctis, quia in hoc casu dicit Neapod. dict. glo. in vers. habet hac

Ff 2 pre-

proprietas, illico mortuis filiis, accrescit vsufructui, vel vt dicit Neapod. *in glo. in ver. hæris mortuis filiis*, hæc proprietas antefati non residebit, nec momento in hæreditate vltimi decedentis. fuit ergò decisum, super existentia filii operari effectum, vt retineat portionem proprietatis antefati pro se, & aliam portionem tanquam hæreditariam obnoxiam creditoribus, defuncti & fuit in causa Dominę Marchionissæ Polignani de Piccolhominibus, & Dominæ Iuliæ Beltranem, cum Domina Anna Toralda, me referente, iunctis Aulis Actuario Sorono, Idem postea fuit decisum die 22. Ma. 1583. iunctis similiter Dominis Consiliar. duarum Aularum in causa Magnif. Scipionis de Loffredo cum Magnif. Ant. de Loffredo penes Cæsareum Secretariũ, & in fortiori casu fuit iudicatum in causa D. Cæsaris de Gheuara, & creditorum quondam Eleonorę Carrafæ cum Lucretia Carrafa die 7 Iun. 1583. similiter iunctis Aulis Caro Actuario, & penes eundem Secretarium, & postquam est sic sæpius iudicatum, non debet
7 amplius in dubium refricari. Adde tamen prædictis, † quòd hodie indistinctè iudicamus, In hac proprietate antefati. succedere filios, vt hæredes patris contra Afflictum in *decis.* 314. & sic etiam fuit iudicatum post Afflictum in Sacro Consilio, ante hæc tempora, vt refert Pisanellus *in dict. consuet. quartam autem, in apostilla, quæ incipit, mortuo Hieronymo, fol.* 250. licet nouissimi addentes ad dictam *dec.* 314 sentiant cum Afflict. &
8 malè, Insuperq; aduertendum, † quòd secundùm hanc opinionem iudicatum fuit, etiam quòd matrimonium esset contractum more magnatum, per Sacrum Consilium tempore quo erat Præses Dominus Thom. Salernitanus, † Præuia maxima discussione, in causa creditorum Spect. Comitis Montellæ, in qua ego non interueni, quia fueram Aduocatus Illustr. Domini Ioannis de Gheuara, Ducis Bouini, vnius ex creditoribus. Pro quorum Regia dispensatione interueni, etiam dum essem Regius Consiliarius, ideò rationes decisionis non pono, pendet nunc reclamatio.
9

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. 2. Vide Vesill. *in decis. Afflict.* 75. *n.* 11. *in fi. & seq. decis. Auen.* 80. *n.* 3. Crais. *in §. successio. ab intestato. q.* 25 *n.* 3.

Num. 7. Adde Capriol. *de successio. lib.* 4. *num.* 62. 64. *& seq. fol.* 264. D. de Bottis *ad Napod. in Consuetud. si quis, vel si qua fol. .... in nouis omnino* D. Senatorem Annam *cons.* 74. *num.* 7. *& seq.* sed cum decis. Afflict. hic allegata, concordant Niger. *in c. Regni* 165. *nu.* 44. Maxil. *in Consuetud. Bari fol.* 189. *n.* 165. Pinell. *in l.* 1. *n.... C. de bon. mater.*

Videatur omninò D. de Ponte *in tract. de Potestate Proreg. fol.* 455. *n.* 25.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Non solùm de consuetudine, verùm de iure Cap. Regni procedit hæc decisio.*
2 *Fiscus an propter crimen læsæ Maiestatis commissum per maritum, antefatum existens penes vxorem petere possit, vel sit ipsius vxoris, & quid si filius crimen tale committit.*
3 *Si sint filii consanguinei tantùm inter ipsos fratres, an antefatum omnibus debeatur, vel solùm filiis illius matrimonii, cuius occasione vxor antefatum lucratur.*
4 *Antefatum debetur filiis, & hæredibus.*
5 *Antefatum seu Quarta donatio propter nuptias dicitur, & de aliis nominibus, remissiuè.*
6 *Antefatum debetur hæredibus non filiis.*

AD hanc decisionem adde omnino Præsidentem *infra, decis.* 182. *num.* 14. vbi idem quòd hic, &
1 quòd hoc † non modò sit verum ex consuetudine, verùm de iure *cap. Regni incip. Mulier quæ dotarium*, tenet ibi Campania, & Moderni *in Constitutione Regni, Mulier, quæ dotarium latissimè*; & Pandus Grauinas *in tract. de dotario latissimè post Maxillam in Consuetudinibus Bari, in Consuetudine de iure dotiũ,*
2 *latissimè, & de iure Quarta*, & † an fiscus propter crimen læsæ Maiestatis commissum per maritum antefatum existens penes vxorem petere possit, vel sit ipsius vxoris, & quid si filius crimen tale committit. Cæsar Vrsillus *decis. Afflict.* 127. vbi ponitur decisio in
3 facto videnda, † quia autem si sunt filij eiusdem patris, sed non vnius matris, an hoc antefatum omnibus debeatur, vel solùm illius matrimonij, cuius occasione vxor antefatum percipit: Vrsill. *decis.* 314. vbi etiam
4 concordat cum hac decisione, quòd † antefatũ debetur filijs, vt hæredibus, & allegat decisiones, etsi sua opinio, & Afflicti contraria fuerit, dicens se eum inter ferramenta. Ad numer. 7. adde Afflict. *decis.* 37. 314. quia vtraque decisio loquitur contra illam; & opinionem Afflict. tenet Campania *in capit. Regni, Mulier dotarium. num.* 44. *versic. tu autem aduerte, & num.* 92. *versic. in contrarium adducitur* pro parte filij, sed tu vide Minadoum *in Constitut. Regni*, In aliquibus, & vide Puluerinum *ad Afflict. decis.* 127 &
5 hoc † antefatum, seu hæc Quarta, donatio propter nuptias dicitur. Afflict. *decisio.* 262. *& lucrum dotis in in dec.* 91. *n.* 2. & antipherna Græce. *l. fin. C. de donat. ante nuptias*, & de alijs nominibus, Pandus latissimè
6 *in tract. prædicto de dotario*, † Quòd autem hæredibus, non filijs debeatur antefatum ter decisum dicit *in decis. Afflict.* 314. Vrsillus, & Pisanellus.

ADDITIO D. RICII.

CReditores filij præmortui non habent actionem ad antefatum, quod in bonis filij præmortui matri competebat defunctę altero superstite filio, ad quem integrum deuoluitur, hoc dicit. Ad materiam vide latè Pelicc. & Ascia penes Thor. *in verb. filia mortua matre*. Lotther. *in consuetud. quartam autem in addit. manuscript. incip. quod si tales liberi fo.* 60. vbi duas alias decisiones adducit.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Partem antefati spectantem ad fratrem præmortuum pertinere ad fratrem superstitem, vti hæredem fratris attenta consuetudine Neapolis deciditur, sed addubitant Borell. & Montan. n.* 2.
3 *Quid inspecto iure communi, expenditur Reg. Marcianus cum alijs.*
4 *Matrimonio contracto iuxta morem procerum, & magnatum filios succedere vti hæredes patris firmat decisio, quam redarguunt Reg. de Pont. Molfes. & Fizz. sed immeritò n.* 5.

1 ALlatrant ex nostratibus plures in ambas decisiones in materia antefati emanatas, quæ hìc insinuantur, supponendo quòd attento iure consuetudinario Neapolis filij succedunt vti hæredes patris in antefato ex *consuet. quartam autem*, vt Medic. *cons.* 43. Reg. de Ma-

de Marin. *li.2.resol.* 22. *& seq.* Hinc disceptatum fuit: An frater superuiuens partem antefati spectantem ad fratrem præmortuum obtinere habeat vti illius hæres, & proindè teneatur creditoribus præfuncti fratris, vel habeat iure accrescendi, & quòd habeat portionem vti hæres fratris iunctis Aulis decisum testatur D. meus *num. 6.* Ex eo quòd proprietas antephati remanserit in hæreditate filij mortui ex Napod. *in d. consuetudine quartam autem vers. liberis*. & cum decisione pertransit Barry. *de success. lib. 1. tit. 9. nu.* 13.

2 Contrarium autem sensit Montan. *controu.* 10. *num.* 16. Vbi tradit quòd licet proprietas quartæ fuisset in patrimonio filij viuentis, non tamen relinquatur in hæreditate illius, cùm illico eo mortuo accrescat vel matri, si vnicus erat ex illo matrimonio, vel si erant plures accrescet fratri, qui est cohæres in proprietate, & portio accrescat portioni, & ita spectabit ad fratrem iure accrescendi, addo Nouar. *super pragm. de antefat. num.* 2. Et nominatim etiam de hac decisione D. mei dubitat Borrell. *tom. 3. decis. ver. tit.* 8. *de antefat. nu.* 98. Sed quidquid velint mox allegati Autores, magis recepta videtur opinio iunctis aulis determinata, quòd inspecta consuetudine Neapolis sicut filij succedunt vti hæredes in antefato, ita etiam nepotes vti hæredes patris defuncti, vel frater vti hæres fratris præmortui ita Reuerter. *dec.* 23. Molfes. *in consuet.* Neap. *p.1.c.3.nu.*21 & Reg. Marcian. *disp.*93. Qui rem extra controuersiam esse tradit.

3 Grandis difficultas est attento iure communi, nam antefatum de iure communi, pertinet ad filios vti filios Auth. *hæres C. de secund. nupt.* Molfes. *vbi sup. nu.* 19. Reg. Latr. *dec* 63. *&* 98. Reg. de Marin. *lib. 2. resol.* 23. *num.* 1. Et adhuc idem videtur dicendum quòd frater succedat vti hæres fratris, ex Affl. *dec.* 314. *in 2. dubio*, vbi asserit, quòd soror quę renunciauit non potest succedere fratri, qui successit in antefato vti filius, non vti hæres, quia cùm soror non possit ex propria persona succedere ex eo quòd iam consolidatio habuit effectum suum in fratre, sed tantùm, vti illius hęres, excludetur renunciatione: ecce ergo in casu, quo filius successit vti filius, non tamen soror succedet ex persona propria, nam tantùm potuit succedere, vti hæres, & obstabit renunciatio, & suffragatur text. *in §. venient, & §. quoniam infirmus* Auth. *de nupt. & Clarus in §. si vero* Auth. *eod. tit.* ibi *defuncti portionem damus filys si hæredes sint*.

Verùm enim verò id patitur magnam difficultatem, nam obstare videtur quòd huiusmodi lucrorum proprietas competat etiam nepotibus ex propria persona quando filij prædecedunt, vt in terminis *l. femina, & l. hac edictali C. de secund. nupt.* probant Surd. *dec.* 8. & ibi Hudiern. Qui firmant quòd mater per transitum ad secunda vota efficitur vsufructuaria bonorum, quę sibi obuenerunt à primo viro, & proprietas acquiritur filio, sed si filius decedat viuente matre relictis liberis, succedant dicti liberi, vti liberi, & non vti hæredes prędefuncti patris, per text. *in l. in quibus, & l. in prioris, Cod. de secund. nupt.* vndè Borrellus aduertit decisionem D. mei non procedere de iure communi, & Reg. Marcian. *vbi sup.* fatetur magnam esse difficultatem inspecto iure communi, & ratio est, quia si filius superstes haberet suam partem vti filius, & aliam portionem fratris prædefuncti vti hæres, proprietas diuerso iure censeretur, quod est iuri contrarium, cùm vna, & eadem res diuerso iure censeri non debeat, *l. eum qui ædes, ff. de vsu. & vsufr. leg.* & proprietas debet accrescere proprietati stante coniunctione legali, ità Borrellus *vbi sup.* iuxta doctrinam Floriani de Sancto Petro *in l. si Titio vsus, ff. de vsufr.*

Succedit determinatio in causa Comitis Montellæ,
6 cum Comite MontisCalui, per quam iudicatum fuit, contracto matrimonio secundùm morem Procerum, & Magnatum filios succedere in antefato vti hæredes patris, quæ decisio dura visa est, Reg. de Pont. *de potest. Proreg. tit. 9. de success. mulier. num.* 25. Molfes. *d. num.* 21. & prolatam fuisse ad instigationem Reg. Salernitani viri alioquin doctissimi, tunc Præsidis S. C. qui contrarium tuebatur, & vt eius opinio approbaretur adiunxit Iudices in causa prædicta sibi benè visos, vt refert Molfes. *p.7. q.2. num.* 13. & ideò cauendum ab hac decisione, inquit Gizz. *ad* Reg. Latr. *obs.* 63. *num.* 6.

Ratio est, quia mos magnatum continet, idem quod ius commune Romanorum Ann. *cons. 2. num.* 2. Reg. Latr. *dec.* 35. *nu.* 3. *&* 11. Prouenzal *ad consuet. si quis, vel si qua obser.* 27. *à nu.* 4. *& obser.* 29. *nu.* 9. vbi totus est in probando hoc assumptum, & appellat fatuum tenentem contrarium, & quamuis Reg. Latr. *dec.* 98. *nu.* 28. *&* 30. dicat morem magnatum initium habuisse à iure Francorum, nihilominus ipsum reijcit, Prouenzal. *num.* 16. *imò n. seq.* tenet quòd licet dicta opinio vera esset, quod adhuc viuens iure Francorum iudicandus sit viuere per iura Romana, ex Andr. *in constit. puritatem, &* Montan. *controu.* 24. *num.* 1. quia antefatum de iure communi pertinet ad filios vti filios, ergo ruit decisio præfata in causa Comitis Montellæ: hinc ad tollendam omnem dubitationem à tempore dictæ decisionis in capitulis matrimonialibus apponitur pactum, vt filij succedant tamquam filij in antefato, non tamquam heredes patris, eo magis ad euitandam dispositionem *pragm. de donat. propt. nupt.* per quam hæredes patris succedunt in antefato mortua vxore extent, vel non extent filij: de Marin. *lib. 1. resol.* 15. *nu.* 1. Gizz. *nu.* 8.

Nihilominus Reg. Marcian *disp.* 99. *nu.* 49. defen-
5 dit decisionem præfatam in causa Comitis Montellę, quia mos magnatum non est, idem quod ius commune in omnibus, sed tantùm in capitibus expressis, vt de Ponte *cons.* 95. & cùm non sit definitum à dicto more, quomodo filij succedant in antefato, censentur contrahentes contraxisse, iuxtà consuetudinem Neapolis, ità D. Marcell. Marcian. *cons.* 53. *num.* 3. quidquid consuluit de Pont. *cons.* 113. qui succubuit in dicta causa Comitis Montellæ.

SVMMARIVM.

1 *Onus decimarum proprietarium grauat.*
2 *Pensionarij, quando ad decimas teneantur.*
3 *Simplex conductor, ad onera non tenetur.*
4 *Decima collecta comparatur.*
5 *Proprietarius ad collecta solutionem tenetur, non conductor.*
6 *Const. Summ. Pont. licet generalis, Cardinales non comprehendit.*
7 *Cardinales sunt pars corporis Papæ.*
8 *Conductor, qui à Cardinale conduxit, eiusdem gaudet immunitate.*
9 *Iudicis preceptum, cui non resistit quis, cùm potest, non excusatur.*
10 *Denunciatio, & appellatio excusant.*
11 *Decima solutio reale onus est, vt num. 17. & ideò possessorem sequitur.*
12 *Translatus ad Ecclesiam præteritam, soluere decimam tenetur.*
13 *Prælatus prædecessor, si malè fructus consumpsisset, à successore conueniri potest.*
14 *An pro pensione præterita agi possit contra successorem.*
15 *Electio pensionarij est an agere velit contra prædecessorem, vel eius hæredem, vel contra successorem.*
16 *Si egerit contra successorem soluentem, an hæres prædecessoris cogi possit.*

DECISIO CVII.

Decimæ Papalis solutio an ad proprietarium spectet, vel ad conductorem.

Decimæ soluendæ onus, an spectet ad hæredem proprietarij, qui anticipatas solutiones recepit, vel ad successorem in beneficio?

DEcimæ Papalis solutio, de qua meminit gl. in clem. dispendiosam, in versic. decimis, de iudi. † fieri debet per proprietarium, non autem per conductorem videtur de hoc textus in *extrauag. Bonif. VIII. in tit. de decimis*, quem allegat Ferretus *in cons. 139 Sanctissimus pen. col. vers. 10. adidem 1. vol.* & est de hoc *gl. in col. fin. quæ incipit, si beneficiatum decimis*, & eam sequitur Imola, *n. 3.* refert, & sequitur glossam, & Imolam Hieronymus Gi-
2 gas *in tract. de pensio. in quæst. 59.* ex quibus infert. † quòd tenentes pensiones super beneficijs, si eas tenent in beneficium, vel ex mera gratia, ipsi tenentur pro eorum rata ad solutionem decimæ; si autem tenent ex cõtractu conductionis, vel ad firmam, non tenebuntur, cùm earum onus spectet ad proprietarium, & hoc etiam videtur decidi posse ex ijs, quæ cumulat Alex. *cons. 14. videtur, per totum, volum. 4.* vbi ex mente Bartol. Bald. & aliorum, *in l. 1. C. de annon. & trib.*
3 concludit, ne conductor duplici onere grauetur, † simplicem conductorem non teneri ad solutionem onerum, sed horum onerum solutionem spectare ad eum, qui est Dominus rei, vt in specie dicit Bald. *in d. l. 1.* cui non contradicit Socin. *in consil. 217. 2. volum. vers.*
4 *sexta hæc conclusio, volum. 2.* † quia Socin. ibi loquitur in conductore, habente ius in re. Et pro hac opinione etiam dicebatur, quòd hæc decima comparatur collectæ, secundùm Bal. *in l. neminem. C. de sacrosan. eccles.* refert, & sequitur Bertha. *in tract. de gabell. in præl ud. num. 17.* Cassan. *in consue. Burg. rub. 1. §. in vers. extraordinarium in fin. fol. 122.* Hugo Celsus, in
5 *cons. 34 quamuis. num. 12. vers. in quod ex eo.* † Ad cuius collectæ solutionem tenetur proprietarius, non autem conductor, secundùm omnes *in d. l. 1.* & præsertim Luc. de Pen. & Alex. *in d. cons. 4.* & nouissimè Berous *in cons. 146. & addi. ad cons. 4.* Alex. & hoc dicebatur, quòd Magnific. Hieronymus de Montenigro conductor fructuum Archiepiscopatus Neapo. non teneatur ad huius decimæ solutionem, sed tamen contra eum dicebatur, quòd ipse non erat audiendus dum vult sibi solui ex fructibus anni sequentis, finita locatione, iuxta formam potestatis conductoribus concessæ per Summos Pontifices, qui huic locationi consenserunt in beneficium Illustriss. quondam Cardinalis Archiepiscopi Neapolitani, cum clausula, quòd si infra tempus locationis aliquid acciderit, ex quo esset facienda de iure, aut de consuetudine, vel ex pacto remissio mercedis, possit sibi satisfieri de fructibus annorum sequentium, quia postquam Cardinalis, qui erat Archiepiscopus non tenebatur ad istarum decimarum solutionem ex iuris dispositione, cùm in specie non sit eis, seu eorum beneficijs hæc decima imposita, soluere non debebat. Quòd autem Cardinalis non
6 teneretur, dicebatur fundari, † quia constitutio Papæ, quamuis sit generalis, nihilominus non comprehendit Cardinales, Ioa. Mona. *c. vnico de scismat. in 6.* sequitur eum ibi Io. Andr. & Card. Iacobatius, *in tract. de concilio in lib. 1. art. 13. littera A. fol. 30. vers.*
7 *nunc redeundo ad propositum*, † quia sunt pars corporis Pontificis *c. fœlicis. de pœn. in 6.* cumulat rationes, & auctoritates Hieron. Gigas *in tract. prædicto, in d. q. 59. in 6. fall.* vbi in specie concludit Cardinalem non teneri ad solutionem decimarum, ex ijs, quæ ibi per eum, & quamuis Cardinalis mortuus esset, & Archiepiscopatus deuenisset ad alium Archiepiscopum, non Cardinalem, nihilominus fructus beneficij, quorum occasione erat imposita decima, ad Archiepiscopum non peruenerunt, sed remanserunt penes conductorem ex assensu Apostolico, super conductione impetrato, qui eiusdem Illustr. Cardinalis personam repræsentabat, & quemadmodum Cardinalis, ad quem, vt proprietarium, vt supra conclusum est, spectabat onus
8 dictæ solutionis, non tenebatur, ex priuilegio, † sic nec conductor ab eo, qui minus conduxisset, ijs consideratis, vt considerat Dec. *cons. 38.* maximè, quia vectigal hoc non est ordinarium, iuxta ea, quæ ponit Bar. *in l. licitatio. §. mercatores. ff. de public. cum concor.* quæ congerit Tiraq. *in tract. de retract. lignagier, in §. 1. gl. 13. num. 12. ver. & profectò, fol. 286 in paruis.* Nec dictus Hieronymus potest se tueri, quòd fuerit coa-
9 ctus soluere, quia resistere debebat, & non soluere, † nec præceptum iudicis, aduersus quod resistere poterat, & non restitit, eum excusat, secundùm Pau. de Cast. per illum tex. *in l. 2. in princip. ff. de iud.* cum concor. per Dec. *in cons. 407. visis, & diligenter, & c. 3. co. 3. vol.* Vnde ex prædictis dicebatur, quòd quamuis hoc onus decimarum solutionis, ipse subire non deberet, vt conductor, nec etiam eius principalis subire tenebatur, & sic male fecit soluendo indebitè, & sibi imputare debet.

Pro parte dicti Hieronymi, respondebatur, se allegasse prædicta omnia, & his non obstantibus fuisse coactum mediante decreto D. Nuncij Apostolici, ante omnia denunciasse dicto Illustr. Marchioni principali conductori, comparuisseq; in iudicio dictum Marchionem, & prolato decreto ab eo appellasse, & sufficere
10 debebat excusandum † denunciare, prout fecit Domino Marchioni, iuxta ea, quæ traduntur *in l. 2. C. vbi in rem actio.* & Dec. *in c. si de terra, de priuilegijs, in fin.* quod est opus impressum extra volumen canonicum Decij, de nouo visum facit hanc distinctionem, scilicet quòd aut quis coactus fuit expressè per superiores ad soluendum, & dicitur inuitus, & coactus soluisse: si verò quis soluat ex mandato Iudicis per viam iuris cedentis, & non contradicat, non dicitur coactus, & inuitus soluisse, alleg. *l. aut prætor. §. per m. ff. de min.* & cautius est semper procurare decretum iudicis per tex. *in l. si stipu. l. vlt. § 1. ff. de solutionib.* quem tex. Aureum dicit Lancelot. *in l. præses in fin. C. de transact.* pulchrè Cur. *in d. l. 2. ff. de iudicijs & inf. in de. 216. n. 23.* vnde cùm in casu de quo agebatur, Iudex per viam iuris processit, & Hier. allegauit quòd ei allegare incumbebat, & non fuit admissus. Sac. Consil. (me referente) iudicauit hoc onus non spectare ad Mag. Hieronym. conductorem, sed dubitatum fuit, ad quem spectaret hoc onus soluendi hanc decimam, quando de iure fuisset debita, an ad Illust. Marchionem Montisbelli, vt hæredem Illust. Cardinalis eius filij, in cuius beneficium fuit versa pecunia anticipatè soluta pro dicta locatione assensu Apostolico roborata, an verò ad successorem in beneficio, qui fuit Reueren. Archiep. Neapolitanus, præsupposito, quòd decima fuerit imposita, durante adhuc conductione, & quòd Reueren. Archiep. infra hoc tempus conductionis, fructus non percepit. dicebatur hanc quæst. decidi posse ex ijs quæ pulchrè ponit Io. And. *in Mercurialibus in regula, non est in mora, per tot.* vbi
11 tenet, † solutionem huius decimæ papalis, tamquam onus reale sequi possessorem, & propterea ibi conclu-
12 dit, † quòd translatus ad aliquam ecclesiam, tenetur soluere decimam præteritam, quamuis is, qui per prius erat beneficiatus illius Ecclesiæ fructus percepe-
13 rit ex mente Io. de Montespuit, qui tamen fatetur, † quòd si Prælatus prædecessor, fructus exportasset, vel malo modo consumpsisset, posset per successorem conueniri, & hanc opini. refert, & sequitur Alex. *in l. deduct. §. qui post. eo. si. ver. item facit iste te. ff. ad Treb.*
14 Vnde dicebatur, † quòd conductor decimarum poterat agere contra successoré in beneficio, & ab eo obtinere solutioné, sed quòd tûc demû successor in beneficio poterat agere cõtra primû prelatû, qui fructus perceperat

si secum

si secum fructus asportasset, vel malo modo consum-
psisset, quò tanto magis dicebatur procedere in casu,
de quo agebatur, quia Summus Pontifex voluit, quòd
si conductori non satisfieret infra hoc tempus anno-
rum nouem possit annorum sequentium fructus reti-
nere, & noluit grauare successorem in beneficio, non
autem successorem prælati defuncti, Hieronym. Gigas
in d. tract. de pensio. in q. 39. plenè disputat articulum,
15 † si pro pensione præterita agi possit contra succes-
sorem in beneficio, & tandem concludit, esse in ele
ctione domini pensionarij, agere, vel contra successo-
rem in beneficio, vel contra prædecessorem, vel eo de-
functo contra eius hæredes, & dicit esse in electione
pensionarij cogere nouum, vel antiquum possessorem,
16 vel hæredem antiqui possessoris. † An autem, si egerit
contra successorem nouum in beneficio, & sibi soluerit,
possit hæres prædecessoris cogi ad ipsius pensio-
nis solutionem, licet in sua distinctione hoc non po-
nat, reperi tamen Philipp. Franch. *in cap. si. in fine, de
offic. ordin. in 6.* qui tenet prædictam opinionem posse
agi contra nouum possessorem per pensionarium, sub-
dit tamen secundùm eumdem Philip. quòd ipse nouus
possessor tamen poterit benè conuenire possessorem,
si viuit qui fructus percepit, & ad quem spectabat sa-
tisfactio illo anno, oneris currentis, ex quo fructus
17 percepit. † & quòd decima sit onus reale Caccialupus
in tractat. de pensio. in 17. qu. Sed prædictis veriùm ob-
stare illud quod Summi Pont. dixere in gratijs per eos
factis Illustr. Cardinali Archiepiscopo, & conducto-
ribus, quia statuerunt expresè in casu mortis, & in
casu remissionis mercedis, quòd conductores possint
retinere de annis sequentibus, & sic dicebatur, quòd
prædictæ decisiones non possunt allegari, Sacrum
Consilium visis prædictis, visaque sententia Nun-
cij, absoluit Hieronymum conductorem, vt est
dictum, & aliter non iudicauit in hoc puncto, sed
reseruauit discutiendum inter successorem Domi-
ni Archiepiscopi, & successorem in Archiepisco-
patu.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm... Adde videndum Rol. à Vall. *cons. 79. vol. 4.* Nu. 7. 8. Adde Episcopum Minorensi. *in vers. decima, ver. ad quartum fo. 79. a terg. & in ver. Clericus, §. 9. ver. 2. fol. 46. a terg.*

Num. 9. ibi Iudicis præceptum, Adde Vrsill. *in decis.* Aff. *d. n. 31.* *Vide glosam in l. ait prætor. §. permittitur, ver. impedimentum ff. de minor.* Practicam Papiens. *in forma sequestri, seu saxin. ver. audiat nu. 2. latius* Menoch. *cons. 68. nu. 12. vol. 1.* omnino Anton. Gam. *decis. 285. & iterum 303.*

In addit. in fine, *ibi amplius infra decis. 179. in addit.* & ideo illa opinio est tenenda pro qua est sæpè iudicatum secundùm hunc Dominum *in decis. 238. in fine*, & pulchrè Anton. Gama *decis. 238.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Decima imposita contra Religiosos pro prædijs, quæ possident, ligat etiam Mendicantes, qui de facto possident.*
2 *Decima Papalis, potiùs dicitur Collecta, quàm Tributum.*
3 *Et potius solui debet in Diœcesi Ecclesiæ, quàm in Diœcesi rerum.*
4 *Decima Papalis sit ne de iure Diuino, vel habeat nouam naturam.*
5 *Decima an debeatur de palea.*
6 *An de animalibus lactantibus.*
7 *Et an debeat asportari ad domum Baronis.*
8 *Iuri decimandi an possit opponi præscriptio, & priuilegium.*
9 *Religiosi, an etiam teneantur ad decimas prædiales parochiæ, vbi sunt prædia, tamen si Pontifex immunitatem tribuat non tenentur soluere.*
10 *Priuilegium per non vsum non tollitur, nisi voluntarium, secus si violentum.*
11 *Textus in cap. 12. sess. 25. in Concilio Trid. declaratur, vt non procedat si priuilegium non soluendi concedatur à Pontifice.*
12 *Vsufructuarius, an verò proprietarius soluat legata remissiuè.*
13 *An hæres, vel fideicommissarius teneatur soluere vsuras decursas durante tempore restitutionis creditoribus.*
14 *Vsufructuarius an teneatur soluere onera realia, vel occasione rei.*
15 *Et sic an teneatur ad collectas.*
16 *Conductor simplex non tenetur nisi ad longum tempus.*
17 *Præceptum iudicis quemadmodum excuset.*
18 *Decima personalis, an sit de iure Diuino, & an possit tolli.*

AD hanc decisionem, adde plura de decimis
in decis. 103. supra, & 124. latissimè, &
1 *decisio.* 117 & adde † quod decima im-
posita contra Religiosos pro prædijs,
quæ possident, ligat etiam Mendicantes, qui de facto
possident. Sura. *decisio. 305. incip. Nobilis, numer. 7.*
2 † quòd autem decima Papalis potiùs dicatur Colle-
cta, quàm Tributum, Bald. *in l. neminem C. de Sa-*
3 *crosanctis Ecclesijs.* Et ideò dicit Baldus ibidem, †
quòd potiùs solui debet in Diœcesi Ecclesiæ quàm in
4 Diœcesi rerum, & an † ista decima Papalis sit de iu-
re Diuino, vel habeat nouam naturam, Card. *in
Clem. 1. de decimis,* & Firman. *in verbo, Ecclesia, nu-
mer. 250.* vbi allegat Card. *in Clem. 2. Sanè, vltim. qu.*
5 *de iure patronatus.* An † decima debeatur de palea,
6 supra, *decisio. 103.* † vtrum de animalibus lactantibus,
7 *decis. 114.* & an † debeat asportari ad domum Baro-
8 nis, *decis. 124.* & ad illas dico, & † an iuri decimandi
possit opponi præscriptio, & priuilegium, quòd sic;
Triuisanus *decis. Veneta 15. incip. Pro parte,* vbi dicit
9 † etiam religiosos teneri ad decimas parochiæ, præ-
diales vbi sunt prædia, tamen si Pontifex immunitatem
10 tribuit, quòd non tenetur soluere, & illi † quòd pri-
uilegium per non vsum non tollitur, nisi voluntarium,
11 secus violentum, & declarat Text. † *in cap. 12. sess. 25.
in Concilio Tridentino. numer. 14.* vt non procedat,
si priuilegium non soluendi conceditur à Pontifice, &
12 † de vsufructuario, & proprietario quis soluat lega-
13 ta, *vide infra. decisio 483. & decisio. 49.* an † hæres,
vel fideicommissarius teneatur soluere vsuras decur-
sas durante tempore restitutionis creditoribus, lat-
issimè. Ad numer. 5. Adde latissimè Ozascum *decis.*
14 483. † & an vsufructuarius teneatur soluere onera rea-
15 lia, vel occasione rei. Afflict. *decisio. 152.* † & sic te-
netur ad Collectas. Menoch. *consil. 330. libr. 4.* & vi-
dendi sunt Rolandus *consil. 79. volum. 4.* Corset. *in
16 Singul. suis, verbo locatio,* vbi quòd † conductor
simplex non tenetur nisi ad longum tempus. Ita Nat-
ta, *consil. 36. libr. 1. & casum alium ponit* Cassan. *in
titul. des drait. rubric. 4. §. 6. gloss. 11. numer. 8.* Ad nu-
17 mer. 9. Adde † de præcepto iudicis quemadmodum
excuset. Afflict. *decis. 150. & 128. & infra Præsiden-
18 tem decis. 488. num. 2.* ad quam dico. Decima † per-
sonalis non est de iure Diuino secundùm aliquos, &
secundùm alios sic, & ideò fit dubium an possit tolli.
De hac quæstione videndus est Gouar. *libro variar. re-
solut. 1. cap. 17. nu. 8.* sed latius Ceualios, *in tract. Com-
munium contra Communes, lib. 1. quæst. 264. incip. in
quæst. doctissimè.*

ADDITIO D. RICII.

Decimæ Papalis solutio, an ad proprietarium spectet, vel ad conductorem, hoc dicit, adde ad decis. hanc Marr. *de Iurisd.part.4.cas.13.num.13. qui allegat* Caroc. *in tract. de locat. conduct. in tit. de collect. à n.20. infra cũ multis suis ampliationib. & declarationibus.* Monet. *de decimis cap.5. vbi dicit* quòd tam Dominus, quàm colonus partiarius, qui fructus Domino soluit ad decimam tenentur, *glos. & scribẽtes in c. cum sint homines de decimis*, ad vnam tamen duntaxat inter vtrumque diuidendam tenentur, vt tenet Guttierez *pract. qq. lib.1. num.8. vbi cum in praecedenti latè hanc eamdem sententiam confirmat eod. nu* 8. contrariam quoque tum rationibus, tum auctoritatibus comprobat, & tandem *nu.* 8. concludit seclusa consuetudine, licere cuique vtramlibet sequi opinionem, secus verò stante consuetudine, quam fore attendendam latius ostendit *qu.* 19. aliquando verò non tenentur coloni soluere decimas, vtputa quando eorum domini habent priuilegium reale exemptionis à decimarum solutione Henriq. *in sum. Theol. moral. tom.1. lib.7. c.27. nu.8. lit. I. & K.* vbi etiam ait id procedere quoque quoad prædia sita in aliena Parochia ab illa, quàm Domini habitant, idem multo magis vbi coloni ea de re habeant speciale priuilegium à Papa, vt constat ex text. vbi glos. & Doctores. *c. tua nobis de decimis*, quomodo autem tàm Dominus, quam colonus vbi soluere debent decimam eius solutionem inter se diuidant, vide Monet. *cap.6. quæst.4. conclus.5.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Solutio decimarum Papalium, & collectarum spectat ad locatorem, & quando secus.*
2 *Pensionarium posse agere contra successorem in beneficio pro terminis decursis, viuente prædecessore firmant Gig. & D. Præses, quorum opinio procedit cum temperamento.*

1 Gradatim disquirit D. meus, ad quem spectet solutio decimarum Papalium, an ad locatorem, vel potius ad conductorem, & contra locatorem resoluit, ex quo huiusmodi decimæ æquiparentur collectis, quæ solui debent à proprietario, & non à conductore, vt tradunt scribentes *in l. 1. C. de ann. & tribut. lib.* 10. adeo vt statutum arctans colonum ad solutionem collectarum sit iniquum, Bar. & Bal. *in l. colonus, C. de agricol. & censit. lib.* 10. nam colonus percipit fructus ratione laboris, quem in cultura sustinet Osasch. *dec.* 83. etsi collectas solueret duplici grauamine afficeretur pro eadem re; Extenditur vt nec colonus partiarius teneatur ad collectas, quamuis ei possint auferri fructus pro solutione collectarum, & decimarum, cedendo ipsi actiones, vt quod aufertur compensari possit cum fructibus per eum domino præstandis, Cancer. 3. *par. var. cap 7. de solut. num* 20. & pro decimis fundum esse hypothecatum, probat Giurb. *obser.39. num.39.*

Ad quas autem collectas teneatur conductor scribit fusè Sperell. *dec.* 41. vbi quòd teneatur ad collectas ex transitu fructuum de loco ad locum, vt quando soluitur gabella ad portam Ciuitatis.

Tangitur articulus, 2 An pensionarius pro pensione præterita possit agere contra successorem in beneficio pro terminis decursis in vita prædecessoris, & ex Gig. *de pension.* affirmat D. meus *num.*3. sed in hac re sciendum est, quòd Rota Romana primum hæsit, nec voluit admittere actionem, vt notant Cassador. *dec.4. de locat.* Crescent. *dec. 6. de solut.* postmodum quasi quòd affirmatiua sententia verior sit de rigore, vt post alios Garz. *de benef. par.1. cap.4. num.*201 sequutus fuit opinionem cum temperamento æquitatis, vt debeant præcessisse diligentiæ contra prædecessorem, & eius hæredem, adeo vt nulla possit notari negligentia pensionarius, vt millies responsum tradunt, Garz. *num.* 199. Gratian. *discept.94. num.59.* Lotter. *de re benef. lib.1. quæst.39. num.87. & 149.*

SVMMARIVM.

1 *Nomen debitoris, datum æstimatum, licet inexigibile, recipienti praeiudicat.*
2 *Recipiens nomen debitoris non soluendo scienter, sibi imputari debet.*
3 *L. si nomen ff. de hared. vel acti. vendi. declaratur.*
4 *Ignorantia facti alienari præsumitur.*
5 *Præsumptio, præsumptionem tollit.*
6 *Reo in dubio est fauendum.*
7 *Nomen debitoris æstimatum, quando dicatur.*
8 *Statutum, quod maritus lucretur tertiam partem dotis data, an procedat in dote non recepta.*

DECISIO CVIII.

Hæredes mariti, qui promisit restituere dotem in pecunia, vel retrocedere nomen debitoris sibi cessi ad electionem mulieris, an teneantur, eo nomine per maritum non exacto, restituere in pecunia numerata, vt petit mulier, vel possint retrocedere nomen debitoris?

Contraxit matrimonium Magnifica Cassandra de Tuso, cum Mag. Io: Thom. de Costantio, dedit ei in dotem ducatos quatuor mille, & in eadem scriptura, in capitulis matrimonialibus pro ducatis duobus mille, ex eis cessit ducatos duos mille, quos à Iulio Cæsare de Tuso eius fratre, occasione suarum dotium consequi debebat, qui Iulius Cæsar similiter in eadem scriptura se obligauit, data ei certa dilatione, soluere dicto eius viro, pacto adiecto in capitulis prædictis, quod succedente casu restitutionis, si pecunia prædicta non reperiretur exacta, liceat dictæ Cassandræ, & eius hæredi, restitutionem dotium petere, vel in pecunia numerata, vel in eodem nomine debitoris ad eius electionem, soluto matrimonio per mortem viri, non exactis dictis ducatis duobus mille, Cassandra petijt illorum restitutionem in pecunia super bonis viri, virtute pacti prædicti. Pro parte hæredum viri dicebatur non teneri ad restitutionem, in pecunia, sed esse promptos retrocedere idem nomen postquam dictus Iulius Cæsar tempore, quo fuit facta promissio dictæ Cassandræ in primis nuptijs, & tempore secundarum nuptiarum, non erat soluendo, quo casu dicebatur, hoc debere cedere damno ipsius mulieris, non viri, fuit igitur dubitatum, an dicti hæredes cogi possint ad restitutionem dictorum ducatorum

1 duorum mille de proprio? Pro actrice dicebatur, quòd postquam hoc nomen debitoris erat datum æstimatum, sufficere debet, quòd sit verum, etiam quòd nõ sit exigibile, prout tàm in cæteris, quàm in dote, est tex. *in l. si nomen, ff. de heredit. vel action. vendit.* & in dote sic distinguit. Bal. *in l. promittendo, ff. de iure dotium in 2. casu*, idem tenet ibi Iacob post eum, & Paul. de Cast. & Imola, *in l. Mauia, ff. solut. matrim.* & quòd fuerit datum æstimatum, apparebat, quia erat datum pro ducatis duobus mille, dicebatur etiam quòd vltra dationem in dotem huius nominis concurrebat dele-

gatio,

gatio, quia eodem contextu, eademque scriptura Iulius Cæsar debitor constituerat se debitorem viro, quo casu dicebatur quòd ex d. ct s præd. Doctorum, *in d. l. pro-*
2 *mittendo, & d. l. Mania*, † quando quis scienter recepit nomen debitoris non soluendo insolutum, sibi præiudicat, & quòd recepetit scienter eius vir, fundabatur ex regula *l. qui cum alio contrahi. ff. de regul. iur.* ex qua regula Alex. *in l. si cum dotem, §. si mulier. 2. colu. ver. vnum addo. ff. sol. matr.* in propria materia dixit, imputandum esse creditori, qui acceptauit nomen, quod non erat soluendo, refert, & sequitur Dec. *in reg. prædicta, ver. & quod hic dicitur.* Item arguebatur scientia, quia iam facta fuit constitutio, seu promissio antefati per dictum eius virum dictæ Cassandræ promittitur, vel quòd sit exacta, vel non exacta dicta summa duc. quatuor mille, & sic ex hac coniectura videtur argui scientia, postquam partes cogitauerunt quòd pecunia non exigeretur. Item, quia iam sciebat dictus secundus vir, quòd hæc mulier erat nupta primo viro in anno 1561. & quod matrimonium durauerat per annos quatuor, & non fuit soluta dos. Item, quia ab conuoluit dilationem quatuor annorum, & nouissimè sciebat, quòd aderat mater Iulij Cæsaris, cui dotes debebantur, & erat anterior. Item dicebat, quòd non erat tractanda materia delegationis, quia Cassandra non processit hac via, sed prius dedit in dotem, & postea pro maiori cautela viri, se obligauit Iulius Cæsar, & propterea erat tantummodo considerandus casus positus per Doct. quòd quando nomen debitoris datur in dotem æstimatum, periculum sit viri, vel quòd fuerit non soluendo tempore dationis in dotem, vel quòd sit effectus postea.

Pro parte hæ. eum non videbatur negari, hoc nomen debitoris fuisse datum in dotem æstimatum, licet
3 verum non sit, vt infra ostendetur, sed dicebatur † quòd tex. in d. l. si nomen, procedit quando emptor sciret nomen, quod emebat, non esse soluendo, allegabatur Alex. in specie *in d. l. si cum dotem in §. si mulier. 3. colum. verf. non omitto etiam ff. solut. matrim.* quam declarationem *ad d. l. si nomen*, videtur sequi apostilla ad Alex. *ibi*, & etiam dicebatur, quòd etsi tex. *in d. l. si nomen*, non reciperet dictam limitationem in genere recipiebat tamen eam in causa dotis. Ita limitat Paul. de Cast. in *d. l. Mania*, *ver. licet in alio*, allegat tex. *in d. §. si mulier, & in l. iure succursum. ff. de iure dot.* dicebatur quòd delegatio, vel in solutum datio, in hoc casu non opitulabatur, quia præsupponebatur, quòd vir fuisset ignarus, quod Iulius Cæsar debitor non erat soluendo, quo casu delegatio non prodest vxori, ex dict. sd. l. *promittendo*, per Bal.
4 & Iacob. † Quæ ignorantia, in facto alieno præsumitur, *l. verius. ff. de probat.* quæ etiam ignorantia arguebatur, quia quando præsumeretur scientiam, induceretur donatio, quæ in dubio non præsumitur, imò potius error. *l. cum de indebito. ff. de probat.* & maximè, quia à iure est prohibita inter virum, & vxorem. Item, quia inter partes erat conuentum, quòd exacta dote conuerteretur in emptionem, quod non erat necesse, si maritus sciuisset promittentem non es-
5 se soluendo, † & sic dicebatur, per has præsumptiones ignorantiæ, tolli præsumptionem scientiæ: regula est enim, quòd vna præsumptio tollit aliam in *l. diuus. ff. de in integr. restitut.* imò maior præsumptio dicebatur, quòd contra mulierem, sororem, fratris promittentis, ex reg. *l. octaui. ff. vnde cogna.* Nec promissio restitutionis antefati, exacta, vel non exacta dote operabatur, quia illud intellectum fuit procedere, data dote exigibili, non autem inexigibili, ex prædictis,
6 hæc causa videbatur habere difficultatem, & in dubio videbatur posse dici, in dubio esse fauendum reo, etiam quia tractabat de damno, & mulier debebat remanere cum eo, quod habebat ante contractum hoc secundum matrimonium, quo tempore non dubitabatur hoc nomen debitoris esse inane, nihilominus vnus ex
7 Dominis dicebat † non posse dici in præsenti casu, esse datum in dotem nomen debitoris æstimatum, quando mulier promisit pecuniam pro dote. Deinde, pro quantitate dotis, dat nomen debitoris in solutum, ita declarando *tex. in d. l. Mania*, dicit Iacob. de Are. cuius verba, quia communiter non habentur, sunt hæc, declarando textum, dum dicit decem, non tamen accepit pro decem, dicens accipio nomen debitoris pro decem iam promissis in dotem: nam tunc videtur esse emptor nominis, quæ verba non refert integra Iacobi. *in d. l. promittendo*, idem dicit Bald. *in l. fin. verf. quæro iussus dare C. ad l.* Falcid. quem allegat Iacobi. *vbi supra.* quòd ille, qui debet habere decem recipiendo nomen debitoris pro decem, recipit nomen debitoris in solutum, secus si non recipit nomen debitoris, pro quantitate, sed per modum accessionis, sunt notanda hæc verba Bald. hic est casus, de quo agitur, quòd huic viro fuerunt promissæ dotes debitæ per fratrem, qui frater accessit huic promissioni, seu obligationi factæ per eius sororem eius viro, & idcirco Paul. de Cast. *in d. l. Mania* quando vult ponere exemplum, quando datur nomen æstimatum, vel in solutum, dicit, quia mulier promisisset centum in dotem, & postea in solutum dedisset nomen debitoris, idem sentit Campe. *in tract. de dote q. 79.* & non recedendo à materia; posi-
8 ta quæst. per Doct. † an statuto dictante, quòd maritus lucretur certam partem dotis datæ, an procedat in non recepta? Ponunt plures casus, inter quos est primus, quòd quando pro dote promissa in pecunia numerata, mox datur aliquod nomen in solutum, maritus videtur accipere hoc creditum loco precij, & tantum illud æstimasse videtur, *l. precij. C. de rescin. vend.* & periculum spectabit ad virum, & propterea concluditur hoc casu maritum lucrari partem dotis, ita in specie Phapu. *in tract. de lucr. dot. in verf. restituenda num 43. ver. primus fit, fol. 36. in paruis*, vbi allegat Doctor. concordes quos, ne videar transcribere, non refero: dico tamen, quòd Corneus, quem ipse allegat *in conf. 52. 1. lib* & Ruin. 197. 1. *vol.* clarè dicunt, per promissionem tantam per alium de dote, non censeri dari nomen debitoris insolutum, si igitur non censetur datio in solutum remanet dispositio *l. Mania*, nec erit tractandum si hic debitor ante vel post dationem in solutum, fuerit effectus non soluendo, se quo per Bar. ceteros, *in d. l. si mulier*, & ex hoc fuerunt absoluti hæredes conuenti; nec fuit aliter tractatum de limitatione Paul. de Castr. super quibus limitationibus quando casus acciderit, resero scribendum, Die 13. Iulij 1575. referente D. Ant. Cadana, meo Domino.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 3. ibi l. nomen, Adde hunc Dominum *infra decis. 327. num. 6* post Roman. *conf. 163. nu. 6.* & ad quid tenetur venditor, seu creditor nominis, Idem Dominus *vbi supra num. 5.* post Bal. *in d. l. nomen* Alex. *conf. 242. num. 3. volu. 6.* & Gabalh. *de euictio §. 5.* Vide Mangrell. *ad Bar in l. si cum dotem. §. si mulier. ff. sol. matrim.* & Roland. *de lucro dotis q. 14. num 8. 25.* Dec. *in l. 2. ad finem C. de pactis*, Adde quòd eam exornat D. Anna *in collect. 495. & multa scribunt.* Magon. *in decis.* Florent. 39 *n.* 1. & Surd. *in dec.* 326 *n.* 41.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Prior creditor non auocat nomen debitoris cessum à manibus secundi creditoris, licet non exegerit secundus creditor debitum.*
2 *Cedens nomen debitoris simpliciter satisfacit, quando debitorem cessum debitorem esse ostendit.*
3 *Cessio nominis debitoris non solum est facienda, sed etiam cedens debet scripturas tradere, quibus possit cessionarius agere contra debitoris nomen cessum.*
4 *Cedens nomen debitoris, tenetur de euictione si inexigibile nomen reperitur.*

5 Et

5 *Et emptor nominis debitoris habet regressum de euictione contra cedentem, etiam omissa denunciatione motæ litis super cessione.*

6 *Periculum nominis cessi, ad quem spectet post cessionem.*

7 *Nec debitor renuere solutionem, & denegare satisfactionem cessionario potest.*

8 *Cedentis confessio an cessionario noceat.*

9 *Solutio cui cautius sit facienda per debitorem, cedenti, vel cessionario.*

10 *De cessione facta duobus, remissiuè, cui sit soluendum.*

11 *Cedens an possit contra debitorem cessum agere pro debito cum Regula ampliationes, & limitationibus.*

12 *Debitor in diem, & sub conditione an possit conueniri, vt adueniente die, & conditione, soluat.*

1 AD hanc decis. 108. adde, quòd † prior creditor non auocat nomen debitoris cessum à manibus secundi creditoris, licet non exegerit secundus creditor debitum, in terminis Cartarius *Rota Iann. decis. 19. incip. Pul-*
2 *chrum*. Et adde † quòd cedens nomen debitoris simpliciter, satisfacit, quando debitorem cessum debitorem esse ostendit, Magonius *in decis. Florentina 39. & Rota Iann. 156. in primis Decisionibus*. Sed in facto
3 habui, quòd † non modò cessio sit facienda nominis debitoris, sed etiam cedens debet scripturas tradere, quibus possit cessionarius agere contra debitoris nomen cessum, prout eadem *Rota Iann. in decis.* 189. 104. & 161. Secus autem, & aliqua ponuntur in dicta
4 *decis.* 156. Immò dico, † quòd cedens nomen debitoris, tenetur euictione, si inexigibile nomen reperitur,
5 Crauet. *cons.* 109. † & emptor nominis debitoris habet regressum de euictione contra cedentem etiam omissa denunciatione motæ litis super cessione. De-
6 cius *cons.* 102. † Periculum nominis cessi ad quem spectet post cessionem Ozasc. *decis.* 61. & Crauet. *con-*
7 *sil.* 191. † Nec debitor potest renuere solutionem, & denegare satisfactionem cessionario, Natta *cons.* 382.
8 An † cedentis confessio noceat cessionario, & cui cau-
9 tius sit † solutio facienda per debitorem, cedenti ne, vel cessionario; Ozascus *decis.* 44. *incip. Franciscus*.
10 Et de † cessione facta duobus, Ozasc. *decis.* 62. *cui sit*
11 *soluendum*. An † autem cedens possit contra debitorem cessum agere pro debito, Guid. Pap. *decis.* 567. *Tolos.* 159. Caballinus *Milleloquio* 822. Trigo. *Sing.* 60. qui ponit Regulam, ampliationes, & limitationes,
12 an † debitor in diem, & sub conditione possit conueniri, vt adueniente die, & conditione soluat, omninò, Ioseph. Ludon. *concl.* 8. Vrsil. *decis.* 292. & Doct. *in l. 1. C. vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes*, & Vrsill. *dec.* 108.

ADDITIO D. RICII.

HÆres mariti, qui promisit restituere dotem in pecunia, vel retrocedere nomen debitoris sibi cessi ad electionem mulieris an teneatur eo nomine per maritum non exacto restituere in pecunia numerata, vt petit mulier, vel possit retrocedere nomen debitoris: hoc dicit. Adde Mut. *in decis. Sicilia* 84. *num.* 7. vbi etiam dicit quòd si maritus fecit impensas in exigendis nominibus debitorum sibi in dotem datis inæstimatis deducit, & imputat mulieri, secus tamen quando æstimata fuit data, & expensæ essent magnæ, allegat Bartol. *in l. 1. §. necessaria in fin. ff. de impens. in reb. dotal.*

* * *

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Cedens nomen debitoris tenetur si tempore cessionis debitor non erat soluendo reiectis Paulo de Castr. & alijs.*

2 *Cessionarius an debeat allegare iustam causam ignorantiæ, & refelluntur Alex. & Barbos. per Reg. Galeot.*

3 *Textus in l. si nomen de hered. vel act. vendit. vtrum limitetur fauore dotis, & edisseritur. num 4.*

5 *Maritum non dici accipere nomen debitoris æstimatum si pro mille sibi promissis in dotem habuerit pro 500. nomen debitoris Caij. qui se marito obligauerit firmat decisio, de qua dubitat Montan.*

1 MOdificationes notabiles in materia cessionis nominis debitoris edocet D. meus in terminis text. *in l. si nomen, ff. de hered. vel act. vend.* ex cuius dispositione cedens nomen debitoris tenetur solùm facere nomen verum non autem idoneum, & soluendo, & prima limitatio affertur, quòd non procedat textus, quando cessionis tempore, & à principio nomen debitoris cessum non erat soluendo, quia tunc cessionarius contra cedentem regressum habere potest, ita Alex. *in l. si cum dotem §. si mulier. 3 col. ff. sol. matr.* quam declarationem sequitur Apostill. *ad eum*, & Roat. *de ann. reddit. lib. 2. quæst. 21. num. 22.* vbi allegat textum à contrario sensu *in l. promittendo § si à debitore vers. sciens. ff. de iur. dot.* de Marin. *lib. 1. resol. 42. num. 1* Cenc. *de censib. quæst. 72. num. 23.* & hanc doctrinam vti notabilem commendat, Tondut. *quæst. ciuili 48. num. 10.* & quamuis contrarium velint, Bar. *in d. l si nomen*, & in specie Paul. de Castr. *in l. Mania num. 4. ff. sol. matr.* Imol. in *d. § si mulier*, nihilominus contrarium verius ex *d. §. si à debitore* probat Barbos. *in l. æstimatis num 11. ff. sol. matr. facit l. Iulianus, ff. de act empt.* vbi venditor tenetur actione quanti minoris de vitijs occultis, quam legem cum similibus, nedum locum habere in vitijs corporalibus, sed etiam in alijs vitijs occultis, probat Montan. *contron 45. num. 9.* quidquid velit Paul. *in dict. l. Mania*.

2 Beneuerùm Barbosa admittit hanc conclusionem, quando cessionarius allegauerit iustam, & probabilem causam ignorantiæ, aliàs non esse audiendum, ex quo alleget culposam ignorantiam per *l. qui cum alio. ff. de regul. iur.* & ei obstaret regula, *l. quod quis damnum ff. eod.* vbi damnum, quod quis sua culpa patitur, sibi imputandum est, & ita etiam Tondut. *vbi sup.* sed quia difficile est cognitu, num nomen debitoris sit soluendo vel ne, cùm difficilis sit perscrutatio de alieno patrimonio, *l. 2. C quib. & quand. quart. pars debeatur lib. 10.* cùm difficile reputetur, vt quis sciat vires proprij patrimonij, *l. in fraudem, ff. qui. & à quib.* proinde longè difficilius existimabitur inuestigare vires alieni patrimonij, & quidquid sit de rigore, aliud est de æquitate, quod subueniendum sit cessionario ignoranti, ne cedens locupletetur cum aliena iactura, etiam extra causam dotis, ex Cagnol. *in d. l. qui cum alio num. 6.* & alijs probat copiosè, & eminenter doctissimus Regens Galeot. *controu. 32. num. 20. & seq.* ne cedens locupletetur cum aliena iactura, & in hoc casu in nullo læditur, sed cessionarius habendo nomen inane, impensius

aderit

aferit ignorantia alieni patrimonij virium, si debitor cessus possideret stabilia.

3 Altera limitatio *d.l.si nomen*, quæ recensetur *nu.* 4. est fauore dotis, vt in ea succurrendum sit viro, & vxori, si decipiatur in recipiendo nomen non idoneum, etiam si culposa eis ignorantia possit imputari, & sufficiat si re ipsa lædantur, accipiendo debitorem inopem Paul.*in d.l. Mania per d.§. si à debitore*, ratio colligitur, ex *l.iure succursũ § fin.ff.de iur.dot.* vbi generaliter definitur in causa dotis nullam admitti captionem, nec tolerari aliquem ex coniugibus locupletari cum aliena iactura, ita Barbos. *vbi sup nu.*11.*& seq.*

Distinguit Bar. *in d.l. Mania*, quòd si nomen debitoris datur simpliciter in dotem, & maritum non teneri de periculo nominis debitoris dotalis, si culpa sibi imputari nequit, si autem datum esset extimatum, quia tunc æstimatio faceret emptionem, & periculum esset viri, ex *d. l. si nomen*, & deinde opponendo ex *d. §. si à debitore*, iterum distinguit, quòd aut nomen debitoris datur in dotem, & habet locum præcedens distinctio de inæstimato, & æstimato, si non datur in dotem, sed delegatur viro, tunc si tempore delegationis erat inops, & maritus sciuerit inopiam, & tenetur, secus si ignoranter.

4 Articulus non fuit decisus, sed ipse vt meam interponam opinionem, censeo subueniri marito; etiam in casu culposæ ignorantiæ, ex Barbos. & alijs allegatis; in casu autem scietiæ inopiæ debitoris, tunc nequaquam subueniri viro scienti ex Costa *de scient. & ignor. centur.* 1. *dist.* 44. *numer.*7. Mangil. *de euict. quæst.* 77 *num.*8 & hoc non ex ratione, quia accipiendo maritus scienter debitorem veli donare, vt D. meus *n.*4. sed potiùs quod recipiendo talem debitorem, videtur approbasse illius personam quasi idoneam ad soluendum, *l.inter causas §.abesse ff.mand.* Barbos. *num.*9.*&* 10. vt in simili sciens vitium rei emptæ, non potest agere contra venditorem, *l.*1.*§.fin.ff.de act.empt* Montan. *vbi sup.nu.*5. in dubio etenim non præsumitur donatio, *l.cum de indebito. ff.de prob.* & potest accipiens nomen debitoris inopis sperare illum euasurum diuitem, & limitationem fauore dotis, probant Reg. Galeot. *n.*37. Castil. *decis.*7. D. Staib. *resolut.*99 *numer.*17. *cum seq.*

5 Inspiciendum successiuè remanet; Si mulier dat in dotem ducatos mille, in quorum partem cessit ducatos 500. quos debet consequi à Caio, qui se obligauit marito pro summa à se debita, an dicatur maritus recipere nomen debitoris extimatum, & D. meus ex Iacob. de Arer. *in d.l. Mania*, negat ex eo, quòd tunc nomen debitoris dicatur accedere promissioni, seu obligationi dotantis, ita quòd soluto matrimonio si idem nomen debitoris extet non exactum, possit idem maritus, vel eius hæres idem nomen cedere in restitutione dotis. & ita fuit decisum.

5 Montanus dubitat de hac decisione, quia statuatur fundamentum in *d.§ si à debitore*, vbi debitor cessus erat debitor sub conditione, & ante conditionem purificatam desijt esse soluendo, & ideo maritus non fuerat in culpa; Præterea cessionarius vltra promissionem cedentis nouam exegit obligationem à debitore cesso, quapropter videtur approbasse personam debitoris cessi pro bono, & exigibili, & liberatur cedens Rota Genuens *decis.*2.*num.*3. Canc. *quæst.*72.*num.*21. *vers.limitatur*, hæc Montan. & declarat quando censeatur datum nomen debitoris inæstimatum, vt periculum sit vxoris, & præsertim extante pacto, quòd in casu restitutionis dotis si idem nomen extiterit restituatur.

Pulchra est decisio Rotæ Romanæ in materia cessionis nominis debitoris, quòd si ceditur creditum censuale, etiam quòd non promittatur exigibile si euincantur corpora censui obnoxia à creditoribus anterioribus cedens tenetur de euictione census, Merlin. *decis.*639.

SVMMARIVM.

1 *Meliorationes ad perpetuam rei vtilitatem fideicommissarius soluere tenetur.*
2 *Pretium in proposito inspiciendum est tempore restitutionis.*
3 *In bona fidei possessore, idem indicatur.*
4 *Fructus percepti per hæredem non computantur in pretio meliorationum.*
5 *Quid si pretium excederet meliorationes.*

DECISIO CIX.

Fideicommissarius soluere tenetur pretium meliorationum factarum in rebus fideicommisso subiectis, prout valent tempore restitutionis.

SI grauatus restituere domos, pendente conditione, fecit meliorationes in domibus ad perpetuam rei vtilitatem, † tenebitur fideicommissarius soluere grauato pretium meliorationum prædictarum *l.domos. ff.de leg.*2. *cum concor.* per Modest. Paris. *in consue.* Paris. *in tit.*1.*nu.*1 *in gl.*5. *in vers. le fief, nu.*75. *versic. ad id, vnde digressus sum. fol* 38. Peregr. *de fideicommiss. artic* 50.*nu.*61. *qui de* 2 *hac dec. meminit*, quod tamen decisum fuit, † esse intelligendum de pretio, quo meliorationes valebunt tempore restitutionis, adeò quòd si minùs valeant, quàm expensum sit, illud tantùm teneatur, est tex. *in d.l. domos. ff. de leg.* vbi Bart. Bald. Ang. & Alexa. & videtur hanc opinionem esse æquissimam, quia vltra valorem tempore restitutionis extantem, nil peruenit 3 Dominum de illis expensis & meliorationibus. † quod etiam procedit in possessore bonæ fidei, iuxta terminos, *l.in fundo. ff.de rei vend* & in eo, qui mutuauit ad domum reficiendam, secundùm *gl. in l.*1 *ff.de cessione bono.* licet sub dubio in hoc aliter sentiat Dec. *in l.* 4 *creditor.*2.*col ver & ista concl ff si cert pet.* † nec fructus interim perceptos, quia ex re propria percepit, in ijs meliorationib. compensabit, vt benè declarat Alex. *ibi.*2 *col. vers. & est bene notandum.* Rip. *in l. vbi pure.* 9. *qui in distrahendis. ff. ad Treb.* Peregr. *vbi sup. n* 72. Gam. *decis.*138. & ita iudicauit Sacrum Consilium referente D. Petro Paulo Theodoro, dum D. Io. Felix Scalaleo Regius Consiliarius fecisset meliorationes in domibus Magnificorum de Antinoro in Burgo Virginum, fideicommisso subiectis, quarum vsum ipse emit, vita durante primi hæredis, seu fideicommissarij, & deinde (me referente) fuit idem iudicatum in causa Don Fabritij Pignatelli, cum Illustr. Duce Montis Leonis hoc idem tenet D. Lud. Molin. *in tract. de Hisp. primog. lib.*1.*c.*26.*nu.*13.*tem.*188. *& vide in prin.*456. latè per Barb. *in l. diuortio § fin. numer.*92.*ff. sol. matr.* 5 vbi de hac decis. meminit, † quando autem meliorationes excederent pretium, quod impensum fuit, Sacrum Consilium non iudicauit, quia raro accidit: sed si casus accideret, posset dici, quòd non teneretur fideicommissarius, nisi id, quod expensum est, super quo videndus est Franciscus Bursa. *in cons.*71. D. Georgius 6.*col. versic si verò*, quem vidi post causam decisam, quia multos allegat, & apud me est magnæ auctoritatis, contrarium plenissimè probat Menoch. *in tract. præsumpt.*32. *præsumpt. num.*6. *versic. & hac quidem lib.*3. *fol* 145. seu Mazar. *in tract. de fideicommiss.* 65. tenet id tantum esse solutum, quod impensum est per tex. *in l. in fundo*, & dicit ita fuisse iudicatum per Rotam Florentinam. *fol* 66. *in parui.*

2 *Item poterit index indicare contra instrumentum ex confessione partis.*
3 *Et indicare secundum ius gentium, quòd in ore duorum, vel trium stet omne verbum, omisso iure Ciuili in probationibus.*
5 *Legitima probatio verificatur per testes omni exceptione maiores.*
6 *De pacto de retrouendendo, & an, & quando faciat contractum vsurarium, & quid probandum remissiuè.*
7 *Princeps vendendo cum pacto de retrouendendo per verba quandocumque non excludit praescriptionem.*
8 *Testibus singularibus quando sit credendum.*
9 *Testes singulares non probant, nec vnus testis, etiamsi iudicandum sit sola facti veritate inspecta.*
10 *Singularitas obstatiua infringit testimonium, & testis singularis non probat.*

AD ea quae dico ad hanc decis. *sup. decis.* 48. & vide Afflictum *in tit. de feudis in lib.* 2 *fo.* 86. *in tit. de feud. alienatione. fol.* 87. & Camerarium *in ca. Imperialem, post Capicium de prohibita feudi alienatione. per Federicum.* Ad num. 13. adde Ozasc. *decis.* 1. Gramm. *cons. ciuili* 79. & 92. Decium *cons.* 133. & 595. *num.* 8. 647. *nu.* 7. 650. & 652. Loffredum *cons.* 17. *num.* 17. late Couarru *loquitur lib.*
1 *resolut. cap.* 1. † & stante clausula Sommarie in Regno, Iudex potest credere testi non iurato, Roman. *cons.* 20. latissimè Ias. & Moderni, *in l. admonendi, de*
2 *iureiurando.* † & potest iudicare contra instrumentum, ex confessione partis. Aim *cons.* 61. *num.* 3. *vol.* 1.
3 & Hier. Gabr. *con.* 67. *vo.* 1. & † iudicare secundùm ius gentium, quod in ore duorum, vel trium stet omne verbum omisso iure ciuili in probationib. Hippo. *in rub de prob. num.* 122. aliqua ponit Afflict. *decis.* 13. 105. Andreas *in const. in causa depositi,* & Pand. Grau. *in prag. dispendia num.* 148. & Arnon. Soliloquio 57. & de Bottis *ad d. l. testium, C. de testam,* Maranta 4. *par.* 9. *distin.* Menoch. *arbit. iudicum.* alia ponunt conferentia. Paris *in tractatu Syndic. verb sententia, §. vtrum. n.* 5. Dec. *cons.* 631 & 699. Alexand. *cons.* 6. *vol.* 3 & 189. *volum.* 6. *in fine* Aret. *in cap. dilecti, de iudicijs.* Bartol. *consil.* 82. Aimon. *de antiqu. temporum, par.* 1. *num.* 202. vbi
4 an † iudex credere possit testibus non iuratis. Cara-
5 uit. *ritu* 188. *num.* 18. & † legitima probatio verificatur per testes omni exceptione maiores. Decius *in c. si clerici, de iudic.* Ad numerum 19. *adde sup. decis.* 17. & *num.* 3. *decis* 95. sed latissimè Crassus *in tract. de ex-*
6 *cept. exceptione* 28. vbi latissimè † de pacto retrouendendi, & an, & quando faciat contractum vsurarium, &
7 quid probandum, & quòd † Princeps vendendo cum pacto de retrouendendo per verba quandocumque, quòd non excludatur praescriptio, Surdus *decis.* 1. & 2. *Senatus Mantuani.* Ad numerum 20. de singularitate testium, Antonius Gabrielius *latissimè lib.* 1. *conclusionum. tit. de testib, conclusione* 2. latissimè Scribentes *in l. ob carmen. ff. de testibus,* Pau. Fusc. *sing* 260. *verbo testis* Crauet. *cons.* 78. *n* 9 & 151. *n.* 155. Anna *sing.* 634.
8 Aimon. *cons.* 175. *vol.* 2. † Quando autem testibus singularibus sit credendum, Afflict. *decis.* 72. & 362. Ozascus *decis.* 1. *num.* 30. Vrsillus *decis.* 240. Surdus *dec.* 216. *incip. Senatus conclusione, num.* 41. Gratianus *in decis.*
9 68. *incip. in causis,* dicit † testes singulares non probare, nec vnum testem etiam, si iudicandum esset sola
10 facti veritate inspecta, & *decis.* 139. quòd † singularitas obstatiua infringit testimonium, & *decis.* 37. *nu* 10. quòd testis singularis non probat. Ad numerum 23. adde supra Praesidentem *decis.* 95. & Vrsillum, *decis.* 272. ad quas dixi.

ADDITIO D. RICII.

ASsensus praestitus super venditione, seu contractu facto non extenditur ad faciendam, hoc dicit. *adde nostram collectaneam* 50 & *dec.* 28 licèt aliàs in Sacr. Consil. assensum praestitum super venditione facienda, si venditio reperiatur iam facta conualidare venditionem, sed hoc credo euenisse ex vi clausularum, quae in rescriptis appositae erant, facit tamen pro conclusione decisionis quòd assensus est stricti iuris, nec extenditur de tempore ad tempus Ann. *allegat.* 36. *nu.* 10. & assensus praestitus ad donandum non extenditur ad donationem causa mortis, *idem allegat.* 142. & assensus praestitus super venditione feudi non extenditur ad pactum de retrouendendo in eo appositum, vt fuisse decisum in Sac. Consil. testatur. Gramm. *decis.* 79 *post nu.* 22. & 30. & assensus praestitus super repetione dotium, & antefati, & an extendatur ad assecurationem ob vergentiam viri ad inopiam, Frecc. *lib* 2. *de de subfeud. vers. secundo quaero,* & an tenens feudum cum assensu obligatum possit illud dare insolutum suo creditori sine assensu Frecc. *in secundo lib.* 29 *quaest.* quae quando adesset assensus generalis an sufficiat, vel opus sit nouo assensu, & quid si adest clausula, nostro assensu semper saluo, Camer. *in cap. Imperialem fol.* 45. assensus regulatur secundùm actum, super quo interponitur Baldus. *in cap.* 1. *quid iuris sit n.* 22. & assensus praestitus in vno contractu, an operetur in alio, videndus Lanar. *cons.* 28. *n.* 2. Ann. *cons.* 84. *nu.* 12. quando tamen assensus extendatur de casu ad casum, vide eundem Lanar. *cons.* 36. & assensum praestitum super principali contractu extendi etiam ad executiua, voluit Paris. de Pateo *de feudi reintegr. fol.* 236. Denique nota ex Capic. *in decis.* 182 *nu.* 12. assensum praestitum super concessione feudi pro dote non requiri amplius in restitutione facienda soluto matrimonio, notissimè videas in terminis decisionis D. Io. Maria Nouarium *in collect. decis. ad pragm.* 10. *n.* 5. *de feudis,* vbi citat nostrum Authorem, & alia adducit.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Contractus venditionis feudi an valeat si in assensu non sit facta mentio de pacto de retrouendendo incontinenti apposito decisum est affirmatiuè, & ostenditur repugnantia cum alijs decisionibus. D. Praesidis, & Reg. Reuert. n.* 2.
3 *Reg. Marcianus declarat decisionem.*
4 *Assensus super venditione facta non extenditur ad faciendam reiecta limitatione Salgadi.*
5 *Assensus super ratificatione venditionis non extenditur ad venditionem.*

1 DImicare inter se videntur decisiones D. mei, & R. Reuerter. in proposita controuersia, verum contractus venditionis feudi valeat cum assensu facta, si in eo non sit facta mentio pacti de retrouendendo incontinenti appositi, & affirmatiuè iudicauit R. C. S. sed à decisione reclamatum fuit, vt legitur hic in fine.

Suaderi potest validitas venditionis ex eo, quòd pactum de retrouendendo adueniens non potest dare legem contractui perfecto, & absoluto, neque nouam formam ei imprimere argumento, *l. perfecta donatione, C. de donat.* idque naturali exemplo comprobatur à ferro, quod potest recipere formam, quamdiù ignitum est, non autem postea, ita in puncto Montet. *dec.* 1. *nu.* 58. & quando partes faciunt vnum contractum, quem facere possunt, & postea faciunt pactum, super quo dispu-

disponere non possunt valere contractum principalem pactum autem vitiari habetur, & *l. 1. in fin. cum l. seq. ff. de reb. eor.* & firmat in specie *Reuert. decis. 563.*

2 Reclamationis è contra fundamentum constitui potest in alia *dec. 126.* D. mei, vbi tractatur similis quæstio de venditione rei feudalis facta cum assensu de pacto de retrouendendo separatim, sed incontinenti apposito inter contrahentes, an assensus impetratus super sola venditione non facta expræssione dicti pacti, & concludit assensum in totum inualidum, ratione indiuiduitatis contractus, & consensus, qui cùm sit vnus, & idem ex contrahentium mente si corruit in vno, corruit in totum ex defectu assensus, quamuis pactum de retrouendendo fiat post absolutum contractum venditionis, quia nihilominus fuit primum in intentione, quamuis vltimum in executione, sine quo venditor non esset aliàs venditurus, ex Bal. *in l. auia,* & *l. fin. C. de iur. dot.* Frecc. *de feud. lib. 2. quæst. 16.* qui allegatur hic *num. 7.* & sic refert per S. C. iudicatum, & Reg. Reuert. *dec. 133.*

Declarat præsentem decisionem Reg. Marcian. *disp.*
3 *7. num. 38.* ideò fuisse habitum hic assensum pro valido, quia non ostendebatur pactum de retrouendendo fuisse appositum in principio contractus, vt asserit D. meus in fine, & proindè cum assensus fuerit concessus super contractu, in quo à principio non aderat pactum de retrouendendo, ideò assensus cùm in nihilo esset difformis validauit contractum, quia non erat in potestate partium postmodum illum irritare ex pacto de retrouendendo, secus autem si à principio partes conuenissent de pacto de retrouendendo in scriptura separata incontinenti apponendo, nam tunc nullus fuisset omninò contractus venditionis, etiam si venditor, in cuius beneficium illud pactum tendebat voluisset illud remittere, vt Gizzarell. *dec. 3. num. 10.* vbi reijcitur Reg. *de Ponte de potest. Proreg. tit. 8. de refut. §. 2. num. 21.* & de hac re iterum dicam *obser. 126.*

4 Inefficaciæ assensus nonnullæ edocentur regulæ *nu. 1. & seqq.* prima est quòd assensus Regius super venditione facta præstitus non extenditur ad faciendam, nec è contra ex Paul. *in l. hæc venditio §. si causa ff. de condit. & demonstr. Ann. singul. 40.* vilta ratio est, nam assensus non extenditur de tempore ad tempus, Andr. *in cap. Imperialem col. 1. de prohib. feud. alien.* atqui in casu nostro fieret alia extensio de tempore ad tempus, ita in puncto Reuert. *dec. 200.* & ibi Reg. de Marin. & quamuis Salgad. *in laber. credit. p. 2. cap. 10. num. 8.* conueniat ignorante Principe, secus si sciat, nihilominus in Regno nostro tacitus assensus non sufficit, sed requiritur expressus vigore *constit. constitutionem, Diuæ memoriæ,* ibi *de expressa nostra licentia,* ità Reg. *de Ponte dec. 34. num. 14.* & propterea non suffragatur scientia Principis, nam tunc esset assensus tacitus, Lanar. *cons. 79. num. 24.* & ad euitandam nullitatem cautela est, vt dicatur saluo assensu impetrato, siue impetrando de Georg. *alleg. 5. num. 57.*

5 Adhæc assensus præstitus super ratificatione contractus, non comprehendit venditionem factam, aliud siquidem est venditio, aliud ratificatio venditionis, & qui ratificat non alienat, ita D. meus *num 6.* quem refert, & sequitur Merlin. *centur. 2. controu. 8. num. 18.* quamuis ratificatio supponat venditionem, nihilominus assensus super ratificatione venditionem non validat, D. Marcian. *cons. 16. num. 12.* Merlin. *vbi sup.*

In materia difformitatis assensus videndi sunt R. Ronit. *cons. 12. nu. 22.* vbi exornat decisionem, quòd si in contractu venditionis feudi sit appositum pactum quòd venditor teneatur soluere releuium, & in assensu hoc pactum sit ommissum, ex quo est contra naturam contract non vitiatur contractus, nec potest allegari difformitas per venditorem, videndus R. Marcianus *disp. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Vxor ex consuetudine Neapol. non lucratur proprietatē antefati, liberis superstitibus, sed vsumfructū.*
2 *Consuet. prædicta, qualiter procedat.*
3 *Proprietas antefati in filij præmortui hæreditatē remanet.*
4 *Mortuo fratre, superstite matre portio illius accrescit fratri, non matri.*
5 *Ex alterius persona commodum, consequi non prohibetur.*
6 *Frater superuiuens, partem antefati spectantem ad fratrem præmortuum, vt illius hæres obtinet.*
7 *In proprietate antefati succedunt filij, velut hæredes patris etiam si contractum sit matrimonium more magnatum, vt num. 9.*
8 *Afflicti opinio reprobatur.*

DECISIO CVI.

Creditores filij præmortui non habent actionem ad antefatum, quod in bonis filij præmortui matri competebat defunctæ altero superstite filio ad quem integrum deuoluitur.

1 DE † iure consuetudinario Ciuitatis Neapolis, est clarum, quòd vxor non lucratur proprietatem quartæ, seu antefati, eidem per virum constituti, liberis ex matrimonio soluto superstitibus, sed tantùm vsumfructum, vt in consuet. quartam autem, si tamen liberi prædicti post solutum matrimonium decessissent, consolidabitur proprietas cum vsufructu, vxor efficietur plena domina, quod tamen procedit quando omnes liberi mortui fuissent, quia si vnus superuixeret, dicit Neapod. *in glos. in ver. liberis,* mulier non habebit aliquam partem pleno iure: accedit, quòd mortuus fuit vnus ex filijs, qui contraxerat multa debita, deindè mortua fuit mater, superstite altero filio per quem fuit impedita consolidatio proprietatis cum vsufructu in beneficium matris; fuit dubitatum, an creditoribus filij præmortui competisset actio super medietate antefati, quæ ad filium mortuum spectasset si non esset præmortuus? Et licet frater superuiuens prætendisset, ad eum spectare integrum antefatum, tamquam, quòd ipse solus superuixisset, & consuetudo deferat, mortua matre, antefatum filijs: nihilominus
3 fuit decisum contrarium † quia hæc proprietas antefati remansit in hæreditate filij mortui, vt sentit Neapodan. *in dict. consuetud. in vers. habet, vers. & si opponis, & si obligata creditoribus ipsius.* Præterea idem
4 Neapod. ibi *in glo. in vers. liberis,* dicit, † quòd quando vnus ex fratribus, eisdemque filijs decedit sine liberis, superstite matre, succedit tunc frater, & non accrescit matri, si ergo succedit frater, habebit hanc medietatem, vt hæres, & sic dicebatur teneri creditoribus hæreditarijs, fuit enim conseruata proprietas antefati spectans ad hunc fratrem mortuum, in hæredi-
5 tate ipsius ex beneficio superuiuentis, † quoniam de iure non est prohibitum, aliquem ex alterius persona commodum consequi *l. si post mortem. §. fin. ff. de bonor. possess. contra tabu.*

Nec fuit habita ratio de prætensis per fratrem superuiuentem, quia licet antefatū conseruetur pro filijs su-
6 peruiuentib. † nihilominus aliam partem, vltra propriam habebit, vt Neapod. dicit tamquam hęres prędefuncti, cùm alter habere non possit, quia non recedit proprietas, vel ab hæreditate filij defuncti, vel ab hæreditate patris, vt videtur sentire Apostilla *ad consuet. quartam autem, quæ incipit, ad intellectum huius consuetudinis fol. 250.* nisi omnibus filijs defunctis, quia in hoc casu dicit Neapod. *dict. glo. in vers. habet hac*

proprietas, illico mortuis filiis, accrescit vsufructui, vel vt dicit Neapod. *in glo. in ver. hæris mortuis filiis*, hæc proprietas antefati non residebit, nec momento in hæreditate vltimi decedentis. fuit ergò decisum, super existentia filii operari effectum, vt retineat portionem proprietatis antefati pro se, & aliam portionem tanquam hæreditariam obnoxiam creditoribus, defuncti & fuit in caussa Dominę Marchionissæ Polignani de Piccolhominibus, & Dominæ Iuliæ Baltranea, cum Domina Anna Toralda, me referente, iunctis Aulis Actuario Sorono, Idem postea fuit decisum die 23. Ma. 1583. iunctis similiter Dominis Consiliar. duarum Aularum in causa Magnif. Scipionis de Loffredo cum Magnif. Ant. de Loffredo penes Cæsareum Secretariū, & in fortiori casu fuit iudicatum in causa D. Cæsaris de Gheuara, & creditorum quondam Eleonorę Carrafæ cum Lucretia Carrafa die 7. Iun. 1583. similiter iunctis Aulis Caro Actuario, & penes eundem Secretarium, & postquam est sic sæpius iudicatum, non debet
7 amplius in dubium refricari. Adde tamen prædict 5, † quòd hodie indistinctè iudicamus, in hac proprietate antefati succedere filios, vt hæredes patris contra Afflictum in *decis. 314.* & sic etiam fuit iudicatum post Afflictum in Sacro Consilio, ante hæc tempora, vt refert Pisanellus *in dict. consuet. quartam autem, in apostilla, quæ incipit, mortuo Hieronymo, fol. 250.* licet nouissimi addentes ad dictam *dec. 314* sentiant cum Afflict. &
8 malè, Insuperq; aduertendum, † quòd secundùm hanc opinionem iudicatum fuit, etiam quòd matrimonium esset contractum more magnatum, per Sacrum Consilium tempore quo erat Præses Dominus Thom. Saler-
9 nitanus, † Præuia maxima discussione, in causa creditorum Spect. Comitis Montellæ, in qua ego non interueni, quia fueram Aduocatus Illustr. Domini Ioannis de Gheuara, Ducis Bouini, vnius ex creditoribus. Pro quorum Regia dispensatione interueni, etiam dum essem Regius Consiliarius, ideò rationes decisionis non pono, pendet nunc reclamatio.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. 2. Vide Vrsill. *in decis. Afflict. 75. n. 11. in fi. & seq. decis. Aten. 80. n. 3.* Grats. *in §. successio. ab intestato. q. 25 n. 3.*

Num. 7. Adde Capriol. *de successio. lib. 4. num. 63. 64. & seq. fol. 264.* D. de Bottis *ad Napod. in Consuetud. si quis, vel si qua fol. ... in nouis omnino* D. Senatorem Annam *cons. 74. num. 7. & seq.* sed cum decis. Afflict. hîc allegata, concordant Niger *in c. Regni 165. nu. 44.* Maxil. *in Consuetud. Bari fol. 189. n. 165.* Pinell. *in l. 1. n. ... C. de bon. mater.*

Videatur omninò D. de Ponte *in tract. de Potestate Proreg. fol. 455. n. 25.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Non solùm de consuetudine, verùm de iure Cap. Regni procedit hæc decisio.*
2 *Fiscus an propter crimen lesæ Maiestatis commissum per maritum, antefatum existens penes vxorem petere possit, vel sit ipsius vxoris, & quid si filius crimen tale committit.*
3 *Si sint filii consanguinei tantùm inter ipsos fratres, an antefatum omnibus debeatur, vel solùm filiis illius matrimonii, cuius occasione vxor antefatum lucratur.*
4 *Antefatum debetur filiis, & hæredibus.*
5 *Antefatum seu Quarta donatio propter nuptias dicitur, & de aliis nominibus, remissiuè.*
6 *Antefatum debetur hæredibus, non filiis.*

AD hanc decisionem adde omnino Præsidentem *infra, decis. 182. num. 14.* vbi idem quòd hic, &
1 quòd hoc † non modò sit verum ex consuetudine, verùm de iure *cap. Regni incip. Mulier quæ dotarium*, tenet ibi Campania, & Moderni *in Constitutione Regni, Mulier, quæ dotarium latissimè*; & Pandus Gravinas *in tract. de dotario latissimè post Maxillam in Consuetudinibus Bari, in Consuetudine de iure dotiū,*
2 *latissimè, & de iure Quartæ*, & † an fiscus propter crimen læsæ Maiestatis commissum per maritum antefatum existens penes vxorem, petere possit, vel sit ipsius vxoris, & quid si filius crimen tale committit. Cæsar Vrsillus *decis. Afflict. 127.* vbi ponitur decisio in
3 facto videnda, † quia autem si sunt filij eiusdem patris, sed non vnius matris, an hoc antefatum omnibus debeatur, vel solùm illius matrimonij, cuius occasione vxor antefatum percipit: Vrsill. *decis. 314.* vbi etiam
4 concordat cum hac decisione, quòd † antefatū debetur filijs, vt hæredibus, & allegat decisiones, etsi sua opinio, & Afflicti contraria fuerit, dicens se eum inter ferramenta. Ad numer. 7. adde Afflict. *decis. 37. 314.* quia vtraque decisio loquitur contra illam; & opinionem Afflict. tenet Campania *in capit. Regni, Mulier dotarium. num. 44. versic. tu autem aduerte, & num. 92. versic. in contrarium adducitur* pro parte filij, sed tu vide Minadeum *in Constitut. Regni,* In aliquibus, & vide Puluerinum *ad Afflict. decis. 127* &
5 hoc † antefatum, seu hæc Quarta, donatio propter nuptias dicitur. Afflict. *decisio. 262. & lucrum dotis in in dec. 91. n. 2.* & antipherna Græce, *l. fin. C. de donat. ante nuptias*, & de alijs nominibus, Pandus latissimè
6 *in tract. prædicto de dotario.* † Quòd autem hæredibus, non filijs debeatur antefatum ter decisum dicit *in decis. Afflict. 314.* Vrsillus, & Pisanellus.

ADDITIO D. RICII.

CReditores filij præmortui non habent actionem ad antefatum, quod in bonis filij præmortui matri competebat defunctę altero superstite filio, a quo in integrum deuoluitur, hoc dicit. Ad materiam vide latè Pelice. & Afcia pe tes Thor. *in verb. filia mortua matre.* Lotther. *in consuetud. quartam autem in addit. manuscript. incip. quod si talos liberi fo. 60.* vbi duas alias decisiones adducit.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Partem antefati spectantem ad fratrem premortuum pertinere ad fratrem superstitem, vti hæredem fratris attenta consuetudine Neapolis deciditur, sed addubitant Borell. & Montan. n. 2.*
3 *Quid inspecto iure communi, expenditur Reg. Marcianus cum alijs.*
4 *Matrimonio contracto iuxta morem procerum, & magnatum filios succedere vti hæredes patris firmat decisio, quam redarguunt Reg. de Pont. Molfes. & Fizz. sed immeritò n. 5.*

1 ALlatrant ex nostratibus plures in ambas decisiones in materia antefati emanatas, quæ hîc insinuantur, supponendo quòd attento iure consuetudinario Neapolis filij succedunt vti hæredes patris in antefato ex *consuet. quartam autem*, vt Medic. *cons. 43.* Reg. de Ma-

de Marin. *li.2.resol.* 22. *& seq.* Hinc disceptatum fuit: An frater superuiuens partem antefati spectantem ad fratrem præmortuum obtinere habeat vti illius hæres, & proindè teneatur creditoribus præfuncti fratris, vel habeat iure accrescendi, & quòd habeat portionem vti hæres fratris iunctis Aulis decisum testatur D. meus *num.* 6. Ex eo quòd proprietas antephati remansit in hæreditate filij mortui ex Napol. *in d. consuetudine quartam autem vers. liberis.* & cum decisione pertransit Barry. *de success. lib.* 1. *tit.* 9. *nu.* 13.

2 Contrarium autem sensit Montan. *controu.* 10. *num.* 16. Vbi tradit quòd licet proprietas quartæ fuisset in patrimonio filij viuentis, non tamen relinquatur in hæreditate illius, cùm illico eo mortuo accrescat vel matri, si vnicus erat ex illo matrimonio, vel si erant plures accresceret fratri, qui est cohæres in proprietate, & portio accrescit portioni, & ita spectabit ad fratrem iure accrescendi, addo Nouar. *super pragm. de antefat. num.* 2. Et nominatim etiam de hac decisione D. mei dubitat Borrell. *tom.* 3. *decis. ver. tit.* 8. *de antefat. nu.* 98. Sed quidquid velint mox allegati Autores, magis recepta videtur opinio iunctis aulis determinata, quòd inspecta consuetudine Neapolis sicut filij succedunt vti hæredes in antefato, ita etiam nepotes vti hæredes patris defuncti, vel frater vti hæres fratris præmortui ita Reuerter. *dec.* 23. Molfes. *in consuet.* Neap. *p.* 1. *c.* 3. *nu.* 21 & Reg. Marcian. *disp.* 93. Qui rem extra controuersiam esse tradit.

3 Grandis difficultas est attento iure communi, nam antefatum de iure communi, pertinet ad filios vti filios Auth. *hæres C. de secund. nupt.* Molfes. *vbi sup. nu.* 19. Reg. Latr. *dec* 63. *&* 98. Reg. de Marin. *lib.* 2. *resol.* 23. *num.* 1. Et adhuc idem videtur dicendum quòd frater succedat vti hæres fratris, ex Afflict. *dec.* 314. *in* 2. *dubio*, vbi asserit, quòd soror quæ renunciauit non potest succedere fratri, qui successit in antefato vti filius, non vti hæres, quia cùm soror non possit ex propria persona succedere ex eo quòd iam consolidatio habuit effectum suum in fratre, sed tantùm, vti illius hæres, excluderetur renunciatione: ecce ergo in casu, quo filius successit vti filius, non tamen soror succedet ex persona propria, nam tantùm potuit succedere, vti hæres, & obstabit renunciatio, & suffragatur text. *in* §. *venient, &* §. *quoniam infirmus* Auth. *de nupt. & Clarus in* §. *si vero* Auth. *eod. tit.* ibi *defuncti portionem damus filijs si hæredes sint.*

Verùm enim verò id patitur magnam difficultatem, nam obstare videtur quòd huiusmodi lucrorum proprietas competat etiam nepotibus ex propria persona quando filij prædecedunt, vt in terminis *l. femina, & l. hac edictali C. de secund. nupt.* probant Surd. *dec.* 8. & ibi Hodiern. Qui firmant quòd mater per transitum ad secunda vota efficitur vsufructuaria bonorum, quæ sibi obuenerunt à primo viro, & proprietas acquiritur filio, sed si filius decedat viuente matre relictis liberis, succedant dicti liberi, vti liberi, & non vti hæredes prædefuncti patris, per text. *in l. in quibus, & l. in prioris, Cod. de secund. nupt.* vndè Borrellus aduertit decisionem D. mei non procedere de iure communi, & Reg. Marcian. *vbi sup.* fatetur magnam esse difficultatem inspecto iure communi, & ratio est, quia si filius superstes haberet suam partem vti filius, & aliam portionem fratris prædefuncti vti hæres, proprietas diuerso iure censeretur, quod est iuri contrarium, cùm vna, & eadem res diuerso iure censeri non debeat, *l. cum, qui ædes, ff. de vsu. & vsufr. leg.* & proprietas debet accrescere proprietati stante coniunctione legali, ità Borrellus *vbi sup.* iuxta doctrinam Floriani de Sancto Petro *in l. si Titio vsus, ff. de vsufr.*

6 Succedit determinatio in causa Comitis Montellæ, cum Comite Montis Calui, per quam iudicatum fuit, contracto matrimonio secundùm morem Procerum, & Magnatum filios succedere in antefato vti hæredes patris, quæ decisio dura visa est, Reg. de Pont. *de potest. Proreg. tit.* 9. *de success. mulier. num.* 25. Molfes. *d. num.* 21. & prolatam fuisse ad instigationem Reg. Salernitani viri alioquin doctissimi, tunc Præsidis S. C. qui contrarium tuebatur, & vt eius opinio approbaretur adiunxit Iudices in causa prædicta sibi benè visos, vt refert Molfes. *p.* 7 *q.* 2. *num.* 13. & ideò cauendum ab hac decisione, inquit Gizz. *ad* Reg. Latr. *obs.* 63. *num.* 6.

Ratio est, quia mos magnatum continet, idem quod ius commune Romanorum Ann. *cons.* 2. *num.* 2. Reg. Latr. *dec.* 35. *nu.* 3. *&* 11. Prouenzal *ad consuet. si quis, vel si qua obser.* 27. *à nu.* 4. *& obser.* 29. *nu.* 9. vbi totus est in probando hoc assumptum, & appellat fatuum tenentem contrarium, & quamuis Reg. Latr. *dec.* 98. *nu.* 28. *&* 30. dicat morem magnatum initium habuisse à iure francorum, nihilominus ipsum reijcit, Prouenzal. *num.* 16 *imò n. seq.* tenet quòd licet dicta opinio vera esset, quod adhuc viuens iure Francorum iudicandus sit viuere per iura Romana, ex Andr. *in constit. puritatem, &* Montan. *controu.* 24. *num.* 1. quia antefatum de iure communi pertinet ad filios vti filios, ergo ruit decisio præfata in causa Comitis Montellæ: hinc ad tollendam omnem dubitationem à tempore dictæ decisionis in capitulis matrimonialibus apponitur pactum, vt filij succedant tamquam filij in antefato, non tamquam heredes patris, eo magis ad euitandam dispositionem *pragm. de donat. propt. nupt.* per quam hæredes patris succedunt in antefato mortua vxore extante, vel non extantibus filijs de Marin. *lib.* 1. *resol.* 15. *nu.* 1 Gizz. *nu.* 8.

5 Nihilominus Reg. Marcian *disp.* 99. *nu.* 49. defendit decisionem præfatam in causa Comitis Montellæ, quia mos magnatum non est, idem quod ius commune in omnibus, sed tantùm in capitibus expressis, vt de Ponte *cons.* 95. & cùm non sit definitum à dicto more, quomodo filij succedant in antefato, censentur contrahentes contraxisse, iuxtà consuetudinem Neapolis, ità D. Marcell. Marcian. *cons.* 53. *num.* 3. quidquid consuluit de Pont. *cons.* 113. qui succubuit in dicta causa Comitis Montellæ.

SVMMARIVM.

1 *Onus decimarum proprietarium grauat.*
2 *Pensionarij, quando ad decimas teneantur.*
3 *Simplex conductor, ad onera non tenetur.*
4 *Decima collectæ comparatur.*
5 *Proprietarius ad collectæ solutionem tenetur, non conductor.*
6 *Const. Sum. Pont. licet generalis, Cardinales non comprehendit.*
7 *Cardinales sunt pars corporis Papæ.*
8 *Conductor, qui à Cardinale conduxit, eiusdem gaudet immunitate.*
9 *Iudicis præceptum, cui non resistit quis, cùm potest, non excusatur.*
10 *Denunciatio, & appellatio excusant.*
11 *Decima solutio reale onus est, vt num.* 17. *& ideò possessorem sequitur.*
12 *Translatus ad Ecclesiam præteritam, soluere decimam tenetur.*
13 *Prælatus prædecessor, si malè fructus consumpsisset, à successore conueniri potest.*
14 *An pro pensione præterita agi possit contra successorem.*
15 *Electio pensionarij est an agere velit contra prædecessorem, vel eius hæredem, vel contra successorem.*
16 *Si egerit contra successorem soluentem, an hæres prædecessoris cogi possit.*

DECISIO CVII.

Decimæ Papalis solutio an ad proprietarium spectet, vel ad conductorem.

Decimæ soluendæ onus, an spectet ad hæredem proprietarij, qui anticipatas solutiones recepit, vel ad successorem in beneficio?

Decimæ Papalis solutio, de qua meminit gl. in clem. dispendiosam, in versic. decimis, de iud. † fieri debet per proprietarium, non autem per conductorem videtur de hoc textus *in extrauag. Bonifa. VIII. in tit. de decimis*, quem allegat Ferretus *in cons. 139 Sanctissimus, pen. col. vers. 10. ad idem 1. vol.* & est de hoc *gl. in col. fin. quæ incipit, si beneficiatum, decimis*, & eam sequitur Imola, *n. 3.* refert, & sequitur glossam, & Imolam Hieronymus Gi-
2 gas *in tract. de pensio. in quæst. 59.* ex quibus infert. † quod tenentes pensiones super beneficijs, si eas tenent in beneficium, vel ex mera gratia, ipsi tenentur pro eorum rata ad solutionem decimæ: si autem tenent ex cõtractu conductionis, vel ad firmam, non tenebuntur, cùm earum onus spectet ad proprietarium, & hoc etiam videtur decidi posse ex ijs, quæ cumulat Alex. *cons. 14. videtur, per totum, volum. 4.* vbi ex mente Bartol. Bald. & aliorum, *in l. 1. C. de annon. & trib.*
3 concludit, ne conductor duplici onere grauetur, † simplicem conductorem non teneri ad solutionem onerum, sed horum onerum solutionem spectare ad eum, qui est Dominus rei, vt in specie dicit Bald. *in d. l. 1.* cui non contradicit Socin. *in cons. 217. 2. volum. vers.*
4 *sexta hac conclusio, volum. 2.* † quia Socin. ibi loquitur in conductore, habente ius in re. Et pro hac opinione etiam dicebatur, quod hæc decima comparatur collectæ, secundùm Bal. *in l. neminem. C. de sacrosan. eccles.* refert, & sequitur Bertha. *in tract. de gabel. in prælud. num. 17.* Cassan. *in consue. Burg. rub. 1. §. in vers. extraordinarium in fin. fol.* 122. Hugo Celsus, in
5 *cons. 34 quamuis. num. 12. vers. in quod ex eo.* † Ad cuius collectæ solutionem tenetur proprietarius, non autem conductor, secundùm omnes *in d. l. 1.* & præsertim Luc. de Pen. & Alex. *in d. cons. 4.* & nouissimè Berous *in cons. 146. & addi. ad cons. 4.* Alex. & hoc dicebatur, quòd Magnific. Hieronymus de Montenigro conductor fructuum Archiepiscopatus Neapo. non teneatur ad huius decimæ solutionem, sed tamen contra eum dicebatur, quòd ipse non erat audiendus dum vult sibi solui ex fructibus anni sequentis, finita locatione, iuxta formam potestatis conductoribus concessæ per Summos Pontifices, qui huic locationi consenserunt in beneficium Illustriss. quondam Cardinalis Archiepiscopi Neapolitani, cum clausula, quòd si infra tempus locationis aliquid acciderit, ex quo esset facienda de iure, aut de consuetudine, vel ex pacto remissio mercedis, possit sibi satisfieri de fructibus annorum sequentium, quia postquam Cardinalis, qui erat Archiepiscopus non tenebatur ad istarum decimarum solutionem ex iuris dispositione, cùm in specie non sit eis, seu eorum beneficijs hæc decima imposita, soluere non debebat. Quòd autem Cardinalis non
6 teneretur, dicebatur fundari, † quia constitutio Papæ, quamuis sit generalis, nihilominus non comprehendit Cardinales, Ioa. Mona. *c. vnico de scismat. in 6.* sequitur eum ibi Io. Andr. & Card. Iacobatius, *in tract. de concilio in lib. 1. art. 13. littera A. fol. 30. vers.*
7 *nunc redeundo ad propositum,* † quia sunt pars corporis Pontificis *c. fœlicis. de pœn. in 6.* cumulat rationes, & auctoritates Hieron. Gigas *in tract. prædicto, in d. q. 59. in 6. fall.* vbi in specie concludit Cardinalem non teneri ad solutionem decimarum, ex ijs, quæ ibi per eum, & quamuis Cardinalis mortuus esset, & Archiepiscopatus deuenisset ad alium Archiepiscopum, non Cardinalem, nihilominus fructus beneficij, quorum occasione erat imposita decima, ad Archiepiscopum non peruenerunt, sed remanserunt penes conductorem ex assensu Apostolico, super conductione impetrato, qui eiusdem Illustr. Cardinalis personam repræsentabat, & quemadmodum Cardinalis, ad quem, vt proprietarium, vt supra conclusum est, spectabat onus
8 dictæ solutionis, non tenebatur, ex priuilegio, † sic nec conductor ab eo, qui minus conduxisset, ijs consideratis, vt considerat Dec. *cons. 38.* maximè, quia vectigal hoc non est ordinarium, iuxta ea, quæ ponit Bar. *in l. licitatio. §. mercatores. ff. de public. cum concor.* quæ congerit Tiraq. *in tract. de retract. lignagier, in §. 1. gl. 13. num. 12. ver. & profecto, fol. 286 in paruis.* Nec dictus Hieronymus potest se tueri, quòd fuerit coa-
9 ctus soluere, quia resistere debebat, & non soluere, † nec præceptum iudicis, aduersus quod resistere poterat, & non restitit, eum excusat, secundùm Pau. de Castr. per illum tex. *in l. 2. in princip. ff. de lud.* cum concor. per Dec. *in cons. 407. visis, & diligenter, & c. 3. co. 3. vol.* Vnde ex prædictis dicebatur, quòd quamuis hoc onus decimarum solutionis, ipse subire non deberet, vt conductor, nec etiam eius principalis subire tenebatur, & sic male fecit soluendo indebitè, & sibi imputare debet.

Pro parte dicti Hieronymi, respondebatur, se allegasse prædicta omnia, & his non obstantibus fuisse coactum mediante decreto D. Nuncij Apostolici, ante omnia denunciasse dicto Illustr. Marchioni principali conductori, comparuisseq; in iudicio dictum Marchionem, & prolato decreto ab eo appellasse, & sufficere
10 debebat excusandum † denunciare, prout fecit Domino Marchioni, iuxta ea, quæ traduntur *in l. 2. C. ubi in rem actio.* & Dec. *in c. si de terra, de priuilegijs, in fin.* quod est opus impressum extra volumen canonicum Decij, de nouo visum facit hanc distinctionem, scilicet quòd aut quis coactus fuit expressè per superiores ad soluendum, & dicitur inuitus, & coactus soluisse: si verò quis soluat ex mandato Iudicis per viam iuris cedentis, & non contradicat, non dicitur coactus, & inuitus soluisse, alleg. *l. ait prætor. §. persw. ff. de min.* & cautius est semper procurare decretum iudicis per tex. *in l. si stipu. l. vlt. § 1. ff. de solutionib.* quem tex. Aureum dicit Lancelot. *in l. præses in fin. C. de transact.* pulchrè Cur. *in d. l. 2. ff. de iudicijs & inf. in de. 216. n. 23.* vnde cũ in casu de quo agebatur, Iudex per viam iuris processit, & Hier. allegauit quòd ei allegare incumbebat, & non fuit admissus. Sac. Consil. (me referente) iudicauit hoc onus non spectare ad Mag. Hieronym. conductorem, sed dubitatum fuit, ad quem spectaret hoc onus soluendi hanc decimam, quando de iure fuisset debita, an ad Illust. Marchionem Montisbelli, vt hæredem Illust. Cardinalis eius filij, in cuius beneficium fuit versa pecunia anticipatè soluta pro dicta locatione assensu Apostolico roborata, an verò ad successorem in beneficio, qui fuit Reueren. Archiep. Neapolitanus, Præsupposito, quòd decima fuerit imposita, durante adhuc conductione, & quòd Reueren. Archiep. infra hoc tẽpus conductionis, fructus non percepit. dicebatur hanc quæst. decidi posse ex ijs quæ pulchrè ponit Io. And. *in Mercurialibus in regula, non est in mora, per tot.* vbi
11 tenet, † solutionem huius decimæ papalis, tamquam onus reale sequi possessorem, & propterea ibi conclu-
12 dit, † quòd translatus ad aliquam ecclesiam, tenetur soluere decimam præteritam, quamuis is, qui prius erat beneficiatus illius Ecclesiæ fructus percepe-
13 rit ex mente Io. de Montemur, qui tamen fatetur, † quòd si Prælatus prædecessor, fructus exportasset, vel malo modo consumpsisset, posset per successorem conueniri, & hanc opini. refert, & sequitur Alex. *in l. deduct. §. qui post eo. §. ver. item facit iste te. ff. ad Treb.*
14 Vnde dicebatur, † quòd conductor decimarum poterat agere contra successorẽ in beneficio, & ab eo obtinere solutionẽ, sed quòd tũc demũ successor in beneficio poterat agere cõtra primũ prelatũ, qui fructus perceperat

si locum

si secum fructus asportasset, vel malo modo consumpsisset, quòd tanto magis dicebatur procedere in casu, de quo agebatur, quia Summus Pontifex voluit, quòd si conductori non satisfaceret infra hoc tempus annorum nouem possit annorum sequentium fructus retinere, & noluit grauare successorem in beneficio, non autem successorem prælati defuncti, Hieronym. Gigas in d. tract. de pensio. in q. 39. plenè disputat articulum,
15 † si pro pensione præterita agi possit contra successorem in beneficio, & tandem concludit, esse in electione domini pensionarij, agere, vel contra successorem in beneficio, vel contra prædecessorem, vel eo defuncto contra eius hæredes, & dicit esse in electione pensionarij cogere nouum, vel antiquum possessorem,
16 vel hæredem antiqui possessoris. † An autem, si egerit contra successorem nouum in beneficio, & sibi soluerit, possit hæres prædecessoris cogi ad ipsius pensionis solutionem, licet in sua distinctione hoc non ponat, reperi tamen Philipp. Franch. *in cap. si. in fine, de offic. ordin. in 6.* qui tenet prædictam opinionem posse agi contra nouum possessorem perpensionarium, subdit tamen secundùm eumdem Philip. quòd ipse nouus possessor tamen poterit benè conuenire possessorem, si viuit qui fructus percepit, & ad quem spectabat satisfactio illo anno, oneris currentis, ex quo fructus
17 percepit. † & quòd decima sit onus reale Caccialupus *in tractat. de pensio. in 17. qu.* Sed prædictis verum obstare illud quod Summi Pont. dixere in gratijs per eos factis Illustr. Cardinali Archiepiscopo, & conductoribus, quia statuerunt expressè in casu mortis, & in casu remissionis mercedis, quòd conductores possint retinere de annis sequentibus, & sic dicebatur, quòd prædictæ decisiones non possunt allegari, Sacrum Consilium visis prædictis, visaque sententia Nuncij, absoluit Hieronymum conductorem, vt est dictum, & aliter non iudicauit in hoc puncto, sed reseruauit discutiendum inter successorem Domini Archiepiscopi, & successorem in Archiepiscopatu.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm... Adde videndum Rol. à Vall. *cons. 79. vol. 4.* Nu. 7. 8. Adde Episcopum Minorensi. *in vers. decima, ver. ad quartum fo. 79. a terg. & in ver. Clericus, §. 9. ver. 2. fol. 46. a terg.*

Num. 9. ibi Iudicis præceptum, Adde Vrsill. *in decis.* Afflict. *q. 31. Vide glosam in l. ait prætor. §. permittitur, ver. impedimentum. ff. de minor.* Practicam Papiensim *forma sequestri, seu taxin. ver. audiat nu. 2. latius* Menoch. *cons. 68. nu. 12. vol. 1.* omnino Anton. Gam. *decis. 285. & iterum 303.*

In addit. in fine, *ibi amplius infra decis. 179. in addit.* & ideò illa opinio est tenenda pro qua est sæpè iudicatum secundùm hunc Dominum *in decis. 238. in fine,* & pulchrè Anton. Gama *decis. 238.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Decima imposita contra Religiosos pro prædijs, quæ possident, ligat etiam Mendicantes, qui de facto possident.*

2 *Decima Papalis potius dicitur Collecta, quàm Tributum.*

3 *Et potius solui debet in Diœcesi Ecclesiæ, quàm in Diœcesi rerum.*

4 *Decima Papalis sit ne de iure Diuino, vel habeat nouam naturam.*

5 *Decima an debeatur de palea.*

6 *An de animalibus lactantibus.*

7 *Et an debeat asportari ad domum Baronis.*

8 *Iuri decimandi an possit opponi præscriptio, & priuilegium.*

9 *Religiosi, an etiam teneantur ad decimas prædiales parochiæ, vbi sunt prædia, tamen si Pontifex immunitatem tribuat non tenentur soluere.*

10 *Priuilegium per non vsum non tollitur, nisi voluntarium, secus si violentum.*

11 *Textus in cap. 12. sess. 25. in Concilio Trid. declaratur, vt non procedat si priuilegium non soluendi concedatur à Pontifice.*

12 *Vsufructuarius, an verò proprietarius soluat legata remissiuè.*

13 *An hæres, vel fideicommissarius teneatur soluere vsuras decursas durante tempore restitutionis creditoribus.*

14 *Vsufructuarius an teneatur soluere onera realia, vel occasione rei.*

15 *Et sic an teneatur ad collectas.*

16 *Conductor simplex non tenetur nisi ad longum tempus.*

17 *Præceptum iudicis quemadmodum excuset.*

18 *Decima personalis, an sit de iure Diuino, & an possit tolli.*

AD hanc decisionem, adde plura de decimis *in decis. 103. supra, & 124. latissimè, & decisio. 117* & adde
1 † quod decima imposita contra Religiosos pro prædijs, quæ possident, ligat etiam Mendicantes, qui de facto possident. Surd. *decisio. 305. incip. Nobilis, numer. 7.*
2 † quòd autem decima Papalis potiùs dicatur Collecta, quàm Tributum, Bald. *in l. neminem C. de Sa-*
3 *crosanctis Ecclesijs.* Et ideò dicit Baldus ibidem, † quòd potiùs solui debet in Diœcesi Ecclesiæ quàm in
4 Diœcesi rerum, & an † ista decima Papalis sit de iure Diuino, vel habeat nouam naturam, Card. *in Clem. 1. de decimis,* & Firman. *in verbo, Ecclesia, numer. 250.* vbi allegat Card. *in Clem. 2. Sanè, vltim. qu.*
5 *de iure patronatus.* An † decima debeatur de palea,
6 supra, *decisio. 103.* † vtrum de animalibus lactantibus,
7 *decis. 114.* & an † debeat asportari ad domum Baro-
8 nis, *decis. 124.* & ad illas dico, & † an iuri decimandi possit opponi præscriptio, & priuilegium, quòd sic; Triuisanus *decis. Veneta 15. incip. Pro parte,* vbi dicit
9 † etiam religiosos teneri ad decimas parochiæ, prædiales vbi sunt prędia, tamen si Pontifex immunitatem
10 tribuit, quòd non tenetur soluere, & illi † quòd priuilegium per non vsum non tollitur, nisi voluntarium,
11 secus violentum, & declarat Text. † *in cap. 12. sess. 25. in Consilio Tridentino. numer. 14.* vt non procedat, si priuilegium non soluendi conceditur à Pontifice, &
12 † de vsufructuario, & proprietario quis soluat lega-
13 ta, *vide infra, decisio 483. & decisio. 49.* an † hæres, vel fideicommissarius teneatur soluere vsuras decursas durante tempore restitutionis creditoribus, latissimè. Ad numer. 5. Adde latissimè Ozascum *decis.*
14 83. † & an vsufructuarius teneatur soluere onera rea-
15 lia, vel occasione rei. Afflict. *decisio. 152.* † & sic tenetur ad Collectas. Menoch. *consil. 330. libr 4.* & videndi sunt Rolandus *consil. 79. volum. 4.* Coilet. *in*
16 *Singul. suis, verbo locatio,* vbi quòd † conductor simplex non tenetur nisi ad longum tempus. Ita Natta, *consil 36. libr. 1. & casum alium ponit* Cassan. *in titul. des druit. rubric. 4. §. 6. gloss. 11. numer. 8.* Ad nu-
17 mer. 9. Adde † de præcepto iudicis quemadmodum excuset. Afflict. *decis. 150. & 128. & infra Præsiden-*
18 *tem decis. 488. num. 2.* ad quam dico. Decima † personalis non est de iure Diuino secundùm aliquos, & secundùm alios sic, & ideò sit dubium an possit tolli. De hac quæstione videndus est Gouar. *libro variar resolut. 1. cap. 17. nu 8.* sed latiùs Ceuallos, *in tract. Communium contra Communes, lib. 1 quæst. 264. incip. in quæst. doctissimè.*

AD-

ADDITIO D. RICII.

DEcimæ Papalis solutio, an ad proprietarium spectet, vel ad conductorem, hoc dicit, adde ad decis. hanc Mart. *de Iurisd. part. 4. cas. 13. num. 13. qui allegat* Caroc. *in tract. de locat. conduct. in tit. de collect. à n. 20. infra cũ multis suis ampliationib. & declarationibus.* Monet. *de decimis cap. 5. vbi dicit*, quòd tam Dominus, quàm colonus partiarius, qui fruges Domino soluit ad decimam tenentur, *glos. & scribẽtes in c. cum sint homines de decimis*, ad vnam tamen dũtaxat inter vtrumque diuidendam tenentur, vt tenet Guttierez *pract. qq. lib. 1. num. 8. vbi cum in praecedenti latè hanc eamdem sententiam confirmat eod. nu 8.* contrariam quoque tum rationibus, tum auctoritatibus comprobat, & tandem *nu. 8.* concludit seclusa consuetudine, licere cuique vtramlibet sequi opinionem, secus verò stante consuetudine, quam fore attendendam latius ostendit *qu. 19.* aliquando verò non tenentur coloni soluere decimas, vtputa quando eorum domini habent priuilegium reale exemptionis à decimarum solutione Henriq. *in sum. Theol. moral. tom. 1. lib. 7. c. 27. nu. 8. lit. I. & K.* vbi etiam ait id procedere quoque quoad prædia sita in aliena Parochia ab illa, quàm Domini habitant, idem multo magis vbi coloni ea de re habeant speciale priuilegium à Papa, vt constat ex text. vbi glos. & Doctores. *c. tua nobis de decimis*, quomodo autem tàm Dominus, quam colonus vbi soluere debent decimam eius solutionem inter se diuidant, vide Monet. *cap. 6. quæst. 4. conclus. 5.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Solutio decimarum Papalium, & collectarum spectat ad locatorem, & quando secus.*

2 *Pensionarium posse agere contra successorem in beneficio pro terminis decursis, viuente prædecessore firmant Gig. & D. Præses, quorum opinio procedit cum temperamento.*

1 GRadatim disquirit D. meus, ad quem spectet solutio decimarum Papalium, an ad locatorem, vel potius ad conductorem, & contra locatorem resoluit, ex quo huiusmodi decimæ æquipatentur collectis, quæ solui debent à proprietario, & non à conductore, vt tradunt scribentes *in l. 1. C. de ann. & tribut. lib. 10.* adeo vt statutum arctans colonum ad solutionem collectarum sit iniquum, Bar. & Bal. *in l. colonus, C. de agricol. & censit. lib. 10.* nam colonus percipit fructus ratione laboris, quem in cultura sustinet Olasch. *dec. 83.* etsi collectas solueret duplici grauamine afficeretur pro eadem re; Extenditur vt nec colonus partiarius teneatur ad collectas, quamuis ei possint auferri fructus pro solutione collectarum, & decimarum, cedendo ipsi actiones, vt quod aufertur compensari possit cum fructibus per eum domino præstandis, Cancer. *3. par. var. cap 7. de solut. num 20.* & pro decimis fundum esse hypothecatum, probat Giurb. *obser. 29. num. 39.*

Ad quas autem collectas teneatur conductor scribit fusè Sperell. *dec. 41.* vbi quòd teneatur ad collectas ex transitu fructuum de loco ad locum, vt quando soluitur gabella ad portam Ciuitatis.

Tangitur articulus, An pensionarius pro pensione præterita possit agere contra successorem in beneficio pro terminis decursis in vita prædecessoris, & ex Gig. *de pension.* affirmat D. meus *num. 3.* sed in hac re sciendum est, quòd Rota Romana primum hæsit, nec voluit admittere actionem, vt notant Cassador. *dec. 4. de locat.* Crescent. *dec. 6. de solut.* postmodum quasi quòd affirmatiua sententia verior sit de rigore, vt post alios Garz. *de benef. par. 1. cap. 4. num. 201* sequutus fuit opinionem cum temperamento æquitatis, vt debeant præcessisse diligentiæ contra prædecessorem, & eius hæredem, adeo vt nulla possit notari negligentia pensionarius, vt millies responsum tradunt, Garz. *num. 199.* Gratian. *discept. 94. num. 59.* Lotter. *de se benef. lib. 1. quæst. 39. num. 87. & 149.*

SVMMARIVM.

1 *Nomen debitoris, datum æstimatum, licet inexigibile, recipienti præiudicat.*

2 *Recipiens nomen debitoris non soluendo scienter, sibi imputari debet.*

3 *L. si nomen ff. de hæred. vel act. vendi. declaratur.*

4 *Ignorantia facti alienari præsumitur.*

5 *Præsumptio, præsumptionem tollit.*

6 *Reo in dubio est fauendum.*

7 *Nomen debitoris æstimatum, quando dicatur.*

8 *Statutum, quòd maritus lucretur tertiam partem dotis datæ, an procedat in dote non recepta.*

DECISIO CVIII.

Hæredes mariti, qui promisit restituere dotem in pecunia, vel retrocedere nomen debitoris sibi cessi ad electionem mulieris, an teneantur, eo nomine per maritum non exacto, restituere in pecunia numerata, vt petit mulier, vel possint retrocedere nomen debitoris?

COntraxit matrimonium Magnifica Cassandra de Tuso, cum Mag. Io: Thom. de Costantio, dedit ei in dotem ducatos quatuor mille, & in eadem scriptura, in capitulis matrimonialibus pro ducatis duobus mille, ex eis cessit ducatos duos mille, quos à Iulio Cæsare de Tuso eius fratre, occasione suarum dotium consequi debebat, qui Iulius Cæsar similiter in eadem scriptura se obligauit, data ei certa dilatione, soluere dicto eius viro, pacto adiecto in capitulis prædictis, quod succedente casu restitutionis, si pecunia prædicta non reperiretur exacta, liceat dictæ Cassandræ, & eius hæredi, restitutionem dotium petere, vel in pecunia numerata, vel in eodem nomine debitoris ad eius electionem, soluto matrimonio per mortem viri, non exactis dictis ducatis duobus mille, Cassandra petijt illorum restitutionem in pecunia super bonis viri, virtute pacti prædicti. Pro parte hæredum viri dicebatur non teneri ad restitutionem, in pecunia, sed esse promptos retrocedere idem nomen postquam dictus Iulius Cæsar tempore, quo fuit facta promissio dictæ Cassandræ in primis nuptijs, & tempore secundarum nuptiarum, non erat soluendo, quo casu dicebatur, hoc debere cedere damno ipsius mulieris, non viri; fuit igitur dubitatum, an dicti hæredes cogi possint ad restitutionem dictorum ducatorum
1 duorum mille de proprio? Pro actrice dicebatur, † quòd postquam hoc nomen debitoris erat datum æstimatum, sufficere debet, quòd sit verum, etiam quòd nõ sit exigibile, prout tàm in cæteris, quàm in dote, est tex *in l. si nomen, ff. de hæredit. vel action. vendit.* & in dote sic distinguit. Bal. *in l. promittendo, ff. de iure dotium in 2. casu*, idem tenet ibi Iacob post eum, & Paul. de Cast. & Imola, *in l. Mauia, ff. solut. matrim.* & quòd fuerit datum æstimatum, apparebat, quia erat datum pro ducatis duobus mille, dicebatur etiam quòd vltra dationem in dotem huius nominis concurrebat delegatio,

gatio, quia eodem contextu, eademque scriptura Iulius Cæsar debitor constituerat se debitorem viro, quo casu dicebatur quod ex d. & s præd. doctorum, *in d. l. pro-*
2 *mittendo, & d. l. Mania*, † quando quis scienter fecit nomen debitoris non soluendo insolutum, sibi præiudicat, & quod maritus sciens erat eius vir, fundabatur ex regula *l. qui cum alio contrahit. ff. de regul. iur.* ex qua regula dicit tex. *in l. si cum dotem, §. si mulier. 2. colu. ver. vnum addo. ff. sol. matr.* in propria materia dixit, imputandum esse creditori, qui acceptauit nomen, quod non erat soluendo, refert, & sequitur Dec. *in reg. prædicta, ver. & quod hic dicitur.* Item arguebatur scientia, quando facta fuit constitutio, seu promissio antefati per dictum eius virum dictæ Cassandræ promittitur, vel quod sit exacta, vel non exacta dicta summa ducatorum quatuor mille, & sic ex hac coniectura videtur argui scientia, postquam partes cogitauerunt quòd eo pecunia non exigeretur. Item, quia iam sciebat dictus secundus vir, quod hæc mulier erat nupta primo viro in anno 1561. & quod matrimonium durauerat per annos quatuor, & non fuit soluta dos. Item, quia ab eo voluit dilationem quatuor annorum, & nouissimè sciebat, quod aderat mater Iulij Cæsaris, cui dotes debebantur, & erat anterior. Item dicebat, quod non erat tractanda materia delegationis, quia Cassandra non processit hac via, sed prius dedit in dotem, & postea pro maiori cautela viri, se obligauit Iulius Cæsar, & propterea erat tantummodo considerandus casus positus per Doct. quod quando nomen debitoris datur in dotem æstimatum, periculum sit viri, vel quod fuerit non soluendo tempore dationis in dotem, vel quod sit effectus postea.

Pro parte hæredum non videbatur negari, hoc nomen debitoris fuisse datum in dotem æstimatum, licet
3 verum non sit, vt infra ostendetur, sed dicebatur † quod tex. in d. l. si nomen, procedit quando emptor sciret nomen, quod emebat, non esse soluendo, allegabatur Alex. in specie *in d. l. si cum dotem in §. si mulier. 3. colum. verf. non omitto etiam ff. solut. matrim.* quam declarationem *ad d. l. si nomen*, videtur sequi apostilla ad Alex. *ibi*, & etiam dicebatur, quod licet tex. *in d. l. si nomen*, non reciperet dictam limitationem in genere recipiebat tamen eam in causa dotis. Ita limitat Paul. de Cast. in *d. l. Mania, ver. licet in alio*, allegat tex. *in d. §. si mulier, & in l. iure succursum. ff. de iure dot.* dicebatur quod delegatio, vel in solutum datio, in hoc casu non opitulabatur, quia præsupponebatur, quod vir fuisset ignarus, quod Iulius Cæsar debitor non erat soluendo, quo casu delegatio non prodest vxori, ex dictis *d. l. promittendo*, per Bal.
4 & Iacob. † Quæ ignorantia, in facto alieno præsumitur, *l. verius. ff. de probat.* quæ etiam ignorantia arguebatur, quia quando præsumeretur scientiam, induceretur donatio, quæ in dubio non præsumitur, imò potius error. *l. cum de indebito. ff. de probat.* & maximè, quia à iure est prohibita inter virum, & vxorem. Item, quia inter partes erat conuentum, quod exacta dote conuerteretur in emptionem, quod non erat necesse, si maritus sciuisset promittentem non es-
5 se soluendo, † & sic dicebatur, per has præsumptiones ignorantiæ, tolli præsumptionem scientiæ; regula est enim, quod vna præsumptio tollit aliam in *l. diuus. ff. de in integr. restitut.* imò maior præsumptio dicebatur, quia contra mulierem, sororem, fratris promittentis, ex reg. *l. octaui ff. vnde cogna.* Nec promissio restitutionis antefati, exacta, vel non exacta dote operabatur, quia illud intellectum fuit procedere, data dote exigibili, non autem inexigibili, ex prædictis,
6 hæc causa videbatur habere difficultatem, & in dubio videbatur posse dici, in dubio, esse fauendum dotem, etiam quia tractabat de damno, & mulier debebat remanere cum eo, quod habebat ante contractum hoc secundum matrimonium, quo tempore non dubitabatur hoc nomen debitoris esse inane, nihilominus vnus ex
7 Dominis dicebat † non posse dici in præsenti casu, esse datum in dotem nomen debitoris æstimatum, quando mulier promisit pecuniam pro dote. Deinde, pro quantitate dotis, dat nomen debitoris in solutum; ita declarando *tex. in d. l. Mania*, dicit Iacob. de Are. cuius verba, quia communiter non habentur, sunt hæc, declarando textum, dum dicit decem, non tamen accepit pro decem, dicens accipio nomen debitoris pro decem iam promissis in dotem: nam tunc videtur esse emptor nominis, quæ verba non refert integra Iacobi. *in d. l. promittendo*, idem dicit Bald. *in l. fin. vers. quæro iussus dare C. ad l.* Falcid. quem allegat Iacobi. *vbi supra.* quod ille, qui debet habere decem recipiendo nomen debitoris pro decem, recipit nomen debitoris in solutum, secus si non recipit nomen debitoris, pro quantitate, sed per modum accessionis, sunt notanda hæc verba Bald. hic est casus, de quo agitur, quod huic viro fuerunt promissæ dotes debitæ per fratrem, qui frater accessit huic promissioni, seu obligationi factæ per eius sororem eius viro, & ideo Paul. de Cast. *in d. l. Mania*, quando vult ponere exemplum, quando datur nomen æstimatum, vel in solutum, dicit, quia mulier promisisset centum in dotem, & postea in solutum dedisset nomen debitoris, idem sentit Camp. *in tract. de dote q. 79.* & non recedendo à materia; posi-
8 ta quæst. per Doct. an statuto dictante, quod maritus lucretur certam partem dotis datæ, an procedat in non recepta? Ponunt plures casus, inter quos est primus, quod quando pro dote promissa in pecunia numerata, mox datur aliquod nomen in solutum, maritus videtur accipere hoc creditum loco precij, & datum illud æstimasse videtur, *l. precij. C. de rescin. vend.* & periculum spectabit ad virum, & propterea concluditur hoc casu maritum lucrari partem dotis, ita in specie Phapu. *in tract. de lucr. dot. in vers. restituenda num. 43. ver. primus fit, fol. 36. in paruis*, vbi allegat Doctor. concord. quos, ne videar transcribere, non refero; dico tamen, quod Corneus, quem ipse allegat *in conf. 52. 1. lib.* & Ruin. 197. 1. *vol.* clarè dicunt, per promissionem tantam per alium de dote, non censeri dari nomen debitoris insolutum, si igitur non censetur datio in solutum remanet dispositio *l. Mania*, nec erit tractandum si hic debitor ante vel post dationem in solutum, fuerit effectus non soluendo, de quo per Bar. & ceteros, *in d. l. si mulier*, & ex hoc fuerunt absoluti hæredes conuenti; nec fuit aliter tractatum de limitatione Paul. de Castr. super quibus limitationibus quando casus acciderit, reseruo scribendum, Die 13. Iul. j 1575. referente D. Ant. Cadena, meo Domino.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 3. ibi l. nomen, Adde hunc Dominum *infra decis. 427. num. 6* post Roman. *conf. 163. nu. 6.* & ad quid tenetur venditor, seu creditor nominis, Idem Dominus *vbi supra num. 5.* post Bal. *in d. l. nomen* Alex. *conf. 242. num. 3. volu. 6.* & Gabal. *de euictio § 5.* Vide Mangrell. *ad Bar in l. si cum dotem, §. si mulier. ff. sol. matrim.* & Roland. *de lucro dotis q. 14. num 8. 25.* Dec. *in l. 2. ad finem C. de pactis*, Adde quod etiam exornat D. Anna *in collect. 495. & multa scribunt.* Magon. *in decis.* Florent. 39. *n.* 1. & Surd. *in dec.* 326 *n.* 41.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Prior creditor non auocat nomen debitoris cessum à manibus secundi creditoris, licet non exegerit secundus creditor debitum.*

2 *Cedens nomen debitoris simpliciter satisfacit, quando debitorem cessum debitorem esse ostendit.*

3 *Cessio nominis debitoris non solum est facienda, sed etiam cedens debet scripturas tradere, quibus possit cessionarius agere contra debitoris nomen cessum.*

4 *Cedens nomen debitoris, tenetur de euictione si inexigibile nomen reperitur.*

5 Et

5 *Et emptor nominis debitoris habet regressum de euictione contra cedentem, etiam omissa denunciatione motæ litis super cessione.*
6 *Periculum nominis cessi, ad quem spectet post cessionem.*
7 *Nec debitor renuere solutionem, & denegare satisfactionem cessionario potest.*
8 *Cedentis confessio an cessionario noceat.*
9 *Solutio cui cautius sit facienda per debitorem, cedenti, vel cessionario.*
10 *De cessione facta duobus, remissiuè, cui sit soluendum.*
11 *Cedens an possit contra debitorem cessum agere pro debito cum Regula ampliationes, & limitationibus.*
12 *Debitor in diem, & sub conditione an possit conueniri, vt adueniente die, & conditione, soluat.*

1 AD hanc decis. 108. adde, quòd † prior creditor non auocat nomen debitoris cessum à manibus secundi creditoris, licet non exegerit secundus creditor debitum, in terminis Cartarius *Rota Ianu. decis. 19. incip. Pul-*
2 *chrum.* Et adde † quòd cedens nomen debitoris simpliciter, satisfacit, quando debitorem cessum debitorem esse ostendit, Magonius *in decis. Florentina 39. & Rota Ianu.* 156. *in primis Decisionibus.* Sed in facto
3 habui, quòd † non modò cessio sit facienda nominis debitoris, sed etiam cedens debet scripturas tradere, quibus possit cessionarius agere contra debitoris nomen cessum, prout eadem *Rota Ianu. in decis.* 189. 104. *&* 161. Secus autem, & aliqua ponuntur in dicta
4 *decis.* 156. Immò dico, † quòd cedens nomen debitoris, tenetur euictione, si inexigibile nomen reperitur,
5 Crauet. *cons.* 109. † & emptor nominis debitoris habet regressum de euictione contra cedentem etiam omissa denunciatione motæ litis super cessione. De-
6 cius *cons.* 102. † Periculum nominis cessi ad quem spectet post cessionem Ozasc. *decis.* 61. & Crauet. *con-*
7 *sil.* 191. † Nec debitor potest renuere solutionem, & denegare satisfactionem cessionario, Natta *cons.* 382.
8 An † cedentis confessio noceat cessionario, & cui cau-
9 tius sit † solutio facienda per debitorem, cedenti ne, vel cessionario; Ozascus *decis.* 44. *incip. Franciscus.*
10 Et de † cessione facta duobus, Ozasc. *decis.* 62. *cui sit*
11 *soluendum.* An † autem cedens possit contra debitorem cessum agere pro debito, Guid. Pap. *decis.* 567. *Tolos.* 159. Caballinus *Milleloquio* 822. Trigo. *Sing.* 60. qui ponit Regulam, ampliationes, & limitationes,
12 an † debitor in diem, & sub conditione possit conueniri, vt adueniente die, & conditione soluat, omninò, Ioseph. Ludou. *concl.* 8. Vrsil. *decis.* 292. & Doct. *in l.* 1. *C. vt actiones ab heredibus, & contra heredes,* & Vrsill. *dec.* 108.

ADDITIO D. RICII.

HÆres mariti, qui promisit restituere dotem in pecunia, vel retrocedere nomen debitoris sibi cessi ad electionem mulieris an teneatur eo nomine per maritum non exacto restituere in pecunia numerata, vt petit mulier, vel possit retrocedere nomen debitoris: hoc dicit. Adde Mut. *in decis. Sicilia* 84. *num.* 7. vbi etiam dicit quòd si maritus fecit impensas in exigendis nominibus debitorum sibi in dotem datis inæstimatis deducit, & imputat mulieri, secus tamen quando æstimata fuit data, & expensæ essent magnæ, allegat Bartol. *in l.* 1. §. *necessaria in fin. ff. de impens. in reb. dotal.*

* * *

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Cedens nomen debitoris tenetur si tempore cessionis debitor non erat soluendo reiectis Paulo de Castr. & alijs.*
2 *Cessionarius an debeat allegare iustam causam ignorantiæ, & refelluntur Alex. & Barbos. per Reg. Galeot.*
3 *Textus in l. si nomen de hered. vel act. vendit. vtrum limitetur fauore dotis, & edisseritur. num. 4.*
5 *Maritum non dici accipere nomen debitoris æstimatum si pro mille sibi promissis in dotem habuerit pro 500. nomen debitoris Caij. qui se marito obligauerit firmat decisio, de qua dubitat Montan.*

1 MOdificationes notabiles in materia cessionis nominis debitoris edocet D. meus in terminis text. *in l. si nomen, ff. de hered. vel act. vend.* ex cuius dispositione cedens nomen debitoris tenetur solùm facere nomen verum non autem idoneum, & soluendo, & prima limitatio affertur, quòd non procedat textus, quando cessionis tempore, & à principio nomen debitoris cessum non erat soluendo, quia tunc cessionarius contra cedentem regressum habere potest, ita Alex. *in l. si cum dotem §. si mulier. 3. col. ff. sol. matr.* quam declarationem sequitur Apostill. *ad eum.* & Rota *de ann. reddit. lib. 2. quæst. 21. num. 22.* vbi allegat textum à contrario sensu *in l. promittendo §. si à debitore vers. sciens. ff. de iur. dot.* de Marin. *lib. 1. resol. 42. num. 1.* Cenc. *de censib. quæst. 72. num. 23.* & hanc doctrinam vti notabilem commendat, Tondut. *quæst. ciuili 48. num. 10.* & quamuis contrarium velint, Bar. *in d. l. si nomen,* & in specie Paul. de Castr. *in l. Mania num. 4. ff. sol. matr.* Imola *in d. §. si mulier,* nihilominus contrarium verius ex *d. §. si à debitore* probat Barbos. *in l. æstimatis num 11. ff. sol. matr.* facit *l. Iulianus, ff. de act. empt.* vbi venditor tenetur actione quanti minoris de vitijs occultis, quam legem cum similibus, nedum locum habere in vitijs corporalibus, sed etiam in alijs vitijs occultis, probat Montan. *controu. 45. num. 9.* quidquid velit Paul. *in dict. l. Mania.*

2 Beneuerùm Barbosa admittit hanc conclusionem, quando cessionarius allegauerit iustam, & probabilem causam ignorantiæ, aliàs non esse audiendum, ex quo alleget culposam ignorantiam per *l. qui cum alio, ff. de regul. iur.* & ei obstaret regula, *l. quod quis damnum ff. eod.* vbi damnum, quod quis sua culpa patitur, sibi imputandum est, & ita etiam Tondut. *vbi sup.* sed quia difficile est cognitu, num nomen debitoris sit soluendo vel ne, cùm difficilis sit perscrutatio de alieno patrimonio, *l. 2. C quib. & quand. quart. pars debeatur lib. 10.* cùm difficile reputetur, vt quis sciat vires proprij patrimonij, *l. in fraudem, ff. qui, & à quib.* proinde longè difficilius existimabitur inuestigare vires alieni patrimonij, & quidquid sit de rigore, aliud est de æquitate, quod subueniendum sit cessionario ignoranti, ne cedens locupletetur cum aliena iactura, etiam extra causam dotis, ex Cagnol. *in d. l. qui cum alio num. 6.* & alijs probat copiosè, & eminenter doctissimus Regens Galeot. *controu. 32. num. 20. & seq.* ne cedens locupletetur cum aliena iactura, & in hoc casu in nullo læditur, sed cessionarius habendo nomen inane, impensius

auferit ignorantia alieni patrimonij vitium, si debitor cessus possideret stabilia.

3 Altera limitatio d. l. si nomen, quæ recensetur nu. 4. est fauore dotis, vt in ea succurrendum sit viro, & vxori, si decipiatur in recipiendo nomen non idoneum, etiam si culposa eis ignorantia possit imputari, & sufficiat si re ipsa lædantur, accipiendo debitorem inopem Paulan d. l. Mania per d. §. si à debitore, ratio colligitur, ex l. iure succursũ § fin. ff. de iur. dot. vbi generaliter definitur in causa dotis nullam admitti captionem, nec tolerari aliquem ex coniugibus locupletari cum aliena iactura, ita Barbos. vbi sup nu. 11. & seq.

Distinguit Bar. in d. l. Mania, quòd si nomen debitoris datur simpliciter in dotem, & maritum non teneri de periculo nominis debitoris dotalis, si culpa sibi imputari nequit, si autem datum esset extimatum, quia tunc æstimatio faceret emptionem, & periculum esset viri, ex d. l. si nomen, & deinde opponendo ex d. §. si à debitore, iterum distinguit, quòd aut nomen debitoris datur in dotem, & habet locum præcedens distinctio de inæstimato, & æstimato, si non datur in dotem, sed delegatur viro, tunc si tempore delegationis erat inops, & maritus sciuerit inopiam, & tenetur, secus si ignoranter.

4 Articulus non fuit decisus, sed ipse vt meam interponam opinionem, censeo subueniri marito; etiam in casu culposæ ignorantiæ, ex Barbos. & alijs allegatis; in casu autem scientiæ inopiæ debitoris, tunc nequaquam subueniri viro scienti ex Costa de scient. & ignor. centur. 1. dist. 44. numer. 7. Mangil. de euict. quæst. 77 num. 8 & hoc non ex ratione, quia accipiendo maritus scienter debitorem veli donare, vt D. meus n. 4. sed potiùs quod recipiendo talem debitorem, videtur approbasse illius personam quasi idoneam ad soluendum, l. inter causas §. abesse ff. mand. Barbos. num. 9. & 10. vt in simili sciens vitium rei emptæ, non potest agere contra venditorem, l. 1. §. fin. ff. de act. empt. Montan. vbi sup. nu. 5. in dubio etenim non præsumitur donatio, l. cum de indebito. ff. de prob. & potest accipiens nomen debitoris inopis sperare illum euasurum diuitem, & limitationem fauore dotis, probant Reg. Galeot. n. 37. Castil. decis. 7. D. Staib. resolut. 99 numer. 27. cum seq.

5 Inspiciendum succesiuè remanet; Si mulier dat in dotem ducatos mille, in quorum partem cessit ducatos 500. quos debet consequi à Caio, qui se obligauit marito pro summa à se debita, an dicatur maritus recipere nomen debitoris extimatum, & D. meus ex Iacob. de Aret. in d. l. Mania, negat ex eo, quòd tunc nomen debitoris dicatur accedere promissioni, seu obligationi dotantis, ita quòd soluto matrimonio si idem nomen debitoris exter non exactum, possit idem maritus, vel eius hæres idem nomen cedere in restitutione dotis. & ita fuit decisum.

5 Montanus dubitat de hac decisione, quia statuatur fundamentum in d. § si à debitore, vbi debitor cessus erat debitor sub conditione, & ante conditionem purificatam desijt esse soluendo, & ideo maritus non fuerat in culpa; Præterea cessionarius vltra promissionem cedentis nouam exegit obligationem à debitore cesso, quapropter videtur approbasse personam debitoris cessi pro bono, & exigibili, & liberatur cedens Rota Genuens decis. 2. num. 3. Canc. quæst. 72. num. 25. vers. limitatur, hæc Montan. & declarat quando censeatur datum nomen debitoris inæstimatum, vt periculum sit vxoris, & præsertim extante pacto, quòd in casu restitutionis dotis si idem nomen extiterit restituatur.

Pulchra est decisio Rotæ Romanæ in materia cessionis nominis debitoris, quòd si ceditur creditum censuale, etiam quòd non promittatur exigibile si euincantur corpora censui obnoxia à creditoribus anterioribus cedens tenetur de euictione census, Merlin. decis. 639.

SVMMARIVM.

2 *Meliorationes ad perpetuam rei vtilitatem fideicommissarius soluere tenetur.*
2 *Pretium in proposito inspiciendum est tempore restitutionis.*
3 *In bona fidei possessore, idem iudicatur.*
4 *Fructus percepti per hæredem non computantur in pretio meliorationum.*
5 *Quid si pretium excederet meliorationes.*

DECISIO CIX.

Fideicommissarius soluere tenetur pretium meliorationum factarum in rebus fideicommisso subiectis, prout valent tempore restitutionis.

SI grauatus restituere domos, pendente conditione, fecit meliorationes in domibus ad perpetuam rei vtilitatem, † tenebitur fideicommissarius soluere grauato pretium meliorationum prædictarum l. domos. ff. de leg. 1. cum concor. per Modet. Parisi. in consue. Parisien tit. 1. nu. 1. in gl. 5. in vers. lesief. nu. 75. versic. ad id, vnde digressus sum. fol 58. Peregr. de fideicommiss. artic 30. nu. 62. qui de hac dec. meminit, quod tamen decisum fuit, † esse intelligendum de pretio, quo meliorationes valebunt tempore restitutionis, adeò quòd si minùs valeant, quam expensum sit, ad illud tantùm teneatur, est tex. in d. l. domos. ff. de leg. vbi Bart. Bald. Ang. & Alex. & videtur hanc opinionem esse æquissimam, quia vltra valorem tempore restitutionis extantem, nil peruenit ad Dominum de illis expensis & meliorationibus. † quod etiam procedit in possessore bonæ fidei, iuxta terminos, l. in fundo. ff. de rei vend & in eo, qui mutuauit ad domum reficiendam, secundùm gl. in l. 1 ff. de cessio. ne bono. licet sub dubio in hoc aliter sentiat Dec. in l. creditor. 2. col. ver & ista concl ff si cert pet. † nec fructus interim perceptos, quia ex re propria percepit, in ijs meliorationib. compensabit, vt benè declarat Alex. ibi. 2 col. vers. & est bene notandum. Rip. in l. vbi pure. 9. qui in distrahendis. ff. ad Treb. Peregr. vbi sup. n 72. Gam. decis. 138. & ita iudicauit Sacrum Consilium referente D. Petro Paulo Theodoro, dum D. Io. Felix Scalaleo Regius Consiliarius fecisset meliorationes in domibus Magnificorum de Antinoro in Burgo Virginum, fideicommisso subiectis, quarum vsum ipse emit, vita durante primi hæredis, seu fideicommissarij, & deinde (me referente) fuit idem iudicatum in causa Don Fabritij Pignatelli, cum Illustr. Duce Montis Leonis hoc idem tenet D. Lud. Molin. in tract. de Hisp. primog. lib. 1. c. 26. nu. 13. tom. 188. & vide in prin. 456. latè per Barbam l. diuortio § fin. numer. 92. ff. sol. matr. vbi de hac decis. meminit, † quando autem meliorationes excederent pretium, quod impensum fuit, Sacrum Consilium non iudicauit, quia raro accidit: sed si casus accideret, posset dici, quòd non teneretur fideicommissarius, nisi ad id, quod expensum est, super quo videndus est Franciscus Bursa. in cons. 71. D. Georgius 6. col. versic si verò, quem vidi post causam decisam, quia multos allegat, & apud me est magnæ auctoritatis, contrarium plenissimè probat Menoch. in tract. præsumpt. 32. præsumpt. num. 6. versic. & hac quidem lib. 3. fol 145. seu Mutzar. in tract. de fideicommiss. 65. tenet id tantùm esse solutum, quod impensum est per tex. in l. in fundo. & dicit ita fuisse iudicatum per Rotam Florentinam. fol 66. in paruis.

AD.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. Adde Peregrinum *in tract. de fideicomm. art.49.num.62.& ante num.64.* qui hanc decis.allegat, Caualc. *in repertor. suarum decis. in vers. melioramenta num.7. & iterum decis.29.num.44.par.2.* vbi de hac decis. meminit, omnino Apostillam ad Magon. *decis. Luca 33.lit.D.* Thes.*decis.*251.Peregr. *qui supra num.72.fol.*476. Vinium *in opinion.495.num.5.* & benè Ann.Senior.*in sing.182.& satis nota.* Ant.de Gamma. *in decis.137.& 306.* Vide etiam Stephan. Gratian. *in decis.225. num. 18. & seq.* Adde eumdem *discept. for. c.193.* vbi,emens sciēter rem fideicommisso subiectam quando perdat melioramenta, & denuntiacio de non meliorando quando operetur malam fidem; & restituta re non deductis melioramentis an competat actio ad illorum recuperationem, & adde quòd Iacob. Menoch.*de arbit. Iudic.casu 258. num.63.in addit.nouis.* reprehendit Bursatum *in cons. hic allegato*, & alios dicens ipsos confundere casum impensæ vtilis, & necessariæ, *& num. 61. & 62.* scribit hunc Dominum quem nominatim allegat, & alios infinitos, quos citat, & sequitur loqui de impensis necessarijs factis in re fideicommissis subiecta, immo cum dictæ impensæ vtiles, siue voluntariæ, cum necessarijs transit. D. Senator. Thesaur. iunior *in addit. sui Genitoris in decis.* 251. hic per me alleg. & citat Menoch. *vbi supra, & decis. Perus.24. num.25.* Videatur omninò Ludouic. Morotius *in cons.31. in 3. dubio.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

AD hanc decisionem, adde Peregrinum *in tract.de fideicomm.art.50.incip.Impensarum*, & Petram Placentin.*in tract.de fideicom.prohibitis, qu.15. num.214. vltimum*, & Peregrinum *à num.465. ad 480.* & Ioseph. Ludouicum *omninò conclusione sua 12.* Ad hanc decisionem, & omninò Antonium Gammam nouissimè, *decisione Lusitana 138.incip.Quotidiana.* Et nouissimè qui omnes allegat, Menoch.*in lib.2.arbitr.iud.quest.centur.3. casu 258. incip. Celsus, num.51.* ibi hæc secunda pars, vbi de hac decisione meminit.

ADDITIO D. RICII.

FIdeicommissarius soluere tenetur pretium meliorationum factarum in rebus fideicommisso subiectis, prout valent tempore restitutionis, hoc dicit, hæc decisio continet materiam.*l.domos de legat.*1.ad cuius ornatum scias, quòd in fundo pro meliorationibus datur retentio, si fuerunt deductæ; aliàs secus, *l.si in area in fin. de condict.indebit.author noster decis.*112. aliàs exequitur sententia præstita cautione, emptor non potest facere expensas nisi necessarias, & vtiles in annum congruè, vide Pisanel. *add. in cons. si quis emet in verb.in annum fol.*324.allegat Boer *decis.*47.Tiraq. *de retract.conuent. §.7 num.*30 possessor semper recuperat expensas, & meliorationes aduersus creditores, *l.final. C.de censib. lib.* 11. immò potest officio Iudicis expensas necessarias repetere, secus si vtiles, nisi sine læsione auferri possent *l. domum. C. eod.* secus si bona fide fecit.*l.si quis sciens,ff.de rei vendicat.* idem quando ignoranter emit rem feudalem Afflict.*dec* 29. quid in meliorationibus maximè si sint dirutæ *glos. Paris. in §.38.nu.3.fol.*319.possessor conuentus actione reali, qui fecit meliorationes potest offerre iustum rei valorem, Bart. *in l.1.C.de pradijs, & alij rebus nauic.* Couar.*variar.lib.1.cap 8.de meliorationibus factis*, quas repetat possessor, & quas non, vide Salicet.*in l domum C.de rei vendi. n.*10. Arer. *in §.certè illud inst. de act.* Capic. *decis.*17. Cag. *in l.1.n.30. C.de sententijs, qua pro eo, quod interest.* Colonus an possit expelli si fecit meliorationes, vide Paris.*de reinteg.feud.in §.quoniam fol.*101. Adde Scapucinum *in tract.de success.sing.ampliat.20.num.4.* vbi colonus, qui fecit expensas in arando, ligonizando, aut inserendo, quæ dilationem non expectant sunt ei restituendæ, quia fecit rem vtilem, quo casu datur retentio, & amplia quòd ista exceptio possit opponi in executione sententiæ, secundo neque admittatur fideiussio de soluendo quatenus expensæ sint liquidatæ, vel de proximo liquidandæ Scapuc.*d.ampliat. & nu.* tutor repetit expensas factas in re pupilli, Affl.*d.decis.*87. de meliorationibus factis in re feudali, *vide in §.Vassallus in tit.hic finitur lex.*

ADDITIO D. NOVARII.

FIdeicommissarius soluere tenetur pretium meliorationum factarum in rebus fideicommisso subiectis; prout valent tempore restitutionis, & ita hîc fuit decisum.

Varia est Doctorum sententia, num si creuerit meliorationum valor, vel decreuerit facienda æstimatio sit inspecto tempore, quo meliorata res fuerit, vel quo ipsa restituitur, itaque sunt qui fuerunt in opinione hoc esse remittendum Iudicis arbitrio, qui rerum circumstantijs, & temporum qualitate inspectis in alterutrum, vt minus damnosum videbitur, inclinare poterit, vt fuerunt Bardel.*cons.23.num.34.* Pancir.*cons.1, num.92.* Clar.*in §.feudum q.88.* Burs.*cons.85.num.35.* Men.*de arbit.iud.casu 258* Lud.*in decis.Perus.58.n.9.* Pacific.*de Saluian.interdict.in spect.2.c.2.n.214.* Thes. *decis.251 num.4.* quam æquiorem, & veriorem inquit Ant. *in resol.23.num.15.lib.1.*

Alij fuerunt in opinione, quòd quantitatis illius habenda sit ratio, quæ verè impensa fuit à principio, *l.domos*, & ibi DD.*ff.de leg.1.* Negul. *de pign.memb.4.p.5. num.11.* Castren.*cons.270.vol.2.* Capic.*decis.93.nu.8.* Merlin.*dec.28.n.6.* Gail.*obser.121.lib.2.* Fachin.*lib.11. controuer.iur.cap.23.* Tusc.*concl.181. num.9.* Gamma *decis.137.* Gab.*cons.168.nu.111. vol.1.* & hoc crebrius receptum inquit Viu.*in silua commun.opinio. conclus.* 495.*n.5.* Petra *de fideicommiss. quæst.15. n.271.* Garzia *de expens. cap.24.nu 3.* Marzar.*qui magis communem appellat de fideicommiss. qu.65.* & nouissimè D. Ricc. *in collect.decisio. collect.2060.*

Tandem cæteri dixerunt immò semper ad fauorem agent.s tempus, (quo minus expensum fuit, aut minus valeat) inspiciendum sit, vt post antiquiores tradunt Bero.*cons.106.in fin.vol.1.* Oddus *cons.41.nu.91.* Rose. *de feudis par.2. cap.10. concl.43. num.88.90. & 98.* Mascar.*de probat. conclus.1073.nu.10.* Molin.*de primog.Hisp.lib.1.cap.26.n.13.* Barz.*decis.23.num.14.* Valasc.*de iure emphit.q.25.n.28.* Caualc.*decis.44.n.62. p.2.* Seraphin.*decis.898.n.2 & 547.num.6.& dec.105 1. num.1.* Natt.*consil.256. num.2.* cum alijs quos consulto omitto.

Ego autem Nouarius pro resolutione quatuor distinguendos esse casus constituo, quorum primus sit, quòd vbi ille, qui rem meliorem reddidit reuocabilis est Dominus, vel directus, vel vtilis, tunc æstimatio inspecto tempore restitutionis rei fieri debet Guttier. *lib. 5. practic quæst.cap.68.n.18.* D.Ricc.*collect. decis.collect.2072.* Carpan. *ad statut.Mediolan.400.n.331.part.2.* Surdus *de alimentis titul 5. quæst. 11. num. 41. titul.6.* Mangil. *de imputat. quæst. 136. numer. 40.* Mantiens. *in lib. 6.Hispan. glos.3. numer.3. titul.7. lib 5. recopilat.* Scrader. *de feudis part.2. numer.9. princip. sect.2. numer. 102.* Reiger. *in suo Thesaur. iur. litt. M. in verbo melioramenta*, Gomez. *in l. Tauri. 46. num.3.* Burgos. de Paz *in quæstio.ciuil. 7. num.71.* Marescott. *in resolut.114.numer.10.libr.2.* Rot.*decis.186. part.2.* Raudens. *variarum resolutionum capit. 20. numer. 4.* Rota Auenionen. *decis.158. numer.5. & 7.* Molin. *dispus. 463. sub num. 16.* Costa *de remedijs subsidiarijs remed.99.num.6.*

Secundus est casus, si minor, vel Ecclesia aduersus contractum in integrum restituitur, tunc factæ melio-

rationis

rationis tempus inspicitur, eorumque sumptuum sit solutio, quos verè aduersarium fecisse constat, licet restitutionis tempore effecta res fuerit pretiosior, quàm sit quantitas impensa. Abb. *in capit. 1 numer. 4. de restitutio. in integr. & ibi* Bero. *numer.* 38. Alciat. *consil.* 23. *in fin. par.* 3. Natt. *consil.* 16. *num.* 10. Oddus *de restitution. in integr. quaest.* 47. *à numer.* 32. Rot. *decisio.* 186. *numer.* 3. *part* 3. Molin. *disputat.* 463. *numer.* 16. Marescott. *dict. resolut.* 114. *numer.* 6. secus autem si ex tempore attritæ sint meliorationes, & minus valerent, quàm esset impensum, quo in casu fieret æstimatio secundùm tempus præsens, vt nec impendentis damnum considerandum sit, ne scilicet Ecclesia, vel minor, quibus per restitutionem in integrum succurritur ad fauorem, & vtilitatem suam damnum patiatur plus soluendo, quàm ad eos peruenerit, quia in concursu permittitur, potiùs aduersarij damnum quàm ipsius Ecclesiæ, vel minoris, vt ex alijs declarat Bero. *dict. capit. 1. numer. 4. ductus l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor.* Marescott. *dict. resol.* 114. *num.* 7.

Tertius casus est, si is, qui melioramenta fecit, non pro se impendit, nec ad sui vtilitatem, sed pro Domino, qui fructus percepit: Tunc solùm fit æstimatio eius quod est impensum tempore meliorationis, nec attenditur incrementum, vel deterioratio in precijs rerum contingens *ad text. l. sed an vltrò §. 1. ff. de neg. gest. l. si necessarias in princ. ff. de pignor. act. l. 3. §. sufficit. ff. de contrar. & vtil. act. tut.* So. *cons.* 26. *nu.* 9. *volum.* 1. Marescott. *dict. resol.* 114. *num.* 9.

Quartus casus est, si is, qui impendit bonæ fidei solum possessor est, nullum ea in re habens dominium, tunc vt æstimatio melioranti reddatur, id inspicitur, quod minus est, proinde si impensa fuerint centum, fundus autem ob id melior factus sit in centum quinquaginta, centum, sunt restituenda, id est tantum quantum à principio impensum est, non quanti res pretiosior est de tempore restitutionis, at si è diuerso impensa sunt centum, & melior appareat in quinquaginta, ea tantum quinquaginta sunt in obligatione, idest id dumtaxat, quanti de præsenti res valet, non quod impensum est *l. in fundo, in princip. iunct. glos. verb. plus petitio, vbi* Bart. & alij *in l. sumptus ff. de rei vendic. l. Paulus. §. domus. ff. de pignor. capit. 1. de restitut. in integrum.* Negus. *de pignor. membr. 4. p. 5. numer.* 11. Felyn. *in cap. cum causa. numer. 28. de sentent. & re iud.* Giben. *de impens. p. 3. cap. 1. numer.* 24. Simon de Pret. *de interpr. vltim. volunt. lib. 3. fol. 5. num.* 15. Valas. *de iure emphit. quaest. 25. numer.* 28. Tusc. *conclus.* 116. *numer.* 15. Menoch. *consil. 454. numer. 5. 6. consil. 562. numer. 17. de arbitr. in addit. cas. 258. à numer.* 61. Riccius *in collect.* 2072. Natta *consil.* 256. *numer.* 4. *consil.* 321. *num.* 11. Bim. *consil.* 250. *numer.* 53. Caball. *consil.* 144. *numer.* 180. *volum.* 1. Rol. *cons.* 28. *num.* 18. *vol.* 1. Mol. *de primog. lib. 1. cap. 26. num.* 4. Valasc. *de partit. c. 6. nu.* 25. Rot. *decis.* 186. *nu.* 5. *p.* 2. Turret. *cons.* 1. *n.* 8. *vol.* 3. Bertaz. *Cimil. cons. 79. nu.* 15. Maresc. *dict. resol.* 114. *num.* 8. Cantalc. *decis.* 40. *num. 10. par. 3. latè.* Molin. *disputat.* 463. *à numer.* 11. Mangil. *de imputat. quaestio.* 136. *numer.* 37. & 38.

(***)

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Meliorationes factæ in re fideicommissi perpetui num sint soluendæ hæredibus grauati, & cum Molin. & Garz. D. Pratus decertat contra D. Præsidem occurrens contrarijs. nu.* 2.

3 *Recensentur contradicentes, & decisio S. C. contra D. Prat. nu.* 4.

5 *Quo tempore sint æstimandæ meliorationes in restitutione fideicommissi, & vendicatur D. Præses impugnatus à Barbosa.*

1 LAbefactare nituntur plures hanc decisionem in materia meliorationum factarum per hæredem grauatum in re fideicommisso subiecta, determinantem posse repeti per hæredes meliorantis si ad perpetuam vtilitatem tendant, & quia casus erat non in fideicommisso simplici, sed perpetuo de primogenito in primogenitum Dominorum de Antinora, in quo casu exsoluendas non esse meliorationes, post Molin. *de Hisp. primog. lib. 1. cap. 2. num.* 5. Garz. *de expens. cap.* 13. & alios auctores sustinet D. Pratus *lib. 1. discept. 7. per tot.* ratio Molin. est ad euitandam infinitatem, cùm vnus successor peteret ab alio, & is ab altero, & sic in infinitum, insuper arguit ab iniquitate euitanda, nam iniquissimum foret, quod is, qui succedit in re fideicommisso subiecta, & tempore mortis tenetur illam alteri restituere, soluere teneatur id quòd hæres grauatus expendit, qui per tempus vitæ suæ possedit, & fructus eiusdem rei percepit, è contra posset esse, quòd esset maior valor meliorationum, quàm fructuum quos in vita sua percipere deberet, & sic per indirectum omni emolumento fideicommissi, vel maioratus priuaretur.

Ad Tex. *in l. domos ff. de leg.* 1. in contrarium allegatum *numer.* 1. respondet Pratus *numer.* 9. ibi domos
2 fuisse exustas: & sic nullius remanserint vtilitatis, & ideò meliorationes solutæ fuerunt; Et ad decisionem in causa illorum de Antinora respondet expensas erogatas esse per tertium prorius extraneum, nempè Consiliarium Scalaleon, qui plures fecit expensas necessarias propter periculum aquarum pluuialium, & ad euitandum maius damnum instit per S. C. declarati expensas cedere debere in damnum eius, qui futurus erat successor fideicommissi, & ideò conuenit dispositio *ad l. domos.*

Verùm enimuerò in casu, quo meliorationes tendunt ad perpetuam rei vtilitatem si grauatus meliorationes fecerit in rebus fideicommisso subiectis, eius hæredis commodo cedere debere tenent, Bal. & *alij in l. vbi pure § fin. ff. ad* Treb. Rol. *à* Val. *consil.* 78. *volum* 1. Petr. *de fideicomm. quaest.* 15. *num.* 138. Pereg. *d. tract. ar. 50. num.* 24. Tiraq. *de retract. lig. ag. §. 15. gl.* 1. Magon. *dec. Luc.* 53. Paul. *in cons.* 358. & oppositum Molin. reprobat nominatim Barbosa *in l. aestimat. § fi. nu.* 114. vbi confutat Garziam *de expens. cap. 16. num.* 36. tenentem fructus perceptos per hæredem grauatum ex computandos esse cum expensis, & tanto minus exsoluendum esse, pro solutione audo Gomes. *var. lib. 2. cp. 12. nu.* 40. Censal. ad Peregr. *vbi sup. vers. & tu distinguas.*

4 Quatenus Molin. *d. c.* 26. medijs enarratis iustificet *l. 49.* Taur. Ex qua in Regno Castello successor maio-

ratus non teneatur soluere meliorationes factas à suo prædecessore, attamen Guttier. *lib. 2. practic. q. 82* Probat quòd lex illa locum habeat in expensis tantum factis in Castris oppidis muris, & domibus fortificatis non in alijs rebus, imò in illis expensis magnam, & ad perpetuam vtilitatem successoris tendentem etiam esse soluendam per successorem maioratus ex fructibus eiusdem vsque ad quantitatem valoris ipsorum, Flor. de Mena Gamm. *decis.* 311. Et alij quos cumulat Add. ad Mol. *d. c. 26. n. 15.* Ad rationes autem in contrarium adductas respondetur non esse in consideratione progressum in infinitũ, ex quo dum res peruenit ad vnam lineam, quousque durat illa linea de patre in filium non petitur restitutio, sed solùm finita linea, prout respondet Barbos. *num. 114* & Pariet. *dec. 12 num. 2.* & Censal. *vbi sup.* Nec text. *in d. l. domos* loquitur in domo exusta omninò, & ab igne solo æquata, sed in domo igne exusta i. vt reparatione, & refectione indigeret *secundum Bar. & alios qui ita summant textum illum*, & proinde Pratus *succubuit in casu suo*, nam S.C. iudicauit pro heredibus Illust. Marini Caraccioli Marchionis S. Erami contra D. Carolum Caracciolum ad relationem Cons. Prouenzalis Figliola Actorum magistro explo so Molin. vt Censal. *vbi sup.*

5 Altera quæstio est de tempore, quod sit attendendum pro æstimando valore melioramentorum in restitutione fideicommissi, an tempus quo fuerunt facta, vel restitutionis fideicommissi, & num procedat text. *in l. in fundo, ff. de rei vendic.* vbi præteritum tempus inspicitur, quando melioratio excedit illud, quod est impensum in meliorando, & de Marin. *lib. 2. resol. 133. num. 9.* Probat textum procedere in conuento rei vendicatione, quando expensæ non fuerunt factæ à domino, sed simplici possessore, qui propter dominiũ, quod non habuit, non potest aliud recuperare, nisi quod expendit, secus in hærede grauato, in quo attendi debere id quod est melioratum per tex. *in d. l. domos* ita etiam Flor. de Men. *ad Gamm. decis.* 137. Mol. *vbi sup. lib. 1. c. 26. n. 13.* & in conuento hypothecaria à quo res non auocatur iure dominij per text. *in l. Paulus, § domos, ff. de pignor.* tradit decisum Ann. *singul.* 182. quamuis contrarium teneat *obs.* 88. & in vassallo meliorante feudum adduxit Reg. de Pont. *decis. 2. & 52. n. 31.* sub illis verbis *non attendendo quid fuerit expensum, sed quod fuerit melioratum ex regul. text. in d. l. domos*, ita vt incrementum, vel decrementum superueniens ex tempore cedat lucro, vel damno hæredis grauati, & restitutionis tempus attendendũ sit Barry. *de success. lib. 8. tit. 14. de substit. fideicomm. n. 14.* Caroch. *discept. 57. n. 27.* Amat. *resol. 14. n. 63.* & Barbos. *in d. l. æstimatis § fin. n. 92.* nuncupatim impugnat hanc decis. D. mei.

Quidquid tamen velit Barbosa, articulus hic non fuit decisus quid veniat soluendum, quando meliorationes excederent pretium, quod impensum fuit, vt asserit D. meus *nu.* 5. Dum meliorationes erant factæ in prædio vrbano, quo casu passim, vt plurimum in temporis progressu æstimatur augmentũ minus eo quod impensum est, sed aliter est in rusticis, in quibus semper tempus operatur contrarium, & cum melioramenta consistunt in plantatione arborum æstimantur detracto melioramento successiuo ab ipso solo, ita vt attendatur quod minus impensum est de tempore plantationis Mangil. *de euict. q. 153. num.* 22. Thomat. *dec.* 59. Massin. *de confiscat. q.* 34. Vbi probat idem in possidente iure dominij, & ita indistinctè soluendum esse quod minus impensum est per heredem tenent Garz. *cap. 24. num. 1. & seq.* Add. ad Mol. *d. cap. 26. n. 13.* Boer. *decis. 44. n. 12.* Velasc. *q. 25. n. 28.* Tusc. *litt. M concl.* 176. Tiraq. *de retr. conuent. § 7. gl. 1. per tot.* & sentit D. meus *n. 1. & 2.* Et quamuis *n. 2.* arguat, quod debeat solui æstimatio meliorationum, etiam si excedat impensam ex Tuscur. *decis. 251. num. 4.* Vbi dicit in hanc sententiam inclinasse Senatum, & iudicasse Rotam Florentinam testatur Mazar. *in cohib. de fideicom. 3. p. dec.* 251. Iusc. Censal. *vers. sed contra hanc communem distinctionem* pro hærede grauato, vt restitutionis tempus attendendum sit Tusc. *decis.* 252. Amat. *resol. 14. n. 63.* Barry *de success. lib. 8. tit. 14. de subst. fideicom. n. 14.* Carocch. *discept. 57. n. 26.* vnde Barbos. *expressè n. 92.* *refellit* D. meum, sed cum ipso conueniunt Pereg. *47. sum. 74.* Tusch. *litt. M. concl.* 176. vt semper sit soluendum quod minimum est.

DECISIO CX.

Dominus rei melioratæ si impensas meliorationum à possessore bonæ fidei factarum non valet soluere, quomodo sit prouidendum.

REmansit in hæreditate quondam Magnifici Iulij Marchesi quoddam territorium vacuum extra portam Regalem, huius fidelissimæ Ciuitatis, quod territorium pro filijs d. Iulij eiusq; hæredes, fuit concessum sub annuo redditu emphyteutico, mortuis filijs, fuit declaratum per Sac. Cons. (me referente) territorium prædictum spectare, virtute cuiusdam fideicommissi, ad Sororem Candidam Marchesam, & ex eius persona, ad Monasterium S. Mariæ de Sapientia, in quo d. Soror Candida erat professa, soluto tamen per monast. dict. emphyteutis pretio meliorationum in dictis bonis factarum, dicebatur pro monasterio, quòd monasterium est pauper, & inspecta maxima impensa, facta in meliorando territorium prædictum, non erat idoneum ad illius solutionem, & quòd propterea poterant emphyteutæ tollere rudera, & auferre meliorationes à solo, iuxta terminos *cap. 1. § si vassallus*, hic finitur lex, vel quod liceret monasterio soluere pretium, quod ex diruto ædificio posset percipi, vt per illum tex. dicit Bal. *in authen. excipitur. 2. col. vers. ego consului. C. de bonis*
1 *quæ liber.* quo in loco concludit, † quòd quando Ecclesia concederet in emphyteusi aream, in qua emphyteuta fecisset multas meliorationes, ex quarum solutione valdè oneretur Ecclesia, quod tunc liberatur Ecclesia, soluendo id, quòd ex dicto ædificio diruto percipere posset hæres emphyteutæ, & Bal. refert & sequitur Paris de Puteo *in tractat. de reintegr. feud.* vbi multa cumulat in c. & circa istas culturas, *per totum fol. 9.*

Pro parte emphyteutarum fuit dictum per vnum ex Dominis, quòd in hac materia non est tractandum de decisione illius text. *in dict. §.* si vassallus tamquam compilati à Barbaris, & imperitis; vt dicunt in proprijs terminis illius text. Moder. Paris. per vnum ex Dominis allegatis *in titul. 1. § 1. num. 95. vers. ex ijs patet, fol. 41. 3. column. sed esse recurrendum ad tex. in l. in fundo, ff. de rei vend.* subiungendo vltra Paris. prædictum esse maximam differentiam a casu dicti §. si vassallus ad casum nostrum, ibi enim poterat vassallus cogitare posse eius lineam finire, & feudum ad dominum deuenire, at in casu, de quo agebatur emphyteuta ignorans fideicommissum, fecit meliorationes, tamquam in re propria, eidem concessa pro se, hæred. & successoribus quibuscumque, & sic, cum maxima bona fide, & hoc modo etiam responderi posse videbatur ad id, quod Bald. dicebat, *tam in d. § si vassallus, quam in dicta authent. excipitur*, vbi loquitur, quando moritur emphyteuta, non relicto hærede habili ad succedendum, præsupponendo, quòd emphyteusis esset concessa pro certis hæredibus, non autem pro hæredibus quibuscumque, vt erat casus, de quo agebatur, & prout hodie cõ-
2 muniter fiunt concessiones. Item dicebatur, † quòd destructio operis & ablatio ruderum, tunc procederet, quando ædificium esset factum extra Ciuitatem, secus
3 autem quando in Ciuitate, † quia tunc, ne vrbs deformetur, prædicta remedia non procedunt, ita tenent Dyn. Bar. Bald. & Ang. *in l. Senatus. § Marcellus. ff. de leg. 1.* & post prædictos Caro. Ruin. *in cons. 24. super 10. 4. col. ver. quæritur, vol. 1.* sed in casu, de quo agebatur ædificium, factum erat in Ciuitate, ergo dicebatur non curandum de decisio. Bald. *in locis prædictis.*

Secun-

Secundò, pro parte monasterij dicebatur, quòd quamuis isti essent possessores bonæ fidei, nihilominus, etiam
4 quando vtiles impensæ factę erant, † quia tamen Dominus istas impensas factas sufferre non poterat, non teneatur ad ipsarum pretij solutionem, sed sufficiebat monasterio dicere possessoribus, quòd ipsi tollerent rudera, vel quòd eis liceret soluere pretium, quòd ex ruderibus sublatis perciperet, per tex. in d. l. in fundo, & per iura, & auctoritates, qui, & quas allegat, & cumulat. Tiraq. *in tract. de retract. conuentio. in §. 7. in glo. 1.*
5 *n. 5. f. 963.* sed ad hoc dicebatur, † quòd prædicta procedunt, quando si monasterium à principio fuisset dominus, non esset verisimiliter concessurum territoriũ prædictum, quod eo tempore, nullius erat redditus, vel valoris, quod omnino fecisset monasterium prædictũ, vt fructus, & introitus percipere potuisset; ad nihilum enim deseruiebat, nisi pro ædificio, & eo modo, quo disponitur *in d. l. in fundo.* quid quando Dominus eamdem impensam facturus esset, teneretur possessori reddere impensam vendicando fundum, eodem modo dicendum est, quòd stare debet concessioni postquam similiter monasterium, territorium prædictum concessurum fuisset, eadem enim ratio obtinet in vtroque casu, ergo & eadem debet esse iuris dispositio.

Tertiò, pro monasterio dicebatur, quòd pro eo erant decisiones particulares *in l. 1. §. si quis à nemine ff. ne quid in loco publ. & in l. si legatum, in fi. ff. de ope. publ. & in l. 1. C. de diuer. prædijs, quib. iurib.* prouisum est,
6 † quòd pro ædificijs in locis publicis factis, quando publico non nocent, salarium, seu vectigal, est imponẽdum ædificantibus, sic dicebatur debere fieri in casu, de quo agebatur, in quo isti possessores, in loco alieno ædificauerunt, quòd census esset eis imponendus, quia non est dubium, quòd imponendus esset, prout hodie territorium concedi posset absq; meliorationibus, cùm dominus soli sit monasteriũ, eo etiam magis, quia adest
7 ratio, ne Ciuitas deformetur, † qua ratione moti sunt Iurisc. in ll. prædictis, vt declarant Doct. *ibid.* procedit etiam in ædificijs priuatis, & quemadmodum si monasterium esset diues, & solueret impensam, non est dubium quòd aut per concessiones, aut per venditiones consequeretur integrum pretium soli, quòd si pauper, hoc ei nocere non deberet, ad quæ videnda sunt posita per Io. Garsiam *in trac. de expen. & melior. c. 5. col. ver. 9. illud aduertendum est, fol. 272. nu. 25. in 17. vol. tractatu de nouo impresso.*

Sed ad hoc dicebatur, quòd decisione iurium prædictorum, non posset se tueri monasterium, quia ædificantes in locis publicis, sunt in mala fide, cùm publicũ territorium occupent, & ex iuris dispositione, per totũ titulum, ne quid in loco publ. est prohibita ædificatio, ideò nimirum, si est in electione Ciuitatis, vel quòd destruatur opus, quando publico obest, vel quòd census imponatur, census autem noster est diuersus quia hi emphyteutæ bona fide ædificauerunt in re, fideicommisso subiecta, quo casu habemus dispositionem iurium particularium, tàm *in l. domos, ff. de leg. 1.* quàm in l. prædicta, in fundo, imò si mala fide isti ædificassent in re sub-
8 iecta fideicommisso, † scientes fideicommissum, prout faciunt in publico ædificantes, perderent meliorationes *l. fi. §. emptor C. communia, de lega.* quem tex. optimè declarant ijdem Moder. Paris. *in eod. tit. 1. §. 1. in gl. 5. verf. non obstat § emptor. n. 66. fol. 38.* quos refert, & sequitur Didac. de Couar. *in tract. var. resol. c. 17. 2. col. verf. ea verò constit. fol. 388. in magnis,* vnde postquam habentur iura in propria materia, & diuersitates rationis, non est curandum de iuribus prædictis in diuersa materia loquentibus, & diuersam rationem habentibus, & ad id quod dicebatur, quòd si hodie non reperirentur concessiones factæ, quòd monasterium faceret, & haberet censum, inspecto primo tempore, & sic, si redderet impensam, alienaret, vel concederet, dicebatur, quòd hoc verum erat, sed quòd de hoc non est curandum, quia hic casus non euenit, & à communiter accidentibus euenire non poterat, quia non est dubium, quòd si tempore, quo filij Iulij concesserunt hoc territorium, fuisset ex tunc monasterij, quòd illud monasterium concessisset, prout alij omnes, qui possidebant in eodem loco, concesserunt; ex eo enim nihil vel modicum percipiebatur, & per concessiones factas per prædictos perceperunt ferre annuos ducatos quingentos. Et nouissimè dicebatur, quòd monasterium non est admittendum ad hoc, postquam contrarium eius, quòd petit, postulaturum non esset, si enim territorium, ob pestem, de qua hodie timetur, vel per bellum diminutum esset, vel ex inundatione aquarum, vt in multis locis Ciuitatis, non est dubium, quòd vellet stare concessionibus, & non diminuere censum. Ita debet hodie facere, si valor soli est auctus, impensam reddere non potest, eo etiam magis, quia valor etiam auctus est ex meliorationibus in eo factis.

His discussis, aliqui ex Dominis dicebant, quòd postquam ex parte monasterij erat difficultas solutionis, & sic ex paupertate perdebat hoc augmentum, quòd poterat fieri id, quòd ijdem Paris. *in d. §. 1. in glo. 5. in verf. lesief. fol. 41. 3. col. nu. 5.* quòd hæc consistunt in arbitratu, & officio boni, & innocentis iudicis, qui bonus iudex posset arbitrari, quòd de hoc augmento valoris soli, ex tempore causati, aliqua pars posset dari monasterio in augendo aliquam partem census, & quòd reliquum cederet in beneficium possessorum. Alij dicebant, quòd omnino monasterium concessurum fuisset hoc territorium tex. tunc, & propterea, quòd ei sufficere debebat census tunc impositus, postquam soluere non poterat pretium meliorationum, & quòd non deberent cogi possessores ad augendum censum, & hanc opin. Sacrum Consilium iunctis D. Consiliariis duarum Aularum, secutum fuit, de mense Iul. 1575. Actuario Galterio, & quia in æstimatione facta per tabularium, apparebat, quòd tempore concessionis aliqua aderat læsio, idcirco in decreto fuit reseruatum monasterio ius agendi contra dictos emphyteutas: in quorum concessionibus prætendebatur læsio, & de hac decis. meminit Peregr. de *fideicomm. art. 50. numer. 98.* & Barb. in *l. diuortio §. fin. numer. 101. ff. solut. matr.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 3. vide Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. ... c. 32. nu. 9. in fin.* & Gabriel. *in conf. 168. in 6. qu. nu. 88. vol. 1.* & Gammam *decis. 310. col. 1.* Vide etiam Surdum *in dec. 78. & omninò decis. 309. n. 14. cum seq. & l. in fundo hic* per nostrum authorem allegatam exornat Iacob. Menoch. *in casu 258. nu. 83. & seq. in addit. nouis.*

Num. 4. 5. Vide si conferunt scripta per Paul. Castr. *conf. 249. vol. 1.* & hunc locum allegat Caualc. *decis. 32. numer. 51. par. 2.* vbi concordat opinio Doctor. hic allegat Matt. *in voto 61. n. 1. & infra, & in addit. n. 8. ibi, & in dec. Florent. 51. n. 5. 6. supplem.* & Flam. Cartar. *dec. 70.* Gam. Lusit. *dec. 20.* & Surd. *decis. 243. & in puncto principali huius decis.* Iacob. Menoch. *in d. casu n. 80. & seq.* qui distinguit si dominus erat facturus vel non, aut erat diues, vel pauper, & D. Io. Ant. Georg. *in allegat. 1. nu. 18.*

Nu. 8. ibi Couar. accomoda *lib. 3 variar. resol. c. 17. nu. 1.* & vide omninò Magon. *in decis. Lucã 33. a num. 21. & seq. & in decis. florent. 51. n. 5. 6.* & conferunt scripta per Caualc. *de tutor. & curat. nu. 365.* & Pereg. *de fideicom. art. 49. nu. 63.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta debet relaxare, & vendere melioramenta potius domino directo, & sic conductor locatori, quam alteri.*

2 *Emphyteuta an possit cogi ad relaxandum, & non abradendum.*
3 *Quid si locator, vel directus Dominus nollet ipsas meliorationes, an emphyteuta debeat, vel possit tollere, vel abradere.*
4 *Quid, quando melioramenta sunt excessiua, & directus dominus est pauper.*
5 *Quæ melioramenta debeant refici à iudicis arbitrio dependet.*
6 *Aestimatio meliorationum incertarum qualiter sit facienda.*
7 *De priuilegio pulchritudinis Vniuersitatis remissiue.*
8 *Quis concedat, vt in loco publico possit ædificari, Baro, vel Rex?*
9 *Mœnia Ciuitatis cuius sint, Ciuitatis ne, vel Baronis.*
10 *Aedificia non debent destrui, ne vrbs deformetur, licet in solo alieno sint facta, supra murum alicuius, sed soluitur medietas muri.*
11 *An liceat facere ponticellum transeundi gratia de vna domo, vel possessione ad aliam supra viam.*
12 *Quot sint species viarum, & quæ sint probanda, ad faciendam viam publicam.*
13 *Nec scala, nec primus gradus scalæ fieri potest supra viam publicam.*
14 *Opera publico in loco facta, quando debeant destrui.*
15 *Hæc materia hodie spectat ad portulanos fortè ad alios officiales priuatiuè.*
16 *Aedificia quando sunt antiqua, numquam destruuntur per instructiones Regiæ Cameræ.*
17 *Magistri portulani, vel officiales politici, an possint cogere propter vtilitatem publicam, vel necessitatem subditos ad vendendum, vel emendum, vel aliquid faciendum.*

1 AD hanc decisionem, adde quòd † emphyteuta debet relaxare, & vendere melioramenta potiùs domino directo, & sic conductor locatori quàm alteri. Decisio *Pe-*
2 *rusina 24. num.27.* quòd † autem possit emphyteuta cogi ad relaxandum, & non abradendum, Achill. Personalis, *in tract. de petitione hæreditatis, num.676. &*
3 *seqq.* & † quid si locator, vel directus dominus nollet ipsas meliorationes, an emphyteuta debeat, vel possit tollere, vel abradere, latissimè Caualcanus *decis.44. incip. Canonichinus, num.7. ibi*; & quando locator, vbi
4 quod potest. † Et quid quando melioramenta sunt excessiua, & directus dominus pauper, & allegat Menoch. *de remedijs possessorijs, remedio 15 nu.557. & in dicta decisione latissimè* Caualcanus *tract. materiam meliorationum*, & omninò Caballinum ad hanc decisionem adde *in Milleloquio 98.* Baldum *cons.311. n.4. vol.3. incip Baptistam Hymon. Parmensem, in tract. de*
5 *alluuionib. nouissimè, lib.1. cap.2. n.5.* † Sed quæ melioramenta debeant refici à iudicis arbitrio dependet, *l. in fundo, ff. de rei vendicat.* Menoch. *de arbitrar. iudicum. casu 258. & remed.15 quæst.39* Sed nouissimè Cornazanus videndus est, *deci. Lucensi 101. incip. cum*
6 *his*, vbi † de æstimatione meliorationum incertarum qualiter sit facienda. Et de meliorationibus Magonius *decis. Florentina 49. incip. Miccanellus, & decis.51. incip. Fuit nobis*, vbi de tertio possessore conuẽto hypothecaria, & *dec. Lucensi 33. n.27. & 24. dec.81.*
7 *n.25. latissimè.* A d n.3. Adde de † priuilegijs pulchritudinis Vniuersitatis omninò Nun. Auendan. *De exequẽ-*
8 *dis mandatis Regijs in Hispanis, & adde* † quis concedat, vt in loco publico possit ædificari, Baro, vel Rex? Affl. & *in Constitut. Benefic. n.3. & in tit. quæ sint Rega-*
9 *lia. vers. via publica n.17.* & † mœnia Ciuitatũ cuius sint, Ciuitatis ne, an autem Baronis, Fabius Anna Regius Consiliar. *consil. suo 72. vol.1.* & latissimè Afflictis *in lib.2. variar. iuris decisionũ, tit. de ædificijs*, & Boer.
10 *decisio 320.* & † quòd ædificia non debeant destrui facta, ne vrbs deformetur, licet in solo alieno sint facta, & supra murum alicuius, sed solui medietas muri in specie decidit Surdus, *in decisione Mantuæ 168. incip.*
11 *Super pariete proprio*, vbi plena de ædificijs dicit. Sed † an liceat facere ponticellum transeundi gratia de vna
12 domo, vel possessione ad aliam supra viam, & † quot sint species viarum, & quę sint probanda ad faciendam publicam viam, & de alijs vide omninò Ioannem de
13 Amicis *cons.1.* & Surd. *dec.42. incip. Ad cognoscẽdum, vbi nu.8.* dicit, nec scalam, nec primum gradum scalæ fieri posse supra publicã viam. Ad n.6. adde Io: de Ami-
14 cis *cons.57.76. & 98. vbi idem*, & latè tractat materiã operum publico loco factorum, quando debeant de-
15 strui. Vnum nota, † quòd hæc materia hodie omnis spectat ad Portulanos, fortè priuatiuè ad alios officia-
16 les, & † quòd ædificia si sunt antiqua, numquam de-
17 struuntur per instructiones Regiæ Cameræ. Sed † an Magistri portulani, vel officiales politici, possint propter publicam vtilitatem, vel necessitatem subditos cogere ad vendendum, vel emendum, vel aliquid faciendũ Io: Coppen *lib. quæst. Saxonicarũ q.59. incip. Super.* Vide quæ dico dec.9. latissimè. Ad hanc dec. adde Costam, *q.81. n.6. latissimè in tract. de Ratione rata*, & Peregr. *in tract de fideicom. art.50. n.48.* qui de hac decis. meminit, & Barbos. *in l. diuortio, §. fin. 101. par. prima, ff. soluto matrim.*

ADDITIO D. RICII.

DOminus rei melioratæ, si impensas meliorationũ à possessore bonæ fidei factarũ non valet soluere, quomodo sit prouidendum hoc dicit. Adde in simili quomodo sit prouidendum domino impotenti soluere meliorationes factas ab emphyteuta, & in hoc est dicendum, quòd si consulto excessiuas meliorationes fecerit emphyteuta, quas sciebat dominum directum non futurum esse soluendo, tunc dumtaxat tollere permittetur sine læsione status prioris, et si sine detrimento fieri nequeat eas amittat, Tiraq. *in 2. retract. pag 752. n.5.* periniquum est enim, vt ex dolo suo fructus capiat Valasc. *de iure emphyt. q.25. n.10.* licet audierit aliquãdo iudicatum, vt ex redditibus quotannis soluat dominus quousq; integrè satisfaciat melioramentis: sed hæc multum dissimilia sunt, nec video, cur cogi possit ad soluendum melioramenta dolosè facta ad rem retinendam, sed benè hoc procederet, quando emphyteuta fecerit melioramenta sine dolo, & quidem in hanc sententiam transisse senatum scribit idem Valascus. *d. q. 25. d. n.10. in fin.* & ad materiã decisionis, vide latè Costam *remed.99. vbi multos DD. cumulat, & declarat.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Explicatur Text. in §. si vassallus tit. hic finitur lex, & refelluntur Clar. Boer. de Pont. & alij, n.2.*
3 *An Text. procedat aduersus hæredẽ emphyteutæ, & Barbos. & Viuian. Cirocch. exornãt decisionem, n.4.*
5 *Aedificans scienter in alieno solo si amittat meliorationes.*

1 BArbarorum textus arduam nunc parit quæstionem, an dominus possit aduersus hæredem emphyteutæ qui meliorauit rem vti electione vel soluendo æstimationem, vel patiendo, quod ædificium tollatur, prout Domino feudi aduersus vassallum dat electionem, textus *in §. si vassallus tit. hic finitur lex*, cuius verba sunt hæc, si vassallus in feudum aliquod ædificium

fecerit

fecerit, vel ipsum sua pecunia melioraueritt, & contixerit postea vt vassallus sine filio masculo decedat, dominus aut patiatur ædificium auferri, aut soluat pretium meliorationis, quem textum à Barbaris, & imperitia compilatum *ex gloss. Paris* tradit D. meus *n. 1.*

2 Præmittenda ergo est difficultas an procedat d. electio in fauorem domini feudi, & affirmant Iacob. de Beluis. Aluarot. Præpos. *in d. tex. Clar. §. feudum q. 88.* Boer. *q. 96.* Cõs. de Ponte *52. vol. 1.* Nihilominus dic iuxta intelligentiam Andr. textum procedere quando verè edificium tolli, & auferri potest, vt quia esset ligneum, secùs si esset fabrica, cuius demolitio hæredi in allodio nullam afferre posset vtilitatem, quia tunc dominus ipse tenetur præcisè pretium soluere, ita Reg. Moles. in decisione transcripta pœnes R. de Marin. *libr. 2. resol. 134. numer. 13.* vbi testatur ita pluries iudicatum addo Reuert. *decis. 572.* Barbos. *vbi sup. numer. 11.* Quod probat ex eo, quia seruitus pertinet ad ea, quæ à feudo separari non possunt, & tamen dominus tenetur soluere æstimationem seruitutis ex *d. §. si vassallus.*

In puncto iam controuersiæ propositæ an aduersus hæredes emphiteutæ competat dicta electio, quam domino feudo tribuit textus allegatus, & affirmat Bal. *in d. auth. excipitur 1. col.* quem refert, & sequitur Paris. de Put. *in tract. de reintegr. feud. in cap. & circa istas culturas* addo Paul. *cons. 278. lib. 2.* Valasch. *de emphit. q. 25. num. 16.* Caualcan. *decis. 44. n. 70.* Contrarium tamen verius est quia si textus exorbitat à regulis iuris communis, ex eo vti exorbitanti non posse inferri ad alios casus iuxta doctrinam Bar. *in l. vt ius iurandis §. si liberi numer. 3. ff. de oper. libert.* & recurrendum erit ad decisionem *l. domus ff. de leg. 1.* Menoch. *de recup. poss. rem. 15. n. 562.* D. meus nu. 1. quem sequitur Barb. *in l. diuortio, §. fin. nu. 108. & seq.*

3 In emphiteusi, & alijs casibus in quibus à principio dominis non conceditur illa electio, nihilominus tribuitur in subsidium quando sunt pauperes neque ex bonis suis possunt soluere pretium meliorationum, & tunc sufficiet offerre æstimationem ruderum, quantum illa valere possent si ab ædificio separentur, non autem pretium meliorationum in concreto quod soluere tenetur quando est diues ita Bald. *vbi supra, & alij relati per Pett. de fideicommiss. q. 15. numer. 277.* Tiraq. *lib. 2. retract. §. 7. gl. 1. num. 7.* Barbos. *vbi sup. nu. 110.* vbi exornat hanc decisionem, & Ciocch. *discept. 37. num. 30.* Vbi firmat contraria procedere in expensis voluptuarijs, dic etiam quòd si dominus, aut fideicommissarius est pauper constituendus est aliquis census pro meliorationibus Mol. *de iust. & iur. disput. 644. nu. 1.* Garz. *de expens. cap. 13. nu. 44.* Censal. ad Peregr. *de fideic. nu. 50. vers. ad secundum.*

4 Ædificantem in re aliena scienter meliorationes ammittere tradit D. meus *n. 8. ex l. fin. §. fin C. comm. de legat.* Vbi emens scienter rem fideicommisso subiectam amittit meliorationes, vt ibi notant Corn. & Ias. Sed intelligi debet quòd eas amittit respectu venditoris ad quem vtilitas meliorationis non peruenit, vt ibi aduertit Corn. *numer. 2.* quia respectu euincentis illas non amittet omninò, sed inducetur decisio *l. domum in fin. C. de vendit. & l. Iulianus, ff. de rei vendic.* vbi possessor malæ fidei ædificium de nouo factum potest auferre, vt tenet *gloss. fin. in l. fundo ff. de rei vendic. & gloss. in l. certè vers. ædificaueris, ff. de rer. diuis.* Menoch. *de recup. remed. 15. numer. 540.* Nec obstat quòd cùm quis illicitè, & iniustè retinet rem alienam, si sumptus in ea facit cùm sciat illas repetere non posse videtur sua voluntate illos donare domino arg. *l. cuius per errorem, ff. de reg. iur.* & videtur expressum in *l. si seruus seruum, §. si olinam, ff. ad l. Aquil.* Ruin. *cons. 157. numer. 21. libr. 1.* Bart. *in d. l. in fundo num. 11.* Vbi quòd si malæ fidei possessor quid ædificet de nouo videtur donare, si verò non faciat de nouo sed ædificio iam facto aliquid addat illud ampliando illas expensas abradere poterit *d. l. domum, & ibi* Paul. *numer. 3.* Valasc. *consult. 83. numer. 19.* Boer. *decis. 44.* Quia distinctio præfata est contra tex. *in d. l.* Iulianus. vbi possessor malæ fidei potest abradere ædificium de nouo factum, vnde Barbos. *vbi supra numer. 79.* Firmat malæ fidei possessorem tantùm amittere viles impensas, quæ sine damno rei separari non possunt, & hæ meliorationes censeantur donatæ, quæ separari non possunt, sine detrimento status antiqui rei, aliàs non videtur donasse, sed magis habuisse animum abradendi *d. l. domum* in fine Alciat. *in l. impensa, ff. de verb. signif. numer. 7.* Et illam Barbos. adducit differentiam inter bonæ fidei, & malæ fidei possessorem, quòd ille iure retentionis potest obtinere vt indistinctè sibi soluantur, iste tantùm potest implorari iudicis officium vt cogatur dominus vel pati abradere vel soluere pretium, & hoc quando abradi possunt alias non potest fieri abrasio, & censetur donare, & ita intelligendus est tex. *in l. & sis C. de ædific. priuat.* Adeò quòd etiam diruto ædificio vendicare poterit materiam, ex qua scienter ædificauit in alieno, cùm enim tunc habuisse censeatur animum donandi, quando consistente ædificio materia abradi non poterat sine detrimento rei, nam etiam si postea ex accidenti disrupto ædificio materia abradi potuerit, non poterit vendicari materia, *l. adeo §. ex diuerso ff. de acquir. rer. dom. & §. ex diuerso instit. de rer. diuis.* cæterum si à principio abradi potuit secus erit, *l. 2. in fin. C. de rei vendit.* Barbos. *vbi sup.*

Notandum est, quòd in casibus, in quibus permittitur tantùm abrasio, si melioratio talis sit, vt à re nullo modo abradi possit, tunc melioràns omni destituitur remedio, *l. sin autem § fin. ff. de rei vendic.* Bar. *in d. l. in fundo n. 9.* Garz. *de expens. c. 5. nu. 33.*

SVMMARIVM.

1 *Licentiatus, nullam dignitatem habet, sed testimonium meriti, num. seq.*

2 *Reg. quod proximè cingendus, habeatur pro cincto, declaratur.*

4 *Licentiatus, quare pro Doctore non habeatur.*

5 *Decisio Bar. in l. capitalium, §. serui casi. ff. de pæ. declaratur.*

DECISIO CXI.

Scholaris, quamuis professionem fecerit in iure vtroque non tamen dignitatem, aliaque doctoratus priuilegia adeptus est.

FVit decisum in Sacro Consilio ad relationem Magnæ Curiæ, quòd scholaris plebeius, quamuis professionem fecisset in iure Pontificio, ac ciuili, qui fratrem occiderat, ex inuidia donationis eidem fratri factæ per patrem, furcis suspenderetur, licet ex professione prætendisset, fuisse effectum nobilem, & prætenderet amputationem capitis, eo quia non ex sola professione acquirit dignitatem, † quã nec licentiatus acquirit, secundùm Card. *in clement. 2. in 2. q. de magistris,* quem refert, & sequitur Dec. *in l.*
2 *cum quid in 3. ampliat.* qui dicunt, † quòd ex licentia doctorandi, quis non consequitur dignitatem doctoratus, nec aliam dignitatem, sed tantummodo testimonium, quòd meretur insigniri, & ex hoc non obstat vulgaris regula, sumpta *ex l pen. ff. de milit. testib.*
3 † quòd proximè cingendus, habetur pro cincto, quia ille tex. loquitur, quando adest iussus potestatem habentis, quòd quis cingatur, ita illam l. declarat. Bar. *in l. præcedenti, d. l. pen. ff. de milit. test.* & Ang. *in versic. si autem Rector scholarium,* dum allegat. *d. l. pen.* & in specie tenet hanc opin. Bal. *in d. l. pen.* † quòd licen-
4 tiatus non habetur pro Doctore, quia adhuc aliud requiritur, & ibi etiam Angel. & *est tex. in l. athleta. ff. de excusat. tuto.* vbi etiam Bald. dicit, quòd licen-

licentiati non habeant doctoralia priuilegia, nisi susceperint biretum, & illum text. dicit, suo more, mirabilem, Barba. *in c. eam te. in 1. notab. extra de rescript.* ex cuius dictis, & ex dictis Fely ibi, colliguntur ad hoc multa similia, si igitur licentiatus, dignitatem non consequitur, multo minus qui aliquam licentiam non habet. Accedebat huic conclusioni natiuitas istius, qui
5 ex patre fabro natus erat, † & non conueniebat decis.
Bar. *in l. capitalium. §. serui casi ff. de pen.* de quo meminit Lupus *in rep. c. per vestras in rub. in §. 9. quod incipit, istud autem 3. col. vers. quinimo sola diuitia. fol. 5. in magnis, de donatio. inter vir. & vxor.* quia si pater, quamuis plebeius fuisset, & artem vilem non exercuisset, & concurrisset cum hoc professio filij, maxima fiebat difficultas contra Regium Fiscum, & demum, quia per quinquennium post homicidium commissum, dum extra Regnum staret non curauit gradum doctoratus procurare, quod fecisset, si hoc propositum cœptum habuisset, fuit modo, quo supra, sententia exequutioni mandata, Neapoli die 22. Ianuarij 1575.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Ias. *in l. num. 3. C. de inoff. testam.*

Videatur Rom. *cons. 33.* Alciat. *de præsumpt. regula 1. præsumpt. 43. num. 8.* & Mandos. *in addit. ad d. cons. Roma.*

Num. 2. 4. Adde Rouit. *in pragm. de scolaribus doctora. num. 6.* post Clementem *in tract. de patr. potest. n. 57. effectu vltimo.*

An licentiatus primò, & postmodum doctoratus præferatur Doctori medio tempore licentiato, & doctorato; Vide Viu. *in opin. 463. p. 2. in impressa Aquilæ, de anno* 1582. tenentem affirmatiuam, licet communiter post Doctores, quos allegat concordare cum opinione negatiua, quam negatiuam diffusè, & satis doctè defendit, atque amplectitur eruditus D. Rouitus *in loco supra citato à num. 6. vsque ad finem*, & obiurgat Viuium non fideliter referentem DD. testantes de communi pro affirmatiua.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Doctor nomine tantum, non gaudet priuilegio Doctorum.*
2 *Limitatur regula, quòd proximè accingendus habeatur pro accincto remissiuè.*
3 *Licentiatus an gaudeat priuilegio Doctorum, & n. 5.*
4 *Rouiti decisio recensetur an primò Licentiatus, & demum Doctoratus, præferatur vltimo Licentiato, & prius Doctorato.*

ADde ad hāc decis. 311. omninò Menochium
1 *de arbitr. iudic. casu 379. vbi* † quòd Do-
ctores nomine tantùm, non gaudeant pri-
2 uilegio Doctorum, & † de materia huius
decis. ad limitationem regulæ, quòd proximè accin-
gendus habeatur pro accincto, *vide infr. decis. 449.*
Ripam, *in l. Centurio, num. 18. ff. de vulg. & pupill sub-*
3 *stitutione*, vbi, † quòd Licentiatus gaudet priuilegio
Doctorum. Latissimè Nunius Auendanus *in repertorio, in tract. de exequendis mandatis Regijs, verbo, Maestros;* latissimè Io. Lupus de Palatios, *in rubr. de donatione, §. 37. & 38.* qui magistraliter loquitur, & literis aureis scribendum, & abundatissimè ad plura ampliando, & limitando, & intelligendo dicta Scribentium; omninò videndus. Sed nouissimè adde Docto-
4 rem † Rouitum doctè, & eleganter loquentem ad
partes, & inde decidentem in *Pragmatica sub titulo, de Scholarib. Doctorandis*, qui pluribus ad vtramque partem allegatis Doctoribus, decidit quæstionem, an primò Licentiatus, & demum Doctoratus præferatur vltimo Licentiato, & prius Doctorato, & allegat Præsidentem hunc *in decis. 316. infra, circa limitationem Capituli, Neapolis, de prohibita habitatione Studentium in locis inhonestis*. De Licentiato videndus est
5 Caratuta *Ritu* 142. Quò 5 † autem Licentiatus Pri-
uileg. Doctorum gaudeat Ripa *in l. Centurio, num. 18. ff. de vulg. & pup. subst. vt sup.* De quæstione facta per Rouitum latè agit Consiliarius Anna, *cons. 42. vol. 1.*

ADDITIO D. RICII.

SCholaris quamuis professionem fecerit in vtroque iure, non tamen dignitatem, aliaque doctoratus priuilegia adeptus est, hoc dicit. ratio est, quia scientia de per se nulla confert priuilegia de ijs, quæ conferuntur per dignitatem Doctoratus, vt explicat Zabarell. *in Clem. 2. q. 2. de magistr.* & quàm malè Platea intellexerit sensum glos. ibi docet Mardez *l. 1. notab. 2. num. 8. C. de annon. Ciuil. lib. 11.* vide interim Alban. *cons. 553. cum sequent vsque ad cons. 558. vol. 3.* posset tamen limitari conclusio decisionis, vt non procedat in illis locis, & regionibus, in quibus professi licentiantur, publicè per totum collegium, facto rigoroso examine, & per talem licentiam, seu solemnem professionem vocantur, & declarantur Doctores, & sic consequuntur dignitatem, prout seruatur in Gallia teste Cassaneo *in catalogo gloriæ Mund. p. 10. considerat. 34.* & sic tuari quoque scimus in Hispanijs teste Gomes. *in reg. de annal. poss. q. 36.* & Beniuen. *de priuileg. iureconsult. par. 3. in princ. num. 12.* Item alia ratio decisionis, nam per licentiam, seu professionem, nullam professi tales consequuntur dignitatem, nec declarantur Doctores, sed datur licentiatis simplex licentia assequendi gradum doctoratus, & sic dicuntur professi, vt seruatur in Italia, vbi licentiantur, ab vno tantùm Doctore de Collegio recitato puncto tentatiuo. Alciat. *cons. 40.*

Hæc decisio posset ampliari procedere etiam in regnicolis, qui studuerunt in scholis Regni, doctoratis tamen extra Regnum ipsi autem nullo modo gaudent priuileg ijs doctoratus in Regno, vt per prag. editam per Excellentissimum Lunensium Comitem sub die 29 Nouembris 1614. quæ nunc est prag.…. de scholaribus doctorandis.

ADDITIO D. NOVARII.

SCholarem licentiatum non esse habendum pro doctore in criminalibus, si de pena nobili infligenda tractaretur, hic fuit decisum, & ita Capiblanc. *de baro. prag. 19. n. 16.* Masull. ad Capic. *in decis. 48. nu. 2.* vbi allegat istam decisionem, scribens fuisse contrarium decisum in contingenti casu, ex quo fuit quidam licentiatus condemnatus per septennium in insulam Capreæ ob homicidium.

Verùm si in casibus, in quibus exigitur qualitas doctoratus sufficiat licentiatio, negatiuè latè articulum disputando firmat nouiter Riccius *in sua praxi resolu. 467. p. 2.* cuius dicta depromuntur a scriptis à Sfortia Oddo *in cons. 14.* qui latè agit de præcedentia inter licentiatum prius, & doctoratum postea, & firmat debere præcedere primò doctoratum, quia clarum est, quòd inter habentes eamdem dignitatem ille præfertur, qui priùs illam dignitatem consequutus fuit ex tex. *in l. 1. C. de Consul.* vbi DD. & Doctor non est, neque appellatur is, qui dumtaxat licentiatus est, vt post alios firmant Siluan. *cons. 20. libr. 1.* Staphil. *de literis gratia, & iustitia in tit. de vi, & offic. clausul. §. circa 3. nu. 25. & seq.* & vide Guid. Pap. *in dec. 390.* vbi etiam addentes.

* * *

OB;

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Licentiatum inter nobiles non recensendum, nec priuilegijs Doctorum gaudere deciditur, & per Rouit. D. Prat. Giurb. & alios comprobatur.*
2 *Euertit decisionem Amicangelus, & expenit illam.*
3 *Opinio Authoris, & reijcitur Io: de Platea.*

1 VVlnerata num decumbat præsens decisio examinandum erit; controuersiam pertractat, an licentiatus gaudeat priuilegijs Doctorum, & negatiuè dedicitur, & combrobant Rouit. *super pragm. in rubr. de scholar. doctor. numero* 24. Giurb. *obser.* 91. *à num.* 14. et D. meum, *extollit* Consil. Prat. *in annot.* ad Pascal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 3. *vers. vndè onus*, vbi ait hanc decisionem rectè processisse, & iustè sicut consueuit per veros tramites Sacrum Consilium iudicare, quia licentiati in Regno licentiantur ab vno tantùm Doctore de Collegio recitato puncto tentatiuo, secus in licentiatis per totum Collegium, prout in Hispania, qui consequuntur dignitatem ex traditis per Didac. Perez. *par.* 1. *ordin. lib.* 4. *tit.* 4. cùm adest iussus potestatem habentis, quòd accingatur, tunc habetur pro accincto Bar. *in l. pen. ff. de milit. testam.* & quando infallibiliter est accingendus Cabal. *cas.* 65. & pro doctoratu aliundè tamen requiritur publicum examen.

2 Decisionem hanc nominatim infringit Amicangel. *de regal. offic. quæst.* 19. motus ex eo, quòd sola scientia faciat homines nobiles, ex Glos. *in l. procedendum in vers. maritum, C. de postul.* quam sequuntur Bal. Angel. Salic. Alber. & alij cumulati per Casan. *in catalog. glor. mund. par.* 8. *consid.* 10. & nobilitas ex dignitate Doctoratus dicitur aduentitia, & externa, sed quæ ex literatura prouenit est interna, quam nec conferre potest princeps, Cassan. *par.* 8. *consid.* 12. & indigni promoti ad doctoratum nomine tantùm sunt doctores sine veritate scientiæ, nec gaudent priuilegijs doctorum, Addit. ad Thes. *decis.* 153. *numer.* 6. accedit exemplum Napodani, qui suo commento illustrauit consuetudines Neapolis, cuius scripta venerantur omnes Regni magistratus: & tempore suæ compositionis non erat doctor, vt testatur in *princ. proœm. consuet.* & absurdum esset præfatum virum propria virtute nobilissimum inter ignobiles connumerari, ex eo quòd non erat insignitus priuilegio doctoratus: hinc dubitabilem Amicangelus putat hanc decisionem D. mei supponentis legum professorem non posse nobilitari sola scientia, nisi dicatur licentiatum hunc vtraque nobilitate caruisse, nam si scientia præditus fuisset, propriam causam defendere sciuisset, in qua dum succubuit, meritò pœna plebeiorum fuit punitus.

Quidquid concludenter velit Amicangelus, distinguendum ipse censeo, quòd aut agitur de priuilegijs doctoratus, & tunc scientia de per se non omnia conferat priuilegia de ijs, quæ conferuntur per dignitatem Doctoratus, ex Boer. *de author.* Magn. Consil *nu.* 99. Felin. *de maior. & obed. col.* 2. *vers. optimè scholaris* Zabarell *in clem.* 2. *quæst.* 2. *de magistr.* Et quamuis Io: de Plat. *in l.* 1. *C. de annon. ciu. lib.* 11. ex 1. *glos.* ibi collexerit quòd scholaris, in quo est maior scientia præferatur doctori, & eum sequitur Alex. *in l. cum. qui ff. si cert. pet.* & Tiraq. *de primog. in præfat. num.* 210. nihilominus quam malè Platea inte lexerit Glosam, docet Mendoz. *in l.* 1 *not.* 2. *C. de annon. ciu. li.* 11. quem refert, & sequitur Rouit. *sup. rubr. pragm. de scholar. doctor. nu.* 53. & *seq.* Aut quæritur an quis propter scientiam connumerandus sit inter nobiles, & conuenio cum opinione Amicangeli, quòd hic sit recensendus inter nobiles, dum scientia nobilitat, Accurs. *in l. societas ff. pro soc. post* Bal. Salic. Fulgos. Tiraq. *de nobil. cap* 20. *nu.* 10. Palador. *differ. rer. quotid. par.* 3. *diff.* 6. §. 1. vnde si quis per plures annos in subsellijs aduocasset, vel libros composuisset pœnis plebeiorum non afficiendus esset.

Tandem verum non est, quòd doctores solùm docti gaudeant priuilegijs doctorum, quia siue docti, siue indocti gaudent, Felin. *in cap. clerici de iudic.* & *post alios de Marin. lib.* 2. *resol.* 65.

SVMMARIVM.

1 *An pro meliorationibus detur retentio, & impediatur executio, & num.* 10.
2 *Damnum qui sua culpa sentit, ei imputandum est, nec ab auctore repetit, num. seq.* 6. *&* 9.
4 *Expensas, qui potest ab euincente recuperari, an contra auctorem habeat recursum.*
5 *Emptor, qui à monente litem iniustè, expensas non recuperat, cùm posset, nec à venditore recuperauit.*
7 *Possessor, & emptor possunt, vel litis soluere æstimationem, vel euictionem pati.*
8 *Possessor, quando ad ablationem non admittatur.*
11 *Quod remedium competat pro meliorationibus.*
12 *Possessor, qui fecit meliorationes non tenetur relaxare si offert pretium rei prout valet, deductis meliorationibus.*
13 *Creditor in re hypothecata, nullum ius habet in fructibus perceptis.*
14 *L. cum tibi. C. de euict. declaratur.*
15 *§. illud. l. idemque ff. de actio. empt. declaratur.*
16 *Meliorationes si deducta sint ante sententiam, quando impediatur exequutio, & quid si de eis opponatur post sententiam, num. seq.*
18 *Si conductor fecerit meliorationes non liquidas, an possit vti retentione.*

DECISIO CXII.

Venditor re euicta apud emptorem ad solius pretij restitutionem tenetur non ad interesse, & expensas, quando emptor data contra se sententia litem denunciauit.

1 DVM pro quodam credito antiquo Herbilio Boccia petijsset assistentiam, cum adiudicatione, in forma, super quodam rure, quod prætendebatur fuisse in bonis Feliciani, de Ianuario, & obtinuisset contra Magnificam Aloysiam Scannapeco quæ possidebat rus prædictum, & fuisset laudatus in auctorem Robertus Piccadoca, lata sententia, ante denunciationem factam d. Roberto, qui paratam habebat executionem, virtute Regiæ pragmaticæ, fuit mandata executioni pro capitali, & pro interesse; ascendente ad summam duc. 900. qua sententia mandata exequutioni mediante adiudicatione, cum appretio facto super iure prædicto, instabat Magnifica Aloysia Scannapeco, quòd pro eadem summa sententia prædicta mandaretur exequutioni contra dictum Robertum, auctorem laudatum, postquam apparebat instrumentum clarum venditionis

in quo

in quo erat promissio damnorum, & interesse, & insu-
per instabatur, quod mandaretur exequutioni pro fru-
ctibus, quos dicta Aloysia non perceperat pro certo
tempore, vsque quod d. Aloysia per solutionem dictor.
duc. 900. recuperauit possessionem ruris prædicti, cùm
& hoc veniat sub promissione facta damnorum, & in-
teresse.

Pro parte dicti Roberti dicebatur, quòd ipse non te-
nebatur ad aliquam restitutionem dictorum duc. 900.
sed tantùm ad pretium, quod valebat rus prædictum,
detracto pretio meliorationum, iuxta dec. s. Bart. *in l.
2. C. de prædijs, & omnib. reb. naunicula.* quæ plenè de-
clarata fuit *in decis.* 38. cùm Aloysia vltra pretium so-
li prædicti, ad aliud cogi non poterat, quod offerendo,
& soluendo liberabatur, maximè, quia erat diues, &
1 soluere poterat, & etiam cessionem obtinere, Item †
quòd quando ipsa noluisset vti remedio prædicto sal-
tem debebat à principio opponere de meliorationibus
per eam factis, easq; in processu verificare, pro quibus
meliorationibus dabatur retentio, & impediebatur
exequutio sententiæ, donec fuerit facta solutio pretij
meliorationum prædictarum *l. si in area. ff. de condict.
indeb. l. si non sortem. § si centum. ff. de condict. indeb.
allegat* Concor. Capic. *in decis.* 17. *etiam*, quòd cautio
de illis reficiendis fuisset oblata. Carol. Rui. *consil.* 84.
quoniam, col. penult. vers. circa secundum primum vol.
vbi optimè, de quo non meminit Tiraq. *in tract. de
vtr. conuentio. in gl. 1. in ver. reparationes necessarias,
fol.* 966. *vers.* 8. *de clara, nu.* 13. & retinendo percepisset
fructus, postquã igitur fuit solutum per Aloysiam plus
2 eo, ad quod tenebatur, vltra pretium soli, † & de me-
liorationib. oppositum non fuit, quo casu fructus præ-
dictos non amisisset, ei imputandum est, qui culpa sua
3 hoc damnum sentit; † quòd ab authore non reperet,
text. est clarus *in l. idemque §. illud. ff. de actio. empt.*
quam Bart. legit. cum *l. Titius, & ex dict. §.* sumit nota-
4 bile, † quòd qui potest recuperare expensas ab euin-
cente, non potest habere recursum contra auctorem
suum, nisi auctor fuerit sciens, vnde Paul. de Castr. *in
l. venditores, 1. col. ver. pro declaratione. ff. de ver. obl.* di-
5 cit. tex. *in d. §. illud* esse singularem, & ex eo, decidi, †
quòd si emptori fuit lis iniustè mota, & dum posset re-
cuperare expensas à mouente litem iniuste non recu-
perauit, non poterit posteà recuperare à venditore.
ad idem text. *in l. si rem. §. 1. ff. de euict.* in quo
6 text. *gl. in ver. amissa fuerit*, facit regula, † quòd
damnum, quod quis sua culpa sentit, alij non impu-
tatur, & allegat iura concordantia, idem videtur
velle. Bal. *in l. 1. C. de euictio. super glo.* 2. est etiam tex.
in l. si obligata. C. de euictio.

Pro parte Aloysiæ dicebatur, quòd prædicta non
procedebant in casu, de quo agebatur, ex quo Aloysia
post latam sententiam, & exequutam, opposuit, me-
liorationes fuisse factas, & obtinuisse super eis in Ma-
gn. Curia, & quòd dum pars appellasset ad Sacrum Cõ-
sil. prout sum fuit, vel quòd Hersilia solueret pretium
meliorationum, vel quòd dicta Aloysia soluisset inte-
grum creditum, & sic dicebat nihil fuisse ei imputan-
dum. imò si sacrum Consil. non hoc non fecisset, erat
7 in electione d. Aloysię, † vel soluere litis æstimatio-
nem, vel permittere adiudicationem, & postea pro eui-
ctione agere contra venditorem. *l. cum tibi. C. de euict.*
vbi Petr. de Bellaper. & quo ad fructus dicebatur, quod
& si retentione vti potuisset Aloysia pro meliorationi-
bus nihilominus non esset lucrata fructus, vel saltem
tanto maius fuisset interesse debitum Hersiliæ, quod
esset liquidandum vsq; ad diem solutionis, quod inte-
resse, etiam tamquam interesse rei iudicatæ eidem
Hersiliæ fuisset debitum, ex *reg. l. fin. C. de vsu rei iud.*
& ex his dicebatur, non obstare text. *in d. l. idemque. §.
illud ff. de act. emptio.* quia in l. prædicta non habebat
aliud remedium possessor recuperandi meliorationes,
quàm opponere retentionem pro ipsis, & precisè de-
bebat de illis opponere, sed in casu, de quo agitur, est
8 maxima differentia, quia potest † possessor, & em-
ptor, vel soluere litis æstimationem, vel pati quòd res
à se euincatur, iuxta dispositionem. d. l. cum tibi. Item
dicebatur, quòd d. §. illud, repugnat dispositioni tex. *in
l. si controuersia. C. eod. tit.* quo cauetur, quòd etsi
meliorationes non sunt solutę per euincentem empto-
ri, nihilominus tenetur venditor ad illarum refectio-
nem.

Quibus non obstantibus Sacrum Consilium, me re-
ferente, iudicauit Robertum non teneri, nisi ad solu-
tionem pretij solius prout valebat tempore euictionis,
& pro interesse prætenso ex causa fructuum percepto-
rum per Hersiliam, qui aberant ab Aloysia, declarauit
Robertum non debere molestari, postquam clarè appa-
rebat culpa d. Aloysiæ, quæ si à principio obtulisset pre-
tium solum, & opposuisset de meliorationibus, fuisset
admissa, & sententia non esset mandata exequutioni.
Nec obstabat, quòd dum opposuisset, in Mag. Cu-
ria, & obtinuisset, postea Sacrum Consil. aliter iu-
dicauit, quia hæc oppositio erat facta post adiudica-
tionem iam factam, virtute sententiæ Mag. Cu-
riæ, in rem iudicatam transactæ, quo tempore erat
iam translatum dominium in Hersiliam, & pignus 9
addictum, & sic non poterat ipse possessor, cum quo
hæc omnia gesta erant; ad dictam oblationem ad-
mitti *l. à Diuo Pio. §. si post addictum. ff. de re iud.* plenè
Afflict. *decis.* 147. vbi nouissimi addentes allegant con-
cordantes, & Capic. *in decis.* 202. etsi admisit Sacrum
Consil. fuit potius ex æquitate, ne d. Aloysia perderet
eius meliorationes, quas aliter recuperare non pote-
rat, nec à venditore, quia culpa emptricis erant amis-
sæ, iuxta terminos *dict. l. idemq. §. illud* nec ab euincen-
10 te contra aliquod remedium non competebat, † cùm
pro eis non dabatur, nisi retentio, iuxta terminos. d. l.
si in area, & plenè declarat Negus. *in tract. pign. in 5.
11 par. 2. col. vers. 1. igitur erit concl. fol. 47. in parua*, † &
ex dicta adiudicatione oriebatur maximum inconue-
niens, quia iuxta rus prædictum, quod fuerat Feliciani
de Ianuario, alia bona erant empta per Aloysiam; quæ
absq; ijs adiudicatis, parum aut nihil valebant, nec ista
æquitas est damnanda, postquam Hersilię satisfiebat de
omni eo, quod ei debebat, & ipsius non intererat ha-
bere potius rus, quàm pecuniam, & maximum erat
damnum conuentorum, qui emerant, prædia vicina.
Item dicebatur, quòd quamuis potuisset ex dispositio-
ne. *d. l cum tibi*, vel relaxare possessionem ruris, pro
concurrenti quantitate crediti, vel soluere creditum,
nihilominus si volebat eligere viam relaxationis, non
12 cogebatur, postquam erant meliorationes factæ in iu-
re relaxare rus, nisi iuxta pretium quod valebat, dedu-
ctis meliorationibus iuxta decis. Bart. *in d. l. 2.* declara-
tam in d. *decis.* 38. quod si non fecit, ei imputetur. Nec
est verum, quòd ex retentione non esset lucrata fru-
ctus Magnifica Aloysia, quia vltra quòd maior pars
fructuum percipiebatur ex meliorationibus, qui in eius
beneficium cedebant, vt bene declarat Afflict. *in d. deci*
287. quam defendit Gama. *decis.* 364. & ita indistinctè
iudicamus in Sacr. Consil. nihilominus ante adiudica-
tionem factam, dic. Magnifica Aloysia remanebat do-
mina virtute primi instrumenti emptionis per eam fa-
13 ctæ à Feliciano, † & creditor in re hypothecata ali-
quod ius non habet in fructibus perceptis, manente
dominio in posse emptoris, plenè Negus. *in tract. præ-
dicto, in 2. par. membr. in 3. limit.* Nec quod maius in-
teresse deberetur opitulabatur Aloysię, cum quanta-
uis summa fuerit interesse, non tenebatur tertius pos-
sessor proprio nomine, sed tantummodo pro valore bo-
norum, deductis meliorationibus quia valor bono-
rum non excedebat summam ducatorum 700. & no-
uissime, non obstat text. *in d. l. cum tibi*, quia ad illum
text. respondet *glos. in dict. §. illud, in ver. non possideat*,
14 † quod illic text. loquitur, quando emptor non possi-
debat, nec eius dolo, vel culpa desijt possidere, & ita
intelligunt illum tex. Doct. *in d. l. si tibi*, & est verissi-
mus intellectus, & ex ijs apparet, quòd responsio data
15 ad *d. §. illud*, non est bona, † cùm dispositio illius tex.

sit

sit fundata in culpa emptoris, quæ culpa ipsius, in casu,
de quo agitur, vt sup. fundatum est, maxima fuit, licet
n.alterο ex remedijs, Aloysia vti potuisset, debebat ta-
men vti eo modo, quo cogebatur, & non vltra, prout
fecit. Adde tamen ijs, quæ sup. dicta sunt circa retentio-
nem pro meliorationib. quòd hodie in Sacro Consilio
ad finem impediendi, vel non impediendi exequutio-
nem sententiæ, quando sunt factæ meliorationes in
re, ad cuius relaxationem quis est condemnatus, ser-
16 uatur, † quòd si meliorationes sunt deductæ ante
sententiam, indistinctè impeditur ipsius exequutio,
donec cum effectu fuerit facta solutio pretij ipsarum.
17 † Sin autem opponitur de eis post sententiam, fit
exequutio sententiæ cum fideiussione, de quo vide
aliqua per Bour. *in decis.* 42. *in* 1. *par.* & vide Burs. *in
cons.* 60. *fuit alias, p. n. col. vers. quòd vero, & in cons.*
76 *ex hac, col.* 11. *vers. quinimò*, vbi quòd nec obla-
tione bancaria fideiussores operantur, & nouissimè
optimè declarat Anton. Massa Gallensis *in tract. de
forma Camer. oblig. in* 4. *par. fend. q.* 2. *num.* 13. *col.*
18 2. *vers. in tantum, in* 2. *par.* 6. *Tomi. trac. fol.* 355.
† & benè discutit Aluar. Velascus *de iur. emphy. q.* 25.
num. 23. & de hac deci. meminit Peregr. *de fideicom.
tit. de imperijs num.* 81. *fol.* 478. & Barbaro. *in d. l. di-
uort.* §. *fin. numer.* 34. *fol.* 1231. Qui etiam hanc de-
cis. refert, & seq. iterum *fol.* 1242. & de Gallesio me-
minit Marzar. *de fideicommiss.* 3. *par. quæ.* 66. & quæ
non sunt liquidæ, an possit conductor, vti retentione,
vide Petr. Rebuff. *in tracta. de lite oblig. in glos.* 9. *nu.*
10. *vers. & ideò fol.* 68.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. 10. Adde Roland. *consil.* 28. *col.* 1. *vol.* 1.
decis. Perus. 24 *num.* 7. Vrsill. *in decis.* Afflict.
205. *num.* 5. Viuium *decis.* 317. *num.* 12. *& seq. &
ibi de materia*, Magon. *decis.* Florent. 49. *num.* 23. *&
in decis. Luca* 81. *num* 4. 23. D. Ann. Ion. *cons.* 43. Ca-
ualc. *in dec.* 28. *num.* 6. *in addit. par.* 1. Gratian. *in dec.
Anconit.* 215. *num.* 3. 5. *& seq.* vbi loquitur in colono
feudatario, & fideicommissario, & iterum *decis.* 90.
num. 10. Flamin. Cattar. *in dec.* 15. & D. Garsia Ma-
strill. *in dec.* 98.

An pro melioramentis detur actio; Vide Ann. Sen.
alleg. 6. *num.* 14. *pa.* 1. & omninò Anton. de Gama *de-
cis.* 310. *num.* 4.

Et an malæfidei possessori pro melioramentis com-
petat retentio: Vide Magon. *dec.* 33. *nu* 47. *& seq. &
in dict. dec.* 81. *nu.* 2. Caualc. *in decis.* 28. *in addit. num.*
5. & Mascard. *de probation. conclusio.* 1039. *sub num.*
8. *volumin.* 2.

Vide cumulata in materia melioramentorum per
Pinell. *in l.* 2. *fol.* 315. *in paruis. C. de rescind. vend.* &
Mascar. *in loco supra citato*.

Et circa melioramenta id quod minimum est sequi
debet secundùm *dec.* Perus. 58. *ad fin.* de qua meminit
Magon. *decis. Luca* 65. *nu.* 9. *& seq.* Idem *in dec.* 81.
in fin. Vide *decis. Rota Luca sub tit. trinus auditor* 82.
fol. 122. *& seq.* & Steph. Gratia. *in d. decis.* 225.
num. 20.

A num. 3. & seq. Vide Ias. *in l. venditores hic alle-
gata*, & Marant. *in tract. Iudic. p.* 6. *modo* 5. *sub num.*
13. *cum addit.* Foller. *ibidem*, *& omninò* Natt. *cons.*
232. *à num.* 1.

Num. 16. Adde Viuium *in d. decis.* 317. *num.* 10. Pe-
regr. *de fideicomm. art.* 49. *num.* 8. vbi allegando hanc
decis. refert sic iudicatum, & hunc Dominum *infra
decis.* 527. & nouissimè D. Ann. *in d. suo eleganti, &
decisiuo cons.* 53. *nu.* 20. *omninò.* Flam. Cattar. *in d.
decis.* 15. *decis. Lucens. supra alleg.* & latissimè D.
Garsia Mastrill. oculatissimum, & apud me magnæ
auctoritatis *in d. decis.* 98. vbi multos casus conside-
rat, & distinguit: Hanc in melioramentis non liqui-
dis sufficit depositum. Gama Lusita. *in decis.* 4. *nu.* 3.
& omninò Rota prædicta Lucens. *decis.* 57. *fol.* 74. *in
nouis*, & D. Garsia vbi supra, Intrigl. *dec.* 1. quorum
melioramentorum liquidatio debet fieri secundùm
probationes factas, nec possunt in alio iudicio de no-
uo fieri secundùm Ioan. Bapt. Costam *in tract. de re-
trotractio, fol.* 111. *num.* 25. Vide si confert Afflict.
in decis. 35. *num.* 3. *& dec.* 113.

Vide si conferunt scripta per Vrsill. *in decis.* Afflict.
205. *num.* 5.

Quia si meliorationes factæ de quibus non fuit op-
positum ante sententiam, sed in exequutione offertur
in promptu probari puta per visionem loci, an impe-
diatur exequutio sententiæ; Vide omninò Bursat. *con-
sil.* 60. *numero* 13. *volum.* 1. & D. Ann. *in loco
supra citato num.* 15. Adde quòd expensæ factæ in
ædificijs possunt per rei euidentiam probari secun-
dùm Mascard. *de probation. conclus.* 318. *volu-
min.* 2.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an impediat exequutionem.*
2 *Appellatio victi, sicut in prima instantia non im-
pedit exequutionem, ita in appellatione appellati, &
victi in secunda instantia.*
3 *Melioramentorum æstimatio, & solutio, quo tem-
pore sit facienda, scilicet num inspecto tempore quo
facta sunt, vel respectu habito valoris rei, inspe-
cto tempore solutionis.*
4 *Melioraus, an teneatur offerre totum debitum,
licet res empta minus valeat, & quod si non me-
liorauit, an ad totum teneatur licet minus va-
leat.*
5 *In actione hypothecaria meliorationes debentur pro-
ut valent tempore restitutionis, non prout minus
valebant tempore quo facta fuerunt, quando res
auocantur à domino, qui fecit expensas, & iure
hypotheca, secus quando res reuocatur iure domi-
nij, nam tunc attenditur minimus valor, vel tem-
pore erogationis, vel restitutionis odio iniusti pos-
sessoris.*
6 *Expensa in appretiando, quando fiunt graduatio-
nes, & subhastationes, soluuntur ante omnes cre-
ditores.*
7 *Damnum quod quis sua culpa sensit, non repetit.*

1 AD hanc decis. adde, an † appellatio impediat
2 exequutionem *infra dec.* 120. & vtrum si-
cut appellatio victi in prima instantia non
impedit exequutionem, ita appellatio ap-
pellati, & victi in secunda instantia, *decis.* 136. *infra*,
quod non impedit vide, & an † melioramentorum
3 æstimatio, & solutio sit facienda inspecto tempore,
quo facta sunt, vel respectu habito valoris rei inspecto
tempore solutionis, Anton. Thesaur. *decisio. Pede-
montana* 251. *incipien. Melioramentorum*, & omni-
nò *infra decis.* 456. *incipien. Alias fuit dubitatum, &
citat. decis.* 38. Ad istam partem decis. quòd † melio-
4 rans non teneatur offerre totum debitum licet res
empta minus valeat, adde *supra decis.* 38. vbi dico, se-
cùs si non meliorauit, quia ad totum tenetur, licet
minus valeat. Adde infra *nu.* 12. Item adde, quòd † in
5 actione hypothecaria meliorationes debentur prout
valent tempore restitutionis, non prout minus vale-
bant tempore, quo fuerunt factæ quando res auocan-
tur à domino, qui fecit expensas, & iure hypothecæ,
secus quando res reuocatur iure dominij, quia expen-
sæ, & meliorationes debentur, prout valebant tem-
pore erogationis si minus valebant, vel vt valent tem-
pore restitutionis, si minus valent odio iniusti posses-
soris, ita dicit decisum Anna *Sing.* 182. *incipien. expen-
sa, allegat. l. domus. vbi DD. ff. de leg.* 1. Quòd
6 autem expensæ in appretiando quando fiunt gra-
duationes, & subhastationes, soluantur ante omnes
credi-

creditores, dicit decisum Anna, *Sing.* 186. Ad nu-
7 merum 3. de † damno, quod quis sua culpa sentit, quòd non repetit, *adde infra decis.* 331. *incipien. Perempta, in fine*. Surdum *decis. Mantua*, 62. *incipiet. Vera quidem, numer.* 8. *& decis.* 94. *incipien. Maxima, & consultius decis.* 182. *numer.* 9. Ad numerum 18. adde de retentione *supra decis.* 104. *latissimè*. Ad quam decisionem adde Capic. *decisio.* 17. Rot. *decisio Lucens.* 81. Costam, *Quæst.* 81. *numer.* 3 Beer. *Quæst.* 44. de Franchis, *decis.* 38. Ioseph. Ludouic. *decisio. Perusina* 76. Afflictum *decisio.* 187. Sed ad hanc decisionem a de omnino Barbos. *in l. adiutorio*, §. *fin. num.* 34. *secunda parte. ff. soluto matrimon.* Salarium, *de iure emphiteutic.* *quæst.* 25. *num.* 23. Peregrin. *de hac decisio. mentionem facientem, articulo suo* 50. *de impensis*, 3. *par. num.* 81. *de fideicommis.*

ADDITIO D. RICII.

Venditor re euicta apud emptorem ad solius pretij restitutionem tenetur, non ad interesse, & expensas quando emptor data contra se sententia litem enunciauit. Ad materiam huius decisionis posset dubitari an venditor, qui tenetur de euictione illius, ea vendita per Iudicem exequutorem teneatur quanti res est, vel ad pretium solutum per emptorem cum vsuris excomputare cum fructib. perceptis ab ipsa re vendita, deciditur, teneri dumtaxat ad pretium solutum, pro quo fuit liberatus debitor cum vsuris habita ratione fructuum perceptorum per ipsum emptorem vt refert Vrsill. *decisio*. 192. *numer.* 4. subdens audiuisse, sententiam ipsam fuisse per Sacrum Consilium contrario Imperio reuocatam datis promissionibus factis tempore venditionis per emptorem Muscatell. *in praxi Sacri Consilij lib.* 2. *par.* 3. *glos. vendantur numer.* 95. *in fin.* Afflicta *determinat.* 200. *numer.* 36. *in fin.* & an venditor, qui promisit de euictione rei venditæ si fuerit emptor conuentus à tertio iudicio assistentiæ, & adiudicationis, & omiserit denunciare venditori, ita & taliter facta fuit sententia, à qua non appellauit, & exequutionem passus fuit, an possit ad interesse passum condemnari non obstante quòd venditor allegauerat litem ei non fuisse denunciatam per emptorem specialiter nulla habita ratione intimationis factæ per tertium, si sua putauerit interesse, item attenta notoria iniustitia sententiæ ex instrumento producto per venditorem, Sacrum Consilium per multas causas votauit pro emptore, sed quando per instrumentum venditionis, in quo est promissio euictionis apparet esse læsionem venditoris factam, qui non recepit, nisi promissionem certi pretij, & promisit defensionem totius rei, nec apparet rem ipsam esse, de qua fuit promissa euictio, secus est, & fuit votatum pro venditore. Capyc. *decis.* 106. Vrsill. *decis.* 49. plura de euictione, quando debeatur, à quo, ad quod teneatur eam promittens. Steph. Gratia. *disc. for. c.* 205. 227. 234. *tom.* 2.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Meliorationum exceptio quando impediat sententiæ exequutionem.*
2 *Quid si de melioramentis in genere constaret, & expenduntur R. Galeot. & decisiones Rotæ.*
3 *Bona fidei possessor non sibi consulens per retentionem pro deductione meliorationum, an excludatur ab actione, recensentur asseclæ, & aduersatores D. Præsidis nu.* 4.
5 *Creditores an habeant ius in fructibus perceptis mutato dominio.*
6 *Quid in fructibus principaliter obligatis annuo censui & confutantur Merlin. Cenc. & Sanfel. per R. Marcian.*
7 *Si bona sint tenuia quod decidendum, & refellitur vterque Merlin.*
8. *Emptor si in iudicio contra se moto fuerit absolutus, & neglexerit recuperare expensas, an possit petere à venditore.*

1 Amena, & fructuosa decisio est, ad quam nunc patet ingressus, laudatur vbique, & apud omnes nationes recepta est distinctio D. mei in specie meliorationum, & quando earum exceptio executionem sententiæ impediat, scilicet quòd si meliorationes deductæ sunt ante sententiam, tunc indistinctè retardetur executio, donec, & quousque cum effectu illarum pretium possessori exbursetur, sin autem de meliorationibus opponatur post sententiam, & tunc debitæ executioni demandetur præstita tamen cautione per victorem de soluendo facta liquidatione, quam praxim S. C. relatam *nu.* 15. vbi que seruari probat R. Galeot. *lib.* 2. *contr.* 46. fusè Mastrill. *decis.* 98. de Marin. ad Reuert. *obser.* 559. *n.* 1. & quamuis in iudicio non allegauerit huiusmodi meliorationes à se factas, & Iudex condemnauerit rem restituere, & possit in executione sententiæ excipere de dictis meliorationibus, & illas probare, cùm talis exceptio non impugnet sententiam, sed respiciat illius exequutionem, & modificationem, vt ex Bar. *in l. in feudo ff. de rei vend. n.* 16. Specul. Tiraq. Boer. & alijs probat Marescott. *lib.* 2. *var. cap.* 112. *n.* 18. nihilominus potest replicari per actorem offerendo cautionem de soluendo, quidquid fuerit circa meliorationum æstimationem indicatum, Mastrill. *decis.* 98. de Marin. *lib.* 2. *resol.* 133. *nu.* 18. *& seq.*

2 Difficultas est, an possit offerri cautio, si adsit euidentia meliorationum, & posset iudici constare per aspectum rei, & affirmat in puncto huius decisionis D. Marott. *discept.* 7. *à n.* 27. cum necesse sit etiam probare, quòd res sit tanti meliorata, & effecta pretiosior, & liquidari deteriorationes:

Alij ex aduerso tradunt, quòd si de melioramentis in genere constaret, & non de certa quantitate, esset concedenda retentio vsque ad effectualem solutionem & impediatur executio sententiæ, etiā si offeratur cautio bancaria secundùm Bursat. *cons.* 85. *n.* 3. Gailes *de obl. cameral. q.* 18. M... *dec* 363. Bu... *decis* 169. Duran. *dec.* 385. *numer.* 4. & *dec.* 48. *part.* 7. *rec.* Marescott. *vbi sup. num.* 18. & debet præfig terminus ad liquidanda melioramenta, & interim impediretur executio, neque sufficeret fideiussio de solu... meliorationibus, Capyc. *decis.* 17. Rot. *dec.* 360. *part.* 5. *rec.* etiam si

[illegible] in iudicio liminario, & executiuo saltem ex quadam æquitate. Rota apud Pacific. de Saluian. de. inhib. 77. [illegible] quando tamen incontinenti adessent melioramentorum probationes, Marescott. vbi sup. & si meliorationes sint factæ in ædificijs, cùm possint per rei euidentiam probari per visionem loci, & accessum iudicis, quod impediatur executio Burlattu cons. 60. vol. 1. Ann. cons. 43. Consul. ad Peregrinum 20. vers. non obstat, & si denegaretur retentio datur appellatio, etiam ad effectum suspensiuum, Marescott. num. 18. melioramenta autem liquidantur verificato antiquo statu rei melioratæ, Merlin. dec. 558. & 695. qui arbitrio iudicis remittetetur melioramentorum taxatio, si probatio status antiqui ob temporis interuallum fieri non posset, Merlin. dec. 695. num. 8. & 9. [illegible], & alia late Velasc. de priuil. pauper. q. [illegible]

3 Ad hæc quæritur, an sit verum assertum [illegible], quòd si bonæ fidei possessor in solo à se possesso ædificium construxit, & sponte sua tradiderit domino soli ædificium, seù contentus in iudicio retentionis remedio sibi non consuluerit, exclusus remaneat ab omni remedio, per Text. in l. si in area ff. de condict. indeb. & Paul. de Castr. ibi referens habuisse casum in terminis, & propter particularem eius iniquitatem volebat intentare actionem, & comprobant Gomes in l. Tauri 46. num. 20. Neguf. de pignor. q. memb. 9. par. num. 9. Corn. cons. 122. lib. 2. l. Paulus ff. de doli mal. except. ibi non aliàs sumptus consequi posse quam si possessor dolo mali exceptione, & in l. si in area, ibi nullo alio modo, quàm per retentionem impensas seruare posse, Barbos. in l. 8. §. finis par. nu. 14. & 16. sol. matr.

Quidquid sit de rigore iuris, alij è contra firmant, succurrendum esse ei, qui restituit rem absque deductione melioramentorum actione in factum, ex æquitate, l. si me, & Titium ff. si cert. pet. secundùm quam poterit expensas repetere, ne sequatur maxima iniquitas, vt ex illis fiat dominus locupletior cum iactura eius, qui meliorauit Castrens. in d. l. si in area, Valasc. de iur. emphyt. q. 25. vbi, quòd ita iudicandum est in tribunalibus, quæ veritatem sequuntur reiecta iuris subtilitate addunt quòd etiam in rebus traditis nulla retentione facta meliorationum, competat, etiam incerti condictio, per quam recuperarentur, non melioramenta, sed res ipsæ traditæ, quasi earum traditio

4 fuerit facta pinguius quàm oportebat, & sic poterunt reperi ea, quæ retineri valebant, vt facta repetitione, illa postmodum retineantur pro impensis, donec super eis iudicetur, & quia hæc est o continet nudum factum retentionis, quod est omninò incertum, ideò appelletur condictio, quæ semper competit, vbi nulla ordinaria actio prodita est glos. in c. qui exceptionem, §. si pars ff. de leg. 1. text. est in l. quod si nulla, ff. de leg. 1. Thesaur. lib. 14. for. 47. vbi recenset pugnantia iura, & veriorem sententiam probat quòd possint peti meliorationes officio Iudicis Gratian. discept. 193. ad text. in d. l. si in area respondent alij non habere locum quando melioramenta facta sunt à domino rei vt marito herede grauato, & similibus, ita Anna alleg. 6. & 136. Et quòd per restitutionem actualem per errorem factam melioràns nō amiserit actionem probat Gannauer. dec. 53. & ita iudicatum addo Amat. resol. 14. num. 54. & quid in malæ fidei possessore videndus Barbos. in d. §. fin 2 p. l. diuortio nu. 14. & seq.

5 Vlterius tradit D. meus num. 19. Creditorem in re hypothecata nullum ius habere in fructibus perceptis mutato dominio, & manente illo in posse emptoris ex Neguf. 2. p. 2. membr. limit. 9. Et ratio est quia fructus sunt accessorij ad fundum, mutato itaq; dominio fundi accedunt fructus nouo domino Surd. decis. 97. Reg. Sanfelic. dec. 119. per tot. & in fructibus naturalibus idem tenet Cyriac. controu. 491. si fructus fuerint collecti ab emptore vel alio titulato possessore Reg. Marcian. disp. 98. num. 8. Burat. dec. 448.

Confirmatur nam quamuis partus ancillæ, & fœtus, pecoris veniat in obligatione l. si fideiussor, §. Lucius vbi Bar. ff. de pignor. l. grege. ff. eod. Caualer. decis. 277. Cùm partus sequantur ventrem, secus tamen si à debitore fuit facta alienatio, & concepti sint apud [illegible] l. Paulus §. 1. & ibi glos. C. de post. pignor. l. si conuenerit. §. si fundus de pignor. act. glos. in l. 1. C. in quib. caus. pign. tac. contrah. Neguf. vbi sup. ubi si [illegible] men limitatur, Beneuentum in partu ancillæ, & fœtibus etiam quòd veniant sub hypotheca vti accessorium principalis etiam si nec concepti sint apud debitorem, & sufficiat obligatio generalis tenet Gait. de cred. cap. 4. q. 7. num. 429. quem refert, & sequitur Merlin. de pignor. d. q. 51. nu. 50 lib. 2.

6 Extenditur vt fructus percepti mutato dominio debitoris non veniant sub hypotheca etiam quòd fuerint collecti post litem contestatam cum nouo domino, nā litis contestatio nōn constituit in mala fide possessorem, sed potiùs confirmat in bona fide, cùm actor concludat rem fuisse in bonis eius à quo habuit causam possessor, & dominus ita Sanfel. vbi sup. vbi tradit sententiam assistentiæ numquam fuisse prolatam super fructibus nisi quando obligatio respiceret fructus principaliter, prout in annuis censibus Merlin. lib. 1. controu. 14. num. 15. Merlin. de pignor. lib. 2. qu. 49. numer. 21. Conc. de cons. p. 2. cap 2. q. 3. art. 4. num. 8. Sed allegatos Auctores confutat R. Marcian. disp. 58. num. 58. Qui probat fructus satos, & natos penes tertium non posse venire sub hypotheca mutato dominio, sed fundum esse obligatum pro sorte, & censibus, quidquid benè verum valit d. opinio, in bonis in genere obligatis, secùs in possessore rei annuo censui suppositæ ex pragmatica de censibus, & ibi Rouit.

7 Quando bona sunt tenuia, ita vt non sufficiant ad solutionem debiti vigore obligationis vendicari possunt fructus, tunc à tertio possessore per tex. in l. si fundus vers. interdum ff. de pign. & probat Merlin. d. qu. 40. de pignor. n. 24. & comprobat Merlin. Pignatell. vbi sup. tradens quòd si ex scripturis productis constaret possessorem habere causam à debitore post obligationem contractam, tunc etiam post porrectum libellum possit procedi ad sequestrum, & possint auocari fructus, & prout ipse semel obtinui, id nihilominus non pertransit sine controuersia, quia Fab. de error. pragm. decad. 93. err. 1. Ait quòd non in emptore loquatur d. §. interdum ita Marcian. disp. 98. n. 5. Amaya lib. 3. obs. iur. c. 5. n. 43.

8 Repropon itur postremo loco quæsitum, si emptor in iudicio contra se moto fuerit absolutus, an posset contra creditorem agere pro expensarum recuperatione, & R. de Marin. lib. 1. resolut. 108. assertiuè respondet ex Bar. & Ias. in l. venditores ff. de verb. oblig. Thes. lib. 3. qu. For. 18 Necessarium tamen sit, quòd emptor petierit condemnari actorem in expensis, quod conuenit cum traditis per D. meum tenentem contra emptorem quando potuit recuperare ab actore, & non recuperauit ex glos in l. si rem §. 1 ff. de euict. dic verius quòd si emptor denunciauit litem venditori, si iste interpellatus noluit defendere, tunc magis venditoris negligentiæ quàm emptoris imputabitur, & ita non nocebit emptori non petijsse condemnationem expensarum Ayllon ad Gomes. var lib. 2 cap. 2. de empt. & vendit n. 48. conueniunt Facchin. lib. 2. contr. c. 39. Per ez. de empt. & vendit. c. 31. n. 33. quidquid dicat Thes. lib. 3. q. For. 18 n. 5.

S V M M A R I V M.

1 *Conuentio sub aliquo futuro euentu conditionis, valet.*

2 *In contractibus, non fit extensio de tempore ad tempus, nec de persona ad personam, nec de re ad rem num. duob. seq.*

3 *L. tali*

5 *L. tale pactum §. fin. de pact. etiam in contractibus procedit.*

6 *Paria sunt, aliquid non esse, vel esse, & ignorari, & num. seq.*

8 *L. hac conditio. §. fin. de condit. & demonstr. declaratur.*

9 *Permittens de nouo fieri, videtur confirmare iam factum fallit, num. seq.*

11 *Assensus Principis præstitus alienationi faciendæ, non comprahendit iam factam.*

12 *Scriptura reperta in posse agentis, videtur ab eo approbata.*

DECISIO CXIII.

Promissio de restituendo maiorem summam si talis fuerit effectus Pontifex, an habeat locum eo iam facto tempore promissionis.

SVb die 8. Ianuarij 1566. fuit facta conuentio inter Laurentium Interianum, & Pyrrhum Ant. de Riccio, in qua recepta per Interianum certa pecuniarum summa, promisit d. Pyrrho Anto. casu, quo Illust. & Reuere. tunc Cardinalis Alex. crearetur Pontifex per totum mensem Ianuarij restituere maiorem summam, 1 † de conuentionis validitate non dubitatur, ex ijs quæ congerit Dec. *consil. 115.* & pro tenui, per totum, verum in d. conuentione facta, mediante scriptura, quæ fuit apposita sub die 9. Ian. accidit, quòd D. Cardinalis, sub die 7. d. mensis, iam erat creatus Pontifex, sed hoc ignorabatur in Ciuitate Neapolis, petit nunc Pyrrhus Anton. pecuniam promissam quasi, quòd causa promissionis fuerit sequuta creato Pontifice, in mense prædicto. opponit auus Interianus. Primum quòd conuentio loquens de Pontifice futuro creando, non comprehendit iam creatum: secundum quòd etsi conuentio facta, fuerit sub die 8. fuit conuentum, quòd curret à die 9. in qua die, iam erat notorium in Ciuitate Neap. Pontificem fuisse creatum, & quòd conuentio non vale- 2 ret. Primum fundabat, † quia in contractibus non fit extensio de tempore ad tempus. *l. stipulatus. §. cum* 3 *stipulatus. ff. de verb. oblig.* † Nec de persona, ad per- 4 sonam. *l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pac.* † Nec de re ad rem *l. si ita stipulatus, §. Grisogo. ff. de verb. oblig.* tenet Bal. *in cap. 1. ver. pone emphyteuta, qualiter domi. propr. feud. priuetur*, cum refert, & seq. Dec. *in cons. 697. col. 2. vers. quod contractus num. 4. & 5.* vnde dicebatur, quòd cùm conuentio fuerit dandi centum, si creabitur Pontifex Illust. Alex. si erat creatus, non extendetur promissio de futuro, ad casum de præterito, quia esset contra regulas prædictas. Concurrebat etiam verisimilitudo, quia non est verisimile, quòd si partes sciuissent, Pontificem fuisse creatú hæc conuentio inter par- 5 tes prædictas facta fuisset, † & procedit dispositio tex. *in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact.* quem tex. procedere etiam in contractibus, dicit gl. ibi & Dec. *in d. cons. 697. colum. 2. numer. 8.* & in qualibet materia procedere dixit Dec. *cons. 324. consuluit, vers. 9. ad idem, 2. col.*

Ex parte actoris dicebatur, hanc quæstionem decidi per tex. *in l. hac condit. §. fin. cum l. seq ff. de cond. & dem.* vbi relictum, si nauis ex Asia venerit, si nauis iam venit tempore confecti testaméti, & testator igno- 6 rabat nauem aduenisse, legatum debebitur † quia paria sunt, vel quòd nauis non venerit, vel quod venerit, & testator eam aduenisse ignorauerit, quæ lex, quamuis loquatur in vltima voluntate, procedit etiam in contractibus secundùm Bar. *in l. 2. ff. de cond. & dem.* & dictum fuit per vnum ex Dominis, sic tenere Alex. *in cons. 146. in causa, & lite, 1. col. volum. 5.* loquentem in mandato ad contrahendum matrimonium, quod intelligitur ratificatum iam contractum quod mandans ignorabat. Ad hoc etiam facit gl. *in l. Barbarius in ver-* 7 *bo fructus. ff. de offic. præsid.* † vbi æquiparat, vel quòd non sit, & esse incertum, an sit, facit etiam, quod dicit Imol. *in d. l. hac conditio. §. 1.* post Paul. de Cast. *de concessione præbendæ vacaturæ*, quòd intelligitur concessa iam vacans, si Pontifex ignorabat, & propterea respondebatur ad contraria, quòd licèt sit vera regula, in contractibus non esse faciendas extensiones, quæ prò parte conuenti allegabatur, quod in casu nostro non fiebat aliqua extensio, sed casus creationis Pontificis in futurum ex dispositione iuris, comprehendebat casum creationis iam factæ, & ignoratæ per contra- 8 hentes. Sed pro conuentis respondebatur, † tex. *in d. l. hac conditio. §. fin.* loqui in vltimis voluntatibus, & non procedere in contractibus prout ita tenet Cuma. *ibi in specie*, contra Bart. quia ratio illius tex. est coniectura voluntatis testatoris, vt dicit Cuman. *ibi*, & post eum Soc. qui noluit super hoc insistere, sed reseruat alias dicendum, & Dec. *in cons. 115.* refert Cum. *in 4. arg.* & postea in responsionibus non respondet, & idem Soc. *in d. l. 2.* dicit, quòd ratio illius tex. est voluntas testatoris, quæ si consideretur in casu, de quo agitur, inter contrahentes, non est dubium, quòd neque voluntas dantis decem, pro habendo centum erat, si Pontifex fuisset creatus, nec aderat voluntas recipientis decem, si sciuisset Pontificem fuisse creatum, soluere centum, cùm nulla particularis affectio cadebat in personam contrahentium, vel quòd fuisset, vel non fuisset dictus D. Cardinalis Pontifex creatus, prout poterat dici in testatore, in casu *d. l. hac condit. §. fin.* & sic etiam consideratur respectu præbendæ concessæ, vacaturæ; ignorante vacationem Pontifice, qui si sciuisset, similiter concessisset & hoc est, quod in summa dicit Alex. *in d. con. 146.* ex méte Pau. de Cast. *& in d. §. fi.* quam *in l. si quis ex hæredato, §. irritum ff. de iniusto,* 9 *rup. & irrito facto test.* † quod permittens de nouo 10 fieri, videtur confirmare iam factum, † nisi aliqua ra- 11 tio in contrarium subeiset, † *& in d. §. fin.* Pau. de Cast. infert ad assensum Principis, alienationi faciendæ, quòd non comprehendat iam factam, de quo plene fuit dictum supra *in decis.* 105. In causa dicebatur igitur, quòd postquam cessat voluntas contrahentium, sub eo, quod conuenerunt partes faciendum, non comprehenditur iam factum, & tanto etiam magis, quia in casu *d. l. hac conditio,* nihil intererat testatoris, vel quòd nauis venisset, vel veniret, & sic intelligentur omnia exempla, posita per Iason *l. quominus. ff. de flum. in q. 21.* de licentia data construendi molendinum, quod possit retineri constructum, & verè in casu, de quo agitur si consideratur principium, partes non sic contraxissent, & posset dici, quod habet locum regula tex. *d. l. tale pactum. §. fin.* & ex prædictis rationibus reddita fuit causa dubia pro actore, & dubia pro reo, qui contra se habebat decisionem. Barto. contra quem non ausus fuit tenere Soc. in. sed reseruauit aliàs dicendum, & Rota Florentina hodie visa in *dec. 8.* videtur tenere opinionem Cuman. & Soc. licet de hac decisione mentionem non faciat: visum fuit Sacro Consilio discutere probationes factas circa conuentionem allegatam per conuentos, qui prætendebant fuisse conuentum inter contrahentes, quod tempus in scriptura conuentum, curreret a die 9. Ianuarij, & quia ex data scripturæ apparebat, quod erat dies nona apposita in scripturis, quæ erant plures de con- 12 uentione prædicta, † & scripturæ erant in posse actoris quo casu videbatur ipsas accepisse, iux terminos *l. si mutua. ff. ad Maced.* & præsumitur, eas legisse, maximè, quia actor erat persona diligens, iux. not. per Ias. *in §. Grisogonus, num. 12. & 14. ff. de verb. oblig.* Idcircò ex prędictis fuit absolutus conuentus, & etiam quia dubia videbatur opinio, Bart.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Viuium latissimè *in opin. 577. par. 2.* & in terminis omninò Magon. *decis. Florent. 4.*

Baiard.

Briard. *ad Clar. in §. Indut nu.* 10.

De hac decis. meminit Mangrell. *ad Bart. in l. cum ad præsens ff. si competa.* Vide Ias. *in l. à Titio col.* 1. *ff. de verb. obl.*

Verùm huiusmodi disponsiones, seu *scommesse* sunt prohibitæ per pragmaticas Regias, *ut in tit. de sponsio. mercat.* & maximè in creatione Sum. Pontif. iux. terminos præsentis decisio. Vide tamen Nau. *in Manuali confessor. c.* 20. *à num.* 18.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Extensiones semper fiunt de vno casu ad alium, quando disponens si interrogatus fuisset, idem dixisset, tàm à legibus quàm statutis, conuentionibus, & rescriptis.*

2 *Extensio fit etiam in testamentis.*

3 *Extensio quando prohibeatur.*

4 *Extensio non fit in contractibus, vel vltimis voluntatibus, quando dispositio nec Legi, nec iuri municipali, æquitati, vel bonis moribus conuenit.*

5 *Extensio non sic facilè fit in dispositione Hominis, sicut in dispositione Legis.*

6 *Extensio an fiat de persona ad personam.*

7 *Extensio an fiat de substitutione ad substitutionem, & de vno casu ad alium.*

8 *Extensio fit, quando ex coniecturata voluntate testatoris hoc colligitur, & casus non est valdè dissimilis.*

9 *Casus substitutionis facta Titio decedente instituto sine filijs legitimis, & naturalibus, licet ipse institutus sit mortuus porrigitur ad substitutum.*

10 *Compendiosa quæ continet vulgarem, non obstat quòd fuerit facta sub conditione necessaria ad vulgarem, sed voluntaria.*

11 *In conditione necessaria, potius consideratur effectus, quàm modus, in conditione voluntaria, potius modus, quàm effectus.*

12 *Extensio an sit facienda stante statuto, quòd creditor habens hypothecam generalem in re propria, præferatur creditoribus quibuscumque, ad creditorem nullam hypothecam habentem.*

13 *Statutum debet intelligi, vt minus lædat ius commune, quàm possit.*

14 *Extensio admittitur etiam in correctorijs, vbi ratio Legis expressa est in lege, vel apparet.*

15 *Creditor pro frumento vendito, præfertur in farina eiusdem frumenti alijs creditoribus, sicut præferetur in frumento ratione statuti, vel rei propriæ hypothecatæ, licet substantia sit mutata ex frumento in farinam.*

16 *Extensio fit in diuersis, comprehensio in eodem.*

17 *Extensio fit etiam in pacificatis.*

18 *Statutum loquens de fructibus parapheralium, an extendatur ad fructus dotales.*

19 *Extensio quando fiat, & quando non.*

20 *Conditio de aliquid dando, vel faciendo, si aliquis remouetur ab aliquo loco in contractu posito, non extenditur, si ille moritur, licet sit eadem ratio.*

21 *Fideicommissum de persona ad personam non extenditur.*

1 AD hanc decis. adde quòd † extensiones semper fiunt de vno casu ad alium, quando si disponens interrogatus fuisset, idem dixisset, tàm in legibus quàm in statutis, conuentionibus, & rescriptis. Bal. *in l. cum acutissimi in princ. C. de fideicommissis*, Capic. *decis.* 69. *num* 20. Tiraquel. *in legibus connubialibus gl.* 3. *num.* 23 *&* 24. *gl.* 5. *num.* 174. *& in l. si vnquam in princ. num.* 55 *& in*
2 *gl.* 9. *in verbo libertis, nu.* 23. & † extensio fit etiam in testamentis. Decius *cons.* 176. *&* 697. Rub *cons.* 61. 68. *&* 92 vbi loquitur in statutis, *& ad d. §. fin. l. tale pactum*, vide Guliel. de Benedictis, *in c. Raynut in verbo*, duas habens filias, *num.* 211. & Cottam *vers. hæres in*
3 *memorialibus*, sed † quando extensio prohibeatur, Aim. *cons.* 173. *num.* 8. *vol.* 1. & Ancharan. *cons.* 256. vbi
4 † quòd non fit extensio in contractibus, vel vltimis voluntatibus, quando dispositio, nec legi, nec iuri municipali, æquitati, vel bonis moribus conuenit, & ibi-
5 dem Aymon dicit † extensionem non sic facilè fieri
6 in dispositione Hominis sicut Legis. Quòd autem † de persona ad personam an fiat extensio Abb. *cons.* 57. *col. penul. vol.* 1. Decius, *cons.* 85. & Crauett. *consil.* 161. *num.* 11. *vol.* 1. cætera vide per Mathesil. *in tract. exten-*
7 *sionum*. An † autem extensio de substitutione ad substitutionem fiat, & de vno casu ad alium, omninò vide Surdum. *decis.* 37. *incip. ardua visa est*, vbi pro, &
8 contra, & tandem concludit † extensionem fieri maximè, quando ex coniecturata voluntate testatoris hoc colligitur, & casus non est valde dissimilis, & sic
9 decisum Mantuæ post multas sessiones, in casu † substitutionis factæ Bartholomæo instituto decedente sine filijs legitimis, & naturalibus, quòd licet sit institutus mortuus ante testatorem, quòd substitutus succe-
10 dat non obstante, quòd † compendiosa quæ continet vulgarem, non fuerit facta sub conditione necessaria ad vulgarem, sed voluntaria, vult Socin. *cons.* 76. *nu.* 6.
11 *vers. postremo, vol.* 3. ea ratione: quòd † in necessaria conditione potiùs consideratur effectus, quàm modus, in voluntaria conditione potiùs modus, quàm effectus
12 vt idem Socin. *cons.* 140. *in textu, num* 8. *vol.* 1. de † extensione non facienda, quando extat statutum quòd creditor habens hypothecam generalem in re propria, præferatur creditoribus quibuscumque ad creditorem nullam hypothecam habentem, ipse Surdus *decis.* 56.
13 *incip. Ordo Mantuanus*, quia † statutum debet intelligi, vt minus lædat ius commune quàm possit, sed sic est, quòd creditor in re sua generalem habens præfertur alijs creditoribus anterioribus, vel specialem habentibus ratione ordinis, vel statuti, ideo statutum ipsum non debet extendi ad creditorem nullam hypo-
14 thecam habentem. Item † extensio admittitur etiam in correctorijs, vbi ratio legis expressa est in lege, vel apparet, Surd. *decis.* 62 *incip. vera, num.* 25. *ad* 29. *& decis.* 174. *incip. inspecto, nu.* 13. *& decis.* 139. *incip. stante*
15 *statuto*. vbi dicit, † creditorem pro frumento vendito præferri in farina eiusdem frumenti alijs creditoribus, sicut præferretur in frumento ratione statuti, vel rei propriæ hypothecatæ, licet substantia sit mutata ex
16 frumento in farinam. Item † extensio fit in diuersis, sed
17 comprehensio in eodem. Idè † fit extensio etiam in pacificatis, ipsemet Surd. *decis.* 192. *incip. Suspenso*. vbi †
18 an Statutum loquens de fructibus parapheraalium, ex-
19 tendatur ad fructus dotales, *& dec.* 220. *Ommissa*. Sed † quando non fiat extensio, & quando fiat, vide eumdem
20 *decis.* 202. *incip quando reuerendi*, vbi quòd † conditio de aliquid dando, vel faciendo, si aliquis remouetur ab aliquo loco in contractu posito, non extenditur, si ille moritur, qui non remoueri promittitur, licet sit ea-
21 dem ratio; & *decis.* 85. *incip. post expressum, dicit* † fideicommissum de persona ad personam non extendi. Ad decisionem adde Stracham *de sponsio* 4. *par.* Mod. *ad Affl. &. decisio.* 389. *de iure communi*. Sed hodie est Prag. *sua titulo de sponsionibus, vbi latissimè Doctor mirus.*

ADDITIO D. RICII.

PRomissio de restituendo maiorem summam si talis fuerit effectus pontifex, an habeat locum eo iam facto tempore promissionis hoc dicit. Notandum hic, quòd sponsio, quæ vulgariter dicitur *la scommessa*, si est iusta valet, Budæus *in l.* 2. *ff. de orig. iuris*, vbi dixit, tunc valet, quando deposita pignoribus sit: Item valet quando fit nudo pacto, data tamen fide, quæ habet vim iuramenti, *vt in c. penult. de iuretur. tex. est, in l.* 1. *de pactis*, Affl. &. plene *in dec.* 389 *de hac dec.* meminit Mangrel. *ad Bar. in l. cum ad præsens, ff. si cer. petat.* vide Ias. *in l. à Titio col.* 1. *ff. de verb. oblig.* & quid si fuerit excommis-

missum, quòd aliquis erit Cardinalis, & antequam recipiat insignia, nominatus tamen in Cardinalem moreretur, an dicatur perfecta excommi ssio, vide Asciata *determinat.* 115. Verùm huiusmodi sponsiones, siue scommessæ sunt prohibitæ per pragmaticas regias, *vt in tit. de sponf. mercat. & maximè in creat summ. Pontificis*, vt hic & vide Nouarium *in suis report. decis. ad prag.* 1. 2. 3. & 4. *sub rub. de sponf. merc.* vbi plura decisa reperies vtilissima, & post hæc vidi Nauar. *in manuali confess. c. 20. d. n. 18. & seq.* & Mangrell. Ios. Nauar. hic citati iam fuere à D. Visconto super in addit. huius decisionis adducti, quo vitio laborant addentes hi posteriores, ideò loco dictorum auctorum tu adde de promissione facta per te, mitte, ò maridate, in qua persæpius aliquid magis iusto pretio promittitur, an valeat. Thesaur. *quæst. for. 14. lib. 2. per tot.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Sponsionis contractus an sit licitus.*
2 *Relegata est à iudicijs aliqua species sponsionum, & declaratur D. Rocchus.*
3 *Promissio sub conditione de futuro non extenditur.*

1 DE euentu, & de veritate rei concertationis, seu sponsionis quæstiones nonnullæ nunc resumendæ veniunt, præmittendo sponsionis contractum licitum esse, quia nullo iure prohibetur, nec naturali, dum in sponsione nihil reperitur ratione dissonum, nec ciuili quia nullo iure prohibetur, imò approbatur *l. si quis ita stipulatus fuerit de verb. oblig. l. si pater C. de inoff. testam.* reprobatur tantùm sponsio, quæ fit circa certamina corporis otij, vel æmulationis causa, vel libidinis, vt in *l. solent. & seq. ff. de alea vsu*, & si non fuerit super causa turpi valet, Dec. *cons.* 115.

2 Relegata videtur à iudicijs disceptatio agitata in decisione de sponsione super electione Summi Pontificis, pro cuius validitate quamuis scribat, D. Rocch. *respons. tom. 2 notab. 73. de assecur. à n. 269.* intelligendus tamen est attento iure communi, & considerata in se sponsione, quæ licita est prout hodie, quæ fit Genuæ super electione Ducis, & Senatorum, sed secus in Regno vigore *Pragm. in tit. de sponf.* vetantis tàm huiusmodi sponsionem super creatione Summi Põtificis, quàm etiam super valore frumẽti, & partu mulierum, & Gregorius XIV. in Bulla incip. *Cogit nos*, prohibet sponsiones super vita, & morte & electione passiua Summi Pontificis, & Cardinalium, vnde P. Stephan. à S. Gregor. *lib. 2. de contract. cap. 75. num. 4.* firmat restituendam esse sponsionem huiusmodi quando recepta esset confutatio, Azor. *instit. moral. t. 20. q. 3.*

3 Dubitatum fuit, an valeat promissio de aliqua summa si talis fuerit factus Pontifex, si tunc reperiebatur factus, & promissio de futuro extendatur ad casum de præterito, cùm simus in contractibus, in quibus non fit extensio de casu ad casum, *l. si stipulatus §. cum stipulamur. ff. de verb. oblig.* & in hac re Bar. *in l. hac conditio. ff. de cond. & demonstr.* affirmat, quãdo casus ignorabatur, quia idem est non esse, & esse incertum an sit *glos. in l. Barbarius ver. fructus ff. de off. præsid.* pro qua opinione est text. *in d. l. hac conditio §. fin.* vbi relictum si nauis ex Asia venerit, si nauis iam venit tempore confecti testamenti, & testator ignorabat, legatum debebitur, contrarium tamen tenet Cuman. *in d. §. fin.* & post eum Soc. qui censent aliud esse in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus quasi cesset volũtas contrahentium, & sub eo quod conuenerunt faciendum, non comprehendant iam factum, & S. C. adhæsit opinioni, Cuman. & Soc. contra Bar.

Nihilominus, verior opinio est valere contractum assecurationis si fiat super mercibus tempore assecurationis deperditis, vel ad portum, tunc peruentis in fauorem assecurati, qui ignorabat amissionem nauis, vel mercium tempore assecurationis, quia falsa causa non vitiat contractum assecurationis respectu ignorantis, secus si respectu illius, qui scientiam habebat *l. pen. §. mulier. ff. sol. matr.* & ignorantia semper præsumitur non probata scientia, *l. verius vbi glos. ff. de probat.* & præsumi ignorantiam ex distantia loci, vbi casus euenerit, & temporis breuitate inter contractum, & casum periculi dicunt, Stracch. *de mercat. in rubr. de sponsion. ver. item quæro*, Gabed. *dec.* 181. D. Rocch. *in not. de assecur. not. 51. num. 175.* & notitia probatur per coniecturas, & præsumptiones etiam leues, & semiplenas, quæ sunt iudici arbitrariæ, Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 530.* Rocch. *vbi sup. n. 296.* quapropter vacillare videtur hæc decisio in fauorem promittentis, dum electio Summi Pontificis ignorabatur Neapoli tempore conuentionis, vt in figuratione casus in principio.

SVMMARIVM.

1 *Animalium decima soluitur, quando lacte non indigent.*
2 *Paria sunt, decimam non præstare, vel eam inutilem dare.*

DECISIO CXIV.

Decima de animalibus debita quando soluenda, an ante, vel post ablactationem fœtuum.

IN causa Reuerendi Baiuli Sancti Stephani, cum vniuersitate Putignani, fuit dubitatum, quo tempore sint soluendæ d. Baiulo decimæ animalium, ad quorum animalium decimam homines dictæ vniuersitatis tenebantur dicto Baiulo vtili dictæ Terræ
1 prædictæ. Pro Baiulo dicebatur, † ea esse ei tradenda, quando animalia non indigebant lacte materno, ex ijs quæ Oldra. *in cons.* 236. & nouissimè per modernum Andream Hispanum Episcopum Aiacensem, *in tract. decimarum. in 14. quæst. num.* 5. qui tractatus est impressus inter nouos, & insertus *volum.* 4. Pro parte particularium, hoc non habebatur, sed dicebatur, quòd erat habenda ratio expensarum, quę requirebantur circa custodiam illorum, & alia necessaria vltra lac, ante præstationem, quod durum videtur, quia decima sine onere soluenda est, & maximè, quia si animalia, eis statim natis, consignarentur, inutilis fuisset hæc præstatio: vnde videbatur, quòd ipsi tenerentur ad omnia ea,
2 quæ sunt necessaria ante præstationem, † cum paria essent, non præstare decimam, vel præstare eam inutilem, *l. fin. C. ad l. Flauiam de plagia.* vbi gl. etsi teneretur ad prędictas expensas Dominus, decima non esset integra, prout integra præstari debet. Hæc causa relata, aliter non fuit decisa, quia partes non institerunt, & facilè Vniuersitas se concordauit.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Dom. Ant. Modern. *consil.* 65. & ibi de materia.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Decisio Sacri Consilij recensetur, quòd animalia supra annum pro decima dentur Baroni, non infra.*
2 *Baro non fidat animalia exteriorum.*
3 *Decima etiam de palea soluitur.*
4 *Et an decima debeatur de lana.*
5 *Et an debeat asportari ad domum Baronis, vel horrea Clericorum.*
6 *Decima animalium cui Ecclesiæ soluatur, si animalia teneantur in territorijs diuersarum Ecclesiarum.*
7 *Lana, & lac, an dicantur fructus industriales, & quid de oliua, & ceruisia.*

AD hanc decisionem adde Annam *cons. 64. incip. Primo vol. 1. 1. cons. n. 65.* & in hanc
1 decis. adde† quòd Sacrũ Consiliũ in causa Vniuersitatis Ayetæ cum Barone Cusentino prouidit, animalia supra annum pro decima dari Baroni, non infra, die 2. Iulij 1578. referente Consiliario de Franchis harum decis. Authore doctissimo, *vt in processu in bancha de Felice. fol. 751.* vbi etiam
2 quòd Baro non fidet animalia exterorum. Item adde,
3 quòd † decima etiam de palea soluitur, *vt supra de-*
4 *cis. 103.* Anna *sing. 142. incip. Decima,* † & an decima
5 debeatur de lana, Minadous *in sua decisione*, † & an decima debeat asportari ad domum Baronis, vel hor-
6 rea Clericorum, *infra decis. 124.* Sed † cui Ecclesiæ decima animalium soluatur, si animalia tenentur in territorijs diuersarum Ecclesiarum. Doctor. *in capit. commissum, de decimis* Card. *in clement. 1. quæst. 16.*
7 *de decimis.* † Quòd lana, & lac dicantur fructus industriales, & sic oliua, Bald. *in l. 1. numer. 23. & seq. C. de vsuris legatorum,* vbi plura alia ponit de decima, & alias quæstiones. Alia de decimis vide supra *decis. 103.* & vide per Gratianum *in decisio. Marchia 100. & 226.* sequitur, & latissimè Boerium *in consu. Bituricen. tit. 10. §. 12.* vbi notanda circa materiam decimarum, quæ nemo dixit.

ADITIO D. RICII.

DEcima de animalibus debita, quando soluenda, an ante, vel post ablactationem fœtuum, hoc dicit. Hic articulus non fuit decisus, quia partes transigerunt: tamen pro vna parte affirmabatur esse inspiciendum tempus, quo lacte non indigebant, pro alia dicebatur esse habendam rationem temporis circa custodiam ipsorum, vide tamen *nostram collect. decisio. 192.* & si conferunt ea, quæ scripsi *in praxi. variar. resolut. 252. nu. 2. in magnis,* quæ refert Thor *in suo compend. dec. in verb decima animalium,* & vide Borrell. *in sum. decis. tit. de decimis num. 48.* qui consuluit decimam, quæ debetur ex animalibus, non deberi dum fuij lactè indigent, allegat Rebuff. *in tract. de decimis quæst. 6. nu. 30.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Decimari non debent fœtus animalium quando lacte indigent, sed quando depascuntur.*
Decis. Vinc. de Franc. Par. I.
2 *An sit habenda ratio expensarum arguitur contra D. Præsidens.*

1 ORdinatim explanationem exigit quæstio decimationis animalium, an fieri debeat quādiù lacte indigent, & negatiuè respondet Oldrad *in cons. 236.* D. meus *in princ.* & comprobant Ann. *cons. 64. num. 11.* Monet. *de decim. cap. 6. num. 14.* Suar. *de relig tom 1. lib. 1. cap. 37. num. 6.* vbi reprobat Rebuff. tenentem quòd sit soluenda decima post nouem dies fœtum: ratio est, quia si animalia ipsis statim natis consignarentur, esset inutilis decimatio, & sic melius esset illam non præstare, & ideò præstari debet de illis, dum herbam depascuntur, & non cùm lac sugunt, ita Ricc. *in prax. resol. 252.* Barbos. *de iure Eccles. vniuers. tit. de decim §. 1. nu. 12.*
2 Altercatio fuit, an habenda esset ratio expensarum circa custodiam, & alia necessaria, & negatiuè annuit D. meus, qui tamen refert causam non decisam, & contentio fuit in terminis decimæ debitæ Baroni, & probat ex eo quòd aliàs esset inutilis ea præstatio, & non esset integra decima, in contrarium autem vrget, quòd regula sit vniuersalis excepta solutione decimarum Deo debitis, de qua in *cap. tua nobis de decim.* nullus casus est in iure nostro, qui huiusmodi deductionem valeat impedire, *l. fundus. ff. famil. ercisc. l. si à patre §. fin. ff de petit. hæred.* ex decima Papali deducuntur impensæ, vt *extrauag. 1. vers. retrouendendo de decim. glos. in clem. 2. vers. taxationem de decim.* vigesima pars fructuum, quæ de iure Hispano debetur tutori intelligitur deductis expensis. Garz. *de expens. cap. 1. nu. 21.* Barbos. *in l. fructus nu. 12. sol. matr.* qui *num. 20.* loquitur in tributo Principi debito, vt si præstetur ratione vniuersalis dominij ex fructibus, adhuc deducendæ sint expensæ, suffragantur tradita per Reg. de Marin. ad Reuert. *obser. 300.* obstat benè verum ratio D. mei, quia aliàs inutilis ferè esset præstatio decimæ animalium, præstatio debet fieri post natiuitatem æquitate concurrente, tàm respectu debitoris, quàm creditoris, nec adeò protrahenda est solutio, ne cogatur debitor illa tenere suo periculo, & expensis, nec tàm citò vt statim post natiuitatem consignet, nisi aliquibus diebus interiectis, Oldrad. *cons. 236.* sed ex eo multi deducunt non esse persoluendas decimas de illis lac sugentibus, Campan. *in diuers. Iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. nu. 160.*

SVMMARIVM.

1 *Doctor legens in publico Gymnasio, per viginti annos fit Comes, in quouis publico Gymnasio legat, nu. seq.*
3 *Ordinaria lectio est lectio feudorum.*
4 *Comites verè qui dicantur.*
5 *Comites prædicti non habent territorium.*
6 *Comites prædicti potestatem legitimandi habent, sed non seruatur de consuetudine.*
7 *Comites prædicti carent administratione.*
8 *Ioannes Baptista Lecterius, Lector iuris.*
9 *Canonici, in studio Neapolitano.*

DECISIO CXV.

Comites effecti per lecturam annorum viginti non gaudent priuilegijs, quibus veri Comites.

CVm per annos viginti duos, & vltra D. Marcus Antonius Floccatus, præceptor meus in feudis legeret ordinariam lectionem feudorum in publico studio huius fidelissimæ Ciuitatis, petijt, ad [illegible], & honorem Comitatus se admitti, & licet processus per multos annos fuisset instructus, maxima contra eum fiebat difficultas, quia hoc in

Regno non erat consuetum, nihilominus, me referen-
te in Regio Collaterali Cõsi io, fuit admissus ad dictam
1 Comitalem dignitatem: de iure enim est expeditum, †
quòd Doctor non legens in publico Gymnasio per an-
nos 20. dignitatem prædictam consequitur. *l.1. C. de
professo. qui in vrbe Constantinopolitana, vbi omnes*,
quæ lex, licet loquatur in Lectoribus vrbis prædictæ
2 Constantinopolitanæ † procedit etiam in legente in
quouis studio publico, in Regalibus Ciuitatibus, vt est
studium huius fidelissimæ Ciuitatis, ita dicit Io. de Pla-
tea, *in d.l.1.col.1.vers. sed quæro, an priuilegium*, & ha-
bebit prælationem inter Doctores, quia cæteris præfe-
retur, vt dicit Dec. *in l.cum quid, in 1 lect.col.5.n.19.&
in 2.lect.col.7.num.31.ff. si cer.pet.* vbi etiam Purpurat.
3 † Lecturam autem feudorum esse ordinariam, & esse
semper lectam in studijs publicis, testatur And. *in
proœm.feu. q.1.* & dici ordinariam, quando de publico
datur salarium, dicit Io. de Platea, *in l.1.C.de liber. stud.
vrb. Roma col.2.* & Purpur. *in l.1 ff. de offic. eius n.140.
& in d.l.cum quid*, & ad eandem Comitalem dignita-
tem fuisse admissum Io. de Grassis, dum esset causa
commissa in iure, refert Io. Baptista Caccialupus. *in
tract. de debitore suspecto, in 5.prin.q.2.col.nu.11.* cùm
legisset Taurini per annos 25. de quo etiam meminit
Boer. *in repet. l.consentaneum, num.152. vers. nec vi-
deatur tibi mirum. C. quom. quando iudex*, & nouissi-
mè idem tenet Gomes. *in l.fin. Taur. col.pen. vers.12.
fol.323.* Circa verò consequutionem honorum, quibus
gaudent Comites in præsenti Regno, maxima orta fuit
difficultas, quia in Regno dantur dignitates per Re-
4 gem, † & isti Comites, dicũtur Comites abusiuè, quia
illi dicuntur verè Comites, quibus est datus comitatus
in feudum, vt declarat And. *in tit. quis dicatur Dux,
Comes, vel Marchio, in prin.* Bal. optimè *ibi 2. colum.
vers. Comes*, & Aluaro. *tam in 3.col. vers. nota propriè,
quàm col. pen. vers. vidẽdum est*, vbi loquitur de digni-
tate, quæ datur a lege Doctori legenti per annos 20. &
ibi etiam Præp. & Afflict. cum concord. congestis per
Cassan. *tam super consu. Burgund. in vers. Conte de
Frendres, quam in Catalogo Gloriæ Mundi. in 10. par.
in 26. consideratione*, & per Io: Montan. *in tract. de au-
ctor. Magni Consilij. impresso post dec. Boer. in 1.p. post
num.109. lit.E. vers. tamen quandoq;* vbi Boer. in apo-
5 stilla, & ibi Io: Montan. dicit, hos † Comites non habe-
re territorium per Tiraq. *in tract. de iur. primog. in qu.
33.n... ver. præterea.* Bal. *fol.342.* Frec. *in suo tract. feud.
lib.3. in cap. scribunt Doct. n.11.* & Capic. *in sua inuest.
in vers. feudorum genera. 2.col. vers. & d. super de co-
mite. fol.106.* & Cardin. Iac. *in tract. de Consilio, lib.1.
6 art.12 fol.23. lit. D.* quæ difficultas augebatur, † quòd
licet dicatur, istos Comites habere potestatem legiti-
mandi, nihilominus hoc de consuetudine non seruatur
secundùm Paul. de Cast. *in 1.consil. C.* & Io: Lupum *in
repet. rub. c. per vestras. §.37. in fin. vers. quinimo. quòd
est plus*, & secundùm Dec. & Purpur *in d. l.cum quid*,
quos refert, & sequitur Boer. *in apostill. prædicta. dict.
tract. impresso post eius decisiones*, quòd etiam diceba-
tur esse de iure, quòd isti Comites non legitiment, vt
plenè prosequitur Bologn. contra Dec. *in d.l.cum quid,
nu.43. vers. subdebat postea* Dec. *c. si cert. pet.* vbi dicit,
semper fuisse sibi visum absurdissimum in ore Docto-
rum legentium, & idem dicit *in l.1. n.11. vers. nec est
verum, ff. de offic. eius colum.3. vers. & dicit sup. de Co-
mite fo. 206.* subdens esse valdè inconueniens, quòd ve-
ri Comites, & Duces non habeant hoc priuilegium, &
Comites sine Comitatu haberent; vnde Io. de Platea, *in
d.l.2 de professo, qui in vrbe Constantino. Neapol. 3.col.
7 vers. ad hoc autem*, † dixit hanc Comitalem dignita-
tem esse sine administratione, prout etiam dicit Bolog.
licet de Io. de Platea non faciat mentionem in locis
prædictis, vnde videbatur dicendum, quòd postquam
isti Comites non sunt verè Comites, sed abusiuè, & nõ
habent administrationem, quòd Comitalibus dignita-
tibus quibus gaudent veri Comites, gaudere non de-
berent, sed sufficere deberet eis præcedẽtia inter Doct.
de qua præcedentia loquuntur DD. *in d.l.cum quid*, ob
quod Sac. Cons. iudicauit, dictũ Marcum Ant. esse de-
clarandum Comitem, & debere gaudere dignitatibus
declarandis, quæ nonquam, stantibus prædictis, fuerunt
declaratæ, imò d. Marcus Ant. per Regios Officiales,
tàm in Collaterali Consilio, quàm in Sac. Regio Con-
silio, & Regia Camera Summariæ, donec vixit, post
latam sententiam prædictam fuit tractatus, prout per
prius, ante sententiam prædictam tractabatur, & in
processu prædictæ causæ apparet relatio facta per Do-
minum Io: Tho. de Minadois, Regium Consiliarium in
fauorem Magnifici Io: Bapt. Lecterij, qui per annos 20.
& plus, legerat publicè in iure canonico in hac Ciuita-
te. Adde tamen, quòd lata sententia prædicta, dũ hanc
decisionem reuiderem reperi, quòd Modernus Doct.
Iaco. Menoch. *in tract. de arbitr. iud. in lib.2. in 1.cent.
in casu 68. in c. incip. similis est ferè hic casus, fol.119.
8 n.42. vers. illustres*, & tenet, † Doct. per 20. annos le-
gentes non esse nec Illustres, nec Comites, licet dicat
esse communem opinionem, quòd sint Illustres, & Ia-
cob. *vbi sup. lit. B* & vide Cagno. *in proœm. ff. n.85. ver.
sic. in eo tex. Viris Illustribus*, vbi plenè de hac mate-
ria decis.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

AD hanc decis. adde omninò tu Menochium
de arbitr. iudic. lib.2. casu 68. cent.1. allega-
tum per hunc Præsidẽtem. Gomez. *in l.fin.
Taurin. n.13.* sed nouissimè Mascard. *vide
1 lib. de probation. 1. concl.324.* vbi † quòd Comiti Pa-
latino dicenti se habere authoritatem legitimandi, nõ
creditur, nisi in specie commissionem ostendat, & ibi
plura, & quòd debet ostendere primò se Comitem esse,
deinde potestatem habere, & Carpan. *in cõsuetud. Me-
2 diol. par.1. c.456. n.42.* vbi † quòd non legitimat; alle-
gans Petr. Ancharanum *in quæstionib. familiarib. q.62.
incip. Cum aliàs orta, & n.65. ad 74.* ipse Carpanus eo-
3 *dem capitulo*; & an † ipse Comes potestatem habens,

possit

possit eam delegare, Franciscus Marc. *dec. delphinatus*
4 317. *incip. Quaritur par.* 1. † Quòd autem legitimationes factæ à Comitibus Palatinis valeant, Rolan. *cõs.* 96. *incip. decreueram par.* 3. *sed latius cons.* 61. *incip.*
5 *Multiplici, vol.* 1. vbi respondet † an Comes Palatinus legitimare possit infantes, & an incestuosos, & natos ex
6 his, qui matrimonium contrahere non possunt. Sed † an Comes Palatinus creatus ab Imperatore Carolo V. inuicto, possit legitimare in Ducatu Mediolani, in feu-
7 dum dato Duci Mediolani à dicto Imperatore, & † an Imperator legitimet in terris Ecclesiæ, Rolandus *cons.*
8 88. *incip. In causa Magnifici, eodem vol.* & de † alia specie legitimationis per subsequens matrimonium, vide quæ dico ad Præsidentem *huius decis.* 28. *& decis.*
9 282. *in fine ad quam latissimè.* Adde quòd † gerens se pro Comite, pœnam mortis incurrit, quia delinquit in Principem, si se Comitem facit, cùm non sit. Petrus Caballus *lib. resolutionum criminalium nouissimè, ca-*
10 *su,* 176. Ad hanc quoque decis. etiam † de Comitis Palatini potestate legitimandi, & an valeat legitimatio incestuosi, & orti ex eis, cum quibus matrimonium
11 contrahi non valet, & † de legitimatione per obreptionem, an valeat, & illa quæ facta est tacendo verò. Rolandus *cons.* 12. *incip. legitimationem vol.* 4 & quòd si
12 est data potestas Comiti reuidendi Statuta & aliquod improbat, quod cætera videtur confirmare. *Idem cons.* 31. *incip. Migrauit, nu.* 22. sed pro inualidanda legitimatione filiorum facta per Comites Palatinos potest videri *in cons.* 49. *incip Legitimationem, & cons.* 100.
13 *incip. Multiplici ex capite, eodem volu.* 4. sed † an priuilegium legitimandi mortuo concedente expiret. Afflict. 128. & quòd possit reuocari tale priuilegium.
14 Menoch. *cons.* 112. *volum.* 2. Item † ista potestas legitimandi spurios non extenditur ad spurias filias. Dec. *cons.* 453. *& cons.* 598. *& de alijs cons.* 55. 308. 425. Item
15 † adde quòd legatus de latere habens potestatem legitimandi spurios, & incestuosos, poterit legitimare spu-
16 rium, & incestuosum simul. Boer. *decis.* 127. † qualiter fiant legimationes, & quando, & de alijs Thesaur. *dec.*
17 *Pedemont.* 69. *latissimè.* Item adde, † quod gerens se pro Comite, cùm non sit punitur acerrimè, ita Caballus, *in lib. resol. crimin. nouissimè c.* 176.

ADDITIO D. RICII.

COmites effecti per lecturam annorum viginti non gaudent priuilegijs, quibus veri Comites hoc dicit, adde Mastrill. *de magist. libr.* 4. *c.* 10. *tom.* 2. vbi refert ita declarasse Regem nostrum Catholicum per literas Regias 1608. quę fuerunt exequutoriatæ Panormi ad instantiam titulatorum Regni contra quemdam Comitem, qui huiusmodi Comitis titulo fuerat ab eadem Catholica Maiestate decoratus, & dum hic in fine dicit author noster prædictos Comites non dici viros illustres rationem adducit, idem Mastril. *loc. cit. sub nu.* 4. quia eis mortuis dignitas prædicta extinguitur, allegat à Ponte *de his qui feu. dare poss. lect.* 6. *n.* 47. & propterea abusiuè comites dicuntur, Dec. *cum ibi relatis respons.* 9. *nu.* 22. *volum.* 1, *& respons.* 19. *num.* 118. *cum seq. volu.* 3. & isti comites dicuntur comites, nudo titulo, prout sunt Abbates titulares Episcopi nulla tenentes. Canonici in herba absque præbenda, & de eis dici potest, vt de rege taxillorum Indi, de Imperatore Græcorũ, & de Cardinalibus Rauennæ, & demum de Doctoribus absque lege, in quibus sunt nomina absque iuris effectu, huiusmodi autem Comites in Regno Siciliæ non sunt, cùm omnes statum habeant, & territorium, sed in Lombardia adsunt quàm plures, vt notat idem Mastr. *loc. cit.* Hinc euenit, quòd comites de quibus hîc, habentes potestatem legitimandi quoscumque exceptis filijs Comitũ, filios Comitum sine Comitatu, & territorio legitimare possunt, vt refert fuisse decisum Beniten. *decis.* 59. vbi dicit Iasõ ita consuluisse Paduæ *in l. quod ad hostes col. vlt. de legat.* 1. quod est memoria dignũ. Laudens. *in disp. Auger. in* 6. *car. in* 3. *col.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Doctor legens per 20. annis in publico gymnasio Neapolis fit Comes Palatinus.*
2 *Bellonus impugnat decisionem, & rationes, numer.* 3. *&* 4.
3 *Author se opponit Bellono.*

1 COmitalis sibi viam aperit controuersia, an Doctor legens in publico gymnasio per annos viginti admittendus sit ad Comitalem dignitatem, & pro legente in publico studio Neapolis in Reg. Collaterali Cons. iudicatum testatur D. meus *n.* 1. per tex. *in l.* 1. *C. de profess. qui in Vrbe Constantinopolitan.* quæ licet loquatur in lectoribus Vrbis prędictæ Constantinop. procedit etiam in legente in quouis studio publico in regalibus Ciuitatibus, vt est studium Neapolis ex Io: de Plat. *in d. l.* 1. *vers. sed quaero.* Et qui legit per d. tempus habet dignitatem à iure, & non à Principe. Bar. *in l. Alexandrinis C. de decur. lib.* 10. Cassan. *in catalog. glor mund. p.* 10. *q.* 26.

Totus est in expugnando præfatam opinionem Bellon. *lib.* 1. *nouar. declar. iur. cap.* 13. arguens ex *d. l.* 1. vbi inquit Imperator *in hac Regia Vrbe professionem exercentes*, sed cùm essent alia gymnasia vt in Ciuitate Berethinensi. Vbi legebat Dorotheus *vt in l.* 1. *§. sed cum Nouella C. de emend. Cod.* Attamen Imperator loquutus est cum dictione demonstratiua Vrbis Constantinopolitanæ consequenter non erit intelligenda lex de legente in quouis publico gymnasio, sed in d. Vrbe.

Præterea quia cùm Imperator voluit loqui de priuilegijs communibus omnibus professoribus fecit titulum generalem *C. de professor. & Medic. lib.* 10. Ergo cùm haberet titulum generalem non sine causa dicendum erit fecisse specialem.

3 Vlterius ponderat verba Rubricæ dum loquitur de professoribus qui in Vrbe Constantinopolis, & sic illud relatiuum, qui restringit latam significationem verbi professoribus *l. ea tamen adiectio. ff. de leg.* 3. Et dum rubrica habet orationem perfectam potest allegari pro textu *l.* 1. *ff. si cert. per.* Consequenter legentes in alijs gymnasijs non consequentur Comitalem dignitatem, nec fient illustres nec spectabiles per lectionem per 20. annos, & ad hæc disquirit Bellon. an concessa opinione contraria hic Comes sit illustris vel spectabilis, & in posteriorem partem inclinat cum Alex. *in l.* 1. *ff. de inoff. eius* quidquid teneat ibi Ias.

4 Quidquid autem placeat Bellono, contrarium ipse verius existimo, satis enim est quòd quilibet Doctor legens in quouis publico gymnasio per 20. annos conueniat cum eo qui legit in d. Vrbe Constantinopolis, & priuilegia, & leges extenduntur ex identitate rationis, & si in sui proprietate locum non habeant, ex Bart. *in l. si constante num.* 37. *& ibi* Alex. *ff. sol. matrim.* prout virgo, & similes gaudent priuilegio, *l. vnic. C. si inter pupill. & vid.* & Cassan. *vbi sup.* loquens de Ias. qui in diuersis famosis Vniuersitatibus per 20. annos legit effectum fuisse Comitem Palatinum, & Illustrem quamuis non legerit in dicta Vrbe Constantinopolis probat.

***

SVMMARIVM.

1 *Exilij nomen generale est.*
2 *Verum dubium ex consuetudine recipit interpretatio-nem.*
3 *Merum, & mixtum imperium sine speciali titulo haberi non possunt.*
4 *Capitale iudicium quale sit.*
5 *Exilium, an propriè deportationem significet, & numer. 8.*
6 *Deportatio successit loco interdictionis aquæ, & ignis, & an hodie sit sublata.*
7 *Exilium interdictionem aquæ, & ignis denotat.*
8 *Priuilegium interpretatur contra concedentem.*
9 *Pœna in Regno triremius, & exilij.*
10 *Prælatorum mutatio tribuit Ecclesijs, restitutionem in integrum.*
11 *Castro concesso, censentur concessa omnia, quæ concedens habebat in eo.*
12 *Dictio, videlicet, est restrictiua.*
13 *Concessa omnimoda iurisdictione, venit merum, & mixtum Imperium.*
14 *Regius fiscus assistere debet in causa, in qua habet interesse.*

DECISIO CXVI.

Exilij cognitione per concedentem reseruata, in concessione iurisdictionis, an censeatur tantùm reseruata causa deportationis, vel etiam relegationis, & temporalis exilij.

IN causa Reuer. Io: Francisci Rauascherij, Prioris Regalis Ecclesiæ S. Nicolai de Ciuitate Bari, cui Ecclesiæ fuit facta concessio Castri Rutigliani, exceptis causis criminalibus, pro quibus corporalis pœna, videlicet mortis, vel priuationis, seu amissionis membrorum siue exilij debebit inferri cum Illustr. Marchione Capursij, Domino iurisdictionis criminalis, fuit dubitatum super intellectu illius verbi (exilij) an intelligatur reseruata cognitio causarum criminalium, ex quibus veniat imponenda pœna deportationis tantùm, an verò etiam causarum criminalium, ex quibus nedum deportatio, sed relegationis, vel temporalis exilij pœna imponenda veniat?

1 Pro parte d. Marchionis dicebatur, quòd † verbum
(exilium) generale est, *l. exilium triplex. ff. de interd. & relega.* quem text. etiam allegat Placent. *in tract. de accus. in tit. de criminib. col. pen. vers. exilium autem*, si igitur est generale, comprehẽdit, quamuis speciem exilij, cùm de iure, sub genere comprehendatur quæuis eius species. *l. si quid earũ. §. inter emptum. ff. de leg. 3.* etiam ex proprietate sermonis. *l. si chorus, ff. de leg. 3.* quod etiam corroboratur, quia hoc verbum sic recipit interpretationem ex qua fuerunt præsentata nonnulla exempla processuum, ex quibus apparebat, quòd etiam Magnificus Capitaneus, in criminalibus processerat in
2 casibus in quibus de exilio temporali tractabatur, †
constat autem de iure, verbum dubium ex consuetudine recipere interpretationem, *l. nummis. ff. de leg. 3. l. semper in stipulat. ff. de reg. iur.* per quæ iura ita Bart. *in cons. 59 communis Spoleti*, loquens in priuileg. Bald. *in c. 1. de feu. sin. cul. non amitt.* quem refert, & sequitus Dec. *cons. 286. causa 2. col. in prin.* multa ad propositũ ponit Luc. de Pen. *in l. missi opinatores, C. de exactorib.* & hanc interpretationẽ iuridicam esse; quia quãdo legislatores voluerunt quẽ perpetuo exilio puniri, non exilio puniendum esse dixerunt, sed perpetuo exilio: quod non dixissent, si illud verbum (exilium) non designasset temporale, & perpetuũ, ita loquitur Imperator *in l. nemo, C. de episco. audient. & in l. nemo, C. de postul.* & tanto magis, quia non apparebat aliqua concessio in Ecclesiam meri, & mixti imperij, vel iurisdi-
3 ctionis criminalis in specie, † sed tantummodo reseruatio prædicta, & de iure constitutionum Regni, per constit. ea, quæ ad decur. hæc non possunt sine speciali titulo possideri.

Pro parte Ecclesiæ dicebatur, quòd illud verbum (exilium) propriè intelligebatur de deportatione, & propterea priuilegium, quod excipiebat pœnam exilij, intelligebatur de pena deportationis. Pro hoc allega-
4 batur tex. *in l. 2. ff. de pub. iud.* vbi † capitale iudicium
appellatur id, ex quo venit mors, vel exilium, hoc est interdictio aquæ, & ignis, quia per has pœnas adimitur caput de Ciuitate, nam cætera, non exilia, sed relegationes propriè appellantur. & *gl. 2.* ibi dicit. Item exiliũ, quia perdit Ciuitatem, & Alb. *ibid.* declarando illum text. dicit exilium, quasi extra auxilium, quod sibi cõpetebat, quando ciuis erat, ad idem Ludo. de Sardis *in tract. de legitimatio. in tit. de ventre concepto, qui incipit, post quam, col. 2. vers. nec obstat n. 5.* vbi expressè di-
5 cit † quod exilium accipitur propriè loquendo, de de-
portatione, idem tenet Ludou Bologn. *in auth. habita n. 174. vers. vlterius nota*, secundùm eũdem Sal. & nouissimè Iac. Menoch. *in tract. de arb. iudic. lib. 1. q. 80. n. 93. & 94. vers. & 1. non obstat, fol. 67. & 68.* Cicero *in oratione pro Cæcinna*, hæc verba dicit, *Erat autem exilium, pœna capitalis, & exilio mulctatus, capite damnatus dicebatur:* exuli enim caput de Ciuitate eximi dicitur: quoties verò Ciuitas retinetur, relegatio propriè, non exiliũ dicitur, vnde ex ijs apparet, quòd exilio mulctatus, dicitur pœna capitali mulctatus, eo quòd perdat Ciuitatem, quæ amissio Ciuitatis deportationem designat. *§. cum autem. instit. quibus mod. ius patr. potest. soluitur, & in §. quod autem, versic. sed etsi in In-*
6 *sulam, instit. de capit. diminu.* † & quòd loco interdi-
7 ctionis aquæ, & ignis, hodie succedat deportatio, †
quam pœnam interdictionis aquæ, & ignis, exilium significat, est tex. clarus *in l. 3. ff. ad l. Iul. pecul.* per quem text. ita dixit *gl. in l. Gallus. §. & quid si tantum in versic. aquæ & ignis. ff. de liber. & posthum.* vbi Marius Salomonius, *5 col. n 20. versic. quid est:* allegat tex. clariorem *in l. 2. §. constat. ff. de pœn.* & ibi idem Salomonius ponit de damnato ad triremes, idem dicit *glos. in l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor.* quem ad hoc allegat. Neap. *in consu. si quis moriens, in versic. præterquam, num. 187. versic. sed quæro, si est damnatus perpetuo, vel ad tempus*, quemadmodum loquimur de damnato, vel in metallum, vel in opus metalli, ad idem, tex. apertus *in §. deportatio, in auth. de nupt.* cuius verba refert, & benè declarat Fortunatus Garzia *in d. §. & quid sit tantum, 10 colum. versic. sed quid ad nostram materiam, nu. 21.* etiam dicit Io: Villemata. *in repet. l. diuus, col. 5. n. 41. ver. de iure verò Canon. ff. ad l. Corn. de sicar.* si igitur exilium propriè importat interdictionem aquæ, & ignis, in cuius locum hodie succedit deportatio, vt sup. fundatum est, dicebatur pro parte prio-
8 ris, † quòd priuilegium, in quo (concessa omnimoda
iurisdictione) reseruatur pœna mortis, abscissionis mẽbri, & exilij, quòd hæc reseruatio exilij intelligitur, quãdo veniret imponenda pœna deportationis. Accedit quòd hoc priuilegiũ sit interpretatum per bina decreta Sac. Consilij, dum pro causa alias datæ coram Capitaneo, pro qua non veniebat pena deportationis, apparebant remissiones ad officiales prioris, prout ex processibus apparet, & nouissimè fuit dictum, quòd erat priuilegium concessum per Regem Carolum, Ecclesię, qui eo tempore possidebat ciuilem, & criminalem iurisdictionem, quod, contra eumdem Regẽ, & successiuè ab eo causam habentes erat largè interpretandũ, *l. fi. ff. de const. Princ.* quod nõ esset, si exceptio exilij intelligeretur etiam de tẽporali, quia parum, aut nihil veniret re-
9 seruatũ Ecclesię, † cùm in Regno, maior pars penarum
consistat in condemnando ad mortem, deportando, & relegando nobiles, & in condemnando ad triremes, ignobiles, & in exiliũ tẽporale, quod cadit tã in nobiles quàm in ignobiles, & sic videbatur, quod vnico verbo

potuis.

potuisset se expedire Rex à concedendo omnimodam
iurisdictionem, exceptis causis criminalibus, prout
in simili Summus Pontifex dicit in ca. ad audientiam,
extra de decimis, quòd non fecit, quia voluit reser-
uare alios casus criminales Ecclesiæ, vltra mortem
naturalem abscissionem membri, & exilium, quod
est intelligendum (dicebat Ecclesia) propriè, pro de-
portatione, quæ est mors ciuilis, vt per Doct. in d. §.
& quid si tantum exceptio, igitur casu mortis natura-
lis, & ciuilis, ac abscissionis membri reliquum diceba-
tur Ecclesiæ concessum, si igitur, de iure, ex proprietate
verbi exilium, importat deportationem, quã interpre-
tationem etiam ex prædictis sumere potest, de iure di-
cebatur esse expeditum, non esse recedẽdum à proprie-
tate verborum *l. non aliter. ff. de leg. 3. & l. 1. si ii, qui
nauem. ff. de exercitio. vbi gl. allegat. concord.* & in
priuilegijs, hoc expressè dicit tex. *in d. ca. ad audien-
tiam, extra de decimis, vbi glo. similiter alleg. con-
cordan. & in c. porrò, de priuilegiis, vbi glo. pen.* &
ijs stantibus dicebatur, non obstare text. *in d. l. exi-
lium*, pro parte Illustr. Marchionis allegatum, nec
iura, *in d. l. nemo de Episcopo. audien. & de postu-
la.* quia secundùm glo. ibi illa iura de exilio impro-
priè intelliguntur, non propriè, & ita etiam Bart. de-
clarat *in d. l. 2. ff. de publ. iud. in 1. oppo.* in quo tex. di-
cebatur pro parte Ecclesiæ esse text. clarum dum di-
cit cœtera, non exilia, sed propriè relegationes ap-
pellari. Nec dicebatur, esse habendam rationem de
asserta interpretatione per prætensam consuetudi-
nem, quia repugnabant decreta Sacri Consilij contra-
rium decidentia, quorum exequutio non poterat de-
monstrari per Reueren. nunc Priorem successorem,
quia hoc erat difficilè propter mutationem prælato-
10 rum, † ex qua mutatione etiam conceditur Ecclesię,
quod est plus, scilicet restitutio in integrum, etiam
post quadriennium, prout pulcrè Alexan. qui allegat
concordan. *in cons. 150. viso themate colum. 2. versic.
2. potest responderi. volum. 7.* vltimò, ad id, quod
allegabatur per const. Regni ea, quæ ad decus diceba-
tur, quod de hoc non erat tractandum, quia tempore
huius litis, de qua meminit Capic. *in decis. 27.* hoc
fuit habitum pro absoluto, & maximè, quando tra-
ctabatur si pœna pecuniaria habita ex transactione,
spectaret, vel ad Ecclesiam, vel ad dominum iurisdi-
ctionis criminalis. Præterea dicebatur, quòd si de
hoc esset tractandum, priuilegium erat clarum, quia
11 in eius concessione fit concessio castri, † quo casu
omnia quæ in castro habet, videntur concessa, ita in
specie Andr. *in §. præterea si inter 6. colum. versic.
quid si Rex, de prohib. feud. alien. per Federic.* maxi-
mè, quia concessio est facta Ecclesiæ, quo casu etiam
limitatur. d. const. ea, quæ ad decus, ita Afflict. *in lo-
co prædicto. versic. fallit*, nisi fiat Ecclesiæ. Item re-
seruatio arguit, in casibus non reseruatis, iurisdictio-
nem criminalem concessam, maximè accedentibus
illis verbis, pro quibus, quæ restrictiua sunt plenè
12 per Bart. *in l. omnes populi. ff. de iust. & iur.* & † adest
dictio videlicet, quæ similiter restrictiua est. *l. videli-
cet. ff. de pact. cum concord.* per Dec. *consil. 47. 1. co-
lum. 1. volum.* Item non est semper verum, quòd re-
13 quiratur expressis verbis concessio: nam facta con-
cessione omnimodæ iurisdictionis, venit merum, &
mixtum imperium: glo. est particularis, & notabilis,
in clem. 1. in ver. omnimodam, de foro compet. &
glo. prædictam esse meliorem de corpore iuris, dicit
Iacob. *in tract. feud. in versic. quid autem*, & Imol.
*in d. clem. super glo. in versic. cum mero, & mixto
imperio, 3. col. versic. quid autem*, & Imol. *in d.
clem. super glo. in versic. commodam, dicit*, quòd
licet appellatione iurisdictionis, simpliciter conti-
neatur iurisdictio, prout est species de per se distincta
à mero, & mixto imperio, si tamen alicui datur omni-
moda iurisdictio, sic prolata, comprehendat me-
rum, & mixtum imperium, & ex hoc alia ibi
infert, & glos. prædictam sequitur Afflict. *in constit.
ea quæ ad decus, in notab. ver. quid autem si Baro.* qui
sic videtur limitare constit. prædictam, quæ in contra-
rium allegabatur. Dicebatur igitur Ecclesiæ conces-
sam omnimodam iurisdictionem ciuilem criminalem,
& mixtam, exceptis tribus casib.

His sic discussis, quamuis per Sacrum Consilium
fuisset prouisum, quod in præsenti causa, quia tra-
ctabatur de interpretatione priuilegij, quæ interpre-
tatio est facienda per Regem, & sic per Sacrum Con-
silium, quod Regem repræsentat, procederetur in
Sacro Consilio nihilominus fuit visum, etiam in hoc
audire Magnific. Aduocatum Regij patrimonij, qui
14 pro interesse Regij fisci assisteret in causa, † prout sic
esse faciendum consuluit Andr. *in cap. 1. 2. colum. de
leg. Conra.* maximè, quia causa videbatur pro vtraq;
parte difficilis, & quia Do. Aduocatus patrimonij non
potuit haberi ea die, qua causa erat expedienda, &
contra eum, causa discussa, dubitabatur. Mortuus
fuit Reuer. Prior, & sic non fuit qui instaret pro cau-
sæ expeditione, ad præsens est facta prouisio de alio
Priore, si expediet, ponam quid erit decisum, hæc
tamen posui, ne obliuioni tradentur, quæ pro vtra-
que parte prætendebantur, & quæ vltra allegata,
prout quotidie fit, per Dominos de Consilio dice-
bantur. Aduertendum etiam, quòd Doct. dicunt
15 † pœnam deportationis esse etiam hodie sublatam,
sed in Regno nostro, in nobilibus quotidie ad pœ-
nam deportationis, Magna Curia nobiles deportat,
& Sacrum Consilium confirmat, & sic etiam ob-
seruabatur tempore Antonij Capicij, prout ipse re-
fert *in decis. 128.* quia in hoc Regno sunt insulæ, vt
etiam dicit Niger. *in c. Regno contra effrenatas in
fin. fol. 85. à tergo*, de hac decisione meminit D. Ale-
xa. Raud. *in tract. de Analo. lib. 1. c. 5. num. 225. ver.
determinatur.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde quòd sunt quinque genera exilio-
rum secundùm Bald. *in l. data opera numer. 2.
Cod. qui accusa. non poss.* quem refert, & sequitur at-
que declarat Carau. *in pragm. 4. q. 17. à num. 167. in
tit. de falsis* Baiard. *ad Clar. in §. fin. q. 71. à nu. 1. &
seq.* & Adde quòd multa de exilio scribit Caball. *in
casu 148. nu. 14.* quia nomen exilij est generale com-
plectens relegationem, & deportationem; Vide ip-
sum *ibi, & num. 15.*

Num. 10. Adde Alex. *cons. 81. col. fin. vol. 5.*

Num. 11. Vide latissimè Doctissimum Iuriscon-
sultum, & tempestate ista magni nominis Iacob. Me-
noch. *in tract. de præsumpt. lib. 3. ca. 97.* vbi substan-
tialiter habes quæ veniant Castro donato, vel vendi-
to, Vrsill. *in dec.* Afflict. 122. & D. Sen. Tap. *in l. fin.
à fol. 121. & seq. ff. de const. Princ.* & D. Sen. Ann.
obseru. 20.

Num. 13. Vide omnino D. Ann. Iun. *in obser. 20. &
maximè. fol. 151. versic. 2. limitatur.*

In fin. Vide Farinac. *in tit. de delictis q. 19. nu. 15. &
seq. fol. 176.* & Campan. *in c. regni contra effrenatas
in fin.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Exilium simplex est, sed pœna dua & de pœna exi-
lij, & de casibus in quibus exilij pœna impo-
nitur.*
2 *Exiliatus licet impleto tempore exulationis ad pri-
stinam dignitatem admittatur, tamen ad nouas di-
gnitates non admittitur, nisi tanto tempore elapso,
quanto exulauit.*
3 *Confinatus in aliquod tempus, finito tempore absque
licentia superioris potest ad Ciuitatem suam re-
dire liberè, absque timore pœnæ.*

4 *Ve-*

4 *Verum debet probare se obseruasse confinia, si hoc allegat ad suam intentionem probandã, & fundandã.*
5 *Confinatus pendente tempore confinationis, ad honores non est eligendus.*
6 *Confinatio simpliciter facta, in dubio perpetuo facta intelligitur.*
7 *Relegationis, & deportationis pœna qua olim, & qua hodie.*
8 *Pater exiliatus an teneatur alimentare filios, & an filij teneantur ad alimenta patri, & quid si exilium esset pro crimine perduellionis, vel læsæ Maiestatis.*
9 *Contra rumpentes exilium, diuersæ pœnæ imponuntur de iure communi, & Regni.*
10 *Causa exilij temporalis sit ne de iurisdictione ciuili, vel criminali.*
11 *Inquisitus, confinatus, relegatus, remotus ab officio, vel aliàs infamis, an possit admitti ad publica officia exercenda.*
12 *Vniuersitas restituitur sicut minor, & Ecclesia.*
13 *Quæ restitutio debet peti infra quadriennium, & tempore contractus, seu læsionis.*
14 *An sit casus in quo post quadriennium restituatur vniuersitas.*
15 *Et non modò vniuersitas plurium focularierum sed paucorum gaudet hoc priuilegio etiam si vnum foculare remansit.*
16 *Si tractentur causæ inter priuatos, & oritur damnum Regio fisco in Sac. Cons. non obstante quod non petitur remissio, ad Regiam Cameram per fisci patronum, ad euitandam collusionem causa debet remitti.*
17 *Et idem in remissione causæ ad Baronem.*
18 *Deportatio hodie an sit in vsu.*

1 AD hanc decis. 116. adde, † quòd exilium simplex est: sed pœnæ duæ, & de pœna exilij, & casibus, in quib. exilij pœna imponitur, Franciscus Marcus *decis. Delphinatus* 359. Clarus *quæst.* 71. *in* §. *fin.* & nota vnum notabile,
2 quòd † licet exiliatus impleto tempore exulationis ad pristinam dignitatem admittatur, tamen ad nouas dignitates non admittitur, nisi tanto tempore elapso, quanto, exulauit, tex. *est in l.* 2. *C. de his qui in exilium*
3 *lib.* 10. Adde tamen, † quòd confinatus in aliquod tempus, finito tempore absque licentia superioris, potest ad Ciuitatem suam redire liberè, & absq; timore pœnæ. Ita in terminis Cremensis *sing.* 48. verum ta-
4 men est, quòd †, confinatus debet probare se obseruasse confinia, si hoc allegat ad suam intentionem pro-
5 bandam, & fundandam. Franciscus Mar. *decis.* 362. † Nec confinatus pendente tempore confinationis ad honores debet eligi, & Francis. Mar. *decis* 360. & *decis.*
6 361. vbi † quòd confinatio simpliciter facta, in dubio
7 perpetuo facta intelligitur. † Relegationis pœna quæ olim fuerit, & sic deportationis, & quæ hodie, Men.
8 *lib.* 2. *arbitr. casu* 330. & Iul. Clar. *d. q.* 71. An † pater exiliatus teneatur alimentare filios, & filij teneantur ad alimenta patri, quòd sic, nisi exilium esset pro crimine perduellionis, vel læsæ Maiestatis. Ita Petr. Roy. *decis. Lithuanica* 3. *num.* 43. *in decisionib. diuersorum.* Latissimè Menoch. *de arbitr. iudic. lib.* 1. *q.* 90. *num.* 45.
9 Item nota, quòd differentes † pœnæ imponuntur circa rumpentes exilium de iure communi, & Regni. Nam de iure communi exiliatus minus decennio rumpenes exilium, eidem duplicatur tempus, quod superesset ad finiendum exilium à die fugæ. Bart. *in l. aut damnum,* §. *quisquis de pœnis*, Peguera *in constitutionib. criminalib c.* 41. sed de iure Regni exiliatus rumpens exilium, si non dederit cautionem fideiussoriam de seruando fines, duplicato tempore debet remigare. Relegatus verò punitur seruata forma Regiæ Pragmaticæ 2. *incip.* Vel anno 1543. *sub titulo de relegat.* De deportatis vltra hic posita per hunc Præsidentem, videndus est Peguera, *in suis quæst. criminalib. q.* 41. de damnatis ad triremes fugientibus ab ipsis non finito tempore, *est pragmatica* 4. *incipit. come sapete, in titulo, de relegatis.* Quæ in regno seruantur latissimè de
10 exilio temporali, & perpetuo, & an † causa exilij temporalis sit de iurisdictione ciuili, vel criminali, ponit allegationes, & decisionem in facto Regens Carolus Tappia, *in regni constit. ea qua ad speciale decus, sub tit. de Officialib. in Regno statuendis, à n.* 10. *vsq; ad n.* 49. *infra, decisione Præsid.* 140. Ad numerum 9. adde an
11 † inquisitus, vel confinatus, relegatus, remotus, ab officio, vel aliàs infamis, possit admitti ad publica officia exercenda, Petrum Caballum *lib. resolutionum criminalium c.* 121. *incip. pendente, & supra, decis.* 210. *dico.*
12 Ad numerum 10. adde quòd † eodem modo Vniuersitas restituitur, sicut minor, & Ecclesia, Aimon. *cons.*
13 204. *n.* 24. & ista restitutio † debet peti infra quadriennium à tempore contractus, seu læsionis Bar. *in l.* 3. *C. de rei publica lib.* 11. Natta *cons.* 45. Afflict. *decis.* 175.
14 *n* 4. & *decis* 390. Sed † an detur Casus in quo post quadriennium restituatur vniuersitas, Capic. *decis.* 13. To-
15 los. *decis.* 239. † & non modò vniuersitas plurium focularium, sed paucorum gaudet hoc priuilegio. Marsilius *sing.* 690. & Afflict. *in constitutio. proœmio. quæst.* 5. etiam vnum foculare remansit, dixit Frecc. *de subfeudis lib.* 2. *quæst.* 12. de quo Bortel. ad Bellugam *in Templo Principis, de forma, & ordine, rubr.* 6. & Bato de Petra, *ad Capicium, decis.* 109. A nu. 14. huius decisionis, de assistentia fisci quando tractatur de interes-
16 se patrimonij, adde † quòd quando tractatur de causa inter priuatos, & oritur damnum Regio fisco in Sacro Regio Consilio, quòd non obstante, quòd non petitur remissio ad Regiam Cameram per fisci patronum, ad euitandum collusionem, causa debet remitti ad Re-
17 giam Cameram, *ita infra decis.* 132. & sic etiam remittitur causa ad Baronem, quando inter vassallos appellantem, & appellatum est collusio, quòd causa, licet desit grauamen, à Curia Baronis, & est appellatum ad regia, & vterque contentatur, quòd remaneat causa in Curia Regia. Ita est *decisum decis.* 519. Ad num. 15.
18 quòd licèt aliqui voluerint, quòd † deportatio non sit in vsu hodie, tamen Capic. *decis.* 153. & alij quos refert Iul. Clar. §. *fin. quæst.* 67. *vers. deportatio*, vbi refert infinitos pro, & contra, dicunt quod sic, & ibi Baiardus hoc confirmat, & non negant Moderni ad Capicium.

ADDITIO D. RICII.

EXilij cognitione per concedentem reseruata in concessione iurisdictionis, an censeatur tantùm reseruata causa deportationis, vel etiam relegationis, & temporalis exilij, hoc dicit, & Tap. *in const. ea quæ ad decus n.* 31. quærit, ad exilium perpetuum, vel temporale spectet ad concessionarium feudi, reseruatis causis criminalibus, pro quibus corporalis pœna mortis, abscissionis membri, aut exilij imponitur, vel ad habentem iurisdictionem criminalem, & refert decis. in Sacro Consilio iunctis aulis, & declaratum, casum exilij temporalis spectare ad habentem iurisdictionem casus mortis, abscissionis membrorum, aut exilij perpetui, spectare ad habentem iurisdictionem criminalem, Viuius *decis.* 391. *n.* 4. Galter. *in praxi tutel. p.* 2. *rubr.* 5. *n.* 5. Mastril. *de indult. c.* 16. quos refert Thor. *in compendio decis. in verb. exilij nomine*, subdens hic Neapoli fuisse decisum, & decapitatum quemdam ante palatium magnæ Curiæ Vicariæ, eo quòd in sententia deportationis erat imposita pœna mortis, vide Rouit. *in pragm.* 2. *de iurisd. non turb. num.* 36. & *seq.* & ea, quæ latè adduxit Nouar. *in suis reportatis ad d. prag.*

OB-

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Exilii appellatione an veniat deportatio articulus non fuit decisus tempore D. Præsidis, sed Reg. Rouit.*

2 *Rationes decisionis, & declaratio prag. 2. de iurisd. inuic. non turb. nu. 3.*

1 PER sæculum ventilata fuit controuersia inter Regalem Ecclesiam Baren. & vtilem dominum iurisdictionis criminalis Terrarum S. Nicandri, & Rutiliani D. Marcum Antonium Aquauiua, an sub concessione d. terrarum factæ d. Ecclesiæ causis criminalibus exceptis, pro quibus imponenda est corporalis pena videlicet mortis, seu abscissionis membrorum siue exilij; Appellatione exilij reseruati in beneficium Regiæ Curiæ, & demum translati in emptorem iurisdictionis criminalis, comprætenderetur nedum deportatio, & relegatio, sed etiam exilium simplex, & temporale, quæ causa licet tempore D. mei fuerit acerrimè disputata, & determinationi proxima, ità vt illam ingeniosè resumpserit, non tamen potuit definiri, sed iudicata fuit tempore Reg. Rouit. patrocinante ipso pro d. Ecclesia, vt ex suis allegationibus, quas imprimi curauit post *prag. 2. de iurisd. inuic. non turb.* vbi etiam adsunt aliæ allegationes Cesaris Freccia, & Petri Antonij Petriconi, contra quos scripsit Sempronius Ascia, vt in responso edito pro d. Aquauiua aduersus Capitulum S. Nicolai de Barro, & Reg. Tap. compilauit decisionem pro d. Capitulo, vt in *dec.* 10. S. C. per quam declarauit exilij appellatione comprætendi tantùm casus, pro quibus imponenda venit pena deportationis.

Congeruntur plures rationes, & præcipuè nam exi-
2 lium propriè, & magis in specie acceptum deportationem significat, & inter capitales penas connumeratur, *l. 2. ff. de publ. iudic.* vbi exilium explicatur pro interdictione aquæ, & ignis, & *textus est in l. sed & si quis ff. si quis caut.* ibi *rei capitalis condemnatus, qui morte exilioue coercitus est*, ideòque cùm exilij nomen sit analogum, ex quo significat plura diuersæ rationis propriè, & minus propriè, & propriè significat deportationem, & vox analoga sit intelligenda per prius, & non posterius, consequenter appellatione illius deportatio comprehenditur, prout vox sanum intelligitur de sanitate homini inhærente, & non de medicina sana, ità edisserit, Alex. Rauden. *in tract. de analog. lib. 1. cap. 15. num.* 235. pene Fontanell. *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 4. à num. 98.* vbi inuehit contra Mastrill. *in dec. 38. num.* 10. aiens fuisse hallucinatum.

Præterea non fuit simpliciter reseruatus casus exilii, sed illud quod est sub pena corporali comprætensum per dictionem restrictiuam, quando Rex sibi reseruauit causas criminales, pro quibus venit imponenda pena corporalis, mortis videlicet, aut abscissionis membrorum, aut exilij, & casum eiectionis extra Ciuitatem non dici exilium, tradit Bal. *in l. data nu. 4. C. qui accus. non pos.* nec exilium simplex esse inter penas corporales scribunt, Clar. *in pract. crim. qu.* 32. Gramat. *dec.* 96. & *not.* 15. Sesse dec. Arag. 26.

3 Vlterius ad sedandas contentiones, quæ in Regno occasione prædicta oriebantur, sapientissimus Rex declarauit omnes casus, culpas, vel crimina, pro quibus pena mortis naturalis ciuilis, vel membri abscissio principaliter imponenda non venit, pertinere ad iurisdictionem ciuilem, vt in *prag. 2. de iurisd. inuic. non turb.* & in Regno non esse amplius de hoc dubitandum, probat de Marin. ad Reuerter. *obser.* 85. Beneuentum pragmatica locum habet inter Barones distinctas iurisdictiones habentes, sed non decidit quòd causæ infra relegationem sint ciuiles, cùm potiùs, & verè sint criminales, vt ex Carau. & *alijs* Reg. Marc. *disp. 64. nu.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli possunt prohiberi, ne colligant messem absque domini præsentia.*

2 *Sufficit congrua diei denunciatio, vt vassallus excusetur.*

DECISIO CXVII.

Decima si domino debetur de grano possunt vassalli prohiberi, ne colligant sine interuentu domini, vel alicuius pro eo, nisi excusentur ex præuia denunciatione, ei facta.

1 IN Sacro Consilio quotidie iudicamus, quòd † quando vassallus reddit decimam Baroni, possunt vassalli prohiberi, ne triturent, vel recolligant messem, & fruges absq; præsentia hominis per Baronem destinandi, ne ipse Baro aliqua quantitate ipsius decimæ fraudetur ex ijs, quæ (se consulente) fuisse decisum, dicit Iacob. *in tract. de operis, & operis, col. fin. ver. rursus quæro*, & ante ipsum, hoc idem sensit Spec. *in tit. de decimis, col. fin. vers. vlt. quæritur*, de quo non meminit Iac. & Paris. *in tract. de reinteg. feu. in c. pene, quod extat guerra, 1. col. fol.* 98. plenè Aluar. Velasc. *de iur. emphyt. q. 30. num.* 16.
2 *fol.* 284. verùm prouidemus, † quòd facta denunciatione temporis, vel diei Baroni, seu eius AErario, si non transmittit hominem prædictum Baro, quod ne messis, seu fruges amittantur, vel corrumpantur, liceat vassallis triturare, & colligere messem, & alios fructus, pro quibus forsan decima deberetur.

Et nouissimè iudicaui, Episcopum, qui erat in possessione exigendi decimam, posse apponere custodes pro eius interesse, in agro, vel area pro custodia frugum, etiam quòd debitor contradiceret, per tex. *in l. si ita. §. dominus proprietatis. ff. de vsu & habi.* vbi in specie Alber, qui per illum textum alia notabilia decidit. Freccia *in tractat. de subfeud. in 12. auther. in prin.* Foller *in c. Regni, item statuimus, quod prælati. fol. 71. n. 14. vers. quid si vassalli*, & ita seruandum non obstante quauis consuetudine in contrarium, fuit decisum per Rotam Auenio. *vt in dec.* 54. *petentibus fol.* 67. Idem tenet Pet. Greg. *de concess. feu. pa. 1 qu. 10. nu.* 10. Meminit de Alber. Capic. *in inuest. in versic. gabelles, ver. & it, qui in territorio, fol.* 115. qui etiam allegat Angel. loquentem secundùm eum in decima, de qua Ang. non loquitur: confert tamen eius decisio ad casum, de quo agitur, dicit enim, quòd vbicumque alicuius interest non colludi in causa, quantumcumque lis non agitetur cum eo, potest liti assistere pro suo interesse: hinc multoties consueuimus, quando lis est inter priuatos, & Regius fiscus in causa non habet interesse formatum; & dubitatur ex lite inter partes, aliquod interesse posse oriri fisco, non remittere causam ad Regiam Cameram iudicem inter fiscum, & partes, sed prouidere, quòd Aduocatus patrimonii possit assistere in causa in Sacro Consil. per decisionem Angeli, *vbi sup.* Accidit tamen casus, in quo erat lis inter partes in Sacro Consilio, & vendicabatur Comitatus virtute vnius priuilegii, & erat lis in Regia Camera inter fiscum, & alteram ex partibus prædictis, in qua etiam de viribus illius

illius priuilegij tractabatur, in qua, dum pro parte Regij fisci peteretur remissio ad Regiam Cameram, fuit eidem denegata, ex quo in causa, quæ pendebat in Sacro Consilio, nullum interesse habebat Regius fiscus, & sententia, quæ proferebatur in Sacro Consilio ipsum non afficiebat, dicebatur tamen Domino patrono Regij patrimonij, quòd poterat in Sacro Consilio assistere, si volebat; ipse magnopere contra dixit, dicebat enim quòd quando per tribunal, sic magnæ auctoritatis iudicaretur in fauore actoris, virtute illius priuilegij, quòd non poterat negari, quin ius fisci efficeretur deterius, & quòd ex assistentia in causa fiebat damnum Regio fisco, & propterea ex prædictis, & stante qualitate causæ, adiit Illustr. Proregem, à quo obtinuit, quòd causa tractaretur, iunctis tribunalibus Sacri Consilii, & Regiæ Cameræ, si tamen casus aliàs accideret, in quo fiscus haberet similem causam cum priuatis, posset de prædictis dubitari ex dictis per Capic. *in prædicta inuest. in prædicto verbo, gabellis, in vers. gabellarum lites.* post prædicta impressum, qui dicit vidisse iudicari litem inter priuatos per Camerarium, quando fiscus habere posset similes causas.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. ibi qui per illum tex. Adde Guid. Pap. *decis.* 286. Tiraq. *de retra. consang.* §. 1. *glo.* 7. *num.* 39. Flor. *in l. si quando.* §. 4. *numer.* 10. *C. vn. vi.* Ann. Sen. *in allegat.* 94. *numer.* 10. *part.* 2. *decis. Auen.* 54. Viui. *deci.* 4. *numer.* 37. & Mangrel. *ad Bart. in l. item illa ff. de const. pecu.* & in pulcro casu Cottam *in vers. fructus fol.* 281. Adde hic omnino Caball. *in resolutio. crimin. casu* 168. vbi in omnibus refert, & comprobat decis. istam.

De quibus rebus decima debetur; Vide omninò benè eruditum Camill. Borrell. *cons.* 20. qui multum eleganter loquitur.

Cuius expositionis decima asportari debet ad domum Baronis, vel Episcopi, Vide Maxill. *in consuet. Bari fol.* 46. *num.* 33. *in nouis*, & plura in materia congerit Prosper Pætra *huius decis. memor. in add. ad Capyc. decis.* 20. *an.* 2.

Decima zuchari non est soluenda in ramis, seu palmis, vel liquore, sed in zucharo, aliàs esset inutilis, vt fuit iudicatum in Rota Romana, refert Verall. *in decis.* ... Vide si conferant rationes positę per hunc Dominum *supra decis.* 114.

Et num. ibi Aduocatus patrimonii; Ad de Thes. *in decis.* 213. *post n.* 4. *vbi filius in addit.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Hi quibus debetur decima possunt ponere custodes, & prohibere, ne absque præsentia eorum quid fiat.*

2 *Tempore guerræ dominus directus potest custodire castrum sui vassalli.*

3 *Extractio victualium potest prohiberi non soluta prius decima.*

4 *Decima debetur de caulis, lupinis, palea, milio, vino, oleo, & omnibus fructibus superioribus, & inferioribus.*

5 *Dominus potest prohibere collectionem fructuum colono absque præsentia sui famuli.*

6 *Fiscus Regius, quando possit interuenire in causis.*

7 *Expenditur tex. in l. 2. C. quando, & quibus 4. par. lib. 10.*

8 *Famulus domini oculatior debet esse colono, & fidelis.*

AD hanc decis. adde Viuium, *decis.* 4. *latissimè n.* 37. *vsq. ad* 41. & ibi de pluribus quęst. tàm decimarum personalium, quàm realium, Bal. *in l. fin. C. de condic. inser.* Et ad primam partem huius decis. de destinatione custodis, & de prohibitione triturandi, Adde Ann. *sing. alleg.* 94. *à num.* 8.
1 vbi quòd † hi quibus debetur decima, possunt ponere custodes, & prohibere, ne absque eorum præ-
2 sentia quid fiat, & quòd † tempore guerræ dominus directus potest custodire castrum sui vassalli, & ita de-
3 cisum in Castro Ducis Andriæ, & ibi quòd potest † prohiberi extractio victualium non soluta decima
4 prius, & ibi plura quòd † decima debetur de caulis, lupinis, palea, milio, vino, oleo, & omnibus fructibus superioribus, & inferioribus; ad quæ vide infrà Præsiden-
5 tem *decis.* 124. Item † dominus prohibere potest collectionem colono absque præsentia sui famuli, & de multis casibus similibus, & concordantibus, Alex. *in l. diuortio* §. *fin ff. sol. mat.* & omninò Bonacos. 75. *q. nu.*
6 140. *in tract. de seruis, & famulis*. † Fiscus Regius quando possit interuenire in causis, vide hic. Et ad
7 istam decisionem adde tu omninò † tex. singularem *in l.* 2. *vers. naturale quippè sub aspectu curialium, C. quando, & quibus quarta pars, lib.* 10. qui secundùm Cottam *in memorabil. lib. suis verbo fructus communes, à colono partiario, alleg.* Alex. *in l. diuortio*, §. *si vol. fin.*
8 *vers. iuxta hoc, ff. sol. matrim.* † sed dicit, famulum oculatiorem partiario esse debere, & fidelem, ne succedat illud vulgatum Adagium: Quis custodes custodiet? Ad hanc decisionem 110. adde Petrum Gregorium *de concessione feudi p.* 1. *q.* 1. Valascum *de iure emphyt. q.* 30. De Laurentiis, *decisio Auenionis*, 54. Petrum Caballum *in lib. resolut. crim. casu* 168. De peccatis custodum, Nauar. *c.* 17. *in manuali*.

ADDITIO D. RICII.

DEcima si domino debetur de grano possunt vassalli prohiberi ne colligant sine interuentu Domini, vel alicuius pro eo, nisi excusentur ex præuia denunciatione ei facta, hoc dicit. Adde Aloy. de Leo *in auth. nunc si hæres n.* 4. *C. de litigios.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Præconium potest facere Baro, ne vasalli decimandi colligant fructus absque præsentia hominis per ipsum destinandi, & decisionem laudant Cancer. Caball. & alij.*

2 *Extenditur decisio, & declaratur tempus, per quod expectare debet dominus fructuum.*

3 *Fiscus pro interesse adoha, & releuij an possit petere remissionem causæ.*

1 SVffragatores ni fallor habet omnes pragmaticos D. meus pro Barone habente vasallos decimandos determinans, quòd possint vasalli prohiberi, ne recolligant messem, & fruges absque præsentia hominis per ipsum destinandi, ne Baro aliquà fraudetur quantitate, ex *Specul. in tit. de decim. col. fin. vltimo quæritur*; & ità pro validitate præconii facti per quemdam Baronem, quo interdicebatur vasallis, ne segetes ex fundis extraherent, nisi prius denunciatis collectoribus decimarum, quamuis vasalli semper ad libitum soliti essent segetes extrahere ex suis fundis, & ibi decimam relinquere, testatur obtinuisse Cancer. *lib.* 3. *var. cap.* 13. *de iur. castrer. n.* 372. ex præsenti decisione, quam laudat, & ex traditis per Ca-

Caball. resol. crim. cas. 169. Capiblanc. in tract. de Baron. prag. 11. num. 58.

2 Extenditur ad fauorem Curati, qui ad excludendas fraudes potest custodes apponere, vel prohiberi facere ne fructus ex agris auferantur, nisi soluta prius decima, vel quòd ipse aut eius nuncius sit præsens, vt aduertuit Couar. var. libr. 3. cap. 17. numero 8. Valasc. de iur. emphyt. quæstion. 30. number. 15. Monet. de decim. quæst. 6. number. 15. Barbos. iur. Ecclesiast. vniu tit. de decim. §. 1. num. 42. Thesaur. lib. 1. qu. foren. 9. per tot.

3 Quantum autem temporis teneatur dominus fructuum expectare decimarium, antequam ab agro extrahat messem, vel fruges monito decimatore, & in hac re D. meus num. 2. docet praxim prouidendi, quòd facta denunciatione temporis aut Baroni, siue eius ærario, si non transmittit hominem Baro, ne messis seu fruges amittantur, vel corrumpantur, liceat vasallis triturare, vel alios fructus colligere, & Thesaur. vbi sup. num. 2. dicit expectandum decimarium per duodecim horas, Fontanell. de pact. nupt. 1. claus. 4. glos. 19. num. 19 in qua re videndus Campanil. in diuersor. iur. Cãn. rubr. 12. cap. 13. numer. 160. Textus in cap. cum homines de decim. qui statuit decimam soluendam esse statim, ac recollecti sunt fructus, nempe quàmcitiùs, quòd si decimandus non curaret illos colligere, vel metere segetes, & messes triturare, teneatur nihilominus soluere postquam tempus aliquod præterijt.

3 Quæritur: An fiscus si tractat de interesse futuro ratione adohæ vel releuij possit se opponere, & petere remissionem ad Regiam Cameram, & posse assistere tantùm, decisum traditur post num. 2. & D. meum referunt, & sequuntur Caball. resol. crim. cas. 168. centur. 1. ex num. 6. Fontanell. decis. 557. per tot. vbi firmat admittendam esse fisci oppositionem ad adiuuandum vnum ad victoriam, quando ipse habet aliquod interesse, licet non formatum, sed ex eo solo quòd dubitatur ex lite inter partes aliquod interesse posse oriri, conuenit quòd de fideicommissarijs etiam ante tempus se opponentibus, quòd sint admittendi pro suo interesse Castill. quotid. tom. 6. c. 157. & de legatar. ij quorum interest testamentum sustineri, vt possint se opponere ad defendendum testamentum l. si suspecta, ff. de inoff. testam. Et si lis sit inter priuatos, si fiscus sit creditor vnius potest se opponere pro suo interesse, & liti assistere, nam etiam priuatus id facere potest. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 6. nu. 47. Et quamuis fideicommissarium vel alium sententia non afficiat si non fuisset citatus, & non fuisset auditus, attamen non potest negari quin ex sententia tribunalis tã magnæ authoritatis Neapolitani Senatus inferatur notabile damnum, vt ex D. meo obseruat idem Fontanella vbi sup.

Difficultas remanet, an possit petere remissionem causæ ad Regiam Cameram, quia cùm Fiscus habet interesse in aliqua causa attrahit eam ad suum forum ex Capic. decis. 199. Mastrill. de magistr. lib. 3. ca. 4. n. 12. & videtur tenere Fontanell. vbi sup. Sed de hoc articulo dicetur Obs. 132.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta confecta per Notarios vassallos, fidem non faciunt.*
2 *Capitulum Regni, Ladislaus, declaratur.*
3 *Ex proemio statuti, arguitur mens statuentis.*
4 *Differentia inter instrumenta, & obligationes, & num. 10.*
5 *Instrumenta, de iure communi non habent exequutionem paratam.*
6 *Lex si minor vigintiquinque annis ff. de min. limitatur multis modis, remissiuè.*
7 *Obligationes factæ penes acta de iure communi, exequutionem paratam habent.*
8 *Citatio in his obligationibus non est necessaria.*
9 *Practica dictarum obligationum exequutioni traditur.*

DECISIO CXVIII.

Capitulum regni irritans instrumenta recepta pro, vel contra Baronem, non obtinet in Actuarijs Curiæ.

1 PER capitulum Regni, quòd incipit, Ladislaus, non sine ratione prouisum est, † quòd instrumenta confecta per Notarios vassallos pro Barone, aliquam fidem non faciant, quod recipit interpretationem, etiamsi apparerent facta contra Baronem, ita Afflict. in constit. Regni in locis demanij. col. 5. versic. sed mihi occurrit. Dubitatum fuit in Sacro Consilio, an Capitulum prædictum procedat in obligatione facta per Notarium vassallum, Actuarium apud Acta Curiæ in fauorem Baronis, qui idem officium alijs locauerat, & denegabant soluere;
2 & videbatur, quòd sic, † cùm procedat ratio eiusdem capituli, nihilominus ad relationem Magnę Curię fuit per Sacrum Consilium decisum contrarium, ex quo capitulum prædictum loquitur in instrumentis, & alijs scripturis in publicam formam redigendis, inter quas non sunt obligationes, quę fiunt apud acta Curiæ, ergo ad eas non extenditur capitulum. l. si vero. §. de viro. ff.
3 solut. mat. Item † ex proœmio arguitur mens statuentium. l. fin. de hæred. instit. cum concor. sed ex proœmio illius capituli apparet, quod mens Regis fuit prouidere circa scripturas faciẽdas per Notarios, vt Notarios, super quibus erant factæ constitutiones Regni, ergo non extenditur ad scripturas per eos faciendas, quæ citra officium Notarij fieri possunt; † magna est enim
4 differentia inter instrumenta, & obsignationes, quæ
5 fiunt apud acta, † instrumenta enim, de iure communi, non habent exequutionem paratam. l. si minor. vigintiquinque annis, cui fideicommissum. ff. de minor. quem tex. exclamant Ang. & Imo. in l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. Ias. in §. item si quis, col. 4. instit. de actio.
6 † & nouissimè reassumit regulam, & limitationes ad illum tex. Cotta in memorialib. in ver. instrumenta publica. & quamuis per Ritum Magnæ Curiæ Vicariæ certis solemnitatibus seruatis, pro quantitate contenta in instrumento liquido, fiat exequutio contra debitorem realiter, & personaliter, circumscripto
7 ordine iudiciario, † nihilominus necesse est, quòd principalis citetur, obligationes verò factæ penes acta, ex iuris communis dispositione, & Ritus Magnæ Curiæ 128. item seruat ipsa Curia, quòd quandocumque calore iudicij, ob confessionem partis, habent exequutionem paratam. l. cum pro quo ff. de in ius vocan. vbi Alex. idem tenet, And. in cap. sancimus col. pen. ver. & si hac obligatio, quo tempo. mil. vbi Afflict. in &. col. vers. in contrarium, & iterum idem Afflict. in dec. 30. & in dec. 387. cum concord. congestis per Reuerendissimum Episcopum Nicoteræ ad Andr. vbi supra, &
8 per Thes. in dec. 26. n. 33. ver. huius effectus, † Nec pro eius obligationis accusatione aliqua citatio est necessaria, quoniam pro ipsius obligationis exequutione instatur apud acta eiusdem Curiæ, in qua confecta est,
9 † vt est hodie cõmunis obseruantia, imò quando creditor, vel alia legitima persona comparet, & accusat pœnam statim expediuntur litteræ exequutoriales realiter, & personaliter contra debitorem licet si esset facta in actis alterius Curiæ, expediretur citatio ad dicẽdam causam, quare Afflict. in constit. baiulus si furem, primo notab. 2. q. & licet ibi dicat, quòd requiratur citatio, quando est facta penes acta eiusdem Curiæ, tamen loquitur, quando quis se obligauit aliquem præsentare, non autem in debitore, qui se obligauit ad solu-

solutionem. Si igitur ex prædictis maxima est differentia inter instrumenta, & obligationes, statuta in instrumentis, non extenduntur ad obligationes, & postquam non conueniunt verba capituli obligationibus, eius dispositio conuenire non debet. *l.4.§.toties.*
10 *ff.de dam.infe.* † nec est eadem ratio, obligationes enim fiunt penes acta, vel iudice præsente, vel mandante, vt declarat Afflict *in d.c.sanctmus, in locis prædictis*, licet hodie, non seruari, & malè secundùm eum exclamet. *in Constit. Magni Camerarij, in 12. notab.* ponit Carau. *in ritu prædicto vers. quæro cum n.12. instrumenta autē non sic fiunt.* Item & si eadem est ratio, quia sumus in correctorijs, cùm de iure communi non repetiatur hæc distinctio sit, vel non sit Notarius vassallus, ideò non est facienda extensio, & hæc tanto fortius procedebant in casu, de quo agebatur, vbi isti Actuarij non negabant exercuisse officium, sed ex friuolis causis petebant remissionem mercedis. Die 18. Augusti 1575. Et dum Magnificus Mattius dello Verme esset obligatus virtute publici instrumenti confecti per notarium vassallum Magnifico Marco de Afflicto, quãuis non dubitaretur de veritate instrumenti, nihilominus cùm esset citatus iuxta formam Ritus, noluit liquidare instrumentum, & si Magna Curia decreuisset esse procedendum ad liquidationem, quia hoc instrumentum non erat hoc instrumentũ bene tamen diximus esse procedendum summariè, attento quòd instrumētũ aliàs erat stipulatũ per Procuratorē, & hoc erat instrumentum alias ratificationis. Die 16. Iunii 1580. penes secretarium. Multa ad materiam ponit Carau. *vbi sup.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.1. *& in addi. posita post decis. 2. pa. secundum primam impressionem de anno* 1588. Vide omninò Frecc. *in tract. de præs. instr p.2.nu.3.* Ann. Sen. *in sing.44.* & Tart. *in prax. rer. ciui. c.1. nu.40.* qui videtur contradicere de Iudice Roberto *in prax. liquid. instr. consid. 1. n. 17.* Mart. *in voto 186.* An c. regni hic alleg. procedat, & locum habeat instrumento dotis confecto in fauorem Baronis, idem Mart. latissimè *in voto 188. qui affirmatiuè respondit.*

Et an c. prædictum procedat, & extendatur in instrumento confecto in fauorem Domini Affictatoris alicuius Terræ, Ciuitatis cum iurisdictione ciuili, & criminali, ac mero, & mixto imperio, dixi in facto, quod sic, tum quia militat eadem ratio de qua *in d.c. ratione timoris*, ob iurisdictionem ciuilem, & criminalem, tum ex rubrica illius, quæ dicit de non conficiendo instrumenta per Tabelliones subditos, nempè ratione iurisdictionis prædictæ, & sentit Mart. *in d.voto 186. col. fin.*

In eodem num. ibi quod recipit interpretationem; Adde Camp. *in d. hic allegato nu.8.* qui sequitur Afflic. per hunc Dominum allegatum, & ita vidi consultum vna vice, postea verò vidi consultum contrarium, per Doctissimum Iurisconsultum Aquilinum in quibusdam allegationib. ad pennam pro Nicolao Francisco de Abenante.

An dispositio *d. cap procedat in testamentis*, & codicillis; Vide Annam Modern. *in addit. ad d. singul. 244.* concludentem quòd non.

Et in puncto principali alleg. decis. istam, & Galte. *in praxi instr. fo.23. n. 18.* & Ep. Minoren. *in ver. instr. ver. 13.*

Numer. 3. Adde Rom. *cons. 16. numer 4.* vbi Horat. Mandos. *in addit. lit. B.* & latissimè Men. *de præs. lib. 6. cap. 2.*

Num. 5. & seq. Adde Carauitam *in ritu 166. nu. 31. decis. Perus. 23. n. 32.* Viuium *decis. 517. n. 2.*

Nu. 7. ibi nihilominus; Adde Carau. *vbi supra n. 10.*

In eodem numer. ibi obligationes verò; Adde Vrsi. *in dec. Afflict. 387 hic alleg. num. 3.* Muscat. *de fideiuss. modo 5. num. 4.* Thesaur. qui hunc locum alleg. *decis. 26. n. 13.* Borrell. ad Beilug. *in Spec. Princip. f. 103. a ter.*

Num. 9. ibi licet [illegible] dicat Vide Muscat. *vbi sup. nu. 3. & seq.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum confectum à Notario vassallo, non prodest, nec nocet Baroni, secus in testamentis, & codicillis.*
2 *Instrumenta de iure communi paratam exequutionem non habent, & quid si iuramenti religione sint munita.*
3 *Iuramentum tanta est virtutis, vt per illud quis præcisè ad factum cogi possit, etiamsi contineat turpitudinem ex parte recipientis.*
4 *Iuramentum ligat hæredes quo ad obseruantiam, licet non quo ad pœnam criminalem, sed ciuiliter.*
5 *Ampliatur in omni contractu iudiciali.*
6 *Instrumenta facta in iuditio exequutionem paratam habent, etiam de iure communi, & etiamsi essent sine causa.*
7 *Instrumenta quando dicantur in iudicio, & penes acta.*

1 AD hanc decis. 118. adde Annam *sing 244. instrumento*, vbi † quòd instrumentum tale confectum à Notario vassallo non prodest, nec nocet Baroni; & quòd non noceat, dicit esse decisum, & quod non procedit in testamentis, & codicillis, nota. Ad num. 73. ad obligationes penes acta, & cet. adde Præsidentem *infr. decis. 480. nu. 7.* vbi idem, & ibi dico quid si obligatio est facta sine causa.
2 Ad num. 5. † quòd instrumenta de iure communi paratam exequutionem non habent, dic non esse verum, si instrumenta iuramenti religione sunt munita, cùm eo casu paratam exequutionē statim ex iuramento nāciscantur, etsi contrarium velit Bald. *in l. si duo patroni, §. si iurauerit, ff. de iureiur. & in l.1. n.5. C. de reb. cred.* vbi Ang. & Rom. *num. 13.* & quidem alij communem hanc, & receptam sententiam ex professo confitentur, Suarez *lib. recept. sent. in nu. 332.* Viuius *lib. commun. opin. verb. iuramentum iudiciale, n. 5.* Turrecrem. *cons. 92. n. 3. vol. 2.* qui multos allegat. Decius *cons. 17 nu. 7.* Surdus *cons. 173. n. 3. vo. 2.* Marsil. *sing. 256.* Ias. *qui communem etiam in §. item si quis postulante, inst. de actio.* Seraph. *de priuilegijs iuramenti priuilegio 77.* & Gut-
3 tier. *de contract. iuratis, c. 62.* quia iuramentum tantæ virtutis est, quòd per illud quis præcisè ad factum cogi potest, etiamsi contineat turpitudinem ex parte recipientis, Afflic. *decis. 163.* & Ozascus *decis. 92. n. 17.*
4 vbi latissime. & † ligat hæredes quo ad obseruantiam licet non quo ad pœnam criminalem, sed ciuiliter. Afflict. *vbi addentes decis. 381.* Capic. 174. & de Franchis, *decis. supra 83.* & Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 15. num. 12. & 14.* Ozasc. us 40. & 41. Menoch. *cons. 24.* Andreas Gail *lib. obseru. 1. obseruat. 37.* & Borgnin. *decis. 14. n. 28.* Ad numerum 5. Adde Suarez. *lib. receptarum sent. verbo, instrumentum*, & Thesaurum *decis. Pedemont. 76. n. 1.* Cottam *in Memorabilibus in verbo instrumentum.* Ad n. 7. Adde Scaciam *in sua practica, c. 62 n. 2.* vbi idem. & allegat Afflic. & hunc Præsidentem, & dicit esse communem ex doctrina Curt. iun. *in*
5 *l. tale pactum, § qui prouocauit, n. 27. ff. de pac* Et ampliat hoc in omni contractu iudiciali, quod est mirandũ allegat communem ex Alex. *in l. à Diuo Pio, n. 73. ff. de re iudicata*, & dictum textum *in allegat. §. qui prouo-*
6 *cauit.* Ad hunc numerum 7. quod † instrumenta facta in iudicio exequutionem paratam habeant etiam de Iure Communi, adde eundem Authorem *decis. 100 n. 22.* & Carauit. *Ritu 127. n. 3. & Ritu 128. nu. 1.* etiamsi
7 essent sine causa, † & quando dicantur in iudicio, & penes acta, Carolus de Grassis Panormitanus *in tractatu de exception. in præludio, n. 2. & seq.*

ADDITIO D. RICII.

Capitulum regni irritans instrumenta recepta pro, vel contra Baronem non obtinet in actuarijs Curiæ, hoc dicit. Adde Ann. *sing.* 244. & vide Nouarium *in praxi elect. fori qu.* 53. *sectione prima*. Capiblanc. *in pragmat.* 1. *de Baronib. nu.* 221. & ante eos Frece. *de præsentat. Instrum. p.* 1. *in princip. vers. dicitur autem instrumentum sub num.* 19. *&* 2. *p. in princip. dicit ita fuisse obtentum in contradictorio iudicio sub numer.* 3. Tapia *in constit. priuilegia nu.* 4. Galter. *in pract. crim. instrum. rubr.* 2. *nu.* 18. & vide *nostram collectaneam* 614. Laurent. *in tract. de iudic. suspecto c.* 8. *nu.* 36. & statutum, quod notarij subditi non possint instrumenta dominorum conficere, de quibus subditis sit intelligendum, vide Mart. *dict. decis.* 186.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Obligationem posse recipi in fauorem Baronis per actuarium vassallum concludit decisio quæ oppugnatur per Nouar. de Marin. & alios.*
2 *Instrumenta non possunt confici contra Baronem per Notarium vassallum reiecto Molfes.*
3 *Notarius vassallus non potest instrumentum stipulari pro affictatore loci in quo inconstans est Reg. de Marin.*
4 *Obligationes penes acta num sint recipiendæ iudice præsente.*

1 Anti iudicaturę plures irrumpunt decisionē, quæ primò examinat, an valida sit obligatio in fauorem Baronis recepta per actuarium vassallum, & D. meus affirmatiue testatur decisum in S.C. reddit rationem, quia ex proæmio Regiæ Sanctionis Cap. Regni quod incipit *non sine prudentis* apparet quòd mens Regis nostri fuit prouidere circa scripturas faciendas per Notarios vti Notarios, ergo extendi non potest ad scripturas per Notarios faciendas, quæ citta officium Notarij fieri possunt Contrarium autem decisum referunt in S.C. Gallupp. *in sua praxi p.* 2. *c.* 22. *nu.* 10. Nouar. *lib.* 1. *q.* For. 256. *nu.* 11. Thor. *in compen. par.* 2. *ver. obligationes penes acta*, & latè probat Reg. de Marin. *lib.* 2. *resolut.* 149. Et in fine ita iudicatum tradit in S. C. 30. Ianuarij 1646.

2 Instrumenta per Notarios vasallos confecta contra Baronem nec probare asseruit D. meus in principio, & quamuis aliter tenet Molfes. *in consuet.* Neap. *p.* 10. *de instr. confect. tom.* 2. *q.* 12. *nu.* 7. Vbi inquit quòd ita iudicaret, quia cesset timor Baronis consideratus in *ca. Ladislai Regis*, nihilominus iuxta primā opinionem concludit Reg. de Marin. ad Reuert. *obs.* 386. *numer.* 4. *& lib.* 1. *resol.* 280. *num.* 1. *& lib.* 1. *resol.* 149. *numer.* 1.

3 Quid si Notarius vassallus conficiat instrumentum in fauorem conductoris iurisdictionis loci in quo est subditus, Viscont. dicit *c. Regni* procedere in dicto casu, & quamuis id non admittat de Marin. *obs.* 1. *resol.* 180. *num.* 3. Ex quo non sit eadem timoris ratio in conductore, qui ad certum tempus dominio præest sicut in Barone perpetuo domino, ego iuxta ingenij mei imbecillitatem sequor primam opinionem ex traditis per Nouar. *lib.* 2. *q.* For. 45. *nu.* 8. vbi addit quòd sicut per Regni iura prohibitum est Baronibus suarum Vniuersitatum gabellas, & defensas conducere, ita, & affictatoribus, & Nouarium refert, & sequitur idem de Marin. ad Reuert. *obs.* 386. *nu.* 2.

4 Obligationes penes acta recipiendas esse iudice presente vel mandante docet D. meus *num.* 10. quamuis aliud seruetur de consuetudine, sed malè tradit Afflict. *in constit. Magni Camerarij num.* 14. Vbi dicit ipsum semel exclamasse obligationem quamdam iudicialiter stipulatam non valere, quia in ea, & per eam non constabat interuenisse iudicis præsentiam seù mandatum: sequitur Marant. *in prax. p.* 6. *art.* 10. *num.* 19. Vrsill. ad Afflict. *dec.* 3. *num.* 8. & singulariter Borrell. *cons.* 38. *à nu.* 9. vbi tenet debere constare de iudicis præsentia, & mandato de Marin. *li.* 2. *resol.* 149. *n.* 5. quidquid tradat Scacc. *de iudic. lib.* 1. *c.* 62. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur filiæ, in bonis patris, etiamsi à marito dotetur.*
2 *Mulieri nobili nuptæ ignobili, censetur à viro dos in compensatione nobilitatis constituta.*
3 *Pro paragio agitur contra tertium possessorem.*
4 *Renunciati, cum iuramento obstat exceptio iurata renunciationis.*
5 *Metus reuerentialis, & enormis læsio, causam præbent rescissionis contractus.*
6 *Enormissima læsio sola sufficit ad reuocandam renunciationem, & an iuramento vallatam etiam si renunciatio patri facta esset. num. seq.*
8 *Onus probandi minorem ætatem spectat ad allegantem.*
9 *Dispositio ætatis per aspectum, fallax est.*
10 *Testibus coniunctis de ætate deponentibus credendum est.*
11 *Ex viri præsentia, cessat omnis metus.*
12 *In eo, qui donat, læsio non consideratur.*
13 *Sorores renunciant sæpè, vt fratrum familia conseruetur.*
14 *Text. in cap. quamuis, de pactis, in* 9. *loquitur de dolo ex proposito.*
15 *Longa temporis taciturnitas, prohibet in integrum restitutionem.*
16 *An in casu rescissa renunciationis possessor, ex causa ipsius possit à renunciante conueniri.*
17 *Debitor hæreditatis, si id ignorans soluerit venditori, emptori obstabit exceptio.*
18 *Debitor ignorans mandatum fuisse reuocatum si procuratori soluat, liberatur.*
19 *Contractu rescisso, cessat fructuum petitio, & restitutio.*
20 *Fructuum restitutio non venit in materia l.* 2. *de rescinden. vendit.*
21 *In paragij cessione Regius assensus non est necessarius.*
22 *Pro paragii consecutione, duæ competunt actiones.*
23 *Hypothecaria durat, donec satisfiat.*
24 *Hypothecaria licet non oriatur sine personali, postea tamen potest ab illa separari.*

DECISIO CXIX.

Soror dotata à marito non prohibetur petere legitimam in bonis paternis, de quibus non fuit dotata, etiamsi cum iuramento renunciauerit.

1 SI † soror nuptui traditur, & maritus ei dotē constituat, non per hoc prohibetur petere legitimam in bonis paternis, de quibus non fuit dotata, maximè si ei fuerit dos constituta propter eius pulchritudinem, vel nobilitatem, ita in spe-

çie, in materia *Confti. Regni* declarat Andr. *in Confti. in aliquibus colum.9. ver. per hoc patet*, de quo meminit. Neapod. in *Consuetu. si qua mulier in ver. de bonis, col. penult. ver. item si modicam*, & per Afflict. *in 5. nota. in 9. quest.* & in materia Consuetudinis Ciuitatis Neapolis, tenet Neapod. *in Consuetud. si moriatur,*
2 *in gl. in verb paragium, vers. sed quid si frater*, † videtur enim mulier nobilis, quando ignobilem virum ducit, recipere dotem in compensationem, seu renunciationem nobilitatis, exemplo eius, quod dicit *glos. in l. si voluntate. C. de dot. promiss.* cui in ead. quæst allegat concord. Tiraqu. *in tract. de nobilitate. c. 18. nu. 19. vers. hinc fit. fo. 45.* & idem Tiraquell. *in tract. de l. connubialibus, l. quinta, versic. ex nostris, folio 41. & in l. 6. vers. ex illis fit. fol. 50.* & Didac. *in cap. 3. secunda par. relect. §. 3.* & propterea Berta nobilis, quæ contraxit matrimonium cum Sempronio, non sic nobili, dicebat; omni iure ei deberi legitimam in bonis paternis, postquam de eis non erat dotata, & ad dicti paragij solutionem debebat condemnari filius primogenitus eius frater, & frater secundo genitus, ad quem ex cessione, vt infra, medietas paragij sui peruenit, & pro quantitate prædicta paragij, Berta ipsa dicebat esse immitendam in possessionem quorūdam feudalium bo-
3 norum, iure hypothecæ, † quæ per tertium possidebantur, contra quem possessorem posse agi, dicit Andr. *in constitut. in aliquib.* de quo meminit Neapod. *in glo. in vers. de bonis, in Consuet. si qua mulier.* & Afflict. *ibi, & in decis. 172.* pulchre Freec *in secunda auctorit. in 3. casu, in verbo, taxa autem fol. 171. à tergo.*

Sed contra eam dicebatur tempore dictæ dotis constitutæ in anno 1539. de mense Iulij, dict. Bertam renunciasse amplissimis verbis paragium, seu legitimam auię, & fratribus, motam ex diligentia auiæ in prædictis, & ex paupertate fratrum, cuius etiam renunciationis virtute, frater secundo genitus consecutus fuit ducatos quingentos pro eius rata à possessore bonorum
4 prædictorum feudalium. † vnde dicebatur, obstante exceptione renunciationis cum iuramento, ad renunciata amplius actionem aliquam non habere. *l. queritur, § si venditor. ff. de edil. edict. l. si quis in conscribendo, cum ibi notat. C. de pact.* Hanc renunciationem impugnabat Berta, allegādo ipsam fuisse minorem annorum duodecim, tempore, quo ipsam fecit, quod probare dicebatur ex multorum testium depositionibus, qui deponunt, eam tempore contracti matrimonij fuisse
5 annor. 11. in 12. & cum minori ætate † Dicebat etiam concurrere metum reuerentialē Hyppolitæ eius auiæ, ac fratrum maiorum. Insuperque enormissimam læsionem, cùm ex bonis paternis nihil habuerit, quæ duo nouissima, etiam minori ætate circumscripta, dant causam rescissionis contractus Dec. *in l. pactum, quod dotali, col. 4. ver. sed prima opinio, C. de colla. cum concor.* quæ congerit Aym. *consil. 11. tria colum. 4. versic.*
6 *hac tamen. volum.* † Imò sola enormissima læsio sufficeret, etiam quando cum iuramento fuisset facta renunciatio, quia re ipsa, & sic dolo, videtur, decepta ex ijs, quæ Petr. de Ancha. *in regula accessorium, & in c. 1. de const.* de quibus meminit Decius, vbi dicit hanc opinionem esse communem, *in consil. 203. ut vera re-*
7 *solutio. colum. 2. ver. & ad hoc bene facit*, † & plenè *per totum, in consil. 180. visa renunciatione, vol. 1.* quæ etiam procederent, si renunciatio esset facta patri, vel fratri maiori, Soc. plenè *in cons. 263. capio primum. 2. & 3. col. vo. 1.* qua circumuenta præsumitur, & nouissimè dicebatur, renunciationem factam fuisse ex falsa causa, quia asseritur in ea, fuisse motam ad donandum fratribus contemplatione industriæ positæ per eius auiam, vt eam nuptui traderet, procurata dote ducatorum quinque mille cuius contrarium deponunt testes, dicentes contemplatione pulchritudinis, & nobilitatis, fuisse à viro dotatam, iuxta terminos *d. l. si voluntate*, cum quibus etiam accedebat, quia dotes à viro donatæ, ob creditorum concursum in bonis patris viri, sunt litigiosæ: vnde ex iis dicebatur, stante minori ætate Bertæ, reuerentia auita, & fraterna, enormi læsione, quia ex bonis paternis nihil habuit, falsa causa, & dotibus litigiosis, omnino debere obtinere.

Pro parte conuentorum, dicebatur, cessionem, seu renunciationem, validam esse, & secundùm eam esse iudicandum, non obstantibus contra eam oppositis, &
8 respectu minoris ætatis dicebatur, † onus probandi minorem ætatem, spectare ad allegantem, ex iis quæ Bart. *in l. de etate, col. 8. versicul. sumus expediti. ff. de minorib.* & Sal. *in l. si minorem, per illum text. C. de in integr. restitut.* allegat multa Bursatus *in cons. 75. in princ.* latè Menoch. *in tract. de presump. lib. 2. presump. 50. n. 18. fol. 42.* & actricem non esse in probatis depo-
9 nunt enim testes prædicti eorum iudicio, † & sic videntur per aspectum deponere, quod fallax est, vt per Sal. *in d. l. si minorem*. Dicebatur etiam, aliquos ex testib. examinatis ad instantiam eiusdem Bertę, deponere eorum iudicio dictam Bertam tempore matrimonii contracti, fuisse annorum 12. in 13. & sic maiorem, & cum depositione istorum non concordare duos testes, sororem scilicet Bertæ, & patruum deponentes, tem-
10 pore matrimonii contracti, hanc fuisse annorum 14. † & in materia ætatis, credendum est testib. coniunctis, vt Bartol. dicit *in d. l. etate, colu. 3. versic. venio ad secundam, in fi.* & tanto magis, quia testes hoc deponentes, sunt consanguinei vtriusque, imò in proximiori gradu actrici: pro quo etiam ponderabatur, quod instrumento cessionis, seu renunciationis, Notarius non asseruit eam minorem, nec maiorem, prout in hoc Regno communiter fit quando de minori ætate contrahentium dubitatur, & vltimo dicebatur, matrimonium fuisse conclusum, capitula matrimonialia subscripta, & stipulata, de mense Iulii 1548. renunciationem autem dicebatur fuisse factam de mense Iulii 1539. & sic per annum integrum post matrimonium conclusum. vnde quamuis testes, pro eius parte ponderati, verum dicerent, eam tempore contracti matrimonii, fuisse annorum 11. in 12. nihilominus facta renunciatione post annum, necessario infertur Bertam prædictam tempore renunciationis, fuisse maiorem, & sic validè contraxisse, vltra quòd etsi pubes esset, per auth. sacramenta puberum quia cum iuramento facta fuit renunciatio, similiter procederet. & ex iis, pretensa contra renunciationem, ex causa minoris ætatis, dicebatur esse sublata, minus dicebatur obstare pretensus metus
11 reuerentialis auiæ, & fratrum, ex pluribus. † Et primò quia hæc renunciatio erat facta cum viri consensu quo casu dicebatur, quòd cessabat omnis metus, ex iis, quæ in materia metus, quoniam in præsentia consanguineorum contrahitur, dicit tex. vbi Bart. & cæteri, *in l. transactionem, C. de transactio.* Secundò dicebatur non esse probatam, tantam reuerentiam erga auiam, & fratres, & Bar. *in l. 1. § quæ oneranda ff. quarum rerum*, loquitur de metu reuerentiali paterno; imò soror istius examinata, dicit, Bertam tanquam in monasterio educatam, fuisse personam liberam, & bene sciuisse facta sua, tempore, quo nupsit. Tertiò dicebatur, quòd ætas fratrum non erat tanta, ex qua oriretur reuerentia sorori erga fratres, quia si ipsa erat annorum 12. fratrum alter erat annorum 13. & alter annorum 14. & renunciatio, seu cessio fit, ipsis fratribus absentib. stipulantibus pro eis Notario, & auia: vnde videbatur, quod cessent omnes rationes metus, tum quia, vt dixi, loquuntur Doctores in patre, & fratre maiore, tum quia adest præsentia viri in renunciatione, & fortius fit in absentia fratrum, quibus absentibus omnis metus cessat: vnde sublato hoc metu reuerentiali, dicebatur non obstare, quod de læsione, re ipsa, dicebatur, quia vltra quòd opinio Petri de Anch. relata per Decium, *vbi supra*, habeat contradictores, ita vt Decius dicat *in consil. 182. satis notabili, in principio*, quòd non potest iudicari, quę sit communis opinio, nihilominus prætendebatur, quòd quando vera esset, procederet quando non haberemus intentionem

renun-

renunciantis,quod verè vult donare ei,in cuius beneficium cedit, vel renunciat, quia hoc casu prædicta non procedunt: in eo enim quod donat,læsio nō consideratur *l.1.ff.de donati.* quemadmodum in transactione est tex. *in l.cum donationis*, *vbi omnes C.de transact.*& hoc etiam voluit Decius *in dict.cons.*180. dum respondet fundamentis factis contra mulierem, *col.fi. ver.& primo nec obstat*,& ante eum Franc. de Aretio,*in l.qui superstitis,col.7.vers.sed ista dicta.ff.de acqu. hered.*ex mente. Bart.*in cons.* 59. clarè concludit in donatione, etiam in magna quantitate, quem re ipsa,non posse dici deceptum, nisi dolo ex proposito, & ibi concludit, etiam filiam minorem renunciantem non posse venire contra donationem, seu renunciationem, de quo dicto Aret. meminit Beltran. *cons.*248.*col.* 4. *ver. etiam non*
12 *obstat*, vbi optimè,*vol.*1. Dicebatur, etiam,quòd † in donatione est pro ratione voluntas, & vltra prædictos prætendebatur, quòd idem copiosissimè consuluerit Soc. iunior,*in cons.*97.*prima præsentis,vol.*2.quòd autem fuerit determinata intentio Bertę absolutè,fratrib. donandi paragium ei competens super bonis paternis, & maternis, dicebatur apparere manifestissimè, quia dum in capitulis matrimonialibus esset conuentum inter virum, & auiam quod renunciatio fieret auiæ,& in eius beneficium, deinde in instrumento renunciationis fuit facta fratrib. tantùm considerata industria,qua vsa fuit auia,vt ei constituta per virum maxima dote,nuptui traderetur, ac contemplata modica fratrum facul-
13 tate, solent † enim vt plurimum, sorores, vt fratrum familia conseruetur has renunciationes facere, vt dicit Soc. *in d. cons.*67.*n.*17.*ver.& maximè* ex quo dicebatur, apparere veram fuisse depositionem sororis dict. Bertę, licet singularis esset, dum deponit, Bertam noluisse renunciare in beneficium auiæ, nec sororis, sed in beneficium fratrum, pro quorum commoditate,virum non ita nobilem acceperat, & pro ducatis mille renunciatis precepit ducatos quinq; mille: vnde ex ijs prætendebatur, hunc casum esse extra terminos, *cap.*
14 *quamuis*, † *de pact. in* 6. quod loquitur in dolo ex proposito, & extra opinionem Anch. & aliorum loquentium quando aliquo dato de bonis paternis, vel maternis, fit renunciatio, quia hic, quamuis mulier sciret, de bonis paternis, & maternis, paragium competere, liberè illud remisit, & relaxauit fratribus, consideratis, industria auiæ, & fratrum paupertate, vnde in aliquo dicebatur, non posse dici deceptam.

Item dicebatur, quòd & si re vera, ipsa posset dici minor, & lęsa in hac donatione, quæ stante iuramento valida fuit, vt communiter conclusum est, post glo. per Docto. *in auth. sacramenta puberum*, & ei competeret aduersus prędicta in integrum restitutio, † ni-
15 hilominus, stante tanti temporis taciturnitate, etiam post tot filiorum natiuitatem, elapsisq; tot quadriennijs, restitutio prædicta esset ei deneganda, ita in specie prædictis consideratis, arguit Socin iun. *in dic. consil.* 67.*col.*8. *vers.quod etiam suadetur,n.*43. vbi etiam dicit, *col.*12.*vers.& maximè.n.*57.ex mente Decij, *cons.* 232. *dura admodum.col.*2. *vers.accedit etiam*,ex taciturnitate tanti temporis esse inductam ratificationem donationis, ex quo etiam dicebatur tolli id, quod dicebatur, in anno 1546.Bertam protestatam fuisse contra dictam donationem, de qua protestatione non est habenda ratio,quia non notificata, & facta post ius fratribus quæsitum nec etiā de ea debet haberi ratio, quia post prædictam reuocationem, seu protestationem, tacuit per alios annos 23. agendo postea contra tertios possessores. Nec dicebatur, esse faciendam vim in ijs, quę vltimo loco dicebantur, de falsa assertione, & de dotibus litigiosis, quia contrarium dicebatur esse verum,cùm in capitulis asseratur fuisse dotatam propter nobilitatem, renunciationemque promissam, ex defectu facultatum, & dotes omnes iam habuit, & habet, nec causis prædictis contradicit alia ratio pulchritudinis.

His sic discussis, quæstio dubia reddebatur,quia negari non poterat, enormissimè, imò in totum, hanc mulierem esse lęsam.item,quòd quamuis non esset minor erat tamen puella simplex, & insuper dicebatur, quia ipsa renunciauerat cum consensu viri, qui in capitulis matrimonialibus promiserat renunciationem, quia forsan molestari potuisset ad interesse, quando vxor non renunciasset, & in renunciatione dicebatur, nullo modo apparere quòd voluisset hæc mulier donare, quo casu limitatur conclusio communis,quam plenè prosequitur Franciscus Bursa. *in d. cons.*75. *Visa licet adesset verbum, renunciare.* Ex aduerso considerabatur longinquitas, & taciturnitas temporis, acquiescentia, & qualitas mulieris, quæ erat, vt dicebatur, virago, & fratrum paupertas, modicæ quantitatis, remissio, & maxima dotis cōstitutio procurata,& propterea non aliter deciso hoc principali articulo, dictum fuit, † esse procedendum ad solutionem difficultatis, si
16 in casu rescissę donationis, seu renūciationis prędictę possessor, qui fuerat in iudicio conuentus per vnum ex fratribus, virtute dictæ cessionis, vel renunciationis, & obtinuerat iam super bonis feudalib. & tertius prædictus, vt sententiæ pareret,soluit huic cessionario paragium, posset molestari à Berta cedente super feudis, quia Berta anhelabat contra Tertium, cū frater, & nepos essent pauperes,& sic forsan, ex huius puncti decisione, non esset necessaria dictæ quæstionis decisio, & dicebatur hoc posse decidi ex tex.l. fin.ff. de transactio.
17 qua cautum, & pronisum est, quòd si debitor hæreditatis, post venditionem hæreditatis, alicui factam, quod ipse debitor ignorauit, soluerit venditori, obstabit emptori exceptio transacti negotij, quod optimè declarat post Bart. & Paul. de Castr. Iason. *ibi*, & Iacobi. Quemadmodum igitur prodest ibi debitori hæreditario ignorantia, ad finem, vt teneatur emptori: ita e contra debet esse in casu, de quo agitur in quo solutio est facta cessionario, cui in instrumento cessionis, in actis præsentatę, est data facultas comparendi in iudicio, pro consequutione paragij iurib. dict. Bertę, vti quietare, & facere omnia, quia ipsa Berta posset, tam in iudicio, quā extra, quod cessionarius vigore cessionis prædictæ egit, obtinuit, & facta eidem solutione quietauit tertium possessorem, quòd si dicto cessionario, etiam sententia iudicis præcedente soluit, non est in aliqua culpa, & liberatus erit, ex ijs, quæ in fortioribus terminis decidit Iureconsultus *in l. cum quis,§.primo.ff.de solut.* & post gloss. & antiquos concludunt repetentes *in l. falsus procurator. C.de furtis*
18 qui concludunt, † quòd si mandatum procuratoris esset reuocatum, & debitor de reuocatione notitiam non habuit, debitor, bona fide ei soluens, erit liberatus, quanto igitur dicebatur esse, magis idem dicendū in casu, de quo agebatur,in quo præsentata fide cessionis in processu, quæ ex sui facie erat omni solemnitate vallata, possessor mediante sententia diffinitiua, fuit condemnatus in anno 1552. & pro exequutione sententiæ literæ exequutoriales expeditæ. Ad idem tex.in l. si cum emptore. ff. de pact. fortius dictum fuit dici posse, hanc Bertam in dolo fuisse versatam, post quam in anno 1546. fecit protestationem super rescissione donationis prædictæ,& hoc tempore bona hypothecata, erant penes tertium conuentum, cui si denunciata fuisset protestatio prædicta nullo modo soluisset, vel saltem sub fideiussione soluisset, vnde eius dolus non debet sibi patrocinari, ad quod deseruiunt verba Bart. *in l. fideiussor obligari*, *vers. & puto. ff. de solu.* Nec obstat, quod dicebatur, ad præsens rescindi dictam cessionem, in quo fuit data facultas cessionario, hoc paragium consequendi,& per consequens, pristino iure licere huic mulieri agere, quia hæc rescissio fit ex capite læsionis. & in hoc casu non habet oculos retro,
19 sed rescinditur, prout ex nunc, † & propterea etiam malè petitur solutio fructuum, seu interesse paragij, regula est enim, quòd quoniam cōtractus rescinditur, non habet locum petitio, nec restitutio fructuum, secun-

secundùm Cassane. *in consuetud. Burgund. rubr. §. duodecimo, versic sed in causa, in quo sit rescissio num.* 37. & post alios, in materia. *l. secunda. C. de rescind. venditio.* per quam contractus rescinditur, prout ex tunc, cumulat Arius Pinelus, *in repetitio. l. prædicta, capitu-*
20 *lo quarto*, ad quem me remitto. † vnde aliàs (me referente) decisum fuit, in materia dict. l. secundæ, non venire restitutionem fructuum, licet ab hac decisione sit reclamatum, nec adhuc expedita reclamatio, & de nouo vidi Io. Guttierez Hispanum *in pract. quæst. in quæst.* 134. *lib.* 2. vbi plenè hanc explicat quæstionem, & in quæst. sequen. & quamuis, vltimo loco, diceretur in cessione, seu renunciatione facta per Bertam eius paragij, non interuenisse regium assensum, & sic non esse translata iura, ad feudum competentia pro paragio, & propterea tertium possessorem male soluisse, dictum fuit, hanc quæstionem magnam habere difficultatem, † quia priscis temporib. reperitur decisum, hac cessione paragij, etiam pro ipsius consequutione, non esse necessarium Regium assensum, quia actio personalis ceditur, & in ipsius executione, in subditum deuenitur ad exequutionem in feudo, licet de hac decisione valde dubitetur, & ad præsens pendeat questio, in cuius deci-
22 sione reseruo scribenda quæ dicentur: † nihilominus, hac responsione circumscripta, dicebatur Bertæ, pro consequutione huius paragij, duas competijsse actiones, personalem scilicet, & hypothecariam, vel in rem scriptam, vtranq; cessam fuisse eius fratribus, quorum vnus egit contra tertium possessorem, & obtinuit, etiã in hypothecaria, si tertius possessor soluit cessionario, in quem vtilis actio personalis tantùm translata est,
23 omnis obligatio est extincta, ex regula, quòd solutione eius, quod debetur, omnis actio etiam hypothecaria, tollitur, cuius natura est, vt duret donec debitum, sit solutum, vel aliter satisfactum, & non amplius, *l. gregem, §. etiam. ff. de pigno. glo. in l. cum quis, §. fin. vbi etiam* Bar *ff. de sol.* Negusan. *in tracta. pigno. in primo membr. 5. par. n. 67. vers. bene etiam facit, in magnis fo.*
24 34. licet enim à principio, † actio hypothecaria nõ oriatur sine personali, tamen postquam orta est, potest vna ab alia diuidi, secundùm Bartol. *in l. fideiussor obligari. ff. de fideius.* quam opinionẽ dicit communem Fulgos. in l. si pignori. vbi glos. ff. famil. ercíscun. & est dictum supra *in decisio. 80. num. 17. versic nec etiam obstat*, vbi etiam de nouo fuit allegata authoritas Roland. à Val. & Anton. Gomez. & hoc etiam tenet Aret. *in l. Pomp. §. si in princip. ff. de acquir. possess.* prout dicebatur accidisse in casu, de quo agebatur, imò ex mente *glo. in dicta l. ff. de transact.* Bartol. *in dict. l. fideiussor*, dicit, quòd si is, qui cessit iura, exegerit iura prædicta cessa, tenetur restituere cessionario, qui post cessionem, dolo versatus est in exigendo, vnde ex prædictis videtur dicendum, quòd quando essent condemnandi fratres ad restitutionem per eos exactorum, non possent condemnati tertij possessores; actione hypothecaria, nec ipsi fratres ad aliquod interesse, & predicta etiam dicebatur procedere respectu portionis paragij cessi fratri maiori, qui vendendo feuda ante denunciationem aliquam q. si. v. l emptori tactã, transtulit in emptorem dictam medietatem paragij cessam, & sic fuit lata sententia, die 29. Nouembr. 1585. in fauorem tertij possessoris, & quo ad petitam condemnationem in actione personali contra fratres, & nepotes, melior deliberatio reseruata, qua explicata; ponetur quomodo fuerit iudicatum. fuit explicata die 26. Octob. 1584. in fauorem Iuliæ Galiotæ, cum hæredibus Io. Loysij, & Fabij Galeotæ, Milono actuario.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Ias. *in l. de alimentis n. 7. C. de transactio.* Capriol. *de successio fol.* 168. *n.* 439. Henric. *in suis com. opin. conclus.* 218. *lib.* 3. sequitur Surd. *in tract. de dote ac paragio q. 12. vlt. addit.*

Vide si conferunt scripta per Ascan. Clem. de Patria potesta. *effect.* 11. *num.* 13. & Gabr. *in consil.* 253. 1. *col.*

Num. 4. Adde Afflict. *in decis.* 220 *in fin.*

In eodem num. ibi hanc renunciationem, & num. 6. & seq. Vide Vrsill. *in decis. Afflict. 322. maximè n. 7.* & Exuberantem Doctorem Franc. Bursat. *consil. 249. nu. 63. volum. 3. vbi omnino.*

Num. 5. Vide omnino Suarez *in alleg.* 24. Menoch. *de arbitr. iud. casu* 136. Anna Sen. *alleg.* 113. *p.* 3. multa per Bursat. *consil.* 72. *à numer.* 10 *cum seq. volu.* 1. Episcop. Minorensi. *in ver. metus. fol.* 157. *qui hunc locum alleg.*

Et quando metus illatus præsumitur; Vide omnino Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 3. c. p.* 126.

Num. 8. Adde Ioseph Ludou. *in suis com. opin. concl.* 14. *illatione* 124. *fol.* 34. post Cauaic. *de tutore, & curatore à n. 1. cum seq. volu.* 2. Episcop. Minorensi. qui hunc locum alleg. *in ver. ætas par. 2 fol.* 10. & idem faciunt D. Ann. Modern. *in consil. 29. nu. 5.* & Menoch. *de præsumpt. lib. 2. cap. 50. n.* 18.

Vide in pulchro in casu Carau. *in Ritu* 233. *n.* 5.

Et quando dolus præsumatur ex immodica læsione iuxta dicta *hic num.* 6. Vide Gama. *decis. 66. num. 2. &* 198. *n.* 2.

Num. 25. Adde Videndum Oddum Sfortiam Iurisconsultum non vulgaris eruditionis *in suo solemni tract. de restit. in integrum. fol...*

Num. 19. Vide si conferunt scripta per Afflict. *decis.* 278. *ad fin.*

Num. 20. Adde hunc Dominum *in decis.* 486. Dom. Reg. de Ponte *consil.* 28. *num.* 6. 7. & nouissimè Dom. Annam Reg. Consiliar. *consil.* 24. *num.* 1. 2. qui hanc decis. allegant, Magon. *in decis. Florent. 24. ad fi.* Suar. *in suis commun. opin. lit. F. num.* 353. & Octauium Simonc. *in tract. de decret. lib 3. fol.* 108. *num. 14. omnino* Anton. de Gama *decis. 94. &* 310. *nu.* 56. & quid si adest enormissima læsio; Vide omninò Gama. *in d. decis. 94. num.* 3. corroborat, & sequitur D. Garsia Mastrill. *in decis. 32. n. 4. 5.* vbi alleg. aliquos, per me hic allegatos.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Dotata à marito, an possit petere legitimam paternam.*
2 *Pro Paragio an agi possit contra tertium possessorem.*
3 *Soror in capillo, primogenitam renunciantem in successione feudi paterni excludit.*
4 *Soluens procuratori creditoris reuocato, dum reuocationis notitiam non habet, liberatur.*
5 *Cautela pro creditoribus.*
6 *Quibus modis mandatum reuocetur, & reuocatum intelligatur.*

1 AD hanc decis. † an dotata à marito, possit petere Legitimam paternam, adde Affl ct. *decis.* 61. *& in Constit. In aliquibus, numer. 27. aliqua per* Campeg. *in c. Regni, Mulier. dotarium, & per* Minodaum
2 *in Constitutione Regni, In aliquibus bene*, & an † pro Paragio agi possit contra tertium possessorem, Afflict. *decis.* 162. & Gram. *decis. 90. & latissimè de his, & alijs quæstionibus.* Vrsil. *decis.* 178. Ad numerum septi-
3 mum, & 13. adde, quòd † soror in capillo excludit primogenitam renunciantem in successione feudi paterni, vt dicit consiliarius Anna, *consil. 8. incip. Filius*, sed doctissimus à Ponte Regens contrarium concludit optimis suo more iuribus, *consil.* 10. *incip. Ex facto in casu suo pro primogenita. Sed in consil.* 43. concurrit cum Anna, & cum eo Motor. *responso 7. volum.* 1. Ad num. 17. adde, quod idem tenet pro decisione *l. final ff. de transact.* Borgnin. Caualcan. *decis. Feuizan. 42. numer. 81. in tit. De Contract. par. 2.* Arisminus *in tract. de Var. iur. sentent. lib....* Viu tit. *de solut. colu.. . versic. si debitor*, qui de hoc numero me-

minit

minit huius decision. & de dictis in sequen. num. 81. ad
4 istud † quòd soluens creditoris procuratori reuocato, dum reuocationis notitiam non habet, quòd est li-
5 beratus. Adde tu, † quòd Cautela creditoris est, quòd per actum iudiciarium, siue extra iudicium fiat protestatio debitoribus, quòd non soluant tali procu-
6 ratori. Ita practicatur, & † quibus modis mandatum reuocetur, & intelligatur reuocatum Carauita, & de Bottis, ad leg. si cum Cornelius. ff. de solut. vbi ponit infinitos casus, omninò videndos, & Præsidentem infra decis. 490. ad quam dico, & dec. 497. omninò vide, quia ibi plura circa reuocationem procuratoris, & ipsius reuocationis notificationem. Et de dictis in hoc num. 18. vide Afflictum in loco superius citato, qui de eo meminit. Ad hoc dictum propterea adde infra decis. 495. & 496. Ad numerum 20. adde infra decis. 496. & quando multi vocantur fratres, qui non sunt fratres, nec amici, Vrsillus decis. 25. num. 3. & hodie hoc maximè verum est.

ADDITIO D. RICII.

Soror dotata à marito non prohibetur petere legitimam in bonis paternis, de quibus non fuit dotata, etiam si cum iuramento renunciauerit, hoc dicit, scias, quòd soror non aliter dotata de bonis paternis debet habere in eius bonis vnicam dotationem, & eam sufficere Georg. allegat. 30. à Pont. in tract. de potestat. pro reg. § 9. in princip. num. 6. Molfes. in comment. ad consuetud. Neap. p. 4. quæst. 29. nu. 17. idem à Pont. consil. 50. num. 26. vol. 2. & quid si fuerit dotata à fratre, & in assignatione dotis promittat plus non petere, sed esse illa dote contentam, an impediatur petere supplementum legitimæ, vide Gram. decis. 101. num. 50. Vrsill. decis. 169. Fusc. in sing. 98. litera L. & soror, quæ fuit dotata à patre, vel à fratre de bonis paternis, quæ renunciauit omnibus bonis, & successionibus etiam feudalibus ipsis, & eorum hæredibus, & successoribus mortuo fratre, nullo hærede existente, admittitur ad successionem feudi non obstante renunciatione ipsa Loffred. in paraph. feud. ca. 1. de natur. success. feudi colum. 3. & seq. Lanar. cons. 60.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Actio hypothecaria non competit pro paragio, & reconsentur obiurgantes D. Præsidem.*
2 *Quid de actione in rem scripta, & taxatur Rouitus.*
3 *Læsio an locum habeat in renunciatione.*
4 *Rescissio ex causa læsionis quando habeat oculos retro.*
5 *Actio pro paragio super feudo an possit cedi fine assensu, & Montanus arguit contra D. Præsidem, qui defenditur.*

1 Illæsus à censuris non pertransit D. meus in hac decisione in materia paragij, & læsionis, nam primo asserit pro consequutione paragij competere actionem hypothecariam, vt numer. 3. & laudat Andr. in constit. in aliquibus, & Afflict. ibi. & in dec. 172. & Frecc. de subfeud. in 2. auth. cas. 3. & in hoc asserto obiurgatur nuncupatim à Castill. in dec. 90. num. 39. ex eo quòd Doctores allegati contrarium decidunt, scilicet non competere hypothecariam, & firmant Reg. Tap. dec. S. C. 48. prag. Rouit. in prag. 24. de feud. num 64. D. Prat. discept. 48. lib. 1. nu. 24. Barbat. de assist. glos. 12. num. 41. Merlin. de pignor. li. 3. quæst. 97. num. 2. quidquid sentiunt Rota Florent. apud Monach. dec. 21. & Senatus Mantuæ apud Manen. dec. 48. num. 130. vbi secus de iure esse aduertit, vt de Pont. cons. 50. li. 2.

2 An competat actio in rem scripta videndum succedit, & annuit D. meus nu. 22. quòd admittitur quando non adsunt alia bona hæredis, in quibus possit esse consultum, ita vt tertius possessor teneatur in subsidiū condemnato prius hærede, & facta discussione bonorum paternorum audito tertio possessore, Theod. alleg. 7. nu. 7. & pleno calamo Pratus vbi sup. & in subsidium competit actio contra tertium possessorem siue ex titulo lucratiuo, siue oneroso, etiam quòd possessor non probaretur particeps fraudis, prout probat, & decisum in Rota Rom. pluries refert Merlin. vbi sup. nu. 13. quidquid velit Rouitus vbi sup. num. 67. nam in hoc casu non est necessarium requisitum de fraude tertij, prout est in actione reuocatoria, & Rouitus loquitur contra decisionem per ipsum relatam, quæ actio in rem scripta competit super fructibus feudi, & non insolidum, sed pro rata habita ratione ad omnia corpora, tàm feudalia, quam burgensatica in patris hæreditate remansa, Rouit. in prag. 25. de feud. num. 6. Tap. dec. 48. Gallup. in method. feud. par. 3. cap. 5. n. 62. de Marin. ad Reuert. obser. 91. nu. 2.

3 In articulo rescissionis renunciationis ex causa læsionis communis distinctio est, quòd si mulier renuncians sit læsa vltra dimidium, vel patum plus non possit agere ad rescissionem renunciationis, nec absolutionem à iuramento petere, Couar. in cap. quamuis pactum p. 3. cap. 4. nu. 3. glos. Bar. & alij quos refert, & sequitur Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 12 num. 126. Gabr. comm. conclus. 1. lib. 3. Moun. de pact. nupt. lib. 3. q. 46. & 93. D. Staib. resol. 28. & in obser. ibid. secus si læsio sit enormissima, vt D. meus nu. 5. Molin. vbi sup. nu. 96. nu. 18. & Iudices non debent esse faciles ad rescissionem, cum ex more regionis vbique fiant in tabulis nuptialibus, ex vi cuius consuetudinis non solet considerari læsio, Fontanell. de pact. nupt. claus. glos. vnic. p. 1. num. 35. & seq. Amat. var. resol. ca. 23. num. 25. par. 1. Staib. vbi sup. num. 39. & præsertim si mulier facta maior post decennium tacuerit non erit audienda amplius sub prætextu læsionis vltra dimidium, Soc. Iun. cons. 67. vol. 2. Fontanell. num. 31. secus si læsio esset enormissima, quia tunc actio præscribitur per 30. annos, vt firmant Doctores allegati; Et quando mater nunquam venit aduersus renunciationem, nec filius venire posit, Cancer. var. tom. 3. cap. 2 num. 205. D. Rocch. respons. 76. tom. 1. per text. in l. ea, quæ à patre, C. de restit. milit.

4 Rescissio ex causa læsionis non habet oculos retro iuxta D. meum, vnde soror cùm paternis bonis nihilo accepto renunciasset fuit iudicata valida ipso iure renunciatio, & propterea decisum est tertium possessorem cessionarium fratrum, quibus fuerat facta renunciatio non posse molestari, quia & si propter enormissimam læsionem potuisset soror prætendere rescissionem renunciationis, quod tamen remansit indecisum num. 11. rescissio tamen non habet oculos retro, nec poterat operari contra tertium, cui medio tempore fuerat ius quæsitum, & comprobat Mastrill. dec. 40. verùm ipse intelligo procedere quando agendum esset, ex l. 2. C. de rescind. vendit. quo casu renunciatio fuit valida ipso iure, & huiusmodi læsio vltra dimidiam est, quæ habet oculos retro, nam oportet agere pro rescissione actione personali, ex d. l. 2. nec potest agi contra tertium, nisi in subsidium, sed quando læsio est enormissima tunc renunciatio est nulla, & pariter contractus, in quo adfuit hæc læsio est ipso iure nullus, & potest agi contra tertium, ità Montaner. in add. ad Ozb. de act. par. 2. lib. 1. cap. 7 num. 2. Hieron. de Laurent. dec. 97. nu. 5. Peteier. dec. Luūt. 15. num. 3. Castil. tom.

tom.7.contrauc.18.n.96. Fontanell. *decis.65.* vbi quod potest agi rei vendicatione, & primæuis actionibus ac si nullus initus fuisset contractus.

5 Denique videndum; An actio pro paraglo super
feudo cedi possit sine assensu, & D. meus *n.* 19. ait pri-
scis temporibus fuisse decisum affirmatiue, quia actio
cessa est personalis, sed Montan. *in repert. Imperia.*
n.143.& duob. seqq. contrarium tenet, quòd sit neces-
sarius assensus in cessione translatiua paragij super feu-
dis, & explodit rationem ex aduerso adductam ex eo,
quòd non sit actio simpliciter personalis, sed actio in
rem scripta, quæ sequitur quemcumque feudi posses-
sorem, & ad petendum feudum ex causa obligationis,
poterit nihilominus de hac opinione Montani hæsita-
ri, nam d. actio competit super fructibus feudi ad con-
sequendam simplicem tenutam, non autem potuit agi
pro alienatione feudi, vt probat de Marin. ad Reuert.
vbi sup. & est tenuta simplex, & allodialis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non impedit executionem in decretis Magnæ Curiæ affirmatiuis.*
2 *Sententia lata in iudicio assistentiæ fit appretium, & consignatio bonorum obligatorum creditori, pro concurrenti summa, & postea appellans auditur.*
3 *Assistentiam super bonis debitoris consueuere peritiores aduocati olim petere, etiam ad finem vendendi.*
4 *Appellatio in omnibus casibus admittitur, vbi non reperitur expresse prohibitum.*
5 *Appellatio, cum sit species defensionis, nemini denegari debet.*
6 *Pragmatica Regni, incipiens, assistentiam, & appretium, habet locum, quando tractatur iudicium assistentiæ, cum adiudicatione facienda creditori, non autem ad finem vendendi, & transferendi dominium bonorum obligatorum in alium.*
7 *Læsio in 6. toleratur per Sacrum Consilium, quando venditio fit subhasta.*
8 *Reus si vincit in causa appellationis, non habet actionem contra emptorem ad relaxationem rei venditæ, virtute sententiæ, sed tantummodo condictionem, ad pretium contra victum.*
9 *Victus in causa appellationis rem sibi adiudicatam primo loco restituit, vna cum legitimis accessionibus.*
10 *Auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imp. offer. habet locum etiam in sententijs inferiorum, quæ ex forma statuti, executioni demandantur.*
11 *Interesse, an & quando debeatur per victum, qui restituere debet pretium victori in causa appellationis, reuocatis sententijs Sacri Consilij.*

DECISIO CXX.

Ritus magnæ curiæ, quod à decreto ipsius non appelletur, quando & quibus casibus locum habeat.

INter alios Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, adest
Ritus, quòd a decreto ipsius Curiæ non appella-
1 tur, † qui Ritus recepit postea interpretationem
in decretis affirmatiuis, & in iudicio assistentiæ
intelligitur per pragmaticam Regis Ferdinandi primi
ad finem, vt non impediatur executio per appellatio-
nem, non autem, quòd appellatio non admittatur, quia
executione facta, appellans prosequitur appellationem
2 ita declarat Afflict. in *decis.* 261. † & executio, virtu-
te pragmaticæ prædictæ semper fuit seruata, & hodie
seruatur, quia lata sententia in assistentia, fit appretium
& consignatio bonorum obligatorum creditori, pro
concurrenti summa eius crediti, vt prosequitur idem
Afflict. *in decis.* 187. *&* 188. & postea appellans audi-
3 tur. † Deinde censuere peritiores Aduocati, tempo-
ribus non longè elapsis, petere assistentiam super bo-
nis debitoris, non solùm ad finem, vt pro concurrenti
summa fiat eis adiudicatio bonorum prædictorum iux-
ta terminos pragmaticæ prædictæ, sed etiam ad finem,
vt eis liceat vendere bona prædicta iuxta terminos. *l.*
fin. vers. sancimus. C. de iure dom. impetra. & seruata
forma clausularum, quæ quotidie apponuntur in in-
strumentis, in quibus vltra expressam obligationem
bonorum, quam debitores faciunt, datur facultas cre-
ditoribus, capere pro eorum creditis, bona debitorum,
illaque vendi facere, pro eorum satisfactione, & sic
stantibus clausulis prædictis indistinctè fuerunt prola-
tæ sententiæ prædictæ surda aure, præstita cautione in
forma, fuerunt virtute dictæ pragmaticæ, debitæ exe-
cutioni demandatæ, cumq; tractaretur in aula Sacri
Consilij, vbi residet D. Io. Felix Scalaleo Regius Con-
siliarius, idem Dominus dubitabat contra petentem
executionem sententiæ latæ super assistentia ad finem
vendendi, & dicebat, pragmaticam prædictam loqui
quoniam erat petita assistentia cum appretio, vt dicit
pragmatica, quæ incipit, assistentiam, & pretium, &
pragmatica sequens, & sic quòd pragmaticæ prædictæ
dicebant intelligi in casibus. & in terminis, in quibus
4 loquuntur, non autem vltra extendi, † cùm de iu-
re in omni causa appellatur, & ab omnibus grauamini-
bus, vbi non reperitur expressè prohibitum, iuxta
gl. in l. qui restituere, in gl. si in fin. ff. de rei vend. plura
5 ponit Phil. Franch. *in rub. de appel. col. fin. in fi.* † ap-
pellatio enim est species defensionis, quæ nemini dene-
gari debet. *c. cum speciale porrò, de appell.* similiter re-
gula est de iure clara, appellatione pendente nihil esse
innouandum, imò innouata, esse in pristinum redu-
cenda, *toto tit.* nihil innouari, appellatione pendente,
vbi Bart. plenè, idem Philip. *in c. consuluit, il secondo,*
6 *& in c. bona, de app.* † si igitur pragmatica prædicta
est contra, seu præter iuris communis regulas, intelli-
genda est in casu, in quo loquitur, & sic, quando tra-
ctatur iudicium assistentiæ, cum adiudicatione facien-
da creditori, non autem quando tractatur ad finem
vendendi, & transferendi dominium bonorum obli-
gatorum in alium, & hæc opinio, vltra quod de iure
procedat, est fundata rationibus, si .n. fit adiudicatio
creditori, fiet pro iusto appretio, appretiando per tabu-
larios Neapolitanos, iuxta formam consuetam Sa-
7 cri Consilij: † si autem fiet venditio subhasta, res
exequuta consignabitur emptori, qui viliori pretio
emit, & saltem lucrabitur sextam partem pretij, in
qua Sacrum Consilium admittit læsionem, quando
venditio fiet subhasta, ex decis. Bart. *in l. si societatem.*
§. arbitrorum, colum. 5. ff. pro soc. versic. quæro, quæ
dicatur, & Curt. *in l. pen. col. 2. vbi vnum verbum C.*
de pact.
8 Item, † quod est fortius, quia facta venditione vir-
tute sententiæ prædictæ, si postea in appellatione reus
vincit, non datur ei actio contra legitimum empto-
rem, ad relaxationem rei, sed tantummodo, condictio
ad pretium contra dictum, Bald. *in authen. si qui iurat*
colum. fi. versiculo, sed quid si fuit processum, C. de bon.
aut. iudic. poss. non enim debet tanta solemnitas vitiari,
& tolli, ita in propria materia dicit Alber. *in l. falcimus,*
versic. aut erat tutus. ff. ex qui. caus. in possess. ea, vbi
eam dicit dari actionem ad pretium non ad rem, quan-
do emptor est tutus, aliqua exceptione, quod cessat,
existente, titulo adiudicationis penes eundem acto-
9 rem, † quia rem adiudicatam victus in causa appella-
tionis restituet, vnam cum legitimis accessionibus,
iuxta terminos *authen. quæ supplicatio, C. de precibus*
10 *Imper. offeren.* † quæ quamuis loquatur in sententijs
præfectorum prætorio, habentium executionem para-
tã, ex iuris communis dispositione, ex qualitate iudica-
tium, multo magis procederet in sententijs inferiorum,
quæ ex forma statuti, executioni demandantur, con-
tra iuris communis regulas, & hanc differentiam in-
ter adiudicationem creditori factam, & venditio-
nem extraneo factam, facit Specula. *in titul. de*

decre-

decre.§.non dicamus 9.vol. versic. sed quæ est diff. fol. 181. Insuper, & si in causa appellationis restituet pretium, est maxima difficultas, an teneatur ad interesse,
11 † quod, reuocatis sententijs Sacri Consilij non damus indistinctè, sed tantummodo vbi videmus, ex pecunia recepta commoditatem percepisse victorem, & propter hanc perceptionem, nullum periculum potuisse subire, vt puta, quia suos introitus alienatos redemisset, quia emptio prædicta staret ipsius victoris damno, etiam dubitatum fuit, quòd non teneretur ad solutionem interesse, cùm etsi petijsset, emptio cederet ipsius emptoris damno, ex ijs, quæ pulchrè ponit Fulgos. *in l.indebiti, §.1.col.fi. vers.vlt. quare contra gloss. ff. de cond.indeb.* nec emptionem ipsam, vincens in causa reclamationis, pro pecunia recipere teneretur, & propterea, vt retulere mihi illi domini de illa aula, fuit interpositum decretum, quòd sententia Magnæ Curiæ mandaretur executioni, ad finem adiudicandi tantum, & non vendendi, istam decisio. posui quamuis non interfuerim, quia hodie, indistinctè sententiæ prædictæ mandabantur executioni, & postea, ipsis reuocatis, mille oriebantur difficultates super recuperatione soluti, virtute sententiarum prædictarum.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde ad hanc decis. Muscatell. *in Prax. S.C. in finali glosa num.110.cum seq.fol.131. & in tract. de fideiussor.modo* 18. & Rouitum *in pragm. hic allegata num.*1.

Sub num.3. ibi præstita cautione in forma, supple de restituendo in casu retractationis secundùm Afflict. *decis.261.nu.1.* & Muscatell. *vbi supra, & supra decis. 86.post num.2.*

Statutumq. in terminis huius decis. exequitur quoad sortem principalem tantùm, secundùm Ann. Sen. *in singul.494.* qui ait sic obseruari, & Rouitum *vbi sup.n.2*

Conueniunt scripta per Couarr. *in tract.4. pract. c. 23.sub nu.8.vers.idem erit* Bero.*q.91.post nu.4.* Vrsill. *in decis.* Afflict.*269. post num.1.* Carauita *in Ritu* 258. *post nu.5.& infra decis.288.nu.2.*

Num.7. ibi S.C. supple, *& infra decis.224.nu.2.* D.de Ponte *de Potest. Prore. fol.183.* & ita magis communiter tenetur secundùm Aym. *cons.29.nu.* 4. & Pinell. *in d.l.fol.299.nu.25. in paruis.*

Num.10. Vide Ann.iun. *col.529.*

Num.11. Vide omnino D.de Ponte *in tract. de Potest Proregis fol.135.à num.27.vsque ad 32.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non impedit in iudicio assistendi exequutionem.*
2 *Actor iure assistendi contra plures, debet dicere, vnica solutione contentus, & quare.*
3 *Quæ requirantur in iudicio assistendi.*
4 *Assistentia an concedatur super bonis futuris.*
5 *Exceptio melior ationum opposita ante sententiam, impedit illius exequutionem in assistendi iudicio, secus si post sententiam.*
6 *Actor, & reus, si sunt exteri, & tentatur assistentia super re in aliquo loco sita, an debeat causa remitti ad iudicem domicilij rei, & quid, si adsit eius procurator.*
7 *Æstimatio, siue appretium, qualiter fiat per subbastationes, vel appretiatores.*
8 *Adiudicatio quid sit & quæ vera dicatur adiudicatio.*
9 *Hypothecaria qualiter intentetur.*
10 *Capitulum Regni Conuentus procedit etiam in repetita per hypothecariam actionem.*
11 *Subhastatio quando fit candela accensa, & delæsione dicitur per secundum creditorem, vel debitorem, iterum est facienda.*
12 *De sententia assistentiæ, eius exequutione, & alijs remissiuè.*
13 *Et cautio de iure an sit præstanda.*
14 *Appretium factum ad instantiam vnius creditoris, fit iterum ad instantiam aliorum creditorum interesse prætendentium.*
15 *In venditione subbasta consideratur læsio in sexta.*
16 *Interesse an debeatur in condictione indebiti.*
17 *Assistentia an petatur ad effectum vendendi.*
18 *Præsens decisio declaratur.*
19 *Assistentia habet exequutionem paratam respectu sortis principalis, & non interesse.*
20 *Prima assistentiæ sententia habet exequutionem paratam, similiter, & secunda reuocans primam.*
21 *Nullitas an impediat sententiæ assistentiæ exequutionem.*
22 *Quid obseruetur in fructibus medio tempore perceptis*

1 AD istam decis. † quòd appellatio non impedit in iudicio assistendi exequutionem,
2 *vide infra decis.136.& decis.112.* Item † adde, quòd actor iure assistendi contra plures, debet dicere vnica solutione contentus, & quare,
3 vide *infra dec.305.vol.2.* & quæ † requirantur in iu-
4 dicio assistendi circa probationes, † & an assistentia concedatur super bonis futuris, *supra dec.80.num.15.*
5 86. *n.6.101.n.22.* & quod † exceptio meliorationum opposita ante sententiam, impediat illius exequutionem in assistentia, secus si post sententiam. Præsid. de
6 Franchis *dec.112.* An † autem si actor, & reus sunt exteri, & tentatur assistentia super re in aliquo loco sita, debeat causa remitti ad iudicem domicilij rei, & quòd si adest procurator rei, nota *infra decis.177* Ad num.3.
7 vide † qualiter fiat æstimatio, siue appretium per subhastationes, vel appretiatores, *supra Præsid. decis. 38.*
8 *& iterum decis.14 num.7.* & quid sit † Adiudicatio, & quod est iudicis datio, & dominij translatio, & quòd illa dicitur vera, & formiter, quando præcedit ap-
9 pretium: Anna *Allegat.104.num 4. & seq.* † Qualiter intentetur hypothecaria, dic, quid peritiores in Regno dicunt, quid petatur possessio rei detinendæ loco pignoris, & hypothecæ, tenendo eam donec satisfiat. *Ita*
10 *infra decis.464.num.2. & 3.* & vbi quid † capitulum Regni Conuentus, procedit etiam in re perita hypothecaria actione: *vide supra decis.80. num.15.* & Ca-
11 pic. *decis.* 81. Quod autem † quando fit subbastatio candela accensa, si adest læsio, & de ea dicitur per secundum creditorem, vel debitorem, quòd iterum fit facienda, in practica dicit obseruandum Tartaglius, in *Pract.Ciuili, cap.final.numer.6.* vbi etiã dictum fuit
12 de læsione. † De sententia assistentiæ, eius exequutione, & alijs, omnino videndus Muscatellus *in Practica Ciuili Sacri Consilij, parte 7.glos.in verbo, Condemnando num.110. vers. septimus erit. vsque ad nu.*
13 *116.latissimè.* & † dicunt de iure cautionem non præ-
14 standam. Nota in casu † sententiæ in assistentia cum facultate vendendi, etiam quòd appretium factum ad instantiam vnius creditoris fiat iterum ad instantiam aliorum creditorum interesse prætendentium Vrsill.
15 *decisio. 187. in fine.* † Ad numerum 7. vide omninò Præsidentem *infra, decis.224.num.2.* vbi quòd læsio in sexta consideratur in venditione subhasta. Ad numerum 11. *vide infra decis.319. in fine,* vbi facit mentionem de hac decis. & dicit Author ad hanc decis. face-
16 re dicta Fulgosij ibidem allegati in materia † An interesse, debeatur in condictione indebiti, cum distinctione, vt hic in assistentia, vide eum. Adde quòd Contrarium dicit decisum hic author, *infra decis. 464. nu.*
17 *2. & supra decis.80.num.15.* quod † etiam ad effectum
18 vendendi assistentia petatur, cogita. † Sed posset dici, prout realiter hic loquitur Præsidens, quòd hæc decisio loquitur respectu paratæ exequutionis, quod in adiudicatione tantùm procedat, cùm res illa haberi possit à manu creditoris, non sic, si fuerit vendita res,
19 super qua assistentia præstatur, & ita etiam † respectu

sortis

sortis principalis, non interesse, assistentia habebit pa-
ratam exequutionem, Anna, *Sing. 494. incip. Statu-*
20 *tum.* Item † sicut prima assistentiæ sententia habet pa-
ratam exequutionem, sic secunda reuocans primam,
21 Præsidens, *decis. 136.* An † nullitas impediat senten-
tiæ assistentiæ exequutionem, *supra decis. 86.* & de
Clausula apponenda in sententijs, si meliorationes sunt
deductæ in processu assistentiæ, *decis. 456. in fin. & 117.*
Aliqua conferentia vide apud Annam patrem, *in Al-
legati. ne 63. Lata sententia, vol. 1.* Ad hanc decisionem
22 num. 11. adde, an † fructus medio tempore percepti in-
ter sententiam, exequutionem, & reuocationem, à vi-
ctore debeant restitui, si ipse succumbit in secunda in-
stantia appellationis. Rebuff. *quod sic, in tract. De sup-
plicatione, n. 24. primo Tomo,* & Anna Consiliarius re-
fert alia *in n. 529. in nouissimis remissionibus.*

ADDITIO D. RICIL.

Ritus Magnæ Curiæ, quòd à Decreto ipsius non appelletur, quando, & quibus casibus locum habeat. h. d. In hac decisione aduertas, quòd ritus Magnæ Curiæ Vicariæ non obseruantur in Sac. Consilio, quia dicti ritus non fuerunt editi pro ipsa Magna Curia, quæ repræsentat Curiam Iustitiarij, & Vicarij Regij, ideò non faciunt ius, seu obseruantiam in alio tribunali maioris Regis, vt tradit Frecc. *in tract. de præsentat. instrum. p. 5. n. 8. & ibi n. 9.* subdit vidisse Sac. Consil. non obseruare ritus, eo quia contradicunt iuri communi, quamuis faciant ius commune in Regno author noster, *decis. 138. num. 3.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Empta res sub hasta vtrum reuocata sententia possit auocari per victorē ab emptore, & Marescot. Giurb. Gait. & alij tenent contra D. Præsidem, cuius asseclæ cumulantur.*

2 *Fructus vna cum re adiudicata num restitui debeant reuocata sententia.*

3 *Reuocata sententia an victus teneatur ad interesse pecuniæ habitæ dubitat D. Præses, sed parum rectè num 4.*

5 *Sententia assistentiæ ad finem vendendi prolata per Magnam Cur. Vicariæ, vel Sac. C. an sit exequutioni mandanda.*

1 VNdequaque impetitur nunc D. meus, & primario dum firmat re vendita virtute sententiæ, si reus in causa appellationis obtinuit, quòd tunc non datur actio contra emptorem ad rem restituendam, sed conditio ad pretium contra dictum creditorem, ex Bal. *in auth. ei qui iurat C. de bon. author. iudic. possid.* de quo assūpto compilat aliam *dec. 600.* & tenet Fab. *C. eo. def. 23.* Carleual. *de iudic. tom. 2. tit. 3. disp. 24 num. 14.* P. D. Caiet. de Afflict. *contr. 33.* Fontanel. *de pact. nupt. cl. 7. gl. 3 par. 5. nu 8.* qui considerat publicam authoritatem, aliàs nemo auderet emere rem subhastatam.

Contrarium reprobato D. meo nominatim probat Giurb. *obser. 5.* ex Bar. *in l. creditores n. 23. C. de pigno.* Marescott. *var. lib. 2. resol 50. n. 5.* vbi quòd exequutio, & subhastatio reuocata influat in quemcumque accipientem possessionem, & illum teneri ad restituendum ex Fulgos. *cons. 136. & 190.* ex Salgad. Mastrill. & alijs, & quamuis D. Pratus *par. 2. discept. 23. n. 21.* expendendo hanc decisionem amplectatur posteriorem opinionem in venditione facta per partem tertio emptori in fraudem appellationis, ex eo quòd decisio loquatur de legitimo emptore, quem intelligit de emptore à Iudice non à parte in fraudem appellationis, nihilominus existimarem sententiam Giurbæ veriorem ex traditis in *cit. obser. & dec. 69.* & tenet Gait. *de credit. cap. 4. q. 7. d. num. 884.* & conducunt sequentes controuersiæ.

2 Quid autem si creditori res esset adiudicata pro eius credito, & res esset in sua potestate, an cogatur eam restituere vna cum fructibus, & affirmat D. meus, sed cōtra ipsum insurgit Rouit. *in prag. 2. de appell. n. 5.* vt eadem ratione, qua emptor cogi deberet ad restituēdum pretium, quando primo loco non fuit immediatè prolata sententia super relaxatione rei, quia continebat quantitatem, ita pariter quando pro quantitate rem emit, vel sibi fuit adiudicata, ex Tex. *in auth. quæ supplicatio C de prec. Imper. offer.* qui loquitur de restitutione quantitatis per verbum tantùm, & non de restitutione corporis adiudicati.

Vindicat beneuerum à censura Rouiti D. meum Gait. *de cred.* in loco mox supra citato, ex eo quòd dominium reuocabiliter transferatur in creditorem, & cum hac opinione transit respectu creditoris, & tertij emptoris.

3 Reuocata sententia victum debere restituere pretium vnà cum interesse solùm eo casu quando ex pecunia recepta commoditatem victor percepisset, & propter hanc perceptionem nullum periculum potuisset subire, vt puta quia suos introitus venditos redemisset, secus si ex pecunia emisset introitus, quia d. emptio staret victoris periculo, & subire periculum potuisset, ita habetur hic in fin.

Dubitandi ratio est, quia si interesse debetur propter moram, non potest dici in mora, non fuit reuocata sententia, & per sententiam in bona fide fuit, & si opponatur quòd reuocata sententia titulus reduceretur ad non titulum, & sint restituendi fructus ex Mastrill. *dec. 29. n. 14.* intelligitur de fructibus naturalibus non industrialibus, & de industrialibus si tantùm extent, Sansel. *dec. 124.*

4 Contrarium latè fundat Merlin. *cons. 1. cent. 2. n. 24.* vbi ita decisum refert in R. C. S. ponderando Tex. in d. auth. *quæ supplicatio,* ibi cum legitimis augmentis, & licet dubitatū sit inter Doctores, an dispositio d. Auth. procedat in fructibus naturalibus, vel ciuilibus, adhuc Reg. de Pont *de potest. Proreg. tit. de Regal. impos. §. 4. n. 27.* concludit locum habere in interesse pecuniæ, quæ communiter non stat otiosa, vnde quidquid dubitauerit D. meus de interesse pecuniæ vt non debeatur, oppositum probat Merlin. *d. num. 26.*

5 Tradit D. meus in principio praxim M. Cur. Vicar. exequendi decretum affirmatiuum assistentiæ ad finem adiudicandi, & subiungit *n. 3.* quòd post Pragmaticam consueuere aduocati intentare assistentiam ad finem vendendi ex clausulis in instrumento adiectis, ex quibus obtinuere, & sententiæ surdo aure per M. C. exequebantur, sed cùm dubitatum fuisset in Sac. C. ex eo, quòd Pragmatica loquitur, quando petitur assistentia cum adiudicatione præuio appretio, & sic correctoria iuris communis cum de iure appellatione pendente nihil sit innouandum, & in venditione sit læsio citra sextam, quæ non est in appretio, decisum fuit sententiam assistentiæ exequendam ad finem adiudicandi, & non vendendi, sed vide *obser. 139.* vbi quid de sentētia S. C.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniam mutuatam, cedere in solutionem oneris, ad quod fortè mulier tenetur, non creditur instrumento id asserenti, cum censeatur color quæsitus, & an mutuantis sit inquirere, an vxor, vel vir, teneatur ad illud onus, in quod pecuniam mutuatam vertere asseritur, num. 18.*

2 *Re-*

2 *Releuij solutionem, esse medietatem fructuum illius anni quo moritur feudatarius, & nu.8. declaratur, hanc quantitatem fuisse taxatam ad sciendam quantitatem soluendam pro releuio, non autem, vt releuium soluerretur de fructibus.*

3 *Releuium non soluitur per eum, cui fuit facta, donatio feudi, reseruato vsufructu. sed per fructuarium, qui fructus percipit, tamquam quod sit onus reale, & feudo adnexum, quod non est in Regno, vt in numer. 13.*

4 *Releuij solutio, est introducta ex consuetudine in herede, non autem in eo, qui habet ex contractu inter viuos.*

5 *Breuitas temporis currens à confessione coniugum, ad tempus solutionis, facit præsumere pecuniam mutuatam fuisse versam in vtilitatem mulieris, alio in contrarium non apparente.*

6 *Releuij solutio, est quædam extrinseca præstatio à consuetudine introducta, quæ non inest feudo.*

7 *Releuium soluitur pro confirmatione, seu renouatione inuestituræ & possessionis.*

9 *Releuium debetur, etiam nullis, aut paucis perceptis fructibus, ex feudo, & num seq. dicitur esse medietatem illorum fructuum tantum, qui percipiuntur.*

11 *Releuium non soluitur in fructibus, sed in pecunia, pro quo fit executio, etiam contra tertios possessores.*

12 *Vita, & militia, licet taxetur, habito respectu ad fructus debebitur tamen, si aliquibus annis, fructus non percipiuntur.*

14 *Releuij solutio, potest connumerari inter onera, quæ respiciunt feudatarium, non feudum.*

15 *Releuium hodie duplicatum soluitur, si infra annum, & diem mors feudatarij non denuncietur.*

16 *Releuium à releuando dicitur.*

17 *Fiscus, pro releuio soluendo, habet actionem contra maritum, & vxorem, & licet feudum sit datum in dotem viro, qui dominus, constante matrimonio dicitur, an ipse teneatur ad hoc onus, num. 19.*

DECISIO CXXI.

Mutuans pro solutione releuij debiti ex feudo vxoris, contra ipsam vxorem actionem habet, reseruatis tamen ipsi contra maritum actionibus, quæ competunt.

DAtis omnibus feudis pro dote Magnificæ Dianæ Carrafæ, Magnifico Augustino de Francisco, per Magnificum Io: Cæsarem Carrafa, patrem Dianæ, cum reseruatione dominij: & vsusfructus, eius vita durante, Regio assensu mediante, mortuo d. Io. Cæsare in anno 1544. de mense Martij, peruenit possessio dictorum feudorum in Dianam donatariam, & legitimam hæredem, deinde verò de anno prædicto Illustr. D. tunc Prorex mandauit dictæ Dianę, vt administrationem dictorum feudorum relinqueret dicto eius viro, tamquam eidem in dotem datorum, & mandatum hoc, in eodem anno, de Mense Nouembris habuit effectum. Cumque esset elapsus annus, & dies mortis d. Io: Cæsaris, releuiumque non esset solutum, & die 27. mensis Ianuarij. 1646 fuerunt expeditæ literæ significatoriales per Regiam Cam. Summariæ pro ducil. 540. in circa, de quibus soluti fuerunt duc. 400. sub die 18. Nouembr. 1544. alij duc. 400. sub die 18. Nouembr. 1546. alij duc. 150. de mense Iunij 1547 & alij duc. 100. de mense Octob. 1547. & ius tapeti erat per prius solutum de mense Octob. 1546. Accidit, quòd 1 de mense Martij 1547. prędict. Magn. Augustinus, & Diana, asserentes pro solutione prædicta facienda egere duc. mille, vendiderunt Magnif. Donatæ Carrafæ annuos duc. 100 pro dictis duc. mille de quibus dicunt recepisse duc. 400. iam solutos Regiæ Curiæ, in partem releuij prædicti, per manus Michaelis Pugiades, & eidem Michaeli, per Ban-

chum de Augustino, & Pallauicino, & reliquos duc.
600. ad complementum duc. mille, confessi sunt, præ-
1 senti pecunia recepisse, † conuenta Diana per Dona-
tam, pro solutione dicebat, se ad nihilum teneri, quia
non erat verum, pecuniam prædictam cessisse in solu-
tionem releuij. & iura tapeti, sed quòd hoc quod asseri-
tur in instrumento venditionis erat color quæsitus, &
obtinebat dispositio tex. *in l. sed Iulianus. ff. ad Mace-
don.* quem in propria materia Velleiani, allegat *glo. in
l. vir. vxori. §. fin. in glos. in vers. accepta. ff. ad Velleian.*
Item, quòd etsi hæc pecunia verè fuisset versa in solu-
tionem prędictam, nihilominus adhuc mulier non erat
obligata, ex quo omnes fructus status, tempore solu-
tionis releuij prædicti peruenerunt penes virum, &
2 etiam primi anni, vnde † postquam ipse percipit fru-
ctus, dicebatur, quòd ipse tenebatur ad solutionem re-
leuij, quod est medietas fructuum illius anni, in quo
moritur feudatarius, vel vnius anni, Andræ. *in Consti-
tutione Regni post mortem, col. fin. vers. & quidem, se-
cundum vsum Curiæ, & in cap. 1. §. similiter in ostendi-
tur, 1. col. vers. sunt etiã,* vbi dicit simpliciter esse medie-
tatem fructuum, & ibi dominus Leonardus Liparolus,
in vers. medietas litera O. allegat omnes conco. & vl-
tra eum nouissimi addentes *ad decis. Afflict. 264. n 91.*
3 *vers. 19.* & nouissima Campani *in c. Regni*, † apud Fo-
giam. Item dicebatur, de hoc esse decisionem particu-
larem Modern. Paris. *in §. 22. in q. 47. & 48.* vbi con-
cludunt facta donatione per aliquem, reseruato vsu-
fructu releuij, quòd in materia prædictæ Consuetu-
dinis per manus mutationem soluitur, debere solui per
fructuarium, qui fructus percepit, tamquam quod hoc
sit onus reale, & feudo, & ipsius fructibus adnexum.
4 Item dicebatur, † Releuij solutionem fuisse introdu-
ctam ex consuetudine in hærede. Non autem in eo,
qui habebat ex contractu inter viuos, vt dicit Andr. *in
§. sed. & res per quos fiat inuestitu.* Petr. Gregor. *de con-
cess. feud. par. 8. tit. de iur. releu. f* 287. sed postquam Ma-
gnifica Diana, hæc feuda habebat ex donatione, non
tenebatur, ad releuij solutionem, si non tenebatur, er-
go solutio facta, fuit facta de indebito, & per conse-
quens, ipsa non tenetur: ex aduerso dicebatur, clarè esse
probatum in facto per scripturas, pecuniam prædi-
ctam cessisse in solutionem releuij, quia apparebat
quòd Michael Pugiades, qui erat Procurator, tam
Magnificorum coniugum, quàm ipsius Donatæ, eo-
dem mense, imò eodem die, in quo, vt Procurator Do-
natæ exegerat, soluerat quantitatem debitam Regiæ
5 Curiæ pro releuio. † vnde ex breuitate temporis, &
cõfessione coniugum, alio in contrariũ non apparente
præsumitur quòd solutio fuerit de hac pecunia, iuxta
not. *in l. si. §. si ventri. ff. de priuil cred. cum concor. in
decisio. 97.* Magnificus, & ita cessare primum funda-
mentum. Item d. Magnif. Dianam, verè possedisse
à mense Martij, vsque ad mensem Nouembris, & sic
quando releuium esset medietas fructuum illius an-
ni, apparet quòd pro maiori tempore anni, ipsa Dia-
na possidet, ex quo inferri posset, quod ipsa tenere-
tur, sed quando numquam possedisset, dicebatur ad-
huc ipsam Dianam fuisse obligatam ad releuij solutio-
6 nem, † releuium enim est quędam extrinseca præsta-
tio, quæ non inest feudo, & a consuetudine introducta,
vt dicit And. *in d. §. sed & res, col. si ver. non* est simile,
prosequitur plenè Frec. in 3. auc in prin. & *in vers.* ponit
7 vnam quæstionem, † & quòd soluitur pro confirma-
tione, seu renouatione inuestituræ, & possessionis ple-
nissimè probat Afflic. *in d. §. sed & res, vers. sed circa
hanc principalem*, & credo, quòd casus, de quo per
eum, acciderit in causa Io: Bernardini Carbone cum
Regio Fisco, in Reg. Camera Summariæ, quia habeo
allegationem in propria materia; si igitur soluitur pro
inuestituræ, seu possessionis confirmatione, ex scriptu-
ris initis inter Augustinum, & Io: Cæsarem, apparet
donationem fuisse factam Dianæ filiæ pro se, hæredi-
bus, & successoribus, & Augustino, tamquam marito
Dianæ, ergo ipsa Diana tenebatur Regiæ Curiæ ad re-

leuij

leuij solutionem, quia ipsa debebat inuestiri, & ex hoc etiam tollitur illud, quòd dicitur, releuium esse medie-
8 tatem fructuum illius, vel vnius anni. † Quia quando Doct. hoc dicunt, declarant quantitatem soluendam pro releuio, non autem quòd releuium sit soluendum de fructibus, quia quando hoc esset, sequeretur, quòd si in anno, quo moritur feudatarius, nulli fructus perciperentur, quòd releuium non deberetur, & tamen ex dictis Loffr. *vbi supra*, & Frecc. apparet contrarium, & in allegationibus per eum reperio scriptum, hoc mo-
9 do, † quòd hæres nullis, aut paucis perceptis fructibus, ex feudo in anno, quo defunctus moritur, inuestituram petens, debitum releuium soluere tenetur, & sic aliàs fuit in Camera decisum, & iudicatum in anno 1506. Accedenteque etiam voto Sacri Regij Consilij, contra Comitem Palenæ, vt attestatur insignis Doctor D. Diomedes Mariconda, in quadam sua Apostilla, posita *in cap. 1. § similiter, de Capitaneo Corr adi.* & in dictis allegationibus, D. Thomas Nauclerius di-
10 cit † aliquibus fructibus tantùm perceptis, in causa Domini Io: Bernardini Carboni, deinde Marchionis Padulę, fuisse decisum per Regiam Cameram, esse medietatem illorum fructuum tantùm. Petr. Greg. de cōcess. feud. loco supra allegato, vnde ex prædictis dicebatur, quòd licet quātitas soluenda pro releuio, esset medietas fructuum illius anni, nihilominus non potest dici, quòd de dictis fructibus sit soluendum, ita vt esset onus adnexum fructibus ex prædictis, quia & fructibus illo anno non natis, similiter deberetur releuium, quod etiam comprobatur: nam, si sic ad corticem intelligerentur decisiones Andreę, sequeretur, quòd Rex cogeretur in fructibus recipere releuium, & tamen
11 indistinctè seruatur contrarium, † quia facta liquidatione fructuum, vel exequutione in eis, fit solutio releuij in pecunia, non autem in fructibus, pro qua, vt testatur Frecc. *vbi supra*, & quotidie videmus, fiet etiam
12 exequutio contra tertium possessorem. † Similiter videmus in vita, & militia, quæ licet taxetur habito respectu ad fructus, debebitur tamen, si aliquibus annis fructus non percipiuntur, quia fructus præstandi, non sunt in obligatione, sed pecunia, ita Ioan. Thom. *in decis. 10. Marcellus.* Item & ex prædictis soluitur id, quòd Moder. Paris. dicunt *in allegatis quæstionibus 47. & 48.* quia ipsi loquuntur, habentes pro absoluto in materia suarum consuetudinum, quòd solutio releuij quæ fit ex qualibet mutatione manus, præterquam per venditionē fit onus reale, *vt dicit in 47. q. vers. in con-*
13 *trarium*, † sed in Regno nostro, ex dictis Andr. vbi supra, sic declaratis per Frecciam, colligitur contrarium, & maximè, quia non ex lege, sed ex consuetudine sol-
14 uitur, † & etiam potest hæc solutio releuij connumerari inter onera, quæ respiciunt feudatarium, non feudum, vt in primo casu, in casu mortis feudatarij, nullo modo obligetur dominus, vel agnatus, secundo verò casu, sic, de quo per Andr *in constit. Regni, si quis post litem, & in §. quid ergo, de inuest. de re alien.* quem optimè declarat Camer. *in repet. cap. Imperialem, fol. 11. in 4. limit. cum seq.* soluitur enim hoc releuium, vt supra dictum est, pro renouatione, seu confirmatione
15 possessionis, † et si infra annum, & diem, mors non denunciatur, prædictum feudum olim amittebatur: sed hodie soluitur per feudatarium duplicatum releuium, adeò quòd ex prædictis appareat, hanc solutionem, vel non solutionem releuij respicere commodum, & damnum feudatarij, non autem feudi, & in casibus, in quibus Rex tenetur consentire, relatis per Affl. post alios, *in decis. 294.* non ponitur hic casus, & meritò, quia nō
16 respicit feudum, sed feudatarium, † qui vt habeat inuestituram, vel confirmationem debet soluere releuium, à releuando dictum vt per Doct. in locis prædictis, & nouissimè per Siculum Curiam, *in rep. c. si aliquem, in ver. antiquis, nu. 234. ver. hæc nempè, fol. 399.* vbi etiam apparet, quomodo soluatur in illo Regno. Item dicebatur, quod & ipsi Paris. dicunt, quòd contra eius opinionem tenuerint Cassa. & Boer. & sic eius opinio non
17 esset omninò tuta, maximè in casu, de quo agitur, † vbi non posset negari, fiscum habere actionem contra maritum, & contra vxorem, sed facta per vnum solutione, remanebit lis inter eos, quis teneatur, & postquā tenetur Diana, quamuis eius vir teneatur sibi, non po-
18 test dici, quòd ipsa alienam susceperit obligationem. † Nec qui mutuat pecuniam, pro solutione releuij, debet inquirere, an teneatur maritus, vel vxor, ex gestis extrinsecis inter eos, vel alios: quia postquam Diana erat hæres patris, ipsa tenebatur ad releuij solutionem, claro & aperto iure, & hoc debebat scire creditor, & non aliud. Nec etiam obstat, quòd dicebatur de indebita solutione releuij, ex quo feuda habebantur titulo donationis inter viuos, pro qua non soluitur releuium, quia ad hoc dicebatur, quòd postquam apparebant literæ significatoriales expeditæ contra Magnific. Dianam non cogebatur mutuans, in hanc causam inquirere, an Diana poterat, vel non poterat se tueri aduersus Regium Fiscum, & si literæ significatoriales erant benè, vel malè expeditæ, & hæc responsio soluit præcedens argument. & si solutio erat malè facta, erant eidem Dianæ salua iura contra Regium fiscum, vltra quod dici posset, quod verba apposita in instrumento donationis tollebant hanc difficultatem, quia in instrumento dicitur, quod vita durante D. Ioannis Cæsaris, ipsa esset Domina, & non alius, & sic videretur, quòd dominium horum castrorum donatorum, transiret in Dianam, mortuo patre, & non ante, negotio modo
19 prædicto discusso dicebat vnus ex Dominis, quòd maritus videtur habere aliquid plus in bonis dotalibus, quàm vsufructuarius, quia constante matrimonio ipse est Dominus, cùm in hac donatione, & in dotem datione, iam aderat assensus Regius, quòdque, postquam hæc bona erant data in dotem, videbātur data, deducto ære alieno, quia erat datus totus status in dotem, & idcirco in puncto iuris, quoniam hæc lis esset inter virum, & vxorem, res esset dubia, sed quia in casu, de quo agebatur, lis erat inter mutuantem pecuniam, & vxorem, & mutuanti debebat sufficere, quòd pecunia erat soluta pro causa releuij, ad quod fisco tenebatur hæres, quæ fuit Diana, nec debebat mutuans aliter perquirere inter vxorem, & virum. Fuit per Sacrum Consilium, me referente, decisum, iunctis Dominis Consiliarijs duarum aularum, in beneficium Donatæ creditricis, reseruatis Dianæ iuribus, si qua competunt, contra hæredes viri, Roppulus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Vide *infra decis. 279. num. 8.*
Num. 12. Adde Dom. Annam Moder. *in consil. 42. num. 61.*
An Releuium soluatur Reg. Cur. quando alienatio fit in proximè successurum; Vide Roland. *consil. 41. numer. 19. vol. 2.* & quòd Releuium est medietas fructuū illius anni, in quo moritur feudatarius, vltra allegatos *in hac decis. num. 2.* Adde Marant. *in suis sing. in ver. Releuium. fol. 93.* Viuium *decis. 428. sub n. 21.*
Num. 15. *infra decis. 425. num. 1. vbi adde.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Releuium quid, quare, quomodo, quando, & quantum debeatur.*
2 *Vita, militia debetur, etiam si aliquibus annis fructus non percipiuntur.*
3 *Nam fructus præstandi non sunt in obligatione, sed pecunia.*
4 *Vita, militia debetur habito respectu ad fructus.*

AD

AD numerum primum huius decision. *de l. Iulianus. ff. ad Macedon.* vide Gabriel. *libr. Conclus.* 3. *Conclus.* 2. *tit. De fideiussor.* Boer. *decisio.* 23. Onuscum 43. Thesaurum 166. *decis.*

1 Adde † de Releuio quòd, & de causa debendi, & quomodo, quando, & quantum debeatur omninò, quæ dico ad decisionem huius Præsidentis 131. *& decisionem* 20. *& decis. latissimè sua* 76. ne idem repetam.

2 Ad numerum 12. de † vita militia, quòd debetur, etiam
3 si aliquibus annis fructus non percipiuntur, quia † fructus præstandi, non sunt in obligatione, sed pecunia,
4 † licet vita militia debeatur habito respectu ad fructus, iuxta decisio. Minado. Ad quam dico. Ad num. 4. Petrus Gregorius *in tract. De Concessione feudi par.* 7. *in tit. de iure releuij*, qui optimè loquitur, & post eum nouissimi oculatè, ac doctissimè loquentes, omninò videndi.

ADDITIO D. RICIL.

MVtuans pro solutione releuij debiti ex feudo vxoris contra ipsam vxorem actionem habet, reseruatis tamen ipsi contra maritum actionibus, si quæ competunt, hoc dicit, tu vide *nostram collectanea am.* 185. *vbi plura*, Mastrill. *decis.* 112.

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Releuium an sit medietas fructuum anni mortis feudatarij, & D. Gannauer. tradit suspectam decisionem relatam per D. Præsidem.*
2 *Adducuntur rationes pro Fisco.*
3 *Pro releuio an competat actio hypothecaria recensentur Gizzarell. Thor. Capan. D. Staib. & alij.*
4 *Releuium per mortem debetur, & non per refutationem, & quando secus.*

1 REleuans, & frequens est releuij materia, ex qua in primis illa quæstio proponitur, an releuium sit medietas fructuum anni, quo moritur feudatarius, vel vnius anni, & Franc. de Amic. *in repet. de his qui feud. dar. poss. col.* 1. distinguit, quòd aut nulli fructus sunt percepti, & sic sterilitas sit in toto feudo, aut in parte feudi, & in parte fructuum, in postremo casu si sterilitas est in parte fructuum, & in alia non, puta in oliuis, & non in glandibus, tunc Fiscus tenetur stare illi anno, & medietas collectorum soluenda est, & ita refert decisum in R. C. S. in causa Marchionis Padulæ, prout refert etiam Thomas Naucletius, & sequitur Camill. Borrell. *in summ. decis. tit. de releu. num.* 32. communis autem, & in praxi recepta opinio est, quòd releuium sit medietas fructuum vnius anni, seu anni mortis, non vt debeatur ex fructibus, sed ex valore feudi, & in valore redditus habita ratione de redditibus feudi de fertili in fertilem per tres annos præcedentes, ijsque coacteruatis tunc erit medietas vnius anni, & Fiscus non inquirit de fructibus illius anni, quo moritur feudatarius, sed de valore feudi, adeò vt facta extimatione in feudo iudicet quanti possit esse in annuo reddito, & de hoc verisimili reddito Fiscus capit medietatem fructuum vnius anni, ita Theod. *allegat.* 21. *numer.* 9. *post alios* Capan. *de iur. releu. par.* 1. *quæst.* 18. & melius *par.* 2. *quæst.* 5. Barbat. *de diuis. fruct. par.* 2. *cap.* 14. *nu.* 10. & quamuis discurrat hanc praxim continere maximam contradictionem, eam nihilominus comprobat Gannauer. *decis.* 32. *numer.* 8. tradit non esse credendum, quòd iudicauerit contrarium R. C. in causa Marchionis Padulæ, prout asseuerat iudicatum D. meus *nu.* 10.

2 Rationes pro dicta opinione sunt, quia releuium soluitur in recognitionem directi dominij, & recognitio fit præcisè necessaria, vt non debeat pendere à contingenti existentia fructuum, & quantitas releuij debet esse effectiua, & non contingens neque modica, sed releuans, & munifica, & maximè dum solutio releuij habet vim traditionis possessionis feudi, Rouit. *in prag.* 4. *de feud. numer.* 90. & demum, nam sterilitas vnius anni compensatur cùm vbertate aliorum annorum pro cognoscendis redditibus alicuius rei, Vasc. *de iur. emphyt. quæst.* 27. *numer.* 4. his, & alijs rationibus comprobant Capan. & Gannauer. *vbi supra*.

3 Hæsitatur an pro releuio competat personalis actio contra eum, qui fructus percepit, vel hypothecaria contra tertium possessorem, & secundam partem sustinet D. meus *numer.* 11. vbi ita inquit practicari addo Capan. *par.* 1. *quæst.* 4. *numer.* 20. Reg. Latr. *decisio.* 92. *numer.* 9. & quamuis pro contraria parte sint Gizzarell. *decisio.* 8. Thor. *par.* 2. *vers. releuium*, an exigi debeat vbi refert ita iudicatum in S. C. iunctis aulis, & ancipitem controuersiam esse commonstret, Capan. *à numer.* 12. ipse à Fisco sum, prout plenè probat D. Staib. *centur.* 2. *resolut.* 176. *à numer.* 70. vbi ita seruari testatur, & ratio est, nam eo ipso quòd feudum conceditur, feudatarius remanet obligatus ex lege inuestituræ ad omnia onera, quæ ratione feudi debentur, & pro eis Fiscus habet tacitam hypothecam.

4 Releuium per successionem tantum in morte debetur, & non ex refutatione facta filio proximè successuro contemplatione matrimonij, vt traditur *numer.* 4. & sexcentos congerit D. Rocch. *respons.* 42. *numer.* 30. *& seq. tom.* 1. vbi refert 18. *decisio.* beneuenrum in causa D. Ducis Magdaloni fuit aliter decisum, quia donatio erat facta sine causa, & à Duce infirmo, & non erat facta contemplatione matrimonij, quoties enim fit refutatio omnium feudorum sine titulo, & causa proximè successuro, tunc in fraudem censetur facta, & debetur releuium in morte refutantis, si autem fraus cessaret, vt quia fieret contemplatione matrimonij, non censetur fraudolenta, nec debetur releuium de Marin. ad Reuert. *obser.* 298. & Reuert. *decis.* 404. nisi Rex assensum præstaret cum clausula iuribus Curiæ semper saluis, vt idem de Marin. *obser.* 271.

SVMMARIVM.

1 *Salarium tutori si non fuerit à principio administrationis per iudicem constitutum, nec per ipsum tutorem petitum, non debetur, & de ratione, num. seq. & quid in executore testamenti, num.* 6.
3 *Salarium tutori potest ex iusta causa, per iudicem constitui, & propterea non debetur iure actionis, sed officio iudicis.*
4 *Tutori patrocinanti in causis pupilli deberi salarium licet à principio non fuerit taxatum, iudicauit Sacrum Consilium.*
5 *Salarium Balio, qui datur pupillo, occasione bonorum feudalium, Sacrum Consilium statuit.*

DECISIO CXXII.

Salarium tutori non debetur, si ab initio non fuit ei per iudicem, vel testatorem constitutum, sicut nec exequutori testamenti, Balio verò pupillo dato sic.

IN causa Magnifici Octauij Cugnectæ, cum hæredibus quondam Magnifici Simonis Calui su-
1 per salario petito per hæredes Simonis,† ex causa administrationis tutelæ dicti Octauij, fuit decisum me referente, Simoni non deberi salarium, quod à principio administrationis non fuerat ei per iudicem constitutum, nec per eum petitum, per tex. *in l. à tutoribus. §. fin. ff. de administra. tutor. & in l. in eos. ff. de tutel.* vbi Bart. & Odofred. idem tenet Bal. per illa iura, *in cõsil. 256. super primo puncto, 4. volum. in princ.* Imò
2 *consil. 75. col. 2. vers. circa quartum*, † colligitur etiam ex dictis Pauli de Castr. *in l. nutritoribus. C. communia de successio.* rationem ponit Guid. Papæ, ex mente Petri Iacob. *in decis. 68. Dom. Petrus Iacobi.* Quia tutores gerunt munus personale, absque detrimento, seu erogatione sui patrimonij, & istud esse verum, regulariter dicit Angel. de Aret. *in §. sed. & propter paupertatem*
3 *in fin. Inst. de excusat. tuto.* subdens, † ex iusta causa posse salarium per iudicem cõstitui tutori, quod etiam dicit *in tractatu de testamen. §. 96. 3. col. vers. sed an tutor.* & propterea non deberi iure actionis, sed officio iudicis, Actuarius Balsamus ceteros congerit D. Antonius Padil. *in l. neque pactio. 7. col. vers. & alia ratio. C. de transact.* vbi etiam ponit quid seruatur in Hispania, & ita etiam postea iunctis Aulis fuit conclusum in
4 causa Alberici de Iulis, † licet reperiatur in sententia aliquid datum vni ex tutoribus, cui salarium à principio non erat taxatum, & suis, ex quo durante tempore tutelæ, patrocinatus fuit in causis pupilli, nec reperiebatur in rationibus suis aliquid expensum in patrocinio Aduocatorum, nec in salario procuratoris, & in nouiss. tractatibus vid. Iodan. *in patrocin. pupillor. to. 8.*
5 *fol. 378.* Bea. *tract. de decim. tut. præstanda in prin.* † Quando tamen esset Balius, qui datur occasione bonorum feudalium pupillo, tunc Sacrum Consilium statuit ei salarium, per Constitu. Regni, minoribus vbi Afft. *in 1. notab. & in fin. ru. & melius.* Capic. *in repet. cap. Imperialem. §. si quis infeudatus, in 5. notab. de prohib. feud. alien. per Feder.* & sic fuit factum in personam Magnifici Petri Follerij, quando fuit datus Balius D. Beatrici Folleriæ, facta relatione in Consilio per D. Thomam de Altomare, & nouissimè, me referente, in causa Illustrissimi Marchionis Tursij. Balij Illustr. Marchionis Galatonę, & dicit Nicolaus de Neap. quòd secundùm Constit. Regni Apul æ minores habentes feuda debent habere balium, qui debet habere salarium ab illis minoribus *in dict. l. in eos,* de quo meminit addit. ad Bart. *in l. à tutoribus. §. quemadmodum princ. ff.*
6 *admin. tutor.* † Quid autem in exequutore testamenti, an debeat habere salarium? iudicamus, quòd non: tum ex dict s in principio huius decisionis, tum etiam ex verbis. Ang. *in tract. de testam in glos. super verbo, exequtores autem, col. pen vers. non tamen dictus exequutor in causa,* Antonij de Drapperijs, cum Aloysio de Treui. & de exequutore loquitur Beat. *de decima iure Hispan. tut. præstanda. cap. 19. num. 17. fol. 122.* Iubeno Actuario.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. 3. in fine; Adde Franc. Viuium *in decis. 40. num. 4.* & *bi num. 5. 6. limitat duobus modis,* Iacob. Menoch. *de arbitr iudic. casu 512. num. 1.* vbi de hac decis. meminit; & vocat hunc Dominum Doctissimum & meritò, & in eadem decisionem numer. 3. idem Iacob. Menoch. *vbi supra numer. 7.* & quando debeat solui salarium tutori; Vide Eumdem *in addition e post casum 600.*

Num. 5. Idem Viuius *loco supra citato n. 7.*

Vide Caualc. *de tutore, & curatore n. 310.* & Intrigl. *sing. 140.* Anton. Piagium *de tutore. q. 3. num. 25. fol. 28. in paruis* Galter. *de tutel. fol. 347. & seq.*

Et in constitutione salarij tutoris, vt in hac decisio. decretum iudicis debet interponi secundùm Simoncellum *in tract. de decretis fol. 16. num. 89.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Salarium an præstandum tutori de prouidendis, vel curandis rebus minorum, & n. 5. & 7.*
2 *Iudex ex legitima causa in Minorum euidentem vtilitatem salarium eis assignare poterit.*
3 *Item ex Consuetudine aliquid præstari poterit de fructibus Minorum.*
4 *Quo casu salarium debet tutori assignari, & illud debet esse in particulari negotio.*
6 *Præsens decisio limitatur in patre, bailo filij, quia non debet habere salarium.*
7 *Syndicus non debet habere salarium.*
8 *Exequutori testamenti an debeatur salarium.*

AD illam decis. 122. adde quòd Petrus Iacobus *in sua Practica titul. de Contrar. man-*
1 *dati actione* dicit, tutori† salarium non esse præstandum de prouidendis, vel curandis rebus Minorum, quod intelligit Bartol. *in l. à tutorib. §. fin. & in l. 1. §. si pupillus, ff. de tutel. & rationibus distrahendis,* Anania *in cap. qualiter, & quando, §. licet, de accusat.* & Paul. Castrens. *in l. fin. §. in computatione,*
2 *C. de iure deliber.* † nisi à Iudice ex legitima causa in Minorum euidentem vtilitatem salarium ei fuerit as-
3 signatum, † vel si ex Consuetudine aliquid soleat præstari de fructibus Minorum, & dicit Castrensis, *consil. 364.* Roccbus de Curte, *in capit. fin. de Consuetud.*
4 *quæst. 12.* † quo casu salarium debeat tutori assignari, illud debet esse in particulari negotio, Iason. *in l. litera, C. de procurat.* Hæc, & alia aduersus tutores, & pro tutoribus, & contra Rectores Vniuersitatis, & alia multa pro decis. Guid. Pap. 68. dicit Nunius Auendanus Doctor subtilis, & veridicus Hispanus, *De Exequendis mandatis Regijs, capit. 4. num. 31. columna. 3.* & *eo-*
5 *dem lib. cap. 2. à numer. 8. vsque ad 13.* † an tutori debeatur salarium, Petrus Girardus *Sing. 84.* & Borgnignus *in tractatu de tutore num. 310.* Nouissimè vide Arisminum Tepatium *De varijs iuris sententijs, titul. De Aduocato, lib. 1. column. 4. versic. tutorib. vbi plures allegat, omninò videndum. Et in titulo De Sala-*
6 *rys, & stipendijs, col. 2. verbo Bailus.* Limita † hanc decisionem non procedere, quando pater est bailus filij, quia non debet habere salarium. Præsidens *hic de-*
7 *cis. 340.* & † quòd tutor non debeat habere salarium nec Syndicus, post Guid Pap. *decis. 51.* Ioannes Paulus Montanarius *in Pragmatica 3. De Regimine Vniuersitatis latissimè.* Ad hanc decisionem, vide latissimè omninò, Costam *de Ratione rata, quæst. 13. per totam.* Hispanum *in tract. de decima tutori præstan-*
8 *da, in principio.* † Et an salarium debeatur exequutori testamenti, ipsemet latius, *cap. 19. num. 17.* & Addentes *ad Capic. decis. 163.* Isern. *in cap. 1. §. huius, ex quib. caus. ponit alia.*

ADDITIO D. RICII.

SAlarium tutori non debetur, si ab initio non fuit ei per iudicem, vel testatorem constitutum, sicut nec exequutori testamenti, balio verò pupillo dato, sic, hoc dicit. Adde *nostram collectaneam 179.* Conuert. *in tract. de tutel. & cur. tit. de excusat. tutor. §. 7. in fin.* quia salarium non promissum non debetur, vt ex multis

Mastril.*de Magistr. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 67. vbi limitat in officiali, qui & si ei nullum fuerit constitutum salarium, debet consequi, quod suus prædecessor habuit Capra *sing.* 2. Balius autem pro baliatu de bonis pupilli, debet habere salarium victum, & vestitum, vt in facti cõtingentia fuisse seruatum in baliatico cuiusdam Comitis Caraccioli refert Capic. *in cap. Imperialem.* §. *præterea ducatus verb. quintum notandum fol.* 51. *de prohib. feudi alianat.* per Feder. & vide *nostram collectaneam* 1628. & in nouissimè fuit iudicatum in causa Marchionis Tursi balij Marchionis Galatone, vt testatur à Ponte *de potest. proreg. tit. de diuersis prouis. rub. de Balijs dandis in principio*, & quantum erit salarium remittitur arbitrio iudicantis, attenta facultate patrimonij personarum, & onerum, vnde alias fuit per Sacr. Consilium taxatum salarium cuiusdam della Marra Balio cuiusdam Baronis in duc. 120. annuis, nam Baro habebat Ducatos vsque ad 7000. annuos, vt refert Thor. *in suo Compend. decis. in verb. salarium victum.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Salarium non deberi tutori in principio tutelæ non petitum firmant D. Præses R. Reuert. R. de Marin. & alii, nisi tutor patrocinatus esset.*

2 *Contrarium tutatur D. Pratus depugnans indistinctè pro tutore.*

3 *Autor sentit contrarium sectans decisionem.*

4 *Executor testamenti an debeat habere salarium, & receditur à decisione, & quando tutori etiam debeatur salarium.*

1 AMbigua, & anceps effecta videtur decisio, quæ incidit asserens minime deberi salarium tutori in principio administrationis non petitum, nec à Iudice constitutum, quam decisionem sectantur expreßè Monter. *decis. Arag.* 29. *num.* 21. vbi ita pluries iudicatum refert Guttier. *de tutel. par.* 3. *ca.* 2. Menocch. *de arbitr. cas.* 512. Reuert. *dec.* 571. vbi Reg. de Marin. rationes sunt, quia officium tutelæ est gratuitum, *l. qui negotium ff. de admin. tutor.* præterea quia tutor non petendo salarium ab initio videtur remisisse, & donasse, ità Menoch. *vbi sup.*

2 Partes autem tutoris pugnaciter defendit D. Prat. *lib.* 2. *discept. for. cap.* 5. *per tot.* vbi inuehit, & decertat contra hanc decisionem S. C. & pro tutore recenset Reg. Valenz. *in cons.* 179. *num.* 61. vbi audacter affirmat verius esse saltem de æquitate, vt detur salariũ, non conuentum, imò addit *nu.* 46. *et seq.* salarium deberi etiam ei qui se obtulerit in seruire in administrando patrimonio alicuius, & Parlamentum Parisiense iniquum habuit priuare tutorem salarijs, teste Papon. *de arrestis Franciæ lib.* 15. *tit.* 5. *arrest.* 12. & de consuetudine omnium Regnorum, ita practicari probat Pratus addo Menoch. *cons.* 218. vbi quòd ità de bono, & æquo dandum est, & Altograd. *cons.* 57.

Certius quando magna subest æquitas, vt quia tutela fuit laboriosa, vel tutor sustinuit multas lites, vt post plures Cyriac. *controu. lib.* 3. *cap.* 503. *num.* 43. Cancer. *var. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 48. Baec. *in tract. de decim. tut. cap.* 2. & in exemplo decisionis fuit datum tutori salarium, cui à principio taxatum non fuerat, eo quòd in causis pupilli patrocinatus fu t, nec in rationibus aliquid in aduocatorum honorario, nec in procuratorum salario expensum repe riebatur, cùm aduocato debeatur salarium, etiam si non sit ei constitutum, vt dicetur *obser.* 309.

Insurgit Pratus, arguens quòd si tutelæ munus deberet esse gratuitum, frustra salarium peti posset à principio, nec à Iudice constitui posset prout constituitur, neque taciturnitas inducit renunciationem salarij, Cyriac. *vbi sup.* Seraph. *dec.* 131. *nu.* 4.

3 Verùm enimuerò bona venia D. Prati veriorem esse conclusionem D. mei, & Monter. & ad argumentum contrarium respondeo, quòd non repugnat officium esse gratuitum, & nihilominus salarium in principio constitui posse, dum constituitur ex iusta causa, vt quando tutor est probatæ fidei, & industriæ, & pro sui sustentatione salario indigent iuxta Text. *in l. tutoribus* §. *principalibus, ff. de admin. tut.* & ibi Bat. & quòd ab initio petierit, & ad confirmationem formo inuincibilem instantiam, ex distinctione quæ communiter fit in specie alimentorum, quòd alimenta præterita peti possunt quoties iure actionis debentur, secus quando officio Iudicis, quamuis ab initio peti possint, Osasch. *dec.* 13. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 32. *nu. penult.*

4 Succedit altera decisio prolata contra executorem testamenti, quòd debeat carere salario, verùm Escobar. *de ratiocin. cap.* 27. *nu.* 47. contrarium tenet in executore habente tractum successiuum in ministerio, secus si non esset successiuum, nam munus executoris differt à munere tutelæ, & executor censetur, vt institor, & procurator.

Præmitendum non erit quod tradunt Guttier. *de tutel.* 3. *p. c.* 2. *nu.* 4. Altograd. *vbi sup.* quòd si tutor extraiudicialiter dixit, vel protestatus sit velle salarium, tunc debeatur, & non censeatur donatum, prout quoties iudicialiter protestatus est ab initio tutelæ.

SVMMARIVM.

1 *Locatione finita per lapsum 29. ann. ad quod tempus fuit facta concessio, si dominus vult alteri locare, cogitur relocare hæredibus illius, in cuius personam erat finita locatio, quia aliàs eis fieret iniuria, & numero 10. de maxima æquitate, & iustitia decisionis.*

2 *Hæredes primi locatoris, ideò præferuntur in locatione, quia habent affectionem ad bona paterna.*

3 *Generatio vltimi possessoris attenditur, non autem primi, in concessionem facienda per Dominum, post finitam secundam relocationem.*

4 *Dictio, tantum, est taxatiua.*

5 *Locatio facta ad certam generationem, ea finita, si Ecclesia, vult rem pro se retinere, non cogitur eam relocare.*

6 *Relocare nemo cogitur, nisi locatio fuerit facta ad longum tempus, num. seq.*

7 *Locatio si est facta vltra annos 10. ius acquiritur locatario in ipsa re locata.*

8 *Alienatione prohibita, prohibetur etiam locatio ad longum tempus, cum ex ea acquiratur possessio, & vtile dominium.*

9 *Gl. in l. codicillis* §. *instituto. ff. de leg.* 3. *communiter reprobatur.*

DECISIO CXXIII.

Hæredes primi locatoris præferuntur in relocatione altera, alijs cunctis.

FActa fuit concessio, cum decreto Sedis Apostolicę per venerabile Monasterium S. Petri Martyris, quond. Antonio Macrola, cuiusdam domus per ann. 29. ad renouandum pro alijs annis

annis 29. tantum, cum mortuus esset dictus Antonius pro solutione debitorum emphyteutę, & census, pro præterito debiti, fuit subhasta vendita domus prædicta, quæ peruenit in Patientem de Adinolfo, præuio etiam Monasterij consensu, quo mortuo finitis primis ann. 29. fuit per idem monasterium facta relocatio Magnifico vtriusque iuris Doctori Aurelio de Adinolfo, eius filio, & hæredi, etiam cum decreto, seu dispensatione Sedis Apostolicæ, cómq; instaret tempus relocationis finiendæ, idem monasterium alteri conces-
1 sit, † ex tunc, elapso tempore dictæ secundæ relocationis, domos prædictas inscio dicto Aurelio, petiit dictus Aurelius, in d. locatione præferri, ex vulg. dec. Bar. *in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidian. & æstiua* cum quo conuenire totam ferè iuris prudentiam testatur Curt. *cons. 48. super controuersia*, de quo meminit Ripa, vbi allegat concord. *in l. 1. col. 1. vers. & ex hoc. ff. de priuileg. cred.* & ibi ponit regulam, & limitationes, prout etiam Afflict. *in Constit. Regni, sicut accepimus in 8. nota.* & procedere etiam in Ecclesia probat Decius *cons. 328.* ex decis. Barto. *in dict. l. 1. ff. de priuileg. credit.* & nouissimè alios allegat Decis. Perus. *in decis. 17. col. fin. vers. teneri enim n. 23. fol. 27.* & Vinius *in silua commun. opin. in opinio. 244. emphyteusis finita. fol. 340.* & Ioan. Lupus *in tract. de benefic. in curia vacantibus. §. 10. versic. item si hac prabem.* Gamma *decis. 141.* sed dicebatur pro parte monasterij, quòd decis. Bart. procederet, quando dict. Magnific. Aurelius esset de agnatis, seu hæredibus primi concessionarij, qui fuit
2 Antonius Macrolo, & sic loquitur Bart. † & habet locum eius ratio, propter affectionem, quam habent hæredes ad bona maiorum, de qua *in l. si in emptionem. ff. de minor. & in l. lex, quæ tutores. C. de admin. tut.* secus autem sit in casu, de quo agebatur, in quo non fuit facta prima concessio Patienti de Adinolfo, sed prædicto Antonio, & in Patientem peruenit domus, ex venditione facta pro debitis Antonij, & sic ex titulo singulari. Sed prædictis respondebatur quòd stante emptione facta per Patientem, cum consensu monasterij, ac renouatione eidem facta per eidem monaste-
3 rium, † in concessione deinde facienda, post finitam secundam relocationem, attenderetur generatio istius vltimi possessoris, non autem primi, ita in specie Bald. *in auth. si quas ruinas. 2. col. vers. 3. fit renouatio. C. de Sacrosanct. Eccles.* obtinent enim in persona Patientis, & eius hæredum rationes, quibus mouentur Bar. & cæteri Doctor. supra allegati, & signanter natiuitas filiorum, & meliorationes factæ in domibus prædictis.

Secundò, dicebatur pro parte monasterij, & secundi concessionarij, verba instrumentorum, concessionum ad annos viginti nouem, tollere difficultatem, ex quo in instrumentis erat promissa renouatio ad alios annos viginti nouem tantùm, quibus elapsis diceba-
4 tur, quòd non erat amplius locus renouationi, † cùm dictio tantùm, sit dictio taxatiua. *l. ob æs alienum tantum. C. de præd. mino.* vnde cùm non esset locus renouationi, videbatur, quòd nec etiam esset locus prælationi, quòd monasterium remaneret in libera facultate concedendi, quod de iure ei permittitur, tamquam domino. *l. in re mandata. C. mand.* pro parte Aurelii re-
5 spondebatur, † quòd etiam in casu Bart. locatio facta ad certam generationem, erat finita adeo, vt non cogeretur ecclesia, seu priuatus, concedere eisdem de eadem generatione, & si rem vellet pro se retinere, quæstio esset finita, vt dicit Ripa *in d. l. 1.* licet Dec. tenet contrarium, & nihilominus Bart. dicit, quòd si alteri concederetur, debent præferri hæredes illius, in quorum personam erat finita locatio, quia aliàs eis fieret iniuria, vt est casus de quo hodie agitur, quia finita locatione ad longum tempus, Aurelius vult præferri, non virtute conuentionis, seu instrumenti, quod si haberet, res esset sine dubio, sed quia, si alteri concederetur, fieret ipsi iniuria, & decisiones Doctorum sunt in fauorem hæredum, circumscripto instrumento. Vltimò dicebatur, quòd Doctores prædicti loquuntur in concessione facta vsque in certam generationem, ex qua concessione transfertur saltem vtile dominium, in concessionarium, casus autem, de quo agebatur,
6 dicebatur esse diuersus, † quia erat simplex locatio facta ad certum tempus, & procedebat *dec. tex. in l. nemini. C. loca.* quòd quis nemini cogitur relocare. sed
7 ad hoc dicebatur, † ex locatione facta vltra annos decem, acquiri ius locatorio, in re locata *l. prima, cum l. seq. ff. si ager vectigal. vel emphyteut. pet.* vnde habebit
8 locum eadem decisió Bart. maximè quia † prohibita alienatione, est etiam prohibita locatio ad longum tempus, cum ex ea acquiratur possessio, & vtile dominium allegat concord. Tiraq. *in titulo, de retrac. lignagier. § primo, in gl. 14. vers. quæstionis quoque est. n. 79. & 80. reprobata glos. in l. codicillis, §. instituto. ff. de*
9 *leg. tertio.* † quam communiter reprobari dicit Afflic. *in constitut. Regni, Constitutionem diuæ memoriæ, super glo. vlt.* & vide Gammam *decis. 326.* Relata causa dubitatum fuit a principio contra Aurelium, sed postea, negotio maturato, fuit decisum in eius fauorem, in quem iustitia, & maxima æquitas concurrebant, de mense Octobris. 1576.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. ibi ex vulgata decis. Bar. Adde Anton. Gabr. *in tit. de iure emphyteu. concl. 1.* Mandos. *in cons. Roma. 22.* Ioseph. Ludo. *in decis. Luca 63. num. 20. & seqq.* Ann. *in sing. 529. vbi add. par. 2. fol. 317. post* Affl. *in Const. vt de successionibus num. 49.* Marantam *in suis sing. in ver. Prælatus fol. 147.* D. Tapiam Reg. Cons. *in auth. ingressi fol. 320. num. 89. C. de sacrosanct. eccles.* Episcopum Minorens. *in ver. ius congruum, post princip. fol. 121.* omninò Anton. Gama. *decis. 41. 307. & 326.* vbi etiam habes quando renouatio impeditur, Nonnium *in cons. 3. & vide* Verallum *in decis. 230. & 304. 1. part.* & Alua Velascum *in consultatione 28. &* Dominum de Ponte *in tract. de Potest. Proreg. fol. 102.* & an doctrina Bar. procedat in feudis, *ibidem fol. 107.*

Et infrà quantum tempus debet renouatio peti ab agnato, vel extraneo; Vide bene per eumdem Gama. *decis. 117.* omninò Viuium *decis. 496. n. 14.*

Vide in pulchro casu Rotam Bonon. *in decis. 19.* & Vrsil. *in decis. Affl. 238. 1. col.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Deuoluta re emphyteutica absque culpa emphyteutæ, sed per lineam finitam, vel alia ex causa, dominus directus tenetur ad meliorationes factas etiam Ecclesia.*
2 *Emphyteusis an transeat ad hæredes, etiam extraneos, quando facta est cum pensione, fructibus æquiualente, & in forma in hoc Regno consueta, præcedente commissione videndi, an cedat in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, & cedente, quod confirmetur pro emphyteuta, hæredibus, & successoribus per annos 29.*
3 *Fundus licet locetur ad tempus, si est sterilis, tamen si fit fertilis diligentia conductoris, locatio efficitur perpetua, & conductor, non potest expelli. & ratio.*
4 *Dominus potest conductorem malè in re conducta versantem expellere.*
5 *Conductor qui rem fertilem reddidit an possit expelli.*
6 *Dominus an teneatur relocare eidem inuitus.*
7 *Quis non cogitur permanere in conductione.*
8 *Conductor non potest expelli, si offert quantum alius.*

1 ADde de hac decisione alia, *infra decisione* 191.*&* 235. *vbi in dec.* 191. dicit decisum, † deuoluta re emphyteutica absque culpa emphyteutæ, sed per lineam finitam, vel alia ex causa, dominum directum teneri ad meliorationes factas, etiam Ecclesiæ, & *in dec.* 235. quod
2 † emphyteusis transeat ad hæredes, etiam extraneos, quæ quando facta est cum pensione, fructibus æquiualente, & in forma in hoc Regno consueta 23. præcedente commissione videndi, an cedat in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, & cedente, quod confirmetur pro emphyteuta, hæredibus, & successoribus per annos 29. Adde nouissimè *tract. de emphyteusi per* Corbu-
3 lum. Et adde, quod licet † fundus locetur ad tempus, si est sterilis, tamen si fit fertilis, diligentia conductoris, locatio efficitur perpetua, & conductor non potest expelli, Hippol. de Marsil. *Sing.* 556. & ratio
4 est: quia † sicut dominus potest conductorem, malè in re conducta versantem expellere, cum aliquibus considerationibus, Rolandus *cons.* 49. *vol.* 2. Menoch. *cons.* 372 *vol.* 4. *& de arbitrariis iudicum, lib.* 2. *Casu* 78. *&* Ioseph. Ludouic. *decis. Perusina* 22. ita † a pari
5 conductor, qui rem fertilem reddidit, non expelletur. De quo scribit etiam Bart. & *alii ad eum, in l. quicumque. C. de omni agro deserto, lib.* 11. Ad nume-
6 rum 6. vide *infra dec.* 406. *&* † an dominus relocare eidem teneatur inuitus, Afflict. *decis.* 238. vbi Moderni, & Boer. *decis.* 107. Vide, quæ dico ad allegatam
7 decisionem 406. quod † autem non ligatur quis permanere in conductione scribit Ioseph. Ludouicus, *decis. Perusina* 106. *num.* 24. *&* 26. *par.* 1. Guilielmus de
8 Lud. *Sing.* 65. dicit, † conductorem non posse expelli si tantum vult dare, quantum alius, Et ad hanc decisionem vide Crauet. *cons.* 107. & Capic. *decis.* 87. *num. fin.* Ad num. 3. adde Peregrinum *consil.* 101. *incip. Si Angel. num.* 11. *vol.* 1. *& colum. fin.* dicit procedere in singulari successore. De Prælatione de qua *nu.* 1. *in hac decis.* vide Præsidentem *in fin. decis.* 406. & Annam vtrumque, genitorem, & genitum, *in Sing.* 329. *incip. Textus.*

ADDITIO D. RICII.

HAEredes primi locatoris præferuntur in relocatione altera aliis cunctis, hoc dicit vide ll confe. runt scripta per Mart. *decis.* 81.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus quando teneatur post lineam emphiteuta finitam inuestire proximiores defuncti, & refelluntur Gozad. Berous, & Menoch.*
2 *Renouatio potest peti etiam si concessio facta sit ad annos 29. tantum.*
3 *Restringitur si Ecclesia pro se retinere vellet, & quid si esset pactum renouationis in contrarium.*
4 *Renouatio infra quantum tempus peti debeat.*
5 *Argumentum ab emphyteusi ad locationem ad longum tempus an valeat, & sint distincti contractus.*

1 COncors est tota iuris prudentia cum doctrina, Bar. *in l.* 1. §. *pen. ff. de aqua quotid.* & est quòd dominus directus post lineam emphyteutæ finitã tenetur de nouo inuestire agnatos proximiores vltimi defuncti, & si denegetur renouatio, potest ad superiorem appellari, quod etiam procedit in emphyteusi Ecclesiastica post alios Marescott. *var. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 1 Merlin. *dec.* 389. *de* Marin. *lib.* 1. *resol.* 305. *num.* 1. & in emphyteusi hæreditaria ius renouationis competit hæredibus vltimi defuncti, Marescott. & de Marin. *vbi sup.* & si emphyteusis sit ex pacto competit agnatis, & cognatis primi inuestiti, Merlin. *dec.* 632. *&* 534. nulla habita ratione an petentes inuestituram sint descendentes, vel collaterales vltimi emphyteutæ, Gratian. *discept.* 477. *num.* 19. quidquid dicant Gozad. Berous. Menoch. & alij putantes petere posse renouationem solos descendentes, quos refellit Cirocch. *discept.* 62. *num.* 1.

2 Summè notanda est ampliatio, vt peti possit vlterius renouatio, etiam si promissa esset ad annos 29. tantùm cum dictione taxatiua, vt *nu.* 4. militat enim eadem ratio iniuriæ, quæ fieret hæredibus si concederetur extraneis, & quando quid à lege permittitur etiam cũ dictione taxatiua ex identitate rationis fit extensio, glos. communiter approbata in *l. ob æs. vers. alienum C. de prad. min.* Raud. de Analog. *cap.* 15. *nu.* 117. & ità per hæc Prat. ad Paschal. *de patr. potest. p.* 1. *c.* 1. *vers. restringitur secundo.*

3 Procedit benèuerum conclusio, nisi Ecclesia pro se retinere vellet, Marescott. & Merlin. *vbi sup.* & pluries iudicasse nouissimè Rotam Rom. probat Cirocch. *num.* 2. & refutat Non. & Dec. tenentes contrarium, ex eo quòd semper Ecclesia requisita de noua inuestitura dicere posset, velle pro se retinere, & sic agnati quibus est ius acquisitum ex prima inuestitura remanerent exclusi, addo Gratian. *discept.* 813. *numer.* 35. vbi extendit etiam quòd esset pactum in contrarium, vt Rector teneatur renouare emphyteusim, quia non valet d. pactum vti species alienationis, in quo cadit dubitatio cùm res est solita concedi, sed vide in fine.

4 Renouatio debet peti infra annum à die scientiæ, Gratian. *discept.* 934. post alios Cirocch. *num.* 68. *&* 69. & de scientia debet plenè constare, si autem extraneus infra annum fuerit inuestitus, tunc facultas petendi renouationem durat spatio triginta annorum, Gratian. *vbi sup.* Seraph. *dec.* 630. vbi secus si agnatus esset inuestitus, & infra annum à proximiore agnato non fuisset petita renouatio, Cirocch. *vbi sup. num.* 71.

Difficultas extitit quia non agebatur de emphyteusi, sed de locatione facta ad longum tempus, an habeat locum doctrina Bar. & D. meus *numero* 8. arguit ab emphiteusi ad locationem ad longum tempus, sed non allegat autoritates, sed in hac re num contractus locationis huiusmodi, & contractus emphiteusis sint diuersi, vel idem, & Mol. *de iust. & iur. tom.* 2. *disp.* 445. *numero* 7. affirmat æquiparari quoad effectus iuris ciuilis, & Canonici, & non dissentit Valasc. *de iur. emphit. q.* 29. *num.* 19. licet habeat hos contractus pro distinctis in rigore, quia emphiteusis fit à directo domino, & locatio ad longum tempus siuè decem, siuè 29. annorum, quæ dicitur liuellus siuè ad vitam fieri potest, tàm à directo, quàm vtili domino, pensio quæ soluitur pro emphyteusi est modica, quæ autem pro liuello est magna; Præterea Doctores non sunt concordes, vtrum *l. fin. C. de iur. emphyt.* virtute cuius emphyteuta alienando rem sine consensu domini res incidit in commissum, extendatur ad locationem ad liuellum, seu liberandinam perpetuam, nam esset extendere in pœnalibus dictam legem, quando pœnalia non sunt extendenda, vt Addit. ad Alex. *cons.* 159. *vol.* 3. Angel. *in l. sciro C. de non alien. col.* 2. & non improbauit hanc opinionem Valasc. *nu.* 21. quamuis Mol. *num.* 25. contrarium teneat, vt sub eadem iuris censura soluendum sit laudemium, & res incidat in commissum, vt pro solutione laudemij pluries iudicatum refert, Montan. *contron.* 75. *num.* 10. & laudemium declaratum extitit in quinquagesima parte, licet ex aduerso prætendebatur adesse consuetudinem soluendi carulenos quindecim pro laudemio labo-

laborandinæ venditæ pro magno pretio ex ratione allata *num.* 8. quia conductores habent vtile dominium rei concessæ ex *l.* 1. *&* 2. *iuncta glos. ff. si ag. vectig. vel emphyt. petat. & l. 1. §. quod autem prætor ff. de superfic.* licèt contrarium tenet Paris de Put. *in tract. de reintegr. feud. in cap. an ex inopia, & negligentia num.* 6. & quòd subconcessa re ad laborandinam à conductore alteri sine assensu domini res incidat in commissum, tenet *Clar.* 1. §. *emphyteusis* Valasc. *quæst.* 15. *&* 28. Cald. *de renouat. emphyt. quæst.* 13. *numer.* 10. *& quæst.* 16. Molin. *d. q.* 46. & Paris de Put. *vbi sup.* qui tenet quòd si cessatum est in præstatione portionis fructuum per biennium res cadit in commissum, & sic contractum emphyteusis cum contractu locationis partim æquiparat, & partim non.

Posthæc scripta vidi opinionem, Gratian. *discept.* 813. confirmatam per Rotam, vt in *dec.* 19. *n.* 6 *par.* 9. *recent.* ex eo quòd ad renouationem requiritur etiam vtilitas Ecclesię, & ideò non possit cogi ad renouandum si velit pro se retinere non obstante pacto in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Decima prædialis, quæ debetur sacerdotibus, debet in in horreis consignari.*

2 *Decima prædialis, quæ Baroni debetur à vassallis, debet in horreis consignari, cum in persona Baronis concurrat etiam reuerentia, sicut in prælato.*

3 *Consuetudo Regionis attenditur, num decima sit consignanda à vassallis Baroni, vel Prælatis in horreis, vel in area.*

DECISIO CXXIV.

Decima debita per vassallos Baroni, an debeat conduci, vsque ad horrea eius, an vero in area ei consignari.

Porrectis aliquibus grauaminibus, per homines Castri Burragiani contra vtilem Dominum Castri prædicti, incidit difficultas, an vasalli, qui reddebant, pro territorijs, quæ colebant, decimam Baroni, tenerentur decimam prædictam conducere vsque ad horrea Baronis vel eam in area sibi consignare? Dicebat vniuersitas quòd sufficere debebat Baroni, quòd ea ei præstaretur in area, & quòd non debebat eius ciuibus aliud onus imponi, & sic Dominus causæ Commissarius domi prouidit. Ex
1 aduerso, cùm Baro appellasset, dicebatur, † hanc decimam esse prædialem, quæ debet in horreis consignari, exemplo, decimæ prædialis debitæ sacerdotibus, in qua sic tenet *glos. in cap. reuertimini* 16. *q.* 1. *in ver. in horreo, & eodem casu, q.* 7. *cap. decimas in ver. in horreum*, vbi etiam Archid. & Turrecrem. Lancell *in l. Caius Seius de ann. legat.* Alexand. *in l. lineam margaritarum, versi & inducitur, secundum aliquos. ff. ad leg. Falcid.* qui sic dicit esse de iure, & Iat. *in l. stipulatio ista. §. incerta, in glo. fin. ff. de verborum obligat.*
2 quos vnus ex Dominis allegauit. † & hoc procedere etiam in decima debita Baroni, in personam cuius etiam concurrit reuerentia, quæ ei debetur, tenet Par. *in tract. de reintegr. feu. in cap. fuit magna quæstio. vbi* dicit, se pro Barone consuluisse, ratione nobilitatis, & magnitudinis Status, & consuetudinis locorum vicinorum, & hanc opinionem videtur etiam tenere Ioan. Antonius de Nigris *in cap. Regni volumus, num.* 27. *ver. an rustici*. Relato hoc puncto per Dominum Commissarium in aula Sacri Consilij, dicebatur pro parte vniuersitatis, prædicta procedere, non data in contrarium consuetudine, prout dicebatur, quòd erat in casu, de quo agebatur, † in quo
3 consuetudo erat consignandi decimam in area, quæ consuetudo est attendenda, vt in decimis dicit Pau. de Cast. *in d. l. lineam*, allegat iura loquentia in fisco, *in l. omnes pro locis, C. de anno. & tribu. lib.* 10. cum alijs iuribus, idem tenet *glos. in l.* 17. *della paroida prima. fol.* 73. *à tergo*. de qua postea reperiui, quod meminit, & allegat concord. D. Antonius de Padilla, *in l. post mortem, nume.* 17. *versic.* 3. *infertur. C. de fideicommi.* & hanc consuetudinem valere tenet Hostien. *in summa de decimis, §. fin quæst.* 16. *cum concordan.* quæ congerit Rebuf. *in tractatu de decimis, quæst.* 13. *vers. quartus, num.* 49. *& fol.* 557. *in parua* de quo meminit Petr. Foller. *in const. Regni, quantum num.* 27. *ver. quartus casus est fol.* 92. Discussa causa, quia non vrgebat tempus recollectionis, visum fuit Sacro Consilio pro tunc supersedere, vt infra hoc tempus, de hac Consuetudine allegata, potuisset reddi certum, & tandem ego recessi ab illa aula, & adhuc audio, non esse punctum prædictum expeditum.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm 1. cum seq. Adde Franc. Viuium Clarissimum Iurisconsultum ac eruditionis non leuis *in decis.* 4. *num.* 32.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Terragia an sint asportanda ad domum Baronis.*

2 *Spectanda est Consuetudo.*

3 *Qua cessante, an vassalli teneantur.*

4 *Decima an debeatur de oliuis, arboribus, & palea.*

5 *Præceptum an fieri possit, quòd victualia non extrahantur, nisi prius decima soluta Baroni.*

6 *Et an possit apponere custodes.*

7 *Decima animalium tunc debetur, quando animalia indigent lacte.*

8 *Decima caulium, lupinorum, milij, paleæ, speltæ, & fructuum superiorum, vini, & olei, & inferiorum debentur.*

9 *Decima an debeatur de palea, & an Consuetudo in contrarium valeat, quòd non debeatur.*

10 *Decima an asportari debeat ad domum eius, cui debetur.*

11 *Consuetudo conficiendi Inuentarium, excusat conficientem illud secundum eam, licet non sit de iure.*

ADde ad numerum primum decisionis 124. Viuium *decis.* 4. *num.* 43. *&* 44. & quæ dico supra *decis.* 117. & Aimonem, *cons.* 21. *vol.*
1 1. *omnino*. Adde † an terragia sint asportanda ad domum Baronis, ad *text. in l. si ita, §. dominus, ff. de vsu, & habitatione* latissimè Anna, *Alleg.* 94.
2 *vol.* 2. *num.* 9. vbi dicit decisum. † spectandum esse
3 Consuetudinem, & cessante † consuetudine vassal-
4 los teneri, vt ibi. An † decima debeatur de oliuis, ar-
5 boribus, & palea, & † an fieri possit præceptum, quòd victualia, non extrahantur, nisi prius decima soluta
6 Baroni latissimè. Et an † Baro possit apponere custodes, vide Præsidentem hunc, *decis.* 103. Et quòd possit apponere custodes, *decis.* 17. quòd sic, & quòd
7 tunc † debetur decima animalium, quando anima-
8 lia indigent lacte, aliàs secùs. *decis.* 114. † Decima caulium, lupinorum, milij, paleæ, speltæ, & fructuum superiorum vini, & olei, & inferiorum debetur, Anna,
9 *allegat. penult.* dicit decisum. An † decima debeatur de palea, & an consuetudo in Contrarium valeat, quòd non debeatur, & quòd consuetudo non valeat, Aimon *consil.* 21. *volumin. primo latissimè*,
10 & quòd † decima portari debeat ad domum eius, cui debetur de iure, multa allegat Bertach. *in verbo, decima, num.* 65. *ibi decima portari*, vbi citat multos,

tos, & inter alios Ias. *in l. 2. num. 32. C. de iure emphyteutico*, & Cardinalem Parisium, *cons. 6. num. 6. de consuetudine attendenda, vt in hoc nu.* 3. Adde quæ dico *decisio. 56. num.* 7. & Ioseph. Ludouicus *Conclus.* 38. *vbi in illatione* 91. dicit inter alia, obseruantiam,
11 & † consuetudinem conficiendi inuentarium, quod excuset conficientem illud, secundùm eam, licet non sit de iure, prout Capic. *decis.* 101. *nu.* 3. & Roland. à Valle, *consil.* 73. *volum.* 2.

ADDITIO D. RICII.

DECIMA debita per vassallos Baroni, an debeat conduci vsque ad horrea eius, an verò in area eis consignari, hoc dicit iuxta hanc decisionem fuisse aliàs iudicatum refert Ann. *allegatio.* 94. *numero* 11. Caualcan. *decis.* 14. *in fin. part.* 4. & vide *nostram collectaneam* 192.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Decimam parochis debitam consignandam in horreis firmat D. Præses.*
2 *Guid. Pap. & Barbos. contrarium, & malè tenent, & quando secus.*
3 *An valeat argumentum à decima debita Parochis ad illam, qua debetur Baroni.*

1 PEriclitans an sit hæc decisio examinandum venit: prima conclusio est, quòd decima prædialis parochis debita consignanda est in horreis, & non in area ità ex *glos. in cap. reuertimini 16. q. 1. vers. in horreo* Alex. *in l. lineam margaritarum vers. & inducitur ff. ad l. falcid.* Ias. *in l. stipulatio ista §. incertam ff. de verbor. oblig.* firmat D. meus, & tenet Marescott. *var. libr.* 2. *quæst.* 95. Mauson. *de caus. execut. ampl.* 34. *numero* 36. *& numero* 52. vbi intelligit si leui sumptu fieri possit, Campanil. *in diuers. iur. canon. rub.* 12. *cap.* 13. *numero* 159. iuxta vaticinium *Malachiæ Prophetæ* 3. *inferte omnem decimam in horreum.*

2 Contrarium tradunt Guid. Pap. *decision.* 281. & Barbos. *de iur. Eccles. vniu. tit. de decim. §.* 2. *numero* 24. vbi quòd parochiani non tenentur decimas debitas deferre in horrea clericorum cùm in nulla lege obligentur, sed falsa ratione mouentur, nam quando debitor est eiusdem loci, cuius est creditor debet portare solutionem suo periculo, & expensis in domum creditoris, Bal. *in l. fin. C. de condit. insert.*

Intellige nisi consuetudo sit in contrarium, quòd soleant clerici pro decimis mittere ad agros fundosque tempore collectionis, vt probat Guttier. *canon. lib.* 2. *cap.* 21. *numer.* 45. & scribunt supracitati Autores.

Quòd decima mittenda sit in domum Parochi, & solutio sit facienda in domo creditoris, quando sunt eiusdem loci ex Bar. & glos. *in l. item illa ff. de const. pec.* Maur. *de solut. capit.* 19. *à numero* 6. fusè probat Olea *de cess. Iur. tit.* 1. *quæst.* 6. *numero* 62. firmat expressè pro Parocho, imò *num.* 19. idem sentit contra eum qui tenetur ad soluendum aliquid ratione obsequij, & reuerentiæ, quòd etiam si non eiusdem loci sit teneatur mittere solutionem ad domum creditoris.

3 Arguit D. meus *num.* 2. à decima prædiali debita parochis, ad decimam quæ debetur à Barone per vasallos, ex quo in persona Baronis concurrat eadem reuerentia sicut in Prælato, & propterea decima Baroni debita sit consignanda in horreo, & eamdem æquiparationem faciunt Afflict. *dec.* 252. *num.* 7. Tiraq. *in tract. primog. quæst.* 74. sed istos, & alios confutat Barbos. *in l. fructus num.* 20. *&* 21. vbi recenset Imol. Cuman. Capic. *dec.* 20. Valasc. *quæst.* 17. *nu.* 10. Garz. *de expens. cap.* 10. *num.* 60. d. æquiparationem reijcientes, nam Deus est dominus orbis, & concessit terras colendas hominibus reseruata decima parte fructuum, & Sot. *de iust. & iur. lib.* 9. *in quæst.* 42. *ar.* 2. *col.* 2. inquit in decimis censeri contractum quoddam genus societatis inter Deum, & hominem, & homo ponit semina, & labores, Deus autem dat fruges, & quando vasalli darent decimas Baroni ratione dominij terræ satæ tunc existimo teneri deferre decimam in horrea domini quando non esset consuetudo in contrarium, secus quando ratione præscriptionis, & vassalagij, nam huiusmodi decima intelligitur sine expensis, vt aliàs dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum vacantium ius non transit in vniuersitatem, quæ se redemit à manibus eius, cui fuit facta concessio Ciuitatis, etiam cum bonis vacantibus, quia ea, quæ sunt solita concedi nisi magnis viris, non transeunt in generali alienatione, cum assensu facta personis inferioribus.*
2 *Bonorum vacantium concessio, numquam operatur, nam (vt experientia docet) rarò quis sine hærede decedit.*
3 *Possessio priuilegij seu quasi priuilegii in bonis vacantibus, debet probari per eum, cui fuit facta concessio.*
4 *Priuilegium secundum speciale in certas personas, tollit primum per quod non quæritur ius in re, sed tantum ad rem, quamuis de illo primo mentionem non faciat, & quomodo procedat, num. 7. & 8.*
5 *Priuilegium in dubio, est iudicandum, non esse reuocatum.*
6 *Priuilegium secundum, non tollit primum, quando illud processit ex causa onerosa.*
9 *Clausula (dummodo nemini præiudicium inferatur) quamuis in priuilegiis tacitè intelligatur, si tamen in eis exprimitur, operabitur, vt etiam in modico quis non lædatur, etiam in lucri amissione.*
10 *Verbum, quodlibet, in priuilegiis appositum, debet de iure aliquid operari.*
11 *Verbum nemo, est dictio negatiua, & idem est dicere, quod non homo, vel nullus homo, & sic generaliter est intelligendum.*
12 *Bona vacantia, tàm feudalia, quàm burgensatica in Regno spectant ad fiscum.*
13 *Principis speciale est, vt possit priuilegium, ex quo est alteri ius quæsitum reuocare, non autem inferioris.*
14 *L. 1. C. de bon. vacan. lib. 10. non habet locum in priuilegio concesso motu proprio, vel quando priuilegium est expressum.*

DECISIO CXXV.

Priuilegia Domino Ciuitatis concessa, an competant ipsi Ciuitati, quæ se redemit ab ipso Domino.

SERENISSIMVS Rex Catholicus donauit Illustr. Magno Capitano Ciuitatem Bitonti, cum omnibus eius iuribus, & signanter cum bonis vacantibus, mortua quadam muliere Hispana, quæ habuerat virum Ciuem dictæ Ciuitatis absque hæredibus, remanentibus eius bonis in Ciuitate, Ciuitas prædicta, quæ se redemerat à posse Illustris Ducis Suessæ, successoris dicti Magni Capitanei, obtinuit decretum in Curia dictæ Ciuitatis, super consignatione dictorum bonorum, tamquam vacantium; comparuit coram me, tamquam Commissario generali causarum Hospitalis Sancti Iacobi Hispanorum Ciuitatis Neapolis, Procurator Hospitalis prædicti, & dixit, dicta bona esse deponenda penes dictum Hospitale, ad hoc vt veniente hærede, possint pro eo conseruari, & quando non veniret, cederent in beneficium Hospitalis, stante concessione, modo prædicto facta cum voto Regiæ Cameræ Summariæ, per Cæsaream Maiestatem dicto Hospitali, post concessionem factam dicto Magno Duci; Dice-
1 batque † priuilegium prædictum concessum dicto Magno Capitaneo non operari in beneficium dictę Ciuitatis, quia concessio bonorum vacantium non consueuerat fieri, nisi magnis viris, & quamuis Ciuitas prædicta se redemisset, soluendo dicto Magno Capitaneo pretium, & fuerit effecta de demanio cum eisdem priuilegijs, hoc quod non consueuerat, nisi Magnis Dominis concedi, non veniebat, & ad hoc probandum, dicebat Dominum Ioannem Thomam Minadoum Regium Consiliarium, *in repet. Constitutio. Regni, in aliquibus super vers. in aliquibus*, 13. *col. versic. & pro hoc fol.* 46. dicere sæpe in Sacro Consilio fuisse iudicatum, ex his, quæ ibi allegat, quòd priuilegia, quæ conceduntur alicui Magno Principi, cum casibus reseruatis; non transeunt in generali alienatione cum assensu facta personis inferioribus, quibus talia Rex non fuisset concessurus, & hic dicebatur, quòd erat casus, de quo agebatur: priuilegia enim concessa Magno Capitaneo, vt ex eorum lectura apparet, fuere amplissima, & eidem, tamquam optimè merito, ob eius insignia seruitia concessa, etiam cum bonis vacantibus, cum quibus communiter non consueuere priuilegia fieri, ergo hoc ius bonorum vacantium, in generali alienatione, non debet transire in vniuersitatem: sed ad hoc dicebatur venditionem factam per dictum Magnum Ducem dictæ Ciuitati fuisse in specie cum bonis vacantibus, pro pretio Ducatorum 70000. posteaque fuisse subsequutum instrumentum, tenendi in demanio, inter Illustrem quondam tunc Proregem, & Ciuitatem, cum omnibus iuribus, cum quibus dictus Magnus Dux tenebat, vnde postquam habebat vniuersitas specificam emptionem cum bonis vacantibus, soluitque etiam pro eis pretium, non potest dici, quòd procedat decisio supra allegata, quæ procedit, data generali alienatione, & vbi sunt verba expressa, non est recurrendum ad coniecturas. Prætereà dicebatur, Minadoum loqui, quando eadem priuilegia Rex non esset concessurus inferioribus, quòd in casu, de quo agebatur, negabatur, quia Ciuitas Butonti, cuius erat vtilis Dominus Magnus Dux prædictus, se redemerat in demanium Regis, cui immediatè subijciebatur circumscripta persona vtilis Domini, & non est verisimile, quòd vniuersitati, quæ soluebat pro causa prædicta Ducatos 70000. & recipiebat satis modicum de introitib. ordinarijs Baronis in Ciuitate prædicta, non complacuisset concedere bona va-
2 cantia † quorum concessio (vt experientia docet) raro, aut numquam operatur. cùm raro quis sine hærede decedat, dicit *glos. in l. ex facto. §. final. ff. ad Trebellian.* vndè ex prædictis dicebatur hoc argumentum
3 sublatum. Secundò dicebatur, † hanc vniuersitatem non probasse se fuisse in quasi possessione huius priuilegij, in bonis vacantibus, & per non vsum amisisse, per regulam. *l. sicut, & l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. annorum, & ex not. per* Bartol. *in l. prima, ff. de nundin.* Sed ad hoc dicebatur, casum non accidisse, & propterea, hoc nihil operari, ex dictis plene, *in decisione* 131 *Syluester, in vltimo dubio*. Tertio, & vltimo dicebatur, quòd etsi omnia prædicta non procederent, nihilominus, postquam post primum priuilegium Ciuitatis Butonti, respectu dictæ Ciuitatis, & bonorum in ea vacantium, fuit concessum secundum priuilegium speciale Hospitali in cer-
4 tas personas, scilicet in Hispanos, † hoc secundum priuilegium, quamuis de primo mentionem non faciat tollit illud primum, per quod non est quæsitum ius Ciuitati in re, sed tamen ad rem, ex decision. Abb. *in capitulo primo, columna secunda, versiculo secundū dictum, de rescript.* in quo loco Dec. reassumit Doctores, vtramque opinionem tenentes, & tandem huic opinioni, & distinctioni adhæret, secundum quam dicit, consuluisse *in consilio* 247. *per totum*, vbi hinc inde arguit, & ab eius opinione non videtur dissentire Beroius *in dicto capitulo primo, colum. duodecima, num. 39. versiculo in illo articulo*, & eam idem opinionem tenuit Carolus Ruinus *cons. 98 quia per priuilegium. secunda colum. versiculo, & illud etiam*, quia huiusmodi dicebatur, quòd erat casus, de quo agebatur, quia Ciuitati Butonti respectu bonorum vacantium in futurum, non est aliquod ius quæsitum *in ipsis* rebus, sed ad ipsas res, vnde videbatur, quòd per hoc secundum priuilegium speciale, respectu certarum personarum, sit primum sublatum; non obstante, quòd de eo non sit facta mentio.

Sed prædictis, primò dicebatur, hanc opinionem non esse tutam, opinionem prædictam esse contra opinionem glos. *in regul. gener, versicul. voluerunt quidam, & 35. quæstione secunda, in summa, versic. nunc videndum*, quam multi sequuntur, & dicit Imola *in capitulo cum ordinem, quarta columna, versic. in quantum verò, de rescrip.* opinio glos. esse communem & quòd forte seruaretur in practica, & dicebatur, quòd contra eam tenet Apostilla, tàm in *dicto capitulo primo*, quàm etiam ad dictum *consilium* 247. in quo dicit Decium male consuluisse, & breuibus verbis respondet ad omnia contraria, & hanc opinionem tenet idem Dec. in regula, in toto iure, & pro ista opi-
5 nione facit regula, † quòd in dubio est pronunciandum, priuilegium non esse reuocatum, Aymon. qui allegat concord. *in consil. 21. homines, colum. fin. in fin. 1. volum.*

Secundò dicebatur, quòd etsi opinio prædicta esset
6 vera, non procedit in casu, de quo agitur, † in quo Ciuitas Butonti habet hoc priuilegium ex causa onerosa, & in vim contractus, vnde nec expressè reuocari potuisset per Principem, iure ordinario, ex vulgar. decisio. Bald. *in l. qui se patris. colum. 5. versic. quid si pater. C. vnde li.* quam sequitur Roman. *in repert. l. si verò. §. de viro, numer. 104. versicul. 2. idem probatur. ff. solut. matrimon.* & Iason. *in consil. 1. 7. column.*
7 *versicul. 3 principaliter. volum. 1.* † & Doctor. tenentes, per secundum reuocari primum, loquuntur in duobus priuilegiatis, non ex ea causa onerosa, sed lucratiua, vt ex iuribus, & rationibus per eos allega-
8 tis colligitur. Vltimò dicebatur, † quòd, etsi dictæ duæ responsiones non procederent, prout cùm effectu procedunt decisiones Abb. Decij, & aliorum, haberent locum quando Rex verisimiliter esset concessurus secundum priuilegium speciale, etiam quòd de primo generali, notitiam habuisset, ita in anfractu Doctorum prædictorum, di-

stinguit

singulis Ripa *in dicto capitulo 1. columna 17. versic. ego pro resolutione*, puto aduertendum, fol. 7. in paruis, & dicit, hoc ex coniecturis colligi posse in casu, de quo agebatur, dicebatur, non modò adesse coniecturas in fauorem Ciuitatis, sed veras probationes. Dicebatur enim in literis suæ Cæsareæ
9 Maiestatis, † quòd petita pro parte Hospitalis fierent, dummodo nemini præiudicium inferatur, quòd quamuis in quibuscumque priuilegijs Principis, tacitè intelligitur, *l. secunda. §. merito. ff. ne quid in loco publico*, nihilominus si exprimatur, operabitur, vt etiam in modico, in quo quis non lædatur, ita per pulchras rationes tenuit Berous *in dicto capitulo 1. 4. columna. versicul. addo tamen, vbi etiam numer.* 32. tenet, data expressione clausulæ prædictæ illam operari, etiam in lucri amissione: nec valet responsio, quòd illa verba, posita in literis suæ Cæsareæ Maiestatis, dummodo nemini præiudicium inferatur, intelligantur respectu hæredum, ad quos bona deuenire deberent; quia sic intelligendo, nihil operarentur, cùm in specie fuerat in eisdem literis dictum, quòd venientibus hæredibus,
10 eis bona, cum fructibus consignarentur, † & quodlibet verbum, de iure debet aliquid operari, vt in priuilegijs est text. *in capitul. si quando, de priuileg. in 6.* Item verba illa, vt nemini præiudicium inferatur, sunt generalia: hoc enim verbum, nemo, est dictio negatiua, *§. seruus. Institut. de verbum dimis.* & idem est dicere, quod nemo, non homo, vel nullus homo, *capitul. nemo, de elect. in 6. cum concord.* per Albert. in dictio. in versic. nemo, si sunt, generalia, sunt generaliter intelligenda, iuxta regulas vulgares, & nouissimè dicebatur super prædictis literis suæ Cæsareæ Maiestatis Regiam Cameram modo prædicto consuluisse, & in consultatione, vt aduerteret Illustrem tunc Proregem declarasse bona vacantia in hoc Regno, tàm burgensatica, quàm feudalia, spectare ad Regium fiscum, ex quibus verbis, consulto appositis, apparet, quòd intentionis Regiæ Cameræ fuit, in his bonis vacantibus, quæ Regio fisco acquirebantur, voluisse consulere dicto Hospitali, non autem in bonis vacantibus, quæ alteri, quàm fisco acquirebantur, in quibus nec etiam poterat Regia Camera apponere manus, speciale est enim in Principe, vt possit priuilegium ex quo est alteri ius quæsitum, reuocare, non autem potest inferior à Principe, ita in specie Bald. *in dict. l. qui se patris. 5. columm. versicul.* & scias, vnde ex prædictis, dicebatur, quòd vniuersitas Butonti debebat absolui, nec etiam dicebatur obstare text. *in l. 1. C. de bon. vacan. libr. 10.* ex quo illa lex loquitur in priuilegio concesso ad postulationem, non autem motu proprio, secundùm glos. ibi, quam sequitur Bart. *in secunda opposit.* Item ille tex. non habet locum, quando priuilegium esset expressum, Lucas *ibi in ver. priuilegiorum*, causa hæc non fuit expedita, quia Hospitale non instetit.

ADDITIO D. VISCONTI.

Ad Numer. 1. & sequent. Adde Viuium *in decisio.* 208. & ibi de materia, quia de eo, quod est notatu dignum debet fieri expressa mentio, secundùm Alexand. *consil.* 104. *in fin. volum.* 1. Afflict. *decisio.* 111. *numer.* 9. & 220. *numer.* 16. Vide *infra decisio* 505. *num.* 22.

Numer. 3. Vide Capicium *decisio.* 134. D. Carol. Tapiam insig em Iurisconsultum *in sua solemni repet. l. fin. fol.* 168. & *seq. ff. de Const. Princip.* & Fuscum *in sing.* 88. *lit. P.*

Videatur Ann. *in sing* 400. vbi addit. D. meum Borell. *in suo eleganti cons.* 1. *nu.* 33. 34. 202.

Numer. 4. 6. Vide Villalobos *in com. opin. fol.* 314. *in paruis* Dom. Tapiam *vbi supra numer.* 97. & *sequen. fol.* 274. 275. Fuscum *in singul.* 92. *liter.* 1. Borell. *in loco supra citato numer.* 123. omninò Doctus. Menoch. & magni nominis Iurisconsultum *in tract. de præsumpt. libr. 6. cap.* 40. Ann. iun. *in cons.* 127. *numer.* 16. 20.

Numer. 9. Adde Alexand. *consil.* 35. *sub numer.* 5. *volum.* 4. Dec. *consil.* 373. *numer.* 10. *& cons.* 453. *numer.* 6. Mascard. *de probat. conclus.* 1004. *numer.* 22. *volum.* 2. Rotam Genuæ *decisio.* 2. *numer.* 8. Cæsauit. *in Ritu vltimo numer.* 11. Marant. *in tract. de multiplici alienat. à numer.* 192. *vsque ad* 196. vbi alia similia allegat. D. Lanar. *consil.* 72. *numer.* 10. & Borrell. *vbi supra*; omninò Menoch. *de præsump. lib. 2. c.* 9. Borrel. *ad Bellugam in Spec. Princip. fol.* 28.

Numer. 10. Adde Alexand. *consil.* 119. *numer.* 3. *volum.* 1. *consil.* 11. *numer.* 11. *volum.* 2. Rom. *in pluribus consilijs quæ alleg.* Mandos. *in addit. ad eum cons.* 83. *liter. A. post.* Tiraquell. *de retract. §. 1. glos.* 2. *n.* 22. 49. & Com. *in ver. clausula generalis decisio. Pedem.* 141. *numer.* 4.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Species bonorum vacantium est multiplex.*
2 *Possessio bonorum vacantium non transit in fiscum absque apprehensione.*
3 *Bonis vacantibus an fiscus succedens teneatur ad soluendum æs alienum.*
4 *Priuilegium ex causa onerosa, non facilè reuocatur.*
5 *Quando priuilegium secundum speciale tollat, primum generale.*

1 AD hanc decisionem 125. adde, † quòd multiplex est species bonorum vacantium, de quibus Guiliel. de Benedictis, *in cap. Raynutius de testamentis, vers. & vxorem nomine Adelasiam, numer.* 360. & *sequent.*
2 Hæc † bonorum vacantium possessio transit in fiscum absque apprehensione, *in capit. 1. quid sit inuestitura*, & † an bonis vacantibus fiscus succedens teneatur
3 ad soluendum æs alienum. Alexand. *in l. si marito, ff. soluto matrimonio*, & de bonis vacantibus, Aretinus, *consil.* 15. Alexand. *cons.* 31. *vol.* 1. & *iterum cons.*
4 1. *volum.* Ad numer. 6. de † priuilegijs, ex causa onerosa, quòd non facilè reuocentur, Loffred. Bald. *decis.* 125. Romanus *Singulari* 463. Decius *consil.* 293. *doctissimè.* An † priuilegium secundum tollat primum
5 generale, si secundùm est speciale Regens a Ponte, *consil.* 60. *vol.* 1.

ADDITIO D. RICII.

PRiuilegia Domino Ciuitatis concessa, an competant ipsi Ciuitati, quæ se redemit ab ipso Domino, hoc dicit, & concluditur. Adde Minad. *in constitut. in aliquibus numer.* 39. *in principio text.* vbi dicit in Sacro Consilio fuisse pluries decisum priuilegia concessa alicui magno Principi cum casibus reseruatis, non transire in generali alienatione, cum assensu facta personis inferioribus, allegat Paul. de Cast. *consil.* 8. *columm.* 2. *volum.* 1. & specialiter exprimenda non veniunt generali dispositione, hinc est quòd si semel fœmina admissa esset ad feudum: non per hoc fœminæ descendentes ab ea debent admitti arg. text. *in l. pater, §. quindecim, ff. de legat.* 3. & *notat.* Minad. *loco citato numer.* 40.

OB-

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Baro quando succedat decedentibus ab intestato.*
2 *Priuilegia concessa Magno Principi an transeant in singularem successorem.*
3 *Rouitus impugnat Minadoum, & D. Præsidem, sed Regens Latro stat contra Rouitum.*
4 *Priuilegium generale anterius an tollat speciale posterius.*

1 REgalium iurium nunc incidunt controuersiæ, & primò quærendum est an Baro succedat decedentibus ab intestato sine legitimo hærede, & in hoc Bal. *in l. 1. C. de legit. har.* addubitauit, sed Frecc. *de subfeud. auth. 14. numer. 51* & Capyc. *de inuest. feud. in vers. cum bonis vacantibus* existimant necessariam esse in inuestitura clausulam cum bonis vacantibus ad effectum, vt possit succedere in bonis vacantibus, aliàs dicta bona transibunt ad Regem, ad quem ex communi regula spectant regalia, quæ opinio est verior, & in Regno necessaria, ita Capiblanc. *de Baron. prag. 8. num. 126.* & ex D. meo firmat Montan. *de regal. rubr. bona vacantia n. 3.*

2 Affinis est quæstio, an concessio bonorũ vacantium facta magno Capitaneo D. Duci Suessæ donatarij Serenissimi Regis Catholici Ciuitatis Bitunti transeat ad dictam Ciuitatem emptricem, quæ ad demanium prouocauerat, & D. meus regulam constituit, quòd priuilegia casuum reseruatorum, & regalium quæ conceduntur magno Principi non transeunt in singularem successorem titulo particulari inferiorem, esto quòd sit facta alienatio cum assensu ex Minad. *in constit. Regni in aliquibus 13. col.* vbi testatur ita sæpiùs in S.C. iudicatum, & idem constabiliunt allegata penès Capiblanc. *tom. 2. de Baron. cap. 61.*

3 Sed contra opinionem Minad. & D. mei nuncupatim pluries refert decisum Rouit. *in prag. 1. vbi de delict. conuer. deb. num. 43.* & latè *in dec. 6.* & plures iudicaturas colligit Thor. *vers. priuilegium concessum à Rege par. 3* beneuetum admittunt primam opinionem quando à Principe post deuolutionem per lineam finitam, vel alia de causa, & incorporationem ad Regale patrimonium fuisset alteri facta concessio nulla mentione facta de regalibus primo loco concessis, sed solùm cum clausula generali, prout alij prędecessores sui tenuerunt, quia per deuolutionem fuerit qualitas feudalis resoluta, secus quãdo ab vtili domino cum assensu Regis fuisset concessum feudum, ita Montan. *vbi sup.* & de Marin. *ad Reuert. obs. 344.* vbi in fine cum Reuert. limitat nisi dicta clausula habeat specificam relationem illius, qui tenuit, & possedit nam tunc transeunt regalia, sed obstant tradita per Reg. Latr. *dec. 67.* vbi non transeunt regalia, etiam si adesset clausula, prout melius possedit ipse magnus Princeps, vel ipse Rex.

4 Priuilegium speciale posterius an tollat generale anterius, quando per istud non est quæsitum ius in re, sed ad rem, dum concurrebat cum dicta Ciuitate Bitunti in successione mulieris Hispanæ ibi defunctæ Hospitale S. Iacobi Hispanorũ Ciuitatis Neapolis habens posterius priuilegium in bonis vacantibus defunctorum nationis Hispanæ, & Abb. *in cap. 1. de rescript.* & Dec. *cons. 349.* tenent posse Principem tollere ius ad rem licet non possit tollere ius in re, sed verior est opinio contraria D. mei *num. 4.* & tenet glos. quam refert, & sequitur Imola *in cap. ordinem §. vlt. vers. si quantum de rescript.* Sarmient. *select. lib. 1. c. 8. nu. 18.* & quòd Princeps nõ possit nisi ex magna causa etiam de absoluta potestate, nedum tollere ius in re, verùm etiam, nec ius ad rem latè probat Rubeus *ad dec. 217. par. 9. recent. num. 482.* Sansel. *dec. 68. num. 18.*

In articulo an secundum priuilegium reuocet primum, quamuis de primo nulla sit facta mentio, affirmat Capiblanc. *tom. 2. de auth.* Baron. *cap. 12.* ea ratione, quia Princeps alicui priuilegium concedens, non censeatur se expropriare alio, & eminentiali dominio, & proinde concedendo secundum, censeatur minuere primum ad fauorem primi, cui secundo loco concedit, præsertim quando primum esset generale, & secũdum speciale, & ageretur de tollendo iure ad rem, & in spe, & non iure quæsito, nec in totum tollitur primum, sed in certo genere personarum. Dec. *cons. 297.* Reg. Latr. *consult. 133. num. 3.* Tap. *in l. fin. de constit. Princip p. 2. num. 95. & 101.* & maximè quando primum priuilegium esset multum vulgare, vt Menoch. *lib. 6. præsumpt. 40. num. 16.*

Attamen verior, & probatissima est negatiua sententia quòd cùm conceditur priuilegium alicui non censeatur concessum in præiudicium alterius, cui primo loco, fuit impertitum, inest enim clausula citrà pręiudicium iuris tertij, Olasch. *decis. 90. num. 11.* Muta. *tom. 3. c. si vel. 22. n. 53.* & iterum *tom. 3. cap. 393. nu. 1.* & regula quòd generi per speciem derogetur, vt in regula *l. generi. ff. de reg. iur.* non procedit in priuilegijs, in quibus priuilegium postremum speciale non derogat primo generali, vt gl. & Dyn. *in dict. regula.* Abb. *in cap. 1. de rescript.* Menoch. *cons. 36. num. 48.* siue per secundum priuilegium inducatur lęsio in totum, siue in parte primi priuilegij, ita Menoch. *num. 42.* & quòd secundum nõ operatur derogationem aliquam in primo, de Ponte *cons. 60. num 28.* D. Staib. ad Staib. seniorem *cons. 80. n. 9.* Vbi quod numquam censeatur concedentem velle reuocare, nec immutare illud quod semel fuit factum, & firmatum eius authoritate, Rom. *cons. 334. num. 5.* Honded. *cons. 88. num. 43.* nec censetur reuocatio inducta adhuc si diceretur in secundo nõ obstantibus quibuscumque priuilegijs, quia numquam præsumitur velle pręiudicium tertio inferre. De Ponte *vbi supra num. 45.* & Staib. *ibidem*, latè Danza *tom. 2. de pugna DD. tit. de priuileg. num. 3. & seqq.* Et distinctio illa inter ius in spe, siue ius quærendum, & ius in re, quod Princeps deroget iuri in spe, dum spes tantum adimitur, & spes succedendi dicitur somnium vigilantium, quamuis aliqui admittant hanc distinctionem, nihilominus falsam esse fusè probat Paul. Rub. allegatus sup. vnde non solum in dubio Princeps non præsumatur velle tertio præiudicium inferre, verum etiam non possit ius in spe, & spem succedendi tollere, nisi ex causa legitima, Censal. ad Peregr. *de fideicom. art. 52.* Addent. ad Molin. *de primog. lib. 1. c. 8. n. 31.* ibi: *non solum in iure quæsito, verum etiam nec in iure non dum delato, & in spe* Castrill. *de tertijs debit. c. 36 nu 7.* vbi hęc comprobat Rot. *coram Merl. dec. 501. n. 4.* & quòd priuilegium Principis debeat intelligi sine alterius læsione, prout omnia Principum rescripta R. Latr. *dec. 3.* Gamm. *dec. 279.*

Vnde venerabilis Ecclesia Sanctę Restitutæ existens in Cathedrali Neapolis habens priuilegium succedendi in corpore, & in bonis siue Sacramentis decedentium, vt de priuilegio testatur Affl. *cap. primo, tit. quæ sint regal. in vsib. feud. verb. bona vacantia:* Thor. *in additio* ad Ricc. *tom. 1. praxis fori Eccl. resol. 559.* & Chioccarell. *in Cathalog. Archiep. Neap. fol. 261.* iustè videtur prætendere hodie in S.C. successionem in bonis Michaelis Flores Alemani repentinè absque hæredibus ab intestato defuncti, & excludi ecclesiam Sanctæ Mariæ animarum dictæ Nationis Alemanæ contendentem pro simili prætenso posteriori priuilegio, in hæc

in hæreditatibus personarum dictæ Nationis; certò
certius dum primum priuilegium est concessum Ec-
clesiæ ex Affict. decis. 361. num. 11. & impartitum fuit
ex causa pietatis, quæ refulget in Reuerendiss. Capit.
dictæ Cathedralis in parentandis cum maxima fide-
lium ædificatione cadaueribus huiusmodi repentinè
decedentium, & agnoscens iustitiam causæ dictæ Ec-
clesiæ Sanctæ Restitutæ patrocinium ipsius suscepit
inter primos S. R. C. aduocatus D. Marcus Antonius
Risius.

SVMMARIVM.

1 *Assensus, siue Baronis, siue Regis, vel vtriusque dum requiritur in alienatione feudi, debet impetrari nedum super venditione, sed etiam super pacto de retrouendendo, alias non tenet. & nu. 5. & an hoc procedat, siue emptor, siue venditor tenebatur impetrare assensum, num. seq.*

3 *Pactum de retrouendendo, & si fiat post absolutum contractum venditionis, nihilominus est primum in intentione quamuis vltimum in exequutione.*

4 *Constitutio Regni, Constitutionem diuæ memoriæ, quæ permittit reuocationem alienanti feudum ante assensum præstitum, an procedat in feudo plano, & de tabula, quod tenetur à Barone, in alienatione cuius, ipsius tantum assensus requiritur? latè discutitur.*

6 *L. si ego. §. si res ff. de iure dot. priuilegium non procedit in antefato, sed tantum fauore dotis, & num. 8. ornatur.*

7 *Assensus super feudalibus, post mortem, in antefato, numquam fuit præstitus.*

DECISIO CXXVI.

Assensus impetratus super solo contractu venditionis, an trahatur ad pactum retrouendendi eodem die, & super eadem re celebratum, an verò sit inualidus in totum.

Constitutio regni permittens alienanti reuocationem feudi, ante assensum præstitum an procedat in feudo plano, & de tabula.

IMPEDITA executione sententiæ latæ super
assistentia per magnam Curiam Vicariæ in fauo-
rem Zenobiæ de Ruuo, ex instrumento vendi-
tionis factæ conuentis de Imparato, feudi plani,
& de tabula, quod à Barone recognoscebatur sub na-
tura feudali per virum dictæ Zenobiæ, mediante as-
sensu Baronis, qui præcedebat in tempore assensum
vxoris vt apparet in decis. 86. instructo processu in cau-
sa appellationis, dicebat Zenobia prædicta, quòd as-
sensus præstitus super contractu emptionis feudi præ-
dicti erat nullus, ex quo eodem die, coram eisdem
iudice, notario, & testibus erant confecta duo instru-
menta, quæ vnum censentur, scilicet venditionis, &
1 promissionis de retrouendendo, † Quòdque assensus
non erat impetratus, nisi super venditione, vnde as-
sensus dicebatur corruere ex rationibus cumulatis
per Frec. *in tract. de subfeud. in 16. quæst. vbi plenè*,
& per Camera. *in repet. cap. Imperialem, in 12. con-
clusione, litera R, fol. 58. in magnis*, quæ rationes pro-
cedunt, siue in venditione feudi requiratur assensus
Regis, vel Baronis, vel vtriusque vnde circumscripto
prædicto assensu tamquam nullo, remanebat obligatio
facta in beneficium vxoris, cum assensu valido fauore
dotis, licet post mortem impetrato, prout in dicta de-
cis. est dictum: propterea dicebatur esse declarandum,
sententiam latam per magnam Curiam Vicariæ pro
eius dotibus, & antefato super feudo prædicto, esse
confirmandam per Sacrum Consilium. Sed pro parte
conuentorum dicebatur, assensum deberi declarari va-
lidum, quia decisiones prædictæ procedunt, quando
aderat dolus emptoris, prout videtur innuere Frecc.
vbi supra in fin. sed casus de quo agebatur erat diuer-
sus, quia venditor promisit ipse impetrare assensum
Baronis, cuius assensus requirebatur in alienatione
huius feudi, quem impetrare potuit, cùm semper Ba-
ro fuerit præsens, & aliter non impetrauit, nec in ven-
ditione, nec in promissione de retrouendendo, vnde
si emptor voluit sibi consulere, & venditor sibi non
consuluit, nec emptori consulere voluit, sibi erat im-
putandum, & hoc delictum ei nocere, cùm pœna
suos tenere debeat auctores. Ex diuerso dicebatur,
2 rationes Doctorum obtinere, † vel quòd venditor, vel
quòd emptor debuisset impetrare assensum, quia po-
tissima ratio, qua mouentur Doctores, est indiuiduï-
tas contractus, & consensus, qui cùm sint vnus, &
idem, & contrahentium voluntate, si corruit in v-
3 no, corruit in totum † ex defectu assensus, licet pa-
ctum de retrouendendo, fiat post absolutum contra-
ctum venditionis, nihilominus fuit primum in in-
tentione, quamuis sit vltimum in exequutione, & si-
ne quo aliàs venditor non esset venditurus, ita pulchrè
Bald. *in l. auia, col. penult. cum seq. vers. modo hic oc-
currit quadam subtilitas, C. de iure dot.* & quod di-
cit Frecc. *in vltimis verbis suæ quæstionis* vult dicere
in causa, in qua fuit iudicatum, concurrisse dolum
emptoris, sed non per hoc recedit ab opinione, quòd
assensus sit in totum inualidus, nec recedere poterat,
stantibus validissimis rationibus pro inualiditate as-
sensus, & sic etiam iudicauit aliàs Sacrum Consilium;
in causa Ioannis Nicolai de Racta Domini Terræ Du-
razzani; subdebat vnus ex Dominis, quòd si licuisset
subfeudatario vendenti ante assensum impetratum
expressè reuocare per Constit ut. Regni, multò magis
non debet esse in damno, omittendo impetrare assen-
sum.
4 Sed ex prædictis incidenter orta fuit difficultas † an
prædicta Constitutio Regni, quæ permittit reuoca-
tionem, procedat in feudo plano, & de tabula, non
quaternato, quod tenetur à Barone, & in eius vendi-
tione, seu alienatione ipsius tantùm Baronis consen-
sus requiratur, vt dicit Andr. *in cap. Imperialem*, *vbi*
Regius Episcopus allegat *concord. post Afflict. in de-
cis. 243. in primo dubio*, ita, vt quemadmodùm, si
esset alienatum feudum quaternatum, quod tenetur
à Rege, posset alienans reuocare ante assensum præ-
stitum, ita & alienans hoc feudum planum, & de
tabula, ante consensum à Barone impetratum, & di-
cebatur, quòd hoc expressè decidit *glos. in dict. Con-
stitut. in vers. iustitiarij*, quam glos. dicit Afflict. *ibi in
penult. column. vidisse* seruari in iudicando, licet mul-
ti Modern. Doct. non visa illa glos. secundùm eum
tenebant contrarium, & pro opinio. glos. ponderat
illam Constitut. esse generalem, sed è contra diceba-
tur, eumdem Afflict. testari Sacrum Consilium iudi-
casse contrarium *in prædicta decisio. 242.* qua memi-
nit Camera. *in dict. cap. Imperialem, fol. 40. litera B.
vers. postremo videtur*, & sic limitat Constitutionem
prædictam Frecc. *in 13. limitat. ad illam Constitutio.
fol.* 113. quia postquam Regis consensus non requiri-
tur in alienatione, & per alienationem non acquiritur
Regi feudum, constit. prædicta non militat, nec verba
Constitutionis adaptantur, vnde ex prædictis videba-
tur, quòd hæc quæstio esset difficilis, & quòd hoc ar-
gumentum non procedebat, sed tantummodo causa
erat decidenda ex dictis primo loco. Ex quibus (non
discussis secundo loco consideratis, tamquam non ne-
cessarijs) Sacrum Consilium iudicauit, quòd hæc mu-
lier tamquam habens assensum, de iure validum, pro
5 dote, obtinere deberet super hoc feudo, † & assensus
simpliciter præstitus venditioni, & non promissioni
de retrouendendo, quamuis hoc feudum fuisset pla-
num, & de tabula, fuit habitus pro inualido, sed quia
magna Curia iudicauerat, quod etiàm assistentia præ-
staretur super dicto feudo, pro antefato, fuit iudi-
catum

6 catum, quòd † priuilegium, de quo *in l. si ego. §. si res. ff. de iur. do.* non procedit in antefato, sed tantùm fauo-
re dotis, arg. tex. *in l. assiduis, in fin. C. qui poti in pign. habea.* In dote enim tractat mulier de damno, non
autem sic in antefato, in quo tractat de lucro, & prop-
terea dicit Ant. Capic. *in cap. Imperialem, fol. 40. 2. col.*
7 *vers. & an vxor, in nouis,* † quòd vsq; ad illa tẽpora nõ
fuit datus in antefato assensus post mortem, & sic fuis-
se iudicatum in cõsilio dicit audiuisse. Frecc. *in 9. limit. ad Const. Regni, Constit. diuæ memoriæ, fo. 111.* Aliqua
dicit idem Capic. licet non decidat *in inuestit. feud. in vers. feudales assensus, col. 2. versic. dotium tamẽ fauore fol. 77.* conueniunt ad hoc rationes positæ per Gram-
mat. *in decis. 103. num. 186.* & licet in fine illius decisio-
nis ponat verba sententiæ loquentia de antefato, appa-
ret, quod ibi condemnatio processit in actione perso-
nali, & ex prædictis, quod ad antefatum, fuit reuocata
8 sententia Magnæ Curiæ, & iudicatum † priuilegium,
de quo *in d. l. si ego, §. si res,* non procedere in antefato, de cuius text. intellectu, multa ponit Dominus Antonius Padilla *in l. naturalis, column. antepen. vers. de contractu dotis ff. de prescrip. verb.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. ibi Assensus Regis, vel Baronis, vel vtriusq; Vide Capic. *in inuest. feu. in ver. feudales assensus ver. limit. 4. fo. 78. & in c. Imperialem fol. 24. à ter.* Ant. Sen. *in const. constitutionem num. 109. & seq.* D. Lanar. *cons. 92. n. 25.* D. Ant. Iun. *cons. 113. n. 1* post Vrsill. *in decis. Affl. hic allegat.* Eruditum Borell. *cons. 40. n. 12.*

Videantur Clarus *in §. feudum q. 32. ad fin.* & Amed. de Pont. *in tract. de laudemio quest. 24. num. 64. in fin. cum seq.*

Et an in alienatione feudi, quod in capite tenetur à Barone requiratur Assensus Regis, vel Baronis, aut vtriusque & quid in feudo consistente in annuo reddi-tu, ex quo non præstatur seruitium; Vide Afflict. *in d. const. constitutionem nu. 23. & seq. & in decis. 129.* vbi Vrsill. *num. 13.*

Numer. 6. 8. Adde Annam Senior. *in allegat. 66. colum. final. par. 1.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Notarius incontinenti corrigit suum errorem.*
2 *Negans si statim confitetur, euitat negantis pœnam.*
3 *Metus illatus præsumitur durare, si metu sit contractus, & post quatuor horas ratificetur.*
4 *Testis incontinenti dictum suum corrigit.*
5 *Sententia definitiua in continenti reuocatur.*

AD hanc decisionem 126. adde quæ dico supra, *decis. 86. & decis. 620. melius.* Et ad n. 2. Vide Tract. *de momento temporis latissimè,* & Curt. Paul. Monte Pico, Grossot. & alios, *in l. lecta ff. si cer. pet.* Franc. Curt. & Berengar. *in l. petens, C. de pact.* Connanũ *in comment. iuris ciuil. lib. 7. cap. 1. nu. 12.* Couarru. *lib. de collat. verbo. numisma. cap. 4. num. 4* Garz. *in l. iuris gentium, § quia imò, ff. de*
1 *pact.* ideo dicimus, quòd † Notarius incontinenti cor-
rigit suum errorem. Alexa. *cons. 70. lib. 1.* Dec. *in l. si li-brarius, ff. de reg. iur.* Doc. *in cap. literis, de fide instru-*
2 *ment.* † Negans si statim confitetur, euitat negantis
3 pœnam, Rom. *cons. 59.* Alex. *cons. 83. vol. 1* † metus il-
latus præsumitur durare, si metu sit contractus, & post
quatuor horas ratificetur. Cald. *in cons. 2. in tit. quod*
4 *met. caus.* Alex. *cons. 98. vol. 3.* † testis incontinenti di-
ctum suum corrigit, Doct. *in l. Imperator, ff. de statu*
5 *hominum,* Bald. *cons. 34. vol. 5.* † Sententia definitiua
in continenti reuocatur, Cardinalis, *cons. 31.* Decius *cons 445.* Alia ponit Mediccs, *in regula quinta, n. 165. fol. mihi 202.*

ADDITIO D. RICII.

COnstitutio Regni permittens alienanti reuocationem feudi ante assensum præstitum, an procedat in feudo plano, & de tabula hoc dicit.

Assensus impetratus super solo contractu venditionis, an trahatur ad pactum retrouendendi eodem die, & super eadem re celebratum, an verò sit inualidus in totum, hoc dicit. Adde quòd licet assensus sit stricti iuris, nihilominus ad consequutiua eiusdem contractus, super quo fuit concessus, extenditur, Afflict. *decis. 335.* quemadmodum assensum extendi secundum formam contractus voluit Paris de Puteo *de redintegrat. feudor. c. 135. incip. & circa num. 2. fol. 729.* Surd. *in decis. 220. num. 29.* & ideò extenditur ad pœnam interesse, & alia accessoria, quæ veniunt de natura contractus, & sunt vnum, & idem cum ipso contractu, illius assumẽs naturam, vt optimè dicit Camerar. *cap. Imperialem fol. 58. litera K.* quem sequitur idem Surdus *in dec. 182. num. 7.* plura dici possent in materia extensionis assensus, de quibus tractauit Camerar. *in d. cap. Imperialem* quilibet inspicere potest, ad connexa tamen extenditur post Marin. Frecc. *de subfeud. Baron. lib. 2. qu. 11. n. 15.* Franc. Bursat. *in consil. 29. n. 18. vol. 1.*

Quandoquidem tamen assensus nõ extenditur prout primo, de vno casu ad alium, nec de persona ad personam Marin. Frecc. *de subfeud. Baron. lib 2. q. 20. num. 8.* An. *in alleg. 41. num. 26.* & assensus concessus pro alienatione facienda Titio, non operatur, vt possit vendere, & alienare, alteri, quam nominato. Gl. *in c. 1. in prin. de prob. feu. alien. per Feder.* Paris de Put. *de redintegr. feud. c. 86. incip. quando conceduntur, num. 3. fol. 55. & c. 258. incip. vassallis tenens.* Loffr. *in cons. 9. n. 19.* Ant. Capic. *in inuest. feu. in verbo effectus col. pen. ver. & assensus fol. 83.* Molin. *de Hisp. primog. lib. 4. cap. 5. n. 31.* Surd. *in decis. 315. n. 9.* & assensus si impetratur super alienatione facienda, non prodesset alienationi factæ, nec impetratio pro alienatione facta prodesset pro facienda Matth. de Affl. *in decis. Neap. 355. n. 2.* Vinc. de Franc. *in decis. Neapol. 105. num. 1.* Io: Vinc. de Anna *in allegat. 36. num. 5.*

Assensus tamen interpositus in venditione feudi cũ pacto de retrouendendo, sufficit, vt cum fit retrouenditio, minimè requiratur vlterius, vt benè discutit Frec. *de subfeud. Baron. lib. 2. q. 2. nu. 17. & per tot.* quem sequitur Surd. *in decis. Mantuan. 321. num. 6.* Tiraq. *de retract. conu. §. 6. gl. 2. num. 19.* Put. *de reintegr. feud. c. 235. incip. & circa num. 12. fol. 129.* Afflict. *in cap. Imperialem in princ. num. 39. de probib. feud. alienat. per Feder.* Franc. Bursat. *in cons. 30. num. 26. 29. vol. 1.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Assensus an validet alienationem feudi factam si in eo non fuerit facta mentio pacti de retrouendendo, & Ricc. carpitur per Salgad.*
2 *Constitutio Regni constitutionem diuæ memoriæ an locum habeat in alienatione feudi plani, & de tabula ad ornatum obseru. ad D. Præs. & decisionis Rouiti.*
3 *Assensus Regius an possit præstari post mortem feudatarij fauore antefati.*

Repro-

1 REpropenitur quæstio aliàs tacta, num assensus validet contractum alienationis feudi si nulla est facta mentio in assensu pacti de retrouendendo incontinenti coram eisdem Notario, & testibus postea appositi, vel potiùs vitiatur pactum, & D. meus tradit decisum inualidari in totum assensum ratione indiuiduitatis contractus, & consensus qui cùm sit vnus, & idem si corruit in vno corruit in totum, addo Reuert. *decis.* 133. & Frecc. allegatum in *obseru.* 105. & quamuis Ricc. *in addit.* exturbet hanc decisionem volens assensum extendi ad pactum annexum contractui nihilominus eum expresè reprehendit Salgad. *in laber. credit. par.* 1. *cap.* 36. *numer.* 231. tamquam vtentem medijs non conducibilibus, sed rectius argumentari potuisset, ex Monter. *decis.* 1. *numer.* 58. vt in *d. obs.* 105. vnde ego distinguerem quòd si contrahentes à principio noluissent contrahere sine dicto pacto, ita quòd pactum huiusmodi sit pars contractus, etiam si incontinenti apponitur inest contractui, & informatur à contractu, & fuit primum in intentione quamuis vltimum in executione, & corruit contractus, & præsertim quia ratione dicti pacti semper res minori pretio venditur, & pactum de retrouendendo est pars pretij, secus si pactum non fuisset à principio contractus appositum, Reuert. *decisio* 563. Reg. Marcian. *disput.* 7. *numer.* 30. in dubio quando pactum incontinenti apponitur licet non coram eisdem Notario, & testibus præsumitur correspectiuum, & censetur eodem tempore contractus factum, & inesse contractui de Marin. ad Reuert. *obseru.* 133. *&* 563. & practicari decisione hanc testatur integer, & doctissimus D. Petra *super Rit. M.C.* 259 *numer.* 31.

2 Subintrat controuersia, vtrum Constitutio Regni *incip. constitutionem Diuæ memoriæ* admittens reuocationem alienationis feudi iure proprio sibi vim præfigat in feudis planis, & de tabula, & affirmandum videtur cùm sit fauorabilis ne perdatur feudum alienatum, & rubrica sit generalis, sed D. meus negatiuè respondet reiecto Afflict. *in d. constitut.* addo Capan. *de iur. adohæ quæst.* 7. *num.* 12. Reg. de Marin. *lib.* 1. *resol.* 233. *num.* 6. qui ea ratione ducitur, nam d. feuda non comprænhenduntur sub Regni Constitutionibus, dum in eis Rex nullum ius habet, & dum Reges aliquid circa feuda disponunt præsumendum sit de suis sensisse, quæ sunt quaternata simpliciter, vel secundùm quid, & recognoscuntur à se non autem de his quæ à Barone, quamuis aliter in terminis *constitutionibus aliquibus ex* D. meo *decis.* 7. *&* de Marin. *vbi supra numer.* 24. & quamuis obstare videatur Rouit. *in decisio.* 7. per quam testatur fuisse iudicatum in feudis planis, & de tabula quæ recognoscuntur à Barone sub onere fidelitatis, & seruitij militaris regulandam esse in eis successionem de iure communi feudorum, & non de iure communi Romanorum contra ea, quæ tradita sunt in *obseru.* 7. responderi potest quòd non solum potest dubitari de veritate dictæ decisionis ex auctoritatibus, ibi per nos congestis, sed posita pro vera, quòd regulanda sit in dictis feudis successio iuxta ius commune feudorum, quoad gradus, & numerum personarum, quæ possunt succedere, sed non quoad hoc vt nequeant succedere fœminæ per *Constitut. in aliquibus*, quæ est generalissima loquens nimirum in bonis Comitis, & Baronis, vt de Marin. *vbi supra* Beneuerum locum habet in bonis ascendentium, vnde in feudo transuersali, quando feudum est paternum, quatenus respectu vltimi defuncti quando concurrit transuersalis, tunc ista non sit descendens, aliter est respectu primi acquisitoris feudi, vnde in successione fœminæ quantam res habet difficultatem penitus considerandum erit.

3 Assensus Regius qui fauore dotis præstari potest post mortem feudatarij, per *tex. in l. si ego §. si res ff. de iur. dot.* secus erit respectu antefati, vt *numer.* 6. addo Reuert. *decis.* 368. *&* *ibi de* Marin. beneuerum pro antefato ad fauorem mulierum Ciuitatis Neapolis censetur concessus assensus ex gratia concessa de anno 1539 de Marin. ad Reuert. *obs.* 229.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, quoad hoc, vt creditores filio præferantur, est quota bonorum licet in reliquis, sit quota hæreditatis.*

2 *Legitima consignatio non est facienda filio post mortem patris, & si offeratur per eum cautio de seruando hæredem illæsum, donec sententia feratur super ære alieno, quod negatur per hæredem deberi, vel est illiquidum, & num.* 5. *de veritate.*

3 *Cautionis fragilitati non debet quis se committere.*

4 *Hæres grauatus de restituendo hæreditatem, deducto ære alieno, & legatis, habet electionem, vel restituendi hæreditatem cum oneribus fideicommissario, vel accipiendi cautionem à fideicommissario (facta residui restitutione) ipsum defensurum aduersus creditores, & legatarios, & an hoc procedat inter hæredem, & filium cui ex iuris dispositione, debetur legitima absque onere dilationis, num.* 8.

6 *Legitima grauamen nullum, etiam temporis, imponi potest, sed incontinenti, mortuo patri, solui debet.*

7 *L. Papinianus, §. quarta. ff. de inoffic. test. declaratur.*

9 *Legitima filio debita, de iure naturæ, absque aliqua dilatione statim mortuo patre, debetur, ne cogatur, discussione creditorum illiquidorum pendente) mendicare, vel fame perire.*

10 *L. cum hæreditas. ff. ad Treb. declaratur.*

11 *Retentio non est indistinctè sufficiens remedium.*

DECISIO CXXVII.

Legitimæ assignatio an sit facienda filio, præstita per ipsum cautione, an verò prius sit liquidandum æs alienum, quo nisi deducto non debetur legitima.

1 LEgitimam deberi filio, deducto prius ære alieno, non dubitatur, † legitima enim quo ad hoc, vt creditores filio præferantur, est quota bonorum, licet in reliquis, dicatur quota hæreditatis, declarat Decius *in l. hæres institut.* 2. *vbi allegat concor. colum.* 1. *versic. ex his infertur. C. de impuber. & alijs substit.* sed dubitatum fuit in Consilio in causa venerabilis Collegij sanctissimi nominis Iesù de Vrbe, cum illis de Marzato, de Monopoli, si æs alienum, quod deduci prætenditur, non est liquidum, imò per hæredem, & fideicommissarium negatur deberi, an sit expectandum quod super hæc sententia feratur, & interim impediatur consignatio legitimæ, vel sub fideiussione oblata per filium, seu eius hæredem, sit legitima ipsa consignanda integrè. Paul. de Montepico. *in repet. in l. quartam, colum.* 54. *vers. sed retenta numer.* 170. *ff. ad l. Fal.* dicit, hanc accidisse in Senatu sui Principis, fuisseque diù ventilatam, & tandem Senatores dicti Senatus visos fuisse adhærere sen-
2 tentiæ, † quòd per prius deberet fieri liquidatio non admissa fideiussione oblata de seruando hæredem illæsum, ex generalitate tex. *in l. Papinianus, §.* 4. *ff. de inoff. test.* quæ opinio ratione fulcitur: postquam enim creditorib. hæreditatis competit actio cõtra hæredem non autem contra filium, non videtur iustum, vt hæres cogatur soluere creditoribus, & postea à filio recuperare, quia vltra quod expensis vexaretur, multa accidere possunt in personam fideiussoris, & filij, vt quotidie in hoc Regno videmus, vt hæres, facta per eum solutione creditoribus, recuperare non possit, itemque

quia

quia melius est non soluere, quàm solutum repetere,
3 dictum est plenè *in decis.42.quamuis nu.4.* † nec fra-
gilitati cautionis quis tenetur se committere, vt in si-
mili materia est tex. *in l.qui ita, vers. sciendum, ff. ad*
Treb. & pro ista opin. vltra allegata per Paul. allegaba-
4 tur tex. *in l.cogi.§.inde quaritur eo.tit.* † vbi in mate-
ria restitutionis faciendæ per hæredes deducto ęre alie-
no, & legatis, iureconsultus remittit facultati hęredis,
vel restituere hęreditatem cum oneribus fideicommis-
sario, vel cauere hæredi, facta restitutione, se illum de-
fensurum, aduersus creditores, & legatarios, sic dice-
batur in casu nostro debere esse in facultate hæredis,
vel soluere integrè legitimam filio, & ab eo cautionem
recipere, vel prius soluere credita, & postea restituere,
& ex prædictis dicebatur, quòd casus, de quo agebatur,
decidi poterat. idem Pauco. de Montepico ibidem di-
5 cit, † quòd contra hanc opinionem, est text. *in l. cum*
hareditas. ff. ad Treb. per quem tex. dicit, sibi placere
contrariam opin. quòdque si iste tex. fuisset tunc in
Senatu allegatus, res aliter se habuisset, dicit tamen es-
se cogitandum, quia non reperit hunc casum per ali-
6 quem decisum, † & pro hac opinione dicebatur, pos-
se dici, de legitima omne grauamen esse reijciendum,
etiam temporis, quia incontinenti solui debet, *l. quo-*
niam nouella. C. de inoff. test. sed si deberet expecta-
ri solutio æris alieni, de quo inter partes est controuer-
sia, an debeatur, vel non, cogeretur filius multum tem-
pus expectari, maximè in nostris tribunalibus, in qui-
bus licet infinitus sit numerus causarum, quæ in dies
expediuntur, nihilominus non potest negari, quin di-
scussiones hæreditatum, quæ fiunt maximo labore, &
tempore indigeant, & per indirectum imponeretur
onus legitimæ, contra *d. l. quoniam nouella*, ergo vide-
batur, quòd statim esset facienda integra solutio, cùm
melius sit per cautionem idoneam consulere hæredi,
quàm permittere, quòd filius expectet liquidationem
legitimæ quæ incontinenti ei debetur, & dicebatur,
non obstare generalitatem *d.l. Papinianus, §. quarta*,
7 † quia quamuis ibi dicatur, quartam esse accipien-
dam, deducto ære alieno, & funeris impensa, tamen
intelligendus est ille tex. virtualiter, sed quando est dif-
ficultas, quid, & quantum debeatur, an cogatur hæres,
præstita cautione, soluere, tex. hoc non decidit. sed per
alia iura, & rationes decidi potest: nec similiter ob-
stat text. *in d. §. inde quaritur*, & rationes coactionum
quas non nisi hæres pati non potest, quod consideratur
in l. nam quod. §. non omnis. ff. si quis omissa cau. testam.
8 Nam † pro solutione dicebatur, maximam esse diffe-
rentiam, quando quæstio oritur inter hæredem, & fi-
deicommissarium, cùm vterque habeat hæreditatem
ex volũtate vnius, habeatq; vterq; causam lucratiuam,
& ne hæres sit in damno, qui adit, vel cogitur adire,
vt restituat omne remedium est cogitandum, & debet
esse in hæredis electione, vel retinere, vel habere cau-
tionem, nec reperitur aliquod priuilegium reiectionis
temporum, vel alterius grauaminis, secus autem est in
casu, de quo agitur, in quo filio, ex iuris dispositione,
legitima debetur, absque onere dilationis, quod onus
adijceretur legitimæ, pendente discussione, & declara-
tione æris alieni contra dispositionem iuris, & quam-
uis remaneant rationes, quia facta solutione legitimæ
hæres compelleretur, & filius compelli non possit,
quòd certè est difficile fundamentum, poterit consuli
hæredi per cautionẽ fideiussoriam, & per alia pinguio-
9 ra remedia, † ne filius, cui legitima de iure naturæ,
dilatione circumscripta, post patris mortem debetur,
cogatur, discussione creditorum illiquidorum penden-
te, mendicare, vel fame perire, contra tex. *in §. prohi-*
bemus, in authen. de trien. & semis. vnde ex prædictis
opinio illius Senatus redderetur dubia, & non immeri-
tò rescripsit Senatus ille, quòd certum tempus, mulcta
indicta, captisque pignoribus indiceretur hæredi, vt
procuraret liquidationem creditorum, licet reuera hoc
remedium posset dici inutile, non enim est in potestate
hæredis, terminari facere lites, benè tamen poterit ip-
sarum finem solicitare, verum tamen est, dicebat vnus
ex Dominis, quòd Paul. de Montepico non debebat re-
10 cedere ab opinione Senatus, *per d.l. cum hareditas* †
quia ille tex. facit potius pro opinione Senatus, quàm
pro eius opinione: licet enim ibi consulatur hæredi per
cautionem, respectu obligationum, quas ipse, occasio-
ne hæreditatis, & in causam necessariam hæreditatis
facit, hoc fuit ibi prouisum in beneficium hæredis, qui
tamen poterat de hæreditarijs retinere, sed quia posset
esse casus, in quo, in hæreditate non essent corpora, ne
hæres esset in damno, etiam ante restitutionem verba-
lem, consuluit ei de cautione: ita illum tex. declarat, &
intelligit Paul. de Castr. *ibi in ver. non obstant*, & latius
11 Ale. *in ver. in tex. ibi, nam quod qui subdit*, † retentio-
nem non esse indistinctè sufficiens remedium, tamen
ex istis videbatur dicendum pro filio cõtra opinionem
dicti Senatus, relato per me hoc puncto genericè, fuit
dictum quòd prima die decideretur. Interim vidi di-
stinctè onera, quæ prætendebantur, & partes audiui
super eis, earumque consensu accedente, absque aliqua
relatione controuersias ipsas determinaui. & sic non
fuit necesse quæstionem prædictam decidere, posui ta-
men eam, vt cùm casus acciderit, possit super ea matu-
rius cogitari; deinde vidi Ripam *in d. l. quartam, col.*
pen. ver. sed quo remedio, nu. 215. & 216. qui videtur te-
nere in fauorem filij, & dicit hanc esse æquam opinio-
nem, & nouissimè hunc articulum copiosè disputat
D. Alex. Raud. *in appendice, ad tract. de Analog. in 6.*
par. post num. 51. vers. & dum loquutus fui, qui etiam
defendit opinionem Senatus, & dicit fuisse Senatum
Mediol. licet ego crediderim fuisse Senatum Montis-
ferrati.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Bursat. *cons. 8. n. 10. vbi de commu-*
ni, & in cons. 9. n. 13. vol. 1.

Num. 2. vsque ad 6. Adde Annam Iun. qui idem pro-
sequitur *in sing. . . in add. sui Genitoris*, & corroborat
Dom. Garsia Mastr. *in decis. 64.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Filio petente legitimam, & offerente cautionem hære-*
di reluctanti cõsignare, antequam æs alienum liqui-
detur, vel soluatur, an sit supersedendum.
2 *Legitima filiorum, & parentum quanta sit.*
3 *Legata pro male ablatis, incertis, & vsuris, deben-*
tur tam quàm æs alienum.
4 *Libertates an minuant legitimam, & an.*
5 *Dos, & legatum ad pias causas minuant eamdem.*
6 *Filius, an patre viuente petat legitimam.*
7 *Legitima an filio inuito dari, possit, & ab inuito*
exigi.
8 *Fructus legitimæ consignandę, non ascendentes ad le-*
gitimam, an augeant animum iudicis, vt faciat ven-
di proprietatem.
9 *De fragilitate cautionis euitanda, remissiuè.*

1 AD istam decisionem 127. tractantem, an †
filio petente legitimam, & offerente cau-
tionem hæredi reluctanti consignare, an-
tequam æs alienum liquidetur, vel solua-
tur, sit supersedendum, vbi allegat decisionem Mon-
2 tisferrati, quod sic, & disputat. Adde omninò de † le-
gitima filiorum, & parentum, & quanta sit omninò
3 *sup. decis. 63.* Quòd † legata pro male ablatis incertis,
& vsuris, debeantur tanquam æs alienum, Angel. *in l.*
4 *Titius ff. de lib. & postb. num. 4.* † & libertates an mi-
5 nuant legitimã Dec. *in l. quot. es. ff. de reg. iur.* An† dos,
& legatum ad pias causas minuant legitimam, Ripa
6 *in §. si sponte, in l. quasitum, ff. de priu. cred.* An† filius

7 uito dari possit, & ab inuito exigi; & † an fructus le-
8 gitimæ consignandæ, non ascendentes ad legitimam, augeant animum iudicis, vt faciat vendi proprietatem, *inf. decis. 133. latissimè, & decis. 16. Ad num. 2. in fi.* ad-
9 de quæ *dico decis. 42.* & latius vide de † fragilitate cautionis euitanda omnino, *decis. Præsident. 244.* vbi est decisum in facto. Adde ad num. 11. de retentione, infra *decis. 134. sup. 104. & infra decis. 184. vbi dico.* Ad hanc decis. nouissimè adde Costam, *de ratione rata, præmisso 8. nu. 14.*

ADDITIO D. RICII.

Legitimæ assignatio an sit facienda filio; præstita per ipsum cautione, an verò prius sit liquidandum æs alienum, quo nisi deducto non debetur ex legitima, hoc dicit, Adde Mastrill. *decis. 64. nostram collectaneam decis.* 103. Hector. Felic. *allegat* 38. *num.* 4. *& seq.* & an viuente patre, competat aliquod ius in legitima, quòd non, Becc. *cons.* 34. *nu.* 17. Fabius de Anna *in addit. ad sing. sui patr. in sing.* 351. & si filius condemnetur pro aliquo delicto, non tenetur aliquid soluere ratione legitimæ, vt inquit Duen. *in reg.* 306. *n.* 2. relatus per Paschal. *de virib. patr. potest. c.* 4. *n.* 21. vbi limitat, quando pater esset dissipator, nam tunc cogi possat ad assignandam filio legitimam, iuxta notata latè per Vasq. *in* 1. *lib. illust. contron. c.* 37. *per tot.* & si legitima fuerit assignata filio in vita patris, cuius facultates postea reperiantur auctæ, debetur etiam portio illius incrementi, vt latè Viuius *in commun. opin.* 456. *per totã.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Filium non posse petere assignationem legitimæ ante deductionem æris alieni, tenent Mastrill. Mesa Amat. Tap. & alij, & quæ ratio.*
2 *Recensentur Auctores aientes, inter quos Fontanella obiurgat Fabrum nu.* 3.
4 *Diminutio bonorum contingens in morte patris an noceat filio, cui in vita est assignata legitimæ.*

1 Dvbitanter respondet D. meus in controuersia vtrum filius rectè petat sibi assignari legitimam ante æris alieni deductionem, etiam oblata per eum cautione de restituendo, quòd fortè in excessum datum fuerit si ne apparuerit facta liquidatione, tradens quæstionem non fuisse determinatam.

Opinionem negantem tenent Surd. *cons.* 248. *n.* 17. vbi refert ita pluries per senatum decisum, & Cyriac. *controu.* 222. *nu.* 7. *tom.* 2. Amat. *lib.* 1. *resol.* 39. *à nu.* 167. Mastril. *decis.* 64. *num.* 70. licet referat Senatum iussisse hæredi liquidationem intra tempus statutum, Tap. *decis. S.C.* 14 *nu.* 46. Fab. *def.* 6. *C. inoff. testam.* vbi appellat inciuilem petitionem filij, sed interim prouisionaliter aliquid præstandum.

Ratio est, quia creditoribus hæreditarijs competit actio contra hæredem, non autem contra filium, vnde inconueniens, & absurdum reputabitur, nec iustum, vt hæres cogatur soluere creditoribus, & postea à filio repetere, nam expensis vexaretur, & multa accidere etiam solent in persona fideiussoris, nec quis se committere tenetur fragilitati cautionis, præterea cùm legitima non hæreditatis, sed bonorum quota sit, consequenter non nisi deducto debito debetur, & contrariam opinionem tenentes appellat Fab. æquitatis arbitros, sed iuris scripti prorsus ignaros.

2 Alij pro legitimario tenent, quòd sit mittendus in possessionem tertiæ partis bonorum possidendæ communiter, & pro indiuiso cum hærede, & fructus pro ea parte accipiendi cùm hoc quòd sustinere debeat pro rata onera, iuxta *l. non possumus ff. si pars hæred. pet.* non obstante quòd vnus sit priùs declaratus hæres ex toto asse, ne interim legitimario præiudicetur in iuribus suis, & æs alienum quòd videtur impedimentum facilè tollitur, nam filius contribuet vt vendatur de hæreditate, & sua parte, & interim hæres, & legitimarius fruantur fructibus, ea ratione quia fructus currunt legitimario à die mortis pro sua legitima, ita post alios tenet Gratia. *discept.* 60. & de veritate veriorem probat Caluinus *in tract. de æquitate c.* 57. ducitur nam de legitima omne grauamen, etiam temporis sit reijciendum, & legi fraus fieret vbi expectaretur liquidatio æris alieni Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 9. *par.* 2. *nu.* 8.

Tholosæ autem aliud obseruari dicit, Maynard. *lib.* 5. *c.* 5. vbi tradit practicari, vel quòd priusquam adiudicetur legitima decernitur vendi aliquam partem bonorum pro soluendis debitis ex pretio, vel detrahitur quota legitimæ cum hoc vt filius sustinere debeat pro rata onera hæreditaria.

3 Sed Faber. *vbi sup. in def.* 6. *C. de inoff. testam. & de err. prag. p.* 1. *decad.* 15. *n.* 9. negantem opinionem tenet cæterùm quia inquit iniquum esset filium interim nihil habere tantisper, dum æris alieni ratio non est prorsus explorata, petere potest vt certæ pecuniæ quantitas pro modo patrimonij, & personæ conditione sibi assignetur imputanda postmodum in fructus legitimæ, aut si non sufficiant in eamdem bonorum partem, quæ pro legitima debebitur, quod ait sæpè sequi solitum Senatum, & sequitur Costa *de ratione rata quæst.* 140. sed Fabrum pleno calamo confutat Fontanell. *in decisio.* 574. vbi sigillatim occurrit motiuis Fabri allegans Gratian. *discept.* 602. vbi quòd ille cui debetur legitima potest considerari pro tertia parte dominus pro indiuiso ex causa suæ legitimæ, & sufficit ad tollendum omne inconueniens, quòd assignetur filio legitima cum hoc quod pro sua parte contribuat ad solutionem æris alieni, & cum hoc temperamento accipienda sunt tradita per D. meum pro filio opinantem, quòd sit admittendus ad tertiam partem bonorum, quamuis Merlin. *in tract. de legit. lib.* 5. *q.* 4. *q.* 9. vbi pro filio scribens expresse ait D. meum dubitare de hac opinione, & legitima an sit quota bonorum, vel hæreditatis videndus est Fontanell. *in decis.* 574. vbi enucleat articulum affluenter.

4 Legitima cùm definiatur communiter quòd sit tertia pars bonorum de tempore mortis si assignata fuerit in vita filio, & postea essent diminuta bona tempore mortis, an reducenda sit ad quantitem à lege taxatam de tempore mortis, & reducendam esse tenent post alios Font. *tom.* 2. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 1. *par.* 3. *nu.* 19. Mastrill. *decis.* 206. Fontanell. *decis.* 572. *n.* 17. sed quia hic articulus coincidit cum eo quando è contra augentur bona post assignationem legitimæ filio per patrem in vita factam, vtrum debeat augeri legitima, proindè videnda erunt, quæ scribentur in *obs.* 153.

SVMMARIVM.

1 *Barones debent habere ayrias pro conseruatione fructuum feudi, & baiulos.*
2 *Baro colens proprium territorium feudi, non dicitur mercator.*
3 *Baro non contribuit in collectis, ex negotiatione, quã facit in feudo, vt maiores fructus percipiat.*
4 *Nobilis nobiliter viuens, præterquam quòd proprijs manibus colligit agrum proprium, gaudet priuilegio nobilitatis.*

DECISIO CXXVIII.

Vassalli obligati ad conseruationem fructuum feudi pro domino, tenentur etiam ad conseruationem illorum, qui ex cultura propria domini in feudo perueniunt.

1 QVotidie iudicamus, † quòd Barones debere
habere ærarios, seu conseruatores, qui con-
seruent fructus feudi, soluto tamen eis sa-
lario, plenè ponit Frec. *in auct. 37. simili-
terque* tenentur vassalli ad præstationem baiuli, Anti-
bolus *in tract. de munerib. & honorib. in 4 par. §. 4. in
ver. posset dubitari vtrum n 81. ver. an autem Dominus*
cumq; Mag. Ferdinandus Pappacuda, vtilis dominus
ciuitatis Liquedoniæ, coleret territorium feudale d. ci-
uitatis, & ex cultura d. territorij perciperet fructus, de-
negabant vassalli fructuum prædictorum conseruatio-
nem, tamquam, quod peruenirent ex negotiatione, seu
industria Baronis, & quòd percipiebatur maior sum-
ma, quàm perciperetur, si alijs locaretur territorium
prædictum, & sic ratio, magis granabantur vassalli in
2 conseruatione. Ex aduerso dicetur, † quòd colens pro-
prium territorium, seu agrum, non dicitur mercator,
seu negotiator, etiam si postea vendat bladum, seu vi-
num ex proprio agro recollectum, colligitur ex dictis
Bar. *in l. legatis seruis, ibi, oportet enim, ff. de leg. 3.* clarè
hoc dicit Abb. *in cons. 6. in 2. dubio*, congerit concor.
Benuenut. Strace. *in tract. de mercatura, par. 1. nu. 48.
vers. queritur apud Bar. fol. 26.* si igitur Baroni permis-
sum est colere, & vendendo non dicitur negotiari di-
cebatur, quòd non aderat iusta causa recusationis in
cōseruando, etiam quòd colendo, maiores fructus per-
cipiat, quia non reperitur iure prohibitum, quòd Baro-
nes ipsi propria territoria feudalia non colant, nec co-
lere faciant, vt maiores fructus percipiant; sunt igitur
hi fructus feudi, quamuis industriales, ergo dicebatur,
quod vassalli, ad eorum conseruationem tenebantur.
Item dicebat vnus ex Dominis, hoc decidi posse ex
dictis per Andr. *in ver. angaria, quæ sint regal. col. pen.*
3 *ver. quid de mobilibus*, vbi concludit, † quòd Baro
non tenetur contribuere in collectis ex illa negotiatio-
ne, quam facit, vt ex feudo maiores fructus percipiat,
& ita declarat Ant. Capi. *in inuest. feud. in ver. feudor.
immunitas, col. 2. ver. aliqui, per id quòd tenet, fol. 246.*
facit ad prædicta, quòd dicit fuisse decisum Guid. Pap.
4 *in dec. 11.* fuit dubitatum, scilicet † quòd nobiles aliàs
nobiliter viuentes, excepto eo, quod proprijs manibus,
in eorum possessionibus laborant, debent gaudere pri-
uilegio nobilium, quamuis, si mercimonia exercent, nō
gauderent nobilitate, vt per eumdem in decis. 196. No-
biles, quasi quòd ex prædictis inferatur, nobiles prædi-
ctos eorum cura colentes, non posse dici mercatores,
& sic verè possunt dici fructus ex feudo percepti, me-
minit de prædictis Tiraq. *in tract. de nobilitate in 31.
cap. num. 11. ver. verum his. fol. 208. à ter.* ego ex causa,
in decis. 150. posita, non interfui in decisione, sed fuit
decisum in fauorem Baronis, die 29. Maij 1577.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. Adde an Baro possit cogere aliquem ex suis vassallis ad exercendum officium ærarij, vel vniuersitatem ad dandum ipsum; Vide Caranit, *in Ritu 45. n. 6.* Capiblanc. *in tract. de Baron fol. 292. n. 16. & seq.*

Num. 4. Adde Ann. Iun. *cons. 34. num. 8.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli an teneantur seruire Baroni extra feudum.*
2 *Salarium debetur Camerario.*
3 *Nobilis laborans in proprijs territorijs, an amittat nobilitatem remissiuè.*
4 *Iudex Regius exercens Aromatariam, an perdat immunitatem Iudicatus.*
5 *Nobilitas per agriculturam non amittitur.*
6 *Pœna triremis non est imponenda popularibus diuitibus, & honestis, licet agros suos colant.*

ADde de hac decisione Præsid. *infrà dec. 126.*
1 vbi citat hanc decis. & declarat, an † vassalli
teneantur seruire extra feudum Baroni. Vi-
de quia in dicta decis. reperies multa decisa
2 contra Barones, & pro ipsis, & quòd † Camerario de-
beatur salarium à Barone, fuit decisum facto verbo in
causis Viti de Sancto Angelo, contra Marchionem, &
in causis Vniuersitatum Pestitij, & Ioan. Iacobi Den-
ticæ, cum Vniuersitate Veggiani, & Cassani. Ad ver-
bum istud, quòd colens proprium territorium, vide
omninò Guid. Papa *decisione, siue quæstione sua 41.*
3 vbi † an nobilis laborans in proprijs territorijs, amit-
tat, nobilitatem, & scribentes in Pragmatica, de appre-
4 tio † an Iudex Regius exercens Aromatariam, per-
dat immunitatem Iudicatus, vide omnino Carpanum
lib. 1. c. 11. Statutum Mediolan. & Guid. Pap. *Item de-
dec. 197. & 392.* & Caballin. *Milleloquio 795. latissimè.*
Vide alia *decis. infra 337.* de nobili, & rustico latè.
Ad num. 4. vers. excepto. Adde Tiraquel. *de Nobilita-*
5 *te, cap. 31.* vbi quòd † Nobilitas per agriculturam non
amittitur, & pluribus comprobat Consiliarius Anna,
6 *cons. 34. incip. Pœna triremium*, vbi consuluit † pœnam
triremis non esse imponendam popularibus diuitibus,
& honestis, licet proprios agros suos colant, & dicit
proprijs manibus torum coniugalem, sibi Vlyssem,
necnon nauim fabricasse. Et an, ars Aromataria dica-
tur Ars vilis, per illam, & quot modis Nobilitas amit-
tatur, Carp. *lib. 1. constit. Mediolan. cap. 414. & melius
capite 415.*

ADDITIO D. RICII.

VAssalli obligati ad conseruationem fructuum feudi pro domino, tenentur etiam ad conseruationem illorum, qui ex cultura propria Domini in feudo perueniunt, hoc dicit Adde Massil. *in addit. 198. in fin.* vbi meminit de ista decisione, & addit, quòd ad relationem M.C.V. in Sacro Consilio fuit decisum, quòd Baronibus dentur ærarij mediante salario pro consequutione fructuum feudi, immò etiam fructuum, quos Barones ex industria percipiunt Capiblanc. *in prag. 16. num. 18. de Baron.* & vide nostram collectaneam 48 & est vnum de seruitijs debitis per Vassallum, aliàs inutile esset, si non haberet hominem de suo feudo, qui susciperet gubernationem bonorū feudalium, nimiumque grauaretur Dominus, si aliunde talem hominem quærere cogeretur sicut prouisum est in Rege, qui pro huiusmodi seruitio posset soluta mercede vassallos cogere, & ita consequenter dicendum est in Barone, qui Regis locum in castro, seu feudo repræsentat, & ideò posset eos compellere prætorijs remedijs, quibus coguntur tutores: Mastr. *de Mag. lib. 4. cap. 17.* subdens similiter cogendos esse vassallos ad gerendum officium Baiuli Capiblanc. *prag. 8. nu. 173. cum seq.* posset tamen limitari pragmatica, quando Baro aliunde emeret bona, vt mercaretur Mau. *allegat. 16. vol. 1.* Aduertas tamen quòd ærarius siue secretus elapso anno tenetur reddere rationem introituum penes eum perueniorum Lanar. *consil. 99.*

(✠)

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Barones debent habere ærarium, seu conseruatorem fructuum.*
2 *Quid si fructus proueniant ex industria Baronis, & expenduntur Andr. & Claper. & alij.*
3 *Vniuersitas an teneatur ex nominatione ærarij.*

1 DOminicalis nunc subsequitur materia de prærogatiua Baronis habendi ærarium in suis terris, seù conseruatores qui conseruant fructus feudi soluto tamen eis salario, & vasalli poterint compelli ad exercendum ærariatum per annum, ex quo tenentur præstare seruitia, & obsequialia Baroni, qui non tenetur ex alijs terris quærere homines pro seruitio in exigendo introitus feudales, & gubernatione corporum feudi, & inutile esset feudum si vasalli non tenerentur obire d. onera, vt Frecc. *de subfeud. auth.* 37. Mastril. *de magistrat. lib.* 6. *cap.* 57. *num.* 65. Capiblanc. de Baron. *in prag.* 16. *nu.* 15. quòd ærariatus officium non est munus personale publicum, sed an sit angarium, vel nomen muneris personalis, vel seruitus realis ratione feudi tradunt Frecc. *auth.* 41. Capiblanc. *nu.* 16.

Disputatum est, an vasalli tenerentur ad conseruationem fructuum, qui prouenirent ex cultura territorij Baronis, & ex eius industria, & affirmatiuè decisum fuit ex eo quòd colens proprium territorium non dicitur mercator, Bart. *in l. legatis seru. ff. de leg.* 3. Andr. *in §. & plaustrum numer.* 58. *quæ sint regalia*, sed si Baro emat oues capras, & vaccas ad immitenda dicta animalia in herbagijs feudi quæritur, an tunc Baro dicitur mercaturam facere, & Andr. *vbi supra numer.* 58. censet animalia censeri feudalia, quæ sunt ad instructionem, & culturam feudi, vt boues, non autem animalia ad commercium, & industriam reposita, & idem tenet Lucas de Penn. *in l.* 2. *vers. quid de pecoribus C. de bon. vacant. lib.* 10. Claper. *decis.* 35. *q.* 6. Laganat. ad Rouit. *in prag.* 16. *nu.* 6.

Contrarium probat Reg. de Marin. *lib.* 2. *resolut.* 35. ex Capic. *de inuestit. feud. vers. feudatariorum immunitas, vers. aliqui*, dum dicit And. loquutum esse de industria, quæ fit ex negotiatione pecuniæ, secus de illa quæ fit ad percipiendum maiores fructus de feudo, sine qua fructus a feudo percipi non possunt, tunc enim oues, & similia feudi instrumentum esse videantur, Capiblanc. *de Baron. pragm.* 12. *num.* 14. & tenetur ærarius etiamsi Baro mercetur de fructibus feudalibus, Carau. *rit.* 45. *in fin.* D. Staib. *resol.* 29. *nu.* 24. qui ita iudicatum refert pro Barone quando emit frumenta, & fructus eiusdem terræ secus si exeat alibi, vt mercetur.

3 Proxima est quæstio, an Vniuersitas quæ ex Baronum particulari priuilegio singulis annis tenetur duos, vel tres nominare ciues, quorum vnum eligit Baro in ærarium, si iste in redditione computorum reperitur debitor, & non soluendo, an teneatur Vniuersitas de suo soluere Baroni, & affirmatiuè decisum testatur, Gizzarell. *decis.* 31. *per text. in l.* 1. *C. de peric. nomin. libr.* 11. & ita similiter iudicatum refert de Marin. *lib.* 1. *resol.* 143. P. D. Caiet. de Afflict. *contr. eu.* 45. ea ratione moti quia nominatus fuerit admissus à Barone ex necessitate cùm teneatur confirmare nominatum, & fidem nominationis sequutus fuerit, & propterea ærarius censeatur ab ipsa Vniuersitate creatus, sed ego non parum hæsito, primùm quia nominatio ex parte Vniuersitatis est necessaria, quæ nominantem non obligat Tusc. *lit. P. concl.* 852. *n.* 8. Cancer. *var. lib.* 2. *c.* 5. *nu.* 95. vlterius quia nominatus fuit approbatus à Barone, Aret. *in l. continuus §. si ab eo nu.* 19. *ff. de verb. oblig.* Tusc. *vbi supr.* adhæc quia confirmatio Baronis non potest dici necessaria, quæ tunc esset quando Vniuersitas nominaret in ærarium vnum ex ciuibus, secus quando plures, quando enim datur electio, tunc actus est liber, & non ex necessitate: verùm ego defero Auctoribus, & decisionibus S. C. allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Præuentionem in vassallos delinquentes extra territorium si habet Baro, & si vnus ex vassallis delinquat in Ciuitate Neapolis, vel in eius territorio, siue casalibus, an ipse Baro cognoscere possit.*
2 *Proreges Illustrissimi videntur principaliter offendi ex delictis commissis in Ciuitate Neap. & proinde Magna Curia non consueuit ea remittere, & an hac consuetudo procedat etiam in delinquentes in territorio, siue casalibus ipsius ciuitatis, num. seq.*
4 *Priuilegia, contra concedentem sunt latissime interpretanda.*
5 *Ciuitatis appellatione an, & quando veniant suburbia.*
6 *Casale ciuitatis Neap. quando est abdicatum, quoad iurisdictionem ab ipsa ciuitate, & alteri concessum, si aliquis ibi delinquat, non videtur offendere iurisdictionem, nec personam Proregis, sed vtilis Domini.*

DECISIO CXXIX.

Præuentionis ius habens in vassallos delinquentes extra territorium, aliquo delinquente in territorio Neapolitano, an cognitionem eius delict. habeat.

ILlustr. Marchio Tursij, vtilis Dominus Casalis Iugliani, habet iurisdictionem in eius vassallos delinquentes in territorio, seu districtu dicti Casalis, cum clausula priuatiua, & in delinquentes
1 in alieno territorio, habet præuentionē: accidit, † quod quidam eius vassallus deliquit in Casali Mileti, quòd est in territorio Ciuitatis Neapolis, sed est in vtili dominio Spectabilis Comitis Sereni, præuenit dictus Illustr. Marchio in capiendo, & sic prætendit, quod per eius Curiam cognosci debeat, ex aduerso, pars offensa, & fiscus prætendebant, de hoc delicto debere Magnam Curiam cognoscere, exemplo eorum, qui delinquunt intus ciuitatem Neap. quos nunquam
2 consueuimus remittere, † ex quo delinquunt in loco, vbi adsunt Illustr. Proreges, qui ex delictis ibi commissis, videntur principaliter offendi, & paria sunt, vel quòd quis delinquat in ciuitate, vel in Casalibus, quæ sub Ciuitate compræhenduntur in fauorabilibus, quod etiam apparet, quia qui condemnatur hodie, quòd exulet à Ciuitate, eodem modo condemnatur, quòd exulet à Territorio Ciuitatis, imò condemnatur, quòd exulet ab omni locis, in quibus Illustr. Proreges residebant, cùm non videatur iustum quòd condemnati resideant in Territorio loci, vbi adsunt Illustr. Proreges. Pro parte dicti Marchionis replicabatur, quòd si consuetudo prædicta esset seruanda, debet seruari in delinquentibus in Ciuitate, in quibus est seruata,
3 quia verè ibi, Domini Proreges resident † nec vltra extendenda, secundùm *gl. in l.* 2. *C. quæ sit longa consuetudo*, dictum est plenè in Dec. 16. quæstio est antiqu. maximè, quia prætensa consuetudo, est contra priuilegium ipsius, quod generaliter loquitur, quòd in delictis commissis extra Territorium habet locum præuentio, nec distinguit, quòd sint commissa in Ciuitate

4 Neapolis, vel alibi, † & hoc priuilegium esse latè interpretandum contra concedentem *l. si. C. de const. Pri.* & exempla de decertis condemnatorijs, non prodesse Regio Fisco, imò operari in fauorem ipsius Marchionis, cum expressio Territorij Ciuitatis, & aliorum locorum fiat, vel quia contrarium esset de iure, si non exprimeretur, vel ad tollendum difficultatem, quam
5 tangunt Doctores, quòd † appellatione Ciuitatis, veniant suburbia, de quo plenè per Bar. *in l. 2. ff. de verb. signific.* & plenissimè Neapod. *in proœmio consuet. in*
6 *ver. Ciuitate fol.* 100. Item dicebat quòd † quando pretensa per Fiscum procederent, non possent habere locum in casu, de quo agitur in quo Casale Mileti, est abdicatum quo ad iurisdictionem à Ciuitate Neapolis, & alteri concessum, vnde non est principaliter offensa iurisdictio, nec persona Regis, nec Proregis, sed vtilis Domini, contra quem operatur priuilegium Marchionis, qui habet præuentionem in eius vassallos delinquentes, in alieno Territorio, & ex hoc vltimo capite, Sacrum Consilium reddidit se conforme decreto Magnæ Curiæ, per quòd præsens causa fuit remissa ad Marchionem, non discussis alijs, super quibus, quando casus acciderit, erit maturius considerandum tàm pro Baronibus, quàm pro Regio Fisco, quia consulto hanc decisionem posui, ne dicatur, per prædicta decreta, fuisse decisum punctum, si pro delicto commisso in Casalibus Neap. detur, vel non detur remissio ad Barones.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. Vide si conueniunt scripta per Foller. *in ver. audiantur excusatores à num.* 65. & Baiar. *ad Clar. in q.* 38. *num.* 60.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Barones non cognoscunt de causis vertentibus inter eos, & subditos.*
2 *Nec alteri possunt committere.*
3 *Suspectus in cognoscendo, non est suspectus in delegando.*

1 AD hanc decisionem 129. adde aliqua per Capic. *decis.* 36. & 39. Quod † autem Barones non cognoscant de causis, quæ vertũtur inter eos, & subditos, Capic. *decis.* 124.
2 *n.* 3. qui dicit, nec † posse alteri committere, & Gram.
3 *decis.* 104. *num* 7. Sed tu dic, quòd † suspectus, in cognoscendo, non est suspectus in delegando. Ad hanc decis. vide Præsidentem, *decis.* 88. 147. 417. 274. 416. vbi multa de hac, & de causis ciuilibus inter Baronem, & Vassallum, quod ipse non cognoscat, ita practicatur si opponitur, ex doctrina Bartoli, vbi etiam in terminis Mangr. *in l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd. om. iud.*

ADDITIO D. RICII.

PRæuentionis ius habens in Vassallos delinquentes extra territorium aliquo delinquente in territorio Neapolitano, an cognitionem eius delicti habeat, hoc dicit. Adde ad hanc decis. Capiblanc. *in pragm.* 8. *n.* 34. *de Baronib.* Georg. *allegat.* 48. *num.* 15. Tapia *in pragm. prima, licet vt vniuersalis n.* 20. *vbi de delict. agi oport.* & Vassallus alicuius Baronis habentis amplissima priuilegia in suos Vassallos delinquentes etiam extra territorium, si deliquerit in terra alterius Baronis habentis priuilegium cognoscendi de delictis commissis in eius territorio, quis eorum erit præferendus, fuit decisum esse præferẽdum Baronem loci delicti, ex quo eius priuilegium erit anterius, & per longum tempus inquisitus in eius territorio inhabitauerat Rouit. *in prag.* 1. *vbi de delict. quis debet conuent. n.* 4. & ibidem Doctiss. Nouarius *in collect. dec.*

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Prahementiam habet M. Cur. Vicar. cognoscendi de delictis, tàm in Ciuitate Neap. quàm casalibus commissis.*
2 *Quid si Vassallus Baronis delinqueret in casali subiecto alteri Baroni, & cessare prahementiam testatur decisum D. Prases, qui dubitat.*
3 *Assignat rationem dubitandi Merlinus.*
4 *Quid in Vassallo eius, qui iurisdictionem habet in officium, & Merlinus carpit Rouitum.*
5 *Delinquentes Neapoli nunquam fuisse remissos, tradit D. Prases, sed praxim contrariam refert Tasson.*
6 *Fur an debeat puniri in loco furti, an etiam possit per iudicem capientem cum re furata.*
7 *Prohibito accessu ad Ciuitatem Neapolis, & ad loca vbi Prorex residet an censeatur prohibitus accessus ad territorium, & defenditur D. Prases impugnatus à Danza.*

1 SVperfœtatio controuersiarum est in hac decisione de præhimentia M. C. V. cognoscendi priuatiuè ad quemcunque iudicem de delictis in Ciuitate Neapolis commissis, si delinquens sit de foro alterius iudicis, cui meri mixtique imperij iurisdictio sit demandata, etiam de delictis extra territorium, ad hoc vt locus vbi Princeps resides ab omni violentia sit immunis, quippe in eius personæ offensam patratum censetur, vnde reuerentia illi debita in irrisum cederet, vt de laudabili consuetudine testantur D. meus, & R. Tap. *lib.* 3. *iur. Regn. ad prag.* 1. *vbi de crim. agi oport. num.* 20. Capiblanc. de Baron. *ad prag.* 8. *par.* 1. *nu.* 132. Merlin. *cent.* 1. *controu.* 99. *& cent.* 2. *contr.* 72. *num.* 1. qui omnes intelligunt tàm de delictis commissis in suburbijs, & casalibus, & de iure comprobat Franc. de Vic. *in comment. ad leges Sardin. lib.* 2. *tit.* 25. *tom.* 11. *num.* 3.

2 Controuersum fuit, an vassallus vtilis Domini Casalis Iuliani, qui deliquerat in Casali Mileti, quòd est Casale Neapolis, & subest iurisdictioni alterius Baronis cognosci deberet per M. V. C. vel potius per proprium Baronem, qui habebat præuentionem in vassallos alibi delinquentes ex priuilegio, quod operabatur contra Baronem loci delicti, & non obstante quod Fiscus se fundaret in consuetudine præscripta, per quam sola M. Cur. cognoscit de delictis patratis in Ciuitate Neapolis, & Casalibus, ex quo Casale Mileti subest iurisdictioni alterius Baronis, & ratio propter quam introducta est consuetudo non remittendi vasallos Baronum delinquentes Neapoli, & Casalibus, est fundata super reuerentia, quæ debetur Principi residenti in Ciuitate, & offensa, quæ resultat in eius persona, quæ ratio quamuis compræhendat Casalia, quę subsunt Ciuitati sub eadem iurisdictione, non tamen comprehendere debet Casalia, quæ quoad iurisdictionem sunt separata à Ciuitate, quo casu censetur offensa persona vtilis Domini, contra quem operatur priuilegium præuentionis, quapropter decisum fuit per S. C. vassallum cognoscendum esse à proprio Domino, subdit tandem Dominus meus in fine quod casus acciderit, erit maturiùs considerandum tàm pro Barone, quàm Regio Fisco, & consulto hanc decisionem protulisse, ne dicatur per predicta decreta fuisse decisum

punctum

punctum, si pro delicto commisso in Casalibus Neapolis detur, vel non remissio ad Barones, quæ verba pro dubitandi magis quam decidendi ratione esse posita, tradit Merlin. *d. controu. 72. num. 31.* & dubitatiuè etiam intelligendum Tap. *vbi sup. num. 31.*

3 Contrarium suadet Merlinus ex gratijs Regno; & Ciuitati concessis anno 1496. vt per concessiones Casalium factas, & faciendas non præiudicetur iuribus, & priuilegijs Neapolitanorum, & iurisdictioni M. C. V. vt ex *cap. 54.* & impensius quia huiusmodi iurisdictio M. C. vt personam Principis repræsentantis iure quodam speciali competit, vt vindex sit spretæ suæ reuerentiæ, non censetur transire in generali concessione meri, & mixti imperij alteri factæ, And. *in cap. 1. num. 3. de Capitan. qui Curiam vendid.* vbi ait numquam censeri venditum ius illud quod respicit dignitatem rei, & quod verisimiliter non esset de facili venditurus alias tota excellentia, & præheminentia potestatis Imperialis deperiret, quòd est omnino cauendum, & si Princeps vasallo concedat omne ius quod super feudo habet, non censetur transtulisse id quod ei tamquam Principi competit, & si Princeps talia concessisset diceretur homicida suæ dignitatis, vt dicit Bal. *in cap licet causam num. 7. de probat.* ex quibus dubitat de præsenti decisione, Merlin. *d. contr. 72. num. 9. 10 & fin.* vbi quod per gratias Ciuitati, vt supra concessas non censetur per concessiones Casalium alijs in feudum, & dominium factas, & faciendas præiudicatum iurisdictioni M. C. V. sed prima opinio verior est nam offensa videtur persona vtilis domini, & Princeps non est per essentiam in casali, & per concessiones facultatum amplas ad beneficium vtilis domini, & per has, & alias rationes plura exempla remissionum collecta sunt penes Thor. *versic. remissio causa criminalis, alicuius vasalli par. 3. & iterum ver. remissio.*

4 Quid autem in vasallo illius, qui habet iurisdictionem non in feudum, & dominium, sed in officium, & gubernium prout est Illustr. Princeps Hostiliani, qui ex priuilegio constitutus fuit officialis ad iustitiam, & ad guerram Turris Ottauæ Resinæ, & Portici, pertinentiarum Ciuitatis Neapo. cum potestate seruiendi per substitutum respectu personarum. Casalium prædictorum, quæ specialiter eximuntur à iurisdictione Magni Iustitiarij M. C. V. & Capitanei Ciuitatis, & Merlin. *vbi supra num. vltim.* occurrens capitulo gratiæ Neapoli concessæ à Rege Federico, quod multum inquit vrgere videbatur, respondet illud non obesse Principi Hostiliani, etenim in anno 1503. dum illud idem fuisset per Ciuitatem supplicatum Magno Capitaneo Consaluo Ferdinando de Corduba tunc temporis Protegi, fuit in hunc modum petitioni responsum placet citra præiudicium concessionis factæ de administratione iustitiæ Ciui Neapolitano benemerito, quę verba ad concessionem eidem Principi factam referri debere tradit Merlin.

Ratio diuersitatis est, quia verum est iurisdictionem Principi reseruatam ad tuendam imperij maiestatem, & debitam reuerentiam nulla generali concessione esse compræhensam, sed id tantummodo intelligitur, quòd sicuti per M. C. V. aliaque tribunalia sitùs Neapolim existentia nomine ipsius Principis exercetur iurisdictio, ita quoque exerceatur per Officialem in homines de Casalibus, quid est cur magis possit Princeps eamdem demandare Magno Regni Admiralio, Officialibus Curiæ artis serici, & lanæ, non verò alteri cui concessa est in officium, & gubernium, nec separatur iurisdictio, quando illud non exercitium quod Principi competit; certæ personæ demandatur nomine eiusdem Principi exercenda, sed quando proprietas ipsius alteri conceditur, ex quo fit non rectè sentijsse, Rouitum *in decis. 11. n. 12.* tenentem Casale Turris Ottauæ esse, quoad iurisdictionem separatum, vt eum carpit Merlin. *numer. 33.* quia iurisdictio concessa est in administrationem, & gubernium d. Principi non dominium; quapropter vasalli d. Principi delinquentes in casalibus, & etiã intus Neapolim pluries remissos ad ipsum testantur, Consil. Marcian. *consil. 50. libr. 1.* Reg Sanfelic. decisio. 73. Merlin. *vbi supra* nisi in defensam Rouiti, dixeris quòd licet iurisdictio non sit data in dominium d. Principi, nihilominus sit concessa in gubernium cum magistratus creet emolumenta percipiet, & successores habet, quæ concessio parum differt à concessione in dominium, Mast. ill. *de magistrat. lib. 2. cap. 2. num. 59.* Reg. Galeot. *in add. ad contr. 53. art. 1. nu. 1.*

5 Delinquentes intus Neapolim nunquam fuisse remissos, refert D. meus *num. 2.* ex quo resident Excellentissimi Proreges, qui videntur principaliter offensi, & adest diuersitas in deliquentibus in Casalibus, nã Princeps stat in Ciuitate per essentiam, & in territorio iuris fictione D. Marcian. *cons. 18 in fin.* sed contrarium refert decisum per S. C. Tasson. *de antefat. obser. 4. versic. 3. num. 66.* vbi affert decisionem pro Monasterio S. Mariæ Casalucis, ad quod fuit remissus Antonius de Iuri inquisitus de furto commisso intus Neapolim; Beneuetum Merlinus *vbi sup.* saluat decisionem ratione contrectationis rei furtiuæ, quia fur se contulerat in casale Casalucis cum furto, & captura fuit facta per Monasterium, & fur possit puniri à Iudice capiente cum re contractata, ex Capyc. *dec. 104.*

6 Discutienda igitur est veritas dicti assumpti; & in contrarium adducitur, quod decisio Capycij fundatur in doctrina, Bar. *in l. si dominum ff. de furt.* cui contradixit Bal. *cons. 491.* Couar. *lib. 2. var. cap. 20. num. 15. & cap. 11. pract. n. 9.* ex quo vera iniuria, & proprium furtum nascitur ex illa prima acceptione iniqua, & proinde furem esse remittendum ad Iudicem loci vbi res est furata, Fulgos. *cõs. 149.* Clar. *§. fin. quæst. 38. n. 55.* & contra Bart. in secunda instantia dicit decisum Mastrill. *dec. 149.* & proinde Monasterium S. Mariæ Casalucis obtinuisse videtur remissionem sui vassalli, tanquam habens facultatem cognoscendi de delictis vassallorum, etiam extra territorium commissi, & præuentionem habentis, & consequenter de furto intus Neapolim patrato, & alia similia remissionis exempla cumulantur per Thor. *d. verb remissio p. 3.*

7 Quæritur; An exulatis prohibito accessu ad Ciuitatem Neapolis, & ad omnia loca vbi Prorex residet, cẽseatur prohibitus accessus ad territoriũ, & districtum, & negant Danza *ad gramat. dec. 4.* Rouit. *dec. 11. n. 8.* vbi quòd hæc praxis descripta est à Text. *in l. sed etsi milites §. scribit autem ff. de excus. tut.* vbi ignominia missus neque in vrbe, neque alibi vbi Imperator est, morari potest, & tamen declaratur, vt scilicet non liceat ingredi Vrbem, non autem quod non possit morari extra Vrbem, & habitatum, & quatenus Danza carpit D. meum, vti annuentem contrarium supponẽs, in hoc manifestè decipitur, nam verba decisionis loquuntur quando prohibetur accessus ad territorium, non autem quando simpliciter prohibetur ad loca, vbi Prorex residet.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati in figura matrimonij, ex quo mulier habebat alium virum secundo ignorante, dicuntur legitimi, & naturales. & etiam scienti succedunt, & quid, omnibus parentibus, scientibus numer. sequent.*

3 *Filij nati lite pendente super legitimatione matrimonij, dicuntur legitimi, & naturales, & idem nati post sententiam pendente appellatione, n. 6.*

4 *Lite pendente super impedimento matrimonij, non debet suspendi exercitium, matrimoniale, & idem lata sententia pendente appellatione, licet sententia secum traheret exequutionem contra Antonium de Butrio, num. seq.*

7 *Maritus, etsi declarauerit se velle abstinere à copula, pendente iudicio super inualiditate matrimonij, si postea, cum muliere concubuit videtur potius compulsus facere.*
8 *Cap. 2. vt li. non contest. procedit siue vir, siue tertius mouit litem super inualiditate matrimonij.*

DECISIO CXXX.

Filius natus post litem motam primo marito matris, quæ alteri viro ignoranti nupsit, sed ante sententiam separationis matrimonij an patri succedat tamquam legitimus, & naturalis.

MVlier Quædam Sicula habens virum in Insula Siciliæ, matrimoniũ publicè contraxit in anno 1551. in Ciuitate Neapoli cum viro, hoc ignorante, deinde, cùm hoc venisset ad notitiam viri, anno 1555. obtulit vir petitionem in Curia Archiepiscopali huius Ciuitatis, petendo declarari matrimonium contractum cum dicta muliere, non subsistere, dato termino in contumaciam mulieris, committitur examen testium in Insula Siciliæ, qui eodem anno examinantur, profertur sententia postea separationis matrimonij anno 1561. Verùm post litem motam, & ante sententiam an. 1559. natus est filius ex prædictis, mortuo postea patre dubitatum fuit, an iste filius patri succedat tamquam legitimus, & na-
1 turalis. Pro parte filij, dicebatur de iure esse clarum, † filios natos hoc modo in figura matrimonij sic contracti, etiam data scientia, vnius, esse legitimos, & naturales, & etiam scienti succedere, per tex. *in c. ex tenore, qui fil. sint legit.* vbi Innocen. *in fin. ver.* & omnes ita tenent, [illegible] hoc illum tex. quotidie allegari dicit Abb. *ibi in 2. not.* & in specie, in casu, de quo agebatur, hoc tenet Bal. *in l. qui contra, 1 col. ver. item pone, quòd Berta habebat. C. de ince. nupt.* de quo meminit Dec. *in cõs. 154. Casus, de quo quæritur,* & plenè Soc. iun. *in cons. 39. in casu ad me transmisso, col. 2. ver. & plus dico. 3. volum.* & copiosè distinguit Car. Rui. *cons. 14. su. q. 1. & 2. col.*
2 *vol. 3.* Imò aliqui tenuerunt, † contracto matrimonio publicè in facie Ecclesiæ, etiam natos ex dicto matrimonio censeri legitimos, & naturales omnibus parentibus scientibus, contra quos tamen & benè, tenet Hostien. *ibi in §. intelligentes, vers. patet ergo,* & Anchar. *ibi plenè distinguit in 3. nota.* & Abb *in vlt. q.* & Decius *vbi supra,* plura ponit Tellius Ferdinandez, *super constitutionibus Taurinis, in l. 6. num. 7. cum seq. fol. 61.*
3 & prædicta dicebantur procedere, etiam, † quòd filij nati essent lite pendente super legitimitate matrimonij, maximè prolis fauore, & ad hoc allegabatur text. *in cap. cum inter, eo. tit.* ex quo text. colligit ibi Host. *in vers. ante latam sententiam,* quòd pendente iudicio, quis dicitur habere bonam fidem, & Io: Andr. *ibi super gl. pen.* & hoc procedere in matrimonio, dicit ibi Anch. *in 3. not.* licet si esset quęstio de alijs rebus post litem motam, quis efficeretur malæ fidei possessor, ratio-
4 nem esse dicit Abb. *in 3. notab.* † quia pendente lite super impedimento, non debet suspendi exercitium matrimoniale, allegat text. *in cap. 2. vt lit. non contest.* & propterea non debere prodire pœna ex eo, quòd legitimè factum est, idem dicit Præpos. *in d. c. cum inter in vlt. nota. & iterum in 2. q. ver. item,* lite pendente, & subdit fauorem filiorum, esse magnum, per *d. c. ex tenore.* Ex aduerso dicebat, quòd etsi prædicta iura essent nõ tamen procederent post probationes receptas, quia receptis probationibus, ex quibus constaret mulierem alium virum habere, prout erat in casu, de quo agebatur, in quo non potest dubitari virum viuere, poterat, & debebat maritus [illegible] abstinere à copula carnali, prout in eius petitione dixit, quod se abstinebat, quo casu non procedit tex *in d. c. 2.* in quo Summus Pontifex, ante receptas probationes, prohibet nihil innouari, ergo post receptas probationes, abstinere debet, & maximè quando aliud non superest, nisi dare sententiam, & hoc tenet Ant. de But. *in d. cap. 2. in 1. oppos.* quem sequitur Barbatia. *in additio. ad Abb. in d. c. 2.* & in casu de quo agebatur testes clarè deponebant, eo tem-
5 pore virũ viuere. Sed prę dictis respondebatur, † quòd cõtra opin. But. tenet Abb. *in d. c. 2. ver. sed quæro,* quid si probata est accusatio? vbi hinc inde arguit, & in hac opin. residet. Ex cuius dictis etiam apparet tex. *in d. c. 2. procedere,* etiam lata sententia, si ab ea fuerit appellatum, & etian, quòd sententia traheret secum executionem. Sed vltra decisionem prædictam, dicebat vnus
6 ex Dominis, quod text. *in c. cum inter,* † procedit etiam in filijs natis, pendente appellatione, & sic in fortiori casu, ita dicit ibi Io. And. *super ver. ante latam,* latius, prosequitur ibi idem Card. *in 4 oppos.* adeò vt ex prædictis appareat non tantùm filios natos, & conceptos ante sententiam, sed etiam post sententiam, pendente appellatione, esse legitimos. & naturales. Nec
7 eius declaratio sibi proderat, dum dicebat, † quòd volebat abstinere à copula carnali, & nihilominus postea cum ea concubuit, quia postquam sciebat de iure compelli posse ad prętandum obsequia matrimonialia, perinde est, ac si compulsus fecisset, *l. nouissime, ff. quod falso tut. auct. cum simil. congestis* per Coram *in memoria, in ver. conductor.* Dicebatur etiam, quod apparebat clarè intentio patris, quòd filius hic esset legitimus, & naturalis, quia post scientiam dissolutionis matrimonij mortuo primo viro, vel anno 1557. vt prætendebat filius, vel anno 1662., vt prætendebat auus denuo matrimonium anno 1569. cum hac muliere contraxit, vnde dicebatur non esse sic subtiliter in hac materia precedendum. Discussa causa dicebant aliqui ex Dominis, quod text. *in cap. 2. & in cap. pen. supra allegati,* loquentes in fauorem filiorum intelliguntur, quando tertius moueret litem super validitate matrimonij, quia tunc requireretur sententia declaratoria, imò quòd esset transacta in rem judicatam ex decisionibus supra allegatis, & de hoc inter nos non fuit dubitatum. Sed quando idem maritus mouit litem, & sic videtur scire impedimentum, dicebant, hanc scientiam operari malam fidem, & Abb. & alij in *d. c.* dicunt bonam fidem requiri vsque ad tempus conceptionis, quæ bona fides cessabat in casu, de quo agebatur, præcedentibus petitione, & probationibus eius-
8 dem viri, matrimonium accusantis. † Sed respondebatur, iura prædicta, & decisiones Doct. procedere, siue ipse vir, siue tertius mouerent litem super inualiditate matrimonij, vtroque enim casu obtinet fauor prolis, & ratio Abb. *in d. cap. 2.* dum dicit rationem illius text. esse, quia lite pendente, non debet suspendi exercitium matrimonlale, & in hac materia matrimoniali, vt supra est dictum, lis mota in hoc iudicio non inducit malam fidem, sed sententia, nulli enim dubium esset, vt supra est dictum, quòd posset cogi vir accusans matrimonium lite pendente obsequia matrimonialia præstare, vnde ex prædictis causa fuit difficilis, sed maior pars Dominorum, fauore prolis, & matrimonij inclinauit pro filio (me referente) Figliuola Actuario & fuit causa Io. Bapt. & Leonardo, cum magistro Ant. de Leonardo.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Capr. *de success. lib. 1. nu. 16. 18. & seq. fo. 100. à ter.* Rot. Auenio. *in decis. 70. nu. 10. & seq. & decis. 145. ante nu. 16.* Thesaur. *in decis. 199 in fin.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Inquisito aliquo de matrimonio cũ duabus contracto, & negante, quis sit Iudex, Laicus, vel Ecclesiasticus.*
2 *Matrimonio nullo declarato, ex impedimento dirimente, an donata à consanguineis viri, repetantur.*

3 *Filius*

3 *Filius natus in Matrimonio, legitimus, non autem spurius censendus est.*
4 *Natus ex muliere credente aliquem concumbentem cum ipsa suum virum esse, legitimus reputatur.*
5 *Filij ex nati ex Matrimonio putatiuo, sunt legitimi, & faciunt deficere fideicommissum.*
6 *Decii distinctio recensetur.*
7 *Filius natus præsumitur ex semine viri, nisi aliud appareat expressè.*

1 AD hanc decis. vide Præsidentem *decis.* 36. *incip. Nobilis* vbi † quis debeat esse Iudex, Laicus, vel Ecclesiasticus, quando quis inquiritur de Matrimonio cum duabus contracto, & inquisitus negat, *& decis. 52. incip. Donna,*
2 vbi † an Matrimonio nullo declarato, ex impedimento dirimente, donata à consanguineis viri, repetantur?
3 Item adde, quòd † filius natus in Matrimonio legitimus, non autem spurius censendus est, Ita Andr. Gail. *obseruat.* 92. *lib.* 2. Item nota vnum mirabile, quòd
4 † natus ex muliere credente aliquem concumbentem cum ipsa, eius virum esse, legitimus reputatur, ita Tolosana *decis.* 11. *in decisionibus diuersorum*, vbi Ro-
5 ta Auenionens. decidit, † filios natos ex Matrimonio putatiuo, legitimos esse, & facere deficere fideicommissum, de quo Decius doctè *cons.* 153. & 154.
6 † vbi distinguit scientes, & ignorantes in gradu esse difformi, quo ad mortificationem fideicommissi. Sed
7 quòd † filius natus præsumatur ex semine viri, nisi aliud appareat, expressè tenent Franciscus Marcus *qu.* 503. *par.* 1. *& quæst.* 459. *par.* 2. & Modernus *decis.* 115. *& decis. sua* 181.

ADDITIO D. RICII.

PRobatur hic quòd filius natus in figura matrimonij, ex quo mulier habebat alium virum, secundo ignorante, dicitur legitimus, & naturalis, & etiam succedit, quia propter bonam fidem vnius ex parentibus iudicatur legitimus, *cap.* 2. *vbi* Abb. *in* 1. *not. qui fil. sint legit. & in cap. cum inhibitio in* 2. *not. de clandestin. despons.* Din. *cons.* 6. *in fi.* & Gramat, *cons. Ciuili* 56. *col.* 2. sed quomodo hoc ampliatur, & limitatur omninò est videndus Gabr. *com. conclus. conclus.* 4. *per totam*, vbi benè quidem hanc materiam tractat, pro vt est videre.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Filios natos pendente lite super nullitate matrimonij esse legitimos deciditur.*
2 *Arguitur contra ex l. fin. C. de liber. caus.*
3 *Quid si coniuges dubitarent de valore matrimonij.*
4 *Iudicio pendente super legitimitate an detur separatio thori, & D. Præses reiicit Ant. de Butr. quem sequitur Riccius nu.* 5.
6 *Distinctio Authoris.*

1 MAgistralis sese offert decisio proponens articulum; An matrimonio contracto in facie Ecclesiæ filii, deinde nati pendente lite, super legitimitate matrimonij sint legitimi, & affirmatiuè decisum testatur D. meus, per text. *in ca. cum inter ext. qui filii sint legit.* qui Textus procedit etiam filiis natis pendente appellatione, vt ibi Io: Andr. & Cardin. addo Sayr. *lib.* 6. *de irregul. cap.* 10. *nu.* 34. Pontius *de matrim. lib.* 11. *cap.* 8. *num* 7. qui ampliat etiam si lite pendente esset facta separatio thori, & sub excommunicatione prohibitum commercium, quia excommunicatio filiis obesse non debent, nec constituat coniuges in mala fide, quidquid sit in alijs iudiciis rei vendicationis, & petitionis hæreditatis, sed quod aliter sit in matrimonio, in quo non inducitur mala fides, Castil. *dec.* 95.

2 Dices ex Text. *in l. fin. C. de liberal. caus.* vbi pendente lite filii non dicuntur serui, sed expectatur exitus sententiæ, vt si pronunciatur matrem fuisse liberam, filii dicuntur liberi, secus si pronunciatur fuisse seruam.

Respondetur cum Abb. *in cap.* 2. *qui fil. sint legit. nu.* 6. in casu nostro attendi tempus conceptionis, non autem sententiæ cùm Ecclesia lite pendente permittat copulam carnalem, vt in *cap.* 2. *& cap. laudabilem vt lite pend.* ibi *Quæris quando matrimonium accusari contingit, an statim sit carnale commercium suspendendum, ad quod respondemus quòd coniugum alteruter accusatus ante probatam accusationem iure, quod habet in altero priuari non posse*, sed quòd filii sequuntur conditionem matris attenditur tempus sententiæ, vlterius respondetur cum Præpos. & Butrig. in *d. cap.* 2. quòd status libertatis non imprimit concepto libertatem, sed status matrimonij imprimit legitimitatē, dum lite pendente adhuc matrimonium consistit.

3 Extenditur quòd si coniuges dubitant de valore matrimonii, hoc dubio pendente filii nati adhuc sint legitimi, nam ex tali dubio mala fides non oritur, *ca. cum virgo* 14. *quæst.* 1. Sanch. *de matr. lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 4. cùm dubitatio ignorantiæ æquiparetur, & ex ignorantia orietur dubietas, & dubitanti fraus non imputatur, Gratian. *discept.* 258. *num.* 21.

4 Tangitur quæstio. An matrimonio in facie Ecclesiæ contracto pendente iudicio super nullitate matrimonii debeant coniuges priuari quasi possessione coniugii, & maximè post receptas probationes, & ex Abb. *in d. c.* 2. *&* Barbat. *cons.* 9. *vol.* 2. negat D. meus *numero* 5. qui reijcit Ant. de Butr. *in cap.* 1. *vt lite non contest.*

5 Locum esse separationi thori quando potest cadere suspicio peccati, & ostenduntur nullitates incontinenti videtur dicendum ex *Text. in cap. litteras de restit. spoliat.* Gabr. *d. tit. n.* 150. Genuēs. *practicab. Eccl. quæst.* 753. Ant. de Butr. *in d. cap.* 5. & hanc sententiam vidisse practicari refert Ricc. *dec.* 1. *par.* 3. Rot. *dec.* 109. *in impress. post.* Scacc. *de appell.* video tamen se inuoluere Riccium, quia limitat quando matrimonium esset consumatum vt post consumationem non detur sequestrum, nec consideretur timor peccati, sed Gratian. *discept.* 850. respondet ad *d cap. litteras*, vt procedat quando mulier est conscia peccati, & probationes essent incontinenti. & his stantibus nec detur sequestrum, imo tenetur mulier stare cum viro, & præstare seruitia, licet stante sua conscientia possit negare debitum. Sanch. *vbi sup. disp.* 41. *quæst.* 4. *nu.* 50. *& libr.* 3. *disp.* 39. *nu.* 5. vbi appellat falsam Molsef. & aliorum dissidentium sententiam.

6 Distinguendum ipse censeo, quòd aut res est integra, & matrimonium nondum est consumatum, & tunc manutentio non dabitur marito, quando lis mouereretur super validitate matrimonii, nec conceditur restitutio quoad copulam, quia graue damnum deflorationis pateretur mulier declarato postea matrimonio inualido, sed non erit locus sequestro, quoad cohabitationem, & alia obsequia præter copulam si sponsa traducta fuerit ad domum sponsi, Abb. *in ca. ex parte nu.* 25. & ibi Imol. *num.* 21. *de rest. spoliat.* Sanch. *disp.* 41. *qu.* 4. *col.* 10. *nu.* 50. vbi inquit prædicta procedere in vtroque foro, Gratian. *vbi sup. nu.* 11. benè verum denegatur restitutio, etiam quoad cohabitationem si adsit timor extorsionis copulæ, vt Sanch. *d. num.*

*d.num.*50. Aut matrimonium est consumatum,& probationes non sunt promptæ super impedimento, & fiet plena restitutio etiam quoad thorum, si autem sunt, & euidenter appareat matrimonium esse nullum,& tunc videtur verior Ant. de Butr. & Genuens. sententia.

Ingens est difficultas in foro interno, an qui bona fide contraxit matrimonium, & postea dubitat de contractus valore possit petere, & reddere debitum, & teneri reddere, non autem posse petere ante adhibitam diligentiam ad adsequendam veritatem asseruere, Pon. Vasq., Hurtad. Rebell. & alij apud Dian. *par.4.tract.4. resol.* 15. & sufficienti diligentia adhibita si adhuc dubium remanet, posse reddere, & petere, cum enim res est obscura, nec maior claritas haberi potest nihil imputandum est, prout qui luce caret quamdiu scit se esse in alijs tenebris constitutum, & videre non posse, non tenetur oculos operire, sed tunc tenebitur disquisitionem facere, quando adest spes inueniendæ veritatis, sed nouissimè Ep. Caramuel. *in theolog. intention. lib.3. de conscient. dictam quæst.8.nu.*1424. tenet quod si coniux bona fide processit matrimonium contrahendo, censendus sit in possessione legitima, & posse eum vti iure suo, tàm redendo, quàm petendo debitum, quousque euidenter constet contrarium, & confutat distinctionem inter petitionem, & redditionem, arguens quod ratio probans non posse peti, etiam probet non posse reddi, quia vel non potest petere, quia supposuit Antoniam non esse suam, & tunc nec posset reddere, aut econtra dum reddit, potest supponere Antoniam esse suam, & tunc potest vtrumque, & proinde censet quousque euidenter constet matrimonium fuisse inualidum, possit prudenter credere validum, sed communis opinio est in contrarium, vt ipse Caramuel fatetur, & responderi potest quod coniux cum teneatur adhibere diligentiam, si petat debitum antequam adhibeat, exponere se videtur periculo peccati, & si non petat euitat periculum peccati, & aliter est quando agitur de reddendò debitum quando petitur, nam denegando se exponit periculo peccandi contra iustitiam, ita Sanch. *vbi sup.*

Aduertendum est quod Perez. *lib.5. ordinam. tit.* 1. *lib.*1.§ *dubium est*, & Medin. *in c. de restit. quæst.* 19. *ad finem*, dicunt coniugem impedimenti conscium debere tacere quando id probare nequit, nec inuenire mediam viam ad dissoluendum matrimonium, quam propositionem falsam esse, & periculosum in fide tenet Ledesm. *d. matrim. q.*45. *art.*4. *dub.*2. Hermosill. *de restit. spol. in Cod q.*2. Cordub. *lib.*1. *q.*11. alias sequeretur fornicationem esse aliquando licitam.

SVMMARIVM.

1 *Concessio castri simplex facta cum hominibus, remissio onere aubearum, dicitur libera, & non in feudum facta.*
2 *Adiutorium, seu subuentio, debetur à vassallis Domino, ex prærogatiua dominij, non autem ex quo subit onera, quia onus consideratur in vno tantum casu, quem vide, n.* 16.
3 *Dominus, & Baro, is dicitur, qui exercet iurisdictionem ciuilem, licet non habeat criminalem, quæ in materia adiutorij nihil operatur.*
4 *Iurisdictio criminalis, in materia assecurationis vassalorum non operatur.*
5 *Adiutorium quemadmodum debetur feudatario ratione vtilis dominij, ita etiam & emphyteutæ.*
6 *Argumentum de feudo, ad emphyteusim valet quando subest eadem ratio.*
7 *Const. Regni Quam plurimum, loquitur in Baronibus habentibus vassallos in feudum, non autem in Burgensaticum, & de veritate, n.*14.
8 *Const. prædicta est onerosa, & de veritate, numer.* 15.
9 *Differentia inter Baronem tenentem terram in feudum, & in Burgensaticum.*
10 *Dominium plenum transfertur per concessionem feudi factam in Burgensaticum, seu in allodium.*
11 *Allodium id dicitur, quod ad aliquem pleno iure pertinet, & nullum laudatiuum ex eo præstat.*
12 *Baro qui ad nullum seruitium tenetur Regi, & sic nullum onus sentit, videtur, quod non debeat hoc emolumentum, & sic adiutorium habere, & de veritate.*
13 *Adiutorium vassalli Burgenses, qui non tenentur in feudum, non præstant Domino, quod procedit si habitent in terra aliena secus si in propria, numer.* 24.
17 *Pacta inita inter donantem, & donatarium, non prosunt neque nocent vassallis quin non teneantur ad ea quæ præstare tenentur Domino.*
18 *Collectas soluere tenentur possessores feudi redacti à natura feudali in Burgensaticum vniuersitatibus, in quorum territorio feudum illud situm erat. ratio, n. seq.*
20 *Seruitij remissio in fauorem Baronis nihil operatur in beneficium vassallorum.*
21 *Adiutorium vt debeatur, non nocet Baroni, quod sit concessum cum qualitate Burgensatica, ac allodiali, sed prodest cum ex ea directum, & vtile dominium transferatur, & ita decisum fuit per Sacrum Consilium anno 1469 referente D. Luca Tozzolo, & nouissimè referente auctore, n.* 40.
22 *Libera omnia sunt penes Regem.*
23 *Adiutorium Regi debetur, quia non est conueniens, quod Rex non vtatur priuilegijs, quæ ab eo dantur priuatis.*
25 *Castrum licet perueniat ad ecclesiam in quàm non cadit subuentio, quæ præstatur laicis dominis, tamen, si illud ecclesia concedit personæ laicæ, cui primordialiter fuit facta concessio, reuertitur castrum ad pristinam naturam, secundum quam vassalli tenebantur ad adiutoria, & subuentiones.*
26 *Adiutorium solummodo vassalli tenentur præstare concessionario, & non concedenti, quia vtilis dominus præfertur directo.*
27 *Vtile dominium, licet sit sicut chymera, nihilominus quandiu durat, vincit directum à quo causam habet.*
28 *Vtilis actio præfertur directæ.*
29 *Releuium præstatur vsufructuario, non proprietario.*
30 *Dominio translato per concessionem castri, transferuntur omnia ea, quæ resultant ex ipso dominio, inter quæ sunt adiutoria, siue subuentiones.*
31 *Functiones fiscales non soluuntur de dono Regio per donatarium, nisi ipse in alium transferat.*
32 *Ius colligendi pedagium minori spatio præscribitur contra nobilem, quam contra Principem, qui concessit.*
33 *Præscribi potest contra eum, cui fuit concessum castrum per Pontificem de plenitudine potestatis, quia eius possessio non est Papalis, sed priuata.*
34 *Adiutorium, si dominus stetit per ann. 30. & plus, quod non exegit à vassallis, quia non militauit, exceptio præscriptionis sibi non obstat.*
35 *Adiutorium, etsi exactum non fuerit cum potuerit, non ideo potest dici præscriptum.*
36 *Adiutorium, vbi exigitur ex consuetudine, vt est in Regno, etiam non exactum debetur: secus, si ex præscriptione.*
37 *Collectam quando potest Baro imponere vassallis, si stetit per annos 30. & non indixerit, quia nihilominus indicere poterit, nisi ab initio vassalli contradicere.*
38 *Caritatiuum subsidium est adeo annexum dignitati Episcopali, vt facta concessione per eum de castro, non intelligatur abdicatum ab eo illud ius.*
39 *Cap. cum venerabilis, extra de censibus, declaratur, & n. seq.*

DE-

DECISIO CXXXI.

Subuentio debita à vassallis domino an debeatur feudo translato in ecclesiam cum qualitate allodiali, & iterum concesso ab ecclesia laico in emphyteusim.

SIluester, Comes Marsici, ann. 1126. donauit Ecclesiæ Ciuitatis Cauæ totum, & integrum tenimentum Ecclesiæ Sancti Arserii, cum ipso Casali, & cum omnibus hominibus, & redditibus, ac cum omnibus rationibus suis, & cum omnibus intra se habentibus, vt apparet ex verbis priuilegij concessionis, in actis præsentati, confirmati per retro
1 Reges, † cum remissione in specie adohatum, ex qua concessione, modo prædicto facta, apparet libere, & non in feudum, Casale prædictum fuisse concessum, vt declarat And. *in c. 1. §. huius autem generis, in addit. ex quibus cau. feu. amit.* allegat concor. ibi Episcopus Nicoteræ, *in ver. in feudum, lit. X*, & maximè in Ecclesiis, vt dicit Afflict. *in consti. quamplurimum, in 9. nota.* virtute huius priuilegij, dicta Ecclesia tenuit, & possedit Casale prædictum liberè, cum iurisdictione ciuili, quod Casale per Monasterium, & Ecclesiam prædictam, fuit postea datum pro dote Episcopatus erecti in Ciuitate prædicta, & demum Casale prædictum per Episcopum, & Capitulum, fuit concessum Magnif. quondam Antonio S. Felici in emphyteusim, sub annuo canone duc. 120. postea peruenit in Magn. Didacum de Hogeda, quo mortuo, in Casali prædicto successit Magn. Ioannes de Hogeda eius frater, qui nuptui tradidit Mag. Portiam eius filiam, Magnif. Francisco de Vera, nunc iudici Magnæ Curiæ Vicariæ, & petit adiutorium à vassallis seruata forma d. Const. Regni, quamplurimum, fuit dubitatum, an dicti vassalli tenerentur? Et pro parte actoris dicebatur, pro eo habere Const. Regni, quamplurimum, qua
2 prouisum est, † licere Domino ab eius hominibus exigere adiutorium pro maritanda filia, & prærogatiuam dominij hoc operatur, dicit And. *ibi, in ver. dominos*, & Fre. *in 2. li. in q. qua incipit. Hic quaero de nona q. fol. 177.* & dixi *supra in Dec. 76.* istos autem esse homines, & vassallos d. Ioannis, dubitari non poterat, virtute prædictæ concessionis eidem factæ per Ecclesiam, super qua, dum etiam esset lis, inter Regium fiscum, & d. Ioannem, post mortem dicti Didaci, fuit per Regiam Cameram interpositum decretum in fauorem d. Magn. Ioannis, per quod fuit ei restituta possessio Casalis prædicti, in quo hodie exercet iuris-
3 dictionem ciuilem, † quo casu erit ipse vtilis Dominus, & Baro, dato quod non habeat iurisdictionem criminalem, quæ iurisdictio criminalis, in materia adiutorij, seu subuentionis, nihil operatur, plenè secutus est post Capic. *in Dec. 27.* Freccia *in 2. lib. feudo, in 2. auct. Baro. num. 20. ver. quando in vna terra,*
4 *fol. 169.* † quemadmodum, nec in materia assecurationis, per vassallos faciendæ, d. iurisdictio criminalis aliquid operatur, vt pulchrè ponit Capic. *in inuest. sub rubr. feudorum assecurationes. 2. col. vers. quid autem erit de eo, fol 75.* ex mente Ant. de Alex. & Frecc. *in 1. lib. fol. 25. in c. secundum officium. numer. 26.* Item dicebatur, quod feudatarius habet vtile dominium, vt est tex. *in d. cap. 1. §. huius autem* generis, & similiter emphyteuta, prout est Magn. Ioannes, vn-
5 de † quemadmodum ratione vtilis dominij, hoc adiutorium debetur per vassallos Domino vtili, ex d. Constit. quamplurimum, sic debebitur emphiteutæ, qui &
6 Dominus est, quod etiam comprobatur, † quia valet in multis argumentum de feudo, ad emphyteusim, vbi eadem ratio subest, vnde ex prædictis dicebatur, fundatam esse intentionem actoris, postquam dubitari non poterat ipsum esse Dominum.

7 Ex aduerso, primo dicebatur, pro vassallis, † Const. prædictam loqui prælatis, Comitibus, & Baronibus habentibus vassallos in feudum, non autem in Burgensaticum, & propterea non esse trahendam ad vassallos, in quos est concessa iurisdictio, & terra in allodium.
8 † Constitutio enim prædicta onerosa est, secundum Andr. *ibi 2. col. ver. quid si mulier*, sequitur Capic. *in inuestit. in ver. feudorum adiutoria, ver. quid si ista*
9 *persona, in fin. fol. 26. 1. col.* eo etiam magis, † quia diuersa est ratio inter Baronem tenentem terram cum vassallis in feudum, & tenentem in Burgensaticum: primo enim casu tenetur Baro ad onera Regi, & ad
10 solutionem releuij in casu mortis, † sed in secundo casu, ad nihilum tenetur, facta enim concessio in Burgensaticum, seu in allodium, translatum est plenum dominium in concessionarium, *cap. 1. de allod.* Bal. plene, *in c. ad hac. 1. col. de pace iur. fir.* Alb. *in l. si familia. C. famil. ercis.* plenè Soc. iunior, *cons. 75. dirigat, col. 6. vers. dico primo, num. 21. 1. vol.* & Alciat.
11 *in primo parerg. c. 45. dicit*, † allodium id esse, quod ad aliquem pleno iure pertinet, & nullum laudatiuum præstat. quemadmodum dicitur, quia alienatio laudadur, vt dicit Andr. *in constitutionem post mortem* de quo meminit P. Lireg. *de concess. feud. par. 8. tit. de iur. releuij* postquam igitur in concessionarius, & concedens ad nihilum tenentur Regi, nullumq; onus sentiat,
12 videtur, † quod non debebant hęc emolumenta habere; dicit enim Lucas *in l. 1. C. de perfec. dig.* de quo meminit Capic. *in d. ver. feudorum adiutoria. 3. col. ver. & ad hoc vt Baro. fol. 26.* quod ad hoc, vt Baro posit imponere vassallis adiutorium, debet & ipse præstare Regi.
13 Dicebatur etiam in vassallis Burgensibus, † qui non tenentur in feudum, esse claram dec. And. *in d. Constit. quamplurimum in vers. pro corredo*, quã sequitur Affli. *ibi, in 10. q.* & Capic. *vbi sup. 3 col. ver. & pro quib.*
14 Sed ad prædicta dicebatur, non esse verum † quod Constit. loquatur in vassallis, qui tenentur in feudum, sed loqui simpliciter de hominibus suis, scilicet prælatorum, Comitum, vel Baronum; quod autem homines de Casali Sancti Arserij, sint ipsius Ioannis, causam habentis, ab ecclesia, non dubitabatur, quia in eos habet dictus Ioannes ciuilem iurisdictionem, vnde cum lex generaliter loquatur, generaliter intelligenda est, & propterea.
15 Nec obstabit secundum, quod dicebatur † Constitutionem esse onerosam, & per consequens non extendendam, quia ex prædictis apparet, quod non extenditur, sed quia generaliter loquitur, comprehendit omnes vassallos, tam in terra feudali, quàm allodiali, vltra quod fundari posset, Constitut. prædictam tanquam iuri communi conformem, non onerosam, licet enim vt dicit Capic. *vbi supra*, variæ sint opiniones, an de iure communi vassalli teneantur adiuuare dominum, pro filia maritanda, quos vltra Capic. congerit Tiraq. *in tract. de iure primogenit. in quæst. 69.* negari tamen non potest, esse quasi consuetudinem generalem, prout in multis partibus refert Tiraq. *vbi sup.* & eam tenent Doctores maximæ auctoritatis: imò secundum Afflict. *in d. Const. in 1. q. 4. col. vers. nec obstat tertium*, And. concludit Constit. prædictam non esse onerosam, sed æquam.
Nec refert, quod Mag. Ioan. non subeat aliqua one-
16 ra, quia, vt supra est fundatum, † hoc adiutorium debetur domino ratione dominij, & dicit Frec. *in 2. auct. in ver. potest etiam, in fin.* sufficere, petentem esse dominum, non autem ex quo subit onera, quia onus tantum consideratur in vno ex casibus in d. Constitutione prouisis, scilicet quando vtilis dominus præstat seruitium Regi, quod tunc exigit ab eius vassallis, vt eadem Constit. dicit, & ita loquuntur Lucas, & Capi. *in locis supra allegatis*, & propterea dicebatur, Capitulum Regni, quod incipit. Comites, Barones, & feudatarij, per quod statuitur id, quod debet præstari per subditos pro subuentione, in casu seruitij faciendi Domino Regi per feudatarios, taxasse quantitatem certami-

tami-

tam: in alijs verò statuisse secundùm facultates vassal-
lorum,& conditionem negocij, nec considerasse serui-
tium.

Item dicebatur, donantem in casu, de quo agebatur,
17 contraxisse cum donatario, † & in pacta, inter eos
inita, non prodesse,nec nocere vassallis,ex reg.*l.si vnus*
§.ante omnia. ff.de pactis. vnde si placuit donanti, do-
nare vassallos, & Casale in Burgensaticum, & sic Regi
confirmare, hoc non nocebit donatario, nec proderit
vassallis,quin possit donatarius consequi ea,ad quæ vas-
sali tenentur domino, quemadmodum si in contractu
donationis esset appositum aliquod pactum præiudi-
ciale vassallis, ipsis non noceret; faciunt cumulata ad
hoc per Dec.*in cons.*253. *& facit reg. l.pe. C. de solu-
tio.* & ex prædictis ego aliàs dum essem Aduocatus,di-
cebam in quodam feudo quòdam Simonis Carracio-
li, quod per Regiam Maiestat. ex natura feudali, fuit
18 redactum in Burgensaticum, & † vniuersitates, in
quarum Territorio situm erat, petebant collectas,
quòd deberent possessores absolui, quia gesta per Re-
gem fuerunt in beneficium possessorum feudi,quę non
debebant prodesse vniuersitatibus, quæ nihil contra-
19 xerunt,& † nocere ijs,in quorum beneficium Rex hoc
fecerat, etiam ex dictis *in Dec.*73. *auunculus num.*21,
20 quòd gratia facta vni, non extenditur ad alium, † vn-
de remisso seruitio per regem, remissio non operabitur
in fauorem vassallorum, vt ibi est dictum, & licet ex
prædictis sit sublata hæc difficultas, nihilominus dice-
batur, qualitatem allodialem, seu Burgensaticam, non
21 modò non debere nocere dicto Ioanni, sed prodesse, †
cùm etsi feudatario, qui habet vtile dominium tan-
tum, debeatur adiutorium, tanto magis est debitum
domino, qui habet directum,& vtile dominium, & vi-
di hoc fuisse decisum per Sacr.Cons.in Villa Afragolæ,
ad relationem Domini Lucæ Tozzoli ann. 1469. Præ-
dicta enim tenebatur in Burgensaticū per Dominos de
Bozuto, & fuerunt condemnati homines dictæ Villæ
ad subuentionem pro filia, & sorore maritanda, & pro
22 emenda terra, & nouissimè dicebatur, † penes Regem
omnia esse Burgensatica,& libera, cùm res sua nemini
seruiat, vt dicit And.*in d.§.huius autem generis* in loco
23 supra allegato,& tamen ea ratione,† quia non est con-
ueniens, vt Rex non vtatur his priuilegijs, quæ ab eo
dantur priuatis, concludit *gl.* 1 *.in fi.in d.Const.* quam-
plurimum deberi regi adiutorium, & gl. sequitur ibi
And. in prin.& Affl. *in col.fin. ver.in glo.*2. *& in* 10. §.
Camera *in §.firmiter* 2.*colu.litera G, fol.*92.& Capic,
*in d. vers. feudorum adiutoria, versic. & pro quibus
alijs causis.* vnde ex prædictis apparet, nihil operari,
quòd sit facta concessio in Burgensaticum, vel in feu-
dum, inter Dominum, & vassallos.

Nec obstat, quod Andr.dicit ibi de vassallis Burgen-
24 sibus, † quòd non teneantur ad subuentionem, quia
respectu vassallorum Burgensium existentium in terra
propria feudali, hodie non dubitatur, quia indistinctè
ab eis exigitur, sed Andr. loquitur in vassallis Burgen-
sibus, existentibus in terra aliena, & ita loquitur Affl.
& Capic.in vers.& hæc adiutoria,in loco supra allega-
to, & hic non est casus noster, quia non dubitatur,vas-
sallos habitare in terra eiusdem Baronis, & sic difficul-
tas sublata dicebatur.

Secundò ex aduerso dicebatur, ipsos fuisse homines
Ecclesiæ, in quam non cadit subuentio pro maritanda
filia, vnde cum Ecclesia transtulerit ius tantùm, quod
ipsa habebat, & in Ecclesiam hoc ius non cadebat, non
potest, nec debet dici translatum in concessionarios, id
quod ecclesia non habebat, ex reg.*l.nemo plus iuris.*eo
magis, quia (vt supra est dictum) pacta inita inter do-
nantem, & donatarium, non afficiunt vassallos, vnde
si ecclesia expresè non potuisset, ergo multo minus
25 tacitè. † Sed ad hoc dicebatur Casale prædictum, cum
hominibus, & vassallis à principio fuisse penes Comi-
tem Syluestrum, in cuius personam cadebant subuen-
tiones permissæ, in d. Constitut. quamplurimum, ex
Comite peruenisse in ecclesiam, nunc quod rediit in
personam laicam, redit ad pristinam naturam, secun-
dùm quam tenebantur ad has subuentiones, vnde vas-
salli de hoc conqueri non possunt, cum formæ eorum
reddantur. *l.si vnus. §. pactus. vers.quoties, enim ff. de
pact.*ad quem tex.multa ponit Fel.*in c.cum accessissent*
2. *& 3.col. de constit.* & pulchram quęstionem per tex.
prædictum decidit And.*in d.cap.*1.*§.& iterum si cleri-
cus vers.plus videtur numer.* 32. *de ca. Cora.* Item di-
cebatur, quòd per Constit.quamplurimùm subueniunt
vassalli, tàm Prælatis ecclesiarum, quàm Baronib. in
d. Constit. enumerantur omnia ea, ad quę vassalli Prę-
26 latorum, & Baronum tenentur: † nunc si isti vassalli
alienantur in laicum per ecclesiam, non tenebuntur
ecclesiæ ad aliqua ex dictis oneribus, sed tantummodo
concessionario; regula est enim, quòd vtilis Dominus
præfertur directo, And.*in c.*1.*ver. ex quo non seruit.* 2.
*colum. vers.verius ergo dicitur.de feud. sine culp. non
amit.* & in alij locis, quæ cumulat Liparolus, tam *ibi*,
quàm *in cap.*1.*col.pen. in vers.directo,de vas.qui cont.*
27 *Const.Lotha,*†licet enim vtile dominium sit sicut chy-
mera,vt per Andr.*vbi supra,* ex mente Host.nihilomi-
nus quandiu durat, vincit directum, à quo causam ha-
bet. *l.*1.*§. qui superficiem, ff. de superfic.* quem allegat
Cy.ad hoc, *in l.nomen.in* 2.*quæst.in fin.C.quæ res pign.*
28 *obli.poss.*†quemadmodum etiam vtilis actio præfertur
directæ.*l.à procuratore.ff.de procu.*

Simile videmus, quòd si in feudo vnus est proprie-
29 tarius, & alius vsufructuarius, † releuium est præstan-
dum vsufructuario, non proprietario, Frecc. qui cęte-
ros allegat *in* 3. *aucto.num.*5.*vers.quando in feudo,fol.*
183.*à ter.* & sic ex prædictis apparet,ex hac mutatione
ab ecclesia in laicum, nullum oriri præiudicium dictis
vassallis, non enim tenebuntur, nisi vni adiutoria præ-
stare,& quamuis in facto vassalli nixi fuissent probare,
quod soluunt charitatiuum subsidium Reuer. Episco-
po Ciuitatis Cauæ, hoc non fuit probatum, & iniusta
ex prædictis posset apparere exactio.

Insuper dicebatur, quòd & si prædictæ responsiones
non subsisterent, prout de iure subsistunt, non fuisse,
nec esse prohibitum ecclesię facere concessionem prę-
30 dictam cum solemnitatibus a iure requisitis, † facta
igitur concessione, fuit translatum dominium in con-
cessionarium, quo translato, transferuntur omnia ea,
quæ resultant ex ipso dominio, inter quæ sunt subuen-
tiones prouisæ in dicta Constit. quamplurimum,tam-
quam consecutiuæ dominij; nec est mirum mutatione
personæ, mutari conditionem rei. *l. Paulus respondet.
ff.de acquir.hær.* pulcrè ponit, & declarat And.*in c.*1.
4.*col.in addit.vers.item si ex dono Regio,qualiter vas-
sal.iur.deb.fidel.* vbi etiam Affl. & Loff. concludunt,
31 † de dono Regio non solui functiones fiscales per pri-
mum donatarium, qui tamen, si alienabit, secundus
soluet collectas, & in proposito facit quod dicit Bart.
32 *in l.si publicanus §.fin.in* 1.*quæst.ff.de publica.* † quòd
minori spatio præscribitur contra nobilem, cui com-
petit ius colligendi pedagium, quàm contra Principem
qui concessit, ad idem,quod dicit Bal.*in l.*1.*in* 5. *col.in*
33 7.*q.C.de seru.& aqua*, quòd licèt † Papa concesserit
alicui castrum de plenitudine potestatis, quòd nihilo-
minus contra concessionatium poterit præscribi, quia
eius possessio non est Papalis, sed priuata, congerit ad
prædicta concordan. Cotta *in memo.in vers.priuilegia
in fin.* vbi subdit dictam decisionem Bartoli feudata-
rios aduersos intueri.

Tertiò, & vltimo, dicebatur pro parte vassallorum,
numquam apparuisse,nec apparere,fuisse per vassallos
præstitam subuentionem prædecessoribus Dominis,in
casibus in Consti. Regni promissis, & verisimile est,
quod à tempore concessionum hucusque Domini Ca-
salis prædicti maritauerint filias, vel sorores, vnde vi-
detur, quòd huic Domino obest præscriptio, non so-
lùm longi,sed longissimi temporis.Pro solutione huius
difficultatis, dictum fuit, non esse probatum infra hoc
tempus accidisse casus, in Constit. Regni comprehen-
sos, & prætensa verisimilitudo potest esse, & non esse,
vnde

vnde non infertur necessario, quod fuerit, & sic non est probatio concludens, & succedit decisio, † quod
34 quando vassalli tenentur incertis casibus succurrere Domino, & Dominus stetit per annos 30. & plus, quod non exegit, quia non militauit, nec maritauit, contra eum non potest opponi exceptio praescriptionis, ita in specie, ex mente Bartholomaei de Capua, tenet Par. *in tract. de integr. feu. in r. vassallus, in certis casibus, fol.* 98. 3. *col. pulchra* ponit in propriis terminis Cassan. *in cons.* 4. *cum constet,* 1. *&* 2. *col.* vbi plenè, & dicebat Iacob. de Beluis. *in auth. de haer. &* Falc. post prin. de quo meminit Paris. *de Sindic. in vers. Iudic.* 2. *col. vers. in hoc tamen*, quod vbi lex nunquam est seruata nec in contrarium aliud obseruatur, nullo tempore tollitur. Item dicebatur, quod
35 & si casus accidisset, quamuis † praedecessores Domini non exegissent, non fit aliquod praeiudicium eis, nec successoribus, nec potest dici praescriptum, ita in specie in casu de quo agitur, dicit Cynus, *in l.* 2. *col.* 5. *ver. sed nos, quid dicemus, Cod. quae sit lon. consuetu.* & Alber. *in d. rubr. quae sit longa*
36 *consuet.* 15. *col. vers. quid dicemus*, distinguentes, † an haec subuentio debeatur ex consuetudine, vel ex praescriptione, vt primo casu etiam non exactum debeatur, secundo verò non imò fortior est casus noster, quia haec subuentio debetur virtute Constitu. Regni, & vt And. Afflict. & Frec. *vbi supra* dicunt, haec subuentio semper, ex consuetudine, fuit exacta à vassallis Burgensibus, & peritos Regni dicere ex consuetudine Regni immemorabili, fuisse exactam, vnde ex praedictis dicebatur, hanc obiectionem non obstare, & etiam ex alio, quia idem Par. *in tradit. praedicto, in cap. Baro habet, fol.* 97. in materia, de qua agitur conclu-
37 dit, quod quando † quis habet castrum cum vassallis, quibus ex consuetudine poterat collectam imponere, vt dicit esse in Regno, & stetit per annos 30. & non indixit, quod nihilominus indicere poterit, nisi quando voluisset indicere, vassalli contradixissent, & à tempore contradictionis concurrisset tempus inducens praescriptionem, vnde ex praedictis videbantur sublata contraria, & quod Dominus obtinere deberet.

His sic discussis, dicebat vnus ex Aduocatis dicti Casalis per concessionem factam per Episcopum, & ecclesiam, † non esse abdicatum ab eis
38 ius exigendi charitatiuum subsidium, quod est adeò adnexum dignitati episcopali, vt ab ea separari non possit, per text. *in cap. cum venerabilis*, vbi Abb. & caeteri, *extra de censib.* allegat concord. Boer. *in decision.* 133. & quo ad primam *in* 1. *par.* si igitur non est translatum hoc subsidium charitatiuum, remanent vassalli obligati ecclesiae, & sic succederet regula, quòd vassalli non debent duplici onere grauari, scilicet soluere maritagium concessionario, & subsidium concedenti. Ad hoc, quod videbatur difficile argumentum dicebatur, quod text. *in d. cap. cum venerabilis*, & Doct. ibi loquuntur
39 † in charitatiuo subsidio debito per clericos Episcopo, tanquam Episcopo, ratione Episcopalis dignitatis, & hoc remitti non potest, secùs autem dicebatur esse in charitatiuo subsidio, quod debetur, per vassallos laicos Episcopo non tamquam Episcopo, sed tamquam domino vassallorum, quia hoc casu translato vtili dominio in concessionarium, habebit concessionarius omnia ea, quae habet vtilis dominus, & feudatarius, inter quae † sunt subuen-
40 tiones pro maritagio filiarum; & ex praedictis Sacrum Consilium (me referente) iudicauit in fauorem Magni[illegible] Baronis die 22. Octubr. 1576. Scanapeco A[illegible]o.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVmero 3. Adde Mart. *in voto* 186. *nu.* 4.
Num. 27. Vide Amedeum de Ponte *in tract. de laudemio q.* 24. *nu.* 60. *fol.* 96. Viuium aut alium *in opin.* 310. *nu.* 15. *p.* 2. secundum nouissimam editionem, & Mart. *in voto* 66. *nu.* 6.

In fine; Adde eximium, & optimum causarum patronum Ann. Sen. *in alleg.* 105. *par.* 2. qui pro causa, de qua in praesenti decis. scripsit, & obtinuit, vt animaduertit Eruditus Apostillator ibi.

Videatur Maxill. *in Consuet. Bari fol.* 50. *num.* 35. *in nouis*.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia licet teneat Castrum non in feudum, sed burgensaticum, appellatio debet fieri ab eius Iudicibus, ad Iudices Ecclesiasticos.*
2 *Castrum receptum ab Ecclesia, non feudale, sed burgensaticum habetur.*
3 *Allodialia illa dicuntur quae à nullo, nisi à Deo benedicto recognoscuntur,*
4 *Iurisdictio allodialis non praesumitur.*
5 *Bona potius allodialia, quam feudalia praesumuntur, nisi Contrarium probetur.*
6 *Bona allodialia à feudalibus differunt.*
7 *Allodialia possunt alienari, vt cumque sint res restitutioni subiecta, secus feudalia.*
8 *Laudemium debetur proprietario, si non adest vsufructuarius, qui si concurrat, ipsi debetur.*
9 *Quid de Relevio, Laudemio, & Adhoa.*
10 *Laudemium ideo dicitur, quia alienatio laudatur.*

ADde de hac decisione *Allegationem* Annae, 105. In hac causa, vbi ita fuit decisum, vt hic, & ipse fuit aduocatus, & sic in causa Mortinae cum Duce. Et huiusmet decisio-
1 nis author meminit *infra decis.* 274. Et adde, quòd † licet Ecclesia teneat Castrum non in feudum, sed burgensaticum, vt fit mentio *in hac decis. numero* 9. Vnde appellatio deberet fieri ab eius Iudicibus, ad Iudices Ecclesiasticos, vt dicit Anna *Singul.* 71. tamen Contrarium verius esse dicit Regens Tapia, nouissimè, *in* 2. *lib. De iure Regni Neapolitani, in Ritu* 52. *incip. Ita quòd Curia, sub tit. De Officio Magistri Iustitiarii. pag.* 257. vbi allegat Carauitam, dicentem in
2 dicto Ritu, Castrum † receptum ab Ecclesia, non feudale, sed burgensaticum haberi. Vide alios. Ad num. 10. & 11. de allodio adde, quòd allodialia illa di-
3 cuntur, quae à nullo, nisi à Deo benedicto recognoscuntur. Praesidens hic dicit, & Guid. Papa, *decision. Delphinatus* 112. sed non intelligatur indistinctè hoc,
4 quia † Iurisdictio allodialis non debet praesumi. Ita Franciscus Marcus *dec. Delph.* 89. *p.* 1. & quod † bona
5 praesumantur potius allodialia, quàm feudalia, dicunt in terminis Natta, *cons.* 514. *n.* 26. Crau. *cons.* 1. *per Genero. n.* 427. Rolan. *cons* 46. *n.* 38. *vol.* 3. Iacob. Menoch. *cons.* 395. *volum.* 4. Olasc. *us dec.* 26. *num.* 13. & hoc nisi
6 contrarium probetur, Afflict. *decis.* 277. & † bona allodialia à feudalibus differunt omissis aliis differen-
7 tiis, de quib. alibi dicemus † quia possunt alienari vtcumque sint res restitutioni subiectae, *per text. in Authen. Res quae. C. communia de legatis*; sed feudalia non, vt dicit text. *in c.* 1. §. *donare, in tit. qualiter olim in feudis.* Et ita concludit Regens de Curte, *in p.* 1. *Diuersorii Iuris, p.* 60. *n.* 50. *ibi: sic videmus.* Ad *n.* 29.
8 adde, quod † Laudemium debetur proprietario si non adest vsufructuarius, sed si concurrit vsufructuarius, debe-

debetur vsufructuario, ita Iun, Cla. *in § emphyteusis, q.*
9 23. *vers. si.* & Gui. Pap. *decis. sua...* & † de Releuio vt hic, & Laudemio, & similibus, quod vsufructuario, & non proprietario debeantur, Consiliarius Anna, *cons. 3. num. 36. volum. 1.* vbi latissimè, & ibi de Adoha, & aliis, & vide supra ad decisionem Præsidentis 111. vbi dico etiam de iure Releuij. Ad *num. 33. vers. & vlt.*
10 adde Præsidentem *suprà decis.* 125. † Et Laudemium ideo dicitur, quia alienatio laudatur; ita Petrus Gregorius, *de Concess. feud. par.* 8.

ADDITIO D. RICII.

SVbuentio debita à Vassallis Domino, an debeatur feudo translato in Ecclesiam cum qualitate allodiali, & iterum concesso ab Ecclesia laico in emphyteusim, hoc dicit. vide si conferunt scripta per Mart. *decis.* 34 *& nostram Collectaneam* 75. vbi adducitur alia huic similis decisio, quam adducit Thorus *in compend. dec. in verb. adiutorium præstare*, & videatur in Nouarius *in collect. decis. ad pragm.* 1. *sub Rubric. de Baronibus*.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Vasalli in emphyteusim concessi an teneantur ad subuentiones domino pro maritanda filia expenditur dec. 76. D. Præs. contra Baronem.*
2 *Deciditur contra vasallos, & conciliantur decisiones.*
3 *Quid pro dotanda sorore Baronis assertiuè decisum fuit, & addubitatur.*
4 *Adiutorium an debeatur Baroni ciuili, vel criminali.*
5 *Iudex criminalis an sit dignior ciuili, & Tasonus impugnat D. Præsidem.*

1 DOtata nedum congrue verum etiam immodice est hæc decisio in materia adiutotorij pręstandi per vasallos Baroni pro dodotanda filia, vel sorore, & quæsitum proponitur, an vasalli in allodium, vel emphyteusim concessi teneantur ad solutionem adiutorij suo Baroni pro maritanda filia, & similibus, ratio dubitandi est, quia Baroni cui vasalli non sunt in feudum concessi, puta quia teneret in emphyteusim, vel allodium, tunc non debetur adoha d. Baroni, nec subuentio à vasallis, vt fuit decisum ad instantiam magnifici Federici Pandone pro adoha, & subuentione vassallorum Castri, vulgò dell'Abbadia S. Vincentij, vt ex *lib.* 4. adoharum cuius tenor talis, & per Reg. Cameram *audito Fisco rationibus in Banca discussis communi voto fuit promissum, quod d. Federicus non molestetur super solutione d. iuris adohæ, ex quo tenet dictum Casale in meram emphyteusim ab Ecclesia*, vt Capan. *de iur. adoh. q.* 12. *num.* 6. sed ratio quia debetur adiutorium dominis, vt onus adhoarum quod subeunt, & cum onus non sentiant non debent esse in lucro, ità arguit D. meus *dec. 76. nu.* 3.

2 Contrarium decisum fuit in fauorem Baronis Casalis Sancti Arserij, cui erat concessum castrum francum ab onere adoharum, & hoc non obstante vasalli condemnati fuerunt ad præstationem adiutorij pro maritanda filia, quamuis feudum vti allodium, & pro francum ab omni onere cōcessum esset, & pro Barone in iure respondit, Anna *alleg.* 105. & tenet Reg. de Marin. ad Reuert. *obser. 506. numer.* 7. ratio est quia cum Baro immunis est ab onere adohæ, tunc vasalli sunt immunes a seruitijs adiuuamentis, & adiutorijs quæ debentur iure seruitii, aut subuentionis Baroni pro seruitio Regis, & Barone immune sunt etiam vasalli immunes, & si Baro non tenetur seruire, & adoham præstare, nec vasalli tenentur seruire, nec partem adohæ præstare, ità Andr. *in cap. 1. § huius autem generis de probib. feud. alien.* & ità debet expendi D. meus *dec. 76. nu.* 3. nisi tamen remissio adohæ fuisset facta fauore Baronis, quandò autem sumus in illis adiuuamentis, siuè adiutorijs quæ debentur Baroni ratione vtilis dominii, tunc non obstante quod Baro sit immunis ab adohis, vasalli tenentur præstare adiutoria pro maritanda filia, & his similia ex quo proueniunt ratione dominii, ità ex Frecc. *de subfeud. lib. 2. aut.* 2. D. meus *vbi sup.* 4. refferens sit decisum in fauorem Marchionis N. N. vtilis domini Ciuitatis Oyræ contra dictam Vniuersitatem, nam talia adiutoria debentur ex prerogatiua dominii non ratione seruitii.

3 Amplius etiam vasalli tenentur præstare adiutorium pro maritanda sorore Baronis, cui Castrum concessum est in allodium, vt refertur decisum *nu.* 21. ad fauorem Domini de Bucculo subnectit tamen Capan. *d. q.* 15. *n.* 32. sibi durum valdè videri, vt concesso feudo franco ab omni seruitio, & sic in allodium non debeatur sorori dos de paragio, quæ dicitur onus personale fratris, vt contra sororem tenet Mastrill. *dec. 200. nu.* 50. Petr. de Greg. *de dot. de parag. quæst.* 22. sed ego inquit ipse dubitarem, quia si possum petere adiutorium à vasallis, quare non debeo dare dotem de paragio, & soror cogetur aliàs mendicare, franchitia debet intelligi à seruitiis, sed in reliquis remanet feudum, Mastrill. *dec.* 200. *nu.* 48. Mol. de primog. Hispan. *lib. 1. c. 13. n.* 50. dicens opinionem pro fæmina esse æquiorem.

4 Si duo sunt domini, quorum vnus habet iurisdictionem criminalem, alius ciuilem in casibus, in quibus debetur à vasallis in domino audiutorium, an debeat præstari domino ciuili, vel criminali, & quamuis Freccia *de subfeud. lib. 2. auth. 2. nu.* 5. pro Barone criminali multa alleget, contrariam tamen opinionem tenet pro Barone ciuili, sequutus est Capibl. *de Baron. pragm. 1. nu. 64. & prag. 12. n.* 39. quia Dominus criminalis non habet dominium vtile, sed potestatem coercendi tantum personas, & Frecciam refert, & sequitur Reg. de Marin. *vbi sup. n. 12. & obs. 85. n. 5. &* 6. & fusè probat Capan. *de iure adohæ q. 48. per tot.* & Baronem esse qui ciuilem habet iurisdictionem, non qui criminalē post alios relatos cū D. meo Reg. Sanfelic. *in dec. 321. n.* 11. Tapia, & aliis fundat Giurb. *obser.* 115. *n. 6. & à n.* 1. vbi plura congerit non obstante quòd criminalis iurisdictio sit dignior ciuili, & magis dignus foret preferendus, vt in obiectione allata *num.* 2. Baro enim criminalis non est dominus terræ, nec territorii imò dicitur dominus potentia si delicta fiant, & antea caret iurisdictione, & sic dicitur dominus per accidens.

5 Tangitur articulus maioritatis, & præcedentiæ inter Baronem, seù Iudicem ciuilem, & criminalem, & digniorem esse Baronem criminalem annuit D. meus *n.* 2. & tenent Frecc. *de subfeud. lib. 1. tit. de offic. magist. iustit. nu.* 28. Cassan. *in catal. glor. mund par. 5. consid.* 26. sed Tassonus *in prag. de antefat. vers. 3. obs. 3. n.* 178. *& seq.* redarguit dictos Autores ex quo loquantur contra casum *l. 1. C. de alb scrib. & l. 1. C. de offic. Vic.* & quatenus M. C. V. criminalis præcedit ciuilem, id procedit ex eo quod in aula criminali assistant Regii Consiliarii, & Regens M. C. & ratio est manifesta nam Baro ciuilis dicitur Baro, non autem [illegible]inalis vt dictum [illegible] Fontanell. *dec. 367. n.* 22.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Conclusionem inter partes, si putat esse in lite S. C. in qua habet interesse Regius fiscus, eam remittit ad Regiam Cameram.*

DECISIO CXXXII.

Idem quod summarium continet.

QVando est lis inter priuatos in Sacro Consilio, & Sacrum Consilium videt ex ea posse oriri præiudicium Regio fisco, vel quòd insistet, vel non, procurator patrimonij, seu partium, remittit causam ad Regiam Cameram Summariæ iudicem competentem inter fiscum, & partes, quia Sacrum Consilium est iudex penitus incompetens in
1 causis prædictis, idem facit quando dubitat de collusione inter partes, ex decisio. And. *in c. 1. in prin. de leg. Cona*, & propterea cùm vniuersitas Petrenserij prætenderet defensam, quamdam sitam in territorio dictæ terræ spectare ad vniuersitatem, & conuenisset quosdam particulares, quibus Baro concesserat ad meliorandum partem defensæ prædictæ, qui laudauerant in authorem dictum Baronem, ratione promissæ euictionis, & Baro, cùm deberet comparere, & eos defendere, & non compareret, dubitans de collusione, remisit causam ad Regiam Cameram Summariæ; maximum enim fuisset interesse fisci, si vniuersitas prædicta, quæ numquam moritur, obtinuisset.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Vassallus quando appellat iniustè, licet appellatus contentus sit in Sacro Consilio procedi, tamen causam ipsam remitti Baroni, ne fiat praiudicium, ad euitandum collusionem.*

2 *Fiscus Regius assistit etiam in Sac. Reg. Cons. quando tractatur de præiudicio patrimonij.*

AD hanc decis. dicentem, quando causa remittatur ad Regiam Cameram si dubitatur de collusio-
1 ne, adde omninò *infra decis. 519. latius*, † vbi quando vassallus appellat iniustè, quòd licet appellatus contentus sit quod causa remaneat in Sac. Cons. ipsam remittit Baroni, ne fiat præiudicium, ad euitandum collusio-
2 nem. Nota etiam quod † Fiscus Regius assistit etiam in Sac. Reg. Cons. quando tractatur de præiudicio patrimonij, *est decis. 11. supr.* Adde nouissimè Caballum *in libro Resolut. criminalium, Casu 168. nu. 8. qui de hac decisione mentionem facit.*

ADDITIO D. RICII.

COllusionem inter partes si putat esse in lite Sacrum Consilium, in qua habet interesse Regius fiscus, eam remittit ad Regiam Cameram, hoc dicit, hinc est, quòd lis habita etiam inter priuatos de concernentibus Gabellam Regiam debet in Regia Camera tractari, si fiscus habet interesse, saltem cùm habeat, vel habere possit similes causas Capic. *inuestu. feudal. rub. feudorum Clausula vers. Gabellariorum lites*, & huc spectat *dec. Thess. 213.* vbi refert fuisse decisum, Cameram Ducalem esse Iudicem competentem patrimonij [illegible] in his tantum, in quibus patrimonialis est principalis actor, vel reus, non autem in alijs, sed quando lis erat inter priuatos, & fisci patronum, lis agebatur in Senatu cum assistentia præsidis Cameræ, & aduocati patrimonialis, & sic non concordat cum hac nostra decis. licet hic tractetur de collusione, sed idem mos, de quo loquitur, seruatur hic Neapoli, vt meminit Auctor noster *decis. 117.* de qua decis. meminit Gaspar filius *addit. ad d. decis. patris:* Ad materiam posset etiam dubitari, an collusio reddat sententiam nullam, & fuit decisum per Sac. Cons. non tantum collusionem annullare sententiam respectu tertij, sed etiam respectu eiusdem colludentis, vt refert Ann. *cons. 104. num. 21. vbi nu. 23.* in facto occurrenti refert fuisse decisum, quòd suspensa excequutione sententiæ partes audiantur Georg. *allegat. 36.* Castill. *decis. Sicil. 72. nu. 15. & seq. & melius decis. 88. nu. 22.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Regius Fiscus propter interesse futurum quando possit petere causam remitti ad suum forum.*

2 *Expenditur in contrarium alia decisio D. Præsidis.*

1 AMaritudines, & laquei non desunt hoc loco: argumentum decisionis est, quòd collusiones inter partes arguens Sacrum Consilium in causa, in qua habet interesse Regius Fiscus remittit illam ad Regiam Cameram, ita decisum testatur D. meus in causa Vniuersitatis Petrēserij prætendentis defensam quamdam spectare ad Vniuersitatem ipsam, quæ cum conuenisset quosdam particulares, quibus Baro concesserat ad meliorandum, & illi laudauerant in authorem d. Baronem, qui cum non comparuisset pro defensione, nec institisset pro remissione causæ, quia dubitatum fuit de collusione, & tractabatur de magno interesse Fisci, si defensa prædicta deuenisset ad Vniuersitatem, quæ est manus mortua, quo casu cessat spes deuolutionis ad Regiam Curiam ob deficientiam successorum, nec soluitur releuium, fuit per S. C. remissa causa ad Regiam Cameram, quam decisionem refert Cabal. *resol. crim. cent. 2. cas. 168.* Reg. Latr. *decis. 186. nu. 25.*

2 Pro contraria parte adduci potest, quòd vbi Fisci interesse non est formatum, & præsentaneum, sed agitur de iure releuij, vel alio de futuro, tunc remittitur causa ad R. C. sed Fisco licet tantum assistere, vt practicari testatur, idem D. meus *decis. 117. post nu. 2.* sed dic quod hoc non obstante verius probat, & iudicatum in confirmationem præsentis decisionis testatur Reg. Latr. *vbi supr. per tot.* de anno 1647. vbi quòd licet per *pragm. 61. de offic. procur. Cæsar.* causæ decidendæ per Reg. Cameram sint, in quibus Fiscus est actor, vel reus author laudatus, & *in prag. 62.* est quartus casus quando interesse Regij Fisci est præsentaneum, & considerabile, & adsit eius instantia, nihilominus quoties est notorium Fisci interesse siue instet, siue non procurator Regij Patrimonij, S. C. ex officio causam ad Reg. Cameram remittit, vt docetur in principio decisionis, quam obseruat de Marin. *lib. 1. resol. 146. n. 4.* & in hoc casu interesse Fisci erat præsentaneum licet in futurum protrahebatur executio; præterea, vel dubitatur de qualitate feudi, & causa remittitur, vel dubitatur quod non sit feudum, & tunc tanto magis causa erat remittenda, quia adest euidens interesse Fisci, ne feudum perueniat ad manus mortuas, Ecclesia enim numquam moritur, & interesse est certum, ne dum quia non haberet releuium, quod debetur Regiæ Curię per mortem feudatarij ob renouationem inuestituræ, verùm etiam maximum interesse Fisci, quia numquam deuoluitur ad dominum ob deficientiam successorum, Ann. alleg. 121. vbi alios citat, & sic decisum testatur.

SVMMARIVM.

1 *Legitimam, patre viuente, filius non potest petere, sed benè alimenta.*
2 *Legitima patre viuente, potest filio assignari, si & ipsius patris, & filij consensus interuenerit, & num. 3. & quid altero ipsorum dissentiente. 4. 6. & 13.*
5 *Legitimam assignando pater filio, potest praeuenire eius mortem, & n. 10. de veritate.*
6 *Legitimam filio etiam inuito, potest pater ei assignare, maximè quando petit alimenta, & num. 12. de veritate.*
7 *Fructus legitimæ consignandæ filio si non ascendunt ad alimenta, cogeretur vendere proprietatem.*
8 *Legitima si fuerit consignata in vita filio, non augebitur, auctis facultatibus.*
9 *Acquirere in futurum quilibet præsumitur.*
11 *Legitima dicitur profectitia, quando datur filio, in vita.*

DECISIO CXXXIII.

Pater an possit, filio inuito, ei in vita propria assignare legitimam, quam aliàs non tenetur assignare, nisi post mortem.

1 DE iure est absolutum, † quòd pater non potest cogi per filium ad assignandum ei legitimam in vita, quia in ea, viuo patre nullum ius habet. *l. 2. §. interdum, ff. de collat. bonor. allegat concor.* Fabia. *in repet. auth. nouissima in 7. qu. princ. nu. 78. C. de inoff. testam.* Benintend. *in decis. Bono. 89. in princ.* Ant. de Cord. *in l. si quis à liberis, §. item rescriptum n. 15. & 16. fol. 106. ff. de liber. agnosc.* cogetur tamen filio alimenta præstare *l. fin. ff.*
2 *de lib. agnos. cum concor.* benè tamen poterit † pater, si vult, eidem in vita legitimam assignare, quæ opinio probatur *ex tex. in l. quoniam nouella. C. de inoff. testament.* quem text. ad hoc allegat Bald. *in l. illud, in 3. qu. C. de sacros. eccles.* ad idem text. *in l. si quando §. 1. C. de inoff. testament.* quem allegat Bald. *in l. cum quis. 1. col. vers. sed quid si pater donat. ff. de conditio. cau. da.* quæ iura licet expresè non dicant, patrem posse in vita assignare filio legitimam, nihilominus ex eis colligitur, postquam in eis cauetur, data filio viuo patre, esse in legitimam filijs computanda, quod non procederet, si pater in vita legitimam assignare non posset, ad idem est text. *in l. Papinianus, §. si quis mortis causa. ff. de inoff. testam. & in l. si non mortis, eo tit.* quæ iura ad hoc allegat Rodor. Suarez. *in repet. l. quoniam in prioribus, fol. 301. sub rub. declaratio legis Regni. n. 3. vsq; ad n. 4. & in l. si quando. §. 1. C. eo.* & iura prædicta procedunt
3 sine dubio filio consentiente, † quia donatio, vel causa mortis, vel inter viuos, de qua in iurib. prædictis fit à præsente præsenti, & donantis, & donatarij consensus requiritur, & ita intelligit text. *in d. l. si non mortis*, idem Rodor. Suarez. *in repet. d. l. in euidentialib. fol. 9. 2 col. vers. 1 quia.* Sed dubium est, an pater hoc possit,
4 filio inuito, & pro patre facit regula, † quòd fauori suo quis renūciare potest, de qua *in l. si quis in conscribendo, C. de pact.* sed in fauorem patris est hoc inductū, vt non compellatur, ante mortem dare legitimam, ergo dicto fauori renunciare poterit, & hoc argumento vtitur Bereng. in propria materia in repetit. *l. in quartam, col. 21. nu. 132. vers. 1. si pater, ff. ad l. Falcid.* Secundò dicebatur, pro hac opinione esse decisionē Bald.
5 *in d. l. illud, & in d. l. cū quis* vbi Bald. tenet, † patrem in assignādo legitimam posse præ venire eius mortem, pro q no allegatur *tex. in l. cum quo, de peculio, §. fin. ff. ad l. Falcid* vbi expressè hoc tenet Paul. de Castr. & dicit illum tex. consueuisse ad hoc allegari, & licet Bald. non aperiat, quod filius dissentiat, nihilominus sic est intelligenda eius opinio, quia quando vterque consentiret, quæstio est de indubitabili, idem tenet Tellius Ferdin. *in l. 23. Tau. numer. 11. vers. sit ergo prima fol. 190.* & Lopez *in repet. §. Dini. nu. 75 vers. 3. facit. ff. de*
6 *leg. 1.* Tertiò, & vltimò dicebatur, † quòd filio inuito pater possit assignare legitimam, & maximè quando petit alimenta, prout est casus, de quo agebatur, in specie tenere Bald. *in l. 2. C. de reuoc. his, quæ in fraud. credit.* quem sequitur Fabia. *in auth. prædicta, in 10. q. principali. c. inter vir. & vxor.* Sed pro parte filij dicebatur, quod ipse etiam habet regulam pro se, quia pater, & filius non debent ad imparia iudicari, quia quemadmodum pater non potest cogi ad dandum legitimam filio inuitus, vt supra dictum est, ita nec debet cogi filius ad illam recipiendum, nec in hoc versatur solus fauor patris, quia versabitur etiam fauor filij, cui ex iuris dispositione alimenta debentur, & læderetur fi-
7 lius in duobus, primo, † quia si fructus legitimæ consignandæ non ascendunt ad summam, cum qua posset viuere, cogeretur vendere proprietatem, quod iura abhorrent. *l. qui bonis. ff. de cessio. bon. cum concord.* per Decium *in auth. præterea col. fin. vers. 4. quæritur, C. vnde vir. & vxor.* & per Aymo. *cons. 219. 2. volum.* & Picum *in repet. §. Titia cum nuberet in 6. q.* Tellius Ferdinandez. *in leg. decima Tauri n. 4. fol. 95. cum seq. & infra dec. 336.* Secundò, quia quamuis legitima de-
8 beatur, inspecto tempore mortis, † si tamen fuerit consignata in vita, etiam auctis facultatib. non augebitur, ita ex mente Iacob. Butr. tenet Bald. *in l. fin. col. pen. vers. quid ergo, si tempore, C. de vsur. rei iudic.* de quo meminit Dec. *in cons. 616. viso contractu, 2. colu. vers. ex ista, n. 5. & allegat concord.* Fabia *in loco prædicto, in 8. q. vers. ex quo infertur, n. 87.* & licet diceretur posse etiam diminui, & sic posset esse commodum filio, si diminueretur, ad hoc dicebatur filium habere
9 pro se iuris præsumptionem, † quia quilibet in futurum præsumitur acquirere. *l. si defunctus, C. arb. tutelæ* faciunt pulchra dicta Bartol. *in l. stipulatio hoc modo concepta, 2. col. vers. aut adiecit omnia bona. ff. de ver. oblig.* quam sequitur Alex. *ibi 5. co. vers. in quantum dixit* Bart. vnde cùm ex prædictis appareat, quòd in consignatione legitimæ, inuito filio possit esse ipsius filij damnum, videtur quod filius cogi non possit ad ipsius receptionem.

Nec dicebatur, posse fieri fundamentum in decisionib. Bald. *in d. l. illud, & in d. l. cum quis*, nec iuribus,
10 quæ ipse allegat, † quia loquuntur in casu, quo vel filijs fuit legatum, & ipsi acceptant, vel donatio inter viuos, vel causa mortis, quæ consensum vtriusq; requirunt. Nec potest dici decisiones Doctorum prædictorum esse de indubitabili, stante vtriusq; consensu, quia difficultas ex eorumdem dictis colligitur, nam Bald. *in cons. quod* allegat Fabia *in d. 10. q. & iterum nume. 79. in 7. principali quæst.* tenebat non posse assignationem
11 fieri in vita, † quia legitima esse profectitia, & acquireretur sibimet assignati; & responsione ad hoc fundamentum laborat Fabia. Item dicebatur non obstare decisionem Bald. *in d. l. 2. C. de reuoc. his, quæ in frau. cred.* quæ videtur particularis, & eam sequuntur Fabia. & Suarez, *vbi supra*, quia Bald. ibi loquitur perfunctoriè,
12 † quasi præsupponens, quòd filio petenti alimenta, potest pater opponere, capias legitimam, nec punctum disputat. Item Bald. videtur se fundare in dicto Euangelij Lucæ, in quo apparet filium petijsse portionem substantiæ, & patrem dedisse, & sic videtur, quod vterq; consenserit, de quo dicto etiam meminit Ias. *in l. an sui in 2. nota. ff. de libe. & posthum.* & Fabia. *ibidem, in d. 7. princ. quæst.* dicis, de hoc, an dictum in Euangelio, sit parabola, recurrendum esse ad Theologos, & ex prædictis videtur, hanc quæstionem esse dubiam, nec dicebatur obstare text. *in d. l. cum quo, de peculio. ff. ad l. Falc.* quia ille tex. loquitur, quando quis facit testamentum, & instituit, aliquem hæredem, cui testator in vita dedit Falcidiam, & dicit, eam amplius detrahere non posse, quia iam in vita recepit, quod procederet etiam in casu, de quo agebatur, si filius, vel legitimam, vel tantumdem recepisset, ex prædictis, & nouissimè diceba-

dicebatur, Decium *in d.conf.616.colum.2.verf.& ifta,*
13 tenere, † consensum vtriusque esse necessarium in assignatione legitimæ in vita, & omnes Doct. quando loquuntur in hac materia, vt plurimum loquuntur, quando filia per patrem tradita est nuptui, & datur ei dos, quæ loco legitimæ succedit, & licet Aret. *in l. planè, §. si duob.col.pen.ff.de leg.* Berengarius, & Suarez, dicant patrem posse in vita legitimam assignare, simpliciter loquuntur, & absque alia discussione; Discussa hac causa, dicebat vnus ex Dominis, quòd iure non probatur opinio, quòd filius possit inuitus cogi ad recipiendum legitimam, & sic alij Domini Collegæ non poterant negare, sed dicebat, quòd remanebat auctoritas Doctorum, & signanter Bald. *in d.l.2.* & quia causa videbatur exemplaris, fuit visum procedere ad vlteriora in causa alimentorum, quæ petebat filius vltra alimenta conuenta, & reseruare hanc discussionem tunc faciendam die 21. Ianuarij 1576. Figliola Actuario. In causa Magnifici Diomedis de Afflicto cum filio, & quid si filio est assignata leg. in vita, & augeantur facultates, an leg. augeatur, plenè Telli *d.l.23.* vbi quòd non, & dicit esse communem: post hæc scripta reperi, quod Io. Bapt. Caccialupus *in repet.l.frater à fratre.in 25.q.* præ cæteris tangit principalem articulum, an possit in vita hæc legitima filio assignari, & plenè Ioan. Gutierez. *in repet.c.quamuis de pact.in 6.nu.5.f.398.*

ADDITIO D. VISCONTI.

Vide Ann. *in fing.131.in addit. & maximè in fine,* D. Tapiam *in auth.ingressi in verf.sine c. 3. à nu. 20. vsque ad finem fo.374. & seq.*

Num.7. Vide *infra decif.336.*

Num.8. Vide Vrsill. *in decif.* Afflict. *382. & si conferunt scripta supra in decif.61.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, an possit peti per filium, & sic etiam per patrem dari in vita, patre contradicente, vel fisco, an solùm alimenta.*
2 *Legitima non debetur filio patre viuente.*
3 *Legitima est bonorum quota.*
4 *Legitima debetur post æs alienum solutum, & post mortem patris.*
5 *Limitatur negatiua sex modis per Cassaneum.*
6 *Et quid si pater dissipat bona sua.*
7 *Quo casu officio iudicis pater cogi potest ad assignandum filio legitimam.*
8 *Filius, dissipata legitima eidem tradita à patre, an iterum petere valeat, & an pater fiat obnoxius.*
9 *Legitima cùm datur in vita, dicitur profectitia.*
10 *Et an dicatur lucratiua.*
11 *Legitima quæ post mortem patris filio debetur, deducto ære alieno debetur.*
12 *Et non sufficit filio, dicere heredi: volo te seruare indemnem, & illæsum, & cautionem præstare ad effectum illam habendi, quia hæres non potest cogi.*
13 *Legitima est quota bonorum.*
14 *Et non debetur nisi funeris impensa, & ære alieno solutis.*
15 *Et ideo, si creditores crediti æris necessarij exstant, si tale æs patrimonium absorbet, filium, à Legitima procul pellunt.*
16 *Filius an possit reuocare amissa per patrem in ludo pro legitima.*
17 *Legitima debetur secundum tempus mortis.*
18 *Tamen si consignatur in vita, etiam auctis facultatibus non augetur, sed vide infra nu.24.*
19 *Vsusfructus an possit pro legitima relinqui.*
20 *Pater an possit Legitimam filio in vita tradere.*
21 *Renunciatio legitimæ generalis an sufficiat.*
22 *Et an sufficiat silentium præscriptum.*
23 *Filius fraudatus legitima, respectu inofficiosæ dotis, an agat reuocatoria contra sororem, & eius virum.*
24 *Legitima an auctis facultatibus augeatur, non obstante consignatione facta in vita.*
25 *Dos an debeat augeri auctis facultatibus patris remissiuè.*

1 AD hanc decis. 133. dicentem, † legitimam non posse per filium peti, & sic etiam per patrem dari in vita, patre contradicente, vel filio, sed solùm alimenta, adde quæ di-
2 co de legitima *dec.16.63.& 126.* & † quòd patre viuen-
3 te, filio legitima non debebatur, cùm † sit bonorum
3 quota, & † debeatur post æs alienum solutum, & post
4 mortem patris, Gaspar Caballinus *in Milleloquio* 81.
Papon. *lib.16.dift.4. Arresto* 5. Crauett. *conf* 236. Minsingerius, *obfernat.25.centuria 4.obferuat num. Imperialis Camera,* & ita dicit Franciscus Marcus, *decifio. Delphin.682.* Olascus *decif.172.num.15.* Benintendius *decif.89* Puteus *decif.237 tom.2.ex noftris Regnicolis.* Maranta *difputatione decima*, & Gramm. *decif. 101. n.65.& 66.* Sed contrarium tenet Guid. Pap. *decif.486. & 632.* de quo Franciscus Marc. *dec.199.par.2.* & Cassan. *in confuetudine Burgun tit.de fucceffione,§.2.glof.*
5 5. † qui limitat negatiuam sex modis, & Iul. Clar. *qu. 86.§ fin.* Petrus Rauennas *fing.469.* & Marsil. *fing* 613.
6 limitant etiam si † pater dissipat bona sua, quia officio
7 † iudicis pater cogi potest ad assignandum filio legitimam. Sed nota, quod idem dicit Vrsillus *decif.86.*
8 Quod † autem filius dissipata legitima, à patre sibi tradita, iterum petere non valeat, nec pater fiat obnoxius. Cassan. *dicto loco, in gl.vlt.* Menoch. *cafu 182. nu. 56.in libro arbitrariorum 2.* & Cacheranus *decif. Pe-*
9 *dem.124.* † quæ legitima dicitur profectitia, cùm da-
10 tur in vita, vt dicit hic Præsidens; & an † dicatur lucratiua, est Iason *videndus in §. item si quis in fraudem*
11 *num.32. Inftit.de actio.* Legitima † autem, quæ post mortem filio debetur; & deducto ære alieno debetur;
12 & † non sufficit filio dicere hæredi: volo te seruare indemnem, & illæsum, & cautionem præstare ad effectum illam habendi, quia hæres non potest cogi. Ita in terminis hic noster Præsidens. *dec.127. fupra incip. legitimam difputat*, licet non decidat, & verum esse
13 credo, † quòd cùm ipsa legitima bonorum sit quota,
14 quòd † non debetur, nisi funeris impensa, & ære alie-
15 no solutis, vt dicit Cassan. *d.§.glof.4.* & † ideò si creditores crediti æris necessarij extant, si tale æs patrimonium absorbet, filium à legitima procul pellunt. Non ego sum qui dico, sed Crauetta *conf.165. & 219. obferuat. 110.num. 11.* Franciscus Marcus *decif. Delphinatus* 433. & Cacheranus, *decif.Pedemont.148.*
16 *nu.12.* † An autem filius possit reuocare amissa per patrem in ludo pro legitima, Cassan. *d.§.2 gl.5.* doct. opti-
17 mè. † Legitima licet debeatur secundùm tempus mor-
18 tis, † tamen si consignatur in vita etiam auctis facul-
19 tatibus non augetur. † Adde an vsusfructus possit pro legitima relinqui, Boer. *decif.147 nu.14.* Ioseph. Ludo-
20 uic. *decif. Lucenfi* 28. 100. & 103. Ad num.12. an † pater possit legitimam filio in vita tradere, adde Soc. *in Regulis, in verbo, pater, regul.10.* qui tractat, an filio sit
21 danda in vita legitima, & † an renunciatio legitimæ generalis sufficiat, Medices *in tractat.regul.libr.2.fol.*
22 *21.col.1 latè* dicit † non sufficere, & pro silentio præ-
23 scripto plures allegat. † An filius fraudatus legitima respectu inofficiosæ dotis, agat reuocatoria contra sororem, & virum sororis Afflict. *decif.86. dicit*, quod non, constante matrimonio. Sed hic Præsidens dicit contrarium *fupr.decif.104.vbi dico.* Adde quod Alex.
24 Raudens. *in tract. Analog.cap.19.numer.59.* † tenet, auctis facultatibus legitimam augeri, non obstante,
25 consignatione facta in vita, & quòd † dos debeat augeri auctis facultatibus patris, dicit decisum Gramm. *in conftitutione, in aliquibus, num.10.* & Afflict. *decif. 382.& 384.*

ADDITIO D. NOVARII.

PRo coronide regulam firmo, quòd filius cuiusque ætatis, vtroque parente viuente legitimam in eorum bonis petere minimè potest, vt probatur in l.1.§. si impubere. ff. de collat. bonor. l. post emancipationem §.2. ff. de liber. legat. & tradunt Misinger. obseru. 25. cent.4. Thesaur. lib.2.q. forens. q.93 n.8. Tusc. conc. 190. & 191. Fontanell. de pactis Nuptial. claus.4. gl.2 n.20. Gratian. discept. forens. c.247. n.39. Castill. de vsufruct. c.64. n.11. Ricc. in collect. dec. collect.105. Fachin. lib.2. controuer. iur. c.50. Mart. in Rubrica ff. solut. matrim. quæst 8. cum alijs plurimis ab istis Authorib. modernis allegat. vltra ipsos, quos ego prætermitto, cùm sit opinio ab omnibus recepta, vt dicimus etiam in matre, quæ dum viuit legitimam filijs non cogitur assignare ex l.1.§. de matris vbi Bald. ff. ad Syllan. DD. in l. fin. ff. de liber. agnos. Duen. Regul.359. Gratian. discept. forens. c.32. num.10. Bardel. cons.5. nu.15. licet benè post mortem, vt post plurimos firmant Surd. de alimentis tit.8 priuileg.57 num.9. & Decian. in cons.35. num.24. vol.1. Filius enim in bonis patris eo viuente nullum ius habet, saltem probabile l.2.§ Interdum. ff. de vulg. l. in suis, vbi Bald. num.3. ff. de liber. & posthum. Gallin. lib.2. de verb. signific. c.15. num.2. Guid. Pap. decis. 486. Cancer. var. resolut. cap.15. nu.50. tom.3. D. Ricc. collect. decis. collect.665. etiam ad legitimam Bal. in l. lex Cornelia n.3 ff. de vulg. ideo filius viuo patre, aut matre in ius patronatus vocem non habet Calder. cons.19. de iur. patron. Costa de retract. reg.8. cap.6. num.14. & nouiter post alios doctè Ricc. in sua praxi Resol.194. part.1.

Ita quod, nec confiscatis bonis filij delinquentis pater legitimam assignare tenetur Galuan. in l. Gallus §.7. nu.75. ff de liber. & posthum. Carrocc. de excus. bonor. quæst.8. qu.10. n.74. Farinac. in pract. quæst.54. numer.16. Bertazzol. cons. crimin.489. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.13. tit.38. num.19. Guazzin. de confiscat. bonor. limit.19 conclus 13. n.9. Cabal. resolut. 264. nu.7. Menoch. cons.77. in confiscatione, nec comprehendi legitimam, quam pater in vita filio assignasset, tradunt post antiquos Baiard. ad Clar. qu.78 n.48. Decian. consil.64. n.46. vol.3. Mascabrun. cons.43. n.14. & Surd. in decis.167. n.2.

Nec cum debitoribus paternis pacisci potest filius, eos in patris præiudicium liberando pro sua legitima l. filius paciscendo C. de pactis Morla in emptor. iur. tit. 3. de pactis in princip. num.47. Tiraqu. ad ll. connubial. glos 8. n.107. Laurent. in decis.52. n.2. Nec eum filius alteri obligare potest vtroque parente viuente Felic. de societ. cap.6. n.33. Menoch. cons.77. num.6. Corn. cons. 182. vol.1. & latè Anneus Robert. lib.3. rerum iudicat. c.12. nisi viuus pater legitimam assignasset filio, quia in tali casu illam alteri obligare posset Bald. in leg. cum oportet §. non autem in fin. C. de bon. quæ liber. Ias. in l. frater à fratre num.23. ff. de condict. indebit. Fel. d.c.6. numer.34.

Et quamuis alteri filio legitimam assignassent parentes, nec ab alijs cogi possent, vt suam assignent Palaez de maiorit. par.2. quæst.17. n.70. Ann. Robert. lib. 3. rerum iudicat. cap.12. Sicut etiam nec filius, cui legitimam tradiderunt parentes, eius supplementum potest petere Dec. consil.438. num.10. Gregor. de concess. feud. quæst.25. sub num.12 nam si à tota legitima repellitur filius parentibus viuentibus à parte etiam remoueri conuenit arg. l. iurisgentium §. adeo. ff. de pactis l. quæ de tota ff. de excep. rei indic. & à quota l. si debitor C. de senten. pass. Tiraquell. in l. si vnquam in verbo omnia, vel partem C. de reuoc. donat. Peregr. cons.22. num.6. vol 5.

Verùm si pater dissiparet bona, tali casu posset cogi à filio ad assignandam ei legitimam, vt per Vesill. in dec.393 n.2. Gratian. discept. forens. cap.44. n.19. Boccac. in constit. Marchia glos.9. n 4. Milanens. dec.3 numer.106 lib.2. Carpan. ad Statut. Mediol.485. num.85. Ceuall. commun. contra commun. qu.506. Peregrin. de fideicommiss. art.36. n.16. Surd. de aliment. tit.8. priuileg.26. num.10. nouissimè Moltes. in consuet. Neapol. part.3. quæst.1. n.16. & in addit. num.4. quidquid malè sentiat salua eius pace Arna in singul. 531. contra cuius sententiam de hoc anno 1621. consului requisitus de voto à Ciuitate Rhegina.

Sicuti etiam legitima debetur filio, viuo patre condemnato, & bannito cum bonorum confiscatione naturali ipsius morte non expectata, Sola. ad constit. Saband. in tit. de edit. Annon. gl.12. num.11. Thesaur. in lib.2 quæst. Forens. cap.104. Benintend. dec.91. Costa de portion. rat. quæst.181. num.6. Thesaur. dec.198. Tusc. concl.189. & Ricc. in collect. decis. collect.105. & 665. & nouissimè Moltes. ad consuet. Neap. in addit. part.1. quæst.1. num.5.

Et pariter debetur etiam viuo patre, quoties filius vellet ad sacros ordines se promouere, nam tali casu potest cogere patrem ad sibi congruam dandam portionem, vt illos suscipiat Auend. consi.17. n.4. Sanchez. lib.5. de Matrim. disput.29. nu.7. quos fui sequutus in facto contra D. Ricc. in sua praxi resol.594. part.1. qui aliter tenet.

Vt etiam à patre religionem, bonorum, nec in communi capacem professo adhuc viuente, legitimam petere potest filius Menoch. cons.944. n.48. Honded. cons.60. & 61. vol.2. Fachin. controuers. iur. lib.6. cap.12. Coler. decis.122., Guttierez. lib.2. canonic. quæst. cap.1. nu.94. Castil. de vsufruct. c.65. n.2. Papia in auth. ingressi ca.3. n.18. C. de Sacros. Eccles. & idem est in matre, quæ si religionem professa est filio legitimam cogitur assignare Honded. d. cons.60. nu.18. 19. & 20. Idemque in filio Religionem ingresso dico, qui etiam eius vita durante legitimam debet patri, Gratian. decis. Marchiæ 7. & Ricc. in d. collect.665.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 Patrem posse assignare filio inuito legitimam resoluitur aduersus opinionem D. Præs. quam confutat Michelor.

2 Legitima si fuerit in vita assignata, num aucto patrimonio augeatur legitima.

3 Quid in diminutione contingente, & occurritur Mangil. & Marta.

1 EXposcit decisionum ordo, vt resumatur quæstio, an possit pater assignare legitimam filio etiam inuito, & causa in Senatu proposita nihil fuisse decisum tradit D. meus, sed ipse in negatiuam inclinat sententiam, & contrariam partem nempè patrem posse præuenire mortem, & assignare filio etiam inuito legitimam tenent post Bal. & alios relatos n.4 Reg. Rouit. cons.106. lib.2. P. Merlin. lib.2. controu. cap.10. nu.6. Bering. in l. in quartam nu.132. ff. ad l. Falcid. quod non possit cogi pater ad præstandam legitimam filijs, respicit ipsius fauorem, cui renunciare potest, vnde si filius petat à patre alimenta potest ipsi pater offerre legitimam, Curell. de don. contempl. matrim. discurs.2. par.14. & 66. & D. meum vti alijs contradicentem nominatim reijcit Blasius Michelor. in tractat. de duob. fratr. par.1. cap.33. num.68.

2 Dubitatio insurgit, an tradita in vita patris legitima

ma aucto, deindè patrimonio de eo debeatur post mortem patris legitima, & affirmat Pereg. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 10. Cras. §. *quæst.* 13. Michelor. *num.* 69. Gratian. *discept.* 249. *numer.* 4. quia legitima est quota bonorum, quæ testator tempore mortis, reliquit *l. Papinianus §. quarta ff. de inoff. testam.* non enim quòd soluitur in vita per patrem est propriè legitima, sed donatio, donationes autem ponuntur in cumulo postea ad detrahendam legitimam de tempore mortis, & quilibet filiorum confert, quod recepit, & accipit suam legitimam, vt declarat Pereg. *art.* 36. *numer.* 18. & tradit Fontanell. *tom.* 2. *de pact. nupt. claus.* 5. *glos.* 1. *par.* 3. *nu.* 19. *& decis.* 573. *nu.* 14. Mastr. *decis.* 208. *lib.* 3.

Oppositum tenent Cancerius *var. to.* 1. *cap.* 3. *n.* 15. Cutell. *tom.* 1. *de don. contempl. matr. tract.* 1. *discurs.* 2. *par.* 14. Censal. ad Pereg. *vers.* 2. sit conclusio, sed videnda sequens quæstio.

3 Vniuersa diminutio contingens in facultatibus patris de tempore mortis non operatur aduersus legitimam in vita assignatam, nec posse contra filiam agi, vt restituat superfluum Cutell. *vbi sup. num.* 61. dicens cautè legendum Mangil. *de imput. q.* 9. *à num.* 77. quem sequitur Marta *de success. q.* 12. *nu.* 21. Fontanell. *decis.* 573. *num.* 14. quia loquuntur quando legitima non est validè assignata, nam si assignatio est facta per contractum iuramento firmatum, irreuocabilis est post alios Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *qu.* 1. *num.* 10. *&* D. meus hic Gratian. *vbi sup. nu.* 51. *qui in discept.* 794. quamuis teneat quod augmentum, vel diminutio contingens post mortem testatoris cedat commodo, & damno hæredis etiam si contingat ex causa de præterito, iuxta Afflict. *decis.* 282. *contra decis.* 61. D. mei, hanc tamen nouissimè comprobat, & defendit confutato, Gratian. D. Staib. *in obser. ad resol.* 67. Fontanell. *decis.* 574. *nu.* 20. *&* 21. vbi quod augmentum intrinsecum bonorum post mortem auget legitimam filij si ei non fuit soluta Latr. *decis.* Granat. 47.

SVMMARIVM.

1 *Retentio ei, cuius pecunia liberatur pignus, datur aduersus debitorem vendicantem pignora, & n.* 6. *&* 8.

2 *Emptor pignoris, cuius pecunia dimissi sunt ex pacto priores creditores, est securus à secundis creditoribus venditoris.*

3 *Creditor secundus soluendo pecuniam debitam primo, vt pignus suum conseruet, quando succedat in locum eius, absque aliquo pacto.*

4 *Emptor pignoris, cuius pecunia, absque pacto ipsius, dimissi sunt priores creditores, an habeat retentionem aduersus secundum creditorem vendicantem pignus, & nu.* 9. *deciditur pro emptore.*

5 *Creditor secundus vendicare, non potest pignus à possessore, nisi pretium anteriori creditori solutum, cum vsuris ei offerat.*

6 *L. Prima, ff. quib. modis pig. vel hypoth. quomodo procedat.*

7 *Regul. tex. in l. non omnis. ff. si cert. pet. procedit agendo, non excipiendo.*

DECISIO CXXXIV.

Emptor ex cuius pecunia, per debitorem, solutum est anteriori creditori, nullo ipsius emptoris pacto interueniente, an habeat retentionem contra posteriores creditores vendicantes rem emptam, quæ hypothecata erat.

1 QVando † tertius soluit de propria pecunia creditori, habenti rem alterius hypothecatam habet contra Dominum vendicantem rem prædictam, doli exceptionem, & propterea rei retentionem, est text. clarus *in l.* 1. *ff. quibus mod. pign. vel hypot. solu.* similiter quando † quis
2 à debitore rem pigneratam emit, & pretium eiusdem rei soluit, pacto adiecto, vt priores creditores dimittat, & dimissi sunt, erit hic emptor securus à secundis creditoribus, de hoc est text. *in l. pen. C. de his, qui in prior. cred.* ad quem pro concor. & Saly. ibi allegant, tex. *in l.*
3 *qui à debitore, ff. qui potio. in pig. hab.* Item † quando secundus creditor soluit primo, vt pignus suum conseruet, succederet in locum primi absque aliquo pacto, *l.* 1. *C. qui potio. in pig. hab.* similiterque concurrentibus requisitis *in d. l.* 1. *C. de his, qui in prio. locũ,* vbi omnes,
4 ac obtenta cessione à primo, sed dubium est, † quando extra prædictos casus emit extraneus rem, Sempronio obligatam per Caium, soluitque debitor absque aliquo pacto pretium, ex dicta emptione redactam Sempronio priori creditori, si secundus creditor agit virtute suæ hypothecæ super dictis bonis venditis, ex quorum pretio Sempronius, prior creditor, absque aliquo pacto dimissus est, an emptor se tueri possit aduersus secundum creditorem posteriorem dicto Sempronio, quia nemo dubitat actionem aliquam eidem extraneo non competere, & pro possessore allegabatur tex. *in l. cum prior*
5 *ff. de distrac. pign.* qua prouisum est, ita demum † secundum creditorem admitti ad vendicandum à possessore pignus emptum à debitore, si pretium anteriori creditori solutum cum vsuris offerat: similiter allegabatur tex. *in l.* 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu.* qui generaliter loquitur, & per illum tex. *ita tenet glos. ibi vers. desiderasti,* Bart. *in summario, & oppositione,* & post eum Sal. videtur hoc similiter tenere Io. Fab. *in d. l.* 1 *C. de his, qui in prio. in secundo casu,* & cum hac opinione conuenit Paul. de Castr. *in cons.* 370. *visis aliis* & Corn. quos refert, & sequitur Negus. *in tract. pign. in* 3. *membr.* 5. *par.* 1. *principalis, col.* 1. *vers. sed in prædictis,* & hanc opinionẽ esse humaniorẽ, & æquiorem; eamque tenere Guid. de Suzar. dicit Fulg. *in d. l.* 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol.* vbi præ cæteris examinat articulum, & hinc inde arguit, eamque amplectitur, mouetur etiam ratione: quia nulla fit per eam iniuria secundo creditori, & verum est, quia si primus creditor non esset dimissus, & pecunia huius extraneis emptoris, esset dictus primus creditor anterior, & excluderet hunc secundum, ergo emptor debet esse securus. Ex aduerso dicebatur, hunc secundum creditorem, esse præferendum emptori, in cuius personam non concurrit, aliquod ex remedijs à iure inductis, de quibus in principio præsentis decisionis, & obstare emptori duas regulas, primam quod solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio; secundam quod actus agẽtium non deberet operari vltra eorum intẽtionem *l. non omnis. ff. si cer. pet.* sed nec emptor soluendo pretium simpliciter, nec venditor, soluendo primo creditori, habuerunt intentionem, quod emptor ex hac solutione pretij defenderetur, qui poterat sibi consulere vno ex remedijs prædictis, ergo nullo modo videtur posse defendi, quod contra emptorem in specie tenet *gl. in d. l. cum prior* dum plenè prosequitur hanc quæstionem, quam gl. bene dicere dicit ibi Bart. & Sal. & quæstionem esse claram dicit similiter ibi Bart. & non perfunctoriè loqui, vt dicit Negus. & dicebatur, non obstare text. *in d. l cum prior,* qui debet intelligi, iuxta terminos. *l. Arist. de qua per glos. ibi,* & concurren-
6 tibus requisitis per alia iura, nec † text. *in d. l.* 1. *ff. quib. mod. pig.* qui loquitur inter creditorem, qui ex propria pecunia liberauit pignus, & dominum vendicantem, non contra tertium, quodque vt Bart. & Salic. saluetur à contrarietate, ita intelligenda sunt eorum dicta, vt procedant contra dominum, non autem contra tertiũ, maximè quia ipsi formant oppositiones contra text. qui sine scrupulo loquitur, contra dominum, & sic etiã loquitur Io. Faber. *in d. l.* 1. *C. de his, qui in prior,* & successiuè dicebatur, non esse curandum de opinio Paul. de Cast. & Cornei *in consilys supra allegatis,* fundantium se *in opin. glos.* & Bart. *vbi supr.* & sic, nec de Negus. Apparet igitur ex prædictis, articulum esse dubium, & maximè, quia rationib. pro hac secunda parte alle-

allegatis; dicebatur posse responderi: & ad primam respondebatur, remedia à iure prodita supra narrata, processisse, & procedere ad finem acquirendi actionem non autem defensionem, seu exceptionem, & ita respondet Bart. & Salic. facilius enim datur exceptio, seu retentio, quàm actio, vt iur. vulg. Nec prima regula obstat dum dicebatur, quòd solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio, quia verũ est tolli actionem creditori, ita vt per solutionem ei factam, amplius non agat, sed non per hoc tollitur defensio possessori, de cuius pecunia fuit facta solutio. Ad secundam regu-
7 lam fundatam in tex. *l.* non omnis, respondebatur, † similiter procedere agendo, non autem excipiendo, ita ibi illam regulam declarat Iason, *in primo nota*. Item dicebatur, quòd intelligeret *d. glo.* & Bart. procedere quo ad dominum, non autem quo ad secundum creditorem, hoc expresse repugnabat tex. *in d. l. cum prior*; dum ibi dicitur, pignus esse venditum per debitorem, non interueniente creditore, ipsumq; venditorem pretium soluisse, ex quo etiam tollitur id, quod dicebatur decisiones prædictas esse intelligendas, quando ipse idem emptor, vel mutuans soluisset, quia ex eo tex. apparet contrarium, & eodem modo dicebatur, non procedere responsionem ad tex. *ad d. l. 1. ff. qui potio.* quia vltra, quod generaliter loquatur, prout dicit Fulg. & quod Bart. in summario, & oppositio. de l. Arist. intelli-
8 gat illũ tex. etiam † quo ad secundũ creditorem, si aliàs diceremus, ille tex. esset de indubitabili, cum absq; scrupulo, si quis soluit pro me meo creditori, à quo habuit pignus, poterit contra me agẽtem, vel iudicio retentionis se defendere, vel negotiorũ gestorũ agere, postquã eius vtile negotium gessit, & hoc etiam verum sentire Fulg. *in d. l. 1. C. de his, qui in prior.* dum allegat tex. *in d. l. 1.* In hac difficultate, pro possessore videtur, quod concurrat maior pars Doctorum, concurritque etiam ratio, quia ex hoc non fit iniuria secundo creditori, quia nihil sibi abest de eo, quod habebat ante solutionem factam primo creditori, super quo Fulg. se fundat, quodque in dubio, sit pro possessore, & reo, iudicandum pro creditore, videtur vrgere, quòd hic possessor consequitur commodum ex eo, quod non cogitauit, & quod cùm haberet remedia clara iure prodita, illis non fuit vsus, quod hoc sit ei imputandum, vnde, non sine causa idem Fulg. *in l. 2. eiusdem tit. ff. qui potio. in pig. hab.* iterum tangit articulum, & non concludit, & idem facit, *in l. cum prior*, quam legit cum *l. fideiussor*, licet dicat multum in veritate dubitare de glo. & ibi, & quod humana videtur sententia, quòd detur retentio. Cùm prædicta scripsissem, causaque adhuc non esset votata, incidenter venit discussio similis in alia causa, & fuit allegata quinquagesima decisio Rotæ Bononiensis, dubitatum fuit, & reperi, multa ex prædictis fuisse ponderata, & maximè decisionem Fulgosij, quem ego semper video, & gauisus sum, & dicit Rotam iudicasse pro possessore, amplectendo humaniorem sententiam, quam Rota prædicta consueuit amplecti, etiam quia videbatur magis communis, & sic videbatur, quòd Sacrum Consilium eandem opinionem tenere debuisset: prout facit Senatus Mediolan. vt refert Clarus *in lib. 3. Senten. §. testamentum, q. 55. num. 3. vers. opinio tamen* Bald. *fol. 39. in nouiss. impres.* & de decis. prædicta Bononiensi reperi ad præsens, quod meminit Rota Florentina *in decis. 59. 1. col. vers. vrgebat, & aliud fol. 190.* sed quia in causa D. Marci Antonij de Villanoua, cum Magnificis de Pepi, in qua incidenter hic punctus veniebat, Sacrum Consilium ex alijs iudicauit, volui hæc ponere, vt sciatur in illa causa non fuisse hoc iudicatum, & quando accideret, posset benè cogitari, & maximè, an procedat in feudalibus, vide Fracciam *in q. 32. plenè*, & est videndum an loquatur in retentione. Balsamus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

VIde D. Reg. de Ponte *cons. 6. à nu. 1. & seq. & consil. 87. supra decis. 97. nu. 2. 3.* Magon. *in dec. Florent. 59.* Marcell. Calà *de modo articuland. à nu. 1036. cum seq. & iterum num. 1164. fol. 211. post* Ripam *in l. si ventri, §. fin. n. 8. ff. de priuileg. cred.* de quo meminit Ann. Iun. *in collect. 462.* & pulchrè Stephan. Gratia. *in dec. 66. n. 7. & seq.* & Intriglio. *in decis. 28. n. 6.*

Post num. 8. col. fin. dum alleg. decis. Bonon. Adde quod per illam decis. sic simpliciter tenet Ann. *antiq. in singul. 167.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Retentio non est sufficiens remedium.*
2 *Retentio est defensio.*
3 *Inquilinus an possit retinere rem conductam pro pensionibus anticipatis solutis locanti, affirmatiuè concluditur, & quid, si pensio non est liquidata. n. 4.*

ADde de retentione, omninò quæ dico *de-*
1 *cis. 127. nu. 11.* vbi, quòd † retentio non est sufficiens remedium, *& decis. 140. & de-*
2 *cis. 184.* Item adde, † quòd retentio defensio est, Cartarius *decis. Ianuensi. 93. n. 12.* ideò decis. 11.
3 quærit, an † inquilinus possit retinere rem conductam pro pensionibus anticipatis solutis locanti, & conclu-
4 dit quòd sic, quòd † licet retinere rem conductam, etiamsi pensio non est liquidata, & ibi plura de retentione, & eius priuilegijs, & quòd licet quis non possit compensare, potest retinere.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Retentionem competere emptori, qui soluit pretium venditori, deinde soluenti creditori anteriori, firmant Glos. D. Præses, Mantic. & alij.*
2 *Euertitur opinio pro emptore, & affertur ratio, & cõfutatur Cancer.*
3 *Quid si emptor soluat creditoribus non paciscens de pignore.*
4 *Creditor posterior soluens anteriori, an subingrediatur in locum ipsius citra cessionem, vel emptor det pretium venditori, vt soluat creditoribus.*

1 NIgros videtur reportasse lapillos sententia D. mei tenentis competere retentionem emptori, qui simpliciter emit rem, & pretium liberè soluit venditori, quod postea venditor conuertit in extinctionem creditorum anteriorum, & tenent Glos. *in l. si potioris C. de his, qui in prior. credit. loc. success.* Mantic. *de tac. & ambig. lib. 11. tit. 29. sub num. 5.* Caluin. *de equit. lib. 1. cap. 66. per tot.* Anton. de Amat. *resol. 5. lib. 1.*

2 Quando ipse emptor non soluit immediatè creditoribus, sed soluit in manu venditoris liberè, & absque vllo pacto, & pretium receptum cõuertit in extinctionem creditorum anteriorum non quæri ius emptori ad effectum retinendi, tenet Glos. *in l. Aristo. vers. pignus ff. quæ res pign. oblig. poss. & in l. 1. vers. non accepisse, C. de his, qui in prior. credit. loc. success.* Rot. *diuers. dec. 295. num. 4. par. 4.* Reg. de Pont. *cons. 87. num. 4. & seq. lib. 1.* Magon. *dec. Flor. 59. num. 14.* Gratian. *disceptat. 269. n. 34.* qui declarat fore intelligendos DD. contrariũ tenentes quando emptor soluit creditori secus quando venditor Thes. *lib. 2. quæst. for. 30.* Arias de Mes. *lib. 1.*

var.

var. cap. 17. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *quaestion.* 36. *numer.* 27. & Rota de anno 1645. *in impress. post tract.* Merlin. *dec.* 93. vbi confutatur Mantic. *de tac. & ambig. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 5. quia se fundat in authoritate *glos. in d. l. si potioris*, cuius opinio est contra communem, & manifestam rationem, nam dum pecunia traditur venditori efficitur libera illius, & libera transit in ipsius dominium, adeò quod dici nequeat, quòd soluat de aliena pecunia: sed propria, hinc meritò D. meus in fine tradit causam non fuisse vocatam, & quando accideret posset benè cogitari, & quamuis Cancer. *lib.* 2. *tit.* 6. *de solut. & liber. num.* 44. tenet pro extraneo emptore, ex cuius pecunia dimissi sunt priores creditores, vbi tradit ex adductis in hac decisione esse æquiorem sententiam, quidquid sub dubio relinquatur articulus, at demum citat Fabr. *Cod. de his qui in prior. cred. loc. succed. def.* 81. contrarium tenentem.

3 Si emptor, vel tertius soluat de propria pecunia creditori habenti rem alterius hypothecatam habet contra alios creditores retentionem, quia licet sit destitutus hypotheca non tamen est destitutus à iure retinendi, emendo etenim, hanc intentionem habuisse dicitur vt pecuniæ promissæ implicentur in solutionem antiqui creditoris, & licet non sit repositus in illius locum mediante cessione iurium nihilominus habet exceptionem doli mali contra posteriores, quod summa æquitate introductum fuit, vt probat text. *in l.* 1. *ff. quibus mod. pig. vel hypoth. solu.* Si tamen possideat exceptione doli defenditur, & in *l. eum qui ff. qui pot. in pign.* vt post Doctores allegatos Merlin. *vbi sup. n.* 8. reprobata *gl. in l. eum prior. ff. de distr. pign.* Bar. *& alijs* allegatis à Pacific. de Saluian. *insp. ect.* 3. *c.* 2. *n.* 957.

4 Creditorem soluentem primo vt pignus suum conseruet succedere in locum primi absque aliquo pacto, tradit D. meus *num.* 3. *ex l.* 1. *Cod. qui pot. pign.* Et hoc quando ex persona sua haberet hypothecam, aliàs esset necessaria cessio docet Barbos. *in l. post dotem num.* 61. *ff. sol. matrim.* Gratian. *vbi sup. numer.* 4. Merlin. *d. lib.* 4. *quaest.* 43. *numero* 18. Si possideret pignus retentionem citra dubium habet ex traditis vbi supra, si non possideret an citra cessionem præferendus sit illis alijs quibus non præfereretur iure proprio ex persona creditoris cui soluit, & ad hunc effectum necessariam esse cessionem; tradunt Aret. *cons.* 37. *numer.* 5. Ronir. *consil.* 145. *numer.* 4. *libr.* 4. Rot. *decis.* 141. *numer.* 3. *part.* 7. In quo relinquo cogitandum dum secundus creditor soluit primo absque aliquo pacto succedit in ius primi Fab. *vbi sup. def.* 2. Cancer. *d. num.* 44. beneuerum *glos. in l.* Arist. *vers. pignus ff. quae res pign. vel hypoth.* quatenus citat *d. l.* 1. *C. qui pot. in pign.* Ibi nihil dicitur nisi quòd creditor confirmet ius suum, sed non quod succedatur in ius primi, & vlterius citat *glos. in l. potior. §. fin. ff. qui pot. in pign. hab.* Quæ nec aliquid de subingressione: sed quòd creditor confirmat ius suum per remotionem, prioris hypothecæ, & allegat *glos. in l. fin. C. de ijs qui in prior. cred. loc. succed.* qui textus benè probat sed loquitur in fisco sed Bald. intelligit genericè in omni creditore posteriore, & clarius Bal. *in l.* 1. *C. eod.* ità Montan. *contr.* 55. *n.* 9.

Si verò quis soluat debitori vt ex pecunia soluat primis creditoribus, & non pepigerit de pignore, & debitor pecuniam soluerit, secundus non succedit in locum primi, nisi actum sit vt ipse succederet in ius primi creditoris, ità Fab. *def.* 3. *&* 4. *&* Cancer. *d. num.* 43.

SVMMARIVM.

1 *Reclamatio non datur aduersus duas sententias conformes, & ideo Sacrum Consilium in secunda sententia imponit perpetuum silentium.*

2 *Reclamatio aduersus duas sententias conformes, licet intermedia fuerit difformis, non datur.*

3 *Reclamari non nisi semel potest à sententia praefecti praetorio.*

DECISIO CXXXV.

A sententijs duabus conformibus, licet intermedia earum fuerit difformis, non conceditur reclamatio.

Indubitati iuris est, quòd si quis obtinuit sententiam in Sacro Consilio in eius fauorem, & victus reclamauit, & iterum fuit victus, † est

1 præclusa via victo iterum reclamandi, per text. *in l. si qui aduersus. C. de precibus Imperat. offer.* hinc est, quòd nos hodie in secunda sententia, quæ est primæ conformis, imponimus perpetuum silentium; accidit, quòd dum lata sententia in fauorem vnius, & ab ea esset reclamatum, & victus in causa reclamationis obtinuisset, ab eaque qui primo loco obtinuit, reclamasset, & discussa causa fuisset pro eo, qui primo loco vicerat, conclusum, fuit inter nos dubitatum, si in hac sententia secunda, quæ erat conformis primæ, debebat imponi perpetuum silentium primo loco victis? & faciebat dubium, quia vires primę sententiæ, videbantur debilitatę per secundam sententiam, & quia super hoc non eramus accincti, fuit dictum, quòd proferretur sententia, iuxta conclusionem, absque clausula impositionis silentij, quia quando victi reclamassent, hoc poterat per nos decidi, & interposita per eos reclamatione, relatoque puncto, aliter non fuit decisum, quia reclamantes non institerunt. Verum dum accidisset idem in causa vniuersitatis Sancti Victoris, cum vniuersitate Sancti Petri, imposuimus in tertia sententia, quæ fuit primæ con-

2 formis, † perpetuum silentium, non obstante, quòd intermedia erat difformis; quia sic visum fuit esse de iure, ex decisione Zabar. *in clem.* 1. 18. *q.* & Barbatiæ *ibidem.* 3. *col. ver.* 14. *de sent. & re iudic.* & eiusdem Card. *in Clem. fin. in* 6. *q. de appel.* de quib. meminit Dec. *cons.* 385. *Iuridicam.* 2. *col. vers. & vlterius.* 2. *vol.* qui in materia dictæ Clem. concludunt, Clem. prædictam procedere, datis tribus sententijs conformibus dato, quod fuerint interpellatæ, & non successiuæ: licet enim vires primæ sententiæ videantur debilitatæ, hoc erit ex coniecturis, & præsumptionib. quę tolluntur per probationem certam, quę inducitur ex sententia tertio loco lata, primam confirmant, ex dictis per Barb. *vbi supra*, idem tenet Cynus *in l.* 1. *Cod. ne in vna. & ead. c. licet tertio pro.* quia sic scriptum est arg. *l. prospexi. ff. qui, & à quib.* Accedat prædictis, quia ex dispositione *d. l.* si qui aduersus, generaliter lo-

3 quente, † non licet victo, nisi semel reclamare à sententia præfecti prætorio, quę reclamatio fuit ei admissa, si postea in secunda reclamatione interposita per victorem succubuit, non debet iterum ei licere reclamare, quia sic bis admitteretur, nec *d. l.* si quis aduersus, distinguit, vnde nec nos distinguere debemus, & secundùm hanc decisionem iudicauit Senatus Pedemontanus in anno 1584. vt refert Dominus Thesaurus *in decision.* 122. *tertio col. pen. vers.* 9. *& vltimo. num.* 16.

ADDITIO D. VISCONTI.

Adde Vrsill. *in dec.* Affl. 231. *num.* 6. Annam *allegat.* 26. *num.* 5. Rotam Auenio. *in decis.* 3. & secundùm istam opinionem, & decis. iudicauit Senatus Pedem. vt testatur Thesaurus *in decis.* 122. *num.* 16. *infra dec.* 193. *num.* 1.

ADDI-

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *A sententia non licet bis reclamare.*
2 *Reclamatio non impedit exequutionem.*
3 *Secus in criminali.*
4 *Sententia non mandatur exequutioni si secunda sententia non est conformis primæ sententiæ Magnæ Curiæ.*

1 AD hanc decis. dicentem quòd † non licet bis reclamare à sententia, *vide infra decis.*
2 193. Adde tamen, quòd licet † reclamatio
3 non impediat exequutionem, hoc † non
procedit in criminali, ita Præsidens *infra decis.* 139.
4 vbi, quòd † sententia non mandatur exequuitoni, si
secunda sententia non est conformis primæ sententiæ Magnæ Curiæ Vicariæ. *Vide in fine.*

ADDITIO D. RICII.

1 A Sententijs duabus conformibus, licet intermedia earum fuerit difformis, non conceditur reclamatio, hoc dicit. Adde Muscatell. *in pract. Sac. Cons lib. 2. pag. 3. gl. appellari n. 11. & gl. prouocare num. 48.* Peregr. *decis Pataui* j 60. & reclamatio an detur, vel admittatur in incidentibus causæ criminalis, à qua per sententiam non datur reclamatio, quòd si tractatur de damno irreparabili, vt est videre penes nostram collectaneam *decis.* 1527. & reclamatio quamuis non detur, nec committatur, quando decretum Sacr. Cons. esset conforme decreto Magnæ Curiæ Vicariæ in criminalibus, an procedat in his, quæ emergunt extra delictum, fuit decisum esse committendam reclamationem Tap. *in rit.* 288. & causa reclamationis non debet admitti facta exequutione sententiæ Ann. *alleg.* 63.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Reclamari non potest à duabus sententijs S.C. conformibus quamuis media sit difformis.*
2 *Extenditur etiam si non fuerit silentium impositum.*

1 INtermedia nunc est controuersia de intermedia Præfecti Prætorio sententia difformi à prima, & tertia conformibus an media impediat reclamationem, dùm ex dispositione textus in *l. si quis aduersus C. de prec. Imper. offer. & pra. 3. de offic. S.C.* duę sent. Præf. & Pretorio conformes prohibent reclamationē, vt puta si lata sit sent. ad fauorem vnius, & victus reclamauit, & in reclamatione obtinuit, quòd si ab hac secunda sententia qui primam obtinuit fauorabilem posteà reclamasset, & causa tertia vice discussa fuisset pro se iudicatum, & prima sententia confirmata, non posset victus qui in prima, & tertia instantia succubuit iterum reclamare quia duæ essent conformes licet intermedia earum esset difformis, & sic esse locum dispositionis *d. l. si quis aduersus*, ità ex Zabarell. *in clem. 1. n. 59.* & Barbat. ibidem *de sent. & reindic. fuit decisum hic n. 1.* & sentiunt Soc. *cons* 39. *lib. 4.* Barbat. *cons* 49. Et alij quos refert, & sequitur Ann. *alleg. 26. nu. 6.* Ronit. super *pragm. 5. de offic. S.C. nu. 11.* vbi ita decisum Sanfelic. *decis 4. n. 14.* Qui omnes concludunt quòd si vnus habuit primam, & tertiam sententiam fauorabilem, alius habuit mediam stante statuto conformi dispositioni *d. l. si quis aduersus* non conceditur amplius supplicatio ab vltima sententia conformi primæ, nisi vltima esset nulla, quia sententiæ nomen non meretur Reuert. *decis.* 420. vel nisi aliter placeret Principi Valasc. *alleg. 90. nu. 25.* licet non sine magna gratia contra *d. l. si quis aduersus.*

2 Quid autem si perpetuum silentium non fuisset impositum; an liceat iterum relamare, & videtur affirmandum ex verbis *d. pragm. 5.* ibi postquam verò duæ à S.C. conformes sententiæ promulgatæ fuerint, perpetuum, vt hactenus in Regno obseruatum est, silentium imponendum esse decernimus, contrarium tamen sustinet Reg. de Pont. *cons. 58. volum. 1.* Marcel. Marcian. *cons. 4. n. 1.* Reg. de Marin *alleg. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia Magnæ Curiæ lata super iudicio assistendi, cum cautione, executioni demandatur, non obstante appellatione.*
2 *Executionem sicut habuit, prima sententia, eandem habebit secunda, qua mediante, prima reuocatur, etsi ab ea fuerit appellatum.*
3 *Actor, & reus, ad imparia iudicari non debent.*
4 *Missio in possessionem, & reuocatio ipsius, a pari procedunt.*
5 *Apellatione remota per rescriptum impetratum per actorem, erit etiam remota respectu rei appellantis.*
6 *Æqualitas, vt seruetur multa includuntur in dispositione, quæ alias non includerentur.*
7 *Distractus, eiusdem naturæ esse debet, cuius est contractus.*

DECISIO CXXXVI.

Sententia Magnę Curiæ reuocatoria primæ executæ an debeat, & ipsa exequi etiamsi ab ea fuerit appellatum.

SÆpè in præcedentibus decisionibus meminimus de Ritu Magnæ Curiæ,
1 † dante executionem sententijs eiusdem, quando sunt latæ super iudicio assistendi, non obstante appellatione; per quam appellationem sententiarum prædictarum, non impeditur executio, sed cum fideiussione executioni demandantur; accidit, quòd lata sententia in assistentia contra conuentum super quibusdam bonis, eaq; exequuta super eisdem mediante appretio, & consignatione possessionis eorumdem, eadem Magna Curia (eidem commissa causa appellationis) protulit aliam sententiam, per quam declarauit, bene appellatum pro parte rei, à qua actor appellauit ad Sacrum Consilium. Commissa mihi causa appellationis, instabat reus pro restitutione executionis, stante sententiæ reuocatione. Ex aduerso dicebatur, pendente ap-
2 pellatione, nihil innouandum. fuit dubitatum, † an
quemadmodum prima sententia, fuit executioni demandata, ex dispositione Ritus prædicti cum cautione sit eodem modo mandanda secunda sententia executioni, ita vt teneatur actor, bona exequuta, & adiudicata restituere, & deinde esset procedendum in causa appellationis, & decisum fuit die 11. Februarij, 1577. in causa Pompei Albertini cum Camillo Albertino, eodē modo esse hanc secundā sent. mandandā executioni, appellatione non obstante, prout prima executa fuit
3 † non enim debent actor, & reus ad imparia iudicari,
l. fi. C. de fructib. expen. vnde quemadmodum ad instantiam actoris fuit mandata sententia executioni, ita debet ad instantiam actoris, eidem bonorum executo-

rum

4 rum restitutio fieri. Item dicebatur † à pari procede-
re missionem in possessionem, & reuocationem ipsius
missionis. Bal. per illum tex. *in l. iudex. C. commina.*
vel epistolas, refert, & sequitur Dec. *in l. iubere ca-*
uere secundo notab. ff. de iurisd. omn. iud. vnde que-
madmodum sententia lata super assistentia, cuius vir-
tute actor fuit mediante appretio, & adiudicatione,
positus in possessione, fuit exequutioni demandata,
ita & reuocatio ipsius immissionis, faciunt dicta per
5 Bal. *in c.1 in fin. extra de rescript.* † quod rescriptum
impetratum per actorem, remouens appellationem,
intelligitur etiam remouere respectu ipsius appellantis,
meminit de eo Fel. vbi multa ad propositum, *in rub. de*
rescrip. 2. col. vers. considera. Secundo concurrit ma-
6 xima æquitas, † vt seruetur æqualitas, pro qua ser-
uanda multa includuntur in dispositione, quæ alias nō
includerentur, congerit concor. Aym. *cons. 133. hono-*
rabili, 2. col. vers. 6. potest, vol. 1. quæ non transcribo,
& tamen, postquam in iudicijs quasi contrahitur. *l.*
3. §. idem scribit. ff. de pecul. succedit alia regula,
7 † quòd eiusdem naturæ est distractus, cuius contra-
ctus vt dicit Dec. *in d. l. iubere, secundo notab. in fin.*
& fuit dictum *in decis. 48.* & secundùm hanc opinio-
nem iudicauit Sena. Pedem. vt refert Thes. *decis. 122.*
Balsamus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Viuium *decis. 236. num. 7. 8.* Muscatell. *de fi-deiussor. modo 18. nu. 14. & seq.* & in Prax. S.C. *in glos. fin.* Intrigl. *in singul. 173. num. 83.* qui omnes allegant decision. istam, Adde quod cum decis. ista in simili conuenit Stephan. Gratian. *in decision. 74. numero 7. & omnino in decis. 220.* & conferunt huic decision. Marsil. *in sing. 379.* & Mago. *in decis. Luca 62. num. 7.*

Videatur Rouitus *in Pragm. Mag. Cur. secunda in tit. de appellat. in fin.* vbi ponderat d. pragm. contra hanc decis.

Num. 3. Adde quòd æqualitas in iudicijs est seruanda, Cagnol. *in l. non debet ff. de regul. iur.* & Stephan. Gratian. *in d. dec. 220. nu. 1. 2.* post Afflict. *in decis. 33. nu. 1.* multa ponit Carauit. *in Ritu 46. col. 1.*

Num. 6. Adde videndum Io. de Amicis *cons. 92.* & Carauitam *in Ritu 46.*

In fi. Vide Fuscum *sing. 16. lit. d. post* Alex. *cons. 189. nu. 15. volum. 7.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Præsens decisio declaratur.*
2 *Cautio scripta ab authore decisionum in casu assistentiæ, an sit posita in Ritu, & Pragmaticis.*

1 ADde quòd hæc † decisio intelligitur quoties conceditur assistentia ad finem adiudicandi, secus
vendendi, *vt infra decis. 86. & sup. decis. 120.* vide
scripta per Muscatellum *in ciuili practica S.C. glos. fi-*
nali, nu. 110. ad finem num. 115. latissimè, vbi etiam
2 † dicit cautionem scriptam à Præsidente in casu assi-
stentiæ, non esse positam in Ritu, & Pragmaticis,
& verum est; sed de stylo Sacri Cons. Magnæ Curiæ, & consequenter aliarum Curiarum passim in casu prædicto, cautio præstatur, de qua Afflict. *decis. ibi.*

ADDITIO D. RICII.

SEntentia Magnæ Curiæ, reuocatoria primæ sententiæ executæ an debeat & ipsa exequi, etiam si ab ea fuerit appellatum, hoc dicit. Adde Muscatell. *in praxi fideiuss. p. 1. modo 18. nu. 14.* Tapia *in prag. 1. de Assistent. num. 5.* Viuius *decis. 236. num. 8.* Rouit. *in prag. 2. nu. 3. de appellat.* idem Muscatell. *in praxi Sac. Con. li. 1. p. 7. glos. condemnando nu. 114.* Castill. *decis. Sicil. 42. in fin.* Paschal. *in tract. de viribus patr. potest. p. 1. ca 8. num. 145.* sed Rouit. *loc. citat.* dubitat de hac decis. dicens obstare verba dictæ Regiæ pragmaticæ, quæ dum disponit non retardari executionem per appellationem, loquitur de decreto assistentię affirmatiuo, & sic de eo decreto, per quod conceditur assistentia, vnde secus videtur dicendum in decreto negatiuo, per quod reuocatur assistentia præstita, pro qua ponderatione allegat Iacobin. *in l. fin. num. 56. C. de edict. diui Adrian. tollend.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Vnicam sententiam reuocatoriam sufficere ad retractandam executionem factam vigore vnica sententia habentis executionem ex dispositione statuti vel ritus deciditur.*
2 *Rouit. Carleual. & alij expressè impugnant decisionem.*
3 *D. Pratus est strenuus propugnator D. Præsidis; rationes adducuntur.*

1 HOstes coniurati tàm exteri quàm regnicolę plures adoriuntur D. meum pro expugnatione præsentis decisionis in controuersia, num sufficiat vnica sententia reuocatoria ad retractandam executionem factam vigore vnicæ sententiæ contra victum ex dispositione alicuius statuti vel ritus executionem concedentis non obstante appellatione prout in Regno ratione decreti affirmatiui assistentiæ, & affirmatiuè decisum fuit, & decisionem constabiliunt Gait. *de credit. quæsit. 7. cap. 4. à num. 790.* Reg. Tap. *lib. 3. iur. Regn. ad pragm. de assist.* Reg. Salernit. *decis. 25.* Asserit enim D. meus. S. C. respexisse ęquitatem vt seruaretur ęqualitas, actor enim, & reus non debent ad imparia iudicari, pręterea rescriptum impetratum per actorem remouens appellationem intelligitur etiam remouere respectu impetrantis Felin. *in rubr de rescript. col. 2. vers. considera* alias rationes adducit Salern. *vbi sup. vbi* Thor. *in addit. aliam subuectis ex glos. fin. in cap. accedens vt lit. non constet.* Quia sententia reuocata, intelligitur reuocata etiam executio, licet nihil in sententia dicatur, Anna *allegat. 93.*

2 Indiuidualiter dubitant de hac dec. Rou. *in prag. 2. de appel.* Pasch. *de patr. pot. p. 1. c. 8. n. 145.* Barb. *de assist. gl. 1. n. 71.* & contradicunt expresse Grat. *discept. 2:4.* Beltram. ad Ludouis. *dec. 581.* plenè Carleual. *de iudic. to. 2. lib. 1. tit. 2. disp. 8. nu. 18.* Ceuall. *comm. contra comm. tom. 4. q. 897.* qui plures affert rationes, & ità practicari testatur in omnibus tribunalibus, & in *tract. de cognit. per viam violent. 2. p. 9. q. 24. nu. 75.* idem refert seruari in Hispania, & impugnat nuncupatim, D. meum.

3 Ducitur Rouitus, quia pragmatica præbens executionem decreto assistentiæ loquitur tantùm in decreto affirmatiuo, non autem negatiuo, & in simili quamuis à decreto possessorio adipiscendæ non possit appellari, nihilominus aliter est cum sententia fertur per verba negatiua Iacob. de S. Georg. *in l. fin. Cod. de edict.* D. Andr. *toll. n. 56.* recenset Beltr. decision. subdit autem quòd in Curia in materia obligationis Cameralis seruatur contrarium, licet etiam debitor fuerit executione exactus tamen indiget tribus conformi-

bus

bus ad effectum reuocandi executionem repetendi so-
lutum post alios Scacc. *de apell. q. 17. limit. 9. n. 58.* di-
scurrit Ceuall. Quod virtus executionis tribuit. primæ
sententiæ, & non alij, quia secus daretur processus in
infinitum, vt nunc prima modò secunda, & modò ter-
tia executioni mandentur prætereà cessare effectum
viæ exequutiuę post executionem primæ sententię do-
nec per rem iudicatam fuerit finita lis per tex. *in l. à
Diuo Pio, §. si post addictum ff. de re iudic.* vbi traditur
quod si res addicta creditori exequenti virtute rei iudi-
catæ euicta fuerit, non potest creditor amplius agere
via executiua, quia effectus executionis extinctus fuit,
vt Bar. *in d. §. si post addictum n. 1.*

4 Defendit D. Pratus *obs. pract. obs. 59.* D. mei decisio-
nem, & occurrit argumentis contrarijs, & concludit
quòd cùm articulus fuerit pluries decisus iuxta pri-
mam opinionem ex Salernit. & hoc factum esse ius in
Regno ita vt permissum non sit elongari à præfatis de-
cisionibus, & Vin. *decis. 289.* Quas decisiones sectari
cogunt adnexæ rationes quia à pari procedunt missio
in possessionem, & reuocatio possessionis Bald. *per il-
lum textum in l. iudex C. commin. & epistol.* Dec. *in l.
cauere iubere not. 2. ff. de iurisd. omn. iud.* Et in iudicijs
quasi contrahitur, & eiusdem naturæ sunt contractus,
& distractus Thes. *decis. 122.* & si statutum disponit le-
gatum posse probari per duos testes ita etiam poterit
reuocatio legati Bald. *in l. fin. C. de fideic.* & melius quia
maiori priuilegio potiuntur rei quàm actores in iudi-
cijs *l. fauorabiliores* vbi Decius, & Cagnol. *ff. de iudi-
cijs*, & videndus Prat. vbi supra respondens singulis
obiectionibus.

S V M M A R I V M.

1 *Solutio trium annorum proximè præteritorum, ante-
quam reus conueniatur, facit præsumere solutionem
in præteritum, non tamen trium annorum solutio per
multum tempus antequam debitor conueniatur, cum
num. seq. & 5.*
3 *L. quicumque, C. de apoc. pub. dispositio est exorbitans.*
4 *Solutio trium annorum præcedentium, conuentione
retardata, facit cessare præsumptionem solutionis in
præteritum.*
5 *L. quicumque, C. de apoc. publ. ornatur.*

DECISIO CXXXVII.

Solutiones trium annorum proximè præterito-
rum à conuentione in iudicio requiruntur, ad-
hoc, vt præsumatur solutum in præteritum,
non vero sufficiunt solutiones trium annorum
etiam multo tempore antequam conueniatur
debitor præteritorum.

IN causa illorum de Abenante cum Magnifico
Vespasiano Carrafa, dubitatum fuit, si dispositio.
1 *l. quicumq; C. de apocis pub. lib.* 10. habeat locum †
non solùm quando reperiantur solutiones an-
nuorum introituum, trium annorum proximè præte-
ritorum, antequam reus conueniretur, sed etiam si re-
perirentur apocę trium annorum, quandocũque etiam
per multum tempus antequam debitor fuisset conuen-
tus; Pro conuento facit ratio generalis *d. l. quicumq.*
quòdque eadem videtur ratio, factis tribus solutionib.
temporis intermedij, respectu præteriti temporis, quæ
in solutionibus vltimi triennij, ergo idem ius *l. illud. ff.
ad l. Aquiliam.*

2 In contrarium, † quòd requiratur, quòd sint solu-
tiones trium annorum proximè præteritorum, videtur
tex. *in d. l. quicumque vt gl. cum declarat in vers. sibi,*
& expressè Nic. de Neap. *ibi in prin.* & sentit Bart. *in
summario,* vt expressè tenet Bal. *ibi, vers. quæro, an ex
præterito,* & clarius Lucas, *tàm in text. ibi cohæren-
tium, quàm in gl. in verb. quæ promisit.* & Ias. *vbi alios*
quoq; congerit, *in l. 2. col. 73. vers. in ea gl. ibi vt inf. C.
de iure emphy.* tenet hoc idem Guliel. Bened. *in repet. c.
Raynut. in vers. si absque liberis, il 2. sub rub. de lega. &
fideic. n. 188. vers. restat ergo fol. 352. in paruis,* & ad-
hæret huic opinioni Paris. *in tract. de reinteg. feu. c. se-
quitur alia quæstio. fol. 41. & plenius, in cap. & circa
materiam fol. 110.* idem sentit Cotta *in memoralibus
in ver. solutio facta, & hunc* art. latissimè examinando
Aym. *cons. 318. debitor, per totum vol. 2.* idem tenet, &
tanto magis videbatur vera in casu, de quo agebatur,
quia apparebat, quòd fuerat debitor morosus in sol-
uendo, cum esset debitis oneratus. Item solutio trium
annorum non erat facta per ipsum debitorem, sed per
conductores introituum, super quib. erat facta venditio
actorib. qui plures fuerunt, non autem vnus: item erat
facta solutio procuratori, & tandem apocæ annorum
præteritorum reperiebantur penes debitorem, in quib.
3 istæ deficiebãt. Insuperq; † quòd cum casus *d. l. quicũq;*
videatur exorbitans, est intelligenda lex ipsa in casu in
quo propriè loquitur, s. de apocis trium annorum pro-
ximorum cohærentium tempore litis motæ per credi-
torem debitori, & sic apparet rationem l. prædictæ non
esse generalem, & prout dicebatur, nec esse eamdem ra-
tionem in trib. solutionib. præcedentibus conuentio-
4 nem, quæ est in cohærentibus; † imò ex retardata so-
lutione cohærentium facta, cessare præsumptionem
boni inducta *ex d. l. quicumque,* vt benè, declarat Bal. &
Guliel. Bened. *vbi supra.* & ita per Sacrum Consilium,
prædictis concurrentib. fuit iudicatum (me referente)
5 die 23. Ianuarij. 1579. Angrisano Actuario. † & no-
uissimè, post hæc scripta, vidi D. Antonium de Padilla,
qui præ cæteris examinat materiam *d. l. quicumq; in l. si
probaueris, num. 9 vers. adest. triennio. de fideicommis.*
ad quem confugias, & limitat pulchrè Iac. *in l. non est
necesse. 1. colu. vers. ista enim theorica. ff. de prob. & in
auth. qui rem n. 70. vers. aduertite etiam fol. 5.* & nouis-
simè multa ponit ad l. prædictam Mascardus *in tra. de
prob. volu. 2. concl. 603. in emphyteusi. in 7. ampliat. &*
Lancellotus *in l. iabolenus. in fi. ff. de annuis legat.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. Adde Boer. qui idem tenet *decis. 236. col.
fi.* Affl. *Const. sæpè super rub. in fi.* Arno *com 99.*
Foller. *in prax. cens. fol. 230. num. 73.* Addit ad Decium
consi. 650. Viuium *in opinion. 236. par. 1.* Suarez. *in suis
opin. lit. P. num. 89.* Caualc. *in decis. 29. nu. 42. par. 2.* &
vltra Mascard. *hic alleg. in addit.* Adde eumdem Ma-
scard. *in conclus. 258. nu. 4. 270. nu 4. vol. 1. & conclus.
1221. n. 39. 40. & conclus. 1320. vol. 3.* Ioan. Baptistam
Costam *in tract. de retrotract. fol. 127. vbi ampliat.*
Menoch. *de præsump. lib. 1. q. 24. & iterum in præsump.
139. lib. 3. ad quem recurrendum est,* Foller. *de cens. fol.
230. post. n. 73.* & Stephan. Gratian. *in decis. 152. n. 1. 2.
vbi nu. 3.* intelligit decis. istam, & Doctores hic allega-
tos procedere in solutione regulari, secus in solutionę
irregulari allegatur Crem. *in sing. 80.* & Cotta *in suis
memor. in ver. solutio, & n 5. scribit d. l. quicumque* non
procedere ad exclusionem tertij post Cottam, & Me-
noch. quos alleg. Et in solutione census; Vide Anton.
Thesaur. *in decis. 114. nu. 4. ibi filius in addit. 12. & ad
istam decis.* Adde omnino videndum D. de Ponte *in
su tract. de Potest. Prorег. fol. 158. n. 4.*

Vide Dumnam in regula 54. remissiuè Annam *sing.*
318. vbi addit. Alphan. Perus. *collect. 495. Villalobos in
suis commun. opin. fol. 113. in paruis lit. E. & alterum*
Hispanum Suarez. *lit. C. n. 99. fol 75. in paruis.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

S V M M A R I V M.

1 *Stante statuto excludente exceptiones, non censetur
exclusa exceptio solutionis.*
2 *Solutio quomodo probetur.*

3 *De*

3 *De solutione trium annorum ad l. quicumque, C. de apochis publicis.*
4 *Solutio facta alii quàm creditori, quando liberet.*
5 *Exceptio solutionis qua potest opponi contra cedentem, an possit opponi contra cessionarium.*
6 *De soluente tutori, famulo, pupillo, prelato, anticipate.*
7 *Soluens excommunicato, an liberetur.*
8 *Soluens iussu Iudicis, an sit liberatus.*

ADde dominum Franc. Marc. *decis. Delph.* 588. *decis. Tolosan.* 225. Crauet. *cons.* 113. Suarez *libro Communium, verbo, emphyteuta, opin.* 99. *& seq.* Ant. Gabr. *lib. conc. tit. de præsumpt. conclus.* 11. Cremens *sing.* 78. *in fcis.* Follet. *in Pract. sua censuali* 3. 547. *numer.* 73. & an
1 † stante statuto excludente exceptiones, includat ex-
2 ceptionem solutionis: quòd non, † & solutione, quo
3 probetur, & † de solutione trium annorum *ad l. qui-*
4 *cumque, C. de apochis publicis*; & † quando solutio sit
5 alij, quam creditori, quando liberet, & † an exceptio solutionis, quæ posset opponi contra cedentem, possit
6 opponi contra cessionarium, & de † soluente, tutori,
7 famulo, pupillo, Prelato, anticipate, & † an soluens excommunicato liberetur. Crass. *in tract. de exceptio-*
8 *nib. exceptione* 25. vbi † de soluente iussu iudicis, an sit liberatus, & adde *qua supr. decis.* 107. *num.* 10. *&* 206. *num.* 13. Curt. *in l.* 2. *in tertio notabili. ff. de iudicijs, & tex. in l. si stipulatus ff. de solut.* Lancellot. *in l. Præses, C. de transact. & de l. quicumque, de qua in præsenti decision.* Adde nouissimè Caballin. *Milleloq.* 226. Gabriell. *lib.* 1. *concl. tit. de præsumpt. concl.* 9. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *concl.* 139. Arismin. Tepatum *tit. de præsumpt. censib. & solut. lib.* 1. Annam patrem, & filium *in singul.* 318.

ADDITIO D. RICII.

SOlutiones trium annorum proximè præteritorum à conuentione in iudicio requiruntur adhoc, vt præsumatur solutum in præteritum, non verò sufficiunt solutiones trium annorum, etiam multo tempore antequam conueniatur, hoc dicit.

Amplia idem procedere in solutione Canonis emphyteutici Trigon. *sing.* 125. Roc. *in nouiss. decis.* 304. Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua vers.* 27. *& ibi* Io. And. *in addit.* Paris. *cons.* 108. *num.* 31. *vol.* 1. Host. *in sum. de locat. §. fin. vers. hoc autem notandum* subdens idem procedere in emphyteusi Ecclesiastica, licet contrarium teneat ipsum Host. reprobando Io. And. *in addit. ad Speculat. in §. nunc aliqua vers.* 27. *in tit. de locat.*

Amplia idem esse in colono, siue censuario Crem. *sing.* 78. Capell. Tholos. *dec.* 225. Trigon. *singul.* 125. idem procedit in solutione collectarum, nam in ijs si quis adducat tres annales solutiones vltimas, & continuatas, censetur semper in præteritum soluisse, idem Trig. *d. sing.* 125. & in solutione pensionis idem obseruatur, quia probans soluisse pensionem pro tribus annis vltimis, & continuatis, censetur semper in præteritum soluisse, Gigas *de pensionibus quæst.* 81. & non solùm prędicta procedunt in solutionibus trium annorum continuis, verùm etiam in oblationibus Decius *cons.* 690. & etiam si debitum sit iuratum, tenuit Grat. *cons.* 121. *colum.* 2. *volum.* 2. item si qui cessauerit in futurum soluere, post quam docuit de solutione trium annorum, non propterea tollitur hæc præsumptio, vt non dicatur in prętеritum soluisse, ante tempus illarum trium solutionum Bald. *in l. quicumque vers. item quaro C. de Apoc. public. libr.* 2. limita tamen, conclusionem decisionis non procedere, quando omnes solutiones factæ fuissent vnico contextu Cremens. *d. sing.* 78. Alexand. *in apost. ad Bart. in d. l. quicumque idem in l. Iabolenus. ff. de annuis legat. & in cons.* 205. *colum.* 2. voluit solutiones debere esse annales, quia si sunt semestrales, vel trimestrales regula fallit, per ea quæ ibidem adducit, licet contrarium teneat Bald. *in d. l. quicumque, vers. item quaro quid in eo.* & propterea dicebat Alexand. *cons.* 107. *column.* 2. *vers. non obstat volum.* 3. eandem rationem versari in solutione annali, quæ in semestrali, vel trimestrali, item limita in debito mere personali non proueniente, occasione alicuius certæ rei Bald. *in d. l. quicumque vers. item quare* Cremens. *d. sing.* 79.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Soluens censum per tres annos continuos si cessauerit deinde à solutione an præsumatur soluisse in preteritum negat cum alijs Domin. Præses.*
2 *Menoch. & R. Constant. & Cancer. nuncupatim carpunt decisionem.*
3 *Declaratur quando locum habeat præsumptio solutionis.*
4 *Solutio an possit probari per textus.*

COhærentiam minus cohærenter intellectam in hac decisione probati complures tra-
1 dunt Autores; quæstio illa proponitur, an qui continuatis tribus annis census soluit si cessauit deindè soluere præsumatur soluisse ante trium annorum solutionem ex tex. *in l. quicumque Cod. de apoch. public. lib.* 10. & concluditur negatiuè ex Bal. & Luc. de Penn. *in d. l. quicumque*, & alijs hic relatis tenentibus ex cessatione subsequentium annorum argui antea non solutum sicut ex solutione trium annorum continuorum arguitur solutio annorum antea præteritorum, vna enim præsumptio tollit aliam, ad hæc quia textus releuat debitorem ad probandam solutionem pro præterito, quando protulerit apochas trium sibi cohærentium annorum, vbi glos. exponit cohærentium sibi idest præsenti conuentioni, præterea dispositio textus cùm sit præsumptiua tacita, & exorbitans non debet admittere extensionem ità Crauett. *cons.* 383. Cenc. de censib 2. *p. cap.* 2. *q.* 4. *art.* 6. *num.* 26. & 29. & Crau. ponderat dictionem illam sibi non ad annos sed ad debitores referendo, vt significet tres illos annos debitori esse cohærentes prout primos, & vltimos, & hanc opinionem propugnat Amaya *in dicta l. quicumque.*

2 Contrarium tenet pro debitore Padill. *in l.* 1. *num.* 14. *Cod. de fideicom.* Gabr. *conclus.* 11. *numero* 10. *tit. de præsumpt.* Menoch. *de præsumpt. libr.* 3. *præs.* 139. *à numero* 14. *vsque ad num.* 17. Mising. *centur.* 5. *obser.* 39. *num.* 4. Reg. Constant. *in d. l. quicumque num.* 19. argumentatur Menoch. quia si triennio receptarum solutionum elapso creditor petijsset præteritorum annorum solutiones repulsus fuisset, ergò idem dicendum quandò post solutionem triennalem cessauit soluere debitor, ne omittat ius sibi quæsitum, & expositionem illam Text. *trium annorum cohærentium sibi*, idem præsenti conuentioni esse iuri consonum, sed rectius exponendum esse cohærentium sibi hoc est inter se coniunctorum, quam interpretationem probat Text. *in l. quicumque in fin. C. de omn. agr. desert. li.* 11. ibi *sibimet cohærentes*, est ergo sensus quod si con-

constat per tres annos continuos debitorem tributi
soluisse, de præteritorum annorum tributis nihil am-
plius queratur, quapropter discedo à prima conclu-
sione,quam erroneam appellat Cancer.*lib.2.resol.cap.*
*14.de locat.& conduct.nu.*80. vbi refert Facchin.*contr.*
lib. 13.*q.* 89. & sentit Fontanell. *de pact.nupt. claus.*4.
*gl.*18.*p.*5.*n.*30.
3 Vera est restrictio illa *nu.* 2. vt iuuet præsumptio *d.l.*
quicumque, quoties semper idem est,qui recipit vt post
Menoch.*n.fin.* Cancer.*n.*73. Tomat.*dec.Mater.*3. vbi
colligit aliàs limitationes apocæ de receptionibus fa-
ctis ad bonum computum,& in solutionibus factis tu-
tori, vt non præiudicent pupillo,de quo,& aliàs rectius
loquitur, Gratian. *discept.*716.*per tot.* omninò viden-
dus,nec sufficit probare solutiones continuatas per te-
stes, sed necesse est per scripturam cùm sit seruanda ad
vnguem dispositio *d. Textus* Valenzuol. *in d. l.qui-*
*cumque n.*31.& Constant.*n.*12.

SVMMARIVM.

1 *Primo loco nominatus, præcedere debet.*
2 *Consiliarius Regis, si interuenit,ex dispensatione, pro aduocato in causa alicuius particularis in nouissimo loco, in ordine tamen consiliariorum sedere debet, & n.5.*
3 *Episcopus, vt canonicus, non præcedit canonicos, vt Episcopus.*
4 *Episcopus Consiliarius Principis, tenet locum, sicut quilibet simplex consiliarius.*
5 *Aduocatus fisci debet præcedere omnes iudices eiusdem dignitatis,quando agit causas Regis,non quando suas vel priuatorum.*
6 *Principes,Duces Marchiones, & alij similes, præcedunt Consiliarios in collaterali sedendo, sed quando sunt in Consilio pro causis proprijs,sedent in inferiori loco,& quandoque non sedent.*

DECISIO CXXXVIII.

Consiliarius regis ex dispensatione interueniens aduocatus alicuius particularis, an debeat in consilio sedere in suo proprio loco an verò nouissimos omnium.

DOminus Ioannes Felix Scalaleo, & ego fui-
mus vno, & eodem die, assumpti ad offi-
cium Regij Consiliarij, & adepti fuimus
quasi possessionem officij, vna, & eadem
hora, licet ipse prius, cum quo propter maiorem æta-
tem, & antiquitatem Doctoratus, & etiam quia sem-
per ipsum,vt patrem colui,mihi visum fuit,aliter de
præcedentia non contendere, etsi mihi tunc diceretur,
quòd in literis Catholicæ Maiestatis primo nominatus
1 fueram, † quod operabatur, vt ego præcedere debe-
rem, per text. *in l. qui soluendo non erat duos Apollo-*
*nios,vbi etiam gloss.ff.de hæred.instit.*quem tex.ad hoc
allegat Bald.*in cap cum* M. *Ferrariensis colum. penul.*
vers. extra not. argumentum, extra de constit. & ad
idem facit alia *l.qua incipit, eo modo, eod.tit.* congerit
plura Guliclm. Benedict.*in repetit.cap. Raynutius, in*
vers.testamentum, il 2.vers.& præmissa sunt vera, nu.
2 27.*fol.* 86. *a ter.* † sed accidit, quòd dum tractaretur
causa inter Regium fiscum, & Illustr. Ducem Suessæ,
& ipse ex Regia dispensatione interueniret pro Aduo-
cato dicti Ducis: ego dixi quòd eo tempore ego præ-
cedere debebam ipsum, in sedendo, & similiter debe-
bant ipsum præcedere omnes alij Consiliarii, & ipsum
debere in nouissimo loco sedere. Dicebat ipse contra-
rium: Domini de Consilio, & de Regia Camera, qui-
bus Sacrum Consilium in causa prædicta erat adiun-
ctum, tractauerunt hoc, & eis visum fuit hoc referre
Illustri ss.Domino Proregi, ad quem cùm accessissent
Domini Orificius,& Sancta Cruce Decani,alter in Cõs.
& alter in Regia Camera, deficientib. præside, & locũ-
tenente, retulerunt,quòd D. Thomas Salernitanus Re-
gius Collateralis Consiliarius, Regiamque Regens
Cancellariam,dixit hunc casum in eius personam,fuis-
se in eodem Regio Collaterali Consilio decisum, dum
esset Aduocatus Illustr.Don Garsiæ de Toledo,& Præ-
ses Regiæ Cameræ,contra id, quod ego dicebam,vide-
batur mihi hæc dec. dura, & aduersari text. *in c.1.in fi.*
de priuileg.in 6.& maximè, quia claræ sunt decisiones
3 *in cap.à collatione,de appellatio.lib.*6. † quòd quando
Episcopus est canonicus, & sedet cum alijs Canonicis,
vt Canonicus non præcedit ipsos,vt Episcopus, memi-
nit de prædictis, & allegat concor. Io. Monta. *in tract.*
auctor. Magni Consil. impresso post decisiones. Boer.n.
4 65.*ver.quinimò,& vers.præced.* † & Episcopus Consi-
liarius Principis, tenebit locum quem tenebit alius
simplex Consiliarius. cùm ibi intersit, vt Consiliarius,
non vt Episcopus, Purpur.*in l.1.de off. eius, cui mand.*
*est iurisdict.*de quo meminit Loffr. vbi pulcra, *in sua*
paraphrasi.in §.si vassallus,si de feu.def.milit. & Frec.
siue alius, *in li.de subfeu.fol.*95. *vers. non obstat quod*
*secundo loco,nu.*5. & dum esset creatus Regius Consi-
liarius Dominus Episcopus Bisiniani cœpit possess. sub
die 9. Martij 1517. existentibus tunc subscriptis domi-
nis in Sacr. Consil. videlicet Domino Anton.Ianuario
Viceprothon. & præside, Domino Ioan.Martiale,Do-
mino Anto.Io-Marcer. Domino Anton. Capicio, Do-
mino Cicco de Loffredo, Domino Iacob. de Franchis,
Domino Nicolao Maiorana, & Domino Alex. Seue-
rina, & fuit ei datus locus immediatè post. Præsiden-
tem, vt apparet ex lib. Votorum anni 1517. qui incipit
ab anno 1517. vsque ad annum 1522. penes secreta-
rium, dicebam igitur, quod Dominus Scalaleo, eo
tempore non erat nobiscum, vt Consiliarius, sed vt
Aduocatus priuatæ personæ, quod ego præcedere de-
bebam, & successiue alii, & hoc dicebam, etiam fun-
dari auctoritate Cassanei, *in Catalogo Gloriæ mundi,*
*in 7.par.in 37.consideratione,fol.*157. rectè intellecta,
5 dum dicit † Aduocatum fisci præcedere debere om-
nes illos iudices eiusdem dignitatis,quando agunt cau-
sas Regis,non autem quando suas,vel non Regis(quia
sic corrigi debet)vel rei publicæ, ex quo tunc honor ei
deferendus est, & non dicit, quòd præcedere debeant.
Sedebit igitur cum Dominis Consiliariis, sed in loco
magis inferiori, quàm sederet, si ibi esset, vt Consilia-
rius, pro quo facit tex. *in l. quoties, in vers.sedendi,*
G.vbi Senatores,vel Clarissimi, vbi Odofr.Bal. & Sa-
li.inferunt ad Episcopum accusatum, quod debet sede-
re in loco inferiori iudicib. pro hac opinione est tex. *in*
Auth. vt Illustribus, in §.sancimus, loquitur tàm in
causis ciuilibus, quam criminalibus. Dicebam insuper
multoties accidisse, quod idem D. Scalaleo sedit post
me, cùm tractarentur causæ eiusdem Ducis cum Ma-
gnifico Baldassare Milano, & cum Illust. Duce Turris
maioris, tàm vnitis tribunalibus Sacri Consilii, & Re-
giæ Cameræ, quàm in Regio collaterali Consilio,
6 quòdq; † licet Principes, Duces, Marchiones, & Co-
mites nos præcedant, quoniam tamen sunt in Consilio
pro causis propriis, nobiscum,sedent in vltimo loco,&
sic in collaterali Consilio, imò si non veniunt pro pro-
priis causis, quia quandoq; accidit, quòd venerunt pro
eorum consanguineis, vel amicis,nos non fecimus eos
sedere,sed nihilominus,quia meæ intentionis non erat
de his contendere, acquieui, postea volui intellige-
re à prædicto Domino Regente quomodo prædicta
processerant, mihi dixit, quòd ipse nesciebat,quia pro-
uisionem prædictam ipse non procurauit, verùm cùm
accessisset pro causa prædicta ad Sacrum Consilium(eo
existente Præside Regiæ Cameræ) & recto tramite ad
sedendum in Aula, & sedisset, audiuit,quod Dominus
Franciscus de Aguirre tunc Regius Consiliarius,acces-
sit ad Illustrissimum Dominum Ducem Albæ, tunc
Viceregem in hoc Regno, & in Collaterali Consilio
fuit dictum, quòd sinerent sedere dictum Dominum
Regentem, vt Præsidem, dixi ego D.Regenti, quòd
forsan

forsan Regium Collaterale Consilium voluit intelligere, quod sederet, non autem, quod procederet.

ADDITIO D. VISCONTI.

Num.3. Adde Frecc. *de subfeud. lib.1.fol.23.num. 7. in nouis* Ann. Iun. *in sing.6. in addit. & iterum cons.40 col.pen.& fin.* Maxill. *in Consuet. Bari numer. 20. fol.60. in nouis* Episcop. Minorensi. *in ver. Episcopus ver.7. fol.98. qui allegat decis.27. num.26.* & dicit idem Episcopus secus esset si vt Canonicus, & Episcopus in in sua Ecclesia sederet; Vide Verall. *in decis. 307. par. 1. & omnino Mart. post hac impress. in voto qui loquitur in Vicario.*

Et de Religioso translato in aliam Religionem qui debet sedere secundùm professionem secundo loco emissam, consuluit Nauarr. *in 11. cons. de maior. & obed. alleg. l. primam. ff. de alb scrib.*

Vide nouissimè Anna Iun. Reg. Cons. ornatissimum *in cons.122. à n.19. cum seq. vbi n.22. alleg. hunc Dominum hic in quibusdam addit. non habeo in decis. meis 23. in 1. part. de anno* 1580. *2. part. cum addit. retro de anno* 1588. *3. par. de anno.*1594.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, & Canonicus in aliqua Ecclesia, debet sedere vt Canonicus non vt Episcopus, & sic Vicarius Episcopi.*
2 *Quod intellige si Canonicatus non est dignitati Episcopali adnexus.*
3 *Episcopus in Capitulo sedens tamquam Canonicus, non potest pracedere antiquiores Canonicos.*
4 *Abbas praefertur Canonico de iure communi.*
5 *Prior Ecclesia in Concilio pracedit Episcopum.*
6 *Episcopus quid possit, & de eius potestate, & prohibitis, & an, & quando eius iurisdictio tollatur.*
7 *Episcopus quomodo sit recipiendus, quando circuit terras, & ciuitates dioecesis, & an cum Pallio per Magistratus.*

Adde de præcedentia vnius officialis contra alium, plura per Præsidentem de Franchis *in decis.144. latissimè, & in decis.62. & 138. & 365.* ad quas dico, & Consiliarium Annam. *cons.40 vol.1.* Item adde, quòd † Episcopus, & 1 Canonicus in aliqua Ecclesia, debet sedere vt Canonicus, non vt Episcopus, & sic Vicarius Episcopi, Capicius *decis.27.* Aquensi *decis.5. n.7. parte prima* Felin. *in c. ex literis, de probat.* Anna Sing. 6. Franc. Marcus *decis.136.* & doctissimus Regens à Ponte, *cons.15.* Sed 2 hoc intellige † si canonicatus non est dignitati episcopali adnexus, iuxta glos. & Doctor. in cap. postulasti, de concessione præbendæ, & nota in facto diligens lector, quòd † si Episcopus in capitulo sedet tamquam 3 canonicus, non potest præcedere antiquiores Canonicos. Dec. *cons.161.* & Menoch. *lib.2. arbitrariarum, casu 6.* † & Abbas præfertur Canonico de iure com- 4 muni, Decius, *cons.161.* † Prior Ecclesiæ in Concilio 5 præcedit Episcopum. Puteus *decis 150 lib.3.* alia vide per Peguerami *in decis.257.* Capic. *decis.27. nu.21.* vide 6 de † Episcopo quid possit, & de eius potestate, & prohibitis, & an, & quando eius iurisdictio interdicatur Præsidentem *decis 8 & 71.* & Arisminum *in lib.1. Variarum iuris sentent. in titulo de personis Ecclesiasticis.* † & quomodo sit recipiendus Episcopus, quan- 7 do vadit ad Terras, & Ciuitates Dioecesis, & an cum Pallio per Magistratus, infra per Præsidentem, *decis. 253. incip. Episcopo suam Ciuitatem ingredienti.* latiùs alia vide per Zerulam *in tract. de Episcopo,* & per Quarantam *in tract. de Episcopo, & in Summa Bullarij, Authoritate 28. & seq.*

ADDITIO D. RICH.

Consiliarius regis, ex dispensatione interueniens aduocatus alicuius particularis, an debeat in cõsilio sedere in suo proprio loco, an verò nouissimus omnium, hoc dicit, & ratio huius decisionis ea esse potest, quia illa dignitas consiliaratus est inseparabilis, & ad materiam, si consiliarius Regius fuerit præsidens Regiæ Cameræ creatus, an præcedere debeat vti consiliarius alios præsidentes, decretum fuit, vt dum in Regia Camera sedet pro explicatione causarum ipsius, ac etiam in collaterali consilio coram Vicerege statutis diebus non præcedat, nisi in consiliarij dignitatem ante eos euectus esset, quo casu, præcederet, præter præsidentem decanum Surgens. *in tract. de Neap. illustri, cap.27. num.23.* & Consiliarius status Regis si fuerit eques Hierosolymitanus Magnæ Crucis, ac Prior alicuius commendæ vltra nobilitatem generis, & filiationem Comitis, an præcedere debeat alijs consiliarijs status non tamen titulatis, idem Surgens. *ca.17. sub nu.26.* & eadem ratione si eadem die fuerint creati Duces, ille præcedere debet qui tempore creationis erat comes per tex. *in l.1. & 2. ff. de albo scribend.* & inter duos officiales vno die creatos fuit prælatus, qui aliud exercebat, item ille qui prius fuerat doctoratus, item ille, qui actu exercebat aliud officium eo tempore, licet alius iam illud exercuisset, quod tamen tunc temporis non gerebat, hos omnes casus decidit author noster *decis.144.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Senator patrocinans aliquam causam, an debeat habere locum Senatorium, & in causa propria negantem opinionem defendit D. Præses.*
2 *Riccius contrarium tenet, sed minus rectè de rigore iuris Fontanell.*
3 *Episcopus sedens inter Canonicos vti Canonicus, quem locum habere debet.*
4 *Descẽdens ad minorem gradum an amittat prærogatiuas maioris gradus, & refellitur R. de Ponte per Reg. Galeot.*

1 Vanitatis, & ambitus aut gloriæ cupiditas materia non est præcedentiæ, sed causa magni præiudicij, quia non ambitu prima loca prætenduntur, quod damnatur, in Euang. Matth. *cap.23.* sed vt seruetur ordo, & comprobentur à Deo ordinata, & defendatur natura humana, quæ neque omnes inter summos, neque omnes inter nouissimos constituit, vt Gratian. *discept. 845. in princ.* hinc tractat D. meus quæstionem, quam habuit in facto proprio Regius Consiliarius dum est in aula patrocinans aliquam causam, an debeat habere suum locum Senatorium, vel debeat sedere vltimo loco post omnes, ex quo ibi non est vti Senator, sed vti aduocatus, & in hac re acriter se defendit contra collegam antiquiorem venientem ad Senatum non vti senatorem, sed vti aduocatum pro defensione causæ alterius, licet allegarentur exemplaria contraria, vt ipse refert *n.2.* & pro sua opinione allegat. *Text. in cap.1. de priuil. in 6.* vbi monachus duorum monasteriorum, quorum vnum est ab ordinarij iurisdictione exemptum alte-

alterum non, dum commoratur in monasterio non exempto non gaudet priuilegio exempti, quia ibi non ste vt Monachus exempti, & per Text. *in cap. à collatione de appell.* in 6 vbi quando Episcopus, & Canonicus, sedet cum alijs non gaudet prærogatiua maioris dignitatis, eadem exempla, & alia refert latissimo calamo Felix Conteolur. *in tract. de præceden. ex n. 19.* & plura in comprobationem cumulantur in responso impresso penes de Marin. *resol.* 103. vbi refert ità seruatum in persona eiusdem nostri Præsidis, qui præcedebat Reg. Fornarium, quando interueniebat vti locum tenens Regiæ Cameræ, addo Mastrill. *decis.* 130.

2 Contrarium insinuare visus est Episc. Ricc. *in addit.* Senatorem non esse defraudandum suo debito loco, quia dignitas Senatoria cum sua antiquitate, seù anzianitate non est separabilis, nec ex tam leui causa qualis stare in aula ad finem patrocinandi dignitas illa est contemnenda, vt stat ibi Senator cum detrimento sui honoris.

Fontanella *in dec.* 207. *nu.* 11. existimat in rigore iuris veriorem, & securiorem D. mei ex rationibus ab ipso adductis, sed de vrbanitate quæ inter collegas splendere debet, tum ob excellentiam dignitatis, tum ob generis nobilitatem, quæ est in eorum maiori parte, nec iudicaret Fontanella boni exempli esse quod inter eos de dando proprio loco collegæ, etiam venienti vti aduocato dubitaretur.

Quidquid tamen alii dicant in Episcopo verior est opinio, quòd licet sedeat vti Canonicus ob excellentiã dignitatis sedere debeat in primo loco, post Præsidem Abb. *in c. postulasti num. 8. de conceß. præb.* & in S. C. Episcopus Bisiniani effectus Consiliarius præcessit omnes in tempore anteriores in Aula, ità de Pont. *dec.* 2. Ann. *cons.* 40. *nu.* 47. & ità contra D. meum *num.* 4. & Mastrill. *dec.* 130. probat Franc. de Petr. *cons.* 9. *nu.* 4. qui ità dicit practicatum in maiori Ecclesia Neapolitana vbi Episcopus Canonicus præcessit aliis, & ità tenendum quidquid de præcedentia Episcopi Bisiniani dixerit Ferdinandus Rouit. *allegatione impressa penes de* Marin. *resol.* 202. *lib.* 1. *num.* 20. quòd fuerit ex gratia speciali, nam Episcopus in Collegio Doctorum etiam sedere debet primus post Præsidem, vt de Petr. *vbi supra*, benè verum aliter ex priuilegio speciali Almi Collegij Neapolitani seruari tradit, vbi Episcopus Doctor procedit æquo iure cum alijs, & in Consiliario patrocinante in aliqua causa, vt sedere debeat in proprio loco ratione dignitatis inseparabilis practicatum dicit Petr. *vbi supra.*

4 Officialis transiens de maiori ad inferiorem gradũ, an retineat eadem priuilegia, & prærogatiuas eminentioris dignitatis, & in hoc articulo negantem opinionem tenet de Pont. *de pot. Proreg.* § 8. *nu.* 7. qui exemplificat in Regentibus effectis Locumtenentibus Regiæ Cameræ, & Consiliariis effectis Præsidentibus R. C. & allegat Bal. *in l. cum te, C. de nupt.* vbi Archiepiscopus effectus Episcopus amittit dignitatẽ Archiepiscopalem, facit text. *in l. fin. C. de incol. lib.* 10. vbi mulier nupta viro clarissimo consequitur dignitatem viri, sed si eo mortuo nubat alicui minus digno, priorem illam dignitatem amittit, addo Rodoer. *ad resol.* 202. de Marin. *vbi sup.* Rouit. *cons.* 84. sed contrarium verius est per text. *in l. senatoris filius, ff. de Senator.* vbi enim necessitas, vel vtilitas publica id suadet fit transitus de maiori ad minorem *gl. in l. maior, C. quemadmod. ciuil. annon. indic. lib.* 10. ita latè probat Reg. Galeot. *respons. fiscal.* 2. vbi respondet obiectionibus, addo Rouit. *cons.* 102. *lib.* 2. *num.* 20. vbi ita practicatum in D. Ottauio Piccolellis Iudice M. C. V. *postmodum Fisci patrono electo*, ideò enim mulier nubendo minus digno perdit priorem dignitatem, quia delinquit contra priorem virum, & similiter Archiepiscopus effectus Episcopus amittit dignitatem Archiepiscopalem, quando translatio fit in pœnam.

Quòd transiens à maiori ad minorem dignitatem non amittat prerogatiuas maioris dignitatis, addo quòd ità in propria causa defendit D. Io: Hyeronimus de Filippo ingeniorum Aquila, qui vti Regius Consiliarius licet ad munus patroni Regalis patrimonij Fisci transiuisset, prælatus fuit olim D. Præsidenti R. C. S. Felice in consessibus iunctis, & congressibus publicis, in quibus fisci partibus fungebatur, quamuis D. Felice anteriori loco Prẹsidens fuisset creatus, contendens dormire munus Reg. Consiliarij, & anteferri ipsi D. de Filippo, non exercenti officium Regij Consiliarij, ex *l.* 2. *C. vt dignit. ordo seruet. lib.* 2. qui textus locum habet in non exercente nulla fungente administratione, sed honoraria. Marcian. *cons.* 28. *nu.* 2. *lib* 2. Santel. *dec.* 223. *nu.* 13. & ita declarat Reg. Tap. *dec.* 21. *numer.* 25. & nunc amittitur pręrogatiua prima, quando dignitas deponitur, secus si secunda superueniat *l. iubemus C. de proxim scrin. lib.* 12. Marc. *vbi sup.* R. Galeot. *resp. Fiscal.* 2. *à nu.* 3. Anna *cons.* 40. *nu.* 43. R. Rouit. *cons.* 102. *nu.* 13. *lib.* 2. Hic D. meus, *num.* 5. & 6. dixit Fisci aduocatum vltimo loco sedere debere, nam contrarium ex Couar. in Catalog. gloriæ mundi *p. 7. consid.* 37. firmauit, nempe Fisci patronum dum Fiscales causæ pertractantur omnibus Iudicibus eiusdem dignitatis anteponendum esse, secus autem, quando proprias lites patrocinaretur *vt nu.* 2. & 5. & pro Reg. de Ponte postmodum S. R. C. Prẹside effecto contra D. D. Regentes prælationem prætendentes emanauit decisio de qua testatur Marcianus *vbi sup.* aliter autem practicatur quando R. Consiliarij migrant ad R. C. quando dantur adiuncti, nam nec ratione loci, quia vnusquisque suæ domi quolibet extraneo maior reputatur sinistra manu sunt contenti Rouit. *cons.* 102. *num.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Clem.* 1. *de sent. & re iud. habet locum etiam in causis criminalibus.*
2 *Condemnatio ad triremes, est actus irretractabilis.*
3 *Condemnatus ad triremes notatur infamia.*
4 *Exceptio nullitatis impedit exequutionem sententiæ, si deuenitur ad actum irretractabilem.*
5 *Exceptio nullitatis proueniens ex defectu iurisdictionis impedit exequutionem sententiæ.*
6 *Sententia Sacri Consilij in causa criminali lata, tunc mandatur exequutioni, non obstante reclamatione, si sit conformis sententiæ Magnæ Curiæ, secus si difformis, & contineat actum irretractabilem.*

DECISIO CXXXIX.

Appellatio suspendit exequutionem sententiæ, etiam Sacri Consilij in causa criminali latæ, in qua venit pęna, seu actus irretractabilis.

1 LAta † sententia per Magn. Curiam Vicariæ, per quam Cæsar fuit liberatus sub cautione in forma, pars offensa appellauit ad Sacrum Consilium. Commissa mihi causa appellationis, fuit per Sacrum Consilium condemnatus reus annos septem ad remigandum in Regijs triremibus, à qua sententia fuit reclamatum, & pendente reclamatione fiscus instabat, sententiam Sacri Consilij debere mandari exequutioni, iuxta terminos auth. quæ supplicatio, & prout sententiæ Sacri Consilij indistinctè mandantur exequutioni, reclamatione non obstante, exemplo etiam eius, quod dicitur, quod
2 *Clem.* 1. *de sent. & re iud.* † procedit etiam in causis criminalibus, secundùm *glos. ibi*, de qua meminit Did. *in tract. pract. q. ca.* 25. dictum fuit, quod prædicta non procedunt in sententijs, latis in causis cri-

nune

minalib. in quib. est irretractabilis, seu Irreuocabilis
exequutio: licet enim condemnatus ad triremes non
moriatur, seruit tamen, & fieri non potest, quòd non
seruiuerit), nec seruitia retractari possunt, & multa in
triremibus accidere possunt, ex quibus condemnatus
mori poterit. Item ex accessu ad triremes non potest
3 negari, † quin aliqua infamia ei irrogetur, & propte-
rea, etiam quòd aliquo tempore fuerint factę prouisio-
nes), quòd condemnatus ad triremes pendente etiam
appellatione, ad eas transmittatur, numquam trasmisi-
mus eum, qui prætendebat grauamen à sententia, sub
prætextu nobilitatis. Hæc limitatio sumitur ex ijs,
quæ ponit Imol. *in clem. 1. de re iudi. 3 colu. vers. gl. 2.
quarit* & Capella Tholos. *in decis. 431 Item fuit quasi-
tum quidnam*, & Par. *in tract. de sindic. in ver. appella-
tie, in fin.* habent enim tres sententiæ conformes pa-
4 ratam exequutionem, virtute dictæ Clem. † quæ ta-
men impeditur, quando dicitur de nullitate, & actus
exequutiuus esset irretractabilis, licet aliàs non impedi-
5 retur, quando nullitates opponerentur, † præterquam
ex defectu iurisdictionis, iuxta *gl. in clem. 1 de sequest.
pos. & fruct.* plenè Gigas *in tract. de pensio. q. vlt. n. 20.*
vidi (tempore, quo eram Aduocatus) impeditam prola-
tionem sententiæ foriudicationis, etiam quòd super al-
legato indulto esset lata sententia Sacri Consilij, con-
formis sententiæ Magnæ Curiæ, quæ habebat exequu-
tionem paratam in causa Domini Camilli Pignatelli,
cum Domina Laura Monforte, quia potuisset inquisi-
tus, virtute dictæ sententiæ occidi, & non reparabatur
hoc damnum, quando sententia lata per Sacrum Con-
silium, per quam Camillus erat exclusus ab indulto, re-
tractaretur, prout fuit retractata, & hoc fuit indistin-
6 ctè seruatum, & seruatur in Sacro Consilio † quòd
sententiæ, in causis criminalibus latæ, non mandan-
tur exequutioni, nisi sint duæ, videlicet vna Magnæ
Curiæ Vicariæ, & altera Sacri Consilij conformis
primæ, & si acciderit, quòd quis per Magnam Cu-
riam liberaretur in forma, deinde per Sacrum Consi-
lium condemnaretur condemnatione irretractabili,
hæc sententia non mandabitur exequutioni, si con-
demnatus reclamat, nisi lata alia sententia conformi,
& hæc prædicta, ab antiquis seruata fuit, & in dies ser-
uatur: vide Alex. & Aret. & Hercul. & alios *in l. 3. &
si seruus. ff. de acquir. possess.*

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Thesaur. qui hanc decis. allegat *decis. 181. post numer. 3. vers. sed si exceptio fo. 203.* & hunc Dominum *in decis. 470. numer. 6.* & Viuium *in decis. 495. num. 13.* allegando decis. istam dicit, quòd executio sententiæ pœnæ retractabilis suspenditur si dicitur de nullitate ipsius, sequitur Clarus *in §. fin. quast. 94.*

Ad finem, Adde videndum hunc Dominum *in decis. 510. colum. fin.* qui in pulchro casu loquitur, Thesaur. *in decis. 122. qui plures casus considerat. & decis. 228.*

Ad ornatum Clementinæ primæ hic allegatæ; Vide omninò Anton. Gabr. *in tit. de exequ. rei iudic. conclus. 1.* Cacheran. *decis. Pedem. 142. numer. 34. & in notabili casu* Viuium *in opinione 715. numer. 15. par. 2.* Mandos. *in cons. Roma. 51. ver. quin immo; decis. Florent. 104. à numer. 17.* & Viuium *in decis. 395.* & Minad. *cons. 20. nu. 5.* Bortell. *ad Bellugam in Speculo Princip. fol. 50. & 195.* & Foller. *in prax. crim. in ver. pęnis debitis n. 73.*

An minor possit petere restitutionem in integrum aduersus 6. Clementinam; Vide omninò Rotam Auenio. *in decis. 2. n. 3.* Quæ debeant concurrere, vt minori detur restitutio, in integrum aduersus tres sententias conformes iuxta Clem. hic allegat. legatur quæso D. Garsia Mastri L. *in decis. 45.*

Et an habeat locum in sententijs arbitrorum, & quid, si sunt arbitri electi ex necessitate statuti; Vide Stephan. Gratian. *in decis. 82.* vbi concludit affirmatiuè.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quando dicatur conformis, & numer. 6. & 8.*
2 *Reclamans non mandatur ad triremes, reclamatione pendente, quia est actus irretractabilis.*
3 *Reclamatione interposita in criminalibus, sententia non mandatur exequutioni, prout in ciuilibus.*
4 *In criminalibus debent esse duæ sententiæ conformes vna Sacr. Consil. & alia Magna Curia, vt demandari possint exequutioni, si reclametur.*
5 *Exceptio nullitatis an impediat exequutionem sententia.*
6 *Exceptio nullitatis non censetur reiecta à statutis excludentibus generaliter exceptiones.*
7 *Titulus, Ne liceat tertio prouocare, an procedat in Curijs Baronum.*
8 *De sententijs conformibus in criminali iudicio, remissiuè.*

1 ADde quando † sententia dicatur conformis
2 omninò Thesaurum *decis. 228.* & quòd †
reclamans non mandatur ad triremes re-
clamatione pendente, quia est actus irre-
tractabilis. Nota quæ dicit Bald. *in l. ab exequutione, C.
quor. appell. non recip.* & idem *in l. 2. ff. de ferijs.* Not.
3 ad hanc decis. quòd † reclamatione interposita in cri-
minalibus sententia exequutioni non demandetur,
prout in ciuilibus, iuxta *Authen. Qua supplicatio*, &
4 quòd † in criminalibus debent esse duæ sententiæ con-
formes, vna Sacri Consilij, & alia Magnæ Curiæ, vt
demandari possint exequutioni, si reclametur. Vide
omninò hunc Præsidentem *infra decis. 407. ad quam*
5 *dico*. Et † an exceptio nullitatis impediat exequutio-
nem talis sententiæ, Bar. *in l. 1. C. qui accus. non poss.*
6 Rom. *Sing. 287.* Adde de hac † exceptione, quòd nõ
censetur reiecta à Statutis excludentibus generaliter
exceptiones, Caualc. *decis. 21. n. 82. lib. 1.* Viuium *decis.
220. nu. 1.* Vrsill. *decis. 283.* & Siculum *in tract. excep-
tionum, excep. 20. à num. 1. ad numer. 26. latissimè post
alios, a num. 6.* adde an, & quando sententiæ dicantur
7 conformes speciale cons. Crauet. 183. *vol. 1.* & † titu-
lus, ne liceat tertio prouocare, an procedat in Curijs
9 Baronum, Anna *cons. suo 70. vol. 1.* & † de sententijs
conformibus in criminali iudicio, vide quæ dico *decis.
510. nu. 57.* & Thesaurum *decis. 181. num. 5. ibi: sed si
exequutio*.

ADDITIO D. RICII.

APpellatio suspendit executionem sententię, etiam Sacr. Consilij in causa criminali latę, in qua venit pęna, seu actus irretractabilis, hoc dicit. Adde Tap. *in prag. 37. de officio procurat. Casar. numer. 13. & in prag. 5. ad offic. Sacr. Consil. num. 6.* ait vidisse pluries obseruari, quando damnum esset irreparabile, hoc est, quod tradit etiam in causa ciuili Ann. *alle. gat. 69.* Viuius *decis. 495. num. 3.* Muscatell. *in praxi Sacr. Cons. lib. 2. part. 1. glos. nullitatis, numer. 50. & glos. sententia, numer. 171.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Sententia S.C. quando habeat exequutionem paratam.*
2 *Reg. Reuertarij decisio per D. Præsidem indicata reiicitur.*

1 PRæfecto prætorio assimilant alij Sacrum Consilium, alij verò appellant Concistorium Principis, nam eius sententiæ proferuntur nomine Regio, vtcumq; sit, à tempore quo dictum tribunal fuit erectum praxis seruauit sententias dicti supremi Senatus non solùm esse armata manu exequêdas, verum etiam ab eis non esse licitum appellare, sed tantùm reclamare, quæ non aliter conceditur, nisi vsque ad minimum quadrantem sententia fuerit executioni demandata Auth. *qua supplicatio, C. de prec. Imper. offer. pragm.* 5. *de Offic. S.C.* verùm quando lata est sententia in causa criminali, in qua executio est irretractabilis, tunc non exequitur sententia, ita D. meus *num.* 2. quem sequitur Muscatell. *in prax. lib.* 2. *p.* 1. *glos. sententia nu.* 171. Thesaur. *dec.* 181. *num.* 3. vbi tradit sententiam sui Senatus habere executionem paratam, etiam quòd ab ea fuerit supplicatum, quod fallit in executione irretractabili, & in criminalibus, vbi agitur de sanguine, vel de carceratione D. Staib. *resol.* 30. *n.* 39. *& seq.* & fundat id in doctrina Paul. de Castr. *in l.* 4. §. *condemnatus nu.* 3. *ff. de re iudic.* vbi postquam concludit nullitatem propositam per viam actionis nō impedire executionem sententiæ, subdit procedere in executione irretractabili, secus in ea, quæ fit per capturam personæ, quia illa iniuria, & illud grauamen non possunt reparari, & in causa ciuili sententia S.C. habet executionem paratam quoad executionem bonorum, & venditionem quæ non dicitur continere damnum irreparabile, prout in sententia assistentiæ, quæ multoties præstatur per S. C. ad finem vendendi, ad hoc vt ex pretio perueniendo satisfiat creditoribus anterioribus, & hanc sententiam semper sequutam tradit D. meus *dec.* 456. & probat Staib. *vbi sup.* & præsertim per pragmaticam Excell. Comitis Montis Regij de anno 1631. quæ indistinctè mandat executionem sententiæ dicti supremi Tribunalis, & non admitti reclamationem non executa prius sententia definitiua, & quāuis venditio videatur continere grauamen irreparabile, nam retractata sententia datur actio ad pretium, & non ad rem, quidquid sit de veritate dicti assumpti, de qua alias dixi, nihilominus hoc immutatur condemnato, qui non soluit debitum, Anna *alleg.* 63. vbi etiam firmat reclamationem impedire exequutionem in persona, Staib. *vbi sup.* & materiam exornat P. D. Caiet. de Afflict. *contr.* 1. sed si quis constitui se carceratum, dicitur executa sententia, ita scribit D. Staib. *in obs. ad resolutionem allegatam nu.* 4.

2 Reclamari nequit à sententia S. C. confirmante decretum M. C. V. in criminalibus, ita habetur *nu.* 6. *& in dec.* 470. *&* 710. & quatenus *num.* 5. tradit D. meus, quòd tempore quo erat aduocatus impedita fuit prolatio sententiæ foriudicationis, etiam quòd super allegato indulto lata esset sententia S. C. conformis sententiæ M. C. in causa D. Camilli Pignatelli, nam potuisset inquisitus occidi virtute sententiæ, & non reparabatur damnum, quando sententia per S. C. retractaretur, & decisionem compilauit Reuerter. *dec.* 220. & ratio fuit, nam articulus an gauderet indulto erat ciuilis, vti seorsum à crimine, prout est articulus remissionis ad Curiam Baronalem, vel aliam, nihilominus contrarium verius est, nam dictus articulus licet ciuilis, est incidens in causa criminali, & non admittitur reclamatio, ita habetur *in decis.* 710. & probat Sanfelic. *dec.* 4. *num.* 10. de Marin. ad Reuert. *vbi sup.* quidquid tradatur *in dec.* 470. D. mei.

SVMMARIVM.

1 *Deportati, rumpentes deportationem pęna mortis naturalis puniuntur, & num.* 7.
2 *Capite punire, verba prolata à lege, in materia delicti, pro vltimo, supplicio intelliguntur, & nu.* 3. *&* 5. *quidquid dixerit. glo. in l.* 1. *Cod. ne Christ. manc. quia illa procedit, nisi aliter constet de mente statuentium, vel imponeretur pœna, alio casu, quamuis ius commune imponeret.*
4 *Deportatio, est pœna propinquior mortis naturalis.*
6 *Deportationis pœna, & pœna metalli, æquiparantur.*
8 *Damnatio ad triremem, hodie successit loco damnationis in metallum.*
9 *Damnatus ad triremem perpetuò, si ab ea aufugit, pœna mortis naturalis non punitur, sed debet redire ad seruiendum, nisi iudex in sententiis, comminatus fuerit pœnam mortis naturalis, etiam num.* 13.
10 *Damnatio ad triremes perpetuò, proximior pœna mortis naturalis est.*
11 *Pœna potius mollienda, quàm exasperanda sunt.*
12 *Metalli appellatione omnia continentur, quæ effodiendo terram reperiuntur.*

DECISIO CXL.

Deportati in insulas, si ab eis recedentes iterum capiantur, in quam pœnam sint condemnandi.

EX vsitata pœna deportationis, qua in hoc Regno vtimur, quia Rex noster habet insulas, in quas deportari possunt, vt dicit Bald. *in l. si is qui.* 2. *col. vers. & dicatur. C. si penden. appell. mors interuen.* quotidie accidit, quòd deportati, ab insulis eis assignatis recedunt, & deinde cùm in potestatem Curię veniunt dubitatur, qua pęna puniendi sint. Idcirco, dum casus accidisset, domino Thomę Salernit. Sac. Consilij meritissimo Præsidi, visum fuit, quòd hic punctus decideretur, omnibus Regiis Consiliariis iunctis, ipsisq; congregatis, dicebatur,† istos esse
1 puniendos pęna mortis naturalis, per tex. *in l. relegati. ff. de pœn.* quæ sic declarat. *glo. ibi in ver. capitis.* Eisdem verbis vtitur tex. *in l. capitalium,* §. *in exulib. eod. tit. ibi, qui deportatus euaserit, c. punitur,* & melior tex. *l. qui cum vno.* §. *in insulam. ff. de re milit.* quodque
2 verbum,† capite, de summo supplicio, quod est mors, *l. vlt eo. tit.* intelligatur, ponderatus fuit. §. *qui sequitur post d.* §. *in exulib.* dum post deportationem, quę est vltimus gradus pœnę eorum, qui in exilium condemnati sunt, ponitur in illo text. pœna capitis, *& in* §. *seq.* vltima pœna eorum, qui in custodiis condemnati sunt statuitur, quod sit summum supplicium, quod est mors, vt declarat ibi Alber. qui *in d.* §. *in exulib.* tenet prædictam opinionem, quòd post deportationem, quia nulla similis pęna ea maior inuenitur, quòd imponi possit, nisi pęna mortis, quòd illa imponitur deportato, hoc idem tenet Bald. *in cons.* 271. *quæritur, vtrum hi, vol.* 2. *vers. porro sæpè, iuncto cum themate Consilij.* Idem colligitur ex text. *in l. aut damnũ.* §. *inter eos. ff. de pęn.* coniuncto text. *in l. pęn.* §. *consumis-*

sumitur ff. de var. extraord. cogni. in quib. iuribus apparet post vltimam pęnam, quę datur, extra mortem naturalem, & vltimum supplicium, dari mortem, *& in d. §. inter eos*, dicitur grauius coercentur, & glos. exponit idest capite allegat. tex. *in d. §. in exulibus. & in d. l. pe. §. fi.* in quo etiam tex. fit descriptio pęnarum quæ imponuntur plebeio, quæ sunt in metallum, vel in opus metalli, quas pœnas declarat Iureconsul. *in d. §. inter eos.* & Angel. *in l. 2. ff. de publ. iudic. 1. colu. ver. tertia est pœna*, alijs verò personis datur deportatio, prout nos in nobilibus seruamus: vnde quemadmodum vltima pœna quæ datur, plebeio, postquam fugit ab operibus metalli, & posteà, à metallo, erit pœna mortis, ita debebat esse in alio, cui primo pœna datur relegationis, secundò relegationis perpetuæ quoniam relegatio excederet decennium, vt declarat Bart. *in d. l. relegati*, tertio deportationis, & vltimò pęna vltimi supplicij, alias enim tumpers fines deportationis, non
3 puniretur, & quod ità intelligantur verba, † capite puniri, quoniam à Iureconsultis proferuntur, legenda sunt iura posita in toto titu. de re milita: quia ex eis apparet de capitis amputatione debere intelligi, cum delictis, quæ ibi puniuntur, conueniant, & signanter legendus est tex. *in l. non omnes. §. desertor, cum §. seq.* Dicebant aliqui ex Dominis, nullo modo iura, prædicta dum dicunt, pęna capitis deportatos debere puniri, debere intelligi de pęna mortis naturalis, quia regula est, quod vbicunq; loquimur de sententia capitali, debet intelligi de alia pęna, quam mortis naturalis ex dictis *per glo. in l. 1. C. ne Christianum. manci.* ad quam allegat concor. Dec. *in l. Imperium. 3. col. versic. & licet ff. de iurisd. omn. iud.* & Boer. latissimè *in decis. 254. & præsuppono col. 3. ver. & tamen pœnè. num. 10. in 2. par.* Item dicebat Aduocatus pauperum, quod pęna proxima morti, est coerctio in metallum, non autem deportatio, vt dicit text. *in l. capitalium, in principio. ff. de eo. tit. de pœnis*, si ergo deportatio non est proxima morti, ergo videbatur, quòd deportatus, deportationem rumpens pęna mortis puniri non debeat, vnde dicebatur, per prędictos, vel hunc debere redire in pristinam causam, *iuxta l. mulier in opus salinarum. ff. de capti. & & postli. reuers.* vel quauis alia pœna puniri, vt puta, ad triremes condemnari, etiam quod hęc pœna in euadentem non caderet: prædictis respondebatur, tunc procedere *gl. in l. 1. quando ea*, quæ gl. dicit, procedere possent, sed in casu de quo agebatur, non poterant pro-
4 cedere, † si enim deportatio est vlt. gradus proximior morti naturali, & est plus quam perpetua relegatio, vt per Bar. *in d. l. relegati*, intelligere illud verbum capite, de exilio perpetuo, prout intelligit *gl. in d. l. 2.* esset diminuere pęnam deportationis, contrauenîendo sententiæ deportationis, & sic ex delicto quis pœnam diminueret. Item deportatio continet in se exilium perpetuum, quia deportatus est exulatus perpetuo, & ideo plus se habet, vt est dictum, quàm relegatus, nec posset dici finita deportatione, quæ non nisi morte finitur, posse postea habere locum pęnam exilij perpetui, vnde necesse est intelligi iura prædicta, dum dicunt deportatum capite puniri, idest morte naturali: aliàs enim elusoria essent, quod dicere non debemus, vnde Imol. *in l. 2. 4. colu. ver. item adde. ff. de public. iud.* de quo meminit, & eum sequitur Afflic. in Const. Re-
5 gni, Comes, & Baro, dicit *glo. in d. l. 1.* procedere, † nisi aliter constet de mente statuentium, vel imponeret pęnam alio casu, quàm ius commune imponeret: hu iuimodi dicebatur, quòd erat casus, de quo agebatur quia habemus claram mentem Iureconsultorum imponentium pœnam capitis deportatis, qui euaserunt deportationem, quæ pęna non potest applicari ad exilium perpetuum, ex predictis: & est pęna imposita à iure communi, & non su mus n casu, in quo pęna imponeretur, vltra casus in quibus, de iure communi pęna est imposita. Nec procedebat fundamentum Magnifici Aduocati pauperum, quia tex. in d. l. capitalium, vt ex eo apparet, loquitur de tempore, quo pęnæ prædictæ inuentæ sunt, & prout primo inuenta est pęna capitalis, eam facit morti proximiorem, apparet in verb. ibi.
6 quod quamquam. Item dicebatur, † quòd pęna deportationis, & pęna metalli, conuenit personis, iuxta earum qualitatem, vt est dictum, & illud quod est prouisum contra plebeium fugientem a metallo, vt dicit tex. *in dict. l. penult. §. fi. ff. de vari. & extraordi. cogni.* est prouisum contra fugientem à deportatione, qui in deportato, iuxta qualitatem personæ, est vltimus gradus proximior morti naturali, apparet ex ordine tex. *in d. §. in exulibus. & in §. seq.* Nec tex. *in d. l. mulier in opus*, deseruit. loquitur enim ille text. quando quis, non sua culpa, sed alterius facto, ab opere prædicto euasit, Nec
7 potest dici, detur quæuis alia pęna, † quia postquam habemus in illo tex. & in d. l. pen. §. fi, certas penas à iure introductas, nec vsus in deportatis, aliam inuenit non debemus à pęnis iuris recedere. His sic discussis, tres ex dominis tenuerunt, non debere deportatos pęna mortis naturalis puniri: cęteri ex prædictis tunc tenuerunt debere mortis naturalis pęna condemnari, & sic exequi, & iuxta hanc conclusionem, fuit publicatum decretum in modum legis, die 27. Nouembris. 1568. quod est conforme dispositioni tex. *in l. 10. 7. pa. tit. 31. de las penas*, de qua meminit in propria materia huius decis. Ant. Gomes. *in tit. de exilio, & releg. 2. col. ver. 1.* Iudex, & ita intelligit text. *in d. l. Relegati.* & plenissime hanc materiam tractat, & secundum istam opinionem fuisse iudicatum in Sacr. Consil. Cathaloniæ dicit Don Lodouicus à Piguera *in decis. seu capite.* 41. Omninò videndus, quia distinguit omnes casus.
8 Quo etiam tempore fuit dubitatum, † quid in condemnatis ad Regias triremes perpetuò, scilicet vita durante, quæ condemnatio indistinctè fit contra plebeios & vt dicit Capicius *in decis.* 153. successit hodie loco condemnationis in metallum, quæ pœna ab aula aula recessit, colligit plura Iulius Clarus, vt eum in hoc non omittam, *in lib. 5. sententiarum. §. fin. quæst.*
9 67. † an si aufugerint a triremibus, debeant pœna mortis puniri, an verò redire ad seruiendum, prout prius. Duo doctissimi Consiliarij tenuerunt eos debere mori, & ponderabant text. in d. l. capitalium, dum ponit gradus pœnarum, & quando post vltimam alia non superest, dat pęnam capitis. Item ponderabant tex. *in d. l. aut damnum § in calcariam, eod. tit.* in quo non fit differentia, an quis condemnetur in pęnam mettalli, vel in calcariam, vel sulphurariam, quod aliud opus est quam metalli, quia condemnatio in proximum gradum mortis erat illa, quæ debebat operari contra delinquentem. pęnam mortis naturalis, & quòd ita debe-
10 bat esse in casu, † de quo agebatur, quia postquam videmus, quod in plebeis proximior gradus pęnæ mortis naturalis, est condemnatio perpetua ad triremes, quæ successit in locum dictæ damnationis, videbatur quòd ij contemnentes, mori deberent, maximè quia ex hoc contemptu, alia pęna dari non poterat, vt supra est ponderatum, & saltem hoc debebat operari ex reg. *l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis cau.* de subrogato, sapiente naturam subrogati. Cæteri Domini tenuerunt contrarium, moti, quia postquam hæc pęna triremium non fuit a Iurisconsultis, nec a legum latoribus cognita, sed est introducta consuetudine nostrorum tribunalium, per Iudices, & non reperitur lex expressa, quæ det pęna mortis, nos dare non debemus, sed quod hoc prouidere stat in potestate Principis, eo magis quia pędecessores nostri in Magna Curia Vicariæ consueuerunt apponere clausulam in sententijs, quod condemnati perpetuo ad triremes, extra triremes reperti puniantur pęna mortis, quod non alio factum fuisse credendum est, nisi quia simplex condemnatio non operabatur hoc, data contrauentione. Nec obstare dicebantur prædicta, quia postquam sumus in pęna-
11 libus facienda est interpretatio, † vt potius pęnæ molliantur, quam exasperentur, iuxta text. *in l. si præses, & in l. interpretatione. ff. de pœn.* Item dicebatur quod postquam hæc subrogatio est facta ab homine, &

non à lege, est intelligenda eo modo, prout subrogationem prædictam ijdem homines intellexere, qui vt supra est dictum, in condemnationibus perpetuis ad triremes, apposuerunt clausulam prædictam, ex qua aperte apparet, quod citra illam clausulam, noluerunt introductionem huius pęnæ operari in casu transgressionis, quod condemnatus aufugiens, morte naturali moriatur. Item dicebatur, quòd non poterat argui ex tex. *in d. §. calcariam*, quia ibi illud venit ex vi
11 comprehensiua, non extensiua, cùm † appellatione metalli omnia contineantur, quæ effodiendo terram reperiuntur, Alcia. *lib. 1. parergo. c. 39.* vnde decisum fuit, hos aufugientes debere redire in pristinam causam, nisi Iudex in sententia comminatus fuerit pœnam mortis naturalis, & licet subrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur, hoc non procedit perpetuò, sed plures habet limit. positas per Michael Palaez *in tractat. de Maioratu in 4.p. qu. 11. per totam*.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 3. Adde Vrsill. *in decision.* Affli&. *vltima, num. 16.* omninò Farinac. *in tit. de delictis, q. 19. num. 3.* post Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 5. c. 49. nu. 3.*

Num. 4. & seq. Vide Farinac. *loc. supra citato n. 15. 16. vbi refert* pœnam deportationis, & quid in locum pęnæ deportationis successit.

Num. 7. Adde quod secundum hanc decis. iudicauit S. C. Cataloniæ, vt patet *in eius decis. seu capite 41.* sequitur Baiardus *ad Clarum in q. 67. nu. 13.* vbi idem dicit de capto ab hostibus, qui si reuertitur debet transmitti *n. 14.* omninò Caball. *in resolutio. crim. casu 8. n. 48. & 50. qui hanc decis. alleg.*

Num. 8. Adde videndum eundem Farinac. *vbi sup. num. 14.* & Baiardum *loco citato q. 67.* & Petr. Caball. *in casu supra allegato*, & si condemnatus in triremibus ad certum tempus aufugit, si est minus decennio, tempus duplicatur, si verò est de decennio, perpetuatur toto tempore vitæ suæ, secundùm Caball. qui allegat alios in loco supra citato *num. 53.* & in quantum dicitur *hic num. 10.* quod pœna triremium fuit incognita Iurisconsultis, Adde Caball. *qui supra num. 50.* Hanc decis. in puncto principali refert, & sequitur idem Caball. *casu 165.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit in exulatis, & relegatis rumpentibus exilium, vel relegationem, si est præstita cautio, vel non præstita.*
2 *Pœna capitalis simpliciter intelligitur de exilio.*
3 *De condemnatis ad Regias triremes perpetuò, & de quæstione illius.*
4 *An aufugiens à triremibus, puniatur pœna mortis, si non apponatur comminatio.*
5 *Subrogatum an semper habeat naturam subrogati, vide limitationes plures, remissiuè.*

1 AD hanc decisio. adde, † quid sit in exulatis, & relegatis rumpentibus exilium, vel relegationem, si est præstita cautio, vel non præstita, *Regiam Pragmaticam incipien. Philippus in tempo. sub titul. de Relegatis, & nouissimam* Domin. Ioannis de Zunica Principis Petræ Persiæ. 14. *incipien. Ioan. Albi. spectabili.* & vide omninò ad hanc decisio. quæ dico ad decisio. huius Præsi-
2 dentis, *supra 116.* Pœna † capitalis simpliciter intelligitur de exilio. *l. 2. ff. de public. iud. & l. exilium. ff. de interd. & releg.* vbi text. Ad hunc num. 8. & sequentes
3 vsque ad finem, de † condemnatis ad Regias triremes perpetuò, & quæstioni illius nouissimè adde Petrum Caballum *libr. resolutionum Criminalium, Casu 8. incipient. Eximentes, numero 49. & sequen.* † an
4 fugiens à triremibus, puniatur pœna mortis, nisi apponitur comminatio, *vt hic numero 10.* & alia vide ad hanc decisionem de condemnatis ad Regias triremes ex Regijs Pragmaticis, *sub titul. De Condemnatis pro delictis ad Regias triremes*, Petrum Caballum
5 *Resolution. Crimin. Casu 164.* Quamuis † subrogatum habeat naturam subrogati, tamen hoc non semper procedit, sed habet plures limitationes positas per Michaelem Palaez *de Maior. 1. p. qu. 2. per totam*.

ADDITIO D. RICII.

DEportati in insulas, si ab eis recedentes iterum capiantur, in quam pęnam sint condemnandi, hoc dicit. Aduerte quòd hodie pœna deportationis in insulam non est in vsu, & loco ipsius datur ad inseruiendum regi in triremibus pro tempore expresso, Gramm. *decis. 23. in fin.* ad materiam vide Farin. *in tit. de delictis, & pœnis. quæst. 19. num. 14.* Cabal. *resolut. crim. cas. 200. num. 106. & 150.* vbi concludit, hodie successisse pœnam arbitrariam, vide *nostram decis. 113. p. 2.* hanc decisionem allegat Nouarius *in prag. 7. de condemnatis.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus perpetuo ad triremes, vatiens fuga pœna mortis puniendus firmat Dom. Præses.*
2 *Refellitur decisio per Alex. Turamin. Cabal. D. Capibl. & alios.*

1 ALliditur in syrtes determinatio, in hac quæstione, vtrum damnati ad triremes, vel in insulam perpetuò si aufugerint, debeant pœna mortis puniri, vel ad triremes, vel in insulam redire, in qua difficultate in sententiam itum est contra aufugientes, vt debeant pœna mortis puniri, & tenent Roman. *singul. 574.* & ibi Add. & Gomez. *var. tit. de delict. c. 8. nu. 1.* Bursatt. *cons. 416. vol. 4.* Clar *q. 71. nu. 13.* Tusc. *litt. B. conclus. 8.* vbi ita firmat in deportato in perpetuum, nam quando est deportatus infra decennium, duplicatur tempus, & si per decennium, deportatur propter fugam in perpetuum.

2 Contrariam partem in indiuiduo viriliter sustinet Alex. Turamin. *in repet. l. non puto, ff. de iur. fisc. in 1. p. c. 3. num. 62. & seq. vsque ad num. 76.* vbi respondet omnibus motiuis adductis per D. meum contra, quem nominatim discurrit Caball. *resol. crimin. cas. 8. a nu. 41.* qui euertit obiectiones hic adductas, & iuxta hanc opinionem iunctis tribus aulis decisum in S. C. refert Capibl. *in tract. de Baron. pragm. 7. num. 25.* & ab hac sententia recedendum non esse dicit Farin. *in pragm. crimin. litt. B. nu. 44.* Guazzin *in tract. ad defens. in defens. 5. & 33. c. 27. num. 5.* Fontanell. *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 4. num. 62.*

Imò Caball. *nu. 50.* adeò firmiter adhæret suæ opinioni, vt extendat etiam si Iudex comminatus fuisset in euentum fugæ pœnam vltimi supplicij.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sententia Magna Curia, qua habet exequutionem infra certam summam, an si liquidato interesse, illam summam excedat, & victor vult remittere illud superfluum, adhuc sit mandanda exequutioni, & nu.7.*
2 *Fauori suo vnusquisque renunciare potest.*
3 *Actori non licet, quod reo denegatur.*
4 *Sententia qua aliàs non haberet exequutionem, potest habere exequutionem, ex partium consensu.*
5 *Appellatio datur etiam pro minimis.*
6 *Restitutioni in integrum concessa minori, non potest in praiudicium maioris, cui per ipsam restitutionem fuit ius quasitum, minor ipse renunciare.*

DECISIO CXLI.

Exequutio sententiæ Magnæ Curiæ concedi solita intra summam ducat. 150. an si liquidato interesse excedat dictam summam, cui tamen excessui creditor renunciet, sit concedenda, vel deneganda debitore appellante.

PER Regiam Pragmaticam editam tempore Illust. & iustissimi Domini Ducis de Alcalà, huius Regni Proregis, fuit prouisum, quòd sententiæ latæ per Magnam Curiam Vicariæ, infra summam ducat. 150 exequutioni demandentur, præstita fideiussione de restituendo in casu retractationis, quando ab eis, intra legitima tempora appellatur
1 ad Sac. Cons. † Accidit multoties, quòd prolatæ fuerunt sententiæ, per quas conuenti, fuerunt condemnati ad summam duc. 100. vna cum interesse, quod quando debitum, & liquidatum fuisset, excederet summam aliorum duc. quinquaginta. Item quandoque sunt latæ sententiæ, quæ in modico excedebant summam prædictam: Actores dicebāt, quòd ipsi erant contenti, quòd liquidatio interesse fieret pro summa ducat. 50. tantum, & remittebant summam, quæ excederet duc. 150. & propterea instabant pro exequutione sententię virtute prædictæ pragmaticæ, quia postquam id, quod in sententia continebatur vltra summam prædictam concernebat eorum commodum: poterant ipsi eorum
2 commodo renunciare, † ex reg. tex. *in l. si quis in conscribendo C. de pact.* quo renunciato, remanebat sententia infra summam, & sic mandari debebat exequutioni, & sic per vnum ex Dominis prouisum fuit, pro quo faciebat text. *in l. præterea. ff. mand.* per quem tex. dicit Alber. ibi ex mente Iacob. Butrig. quòd si statuto caueatur, quòd debitum ascendens summam 25. librarum non possit peti sine instrumento, & quidam mutauit vltra summam, & vult petere solùm 20. & reliquum remittere, quod non obstet statutum. Cùmque victus ab hoc appellasset ad Sac. Cons. dicebat iunior ex Dominis tunc temporis, quod ipse de hoc dubita-
3 bat, quia non debet licere actori id quod reo non liceret, ex regu. *l. fin. C. de fruct. & lit. expens.* sed reus non posset dicere actori, quòd volebat soluere duc. 50. pro interesse, & liberari à residuo interesse debiti virtute sententiæ, ergo nec actor dicere poterit. Item dicebat regulam esse claram, appellatione pendente nihil esse innouandum, excipit pragmatica sententias infra summam duc. 150. si sententia excedit hanc
4 summam, remanebit hæc sententia sub regula † imò si partes, actor, & reus se concordarent super exequutione, hæc sententia non mandabitur exequutioni tamquam sententia, virtute pragmaticæ prædictæ, sed habebit effectum ex ipsarum partium consensu, iuxta terminos glos. *in l. 2. Communia vtriusque iu.* de qua per Decium, *consil. 499. 4. volum. in finalibus verbis*, & eam dicit notab. Iacob *in l. cum qui iudicare §. lictu. vers. quaero vtrum. ff. de iurisd. omn. iud.* & tanto magis hoc dicebatur esse dicendum, quia pragmatica
5 prædicta est contra regulas iuris communis, † quia etiam pro minimis datur appellatio, vt est text. *in cap. de appellationib. extra de appellatio.* Nec dicebatur, dici hoc concernere fauorem actoris, & per consequens posse ei renunciari, nam hoc non procedit, ex quo lata sententia excedente summam, est quæsitum ius appellandi victo a sententia prædicta, & impediendi exequutionem, non modò respectu eius quod excedit summam, sed etiam respectu eius, quod est infra summam, vnde in præiudicium iuris quæsiti appellanti, non poterit renunciari quantitati excedenti summam in eius prȩiudicium, iuxta terminos *l. petenda C. de temporib. in integr. restit.* secundum quos terminos,
6 † concessa restitutione minori, non potest in præiudicium iuris quæsiti maiori, ipso maiore inuito, minor eam renunciare, prosequitur plenè Afflict. vt cæteros omittam, *in Const. Regni, obscuritatem, in 10. qu. vbi plura in materia, &* Bar. Dec. 352. *visis, 3. col. vers. & sic, in 2. par. intelligendo, vt* per Bar. *in d. l. petenda* declarat Tiraq. *in tract. de tractatu Lignagier, in verbo, finis, nu. 24. fol. 762. ver. 4. quaero cum cæteris congestis infra decis. 269. num. 6.* tanto etiam magis, quia potest plus interesse conuentorum, nec sua bona vendantur prosequi appellationem, & forsan obtinere, quam habere remissionem alicuius modicæ quantitatis, quæ quando obtineret, non diceretur remissa, & sic decisum fuit. Nec obstat tex. *in d. l. præterea*, & quod Iacob. Butrius ibi dicit, quia illud procedit, ex quo statutum prȩdictum est contra ius commune, secundum quod parem vim habent instrumenta, quàm testes, imò testes fortiorem, vt apparet ex dictis *in decis. 278.* omninò & ideò strictè intelligendum. Vnde potius facit pro hac opinione, quam contra, quia in casu prædicto remittendo fit reditus ad ius commune, hic autem remittendo præiudicatur dispositioni iuris communis, secundùm quod à sententia infra summam prædictam datur appellatio. Consueui tamen ego, quando est dubium, an interesse liquidandum sit, & excessurum summam, remittere Magnę Curiæ, quod procedat ad liquidationem, eaque facta, reddat certum Sac. Consil. & habita relatione prædicta postea prouidere.

ADDITIO D. VISCONTI.

VIde ad hanc decisio. Annam antiq. *in sing. 446. & 469* hunc Dominum *infra decis. 308.* Muscatell. *in prax. S. C. in glos. si. nu. 109. in fin.* & Rouitum *in prag. 3. in tit. de Offic. Sac. Cons.* & plura notatu digna per Prosperum Petrum ad Capycium *dec. 29. annot. 1.*

Num. 2. Adde Marsill. *in sing. 361.* vbi etiam in suis damnum potest quis suo fauori renunciare.

Num. 4. Ibi ex ipsarum partium consensu, Vide Affl. & Vrsill. *decis. 117.*

Num. 5. Adde quod appellatur in omni causa, & ab omni grauamine regulariter; vbi non reperitur prohibita appellatio, *vt supra 120. num. 4.* quia appellatio est species defensionis, quæ nemini denegari debet, *vt ibi nu. 5.* Carauit. *in Ritu 256. nu. 1. 2.* Surd. *in decis. 27. nu. 4.* Gratian. *in decis. 86 nu. 5. & 92. nu. 1.* & Rota Lucæ, 97. *in nouis fol. 149.* & nouissimè Farinac. *in 3. volum. quæst. 101.*

Num. 6. Vide Carauitam *in Ritu 90.* & Magrell. ad Bart. *in l. 1. §. nunciatio ff. de noui operis nunc.* & hunc Dominum infra *decis. 269. nu. 3. cum seq.* vbi multa cumulant in materia *l. petenda hic allegatę, &* Musca. *in prax. Sac. Cons. in glos. defendendum num. 2 & seq. fol. 79.*

An appellans inuito appellato, cui ex appellatione est quæsitum ius, possit appellationi renunciare, Vide Ioan. de Amicis *in consil. 92.* & Stephan Gratian. *in decis. 32.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Si non petitur quantitas, sed species, quæ est infra summam, an debeat sententia exequutioni demandari.*
2 *Appellatio admittitur, & impeditur exequutio, si interesse facit excedere summam ducatorum 150.*
3 *Sic si causa sit ducatorum 1000. & cum interesse sit duorum millium sit iunctis aulis.*
4 *Remittens totum interesse, an obtineat sententiæ exequutionem, & quid in remittente partem.*
5 *De sententijs conformibus exequendis, & quando, remissiuè.*
6 *Minor an possit renunciare restitutioni in præiudicium maioris remissiuè.*
7 *Testes, & instrumenta an parem vim habeant, & quando.*

1 ADde omninò de hac decisione si † non petitur quantitas, sed species, quæ est infra summam, si debeat sententia exequutioni demandari, quòd sic, *infra decis.308. & quæ ibi dico*. Sed ad hanc decis. in terminis vide Annam *Sing.496. Sententia*, vbi allegat consil. Alex.90. *Viso*
2 *themate, volum.7.* & videtur concludere, † quòd appellatio admittitur, & impeditur exequutio, si interes-
3 se facit excedere summam ducatorum 150. † Et sic si causa est ducatorum mille, & cum interesse sit duorum millium, quod fiat iunctis aulis. Ad materiam. *l.fin.C.de fructibus, & litium expensis*, vide Ioannem de Amicis, *consil 92. & supra*, Præsidentem, *decis.23. num.9. Ad hanc decisionem* adde Carolum Tappia V.I.D. maximum, & Regentem, *in Pragmatica 1. & incip. Nos autem, 148. colum.1. numer.13. & sequen. & quæ dico infra, decis.305. incipien. In decisionib.* vbi ipse Regens dicit, referente D. Didaco Vera, fuisse deci-
4 sum, † remittentem totum interesse, posse exequutionem obtinere sententiæ latæ pro ipso, remittente autem solum partem interesse, arceri ab exequendo.
5 † De sententijs conformibus exequendis, vel non exequendis, videndus est hic Præsidens, *decis.439.nu. 3. & decis.470. & 510.num.17.* & Thesaurus *decis.122.* ad quas dixi, tàm in ciuilibus causis, quàm criminali-
6 bus. Ad numerum 8. adde † an minor possit renunciare restitutioni in præiudicium maioris, quæ dico *infra decis.269.* & Tiraqu. *de retractu lignagier. §....* & supra Boer. *decis.247. Troisium in Pragmatica 7. num.*
7 *5.* quòd † testes, & instrumenta parem vim habeant. Adde omninò de hoc Axiomate Doctor. *in l. in exercendis, de fide instrumentorum, & ad decisio.278.* & Tiraqu. *de retractu, §. octauo, glos.* Alex. *ad Bart. in l. contrahuntur, ff. de pignorib.* Hippolytus *Singul.61.* latè Mangrella, *in rubr. de probat. & ad l. in exercendis*. Ad hanc decis. videndi sunt Hieronym. Gabriel. *consil.56. incip. Quæstio proposita, num.8. versic. etiam si actor. volum.1.* & ipsemet Præsidens *in decis.164. num. 6.* qui contrà sententia ponit. Quòd autem victor pro habenda exequutione, non possit dicere quòd sententia ex quater infra summam, ad euadendum prouisionem Statuti, Anna patet, in terminis, *Sing. 469. incipien. Sententia*. Et Consiliarius Anna, *in Additionibus nouissimis, qui de hac decis. meminit.*

ADDITIO D. RICII.

EXequutio sententiæ Magnæ Curiæ Vicariæ concedi solita intra summam ducator.150. an si liquidatio interesse excedat dictam summam, cui tamen excessui creditor renunciet, sit concedenda, vel denegan da debitore appellante, hoc dicit, adde Rouit. *in prag.3.n.4. de off. Sacr. Cons.* & quæ ad eandem pragmaticam adduxit eruditus Nouarius *in suis reportatis* Tapia *in prag.1. de off. Sacr. Consil nu.14.* refert, quòd cùm quidam obtinuisset sententiam pro summa ducatorum quadraginta vnà cum interesse liquidando, & actor renunciasset reo totam quantitatem interesse, Sac. Consil. iudicauit sententiam Magnæ Curiæ Vicariæ fore exequendam nam renunciabat totū interesse, non partem, & sic erat potius declaratio, sibi non competere interesse, quàm reum grauare exequutione, Muscatell. *Sac. Consilij libr.1. part.7.* & vide *nostram Collectaneam 183.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Mag. Cur. Vicar. excedens summam ducatorum 150. an debeat exequi si victor remittat superfluum.*
2 *Reg. Tap. & Reg. Rouit. & alij impugnant decisionem.*

1 INtermiscetur nunc quæstio, an stante pragmatica concedente exequutionem sententijs Mag. Cur. Vic. latis infra summam 150. si fuit facta condemnatio in quantitate, quæ iuncta cum interesse excedit dictam summam, si victor velit remittere illud superfluum adhuc sit mandanda exequutioni sententia, & respondetur in fauorem condemnati, vt non possit remitti superfluum, vt tenent Cancer. *lib.3. variar. cap.17. de sentent. & car. exequut. n.315. vsque ad nu.317.* Azeued. *de Cur. Pisan. lib.4. cap.6. à nu.22.* qui tradit ante sententiam posse petij minorem summam, & remitti residuum, & cum decisione concordat Anna *singul. 466. & 469.*

Ratio est secundum Cancer. quia sententiæ sui natura sunt indiuisibiles, quamuis summa contenta sit diuisibilis, *l.2.C. de rei iudic.* & cōsensus vnius partis circa diuisionem sententiæ non potest alteri nocere.

Obloquitur contra D. meum Muscatel. *in praxi p.7. glos. condemnando*, qui autumat dicere quòd potuissent validissimæ rationes adduci pro actore, sed concludit inconueniens esse disputare contra determinationem S. C.

2 In puncto autem quæstionis contra opinionem Cancerij, & asseclarum tenet Reg. Rouit. *in pragm.4. de off. S. R. C. numer. 10.* qui allegat Bouadil. tenentem posse in totum remitti maiorem quantitatem, renunciando interesse, vt iudicatum refert Reg. Tapp. *de off. S.C. pragm.3. num.15.* quasi sit potius declaratio non competere interesse, quam reum grauare in exequutione sententiæ.

Anceps sum in hac controuersia, quia motiuum decisionis est, quia pragmatica, seu ritus est contra ius cōmune, & quando sentētia est maiori summa reditur ad illud quod fauorabile est; Vnde idem Cancer. *n. 103.* ex eadem ratione tradit, quòd si sentētia ex vna actione condemnet ad minorem summam, & ex alia ad maiorem quòd admittēda sit cumulatio ad impediendam exequutionem, & idem tenet Rouit. *vbi sup. n.12.*

Impensius hæsito, quia contra opinionem Cancer. teneat plures legum Proceres, & in specie Rebuff. *in comment const. Franciæ in tit. de expens. art.16. glos.7. num. 3.* quem sequitur Scacc. *de appell. qu.17. limit. 6. memb.9. num. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Magna Curia Admiratiæ habet iurisdictionem in eos, qui viuunt ex arte maris.*

2 *La-*

2 *Latrones publici dicuntur, qui in mari furantur.*
3 *Via publica, quæ dicatur.*
4 *Latronum appellatione in stratis publicis, continentur etiam latrones in mari.*
5 *Via, & strata appellatione continetur iter.*
6 *Delicta commissa in mari cognoscuntur ab eis, qui habent iurisdictionem in Territorio adiacenti, & propinquiori.*
7 *Exceptio debet esse de regula.*

DECISIO CXLII.

Delinquens in mari si præuentus fuerit à Magna Curia Vicariæ sit remittendus ad Magnam Curiam Admiratiæ habentem iurisdictionem in eos, qui viuunt de arte maris.

Magna Curia Admiratiæ habet in hoc Regno iurisdictionem in certum genus per-
1 sonarum, † & signanter in eos, qui viuunt ex arte maris, accidit quòd quidam ex prædictis more piratico commiserunt furtum in mari, quos Magna Curia Vicariæ carcerauerat, præueniendo Magnam Curiam Admiratiæ, petebat Magnus Admiratus remissionem huius causæ, quia cùm ipsi Curiæ sit cognitio demandata in prædictum genus personarum, censebatur alteri sublata ex decisio. Ang. *in l. testamenta omnia C. de testam.* Dicebat Dominus aduocatus fisci, patronus Magnæ Curiæ, adesse Regiam Pragmaticam, quæ incipit. Item quod officiales Regij, inter Pragmaticas Caroli V. expeditas Neapoli anno 1536. qua cauetur publicos latrones, & disrobbatores stratarum, vt verbis pragmaticæ prædictæ vtar, posse puniri, & castigari à quocumque capiente conueniunt enim prædictis delinquentibus verba
2 Pragmaticæ; † Publici enim latrones dici possunt, postquam publicè, & in loco, non modo publico, sed communi, prout est mare, furabantur. Item, & disrobbatores stratarum publicarum, inter quos connumera-
3 bantur, qui in mari furantur, † illa enim dicitur via publica, quæ à publico incipit. & ad publicum desinit. *l. fi. ff. de locis, & itineribus publicis*, & licet Pragmatica loquendo de stratis publicis, videtur loqui de vijs publicis in terra, prout ex aduerso dicebatur, hoc non
4 esse verum, † quia appellatione disrobbatorum in stratis publicis, veniāt etiam disrobbatores in mari probatur ex rub. *ff. ne quid in loco publico vel itinere fiat*: & tamen sub dispositione tituli prædicti, qui videtur loqui de locis, & itineribus publicis in terra, comprehenditur id, quod in mari gestum est, vt est tex. *in l. 3. ff. eo tit.* ad idem tex. *in l. 1. §. ait prætor, cum § sequent. ff. de flumini.* vbi verbum, iter, applicatur ad nauigium, seu na-
5 uigationem, quod † verbum, iter, appellatione stratæ, seu viæ comprehendi, non est dubium. *§. 1. Instit. de seruit.* si igitur hoc verbum iter, cadit in nauigantem, ergo comprehenditur sub dispositione Pragmaticæ, quæ dat iurisdictionem contra disrobbatores in itineribus, seu stratis publicis, postquam furans in mari, dicetur furari in itinere publico imò communi, & propterea Pragmatica prædicta comprehendet hunc casum, tamquam magis exorbitantem, & per hoc responsum ad id, quòd dicebatur, quod postquam hæc Pragmatica erat exorbitans, quia tollebat ius commune, & priuilegium etiam Baronibus, non erat extendenda ad delicta commissa in mari, quia hoc non procedit per viam extensionis, sed per viam comprehensionis. Item dicebatur hoc etiam colligi ex Pragmatica, alio modo ponderando, dicit enim delinquentes esse capiendos à quibusuis, deinde esse remittendos ad Iudices Territorij, in quo fuit commissum delictum, excipit deinde latrones publicos, & disrobbatores stratarum publicarum, contra quos dat præuentionem capienti, sed de
6 iure, † delinquentes in mari, debent puniri per eum, qui habet iurisdictionem in Territorio adiacenti, & propinquiori, tamquam quod delictum sit in eius Territorio commissum, vt dicit Bart. *in l. 1. C. de class.* & ibi melius Angel. *lib. 10.* plenè Cepol. *in tit. de mari* ergò, vt bona sit exceptio, dicendum est, quod excipiebat ab eo latrones publicos, & disrobbatores stratarum publicarum, vel in mari, vel in terra, vt quemadmodum
7 regula sit generalis, † ita & exceptio, quæ debet esse de regula, vt in vulgar. tanto etiam magis, quia hæc Pragmatica, licet fieri potuit per viam legis, etiam quod priuato auferetur ius secundùm Bart. *in l. Antiochensium. ff. de priuileg. creditor.* quod ius priuatorum, nec etiam per Pragmaticam prædictam tollitur, etiam quando accideret in vassallis Baronum, quia omnibus potest prodesse, & abesse.

ADDITIO D. VISCONTI.

Vide infra *decis. 342. & 426.*
Num. 2. & seq. Adde Follet. *in ver. & si confitebuntur nu. 104. fol. 311. &* Muscatell. *in prax. crimin. fol. 160. cum seq.* Grand. de bello exulum *fol. 62. à terg post num. 2.*
Num. 4. 6. Adde Grand. de bell. exulum *nu. 4. fol. 81.* vbi extendit potestatem militarem etiam contra piratas ex rationibus hìc allegatis, & alijs, vt ibi B[illegible]iard. *ad Clar. in q. 38. nu. 4.* Vide si conferunt scripta per Bellugam *in Speculo Princip fol. 151. à terg.* Piratæ enim ipso iure sunt diffidati, contra quos multa scribit Stracca *in tract. de mercatu. fol. 157. num 29. 30. 31. in paruis.*
Vide si contra hanc decis. faciunt, in fauorem Magni Admirati scripta per insignem Annam Modern *in suo eleganti cons. decis. 107.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Declaratur Pragmatica de qua dic, vt non procedat, si delinquens capitur ab vno Iudice, & traditur alteri, nam recipiens non intelligitur præuenire.*
2 *An procedat Pragmatica prædicta, etiam si sint vassalli Ecclesiæ delinquentes.*
3 *Quando plures sunt delinquentes, & capiuntur à diuersis tribunalibus, tribunal maius an petat alios delinquentes à Barone, vel Iudice inferiori.*
4 *Via publica quæ dicatur remissiuè.*
5 *Appellatione viæ publicæ an veniat strata remissiuè.*
6 *An sit idem, esse latronem viæ publicæ, & stratæ publicæ.*
7 *Via publica non probatur, si testes dicant, continuò itum fuisse.*

1 Ad hanc decisio. adde aliam † declarationem ad Pragmaticam, in hac decisio. allegatam, vt non procedat si delinquens capitur ab vno Iudice, & traditur alteri, nam recipiēs
2 ipsum non reputet, cùm ipse non cepit. † An procedat prædicta Pragmatica, etiam si sint vassalli Ecclesiæ delinquentes, Camill. Salernus *in Consuet. Neapo. Proœmio. §. præfatis. ibi: pro Conclusione*, & † quid quando
3 plures sunt delinquentes, & capiuntur à diuersis tribunalibus, tribunal maius non petat alium delinquentem à Barone, vel Iudice inferiori, sed suum delinquentem captum tenet, *infra decis. 426.* dis. utitur articulus, li-
4 cet non dicatur. Ad nu. 3. adde, † quæ dicatur via publica, Gram. *consil. Ciuili 132. latissimè.* Benedictus *in tractatu de iure congrui, §. final. num. 1.* & Scriben-
5 tes *in Consuet. De iure congrui. Neapo.* quod † autem appellatione viæ publicæ non veniat strata, Bonacossa *quæstio. criminalibus verbo via publica.* Et Firmanus in suo Repertorio verb. via, & sic ille videtur
6 dicere, quòd † non est idem, esse latronem stradæ pu-
7 blicæ, & viæ publicæ. Nota autem quò † † via publica non probatur, si testes dicant continuò itum fuisse.

Ber-

Bertach. *verbo via*, *num*.10. Arnon. *Problemate* 91. *Sapè*. Cępolla *de seruit. via*, *nu*.18. Franciscus Marcus *decis. Delphinatus* 504. & Bart. *in l.1.ff. de his, qui deiecerunt, vel effuderunt*. Borgninus nouissimè *in dec*.4. *incipien. egit Pasquinus latissimè*, & *signanter*, *nu*.66. Ad hanc decisionem nouissimè adde Regentem Tapiam *in rubrica de officio Admirati*, *in lib*.2. *de Iure regni*, *nu*.383. & quæ dico *ad decis. huius Præsid*. 417. & 470.

ADDITIO D. RICIL

DElinquens in mari, si pręuentus fuerit à Magna Curia Vicariæ, an sit a imittendus à Magna Curia Admiratiæ habente iurisdictionem in eos, qui viuunt de arte maris. Ad materiam adde *nostram resolut*.13. *tom*.2. vbi habes, quòd latrones, & disrobbatores maritimi non gaudent immunitate, & quòd furans in mari dicitur furari in publico itinere, & quod dicitur de terra, iudicatur etiam de mari terræ adiacenti, & mare cohæret territorio vsque ad centum milliaria, & iurisdictio intra mare protenditur à littore vsque ad centum milliaria, & vectigal sicut potest exigi in terra, ita potest exigi in mare.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Nautæ derobbantes in mari si capti sint per Baronem debeant remitti ad Magnum Admiratium.*
2 *Vnicum furtum an faciat potiorem Iudicem in captura præuenientem, & num*.3.
4 *Resoluitur difficultas de nautis derobbantibus captis per Baronem.*
5 *Barones an habeant iurisdictionem in mari adiacenti eorum territorio, & quatenus se extendat.*
6 *Refelluntur D. Præses, & Reg. Constantius per Reg. Sanfel.*

1 CRedendum aut sit huic decisioni examinare oportet, & præmittitur quòd disrobbatores stratarum puniri possunt à quolibet Iudice ipsos capiente in Regno virtute *pragm*. 5. *tit. vbi de delict. quis conuen. deb.* quæ procedit etiam in piratis; hinc dubitatum fuit, an nautæ disrobbatores in mari capti à Iudice loci deberent remitti ad Magnū Admiratium, & negatiuam opinionem probat Dom. meus, cum quo transit Rouit. *in d. prag.* Mastrill. *de Magistr. lib*.4.*c*.16.*n*.220. & Reg. Lacr. *dec*.155. *à n*. 16. *per tot*. contra nautas, qui disrobbarunt, & occiderunt in eorum Cimba quemdam Equitem Hierosolymitanum, & eius famulum proiecerunt in mari, dum eos vehebant versus Insulam Melitæ, piratæ etenim assimilãtur disrobbatoribus viarum *l. in rebus, ff. commod.* & piratæ vocantur latrones *in c. Regni Prouisa iuris sanctio*. Duard. *in Bulla Cœnę lib*.2. *can*.3.*q*.2.

2 Inspectiones duæ erunt discutiendæ in hac decisione, prima vtrum pragmatica, quæ tribuit ius dicendi potestatem contra disrobbatores stratarum Iudici pręuenienti locum habeat, si non constet, nisi de vnico furto.

Dubitandi ratio est, quia publicus latro dicitur, qui pluries in vijs publicis depradatur, *l. capitulum, §. grassatores, ff. de pœnis* Farinac. *de furt. q*.166.*n*.14. Capoblanc. *de Baron. tom*.2.*c*.51.*n*.2. Giurb. *cons*.90. Burg. *de mod. proced. ex abrupt. cap*.23. *n*.102.

3 Contrarium verius probat Merlin. *contr. lib*.1.*c*.17. in terminis d. pragmaticæ ea ratione, quia in Regno nō sit necessaria frequentia requisita *in d. §. grassatores*, sed pro vnico furto in via publica imponitur pœna mortis, & per modum legis possit Princeps præiudicare iuribus priuatorum conuallando tradita hic *num*. 7. per pragmaticam tollatur ius Baronibus, nam potius tribuitur iurisdictio, quam non habent, quando secus ceperint latronem, ex qua captura fundatur iurisdictio & sic potest prodesse, & nocere pragmatica Baronibus, vnde ipsi non possunt conquæri, vt aduertit D. meus *in fine*, & cum eo Merlin. qui ita in fine tradit iudicasse, & est pulchra allegatio penes Thor. *in Cod. rer. indic. p*.1.*cas*.26.

4 Maturius nihilosecius cogitandum existimo, quia ex vnico actu quis non dicitur publicus latro, & sic remissioni debet esse locus ad Barones, & ita decidisse refert Mastrill. *dec*.147. qui benè verū ducitur in eam sententiam, quia delictum erat commissum in campis non in via publica, & tenet Danz. *in tractat. de pugn. doct. sub tit. de pot. ad mod. belli c*.3. & 4. vbi concludit esse terminum concedendum Baronibus pro remissione vassallorum instantibus inquisitorum de furto in strata publica, & refert pluries decisum Thor. *ver. remissio latronis p*.3.*sect*.3. Peguet. *dec*.40.*num*.6. Giurb. *cons. crim. rubr. de furt. n*.55.

Altera est inspectio de nautis, & subditis Magni Admiratij in puncto decisionis, & verius censeo esse remittendos, cum Magnus Admiratius habet clausulam abdicatiuam, & priuatiuam, vt infra *dec*.417. vt ad fauorem Sac. Hospitalis D. M. Annunciatæ Neapol. Dominæ terræ Petrefusorum habentis iurisdictionem cū d. clausula decisum per Mag. Cur. Vic. refert Thor. *vbi sup.* & pragmaticam concedentem pręuentionem non comprębendere Neapolitanum refert decisum Vrsill. & Afflict. *dec*.47.*n*.9. quidquid velit Montan. *de Regal. ver. viæ publicæ*.

5 Delinquentes in mari cognoscendos esse per Iudicem territorij, cui mare adiacet per centum milliaria intus mare, vt post D. meum. *n*.6. & Bart. *in tract. de insul.* firmant Angel. & alij *in l. vnic. C. de classic. lib*.11. Osasch *dec*.115. Giurb. *cons*.79.*n*.30. Bellug. *in specul. Princ. rubr*.30. *§. pari ratione hinc in tex. in cap. licet de fer.* statuit Summus Pontifex decimas piscium soluendas esse Ecclesijs terræ propinquioris, vt aduertit *ibi glos.* quod censetur decima quasi prædialis, latè Regens Constant. *in l. vnica, C. de classicis lib*. 10. fertur enim iurisdictio tamquam spiritus super aquas, & in omnibus elementis considerari potest, Capyc. *dec*. 27. sed in Regno non procedit assertum, quia cognoscit Magnus Admiratius de omnibus delictis in mari commissis, ita in puncto notat Reg. Sanfelic. *dec*.419.*n*.16.

6 qui de priuilegijs Magni Admiratij plura scribit, signanter quod viuentium ex arte maris veniunt piscatores, venditores piscium, aliorumque fructuum maritimorum, nautæ fabricatores Nauium, Triremium, aliarumque Cimbarum, funarij, magistri catetari, & potestas extenditur in Viceadmiratos famulos actuarios seruientes Curię, & alios, de quibus *in cit. dec*.419. & Cancer. *lib*.3. *var. c*.13. *de iur. Castror. n*.236 probat communem esse sententiam Dominum Castri non habere iurisdictionem in mari adiacenti territorio sui Castri, & maria sint Principum.

SVMMARIVM.

1 *Magna Curia Vicaria virtute capituli Regni habet præeminentiam, quod possit torquere reos, ex processu informatiuo.*
2 *Magna Curia Vicaria non vtitur tali præeminentia, nisi in atrocioribus delictis.*
3 *Mandatum Regium pro inferenda tortura Neapolitanis, hodie non potest expediri, nisi re communicata cum Regentibus Magnę Cur. Vicarię.*
4 *Sacrum Consilium non cognoscit, an sit casus in quo debeat,*

debeat, vel non habeat concedi dispensatio pro inferenda tortura contra Neapolitanum, sed bene, an adsint, vel non, indicia sufficientia ad torturam, & seq.

6 *Magna Curia exemplum omnium Curiarum Regni.*

7 *Ritus Magnæ Curiæ sunt obseruandi per officiales inferiores.*

8 *Iudices Magnæ Curiæ habent iurisdictionem ordinariam.*

DECISIO CXLIII.

Appellatum si fuerit à Magna Curia habente præeminentiam torquendi reos ex processu informatiuo ad Sacr. Consilium, eius partes tantum erunt cognoscere an adsint, vel non, indicia sufficientia ad torturam, non verò an sit casus in quo debeat, vel non concedi dispensatio pro tortura inferenda.

1 Magna Curia Vicariæ, per Capitulum Regni, quod incipit, si cum sceleratis, † habet præeminentiam, quòd potest torquere reos ex processu informatiuo, de quo capitulo meminit Paris. *in vers. tortura, in tract. de sind.* & meminerunt alij Moderni Neapolitani, quos congerunt nouissimi Campani *in commento ad Capitulum prædictum*, & licet ipsi dicant multa requiri, ad hoc, vt Magna Curia possit dicta præeminentia vti, & Foller. in C. reg. item dira, & durs. nihilominus hodie Magna Curia ea vtitur, non adhibitis alijs circumstan-
2 tijs † nisi grauitate delicti, & vrgentia indiciorum, verum, si is contra quem profertur decretum torturæ, appellat ad Sacr. Cons. & non est ciuis Neapolitanus, nos in Sacro Cons. videmus an sit casus in quo Magna Curia possit vti præeminētia prædicta, & an sint indicia vrgētia? Fidelissima Ciuitas Neapolis, ægrè ferens quòd Magna Curia vtebatur præeminentia prædicta contra ciues, supplicauit Serenis. Regi Catholico, tolli hunc abusum, quo Magna Curia sub nomine præeminentiæ vtebatur, & Rex Catholicus, decreuit seruari iura, Constitutiones, & Capitula Regni, sublato quouis abusu, vt refert Afflict. *decis.* 391. verùm quia sic etiam Magna Curia continuabat præcedente mandato, & ordine Illust. Proregis, supplicatum fuit Cæsareæ Maiestati, vt mandaret, hoc non debere fieri, etiam de ordine dicti Illust. Proregis, quod Cæs. Maiestas, denegauit in anno 1532. declarās, hoc non expedire Reipubl. verum quod iniunget Proregibus quod hoc non faciant, nisi ex maximis, & iustissimis causis, ad salutem Regni, & Reipublicæ spectantibus. Deinde in anno 1539. fuit petitum, & obtentum, non posse concedi mandatum Regium, seu dispensationem, nisi cum consil. o, & voto, saltem vnius ex Regentibus, & iterum in anno 1554.
3 prouisum fuit, quòd de cætero † non expediantur mandata Regia pro tortura inferenda Neapolitanis, pro quouis delicto nisi communicata cum Regentibus Regiæ Cancellariæ, & seruata forma Capitulorum, & Constitut. Regni, sublato quouis abusu, excepto crimine læsæ Maiest. & sic hodie seruatur, quia hodie Magna Curia capta informatione, propositaque causa per Iudicē, quia causa committitur coram alijs Dominis Iudicibus: si eis videtur delictum graue, & indicia adesse referunt in scriptis D. Proregi, adesse indicia ad torturam, esseque casum, in quo præuia dispensatione ipsius, tortura prædicta potest inferri ex processu informatiuo. Accidit, quòd torquendus Neapolitanus, appellauit ad Sacr. Cons. & prætendebat, indicia non extare, & quatenus adessent, dicebat, quòd non erat casus, in quo dispensari potuisset capitulis prædictis in fauorem Neapolitanorum emanatis, & quòd inquisitus debebat audiri in suis defensionibus. Replicabatur contra in-
4 quisitum, † quòd partes Sac. Consil. non erant, nisi in cognoscendo, an adsint, vel non adsint indicia sufficientia ad torturam, de quo Regium Collaterale Cons. non cognoscit, sed an sit casus in quo debeat, vel non debeat concedi dispensatio contra Neapolitanum; dicebatur hoc esse concessum, etiam ad Neapolitanorum petitionem Illust. Domino Proregi, communicato negotio cum Regentibus vnde postquam Magna Curia sic retulit, & Illustris. Dominus Prorex cum Dominis Regentibus sic dispensauit, approbando relationem Magnæ Curię, hoc non erat nostrum cognoscere, sed si in dispensatione prætendebatur grauamen, dictus Illustris. Dominus debebat adiri. Exorta prædicta difficultate in Sacro Consilio, fuit visum Domino Præsidi Salernitano, de hoc consulere Illust. Proregem, qui mandauit omnes Consiliarios debere congregari in Collaterali Consilio, pro decisione huius difficultatis, & tandem omnibus congregatis, qui fuimus nouem cum tribus Regentibus ex quo cæteri erant absentes, & infirmi, maxima pars Dominorum
5 fuit in voto, † Sacrum Consilium non posse, nec debere cognoscere, nisi tantum, an Magna Curia bene retulerit adesse, vel non adesse indicia: non autem an sit casus, in quo inspecta qualitate personæ, & delicti, potuerit, vel possit per Illust. Proreges dispensari, quod per Capitula prædicta fuit demandatum ipsis Proregibus cum Consilio Dominorum Regentium; vnde cognito negocio per eos, nostrum non est super hoc iudicare ex qua declaratione multoties Neapolitani conquesti fuerunt, & conqueruntur, quia quando tractatur de tortura exteris, inferenda ex processu informatiuo audiuntur in Sacro Consilio super omnibus prius Aduocati, & multoties releuantur, quia ex dictis partium, & Aduocatorum, causarum secreta panduntur, quando verò contra eos tractatur, audiuntur tantum in Magna Curia, & quando Magna Curia est voti, adesse indicia, & posse dispensari, refert in scriptis Illustris. Proregi, & per Dominos Regentes, in dorso eiusdem relationis, non auditis super hoc partibus conceditur licentia, seu dispensatio, & memini, post prædicta fuisse nobilem Neapolitanum inquisitum, sub titulo homicidij appensati, & contra eum ad relationem Magnæ Curiæ expeditam dispensationem, & nobilem prædictum appellasse ad Sac. Consil. à decreto torturæ, & quia nos non valebamus cognoscere, nisi vt supra, obtinuit inquisitus, quòd Sacrum Consilium cum iudice Magnæ Curiæ causæ Commissario, faceret relationem in Collaterali Consilio, in quo discussis indicijs, & casu, coram D. Locumtenente generali, visum fuit, non esse casum, in quo deberet concedi dispensatio, etiam ex depositione testium Regij fisci, & sic fuerunt datæ inquisito defensiones, quibus factis, etiam Magna Curia decreuit ipsum torquendum, & interposita appellatione ad Sacrum Consilium fuit per eos prouisum, quòd citra torturam causa expediretur, & sic postea fuit liberatus. Posui hanc decisionem, quia non memini super hac discussione fuisse scriptum decretum, & hodie vadit per ora iudicum per traditionem sicut, & multa alia reperientur tamen hæc omnia pœnes Magnif. Secretarium Sacri Consilij in vno ex libris votorum, per me tunc iuniorem in Aula scriptis, sub die 12. Septem-
6 bris 1569. posui etiam eam, quia † licet Magna Curia sit, & esse debeat exemplum omnium Curiarum huius Regni, quod etiam colligitur ex text. *in § final. Institut. de satisd. pulchrè* Frecc. *in tract. de præsen. instrum. p.* 15. *per tot. fol.* 192. *in nouis.* post Iser. *in constit. reg. si quis in posterum* 4. *col. vers. nonatas* vbi etiam Affl. 14. *notab.* hoc non procedit in modo, procedendi, sed in decidendo, vt benè declarat Affl. *in Constit. nihil veterum, in vlt. not.* & circa exactionem actorum, vt dicit Pragmatica Reg. Ferdinandi primi suscepti adeò
7 regiminis, fol. 452. † & Ritus Magnæ Curiæ sunt seruandi per omnes iudices inferiores, Capic. *in inuest. in vers. feud. officiorum, f.* 272 *colum. in fin. in vers. Ritus*, quod prius dixit And. *in repert. ad const. in ver. ritus*, & quia supra incidenter facta est mentio iudicis Magnæ

Curiæ

Curiæ, cum qualitate, quod erat Commissarius causæ,
8 aduertendum, † quòd iurisdictio, quę resistet penes dictos iudices, est ordinaria, & priscis temporibus causæ non committebantur, adeo, quod id quod vnus inceperat, alter finiebat, sed quia maxima oriebatur confusio, & oriebantur etiam inconuenientia, Dominus Regens Magnæ Curię hodie distribuit causas, verum ex hac distributione, non tribuit aliquam iurisdictionem, quia erit potius causæ partitio, & diuisio, quam commissio, ita in specie dicit Bal. *in l. fin. col. fin. ver. sed facit. C. vbi Senato. ve. Clariss.* licet aliter videatur sentire Frecc. *in cap. 2. officium fol. 24. à tergo*.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. ibi nisi grauitate delicti, & vrgẽtia indiciorum; Adde Grand. *de bello exulum fol. 27. vbi* hunc locum alleg. & sequitur Baiard. ad Clar. *in qu. 64. num. 88. vbi meminit de hac decis.*

Num. 6. 7. Adde Carauitam *in Ritu 1.* & hunc Dominum *decis. 253. num. 6.* Viuium *dec. 127. n. 5.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *De praeminentia Magna Curia circa torturas, & eius practicam in Regno, remissiuè.*
2 *Ciues Casalium Neapolitanorum diuisorum iurisdictione, an gaudeant priuilegio Neapolitanorum.*
3 *Hoc priuilegio non solùm gaudent Neapolitani degentes Neapoli, sed etiam homines Casalium, & non solùm Casalium vnitorum iurisdictione, sed etiam iurisdictione diuisorum.*

1 AD hanc decisio. adde omninò de † præeminentia Mag. Curiæ circa torturas, & eius practicam in Regno omninò Io: Grand. *de bello exulum, mihi fol. 27. n. 13.* vbi latissimè ponit Practicam, & meminit de hac decisione Præ-
2 sidentis. Sed an † ciues Casalium Neapol. diuisorum iurisdictione, gaudeant priuilegio Neapolitanorum, *infra decis. 316. &* de hac præeminentiali tortura, vide Doctorem Papa Campaniensem, de tortura ex informatiuo: Sed nouissimè post alios impressos, doctissimum Regentem Tapiam *in lib. 2. de iure Regni Neapolitani, p. 266. à num. 1. vsque ad 18. inclusiuè, vbi plura.* Sed de priuilegio Neapolitanorum dignè concesso, *in Capitulo, Item atteso, pag. 217. n. 1. & 2. latè, doctè, &*
3 *eleganter.* Ad num. 3. adde, † quòd non modo Neapolitani, gaudent hoc priuilegio, sed etiam homines Casalium, & non modò Casalium vnitorum iurisdictione, sed etiam iurisdictione diuisorum, vt dicit Præsidens, *dec. 319. num. 42.* Ad num. 6. Carauita, *Ritu ... p. 1. latissimè.* & Pamph. Molfes. *ad Constit. Ciuiliter agens*, & Bartholomæus Bonelius, ad *Const. Regni, In pecuniarijs*.

ADDITIO D. RICII.

APpellatum si fuerit à Magna Curia habente præeminentiam torquendi reos ex processu informatiuo ad Sacrum Consiliũ, eius partes tantum erunt cognoscere, an adsint, vel non, indicia sufficientia ad torturam, non verò an sit casus, in quo debeat, vel non, concedi dispensatio pro tortura inferenda, hoc dicit. Notandum est, quod non solum permissum est appellare à decreto torturæ, sed etiam à comminatione ipsius, & ita iudex supersedere debet, prout quotidie practicatur, & obseruatur, vt refert Carauit *in tit. 259. num. 14.* Gram. *super cap. Regni fol. 133.* Farinac. *in tit. de indic. ad tor. q. 38. num. 15.* Pap. *in tract. ad Arbitr. Mag. Cur. Vicar. c. 2. n. 77.* Attamen prædicta decisio nunc obseruatur pro practica, & ideo quando quis appellat à decreto torturæ ad Sacrum Consilium, discutiuntur grauitas delicti, qualitas personæ, & sufficientia indiciorum, & ita seruari vidisse ait Mau. Bur. *tr. de modo procedendi ex abrupto q. 64. sub n. 14.* Aduertendum est etiam, quòd ad hoc, vt possit procedi ad torturam ex processu informatiuo plura requiruntur, quæ vide penes Campeg. *in c. si cum sceleratis*.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Qualis sit præeminentia M. Cur. Vicar. torquendi reos ex processu informatiuo.*
2 *Contra quos non habeat locum dicta præeminentia.*
3 *An possit repeti tortura, & refelluntur Burgos. & Merlinus.*

1 REcensentur nunc nonnulla de præeminentia quam habet M. C. V. torquendi reos ex processu informatiuo non data copia repertorum, neque datis defensionibus per litteras Roberti Regis, *ex cap. Regn. si cum sceleratis*, & hoc in delictis grauibus, vt assassinio disrobbatoribus publicarum viarum, incendiarijs alisque committentibus grauia crimina Afflict. *dec. 391.* & vltra grauitatem delicti, debent adesse indicia sufficientia ad torturã, vt *n. 2.* Mauson. *de contraban. q. 10. n. 38.* Gramm. *cons. crim. 64. num. 1.* R. de Marin. ad Reuert. *obs. 415. num. 1.* vbi docet reum posse subijci quæstioni concurrentibus delicti atrocitate, qualitate personæ, & indiciorum sufficientia.
2 Magna Curia Vicariæ non potest procedere ad torturam ex processu informatiuo contra Neapolitanos ex *prag. 5. de immunit. Neapol.* & procedit etiam in ciuibus Casalium, vt dicetur *obs. 316.* & extenditur, vt nõ possit contra Barones habentes vassallos dato quod non sint ciues Neapolitani, sed exteri, vt *ex pragm. 22. de Baron.* sed cum dispensatione Proregis, in qua debent interuenire vota omniũ Regentium, vt *ex prag. 5.* & traditis hic *n. 3.* vbi quòd si appellatum sit à M. C. V. potest illud cognoscere tantùm si indicia sint sufficientia ad torturam, sed non si dispensatio sit iustè, vel iniustè concessa.
3 Tortura semel illata contra Neapolitanum ex processu informatiuo præcedente dispensatione Proregis, an repeti possit absque noua dispensatione, & negat Merlin. *contr. 51. lib. 1.* nisi in dispensatione adsit clausula toties quoties Nouar. *super pragm. 5. n. 7.* qui nec vltra duas vices tali vsu tradit vti posse, si autem non ageretur contra Neapolitanos & Barones, an possit repeti tortura ex processu informatiuo, in hac re ex Grãmar. Io: Ant. de Nigr. & Burg. Merlin. *d. c. 11. n. 17.* negat, & Scialoya *in praxi torquend. reos c. 6. n. 75.* se inuoluit, sed in praxi affirmatiua opinio recepta est, ita pluries practicatum refert Thor. *ver. Tortura an repeti possit par. 3.* nam reiteratio torturæ relicta est arbitrio Iudicis, vt Muta *in c. Regn. 40. Regis Ioannis n. 64.* & Ant. de Ball. *in tract. crimin. tit. de quæstion. & torment. q. 17. n. 1.* & in hominibus malæ vitæ, & quando indicia sunt vrgentia per torturam semel illatam non purgantur inditia quod intelligendum in delictis grauibus & incontinenti, vt si serò infertur, & apparet reum esse induratum, de mane continuabitur tortura, quæ non vocatur repetitio, sed continuatio ita R. Tap. *dec. S. C. 22.* & cum bis fuerit tortus, & non confessus procedirur datis terminis, ita Muta *n. 30.*

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Præcedere quis debeat si plur bus eadem dignitas, eodemque tempore est collata.*

2 *Præcedere ille debet officialis, qui prius fuit assumptus ad m gistratum, quamuis vltimo Doctoratus, fallit, num. 3. & se.*

DECISIO CXLIV.

Officialis, ex tribus eodem tempore electis, quis præcedere debeat.

DOmini Alphonsus de Salazar, nunc Regiam regens Cancellariam, Annibal Moles, & Francisc. Antonius de Dauid, vno, & eodem tempore de mense Nouembr. 1566. fuerunt creati a Regia, & Catholica Maiestate Præsi-
1 des Regiæ Cameræ Summariæ: fuit † inter eos disceptatum, cui ex e.s per prius esset tradenda possessio, seu quasi, officij prædicti. Dicebat D. Franciscus Antonius, ipsum debere præferri, qui primo fuit doctoratus: dicebant prædicti ipsos debere præferri, qui per prius fuerant Regij officiales, quamuis temporales, qui etiam tempore creationis, erant iudices causarum criminalium Magnæ Curiæ Vicariæ. Commisso mihi hoc negotio per Illust. Proregem, quod illud referrem in Collaterali Consilio, fuit decisum, debere præferri dictos Dominos Alphonsum, & Anni-
2 balem, † qui per prius fuerant Regij officiales, & in dignitate constituti, per text. *in l. 1. & 2. ff. de albo scriben. & in l. 1. C. de consulib. lib.* 12. vbi etiam Io. de Platea, *in 2. not.* cum quo concurrebat, quia ipse Dominus Dauid, dum esset Aduocatus in Tribunalibus huius fidelissimæ Ciuitatis, multoties, & etiam tempore creationis ipsorum, coram ipsis, & in eorum domibus, & in Tribunali vbi residebant, comparuerat ab ei ius postulando, seu petendo, eos vt iudices Regios colendo, & quod postquam nunc eodem tempore, ad idem officium assumpti fuerant, videtur æquum, quod ipsi ei præferentur, sentit hoc Bolog. *in l. cum quid. nu. 94. vers. sed si prædicti eligerentur. ff. si cer. pet.* tanto etiam magis, quia dicti D. Salazar, & Moles, hoc tempore reperiebantur in administratione officii, quod considerat text. *in l. 2. C. vt dign. ordo seruetur, lib.* 12. dictum etiam fuit, quod promotis, imò, & eodem tempore in mense Iulii. 1565. Dominis Bernardino Sancta Cruce, & Scipione Bucino, ad idem officium, dum reperiretur dictus D. Sancta Cruce Auditor Prouinciarum Terræ Hydrunti, & Bari, & dictus D. Scipio simplex aduocatus, fuit prælatus dictus D. Bernardinus, imò dictus D. Scipio habuit primo possessionem cum reseruatione, quod præteriretur d. Dominus Bernardinus, hoc eodem tempore accidit, quod fuerunt promoti ad Sacrum Consil. D. Cæsar Vitelius, & Iacobus Annellus de Bottis, & licet inter eos non fuisset aperta iudicialis controuersia, audiui, quod hoc discusso per dominos Regentes, quia neuter ex eis habuerat adhuc Regium officium, fuit prælatus Domi-
3 nus Cæsar, † qui primo gradum Doctoratus adeptus fuerat: quando tamen quis non posset dici ordine antiquior, præferendus est maior ætate. Bar. *l. 1. ff. de obseq. a lib. pat. præst.* Congerit Tiraq. *in tract. de primoge. fol. 253. nu. 106. vers. 8. quo quis*, in præfa. de nouo accidit, quod D. Ferdinandus Fornarius, & D. Augustinus Carauita, fuerunt electi Consiliarii de mense Dec. 1576. vno, & eodem tempore, ex quibus D. Carauita per nonnullos annos fuerat iudex ciuilis, & criminalis Magnæ Curiæ, & D. Fornarius reperiebatur tunc in administratione officii iudicis criminalis, & fuit dubitatum, † quis per prius debebat admitti. & dictus D. Ferdinandus allegabat text. *in d. l. 2. C. vt di-*

gnit. ordo seruetur. dictus D. Carauita dicebat, quod quamuis D. Fornarius reperiretur in administratione, nihilominus oportebat, vt posset habere possessionem officii Regii Consiliarii, vt deponeret officium iudicis criminalis, & staret sindicatu, quo deposito, vterq; sine administratione remanebat, & succedebat, quòd postquam per prius, & multo tempore inseruiuerat D. Carauita, quod ipse deberet præcedere. Audiui hoc negocium fuisse discussum, & super eo non publicatam prouisionem, sed hodiè præcedit D. Fornarius cui prius literæ executoriales Regij priuilegij consignatæ fuerunt.

ADDITIO D. VISCONTI.

VIde Annam Modet. *in consil.* 40. 122. & 136. & *seq. in materia præcedentia.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *De primo nominato in litteris officij.*

2 *Consiliarius primo electus, & sic præcedens, si patrocinatur in causis priuatis, an sedere debeat in suo loco, vel in vltimo loco in Consilio.*

3 *Creatis duobus Ducibus, quorum alter ante creationem erat titulatus, alter simplex Baro, quis præcedat.*

1 ADde de materia huius decisionis *supra dec.*
2 138. vbi, de † primo nominato in literis Officii. Et † quid, quando Consiliarius primo electus, & sic præcedens, patrocinatur in causis priuatis, an sedere debeat in suo loco, vel vltimo loco in consilio, vide scripta in causa propria, & aliorum ibi; per hunc dignissimum Præsident. S. C.
3 *dec. 62. & dec. 365.* vbi † quod creatis duobus Ducibus, Duce Madalonis, & Don Giorgio Lanoya, qui non erat titulatus, sed simplex Baro, & Dux Madalonis, erat Comes tempore creationis Ducis, dum vno eodemque tempore creati essent Duces, fuit prælatus in sedendo, & alijs Dux Madaloni, qui titulum habebat, quod est notandum ad plura, & videndus Dom. Antonius Surgeus, *de Neapoli illustrata, cap. 26. & seq.*

ADDITIO D. RICII.

OFficialis ex tribus eodem tempore electis, quis præcedere debeat, hoc dicit. Præter vnam prærogatiuæ causam aduocationis scilicet, hic ab Authore positam, alias habeo.

Et primo debet præferri ille, qui prius fuerit nominatus in litera officialium iuxta tex. *in c. si quis iusto §. verum in fin. & ibi glos. in verbo nominatus de elect. in 6. l. cum pater §. ante ff. de legat.* 2. prius enim nominatus censetur dignior *c. quorumdam, & ibi glos. de elect. in 6.* quin etiam maior *l. 1. de albo scribendo.* Bald. *in l. cum quidam in tertia opposit. C. de verb. significat.* & ideo, cum primo nominati sit honor, sequitur necessario, quod is, quem princeps prius honorat ab omnibus prius sit honorandus, vt latè Cepol. *de Imper. mil. elig. vers. per Imperat. num.* 5. ad quod allegat bonum text. *in l. fin. de alb. scribend.* qui vult quod nomina eorum præponi debent, qui dignitates principis iudicio sunt consequuti.

Secunda prærogatiuæ causa, est quod si quis ediderit aliquem librum, siue legalis, siue cuiusuis scientiæ, quo casu eum præferendum esse latè declarat Cassan. *in cathal. prima.* 10. *considerat.* 28. quem sequitur Carauit. *in titul.* 101. dicens vnum notabile, quod

hæc prærogatiua præcedit prærogatiuam nobilitatis, ita, vt inter DD. qui libros composuit præferatur data paritate temporis, & ætatis Doctori nobili imo Barb. *in quodam suo consil. relato à Cass. loco citat. consid. 35.* dixit, quod si sint Doctores æqualis scientiæ præferetur, qui non est de tam bono sanguine allegans duas glos. *sing. in c. nunquam 56. dist. & in c. fideliter. 50. dist.* de cuius veritate remitto me ac Cagnol. *in l. cum quid si cert. petat. n. 49. & sequent.*

Tertia prærogatiuæ causa erit, si quis fulgeat meritis paternis, ad quod est text. *in l. nemini C. de Aduocat. diuers. Iudicum*, & ibi Fulgos. *& glos. est notabilis in l. iubemus C. de Aduocat. diuers. iudic. in vers. sumptibus*, dicens, quòd filij Doctorum, alijs etiam æque bonis præferantur, quam glos. vnanimiter sequuntur Doctores, & ibi Bal. *in l. Gallus §. quidam rectè. nu. 18. de liber. & posthum.* Laud. *in tract. de dignitat. quæst. 17.* duo enim vincula vbi concurrunt, scilicet, quod quis sit nobilis virtute parentum, & propria, magis faciunt aliquem honorandum, hoc in terminis dicit Cagnol. *in d. l. cum quid si cert. petat. n. 48.* Hinc Menoch. *consil. 129. nu. 34. vol. 2.* quod si pater meus præcedebat patrem tuum, ego te præcedam, faciunt scripta per Gregor. *de concess. feud. part. 1. q. 4. pag. 14.*

Vltima prærogatiuæ causa est, si quis habet aliam dignitatem adnexam ad text. *in l. 1. ff. de alb. scrib.* & ideò si in creatione consiliariorum reperiatur nominatus Iudex. M. C. V. ipse est præferendus, imò dicam quòd etiam si illud munus antea recusauerit, parum obstat, pro quo facit text. *in l. qui Romæ. §. Seia de verborum oblig.* vbi qui venit contra transactionem, potest ad eam redire, quod est perpetuò menti tenendum vbi dicit Ang. imò, & maior honor habendus est ex recusatione, quàm si recepisset, vt dicimus de paupertate, quæ & si à diuitijs præcedatur tamen si sit voluntaria, diuitias præcedit, vt cumulat ex multis. Tap. *in auth. ingressi. in verb. ipso ingressu c. 2. n. 22.* nonnunquam etiam in præcedentiis status consuetudine. Gratian. *disce pt. forens. c. 492. n. 9. tom. 3. vbi alios allegat*, & ponit casum.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Quis debeat præcedere inter Officiales eodem die creatos.*

2 *Dignitas anteacti officij, an iuuet ad tribuendam præcedentiam.*

3 *Refellitur Rouitus vti minus rectè expendens decisionem.*

4 *In Officiis habentibus administrationem, quæ potior sit, an data priuilegii, vel adeptio possessionis.*

5 *Molfes. Castill. & Reg. Sanfelic. discursus contra Annam.*

1 REiteratur materia de præcedentia, de qua plures casus congeruntur, & primus est inter duos officiales eodem die creatos præferatur, qui antea magistratu functus fuerit per *text. in l. 1. & 2. ff. de alb. scrib.* & *l. 1. C. de Consul. lib. 12.* vbi Io. de Platea ita habetur *num. 2.* & facit *text. in l. nemo, C. de offic. magistr. offic. 161.* vt is in gradu cæteris antecedat quem stipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire quem ad hoc ponderant Reg. Tapp. *decis. S. C. 21. numer. 7.* & Reg. Sanfelic. *dec. 299 numer. 3.* vbi ex D. meo, quod subsequuntur priores in gradu Doctoratus, postremò maiores.

2 Benè verum Rouit *in dec. 65. num. 3.* sentit quòd dignitas anteacti officii non prosit ad tribuendam præcedētiam si tempore quo promouetur ad aliam dignitatem, non reperitur in exercitio, & administratione præcedenti, & ita intelligit *text. in d. l. 1.* vt procedat quando is, qui semel assecutus est dignitatem illam non dimiserit, ita vt si dimiserit tunc non iuuet ad tribuendum aliquam præcedentiam in dignitate de nouo delata ex Odefred. *in d. l. 1. numer. 1.* vbi inquit, quòd si aliquis consul deponat officium Consulatus, & postea ille, & quidam alius simul Consules eligantur, qui primo fuit Consul, & iterato eligitur cum alio, non propterea debet præcedere alium, quia repetita dignitas illam non auget, sed merita tantùm comprobat iterata electio, hoc idem sequitur Iacob. Reboff. *ibidem numer. 5.* & quatenus *in text. in l. 12. C. vt dignit. ord. seruet.* statuitur vt illi qui vacant ab officio, quod administrauerunt, & postea desierunt administrare præferantur honoratiis respondet Rouit. quod procedat respectu honorariorum, qui consequuntur dignitatem sine administratione, & quoad *text. in l. 2. C. de præfect. Prætor.* respondet quod procedat quando contentio est inter plures vacantes ab eodem officio, quod exercuerant, vt is præcedat qui prius cępit exercere, & postea vacauit, & declarant illum *text.* Reboff. & Io. de Platea.

3 Verùm enim verò non arridet mihi restrictio Rouiti pro suo assumpto laudantis præsentem decisionem, quæ contrarium probat attendens dignitatem anteacti officii in personis D. Alphonsi Salazar, & Annibal Moles, in quorum domibus, & in Tribunali sæpius comparuerat Franciscus Antonius de Dauid ius petendo, & eos vti Iudices Regios colendo, & proindè videbatur æquum quòd ipsi præferrentur ex Bologn. *in l. cum quid numer. 94. ff. si cert. pet.* arguit deindè D. meus his verbis tanto magis, quia d. Salazar. & Moles hoc tempore reperiebantur in administratione officii, & pro mea opinione conducit *tex. in d. l. nemo*, sed iura pristinæ dignitatis non prodessent in concursu cum eo, qui actu exerceret officium, vt ex allegatis per Thor. *ver. præcedere quisnam debeat per. 2. in fine.*

Controuersiam innuit D. meus. *numer. 4.* exortam inter D. Ferdinandum Fornarium, & D. Augustinum Carauita eodem die Consiliarios electos, sed Ferdinandus cùm reperiretur in administratione officii Iudicis criminalis, vt posset habere possessionem muneris Regii Consiliarii oportebat deponere officium, & stare syndicatui, & succedebat quòd postquam per prius, & multo tempore inseruierat Carauita, quod ipse deberet præcedere, super qua lite non fuit publicata prouisio, sed præcessit D. Fornarius, cui prius litteræ executoriales Regii priuilegii consignatæ fuerunt.

4 Conuenit igitur quæstio, an prioritas temporis circa adeptionem possessionis sit attendenda magis, quàm data priuilegii in officiis habentibus administrationem, & affirmat Reg. Constant. *in repet. l. 1. C. de consul. lib. 12.* Molfes. *cons. 15. volum. 2.* Tappia *dec. 21. supr. Cons. Ital.* Castill. *de Tertiis cap. 41. tom. 2.* vbi extendit contra absentem causa Reipublicæ Marc. Ant. Surg. *de Neap. illustrat. cap. 5. num. 28.* Reg. Sanfelic. *dec. 239. per tot.* vbi impugnat Annam *in cons. 42.*

Contrarium defendit Anna *consil. 42. per tot.* vt prior in data præferatur alteri posteriori, quamuis anteriorem possessionem habenti per *text. in l. 1. C. de consul. lib. 12.* vbi inter Consules is præfertur qui primo Consulatum meruit, & Io. de Plat. *& per text in l. vnicuique, C. de proxim. sacr. scrinior. lib. 12.* vbi qui posteriori tempore sacrorum scriniorum admissus est, posteriori loco sedere debet, si

bet, & ita determinatum tradit nu.37. in causa præcedentiæ inter Consiliarios Gizzarellum, & Costantium, nam licet D. Constantius prius possessionem officij sortitus esset, nihilominus fui Prælatus Gizzarellus ante ipsum electus, & in beneficium Consiliatij Valdiuescio differit Larath. *cons.* 86. & pro hac opinione decerat D. Prat. discept. 49. & ita practicatum refert Reg. de Marin. ad Reuert. obs. 446.

5 Verùm Molfes. & Castill. rauicitus euertunt considerationes, & argumenta Annæ, vt non procedant in dignitate habente iurisdictionem annexam, & decisio in beneficium Valdiuescij fundata fuerit in alijs in facto ponderatis, & signanter in appositione Togæ in Hyspania in præsentia Regis, quæ sufficit loco possessionis, imò est maioris prærogatiuæ, & quoad ponderata per Annam de absentia causa Reipublicæ respondet idem Castill. & idemmet Anna *in add. ad cons. in 2. vol.* refert non fuisse decisum, sed in supremo Italiæ Consilio obseruari de consuetudine contrarium, vt hæc & alia Sanfelic. *dec.* 269. *qui in addit. ad dec.* 223. alias docet regulas in materia præcedentiæ, vt præferatur qui maiora habet stipendia, insuper qui laborum comparatione alios superauit, & qui primo fuit nominatus magis dicatur honoratus, de Pont. *cons.* 14. *numero* 58.

SVMMARIVM.

1 *Euictione sequuta, an sufficiat emptori, si à suo auctore offeratur eadem res non deteriorata cum interesse.*
2 *Lex habere licere, in fin. vers. ff. de euictio. quomodo procedat.*
3 *Stipulatio dupli non committitur si venditor se concordat cum actore.*

DECISIO CXLV.

Euictione sequuta, an liceat venditori condemnato ad interesse eamdem rem euictam, cuius iterum facultatem habuit cum interesse, offerre emptori, qui recipere cogatur.

EVICTA re ab emptore per creditorem anterioris venditoris, & domini, & ab eo possessione abducta, obtinuit emptor contra eius auctorem, seu venditorem, pro damnis, &
1 interesse promissis in instrumento venditionis, † offerebat Auctor laudatus, ad impediendum exequutionem sententiæ contra eum latæ, eamdem rem euictam, non deteriorem, sed forsan meliorem, & interesse, fuit dubitatum, an hæc oblatio admittenda esset pro emptore, in cuius fauorem erat lata sententia, allegabatur text. *in l. habere licere. in fin. ff. de*
2 *euict.* † vbi probatur, semel commissi stipulatione, amplius resolui non posse. Pro venditore conuento dicebatur, text. *in dict. l. habere licere*, procedere, re euicta, ratione dominij, quæ euictio habet perpetuam causam, sed re euicta iure hypothecæ, procedere text. in l. euict. s. ff. de eo. tit. ea ratione, quia soluto debito, pignus, seu hypotheca extinguitur per tex. *in l. si rem. §. omnis. ff. de pign.* quem ad hoc allegat Odof. *in d. §. euictis*, qui post glo. fin. hanc distinctionem sentit, quam expresse facit Ang. ibi, & Raph. Cuma. *in l. fideiussor euictionis, col. 2. vers. ibi facilius. ff. de do. excep.* de quibus meminit, eoque sequitur Soc. *in suo consil.* 199. 2. *volu. in causa tacta.* 7. *col. ver. postremo defendi potest*, cui cons. in hac materia aliquid addi non potest, faciunt d. Bald. *in consil.* 3. *Titius vendidit, vol.* 1. vbi concludit, quòd si venditor se
3 concordat cum actore, & liberat possessorem † dupli stipulatio non committitur, allegat text. *in d. l. fideiussor. euictionis*, & sic conclusum fuit, & sunt intelligenda dicta per Pau. de Cast. per illum text. *in l. emptorem. vers. item dixi de act. emp.* de quibus per Rotam Bonon. *in dec.* 25. *de nouo visa*, sed dubium faciebat in casu, de quo agebatur aliud, quia is, qui iure hypothecæ obtinuerat, ex clausulis in instrumento appositis, & virtute Regiæ pragmaticæ, obtinuerat etiam adiudicationem bonorum prædictorum, cum appretio, & sic videbatur creditor, effectus dominus perpetuò, maximè, quia reperiebatur in possessione, sed quia viso processu apparebat, quòd erat factum appretium tantum, à quo etiam reclamatum, & aliter super reclamatione, & reuisione apprecij non prouisum, nec apparebat actus adiudicationis, idcircò in causa illorum de Delicatis, cum Francisco Antonio Viualdo, die 4. Martij 1577. referente Domino Theodoro, fuit prouisum, licere d. Francisco Antonio offerre illis de Delicato eamdem rem eis euictam, ad quod faciunt relata per Afflict. *in dec.* 188. & per Cap. *decis.* 202. *In causa Nicolai.* Figliola Actuario.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Annam antiq. *in sing.* 174. *& ad l. habere licere hic allegatam*; Vide Vrsill. *in decis. Affl.* 241. *in fin.* Cacheran. *decis.* 68. *num.* 4. Thesaur. *dec.* 85. & D. Cons. Annam *cons.* 15. *& iterum collect.* 486. & Mart. *in voto* 61. *num.* 78.

ADDITIO D. AMENDOLÆ

SVMMARIVM.

1 *Sententia an sufficiat contra emptorem, vt agere possit de euictione, & quod pretium attendatur re euicta hic infra nu.* 8.
2 *Et an teneatur rem euictam recipere, & quid in interesse.*
3 *Euictio an detur contra dominum infeudantem de re aliena.*
4 *Fiscus an teneatur de euictione, etiam re donata ob seruitia.*
5 *Euictione subsequuta à creditore contra alium creditorem qui habet pecuniam, vel rem debitoris, an remaneant iura primaua creditoris intacta.*
6 *Vel solum noua iura ex euictione permissa.*
7 *An sententia sola, absque effectuali restitutione, inducat euictionem.*

1 ADde omninò in hac Decisione † an sufficiat sententia contra emptorem *Sing.* 471. *Sententia, n.* 302. Item adde quod Anna prædictus, *Singul.* 174. *incip. Euicta re*, licet plu-
2 res alleget † non teneri rem euictam recipere. Tamen his contrarium fuisse decisum dicit, vt hìc decidit Præsidens in causa hypothecæ. Ad hanc decisionem in terminis adde Annam eumdem, *dicto Sing.* 471. vbi dicit, non solùm reum non teneri recipere rem euictam, à venditore, iuxta terminos huius decis. sed nec interesse, & allegat inter alios Benintendium decis. Bonon. & *Sing. seq.* quærit, † an euictio detur contra
3 dominum infeudantem de re aliena, & respondet
4 quòd fiscales dicunt, † fiscum non teneri de euictione, etiam re donata ob seruitia. Adde omninò, an
5 subsequuta euictione a creditore, contra alium creditorem, qui habuit pecuniam, vel rem debitoris, re-
6 maneant iura primæua creditoris intacta, vel † solùm noua iura ex euictione permissa, & an ante auocationem pecuniæ, vnus creditor, qui habuit, possit

7 agere, *infra decis. 200. nu. 2.* & an † sententia sola absq; effectuali restitutione inducat euictionem, *ad l. habere licere, & ad l. euictis agris, ff. de vsur.* Thesaurus *decis. 82. incip. Venditor.* & *decis. 102. incip. Venditor etiam*, & Consiliarius A na *consil. 15. incip. Sententia.*

8 Seu † quòd pretium attendatur euicta re Præsidens hic *infra decis. 297.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Venditor an possit liberari ab euictione offerendo rem euictam.*

2 *Distinctionem indicat D. Præses inter euictionem ratione hypothecæ, & ratione dominij.*

3 *Comprobatur differentia, & quando res dicitur euicta per sententiam sine executione.*

1 AD speciosam manducit quæstionem ista decisio, quando possit venditor euitare executionem sententiæ condemnatoriæ ex causa euictionis ad fauorem emptoris prolatæ offerendo rem eamdem euictam vna cum interesse, & cautela docetur per D. meum, quòd venditor possit re integra, nempè non executa sententia contra emptorem, nam si esset res abducta à manibus emptoris, non posset is cogi de cætero ad illam recipiendam, quia sic cogeretur iterum eam rem emere, ita per *tex. in l. euictis, ff. de euict.* ibi Odofred. & Angel. Socc. *cons. 149. vol. 2.* Bal. *cons. 3.* Caball. *cons. 6.* Coll. *de re integr. dist. 88. num. 9.* Reg. de Marin. ad Reuert. *obs. 582. n. 2.*

2 Tuto videtur procedere assertum, quando euictio sequitur ratione hypothecæ, nam in ista euictione soluto debito extinguitur hypotheca, & competit ius offerendi debitum ad impediendam executionem, sed tunc difficultas est, si euictio sequatur ratione dominij per *tex. in l. habere licere, ff. de euict.* vbi semel commissa stipulatio amplius resolui non potest, quem textum de Marin. dicit procedere in euictione ratione dominij, vt hæc euictio perpetuam habeat causam, & ita distinguunt Odofr. Angel. & Soc. *vbi sup.* & videtur tenere D. meus *n. 2.*

3 Confirmatur differentia, quia aut agitur de euictione pro stipulatione duplæ, qua venditor promiserit duplum, si res fuerit euicta, aut pro stipulatione habere licere, quia venditor promiserit duplum si rem habere non liceat, si agitur pro stipulatione habere licere, tunc non committitur stipulatio, nisi res fuerit abducta à manibus emptoris, & sententia executa, alias non venit casus, quod emptori rem habere non liceat, si agitur pro stipulatione duplæ in casu euictionis, & tunc lata sententia dicitur commissa stipulatio, & res dicitur euicta per sententiam, & non est necessaria executio, nec quod res auferatur à posse emptoris per *tex. in l. euictus, ff. de euict. l. si non iniuria*, ibi *superatus es, & l. si status*, ibi *lata sententia, l. euicta actio*, ibi *fueris pronunciatum, C. de euict.* Azo *in summa, C. de euict. num. 11.* Thesaur. *decis. 102.* Ludouis. *decis. 25.* Gratian. *discept. 959.* Paschal. *de patr. pot. part. 1. cap. 6. num. 1.* Altograd. *cons. 15. per tot.*

Vrget quòd si vendatur res pro libera, & franca & deindè reperiatur alteri obligata potest agi pro dissolutione contractus, & datur facultas venditori liberandi rem ante sententiam Farin. *de falsit. q. 150. num. 282.* Merlin. *de pignor. lib. 4. q. 181. num. 6.*

Hæc in re de Marin. *lib. 1. res. 108. n. 18.* contrarium tenet, & ad fauorem venditoris resoluit, & ex æquitate ipse censeo amplexandum ex Costa, & alijs primo loco allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Legato, seu Ambasciatori, transmissio à Ciuitate, & in itinere capto ab hostibus, & quando ipsa Ciuitas teneatur ad emendam, & n. seq.*

DECISIO CXLVI.

Idem quòd summarium continet.

MAgnificus Io. Gattula, vnus ex Iudicibus Ciuitatis Gaietæ (sic enim ibi administratores vniuersitatis appellantur) dum cum summa ducat. quingento. accessisset extra Ciuitatem, per mare, pro illis consignandis aliquibus particularibus de Terra Roccæ Montis Dragonis, pro emptione frumentorum, pro vsu dictæ Ciuitatis, cùm rediret fuit captus à Piratis, se redemit pro certa summa, quam petijt a Ciuitate Gaietæ, in Sacro Consilio fuit dubitatum, an Ciuitas teneretur. Dicebat ipse pro se habere decisionem Bart. *in l. si seruus communis. §. quòd verò, 1. column. ff. de fur.* qui loqui-

1 tur † in legato transmisso per vniuersitatem ab hostibus capto, & tenet, quòd quando legatio non fuit affectata, tenetur vniuersitas reficere damnum, plura ponit Antibo. *in tract. de mun. & honor. §. 1. diuersa quæst. num. 40.* sic dicebatur, quòd erat casus, de quo agebatur, nam iste, non præcedente aliqua affectatione fuit à Ciuitate trasmissus, ad quod etiam cogi poterat, quo casu etiam procedit in eo ratio necessitatis, prout in legato, quam rationem considerat Bart. *vbi sup.* & dicebat, non esse credendum duob. test. examinatis in beneficio, ad instantiam vniuersitatis, deponentium, ipsum per diem, ante conclusionem factam per vniuersitatem, se obtulisse accessurum ad locum prædictum, quia dicebatur ipsis non credendum, ex quo id, quod erat substantia negotij in primis articulis, in primo termino positum non fuerat. Nec dicebatur esse credendum alijs testib. deponentib. se procurasse accessum, quia pro alijs causis eo accessurus erat, ex quo experientia contrarium docuit, apparebat enim in processu, quod die sequenti, quo peruenerat ad locum prædictum, ipse discesserat: ex aduerso dicebatur, non posse applicari dec. Bar. ad casum de quo agebatur, quia Bar. loquitur in officio, quod est necessarium, & quod quis

2 subire tenetur, ex necessitate † ita loquuntur iura *in tit. ff. & C. de leg.* & plenè Io. de Platea *in rub.* hoc autem officium, i. accedere, pro delatione pecuniæ de loco ad locum, non esse officium necessarium, sed magis voluntarium, quo casu obtinet dispositio tex. in l. inter causas §. non omnia, ff. mand. imò quando fuisset hoc onus necessarium, dicebatur, quòd non tenebatur illud subire Magnific. Io. inspecta qualitate sua, qui est vnus ex nobilibus dictæ Ciuitatis, cui non conueniebat in hoc se intromittere, & dicebatur esse credendum testibus in beneficio examinatis, quia non est verisimile, quod iudices Ciuitatis, & alij administratores voluissent in causa non propria eorum, quod stante maximo ciuiũ numero, in Ciuitate Gaietę, damnum modicum bursale afferret, testes falsos examinare, cum quibus testium depositionibus concordāt multi testes, tam vniuersitatis, quam actoris, dicentes Ioa. se obtulisse, dummodo ei solueretur merces debita pro sua rata, quæ conuentio non erat necesaria, si pro proprijs negocijs vniuersitatis tantum, non pro suis alijs negocijs accessisset, nec quia ab inde citò discessit, præsumendum est testes falsum dixisse, quia potuit ex temporum intemperie postea pænitere, & non ac-

accedere ad Ciuitatem Caleni, locum per testes nominatum. His sic discussis aliqui ex Dominis tenebant vniuersitatem debere absolui, cæteri tenuerunt, vniuersitatem debere condemnari, postquam dicebatur, quò pro causa vniuersitatis accesserat, quæ etiam cogebatur alium transmittere, pro causa sic necessaria Ciuitatis, si hic non accessisset, & sic decisum fuit in fauorem Actoris, de mense Martij 1577. D. Theodoro Commissario.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVM. 1. Vide Natt. *cons.* 137.168. *& seq. omninò decis. Auenio.* 126.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Damnum resarcitur à Republica, licet stipendium Legato detur à Republica.*
2 *Damnum quod Reipublicæ causa quis recipit, Respublica emendet.*
3 *Legatus nec dona recepta Ciuitati restituere tenetur, licet recipiat stipendium.*
4 *Officium suum nemini debet esse damnosum, trita iuris Regula.*
5 *Vulnerato ab inimicis illius, quem associabat, debentur damna, & expensæ ab ipso socio.*
6 *Iniuria si fiat alicui propter alium, datur actio adversus eum cuius occasione fit.*
7 *Ciuitas licet teneatur ad emendam Legato, nihilominus damnum passus debet contribuere in emenda sibi facienda.*
8 *Damnum passus agens ad damnum, & interesse, non tenetur exprimere in libello quas res amisit, sed sufficit quòd in processu damnum exprimatur, etiam si pars conuenta opponat, quod exprimantur.*
9 *Damnum illatum alicui ab inimicis alicuius, an ab illo censeatur datum, & per consequens teneatur.*
10 *Damnum an resarciendum Vicario conducto à conducente, si spolietur in via per latrones.*
11 *Vniuersitas an teneatur resarcire, & emendare equos mortuos Legato vel Ambasciatori.*

AD hanc decis. omninò nouissimè adde Bonifacium *in tract. De Furtis*, §. 1. *num.* 47. Albericum de Rosate, Baldum, & Fulgosium, *in l. inter causas*, §. *non omnia*, *ff. mandati*, & Parisium *cons.* 59 *nu* 30. 31. & 32. vbi,
1 † quòd resarcitur damnum à Republica, licet stipen-
2 dium Legato detur à Republica, & † quòd damnum, quod Reipublicæ causa quis recipit, Respublica emendet, notatur *in l. item si verberatum, ff. de rei vendicatione, in l. Lucius, ff. de euictionibus* Aimon Cra-
3 uetta *cons.* 95. *num* 7. *volum.* 1. quòd † autem Legatus nec dona recepta Ciuitati restituere teneatur, licet recipiat stipendium, tradit Præsidens *infrà dec.* 172. *n.* 3. vbi dico, & adde Benuenutum Straccam, *in Tractatu de Nauibus, p.* 5. *qu.* 5. *ideo ex regula*, §. quòd ve-
4 rò, dicitur, † quòd officium suum nemini debet esse
5 damnosum; & † vulnerato ab inimicis illius quem associabat, debentur damna, & expensæ ab eo socio
6 quem associabat, Belu. *sua pract. fol.* 31. † & si fit iniuria alicui propter aliquem, datur actio contra eum cuius occasione fit, Bar. *Sing.* 15. *verbo actio illa*, vide per Modernos ad Bartolum; *in l. cum qui.* §. *si filius familias, ff. de furtis, in l. nam. & seruus. ff. d. negotijs gestis*, & per Bertachinum, *in verbo, Ambasciator. & verbo, Legatus*. Et ad hanc decis. adde, quòd † licet
7 Ciuitas teneatur ad emendam Legato, vt dicunt Doctores allegati, & Firmian. vbi supra nihilominus, damnum passus debet contribuere in emenda sibi fienda per Ciuitatem, Bartol. & Doct. *in l. ab omnibus*, §. 2. *ff. de leg.* 1. Bald. *in l.* 1. *ff. ad leg. Rodiam de iactu*, Nicol. de Neap. *in l. amicissimos*, §. *Lucius, ff. de excusatione tutorum*. Bar. *in suo cons. incip. Statutum*, Speculator *in titul. De censibus*. §. *nunc dicendum*, *vers. quid si damnum. & versiculo, nota quod si villa*, quod est notandum, & deducatur pars sua in emenda prædicta, quia tanto minus grauabitur Ciuitas, Sed aliud
8 magis notandum venit, † quòd damnum passus agens ad damnum, & interesse, non tenetur exprimere in libello, quas res amisit, etiam si pars conuenta opponat, quòd exprimantur; sed sufficit quod in processu demum exprimantur, quod est perpetuò notandum, ità Iason *in l. si quando nu.* 15. *vers. vnum tamen per-*
9 *petuò nota, C. vnde vi.* † quod autem damnum illatum alicui ab inimicis alicuius, ab illo censeatur datum, & per consequens teneatur, tenent post glos. DD. *in l. si merces.* § *culpa, ff. locati.* & DD. *in l. pen. ff. soluto matrimonio. & l. cotem.* §. *qui maximos, ff. de public. & vectigalib.* Decius *cons.* 25. 1. *vol.* Cephalus *consil.* 217. & 218. *vol.* 2. Ruin. *cons.* 43. *num.* 5. & 64. *num.* 2. & 5. &
10 85. *num.* 10. *vol.* 1. & *omninò videndus ad varia*. Et an † debeat resarciri damnum Vicario conducto, si spolietur in via per latrones, à conducente. Felin. *in*
11 *c.* 1. *num.* 9. *in fine, de libelli oblatione, vers. si tamen.* † An vniuersitas teneatur resarcire, & emendare equos mortuos Legato vel Ambasciatori, Alber. *in l. abesse*, *ff. ex quibus causis maiores*, & Montanaritus *in Pragmatica* 3. *in fine, de administratione Vniuersitatis*. Ad hanc decis. adde Costam, *de Ratione rata: quæst.* 64. *n. fin.* Rota Auenionis, *dec.* 126.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Orator captus à Saracenis debet redimi à Ciuitate transmittente, & declarantur Nicol. de Neap. & Rebuff.*
2 *Quid si legatio fuerit mendicata, & refelluntur glosa, & Caroccius tenentes pro Legato.*

1 INterponitur nunc quæstio de oratore capto ab hostibus transmisso à Ciuitate ob eius negotia, num ipsa Ciuitas teneatur ad redimendum ipsum à Saracenis captum, & ex Bar. *in l. si seruus communis*, §. *quod vero, ff. de furt.* affirmatiuè concludit, & decisum testatur D. meus, & tenent Natt. *cons.* 168. & *seq.* Hieron. de Laur. *dec. Auen.* 126. Iacob. Maur. *alleg.* 1. *per tot.* Cost. *de port. rat. q.* 64. de Pont. *dec.* 17. qui omnes concordant, quòd si ambasciator non voluntariè, sed coactus accessit, tunc teneri communitatem, & si passus esset damnum in necessarijs, Ciuitas etiam tenebitur ad emendam damni, & si legatus infirmatur in itinere debet curari expensis Reipublicæ *l. duobus*, §. *domina, ff. pro soc.* Paris. de Put. *de sindic. ver. nuncius c.* 2. *nu.* 5. Carroc. *de locat. p.* 2. *tit. de ambasciat. q.* 6. *num.* 6. & idem in militibus, si coacti ad bellum accesserunt, & in bello capiantur firmat de Pont. *vbi sup.* & quamuis Nicol. de Neap. & Rebuff. *in l.* 1. *Cod. de re milit. lib.* 10. tenuerunt simpliciter per *illum textum* oratorem carere actione, debent intelligi quando procurarunt legationem, & rursum quando culpa ipsius successit, vt distinguit ibi Io. de Platea.
2 Difficultas est quando legatio fuit affectata, & men-

dicata ab ipso legato, & Iacob. Maur. & Costa, *& alij supra citati*, concordare videntur, quòd hoc casu Ciuitas non teneatur, sed Carocc. *d.q.6.numer 6.* firmat communitatem de æquitate teneri, imò *glos. in l.inter causas, §. omnia ff. mand.* tradit quod licet ex dicto *textu* denegetur actio procuratori contra dominum pro damnis passis, attamen ille §. curialiter non debeat seruari, conuenit quòd mandans debet seruare indemnem mandatarium si aliquod damnum passus sit, & si mandatum sit voluntariè acceptatum Molin. *de iust. & iur. disp. 549.* & quatenus Abb. *in cap. cum pro causa de procur.* contrarium teneat per *tex. in d. §. non omnia*, attamen Boss. *tract. 9. de parlam. sect. 4. n. 6.* sentit *textum* procedere secundùm ius strictum non de equitate, ex aduerso videtur dicendum non teneri communitatem, quia *glosam* præfatam refellunt Alber. & alij, ibi & de Pont. *dec. 17.* cum tota ratio qua possit prætendi emenda damni, vel redemptio, sit collocata in eo, quod orator, vel alius non voluntarie accesserit, cessante coactione debeat absolui communitas, vt firmant Nicol. de Neap. & Rebuff. quos ita declarat de Ponte, prout in simili Ciuitas Neapolis, quæ conduxerat naues pro conductione frumenti à partibus Apuliæ soluta certa mercede, cum naues, deindè oneratæ per iter captæ fuissent à Saracenis, & egissent pro redemptione contra Ciuitatem, hæc fuit absoluta, vt testatur de Pont. *ex text. in l. sicut certo, §. interdum, & l. fin. ff. commod.* vbi in casu fortiori, si res commodata perit caso fortuito perit domino.

Addo quòd si legatus non fuit electus ab Vniuersitate, sed pro vtilitate illius fuit transmissus de mandato Principis, vel Proregis non tenetur Vniuersitas, vt in facti contingentia in Collaterali Consilio decisum tradit Thor. *ver. captus ab hostibus p. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Deliquens efficitur de foro illius iudicis coram quo delinquit.*

2 *Resistens contra exequentem, an debeat cognosci à iudice ordinario ipsius exequentis, vel à iudice repræsentato ab ipso exequente.*

3 *L. nullum, C. de testib. si dispositio non tollit iurisdictionem iudici, qui alias de iure communi habet iurisdictionem in talem delinquentem, puta ratione Territorij.*

4 *Iudex laicus potest cognoscere, & punire testes deponentes falsum, coram iudice Ecclesiastico.*

5 *Præuentio habet locum inter iudices, qui habent parem iurisdictionem in delinquentem.*

6 *Iudex causarum ciuilium, vt est Magna Curia Vicariæ, non potest de delictis coram se commissis cognoscere.*

DECISIO CXLVII.

Executori alicuius Iudicis resistens si ab eo capiatur, an debeat remitti ad suum Iudicem, an vero possit detineri, & inquiri per iudicem exequutoris.

1 EX regula *text. l. nullum. C. de testib.* est prouisum, quòd † delinquens coram aliquo indice, licet aliàs ille iudex non esset competens delinquentis, efficietur tamen delinquens de foro ipsius, & poterit ipsum punire, & illam. l. late, more suo, exornat Didac. *in tract. prac. q. c. 18. n. 8. fol. 51. à terga.* Cagn. *in l. 1. in 2. p. gl. ff. de iud.* vbi plura. Accidit, quod dum fuissent expeditæ litteræ exequutoriales per Curiam meretricum huius Ciuitatis, contra quandam meretricem, † quidam illius Curiæ non subditus, restit Alguzerijs, qui exequebantur, vnde Alguzerij duxerunt captam mulierem, & resistentem ad carceres Magnæ Curiæ, quæ incontinenti ex notorijs priuilegijs vtilis D. Gabellæ meretricum, meretricem remisit, sed retinuit, resistentem, petijt procurator illius Curiæ meretricum remissionem resistentis, ex dispositione. *d. l. nullum*, & obtinuit in Mag. Curia, fiscus appellauit ad Sacrum Consilium. in quo causa relata dicebatur, decretum Magnæ Curiæ debere confirmari, tum ex dispositione. l. prædictæ, tamen etiam dicebatur, quia concessum tamen erat Alguzerijs Magnæ Curiæ per Curiam meretricum, ministerium facti in exequendo, vnde si lederetur is, contra quem exequitur, appellauit à primo iudice cum ledente, ministerio alterius nō autem ab ipso iudice exequente, ex dec. Bar. *in l. à Diuo Pio. §. sententiam Romę vers. quaro, quid si in exequendo, ff. de iud.* sic dicebatur, quod deberet dici in casu de quo agebatur, quod hic delinquens deberet puniri ab eo iudice, quem Alguzerij exequentes repręsentabant. His non obstantibus per Sacrum Cons. fuit decisum contrarium, habitis etiam prædictis
3 pro veris, dicebatur. n. quòd quamuis † ex dispositione. *l. nullum*, quis efficiatur de foro eius, contra quem deliquit, nihilominus ex dispositione l. prædictæ, non
4 tollitur alteri iudici, † qui aliàs de iure communi habet iurisdictionem in hunc delinquentem, vt puta, ratione Territorij, cognoscere contra eum etiam de delicto commisso in præsentia alterius iudicis, decisio est particularis. Bald. in dict. l. nullum, ibi, & non solùm iudex, de quo meminit, & sequitur Afflict. *in decis. 219. in foro Archiepiscopi*, loquens in fortiori casu, videntur, etiam hoc tenere omnes in *d. l. nullum*, post glos. in materia. l. prædictæ quærunt, si testis punitus per iudicem procedentem sine accusatione, possit posteà accusari, & puniri pęna *l. Corn. de falsis*, & specificè Iac. But. dum ponit differentias inter *l. nullum*, & accusationem. l. Corneliæ ponit nouissimè plura ad d. Thesaur. *in decis. Pedemon. 266. subditus ver. in hac. quæst.* si igitur habet iurisdictionem vterque, succedit
5 alia regula, † quòd in pari causa potior est causa iudicis, qui præuenit. Bald. *in l. neganda, in 1. nota. C. qui accus. non pos. & inf. in decis. 189. in fin.* & sic apparet, non obstare, *d. l. nullum*, quæ procedit cumulatiuè, non priuatiuè. Nec obstat dec. Bart. *in dict. sententia Romę*, quia verum est, quòd appellatur ad iudicem committentem exequutione quoniam exequutor excedit, qui erit nudus minister: sed si deliquit contra exequentem, quis puniat. Bar. hoc non dicit, & sic est decidendum sententiam prædictas decisiones, in propria materia loquentes, & quia Paul. de Cast. *in l. nullum*, tum declarat tex. ibi, dantem iurisdictionem cunctis iudicibus declarat. i. aliàs habentibus iurisdictionem, nolo omittere, quod in Magna Curia Vicariæ, in qua hodie
6 est distincta † iurisdictio ciuilis à criminali, vidi seruari, quod si testis falsum deponit in causa ciuili, licet offendantur aures iudicium ciuilium, nihilominus hic testis punitur per iudices criminales, non autem per iudices ciuiles. Prædicta fundari possunt auctoritate Bart. *in l. si quis obrepserit, & in l. diuus. ff. de fal.* qui in specie hoc tenet. de quo meminit. Bart. *in tract. de sindic. in verbo notorium, 2. colum. vers. tamen vbi, fol. 73.* idem Bar. *in l. hoc iure. §. aqua, per illum tex. ff. de aqua quotid. & estiu.* teneat contrarium, idem seruare si producerentur testes falsi in processu Sacri Consilij, verùm in hoc casu. Magn. Cur. non procedit, nisi prius facta relatione per iudicem, & per nos ei impartita licentia procedendi, quam nos impartimur, quando videmus, querelam non fieri ad finem inuoluendi litem ciuilem, & videmus falsitatem consistere in substantia negocij, sed quando de hoc dubitamus, prouidemus esse expectandum exitum causæ ciuilis.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde an testis deponens falsum coram Iudice, cui ab alio Iudice examen ipsius commissum est, possit ab illo puniri, Baiard. *ad Clar. in quæst.* 38. *numer.* 36. tenet quòd sic. Foller. *autem in prax criminal. in vers. audiantur excusatores numer.* 131. *in fin.* distinguit, prout idem facit Thesaur. *in decis.* 266. *numer.* 12. Vide Roland. *consil.* 12. *in primo dubio volum.* 2. Farinac. *in tit. de opposito contra testes quæst.* 67. *cap.* 2. *num.* 33. & Clar. *in d. quæst.* 28. *fol.* 120. Borel. *cons.* 78. *col.* 1. & Capiblanc. *in tract. de Baronibus fol.* 191. *num.* 115. 120.

Et quid in scriptura falsa facta in vno loco, & præsentata in alio loco quis erit Iudex istius falsitatis? Vide omnino insignem Thesaur. *loc. cit. nu.* 11.

Numer. 4. dum alleg. Afflict. *& numer.* 5. Adde Couar. videndum *pract. quæst. cap.* 18. *numer.* 8. *vers. sed in hac re*, Roland. *vbi supra in secundo dubio*, Clar. *vbi supra versicul. quæro nunc*, & latissimè Farinac. *in titul. de inquisit. quæst.* 8. *numer.* 27. *post* Marant. *in tract. iudic. par.* 6. *actu.* 12. *in fi.* D. Ann. Moder. *in consil.* 207. *num.* 7.

Item Addo an Iudex Ecclesiasticus possit punire testem laicum, qui coram eo commisit falsitatem post sententiam, Vrsill. *in d. decis. Affl. hic alleg.* 219. *in fi.* refert iudicatum quòd non, de quo meminit, & sequitur Baiard. *vbi supra num.* 38.

Sed contra dicta hic per hunc Doctissimum Dominum *n.* 4. & sup. allegatos Doctores dicit fuisse iudicatum contra Episc. Minorens. *in ver. testes ver.* 30. *fol.* 201. *à ter.*

Numer. 6. Adde videndum D. Annam *in d. suo eleganti consil.* 107. *numer.* 3. 4. vbi declarat d. l. nullum, & ad eius intellectum, Vide Afflict. *decisio.* 230. Borrell. *in d. cons.* 78. *num.* 25. remissiuè Alphan. Perus. *collect.* 992.

Adde quòd hanc decisio. numer. 6. refert, & sequitur Caball. *in resolutio. crim. casu* 116. licet alleget alios contra.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Eximens efficitur de foro iudicis, à quo eximit carceratum, vel pignus.*
2 *An, & quando liceat Birroarijs occidere resistentem.*
3 *Et an grauatus ab ipsis possit illis resistere.*
4 *Officialis offensus occasione dignitatis, seu officij, an ipsemet de iniuria cognoscere valeat, & quomodo hoc cognoscatur, & quando offensa sit priuata.*
5 *Birroarijs, vel seruientibus Curiæ, an credatur de impedimento circa exequutionem, vel resistentiam, vel iniuriam.*
6 *Et an credatur ad condemnandum, vel torquendum, Birroarijs de delicto capti, de visu, vel auditu deponentibus.*
7 *De materia legis nullum, C. de testibus, remissiuè.*
8 *Testis dicens falsum coram Iudice Ciuili, an puniatur à Iudice Criminali.*
9 *Vassallus Baronis testificans falsum in Magna Curia remittitur ad Baronem.*
10 *Fiscus licet non appellet, potest tamen de nullitate dicere.*
11 *Et an, & quando appellet, vel de nullitate dicat, vbi vide duas limitationes in casu, quo non appellat.*

1 AD istam decisionem adde omninò, quæ dico infra decisio. 442. vbi † quòd eximens efficitur de foro iudicis, à quo eximit carceratum, vel pignus, Vide Præsidentem *supra decisio.* 3. Sed de materia, & casu huius decisionis nouissimè videndus est hoc anno 1606. impressus Petrus Caballus, *in libr. Resolutionum Criminalium Casu* 117. *in terminis*, qui allegat hunc Præsidentem, & dicit ipsum breuiter, & benè loquentem, &
2 *Casu* 132. *incip. Quærunt* vbi † an, & quando Birroa-
3 rijs liceat resistentem occidere, & † an grauatus ab ipsis, possit illis resistere, & de materia *l. prohibitum, C. de iure fisci*, vide ipsum omnino post Gramm. *in decis.* 41.
4 Boerium *decis.* 170. & Iulium Clarum *qu.* 29. *& an* † officialis offensus occasione dignitatis seu officij, ipsemet de iniuria cognoscere valeat, & quomodo hoc cognoscatur, & quando offensa priuata, & de tota materia idem Petr. Caballus, *d. lib. Resolutionum Criminal. Casu* 128. *incip. Si officialis, & Casu* 127. *inc. Quoniam*
5 vbi tractat † an credatur Birroarijs, vel seruientibus Curiæ de impedimento circa exequutionem, vel resi-
6 stentiam, vel iniuriam, & Casu 126. † an credatur ad condemnandum vel torquendum Birroarijs de delicto capti, de visu, vel auditu, deponentibus, & *vide infra decisionem.* 379. *huius Præsidentis ad quam*
7 *dico.* Ad num. 3. de † materia *l. nullum, C. de testibus*, vide Afflict. *in decisione* 219. *&* 230. *&* 269. *&* Socinum *Regula* 426. Capic. *decis.* 142. Couar. *lib. Pract. quæstio. c.* 18. Menoch. *de Arbitrarijs iudicum. quæst.* 91. *lib.* 1. *& crim. cons.* 78. *nu.* 2. *vol.* 1. Bart. *in l. Diuus, num.* 4. *ff. de falsis.* Aretinum *de Maleficijs, verbo, falsario, versu quæro testis, num.* 24. *&* 26. vbi Augustinus, & Ancharan. *consil.* 273. & nouissimè videndus est Petrus Caballus *in d. l. Resolution. Criminalium, Casu* 116. *&* 117. Ad num. 6. ibi iurisdictio Ciuilis à Criminali, vbi
8 quòd † testis dicens falsum coram Iudice Ciuili, puniatur à Iudice criminali, vide omninò Menoch. *d. quæst.* 91. *& in terminis consil.* 78. *numer.* 2. *in* 1. *volum. consiliorum criminalium*, Bart. *in l. hoc iure §. fin ff. de aqua quotidiana, & æstiua, &* Couar. *d. cap.* 18. *num.* 8. quorum aliqui contra hunc Præsidentem, & Rouitus, *in Pragmatica, Quoniam falsorum, numer.* 4. *de falsis*, vbi
9 an vassallus Baronis testificans falsum in Magna Curia, remittatur ad Baronem. Ad numer. finalem adde,
10 quòd † licet fiscus non appellet, potest tamen de nullitate dicere. Follerius *in sua Pract. Criminali laicorum* 4. *par principali verbo, pœnis, num.* 83. Maranta 6. *parte, verbo appellant. numer.* 328. Carauita, *Ritu* 41. *nu.* 16. *&* 248. *num.* 2. & Præsidentem vide *infra decis.* 467.
11 470. *&* 487. vbi † an, & quando fiscus appellet, vel de nullitate dicat; & Bossius *in titulo de nullitate sententiæ*. Sed adde ad Regulam, quòd fiscus non appellet, duas Limitationes: alteram, quòd licet non appellet à sententijs absolutorijs principaliter, tamen in emergentibus sic, vt dico *infra decis. sequenti* 148. Alteram, quod licet non appellet, tamen appellationi inhæret, vt in Pragmatica 4. *incip. Don Ioannes, in tit. de Appellationibus*.

ADDITIO D. RICII.

EXecutori alicuius Iudicis resistens, si ab eo capiatur, an debeat remitti ad suum Iudicem an verò possit detineri, & inquiri per Iudicem exequutoris, hæc decisio continet materiam *l. nullus C. de testibus*, pro cuius intellectu vide Couar. *pract.* qq. 18. *numer.* 8. Afflict. *decis.* 230. vbi dicit, quòd Clericus excluditur à dispositione dictæ l. nullus, & quid si examinari non debuerat Iser. *in titul. qui test. sunt necess. numer.* 7. Marant. *in suo specul. in* 6. *par. num.* 121. *fol.* 90. vbi dicit esse offensas aures curiæ, & ideo effici Iudicem competentem Boer. *decis.* 90. *num.* 13. Quando autem vterque Iudex cognoscat contra testem, qui commisit falsitatem, coram Ecclesiastico, ad diuersas tan-

tantum pœnas Afflict. *decis.* 219. Guid. Papa, *decis.* 178. Aym. *cons.* 232. Afflict. *in const. multa leges* vide Capic. *dec.* 7. an autem Ecclesiasticus post sententiam latam in causa principali possit super hac incidenti falsitate procedere contra testes, quod non, cum sit functus officio suo Bald. *in l.* 1. *C. de calumniat.* Card. & Fel. *in c.* 1. *de calumn.* & an delegatus possit punire testem falsum deponẽtem coram se, vide text. *in l. Diuus Pius ff. de fals.* & de committente, falsum in iudicio nullo vi. de Add. ad *decis. Afflict.* 366. *n.* 3. Hippol. *cons.* 27.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Iudex incompetens efficitur competens contra offendentes aures ipsius quod declaratur.*
2 *Impugnatur D. Prases asserens Iudicem ciuilem tantum non posse punire testem, coram se falsum deponentem.*
3 *Refellitur D. Campana, & ostenditur fallacia argumenti.*
4 *Iudex offensus an possit punire subditum alteri per iurisdictionem abdicatiuam, & D. Reg. Galeot. & & D. Prat. euellunt decisionem.*

1 SApientissimus Zeno Imperator ad consulendum vndequaque honori, & reuerentiæ debitæ officialibus, voluit iisdem offensis ius vindictæ aduersus temerarios delinquentes tribuere, vnde *in l. nullum, C. de testib.* sanciuit vt testis coram Iudice falsum deponens, ab eodem puniatur licet alias non sit delinquentis competens, quæ lex, & si casũ falsi testis ibi expresserit, attamen propter identitatem rationis in ea lege scriptæ fundatæ in offensione aurium Iudicis, quamuis incompetentis per Doctores ampliata est, vt locum habeat in omni actu criminoso, quem coram Iudice quis fecerit, siue sit pars litigans, siue aduocatus, siue actorũ notarius, vt Bar. *ibi* Guazzin. *defens.* 1. *c.* 27. imò in quolibet actu etiam si is non sit coram Iudice gestus, per quem alicuius Iudicis, & si incompetentis iurisdictio offenditur, vel contemnitur, vt in decisione, vbi agitur de resistente familiæ Curiæ meretricum eiusdem Curiæ decretum exequenti.

Dubitatum extitit, an iurisdictio ex dispositione *d. l. nullum*, concessa sit cumulatiuè, vel priuatiuè ad ordinarium Iudicem delinquẽtis, & iuxta primam partem iudicatum fuit ex Bal. & alijs relatis *n.* 2. & tenent Caball. *resol. crim. cas.* 117. *centur.* 2. Farin. *q.* 118. *num.* 27. Giurb. *cons. crimin.* 59. *n.* 118. Merlin. *centur.* 2. *controu.* 71. *n.* 16. D. Prat. *respons. crim.* 42. *n.* 15.

2 Impugnatur D. meus in eo quod astruit Iudicem causarum ciuilium tantum non posse punire testem falsum coram se deponentem ex Bar. *in l. si quis obreserit*, *& in l. Diuus, ff. de fals.* & nominatim carpitur per Caballum *cas.* 116. & Reg. Galeot. *respons.* 1. *nu.* 5. & tenent Rol. *cons.* 12. *lib.* 2. Vant. *de nullit. ex defect. iurisd. n.* 48. sed Boss. *in tit. de fals. n.* 102. conciliat *d. l. Diuus. cum d. l. nullus*, vt illa sentiat de pœna ordinaria, quę imponi non potest in Iudice habente iurisdictionem ciuilem tantum, & *tex. in l. nullum*, loquatur de pœna leuiori, & extraordinaria, quæ potest imponi ab habente ciuilem Menoch. *de arbitr. q.* 91. Farin. *q.* 67. *n.* 38.

3 In hac re Campan. *de foriudic. resolut.* 29. *nu.* 2. tradit in Regno seruari quod tradit Bart. *in d. l. Diuus*, & ducitur ex eo, quod passim videmus, quod si quis falsitatem committat in M. C. ciuili remittitur ad M. C. criminalem ab ista puniendus, nec sit improbabile, quod huic obseruantiæ non refragetur *tex. in d. l. nullum*, cuius dispositio non erit frustatoria, si intelligamus per illam legem tolli incompetentiam fori, non autem concedi, vt qui crimina puniendi potestatem non habeat, criminalem exerceat iurisdictionem hæc Campan. qui male cum. D. meo arguit à praxi M. C. V. in qua ex peculiaribus iuribus, & obseruantia continuata distincta est iurisdictio ciuilis à criminali, sed est vnum, & idem Tribunal, cum vnus Regens ei pręsit, & separauit Iudices ob multitudinem negotiorum, vt felicior sit expeditio, & negari nequit, quin idem Regens exerceat vtramq; iurisdictionem, & sic est separata cognitio causarum non iurisdictionum, & per consequens ipsemet offensus pęnas sumit de teste, licet sententiam proferat in Camera, in qua sedet cum Iudicibus criminalibus, ita Monta. *tract. de Regal. rubr. potestas, nu.* 37. & quod Iudex ciuilis nihilominus incidenter efficiatur criminalis, ex Angel. *in d. l. nullum* tradit Sanfelic. *in prax. iudic. sect.* 25. *n.* 19.

4 Congruit quæstio, an Iudex offensus possit punire delinquentem, qui est subditus alteri per iurisdictionem abdicatiuam, & pro Magno Admiralio decisum testatur Anna *cons.* 107. & D. meus *dec.* 722. & tenet Montan. *vbi supra*, qui ducitur ea ratione, quia iurisdictio est concessa Magno Admiralio post *d. l. nullum*, & sic videatur illi derogare, & priuare iurisdictione cumulatiua, quæ tunc operatur quando alius habet æqualem iurisdictionem, sed quando Iudex qui concurrit ad cognoscendum de delicto habet in priuilegio iurisdictionem abdicatiuam, tunc alius non habet æqualem iurisdictionem, ita Sanfelic. *d. sect.* 25. Gizzarell. *dec.* 76. Tapp. *decis.* 13. sed contrarium probant latè Merlin. *cent.* 2. *controu.* 71. D. Prat. *respons. fiscal.* 42. *per tot.* qui *nu.* 35. aduertit D. meum fuisse in voto contrario *in d.* 772. & tradunt Mastrill. *decis.* 147. & Reg. Galeot. *respons. fiscal.* 1. *num.* 1. qui ambo referunt contra decisionem illam, tam in Concistorio Siciliæ, quam in S. C. in pluribus causis iudicatum, prout de anno 1654. in Collaterali Consilio refert idem Pratus *in fine respons.* ad relationem M. C. V. in gradu reclamationis, suaderi potest ex eo, quia in nullo casu potest declinari iurisdictio vigore *d. l. nullum ratione incompetentię*, ibi, *Nullum penitus testem fori præscriptionem posse prætendere præcipimus*. Sed clericus falsum deponens coram Iudice laico non potest cognosci ab eo, vt est notissimum.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus in regno, a decretis liberatorijs non appellat.*
2 *Fisco, etsi in decretis liberatorijs denegatur appellatio, non tamen denegatur, quin si grauetur, per viam recursus possit adire Sacrum Consilium.*
3 *Appellatio, licet sit prohibita, non tamen prohibetur propter excellentiam officij, secus quando prohibetur à iure communi. & n.* 4. *&* 6.
5 *Ritus Magna Curia faciunt ius commune in Regno.*
7 *Notoria iniustitia, æquiparatur nullitati.*
8 *Appellatio, de iure communi fisco non denegatur.*
9 *Pro sententia, in dubio præsumitur.*

DE

DECISIO CXLVIII.

Fiscus prohibitus à decretis liberatorijs appellare si notoriè grauetur, potest per recursum adire Sacrum Consilium.

IN Decisione præcedenti est dictum, fiscum appellasse à decreto remissionis contra eum prolatæ per magnam Curiam Vicariæ, appellationem; que non modò fuisse admissam, sed etiam refor-
1 matum decretum Magnæ Curiæ, & quia † à decretis
liberatorijs fiscus in hoc Regno non appellat, prout
est prouisum per plures Ritus Magnæ Curiæ, de quibus meminit Capyc. *in dec.* 114. *&* Gram. *in dec.* 14. &
Niger, qui alios allegat *in c. Regni, plerumque 4. col. fol.*
184. & Foller. *in pract. crimin. vers. pœnis debitis feriatur numer.* 82. *vers. vnum tamen fol.* 370. tamen
pluries Regius fiscus prætendit, non esse ei denegatũ,
2 † quòd si grauatur per Magnam Curiam, possit adire
Sacrum Consilium per viam recursus, de quo verbo
loquitur tex. *in cap. licet, de elect.* quem licet aliqui dicant singularem tamen Bru. *in tract. de const. & statutis, in vers. statutum, fol.* 184. dicit esse similem tex. *in l. eos. C. de appel.* fundari potest prætensio Regij fisci ex
ijs, quæ colligit Paris *in tract. de sindic. in ver. appella-*
3 *tio, in c. an si statuto,* 1. *colum.* Item quia † prohibita
appellatione non est prohibita supplicatio per tex. *in l.*
1. *C. de sent. præf. præt.* Ex aduerso dicebatur, Ritus clarè loqui, à sententijs liberatorijs fiscum non appellare,
siue inquisitus sit confessus tantum, siue conuictus
tantum, quod potest dici, procedere, fauore liberationis, nec posse applicari decisiones, quas allegat Paris, &
maximè Bald. *in l. fin. in 7. q. princ. C. de edict. diui Adr. toll.* quia, vt declarat ibi Pau. & post eum Iacobi. decis.
Bald. procedet in interloquutoria lata, causa non cognita, sed quando proferuntur sententiæ absolutoriæ,
vel habentes vim absolutoriæ, prout hodie proferuntur
per Magnam Curiam Vicariæ, per quam omnes, qui
liberantur sub fideiussione in forma, de se præsentando, proferuntur cum causæ cognitione, & ab istis, si
non appellatur, non datur, nec etiam querela, nec in
casu, de quo agebatur, dicebatur, procedere text. *in d.*
l. 1. *C. de sent. præfect. prætorio,* quia ille text. loquitur,
quando est prohibita appellatio, propter excellentiam,
seu qualitatem iudicis, cuius sententiæ priuilegia ha-
4 bet Sac. Consil. † secus autem, quando appellatio prohibetur de iure communi, quia tunc etiam prohibetur
supplicatio, ita prædicta declarat Iason. *in auct. quæ supplicatio, in quinto nota. C. de preci. Imp. offeren.* hic
vltimus videtur quod sit casus, de quo agitur, quia
5 † Ritus isti possunt dici in hoc Regno, ius commune,
sentent. secundùm And. *in § fi. col.* 1. *vers. sicut dicit lex Regni. de eo, qui sibi, & hæredi. suis. & in §. nec Dominus, pen. colum. vers. quando ergo homo demanij, de prohib. feu. ali. per Fed. &* Cagn. *in rep. l.* 2. *in* 96. *quæst. C. de pact. in empt. & vend.* Dixi in 1. anno mei officij,
Imolam super hoc plura consilia fecisse, *scilicet consilium* 142. *cum pluribus seq.* & de eo meminisse Ruin.
6 *cons.* 157. *de tribu. in* 2. *dub.* 5. *volum. &* Imò dicere, †
quòd quando appellatio est prohibita propter naturam
causæ, non potest etiam supplicari, & hoc facere pro
Regio fisco, quia in causis criminalibus, non modo
non est prohibita de iure communi, sed admissa appellatio, & Ruinum loqui in statuto prohibente appellationem in criminalibus, & tenere, prohibita per statutum appellatione, debere nihilominus dari recursum:
pro fisco faciunt prædicta, quòdque punienda sunt;
pro inquisito facit generalitas verborum Ritus, fauor
liberationis, quodque in dubio potius est absoluendus
nocens, quàm innocens condemnandus. Sacrum Consilium (in ijs anfractibus) si inspecta qualitate causæ,
videt notoriè fiscum grauatum, admittit recursum, &
7 merito, tum ex prædictis, † tum etiam quia notoria
iniustitia æquiparatur nullitati. *cap. inter cætera, de re iud.* quæ nullitas; non censetur sublata, etiam appellatione sublata, secundum Brun. *vbi supra,* & roboratur
hæc opinio auctoritate glos. *in cap. ex conquestione, & in leg. Ciues,* quas allegat Par. *vbi supra,* & vt isti Ritus
minus lædant ius commune, quàm possint, per quod
8 † ius commune, non est sublata appellatio fisco, considerat hoc Imò. *in d. cons.* 142. 2. *colum. vers. præterea prohibet,* & Gram. *vbi supra,* & ita tenet Gabriel. *conclus. lib.* 3. *tit. de maleficijs. quæst.* 14. Quando verò liberatio non est notoriè iniusta, tunc non admittit recur-
9 sum, tum ex allegatis sup. pro inquisitis, † tum quia
in dubio, est præsumendum, pro sententiam *l. Herennius. §. Gaia. ff. de euict.* quam exornat Didac. *in tract. pract. quæst. cap.* 6 *numer.* 35. & maximè pro sententia
iudicum criminalium Magnæ Curiæ Vicariæ cùm in
ea semper adsint duo ex Consiliarijs Sacri Consilij (licet ego ab hoc onere fuerim exemptus) quam pro maiori cultu iustitiæ, singulis duobus annis à Sacro Consilio transmittuntur per D. Proreges ad Magnam Curiam, pro causis prædictis vna cum alijs duobus iudicibus decretaque proferuntur, audito in omnibus D. fisci
Patrono, & de recursu, vide Menoch. *in tract. de arb. iud. q.* 60. *in* 2. *declar. lib.* 1. *fol.* 52.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. Adde videndum hunc Dominum *in decis.* 470. *numer.* 10. *& sequ.* Baiar. *ad Clarum quæst.* 94. *num.* 32. qui has decis. alleg. Foller. *in ver. pœnis debitis num.* 82. Farinac. *in* 3. *vol. q.* 101. *num.* 32. *fol.* 442. & an fiscus possit dicere de nullitate sententiæ Foller. *in loco citato in præcedenti in prima addit. num.* 83. & Farin. *vbi supra nu.* 111. qui concludunt affirmatiuè, an Curiæ Coadiutor poterit similiter dicere de nullitate; Vide Viuium *in dec.*

Vide Magon. *in decisio. Luca* 58. & Ioseph. Ludou. *in decis Luca* 1. *numer.* 42 *& seq.* Viuium *decisio.* 378. *num.* 5. 8.

Numer. 1. 2. Vide omninò Carauit. *in Ritu* 258.

Numer. 3. Adde quòd Fisco grauato succurritur per reclamationem ad D. Proreg. secundùm eundem Carauitam *vbi supra numer* 5. quæ reclamatio idem est cum supplicatione, idem Carauita *in Ritu* 252. *in fin.*

In eodem num Vide Viuium *in opin.* 816. *nu.* 5. *par.* 2. *& parum infra ibi quando proferuntur,* Adde hunc Dominum *infra decis.* 276. *in fi.*

Num. 5. Adde *supra decis.* 102. *nu.* 21.

Num. 7. Adde Vrsill. *in decis. Affl.* 103. *nu.* 4. Loffred. omninò videndum *cons.* 32. *col. pen. & fi.* Vrsall. *in dec.* 250. *par.* 2.

Ad fin. ibi, & maximè pro sententia; Adde Maran. *de ord. iudic. par.* 6. *actu.* 9. Anton. Gabr. *in tit. de sent. conclus.* 5. *nu.* 22. Roland. *cons.* 94. *n.* 23. *vol.* 1. omninò Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *c.* 67. *colum.* 1. *& nu.* 22. *& sup. decis.* 61. *nu.* 20. & decis. istam in puncto principali refert, & sequitur D. de Ponte *in tract. de Potestate Proregis fol.* 95. *nu.* 51.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

2 *Fiscus an appellet, Affirmatiuè ponitur hic.*
2 *Fiscus vbi expressè non reperitur priuilegiatus, vtitur Iure Communi.*
3 *De intellectu l. non puto, ff. de iure fisci remissiuè.*
4 *Res vendita à fisco si euincatur, fiscus tenetur ad interesse pretij recepti ab emptore, ipsi emptori ad instar etiam priuati.*
5 *A sententia interloquutoria appellat fiscus.*

1 AD hanc decis. *adde qua sup. dixi,& vide infra Præsidentem decis.398.nu.1.* Sed quod
fiscus appellat dicit *Ritus Magna Curia 261.incip. Vbi verò denunciatus*, & hoc te-
net expressè Mascatellus *in Practica criminali, titulo de iniuriis,num.44.*qui ad hoc propositum citat Cara-
uita.*in Ritu 259. Notabili 4.* & dicit per ipsum corrigi
2 Ritum 259.prohibentem appellari. Quod autem † fi-
scus vbi expressè non reperitur priuilegiatus, vtatur
iure Communi,Surdus *in decis. Mantua,13. num.1.2.*
3 *& 3.*vbi de † intellectu,*l.non puto,ff.de iure fisci*, ad
quam videndus est Alex. Turraminus ad ipsum, & i-
4 deò,in facto respondi consultus quod † si res vendita
à fisco,euincitur,fiscus tenetur ad interesse pretij rece-
pti ab emptore ipsi emptori, sicut teneretur priuatus
venditor,per text.*in l.quod placuit,in fine.ff.de iure fisci,& per consil.Mendoc.242.nu.9.* & per ea quæ tra-
dit Peregrinus,*in Tract.de Iure fisci,lib.1.titulo 1.* Sed
nouissime adde Io.Fran.de Ponte, *in tractat.de potest. Proreg.in tit.4.de Reg.imposit.4. plenis.* Ad num 9.
5 huius decis.adde, † quòd non procedit hoc in senten-
tia interlocutoria à qua fiscus appellat, nec in casibus
notatis ab Anton.Gabrielio *in libr.2. Conclusionum.*, *Conclus.6.in titulo de Sententiis*,& per Mascardum *in verbo.Sententia.* Ad num.8. & ibi Grammat. *vbi sup.* Anton.Gabriel.*lib.6.Conclus.14.*Sed hanc decisionem
non procedere in emergentibus causarum crimina-
lium,dic,vt puta remissionis, & similium: quia benè
appellat,ita Præsidens de Franchis,*decis.470.in fine.*

ADDITIO D. RICII.

FIscus prohibitus à decretis liberatoriis appellare,si notorie grauetur potest per recursum adire Sacr. Consilium,hoc dicit; Adde à Ponte,*in tract. de potest. Proreg tit 3.de elect.official.§.1.num.51.*Mastrill.*decis. Sicil.158 num.2.& per tot.* Imbr. *in tract. de repuls. par.1.considerat.2.num.9.& seq.* Carauit. *in tit.147.* Franch. March. *decis 148.* loquentem in fisco huius Regni,& sequitur ampliando, neque restitui, Guid. Pap.*decis.302.*vbi dicit,quod de stylo,& communi obseruantia contrarium seruatur Cremens. *sing.32.* Bertaz.*cons.195.& 197.Doct.in tract. de restit. in integr. par.3.nu.85.* vbi tenet magis communem opinionem esse, quod fiscus in pęnalibus non restituatur, nisi attenta enormitate delicti, quia tunc per Principem daretur restitutio contra rem iudicatam ne delictum remaneret impunitum, & hoc secundùm Bos. *in tit. si aduersus rem indicatam num.15. & in tit. de supplicat.num 8.*cur autem fiscus in pęnis,non restituatur in integrum, ratio est, quia fiscus habet causam lucratiuam. Vulpel *cons.41.num.3.*In Curia autem Archiepiscopali contrarium seruatur, vt decisum apparet ex mea *decis.81 tom.1.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus non potest appellare à sententijs absolutoriis in causis criminalibus.*
2 *An habeat recursum,& quando.*
3 *A decreto remissionis ad alium Iudicem,vel in causis pecuniariis à crimine descendentibus, an fiscus appellet.*
4 *A minoratione pœnæ an appellet.*

1 PArce in causis criminalibus subuenitur Fisco
in Regno Neapolitano, quamuis etenim non
prohibetur de iure communi appellare,tàm in
causis ciuilibus,quàm criminalibus,vt ex *text. in l.litigatoribus, C.de appell.* Dec.Innoc. & Abb. *in cap.cum clamor ext.de testib.* attamen de iure Regni
fiscus non appellat à sententijs absolutorijs in causis
criminalibus,vt ex *ritu M.C.258.& 261.* qui ritus ser-
uantur etiam in sententijs interlocutorijs Reg. Latr.
decis.165.num.12.& seq. vbi quod ita seruatur in alijs
Regnis, & ampliat nedum in sententijs absolutorijs,
verum enim in omnibus alijs decretis,ex Carauit. *rit. 258.num.2.*
2 Prohibita autem appellatione per statutum, non
censetur prohibitus recursus,vt *c licet de elect.* Minad.
decis.29. & proindè Fiscus cum notoriè est grauatus
habet recursum,& praxim ponit Reg.Tap. *in cap. Regni plerumque num.4.* & vbi oblata supplicatione pro
parte Regij Fisci Præsidi S.C. fit per eum decretatio,
quod M.C.V. relationem faciat ad finem prouidendi,
si est deferendum petito recursui,sed maius grauamen
requiritur in recursu,quam appellationis remedio,& si
M.C.est delegata,Fiscus petit recursum ad Collaterale
Consilium,& si apparet Fiscum esse notorie grauatum
defertur petito recursui alias secus, vt ex traditis hic
*num.7.*Latr.*dec.175.nu.23.*& potest etiam Fiscus dice-
re de nullitate Mastrill.*dec.158.num.28.*D inz.*de pugn. Doctor.par.1.tit.de fisc.num.88.*Latr.*vbi sup.nu.24.*
3 Exorta est quæstio, an Fiscus possit appellare à de-
creto remissionis ad alium Iudicem,vt ad Baronem,vel
alium,cum decretum non sit absolutiuum, vt dictat ri-
tus,qui cum sit iuris communis correctorius non de-
bet extendi de casu ad casum *l.sancimus, C.de appell.* Latr.*vbi sup.num.40.* & quod articulus sit ciuilis, &
Fisco concedatur appellatio licet alias à decretis libe-
ratorijs ei denegetur ex D.meo, tradit Sanfelic. *dec.4. nu.8.*prout in simili potest Fiscus appellare à decreto,
quod inquisitus gaudeat indulto nam articulus est e-
tiam ciuilis, vt ex prouisionibus Collateralis Consilij
desuper emanatis comprobat Danz. *vbi sup.nu.45.*
Argumentari potest in contrarium quod in hoc articulo ciuili remissionis causæ ad Baronem mulieribus denegatur restitutio in integrum,prout etiam denegatur in causis criminalibus,vt infra *dec.439.* de Marin. ad Reuert.*obs.341.& 491.*& in simili cum sit articulus incidens in causa criminali, habetur pro criminali, itaut à decreto S.C.conformi decreto M.C.lato contra aliquem quod non gaudeat indulto prohibita est reclamatio,vt est traditum in *obs.139.*nihilominus praxis in articulo excitato est pro Fisco,vt possit appellare à decreto remissionis, vel quod reus gaudeat indulto ex Danz. & alijs citatis ex eo, quod proceditur ciuiliter, vt probat Reg.Latr. *decis.165.*
Conuenit quæstio, an Fisco prohibeatur etiam appellatio in causis pecuniarijs ex crimine descendentibus,vel quando pœna non est corporalis, sed pecuniaria,& videtur dicendum quòd non sit prohibita appellatio,ex verbis ritus, ibi *criminaliter procedendo* Milsinger.*centur.4.obs.4.*Coler.*dec.German.22.* vbi quod ita seruatur de iure saxonico,& comprobat Reg. Latr. *dec.165.Sanfelic.d.dec.4.* & si Fiscus in termino non appellauerit restituitur in integrum ad appellandum citra probationem lęsionis Odd. *de restit in integr.p.1. q.36.art.4 nu.40.*Latr. *vbi sup.* Scio benè verum contra Fiscum ex Bar.*in l.1.in fin.ff.de quæstion. adesse alleg.16.*Reg.de Marin.vbi refertur quod nunquam fuerit seruatum contrarium,sed ego in stricta iuris ratione non audeo recedere à prima opinione.
4 Difficilior quæstio est, an Fiscus appellare possit à
minoratione pœnæ,& negat Foller. *in sua prax. crim. rubr.pœnis debitis feriantur num.82.*quem refert Mu-
scatell.*de delict.tit.de iniur.nu.41.* Latr.*dec.61.* contra
adduci potest quòd quamuis dubia sit quæstio, an Fi-
scus in integrum restitui debeat in casu quo Iudex pœ-
nam

num minuat, dùm in criminalibus Fiscus non restituitur in integrum secundùm Bald. *ad specul. in tit. de accusat. super rubr.* Gabriel. *comm. conclus. lib. 7. conclus. 13. numer. 3.* attamen affirmatiua sententia probari videtur ex *tex. in l. 1. C. de sent. aduers. fin glos. & Doctores in l. Imperiales de re iud.* Guid. Pap. *qu. 302. Capol. caut. 14.* Reg. Latr. *decis. 165. numer. 46.* & quòd possit Fiscus appellare pro minoratione poenæ per *rit. 261.* tradit Muscatell. *vbi sup. num. 44.*

SVMMARIVM.

1 *Subingressio in linea transuersali non datur de iure communi, nisi quando tractatur de successione patrui, vel auunculi.*
2 *Filij fratrum consobrinorum in simul cũ fratre consobrino succedunt alteri fratri consobrino præmortuo in bonis intus districtum Ciuitatis Neapolis.*
3 *Verbum, in stirpes, quomodo intelligatur, & numer. 6.*
4 *Sororibus amitinis exclusis per consuetudinem à successione fratris amitini, in beneficium aliorum fratrum an portio eorum accrescat ipso iure.*
6 *Actio oritur ex statuto illis, quorum interest, licet ad eos non dirigantur verba dispositiua.*
6 *Onus si quis sentit, & commodum sentire debet.*
7 *Filia fœmina præterita, non potest dicere testamentum patris nullum, exclusa à successione per statutum stantibus masculis.*
8 *Soror amitina excluditur à fratre amitino à successione fratris amitini præmortui.*
9 *Ius accrescendi non datur, nisi acquisita successione.*
10 *Ius accrescendi non competit succedentibus ex priuilegio.*
11 *Portio portioni accrescit, & non personæ, fallit vbi est diuersa ratio, & num. 15.*
12 *Verba legis, vbi deficiunt, ipsa legis dispositio deficit.*
13 *Consuetudines Neapolitanæ, dicuntur ius commune in Ciuitate.*
14 *Lex noua, declaratur, suppletur, & limitatur per legem veterem.*

DECISIO CXLVIII.

Subingressio extensa per consuetudinem Neapolitanam ad filios fratrum consobrinorum, vt vna cum fratre consobrino succedant, quomodo, & quando locum habet.

1 Quamuis de iure communi non detur subingressio in linea transuersali, nisi quando tractatur de successione patrui, vt plenè prosequitur Dec. *in l. si auia, in 1. nota. C. de success. edict.* quod etiam procedit in successione auunculi, allegat concor. Aymon. *cons. 127. 1. col. vers. quæritur primo, vol. 1.* & post eum Rota Bon. *in decis. 51. dubium erat,* & hoc casu succedant sub ingredientes in stirpem, & non capita, vt dicit tex. *in § si igitur defunctus, in Auth. de hered. ab intest.* tamen secundùm Consuet. Ciuitatis Neapol. de qua *in decis. 23.* hæc sub-
2 ingressio † extensa est etiam ad filios fratrum consobrinorum qui in simul succedunt cum fratre consobrino, alteri fratri consobrino præmortuo, etiam in stirpem, hinc est, quòd mortuo Magnifico Ioan. Antonio Serone superstitibus Magnificis Petro de Luza, & Didaco de Suaz, eius fratribus amitinis, seu consobrinis, natis ex quondam Magnifica Magdalena de Seron, sorore dicti Ioannis Antonij, & superstitibus filijs Domini Ludouici Quadræ Regij Consiliarij, qui similiter erat frater consobrinus dicti Ioannis Antonij ex alia sorore, nomine Anna, non fuit dubitatum ipsos esse admittendos ad successionem dicti Ioan. Antonij in bonis intus districtum Ciuitatis Neapol. & cum tempore diuisionis, dict. Didacus non esset in Ciuitate, nec esset certum, ipsum adesse, & viuere, fuit facta diuisio in duas partes, inter prædictum Petrum, & filios dict. Domini Ludouici, & fuit reseruata portio dict. Didaco, super medietate portionis, quæ obuenit dict. Petro fratri vterino d. Didaci, comparuit postea Didacus, & petijt tertiam partem omnium bonorum, dicens, debere bona prædicta in tres partes diuidi, & tertiam partem sibi competere, tertiam Petro, & aliam tertiam filijs Domini Ludouici, qui personam patris repræsentabant, & sic esse de iure communi procedendum ad diuisionem, non dubitabatur. Dicebatur tamen pro parte dictorum filiorum Domini Ludouici per consuetudinem Ciuitatis Neapol. successionem in stirpes deferri in linea collaterali, & quod medietas hæreditatis prædictæ spectat ad stirpem descendentem ex Magdalena, cuius sunt filij Petrus, & Didacus, & alia medietas ad stirpem descendentem ex Anna, ex qua dedescendit Dominus Quadra, hæc difficultas causa relata, non fuit visa probabilis, nam consuetudo addit iuri communi, vel corrigit in hoc, quòd quemadmodum in linea Collaterali de iure communi non datur subingressio, nisi vt supra, & tunc vult, quòd filij vnius fratris succedant in stirpes, ita vult, quòd seruetur etiam respectu filiorum fratris consobrini, vnde quemadmodum filij fratrum succedent in stirpem insimul cum patruo, alteri eorum patruo secundo ius commune, ita debent succedere filij fratris consobrini, cum fratribus consobrini defuncti, scilicet quod fratres consobrini superuiuentes habeant vnusquisque eius portionem, & filij fratris consobrini defuncti, etiam si plures sint, habeant portionem, quæ competeret patri,
3 si viueret: † & sic verbum, in stirpes, declaratur per Imperatorem, *in § cum autem. Inst. de hered. quæ ab intest. defer.* consuetudo enim prædicta deferens successionem in stirpem filijs fratrum, intelligitur de stirpe eius, qui succederet, si non esset mortuus, non autem de stirpe, vnde defunctus descendit, aliàs enim duo inconuenientia orirentur, vnum, quòd ius commune in duobus corrigeretur, scilicet, in subingressione, & diuisione, & sic essent melioris conditionis filij fratrum consobrinorum, quando succederent defuncto cum fratribus consobrinis eiusdem defuncti, quàm filij fratrum vtrimque coniunctorum, in primo gradu fratrum existentium, qui omnes in locum patris, eiusdemque fratris præmortui succedunt, nec est intelligenda consuetudo de stirpe, scilicet de filijs Magdalenæ ex vna parte, & de filijs Annæ ex alia parte, qui a non consideratur in successione stirps, nisi quando tractatur de subingressione in locum defuncti, per existentes in gradu remotiori, concurrentes in successione cum proximioribus defuncto, & ita *d. § cum autem* in casu de quo agebatur, filij Magdalenæ non indigent persona, nec loco Magdalenæ eorum matris in successione Ioan. Antonij, nec sub ingressione, quia tamquam proximiores, ex proprio iure succedent Ioan. Antonio, & propterea non est curandum de persona matris, nec persona matris est in consideratione, sed filij Domini Quadræ agent loco Domini Ludouici Quadræ eorum patris, licet ex eorum persona succedant, & id tantùm habere debent, quod eorum pater haberet, scilicet tertiam partem, & non esse melioris conditionis, quàm pater, & ipsi sunt, qui succedent in stirpes, & propterea Neap. *in Consuetud. si qua mulier, in princ.* dicit, quòd quoties aliqui succedunt alicui per se ipsos, semper succedunt in viriles, faciunt dict. *in decisione prædicta 23.* vbi plenè dictum est, ideo vnam portionem succedentibus in stirpem competere, qui in locum vnius succedunt, ne patrui duplici iniuria afficiantur, scilicet quòd cum ipsi existentes in remotiori gradu succedant, & maiorem partem ipsi habeant, quàm eorum pater haberet, & quòd stirps consideretur respectu illius, in cuius locum fit subingressio, non autem

respectu

respectu eius, cui succeditur, colligitur, ex dictis Neap. in eadem consuetudine, in ver. in stirpem, ver. inter transuersales verò,

Sed habitis pro veris prædictis, quod isti duo fratres ex vna ex sororibus defuncti descendentes, & filij Domini Ludouici ex altera sorore defuncti descendentes, deberent admitti in capita, & non in stirpem, nihilominus dicebant filij prædicti, quod huius hæreditatis debebant fieri quinque partes, ex quibus duæ debebantur filijs dictæ Magdalenæ, & tres ipsis filijs, videlicet vna ex eorum persona tanquam subingredientibus locum patris virtute consuetudinis, & aliæ duæ ex persona Donnæ Violantis, & Donnæ Beatricis sororum dicti Domini Ludouici Quadræ, quæ contemplatione dotis, ad quam eisdem erat obligatus Dominus Ludouicus, excluduntur, & sic in beneficium dicti eorum patris, & successiuè ipsorum dictę portiones cedere debebant, postquam de iure communi non erat dubium,
4 † quòd etiam istæ sorores amitinę concurrunt in successione fratris amitini, cum fratribus amitinis in eodem gradu existentibus, quibus, per consuetudinem exclusis, earum portiones accrescere debent eisdem hæredibus Domini Quadræ, qui erat frater masculus, ita dicebatur expresse colligi ex verbis consuetudinum loquentium, tam in successione ascendentium, quàm collateralium, & in specie declarat Neapo. *Consuetud. si moriatur, in glos. parua, in vers. succedunt, la prima*, vbi allegat consuetudinem, si qua moriens, qua expressè cauetur moriente muliere, quæ habuit duos viros, superstite ex vno ex viris vno filio, & ex altero viro superstitibus filio, & filia, prædictos filios, & filiam in viriles succedere, verùm portionem filiæ fęminæ accrescere eius fratri vtrinq; coniuncto, qui eam dotare tenetur, ipsamque portionem accrescere ipso iure, dicit Neapod. ibi, *in ver. accrescit*, & nec vno momento penes filiam residere, portionemque prædictam contra naturam iuris accrescendi, personæ, non portioni accrescere, dicit idem Neapod. *in consuetudin. predicta, in ver. fratribus*, & idem Neapod. *in glo. in consuetud. sed si morienti, in ver. nepotes*, dicit, hanc exclusionem esse potius post positionem. Dicebatur etiam predicta comprobari ex auctoritate Bar. *in l. seruo legato. §. si testator. ff. de legat.* 1. qui in statuto, quod extantibus ma-
5 sculis, fœmina non succedat, concludit, in † masculis, oriri actionem, quamuis verba ad eos non sint directa, quia fęminæ eorum contemplatione excluduntur, & cum Bar. Pluribus additis, tenet Soc. *in consil.* 51. *volu. per totum*, de quibus meminit Pisanel. *in apost. ad glo. in ver. neptis. qua incipit ego tamen. fo.* 255. & ita etiam per illum tex. tenet Alexan. *cons.* 60. *stantibus pen. col. ver. comprobatur. 5. vol.* & Afflict. licèt alia materia, *in decis.* 240. *in 3. dubio*.

Concurrit cum prædictis, quia iustum videtur, quod
6 postquam frater vtrinq; coniunctus † sentit onus dotationis, sentiat, & ipse commodum portionis fœminarum. Ex aduerso, pro parte dicti Didaci dicebatur, de persona harum sororum fęminarum non esse curandum, tamquā per consuetudinem non cognitarum, immò exclusarum a successione stantibus masculis, vt expressè dicunt verba consuetudinum prædictarum, ex quibus idem Neapod. motus in glossis eiusdem con-
7 suetudinis, *in ver. succedunt, la 2. & magna*, tenet † filiam fęminam præteritam non rumpere testamentum patris quia fratres ipsius succedunt, & non ipsa, subditque ius succedendi transfusum in paragium, & idem dicit in glo. *in ver. ex masculis, vers. si vero fuisset minor.* sequitur Afflict. *in decis.* 158. si igitur sorores non succedunt, tamquam per consuetudinem exclusæ, ergò de earum personis, tamquam per consuetudinem exclusis, non est curandum, quia habentur, ac si nunquam fuissent, vt dicit Bar. *in l. 1. §. si pater ff. de coniung. cum eman. liber.* imò, vt ex hæredatæ haberi debent. *l. 1. §. sciendum. ff. de suis, & legit.* si igitur fęminæ non succedunt, nec earum personæ sunt in consideratione, ergo diuisio hæreditatis dicti Ioannis Antonij, est fa-
cienda inter masculos, & sic in très partes. Item dice-
8 batur, † quòd si istæ sorores amitinæ essent solæ sine fratribus masculis, excluderentur à successione alterius fratris amitini, per fratrem amitinum, quemadmodum per fratrem consanguineum ex extensione text. §. sed si morienti, & quia eadem ratio conseruandorum bonorum in familia, quæ obtinet in eius exclusione, fratre carnali superstite, procedit in fratre consobrino, vnde obtinere debet idem ius, & dicebatur, non esse verum hanc portionem fęminarum deuenire ad fratres iure accrescendi, † quia ius accrescendi datur, delata successione, & non aliter, vt declarant Doct. & maxime Decius *in rubr. C. quando non petent. par.* quando verò successio non defertur prout dicebatur, quod erat casus, de quo agebatur, ius accrescendi non datur, quinimo, etsi defertur successio, dicebatur ius accrescendi non dari in casu de quo agebatur, vbi filij Domini Ludouici, ex prærogatiua eisdem per consuetudinem data, subingrediuntur in successione fratris amitini contra iuris communis dispositionem in locum patris, & de iure succedentibus, virtute repræsentationis, † tanquam succedentibus ex priuilegio, non datur ius accrescendi in parte repudiata, iuxta decisionem Sal. *in auth post fratres, C. de legit. hæred.* Insuperque etsi daretur, debet hæc portio omnibus co-
11 hæredibus accrescere, † cum portio portioni accrescat l. qui totam. ff. de acquiren. hæredi. *Sed prædictis* respondebatur, verum esse, quod sorores per fratres excluduntur a successione tàm ascendentium, quàm collateralium, ita vt re ipsa non succedant, sed tantummodo habeant paragium, in quod est transfusum ius succedendi, & ita intelliguntur dicta Neapo. *in locis pro Didaco de Suaz. allegatis*, & ita loquitur tex. consuetudinum. Sed ex earundem consuetudinum dispositione apparet, integrè has hæreditates spectare ad masculos, cum onere, ipsas sorores dotandi: vnde licet ex consuetudine re ipsa non succedant, tamen ratione oneris prædicti earum portiones, in quib. consuetudine circumscripta, succederent, fratribus cum onere prædicto applicantur, & ipso iure transeunt in fratres, vt dicit Neap. *in locis supra allegatis*, adeò quod in substantia, ex eodem fonte, ex quo nascitur exclusio fęminarum à successione, oritur inclusio masculorum in ea, & sic concordantur dicta Neapod. & ex hoc etiam respondetur ad dec. Bart. *in d. l. 1. §. etsi pater, & ad d. l. primam. §. sciendum*, scilicet, quod hæ sorores sint habendæ ac si non essent, quia hoc procedit in fauorem ipsorum fratrum, & ne contra eos, & in eorum pręiudicium rumpant testamentum, sed quod ex hoc fratribus eorum portio non acquiratur, in quorum fauorem excluduntur, sed alijs quam eorum fratribus, hoc dici non potest, & obstant verba eiusdem consuetudinis, clarè posita in fauorem fratrum: sunt enim sorores, fauore ipsorum fratrum carnalium, vt sic loquar, exclusæ: non autem fauore fratrum amitinorum, in quorum personam non cadit onus dotationis. Nec conueniunt verba consuetudinum, vnde † vbi non conueniunt verba legis, nec conuenit dispositio. *l. 4. §. toties. ff. de dam. infec.* quando enim prædictæ consuetudines dant formam succedendi, loquuntur quando sunt fratres, & sorores, & dicunt, sororem excludi, & masculum succedere, eisque dat onus dotis dandæ sororibus, non autem consuetudines loquuntur, excludendo fœminam coniunctam defuncto, occasione masculi non orti, nec geniti ex alio patre, vel matre, quam sit fœmina, quæ concurret cum eo in succedendo, & sit in pari gradu, & quod non tenetur ad dotem dandam ipsi fœminæ, cuius occasione per fratres excluditur. Nec verba, & dispositiones consuetudinum applicari possunt, quæ de bonis paternis, & maternis, dant onus dotandi, imò existentibus solis fœminis ex vno fratre præmortuo, & ex alio fratre masculis, & fœminis, si decederet alter frater, succedet hæc fœmina, quæ est sola, huic vltimo decedenti, simul cum filio masculo alterius fratris mortui, & sic

intel-

intelligitur consuetudo, quando vocat neptes, scilicet si sunt solæ, & filias, scilicet si sunt solæ, ita declarat Neapolit. *in consuetud. si quis vel si qua, in vers. sed si morienti vers. filia, & vers. neptes* vbi etiam D. Pisanellus, ex prædictis glossis, in apostilla incipiente, nota istam glo. sic prædicta declarat, & ex supradictis etiam apparet, falsum esse, quòd dicebatur, sororem amitinam, mortuo fratre amitino, excludi per alium fratrem amitinum, non fratrem carnalem ipsius sororis. Nec consuetudo, sed si morienti, hoc dicit, quæ nihil aliud facit, nisi quod in linea transuersali extendit subingressionem. Nec valet dicere, quòd eadem ratio procedit, conseruandorum bonorum in familia, nam ratio hæc non est expressa, nec perpetua, quia vt dictum est, neptis ex filio, vel fratre, sola succedit cum fratre, vel patruo de familia, & licet ipsa sit de familia per mortem de ea extr. Item dicebatur, quod etsi ratio prædicta obtineret, tamen non potest procedere alia ratio expressa in consuetudine, scilicet, onus dotandi de bonis paternis, & maternis, vt supra dictum est. Nec similiter obstat quod dicebatur, quod etsi hæ portiones sororum accrescerent fratribus per ius accrescendi, non procedet in casu, de quo agitur, vbi ex dispositione consuetudinis conceditur ei ius subingressionis in successione fratris amitini, ex dictis per Sali. *in d. auth. post fratres*, quia decisio Salic. non est vera, & eam optimis med. impugnat Io. Crotus, *in repet. l. re coniuncti, in 6. & vlt. q. numer. 84. vers. prædicta etiam cum seq. fol.*
23 291. *in nouis* † Item dicebatur, has consuetudines in Ciuitate Neap. posse dici ius commune, ex dictis per Bald. *in tit. de par. Const. 10. col. vers. deinde quæro, & per Cag. in rep. l. 2. in 96. q. vbi multa, C. de pact. int. empt. & vend.* cum alijs cumulatis in decis. præc. & sic potest dici, hanc subingressionem dari de iure communi,
24 & sine dubio habere locum ius accrescendi. † lex enim noua potest per interpretationem passiuam suppleri, declarari, & limitari per legem veterem, ita pulchrè Aret. ex mente Bart. *ibi, in l. 2. 5. colum. versic. 2. concl. ff. de leg. 1.* & etiam ex mente Cumæ, vbi infert ad declarationem consuetudinis Ciuitatis nostræ Neapolis, quæ incipit. *Si qua moriens, in vers. paratum*, & dicit esse intelligendam, vt ita lucretur bona in consuetudine prædicta expressa, quod illa teneatur reseruare liberis primi matrimonij, per l. si quis priori, & *l. fœmina. C. de secund. nupt.* est verum, quod vidi Cumæ. in fonte, & loquitur in statuto Mediolani, non autem Ciuitatis Neapolis, & vide *infra decis.* 323. ad quod etiam confert decisio Lucæ de Penna *in addit. ad cap. Regnine person.* Et vltimò ad id, quod dicebatur, has portiones debere portionibus alijs ac-
25 crescere, † respondetur ex dictis per Nea. *in gl. prædict. consuet. Si qua mulier, in vers. fratrib.* quod hoc casu accrescet portio personæ, non portioni, & est ratio oneris dotandi, quod non conuenit nisi fratribus consanguineis, vel vtrinque coniunctis ex earundem consuetudinum dispositione, vnde potest dici tex. *in d. l. qui totam.* non militare vbi non est eadem ratio; prout est casus, de quo agitur. Relata causa dicebat vnus ex Dominis, quod contra hos Dominos de Quadra videbatur obstare *glo. in d. vers. neptes*, dum in ea dicit Neap. quod superstite matre, nepote, & nepte, neptis excluditur, & succedent pro medietate mater, & frater, & sic videtur, quod exclusio neptis augeat portionem matris. Sed aduertendum, quia ibi erant nepos, & neptis ex fratre præmortuo, qui repræsentabant vna tantum personam in successione cum matre. Cum hæc scripsissem recessi ab Aula, & ad aliam accessi, & postea audiui, fuisse iudicatum, partes istarum sororum fratribus accrescere.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princip. Adde videndum hunc Dominum *in decis. 375. post decis. cons. 44. num. 3. cons. 484. nu. 7. &*

Ant. de Gam. *decis. 345. nu. 2.* Vide quam addo *ad d. decis. 375.*

An in fideicommissis subingressio habeat locum; Vide Bursat. *cons. 71. nu. 1. vol. 1.* vbi tenet quod sic; videatur Pereg. *in tract. de fideicom. art. 21.* & Capriol. *de successio. fol. 223. & D. Lanar. cons. 69. nu. 23.*

Num. 7. Adde Vrsill. *in decis. hic allegata*; vbi distinguit Paris. *cons. 62. num. 10. vol. 2.* Boer. *decis. 62. nu. 18.* Gab. *in tit. de verb. signif. conclus. 6. num. 6.* Viuium *in opin. 812. p. 2.* Clar. *in §. testament. q. 42. col. fi.* Suarez *in suis opin. lit. F. n. 301.* Burs. *cons. 36. n. 2. vol. 1.* Viuium, aut alium *in decis. 225.* Minad. *in Constit. in aliquibus in 2. notab. à nu. 61. vsq; ad 68. fol. 78.* Mandos. *in cons. Roma. 13. lit. A. Dilect. de arte testan. cautela 5. num. 5.* Addit. *ad Ias. in l. filia lit. F. C. de collatio. &* Capriol. *in tract. de successio. fol. 163. nu. 411.*

An filias exclusa à statuto ob masculos, & præterita à patre mortuis masculis ab intestato, si reintegretur testamentum sit nullum; Vide omninò Viuium non leuis eruditionis *in decis. 541. à nu. 1. 9. 17. & seq.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *De materia Subingressionis. remissiuè.*

1 ADde de † materia Subingressionis omninò quæ dico *decis. 24. decis. 157. nu. 20. 266. nu. 2.* Doct. *in Authent. de legitimis hæredib.* Michaelem Crassum, *in tit. de Successionibus ab intestato, qu. 2. in libro Conclusionum Iuris*, & Brunorum à Sole, *in Compendio iuris propositionum, in verbo, filius fratris, filius locum patris*, vbi quod filius in successione ascendentium ab intestato, & fideicommissis regulariter locum patris subintrat.

ADDITIO D. NOVARII.

SVbingressio extensa per consuetudinem Neapolitanam ad filios fratrum consobrinorum, vt vna cum fratre consobrino succedant, quomodo & quando locum habet, hoc dicit. Est notandum pro ornatu huius decisionis, subingressionem in linea transuersali habere locum vsque in infinitum, quando adesset aliquis frater defuncti, cum quo subingressus succedere vellet, nempè descendentes ex alio fratre, sed si non adesset frater, cum quo descendentes ex alio fratre succederent, tunc contrarium esset asserendum, vt subingressio non excedat primum gradum, prout ita determinauit Sacrum Consilium in anno 1555. die 3. Iulij videlicet, quod in patruo magno, & sic cum fratre consobrino aui non datur subingressio in filia sororis consobrinæ, vt subingrederetur locum matris ad excludendum patruum magnum, & idem fuit decisum de anno 1557. die 12. Iulij, vt refert Molfes. *in com. ad consuet. Neap. p. 4. q. 36. num. 9. & 10.* cuius scripta valdè faciunt ad propositum nostræ decisionis, subdens fuisse aliàs determinatum, quod si adesset soror, & ex alia sorore adesset neptis, & ex alia sorore duo nepotes, & ex alia esset abneptis, quòd in hoc casu habet locum subingressio, & omnes succedunt in illam portionem, in quam succederet mater si viueret, itaque abneptis, & in locum matris, & in locum auiæ subingressa est, vt succederet cum sorore alterius sororis defunctæ, quam soror, si non superesset, cessaret ius repræsentationis, & omnes æqualiter succederent. Et subingressio quamuis militare videatur in linea transuersali, vt procedat non tantum si superessent frater, & nepotes, vel pro nepotes ex altero, sed etiam quando moreretur frater patruelis, Amitinus, & Consobrinus existente superstite alio fratre patruele Consobrino, & Amitino, vnà cum filijs alterius fratris patruelis Amitini, & Consobrini, aut etiā porrigatur dicta subingressio in alijs fratribus existētibus in

vlteriori loco, vt tertio gradu, sicut in casu contingenti dubitatum fuerat, fuit decisum subingressionem non dari, vltra filios fratrum Consobrinorum à Ponte *cons.* 39. *volum.* 1. Georg. *allegat.* 30. *numer.* 72. & vide Anellum de Bott. *in addit. ad consuet. si moriantur §. quod autem,* vbi refert aliam decisionem S. C. ad nostrum propositum.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Repræsentatio de iure consuetudinario Neapolis in successione qualiter detur.*

2 *Consuetudo Neap. in quo corrigat ius commune.*

3 *Ostenditur corrupta littera decisionis, & an habeat locum repræsentatio in filijs fratrum patruelium, vel sororis consobrinæ.*

4 *Portio fœminæ exclusæ, quibus masculis accrescat.*

5 *Repræsentatio an locum habeat in filijs fratrum concurrente matre defuncti.*

6 *Renunciatio quomodo indicetur realis.*

7 *Consensus tacitus filiorum sufficit ad remittendum pęnas matris secundò nubentis, sed contrarium fundat Author num. 14.*

Pęna secundò nubentium non locum habent ad beneficium nepotum, sed assertum refellitur numer. 15.

9 *Mater quę secundò nupsit, an succedat pleno iure in bonis, quę mediatè à paterna substantia peruenerunt.*

10 *Renunciationis instrumentum quando impediat immissionis beneficium.*

11 *Tutor an possit reportare cessionem iurium contra pupillum D. Prat. expenditur nu. 17.*

12 *Occurritur decisioni relatæ per Reg. de Marin. pro repræsentatione ad beneficium nepotum ad concurrendum cum ascendentibus defuncti, & recensetur decisio nouissima M. C. V.*

13 *Propulsat Author distinctionem inter matrem, & auum ex D. Præside.*

16 *In bonis quę obuenerunt filijs ex successione fratris origine paternis matrem non binubam non succedere pleno iure tradit Reg. de Marin. qui retunditur. Alia vide num. 18.*

1 CObgeminatur materia subingressionis, & repræsentationis in successione intestati, tàm de iure communi, quàm consuetudinario Neapolis, primum assumptum incontrouertibile est, quòd in linea transuersali non datur subingressio, nisi quando tractatur de successione patrui, quæ conceditur filijs fratrum, & sororum tantùm, non alijs personis ex linea collaterali, vt in *Auth. vt fratrum filij, §. hoc itaque,* & attenta consuetudine Neapolis si quis, vel si qua, vocante proximiores cum distinctione bonorum, nempè in bonis paternis, & quæ obuenerunt ex eadem linea proximiores ex parte matris, & in bonis paternis proximiores ex parte patris, tunc neptis ex sorore, quæ est proximior in gradu excludit pronepotes ex nepte, qui sunt inulteriori gradu, & non possunt subingredi locum matris de iure Romano, minus de iure consuetudinario, etiam ius commune quam consuetudo remanet sine correctione vt ex *decis.* D. mei 24. & principio huius decisionis pro indubitabili notat de Pont. *consil.* 39. *numer.* 21. de Georg. *allegat.* 30. *numer.* 71. *& seq.* & probatur supra ex *decisio.* 157. quam obseruat de Geor. *num* 74.

2 Consuetudo corrigit ius Romanum in linea collaterali, & statuit quod si quis decessit sine liberis superstite fratre, & descendentibus ex alio fratre in infinitum succedunt, æqualiter licet frater sit proximior, & hoc nouum inducit consuetudo si quis, vel si qua, quamuis prius vocet proximiores, & ampliat ius commune in subingressione, vt tota progenies fratris præmortui subingrediatur locum illius, vt æqualiter succedat cum fratre superstite, idem est si concurrat soror ex vna parte, & neptis, vel abneptis ex alia sorore, ex alia D. meus *decis.* 652. *de* Marin. *libr.* 2. *resolut.* 210. vbi confutat de Pont. *consil.* 39. Rouit. *consil.* 23. *libr.* 1. & Prouenzal. *obser.* 29. *num.* 1.

3 Dubitari poterat de fratre consobrino, & consuetudo decidit, vt frater consobrinus succedat fratri consobrino vna cum filijs alterius fratris consobrini, vt illa progenies subingrediatur locum ipsius præmortui ad concurrendum in dicta successione, *vt in d. consuetudine, §. quod autem, &* Napod. *ibi in* 1. *glos.* & hic est casus decisionis, in qua aduertendum est corruptam esse litteram, ibi *sorore Io. Antonij,* & debet addi *patris Io. Antonij,* quod patet, dum vocat Didacum, & Petrum fratres Amitinos, & sic Magdalena, ex qua orti erant Didacus, & Petrus, erat Amita soror patris Ioan. Antonij, de cuius successione tractabatur, ita aduertit de Georg. *numer.* 74 & filium fratris consobrini succedere cum alio fratre consobrino, tradit de Marin. *libr.* 2. *resol.* 216. *numer.* 8. vbi refert, & sequitur D. meum, sed cessat subingressio ad beneficium filiorum sororis consobrinæ, ita Napodan. *in consuet. si morienti verb. soror.* de Marin. *libr.* 2. *resol.* 218. *num.* 8.

4 In linea collaterali quando concurrunt proximiores ex diuersa progenie, & ex vno stipite veniunt fœminæ, & masculi permixti, tunc fœminæ numerantur ad beneficium masculorum in diuisione facienda cum proximioribus ex alia progenie, vt declaratur *numer.* 11. *&* 12. & in fine decisionis refertur sic decisum, & obseruat de Georg. *numer.* 19. nam licet masculi vocentur ad hæreditatem iure consuetudinis licet speciali, & non communi iure exclusis fœminis, nihilominus quia tractatur de hæreditatibus, & successionibus vniuersalibus, quamuis masculi admittantur de iure speciali, tamen competit ei ius accrescendi, & propterea portio fœminarum accrescet masculis de progenie, quorum contemplatione excluduntur, vt reprobata Saliceti *opinione in Auth. post fratres, C. de legit. hæreditat.* & aliorum contra sententium probat D. meus *numer.* 10. quem refert, & sequitur post alios Bellon. *de iur. accresc. cap.* 7. *quæst.* 61. *numer.* 19. nam sicut consuetudo masculos prædilexit deferendo eis vniuersam hæreditatem, ita etiam censeri debet prædilexisse deferendo partem vacantem. nec sit contrarium, quod fratres vltra illam portionem, quam iure communi fuissent habituri succedunt iure singulari, nempè iuris consuetudinis, quod illis partem fœminarum defert, & ideò non videantur admittendi ad ius accrescendi, vt arbitrabantur Din. Specul. & alij, quia cum tractetur de successione vniuersali, non refert vtrum succedatur de iure communi, an de iure speciali, vndè si ex vna parte concurrant fratres consobrini, & ex alio stipite alij fœminis permixti harum portio seis fratribus proprijs cum onere dotandi, & habet locum ius accrescendi *Thor. in C. rer. iudicatar. par.* 3. *cas.* 51. *append.* 4. *num.* 10. *&* 15. imò extendit, vt si concurrant filij sororis consobrinæ cum fratribus dictæ sororis prædefunctæ portio dictorum filiorum accrescet

aum-

auunculis, & non alijs fratribus consobrinis concurrentibus in successione fratris consobrini mortui, & d. filijs fratris consobrini sufficiet illud primum proprium habitum per matrem in bonis paternis, ita ex Napod. & præsenti decisione Thor. *vbi sup.*

Si concurrant in successione defuncti mater, & filius, ex fratre, & pariter neptis defuncti soror vtrimq; coniuncta dicti filij, & fratre quærit Napod. *in consuetud. si moriatur, vers. neptes*, an portio auiæ erit augenda ex iure accrescendi portionis neptis exclusæ à fratre, dum Napod. admittit neptem ex fratre cum matre mortui, & quia per subingressionem succedunt filij fratris cum ascendente; efficiuntur dicti filij fratris ambo vna quasi persona, & tunc vnicam habent portionem eorum patris, quæ submota fœmina spectat integra ad masculum, & ideò soli masculo accrescit, & sic portio auiæ non augebitur per exclusionem fœminæ. Restat difficultas quando concurrit soror cum fratibus, & matre, quia hæreditas diuidenda est per capita inter fratres, & sorores, quomodo partienda erit hæreditas, an prius omnes succedant, & deindè portiones fœminarum accrescant fratribus vtrimque coniunctis, vel consanguineis, vel vt fœminæ penitus non succedant, & & hoc modo maior erit portio ascendentis, si fœmina excludatur rectà via, quàm si admittatur ad ius accrescendi, & Caput. *in consuetud. si moriatur p. 1. §. 6. numer. 19.* sentit non habere locum ius accrescendi fauore masculorum in casu quo successio est diuidenda in capita, sed quando diuiditur in stirpes, & ita practicatum refert in causa *decisio. 92.* D. mei, & vidisse processum, & sententiam in causa reclamationis, & hoc modo partitam fuisse hæreditatem.

5 Celebertima ex traditis per Napod. insurgit, quæstio, an repræsentatio locum habeat in filijs fratrum concurrentibus, ascendentibus in successione defuncti, & pro matre in nuperrima facti contingentia fuere allegata per doctum I. C. Neapolitanum Dom. Diomedem Petronsium annexa.

Intestatus, & absque descendentibus Magnificus Fœlix Golinus decessit, Ascendentium solùm Elisabetha Mazzeo Matre; Tranuersalium verò duabus tantummodo Neptibus relictis ex fratre præmortuo, Lucia nempè tunc virgine in capillis; hodie tamen matrimonio collocata. Et Anna nupta annis elapsis Blasio Saggesio, ex bonis tamen proprijs Fœlicis patrui dotata, quæ amplissimam, & realissimam ad ipsius Fœlicis, eiusque hæredum, & successorum beneficium, renunciationem emologauit; prout ex publico renunciationi documento, penes acta præsentato, clarissimè dignoscitur. Prætendunt modò defuncti Patrui intestatam successionem cum Matre Fœlicis Neptes prædictæ. Quas ambas, & si excludi omninò, & in Sac. Consil. & in M. Cur. alias, iura matris tuendo, iuribus, Doctorum, & rerum iudicatarum authoritatibus comprobauimus. Hodie tamen Annæ solummodò totalem defendimus exclusionem. Ex eo quia Elisabetha mater, & Lucia neptis concorditer pro portionibus respectiuè, inter ipsas consensu dispositis, præambulum interponi ad ipsarum beneficium, iuxta placitum in comparitionibus nuperrimè in Magn. Cur. præsentatis, petierunt, & petunt Et ita interponendum, reiectis Annæ oppositionibus per M. Cur. certò certius speramus, & ex infrascriptis iuris conclusionibus vndique receptis. DD. & rerum iudicatarum authoritatibus roboratis, credimus indubitanter.

Et vt conclusiuè procedamus, Primò iura, Secundò rationes, Tertiò DD. authoritates, Quartò Senatuum sanctiones pro matre contra neptem dispungemus, Quinto tandem Annæ neptis diluemus opposita, vt clarius iura matris in M.C. elucescant, & vbiq;

Verum enimuerò iura altius, vt par est, in tam celebri disceptatione, repetentes. Primò meminisse iuuabit, vetera; vt plurimum correcta de legitima, seù manuis intestata successione loquentia abiisse desueta. Nouissima hodie attendi tantummodò; quæ triplicem legitimæ successionis ordinem, Descendentium scilicet, Ascendentium, & Collateralium, videmus constituisse; Principem locum Descendentibus, post primum Ascendentibus, Collateralibus verò tertium concedentia dignoscimus, vt Sacratissimi Principis Sempiternæ venerationis Imperatoris Iustiniani, Nouella *constit. 118. in tit. de hæredibus ab intestato venientib. col. 9.* conscripta; edocemur.

Secundò eadem nouissima lege Nouellæ 118. *in 2. cap.* Sancitum esse, vt si cum Ascendentibus fratres defuncti concurrere contigerit; vna simul cum ascendentibus fratres succedere posse; Verùm si ascendentibus non extantibus, concurrerent prædefuncti fratris filij: iure Repræsentationis vna simul cum fratribus defuncti succedere valerent; prout litera *text.* exponit.

Tertiò legimus clarissima verba eiusdem Nouellæ *cap. 3.* & propriè *in §. sed & ipsis fratrum filiis* vbi si cum fratribus defuncti concurrant ascendentes, & filii fratris prædefuncti. Istos nequaquam succedere posse cum ascendentibus, & hæc sunt verba Nouellę, exclusiua filiorum fratris prædefuncti v. 3. *Si autem cum fratribus defuncti etiam ascendentes (sicut iam diximus) ad hæreditatem vocantur nullo modo ad successionem ab intestato fratris, aut sororis filios vocari permittimus, neque si ex vtroque parente eorum Pater, aut Mater iungebatur. Quandoquidem igitur fratris, & sororis filiis tale Priuilegium dedimus, vt in propriorum parentum succedentes locum soli in tertio constituti gradu cum iis, qui in secundo gradu sunt, ad hæreditatem vocentur.*

Quartò eiusdem Imperatoris Iustiniani munificentia, alia quinq; annis posteriore, Nouella quæ 127. *numeratur sub titulo, vt fratrum filii, &c. eiusdem 9. collat.* fuisse admissos (antea exclusos) fratrum filios, etiam concurrentibus ascendentibus ad hæreditatem defuncti iure Repræsentationis, & in stirpes, & verba admissionis sic leguntur ibi: *Hanc verò sancimus de illis filiis fratris, quorum pater ex vtroque parente iungebatur defuncto. Et absolutè dicimus ordinem, quando cum solis vocantur fratribus eundem eos habere iubemus, & quando cum fratribus vocantur aliqui ascendentium ad hæreditatem.*

Iuribus enunciatis. Rationes adducimus contra Neptem, quas, & si innumeras breuitati consulentes omittimus paucis contenti iura matris validamus.

Primò: Imperator enim Iustinianus, & non alter Priuilegium Repræsentationis fratris prædefuncti filijs indulsit, & in vno tantum casu, quando nempè cum propriis vocantur Teyois clara sunt verba eiusdem Imperatoris in *d. §. sed*, & *fratrum filiis* per modum dispositionis, & legis cuius dat rationem illis verbis: *Quandoquidem igitur fratris, & sororis filiis tale priuilegium dedimus, vt in propriorum parentum succedentes locum soli in tertio constituti gradu; cum iis qui in secundo gradu sunt ad hæreditatem vocentur.* Ergò non existentibus patruis qui sunt in secundo, ipsi in tertio existente gradu nullatenus, cum primo, in quo est mater, concurrere possunt, quando non supersunt defuncti fratres in secundo iuxta repræsentationis legem prout sunt expressa verba dictæ Nouellæ 118. in hoc non correctæ per Nouellam 127. vbi Imperator locutus fuit, & admisit filios fratrum cum fratribus, & ascendentibus, non autem, quando soli sunt filij fratris prædefuncti cum ascendentibus, clarissima sunt eiusdem Nouellæ 127. verba quę non egent explicatio-

catione, & nullo modo aliter possunt impetrari, vt supra diximus, isti; *Et absolutè diximus ordinem*, *&c.*

Secundò priuilegium Repræsentationis vti exorbitans, nonnisi in casu priuilegiato procedere potest. At Repræsentatio fratrum filijs à Iustiniano in eo tantum casu concesse fuit; existentibus, nimirum patruis. Ergo ijs deficientibus, & non extantibus vllo pacto succedere nequeunt cum ascendentibus, qui sunt in primo gradu, & ipsi nepotes in tertio, Maior propositio huius rationis *iuribus vulgaribus* probatur. Minor ex verbis, Nouellæ 118. *ind. §. sed & fratrum filij*, & ex traditis per Doctissimum Anton. Fabr. *in tit. C. de suis, & legitimis diff.* 1. *nu.* 1. Fachin. *lib. 6. contro. iur. c.* 3. Mattheac. *de leg. & fideic. libr. 2. cap. 7. post num. 8. Sesse decis. 60. num. 7.* quos, & alios nouissimè laudat, & sequitur Cancer. 1. *var. cap. 5. num. 16.* Sic decisum per omnia Galliæ Parlamenta refert, Mainard. *decis. 92. lib. 6.* ex Renat. Chopin. Fortun. Garzia, & alijs; Ergo necessaria consequentia absque contradictione est concedenda, vt non existentibus patruis, quorum concursu, & existentia Repræsentationis priuilegio potiuntur nepotes nullo modo cum matre, absque patruis, neptis aduersaria concurrere potest.

Tertiò Imperator Iustinianus quando priuilegium Repræsentationis fratrum natis, vt in propriorum parentum locum succederent, fuit elargitus, in æquitate, & commiseratione se fundauit, ne scilicet mors parentum portionem paternam ijs auferret, & patruis daret. Atque ita cum sanguine amisso, bonorum etiam parte, prædefuncto eorum parente spectante, fraudarentur. Ergo cessante æquitatis, & commiserationis ratione, etiam priuilegium cessat; intuitu æquitatis, & miserationis donatum. Conqueri etenim nepotes non possunt, Patruis non extantibus, quibus eorum pars non tribuitur ob mortem prædefuncti eorum parentis. Merito hoc casu priuilegium Repræsentationis denegandum esse non dubitatur. Igitur non repræsentantes nepotes patris gradum secundum, non possunt concurrere cum patre, vel matre defuncti in primo gradu, vt solidissimè ratiocinatur, & fundat nouissimè Anton. Perez infra suo loco, cum DD. laudandis.

Quartò, Imperatorem Iustinianum, vti sapientissimum Principem de casu dubitabi i, non autem indubitabili legem condidisse in dicta Nouella 127. fateri oportet, cùm certum sit prædefuncti fratris filios ad intestatam defuncti patrui successionem; cum fratribus defuncti admisisse, etiam ascendentibus extantibus, quando Nouella 118. expressè eosdem prædefuncti fratris filios cum fratribus defuncti in concursum ascendentium excluserat ipsemet Augustus. Ergo si casus fuisset dubitabilis, vt quando soli fratris prædefuncti filij, patruis non existentibus succederent cum solis ascendentibus, vtique sanxisset posse succedere, & quemadmodum casum quo prædefuncti fratris filij soli cum defuncti fratribus ad successionem vocarentur, præuidit, & statuit, vt succederent iure Repræsentationis, prout in dicta Nouella 118. Ita pariter si casus fuisset dubitabilis, quando nempè soli nepotes cum ascendentibus concurrent existentibus patruis; vtique decreuisset. Necessariò ergo fatendum est nullo modo succedere posse nepotes quando solos cum ascendentibus concurrere, non existentibus patruis contigerit, aliàs sapientissimum Iustinianum errore notandum, hunc casum non præuidisse, neque ordinasse, quòd certo certius alienum à tanto prudentissimo, & sapientissimo Principe esse, fatendum necessè est confiteantur omnes, & etiam inuiti.

Quintò, & tandem (alijs permultis, data opera omissis) vti solidissima sic etiam appositissima casui nostro facit ratio. Nam successio ab intestato, remota omni legè ciuili ex coniectura voluntatis naturalem habet originem, vndè si quis voluntatis suæ nullam edidisset testationem, credibile non est eius fuisse mentis, vt post mortem suam bona occupanti cederent; Sequitur, vt eius esse bona intelligerentur, cuius ea esse voluisse defunctum maximè erat probabile, creditur autem in dubio id quisque voluisse, quòd æquissimum, & honestissimum est; In hoc autem genere prima causa est eis, quòd debetur, proxima eius, quod, & si non debetur, officio congruit, celeberrima est eruditissimi Grotij *doctrina in tractat. de iure belli, & pacis libr. 2. capit. 7. numer.* 3. Ergo in casu nostro, attenta naturali origine ex coniectura voluntatis, prima causa eius, quod debetur, matri certo certius debita est filij hæreditas, Nepti verò aduersariæ nequaquam.

Perconctatis igitur iuribus, ac rationibus, operæ pretium DD. Authoritates in terminis terminantibus pro matre ad Neptis exclusionem duximus collaudandas, &c.

Primò, Alberic. *in auth. defuncto, Cod. ad Tertyl.* Fulgos. *in d. auth. defuncto*, Cuiacius *in d.* Nouella 118. *circa finem* Borcolten. *de gradib. tit. de successor. ascend. pagin.* 228. Giphan. *super institut. de successor. ab intest. ex iure Nouella* 118. *&* 127. *vers. vel extant.* Andreas Ghirard. *exercitat.* Iustinian. *decad. vnic. quæst.* 7. Philippi Hoenij *disp. Iur disp.* 12 Paul. Borens. *lib. 3. disp. 8. quæst. 3. tom.* 1. Iustin. Sinold. *disp.* 12. *thesi* 15. Barry *de success. ab intest. libr. 18. tit. 2. sub nu.* 2. Horat. Mancin. *in opusc. success. ex testam. & ab intest. num.* 178. Arnold. Vinnij *instit. lib. 3. de success. iuris nouiss. tit. de successor. parentum in fin.* Georg. Sculizen. *institut. Imperial. in tit. de successor. ascend. vers. concurrentes*, Guglielm. Cup. *in disput. iurid. institut. in tit. de successor. quæ ab intest. deferuntur thes.* 22. Georg. Dauid. *locameri in qq.* Iustin. *quæst. 273. tit. de legitim. agnat. successor.* Iulij Pacij *in epitome institut.* Imperial. *tit. de hereditat. quæ ab intest. numer. 9. in fin. Collegij Argentoraten. in Pandectis libr.* 38. *tit. vndè legitimi numer.* 8. *pagin.* 973. Henric. Zoesij *in Cod. Iustinian. libr. 9. tit. ad Tertyll quæst. 5. pagin.* 627. Antonij Peretij *quem supra citauimus in tit. C. ad Tertyll. numer.* 8. Donell. *enucleat. libr. 9. cap. 3. fol.* 22. Bernard. Suthol. *dissert. iur. dissert. 11. Aphorism.* 66. *reprobantis* Fuister. Gudelin. & Rittbesurs. ex nostratibus Napodani, quem citat, & sequitur Gaspar. de Leo. *in consuetud. sed si morienti, vers. an hic tex. c. f.* 151. Scip. Buccin. *in d. consuetud. vers. subingressi d. fol.* 151. *P.* Molfes. *p. 4. tit. de success. ab intest. quæst.* 38. *numer.* 10. D. Consiliar. D. Geor. *alleg. 30. à num. 49. cum seqq.* Doctiss. & eruditiss. Perceptoris nostri Ioan. Andr. de Paulo *instit. Imperial. lib. 3. tit. de legit. agnat. success. in §. præferuntur allegantis* Giphan. & alios, more suo eruditiores.

Verùm matris inclusio in tota filij successione intestata, ad neptis exclusionem, vltra iura, rationes, & DD. authoritates supra commemoratas, etiam rerum iudicatarum munimine vallatur, prout sic fuisse decisum referunt.

Maynard. Tholosan. Parlam. *lib. 7. decis. seu cap.* 21. quem refert, & sequitur Barry. *supra proximè citatus*, Paul. Christinęus *decis. suprem.* Cur. Belg. *decis. 194. nu. 1. & 2. vol.* 1. Sic decisum per nostrum S.R.C. Neapolitanum refert Thor. *in compend. decis. p. 3. tom. 3. vers. subingressio fol.* 290.

Ex supradictis, ni fallimur, iura matris contra Annam neptem vndique luce clarius fundata credimus. Addendum pro confirmatione putauimus amplissimam renunciationem per ipsam neptem ad beneficium Fœlicis patrui eiusque hæredum, & successorum emanatam, quam dicimus validam, realem, & realissimam in iure, cuius vigore nihilum prætendere posse ex patrui intestata successione, & semper fuisse, & esse exclusam,

sam, & vti mortuam, prout ex infrà demonstrandis constabit euidentissimè.

6 In facto etenim non dubitatur ad beneficium Fœlicis, eiusq; hæredum, & successorum, fuisse per Annam neptem renunciatum, vti de bonis proprijs Fœlicis patrui dotatam, & in istrumento renunciationis hæc verba apparere, & legi v.3.

Primò, *spontè renunciauit*, hæc clausula includit aliam idest, *liberè*, quæ propriam, & liberam voluntatem importat Paris. *consil.* 170. *numer.* 9. *lib.* 4. Imò præcisam libertatem non verò causam, Surd. *cons.* 392. *numer.* 17. Et etiam metus exceptionem excludit sic decisum per Rot. Rom. refert Eminentiss. Serap. *decis.* 224. *numer.* 3. & dictio *liberè* inclusa in dictione *spontè* facit dispositionem (& sic nostram renunciationem) realem: Ruin. *cons.* 1. *num.* 21. *cum seq. lib.* 1. Marescott. 2. *var. cap.* 59. *numer.* 9.

Secundò, renunciauit *omnibus portionibus, & hæreditatibus competentibus, & competituris in futurum*, hoc casu renunciatio huiusmodi verbis peracta dicitur realis, & omninò realis est reputanda, & sic semper, & perpetuo renuncians exclusa remanet, vt post Angel. Decium Afflict. & alios fundat, Menoch. *cons.* 335. *nu.* 31. *lib.* 4. quem laudat, & probat D. Reg. Rouit. *cons.* 24. *n.* 9. *vol.* 1.

Tertiò, renunciatio prædicta legitur cum clausulis, *vndecumq; & alitercumq; semper, & in perpetuum*, quæ important idem, ac si fuisset dictum *omnino*, quia omne qui dicit nihil excludit, & isto casu etiam renunciatio dicitur realis vti verbis concepta generalibus, vt ex pluribus fundat, Molfes. *tit. de renunciat.* *q.* 3. *per tot.*

Quartò, Anna renunciauit, prout diximus in amplissima forma, & in renunciatione apertis verbis dicitur *quod ipsa renunciatio non sit personalis, sed realis, & realissima*. Quibus stantibus voluntas renunciantis sic explicata debet attendi, Surd. *ex aliis decisum refert* per S. C. Molfes. *d. tit. de renunc. quæst.* 3. *numer.* 17. *& seq.* Vbi hoc casu omnem prorsus cessare dubietatem affirmat, & quando renunciatio est realis, prout in casu nostro, renuncians mortua reputatur, prout ipsemet Molfes. ex Alex. Pisanell. & alijs, comprobat ibidem.

Imò, & fortiùs in casu nostro, dum in renunciatione leguntur verba *ad beneficium heredum, & successorum, &c.* tali casu renuncians mortua reputatur: ita ex Alex. Stephan. de Gaeta, & alijs D. de Franch. *dec.* 553. *n.* 13.

Quintò, renunciatio in dubio realis præsumitur, quia talis est intentio renunciatarij *ex text. per argum. in l. si quis pro eo* 56. *§. si nummus, ff. de fideiussor.* Desumitur ex theorica Iser. *in cap.* 1. *de Vasall. decrep. ætat.* Alex. *cons.* 13. *numer.* 5. *volum.* 5. Natta *consil.* 564. *num.* 7. *vol.* 3. Meritò stantibus renunciatione reali, & realissima, & pacto: nullo modo Anna neptis vigore renunciationis succedere potest, quia mortua reputatur, & sic præambulum, vt supra per Elisabetham matrem petitum debet interponi.

Restat modò iuxta præmissa, imò promissa, oppositionibus Annæ respondere, quibus, & si satis superque ex supra firmatis conclusionibus plenissima colligatur responsio, attamen ex abundanti dicimus, &

7 Primò, non militare neque in facto, neque in iure opponentis vana prætensio respectu transitus Elisabethæ matris, contradicente Fœlice filio, ad secundas nuptias, ob quas solùm in vsufructu non autem in proprietate Elisabetha hæres debeat declarari. In facto etenim contradictio figurata probata non fuit; neque in posterum vllo tempore probanda dignoscetur, cùm contrarium ex facti notorietate appareat; nempè taciturnitatis triginta trium, & plus annorum dicti Fœlicis filij (dempta minori ætate) Ex qua taciturnitate resultare tacitum consensum ad remittendum secundò nubentium pœnas, sufficientem, secundùm communem DD. non dubitamus. Attamen hæc prætensio, & si in iure leuissima dispositione, *l. fœmina, C. de secundis nupt.* validaretur. Nouissimo hodie iure Autenthicorum attento succedit in bonis à filio acquisitis binuba mater, etiam pleno iure, vsufructuaria solùm bonorum filio ex paterna substantia immediatè peruentorum, remanet, prout clara sunt verba Authenticæ, *ex testamento, C. de secund. nuptijs*, & in corpore vndè sumitur, Nouell. 21. *cap.* 46. *collat.* 4. *in tit. de nupt. & propriè in §. si autem intestatus*, vbi Gottofred. *in notis liter. M.* explicat clarissimè, post omnes ex multis firmat nouissimè, Ciriac. *controu.* 367. *num.* 49. *tom.* 2. Præterquam quod in casu nostro cessat hodie omnis disputatio etiam in bonis ex paterna substantia Fœlici obuentis; ex eo quia omnes filij primi matrimonij, & Germani fratres Fœlicis non extant, & sunt huic præmortui, & propterea Elisabetha mater, & si binuba succedit etiam pleno iure in bonis Fęlici filio ex paterna substantia peruentis. Aperta est iuris dispositio *in d. l. fœmina, §.* 1. *versic. quid si nullam*, & optimè consonat elegans in proposito, Fabri *differ.* 16. *in tit. C. de* 2. *nupt.* vbi ex *d. l. fœmina*, asserit matrem binubam, mortuis filijs primi matrimonij effici proprietariam bonorum etiam ex substantia paterna filii spectantium, sic de communi etiam affirmat nouissimè Christin. *dec.* 131. *num.* 13. *&* 20. *tom.* 3. Ceuall. *commun. contra comm. q.* 671. & ante istos noster Affl. *dec.* 75. & ibi Vrsill. *nu.* 2.

8 Neque possunt prętendere nepotes, seu neptes eodem Imperatorum beneficio *d. l. fœmina, & auth. ex testam.* contra matrem defuncti filij binubam potiri, Dispositio namque quia pęnalis, iuxta tradita, & optimè per doctiss. D. de Franch. *decision.* 18. eos non comprehendit, *ad iura vulgaria*, & licet filiorum fauore, secundario tamen dicatur pęnarum secundò nubentium materia fauorabilis. Attamen quia lata fuit lex principaliter in odium secundarum nuptiarum, ad regulam, qua docemur, ea solùm attendi debere, quæ principaliter non verò, quæ secundariò essent sancita, *l. qui exceptionem* 40. *cum concord. ff. de condict. indeb.* & optimè ad propositum, & in terminis docet, ex innumeris, & firmat Fontanell. *omninò videndus, de pact. nupt. claus.* 7. *gloss.* 18. *par.* 4. *à numer.* 52. *cum seq.* Meritò pœnalis materia est reputanda, & vti talis nepotibus, vel neptibus quoad compræhensionem restringatur, iuxta iuris regulas. Item in materia pœnali, consideratur tantummodò, quod est immediatum, non mediatum; Patet, nepotes enim hoc prætendere nequeunt ex eorum persona, quia de ipsis lex non loquitur, nullo alio modo quam Paterno medio possent per viam compræhensionis hoc prætendere; ergò obstat ei alia regula paulò ante enunciata, nempè, quòd in pœnalibus causa immediata, prout sunt filij primi matrimonij, quibus lex prospexit, Non autem mediata, prout sunt nepotes, de quibus lex verba non fecit attendatur, vt ex doctiss. D. de Franch. proximè citati doctrina colligitur, & & nos ab eo hæc fundandi, fuimus edocti; Adeò verum quòd in proprijs terminis causæ, quam disputamus, semper præualeat, & attendatur causa im-
9 mediata, non verò mediata dixerunt DD. communiter, & absque vmbra controuersiæ, quod mater succedit filio pleno iure, etiam in illis bonis filio peruenis ex successione alterius fratris prædefuncti, licet origine paterna bona forent. Non alia equidem ratione, quia quod est immediatum, non autem mediatum attenditur, ita ex Ioann. de Garronibus, Gabriel Florian. Peregr. Boer. & alijs quos suis locis fideliter enumerat, Cyriac. *d. controu.* 367. *num.* 5.

Verùm ne desit punctualis casus nostri communis DD. conclusio contra nepotes, vel neptes; ita in terminis docet doctiss. P. Molina *de iust. & iur. tom. 1. disp. 163. col. 3. notab. 3.* & post omnes latissimè comprobat, omninò videndus Cephal. *consil. 463. per tot. tom. 4.* Et ratio rationis est, nam iniuria, qua primi matrimonij soboles afficitur ob transitum matris ad secunda vota, non transit ad nepotes, ita magistraliter, & in puncto confirmat Rimin. *iun. cons. 395. num. 95. tom. 3.*

10 Sed opponit renunciationem esse personalem, & propterea nihil ipsi obstare, & Fœlicis hæredibus non prodesse. At prætensio ista nullo modo subsistere potest, tùm ordinis, tùm iustitiæ respectu. Ordinis, pro declaranda equidem renunciatione personali, & ad peius nulla, aut inualida, quamuis esset talis, quòd constanter negamus; Eget termino, & huius compilatione, & postmodum sententia, & interim impediri non potest Præambuli decretum à matre interponi postulatum, ex eo quia penes acta fuit præsentatum publicum renunciationis instrumentum per Annam neptem vt supra emologatæ, & omni solemnitate, & iuramento munitum, & qui habet instrumentum pro se prout contra neptem renunciantem habet mater, dicitur habere probationem probatam incontinenti, euidentem, notoriam, definitam, & indubitatam, imò, & casum legis, ita in terminis terminantibus immissionis, & præambuli Bald. omninò videndus *in l. 2. nu. 3. C. de edicto*, D. Adr. *& in cons. 215. num. 3. in fin. vol. 2.* quem cum alijs innumeris de more laudat, & sequitur Tiraq. *de vtroque retract. §. 2. glos. 1. à num. 20. cum seq.* Milanensi. *decis. 8. à num. 21. cum seq. lib. 2.* & ex nostris Gramat. *decis. 45. num. 9. & seq.* qui docet instrumentum esse probationem probatam non probandam, & quòd ex instrumento apparet esse certum, prout ex Bart. Bald. Alex. Iason. Soccin. & alijs multis, quos suis reportat locis fideliter. Tanto magis, quòd Annæ neptis est periura; quo casu non est audienda, prout ex Affict. Gramat. & alijs firmat Seraf. *de iurament. priuileg. 174. numer. 10.* & hæc periurij exceptio etiam procedit tàm in iudicio summarissimo immissionis, quàm manutentionis, Ludouis. *decis. 64.* & optimè Socc. *omninò videndus consil. 59. numer. 1. volum. 3.* Imò renunciatio in casu nostro facit cessare prætentionem ipsius Annæ in hoc iudicio possessorio immissionis; ex stylo Tribunalis Concistorij Principis, prout est nostrum S. C. & M. C. in quibus sola facti veritate proceditur ex eo, quia constat per instrumentum renunciationis nullum ius, nullamque actionem competere posse nostræ renuncianti aduersariæ, D. de Ponte *decis. 40. numer. 46. & 47.* & in terminis casus nostri nempe in iudicio possessorio immissionis, quòd exceptio renunciationis obstet renuncianti; latè firmat Menoch. *adipisc. remed. vltim. num. 60 in fine. ibi cum autem notoriè constat de renunciatione, vel incontinenti probatur admittitur exceptio*, & sequitur optimè confirmans Carol. Anton. Puteus *in cons. vnic. nu. 32. & seq post cons.* Odd. *vol. 2.*

Respectu iustitiæ, ex supra verissimè in iure, imò solidissimè fundatis ex abundanti, vt articulum tantummodò degustasse, & intactum non reliquisse videremur, non quia respondendi necessitas expotceret, cùm in termino, & in causæ ordinariæ tractandæ expeditione fuisset articulus iste discutiendus. Renunciatio realis, & realissima apparet non solùm ex clausulis in ea appositis, & in dispositiuis, ex clarissimis verbis, & pacto expresso, quod vti realis, imò realissima semper Fœlici renunciatario, & de bonis proprijs renunciantem tunc dotanti, eiusque hæredibus, & successoribus proficere deberet; Eo fortiùs quòd in renunciatione leguntur hæc alia verba nempè *ita quòd præsens renunciatio, & donatio non sit personalis, sed realis, & realissima, &c.* Quo casu cùm sit donatio; omnia cessant motiua; tum respectu figuratæ lesionis, tum etiam falsæ causæ, & assertionis; prout talis renunciationis validitatem fundat de iure, & optimè peritissimus P. de Afflict. *controuers. iur. cap. 24. per totum*, quem pro cunctis allegasse sufficiat, quia omnes allegat, & omnia lato calamo distinguit, & declarat in materia renunciationum, ne alienos videamur, & immeritò vsurpasse labores. Ergò prætensio de iure militare non potest; imò non debet tum respectu ordinis, tum similiter iustitiæ. Neque responsione eget, quod pro parte Anne allegatur, asserendo renunciationem enanuisse, quia Fœlix renunciatarius descendentibus viduus decesserit, quasi istorum contemplatione renunciatio fuisset confecta. Nam nos in bonis allodialibus, & de eorum natura ad hæredes extraneos transmissibilibus, non autem in feudalibus, & non ad extraneos hæredes, transitorijs, versari, patet clarissimè. Præterquam quòd renunciatio, prout pluries fuit repetitum, ad fauorem hæredum, & successorum Fœlicis legitur ordinata, meritò vti principia nimis vulgaria, & etiam infimi ordinis viris satis cognita, allegationum pompam consulto omittimus. Ne dominos Iudicantes verè Consultissimos inutiliter laborare permittamus.

11 Tertiò contendit, sed perperam, ex alio renunciationem sibi non obesse, vti nullam à principio. Nam Fœlicem Patrum eius tutorem declaratum fuisse prætendit, quod acerrimè negamus, ac proindè nullam esse cessionem, & renunciationem, vti contra text. *in authent. vt hi obligatas se habere perhibent res minorum, &c. colum. 6. titul. 1.* & propriè *in §. seu capit. 5. incip. quod si quis*. Et vti tutorem ad rationes reddendas astrictum fore similiter. Hæc prætensio, vt, & aliæ, nullius roboris, & momenti in facto, & in iure euidenter demonstratur. In facto, & ad præsens non constat Fœlicem fuisse tutorem, neque scriptura reperta, de qua maximum fecit festum Anna neptis, quicquam ipsi opitulatur. Nil aliud equidem scriptura continet, quàm Fœlicem de anno 1637. tempore quo Fuluiæ de Philippo Annæ matris dotes restitutas fuisse constat, tutorem se asseruisse ipsius Annæ, Videamus modò quid importet in hoc summario iudicio, & quid in ordinario hæc Fœlicis assertio se tutorem dixisse, quando absente Anna dotes Fuluiæ de Philippo fuerunt restitutæ. Certocertius, nihil, vti enunciatiua, quam nullius probationis esse iura decernunt iuxta regulam *l. ex his 7. C. de testament. milit. & capit. final. de successor. ab intest. cum infinitis passim concordantibus*. Imò enunciatiua nihil probat, maximè quando de enunciato principaliter controuertitur prout in casu nostro, in quo principaliter dubitatur, fuerit, ne Fœlix tutor Annæ, ita ex Bal. Alex. Butr. & alijs, firmat Afflict. *decisio 82. numer. 1. & 3.* alios citat, & sequitur Cephal. *consil. 443. numer. 1. ad 8. tom. 3.* & nouissimè D. de Ponte *cons. 4. nu. 25. tom. 2.* Imò verba enunciatiua extra contrahentes non probant, *l. optimam 14. et ibi DD. C. de contr. & comm. stipul.* Dec. *omninò videndus, cons. 213. numer. 9.* & *ibi* additio Lugdunensi. quem sequitur Cornazan. *decis. Lucens. 123. numer. 6* Decium sequuntur Menoch. *cons. 81 num. 23.* qui, & alios refert, & ante eum Olasc. *dec. 76 n. 12.* Surd. *cons. 5. num. 16 & 33.* Addit. insuper Dec. proximè citatus, quòd si verba enunciatiua inter easdem partes reuocantur in dubium quo ad alium effectum, nihil probant, ita Dec. *d. cons. 213. num. 9. vers. & vlterius*, & ex nostris doctiss. D. Marcian. *cons. 16. numer. 10 tom. 1.* quem cum aliis multis laudat, & comprobat D. Præs. Merlin. *contr. 8. numer. 14. tom. 2.* Si ergo ex dictis prædicta Fęlicis assertio, vti enunciatiua inter diuersas personas, & etiam inter easdem ad alium effectum non probat, frustratoria, imò elusoria in hoc summarissimo iudicio redditur Annæ prætensio, quòd Felix fuerit eius tutor. Sic aeterea reputabitur pariter reddendarum rationum prætensio. Opus equidem est termino, & sententia Fęlicem

cem, & per consequens eius hæredes ad reddendas rationes fore cogendus, quando tutelam fuisse Felici delatam, & postea administrasse legitimis apparebit probationibus in iudicio ordinario.

Neque vlla prorsus ratio habenda erit de testibus per Annam nuper in hoc præambuli summario termino examinatis; quorum depositionibus prætenditur post mortem Donati, Annæ patris: Felicem vtiq; tutorem, omnium bonorum in hæreditatem Donati remansorum, Dominum fuisse effectum, ac de illis ad libitum disposuisse, & vti talé ab omnibus habitum, & reputatū & insuper in hæreditate Donati aliqua bona stabilia, & siluam remansisse; quorum fructibus etiam Felicem esse potitum; quia non faciunt ad causam; quam tractamus præambuli; E. Annæ prætensio, vti pluries diximus eget termino, & sententia, & quatenus de prędictorum testium depositionibus esset aliqua habenda ratio; quod negamus, nil aliud in iure pro Anna resultaret; quàm præsumptio: nempè quòd Felix vti tutor, & administrator bonorum, & Annæ, istam quando dotauit, de bonis ipsius Annæ dotasse in dubio præsumeretur; At verò nos sumus in claris, quia dotatio apparet facta de bonis proprijs Felicis publico mediante instrumento, quod dicitur probatio euidens; probata, liquida, imò & sententia, vt de iure supra adnotauimus; ergò quatenus præsumptio esset, quæ penitus vera non est ad fauorem Annæ ex testium depositionibus resultans; nullo modo aduersus probationem liquidam, claram, & sententiam prout est publicum instrumentum, ipsi potest opitulari, imò. Et ex alio testium depositiones euanescunt, ex eis etenim bonorum, & fructuum valor non probatur, neque colligitur, qui nullo vnquam tempore probandus etiam in termino ordinario veniet, maxima stante tenuitate, imò modicitate bonorum per Donatum relictorum; adeo verum quod vsque modo Fuluiæ de Philippo Annæ matri antephatum non est solutum; ob bonorum deficientiam Donati; prout est plusquam notorium, & sic præsumptio prædicta quatenus verificaretur. Adhuc Annæ pretentionem iuuare nequiret. Euidentissimè redditur similiter inutile, & nullius roboris, & momenti prædictorum testium examen respectu figuratæ tutelæ, per Felicem susceptæ, vel administratæ; quia de iure tutela non probatur ex communi reputatione in terminis, Grat. *discept.* 236. *num.* 36. *tom.* 2. allegans Gabr. *consl.* 36. *number.* 36. *tom.* 1. ex Bar. Bal. Albetic. & alijs, meritò vti diximus, & verissimè vana, & aerea Annæ vndiq; apparet prætensio, & vti talis dignoscetur perpetuò.

In iure non sunt applicabiles termini, & dispositio *d. §. quod si quis supra citati* ad casum nostrum. Imperator etenim Iustinianus Nouel. 72. *dict. colum.* 6. *in d. §. quod si quis*, prohibuit tutores, & curatores nullo modo recipere posse à creditoribus pupillorum, vel minorum cessiones aduersus ipsos pupillos, & minores: neque per intermedias personas, ad hoc ne paruo, aut nullo pretio domini fierent facultatum minorum, obtemptu cessionum propter debita, aut non existentia, aut vndique fragilia, prout clara sunt verba Imperatoris in principio dict. Nouellæ. At in casu nostro Fęlix Golinus non recepit, seu emit debita Annæ vili pretio à creditoribus, vt dominus fieret facultatum ipsius Annæ contra Iustinianeam sanctionem supra proximè laudatam in *d. §. quod si quis*: Sed Annam neptem de proprij bonis ipse Fœlix dotauit, & à dotata obtinuit cessionem, renunciationem, & donationem omnium successionum. Iuremeritò igitur diximus non esse applicabiles terminos *d. §. quod si quis* ad casum nostrum: propterea amplius immorandum aliter respondendi non putamus.

Quartò, & tandem objicit Anna DD. & rerum iudicatarum authoritates pro ipsa stare: tàm in materia renunciationis, quàm concursus ad successionem Fœlicis patrui cum istius matre Elisabetta dato non adsint prędefuncti Fęlicis fratres germani viuétes.

Verùm, & hic subsistere parumper oportet, nam DD. & rerū iudicatarum placita in allegationibus pro inualiditate renunciationis reportata nullatenus præsenti causæ adaptantur, loquuntur enim (respectu renunciationis) in parte, & fratribus dotantibus filias, vel sorores de substantia paterna. Et hoc casu sit realis, vel ne renunciatio, & quorum contemplatione facta censeatur iusta ratione controuertitur, & hinc indè DD. & Senatuum pugnant sententiæ. At verò quando ab extraneo (prout in casu nostro) dotatur renuncians, diuersa iuris militat ratio, & dispositio, quia extraneus dotare non tenetur renunciantem. Si ergò dotet, & renunciet dotata, meritò debet hæc perpetuò excludi; Tanto fortius, quòd renunciationis prætensæ per Annam inualiditas, altiorem requirit indaginem, & præsentis non est inuestigationis, vt supra probauimus: Meritò aliam missam facimus responsionem, & in hoc summario possessorij iudicio ex comuni absque controuersia DD. placitò renunciationis per Annam emologatæ instrumento vti probatione incontinenti probata casu legis, & sententia: iura matris satis superque circuimus roborata ad exclusionem neptis.

12 Respectu verò prætensi concursus neptis cum matre adhuc DD. & decisiones pro Anna aduersario allegatæ non obstant. Et vt ab Antesignanis exordiamur vti sunt Iacobus Beluisius, Cynus, Bart. & Bald. quos sequuntur omnes, & nouiores. Isti non disputant articulum ad partę, & tali casu non faciunt numerum, & index in foro Poli non tenetur illos sequi, ita ex Abb. Alciat. & alijs, firmat D. Rouit. *consl.* 21 *num.* 1. *tom.* 1. & alij multi tàm sacra Theologia, quàm iuris prudentia peritissimi, quos breuitatis causa omittimus: Beluisius etenim à Bart. *relatus in auth. vt fratrum filii*, neque pro nepotibus supponitur adesse, & Bart. *proximè citatus*, Beluis. non videtur sectati, sed refert hæc pauca verba vz. Dicit Iacobus de Beluisio quod sit, cùm sit eadem ratio. Videamus modò sit ne eadem ratio? Ex supra fundatis latissimè deducitur, eamdem non esse rationem, quia nempè nepotibus tunc priuilegium Repræsentationis fuit à Iustiniano indultum, quando cum patruis extantibus concurrunt vti supra veris iuris tramitibus firmauimus, Cyn. *in auth. defuncto num.* 5. *C. ad Tertyll.* & alibi, inquit nepotes concurrere cum ascendentibus, allegando text. *in d. §. 1. auth. vt fratrum filij*. Sed textus hoc non dicit. Ergo nec Cynus, Bartolus verò, cuius authoritas, & si vti lex sacrosancta ab omnibus, & vt par est, semper sit veneranda, vt supra proximè diximus paucis se expedit, & Beluisium non approbat, quia simpliciter, & perfunctoriè eum citat, ita patet ex Rouit. *d. consl.* 21. *nu.* 2. Baldus verò infra allegandus ex ipsius verborum contextu facit pro nobis. Nec tandem authoritas verè in omnibus maxima spectabilis D. Reg. de Marinis Annæ nepti opitulatur, nam in causa, quam refert decisam, ipse Dominus Regens scripsit vti Aduocatus, & contra Auiam pro Dominis Miroballis nepotibus, & allegauit viginti duos doctores, præter ipsum, & decisionis (quam reportat) S. C. referente peritissimo Consiliario Dom. Marcello Marciano seniore, pendet adhuc verbum faciendum ad finem videndi an sit deferendum in integrum petitæ restitutioni pro parte hæredum Auiæ, & vti ex reuolutione processus causæ prædictæ à nobis elaborati, constat votorum fuisse ortam paritatem, quæ vsq; modò non est dirempta, & Dominis iudicantibus etiam innotuit, & sic decisio prædicta licet contra Auiam, allegari non potest vti decisio, quia supplicatio pro restitutione in integrum suspendit iudicatum ad instar appellationis, quæ reducit causam ad terminos litis contestatæ, prout ex Isern. & alijs, videre est apud Capyc. *decis.* 28. *prope finem*. Imò maior pars DD. quos Dom. Reg. de Marinis reportauit contra Auiam tam in *obseruat ad dec.* 418. D. Reg. Reuerter. quam *in allegat.* 135. *tom.* 3.

lo-

loquuntur in Auia, vt diximus. Nostra autem disceptatio est inter matrem, & nepotes, & quando quæstio est cum Auia diuersa est ratio: nam Auia vti in secundo gradu reputatur vt patruus, qui similiter est in secundo gradu, & tunc nil mirum si concurrant nepotes cum ascendentibus, quia quemadmodum ob existentiam patrui Repræsentationis potiuntur priuilegio nepotes, ita pariter existente Auia, quæ habetur loco patrui, eadem Repræsentationis prærogatiua gaudere dicuntur, ita magistraliter Bald. *in auth. post fratres la seconda nu. 3. C. de suis, & legitim.* & quia Baldi verba in nostra facti serie aurea reputamus, ideò transcribenda curauimus. Dicit enim Bald. hæc verba *sub d. num. 3. v. 3. Quid si decedens habet Auum, & decem nepotes, ex fratre? respond. omnes decem vnam virilem partem faciunt, quia pro vna persona computantur, vndè Auus habet dimidiam, & isti decem habent aliam dimidiam, cùm Auus æquiparetur fratri defuncti, secundum veram opinionem*: hæc Baldus.

Ecce igitur quòd nostra sententia pro matre, maiori, & rationum, & DD. quos supra laudauimus vsque ad viginti sex, imò, & rerum iudicatarum pondere, vltra DD. viginti sex, & numero roborata dignoscitur vndique contra neptem, cuius vana prætensio. Rationibus, Doctorum, & rerum iudicatarum Placitis destituta apparet, & proindè contra ipsam, ex supra, & ll rudi calamo exaratis, & ex alijs multis, quæ nobis certocertius deesse, non ignoramus, & à peritiss. Dom. ius dicentibus supplendis. Per M. C. decernendum fore existimamus, & credimus, ac pariter decretum præambuli totius hæreditatis Fęlicis Golini ad beneficium Elisabettæ matris, & Luciæ neptis, pro portionibus respectiuè petitis exclusa penitus Anna aduersaria, interponendum speramus. Neap. idibus Februarij Redempti Orbis Anno 1665.

DECISIO.

SEcundùm has allegationes fuit decisum per M. C. & interpositum præambuli decretum totius hæreditatis Fœlicis Golini ad beneficium Elisabethæ matris sub die 23. Martij 1665. Caruba est Actuarius.

---

13 VErùm enim verò ipse quamuis omnium infimus, qui DD. Iudices M. C. vti Dominos meos, & Magistros colo salua veneratione eis debita propendere non possum in opinionem pro matre, & moueor, quia cùm auus concurrit cum filijs fratrum, tunc ad illorum fauorem repræsentationem dari, vt cum auo succedant patruo defuncto plenè probat, & iudicatum in S. C. testatur Reg. de Marin. ad Reuerter. *vbi sup.* at disquiparantia, & diuersitas non debet dari, an auus, vel mater concurrat in successione defuncti cum filijs fratrum, ergò si admittitur auus ad successionem cum filijs fratrum, eodem modo concurrere debent nepotes cum matre defuncti, quod autem non debeat dari diuersitas patet eodem medio, quo admittitur auus, desumpto ex Bald. *in d. auth. post fratres la seconda d. num.* 3. nempè quod auus æquiparatur fratri defuncti, & ideò admittatur cum pronepotibus, sed mater etiam æquiparatur fratri defuncti, & consequenter non debeat adesse differentia, an concurrant auus, vel mater, & probatur quod mater assimiletur fratri defuncti, nam licet mater sit in primo gradu & frater sit in secundo, attamen semper insimul ad successionem admittuntur, & sic quoad rem effectum, & virtutem æquiparantur, licet mater non solum in gradu, sed etiam linea potior sit, & quamuis mater, & frater defuncti differant gradu, & linea, nihilominus in successione æquiparantur, præterea non solum mater, & auus sed etiam proauus, & atauus, & si gradu remotiores sint ipso fratre defuncti, verùm tamen æquiparantur, nam concurrunt ad successionē cum fratre etiam proauus, vel abauus vti ascendentes, quando non extant alij proximiores ascendentes, vt Bald. *in d. auth. defuncto, Cod. ad Tertyll.* Oliuer. Textor. *de success. ab intest. nu. 77.* Robles *de repræsent. lib. 2. cap. 23. nu. 23.* Grass. *de success. ab intest. qu. 23. nu. 3.*

Respondebis negando æquiparationem inter matrem, & fratrem ad effectum de quo agitur, nam frater non excludit filios fratris à successione fratris defuncti, sed mater in concursu cum nepotibus ex fratre si non adsit frater defuncti ipsa est potior, & præfertur excludendo illos ex Nouella *nu.* 127. igitur non exequatur mater fratri defuncti.

Instantiæ satisfit negando similiter æquiparantiam inter fratrem, & auum, nam frater non excludit filios fratris, sed auus eos excludit si vocatur solus ad hęreditatem sine fratribus iuxta opinionem contrariam, quæ dat repræsentationem, quando nepotes concurrunt cum patruo, vel quando cum fratribus vocantur aliqui ascendentes, sed non quando non existunt fratres.

Dicitur melius pro comprobatione æquiparantiæ inter matrem, & auum, quod cum in Nouella 118. *in 3. ca.* sancitur super repræsentatione filiorum fratrum, an ad eorum fauorem locum habeat, non fit sermo de matre, vel auo, sed generaliter cauetur, quod si filii fratrum ad hæreditatem vocentur cum fratribus defuncti etiam ascendentes, quod nullo modo admittantur filii fratris, aut sororis, igitur ex dispositione d. Nouellæ, nec si vocentur auus, vel proauus cum filijs fratris, aut sororis, posset habere locum repræsentationis priuilegium pro nepotibus, vel neptibus defuncti, & consequenter si aliter iudicandum, & seruandum sit, vt auus concurrat cum filijs fratris, non ex alio ita affirmandum sit, quam ex eo, quod d. Nouella 118. correcta sit, ex alia Nouella 127. *vt fratrum filii succedant pariter ad imitationem fratrum, etiam ascendentibus extantibus*, quæ Nouellæ *rubrica* admittit filios fratris cum ascendentibus, & consequenter cum matre, auo, & alijs vbi non fit distinctio de matre, & alijs ascendentibus, sed sub vno vocabulo ascendentium deciditur quæstio de priuilegio repræsentationis pro nepotibus ex fratre, vel sorore.

Conuenit quod Iustinianus in inscriptione d. Nouellæ vtitur dictione etiam, quę est casuum multiplicatiua Bart. *in l. 1. C. etiam pro procur. caus. in integr. restit. per. poss.* & propterea idem sit dicendum, siuè concurrat mater, siuè auus, siuè proauus, quicumque casus fingatur, & siuè concurrant ascendentes soli, siuè cum fratribus; Confert quod per d. Nouellam filij fratrum, vel sororum ęquiparantur fratribus defuncti, ibi, *vt fratrum filij succedant pariter*

ad imi-

ad imitationem fratrum, & proinde sicut admittuntur fratres, eodem modo virtute vltimæ *Nouella* vocantur nepotes ex fratre, vel sorore, cum fiat æquiparatio de vno ad alium casum, conducit quod dicta Rubrica continet orationem perfectam, & ideò pro *textu* allegari potest Alex *cons.* 190. *lib.* 2. & sicut fratres vtrinq; coniuncti succedunt cum parentibus fratri prædefuncto, ergò eodem modo filij fratrum, nec rubrica restringitur per Nigrum *l.* 1. *C. de capitat. ciu.* & post Cyn Pistoriensis *tract. de success. ab intest.* 2. *p. n.* 4. Snidunin. *ad tit. de hæred. quæ ab intest. defer. in tit. de secund. ord. succed. n.* 29. Robl. *de repræsent. vbi sup. n.* 23. Forster. *de success. lib.* 7. *c.* 4. *n.* 2. Matt. *de success. ar.* 2. *n.* 26. *q.* 4. & alij quos longa serie cumulat de Marin. *vbi sup.*

Confirmatur opinio pro nepotibus ex Napodan. *in consuet. si quis, vel si qua §. sed si morienti n.* 272. & clariùs *num.* 277. vbi expressè vocat matrem cum nepotibus ex fratre, hinc *d.* Autor. *vers. neptes*, admittendo nepotem cum matre mortua ad ipsius successionem ponit casum, in quo vocentur mater, & nepos ex fratre, necnon neptis soror vtrinque coniuncta eiusdem nepotis, & quærit cui accrescat portio neptis an fratri, vel auiæ, & decidit quòd accrescat fratri, cùm nepos, & neptis pro vno reputentur, dum successio fit in stirpes, & nepos succedat per repræsentationem patris, & sic ratione subingressionis secundùm quam succedunt nepotes cũ ascendente efficiũtur ambo vna quasi persona, & Napodanum refert, & sequitur D. meus *hic num. fin.* vbi ita refert decisum, & idcircò magnopere miror, tàm per Reg. de Marinis, quàm nouissimè in nuperrima facti contingentia hæreditatis Fœlicis Golini consideratam non fuisse hanc decisionem, vndè Scipio Buccinus in contrarium allegatus, dum laudat pro se Napodanum manifestè lapsus est, prout in duobus errare videtur Molfesius primò dum *d q.* 18. *n.* 1. in ascendentibus tribuit repræsentationem in infinitum, tàm de iure communi, quàm de iure consuetudinario Neapoli, tempore quo non datur repræsentatio cùm mater excludat, auum, secundò cum *num.* 18. firmat auum distare à nepote in quarto gradu, quando solum distat in secundo, vndè colligitur, quàm malè speculati sunt quæstionem Scipio Buccin. & Molfesius, & pro nepotibus quod concurrant cum auia firmat Oinot. *super Instit. lib.* 3. *de success. ab intest. tit. de* 2. *ord. succed. num.* 11. ex quibus audacter amplector sententiam pro nepotib. ex fratre vocandis, vna cum matre, nec agnosco diuersitatis rationem inter casum in quo vocetur frater vtrinq; coniunctus cum matre, & filijs fratris, vt solum in hoc casu habeat locum repræsentationis priuilegium ad fauorem nepotum, vt succedant vna cum patruo, & matre defuncti, non autem quando non concurrat frater defuncti, nam existentia fratris magis nocere deberet nepotibus, vt non admitterentur existente defuncti matre, ita vt ipsi non solum debeant succedere pro virili, quando sunt posteriores in gradu, & in ordine succedendi, quam mater quæ vtroque modo est prior fratre defuncti, tàm in gradu, quàm in succedendi ordine vti ascendens, verum etiam frater communicare habeat priuilegium filijs fratris sui ad magis diminuendam portionem matris defuncti, & admittendi ad successionem ipsos nepotes, quando materia est diuidua, vndè maior ratio est, & fauorabilior est matri casus inexistentiæ fratris defuncti, vt succedat mater cum filijs fratris defuncti, dum maior erit sua portio, quàm cùm extaret frater defuncti, ita Robles *vbi sup.* & quoad vltimam decisionem M. C. in causa hæreditati Fœlicis Golini videtur quod illa posuerit gladium ad radicem quæstionis, dum declarauit solum Elisabetham Mazzeo matrem hæredem dicti Fœlicis filij, & non Luciam neptem virginem in capillis, ita vt possit no dici fũdata exclusio Annæ in renunciatione hæreditatis per ipsam facta, dum ergò *Nouella* non loquuntur discretiuè de; matre & alijs ascendentibus remotioribus, sed figurant casum, quando vocantur nepotes ex fratre, vel sorore cum ascendentibus, per consequens nulla adhibenda est differentia inter auum, & matrem, & ideò Baldus pro filijs fratrum admittendis vna cum auo scribens, videtur etiam idem sustinere contra matrem ad successionem filij vocatam cum nepotibus, nec est necesse pro subingressione nepotum, quod cum ascendentibus, & nepotibus vocetur frater, vt exemplificat *textus in d.* Nouella 127. quia nigrum non restringit Rubricam simpliciter, & indistinctè loquentem, & generaliter in quocumq; casu vocentur filij fratris cum ascendentibus, vt disputato ad partes articulo firmat Robles *vbi sup.* & tradit Napodanus quem refert, & sequitur D. meus *n. fin.*

Opinionem pro filijs fratris æquiorem puto, vt dum ipsi priuati sunt persona patris non priuentur portione, quam eorum pater haberet si viueret, & sic afflictis alia afflictio non addatur iuxta *text. in l. iure succursum. ff. de iur. dot.*

14 Pœnæ secundò nubentium an censeantur remissę tacito consensu filiorum veluti per cohabitationem matris insimul cum filijs, vel quia in vita nunquam fuerint conquæsti, vel requiratur expressus consensus filiorum secundis nuptiis matris, adhoc vt cessent pœnæ secundo nubentium excitatus fuit articulus, in quo in classes diuisi sunt Doctores, alii enim tenent sufficere tacitum consensum, ita Rol. *cons.* 91. *volu.* 8. Menoch. *cons.* 237. Castill. *de vsufr. c.* 2. *n.* 110. Andreol. *contr.* 412. *n.* 9. & si filius in vita non fuerit conquæstus de transitu matris ad secundas nuptias, si deinde post matrem decedat non transmittat ad hæredes hoc ius, ex dispositione *d. l. fœmina*, ita Alex. *cons.* 63. *vo.* 5. Dec. *cons.* 206. R ip. *in d. l. fœmina q.* 14. *&* 61. Andreol. *nu.* 13. Gratian. *discept.* 140. vbi quòd filius debeat declarare in vita acquisitionem proprietatis per transitum matris ad secunda vota.

Extremam è diametro contrariam alii tenent sententiam non sufficere tacitum consensum, sed requiri expressum, nempè quod filii consentiant explicitè, & expressè secundis nuptiis matris ex eo, quia agitur de præiudicio notabili, & de renunciatione beneficii in corpore iuris inclusi, ita Guttier. *de matrim. cap.* 19. *number.* 51. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 89. *number.* 43. Rot. *dec.* 771. *par.* 3. *recent.* Merlin. *decis.* 603. *num.* 24. *& seq.*

Imò sunt qui volunt, nec expressum consensum sufficere, nisi signanter consentiant, & addant expressam renunciationem eidem beneficio *d. l. fœmina*, nec ex consensu ad secundas nuptias infertur ad renunciationem dictæ pœnæ, nam renunciatio cùm sit stricti iuris, & odiosa non inducitur, nisi expressè fiat, & stat simul quòd filius officiosè consentiat secundis nuptiis, vt saluet reuerentiam matri debitam, & ita per consensum non censeatur sublatum illud quod competebat filio ex beneficio iuris, ita Ang. *cons.* 296. *nu.* 2. Add. ad Dec. *cons.* 206. *litt. B.* Sarmient. *select. lib.* 1. *c.* 4. Thes. *lib.* 1. *q. for.* 30. Manent. *decis.* 47. Gallerat. *de renunc. tom.* 2. *centur.* 1. *c.* 98 *nu.* 10. Cyriac. *contrcareu.* 139. *nu.* 39. quos refert Merlin. *dec.* 534. *n.* 24.

Certum est deferri filiis hoc lucrum proprietatis bonorum paternorum per transitum matris ad secunda vota ipso iure ex legis ministerio absque aliquo facto, & declaratione filii *textus* est expressus in §. *hoc autem vers. nam si Auth. de non elig. secund. nub.* ibi *manserint superstites filij, euacuabitur omninò quod factum est, lege proprietatem antenuptialis donationis ad filios deducente*, & quòd ipso iure, & non expectata sententia Iudicis proprietas rerum, quas in coniugio prædefuncto habuit coniux superstes transeat ad filios primi matrimonii probat *text. in §. si vero expectet Auth. de nupt.* ibi, *& generaliter dicendum est, quod omnis eam deserit proprietatis modus, & filii erunt domini secundum tempus mox quo mater coniuncta est alii viro.* Adeo quòd si coniux binubus fuerit à prædefuncto hæres institutus statim, ac secundò nubit

bit ex iuris ministerio directo desinit esse hæres, & in filios illius matrimonij transfertur hæreditas, ita Rip. in d.l.fœmina numer. 63. & 64. Mart. de success.tom.1.p.3.q.4.art.1. nu. 12. vndè filius moriens transmittit hoc ius recuperandi bona si decesserit post mortem matris l. in quibus, C. de secund. nupt. & taciturnitas non tollit hoc ius ex legibus competens, benè verum est quòd expressus consensus filij secundis nuptijs matris inducit remissionem pœnarum, d.l.fœmina, vt improbato Sarmiento probat latè Castill. de vsufr. c.n.90.& in d.c.2. pertractat omnes quæstiones in præsenti materia, de qua agit latè D. meus dec. 632. & ibi ex professo dicam in obseruatione & interim videri poterunt Castill. & Manent. decis. 47.

15 Mulier transiens ad secunda vota, an teneatur reseruare ea quæ habuit à primo viro nepotibus ex filijs primi matrimonii verissima est opinio affirmans vt probatur ex d.l.fęmina, ibi, nullam ex priori matrimonio habuerit successionem, & d.l. in quibus ibi filijs à se vel nepotibus, vel pronepotibus relictis, l. generaliter, Cod. eod. & ibi glos. & quia eadem est ratio si mater, vel auia transiuit ad secundas nuptias, ita tenent Gabr. commun. conclus. tit. de secund.nupt. conclus. 2.num.4. Bald. in cons. 140. vol. 2. Bertrand. cons. 166. vol.1. Rip. in d.l. fęmina. nu. 8. Boer. dec. 187. & contra Molin. de iust. & iur. & alios firmat Sanch. de matr. lib.3. disp.89.nu.12. Surd. in dec.73. num. 9. Hodiern. in l. hac edictali qu. 41. num. 7. per text. in d. l.in quibus, & l. si quis prioris, Cod. de secund. nupt. Molfes. sup. consuet. Neap. p. 3.de success. ex testam. quæst. 18. n. 1. Reg. Marcian. disp.93.n. 15.

16 In alio articulo excitato si in materia d.l.fęmina, & pœnarum matris transeuntis ad secunda vota attendatur origo bonorum, ita vt mater transies ad secundas nuptias teneatur reseruare filiis ex primo matrimonio non solum bona, quæ ad filium immediatè prouenerunt ex substantia paterna, sed etiam quæ ex successione alterius fratris, quamuis origine paternis quæstionem hanc disputat Molfes. vbi sup.in par.3. de success.ex testam.q.22. nu.7. vbi inquirit si ex primo matrimonio mortuus sit filius, cui mater insimul cum alijs filijs successit, si deindè filius qui habuit portionem ex bonis fratris defuncti mortuus sit, an mater quæ ad secunda vota transijt succedat illi filio in proprietate quam habuit ex parte hæreditatis prædefuncti fratris, vel in proprietate illa succedant alij fratres superstites, & quamuis Salic. in Auth. ex testamento paulo post in princip. in verb. peruenerunt, C. de secund. nupt. vbi Garron. nu.41. & seq. tenent matrem etiam succedere in proprietate, quia mutata sit conditio rei, & de bonis paternis, sint effecta bona materna, & ita etiam decisum referat Barbos. in l. post dotem nu.76.ff. sol. matr. & hanc eadem opinionem post Imol. Florian. & alios defendit Sanch. d.disp.89.num. 22. nihilominus Molfes. vbi sup.nu.8. contrariam sententiam probat, vt fratres tantùm in illa proprietate succedant, quasi semper inspicitur origo dictorum bonorum, quæ fuerunt paterna, siuè successio fiat mediatè, siuè immediatè ex Bal. in d. auth. ex testamento nu. 1.vers.ex paterna substantia Azebed. lib. 5. recopilat. tit. 1. l. 4. nu. 55. de quibus meminit Sanchez loco citato, & pro hac opinione laudat D. meum dec. 666.num.7.vbi dicit contrariam sententiam habere locum, si illa bona aliundè peruenissent ad filium, non autem ex patre, etiam si ab auo, vel alio ascendente bona peruenissent, nam tunc mater succedit etiam in proprietate, quia iniuria infertur principaliter memoriæ coniugis præmortui, non alijs ascendentibus, Bart. in d. Auth. ex testamento, quem sequuntur Angel. Matthesil. Boer.decis.192. nu.5. Greg. Lop.Gabr. Azebed. Gomez. Villalob. & alij quos probat Sanch. loco cit. nu. 23. quia sumus in materia pœnali, in qua non fit extensio de casu ad casum, præcipuè ex diuersitatis ratione, & quidquid velint Matthiens. lib.5.recopilat.tit.1.l.3.gl.2.n.15.Molfes. de iust.& iur. disput. 163. col. 3. in 3. notab. de quibus meminit Sanch. d. n. 23. contrariam opinionem veriorem tradit Molf. n.10.

Magna igitur pugna est, an mater transiens ad secundas nuptias prohibeatur succedere filio in bonis patris, quæ ad ipsum filium defunctum ab alio fratre peruenerunt, & post Barbos. & alios pro matre vt succedat pleno iure in dictis bonis mediatè, & origine paternis tenet Fontanell. dec. 52. num. 19. & post Boer. dec.192. Reg. Galeot. in add. ad cons. 11. Medic. nu. 50.ex Corn. cons.280.l.1. & alijs, Castill.de vsufr. c.2. 60. Merlin. dec.661.num. 11.post Rot. dec. 771. par.3. recent. & iuxta opinionem Molfes. concludit Reg. de Marin. lib. 1. resol. 273. num. 115. sed ipse (vt meum interponam iudicium) magis communem trado sententiam pro matre, quòd succedat illa pleno iure filio in illis bonis ex successione alterius fratri prædefuncti peruentis licet origine paterna forent, addo Mangil.de imput.q.7.n.15. Altograd. cons. 49. nu. 18. & ita sentit D. meus dec.666.nu.7. quam in contrarium malè allegat Molfes. vbi sup.

17 Renunciatio facta per Annam ad beneficium Fœlicis primi dotantis eiusque hæredum, & successorum, an mortuo renunciatario sine descendentibus, & ab intestato excludatur neptis ipsa renuncians, ommittendum non est, quòd huiusmodi renunciatio operatur quando renunciatarius decedit cum testamento aliàs non nocet renuncianti, nec alijs venientibus ab intestato, prodest de Marin. lib.1.resol. 139. Donad. de renunc.c.27.n.30. Bottilier.de success.d.2.theor.49.Cancer.lib.3.var.c.15.n.33. Ottobon.decis.10.& quamuis contrarium teneat Rouit. consil. 44. lib.1. numer. 9. & 10. communiter tamen impugnatur, vt per D. Prat. discept.39.lib.1. Thor. ver.renunciatio p. 1. & 2. Merlin.contr.32.n. 25.cent.1.Rot.dec.543.p.1. recent. tom.2.& maximè si fit renunciatio ab ea, quæ remanet in sæculo, vt pleno calamo Ioseph. Altograd. contr. 27 per tot.qui refellit Rouit. & hoc quando hæsitatur, num renunciatio sit personali, vel realis, vt non obstante quòd fiat pro hæredibus renunciatarij, vt præsumatur personalis, sed cum in renunciatione Annæ dictum sit, quod renunciatio sit realis, & realissima cessare omnis quæstio videtur pro renunciante ex cumulatis per doctissimum P.D. de Afflict. dict. contr.24.per tot.

18 Inspiciendum succedit an inualida sit renunciatio Annæ, vt facta ad beneficium curatoris, qui non potest reportare cessionem contra minorem, ex Auth. minoris debitor, C.qui testam.tut. dar.poss. & Nouell. 72. coll. 6. §. quod si quis, quæ prohibitio extenditur etiam contra tutorem, vel curatorem actu non administrantem, vt Accurs. in d. Authen.ver.suscepit. Angel. Salic. apud Damhonder. patrocin. pupill.c. 10.nu. 139. Cyn. in d. Auth. in princip. etenim quamuis ante d. Nouellam licebat ex causa iusta, & pro vero credito cessionem facere tutoribus contra pupillum, vt deciditur in l. non fit, ff. de reb. cor. qui sub tutel. sed per Nouellam sublatum est, vt explicat Cuiac. ibi Montan. de tutel. cap. 35. nu. 16. & Nouella prohibet cessiones etiam quæ pro veris causis facta sit.

Verùm quia dictus textus est exorbitans est correctorius, & pœnalis, non est extendendus, sed strictè accipiendus, ita docet D. Prat. ad Paschal. de patr. pot. p.1.c.3.nu.3. & cùm materia legis sit fraus præsumpta in curatore, deficiente materia deficit lex, nec ad publicum bonum debet innocens puniri, vndè potest etiam tutor palam, & bona fidè emere à maiore infante ex dispositione l.5.C.de contrah.empt.& D.Rocch.in resp. 63.tom.2.firmat non esse tutori interdictam facultatem redimendi ex sua pecunia annuos redditus creditori pupilli debitos, vt ipse, in eius locum succedat, & ita sentit Olea de cess.iur.q.6.tit.2.n. 13. ibi ego tamen limitarem quando debitum esse liquidum ita vt nulla tergiuersatione posset inficiari, veluti si donatus sit census, vel legatus contra pupillum, addo Olib. de act.p.2.lib.1.c.4.n.17. & actus quando principaliter est licitus, tunc accessoriè, & in consequentiam licita est

cessio,

cessio, l.1.§.1.ff.ad Macedon. Giurb.*obs.*58. Andreol. *contr.*261.

Scio benè verum Andreolam *controuer.*420. *per tot.* impugnare Pratum, & fragilibus fundamentis moueri tradit, & *text.in dict.l.* 5. declarat procedere quando tutor emeret coram alijs tutoribus, & consanguineis pupilli, & tutor esset patruus pupilli, & postea in redditione rationis ageret contraria actione tutelæ, & hypothecaria, & recuperaret creditum, & sic solutio debiti pupilli facta per tutorem de proprio sit actus licitus, nihilominus prohibita sit reportatio cessionis in consequentiam actus etsi liciti ex d. Nouella, & Andreol. pro se adducit decisionem Academiæ Louaniensis, quam transcribit.

Doctissimi D. Prati doctrina, & si per Andreolam acriter oppugnata, nihilominus strenuè defenditur per Ioseph. Altograd. *controu.*44. *per tot.* & inconfutabilis est in illo iuris elemento, quod edocet nempe *textum in d.* Authentica, annullantem iurium cessionem obtentam per tutorem, vel curatorem contra minorem esse exorbitantem, & pœnalem, & intra limites suos restringendam, quapropter non possint applicari dicti termini, quando curator de proprio dotaret minorem, & reportaret renunciationem successionis suæ, nam cùm dotatio de proprio sit actus fauorabilis licitus, & & validus, etiam in consequentiam valebit renunciatio facta ab ipsa dotata, quilibet enim in rebus suis potest imponere legem quam vult, & ideò non valeat disputari de validitate renunciationis, quoties dotatio esset facta de stabilibus curatoris, nec adsit potentia fraudis, nec aliqua suspicio si dotem soluerit de proprio vel de bonis minoris, quod tunc foret, quando dos solueretur in pecunia, prout in materia d. Authenticæ, alias limitationes congerit idem Altogradus, quòd cesset quando essemus in matre, & auia, in quibus lex confidit, & disponit, quòd licet sint creditrices pupilli, verumtamen possint esse tutrices, & mox citatus Autor in omnibus refellit Andreolam, & sustinet etiam valere cessionem contra minorem ad fauorem pupilli tutoris de proprio soluentis debitum pupilli certum, & & indubitatum, cùm enim possit licitè, & validè soluere de proprio illa cessio sit accessoria, & in consequentiam & ad nihilum contra pupillum deseruit, sed solum contra creditores minoris, dum contra ipsum habet etiam repetitionem debiti soluti, & hypothecariam in bonis ipsius minoris, vndè cùm renunciatio Annæ sit expressis verbis concepta quòd sit realis, & perpetua, succedit dispositio *tex. in cap.1.de eo.qui fin.sec. agnat.de feu.patern.* vbi proximior renunciauit agnato tenenti feudum realiter, & talis renunciatio prodest nedum descendentibus masculis si superfuerint, sed etiam agnatis remotioribus, & absentibus, ac si renuncians fuisset de medio sublatus, Molfes *cons.*48.*n.*4. & per consequens, dum renunciatio Annæ, est realis non videtur aliquo pacto posse esse locum prætensioni successionis hæreditati ipsius renunciatarij, & ideò iusta videtur decisio M. C. V. addo Mastrill. *dec.*65.*nu.*15. vbi renunciationes reales tollunt de medio renunciantem, vt faciant esse locum etiam omnibus agnatis, & transuersalibus *Caput. in repetit.consuet. si moriatur p.*3.§ 8.*n.*9. *& in* §. 4.*n.*2. vbi quòd cùm renunciatio est realis expressa parum habere necessitatem interpetrationis ex Reg.de Pont. *cons* 40.*nu.*11 & perindè est, ac si renuncians successioni, vndè liberi, vndè agnati, & vndè cognati renunciasset, & *Caput n.*8. disputat an renunciatio per Aquilianam stipulationem sit realis ex Rom. *cons.*22.

18 Non obstat quòd renunciatarius moriendo intestatus videatur vocasse neptem renunciantem ex tacita voluntate vti venientem ab intestato, *arg.l.conficiuntur.ff.de iur. Codicill.* Zenzellin. *in cap. quamuis pactum de pact.in* 6. Aret. *cons.*93.*n.*9. Angel.*cons.*57.*ad finem* Matant.*disp.*10.*num,*14. sicuti enim renuncians per contractum, siuè pactum intelligitur excludi, nisi is cui facta est renunciatio admiserit renunciantem ad hæreditatem, vt quia in testamento hæredem instituerit, ita cùm renunciatarius aliquem non instituit cùm poterat censetur voluisse, vt venientes ab intestato succedant ex *d.l.conficiuntur.*

Probatissima est etenim sententia, quòd renuncians successioni cum iuramento licet nulla sit facta mentio successionis intestatæ, adhuc tamen excluditur ab hæreditate renunciatarij ab intestato perindè ac si testatus decessisset, vt tenent DD.in *l.stipulatio hoc modo concepta ff.de verb.oblig.* præsertim Socc.*iun.ibi n.*56. dicens hanc opinionem non habere dubium, Aret. *in l. qui superstitis* 93.*nu.*3.*col.*3. *vers.sed dubitatur, ff.de acq.hered.* asserens contrariam sententiam esse contra mentem omnium Doctorum Fachin.*in d.ca.quamuis pactum nu.* 10. *vers si pater decessisset ab intestato* Couar. *ibidem par.*2.*relict* §.3.*nu.*5. Guttier. *ibidem vers. omnino seruari debebit nu.*1. Gomes.*in l.*22. Taur.*n.*8. Vasq.*de success.creat.lib.*2.§.18.*requis.*29.*lim.*1.*num.* 1.*num.*119. asserens de vera & receptissima opinione Crass. *de succes.ab intestat.q.*10. *vers.quaro item* Molin.*de rit.nupt.lib.*3.*q.*92.*n.*3. *& seq.* Fontanell.*de pact. nupt.tom.*2.*claus.*9.*glo.vnic.p.*1.*n.*69. Sanch.*in summ. p.*2.*lib.*7.*cap.*7.*nu.*1. dicentes tacitam admissionem ex *d.l. conficiuntur* esse omninò negandam Fachin. *controu. iur.lib.*8. *cap.* 71. dicens explodendam esse opinionem, quòd renuncians hæreditati cum iuramento succedat renuncianti morienti ab intestato, & de communi testatur Paris. *cons.* 26.*vol.*3.*nu.* 17. Bursat.*cons.* 164.*n.*9. Carol. Ant. Put. *in cons. vnic. num.*33.*post.cons.* Oddi communem quoque, & magis communem dicunt Panzirol. *cons.*62. Gallerat. *de renunc. tom.*1.*lib.* 2.*cap.*5.*n.*8.*&* 10.2.*cent.*1 *renunc.*29.*nu.*61. *in fin.* qui infinitos cumulat, & probari ait ex verbis *d. c. quamuis pactum,* ibi *omninò seruari debebit,* quod etiam tradit Guttier. *vbi sup.*

Ratio est, nam quando renuncians per pactum expressum, & iuratum se exclusit à successione, tunc non præsumitur renunciatarium ab intestato decedentem velle tacitè vocare renunciantem, quia non potest præsumi mutatio voluntatis eiusdem, qui pactus est, & voluit renunciationem suæ successionis, & ita non procedit regula *d. l. conficiuntur.* vt in puncto respondent Aret. *in d. l.qui superstitis nu.*3.*&* Gemin. *in d. quamuis pactum in fine,* dicens quòd illa præsumptio quod intestatus decedens voluerit propinquiores vocare habet locum, quando ab intestato defunctus non fecit aliquem renunciare, nam ex quo tenent quòd simul voluit renunciantem excludere adhuc præsumitur durare illa voluntas cum hac opinione transeunt Crass. Merlin. Dec. Gomez. Gallerat. *vbi sup.* & quando ille cui facta est renunciatio vult renunciantem esse sibi hæredem cogitur facere testamentum, quia aliter ab intestato succedere non potest Odd. *de renunc. fideic. ad §. duo fratres q.*1.*num.* 202. nec valet argumentum à causa testati ad causam intestati, nam moriens cum testamento ad fauorem renunciantis remittit pactum renunciationis, sed moriens intestatus decedit cum eadem voluntate excludendi renunciantem.

Efficacior ratio est, quia cum renunciatio facta est propter dotem habitam, iam renuncians habuit portionem suam Bald. *in d.l.pactum quod tali nu.*8. *C. de collat.* Fab. *de pact.def.*15. Gallerat. *in d.cap. quamuis pactum nu.*40. Vasq. *vbi sup.lib.*2.*n.*18, *requis* 29.*lim.* 1 *num.* 120. Molin. *de rit. nupt. lib.*3. *quæst.* 92.*num.* 53. Ruin. *cons.*26. *volum.*3. Surd. *cons.* 355. Morott. *respon.nu.*21.*n.*7. Thesaur.*lib.*2.*q.for.*90.*nu.*2. qui omnes concludunt quod hoc casu nedum excluditur renuncians superstes verum etiam filij, ita vt non possint venire ex successorio edicto, quia eorum mater recepit portionem suam, & habetur perindè, ac si illa successisset, & proindè filij ipsius admitti nequeant, ne duplex successio in eadem hæreditate Couar. *vbi sup.* §. 3. *numer.* 2. Suar. *in l.quoniam in prioribus in declarat. ll. Regni limit.* 4. *num.* 12. vbi ponit eandem quæstionem quando non supersunt fratres renunciantis,

tis, sed adhuc alij remotiores in gradu, & filij eius quæ renunciauit admitti prætendunt per successorium edictum, & supposito quòd mater superuixit pater, ac recepit aliquid pro dote, & portione suæ successionis concludit cum Bald. quòd renunciatio matris noceat filijs non vi repudiationis, sed vi successionis, quia cum ipsa successisse videatur non potest tractari de successorio edicto, & tenet Faber. *vbi sup.* Menoch. *cons.* 400. *num.* 50.

Instrumentũ renunciationis impedit immissionem, vt Cæsar Argel. *de acq. poss. cap.* 2. *nu.* 333. *& in tract. de legit. contradict. q.* 2. *nu.* 94. & quatenus objici possit, quod renunciationis exceptio non sit clara, & liquida, sed requirat altiorem indaginem non solum quia sit ad fauorem curatoris, verum etiam quia sit extincta, dum renunciatarius decessit sine descendentibus, & sine agnatis, & sine testamento ex Cancer. *lib.* 3. *var. c.* 15. *de renunc. à num.* 25. *vsque ad* 40. vbi tradit quod renunciationes solent recipi, vt renunciatarij liberè disponant de bonis, vt consulant nouæ proli, quam suscipere sperant, vel fauore agnationis, sed in casu de quo agitur deficiunt omnes causæ mentionatæ, igitur euanuit renunciatio, & faciunt tradita per Theodor. *alleg.* 36. *num.* 36. & de Pont. *cons.* 24. *in fin.* vbi ita refert decisum per S. C. attamen cessare videntur difficultates, dum renunciatio est realis, & censetur renunciatum omni capiti succedendi, siuè vndè agnati, siuè cognati ex cumulatis per Rouit. *cons.* 43. *&* 44. & alijs autoritatibus supra cumulatis, & dum renuncians per renunciationem realem se exclusit, tunc renuncians, nec vti neptis, neque vt agnata, vel cognata succedere valeat Rot. *dec.* 48. *n.* 17. *post tract.* Merlin. *de legit. nu.* 6. Theod. *alleg.* 36. *nu.* 32. Minad. *in constit. in aliquibus in* 3. *notab. num.* 5. quia renuncians habetur pro mortua, & facit locum alijs venientibus ab intestato *l.* 1. *§. quibus, ff. de success. edict.* Molfes. *ad consuet.* Neap. *de renunc. quæst.* 2. *numero* 14.

Resumendo igitur renunciationis obiectum, quod renunciatio excludat renunciantem in casu successionis intestati, & non habeat locum *d. l. conficiuntur*, vt malè putarunt Zinzell. & alij quos cumulat Cancer. *vbi sup. d. cap* 15. *nu.* 40. *& seq.* in contrarium est magis recepta opinio ex Gallerato, imò renuncians, successioni ab intestato renunciare censetur, & non ex testamento, vt declarat Aret. *in d. l. qui superstitis col.* 2. nam alias sequeretur, quod ille cui fit renunciatio non haberet liberam testandi facultatem contra text. *in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. fin. C. de pact.* tum quia renunciatio non extenditur ad ius superueniens de nouo ex testamento per text. *in cap. cum P. de renunc.*

Maior difficultas est si renunciationis instrumentum impediat immissionem ipsi nepti renuncianti, nam quando exceptio renunciationis est turbida, & requirit altiorem indaginem, tunc non impeditur immissio Menoch. *de adipisc. remed.* 1. *num.* 108. & indicatum fuit in Rot. Rom. pluries, vt in *dec.* 32. *num.* 9. in editis post *tractat. de renunc.* Gallerat. sed Rota recessit à præfata decisione, vt in alia *dec.* 28. *ibidem per* Bald. *in l. ancilla nu.* 2. *C. de furt. Natt. cons.* 502. *nu.* 3. Menoch. *de recup. remed.* 1. *num.* 223. *& dec.* 557. *par.* 1. *recent.*

Lucrum autem delatum ob secundas nuptias dictæ Elisabettæ absque dubitatione non compræhenditur in renunciatione etiam si renunciatum esset hæreditatibus quibuscumque nam dictum lucrum non venit ex causa hæreditaria, sed ex dispositione *d. l. fæmina*, *vt* Salyc. *ibidem* Oldrad. *cons.* 294. Dec. *cons.* 396. Guid. Pap. *dec.* 228. Boer. *dec.* 185. Marant. *in singular. litt. F.* vbi ita per S. C. decisum refert Cancer. *vbi sup. nu.* 1. *Fab. def.* 5. *C. de* 2. *nupt.* Hodiern. *ad l. hac edictali q.* 11. *num.* 59. Gallerat. *vbi sup. centur.* 1. *renunc.* 98. *nu.* 6. *qui nu.* 9. tangit quæstionem illam supra excitatam, an filij remittere videntur dictum lucrum, si dum viuunt nullam habent querimoniam de secundis nuptijs & confutat *glos. in c.* 1. *quib. mod. feud. amitt. per glos. in §. fin. instit. de iniur.* asserentem ea ratione ductus, nam licet dicatur iniuriam fieri filijs per secundas nuptias parentum, attamen nulla consideratur iniuria, nec contumelia, cum parentes contrahendo secundas nuptias faciant quod eis permittitur, & in ipsis abest contumeliam, & iniuriam mens inferendi, & consideratur in secundis nuptijs parentum magis pecuniæ persecutio, quam vindictæ, siquidem huiusmodi pœnæ impositæ sunt non in odium nuptiarum, sed liberorum fauore, & prospiciunt ne irrogetur damnum liberis per secundum matrimonium, non vt iniuria vindicetur, vndè non satis est nullam vnquam querelam habuerint, cum hic non agatur de iniuria, vel de sola iniuria, sed agitur de persecutione pecuniæ, quæ non facilè remittitur, sed exigitur specialis remissio, qua enim ratione possunt filij non obsequi voluntati parentum secundo nubentium? cum sanè consentiunt filij secundis nuptijs rectè faciunt vti probi filij, se conformantes parentum voluntatem, & præstantes reuerentiam debitam, & sequitur opnionem Sarmient. *num Add.* ad Dec. *cons.* 206.

In articulo principali quando non extant fratres, sed horum filij, vel sororum, an illi admittantur cum parentibus defuncti, negat Cuiac. sed verius est fratrum filios vocari, nam par ratio videtur, & fratrum filios fratribus comparat Iustinianus iure repræsentationis quod indicat text. Auth. *cessante, vers. qua persona, Cod. de legit. hær.* hæc Petr. Gudel. *lib.* 2. *de iur. nou. cap.* 14. *num.* 6. cum quo sensit firmiter D. Vrsinus Alibertus I. C. Neap. doctrina, & probitate conspicuus.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus sub conditionibus alternatiuis per verba negatiua, scilicet si institutus sine liberis, vel ab intestato decesserit, vt admittatur, non sufficit vnam ex dictis conditionibus adimpleri.*

2 *Disiunctiua resoluitur in coniunctiuam, propter præsumptam mentem testatoris, & econtra.*

3 *Conditio, si sine liberis, adiuncta cum alijs conditionibus alternatiuis, resoluitur in coniunctiuam fauore liberorum.*

DECISIO CL.

Substitutione facta si sine liberis, vel ab intestato alter institutorum filiorum decesserit, eorum fauore requiritur vtriusque conditionis existentia, vt substitutio locum habeat.

DEcessit Magnif. Barnabas Caracciolus, institutis heredib. filijs secundo genitis, factaque inter eos substitutione, † quando alter
1 moreretur sine liberis, vel ab intestato quandocumque incluso in hac substitutione, D. Iacobo Caracciolo eius filio primogenito. Decessit vnus ex secundo genitis, absque liberis, condito testamento, in quo secundogenitus superstites hæredes instituit, Iacobo excluso, agit tunc Iacobus ad portionem suam in bonis fratris secundogeniti mortui sine filijs, virtute substitutionis prædictæ, & dicebat habere testamentum pro se, postquam hic mortuus erat sine filijs, & hoc ei sufficere per tex. *in l. si heredi plures. ff. de cod. instit.* Ex aduerso dicebatur pro conuentis, esse casum particularem. *l. generaliter C. de instit. & subst.* qua dicitur facta substitutione, modo prædicto, ad hoc, vt effectum habeat, requiri, quod institutus decedat sine liberis, & ab intestato, nec sufficere vnam ex dictis conditionibus

bus adimpleri, etiam ex dispositione, *l. Lucius. ff. de hæred. instit.* Dicebat Iacobus primogenitus, dispositionem ll. prædictarum procedere fauore liberorum, vt dicit ibi Bart. Cor. Ful. Ias. Dec. & cæteri licet Fortunius Fortia. *in l. Gallus. §. quidam recte. col. 12. nu. 26 vers. item quod non sit. ff. de lib. & posth.* sentiat contrarium, quem fauorem apparebat cessare in casu præsenti, cùm mortuus sit secundogenitus sine filijs, & per consequēs dicebat cessare dispositionem ll. prædictarum. *cap. cum cessante, cum si. de appell.* vnde subdebat, dispositionem *d. l. generaliter*, dependere ex futuro euētu. s. quòd aut institutus, cui est facta substitutio, moritur, cum filijs, & hoc casu, licet ab intestato moriatur, habet locum. l.
2 prædicta. s. † quòd conditiones, quamuis disiunctæ resoluantur in coniunctas: quando verò moreretur sine filijs, & hoc casu, quamuis testamentum condiderit, conditiones disiunctiuè positas remanere in earum natura. s. quòd sufficiat, alteram partem esse veram. *l. si is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. cū concor.* & hanc opinionem videtur tenere Capra, *in cons. 44.* Dictum fuit, veram esse opinionem prædictam
3 † conditionem oppositam, si sine liberis, iunctam cum alijs conditionibus, alternatiuè operari ipsarum resolutionem in coniunctas fauore liberorum, quod etiam fundabatur, quia si ea non esset apposita, sed plures conditiones alterius qualitatis, communiter, concluditur post Bar. *in d. l. generaliter*, & signanter per Fulg. quòd conditiones prædictę remanent in propria natura, & hoc à principio sic in esse produci, sed quòd non per hoc; quia ex post facto moritur institutus sine filijs, conditio tamen testamento mutatur natura conditionum prædictarum sic esse à principio productarum, ne condictiones prædictę dicantur pro parte coniunctæ, & pro parte disiunctiuę, ita sentiunt ibi Cyn & Alb. & in specie tenent ibi Pau. de Cast. Alex. Fulgo. & Dec. qui latè tangunt articulum, & Dec. habet etiam hoc pro indubitato, sentit etiam hoc Aret. *in summario*, & Ias. *in 3 notab.* dum concludit conditionem illam si sine liberis, positam cum alijs conditionibus, tribuere eundem fauorem alijs conditionibus, quem ipsa habet, & idem expressè consuluit Alex. *cons. 88. omissis*, in 1. dub. 7. *vol.* & ante eum Old. *cons. 189. sub. rub. de test.* Hæc causa fuit relata tempore quo ego residebam in Aula, vbi residet D. Cæsar, Commissarius, & tamen, quia D. Antonius Orificus fuit creatus Præses Sacri Consilij, & meritò, & sub die 21. Maij 1577. cępit possessionem officij ego tamquam antiquior fui translatus in illam Aulam, in qua ipse residebat, & posteà, vt vidi per Sacrum Consilium, fuit decisum in fauorem fratrum secundogenitorum, excluso primogenito, die 29. Maij 1577. Scannapeco Actuario.

ADDITIO D. VISCONTI.

POst num. 1. Adde Viui. *in opin. 46. par. 1. & in dec. 7. a nu. 1.* Ioseph. de Rusticis *in tract. an. & quando liberi lib. 1. cap. 2. nu. 44. fol. 11.* & omninò Caualc. *dec. 25. par. 3.* vbi relata hac decis. eam limitat.

Vide Crassum *in §. legatum, quæst. 66.* vbi loquitur in legato, *& in §. institutio. quæst. 26. nu. 4.* & Vrsill. *in d. Affl. 397. nu. 8.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Conditio disiunctiua, an, & quando coniungatur.*
2 *Et quid si fiat spurio.*
3 *Et quid si fiat pupillo in pupillari ætate, & si sine filijs moriatur.*
4 *De materia l. generaliter. C. de institut. remissiuè.*
5 *Substitutio de persona ad personam, si ex coniecturis de voluntate testatoris apparet, an extendatur.*

1 AD hanc dec. 150. adde † an, & quando con-
2 ditio disiunctiua coniungatur. † & quid si
3 fiat spurio, & quid † si fiat pupillo, in pupillari ętate, & si sine filijs moriatur. Alex. *cons. 129.* Suarez *Allegatione 77. & de alijs* circa ma-
4 teriam † *l. generaliter.* Bald. *in l. cum acutissimi. C. de*
5 *fideicommissis*, & Decius *cons. 1.* Item adde quòd † substitutio de persona ad personam extenditur, si ex coniecturis de voluntate testatoris apparere potest. Capra *cons. 23. q. 1.* Cassan. *cons. 68. nu. 45.* Aymon. *cons. 226. n. 16. vol. 2. & in cons. 65. vol. 1.* Corneus *cons. 16. vol. 2.* Cephalus *cons. 252. n. 21. vol. 4.* Castrensis *consil. 343. vol. 1.* & Ias. *cons. 148. vol. 1.* Vide Paris. *cons. 50. nu. 60. & cons. 66. n. 66. & 68. vol. 3.* Grat. *cons. 5. vol. 2.* De hac decis. meminit Arisminus *decis. 126.* Variar. *iuris sent. tit. de Conditionibus in genere, pagin. 362. col. 4. in fine.* vbi de ea meminit, & pro limitatione, *l. generaliter*, vide Marsil. *Sing. 131.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem sine liberis iunctam alijs conditionibus per disiunctiuam conuertere eas in coniunctiuam decidirur, & constabiliunt Mantica Fusar. Sanfel. Cirocch. & alij.*
2 *Senatus Tholosanus iudicauit contrarium, pro quo pugnat Fontanella cum alijs.*
3 *Argumentatio D. Præsidis, & responsio ad argumentationem n. 4.*
5 *Quid si substitutus sit proximior filijs in conditione positis, vel substituta sit causa pia.*
6 *Vna, & eadem res quando aduerso iure censetur.*
7 *Opinio Autoris cum extensione.*
8 *Testamentum si fiat quando est apposita conditio, si sine testamento an sufficiat, vel requiratur specialis dispositio confutatur Caualcanus.*
9 *Dictio, nec, vel dictio necnon, an sit copulatiua.*

1 VIctor num euadat sapientissimus Senatus Neapolitanus in hoc certamine nunc inspiciendum est; quæstio proponitur; An conditio sine liberis iuncta alijs conditionibus per disiunctiuam conuertat eas in copulatiuas, vt si testator substituat hæredi sub conditione si decesserit sine liberis, vel sine testamento, & contingat hæredem fecisse testamentum, sed decessisse sine liberis, vtrum substitutus excludatur, & affirmatiuè deciditur per *tex. in l. generaliter, ff. de inst. & subst. & l. Luc. ff. de hæred. instit.* Ex quibus habetur, quòd disiunctiua resoluatur in coniunctiuam, atque de natura copulatiuę est, vt debeant adimpleri omnes conditiones copulatę adhoc, vt possit intrare substitutus, *l. si hæredi plures. ff. de condit. instit.* cum alijs adductis per Castill. *lib. 6. controu. c. 136. nu. 60.* sequitur inde, quòd si non adimpletur, nisi vna sola conditio sine liberis, & non altera sine testamento, excludendus sit substitutus, & decisionem comprobant, Fusar. *de substit. q. 455.* Fontanell. *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 24. n. 70.* Viuian Cirocch. *discept. 5. n. 4.* & ita iterum iudicasse S. C. testatur Reg. Sanfel. *dec. 198.* addo Mantic. *dec. 247. & 249.*
2 Contrarium tenent alij, quòd leges allegatæ tractent casum, quando nati fuerant filij, & obseruandas, & sequendas esse in casu quo loquuntur, quando hæres decesserit cum liberis, quòd si nulli nascantur filij, quasi cessante illorum fauore disiunctiua remaneat

in sua natura, & sufficiat vnam conditionem adimpleri, vt excludatur substitutus vt colligitur ex dispositione *d.l generaliter*, ibi. Cui *etenim ferendus est intellectus si forsitan qui testamentum non fecerit, posteritatem autem habuerit propter huiusmodi verborum angustias liberos eius omni pene fructu probato defraudari*, Nam disiunctiua non requirit adimplementum omnium, vt in *d.l. si hæredi plures*, *& l. plerumq; ff. de iur. dot.* quando igitur cessat fauor filiorum, vt quia non sunt nati filij relinquendus est casus in terminis iuris communis vti omissus, & ex consequenti cum natura ipsius disiunctiuæ, nam lex est exorbitans, & ideò non extendenda *Add. ad* Alex. *cons.* 88. *lib.* 7. *lit. A.* & pro substituto tenent Capr. *cons.* 44 Sesse *dec.* Arag. 264. *tom.* 3. nu. 6. & iudicauit Senatus Tholosanus apud Maynard. *dec.* 38. *lib.* 5. *&* Carond. *respons.* lib. 7. c. 162. & mutata sententia sibi varius, & inconstans defendit Fontanell. *dec.* 494. *nu.* 13. qui existimat victoriam reportare in hac pugna Senatum Tholosæ.

3 Defendit decisionem D. meus, & argumentatur contra rationem ex aduerso adductam, dicens, quòd leges præfatæ statim condito testamento, & facta substitutione sub conditione si decesserit sine liberis voluerunt hanc dispositionem conditionalem esse intelligendam, vt disiunctiua resoluatur in coniunctam fauore filiorum in conditione positorũ, & ita statim operatur suum effectum, qui non mutatur, nec mutari potest ex euentu postea sequuto, atque ita siuè succedat vnus casus, siuè alius, semper tanquam copulatiuæ erunt omnes conditiones adimplendæ, aliàs vna, & eadem dispositio diuerso iure censeretur, & penderet ex futuro euentu, ita vt copulatiuè prius dicerentur filij, disiunctiuè autem si non ita, contra vulgatam regulã *l. iam hoc iure ff. de vulgar.* Mantic. *d.* 247. *n.* 10. *& dec.* 249. *num.* 12. vbi intellectus tributus à lege conditionibus, & verbis testamenti, quando factum est, non mutatur ex euentu post mortem testatoris sequuto Oldr. *cons.* 99.

4 Senatus Tholosanus, & eius asseclæ respondent ad argumentum dicendo leges prædictas non tractare casum in abstracto, quid dicendum quando sub duabus conditionibus modo quo supra conceptis, quis est substitutus, an disiunctiua resoluatur in coniunctam, sed in concreto casum determinant, quid dicendum quando concepta substitutione in eum modum, institutus moritur cum liberis, quæ sunt res nimis diuersæ, & ideò illæ leges sunt obseruandæ in eo casu, in quo loquuntur, quando hæres decessit cùm liberis, in quo conuenit testatoris voluntas, non in alio, sed relinquendus ille est in terminis iuris communis, & disiunctiua debet remanere in sua natura.

5 Addunt, quòd Doctores quotiescunque potuerunt considerare quòd in aliquo casu videretur cessare ratio, *d. l. generaliter, & d. l. Lucius*, ab eis recesserunt, vt si testator instituit vnum, & ei substituit sub his conditionibus *si sine liberis, aut sine testamento*, eum qui erat illi proximior, quàm filij in conditione positi, tunc quia non est verisimile testatorem plus diligere filios remotiores, quàm substitutum proximiorem, & sic cesset ratio dictarum legum, ideò non fiet transmutatio disiunctiuæ in coniunctam sed remanebit disiunctiua in sua propria natura, ita *Caualc. dec.* 25. *per totam par.* 2. *Fusar. vbi sup. num* 25. Et extendit *Caualcanus*, vt imò è contrario, si per copulatiuam dispositio in isto casu concepta foret resolueretur in disiunctiuam, addunt alium casum, quando substituta fuerit causa pia, quia cesset ratio legis, nempè propensioris dilectionis in filios positos in conditione, quam in substitutum pro salute animæ, quæ est cunctis rebus pretiosior cesset etiam dispositio legis, *Vivius dec.* 7. *lib.* 1. subiungunt alium casum, quando esset dictum, *Si viuente Ioanne institutus decesserit, antequam deueniat ad ætatem testandi, vel sine liberis succedat idem Ioannes*, Si contingit decessisse institutum postquam ad ætatem testandi peruenit, sed tamen sine liberis, & dicunt intrare substitutum, & disiunctiuam non resolui in copulatiuam, vt resoluit *Additionator ad* Alex. *d. cons.* 88. *lib.* 7. sequitur Fusar. *d. q.* 455. *num.* 24. quasi cessante fauore liberorum, vt tradit Fontanell. *dec.* 493. *n.* 22.

6 Assertores eiusdem opinionis Senatus Tholosani respondent insuper ad obiectionem de vna, & eadem diuerso iure non censenda, & formant plures instantias in quibus quandoq; vna, & eadem res aduerso iure censetur, nam inquiunt vna, & eadem terra respectu diuersorum seminum, est quandoq; decimabilis, & quandoq; non fuit dictum vt in obs. 103. præterea dos respectu vxoris est titulus lucratiuus, & respectu mariti onerosus, *l. ex promissione, ff. de act. & oblig.* ad hæc verbum *Succedat* positum in vna, & eadem dispositione respiciens diuersas personas, respectu vnius speciei personarum dicitur importare quandoque successionem, & vocationem præcisam, respectu verò alterius speciei solam successionem legalem reseruare, *Cassan. cons.* 45. *num.* 161. additur quando maritus institutis filijs relinquit vxorem dominam, & vsufructuariam, vt si extent filij censeatur voluisse testatorem relinquere alimenta, & rursus decedentibus filijs vsumfructum *Monter. dec. Arag.* 10. *num.* 33. vbi probat multis, solere quandoque pendere effectum actus à futuro euentu, *Castill. lib.* 4. *cap* 59. *per tot. Ramon. cons* 95. *in fin.* vbi per *glos. in l. licet pactum, C. de pact.* dicit talem fuisse testatoris voluntatem præsumi, qualem eueniente casu si fuisset interrogatus respondisset se velle.

7 Verùm enim verò, quia Senatus Neapolitanus in hoc articulo habet plures asseclas, quàm Tholosanus, vt fatetur idem *Fontanell. dec.* 404. *num.* 13. *& seq.* vbi ait, quòd ne poneret in periculo partem, & repelleretur propter autoritatem Senatus Neapolitani considerauit nonnullas coniecturas, quæ in suo casu concurrebant potentes ad faciendum deflectere stateram pro sua parte, & in hac re consulit multum attendendum esse ad coniecturas ad conciliandum opiniones adiuuando cum aliquo adminiculo, ego amplector decisionem *D. mei & Sanfel. vbi sup. & Fusar. d. q.* 455. extendit, vt alternatiua habeat vim coniunctiuæ, etiam si tres, vel plures conditiones sint appositæ, inter quas sit conditio liberorum, & etiam si grauetur extraneus ex *Caualc. dec.* 25 *par.* 3.

8 Prætermittendum non erit, id quod Doctores nonnulli censet circa intellectum conditionis *si sine testamento*, quòd quamuis hæres fecerit testamentum, non tamen expressè disposuit de bonis illis testatoris vtendo facultate sibi concessa, sed generaliter de bonis suis, tunc non dicetur defecisse conditio, sed erat necessarium expressè disposuisse, & nominatim de illis bonis, vt tenet *Caualc. vbi sup. nu.* 13. *Bellon. cons.* 30. *num.* 38. vbi habens facultatem disponendi non censetur facultate vtus, nisi expressè dixerit, alias si generaliter disponit de bonis suis, non censetur, ne dicitur disposuisse de illis bonis testatoris, sed ab hac opinione recedit *Fontanell. vbi sup. nu.* 15. quia in conditione non fuit posita dispositio illorum bonorum dicendo, vel sine dispositione, sed positum in conditione testamentum, quæ conditio videtur defecta statim, atque fit testamentum.

9 Si testator hæredi à se instituto sic substituat, si decesserit sine filijs, nec filiabus, nec sine *testamento succedere Titius*, si contingit hæredem fecisse testamentum, sed non habuit filios, nec filias, tunc substitutioni non erit locus, quia dictio nec censetur copulatiua *Ruin. cons.* 120. *lib.* 2. *num.* 7. *per text. in l. si quis ita stipulatus fuerit, ff. de verb. oblig. Barbos. de dict. vsufreq. d. nu.* 208 & idem si apposita sit dictio necnon, quia duæ negatiuæ affirmare solent, & huiusmodi dictio resoluitur in copulatiuam, & secundum *glos. in clement.* 1. *de offic. deleg Gratian. discept.* 70. *nu.* 31. & ita puncto decisum testatur *Fontanell. dec.* 494. *nu.* 14.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dilatio quinquennalis, non operatur contra creditorem, ex causa depositi, etiam quòd depositum sit in pecunia numerata, & nu.3.*

2 *Compensatio, quare contra depositionem non admittatur, remissiuè.*

DECISIO CLI.

Idem, quod summarium primum continet.

1 EXceptionem dilationis, † quinquennalis non operari contra creditorem ex causa depositi, fuit decisum; me referente, in causa eiusdem Francigenæ, contra N. Neapolitanum dispositione tex. *in l. si quis, el pecunias. C. de pos.* per quem text. sic fuisse aliàs decisum, refert Boer. *in dec. 296. Principes in 2. par. in prin.* pro qua opinione conferunt omnes rationes ex quibus mouentur Doct. †
2 quare contra depositum non admittitur compensatio, quas congerit Ias. *in §. in bonæ fidei, in 2. not. in instit. de*
3 *actio.* † quod procedit etiam quòd depositum sit in pecunia numerata, quæ non haberetur loco speciei, prout erat casus, de quo agebatur, ex dictis per Saly. *in d. l. si quis, 2. col. vers. item nota ex eo* Ropulus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Mangrellam ad Bart. *in l. vniuersa, C. de prec. Imper. offer.* vbi etiam tenet dilationem quinquennalem non extendi ad debitum pupilli, nec in pensionibus domorum, nec in pretio rerum comestibilium, nec in venditione animalium pro victu, & allegat Boer. *hic allegatum,* Surd. *in dec. 323. num. 6. & seq.* qui loquitur in alimentis, & Cuch. *in tract. de moratori. præscript. num. 73.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Laicus procedit contra Clericum depositarium exequutiuè.*
2 *Restitutio depositi fit Iudicis authoritate, & non aliàs alias depositarius semper tenetur.*
3 *Depositum debet fieri cum pecunia approbata, & non reprobata, aliàs depositum non dicitur factum.*
4 *Depositarius non tenetur de casu fortuito.*
5 *Factum Principis dicitur casus fortuitus.*
6 *Depositum non modò debet fieri in eadē moneta, verū etiā æstimatione, & de mutatione monetæ remissiuè.*
7 *Deponens, si depositarius decoquit, non tenetur amplius depositare, nec potest in eius bonis exequi.*
8 *Depositarius pignorum iudiciariorum, carceratur statim si non restituit.*
9 *Depositum qualiter fiat.*
10 *Et penes quem fieri debeat, remissiuè.*

AD hanc dec. vbi tractatur de priuilegijs depositi, adde, quòd † Iudex Laicus procedit
1 contra Clericum depositarium exequutiuè. Affl. & Vrsill. *dec. 24.* vbi etiam quòd †
2 restitutio depositi fit Iudicis authoritate, & non aliàs, alias depositarius semper tenetur. † Depositum de-
3 bet fieri cum pecunia approbata, & non reprobata. Vrsill. *dec. 21. in fi.* aliàs depositum non dicitur factum.
4 Quòd † depositarius non tenetur de casu fortuito, &
5 quòd † factum Principis dicatur casus fortuitus. Vrs.
6 *dec. 54. n. 3. & seq.* † Depositum non modò fieri debet in eadem moneta, verùm etiam æstimatione. Affl. *dec.*
7 *90.* & ibi plura de mutatione monetę. Item† deponēs, si depositarius decoquit, non tenetur amplius deposi-
8 tare, nec potest in eius bonis exequi Affl. *dec. 172.* † Depositarius pignorum iudiciariorum carceratur, statim si non restituit. Anna, *Sing. 145.* Depositarius, aliàs vide per Paul. Fuscum, *Sing. 30. & 31.* † *quæ ad 34.*
9 *verbo depositum.* Ioseph. Ludouic. *dec. 105. n. 3.* vbi †
10 qualiter fiat depositum. Affl. *decis. 10.* Plotus *in l. si quando §. 10.* & penes † quem fieri debeat depositum Pandus Grauinas *de liquid. Instrumento par. 4. declaratione 8. n. 59.* Mangrellam *in l. vniuersa C. de precibus Imper. offerendis,* & ego dicam *in dec. 308. vbi materia depositi.* Quod autem possit fieri in posse iudicis Borgnin. *dec. 4. in prima parte.*

ADDITIO D. NOVARII.

DIlatio quinquennalis non habet locum contra creditorem ex causa depositi, Boer. *dec. 296.* idem procedit, si post impetratas licet ante oblatas literas, nouos creditores quęsierit. Guid. Pad. *d. c. 109.* Rebuff. *de dilat. annal. artic. 1. glos. 1. num. 18. arg. cap. eam te de rescript. & cap. si eo tempore eod. lib. 6.* vel si fuerit condemnatus à supremo magistratu, siue ab inferiore Iudice, Masuer. *in rubr. de solut. §. item dilatio moratoria.* Guid. Pap. *quæst. 97.* & ita, & etiam si contra pauperiorem beneficium hoc imploretur Afflict. *dec. 377.* Rebuff. *vbi supra num. 25.* vbi notat onus probandi incumbere creditori, qui dicit se pauperiorem, aut contra eum, cui ob personalem operam aliquid debeatur. Rebuff. *ibid. nu. 26. arg. l. in seruorum. ff. de pen.* aut contra Principem ipsum, vel Ecclesiam, vel piam causam ibidem Rebuff. *n. 31. & 32. ex not. at in c. Ecclesia S. Mariæ de constitut.* vel pupillum iuxta dec. Boer. *dec. 296.* Rebuff. *ibid. nu. 33.* Ecclesia enim fiscus, & pupillus æquiparantur *cap. 1. de in integr. restitut.* vt pariter, si iam semel antea idem beneficium impetrauerit, voluit text. *in cap. super literis, & cap. cæterum de rescript.* Rebuff. *vbi supra nu. 30.* licet eo vsus non fuerit, *vt ibid. nu. 30.* & à simili si cum extero, & transeunte mercatore quis contraxerit, quia in hoc, & in prædictis casibus prædicta dilatio locum non habet, per text. in Auth. *omnes peregrini, C. com. de success.* Rebuff. *vbi supra nu. 35.* vbi rationem reddit ratione fraudis vitandæ, ne detur materia delinquendi, *argum. l. conuenire, ff. de pact. dotal.* addens permittendum, hoc casu extero mercatori, vt merces suas vendicet quasi, nec alienatas, *argum. l. Aurelio, §. 1. ff. de liber. legat.*

Hæc, & alia sunt videnda apud Fabr. *in suo Cod. in tit. de precib. Imper. offer.* vbi habes; vtrum litteræ quinquennales exigant satisdationem, consensum maioris partis creditorum, & an literæ dilatoriæ, quæ impediunt exactionem, impediant compensationem, vtrum vltra quinquennium literæ moratoriæ concedi possint, & differentias inter annalem, & quinquennalem dilationem, & nonnulla alia, vt est videre apud dictum Fabr. *eo loco,* & latissimè apud Apicell. *in tract. de tutam. pauper. in tit. de quinquen. dilat.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem dilationis quinquennalis non posse opponi contra depositum firmat decisio oppugnata à Muscatello, sed minus rectè.*
2 *Quid si depositum sit in pecunia numerata, & refelluntur Soc. Boer. & alij.*

3 *Num in deposito confessato, vel Descendente ex debito contracto.*

1 DEponuntur nequaquam in materia depositi inuectiuæ in D. meum, qui iudicatum testatur non admittendam exceptionem dilationis quinquennalis contra creditorem ex causa depositi per *text. in l. si quis, vel pecunias C. depos.* & Boer *dec. 296.* & decisionem laudant, & sequuntur Paschal. *de patr. pot. par. 2. c. 19. nu. 67.* & post alios Mausen. *de caus. execut. limit. 7. n. 71.*

At Muscatell. *in prax. §. C. par. 4. glos. petendo nu. 18.* inuehit contra D. meum, & eum falli ait in intellectu *d. l. si quis*, loquentis in compensationibus, & alijs exceptionibus, quæ omninò perimunt creditorum intentionem, atqui dilatio quinquennalis non est huiusmodi, sed tantùm differt, & creditores potius consequuntur commodum ex hac dilatione, non autem læsionem vt infra *dec. 179.* & ita arguit Muscarellus, cui responderi potest, quòd maior ratio esset admittendi compensationem contra depositum, cùm non videatur honestè agere creditor volens exigere, & nolens soluere quod debet, & repugnare videtur æquitati, & nihilominus reicitur contra depositum, vt in *d. l. si quis*, additur quòd etiam ex stente statuto repellente omnes exceptiones, admittitur exceptio compensationis, & etiam contra viam executiuam, vt Graff. *except. 8.* Fontanell. *dec. 561. nu. 12.* & tamen non admittitur contra depositum, præterea nam per *d. l. si quis*, repellitur omnis exceptio, & sancitur, vt depositum illico reddi compellatur, ita Apicell. *de dilat. quinquennal. nu. 121.*

2 Vrget difficultas in deposito consistente in pecunia numerata, cùm dominium pecuniæ transeat in depositarium, l. Lucius *ff. depos.* & per depositionem ad numerum censetur tacitè data facultas vtendi pecunia & per consequens depositum videtur transire in mutuum, *l. certi condit. § fin. & l. quod si ab initio. ff. de reb. credit.* prout in pecunijs, quæ in Banchis deponuntur tenent Peguer. *dec. crim. 38.* Rodriq. *de ann. reddit. q. 11. nu. 39.* hinc priuilegia depositi non procedere in deposito irregulari post Soc. & alios tradit Boer. *dec. 265.*

Negatiuam tamen opinionem firmat decisio ex Alber. *in d. l. si quis*, & sunt *tex. in l. Lucius, & l. die sponsaliorum, §. qui pecuniam, ff. depos. & l. in naue*, Sanfelic. *ff. locat.* Ex quibus habetur, quòd & si depositum factum ad numerum manet depositum, & non mutuum, benè verum Doctores communiter appellant depositum irregulare, sed priuilegia veri depositi habere, vt possit reuocari ad libitum deponentis, & quòd non possit opponi exceptio compensationis, nec pecuniæ non numeratæ, ita Cancer. *lib. 3. tit. de depos. nu. 53.* qui fusè agit si deponentis, vel depositarij periculo huiusmodi depositum pereat, & hanc sententiam veriorem esse probat Gratian. *discept. 728. nu. 28.* vbi quòd priuilegia depositi procedunt in deposito irregulari reiciens Soc. Graff. & Boer. *d. dec. 265.* & alios quos recenset d. *num. 28.* & post. Bal. *cons. 312. & alios* Nig. *de except. c. 10 §. 12.*

3 Dubitatio exoritur in deposito confessato, vtrum exceptio dilationis quinquennalis, vel compensationis possit admitti contra depositum confessatum, & an istud habeat priuilegia depositi, & non habere dicta priuilegia tradunt Bal. *cons. 187. lib. 3.* Paul. de Castr. *in l. penult. C. de pos.* Boer. *dec. 295.* Apicell. *dilat. quinquenn. nu. 121.* sed contrarium tenent Rol. à Valle *cons. 317. lib. 3.* Natt. *cons. 438. n. 17. lib. 1.* Nig. *de except. vbi sup.* vbi extendit etiam quòd depositum descenderet ex alio debito.

SVMMARIVM.

1 *Salarium vassallo seruienti Domino cum propria animali, est granum vnum pro quolibet milliari, siue sint animalia parua pura, asinina, siue mulus, num. seq.*

3 *Pragmatica Regis Ferdinandi edita ann. 1472. in fauorem vassallorum, hodie ipsos maximè lædit, & ferè redacta est ad iniquitatem.*

4 *Salarium, quod soluitur vassallo, ad rationem tāti, pro quolibet milliari, intelligitur milliare pro accessu, & recessu, nisi in recessu rediret etiam oneratus, cum nu. seq.*

6 *Mutanda non sunt ea, quæ certam interpretationem receperunt.*

DECISIO CLII.

Salarium debitum vassallo seruienti domino cum animali vnum, & idem debetur siue animal sit magnum, vt mulus, siue paruum, vt asinus.

1 PER Pragmaticā Regis Ferdinandi, anno 1472. fuit prouisum, ad releuandum vassallos, † quòd eis per eorum Dominos, soluatur salarium, quod fuit taxatum, quando ipse cum animali proprio seruit ad rationem grani vnius pro quolibet miliari. Dicebat vtilis D. Castri Carouillorum, quòd ipse nolebat soluere vassallis salarium prædictum, ex quo eorum animalia, quia erant parua, & asina, non conducebant, nec conducere poterant pro quolibet animali, nisi modios duos frumenti, & sic medietatem quantitatis, quā ferebat mulus, vel animal magnum, & propterea volebat soluere medietatem salarij, quia labor, & pecunia recipiunt diuisionem. Contrarium fuit (me referente) decisum, ex verbis eiusdem pragma-
2 ticæ, quæ generaliter loquitur dum dicit, † si cum animali proprio fortè mittantur nec distinguit animalia magna à paruis, non debet obesse vassallis, si animalia magna non habent, & maximè ijs temporibus, in quibus propter temporum penuriam, pragmatica prædicta † edita in fauorem vassalorum, ipsos maximè lædit, vt dicit Freccia *in lib. de sub feu. in 30 aucto. vers. verum ex pragmatica, fol. 227* & experientia docet, & potest dici, esse redactam
4 prædictam pragmaticam ad iniquitatem, etiam † quia salarium prædictum soluitur pro quolibet milliari, intelligendo milliare, pro accessu, & recessu per tex. *in l. vtimur. ff. de sepul. viol.* vbi Bart. de quo meminit Nellus *in tract. bannit. 174. 3 par. 3. temp.* Parpal. *in rep. l. placet, in vlt. colu. ver. item addatis C. de sacrosan. eccl. & Fel in c. in nouamus. 3 col. de treu. & pace*, Cap. *in inuestit. in verbo, mercans f. 111. colligit alios* Menoch. *de arbi. iud. lib. 2. cent. 4. casu 336. num. 11. vers. exten-*
5 *ditur 4. fol. 3. 5. & in* specie hoc tenet Patris † *in tract. de sindic. in verbo, iudex in officio. 2. col. ver. & intellige.* Io. de Platea *in l. 2. C. de nauicul. lib. 11* Lancel. *in l. legatum in fi ff. de an legat.* Alex. *cons. 29. vol. 6.* vbi hoc declarat, & sic hodie indistinctè iudicamus, nisi in recessu rediret et oneratus, quia tunc iudicamus debere solui salarium integrum pro accessu. Accedebat principali decisioni, quia sic pluries fuit ostensum esse iudicatum, & intellectam fuisse Regiam pragmaticam: vn-
6 de dicebatur, † non esse mutanda ea, quæ certam interpretationem receperunt. *l. minimè. ff. de ll. And. in praiu. 5 colu. vers. non est.* & vltra decreta præsentata, dixit vnus ex Dominis senioribus qui fuerat longo tempore Aduocatus, sic semper suo tempore fuisse iudicatum, die 10. Maij 1577. Milono Actuario quo tempore, regebatur Sacrum Consilium in ædib. Baronis Bernandi, ad quas accessimus die 6. eiusdem Mensis, ob ruinam, quàm minabatur Castrum Capuanum ex parte, vnde Sacrum Consilium regebatur.

ADDITIO D. VISCONTI.

DVm alleg.l.vltimur vbi Bart.Adde Vrsill.*in decis. Affl.4.nu.7 post* Alex.*conf.46.nu.1.9.volum.2.* Carauit.*in Ritu* 287.*nu.*15.Brun. *de cessio. bonor.q.*10. *quarta q.princip alis num.*34. Campan. *in cap. grauamina num.*38.Montanar.*in pragm.1.num.*45. *in tit.de Administr.Vniuersit.* & Rouitum *in comm. d. pragmatica à num.*1.*cum sequ.* Capiblanc. *de Baron.fol.*94.*& seq.*

Ad istam decis. Vide aliam decis.huius Domini 526. vbi exornat d.prag.& addo alios ibi, in qua notandum est vnum, quòd variatis temporibus, & pretijs auctis, vt fuit annis retro elapsis, debet augeri salarium vassallorum secundũ Episcop.Minorens.*in ver.Barones par.*2.*fol.*13 *qui alleg.* Nauarr. *in consilijs*, prout verè postea auctum fuit, & approbata opinio prædicta per nouellam prag. editam de præsenti mense Nouembris 1600.& de ea meminit Capiblanc. *loc. supra citat. num.*27.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Salarium vniforme soluitur pro milliari pro iumento paruo sicut magno.*
2 *Pragmatica prima de salario eorum, limitatur.*
3 *Textus intelligitur secundum rubricam, & titulum in quo est posita.*

1 AD hanc decisionem 152. in qua decidit, quòd † salarium vniforme soluitur pro milliari pro iumento paruo, sicut magno; adde Rouit.*in hac pragmatica* 1.*sub tit.de salario*
2 *eorum*, sed † limitatur hæc Pragmatica quando Baro. habet propria animalia, vt *infra decis.*211. *vbi ita est decisum.* Limitatur etiam si animalia redirent onusta, vel si impedirentur in loco ad quem mittuntur, vt est decisum pro mea patria Petræ Paganæ me Flauio grauamina porrigente contra Baronem coram Consiliario D.Francisco Bernardo Aquiros, in Rota Salamanchæ S.Cons.dicerem etiam ipsam pragmaticam pro Baronibus non esse factam, sed pro Regibus, qui multa patiũtur pro defendendis vassallis, & sic si in vno grauantur, releuantur in alio, & ista forte est pura veritas, quæ apparet ex rubrica in qua pragmatica situatur, *sub titulo de salar.eorum, qui mittuntur pro serui-*
3 *tio Regio, &* † text. intelligitur secundum rubricam, & titulum, in quo est posita, secundum communes traditiones etiam Institutistarum. Alia vide per Rouit.*hic. in pragmatica, & infra decis.*520.vbi de seruitijs vassallorum plura videnda notantur. Hodie est Nouella pragmatica Proregum de Castro, circa salarium tàm pedonarũ quàm animalium occasione taxarum, quæ pragmatica *incipit D.Franciscus de Cast. o.l'anno passato del* 1600.*sub die vlt. Februarij* 1603.quæ in partem satisfecit Desiderio Capuccini in Commento Pragmaticæ allegatæ de salario eorum. *in Enchirid. Ecclesiastico Don Horatij Ventzia Neapolitani.*

ADDITIO D. RICII.

SAlarium, debitum vassallo seruienti Domino cum animali, vnum, & idem debetur, siue animal sit magnum, vt mulus, siue paruum, vt asinus, hoc dicit. Adde ad hanc decisionem Capiblanc. *in prag.*16. *num.*28.*de Baronibus*, & ibi addit. declarationem huic decisioni factam per Sacrum Consilium in causa vniuersitatis Biccari cum Barone, quòd salarium sit præstandum, tàm pro bestijs asininis, quàm pro magnis, dummodo non portent minorem quantitatem duorum tumulorum frumenti, vel duorum cum dimidio hordei, & idem in dic.prag.ait fuisse decisum inter vniuersitatem Vallis Vitulani cum Barone, quod quando bestia onerata rediret ad instantiam Baronis, tunc alia erit consideratio, vt sit soluendum salarium accessus, & recessus Rouit. *in pragmat.* 1. *de salar. cor. qui mittu. pro ser. num.* 2. & ideò salarium vassallis debitum à Barone intelligendum erit tàm pro accessu, quàm recessu Campag. *in c. Regni Grauamina post n.* 38. *in addit.* & hoc quando in reditu deseruisset Baroni cum animalibus oneratis aliàs secus, de Bott. *in addit.ad pragmat.* 1.*de salar.cor.qui mitt.pro seruit. curia in antiquis fol.*514.*incip.an salarium*, & salarium an debeatur integrum pro animalibus à vassallis Baronis locati, si ipsemet vassalli non accederent in simul cum animalibus ad conducendum ea, fuit prouisum, quod pro quolibet animali salarium solueretur, dummodo adesset homo, qui curam haberet conducendi Bestias ad seruitium, aliàs solueretur medietas Capiblanc. *loc. cit. numer.* 95. omninò videndus in hac materia, vbi multas decisiones Sacr. Consil. cumulat.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica* 1. *de salar.eor. num sit seruanda adducitur Rouitus.*
2 *Declaratur decisio.*

1 COnuertere oportet calamum ad Pragmaticam, quæ taxat salarium vassallis seruientibus Baroni cum animalibus proprijs ad rationem vnius grani pro quolibet miliari, intellecto quòd cum accessu, & recessu, sit seruanda, & in hac re Rouit. *in pragmat.* 1. *de salar. cor. num.*5. autumat non esse seruandam dispositionem illius ea motus ratione, quia pragmatica redacta est ad iniquitatem, vt tradit D. meus *num.*4. & ideò vti irrationabilem practicandam non esse per *text. in l. ex facto in princ.vers.Etenim nihil, ff.de vulg. & pupill. l. cum quidam, ff. de vsur.* quam opinionem in specie tenet Enchir. Eccles. *tit.de vasal.salar.*

2 Authoritate rerum iudicatarum attamen habemus firmissimam conclusionem in Regno salarium debitum vassallis seruientibus cum eorum animalibus iuxta formam pragmaticæ soluendum esse integrum, si deseruiant cum animalibus paruis, sicut quando cum magnis, ita vt vnum, & idem salarium debeatur, tàm pro bestijs asininis, quàm pro Mulis, & Equis, quando tamen talia animalia portant duos modios frumenti, siuè duo tumula, vel de ordeo, portent duo tumula cum dimidio, prout in S. C. decisum in causa vniuersitatis Biccari cum eius vtili domino refert Ricc. hic, & Nouar. *de grauam. vassal. grau.* 105. & si ageretur de asportatione aliarum rerum debet haberi ratio ad pondus duorum modiorum frumenti, sed animalia non debent redire onusta Nouar. *in d.prag.nu.*20.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio, si sine hæredibus decesserit, intelligitur scilicet si sine liberis, maximè si testator vltra progreditur, dicens si mortuus fuerit sine hæredibus legitimis, & naturalibus & quid si fuerit facta mentio de legitimis, tamquam, nu. seq. & an, & quando sufficiat, quòd sint filij tantùm, vel etiam oporteat, quod sint hæredes, nu. 8.*

3 *Testamenti vna pars declaratur per aliam.*

4 *Coniectura seu præsumptiones sunt liquidissimæ probationes, & num. 7.*

5 *Iudex in perquirenda veritate debet attendere id, quod vero simile est.*

6 *Verisimilitudo est adeò potens, quòd pro lege habetur.*

9 *Lex ex facto §. fin. ad Trebell. declaratur, & an in casu ipso teneatur filius esse hæres, nu. 18.*

10 *Conditio intelligi debet, vt possit operari ad esse, & non esse.*

11 *Substitutio si sine hæredibus decesserit, tunc subintelligitur verbum, filij, quando substitutus vocatur conditionaliter, & non dispositiuè.*

12 *Substitutio modo prædicto facta de Titio, & eius hæredibus intelligitur de hæredibus, idest filijs maximè si substituti sunt de agnatione testatoris, non autem extraneis, & idem quando esset facta substitutio de Titio, eius filijs, & hæredibus, & numer. seq.*

14 *Filius, & hæres, quod sit copulatiuè, an, & quando requiratur in prædicta substitutione, & num. 18. de communi.*

15 *Substitutio facta de hærede in hæredem, debet intelligi de descendentibus absque qualitate hæreditaria, nec tali casu inuentarium operatur.*

16 *Hæres quatenus est in hæreditate, tenetur habere ratum factum defuncti etiam in re propria.*

17 *Hæres vendicando rem venditam per defunctum, non potest dicere, da mihi bona vendita, & capias bona hæreditaria, quiquid alij sentiant.*

18 *Fideicommissarius testatori, non hæredi succedit.*

19 *Diuerso iure vna, & eadem dispositio intelligi non debet.*

20 *Vulgo dicitur mori sine hæredibus, quando quis moritur sine filijs.*

21 *Dictio, seu, de sui natura est, vt in legatis ampliet dispositionem.*

22 *Assensus in feudalibus, licet sit strictissimis, nihilominus assumit naturam dispositionis, super qua interponitur.*

23 *Assensus non extenditur de re ad rem, de persona ad personam, nec de contractu ad contractum.*

24 *Clausula in assensu posita (quo ad expressa tantùm) ideo fuit inuenta, vt tolleret substitutiones, & pacta insolita, & quòd clausula prædicta in assensu non existente, an idem operetur, nu. 26.*

25 *Iudicandum idem est de actione ad feudum, quod de ipso feudo.*

27 *Assensus, vt teneat, non tantùm est necessaria facultas disponendi, & nominatio personarum, sed etiam modus.*

28 *Assensus in dispositione facta in beneficium hæredis successuri in feudo hæreditario, non requiritur respectu ipsius hæredis, secus autem respectu tertij, qui emit sub hasta, super emptionem habet assensum.*

DECISIO CLIII.

Substitutione facta, si filius decesserit sine hæredibus legitimis, & naturalibus, an vtrumque, & vtriusq; probatio per eum requiratur, qui se filium, & hæredem prætendit.

Assensus præstitus super facultate disponendi de certa summa super feudo inter certas personas, non trahitur ad substitutionem factam inter alias personas, & res.

SPectabilis Comitissa Noye cùm possideret Terram Nuschi, feudum hæreditarium, impetrauit ab Illustr. Prorege assensum super dispositione per eam facienda super feudo prædicto de ducat. 8000. vel circa, hæc sunt verba assensus, partim Magn. Marino de Azzia, & Io. Nicolao de Azzia filijs secundogenitis ipsius exponentis, seu filijs d. Marini, partim familiaribus, & partim ad pias causas; deinde disposuit, & inter alia fecit legatum, hoc in effectu continens, scilicet lego Io. Colæ. ducat. mille, & quingen. conuertendos in emptionem, de quibus percipiat fructus, donec procreauerit hęredes legitimos, & naturales, & procreando vt supra, sit dictorum hęredum, & non procreatis hæredibus legitimis, & naturalibus post mortem ipsius succedant hæredes Marchionis, & hæredes Marini pro medietate. Accidit, quòd Magnif. Io. Nicolaus decessit sine filijs legitimis, & naturalibus, superstitibus filijs legitimis, & naturalibus d. Marini, qui prætendentes, non fuisse satisfactum Ioan. Nicolao, deductis, duc. 1500. agunt tamquam vocati ex legato prædicto actione hypothecaria, stante prædicto Regio assensu, super dicta Terra Nuschi, pro medietate ipsorum, ac pro damnis, & interesse, & ad eorũ intentionem fundandam præsentant legatum prædictum factum eidem Io. Nicolao anno 1547. & dictum Regium assensum, probant extrema requisita in actione hypothecaria, ac mortem Io. Nicolai sine filijs, prout sic debere intelligi verba dicti legati dicunt esse clarum per text. *in l. ex facto. §. fin. ff. ad*
1 *Trebell.* † eo magis, quia testator vltra progreditur,
dicens, si mortuus fuerit sine hæredibus legitimis, &
naturalibus, quę verba nõ possunt intelligi de alijs hęredibus,
quàm de filijs legitimis, & naturalibus licet si
2 dixisset, † sine hæredibus legitimis, sit controuersia
inter Doctor. quos refert Alex. *in d. fi. §.* Item sic debere
intelligi respectu hæredum vocatorum ex substitutione,
ne resultet absonus intellectus, vt dicit Bar. *in l. Gallus. §. etiam si à parente. vbi cæteri. ff. de liber. & posthum.* allegant concor. in prędictis Soc. nepos *in cõs. 26. dirigat. 1. col. vers. & ante omnia, 1. vol.* plenissimè Didac. *in tract. var. resol. lib. 2. c. 18.* tanto etiam magis,
quia illud verbũ, hæredes simpliciter prolatũ, respectu
substitutionis factæ in beneficium hæredum Marini,
est intelligendum, etiam legitimorum, & naturalium
3 ex regula, † quòd vna pars testamenti per aliam declaratur,
l. qui filiabus. & l. si seruus plurium. § fin. cum concord. ff. de leg. 1. & maximè, quia verba prædicta sunt in vno, & eod. c. testamenti prædicti pro parte conuentorum, qui emerant Terram prædictam Nuschi Regio assensu mediante, ea ad instantiam creditorum licitata, dicebatur, ex tribus debere ipsos absolui. Primò ex præsumpta satisfactione facta d. Io. Nicolao primo donatario. Secundò, quia quando ei non fuisset satisfactum, non competit actio actoribus filijs Marini vocatis sub nomine hæredum Marini, nisi vltra filiationem, doceant se esse hæredes Marini. Tertiò, & vlt. quòd etsi hæc qualitas hereditaria non esset necessaria, assensus, vt supra, præstitus non comprehendit substitutionem factam de hæredibus prædictis d. Io. Nicolao, vnde ex eo non oritur hypotheca, quæ tantùm oritur Ioan. Nicolao, & eius hæredibus ex

corpo-

corpore, iuxta formam assensuum, qui in Regno præ-
4 stantur. Quo ad primum dicebatur veram esse concl.†
coniecturas, seu præsumptiones, esse liquidissimas pro-
5 bationes. *l. licet Imperator. ff. de leg.* 1 quòdque † iu-
dex, in perquirenda veritate, debet in prædictis atten-
dere, quod verisimile est, Aret. plenè, *cons. 9. col. 2 &*
6 † verisimilitudo ast adeo potens, quòd pro lege habe-
tur, Oldr. *cons. 13. cum q. in fi.* congerit alia Aymo. *cons.*
61. D Anto. 3. col. vers. 3. in materia, 1. vol. coniecturæ
autem, & violentæ præsumptiones, quæ allegatam sa-
tisfactionem concernebant, sunt hæ, videlicet pauper-
tas Io. Nicolai legatarij in eius vita, per annos 20. post
legatum, & antiquitas legati, venditio sub hasta totius
patrimonij Illustr. Marchioni Latertiæ, hæredi Comi-
tissæ prædictæ, instantibus eius creditoribus, quibus de
pretio Terræ prædictæ fuit satisfactum, & quibus po-
tior, & anterior fuisset ipse Io. Nicolaus, qui non præ-
sumitur, quòd permiserit solui eis, quibus ipse erat an-
terior, & priuari interusurio, etiam medij temporis.
Item Illustr. Marchionissa Latertiæ, ne à manibus filij
Terra exiret emit eam pro pretio ducator. 22000. quos
compensauit, tàm in eius dotibus, & antefato, quàm in
quantitatibus ei cessis per diuersos creditores extra-
neos, à quibus ipsa cessiones prædictas procurauit, &
multo magis procurasset à d. Io. Nicolao, si creditor
fuisset, etsi scripturæ solutionum non reperirentur, cre-
ditores isti sunt extranei, & scripturæ verisimiliter
sunt penes eundem Marchionem, qui est coniunctus
dictorum Actorum, & habet interesse in causa, quia est
filius Marchionis, qui vocaretur ad medietatem, &
omnes sunt de eadem familia, & semper anhelauerunt
7 contra creditores, † vnde ex ijs iudicare deberet in
fauorem conuentorum prout alias fuit decisum stant.
alijs coniecturis, de quib. per Affli. *in decis* 13 ex qui-
bus vnus ex Dominis, de facili dixit, quòd inclinaret in
8 fauorem ipsorũ. Secundò, quòd † hi filij Marini, debe-
rent esse eius hæredes, non tantummodo filij, diceba-
tur in propria materia substitutionis, Bart. *in d. l. ex fa-*
cto §. fin. hoc tenere, eumque sequi Alex. *ibi*, & post
eum, Claud. de Seisel. *col fin. vers. in ea gl. ibi respon-*
deo. esseque magnam differentiam, an dicatur, si quis
decesserit sine liberis, vel sine hæredibus, vt primo casu
non sit necesse, vt conditio deficiat, quòd filij sint hære-
des, sed tantùm supersint filij iuxta terminos *l. filiusf.*
§. cum quis. ff. de leg. 1 *in 2. vero necesse* sit vtrumque,
quod comprobat Alex. ibi, ex quo non debemus rece-
dere à proprietate verborum in quantum possumus,
vnde postquam sunt vocati filij sub nomine hæredum,
debent esse filij, & hæredes, & dicebatur, quòd post-
quam habemus auctoritatem Bart. Alex. & Cla. debe-
ret secundum eorum opin. iudicari. Ad prædicta fuit
dictum, non posse in prædictis in hac q. fieri funda-
9 mentum, † quia tex. *in d. § fin.* ideo exponitur sine
hær. idest sine filijs hær. secundùm prædictos, vt verba,
in eo apposita aliquem effectum habeant, ex quo, vt
dicit gl. ibi raró, imò nunquam quis sine hæredibus
moritur, quia saltem succedet fiscus, qui etiam hoc ca-
su veniet vt hæres, vt declarant ibi Doct. Item, quia se-
10 cundum Bar. *ibi*. † conditio intelligi debet, vt possit
operari ad esse, & non esse, quod non esset, si in casu *d.*
§. illud. verbum, sine hæredibus, non exponeretur si si-
ne filijs, sed in casu, de quo agitur dicebatur aliud esse,
quia facta substitutione d. Io. Nicolao, si sine hæredi-
bus legitimis, & naturalib. quod exponitur, si sine filijs
11 vt supr. † succedente casu, vocantur hæredes Marini
dispositiuè, & non conditionaliter, iuxta terminos gl.
in l. Luc. ff. de her. instit vnde cessat ratio, qua mouen-
tur Doctores ad declarandum, sine hæredibus idest si
sine filijs, ad euitandum absurdum, & hoc est, quod
dixit Pau. de Castr. *in d. §. etiam si parente, in 4 Fal.* &
Aret. *col. pen. vers. sed quid quid dicat spec* vnde præsup-
posita prædicta opin. Bar. pro vera, quoò quando est
facta substitutio alicui, si sine hæredibus decesserit,
quòd oportet, vt conditio deficiat, quòd sint filij, & hæ-
redes, videbatur, quòd non procedat in substitutione,
facta dispositiuè, sed conditionaliter tantùm, & cùm
hoc casu cesset absurdum, & inconueniens considera-
tum per glo. *in d. §. fin.* & per Bart. respectu conditionis,
quæ datur ad esse, & non esse, quæstio hæc dicebatur,
quod erat intricata, & eam tangit Bart. *in d. §. etiam si*
12 *parente 2. col. vers. quaro iuxta prædicta*, vbi tenet † in
substitutione, modo prædicto facta de Titio, & eius
hæredibus, intelligi verbum, hæredibus, idest de filijs
Titij, maximè si hæredes Titij substituti, essent de
agnatione testatoris, non autem de hæredibus extra-
13 neis, † quam opinionem dicit esse communem ibi
Soc. & Cla. 3. *col. vers. item in quantum Bart.* & ean-
dem opinionem dicit esse tenendam, quando esset facta
substitutio de Titio, eius filijs, & hæredib. 4. *colum.*
vers. item in quantum Bart. decid. An autem isti de-
scendentes habeant hæc bona, citra qualitatem hære-
14 dis, Bart. non aperit expressè, sed colligitur, † quòd
ipsam non tenet, ex quo contrarium tenet, quando est
dictum filijs, & hæredibus, *in vers. seq.* Paul. de Castr.
ibi. videtur sequi hanc opinionem, *in pen. col. vers. sed*
an requiratur, & idem sentiunt omnes scilicet Aret.
ibi, pen. col. vers. quarit hic Bar. & Soc. *in 1. & 2. con-*
clus. dum omnes isti, in fortiori casu, tenent contra Bar.
quando est facta substitutio de Titio, & hæred. non
requiri vtrumque copulatiuè, prout etiã tenet ibi Imo.
15 licet Ang. & Alex. contrarium sentiant, † & quod non
requiratur concursus qualitatis hæreditariæ, tenet
Rip. *in d. § ex facto*, dùm dicit facta substitutione de
hærede, in hæredem, debere intelligi de descendenti-
bus, quia alias nihil operaretur, cùm teneretur quili-
bet hæres habere ratum factum defuncti, & sic red-
deretur per alienationem vnius, elusoria voluntas te-
16 statoris, nec Inuentarium operabitur, † quia quate-
nus erit in hæreditate, tenebitur hæres habere ratum
factum defuncti, etiam in re propria, per text. opti-
mum, licet vulga. *in l. cum à matre C. de rei vend.* qui
loquitur in specie, quando alienatur res filij, & tamen,
quatenus est in hæreditate, tenebitur habere ratum fa-
ctum defuncti, respectu rei venditæ, quia vendicanti
opponetur exceptio doli, & apertè sentit *gl. magna, in*
d. l. § in computatione. C. de iure de liber. quam decla-
rat, & sic intelligit Io. Fab. *ibi. vers. aut fecit, & vers.*
verum est. † Nec potest dicere hæres, redde mihi bona
vẽdita, & capias bona hæreditaria, quamuis Cãnetius
in rep. c. volentes in c. sed occurrit quæstio non otiosa
fol. 102. & Gramm. *decis.* 93. aliter senserint, & eorum
opinio est contra prædicta iura, & decisiones, vt est di-
ctum sup. *decis.* 83. *pen. col. vers. Sed pro parte*, &
contra ea tenet relato Arrio Pinello *in d. deci.* allega-
to, Aluarus Valascus *in consul.* 52. *in 9 tali.* & dicit
rectius sensisse Dec. *in reg. ex qua persona, nu. 2. ff. de*
reg. iur. & plenius in consu. 69. quod comprobatur,
quia *d. l.* cum à matre, est posita sub tit. de rei vend. &
in ea disponitur hære. vendicantem rem, repelli exce-
ptione doli, & sic denegatur hæc actio vendicationis
rei, adeò, vt predictis appareat, quòd heredes Marini
vocati in dispositione in ipsa substitutione, possent dici
vocati, vt filij, non vt heredes. Quinimò dicebatur,
18 † quòd etsi esset hæc quæstio terminanda, secundum
dispositionem tex. *in d. l. ex. facto. § fi.* adhuc diceba-
tur esse veriorem opinionem, quòd *in casu d. §.* filius
non teneretur esse hær. ita tenet ibi gl. quam sequun-
tur Iacob. de Aret. qui pulchra verba dicit, Pau. Imo.
Raph. Hercula. & Ripa, *in fin. col.* qui dicit opinio-
nem gl. esse communem, & Didacus, vbi supra, dicit,
illam glo. fere omnes sequi, quia postquam idem est
dicere, si sine hæredibus, quod si sine filijs, quem-
admodum vocati sub nomine filiorum, è dispositione
d. §. cum quis. ff. de leg. 1. non tenentur esse heredes,
ita nec vocati sub nomine hæredis. Discussis predictis,
dicebatur, quòd hæc q. videbatur dubia respectu huius
oppositionis contra conuentos. Dicebatur tamen,
quòd in quæstione dubia si potest apparere de volũtate
testatoris, ex mente omnium, ab ea non est receden-
dum, quæ apparebat clarè ex verbis legati prædicti,
quia

quia dum vocat hær. Io. Nicolai, vocat per verbum,
legitimos, & naturales, quando verbo heredes Ma-
rini, vocat etiam ſub nomine hæredum: vnde eodem
modo intelligendum eſt de filijs, prout in primo ca-
19 ſu, vt in principio eſt dictum. † Item eſt regula,
quod quando ſucceditur per fidei commiſſum, ſucce-
ditur teſtatori, non hær. *l. cohæredi §. cum filia. ff. de
vulg. & pup.* Sed ex verbis legati prædicti non eſt du-
bium, quòd filij Ioannis Nicolai ſuccedunt Comitiſ-
ſæ teſtatrici, non autem Ioanni Nicolao, dum vult,
quòd procreatis hæredibus per Ioannem Nicolaum,
introitus emendi ex dictis ducatis 1500. ſint ipſorum,
ſtatim eis natis, & ſic eos natos prædilexit in vita,
quo tempore non poteſt tractari, quod debebant eſſe
hæredes Ioannis Nicolai hæredib. verò non procrea-
tis, in morte ipſius Io. Nicolai, ſuccedant in eis hæ-
redes dicti Marini, debet hæc diſpoſitio intelligi eo-
20 dem modo, ſcilicet, † quòd vt habentes cauſam à
Comitiſſa, quemadmodum habebant filij Io. Nicolai,
ne vna, & eadem diſpoſitio diuerſo iure intelligatur,
contra. *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupil. cum ſimil.*
aliàs enim, ſi filij Ioannis Nicolai, & filij Marini,
fuiſſent coacti eſſe hæredes Ioannis Nicolai, vel Ma-
rini, fuiſſet in poteſtate ipſorum, illos introitus alie-
nare in præiudicium filiorum ſuorum, & Marini,
contra voluntatem Comitiſſæ, vt dicit Ripa, vbi ſu-
pra, & nouiſſime dicebat, hæc verba, eſſe verba
21 vſualia; † quòd quando quis moritur ſine filijs, vul-
go dicitur mori ſine hæredibus, & dicere, quòd hæ-
res tali ſuccedat, prout etiam dicit Imola, & Alex.
in d. §. fin. vnde interpretanda ſunt, prout vulgus ea
interpretatur. *l. Labeo ff. de ſupel. leg.* & ſic ex prædi-
ctis videtur concludendum, ex iuris diſpoſitione, &
teſtatricis voluntate, non eſſe neceſſe hos filios Marini
eſſe eius hæredes.

Sed dubitatur tertiò, & vltimò, an ipſis compe-
tat actio ſuper feudo, poſt quam in aſſenſu non eſt
facta mentio de hac qualitate ſubſtitutionis in dictis
ducatis 1500. aſſenſus enim præſtatur ſuper diſpoſi-
tione facienda de duca. octomille ſuper feudo prædi-
cto, vt ſupra dixi, partim in beneficium Marini, &
Ioannis Colæ de Azzia, eius filiorum ſecundo geni-
torum, ſeu filijs dicti Marini: partim familiaribus, &
partim ad pias cauſas. Et pro filijs Marini dicebatur,
quod verba aſſenſus erant clara, quia ipſi ſunt nomi-
nati in aſſenſu prædicto, dum in eo dicitur, ſeu fillijs
Marini, & non eſt dubium diſpoſitionem factam in
eorum beneficium, poſt mortem Ioannis Nicolai,
ſine filijs, comprehendi in dicto aſſenſu, quia diſpo-
ſitio, vel quòd fiat in eos principaliter, vel poſt mor-
22 tem Ioannis Nicolai, etiam † quia de natura dictio-
nis, ſeu, eſt, vt in legatis amplict diſpoſitionem, non
autem reſtringat. *l. ſi quis ita*, vbi etiam Bart. *ff. de auro
23 & arge. legat & in l. ſi is qui ducentas † verum, 2. col. ff.
de reb. dub* plenè Iaſ. vbi ponit regulã, & limitationes,
in l. cum quidam C. de verborũ ſignificatio. Reaſſumit
24 Cotta in *Memor. in verſ. ſeu † & licet* aſſenſus ſit ſtri-
cti iuris, nihilominus aſſumit in hoc naturam legati,
ſeu diſpoſitionis, ſuper qua interponitur, eodem mo-
do, quo ſtipulatio, ita arguit Camer. *in repet. c. Im-
perialem fol 52. litera T. verſ nam certum eſt à* D. &
Frecc. *lib. 2. 2 q. nu. 15 fol 25.* Præterea dicebatur, quòd
poſtquam Rex dedit facultatem diſponendi ſuper feu-
do prædicto de ducat. octo milibus, & hæc quantitas
duc. 1500. comprehenditur in ſumma prædicta, non
eſt amplius curandum, an diſpoſitio ſit facta per viam
legati, vel ſubſtitutionis in legato, eo etiam magis,
quia in hac diſpoſitione non erat neceſſarius aſſenſus,
poſtquam feudum erat hæreditarium, & pro valore
hæreditatis, in qua venit feudum hæreditarium, te-
nebitur hæres etiam de proprio, *vt in 1. deciſ. eſt di-
ctum.* Ex aduerſo dictum fuit, hanc diſpoſitionem
carere aſſenſu, quia etſi dictio, ſeu, ſtet ampliatiuè,
nihilominus, quod in caſu, de quo agebatur, hæc
ampliatio ſuum effectum operata eſt, nam ex teſta-
mento apparebat, quòd d. Comitiſſa fecerat legata
Marino, & filijs eius, in eos principaliter diſponen-
do, & ſic etiam aſſenſus reſpectu legatorum, princi-
paliter filijs factorum habuit ſuum effectum: reſpectu
verò ſubſtitutionis factæ Io. Nicolao in legato ei fa-
cto, ſi ſine filijs, vel cum filijs moreretur, in aſſenſu
non fit mentio, vnde eam non comprehendit ex regu-
25 lis claris, † quod aſſenſus non extenditur de re ad
rem, nec de perſona ad perſonam, nec de contractu
ad contractum, de quibus per And. & alios in c. Im-
perialem, quod tanto fortius dicebatur procedere,
quia in aſſenſu adeſt clauſula, quo ad expreſſa tantùm,
26 † quam clauſulam fuiſſe inuentam, etiam ad tollen-
dum ſubſtitutiones, & pacta inſolita, dicit Frecc. *in
lib. 2. in 2. q. fol. 126. num. 7. ver. nec. obſtat.* quæ ſubſti-
tutio induceretur in caſu, de quo agebatur, in actio-
ne ad feudum competente, quam ſi Ioan. Nicolaus
in vita non exercuiſſet, prout ad præſens prætendi-
tur, quòd non exercuerit, potuiſſet exercere ſubſti-
tutus, prout nunc illam exercet, ſi de ea fuiſſet facta
27 mentio, & dictum fuit *in deciſ. 75.* † idem eſſet iu-
dicandum de actione ad feudum, quod de ipſo feudo,
ex dictis per And. in Conſtit. honorem noſtri Diade-
matis, de quo nouiſſimè meminit Cannetius Siculus,
*in extrauag. volentes. in c. ſed quid ſi fuerit venditum,
num. 13. verſ. & hoc in ſimili. 2. col fol. 112.* Item di-
28 cebatur, † quòd etſi dicta clauſula non adeſſet ad-
huc ex iuris diſpoſitione, hic aſſenſus non operaretur,
etiam ex dictis per Loffr. *in conſ. 7. &* nouiſſimè per
Minadoum, *in conſ. 8 per totum*, *&* Frecc. *in 10. q.
in fi. fol. 136. &* latiſſimè per eundem *q. 35. inter no-
uiſſimas in lucem editas*, licet ipſos impugnet, ex
multis Io. Anto. Cannetius prædictus *in extrauag.
prædicta, in c. ſed neceſſaria offert. ſe quæſtio*, & ante
eum Camer. *in repe. c. Imperialem fol. 60. 3. col lite-
ra N.* & ſic eſt reſponſum ad id, quod primo loco di-
cebatur, & ſimiliter ad id, quòd ſecũdo loco dicebatur,
quòd ſufficere debet, quòd diſpoſuerit de ducatis octo
29 mille, quia dicebatur non ſufficere † nam vt aſſenſſus
teneat non tantùm eſt neceſſaria facultas diſponendi,
& nominatio perſonarum, ſed etiam modus. Poteſt
enim intereſſe Regis, vno tempore, & alio non.
Quid enim ſi Terra Nuſchi, vel ex linea finita vel
alio modo perueniſſet in Regem, nonne ſi adeſſet aſ-
ſenſus oportet Regem hoc debitum non ſolutum ſol-
uere, ſi aſſenſus hoc operaretur: ad quod non
teneretur, aſſenſu circumſcripto. Nec vltimum
30 obſtat, † quòd aſſenſus non erat neceſſarius, quia
hoc procedit reſpectu hær. qui quatenus eſt in
hæreditate, tenetur etiam de proprio ſoluere, per
text. in l. fi. de iur. delib. & per dicta in d. deciſ. 1. ſe-
cus autem reſpectu tertij, qui emit ſub haſta, & ſuper
emptione habet Regium aſſenſum, cum iuribus ceſſis
à creditoribus ſimiliter aſſenſum habentibus: & hoc
eſt, de quo tractatur hodie, quia agitur contra tertium
poſſeſſorem. Diſcuſſa plenè præſenti cauſa, hodie 27.
Ianuarij 1578. fuerunt conuenti abſoluti, ex defectu
aſſenſus licet circa ſecundum punctum, duo ex Domi-
nis tenuiſſent, filios Marini vocari, vt filios, & non vt
hæredes, & alter ſuper hoc dubitaſſet. Sarnus Actua-
rius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. dum alleg. *l. ex facto §. fin* Vide Guid. Pap.
deciſ. 230 457 *à nu. 1. &* 591. Alphan. Peruſ. *col-
lect* 604. poſt Aym. *conſ.* 38. *&* Anto. Gabr. *in tit. de
verb. ſignif. concluſ. 2. n. 11. & 12.* & qualiter verbum
hæres ſumatur in teſtamentis, & qualiter in contra-
ctibus; Vide vltra Gabrielem, & Guid. Pap. *remiſſiuè
Addit. ad. Iaſ. in l. pro hærede, §. 1. lit. A. ff. de acqu.
hered.* Pinell. *in l. 2. à nu. 9. C. de bon mater. poſt* Alex.
conſ 56. col. 1. vol. 2 & vidè omnino Marc. Anto. Pereg.
*in tract. de fidecom. art. 32. & ad ornatum §. fi. hic al-
leg.* Vide nouiſſimè Annam Iun. *collect.* 245.

Vide ad l. licet Imperator hic nu. 4. alleg. Menoch.
in tract.

in tract. de arbitr. iudic. casu 279. *nu.* 2.

Num. 5. 6. Adde videndum omnino Tiraq. *in l. si vnquam in præfatio. à nu.* 37. *& seq. C. de reuocand. donatio.* vbi enumerat effectus, qui oriuntur ex potentia verisimilitudinis, aliqua per Menoch. *de arbitr. iud. casu* 85 Mascard. *in tract. de probatio. volu.* 2. *concl.* 1402.

Et num. 6. ibi coniecturæ; Vide hunc Dominum *in decis.* 361. *ad fin. vbi latius addo.*

Num. 15. ibi de hærede in hæredem; Adde videndum Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 39. Manticam *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 11. *nu.* 6. Crass. *in §. fideicommissum q.* 4. *nu.* 16. *q.* 15. *nu* 6. *& q.* 5. *num.* 7. Ann. Mode. *cons.* 53. *n.* 73. *cum seq & Menoch. in tract. de præsumpt. lib.* 4. *c.* 68. *n.* 7.

Num. 16. Adde Fuscum *in singul.* 16. *lit. H.* Crass. *in §. hæreditas q.* 12. *nu.* 12. *&* Suarez. *in suis opin. lit. H. num.* 35.

Et ad ornatum l. cum à matre hic allegatæ, & nu. 27. Adde videndum omnino Ioseph. Lud. *in suis comm. opin. conclus.* 16. *ver. infertur.* 82. *fol.* 46. *vsque ad* 54. *inclusiuè vbi* reccurrendum est, & Crass. *loco citato*, & remissiuè Alphan. Perus. *collect.* 62. Vide Ann. Iun. *in collect.* 111.

Num. 22. Adde Alex. *cons.* 125. *nu.* 2. *lib.* 7. Couarr. *lib.* 2. *variar. resol. c.....nu.* 10. Fuscum *in sing.* 22. *lit. D. &* Marant. *in suis sing. ver. dictio, seu fol.* 23. Vide addit. ad Napod. *in probam. consuetud. fol.* 50.

Num. 23. Adde Loffred. *in con.* 9 *col. pen. & fin.* vbi multa notabilia ponit Ann. *in alleg.* 36. *col.* 1. *D.* Lanat. *in cons.* 79. *nu.* 20.

Num. 24. Adde omnino D. Reg. Lanat. *in suo eleganti cons.* 50. *sub. nu.* 120.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Verba, sine hæredibus, in substitutione, ad extraneos, non videntur pertinere, sed ad filios.*
2 *Extranei quando vocati censeantur.*
3 *Substitutus prædecedens non transmittit ad hæredem, spem cuiuscumque speciei substitutionis, nisi hæres ille testatoris iudicio, & opinione veniret, cum sex limitationibus remissiuè.*
4 *In dubio potius iudicandum est substitutionem esse directam quam fideicommissariam.*
5 *Natus in octauo mense, an faciat exspirare substitutionem.*

1 AD hanc decis. 153. adde quòd † verba, sine hæredibus, in substitutione ad extraneos non videntur pertinere, sed ad filios. Ita Guid. Papa *dec sen. q.* 457. 485. 306. *&* 591.
2 Boer. *decis.* 354. *nu.* 13. & Afflict. *decis.* 14 *in fine.* † sed quando vocati censeantur extranei, consulendus est. Dec. *cons.* 295. & Crauet. *cons.* 508. *in fin.* vbi Rolandus, *& aliqua consil.* 161. & 180. Item † nota, quòd substitutus prædecedens non transmittit ad hæredem spem cuiuscunque speciei substitutionis, nisi hæres ille testatoris iudicio, & opinione veniret. Dec. *cons.* 480. *nu.* 8. *&* 574. Boer. *consil.* 36. Crauet. *cons.* 36. 67. *&* 152. Rolan. *cons.* 38 *volum.* 1. *&* Natta *consil.* 151. *&* 191. Menoch. *consil.* 105. *volum.* 3 & ipsemet, & Bart. *consil.* 112. Guido Papa *decis. sen. q.* 162 Petrus Benintendius *decis. Baronia* 88. Franciscus Marcus *decis. Delphinatus* 78. 2. *par.* Boer. *decis. Burdegalensi* 38. *nu.* 22. *& dec.* 88 & Magonius *dec. Lucens.* 82. *nu.* 11. sed sex limitationes vide per Crauet. *consil.* 258. & Menoch. *consil.*
4 325. *volum.* 4. † Item nota, quòd in dubio tu debes iudicare, potius substitutionem directam, quam fideicommissariam, prout voluere Abbas Panorm. *cons.* 59. *vol.* 1. Decius *cons.* 572. Menochius *cons.* 303. *n* 41. *vol.* 4. *& cons.* 328 *num. eod.* 41. *doctissimè, & disertissimè* Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 1. *an natus*
5 *in octauo* † *mense faciat exspirare substitutionem.* Rusticus Aquilanus *in tract. de conditione si sine liberis. &* Ioseph. Ludou. *conclus.* 37. Boer. *decis.* 220. Franciscus Marcus. *decis.* 168. Afflict. *decis.* 236. qui ad inuicem sibi contradicunt cum Boerio.

ADDITIO D. RICII.

SVbstitutione facta, si filius decesserit sine hæredibus legitimis, & naturalibus, an vtrumque, & vtriusque probatio per eum requiratur, qui se filium, & hæredem prætendit, hoc dicit; Ad materiam dubitatur etiam, an hæredi, qui vult obtinere hæreditatem ab intestato, sit necesse probare se proximiorem Alex. & Iasan *in l. si potest. ff. de acquir. hæred.* Corn. *cons.* 89. *col.* 4. *vol.* 1. Tiraquell. *de retract. lign. ag. §.* 2. *gl.* 5. in filijs sufficit probare quasi possessionem Anchar. *cons.* 52. *in fin.* Decius *cons.* 321. *& cons.* 531. *& in fratre*, an sufficiat, quasi possessio Afflict. *decis.* 25. & quæ sint probanda in iudicio petitionis hæreditatis Bald. *cons.* 457. *vol.* 3. & vide etiam Crauet. *cons.* 249. *vol.* 2. Calcan. *cons.* 8. *&* 9. Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *gl.* 16. Vrsill. *ad d. decis. Afflict.* 25. *vsque ad nu.* 28.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Nomine hæredum in conditionali dispositione, qui veniant, & an debeant esse hæredes.*
2 *In dispositiua vocatione, qui veniant afferuntur opiniones dissidentes.*
3 *Assensus impetratus super facultate disponendi, an validet substitutionem recensentur opiniones* D. Prati, & D. Staibani *nu.* 4. *&* 5.
6 *Autor sentit contra opiniones supra relatas.*

ILlustris equidem decisio est de Comitissa Noiæ, quæ cùm possideret terram Nuschi feudum hæreditarium impetrauit assensum super dispositione per eam facienda super dicto feudo de ducatis 8000. vel circa partim Marino de Accia, & Io. Nicolao de Accia filijs, & secundo genitis ipsius exponentis, seu filijs dicti Marini, partim familiaribus, & partim ad pias causas, deindè disposuit titulo legati his verbis, lego Io. Nicolao ducatos mille, & quingentum conuertendos in emptionem, de quibus percipiat fructus, donec procreauerit hæredes legitimos, & naturales, & procreando vt supra sint dictorum hæredum, & non procreatis hæredibus legitimis, & naturalibus post mortem ipsius succedant hæredes Marchionis, & hæredes Marini pro medietate accidit, quod Io: Nicolaus sine filijs decessit superstitibus filijs legitimis, & naturalibus dicti Marini, qui prætendentes non fuisse satisfactum Io: Nicolaum de summa legata, egerunt pro medietate ipsorum, tanquam vocati ex legato actione hypothecaria super feudo Nuschi, stante Regio assensu.

Disputatum est, an substitutio facta de hæredibus Marini intelligenda esset de filijs qui deberent esse in simul hæredes, & prætereà an assensus, in quo non fuit facta mentio de substitutione conualidasset dispositionem factam in fauorem filiorum Marini nominatorum in assensu.

1 Edissertum fuit magnam adesse differentiam de mentione hæredis, quæ fit in conditionali dispositione, & de ea, quæ in dispositiua vocatione, nam primo casu appel-

appellatione hæredis veniunt filij ex textu expresso in *l. ex facto §. fin. ff. ad Trebellian.* Ratio est, quia aliàs conditio, quæ debet se habere adesse, & non esse, si intelligeretur de hæredibus extraneis nunquam deficeret, dum nemo, sine hærede decedit, & si alij deficiant, succedit Fiscus, ita D. meus *nu.* 1. quem latè comprobat Fusar. *de fideicom. q.* 339. *nu.* 75. acrior est concertatio si filij tunc debent esse hæredes, nam Bar. *in d. §. vlt.* affirmat, *glosa* autem negat, & pro vtraque parte auctoritates colligit Fusar. *q.* 421. *n.* 7. *&* 13. sed ipse consuluit pro opinione *glosæ in cons.* 78. & magis communem dicit Peregr. *cons.* 31. *lib.* 2. *&* cons. 70. *lib.* 3.

2 Intricatissima est quæstio cùm in dispositiua vocatione fit mentio hæredis si intelligatur de hæredibus extraneis, vel filijs, nam DD. scissi sunt in acies; alij enim tenent quando dispositiuè facta est mentio hæredum, vt si substituat testator Titium, & eius heredes, tunc venire omnes heredes, siuè sanguinis, siuè bonorum, ita Bar. *in l. Gallus, §. etiam nu.* 4. *ff. de lib. & posth.* post alios Peregr. *dec.* 101. Guid. Pap. *dec.* 230. & sexcentos cumulat Fusar. *q.* 339. *n.* 1. alij tamen sunt in sententia, quòd veniant soli descendentes, prout in indiuiduo tenent Bald. Salic. Paul. Gabr. & alij quos congerit idē Fusar. *nu.* 6. qui benè verùm primam sectatur opinionem, sed *nu.* 36. declarat, vt non veniant heredes bonorum quando testator in præcedenti dispositione dum loquutus fuit de herede, vocauit solum descendentes heredis, vel expresè facta mentione filiorum, vel conditionaliter, vel dispositiuè, vel tacitè vocando heredes, & sumus in casibus, in quibus voluit testator intelligere de filijs non extraneis, nam si postea mortuis institutis, & eorum filijs, vel heredibus substituat Titium, & eius heredes, tunc non veniunt heredes extranei Titij substituti, sed tantùm descendentes, quia verba dubia declarantur ex alijs verbis, & testator aliàs visus fuisset magis diligere heredes substituti, quam primo vocati Bar. *in d. l. Gallus, §. etiam* & ibi Bald. Aret. Paul. Alex. Peregr. *de fideicomm. art.* 32. *n.* 31. Et ita tradit consuluisse Fusar. qui reijcit nonnullos dissidentes, & cum in exemplo allato in dispositione precedenti dictæ Comitissæ ad fauorem heredum Io: Nicolai in dispositiua vocatione sub mentione heredum intellexerit de heredibus sanguinis, eodem modo, quando vocauit heredes Marini intelligendum est de filijs, ita arguitur per D. meum *n.* 18. certius dum Comitissa viuente Io: Nicolao vocauit illius heredes intelligitur de filijs sine qualitate hereditaria.

Silendum non est, quòd in articulo quando hæredi sub conditione mortis sine hæredibus substitutus est Titius, & eius heredes, vtrum Titius si decessit pendente conditione transmittat Ius fideicommissariæ substitutionis ad heredes extraneos, vel heredes sanguinis tantùm, prout iuxta postremam partem sentit Peguer. *dec.* 104. *nu.* 120. *&* Noal. *de transmiss. cas.* 3. *nu.* 98. ex eo quod verbum precedens de herede instituti declaret sequens de heredibus substituti, attamen idem Noal. *nu.* 61. *&* 69 firmat contrarium, & probat Censal. ad Pererg. *art.* 31. *ver. Declara secundo*, & ratio differentiæ est, nam heredes instituti non sint dispositione vocati, secus in heredibus substituti respectu quorum testator abundantius prouidit.

3 Inuoluta magis est inspectio de assensu si conualidasset dispositionem ad beneficium filiorum Marini, dum non fuit facta mentio de substitutione in assensu, & decisum fuit non competere hypothecam super feudo ex defectu assensus, eo quòd casu substitutionis non erat in assensu, qui strictissimæ naturæ est, & ad hoc, vt teneat, non tantùm necessaria est facultas disponendi, & nominatio personarum, sed etiam modus, aliàs daretur absurdum posse substineri assensum super actu penitus ab eo difformi, ita colligitur ex traditis *nu.* 28. hanc decisionem conuallant Merlin. *centur.* 2. *controu.* 9. *n.* 25. D. Staib. *resol.* 61. *n.* 22. *&* 46. *& seq.* Vbi quòd assensus non operatur respectu substitutionum non expressarum, & tenent Loffr. *cons.* 7. Minad. *cons.* 7. qui recensentur hic *num.* 27.

4 Benè verum D. Pratus *practic. obseru.* 78. *per tot.* pro contraria parte depugnat quòd assensus præstitus super testamento extendatur ad substitutionem vti partem testamenti, & vti quid annexum præsertim, quia materia testamenti sit valdè fauorabilis, & laudat pro suo placito Camer. *in c. Imperialem* 6. *conclus.* Gizzarell. *dec.* 70. *nu.* 5. vbi subdit hanc esse veritatem, & idem Prat. *nu.* 44. videtur taxare D. meum, quod perfunctoriè *nu.* 34. attigerit articulum, imò aduertit quod. in nulla resideat opinione, dum relatis hic Minad. & Loffr. subdit contrarium tenere Cannet. & Camer. qui in puncto questionis omninò est videndus in sępè citato *cap. Imperialem fol.* 70 *lit. N* vbi omnibus contrarijs respondet, & sic *D. meus* non fit numerandus pro opinione contraria, nec benè discussa sit questio.

Effugit insuper D. Pratus decisionem, quod hic non agebatur, an assensus pręstitus super testamento extendatur ad aliquem actum, sed casus decisionis erat, an substitutio facta in casu quo quis sine heredibus decesserit comprehendat tantum liberos, vel etiam requiratur qualitas hereditaria, sed hoc effugium absque dubio inane est, dum in indiuiduo prolata est decisio, per quam fuerunt conuenti absoluti ex defectu assensus, vt tradunt verba decisionis *nu.* 20.

5 Succrescit difficultas, nam Staib. *vbi sup. nu.* 46. *& seq.* tenet nè dum substitutionem ex defectu assensus esse nullam, verum etiam primam, & principalem dispositionem, quia in feudis vtile per inutile vitiatur, & assensus pręstitus super venditione non facta mentione pacti de retrouendendo, nec ipsam venditionem validat, sed deficit in totum ex de Pont. *de pot. Proreg. tit.* 8. *§.* 2. *nu.* 21. quod assensum aduersatur expressè huic decisioni, in qua fuit pro absoluto habitum Io: Nicolao de Accia, ad cuius beneficium fuerat per Comitissam Noię facultas disponendi reseruata statim fuisse hypothecam quęsitam super bonis ipsius reseruantis, cuius vigore dictus Io: Nicolaus creditor potior, & anterior fuit habitus, vt patet ex traditis *n.* 6. & solummodò fuit in dubio reuocatū, an heredibus Marini substitutis à Comitissa hypotheca competeret, vt expressè notat Merlin. *vbi sup. n.* 25.

6 Vt meum interponam opinamentum, pace D. Prati censeo habentem assensum pro facultate disponendi non posse substituere, & ducor ex eo, quòd in simili traditur in terminis *prag. vltim. de feud.* quod si feudatarius habens masculum, & fœminam instituat masculum, & in vim nouissimę gratię, de qua *in pragm. vlt. de feud.* in casu mortis masculi sine liberis substituit alium masculum de familia, talis dispositio erit nulla, quamuis per dictam gratiam si non habuisset masculum potuisset instituere masculum de familia, et excludere fœminam, vt pro nullitate substitutionis scribit de Marin. *lib.* 1. *resol.* 126. *num.* 76. & rationem adducit, nam aliàs sequeretur licere feudatario substitutionem facere in feudis, quod expressè prohibitum per *d. pragm.* 4. *&* 6. prout definitiuo laudo pronunciatum refert in causa successionis Principis Roccę Aspidis, vt *in lib.* 2. *resol.* 219. *num.* 4. et tenet Montan. *de Regal. in tit. vlt. vers. Sed num possit feudatarius Bilott. conclusion. feud.* 3. de *Pont. de pot. Proreg. tit. de refut feud §.* 5. *nu.* 31 imò si data sit facultas substituendi non possunt plures gradus substitutionum fieri, quod est maius Loffred. *d. cons.* 7. quę omnia comprobat Mart. *vot.* 321. *a n.* 30. *&* Prec. *lib.* 2. *de subfeud. q.* 35.

Nec per substitutionem inutilem vitiatur in totum dispositio, vel sentit D. Staib. quia inuicem omnia sunt separata, nec inuicem connexa, sed lege, & voluntate distincta, nec est verisimile, quòd censeatur eligisse viā per quam totam suam voluntatem euertat, *l.* 3. *ff. de milit. testam.* & ita per hęc & alia fusè probat Prec. *de subfeud. lib.* 2. *q.* 36. *per tot.*

Contra

Contra decis. hanc scripsit Reg. de Ponte *cons. 57. lib. 2.* per hęc verba. *Non tractari de articulo, an assensus extendatur dispositioni fideicomissaria vel substitutioni: siquidem videtur extraneus ab hac causa, vbi habemus expressam denominationem filiorum Marini in assensu pro dispositionibus in illos faciendis, siue enim directa est dispositio, siue per modum substitutionis, dispositio tamen est, & propterea extrauagans est quaestio extensionis assensus: licet Camerarius teneat assensum concessum dispositioni faciendae intelligi debeat vtcumque fiat, quidquid dixerit* Loffred. *in suo cons.* Contrarium autem iudicauit S.C. teste D. meo, nā assensus loquebatur de dispositione faciēda in filijs Marini, & iā vltra substitutionē erat de illa pecunia relicta portio eiusdem filijs Marini, & sic assensus, produxit effectum suum, & modus erat exprimendus in assensu, vt teneret, & valeret substitutio ob interesse Domini qui in modo illo lędebatur, & S.C. non recipit opinionem de Ponte quia assensus produxerat effectum suum, & alia est prima dispositio, alia substitutio facta primae dispositioni.

In substitutione fideicommissaria verissimum est, quod facultate concessa disponendi non veniat dispositio per fideicommissum, quidquid velint *Sicul. in cap. si aliquem, Camerar. & Intrigl. de feudis cent. 2. art. 5. n. 127.* nam oppositum est verius, vt Maur. *alleg. 6. num. 7.* Minad. *c. 8.* ac Ponte *de pot. potest tit. de refutat § 5. nu. 1. 29. & seqq.* Nam fidei commissum repugnat inuestiturae, tam respectu vocatorum, quam respectu Domini, qui lęderetur dum tolleretur spes proximae deuolutionis, sed esset difficultas in substitutione vulgari cùm substitutus vulgaris dicatur institutus, & prima institutio non habeat effectum, & propterea sit locus substituto, & in hac re affirmat Frāc. de Amic. *de his qui feud. dar. poss. in cap. imcipit, & veniendo n. 25. Frecc. de sub feud. diff. 6. inter feudum ex pacto, & prouidentia, & hered.* Sed contrarium decisum est in causa Principis Roccae poenes de Marin. *vt in obs.* nam substitui in feudis est prohibitum ex prohibitione facultatis substituendi facta D. Proregi vt in *Pragm. 9. capitum* de qua de Ponte *de potest. proreg. vbi sup. n. 31.*

SVMMARIVM.

1 *Baro potest concedere rem demanialem feudi Regio assensu reseruato facta tamen mentione, quod res sit demanialis. & talis concessio facit feudum esse quaternatum secundum quid, imo efficitur feudum de per se.*

2 *Feudum quaternatum, quod à Barone tenetur, si ipsi Baroni concedenti fit retrocessio, Regis assensus requiritur. remissiuè.*

3 *Assensus Regis, & Baronis, requiritur in alienatione feudi quaternati, quod etiam à Barone tenetur.*

4 *Feudum concessum alicui, sub certo, & determinato seruitio, dicitur feudum conditionatum, non quia sub conditione sit concessum, sed quia ad illud certum seruitium, & non ad aliud vassallus tenetur.*

5 *Assensus licet super singulis, in concessione Baronis contentis, sit praestitus, si est difformis à concessione, respectu seruitij, non validat concessionem ipsam.*

6 *Seruitium feudale, non Regi, sed Baroni praestatur, quando ab eo feudum tenetur, licet sit quaternatum, & spectaret ad collationem Regis.*

7 *Fidelitas reseruata in concessione feudi, quae comprehendat in se, remissiuè.*

8 *Sub feuda, deficiente sub feudatario, conferuntur per Baronem.*

DECISIO CLIV.

Assensu praestito super concessione rei in feudum existente inualido, concessio etiam inualida remanet, & quandocumque retrocedi potest, etiam sine regio assensu.

VEndicabat Tiberius Serfale, tamquam haeres Magnificae quondam Aloysiae Caetanae filiae quondam Magnifici Philippi Caetani, ab Illustr. Principe B'siniani tenimētū grāde Terrę Coriolani, quod tamquā de demanio dicti Illustr. Principis per eumdem Principem, concessum fuerat d. Philippo, Regio assensu mediante, non obstante retrocessione dicti tenimenti, facta per eamdem Aloysiam, & eius virum, dicto Principi, tamquam Regio assensu carente, & dicebat Tiberius habere pro se iuris dispositionem, quia postquam ipse habebat concessionem praedictam Regio assensu roboratam, qui in concessione erat reseruatus, erat eius praedecessor
1 effectus dominus. † Nec poterat dubitari etiam rem demnialem feudi posse cum Regio assensu concedi per Baronem, facta mentione, quod res sit demanalis, secundùm Luc. de Pen. *in l. nonnulli, 1. col. C. fun. patr. lib. 11.* de quo meminit Capic. *in inuest. in vers. feudorum assensus. 3. col. vers. vide Luca, f. 78.* & facta concessione per Baronem modo praedicto, feuda praedicta esse quaternata, secundum quid, vt declarat post And. Camer. *in c. Imperialem, fol. 69. 1 col. versic. alio, & secundo modo, lit. B.* esseq; factum feudum de per se, ex his, quę Pau. de Castr. *in l. si fundum §. qui fundum. ff. de leg. 1. cum alijs allegatis in decis. 48. in causa Don Caroli*, in qua causa dictum fuit ex mente Andr. de quo per Copic. *in decis.*
2 *156 vers. non obstat praedicta.* † quòd etiam si eidem Baroni fieret cessio, seu retrocessio, requireretur assensus Regis, † cùm in alienatione feudi quaternati, 3
quod etiam à Barone tenetur, vtriusque Domini scilicet Regis, & Baronis necessarius sit consensus, And. *in c. Imperialem, vbi Camer. in 4. conclus. lit. C.* Frecc. *in 1. auctor. in praesenti, fol. 101.* etiam si fieret eidem concedenti idem Capic. *in inuestit. in vers. feudorum alienationes, in 31. limitat. fol. 40.*

Ex aduerso dicebatur praedicta vera esse, quando assensus praestitus dictae primae concessioni esset validus: Dicebatur tamen esse inualidum. Princeps enim concessit Territorium praedictum, Regio assensu reseruato, reseruatis sibi superioritate, & fidelitate debita, quòd loco adhoae, & seruitij militaris, quando imponeretur in praesenti Regno, deberet dictus Phillippus dare, & praestare eidem Principi, & suis haeredibus par vnum chyrothecarum de camuscio, †
4 ex qua concessione, dicitur hoc feudum conditionatum, non quòd sub conditione sit concessum, sed quia tenetur feudatarius ad certum, & determinatum seruitium, & non ad aliud, vt dicit glo. *in §. fin. de Cap. qui cur. vend.* declarat Capic. *in inuest. in ver. conditionatum feudum, fol. 216. 2 col.* D. Iacobuccius. de Franchis *in suis praelud. feud. in 9. diuisio.* vbi allegat And. in multis locis, & Freccia *in tractat. de subfeu. lib. 2. in 5. auctor. numer. 8. fol. 197* assensus autem dicebatur difformis à concessione, & quòd per consequens non validabat concessionem ex relatis *in d. dec.*
5 *48.* & erat difformis in hoc, † nam licet assensus fuerit praestitus super singulis, in pręd. cta concessione contentis, Illustrissimus Prorex assentiens, apposuit hęc verba, ita quòd ius adhoę debitum Regię Curię per Principem, ratione pręd. cti feudi, non diminuatur: ex quibus verbis apparet, quòd Princeps remanebat obligatus ad seruitium Regis, & ipse non recipiebat, nisi par vnum chyrothecarum pro seruitio, quod non fuit suę intentionis, quando in feudum concessit tenimentum pręd. ctum, quia eatenus voluit con-

uit concedere, quatenus iuxta formam concessionis Rex assensisset, & ipse pro Philippo nolebat remanere obligatus Regi, & sic præsumendum est ex reg. *l. cum de indebito. ff. de probat.* vel si verba ista, non diminutionis seruitij, referuntur ad Philippum, similiter assensus erit difformis, quia Rex volebat à Philippo seruitium, quod per Principem non præstabatur, & perinde erat, ac si hoc tenimentum teneretur in feudum immediatè, & in capite à Rege, quod etiam magis expressè apparet, quia Rex reseruat sibi fidelitatem, feudale seruitium, siue adoham, quę reseruatio à Rege facta, operatur, vt sibi seruire debeat hic concessionarius, non Baroni, cuius contrarium est, quando tenetur feudum à Barone, prout concess-
6 sit Illustr. Princeps, † quia Baroni præstatur seruitium, non Regi, etiam quòd esset feudum quaternatum, & spectaret ad collationem Regis, Afflict. *in Constitut. Regni post mortem, in tertio notab.* de quo memi-
7 nit Camer. *in reper. d. cap f. 73. in quarta conclusio.* † Item reseruatio fidelitatis faciendę Regi non solùm operatur, quòd ipse sit fidelis Regi, sed tenebitur ad omnia comprehensa in fidelitate, inter quę etiam sunt seruitia, releuium, & alia secundùm Camer. *in loco*
8 *prædicto, f. 20. 3. col. ver quid dicendum.* † & licet aliàs subfeuda ista conferantur per Baronem, deficiente subfeudatario, vt per Afflict. *decis.* 281. de quo meminit Cum. *in cap. si aliquem, in ver. subfeudatarium, numer.* 14. *f.* 95. & hęc fuerit intentio Principis, hoc feudum, contra eius mentem fuisse collatum (in casu deficientię) per Regem, vndè dicebatur pro parte dicti Illustriss. Principis, quòd stantibus prędictis, dominium feudi nunquam à suis prędecessoribus nec ab eo discessit, & sic Tiberio, rei vendicatione agenti, deficiebat extremum necessarium, & quòd ex hoc non erat necessarium disputare, si in instrumento retrocessionis celebrato anno 1516. erat necessarius assensus, etsi aderat lęsio, vel metus in instrumento prędicto. Confirmabatur hoc, pro parte eiusdem Principis, quia hoc feudum reperiebatur in dotem datum sine consensu Principis, & sic erat amissum, & licet per eumdem Principem fuisset ei data hęc potestas, nihilominus assensus Regius in hoc etiam erat difformis, quia Rex consensit dationi in dotem faciendę cum consensu Principis, & licet prætenderetur, datum in dotem filię primogenitę, hoc in processu non apparebat, Sacrum Consilium, relata per me hac causa, in qua per prius fuerat Commissarius Dominus Orificius Præses, ex difformitate assensus, vt supra ponderata, die 17. Iunij 1577. iudicauit in fauorem Principis, licet duo ex Dominis, tàm ex prædictis, quàm ex causa dationis in dotem sine assensu, & ex temporis antiquitate, etiam inclinarent in fauorem Principis. Actuarius Galterius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. ibi secundum quid Vide Frecc. *lib. 2. de subfeud. aut. 28. col. pen. fol.* 354. *& fol.* 428. *in nouis.*

In eodem nu. in fi. dum alleg. Capic. *decis.* 156. Vide omninò hunc Excellentiss. Dominum *in decis.* 593. *par.* 4. vbi declarat *d. decis.* Capyc. & vide *supra decis.* 75.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Rex & Imperator an possint concedere non modò propria sed etiam demanialia, & quid, & quãdo, & an illa quæ tagerent Regiam coronam.*

2 *Rex potest habere bona duplicis generis, vel speciei.*

3 *Vniuersitati quando detur prælatio, & quid, quando venditur particularis iurisdictio, vt puta sicla, portulania, vel secundarum causarum, n. 5.*

4 *Circumscripto iure communi Barones hodie in regno nostro non exigunt de nouo feuda nec infeudant, sed solum inuictissimus Rex noster, vel his quibus ab eo specialiter, conceditur.*

6 *Barones verò excadentialia concedunt.*

7 *Et non modò excadentialia, prout sunt territoria inutilia, & nemorosa sed etiam demanialia feudorum concedere possunt & de dicti veritate.*

8 *Aliquis, si terras incultas ad culturam reducit, & fertiles reddat, præferri debet in conductione, & vide nu. 14.*

9 *Quod procedit tàm in Baronalibus, quàm in rebus Ecclesiæ.*

10 *Hinc Clericus propter delictum depositus, & omnibus spoliatus, priuari non debet territorio sterili ad fertilitatem reducto pro suo victu.*

11 *Agnatus an præferatur in emendo res Ecclesiæ aliis.*

12 *Quæ requirantur in alienatione rerum Ecclesiæ.*

13 *Et de prælatione Vniuersitatis remissiuè.*

1 AD hanc decis. 156. quòd Baro concedit, adde
2 † an Rex, vel Imperator concedere possint, non Rex modò propria, sed etiam demanialia, cùm † Rex possit habere bona duplicis generis, seu speciei, & quid, & quando, an illa quæ tangerent Regiam coronam, & vassallos demaniales,
3 vel iurisdictionem, † & quando detur prælatio Vni-
4 uersitatis si venditur particularis iurisdictio (vt puta † Siclæ, portulaniæ, vel secundarum causarum) Regens de Curte *in Diuersorio iuris feudalis par. 1. cap 3. à*
5 *fol. 9. vsque ad* 11. Idem adde †, quod circumscripto iure communi, Barones hodie in nostro Regno Parthenopæo, non exigunt de nouo feuda, nec infeudant, sed solum Catholicus. & potentissimus Rex noster ipse Philippus Tertius ex Austria, vel hi, quibus ab eo
6 specialiter conceditur. † Barones verò excadentialia concedunt, vt Anna pater decidit *in cap. 1. de vassallo decrepitæ ætatis, num.* 247. Afflict. *in Constitutione Diuæ memoriæ, num.* 66. *& decis.* 129. sed Consiliarius
7 Anna † non modò Barones excadentialia, prout sunt territoria inutilia, & nemorosa, sed etiam demanialia feudorum concedere posse concludit, reprehenditque Frecciam *in Subfeudis in 19. authoritate*, sed quòd Barones solùm excadentialia concedant, nouissimè concludit idem et Regens de Curte *in dicto Diuersorio, vol. 1. cap. 4. in fin.* non modò citans Annam patrem in dicto loco, sed etiam Petrum Gregorium Sicullum *in tractatu concessionis feudi, par. 1. quæst. 2.* Sed adde v-
8 num notabile, quòd † si aliquis terras incultas reducit ad culturam, & fertiles, & nemorosas placat, & absque spinis, quod præferri debet in conductione, vt dicit Bart. *in l. quicumque, C. de omni agro deserto in fine.*
9 quod † procedit tàm in Baronalibus quàm in rebus ecclesiæ, vt dicit gl. *in cap. ad aures. de rebus ecclesiæ non alienandis* & ideo dicit Romanus *s. g.* 31. quòd si
10 † clericus propter delictum deponitur, & omnia amittit, priuari non debet territorio sterili ad fertilitatem
11 reducto pro suo victu, & † quòd agnatus præferatur in emendo res ecclesiæ alijs, & de pluribus quæstionibus prælationis Crass. *in decis.* 135. *de rebus ecclesiæ non a-*
12 *lienandis.* † Et quæ requirantur in alienatione rerum ecclesiæ, Consiliarius Anna *cons* 38. *vol* 1. *Et dixi in decis. huius Præsidentis sup in principio decisionum,*
13 † & de prælatione Vniuersitatis *vide quæ dixi supra*
24 *decis.* 17. Et an † agri deserti, & steriles vniuersitatis concessi alicui in emphyteusim, vel censum, si alter maiorem censum offert, possint à primo concessionario tolli, qui ad culturam reduxit, & an solemnitas requiratur in cõcedendo prædicta territoria sterilia, & an Vniuersitas concedens absq; solemnitate, possit authoritate propria illa à manu concessionarij, vel hæredis capere, Morrotius Præses, *responso* 63. *incip. in possessorio, in terminis latissimè, & nouissimè.*

OBSER-

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Regius an quaternet feudum concessum à Barone.*
2 *Bammacarius carpit D. Præsidem.*
3 *Quæ clausula in assensu quaternet feudum, & quando assensus sit difformis à subinfeudatione Baronis, num. 4.*

1 EGregia nunc occurrit difficultas, an quilibet assensus Regius in subinfeudatione à Barone facta impetratus operetur, vt efficiatur feudum quaternatum secundum quid, vel ille tantum, qui habet vim nouæ inuestituræ, aut ille dumtaxat obstaculum tollens, & Rouit. *in rubr. pragm. de feud.* refutans Afflict. Camer. & de Pont. in hanc nouã descendit sententiam, vt assensus in subinfeudatione à Barone facta obtentus, tunc habeat vim nouæ inuestituræ, & quaternet feudum secundum quid, cum Rex assensum præstat, vt subfeudatarius subfeudum teneat ab ipso Rege, vel sub ipso Rege, seu in capite à nobis, vel à nostra Regia Curia, quod procedit etiam si in cõcessione Baronis ad sui fauorem eadem clausula apposita esset, nempè quod teneatur in capite ab ipso Barone, aut ab eius Baronali Curia, cum hæc sint inter se compatibilia, nam ista est propria natura feudi quaternati secundum quid, vt pro parte teneatur in capite à Barone, qui propterea exigit seruitium, & releuium in casibus contingentibus, & pro parte à Rege teneatur, qui propterea in casu deuolutionis idem subfeudum confert, tenendum tamen à Barone iuxtà constitutionem *post mortem rubr. de morte Baron. nuntiand.* quando autem in Regis assensu nulla est clausula apposita per quam ius aliquod in eo feudo constituatur in Regis beneficium cum nouo feudi acquisitore, tunc assensus obstaculum dumtaxat tollit, quod feudatarius habet impeditiuum feudalis alienationis, & ponit exemplum Rouit. si Baro rem domanialem sui feudi concedit suæ Baroniæ puta sine vassallis cum onere præstationis seruitij suæ Baronali Curiæ, & Rex simpliciter absque alia reseruatione super corpore subinfeudato concessioni assentiat, talis assensus non habet vim nouæ inuestituræ, cum Rex sibi ipsi nihil acquirat, & sic remanet feudum planum, & de tabula, hanc sententiam sequuti sunt Afflict. *in const. constitutionem Diuæ memoriæ de Georg. in repet. feud. par. 1. cap. 8. nu. 6.*

2 Quapropter maximus feudista *Bammacarius lib. 1.* improbat enunciatum huius decisionis, quod simplex assensus Regius quaternat concessionem rei domanialis factam à Barone ex Camer. *in c. Imperialem. 1. col. vers. Alio, & secundo modo litt. B* & tradit D. meum persunctoriè loquutum, cum falsum sit quod simplex assensus quaternet feudum, vt allegat d. Auctor penes Capan. *de iur. adhoa q. 7. nu. 12.* & quod res domanialis feudi alienata cum assensu Regio efficiatur feudum plenum de Marin. ad Reuert. *obs. 69. nu. 4*

3 Secus tamen erit, si in assensu Regis esset apposita alia strictior clausula, nempè teneatur in capite ab ipso Rege immediatè, nam tunc efficeretur quaternatum simplex, & nullum ius in eo remaneret in beneficium Baronis, & assensus esset difformis, & propter hanc difformitatem nihil operaretur, nec pro quaternando simpliciter, nec pro quaternando secundum quid, & posset Baro concessionem à se factam reuocare, vt ex D. meo notant Rouit. *vbi sup. nu. 84.* & de *Marin. ad Reuert. obs.* 186. idem si Rex sibi reseruasset seruitium, & adhoam, vt hic *n. 6.*

Quidquid sit in re domaniali subinfeudata à Barone cum assensu, vt efficiatur feudum planum deficiente aliqua clausula, vt teneatur in capite à Rege, in castro cum vassallis subinfeudato à Barone cum simplici assensu dicẽdum erit castrum quaternatum, & assensum non mutare naturam alio non expresso, vt latè de Marin. *d. obs. 69. n. 3. & 4.*

SVMMARIVM.

1 *Alimenta vxori debita in casu, quo fuit relicta domina, & vsufructuaria à viro, debentur pro integro anno, non autem vsque ad diem mortis vxoris, & non exacta, ad hæredem trasmittit, & nu. 5.*
2 *Annuum legatum in ingressu cuiuslibet anni debetur, quia ius ipsius momento quæritur.*
3 *Alimenta debent solui anticipate.*
4 *Legatum annuum, vxori relictum, donec castè vixerit, quamuis infra annum nupserit, vel decesserit, integrum illius anni legatum habebit, ac eius hæres.*
6 *Annus in casu proposito, à quo tempore currat, à morte testatoris, scilicet, vel à die, quo fuit facta promissio solutionis inter partes, & nu. 8. deciditur.*
7 *Alimenta debita vxori, in casu vbi supra, quomodo differant à legato annuo alimentorum in specie relicto.*
9 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, quando illa est derogatoria, non cumulatiua ad prouisionem legis.*
10 *Nouatio, sicut non inducitur per sententiam, ita nec per instrumentum, nisi expressè dicatur.*

DECISIO CLV.

Alimenta vxori debita ab hæredibus viri, etiam ipsa mortua intra annum, debentur tamen pro integro anno hæredibus ipsius.

MOrtuus fuit Illust. quondam Marchio Vasti die vltimo Mar. anno 1546. filijs superstitibus, relicta Illustr. Marchionissa eius vxore domina, & vsufructuaria, quæ administrauit omnia bona dicti Marchionis, & tandem, redditis rationibus, ortaque difficultate super taxatione alimentorum, per laudum arbitrorum taxata fuerunt alimenta ei debita, virtute dicti legati, in annuis ducatis tribus mille, quos Illustr. Marchio Piscariæ hæres, promisit soluere singulis quatuor mensibus, mediante instrumento inter partes celebrato die 5. Ianuarij 1555. decessit Marchionissa, die 9. Nouembris 1568. Orta fuit quæstio, an alimenta deberentur vsque ad diem mortis, quia alimenta morte finiuntur: an verò pro integro anno, non obstante, quod fuit infra annum mortua? Fuit decisum, referente domino Iacobo Anello de Bottis, Regio Consiliario
1 † alimenta deberi pro integro anno, & non exacta, ad hæredem transmitti, qui hæres erat dominus Don Ioannes filius dictæ Marchionissæ, per text. *in l. à vobis ff. de ann. leg. & per text. in l. in singulos, cod. tit.* debentur enim annua legata in ingressu cuiuslibet anni, dicit
2 text. *in d. l. in singulos*, vbi Lancell. Dec. dicit, † legatũ annuum esse momentaneum, & ipsius ius momento percipi, & ideò citius eius diem cedere, per tex. *in l. 1. C. quando dies leg. ced. l. nec semel. ff. quando dies leg. ced.* & alia iura allegat de Molina, *in tractat. de Hispan.*
3 *primogen. in lib. 11. c. 15.* vbi tenet † in solutione alimentorum, debere esse anticipatam solutionem, & Bal. *in l. non potest. ff. de adopt.* dicit, debere solui in principio cuiuslibet mensis, & eum sequitur Caccialup. *in repet. l. frater, à fratre, in 29. q. ff. de condit. indeb.* & de Molina meminit Ioan. Garzia *in tract.*

in tract. de expen. & melior. c. 4. 8. col. vers. hoc autem. nu. 20. in 17. vol. tract. de nouo impressorum, & dicit Soc. *in cons. 12. in 3. q. primo vol.* quod potest peti prima die; quando autem sunt præstanda alimenta filijs de fructibus bonorum antiquorum, iuxta formam consuetudinis Neapolitanæ, quo tempore sint præstanda, prosequitur Neapod. *in consuet. quod si aliquis, in gl. fi.* vnde Ias. *in l. diuortio. 2. col. vers. sed quid diceres. ff. so-*
4 *luto matrim.* dicit, quod † est factum legatum vxori annuorum decem saccorum frumenti, donec caste vixerit, quod si vxor infra duos menses nupserit, vel decesserit, quod nihilominus debet habere ipsa, vel eius heres, integrum legatum illius anni, quo nupsit, vel decessit, allegat sic consulu'sse Signo. *cons. 53. per text.*
5 *in d... vobis.* † Et in specie, in alimentis, quod pro anno cœpto fiat transmissio ad heredes, tenet Rubeus Alc. *cons. 23. tenor, col. fin. in fi.* Barbarosa *in d. l. diuortio nu. 41. fol. 447.* Nec obstat, quod alimenta finiantur morte, quia hoc verum est, sed debet heres habere omnia, quę testator non exegit, & quorum dies venerat, & cesserat. Sed ex prędictis apparet, quod pro exactione alimentorum in principio anni cessit, & venit dies, ergo heres exigere poterit, quando autem sint prestanda alimenta secundum consuetudinem Neapolitanam vide *in consuetudine, quod si aliq. fol. 51. in antiq.* Sed in hac eadem causa dubium exortum fuit, an hic annus debeat incipere, & finire à die prędicti instrumenti initi, die 5. Ianuarij 1555. in quo fuit promissa solutio, vsque ad diem mortis Marchionissę, vel à die mortis Marchionis, vsq; ad mortem Marchionissę, ita vt debeatur quantitas debita, vsque ad diem quintum Ianuar. 1568. vel vsque ad 9. Martij 1569. in quo
6 finiret annus mortis Marchionis; dicebatur, † quod postquam partes conuenerant de anno, quod intelligi deberet de anno conuento inter partes, maxime quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. *l. fina. C. de pact. conuen.* & videbatur quędam facta noua-
7 tio inter partes. Item dicebatur, † quod maxima differentia est, an alimenta debeantur ex interpretatione Bulga, vt erat legatum de quo agebatur, an verò, quando fieret legatum in specie annuorum alimentorum, quia primo casu alimenta propria auctoritate capientur, in secundo de manu hęre. Barto. *in authen. hoc loco, in fi. C. de secund. nupt. mul.* allegat concor. Decius *in cons. 418. visa. & iterum. 2. colum. vers. & ex ijs & in cons. 476. conclus... col. fin. vers. non obstat etiam quarto.* Item ad maiora tenebitur hęres, quia primo casu, quando est relicta domina, & vsufructuaria, tenebitur ad omnia, quæ ponit Paul. de Montepico, *in repet. §. Titia cum nuberet, in 69. q.* quando vero sunt alimenta relicta, simpliciter tenebitur ad ea, quæ dicit tex. *in l. legatis alimentis, & in l. penul. ff. de alimen. & cibar. legat.* & primo casu habebit præeminentiam in domo, in secundo non. Vnde ex his videbatur, quod postquam ex hoc legato dicta Marchionissa consequebatur plus, & hæres in plus grauabatur, debebat releuari in hoc, quod annus finiretur, habita ratione ad diem instrumenti. His non obstantibus, fuit decisum contrarium per regulas prædictas, † quod legatum in initio anni debetur, quodq; annus connumeratur à die, non obstante instrumento, per quod non dicebatur re-
9 cessum à legis dispositione, nam †. per prouisionem hominis receditur à prouisione legis, quando prouisio hominis est derogatoria, non cumulatiua ad prouisionem legis, ita pulchrè Hercul. *in l. 4. §. si ex conuentione, penult. col. ver. in 2. part. ff. de iure iudic.* instrumentum enim prædictum fuit factum pro maiori facilitate exactionis annuorum ducatorum mille, taxatorum per laudum, & per illud fuit data forma, quomodo erat facienda solutio, nec ex eo est facta nouatio, obstantibus tribus regulis. Primo, quia hodie non fit nouatio, nisi expresè dicatur. *l. fina. C. de nouatio.* Secundo, quia in augmentum, non debet operari diminutionem.
10 *l. legata inutiliter ff. de admi. leg.* Tertio, † quia quemadmodum sententia non nouat. l. 1. vbi Bartol. & plene Iason. *C. de iudic.* ita nec instrumentum, & dicebatur, debuisse sufficere Illustrissimo Marchioni habere gratiam ab Illustrissima Marchionissa, quod id, quod debebat solui in principio anni, solueretur in trib. tertijs. Nec obstat, quod vxor relicta vsufructuaria consequatur plus, etiamsi simplex legatum alimentorum relinqueretur, ex prædictis, quia postquam hoc legatū assumit in se naturam legati alimentorum, debet habere omnia ea, quę legatum simplex alimentorum habet, quę non reperiuntur aliter per l. l. prouisa, alias enim inducta in fauorem operaretur contrarium. Angrisanus Acharius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. dum allegat. l. in singulos, Vide Natt. *cons. 548. in princip. &* Burlat. *cons. 32. nu. 55 56. volu.* 1. omnino D Senat. Ann. *obseruat. 18. fol. 143.* vbi late de materia legati annui Luc. de Penna *in l. 1. col. 2. C. de primipilio lib* 12. Capiblanc. *in tract. de Baron. fol.* 118. & Vide si conferunt scripta per Ann. Sen. *in sing.* 22.

Hanc decis. in puncto principali refert, & sequitur Franciscus Viuius *in decis. 85. nu. 2. & clarius dec. 403. nu. 18. 19.*

Num. 4. Adde Viuium *in d. decis. 85. nu. 4.* Vide Napod. *in Consuet. vernus num. 84.* vbi Saler. *in addit. fol. 227.*

In Addit. Vide omnino ingeniosiss. amicum nostrum Camill. Borre. *in suo eleganti cons. 72. à nu. 29. & seq. vbi optime loquitur.*

Ad hanc decis. Vide Intrigl. omninò *in singul. 151. &* Menoch. *in tract. de præsumpt. lib. 4. c. 199. nu. 22. & seq.* post Bal. *in l. 1. nu. 3. C. de fideicom.* omninò Surd. *in tract. de aliment. tit. 9. q. 6. fol. 299.*

Num. 6. ibi quia prouisio hominis, & nu. 9. Vide Anton. Gabr. qui ponit regulam cum limitationibus *in tit. de reg. iur. conclus. 8.* Ann. Sen. *alleg. 40. à nu. 9. cum seq.* & Marant. *in suis sing. in ver. promisio hominis fol.* 74. Magon. *in decis. Florent. 96. nu. 7. 8.*

Num. 10. Adde Affl. *in dec. 93. nu. 3.* Vide Surd. *in decis. 69. nu. 4.* & D. Garsiam *in decis. 89. nu. 16.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta quæ debentur in victualibus dantur mensatim, vestes in principio anni, pecunia tertiatim, & quid dictim debeatur remissiuè.*
2 *Legatū annuum ab herede, vel vsufructuario an sit soluendum.*
3 *Fructus annuorum reddituum, & annua legata an transmittantur ad heredes legatarii, vel sint proprietarii.*
4 *De Authent. Preterea, C. Vnde vir, & vxor, remissiuè, & nu. 8.*
5 *Et an loquatur generaliter etiam condito testamēto.*
6 *Et an habeat locum in nepotibus ex filio.*
7 *Mulier quando dicatur pauper, iudicis arbitrio remittitur.*
9 *Quando dicatur dos parua.*
10 *Mulier si est vilis, & solita, sua persona laborare, an beneficio dicta authentica gaudere possit.*
11 *Legatum annuum quando dicatur, licet non sit expressum.*
12 *Taxatio alimentorum an fieri debeat iuxta proprietatem vel bonorum redditum.*
13 *Alimenta dotis qualiter taxentur, quæ dantur filiæ, vel sorori, donec maritantur.*
14 *De taxatione alimentorum spurio, vel spuria.*
15 *Filius naturalis an petat legata, & alimenta, vel alimenta tantum.*

AD

1 AD hanc decis. num.2. de legato annuo † quod alimenta, quæ debentur in victualibus, vino, vel lignis, quod dantur mensatim, vestes in principio anni, & pecunia tertiatim, quæ autem dietim debeantur vide omninò
Annam, *de his omnibus Singul.22. Alimenta.* Ioannem de Amicis, *consil.*56. Borgninum *in tractatu de Vsufru-*
2 *ctu mulieri relicto.* An autem † legatum annuum ab hærede, vel vsufructuario sit soluendum, Surdus *in*
3 *decis.*193 *incip. legatum.* † An autem fructus annuorum reddituum, & an annua legata transmittantur ad hæredes legatarij, vel sint proprietarij, *infra Præsidens*
4 *decis.*168. ad quam dico, *& sup. decis.*19. De † *auth. præterea. C. Vnde vir, & vxor.* vide Rolandum à Valle *cons.*14. *vol.*3. Tiraq. *in tract. Cessante causa, 2. par. q. limitatione,* Socin. *in consil.*121. Stephanum de Federicis, *de interpretatione iuris, vlt. par. num.*22. Alexand. *cons.*21. *vol.*7. Viuium *l. communium. verbo vxor,* Ce-
5 phalus *cons.*182. *num.*14. *vol.*2. vbi quod † loquitur
6 generaliter etiam condito testamento, & † quod etiã habeat locum in nepotibus ex filio Rolandus à Valle *in tract. de lucro dotis. q.*56 *num* 13. & de materia ipsius videndus Cephalus *consil.*244. *colum.*2. Afflict. *in*
7 *decis.*179. † Et quando mulier pauper dicatur, iudicis arbitrio remittitur. Couarr. *lib.2. variarum resolutionum c* 6. *num,*8. Menoch. *de arbitrarijs iudicum. Casu* 65. *& seq. vsque ad* 68 *lib.*2. Cæsar de Grassis *decis.*162
8 *in tit. de successionibus ab intestato.* † vbi latissimè,
9 quando sit locus dictæ Auth. & quæ requirantur, & †
10 quando dicatur dos parua, & † quid si mulier est vilis, & solita sua persona laborare, an beneficio dictæ Auth. gaudere possit. Ad hanc decis. num.2. de legato annuo
11 adde Ioseph. Ludouicum *decis. Lucensi* 23. † annuum legatum quando dicatur, licet non sit expressum, Romanus *Singul.*71. & 297. 389. & 601. Cremensis 76. Rauen. 563. *&* 731. Girand. 34. Bar. 98. Nat. *cons.*379. Menoch. *cons.*352. *vol.*4. *& de dicta* Auth. vide Surdum *decis.*8. *incip. Nona,* & Paulum Fuscum omninò vidẽdum, *in sing.*119. *incip. Authentica Præterea.* Et ad hãc
12 decis. de † taxatione alimentorum, vnde fieri debeat iuxta proprietatem, vel bonorum redditum, Anna pater *sing.*23. *incip. redditum* vbi concludit secundum redditum, & non secundùm proprietatem fieri debere,
13 † alimenta dotis, qualiter taxentur, quæ dantur filiæ, vel sorori, donec maritentur Anna *sing.*26. *incip. Ali-*
14 *menta,* vide Præsidentem *infra decis.*383. † vbi de taxatione alimentorum spurij, vel spuriæ, & Surd. *decis.*
15 244. *incip. Camillus,* vbi quærit, an † filius naturalis possit petere legata, & alimenta, vel alimenta tantum, & ibi de alijs doctissimè. Hanc decisionem laudat Costa. *in tractat. de Ratione* [illegible]*ta, q.*1. *nu.*17.

ADDITIO D. RICII.

ALimenta vxori debita ab hæredibus viri, etiam ipsa mortua intra annum, debentur tamen pro integro anno hæredibus ipsius. Adde Capiblanc. *in prag.*5. *de Baronibus num.*25. Molfes. *in commentario ad consuetudinem Neapolit. p.*5. *q.*9. *n.*4. *vide nostram collectaneam* 96. Paschal. *de virib. pat. potest. par.*2. *c.*3. *num.*94. Caualcan. *decis.*8. *numer.*69. 3. *p.* & multa de hoc tradit nouissime Surdus *de aliment. quæst.* 17. per totam omninò in materia videndus. Vide Stephan. Gratian. *discept. for.*104. *num.*38. 39. 40. *vbi alimenta comment. persona, & tamquam personalia non transeunt ad heredem, & alia.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius annui legati pro alimentis si moriatur post annum inchoatum, an transmittat petitionem legati pro toto anno.*

2 *Expẽditur Surdus inconstans, & declaratur quomodo processerit decisio.*

3 *Affertur intellectus l. si à nobis, ff. de ann. Leg.*

1 DEcipere poterit hæc decisio, nisi disputatur ad partes articulus excitatus, num si legatarius alimentorum annuorum moriatur post inchoatum annum debeatur legatum pro toto anno integro, an pro eo tempore solo quo vixit, & per *text. in l. si à nobis, vbi* Lancell. *Dec. ff. de ann. leg. l.*1. *C. quando dies leg. ced. Molin. de primog. lib.*2. *c.*15. *Garz. de expens. lib.*1. *c.*1. *nu.*17. *Ias. in l. diuortio, ff. solut. matr.* iuxta primam partem decisum testatur *D. meus* quem referunt, & sequuntur Alex. 35. *lib.*1. *resol.* 1. *tit. de alim. nu.*16. *Cancer. variar. lib.*1. *c.*16. *de alim. n.*32. *Surd. de alim. tit.*4. *q.*17. *nu.*9. *& tit.*9. *in q.*6. *nu.*6.

2 Bene verum idemmet *Surd.* est sibi varius, & *d. tit.*4. *& dec.*17. *nu.*10. oppositum tenet, quod prima opinio non videatur vera in legato annuo facto causa alimentorum, quia est per suam causam limitatum, & producere debet effectum limitatum, & licet prẹstatio fiat in principio anni, attamen vbi non euenit necessitas, non est locus legato, *l. nec semel, §. si in habitatione, ff. quand. dies legati ced.* & innititur doctrinæ *Baldi in l.*1. *nu.*3. *C.* de fideicom. vbi ait, quod alimenta soluuntur vxori in principio anni, præstita cautione de illa restituendo, si ante finem anni transiuerit ad secunda vota, ad quid autem fideiubere de restituendo si anno inchoato transmitteret totius anni alimenta ad hæredes, distinguit ergò *Surdus* legatum annuum a legato alimentorum, vt primum cẹpto anno transmittatur ad hæredes, non verò secundum, *& Barry de success. tit. de legat. lib.*9. *tit.*25. refert, & sequitur *Surdum,* & huic decisioni respondet, filium in hoc casu transegisse pro alimentorum legato, & promisisse soluere centum aureos annuos singulis quatuor mẽsibus, & decisum fuisse de illo legato, idem quod de annuo, & diem totius pensionis annuæ cedere ab initio anni, & legatariam transmisisse integram pensionem anni.

4 Præterea *Marant. to.*3. *respo.*38. restringit decisionem in legato annuo non causa alimentorum relicto durãte vita legatariẹ, & *text. d. l. in à nobis.* tradit loqui legato annuo facto vxori, cuius fauore fit lata interpretatio.

SVMMARIVM.

1 *Clausula codicillaris operatur, quod caducata institutione per mortem instituti, habeat locum substitutio facta, si sine liberis decesserit. & num.6.*

2 *Verba apposita in testamento, quod valeat omni meliori modo, quo de iure valere potest, sunt eiusdem effectus, quam clausula codicillaris.*

3 *Legatum, quando habetur pro non scripto, seu caduco, licet remaneat penes heredem sine onere, illud non procedit in legatis ad pias causas.*

4 *Idem in fideicommisso, quod morte heredis expirat, viuente testatore, & sciente.*

5 *Clausula codicillaris est maximi effectus, maxime fauore ecclesiarum.*
7 *Trebellianica, & Falcidia, cessat in relictis ad pias causas.*

DECISIO CLVI.

Substitutio ex vi clausulæ codicillaris locum obtinet caducata institutione.

Trebellianica, an possit per filiam, quæ ab intestato successit, & hæreditatem monasterio substituto restituere tenetur, deduci.

1 Clausulam † codicillarem operari, quod caducata institutione per mortem instituti habeat locũ substitutio facta, si sine liberis decesserit, & sic quod substitutus succedat, non obstante, quod institutio fuerit caduca, tenet Alex. *cons.17.ponderatis iis.nec prædictis obstat.vol.3.* de quo meminerunt, & sequuntur Dec. *cons.242. in casu proposito.col.1.vers.sed in casu isto*, & Paris. *cons.* ... *prima facie,in primo dubio per totum, & præsertim.2. col.ver.2.principali.2.vol.*& iterum hoc tenet *cons.69. 3.col.& cons.63.nu.23* eadem verba repetens; *eodem vol.2.* ubi etiam meminit de succes. Idcircò dicebatur, in causa monasterij Sanctæ Mariæ de Gratia Ciuitatis Neapolis, cum quibusdam de Caitano, quod quamuis filius institutus per Magdalena Francalanza, cui monasterium prædictum erat substitutum, si sine liberis decesserit, ante testatricem, sine liberis decessisset, quod non obstante caducatione testamenti, substitutio debebat habere effectum, & licet in eo non adesset clausula
2 codicillaris, † nihilominus aderant alia verba æquipollentia, dum in eo dicitur, quod volebat testamentũ valere omni meliori modo, quo de iure valere potest, & debet, quam clausulam, idem operari, dicit in specie Gulielm.Bened.*in c.Raynu.in ver.testamentum, il 3. 6.col.vers.1.hac clausula.nu.19 fol.179.in meis*, imò operari plus quam codicillarem, dicit Burs.vbi multos allegat, *in cons.47.testata est,8.col.vers.quod vero*, & Anton.Gabr.*in concl.5.lib.4.de testam*. Dicebat vnus ex Dominis etiam fauore piæ causæ, opinionem, prædictam procedere posse, nam licet alias, † quando
3 legatum habetur pro non scripto, seu caduco, remaneat penes hæredem sine onere, tamen non procedit in legatis ad pias causas secundum Bald. *in l. si quis ad declinandam,col.4.vers.sed iuxta hoc quæro C.de epi.& cler.* allegat concor. Tiraq.*in tract.pia cau.in 38.priuil.*
4 Item, † quod etsi alias fideicommissum expiret per mortem hæredis, viuo testatore, & sciente per tex. *in l. tractabatur.ff. de milit.testam.* hoc tamen non procedit in fideicommisso pio, Bald. *in l.eam quæ in 7.quæst. C.de fideic.* quem refert, & sequitur idem Tiraq. *in tract.at.prædicto, in 76.priuil.* quinimò idem Consiliarius
5 subdebat, quod licet maximus sit effectus clausularum prædictarum, quod respectu ecclesiæ plus operantur, ex ijs, quæ colligit Alex. *cons.43.vers.& tanto magis,col.3.vol.7.* quod etiam comprobabat cum longinquitate temporis, infra quod mater, si voluisset mutare testamentum, filiasque fœminas instituere, quibus etiam in testamento certum quid pro earum dotibus legauerat, iam potuisset. quod per pulchre considerat, Paul.de Castr.*in l.1.C. de posthu.hær.instit.* quem alius ex Dominis causa discussa, pro comprobatione rationis eiusdem Consiliarij allegauit. † & ex prædictis
6 decisum fuit in fauorem monasterij prædicti, die 1.Iulij 1577. & licet in discussione causæ exortum fuerat dubium, an filiæ, quę ab intestato successerant, & virtute clausulæ prædictæ tenebantur restituere hæreditatem, possent detrahere Trebellianicam, quæ non reperiebatur expresse prohibita, & dixissent aliqui ex Dominis, fuisse prohibitam implicite, quia filiæ, quæ successerant, erant prohibitæ plus non petere, quam eis esset relictum, & alter ex Dominis dixisset, quod hoc reseruaretur, quia partes non senserant hanc difficultatem, nihilominus alius ex Dominis dixit, de hoc non debere dubitari, † quia Trebellianica cessat in relictis ad pias causas, per text. *in auth.similiter.C.ad l.Falcid.* quæ procedit etiam in Trebellianica, & ita de facto dicit fuisse iudicatum Bald. *ibi, in vers.modo quæro*, per tex.in corpore, vbi dicit, omni Falcidia cessante, & colligit cæteros hincinde Tiraquell. *in d.tract.in 27.priuil.* vbi dicit, habe opin.esse communiorem, eamque esse tenendam.

ci.la Copia debb in Consall.77. n.° 66 —

ADDITIO D. VISCONTI.

Num.1.Adde Marsil.*in sing.156.nu.1.* Paris. *cons.18.1.col.vol.3.* Bursat.*cons.75.nu.32.volum.1.* & Turrett.qui hanc decis.alleg.*in tract.de effectu,& virt. clausulæ codicill q.83.221.* Adde quod substitutus compendiosè succedit in hæreditate etiam quod hæres decedat ante mortem testatoris, secundum Paris.*in consil.62.n.21.vol.2.*& alios quos alleg. & sequitur Stephan. Gratian *in decis.140.nu.5.* vbi ita iudicatum refert, verum non tædeat legere, & videre Surd.*in decis.37.* post Thesaur.*in decis.60.* & in ibi doctissimum filium in addit.

Videatur Hierony.Magon.*in decis.Florent.4. n.26.*

Sub num.5.ibi si voluisset mutare testamentum; Vide omninò Viuium *in opin.854. par.2.* secundum nouissimam editionem Aquilanam post Tiraq. *in l.si vnquam ver.susceperit liberos n.213.* Bursat. *qui alleg. alios in consil 88.nu.20.vol.1.* Natt.*in cons Alexa 142. ver. subdit etiam vol.2.* Thessaur. *decis.141.nu.11.* omninò Turrett.*in d.tract.q.62.* vbi ex professo disputat quæstionem istam, Crass.*in §.codicillus post nu.22.ver.& omninò fol.142.*

Num.7.Adde Guid.Pap. *decis.188.* Addit. ad Alex. *cons.12.col.fin.vol.3.* Cagnol.*in §. meminisse nu.18.ff. de inoff.testam.* Gabriel. *in tit.ad Trebell.conclus.11.* Couarr.*in cap. Raynaldus §.3.nu.7. de testam. decis. Pedem.147.nu.11.* Addit.ad Ias.*in l.Marcellus numer. 20.lit. B.ff. ad Trebell.* quem refert Henricus *in suis comm.opin.conclus.443.lib.1.* Viui. *decis.419. nu.10. decis.Perus.30. in secundo dubio*, & fusius Borrell. *ad Bellugam.fol.112.à terg.limita*, vt per Vrsill. *in decis. Affl.56.ad fin.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Clausula omni meliori modo, loco Clausula Codicillaris habetur, & nu.3.*
2 *Et quid operetur hæc Clausula.*
4 *De clausula Codicillari, & eius virtute, remissiuè.*

1 Adde omninò † de Clausula, Omni modo meliori, quod loco Clausulæ Codicillaris habeatur; quod dicunt Ioseph. Ludouicus *decis.118.* & Minadous *decis.43.n.12.* &
2 † quid operetur hæc Clausula videndi sunt Decius *cons.77.* Hippolytus *sing.36.* & Crauet.*cons.142.305.& 326.nu.15.* sed ad hoc, vt † talis Clausula, Omni modo, meliori loco clausulæ codicillaris vim habeat, retrahendi substitutionem directam ad fideicommissariam Matthesilanus *sing.140.* Dec.*cons.205.* Crauet. *cons. 305.*& Franciscus Marcus, *quæst.172.nu.2. par.1.* late,
4 de † Clausula Codicillari, & eius virtute videndus est Durantes *in tract.de Arte testandi.* & Achilles Personalis, *de Adipiscenda, & acquirenda hæreditate*, qui optimè post Fumianum *in verbo, Clausula, Codicillaris*, & de Clausula Codicillari Surdus, *in decis.293. & decis.37.& 54.*

ADDI-

ADDITIO D. RICII.

SVbstitutio ex vi clausulæ codicillaris locum obtinet caducata institutione, hoc dicit, Adde Viuium *decis.* 419. *num.* 10. *nostram collectaneam* 59. Seraph. *dec. Rom.* 943.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Caducato per prædecedentiam hæredis instituti testamento, tunc hæredes ab intestato virtute clausulæ omni meliori modo grauatos censeri restituere hæreditatem substituto deciditur.*

2 Reg. de Marin. *taxat decisionem non rectè caducitatem admittentem.*

3 *Nonnulla expenduntur de clausula codicillari, & omni meliori modo.*

1 CAducitas decisionis, aut potius testamenti modò adsit examinare exigit subiectum, proponitur quæstio de matre, quæ filium instituit hæredem, eiq; sine liberis decedenti locum pium substituit, accidit filium ante matrem sine liberis decessisse, decisum fuit per clausulam codicillarem, aut mauis omni meliori modo censeri venientes ab intestato grauatos restituere hæreditatem substituto per Alex. *cons.* 17. *vol.* 3. Dec. *cons.* 42. Paris. *cons.* 44. *lib.* 2. qui tenet clausulam codicillarem operari, quòd caducata institutione per mortem instituti habeat locum substitutio, & sic quòd substitutus succedat non obstante quòd institutio fuerit caduca, & quamuis non esset apposita clausula codicillaris, nihilominus, quia aderat clausula omni meliori modo, dictam clausulam idem operari, imò plus quam codicillarem dicit Bursat. *cons.* 47. *col.* 7. Gabriel. *in conclus.* 5. *de testam.* & decisionem hanc præconizant Turrett. *in tract. de claus.* Codicill. q. 84. Bot. coram Seraph. *dec.* 643. Matescott. *lib.* 2. *variar. c.* 74. *nu.* 5.

2 Rectius tamen in occurrente controuersia videtur recursum omittere ad asylum clausulæ codicillaris, & saluare testamentum per vulgarem substitutionem, nam substitutio sub illa conditione facta, si institutus decesserit sine liberis, vt in exemplo allato *n.* 1. cum sit compendiosa, consequenter caducata institutione admittitur substitutus ex vulgari contenta incompendiosa, quæ locum habet cum viuo testante decessit is, cui substitutio facta est Cynus, & alij *in l. præcibus, C. de impuber. & alijs subst.* Gaspar. Thesaur. *in add. ad dec.* 60. ita Surd. *in dec.* 37. & Rot. Rom. in decisionibus quas transcribit Reg. de Marin. *lib.* 2. *resol.* 219. tum vulgaris habet conditionem impotentiæ, quæ comprehendit casum mortis viuente testatore, vt est *tex. in l. vnic. §. pro secundo, ibi glo. C. de caduc. toll.* & vulgaris operatur, vt testamentum ab ea incipiat moriente hærede viuo testatore Couar. *in c.* Raynutius, §. 5. *colum. pen. de testam.* Fusar. *de subst. q.* 23. *num.* 4. hinc minus rectè edissertum esse per terminos fideicommissariæ substitutionis, & non vulgaris D. meum redarguendo tradit de Marin. *d. resol.* 219. *num.* 2. qui *num.* 4. ita definitiuo laudo pronunciatum refert in causa testamenti Principis Roccæ Aspidis, & fusè probat Reg. Latr. *consult.* 76. & 77 & toto cœlo distant termini fideicommissariæ substitutionis à vulgari directa, nec opus erat tractare de detractione Trebellianicæ, nec opus est capere hæreditatem de manu venientium ab intestato, & ita plures effugiuntur scopuli, & cessat omnis quæstio, si per verba præsentis temporis, vel futuri clausula codicillaris apposita sit, quando enim respicit tempus præsens tunc clausulam codicillarem non saluare testamenti nullitatem, nisi eam, quę tempore testamenti adesset, ideò mortuo instituto ante mortem testatoris clausulam non operari voluit Bart. *in l.* 1. *in* 6. *q. ff. de iur. codicill.* quæ opinio benè verum habet contradictores relatos per Thesaur. *decis.* 141. militabant fortiores difficultates, si de importantia clausulæ codicillaris, vel clausulæ omni meliori modo certioranda erat Magdalena Francalanza testatrix ex traditis per Merlin. *centur.* 2. *contron.* 78. ad ornatum materiæ videndus Reg. Latr. *vbi sup consult.* 77. qui *n.* 14. contallat assertum *nu.* 5. quod vbi testator superuixit post mortem hæredis instituti censetur voluisse decedere cum eodem testamento valido in vim substitutionis ex Menoch. *lib.* 4. *præs.* 40. *nu.* 13.

Augetur motiuum, quia in testamento dictæ Magdalenæ aderat clausula omni meliori modo, quæ habet vim clausulæ vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum Fusar. *vbi sup q.* 245. *n.* 67. & dicta clausula omni meliori modo quantum differat à clausula codicillari tradit Faber. *de error. pragm. error.* 8. *& definit.* 4. *C. de testam.*

Et hanc decis. firmat. Men. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 40. ex Iason Paul. de Castr. & alijs, quòd si testator præteriuit posthumum, qui viuo testatore natus deinde obijt eodem testamento relicto, quod ob mortem posthumi in vita testatoris reconualescat testamentum, in dispositione testatoris attenditur tempus mortis.

SVMMARIVM.

1 *Amita, in bonis nepotis, subiectis consuetudini Ciuitatis Neapolitanæ, si quis fratris, & num.* 11.

2 *Consuetudo Neapolitana, si quis, vel si qua præfert in omnibus bonis, exceptis maternis, proximiores ex parte patris.*

3 *Consuetudo, sed si morienti, & consuetudo, quod autem, loquuntur in subingressione fratrum, & filiorum, in quibus habet locum subingressio, non autem, quando quis decessit superstite patruo, & filijs alterius patrui.*

4 *Matertera excludit filios alterius materteræ, etiam virtute Consuetudinis Ciuitatis Neap.*

5 *Ratio bonorum conseruandorum in familia, non est generalis secundum Consuetu. prædictam, adeò quod semper bona in familia vnde exierint, conseruentur nam patre, vel matre existente in medio, cessat consuetudo.*

6 *Fœmina agnata per Consuetudines prædictas non excluduntur, nisi concurrant cum fratribus ipsarũ fœminarum, secus si cum nepotibus, & sic filiis alterius fratris præmortui, & de ratione, num.* 7.

8 *Fratres in bonis alterius fratris, etiam de nouo quæsitis, excludunt sororem, quod procedit etiam in filiis alterius fratris, per subingressionem.*

9 *Consuet. Nea. quod autem licet loquatur, quòd quando soror efficietur masculinata, cum fratres differũt eam maritare, habet partem sicut masculus, idem potest dici, quando soror fuit, admissa ad bona materna per fratres, vt masculus, cùm per dotationem non fuit exclusa.*

10 *Donatio bonorum in fraudem proximiorum dicitur fieri, quando fit in beneficium extraneorum, seu magis remotiorum: secus quando fit in beneficium eorum, qui immediatè sunt successuri ab intestato donatori.*

DECISIO CLVII.

Bona neptis mortuæ, cui deferantur secundum consuetudinem Neapolitan. amitæ ne, an consobrinis eiusdem,

MOrtuo Petro Masturtio, eius hæreditas in
tres partes diuisa fuit, ex partium cõuen-
tione, scilicet inter filios fratris, dicti Pe-
tri, pro vna parte, & duas sorores eiusdẽ
Petri, & pro alijs duabus partibus, quarum altera pro-
creauit filiam nomine Franciscam. Qua demum mor-
tua post mortem matris, quæ appellabatur Elionora,
superstite Margarita amita, & dictis filijs fratris, eius
1 fratribus consobrinis; Dubitatum fuit, † quis deberet
succedere dictæ Franciscæ, an amita prædicta existens
in tertio gradu, an verò dicti fratres consobrini exi-
stentes in quarto gradu, in bonis consuetudini Ciuita-
tis Neapolis subiectis, quia de iure communi non esset
2 dubium; quòd amita præferretur, † & pro amita di-
cebatur, vltra dispositionem iuris communis, habere
etiam dispositionem consuetudinis, si quis, vel si qua,
quæ præfert in omnibus bonis, exceptis maternis, pro-
ximiores ex parte patris. Sed non est dubium huic
Franciscæ, ex parte patris esse proximiorem Margari-
tam, ergo debere ipsam succedere, comprobatur au-
ctoritate Neapo. *in d. consuet. in gl. 1. 6. columna, ver.
in collateralibus verò linea ascendentis*. Quo in loco,
rectè articulo discusso, tenet, amitam excludere filios
alterius patrui, seu amitæ, *& Consuetu. sed si morienti,
& Consuet. quod autem quæ sequuntur*. loqui in subin-
gressione filiorum fratrum, & filiorum fratrum conso-
3 brinorum, in quibus habet locum subingressio, † non
autem, quando quis decessit, superstite patruo, & filijs
alterius patrui, vbi non permittitur expressè subin-
gressio, & sic dicit, esse standum iuri communi, & idem
tenet *in d. consuet. quod autem, in ver. alijs*, dum dicit,
quòd in toto secundo ordine succedendi, iure scilicet
proximorum, habet locum prærogatiua gradus, præ-
terquam in casibus prædictis, idem dicit in matertera,
4 & filijs materteræ, † vt filij materteræ excludantur per
materteram *in consuetu. prædicta. si quis, vel si qua, in
prima glos. in vers. & similiter in matertera*, & clarius
idem Neapod. *in d. glo. 1. vers. sed quæro fol. 28.* dicit,
quòd prærogatiua bonorũ attenditur, & non gradus;
quãdo verò cõcurrunt proximiores ex parte patris, vel
matris attenditur proximitas gradus. Dicebatur, pro
parte fratum consobrinorum, Neapod. loqui, & sic
consuetudines prædictas debere intelligi, quando exi-
stens in tertio gradu esset masculus, vt puta patruus, &
vellet succedere nepoti, & concurrerent fratres conso-
brini, existentes in quarto gradu, hoc casu, quia cum
proximitate gradus concurrebat qualitas sexus,
debere patruum præferri: secùs autem in casu,
de quo agebatur, in quo non concurrebat in
amita. nisi proximitas gradus, & cessabat
qualitas sexus, quem sexum consuetudines respi-
ciunt, vt bona in familia conseruentur ex plu-
ries dictis, & allegatis, & signanter per Bru. *in
tracta. stat. fem. exclu. in 3. artic. principali*, & per Nea-
pod. *in consu. si qua mulier. ver. absq; discretione. ver.
secundum procedit* licet. n. ipsa matertera, seu amita,
sit de familia dicti Petri Masturtij, in ea tamen finitur.
Ex aduerso dictum fuit Neapod. *in d. l.* 1. posuisse exẽ-
plũ, tã quando existit patruus, quã quãdo existit amita,
existentibus filijs alterius patrui, vel amitæ, & sic eius
decisionem esse claram, & non recipere subauditos in-
tellectus, sicque etiam consuetudines prędictas loquu-
tas fuisse. Nec rationem bonorum conseruandorum
5 in familia esse generalem, nam videmus, † quòd ma-
tre, vel patre existente in medio, cessat consuetudo, ip-
sorum respectu, & sic bona paterna possunt ad patrem
transire, & bona materna ad matrem, sicque in familia
vnde exierunt, non conseruantur. Item dicebatur ex
alio, rationem prædictam non esse generalem, nam
6 constat, fœminas agnatas per † consuetudinem non
excludi, sed ita demum, si concurrant cum fratribus
ipsarum feminarum; Nam si cum nepotibus ex alio
fratre concurrerent in successione alterius fratris præ-
mortui, non excluderentur, immo admitterentur, ita
dicit tex. *consuet. in d. ver. sed si morienti* colligitur ex
Neap. *ibi. in ver. filia, in ver. nepotes: clarius idem* Neap.
*in consuet, si moriatur, in ver. ex masculis, ver. pater
ergo*, & ratio prædictorum sumitur ex verbis consue-
7 tudinis, † quę idcirco excludit feminas, quando con-
currunt cum masculis, quia eas fratres tenentur mari-
tare, & Neapo. dicit vt retulit *in decis. 87.* hoc esse, quia
officium, quod erat paternum, efficitur fratrum. Cõfir-
mabantur prædicta: nam in casu, de quo agebatur, istæ
sorores per viam successionis fuerunt admissæ per fi-
lios fratris, ad successionem fratris, licet ex con-
suetudine potuissent excludi, quia vt est dictum
8 *in d. dec. 87.* fratres † in bonis alterius fratris
etiam de nouo acquisitis, excludunt sorores, quod
procedit etiam in filijs alterius fratris, per subingressio-
nem, quia ipsi tenentur ad id, ad quod eorum pater te-
nebatur, quam admissionem de iure facere potuerunt,
secundum *Andr. in const. in aliquibus*. & Affl. *ibi. 4. no-
ta.* & Neapo. *in consu. prædicta. Si moriatur, in gl. in
vers. Completos*. Si igitur ad successionem admissę fue-
runt, cessant consuetudines excludentes feminas, & sic
cum fratribus eorum masculis concurrerent, vt eadem
consuetudo dictat, quando sorores sunt masculinatę,
quia hoc casu, in cęteris successionibus, ipsas, vt mascu-
los admittit, vt dicit d. consuetudo, in ver. quod autem,
quæ, licet loquatur, quando soror habuerit partem, vt
masculus in bonis parentum, respectu quorum intro-
ducta est consuetudo, vt si fratres differant maritare,
efficietur masculinata, & ipsa, & eius filij succedent,
vt masculi, nihilominus poterit idem dici, quando
fuit per fratres admissa, vt masculus, ad bona materna,
9 postquam per dotationem non est exclusa, & Neapo.
dicit, quia refert, an filia habuerit bona per modum do-
tationis, vel per modum successionis, *in d. Consue. in
ver. parentum*, vt primo casu per masculos excludatur.
in secundo non. Hoc tamen vltimum non fuit plenè
discussum, quia non necessarium, sed si occurreret, ple-
nius discutietur, & tunc vide apostillam domini Anto-
nij Capicij *in consu. quod autem, quæ incip. nota, quod
dictio fol. 156. & apost. Domini Antonij de Alexa. ibi.
quæ est notab. & incipit hic loquitur. fol. 158. & sequen-
tem apostillam Pisanelli. quæ incipit, Tu aduerte, fol.
sequen. & apostillam Domini Matthæi de Affl.* Dixit
vnus ex Dominis, quòd hæc disputatio non erat ne-
cessaria in præsenti causa, quia bona hæc Elionoræ, de
quibus tractabatur, deuenerant ad Franciscam ex titu-
lo donationis factæ eidem per Elionoram matrem, quæ
sine liberis decedente, ex tunc eadem Elionora dona-
uerat Margaritæ conuentæ, quæ habet hæc bona ex
donatione facta eidem per Elionoram, iuxta disposi-
tionem text. *in l. quoties. C. de donatio.* sub hoc modo
non autem vt heres Franciscę, quodque quamuis prę-
tenderetur hęc donatio in fraudem venientium ab in-
10 testato, hoc non erat verum, † quia ista donauerat fi-
lię, quę ex consuetudine ad hęreditatem eius admit-
tebatur, & decisiones Neapo. *in consuet. etsi testator. in
ver. disponere, vers. sed an pater, nu. 10. decis.* Afflict.
370. *in tertio dubio. & decisio.* Capicij 85. *in causa lo.*
habent locum, quando fit donatio in beneficium extra-
neorum, seu magis remotorum, in præiudicium pro-
ximiorum. Nihilominus, etsi hoc fieri potuisset, Sa-
crum Consilium iunctis duabus Aulis, referente Do-
mino Scalaleone, die 5. Iulij. 1577. vtroq; puncto discus-
11 † so, iudicauit in fauorem conuentę, & habuit, pro ab-
soluto, quod amita pręferretur fratri consobrino, se-
cundum decisio. Neapo. per tex. *in l. auunculo*, & ha-
buit donationem pro valida, quia facta filię, non au-
tem pro fraudulenta.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.8.dum alleg. Afflict.*in 4.not.supple n.23.* Vide *supra decis.87.num.7.& 17.*& si faciunt contra, scripta per hūc Dominum *infra decis.171.nu.2.& ante nu.4.*& per Vrsill.*in decis. Affl* 178.*post nu.3.ver. licet Affl.* Vide de veritate Franciscum Viuium insignis eruditionis *in opinion.*812.*n.52.cum seqq.fol.*298. 299.Vide D.Ioan.Andr.Geor.*in alleg.* . . .

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

AD hanc decis.vide de subingressione omninò quæ dico supra, *decis.32.incip.in causa.* Ad numerum 2. vide quæ dixi *supra decis. 24. num.6.& inf.decis.266.num.2.* Adde Neapod.*in gl.1.consuet. Si quis, vel si qua, verbo, quare, vers.praerogatina.*

ADDITIO D. RICII.

BOna neptis mortuę cui deferantur secundùm consuetudinem Neapolitanam, amitę ne, an consobrinis eiusdem, hoc dicit. Adde Georg. *allegat.30.nu.17.* Molfes. *in commentar. ad consuetud.* Neap. *par.4. quaest.36.num.9.& 10.& quaest. 42.per totam, & cons. 90.num.19.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Recensentur casus subingressionis attenta consuetudine Neap.cum succeditur in linea collaterali.*
2 *Nepotes ex fratre an excludant amitam,& oppugnatur D.Praeses.*
3. *Fratres patrueles an excludant consobrinas expenditur decisio.*

1 EGressum immunem à censura non habet D. meus in specie subingressionis attento iure consuetudinario Neapolis in successione ab intestato transuersalium.

Subingressio locum habet primò attenta consuetudine, *sed si morienti*, quando ad successionem fratris carnalis, cum fratre superstite concurrunt descendentes in infinitum, ex altero fratre premortuo, vlterius in alio casu quando decesserit Caius relicto fratre consobrino ex vna, qui est in quarto gradu superstite filio alterius fratris consobrini, qui est in quinto gradu, qui patris personam repræsentabit, præter hos casus cessat subingressio de Marin. *lib.2.resol.216. & 218.* qui aduertit subingressionem extendi in infinitum in descendentibus ex vno fratre defuncto, quando superesset frater consanguineus, vel vtrinq; coniunctus defuncti, sed non datur subingressio in beneficium consobrini, si concurrat patruus defuncti, nam præfertur patruus vti proximior etiam iuxta consuetudinem, vt dixit Napod.*in consuet.si quis,vel si qua num.27.*per tex.*in l.auunculo, C.comm.de success.*post alios Reg. Marcian.*disp 10 nu.4.* & idem locum habet in amita defuncti, vt Rouit.*cons.23.lib.1 nu.1.*& pro absoluto habuit S. C. hic, vt tradit Molfes. *ad consuet.p.4.q.22.lib.1.* Thor.*in C.rer.iudic.p.3.append.3 ad cas.53.n.13* Bene verum id non fuit decisum hic, vt firmat Molfes.dum non erat necessarium decidere articulum, quia amita erat masculinata, ita etiam in materia subingressionis neptis ex fratre excludit pronepotem ex nepte de Georg.*alleg.30.n.74.*

2 Si nepotes ex fratre concurrant in successione patrui cum amita, omnes concurrere, & amitam non excludi, sed admitti ex *textu d.consuetudinis si moriatur in ver.ex masculis,& ver.patet ergò,*& ibi Napod. firmat D.meus *nu.6.* à quo cauendum esse ait Prouenzal. *in d.consuet. obs.7. num. 19.* vbi falsum, & erroneum tradit esse dictum assertum, & quamuis Molfes. *p.4.q.27.à nu.5.* idem scripserit, quòd soror defuncti concurrat ad succedendum cum nepote ex fratre premortuo, imprudenter loquutus fuit iuxta Reg.de Marin.*d.resol.208.num.10.*quia verius est, quòd nepos ex fratre à defuncti successione excludit amitam dotando illam de paragio, si dotata non reperiatur, & ita decisum refert de Marin.*n.24.addo Capyc. ad cōsuet.*Nea. *in praelud.§.5.n.33.*

3 Dubitatur, an si fratres patrueles concurrant cum fratribus consobrinis ex sorore susceptis succedant solùm fratres patrueles, & Molfes. *vbi sup.tit.de success. ab intest.q.33.* affirmat, quia exclusa matre excluduntur descendentes ab ea Rouit.*cons.23.n.5.*Contrarium videtur tenere D.meus *n.4. ex* Napod. *d.nu.137.* nam amita excludit fratres patrueles, sed huic decisioni respondeti potest, quod non fuit decisus articulus, dum nō erat necesse, quia amita erat masculinata, & quamuis contra amitam cessat subingressio, non tamen cessat exclusio fœminarum, & descendentium ex eis introducta per consuetudines, quod non fuisse factum hic aduertit Thos. *vbi sup. in append. 4. in d.cas. 52.*

SVMMARIVM.

1 *Venationes non possunt prohiberi per Principes, & Dominos recognoscentes superiores in locis publicis, nisi ex immemoriali praescriptione fuerint in possessione prohibendi, & num.3.*
2 *Venari cum retibus, nisi capiendi causa vrsos, apros, & leones non licet, & an hoc procedat, tàm in locis publicis, quàm priuatis, & nu.5.& 14.*
4 *Acta facta inter diuersas personas faciunt semiplenam probationem inter alios, & si super eis fuerit probata sententia, faciunt plenam probationem in iudicio possessorio, & de veritate, nu.8.& 13.*
6 *Cap.nemo retia de pace tenen.habet varios, & diuersos intellectus, nec potest allegari ad decisionem causarum, & eius dispositio non est recepta in Regno, vel saltem est restringenda ad fundos priuatorum tantum, cum num.seq.*
7 *Venatio impediri non debet in locis publicis, nisi cum sclopetis, & balistis ad sagittam exerceatur, non quia ipsa venatio sit prohibita, sed quia cum his armis publica pax violari poterit.*
8 *Probatio plena requiritur ad hoc, vt quis obtineat in iudicio possessorio.*
10 *Possessionis, quaenam sint eius commoda, remissiuè.*
12 *Testes examinati inter alios, an probent contra tertium ipsis mortuis.*
11 *Probationes facta contra principalem debitorem in actione personali, non afficiunt tertios possessores conuentos hypothecaria, quamuis esset consecutiua ad actionem personalem.*

DECISIO CLVIII.

Venatio, quæ & quibus instrumentis fit in terris Baronum interdicta subditis.

1 VEnationes † non posse prohiberi per Principes, seu Dominos, superiores recognoscentes, in locis publicis, in hoc Regno, non dubitamus, quia sic est de iure, prout omnes colligit Didacus, ad quem me remitto, ne chartas impleam, *in parte relectio ca.8. fol.386 in impressio e nouissima*, nisi hoc ius prohibendi, immemoriali præscriptione acquisierit. Hinc est quod Spectab. Comes Montellę non inficiatur, eius vassallos Terræ Balneoli, posse in Territorijs publicis], & com-
2 munibus venari, † sed dicit, eis non licere venari cum retibus, præterquam pro capiendo vrsos, apros, & leones, per text. *in c. nemo retia, de pæenen.* quod etiam confirmabat, quia sic dicebatur, tex. prædictum recepisse interpretationem per plura decreta Dominorum Consiliarorum, & per decretum Sacri Consilij inter positum inter vniuersitatem Octauiani, & Baronem terrę prędictæ, de quo meminit Gram. *in decis.67.* Addebat prædictis, quòd dum esset similis quęstio inter vniuersitatem, & homines Montellæ, cum ipso Comite, seu Comitissa, fuerunt examinati ad eius instantiam in testes, homines Balneoli, qui deponunt, in terra Balneoli ipsos non potuisse venari cum retib. nisi cum licentia Comitis, quòdq; ab eis
3 ex hoc fuerit exacta pœna, † vnde à prohibitione cum exactione pœnæ, ac licentia, vtitur acquisitum ipsi Comiti ius prohiberi, si ex dictis per Iaco. *in vers. cum venationib.* & per Affl. *in d.c. nemo retia.& c. in inuestit. in versic. venationib. cum concor.* per D. Anton. de Padilla, *in l. 1. col.6. vers. ex hoc C. de seruit. & aqua.* quòdq; istorum testium depositiones, cum alijs
4 receptæ, saltem operabuntur in possessorio. † acta. n. facta inter diuersas personas, faciunt præsumptionem, vel semiplenam probationem inter alias partes, secundum gl. *in l. si duo patroni, in vers. prodesse. ff. de iureiur. & in l. & quia. §. interdum*, vbi etiam Iacob. *de interrog. act.* & si super eis fuerit prolata sententia, facient plenam probationem in iudicio possessorio, prout loquitur Flo. *in l. seruitutes la grande. col.6. vers. item per hanc. ff. de seruit.*

Ex aduerso dictum fuit pro parte vassallorum, qui non habebant defensores, quòd ipsi habent pro eis legem scriptam, quòd ciuilibet licet venari, preter quam contra voluntatem Dominorum in Territorijs priua-
5 torum. Nec fit distinctio instrumentorum. † quodq. text. *in d.c. nemo retia*, habet varios, & diuersos intellectus, quos congerit Iacob. *in d. ver. cum venationibus*. & videtur esse de mente Isern. ibi, quòd ille text. loquatur in fundis priuatorum, contra voluntatem Domini, & in via publica, quicquid tamen sit, dicebant quòd ille tex. non potest allegari tãquam habens varios intellectus: ad decisionem istius causæ pro parte Comitis, maxime quia Sacrum Consilium in causa, de qua meminit Gram. non admisit dispositionem illius text. in retibus, apparet ex processu causę prędictę, quem ego prius videram: & quando hæc causa fuit relata, miratus sum, quòd diceretur, in illa causa fuisse prohibitam venationem cum retibus, & postea eum reuidi penes Balsamum, & apparet, præuia maxima discussione, in Sacro Consilio, & in Regio Collaterali Consilio dum in specie grauabatur Baro, quòd non fuerit ei permissa prohibitio cum retibus, fuisse contra eum decisum. vnde postquam habemus decreta Sacri Consilij, lata iunctis Aulis, & decretum Collateralis Consilij, vt pluries dixi, hæc decreta debent pro lege seruari, nec Gramat. dicit, aliter fuisse decisum, & si diceret, postquàm habemus
6 exemplar, est ei standum, † & dispositio text. *in d.c. nemo retia*, est restringenda ad fundos priuatorum, vel dicendum est, in hoc Regno non esse receptam. Nec in decretis domi per Dominos Consiliarios, est facienda vis, quia non proferuntur cum sic maxima discussione, & forsan decreta prædicta prolata fuere
7 quia sic dicebat Gramma. decere. † Ego tamen semper domi prouidi super grauaminibus obiatis per vassallos, quod non impediretur venatio, nisi cum sclopetis, & balistis ad sagitiam, non quod ipsa venatio sit prohibita, sed quia arma huius generis sunt prohibita, quia cum eis, publica pax violari posset, ita in specie Gulielm. Benedict. *in repet. cap. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adelasiam, nu. 876. ver. nec censetur, fol. 226 4. col.* & ita etiam sæpiùs audiui à Domino Ioanne Andrea da Curte, Sacri Consilij Præside meritissimo, qui erat senior ex omnibus.

Nec obstant depositiones testium examinatorum in alio iudicio, de quib. Spect. Comes iuuat, se in hoc iudicio saltem ad finem, quòd vincant in iudicio possessorio, seu quasi, prohibendi, quia regula est, quòd acta inter alios gesta, alijs non nocent: quamuis sententiam gl. *in d. l. si duo patroni. & in l. 2. C. de eden.* faciant qualemqualem præsumptionem, quàm intelligunt semiplenam probationem, Ang. *in d. l. 2.* & Dec.
8 plenè, nihilominus † hęc semiplena probatio non operabitur, ad finem, quòd quis in possessione manuteneatur: ad hoc enim, vt quis obtineat, & maximè cõtra habentem iuris dispositionem pro se, requiritur quòd plenè probet, aliàs regula succedit, quòd actore non probante, reus absoluitur. Quæ regula generalis
9 est, nec distinguit in petitorio, vel possessorio. † imò in iudicio possessorio, quamuis pretendatur modici preiudicij, requiritur ad finem, vt quis obtineat, plena probatio. *l. 2. C. quorum bona.* plenè prosequitur Sebastia. Sapia, *in repet. l. de ętate. 2. col. ver. causa possessionis. ff. de minor.* vbi subdit, quod etsi esset modici preiudicij, & possit reparari in causa appellationis, quòd nihilominus plenam requirit probationem, & hanc opinionem credere veriorem post articulum plene discussum, tenet Ripa *in d. l. 2. ff. quor. bono. col. 2. vers. inter catera. num. 8. cum sequent.* licet hinc inde arguat Rota Bono. *in decis. 62.* & dicit Aegid. Bellam. *in decis. 712. qua incip. secundum dominum Robertum, in fin. verb.* quod regula inter alios acta, non reperitur citari quoad possessionem, & nouissimè est videndus Mascard. *libr. 2. quæst. 5. fol. 10. in tract. de prob. nu. 118. cum seq.* Gabriel *com. opin lib. 5. tit. de resti-*
10 *tut. spoliat. nu. 126.* Imò dicebatur, † possessionem esse magnum commodum. *§. Instit. de interd.* & eius commoda plenè ponit Io. Corrasius *in repe. §. nihil commune, num. 16. vers. cum autem*, & Petrus Stella, *in repet. l. repetitio, sub §. quicunque, nu. 12. ff. de cond. inde.* & aliqua Rota Bono. *in decis. 17.* & dicit Cur. *in rep. l. admonendi. num. 202. vers. quæro circa istum, ff. de iureiur.* quòd licet opinio, quòd quando tractatur de possess. dicatur causa modici preiudicij, transierit vsq; ad illa infelicia tempora, ipse tamen ex nouem argumentis tenet contrarium, & dicit credere veritatem dixisse, & quòd posteritas ipsa forte probabit. & dicit Vetal. *in decis. Rota 241.* relatus per Thesau. *in decis. 153. col. nu. 5.* quod in Rota Rom. iudicium possessorij habetur pro causa maximi preiudicij, & pulchrè idem tenet Alua. Velascus *in consu. 47. vers. 5. casus. per totum*, & Io. Anton. Niger. *in cap. Reg. quod incip. frequens ponit 36. commoditates possessionis ex mente Io. Nicolai de Vicarijs fol. 107* & Mara. *in tract. de Remed possess. de nouo edito in fi. tracta.* ponit quinquaginta vtilitates, vnde magna debet requiri probatio, & videnda sunt posita *infr. decis. 596.* Item dicebatur, quod etiam dubitatur, an hęc acta inter alios iacta, faciant semiplenam probationem quia Curt. *cons. 72 magnifice colum. 2.* dicit magis communem opinionem esse in contrarium, refert & sequitur Loares *in rep. § Diui nu. 329 vltimo procomplemento*, Accedat quia prędicti testes examinati fuerunt

runt examinati in Curia eiusdem Comitis, & vere dicebatur, si hęc probatio admitteretur, de facili posset fieri fraus, figurando litē cum vno, & probando contra aliū. Item dicebatur, quod super illis probationibus nō apparet, fuisse iudicatum, vt sic diceretur iudicem,
11 eis credidisse. † Nec apparet probata qualitas, quod fuerint testes mortui, vt Doct. volunt, quos allegat Affl. *in decis. 396. in 1. dubio, ad finem*, quod faciant semiplenam probationem. Fortius dixit Bal. quem sequitur Aret. *in l. 2. vers. inquantum.* Bal. *C. de eden.* quod dicta istorum testium examinatorum contra personam, quę nunquam fuit in iudicio, nullam fidem faciunt. Imò, si esset prolata sententia contra alium, etiam quod consequutiue veniret in praeiudicium tertij, hoc casu probationes factæ contra principalem, non obsessent huic tertio, si quod sententia possit contra eum exequutioni demandari, plene prosequi-
12 tur Capic. *decis.* 107. ex qua decisione apparet, † quod probationes factæ contra principalem debitorem, in actione personali, non afficiunt tertios possessores conuentos hypothecaria, quamuis hęc actio esset consequutiua ad actionem personalem. Nec obstat, quod dicebatur, prædicta procedere posse in petitorio, quia in possessorio sententia lata, etiam contra alium plene probat. ad finem, vt quis vincat in possessorio, vt dicit Floria. *in d. l. seruitutes, la grande.* nam Florianus rectè intellectus, loquitur contra eosdem, contra quos lata sententia, dum cognoscitur de proprietate sententiæ, quæ est lata per prælatum minus legitimè confir-
13 matum, vt ex præcedentibus eius verbis apparet, † vel si Floria. hoc diceret, procederet in casu, in quo loquitur, in quo prælatus, si exercet iurisdictionem in vno, vel duobus in eius prælatura, acquisiuit quasi ius possessionis in cęteros de eadem iurisdictione, ex ijs, quæ *in l. 3. ff. de acquir. possess.* etsi aliter loqueretur, obstarent ei omnes regulæ, quod sententia lata cum vno, non nocet alteri, vnde ex prædictis apparet, prædictos testes, vt supra examinatos inter alios, non obesse vniuersitati Balneoli, etiam si esset prolata sen-
14 tentia. Discussis aliquibus ex prædictis, † Sacrum Consilium fuit voti, non debere prohiberi venationem cum retibus, sed prouideri seruata forma prædictorum per Sacrum Consilium interpositorum, & per Regium Collaterale Consilium: sed quia in hac causa fuerunt præsentata banna prolata per Comitem, & non apparebat ab eis appellatum, & videbatur, quod vniuersitas acquieuerat, & apparebat licentia concessa per Comitem aliquibus ex Ciuibus, & sic aquiescentia, fuit prouisum, quod lite pendente abstineant vassalli, etiam à retibus in animalibus quadrupedibus, & datus terminus in causa. De mense Iulij 1577.

ADDITIO D. VISCONTI.

Num. 1. Adde Annam Antiquum *in sing. 59.* Vrsill. *in decis. Afflict.* 388. Campan. *in c. grauamina num.* 114. Viuium *in opinion. 10. par.* 3. & Petram ad Capic. *decis* 118. *annot.* 2. Baiard. *ad Clar. §. iniuria sub nu.* 42. & Capiblanc. *in tract. de Baro. fol.* 283. & paulò infra, dum alleg. Rolan. supple Ioseph. Ludou. *in suis opin. concl. 71. ver. & nota vnum fol. 151. a ter.* & Campan. *in c. regni 84. a num. 15. cum seq.*

Videatur Natta *cons.* 375. & Roland. à Valle *cons. 9. 1. dubio vol. 2.*

Num. 3. 14. ibi, & sic acquiescentia; Adde omninò Cagnol. *in l. 1. num. 94. ff. si quis ius dicen.* Afflict. *decis.* 69. Nattam *cons. 227. num. 2. & iterum cons. 325. nu.* 1. Maxill. *in consuetud. Bari fol.* 143. post Afflict. *in const. Magistri num.* 2. D. Reg. Lanar. *cons. 27. n.* 2. Ann. Sen. *sing.* 517. Rolan *d. cons. 9. vol. 2.* Menoch. *de arbitr. iudic. casu 160. nu.* 11. Episcopum Minorens. *in ver. praescriptio in fin. fol.* 176. Vide *infra decis. 166. num.* 8. Capiblanc. *vbi supra, & iterum fol. 49. & seq. nu. 150. cum seqq.*

Num. 4. Vide hunc Dominum *in decis. 345. vbi latius addo*, & vltra Carauitam *in Ritu* 241.

Num. 9. Adde Affl. & Vrsill. *in decis. 364. n. 11. decis. Bonon.* 62. Roland. *cons. 50. num. 16. vol. 2.* Pinell. *in l. 2. par. 3. cap. vltim. C. de rescindend. vend.* Ioseph. Ludou. *in decis. Perus. 59. primo dubio*, Add. ad Alex. *cons. 139. in fin. vol. 2. & in* cons. Decij 56. *lit. A. & cons. 663. in l. 2. C. de carbon. edicto.* Natt. *cons. 630. in secundo dubio*, Caualc. *in decis. 23. n. 41. in fin. par. 2.* & Farinac. *in tit. de indit. & tort. quaest. 47. num.* 130.

Videatur Mascard. *de probatio. conclus. 1199. vol. 3.*

Num 10. Vide Thesaur. *decis. 15. num. 5.*

In eodem num. Adde quod comoditates possessionis ponit etiam Niger *in c. regni* 209. Mascard. *de probat. conclus. 1195. vol.* 3. nouissimè insignis D. Consiliar. Tapia meritissimus *in auth ingressi à fol. 312. vsque ad* 320. Doctissimus Menoch. *de praesumpt. lib. 6. c. 69.* & fusius Robert. Maranta *in tract. de remed. possessor. à n. 210. cum seqq.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *De venatione, & eius prohibitione remissiuè.*
2 *Venatio per Baronem prohiberi non potest.*
3 *Textus in l. vnica, C. de venatione ferarum, lib. 10. limitatur.*
4 *Vassalli aduertant, vt dum fiunt banna, ne venentur, ab eis appellent, alias Barones in quasi possessione prohibendi constituuntur.*
5 *De venatione, & an possit prohiberi, & quando, & numer. sequenti.*
6 *Ius venandi quando acquiratur.*
7 *Venatio, an sit seruitus continua, vel discontinua, ad effectum praescribendi.*

1 AD hanc decis. de † venationis prohibitione, adde omninò Annam *sing. 59. in verbo, Baro.* & de venatione Suarez *libro communium verbo, themate.* Alia scribit Vrsillus
2 *decis.* 388. quod † venatio per Barones prohiberi non
3 potest, ex textu † *in l. vnica, C. de venatione ferarum, lib.* 10. quod limitatur, nisi ipsemet Baro emisset Castrum cum defensis, & venationibus, vt voluit Consiliarius de Bottis *cap. Regni Magistri forestarum.* Alios casus ponit Regens Tapia, Iureconsultus laboriosus, *in dicto cap. qui allegat hunc Praesidentem hac in decisione, omnino videndum.* Ego autem vidi plures decisiones Regiorum Consiliariorum, super grauaminibus Vniuersitatum variè factas; credo fortè ex facti mutatione, quia Diocletianus, & Maximianus Imperatores, dixerunt *in l. vt responsum, C. de transact.* vt congruum responsum accipias, insere facti exemplum, & decisiones mutantur ex facti diuersitate, & tempo-
4 re, vt dicit Vrsill. *in praedicta decis.* & debent † aduertere vassalli, vt dum fiunt banna, ne venentur, quod ab eis appellent, aliàs Barones in quasi possessione prohibendi constituuntur, vt dicit Gramm. *allegata decis.* 67 & Franciscus Marcus *decis. Delphinatus* 529. de
5 † venatione, an possit prohiberi, & quando, vide per Ariminum Tepatum *in tract. de var. iuris sententijs,*
6 *titulo, de Venatione, & piscatione*, † & quando ius venandi acquiratur, & de alijs, & an possit prohiberi, &
7 Crau. *cons. 314. & 317.* & Rol. *cons. 9. vol. 2.* Et † an venatio sit seruitus continua, vel discontinua, ad effectum prohibendi Andr. Gail. *obseruat. 66. lib. 2.* De hac quæstione, an, & quando venatio prohiberi possit, nouissimè videndus est Fachineus, *lib. 1. c. 1. iuris Controuersiarum.*

ADDITIO D. RICII.

VEnatio, quæ, & quibus instrumentis sit in terris Baronum interdicta subditis, hoc dicit ad materiam venationis, & præcipuè præsentis decisionis vide Ann.

Ann.*sing.*59.Capiblanc. *in prag.*14. *num.*27. *de Baronib.*Rouit.*in prag.*1 *de aucupibus* Mastrill. *in tract.de magistr.p.*2.*lib.*4.*cap.*18.*num.*45.& Venatio cum retibus pro capiendis animalibus quadrupedibus non prohiberi potest per Baronem contra vassallos in territorijs publicis Capiblanc. *in prag.*14.*n.*28. *de Baron. vide nostram collectaneam* 396. Mastrill. *in tract. de magistr.p.*2.*lib.*2.*cap.*18.*n.*45. Sixtin. *in tract.de regalib.lib.*2.*c.*18.*n.*77. potest tamen venatio prohiberi, vt non fiat certo modo, vel ne fiat cum sclopetis, vel quando inesset periculum personarum Capiblanc. *in pragm.*14.*n.*31.*de Baronibus*,& an venatio possit prohiberi per Baronem vassallis in syluis,fuit decisum,non licere cum Balistis,& sclopetis,nisi quoad apros, & lupos Ann.*sing.*59. hanc decisionem, & supra narrata optimè, & ad textum *pragmatica* 1. *de aucupibus adducit* Nouarius *in suis collectaneis*.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA
SVMMARIVM.

1 *Princeps an possit prohibere venationem, vel piscationem.*

2 *Barones an possint præsertim si in inuestitura sit clausula cum venationibus, vel iure prohibendi, & declarantur Natt.Thesaur.& Nouar.*

3 *Quid si Barones præscripsissent ius prohibendi, & quando præscribatur dictum ius.*

4 *Cum subditi petierunt licentiam venandi, an sibi præiudicent.*

5 *Venationes aliqua an possint prohiberi.*

1 IVcunda,& pergrata est materia aucupij,& piscationis, in qua ille præmittendus est articulus, an venationes possint prohiberi per Principes, & dominos non recognoscentes superiores, & Capiblanc. *de Baron.prag.* 4.*à nu.*35.*lib.* 2.*c.* 86. affirmat quia ius venationis est de Regalibus,& hisce temporibus indifferenter per Principes fieri prohibitiones sub pœna tradunt Medic. *in tract.de aucup.q.*5 Surd. *cons.*391. Nouar.*de grauam.vassall.grau.*71.sed Montan. *in tract.de Regal.in princ.sub nu.*11. Dicit Regalia posse constitui duplici modo, alio ex institutione Regnantis,altero ex consuetudine Regni, & de primo modo dat exemplum in Rege Alphonso secundo, qui reseruauit sibi venationem Fasianorum, & perdicum in quibusdam locis territorij Ciuitatis Neapolis, & prohibuit incidi arbores, & coli territoria in montibus dictis *delli Astroni*, *delli Serpi*, cum reseruatio pro venatione Regia, & respectu iuris piscandi sit de regalibus in fluminibus regalibus, hoc est nauigabilibus, & de altero modo inducendi regalia hoc est de consuetudine procedit,quando emanatis bannis populus non contradixit.

2 Barones non possunt vassallis prohibere venationem vt ex D. meo probat Cancer. *lib.* 2. *var.cap.* 2. *de iurisd.omn.iudic.numer.* 81. Guid. Pap. *decis.*54. Capibl.*de Baron. pragmat.*14. *à numer.* 35. Vel quia venatio est de iure naturali, vel quia est de regalibus quæ ad Barones non pertinent, & in generali concessione non veniunt, etiam quod sit dictum cum omnibus regalib.quòd Capibl.*prag.*8.*p.n.*88. quinimò dato millies feudi concessio sit facta Baroni cum omnibus Regalibus, imò, & in specie cum venationibus, iuxta communem stilum, certum est quod non censetur inclusa venatio sub concessione Regalium, ex eo quia non in toto Regno venatio est de Regalibus, sed in illis tantummodo locis, in quibus Rex principaliter illam instituit, & liberum erit cuique venari in reliquis Regni partibus, quando ergo Rex feudum concessit cum Regalibus,& venationibus, intelligitur si ibi Regalia, & ius prohibendi venationem possideat iuxta ea, quæ dicit Afflict. *in dec.* 334. & ibi Vrsil. semper enim Rex non intelligitur velle præiudicare iuribus tertij, & dum Rex venationem in feudo concesso non prohibuit, liberam illam reliquisse censetur, prout de iure, nec poterit Baro illam prætendere, & vassallis prohibere, ita post alios Ann. *singul.*59. Laganar. ad Rouit.*super pragm.in tit.de aucup.& venat* & extendo etiam si Rex tale ius prohibendi concessisset, nam quamuis hoc casu transire ius prohibendi tradūt Natt. *cons.*523.Thesaur.*lib.*1 *q.for.*22.*n.*4.Nouar.*vbi sup.n.*12. intelligerem quando Rex ibi Regalia, & ius prohibendi venationem haberet ex Afflict. *in dec.* 334. & ibi Vrsill.

3 Restringitur si Barones hoc ius præscripsissent,puta quod ipsi per publica proclamata prohibuissent venationem,& subditi prędictæ prohibitioni acquieuissent si enim desistant à venando, tunc domini constituuntur in quasi prohibitione prohibendi, hinc Iacob. de S. Georg. *in inuestitur.sua in vers. Et cum venationibus col.*1. dicit esse cautelam pro dominis terrarum, vt faciant prohibitiones per banna pęnalia, quam cautelā ego damno vti peccaminosam cum mala fide, & cum scientia non habendi ius venandi, & prohibendi venationem, è contrario subditis datur cautela, vt quamprimum ab eis appellent, ita Gramm. *dec.*67.*num.*14. & quamuis vassalli non appellent, sufficit si de facto contradicant continuando venationem, seu piscationem, ita Surd.*cons.*445.*lib.*3.Cancer.*vbi sup.num.*86. nec vassalli dicuntur acquieuisse prohibitioni, si semper piscati sunt, & si aliquando sunt pignorati Cancer. *lib.* 3.*var.c.*4.*de seruit.nu.*146.

4 Notandum erit,quod si non constat dominum consueuisse prohibere vassallis venationem, aut piscationem, constat tamen quod subditi cum voluere piscari soliti sunt petere licentiam à domino, non ex hoc Baro habebit intentionem fundatam, vt non possint ipsi piscari sine sua licentia in flumine, ita per Dec.*cons.*197. firmat Cancer. *vbi sup.nu.*91.*per tex.in c.*2.*§.cum autem de obseruat.ieiun.*ibi *Bonarum mentium est timere culpam,vbi non est culpa*,quamuis dissideant nonnulli relati per Cancer. quod aduertendum est in puncto decisionis, & traditis *num.* 14. vbi fuerunt producta proclamata per Comitem prolata, & non apparebat ab eis appellatum, & constabat licentia concessa per Comitem aliquibus ex ciuibus, & fuit prouisum, quod lite pendente abstineant vassalli, etiam à retibus in animalibus quadrupedibus, & datus terminus in causa, nam ex aduerso poterant vassalli se defendere per contradictionem de facto per continuationem venationis, & quod ipsis non obesset licentia petita ex ipsorum modestia, & Baro tenetur probare vassallos obediuisse cridis,Afflict.*dec.*265.*nu.*10.& censeo semper in dubio iudicandum pro vassallis habentibus iuris assistentiam pro libertate venandi.

5 Quæstionis est, an possit prohiberi venatio cum sclopetis non minoribus trium palmorum, quæ per pragmaticas sunt permissa extra loca habitata, & Capiblanc.*in prag.*14.*nu.*31. expendens hanc decisionem per quam prohibetur venatio cum sclopetis & balistis ad sagittas supplet, si locus est practicabilis,& insit periculum personarum, sentiens permittendam esse vassallis delationem dictorum armorum, & conuenit Rouit. *in prag.*1.*de aucup.& venat.num.*4. licet relinquat cogitandum, quod autem non possit prohiberi venatio,tàm cum retibus,quàm cum alio instrumento, non obstante *tex. in c. nemo retia de pac.ten.* exploratum videtur, nam *d.c.nemo retia*,non est receptum in Regno, cum pluries fuerit contra eum iudicatum, vt hic *nu.*7.Gramat.*dec.*67. Nouar *d.grauam.* 71.*n.*8. vbi re-

vbi reprobat Viuium cum quo concordat Rendell. *de pasc.2.p.c.7.vers.in quo sensu.*

SVMMARIVM.

1 *Haredes, in Burgensaticis, & feudalibus, tenentur ad solutionem onerum hareditariorum pro rata bonorum, qua ad vnumquemque ex haredibus peruenit.*

2 *Primogenitus, qui est successurus in feudo, vel in annuis introitibus super feudo vendito, seu venditis per defunctum, cum pacto de retrouendendo, mediante assensu, an solus subire debeat onus redimendi ipsum feudum, vel annuos introitus, vel in ea retrouenditione contribuere debeant secundogeniti haredes in Burgensaticis, pro rata bonorum, & nu. 8. deciditur, quod sic.*

3 *Emptor feudi, cum pacto de retrouendendo, est verus Dominus, & in eum transferuntur omnes prarogatiue, qua Domino irreuocabili competunt, & quomodo procedat nu. 10.*

4 *Annuos introitus designatos super feudo, cum promissione solutionis de propria pecunia, omnes haredes actione personali tenentur soluere, etiam re perempta, & idem in contractibus, vbi non interuenit talis promissio, sed tantum venditio, cum pacto de retrouendendo, & lucratione, eodem die coram eisdem Notario, & testibus. nu. 9.*

5 *Resoluto contractu, omnia in pristinam causam rediguntur.*

6 *Transactio, ne irritetur, debet iudicari valida, quando causa est dubia.*

7 *Transactio, vt rescindatur, necesse est, vt adsit lasio vltra dimidiam, habito respectu ad dubium litis euentum, licet secundum aliquos, in ea cesset remedium l. 2.*

DECISIO CLIX.

Feudum, vel iura ex feudo alienata per defunctum cum pacto retrouendendi medio assensu, an debeant etiam per secundogenitos heredes in Burgensaticis tantum redimi pro rata, an verò solus primogenitus qui in eo succedit reemere tenetur.

1 DICTVM est in prima Decisione, † heredes in feudalibus, & in Burgensaticis, teneri ad solutionem onerum hereditariorum, pro rata bonorum hæreditariorum,
quæ ad vnumquemque, ex heredibus peruenit, ad quæ
etiam est legenda apostilla Domini Antonij de Alexandro, *in consuet. si quis, vel si qua. fol. 311. qua incipit. Ad intellectum*, & nouissimè D. Bartholomæus
Camerarius *in repet. ca. an agnatus de nouo impressa, in q. 22.* & Arnoldus Ferro. *in consuet. Burgedal. in tit. de testa. lib. 2. § 2. fol. 266. vers. hoc loco interdum. Orta*
2 *fuit difficultas.* † quod si est facta venditio super bonis
feudalibus annuorum introituum, vel eiusdem feudi
cum annua perceptione, mediante Regio assensu, & in
defectum, super alijs bonis, cum promissione etiam
venditoris, soluendi de propria pecunia, cum pacto de
retrouendendo, an reemptio, seu onus ipsorum, debeat
in totum cedere in damnum primogeniti hæredis, in
feudalibus, an vero fieri contributio, modo vt supra
3 dicebatur pro secundogenitis, † hanc esse dominij
translationem, dominiumque cum pacto de retrouendendo, esse vere Dominum, in eumque transferri omnes prærogatiuas, quæ Domino irreuocabili competunt, ex dictis *in decis. 87.* quibus non obstantibus fuit
decisum contrarium, ex decis. Glos. Paris. *in § 11. in vers. vlterius quaero, num. 12.* per rationes, per eos allegatas, & maximè, quia intentio venditoris, verè non
fuit vendere, & transferre dominium rei super qua
facta venditio est, sed tantummodo designare terram
prædictam, vel introitus certos. Patet ex pacto de retrouendendo ex possessione retenta, ex condictione
per eumdem vēditorem facta, & ex promissione solu-
4 tionis de propria pecunia, † quam promissionem qui
vendunt irreuocabiliter, non faciunt, & cuius virtute,
omnes hæredes actione personali obligati sunt, ad ipsorum introituum, seu pecuniarum solutionem, ita vt
re perempta, etiam ad solutionem teneantur, prout dicit Didac. post alios per eumdem Paris. allegatos, *in tract. var. resol. lib. 3. cap. 7. ver. 4. si contractum istum, fol. 331.* quod etiam in casu, de quo agebatur exitus
comprobauit, quia venditis terris, super quibus erat
designata venditio, emptores isti, non vt domini, pro
retentione Terræ, vel introituum institerunt, nec Sacrum Consilium ipsos admisisset, sed pro solutione eorum crediti, de quo eis fuit satisfactum, quo casu dici
5 poterant, † resoluto hoc contractu, omnia hæc in
pristinam causam redijsse, *l. voluntate, quib. mod. pig. vel hypot. solu.* Accedebat in causa ista secundum vnum
ex Dominis, quod frater secundo genitus, iam transegerat cum primogenito, & volebat transactionem rescindere ex capite læsionis, prætendens venditiones factas super feudalibus modo prædicto, debere cedere
damno primogeniti, qui debebat succedere in feudis,
non autem pro rata bonorum prout supra dictum est,
6 vnum † quando hæc quomodo fuisset difficilis, ad hoc,
vt transactio non irritetur, quæ est fauorabilis, cum
tendat ad lites tollendas, vt dicit text. *in l. cum te, & l. quamuis. C. de transact.* per quæ iura ita Ias. *in l. fratris, in fin. eod. tit.* dicebat sufficere, prout eius validitate, per arbitros, & alias per Senatum, modo quo supra,
7 fuisse decisum. † & non irritare transactionem, quæ
ad hoc, vt rescindatur, necesse est, vt sit læsio vltra dimidiam, habito respectu ad dubium litis euentum, secundum vnam opinionem, de qua per Aym. *in consil. 151. neminem. pen. col. vers 5. transactio. 1. vol. quamuis,* secundum aliam opinionem, in transactione cesset
remedium *l. 2.* vt Aymo ibi congerit, & optimè D. Antonius Padilla, *in repet. l. 2. nu. 23. vers. quae com. ita, C. de rescind. vend.* licet etiam dictum fuisset, Socinum
in consil. 15. visis, 13. col. vers. 2. vero casu, 1. vol. tene-
8 re, † has venditiones pro quibusdam pignorationibus, & quod postquam valor iuris luendi Terras, & introitus venditos, cedebat in beneficium omnium, sic
& onus ipsorum luitionis, in damnum omnium cedere debebat, & sic fuit decisum, referente Domino Iacobo Annello de Bottis, in cam Herculis Mormili, cum
creditoribus Fabritij eius fratris, die 5. Iulij 1576. in
qua etiam decisum fuit, decisionem prædictam habere
9 locum, etiam in contractibus, † in quibus non erat
promissa solutio de propria pecunia, nec in defectum,
sed erant celebrata instrumenta venditionis, pacti de
retrouendendo, & locationis eadem die, coram eisdem
iudice, Notario, & testibus, & in instrumento locationis erat promissa solutio pensionis de propria pecunia.
Et ad id, quod dicebatur, emptorem vere fuisse effe-
10 ctum dominum, licet reuocabiliter, dictum fuit, †
quod procedat inter dominum, & hunc emptorem,
vel inter emptorem, & venditorem, non autem respectu heredum venditoris, inter eos, qui omnes sunt
obligati actione personali, vt erat defunctus. Dixit
vnus ex senioribus, quod hic casus millies debuit accidere inter fratres, sed quia erant fratres, & de bono,
& æquo solent procedere ad diuisionem, quòd idcirco
non reperitur in specie in Regno decisus.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Vidde *addita supra decis. 1. num. 24.*

Num. 5. Adde Io. Baptist. Costam *in tract. de retretrali fol. 76. nu. 12. & sequen.*

Num. 7. Vide vtrumque Annam *sing. 533* & Rotam Perus. *decis. 18. num. 62.* Gamam *in decis. 110 num. 15.* & nouissimè Viuium *decis. 529. num. 3. 4. cum seq.* D.

Io,

Io. Andr. Geor. *in alleg.* 34. *nu* 16. post Roland. *in cons.* 28. *vol.* 4. & Intriglio, *dec.* 45. *n.* 27. & Velascum *in consultatione* 18.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Onus soluendi censum annuum, appositum super re feudali per venditorem, spectare ad omnes hæredes vendentis.*

2 *Primogenitus heres in feudis tenetur contribuere pro rata feudorum, non pro rata, & portione hereditaria.*

3 *De annuis redditibus remissiuè.*

4 *Dans pecuniam ad decem pro centenario, si vult pactum à debitore annui census soluendi collectum, vel quid aliud, talis contractus in Regno nostro est nullus, tamquam factus contra formam Regiæ Pragmatica.*

5 *Immò subit vsurariam prauitatem, etiam si vltrà decem pro centenario, exigat reuerentiam, vel obedientiam.*

1 AD hanc decis. ex qua probatur † onus soluendi censum annuum appositum super re feudali per venditorem, spectare ad omnes heredes vendentis, & non ad primogenitum tantum, habentem rem feudalem, & ita decisum fuisse in causa Mormilli. Adde, post Bart. allegatum à Couarruuia, *in l. fundus quem. ff. de annuis legatis*, etiam Rodoanum in *tract. de rebus ecclesiæ non alienandis, Rubrica de constitutione annui census, numer.* 53. & Petrum Surdum, *cons.* 162. *nu.* 12. *vol.* 2. Nauar. *in tract. de Vsuris, ca.* 1. *n.* 14. *quæst.* 3. Ad hunc numerum 1. vide supra, Præsidentem, *decis.* 1. *numer.* 24. *& ibi* dico, & Tiraquel. *de iure primogenituræ,*
2 *quæst.* 35. *vers. Ego autem, numer.* 31. vbi, † primogenitus heres in feudis, tenetur contribuere pro rata feudorum, non pro rata, & portione hereditaria, & differentiam vide per Cassaneum *in consuetud. Burgundiæ, tit. des successionis.* §. *versic. sed quæro.* Et optimè Consiliarius Anna, *cons.* 4. *incip. In hoc vol.* 1. *omninò videndus*, loquitur post doctissimum Regentem à Ponte Marchionem Morcanis, cui plurimũ
3 debeo, *in cons.* 52. *incip. Punctus. Ad num.* 4. vide † de annuis redditibus *infrà decis.* 168. *incip. Magno num.* 7. 13. 15. & 16. & nouissime Regentem de Curte, *in primo libro Diuersorii iuris*, *fol.* 23. & ibi ponit deci-
4 sionem, quod dans pecuniam ad decem pro centenario, si vult pactum à debitore annui census, soluendi collectam, quod contractus in Regno nostro est nullus tamquam factus contra formam Regiæ Pragmaticæ, & ita decisum pro Don Alonso de Leiua contra Ianuenses, de quo aliqua etiam ponit Foller. *in sua Pra-*
5 *ctica Censuali*, & quod † etiam capiens reuerentiam vel obedientiam, vel quid aliud vltra decem ducatos pro centenario, committat vsuram tenet *Summa Corona Confessorum, & alii Summistæ, contra creditores*. Et Nauarrus aliqua *capitul.* 17. vbi de Bulla Pij V. super censura, & Antonius Thesaurus *dec.* 154. Osar *dec.* 95. & vide quæ dico *ad d. decis.* 168. *& ad n.* 1. huius decisionis vide Regentem prædictum à Ponte, *cons.* 13. *n.* 25. vbi de hac decisione meminit, & hunc Præsidentem, *dec.* 1. *nu.* 24. Costam, *quæst.* 24. *nu.* 10. *de Ratione rata.* Ad num. 3. ibi designare, Neapodan. *in consuet. Si qua mulier, num.* 210. *in fine.* Ad Num. 7. Annam patrem *allegat.* 9. & Grammat. *decis.* 66. *num.* 63. *optime.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Annuum censum impositum super feudo soluendum esse, tam per primogenitum successorem in feudo, quàm per hæredem in allodio deciditur.*

2 *Insurrexere contra D. Præsidem de Curte Molfes. D. Hodiern. & Reuert. sed immeritò.*

3 *Occurritur contrariis, & stabilitur decisio per Reg. Galeot. de Marin. P. D. Caiet. de Afflict. & alios.*

4 *Quando assensus Regis faciat venditionem in feudum affertur dissidium inter Montan. & D. Hodiern.*

5 *In dubio an censeatur facta in allodium.*

1 EXcelsum articulum proponit hæc decisio, an onus soluendi annuũ census impositum super feudo spectet ad primogenitum successorem in feudo, vel etiam ad hæredes in allodialibus, & ex *glos. Parisien. in* §. 2. *vers. vlterius quæro*, decisum fuit locum esse contributo pro rata bonorum, vt tam primogenitus, quàm hæres in allodialibus teneantur ad præstationem census ea ratione, quia principalis intentio venditoris census non fuit transferre dominium rei super qua fuit facta venditio, sed tantum designare certum corpus pro implemento Bullarum Apostolicarum super his venditionibus editarum quæ mens colligitur, ex promissione solutionis de propria pecunia, & ex pacto de retrouendendo cum retentione dominij, vndè cum obligatio annuæ solutionis promissæ respiciat personam debitoris, quæ repræsentatur per vtrumque hæredem, consequenter annuus redditus præstari debet per eos pro rata bonorum ex verisimili mente testatoris, vt ad mensuram vtilitatis ad eos peruenientis ex suis bonis, commensuretur rata grauaminis, hanc opinionem tenet Camer. *in rep c.* 1. *in* 22. *q. si an agnati*, quo loco indagãdo veritatem articuli dicit, quod licet resoluendũ videatur quod non teneatur hæres in allodialib. *arg. tex. in l. si certarũ, & l. hinc quæritur*, §. *hinc potest, ff. de milit. testam.* nihilominus concludit contrariam sententiam esse veriorem ductus ea ratione, quia feudum hæreditarium non sit separatum patrimonium ab allodio, sed vnicum, quod & aduertit Rouit. *in prag.* 24. *n.* 27. *de feud.* & D. meum sectantur, & comprobant de Marin. *lib.* 11. *resol.* 162. Montan. *in* §. *præterea Ducatus n.* 71. Prouenzal. *in consuet. si moriatur obs.* 15 *n.* 14. de Pont. *cons.* 52. *nu.* 24. *lib.* 1.

2 Pro hæredibus in allodialibus partes contra primogenitum tuetur Reg. de Curt. *in diuers. iur. feud. à nu.* 18. vbi euellere nititur hanc decisionem, & tenent Molfes. *in consuet. Neap. p.* 2. *de bon. q.* 12. *n.* 8. Garz. *de expens. c.* 4. *à n.* 40. *& de Curte*, oppugnat quod D. meus in fine asserit, nempè alienationes ãnuorum introituũ esse veras venditiones, sed inter emptorem, & venditorem, non autem inter hæredes venditoris, arguendo, quod hac assertione attenta vna, & eadem res diuerso iure censetur, quod absurdum taxat D. Hodiern. *controu. for.* 47. *n.* 10. & contra primogenitum testatur decisum Reg. Reuerter. *dec.* 144 *ex tex. in d. l. si certarum*, vbi est casus, quod si miles duo habens patrimonia castrense nimirum, & paganicum, duos instituerit hæredes, vnum in castrense, alterum in paganico, quilibet tenetur creditoribus satisfacere pro oneribus intuitu sui patrimonij contractis.

3 Quid-

3 Quidquid tamen velint allegati Autores recedendum non est ab hac decisione, quam defendit *Reg. Galeotl. 2. contr. 22. P. D. Caiet. de Afflict. in addit. ad controu. 47. nu. 55.* & obiectis respondetur, admittendo quod emptor census non acquirat directum, nec vtile dominium rei, super qua fit venditio census, sed bene dominium illius iuris percipiendi annuum censum, sicut qui emit seruitutem in fundo acquirit dominium illius seruitutis, non rei quę seruit, & quamuis sit translatum dominium illius iuris in emptorem, non est inconueniens, vt inter hæredes venditoris, qui tenentur actione personali ad illam annuam præstationem habeatur ratio oneris personalis, quo tenebatur defunctus ob intentionem illius consideratam in promissione solutionis de propria pecunia, & pacti de retrouendendo quæsiti pro omnibus suis hæredibus, & hypotheca generali omnium bonorum, quorum habenda est ratio potius, quam iuris translati super certo corpore, & vna, & eadem res potest diuersimodè considerari, vt in materialibus columna, cęmenta, signa, & similia, dum sunt separata ex se sunt res mobiles, sed dum sunt in ædificio, sunt immobiles, & plures insolidum obligati sunt singuli debitores respectu creditoris, sed inter se dicuntur fideiussores respectu illius, ad quem pecunia peruenit, & similia exempla alibi sunt allata, & de *Marin.* occurrit argumento desumpto ex *d. l. si certatum* respondendo, quod feudum hereditarium est vnum, & idem patrimonium cum allodio ex *Frecc de subfeud. lib. 3. in tit. de differ. ant. feud. ex pacto, & hered. diff 13.* & in terminis *consuetudinis si quis, vel si qua.* per quam statutum est, vt ciui Neapolitano sine filiis defuncto in bonis paternis, & omnibus per defunctum quæsitis succedant proximiores ex parte patris, in maternis verò proximiores, ex parte matris ita pariter sit locus contributo, vt quis plus habet, plus soluat. *Ant de Alex. in d. consuet. si quis, vel si qua, & de Marin. nu. 2* vbi tradit hoc iure hodie vti in S.C. vt nulla distinctio fiat, an onus sit super feudo, an super allodio, sed pro rata bonorum diuiditur.

4 Difficultas an si in assensu dictum sit, quod assensus proficuus sit creditori, & heredibus ex corpore eius legitimè descendentibus secundum naturam feudi penes feudatarium debitorem, & assensus sit Regis, qui potest dismembrare feudum penes feudatarium debitorem, & erigere alium penès creditorem, (quod non potest Prorex) & tunc *Prouenzal. vbi sup. n. 23.* sequitur opinionem *Reg. de Curte*, pro qua fusè discurrit *Montan. in repet. d. §. praterea Ducatus nu. 7.* vbi quod non repugnet huiusmodi feudum Cameræ, vel Canneuę, quod constituitur super annuis redditibus recipiendis ex Camera Domini, in qua obueniunt prouentus diuersimodè, & ex bonis immobilibus domini, & ex redditibus vassallorum, dohanis, & gabellis, potest etiam fieri super feudo, quod vnus inuestiatur de gabellis, & huiusmodi prouentibus, & alius inuestiatur de corpore feudi, & annui redditus constituunt formatum feudum, ita ex *Camer.* & alijs probat *Montan.* quidquid dissideat salua omni reuerentia *D. Hodiern. vbi sup. nu. 43.* bene verum etiam quod emptio census sit facta in feudum, si apposita sit clausula in assensus *natura feudi in aliquo non mutata*, & quia feudum iure Francorum est indiuiduum, non censetur diuisum feudum, & venditio dicitur facta in burgensaticum *P. Afflict. vbi sup.*

5 Annui redditus venditi super feudo cum assensu Regis censentur dati in aliodium, & burgensaticum, & non in feudum *Mastrill. dec. 55.* vbi recenset *Loffred. & alios* & confirmat ex eo, quod si fuerit facta concessio per Regem, alicui puta de ducatis centum super baiulatione alicuius terrę, in qua concessione nullum verbum de feudo, nec de burgensatico dictum sit, nec aliter fuerit reseruatum seruitium, non censetur feudalis, sed libera *Ann singul. 663.* secus si inter contrahentes appositū sit pactū, vt adhoa soluatur à vēditore, nā videntur declarasse, vt venditio censeatur facta in feudum, quamuis de stilo Cancellariæ apponuntur clausulæ, vt liceat Regiæ Curiæ exigere seruitium à quo voluerit.

SVMMARIVM.

1 *Habitare in domo communi pro indiuiso, quis potest, & quomodo procedat, nu. 2.*

3 *Pensiones domorum, tanquam fructus hereditatis, restituuntur, lata sententia iudicio petitionis hæreditatis.*

4 *Domus, quando non patitur commodam diuisionem fit adiudicatio per iudicem vni ex cohæredibus.*

5 *Fructus dicitur quis percipere, habitando in domo communi.*

6 *Pensiones domorum diuiduntur pro rata temporis, inter emptorem, & venditorem, vel inter hær. vsufructuarii, vel proprietarii.*

7 *Pensiones, fructus ciuiles dicuntur.*

DECISIO CLX.

Pensiones domorum à victo in petitione hereditatis debentur, quando domus commodam diuisionem pati non potuit, nec victor cohabitauit.

CVM accidisset casus, in causa Magnif. Michaelis Cossi, cum Magnif. Io Iacobo Cosso, super pensionib domorum sitarum in Ciuitate Neap. in Platea arcus, ad quas erat Io. Iacobus condemnatus. Dicebat Io. Iacobus, pro tempore, quo ipse habitauit in domibus prędictis, non esse liquidandas pensiones, ad quas fuerat con-
1 demnatus, † quia habitauit in re communi pro diuiso, destinata ad vsum habitationis. ex dictis *per gl. in l. Sabinus ff. communi diuid. & per Ias. in l. iurisgentium. §. si in 2. limit. ff. de pact. per Dec. in l. 1. in fin. vers. C. qui testam. fac poss.* plura ponit Ant. Thes. *in decis. 4 1.* vbi duas regulas affirmatiuam, & negatiuam ponit. Item, quia sententia lata in iudicio petitionis hæreditatis, condemnabat ipsum ad fructus perceptos, sed quia ipse habitauerat, non perceperat aliquas pensiones, ergo dicebatur, ad alias non teneri.

2 Ex aduerso dicebatur, † conclusionem primo loco positam, procedere, quando quis habitat in re communi destinata ad vsum habitationis, nec impedit socium, qui cum eo habitare vult quin habitet, sed quando denegat socio habitationem, vel negat socio vendicanti partem in domibus, non procedunt decisiones prædi-
3 ctæ. † Nam hoc casu, lata sententia in petitione hæreditatis veniunt etiam in restitutione pensiones, tanquam fructus hæreditatis. *l. ancillarum. §. sed, & pensiones, ff. de petit. hered.* & venient à die, quo quis scit à se peti. *l. item veniunt §. petitam. il 2. ff de pet hered.* & ad eos tenebitur, tanquam malæ fidei possessor. Nec potest socius dicere, quod ipse non impediuit socium, quin habitaret in domibus prædictis, in quo se fundant supradictæ decisiones, quia contrarium apparebat, ob denegationem restitutionis portionis actoris, quæ si, & à principio restituta fuisset, vel actor in ea habitas-
4 set, postquam erant consanguinei, † vel si domus commodam diuisionem recepisset, fuisset facta diuisio, vel quando non potuisset domus diuidi. fuisset facta adiudicatio vni ex coheredibus per iudicem iuxta terminos *l. ad officiū. C. com. diuid.* maximè, quia in hac hereditate erant alia bona communia. Nec dici poterat, non teneri ad pensiones pro tempore prędicto, quia nō perceperat, & sententia loquitur de fructibus perceptis: nā responsum fuit, quod cum ipse habitauerit. fructus iam
5 percepit. † Habitando enim quis fructus dicitur percipere. *l. si ss. qui §. 1. ff de pig.* vbi Bart. & Bald. & post eos Flori. Alex. per illā text. *in cōs. 141. viso themate, col. pen. vers. & cuius quo 5. vol.* & alias dictum est *in decis. 79.* quod

6 79. † quæ pensiones domorum diuiduntur pro rata temporis inter emptorem,& venditorem,vel inter hæredes vsufructuarij, & proprietarij, quia quis habitan-
7 do dicitur fructus percipere,† singulis diebus,& pensiones fructus ciuiles esse, dicit Bart. *in l. ex diuerso, in principio. ff. de rei vend. & in l. si nauis. eodem tit*, colligit concor. Alex. *cons.* 118. *viso processu. col. fin. 4. vol*, vnde ex prædictis decisum fuit in fauorem Michaelis, iunctis Dominis consiliarijs duarum Asilarum, M lono Actuario,me residente in Aula, vnde discessi, & decisionem præd etiam oblitus non posui, & cum accidisset similis casus in Aula vbi nunc resideo, licet non fuerit decisus, volui eum ponere.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Vide Thesaur. *decis.* 41. vbi duas regulas ponit, & plura allegat, in materia post Cepollam *cons. crim.* 4. *nu* 10. & Caualc. *in decis.* 25. *nu.* 18. Ioseph, Ludouic. *in suis commun. opinion. conclus.* 53. *ver similiter fol.* 122.

Num. 2. Vide Duenam *in regul.* 293. *fol.* 438. *in par-* *u s* & Thesaurum *loco citato num.* 1. 11. 13.

ADITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Socius vtens re communi, an teneatur ad pensiones consocio.*
2 *Vtens re communi an videatur vti re sua.*
3 *Vnus ex socijs si clam accipiat rem ab apotheca, vel domo communi, licet res, quam capit, sit communis, per socium accusari potest.*
4 *Rei communis furtum est impunitum.*
5 *Socio sicut non competit actio contra socium, sic in priuatis delictis nō cōpetit accusat. Intellige, vt in. seq.*
6 *Quod verum in dubio, quia præsumitur accipere partem suam, sed si constat de contrario de furto puniri potest.*
7 *Habens animalia ad soccidam, vendendo illorum fœtus non committit furtum.*
8 *Socius volens vendere, vel locare, tenetur potius socio, quam aliis vendere, vel locare.*
9 *Socius ex necessitate imminente rem communem reficiens, acquirit dominium totius rei per eum refecta si alter socius requisitus, infra quattuor menses suam portionem expensarum non soluerit.*
10 *Socius dum in communionem permanet contra aliū socium nunquam præscribit.*
11 *Vtens pascuo communi an præscribat contra compascuantem.*
12 *Socius volens habitare, an præferatur alteri volenti locare, & de aliis casibus, quando non conueniat in persona conductoris, vel quando vult inhabitare partem suam, & non vult conducere partem socii, vel res non est solita locari, & de aliis remissiuè.*
13 *Socius ex sæuitia socii à societate recedit.*
14 *Alia quæstiones inseruntur quotidiano vsui necessaria & nu.* 15. *& seqq. vsque ad finem.*

ADde ad hanc decisionem 160. Ioannē Bapt. Cost. *quæst. de Ratione rata*, & † an socius
1 vtens re communi teneatur ad pensionem consocio omninò, Baldum *in cap. Imperialem. § præterea Ducatus. n.* 7. *ibi. pone Titius*, qui ponit duas opiniones, affirmatiuam, quod teneatur ad pensionem pro rata, & negatiuam, quod ad nihil teneatur,
2 ea ratione, quod † habens rem communem, videatur vti re, sua, sed de hoc videndi sunt Hippolytus de Marsilijs, *in sing.* 369. qui firmat negatiuam. Ant. Gomes. *lib.* 2. *Resol. cap* 3. *in tit. de locatione, nu.* 14. *ibi; item quæro, si duo*. Cæpolla *consilio criminali* 4. *num.* 10.
3 Granuch *Theoremate* 2. *latè, & doctissimè*. Item † adde quod si vnus ex socijs clam accipit rem ab apotheca, vel domo communi, licet res, quam capit, sit communis, per socium accusari potest; Ita in terminis Hippolytus Aueroda, *in §. Constante, num.* 35. Sed de hoc videndus est Ioannes Bonifacius, *in tractatu de furtis, in §. animo lucri faciendi, nu.* 36. & 37. qui con-
4 cludit † rei communis furtum impunitum esse: quia
5 † sicut socio non competit actio contra socium sic in priuatis delictis non competit accusatio; quod verum
6 † intelligit in dubio: quia præsumitur accepisse partem suam; sed si constat de contrario, furtum esse dicit, & de furto puniendum, ex Alex. *in cons.* 17 *col. fin. vol.* 4. & *cons.* 104. *vol.* 1. licet in dubio contrarium esset, per ea, quæ Mascardus *de probationibus conclus.* 224. *nu.* 1. *qui plura dicit*; & ideo Scappius, *in tract. Iuris non*
7 *scripti, lib.* 5. *cap.* 145. *de furtis, num.* 8. dicit † habentem animalia ad soccidam, vendendo illorum fœtus non commitere furtum ex opinione Beluisij, *in sua*
8 *Practica, in titulo, de furtis, nu.* 21. † Quod autem socius volens vendere, vel locare, teneatur potius socio quam alijs, Paulus Fuscus *singul.* 48. *in verbo, socius*.
9 Quod autem socius ex necessitate imminente reficiens rem communem, acquirat dominium totius rei per eum refectæ, si alter socius requisitus, infra quattuor menses suam portionem expensarum ei non soluerit, est textus in terminis, *in l. si vt proponis, C. de ædificiis priuatis*, Cremensis *singul.* 97. Follerius *ad Marantam,* 4. *par. distinct.* 9. *num.* 102. Paul. Fuscus *singul.* 50. *verbo socius*. Cæpolla, *in tractatu de seruitutibus rusticorum prædiorum, vers. de refectione, nu.* 4.
10 Surd. *cons.* 43. Viuius *decis.* 217. *lib.* 2. † Quod autem socius dum in communione permanet, contra alium socium nunquam præscribat, communem dicit Baldus, *in tract. de præscriptionibus quarta par. quarta partis principalis*, 13. *quæstione per totum, per Glossam, in l.* 1 *in verbo pro socio, ibi durante societate, C. de annalib. exceptionibus*, & Ioannes Coppen. *nouissimè in decisionibus Saxoniæ, quæst.* 12. *num.* 17. *ibi fit expediturus, vbi dicit communem*. In qua quæstione quærit,
11 an † vtens pascuo communi, præscribat contra com-
12 pascuantem. Quod autem † socius volens habitare, sit præferendus alteri socio locare volenti, & de alijs casibus, quando non conueniunt in persona conductoris, vel quando vult inhabitare partem suam, & non vult conducere partem socij, vel res non est solita locari, & de alij, Menochius, omninò videndus, *in lib.* 2. *Arbitraris, casu* 442. *incip. cum superioribus*; & *ca-*
13 *su* 158. *incip. Sæuitia*; vbi, † quod socius ex sæuitia socij, à societate reddat, Ad hanc decisionem vide Costam, *quæst.* 10. *in tract. de ratione rata, de illa mentionem facientem*. Et omninò Ioan. Petrum Ancharanū, *in libro familiarium quæstionum*, 2. *quæst.* 28. *incip.*
14 *Memini*, qui † concludit, socium inhabitantem communem domum, non teneri alteri socio ad pensionem, & inde subnectit, quid si alter sociorum vult locare domum locari consuetam, indiuisam. & quid si vult locare pro parte, & de alijs, & de quæstione de qua hac in decisione agitur videndi sunt Menochius, *in cons.* 121. *n.* 103. *vers. & est receptum, volum.* 2. & *nouissimè*. Horatius C[illegible]nus *in lib.* 1. *consuetudinum Mediolanens. cap.* 4[illegible] *incip. Si quis*, & Doct. *in §. religiosum, in-Istitut. de rerum diuisione*. Frater, socius in territorio communi inuito socio, vel fratre, castrum ædificare non potest, & si frater maior cum minore ædificat, impensas non repetit. Boer. *quæst.* 320. *incip. Et memini*. Quod autem deficientibus istis tribus, Pacto, Patientia, & natura rei, in re communi ędificium socio non permittatur, & melior sit conditio prohibentis, est text. *in l. Sabinus, ff. commu. diuidundo*, & *in cap. in re cōmuni. de regulis iuris in* 6. & ideò Cautela est, quod fiat prohibitio antequā fabricetur, Magonius *in decis. Florentię* 46 *incip Emerat Horat*. & ideò in Audiētia Apulię, ex doctrina Floriani, *in l. parietem. ff. de seruit.*
15 *vrban. prædiorū*, † dicentis socium non teneri ad emēdā portionē impensarum factarum in refectione non
16 necessaria rei cōmunis, dicit decis. Anno 1583. † contra

tra quendam militem, qui murum communem refecerat absque necessitate. Alia ponit Caualcanus *in dec.*
27 *11.par.2.* An † autem diuisio inter fratres, & socios sit facienda sorte, quo ad socios, res est expedita, quod sorte: sed inter fratres, Canonistæ dicunt maiorem natu diuidere debere, & minorem optare. Legistæ verò, vel sorte, vel à iudice diuisionem faciendam, nisi consuetudo legitime præscripta aliud suadeat, ita nouissime Brunorus à Sole, *in Compendio propositionum iuris, in verbo, fratribus ad bonorum diuisionem*, post Ias. *in §. quadam, Instit. de action. latè disputantem.* Pro opinione Canonistarum scribit Guid. Papæ, *sing.92. & quæst.289.* Castrensis, *sing.8.* Mysing. *aliqua obseru.37. centuria 4.* Crecent *decis.210 in tit de Arbitris, ex cap.1. de parochis.* Pro opinione Legistarum Iaffredus Balbus, *decis.266* Andr. Gail. *obseruat.116.lib.2.* Sed
28 † quis dicatur maior quo ad istum actum diuidendi, an ille qui diu administrauit, vel ille, qui primo natus est. Rebuffus *in tract. de testam. artic.2. glos.4. nu. 14.* Menoch *lib.2. Arbitrariorum, latè 123. & 124.* Sed
29 de † *diuisione* facienda omninò videndus est tam inter fratres, quam socios Borgninus, *in allegata dec. 11. incip. Illust. sign. nu.33 incip. Circa il 7.* qui constituit differentiam quo ad diuisionem faciendam in locis Imperij, & Ecclesiæ; & videndus est Nicolaus Blaticus, *in Silua Memorabilium.*

ADDITIO D. RICII.

PEnsiones domorum à victo in petitione hereditatis debentur, quando domus commodam diuisionem pati non potuit, nec victor cohabitauit, hoc dicit.

Quia in hac decisione tractatur de re communi, nota, quod socius in re communi edificare, vel aliquid facere aliter non potest inuito socio *l. Sabinus, ff. commun. diuid.* Corn. *cons.40.* Loff. *cons.65.nu.5.vol.1.* imò socius ipse inuito altero socio minime ædificare valet in re communi inter eos, etiam permittente eo, qui seruitutem debet *l. si inter, §. fin. ff. de seruitut. vrb. prædior.*

Et hinc collige ad practicam, quod socius contribuere non tenetur vllo modo in refectionem parietis communis, aliter non necessariam, quam socius, volens altius tollere, facit ad fortificationem secundum Flor *in l. parietem ff. de seruit. vrban.* vnde socius non potest totum parietem destruere occasione reficiendi illum fortiorem *d. l. parietem.* & ibi Bart. & Flor.

Aduerte etiam, quod habens rem aliquam stabilem communem cum altero socio, quę egeat refectione, & ipse socius requisitus interpellatusque remaneat contumax, & obstinatus, si eo casu in præsenti reparatione, atque restauratione necessaria erogaret eroganda in totum de propria pecunia, & socius intra quatuor menses recusaret soluere, restituereque partem, & ratam suam amitteret absque dubitatione aliqua dominium partis suæ, & applicaretur ipsi socio restauranti *l. si vt proponis C. de ædif. priuat.* Ang. *in l. quidam liberus col.11. ff. de seruit. vrban. præd.* Bart. *q.17.* Ias. *nu. 133.* & alij vniuersaliter omnes *in l. admonendi, ff. de iureiurand.* Cremens. *sing. 98.* & ibi. Apostill.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Socius habitans in domo communi non tenetur ad pensionem, nisi impediret socium, quia habitet.*
2 *Carocc. dispungit glosam laudatam in decisione.*
3 *Num teneatur socius quanti conducturus fuisset arbitrio boni viri.*
4 *Socius conducens ad certum tempus, & continuans eo finito, an reconducere censeatur.*
5 *Quid si fructus est indiuisibilis omninò.*

1 SOcia præcedentis est decisio de socio habitante in domo communi pro indiuiso vt ille non teneatur ad aliquam pensionem ex *glos. in l. Sabinus, ff. commun. diuid. & Ias. in l. iurisgentium. §. fin. in 2. limit. ff. de pact. Dec. in l.1.C. qui testam. fac. poss.* nisi socius impediret alium socium, qui cum eo habitare vult, quin habitet *l. item veniunt, §. petitam. ff. de petit. hered.* & hanc cautelam elicit ab hac decisione *Fontanell. de pact. nupt. tom.1. claus.4. glos. 2.p.nu.8.* vbi existimat non teneri socium ad pensionem, si domus sit indiuidua, quando non impedierit socium, & pariter socius potest vti seruis, & animalibus communibus insolidum ad vsum destinatum, neque tenebitur ad solutionem mercedis, nec ad partem pretij, si pereant *Gom. cons.186. lib.1. D. Rocch. lib.1. not.60. de societ. mercat.*

2 *Carocc. de locat. & conduct. p.3. tit. de re commun. nu.19.* tangit articulum, & dicit quod *glos. in d. l. Sabinus* non loquitur de hac quæstione, nec de pensione aliqua, sed quod possent stare hæc duo simul, quod inuito socio habitet domum communem, sed in recompensam cogatur habitans socius soluere pensionem pro rata, quam opinionem non tenet, sed contrariam cum *Rom. Cons.168.* & alijs, imò tenet quod nec socius teneatur ad pensionem, quando domus est diuidua, nam tunc cautela est prouocandi ad diuisionem, ad hoc vt constituatur in mora socius, & teneatur ad pensionem, ita *Carroc. numero 25.* qui *nu.33.* tradit alteram cautelam, quando locauit socius alteram partem suam, & conductor impeditus fuit à socio.

3 Dubitatio oritur, an socius habitans possit cogi ad id quanti conducturus fuisset arbitrio boni viri, quamuis non possit conueniri ad pensionem ex locato, & videtur affirmandum, ex *Ias. in l. in summa, §. frumenti, ff. de cond. indeb. Mantic. dec.49. per tot.* conducit id quod firmat *Mantic. de tac. lib.5. tit 2. nu. 7.* quod debeatur pensio ex domo locari solita, & *Rot. dec.217. par.4. recent. tom.2. num.9.* sed tu dic, quod si vnus ex socijs vtitur tota re, & prædium est rusticum, tenetur communicare fructus, sed si est Vrbanum, & tunc si domus est ita ampla, vt socio sufficiebat sua pars, & nihil tenetur soluere alteri, secus vero si sua pars sibi non sufficiebat propter habitationem *Vbald. de duob. fratr. par.5. quæst. 9. Dyn. in reg. in re communi in add. litt. A. in medio de regul. iur. Ayl. ad Gomes. var. tit. de loc. & conduct. nu.15.* vbi allegat *Gregor. Lop. in l.20. tit.8. partit.5.*

4 Congruit quæstio, quid si conduxerit partem à socio

ad certum tempus, an eo finito si continuauerit socius habitationem censeatur reconducere, quod in facto habui, & affirmant *Mantic. de tac. lib. 5. tit. 2. num. 18. Mohed. dec. 13. de loc. & cond.* ratio est, quia debebat socius protestari se nolle reconducere, sed contrariam opinionem tenet *Sec. in l. seruus electione, §. Labeo nu. 3. ff de leg. 1. Mascard. de probat. lib. 7. tom. 2. conclus. 991. nu. 20.* quia cum possit socius iure proprio vti domo communi, & sic totam inhabitare, non tenetur ad aliquam pensionem addo: *Marilian. dec. 28. per tot. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 9. p. 2. nu. 7.* sed quæstio potest definiri alia conclusione contra socium habitantem, quod teneatur ex eo, quod videtur indigere parte socij, dum conduxit illam in præcedentibus annis, vnde succubuit ex hoc motiuo socius, qui prius conduxerat.

5 Si indiuisibilis est res aliqua inter hæredes, remedium est, vel vni eorũ res assignetur, & alteri reddatur æquiualens *l. ad officium, C. cõm. diuid. D. meus nu. 4. Gratian. discept. 905. nu. 16.* si non adsit res æquiualens inter socios, & consortes, diuisio faciènda est per licitationem, & præferatur qui magis offert, & hoc quando socij habent partes ęquales, si autem sunt dispares, & tunc pręferri eum, qui magis offert vult *Corn. cons. 81. vol. 2.* & in pari oblatione pręferri eum, qui maiorem partem habet tradunt *Capyc. dec. 36. Burat. dec. 350. nu. 3.* contrarium *Vrsill. ad Afflict. dec. 23.* & alijs probat *Fontanell. vbi sup. à nu. 75.* quod maiorem partem possit offerre ęstimationem socio per *text. in l. sancimus, C. de donat.* & confutat *Gratian. in dec. 179.* & alios volentes *textum* illum habere locum fauore donatoris, & ostendit procedere in omni socio habente maiorem partem rei communis, & ita vidi pluries practicari: intelligendum autem erit, quando socius maiorem partem habet iure proprio, secus si iure cesso vnam partem, & aliam iure proprio, ita Fontanell. qui refellit Cancerium tenentem contrarium indistinctè, aduertendum tamen erit diuisionem per licitationem cessare stante paupertate alterius partis propter impossibilitatem inueniendi pecunias necessarias *Caualer. dec. 7. n. 7. Cirocch. discept. 67. nu. 81. & 82.* Si autem adsit præceptum, quod domus palatium, vel similis res indiuisibilis non possit diuidi, locetur, & pensiones diuidantur, seù commoditas habitationis *Grat. discep. 905. nu. 19. iuxta text. in l. communi. §. cum de vsufructu, ff. comm. diuid.* excitata fuit quęstio in obs. 55. de fundatore Ecclesię, qui iussit dari patrono, quotannis candelam in die Purificationis B. M. V. aut alio die quod mortuo patrono pluribus hæredibus relictis, quamuis omnes sint patroni, attamen non omnes habebunt candelam, sed alternis annis per turnum, & facta fuit difficultas, quando fundator instituit hæredem in duabus partibus hæreditatis vnum, & in tertia parte alterum, & in hac re *Gratian. discept. 552. & 675.* respondet quod si sumus in Ciuitate Neapolis, in qua ius patronatus diuiditur per vncias hęreditatis, tunc habens duas partes hęreditatis habebit duas candelas in duobus annis, & alter vnam in tertio anno, sed ego dubito de hac opinione nam habens maiorem partem dicitur habere totum ius patronatus, & minor pars suffocatur à minore, *Rocch. de Curt. de iur. patron. verb. Ipse, vel ii. à quo nu. 5. & seq. Viu. an. de iur. patr. p. 2. lib. 12. c. 8. nu. 6.* & minor pars non est in consideratione *Lambertin. eod. tract. lib. 1. par. 2. q. 1. art 25. nu. 12. & 13.*

Adest alius fructus iurispatronatus omninò indiuiduus, vt ius vtilitatis in habendo alimenta in inopia, ius honoris processionis, & ius oneris in defendendo Ecclesiam, & sunt fructus totaliter indiuidui, ita vt in eis succedatur per capita, quia non potest fieri commoda diuisio, ita *Cardin. in clem. plures 3. col. de iurepatr. Anchar. cons. 355.* & non consideratur maior pars in vno patrono, quam in alio, sed ęqualiter sunt patroni, & per capita danda sunt alimenta, & honor processionis, & onus defendendi Ecclesiam, quod est vtile Ecclesię, nam plures defensores habebit, regula est etenim quod indiuidua quorum effectus in partes diuidi non potest transeunt insolidum, *l. si vsufructus, ff. de vsufr.* & facit quod notatur *in l. 2. C. libert. & eor. hered.* vndè si libertus offendit vnum ex pluribus patronis reuocatur in seruitutem, etiam inuitis alijs non offensis, sed in his fructibus existimat *Lambert. p. 3. lib. q. 4. art. 2* institutum in maiori parte hereditatis ratione pinguioris iuris debere pręferri, sed ego intelligo, vt per pręlationem compatronus non desinat habere ius honoris in processione, nec alimenta in egestate, nisi quando Ecclesia non sufficeret omnibus.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus bonorum maternorum, quod non quęratur patri, matre instituente filium, illum prohibendo, & an procedat etiam quo ad legitimam, nu. 6. & 7.*
2 *Vsumfructum habet in bonis maternis pater, illa ratione, ne vno, & eodem tempore priuetur, & persona, & bonis vxoris.*
3 *Auth. excipitur. C. de bon. mater. procedit etiam in bonis dotalibus penes patrem existentibus.*
4 *Verbum substantia, est generale, & significat patrimonium.*
5 *Dos est patrimonium mulieris.*
8 *Commoditas patris an debeatur in bonis maternis, etiam respectu legitima, licet ei fuerit prohibitus vsufructus.*

DECISIO CLXI.

Mater heredem filium instituens potest prohibere vsumfructum patri eiusdem, etiam in bonis dotalibus.

1 SI † mater filium heredem instituit, prohibere poterit in eius testamento, quòd vsusfructus bonorum maternorum patri non quęratur, *auth. excipitur. C. de bon. quæ liber.* & in corpore, vnde sumitur. Cumque Ioannella Ruffa filios heredes instituisset, fecit prędictam prohibitionem, quam prohibitionem dicebant creditores viri, qui interesse in hoc habebant, non valere in dotibus, quę penes patrem iam erant, & in vita vxoris, de ijs erat dominus,
2 † datur enim vsusfructus in bonis maternis, tanquã aduentitijs, ne vno, eodemque tempore pater priuetur persona, & bonis vxoris, vt declarat Paul. de Castr. *in l. si viua matre. C. de bon. mat.* & text. *in d. auth. excipitur.* & in corpore, dicebatur procedere in alijs bonis maternis, seu obuentis filio ab extraneo ex-
3 tra dotem. Dictum fuit, † text. *in d. auth. excipitur*, loqui generaliter, quodque cum dos filijs restituenda, inter bona materna numeretur, in eis habere locum decisionem ipsius, rationemque Paul. de Castr. non inferre, qui in matre prohibere possit, esseque veram, & procedere, non data prohibitione. Item dicebatur, tex. in corpore. vt liceat matri, & auiæ, in prin. dicere relicta filio legitima, reliquum substantię, quę superest, licere in quemuis disponere. † Quod verbum, substantia generale est, & significat patrimonium. *l. si. C. de*
5 *verb. sign* Alber. *in Dictio. in ver. substantia.* † Dotem autem esse patrimonium mulieris, dicit tex. *in l. 3. §. denique. ff. de min.* & de hoc non fuit dubitatum. Du-
6 bitatum tamen fuit, † an hęc prohibitio operetur respectu legitimę in qua est controuersia inter gl. *in d. auth. vt liceat matri. & auiæ. in ver. participium*, & Bart. *in d. auth. excipitur*, & vterque ipsorum habet sequaces, quos colligit Boer. *in decis. 194. sed ex hoc, in 1. par. in qua decis.* refert ipsos fuisse partitos in Mag.
7 Curia, & dispartitos, in Camera Inquęstarum, † & fuisse decisum secundum opinionem Bart. & Roder. Suarez *in rep. l. quoniam in prioribus*, latè examinat hanc quęstionem, & sequitur opin.

Bar.

Bar.in 1.lim.nu.2.ver.hæc præsupposito, fol.217.& Arnol.Ferro.in consu.Burdeg.lib.1.tit.4.§.1.fol. 109. ver. dubitatum tangit hunc articulum,& nihil decidit. Sacrum Consilium adhæsit opinioni gl. quam Boer. ibi dicit esse communem, & magis filijs fauorabilem, & declarauit prædictam prohibitionem in omnibus valere,& nouissimè accidit idem casus, & per vnum ex dominis Hispanis contra opinionem gl.pro opin. Bart. allegabatur Anto.Gomez in l.48.Tauri, Rim.iun. in §.1.n.152.insti. per quas personas nob. ius acqui. & Borg. in tract.de vsuf. mulie. relicto. num.236.& Io. Guttier.in rep.cap.quamuis in verbo nullam num.20. vers.imo quod est fortius,fol.414.de pact.in 6.Sed quia per Sacrum Consilium, ita fuit iudicatum, & Roder. Suarez dicit audiuisse secundum opinionem gl.fuiss. iudicatum in Cancellaria, & Salyc. in l.filijs matrem. C.de inoffic.testa. probat opinionem glo. quam dicit suos maiores tenere idcircò, reseruauit tamen ius, si quod forte competit patri pro commoditate, super
8 quo,†idest an competat hæc commoditas patri,nouissimè D.Ludouicus Molina in tract. de Hispan.primogen lib.1.nu.33.fol.151. vbi etiam de Boer. meminit, dicit opinionem Augeli relatam per Ias. in l. cum filiofa.ff.de leg.1.esse falsam,& tenet contra eum, quando tamen tractabitur de explicatione huius reseruationis;ponam quid Sacrum Consilium sentiet: verum est,quod eius opinio,ob suam auctoritatem, reddit me difficiliorem in sequendo opinionem Angeli, quam Regium Collaterale Consilium, ex relatis per me in decis.10 habuit pro vera, licet ibi principalis punctus illius decisionis non fuerit iste, & an hæc commoditas finiat morte, Tellius in l.5. Tauri nu.7. fol.59. Quid autẽ econtra,quãdo mater legauit vsumfructum integrum viro, an procedat in vsufructu legitimæ, & sic an mater possit hoc facere, videndus est Thes.in dec. 137.mater.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.1.Adde Ias.in l.filijs matrem num.3. in fin.C. de inoff.testa. Intrigl.sing.225. Alcam. Clem in tract.de patr.potest. effectu 2.nu.41. ver limita 3. fol. 67.in paruis; Adde quod hæc prohibitio de qua in præsenti decis. potest fieri non solum expressè, sed etiam tacite,secundum Rotam Lucens. quæ pulchre loquitur in decis.12. in nouis, & refert ita iudicatum, sequitur nouissime D.Garsia Mastrill. licet decis. prædictam, non alleg. in decis.59. & omninò Ludou. Morot. in cons.18.

Num.3.in fin.ibi relicta filia legitima:Adde Clemẽt. in tract.prædicto 16.effectu nu.14.fol.161.à terg.

Num.6.Vide Suarez in l. quoniam in prioribus in prima limit.nu.11.fol.216.in paruis C.de inoff.testam.

Num.8.Adde Paris.cons.157.nu.5.vol.4. Vide Clem. in d.effectu 2.nu.44.D Annam Moder.cons.51. nu. 8.9. & Intrigl.sing.20.& contrarium tenet Stepha.Gratian. in decis.79.nu.14 & seq. vbi post Rimin. Iun. dicit veriorem ex rationibus traditis per Riminald. quas refert Gratia.loco citato n.15.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 Filiusfamilias potest heres institui cum prohibitione acquisitionis vsusfructus in beneficium patris.

2 Prohibitio requiratur nè expressa, an verò sufficiat tacita.

3 Mater secundo nubens an possit plus relinquere filiis secundi Matrimonii, quam primi, dummodo vsusfructus patri non quæratur.

4 Pater cum non habeat vsumfructum, an possit dici legitimus administrator bonorum filii.

5 Pater in his, in quibus vsumfructum non habet tenetur reddere rationem filio.

6 Pater vsumfructum non habet, quando succedit cum filio in bonis filii.

ADde ad hac decis. omninò Vrsillum decis. sua 75. ad Afflict. & 241.incip. Quidam, Notarius; sed melius in decis.393. incip. Hieronymus Ferrayolus nu.2.3. & seq. &
1 † quod filius possit hæres institui cum prohibitione vsusfructus in beneficium patris, tenet Andr. in c.1.§. persona verò,vbi Liparulus,in tit per quos fiat inuesti-
2 tura,& † quod sufficiat prohibitio tacita,sicut expressa,tenet per plura Boer.in decis.193.incip. Nunc restat aliud dubium, vbi allegat Doctores, in l. cum filiofa-
3 milias,ff.de leg.1.& † quod mater secundo nubens, possit relinquere plus filijs secundi matrimonij, quam filijs primi, dummodo vsusfructus patri non quæratur.& quæ sit Cautela,ponit Duran.in tract. Cautelarum vltima voluntatis,65. & hoc annuit etiam Thesaurus decis. Pedemontanæ 170.incip. Mater quæ tran-
4 siuit.num.33. & ideo cum † pater non habeat vsumfructum non posse dici legitimum administratorem bonorum filij,concluditur,de quo videndi essent Glossa,& Bal.in l.cum oportet,§.fin.incip.Cum tacita, C.de bonis quæ liberis,& Bar.in l.fin.§.1.vbi Doctor ff. de verbor.obligat.post dicta per eum in l.lis nulla, ff. de iudicijs,& in l.si filii, ff.de iniuriis, quem Iason citat in l.non solum.nu.15.ff.soluto matrim & latis.Cardina-
5 lis Parisius,cons.157.nu.15. vol 4. & † de iure pater in his,in quibus ei vsusfructus non quæritur, rationem filio reddere tenetur, vt latè post alios Aimon, cons. 218.nu.3.vol.2 Collaterale consilium opinionem An-
6 geli veram habuit, quod † Pater vsumfructum non habeat,quando succedit cum filio in bonis filij, Crau. cons.37.Rol.cons.95.vol.1.latissimè,Quod potest cedere,vel alienare vsumfructum.Pinel.par.3.de bonis maternis,nu.30.& 40.& ad hanc decis. Gomez. in l.48. Tauri. Quod autem etiam in legitima fieri possit prohibitio,die 10.Octobris 1598. fuit decisum in hoc Sacro Consilio.

ADDITIO D. RICII.

MAter heredem filium instituens potest prohibere vsumfructum patri eiusdem, etiam in bonis dotalibus, hoc dicit. Aduerte quod hic est vnus ex casibus, in quibus patri non quæritur vsusfructus ex bonis filij, alios adducit glos.singular.in §.1. Auth. vt liceat mat.& auiæ, excipitur etiam peculium filij clerici Afflict.decis.241. quod autem in vsufructu bonorum feudalium, quod pater habeat vid.notat. per Vrsill.ad decis.numero 3 & Boer.decis.199. an autem per clericatum superuenientem pater amittat vsumfructum, quod non, vide text. in l.si patri. C. de vsufruct.Iser.in cap.1.§ Valuasores qui feuda dare possunt excipitur etiam vsusfructus feudi acquisiti à filio ex linea materna idem Isern. loc.cit. licet contrarium teneat Curt. in tract. feudorum p.3. num.46. & vide Afflict.decis.393.numer 3. vsque ad 7. vide Decium cons.5.239.662.607.326.& 389 Cassan. cons.6:& Afflict.decis.112.& 248.Tiraquell in retract §.1.glo.6.n. 23.& sequent.

Limitantur prædicta non procedere, quoad alienationem, licèt enim patri in prædictis non quæratur vsusfructus, tamen non potest absque consensu patris ea alienare, Soc cons. 112. volum.1. quod poterit sublimitari in alienatione necessaria, nam si filius heres instituatur, quod patri vsusfructus non quæratur, si commiserit delictum, ob quod bona publicarentur, isto casu bona possunt publicari Paris. cons. 157. volum. 4. licet limi-

tatio illa non procedat in contractibus inter viuos, sed tantum in donatione causa mortis, nam in contractibus inter viuos potest libere filius disponere, vt per Aym *consi.92.*

An autem mater possit relinquere legitimā filio, & quod non quæratur patri vsusfructus, quod non secus in alijs, vt per Bart. *in tractatu de duobus fratribus*, contra Baldum *in l. filia C. famil. ercisc.* & Boer. *decis.* 194. sed de hoc remitto te ad Capic. *decis.* 56. de differētia tamen inter prohibitionem vsusfructus factam à lege, & factam ab homine vide Isern. & Afflict. *in const. mu. oribus* & aduerte, quod prohibens vsumfructum, debet expresè prohibere etiam commoditatem fructuum, aliàs prohibito vsufructu pater haberet commoditatem fructuum, vt per Angel. *in §.1. instit. per quas personas nobis acquir.* & in casibus, in quibus patri quæri non potest vsusfructus, consolidabitur proprietario, auctor noster *decis.27.nu.8.* & quod pater emancipando filium, non possit sibi reseruare vsumfructum vide Aym. *cons.33.*

ADDITIO D. NOVARII.

QVod mater possit filio relinquere, ne patri quæratur vsusfructus affirmatiua est iuris regula ex Authen. excipitur hic allegat, & ita scribunt Franc. Marc. *decis.27. part.2.* Azeued. *in l.9. Taur. num.29. in fin. titu.1. lib.5. Recopil.* Trentacinq. *variar. resolut. lib. 1. resolut.4. de pecul.* Schrader *de feudis par.7. cap.6. num.7.* Castill. *de vsufruct. cap.3. nu.54.* Palaez *de maiorat. par.2. quæst. 3. nu.14.* copiosè Caldas *in l. si curatorem glos. læsis à num.144. de integr. restit.* Gratian. *in discept. Forens. cap.317. nu.24.* Modern. *de patr. potest. cap.3. nu.38. part.1.* Tusc. *conclus.124. nu.17.* Raudens. *cons.9. nu.162. volum.1.* Marta *decis.67. n.14.* Guttierez *in cap. quamuis gloss. nullum ad bona paterna nu.18. de pactis*, ita quod vsumfructum non quæri patri, si à matre, vel à quocunque alio, ne dum expresè sit prohibitus, sed si constet quoquo modo, etiam ex coniecturis de tacita disponentis voluntate, nolle illi acquiri posse tradunt Papon. *consil.64. n.34.* Valasc. *decis.108. n.34.* Fontanel. *de pactis nuptial. gl.7. p.3. claus.4. nu.22. & 23.* Gabr. *cons 118 vol...* Meno. *cons 1022 n.2* Surd. *cons.143. nu.21. & consil.116. n.51.* Boer. ita referens decisum *in dec.193.* Morot. *cons.18.* Suarez *in l. quoniam nu.10. C. de inoffi. test.* dummodo verba talia sint, ex quibus aliud quam perceptionis vsusfructus prohibitio deduci possit, vt ex pluribus scribunt Castil. *de vsufructu d.c.3. num. 57.* Fontanel. *d. glos. p.3. num. 25.* & Surd. *cons. 116. qui nu. 11. 12. 23. 39. 54. 55. 56. 64. & 70. explicat*, ex quibus coniecturis deduci possit prohibitam esse vsusfructus acquisitionem, vt etiam facit Aluar. *de coniect. mente defunct. lib.2. cap.3. n.106. & lib.4 c.3 n.6.*

Et quod ad legitimam vsque, etiam mater filium heredem instituere possit, cum additione, ne quæratur vsusfructus patri, tradunt Gabriel. *conclus.1. num. 20. de legitima* Vasq. *de succes. creat. §.10. num 234.* Crass. *in § legitima quæst.38. nu.12.* Trentacinq. *d. resol. 4. nu.3.* post alios antiquiores, sed contrarium, & verius, meo quidem iudicio, tenent Segur. *in l. vnum ex familia, §. sed si fundus nu.169. ff. de leg.2.* Vin. *decis. 187. n.10.* Gomez *in l. Tauri nu.11.* Fachin. *lib 5. controuers. tur. c.21.* Galganet. *de condit. & demonstrat. p. 2. c.1. q.58.* Suarez *in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testa.* magis communem Guttierez *in d. quamuis glos. nullum ad bona nu.19. & 20.* vbi articulo plenius discusso posse difficilè obtineri, contrarium refert, siue mariti timeat prodigalitatem, siue non Riminal. iun. *in §.1. n.152. & 153. Institu. per quas person. nobis acquir.*

Nota tamen quod omni casu, quo pater in bonis filij non habet vsumfructum eius commoditatem consequi debet, Milanens. *decis.3. nu.76. lib.2.* Tell. *ad l. Taur.5. nu.8.* Peregrin. *decis.102* Mathiens. *in l 9. gloss. 1. nu 3.* Montesperel. *consil.124. vol.1.* Surd. *decis.242. nu.5.* & nouissime Molfes. *in addit. ad consuet. Neap. quæst.2. nu.12. par.* nisi commoditatem ipsam, vel expressim prohibuerit testator, vt per Tepat. *variar. senten. in tit. de bon. qua liber. colu.5. versic. licet vel tacitè*, vt si dixerit patrem nullam in bonis filio donatis, vel aliter relictis partem habiturum fore, Peregrin. *in d. decis.102. num.6. & 8. in fi.* & sic credo posse concordari illam DD. sententiam tenentium contrarium à nostra conclusione firmata, vt fuerunt inter alios Castil. *de vsufructu. cap. 63.* Suar. *de maiorat. nu.15.* Mastril. *decis.51. nu.5.* Gratian. *decis.76. nu.12.* Lopez *in l.15. verb. vsufructu tit.17. part.4.* à Ponte *cons.31. nu. 5. vol.1.* Peregr. *de fideicomm. articu.45. n.6.* vel si prohibito vsufructu, si nec patri competat commoditas, alendus saltem sit Franc. *de feud. in titul. de his, qui feud. dar. poss. quæst.3. n.54.* nisi bona eo pacto sint data, ne filius patri præstet alimenta, Surd. *de alimentis tit. 1. quæst.17. nu.76. quod neque sapit æquitatem.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Matrem prohibere posse, ne in legitima, quam relinquit filio, quæratur vsusfructus patri firmat decisio. quam sequuntur Barry. Cancer. Altegrad. Marta, & alii.*

2 *Coarguitur decisio, à Reg. de Marin. Dom. Recch. & quampluribus.*

3 *Opinio Autoris pro validitate prohibitionis.*

4 *Pater in bonis filii, in quibus non habet vsumfructum, an habeat commoditatem, & sit administrator bonorum.*

1 AReopagi Parthenopei decisionis huius summi athletæ iuris sunt, qui demolitionem tentant super ea controuersia, vtrum mater prohibere valeat in testamento, nè acquiratur vsusfructus, patri etiam respectu legitimę, & S. C. adhæsit opinioni aienti pro filijs, quam tenent *glos. in Auth. vt lic. matr. & alia ver. Participium*, *Boer. dec.194* quos refert, & sequitur *Dom. meus Bald. Paul. Salic. in l. filiis matrem. C. de inoffic. testam.* & ita iudicatum refert *Thor. in compend. dec. ver. Prohibitio facta tom.2.* & in supremo Senatu Cataloniæ refert decisum *Cancer. var. lib.3 c 11. de sponsal. & matrim. n. 203.* & firmat *Barry de success. lib.16. tit.10. de legit. n. 4. Altegrad. cons.41. nu.54. lib.2. Paschal. de patr. pot. p.1. c.3. nu.38. Merlin. de legit. lib.3. tit.2. q.1. nu.7.* latè *Mart. de success. p.4. q.1. nu.36.* vbi dispungit autoritates contrarias.

Contrarium tenent *Bart. in Auth. C. de bon. quæ liber. Facchin. controu. lib.5. c.21. Nouar. hic in addit. Gratian discept.317. nu.23.* post alios de *Marin. lib.2. resol.128.* vbi refutat hanc decisionem, & ridiculum esse tradit, vt soluens ego creditori meo mille, quos ei debeo, dicerem illi, vt creditores tui nihil prætendere possim, eamdem opinionem tenet *Rota dec.239. p.5. recentior.* vbi quod filius non potest acquiescere conditioni in legitima appositæ, & *D. Recch. in respons.77. lib.1.* reprobat *glosam*, & decertat pro hac postrema sententia, & tradit S.C. nōn degustasse hic articulum, & opinionem *glosæ*, super qua fundata est decisio, esse erroneam, addo *Vrsill. dec.393.*

3 Difficilis ergò redditur resolutio, verum vt meam interponam sententiam non possum à decisione recedere, quam sequitur *Rota dec* 635.*p*.4.*recent.tom*.3.ratio est, quia vsusfructus quæritur patri testatore tacente, & se conformante prouisioni legis, secus si testator ipse prohibeat, & ad illud quod in legitima nulla lex imponi possit, respondetur verum esse de lege grauaminis, sed hæc non est lex grauaminis, sed fauoris, nec ista lex imponitur filio, sed patri, cui ab vxore non debetur legitima, ita Bald.*in l. filia*, *cuius num*. 21. *C. famil. ercisc. & in d. l. filijs matrem*, subdens quod *glosa* communiter tenetur, nam id quod grauamen non continet respectu filij, non reijcitur de legitima *Paul. cons.* 77.*lib*.1.*Farinac. de delict. & pen q*.15.*n*.44.& opinio *glosa* præponderare debet *Altograd. cons*.79. *lib* 1. *nu*. 16. & contraria opinio, quod nulla conditio possit apponi in legitima, etiam respiciens commodum filij, procedere posset eo reclamante, dum beneficium non confertur in inuitum, secus autem illo acquiescente, quo casu nec conditio odiosa reijcitur à legitima ad *tex. in l. si quando*, *§ generaliter*, *ff. de inoffic. testam*.& filio non petente reiectionem, alius petere non potest *glos. Bart. Bal. & alij in l. scimus*, *ff. de inoffic. testam. Ar. de Mes. variar. resol. lib*.3.*c*.42.*n*.21.*Rot. dec*. 342.*nu*.3.*p*.5.*recentior. & à D. meo* militat *Viuian. Cirocch. discept*.7.*à nu*.26. ita constanter teneo, dum conditio non est odiosa, sed fauorabilis.

4 Pater in bonis, in quibus vsumfructum non habet, an saltem debeat habere commoditatem, controuersa est quæstio, de qua aliquid scriptum est in *obser*.10.*nu*. 5. nihilominus omittendum non erit, quando prohibitio procedit ab homine, tunc nec commoditas quæritur patri, *Paschal. vbi sup. nu*.9.*vers. Pro harum verò opinionum concordia*, *& multo fortius de Pont. cons*. 19.*n*.29.*lib*.1.*Pacific. de Saluian. inspect*.3.*c*.2.*nu*.755. *in fin. Mastrill. dec*.88.*nu*.6.*Viuian. Cirocch. discept*.6. *n*.46. *Altograd. cons*.50.*nu*.247.*lib*.1. nec pater erit administrator filij, quoties prohibitus est vsusfructus, *Cald. in repet. l. si Curatorem habens nu*.147. *ver. iasis Ferrer. in constit. impuber. glos*.4.*num*.239. *Giurb. Cusell. & alij*, quos refert, & sequitur *D. Staib. obs*.11.*ad resol. num*.60. reiecto *Fontanell.* sed tu distinguas, vt in *obs*.10.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias an possit contra patrem eius debitorem, præsentare instrumentum via Ritus Magnæ Curiæ Vicar.*
2 *Verbum quibuscunque est generale, & comprehendit personas maiores expressas, & alias non comprehensas, limita, vt in nu*.13.*in fi.*
3 *Verba generalia, generaliter sunt intelligenda, limita. numero*. 14.
4 *Lis inter patrem, & filium esse potest de iure canonico, & in casibus, in quibus patri non quæritur vsusfructus, de iure ciuili.*
5 *Donatio annuæ quantitatis facta à patre, filio, contemplatione matrimonij, valet, & patri nihil quæritur, quia ratio acquisitionis cessat sibi ipsi.*
6 *Lis super præsentatione instrumenti, via Ritus Magn. Cur. an & quando sit criminalis, vel ciuilis, & n*. 15.*distinctio.*
7 *Citatus super tenore instrumenti, si probat per testes, vel per instrumentum satisfactionem, ipse liberatur, & actor punitur, tanquam calumniator, & periurus.*
8 *Filius non accusat patrem criminaliter, siue sit paruum, siue magnum crimen, vbi superest remedium ordinarium ciuile.*
9 *Subditus contrahens cum Domino, non potest contra eum agere ad pœnas.*
10 *Leges inter patrem, & filium, intra domos debent terminari.*
11 *Actio famosa filio aduersus patrem non datur, imo nec actio de dolo, sed in factum.*
12 *Pater non tenetur nisi in quantum facere potest.*
13 *Pater non carceratur pro credito filij.*
14 *Dispositio, quamtumuis generalis, non comprehendit casus specialiter prouisos.*
16 *Causa criminalis dicitur, quando pœna, etiam quod sit pecuniaria, applicatur fisco.*
17 *Natura, & origo rei non mutatur ex causa superueniente.*

DECISIO CLXII.

Filius an possit patrem conuenire, & condemnari facere, secundum ritum magnæ Curiæ, qui habet quod executio fit contra condemnatum realiter, & personaliter, imo, & cum pœna, quæ fisco applicatur.

Filius citare fecit patrem super tenore instrumēti, pro solutione certæ annuæ quantitatis ei promissæ tempore contracti matrimonij, virtute Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, cuius virtute quando conuentus condemnatur, fit exequutio contra eum, realiter, & personaliter, & exigitur à condemnato debitum, & ad præsens pœna pecuniaria, quæ fisco applicatur. Dubitatum fuit, † an filius, modo prædicto, possit patrem accusare, & conuenire: Quæstio non fuit decisa, quia partes transegerunt, volui tamen super hoc subscripta subscribere, vt cum casus acciderit, possit facilius decidi. Pro filio faciebant verba Ritus, dum generaliter loquitur de debitoribus quarumcunque personarum, † quod verbum, generale est, comprehendens etiam maiora expressa, & personas, aliàs non comprehensas ex *glo. in clem*. 1. *in ver. quibuscunque*, *de iudic* congerit concord. ad glo. prædictã, & ad multa infert Tiraquell. *in tract. de retract. lignagier*, §.1.*glos*.7.*ver*.4.*intellige*, *nu*.20.*fol*.78. & Cotta *in memorial. in ver. quibuscunque nouissimè* idem facit Cannetius, *in extrauag. Regni Siciliæ volentes*, *in c. idem videtur dicendum*, *in principio*. *fol*.42. † vnde cum verba sint generalia, sunt generaliter intelligenda *l*. 1. §. *& generaliter*, *ff. de leg. p. æstan*. Item pro filio facit, † quia hodie lis esse potest inter patrem, & filium de iure canonico, & ita limitatur *l. lis nulla ff de iud.* secundum Pau. de Castr. *ibi*, & plenè Ant. de Cordu. *in prin. l. si quis à liberis*, *n*.61.*ver. hoc autem fol*.6.*ff. de liber. agnos*. & in casibus, in quibus patri non quæratur vsusfructus, vt prosequitur Pau. *ibi*, & latius Iacobi. † prout erat in casu, de quo agebatur, in quo erat facta promissio, seu donatio annuæ quantitatis filio, etiam cum iuramento, in contractu matrimonij, quo casu valida est donatio. Guid. Papæ *decis*. 245. meminit Cassaneus *super consuet. Burgund. in titu. de droit*, *& appartenaces*, *& c. rubr*.4.*fol*.498.*ver*.5. *quia num*.26. & cessat ratio acquisitionis sibi ipsi donanti, plenè Crotus *in repet. l. frater a fratre*, *in* 12.*q. in* 1 *limita num*.71 *ff. de cond. indeb*. Sed lis super præsentat. instrumenti, est ciuilis, † ergo non videtur filius prohiberi, quod præsentet instrumētum contra patrem, quod autē sit ciuilis, probatur ex Ritu eiusdem Magnæ Curiæ, *incipiente*, *Item seruat dicta Curia*, *quod in causis extraordinarijs*, *fol*. 102. *in antiqua impressione* idem colligitur *ex c. litterarum Serenissima Regina Ioanna secunda*, *sub data die* 29. *Ianuarij*. 1420. quando mandat, quod Capitaneus Ciuitatis Neapolis non possit cognoscere de causis ciuilibus, nec super tenore instrumenti, sed tantum de causis criminalibus iuxta ordinē antiquitus obseruatum, ex quo c. apparet, causam præsentationis instrumentorum esse extra causas criminales. Item in notabili super Ritu prædicto, incipiente, nota quod ille Ritus, dicitur, sententiam ciuilem dari quo ad fortem: vnde ex prædictis videbatur dicendum, quod deberet decidi in fauorem filij, maximè quia duxerat vxorem cum modica, dote & tempore contracti matrimonij erat ei facta

facta donatio, seu promissio. Pro patre facit, quia causa
prædicta appellatur criminalis: apparet ex alio notabili
in eodem Ritu incipiente, nota quod ille, qui carcera-
tur, dum dicit, quod contra debitorem non obseruan-
tem, fuit processum ad condemnationem mutilationis
manus licet pœna non fuerit exequuta. Item ex Ritu
incipiente, Item seruat ipsa Curia, quod si aliquis appa-
ret, quod si conuentus in termino dato, non probat sol-
uisse, condemnatur ad mutilationem manus, & pro pe-
riurio potest quis foriudicari, licet de æquitate non fiat.
dicit alius Ritus, qui incipit. Item seruat ipsa Curia,
quod pro periurio, & ad foriudicationem non procedi-
tur nisi in causis criminalibus *vt in constitutionib. Re-
gni allegatis in dec* 102 & hunc Ritum inualescere
criminalitati, aliqua ponit Mari. Frecc. *in tract. quem
dedit super Ritu prædict. in 6. par. fo 14 in c. incip. quod*
instrumentum præsentandum sit iuratum apparet etiã
quod causa super tenore instrumenti, virtute Ritus
7 prædicti sit criminalis, † ex quo, citato reo, si allegat
satisfactionem, & ipsam probet per testes, vel per in-
strumenta, conuentus liberabitur, & actor punietur
tamquam calumniator, & periurus, vt apparet ex Ritu
prædicto inci. item in casu, quod non fit in causis ciui-
libus, quia actor in hoc casu condemnatur ad expensas,
& alia, de quibus *in l. eum quem temere, ff. de iudi.* ap-
paret, etiam quod sit criminalis in modo exequutionis,
quia in causis ciuilibus proceditur ad exequutionem
super bonis, & in subsidium deuenitur ad exequutio-
nem in persona. *l. a diuo Pio § sententiam Romæ. cum
§. sequentibus. ff de re iudi.* In iudicio vero huiusmodi
super tenore instrumenti incipitur ab exequutione, ad
electionem creditoris, vel in persona, vel in bonis, &
quod sit criminalis propter periurium dicit Affl. *decis.
64. quidam mercator.* Si igitur causa est criminalis, suc-
cedit pulchra dec. Sali. *in l. iniquum, col. fin. C. de accus.
8 non poss.* † quod filius non accusat patrem, vel quod
crimen sit paruum, vel magnum vbi superest remediũ
ordinarium ciuile, quod in casu, de quo agebatur, erat
clarum: nam pater, pro solutione huius quantitatis po-
terat conueniri pro hac opinione, quam tenet D. Ma-
rin. *in tract. prædicto 12 par. q. 1 fol. 99.* adducit tex. *in
l. si quis maior C. de transact.* quo, vltra aliàs pœnas ibi
statutas, imponitur non obseruanti pena infamiæ, quod
9 roboratur, † quia subditus contrahens cum domino,
non potest contra eum, agere ad pœnas, *d. l. si quis ma-
ior* Iacobi. *in l. Ciuitas, in ver. si quæsitum fuit à me ff.
si cert. peta,* & alia generalia adduci possunt in fauorem
10 patris, videlicet † congruentius esse res inter patrem,
& filium intra domos terminari. *l. congruentius C. de
11 patr. potesta.* Item, † non dari aduersus patrem, ad in-
stantiam filij famosas actiones. *l. parens, ver. sed nec fa-
12 mosa. ff. de dolo exceptio.* † & patrem non teneri, nisi in
quantum facere potest. *l. sunt qui in id ff. de re iud. cum
concor* & sic carcerari non potest, vt est dictum *in deci.
13* 164. Accedat, quod pro † credito filij, pater non carce-
rabitur. Ange. *in l. inter eos. ff. de re iud* cuius contra-
rium erit, si procedetur contra eum via Ritus. Et in no-
uissimè impresso lib. D. Minadoi, apparet, ipsum sentire
pro patre in dec. 20. licet inter nurum, & socrum appa-
reat fuisse difficultatem, prout etiam dicit Freccia *in lo-
co superius secundo loco allegato.* in quo etiam tenet in
fauorem soceri, & pro parte patris respondebatur ad
allegata in contrarium, quia quamuis dictio, quibus-
cunque, generalis sit, restringetur tamen per alia iura
loquentia in beneficium patris, ita Sali. in propria ma-
teria, *in d. l. iniquum, ver. in contrarium facit.* Pro quo
14 facit regula, † quod dispositio quantumuis generalis,
non comprehendit casus specialiter prouisos. *l. fi. vbi
glo. C. de silentiarijs, lib.* 10. ad quam multa ponit Fel.
*in c. ne ve Romana, 3. col. ver. valet, & iterum. 9. col.
ver. 2. dispositio. extra de rescript.* & de eo meminit Ias.
*in cons. 56. circa. 2. col. 1. volum. & in cons. 105. in causa
2. col. vers. 2. principaliter, eo. vol. 1.* Nec obstat, quod
causa sit ciuilis, vt ex Ritibus prædictis, quia dicebatur,
15 esse distinguendum, quod causa est ciuilis, † quia prin-
cipaliter agitur ad sortem per actorem, ideo dicitur in
notabili supra allegato, quod datur sententia ciuilis
quo ad sortem; respectu verò pœnæ quæ venit ex non
16 solutione, † quia applicabatur fisco, etiam quod sit
pecuniaria, dicetur causa criminalis, vt per Bar. *in l. 3.
ff. de sepul. viol.* per Abb. & Dec. *in rubr. de iudi* &
quamuis pœna corporalis, quæ per prius imponebatur
contra non seruantem, sit hodie per consuetudinem
sublata, nihilominus, stante, quia pœna pecuniaria ap-
plicatur fisco, dicetur criminalis, ex prædictis, & etiam
17 remanebit criminalis, quia natura, † & origo rei non
mutatur ex causa superueniente: confert ad hoc pul-
chra dec. Lucæ de Pen. *in c. Regni incip. cura nobis,
quem refert,* & sequitur Affl. *in Const. Regni eos, qui
scienter in 1. col. in 2 q. &* Maran. *in suo specul. 2. casu
3. q. in ver. proceditur per inquisitionem, col. fi. ver.
vnum tamen scias in mag. fol. 53. &* pulchre Neapo. *in
cons. viro mortuo, in verbo dot. s ipsas,* & ex prædi-
ctis, & alijs, veritas colligi potest.

ADDITIO D. VISCONTI.

AN frater possit carcerari facere fratrem pro debi-
to ciuili, insignis Thesaur. *decis. 119. refert indi-
catum quod non;* & Doctissimus Senator, eius filius
sequitur, & ampliat procedere etiam in socero qui car-
cerari non potest ob reuerentiam ei debitam, & ita
iudicatum refert, sed in contrarium est *decisio huius
Domini* 366.

Vide Frecc. *de præsentatio. instrumentorum p. 12. q. 1.
num. 5.*

Num. 5. dum alleg. Guid. Pap. Addo *infra decis.*
205.

In eodem, num. ibi, & cessat ratio acquisitionis; Adde
Annam Sen. *in alleg. 73. nu. 3. & seq. in c. 1. num. 95. de
vassall. decrep. ætat.* Intrigl. *in d. singul* 20.

Nu. 14. Adde Alc. *cons. 123. n. 16. vol. 4.* Natt. *cons. 274.
sub n. 1.* Loffred. *cons. 35. nu. 14.* Affl. *in Const. ea quæ nu.
34. infra decis.* 181. *nu. 6.*

Num. 16. Adde Mascard. qui hunc locum alleg. *de
probat. conclus. 463. num. 1. vol. 1.* Baiard. *post Clar. &
alios in addit. ad eum § fi. quæst.* 1. Vide pragm. Re-
gis Ferdinandi Illustr. Viceregi *posita etiam inter cap.
Regni num.....* vbi super ea multa scribit Niger, Ca-
piblanc. *in tractat. de Baron. fol. 109. numer. 165. &
seq.*

In addit. dum allegat Affl. decis. 64. Adde Carauit.
in Ritu 182. num. 9. & Muscatell. *de fideiussor. q. 2.
num. 12.*

Vide *infra decis. 353. num. 7.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Frater an possit carcerari ad instantiam fratris pro debito Ciuili, & an conueniri in solidum.*
2 *Instrumentum an possit liquidari contra matrem.*
3 *Quid in socero.*
4 *Quid inter patrem, & filium.*
5 *Et quid in Genero contra Socerum.*
6 *Quid in nuru.*
7 *Instrumentum an possit liquidari pro tacita promissione, quæ resultat ex instrumento liquido.*
8 *Quoties quis remedio ciuili experiri potest, frustra confugit ad criminale.*
9 *Causa instrumentalis an dicatur criminalis.*
10 *Causa, quæ dicatur ciuilis, quæ criminalis, & num. 11.*
11 *Finis, id est pœna imponenda distinguit pœnam Ciuilem à Criminali.*

A D

1 AD hanc decis. 162. adde, an frater pro debito ciuili possit carcerari ad instantiam fratris? Dic quod non, sed quod possit conueniri insolidum, fuisse decisum dicit Thesaurus
2 *decis. Pedem. 119. Frater. vbi disputat.* Quod autem † instrumentum liquidari possit contra matrem, est *decisio infra 366. Conuenit etiam*, vbi in casu Marchionissæ Vasti hoc fuisse in facto dicit, & in d. decis. determi-
3 natur principaliter † instrumentum capitulorum liquidari posse contra socerum. Ad hanc etiam decis. adde quod idem hic dicit Præsidens, dicit Rouitus *in Pragmatica de instrumento, quarta liquidat. num. 2. ibi.*
4 quod † non liquidat filius contra patrem, sed † gener
5 contra socerum, sic, per *decis. 266.* Sed quid † in nuru
6 contra socerum, allegat decis. Minadoi, quod † instru-
7 mentum non possit liquidari pro tacita promissione, quæ resultat ex instrumento liquido; Præsidens *infrà decis. 325.* & alia ad longum ponit Rouitus *in Pragmatica, De Instrumento. 4. liquidatione, notabilia post alios*, & post Tartagliam *in sua Practica Ciuili, & alios Scribentes, de liquid. instrum. nouissimè ibidem.* Ad numerum 8. adde Crauet. *cons. 6. num. 75. vol.....* vbi quod † quoties quis remedio ciuili potest experiri, frustra confugit ad criminale. Ad num. 14. adde omninò Gabriel. *lib. Concl. 7. de Regul. iuris Conc. 1. dico in tit. De Legib. Conc. 1. fol. mihi 738.* Ad num. 18. de causa
9 criminali, an causa instrumentalis dicatur criminalis † omninò vide Foller. *in sua crim. pract. verbo, audiantur excusatores, nu. 96.* Sed vnum adde, ad sciendum,
10 quæ † dicatur causa Criminalis, vel Ciuilis, quod dicit
11 tex. *in l. quod statum, ¶ ers. sententia, ff. de pœnis,* † quod finis id est pęna imponenda, distinguit pœnam ciuilem à criminali, vt latissimè dicit Menochius *de Arbitrar. iudicum, lib. 1. q. 82.* ideo de causa iniuriarum ciuiliter intentata, Iudex Ciuilis, de Criminaliter intentata, Criminalis cognoscit, & ita Carauita, *ad d. l.* dicit, de quibus vide notata *ad l. 3. ff. de sepul. violato.* Ad nu. 4. adde *supra decis. 52. nu. 4. 205. & Viuium decis. 257 incip. Donatio.* quod causa liquidationis instrumenti sit criminalis, dicit Afflict. *decis. 64.* vbi Addentes optime scribunt, & Doctor Rouitus *in vltimo Commento ad Pragmaticam 4. de liq. instrum. in fine.*

ADDITIO D. RICII.

FIlius an possit patrem conuenire, & condemnari facere secundum ritum Magnæ Curiæ, qui habet, quod executio fiat contra condemnatum realiter, & personaliter, immò cum pœna fisco applicanda, hoc dicit, concluditur in hac decis. filium non posse accusare patrem vigore instrumenti liquidandi via dicti Ritus, hoc etiam annuere videtur Galter. *in pract. criminal. instrument. secunda secunda partis num. 31. & sequent.* Battagl. *in addit. ad Cyn. in l. qui in potestate C. de in ius vocand.* & in hoc pater est magis priuilegiatus, quam alij, quibus competit beneficium, ne conueniantur, nisi in quantum facere possunt Marant. *cons. 30. num. 1.* nam in liquidatione instrumenti criminaliter proceditur ratione periurij iuxta notata per Afflict. *decis. 64. sub num. 2.* & consequenter post quam debitor incidit in periurium à prædicto beneficio iustè repellitur, vt benè consuluit Marant. loco citat. & ideo non procedit in patre, nam cum filius accusare non potest, vt pulchre dixit Salycet. *in l. iniquum col. fin. C. qui accusar. non possunt*, & consequenter remoto delicto remanet hæc exceptio in suo robore. in alio etiam pater est magis priuilegiatus, quam alij, nam dicto beneficio renunciare non potest etiam cum iuramento, prout pluribus auctoritatibus probat Baez. *in tract. de inop. debit. cap. 17. num. 35.* vltra quod pactum, quod filio liceat carcerare patrem est abominabile, & execrandum, & propterea super eo præstitum tamquam contra bonos mores seruari non debet c. non est obligatorium de regulis iuris in sexto Paschal. *de Virib. patr. potest. part. 2. cap. 9. sub num. 13. qui numer. 14.* ampliat hoc etiam procedere in auo, & omnibus alijs ascendentibus vtriusque sexus, vt probatur *in l. sunt qui in id, ff. de re iudicat. in verb. item parens*, nam parentum appellatione veniunt omnes ascendentes, prout in specie tradit Surdus *in tract. de aliment. tit. 1. quæst. 78. num. 4.* & sequitur ampliando idem esse in patre spirituali, cui hoc beneficium quoque competere testatur idem Surdus *d. tit. q. 11. num. 11.* post alios relatos per Tiraquell. *in l. si vnquam C. de reuocand. donat. in verb. susceperit liberos nu. 17. & num. 19.* idem Paschal. *loc. cit.* ampliando sequitur quod instrumentum via Ritus contra fratrem frater liquidare non potest, cum militer eadem ratio, quæ fuit pro patre superius considerata, nam frater prohibetur de atroci crimine accusare vt expressè cauetur in l. si magnum, & *in l. sorores C. qui accusar. non possunt*, ergo consequens est necessarium, vt nec instrumentum contra eum liquidare possit, quod etiam annuit Frecc. *in tract. de præsent. instrum. part. 12. q. 1. nu. 5.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA

SVMMARIVM.

1 *Filius non potest liquidare instrumentum via ritus contra patrem.*
2 *Iudicium liquidationis instrumenti via ritus est criminale confutato Rouito nu. 12.*
4 *Filius nec contra matrem potest liquidare reiecta decis. 366. D. Præsidis nec nepos contra auum.*
5 *Quid in genero contra socerum.*
6 *Cognitio liquidationis instrumenti spectat ad Baronem iurisdictionis ciuilis.*

1 EXaltatur ab omnibus hæc decisio in controuersia in specie liquidationis instrumenti via Ritus, num fili us possit liquidare instrumentum contra patrem, & non posse concluditur illa principali ratione, quia incusatio instrumenti sit causa criminalis, & iuxta *Saliceti* sententiam *in l. iniquum, C. qui accusare non poss.* non potest filius patrem de crimine accusare, vbi superest remedium ciuile, ita *D. meus*, quem referunt, & sequuntur *Paschal. de patr. pot. p. 2. c. 9. nu. 2 de Marin. lib. 1. c. 190.* nam quamuis ritus M. C. 166. loquatur generaliter, vt possint liquidari instrumenta contra omnes indifferenter, ibi *quarumcumque personarum*, nihilominus ob reuerentiam parentibus debitam non erit concessa filijs accusatio criminalis, *argum. text. in l. apud Celsum, §. aduersus, ff. de dol. & met. except.*
2 Emergit quæstio, an liquidatio instrumenti via ritus sit iudicium criminale, & pro opinione affirmante tenet *D. meus*, ex eo quod pœna pecuniaria soluitur Fisco ratione periurij, quæ successit in locum pœnæ amputationis manus, quamuis ista fuerit transfusa in pecuniariam, non ex hoc dicitur mutata origo, & natura ex mutatione superuenienti, origo enim, & natura rei semper attenditur, *l. qui id quod, ff. de donat.* & Ritus inhæret criminalitati per pecuniariam pęnam, & in modo comparendi, vt non admittatur procurator ex parte debitoris *Afflict. dec. 64. Prat. discept. 15.* insuper respectu pœnæ debitoris in vinculis, vel respectu sortis applicandæ parti sit iudicium ciuile,
& respe-

& respectu pœnæ applicandæ Fisco sit criminale, & hanc opinionem, quod iudicium sit criminale probat *Reg. Latr. dec. 58 nu. 8.* & amplexa est *Rot. Rom. de anno 1645. in vna Baren. in dec. 96. num. 28.* in editis post *tract. Merlin. de Pignor.* vbi nominatim indicat hunc locum, *Rota* firmans iudicium via Ritus esse famosum, & inde exerceri non posse à filio contra patrem addo *Borell. in summ. decis. tom. 2. tit. 19. de instrum. liquid. n. 9. Sanfelic decis. 84. n. 8. & dec. 189.*

3 Et quamuis contrarium mordicus defenset *Rouit. in pragm. 1. de offic. baiul.* quod iudicium sit potius ciuile, & concordant *Sanfelic. dec 230. nu. 6. Marott. discept. 9. Reg. Latr consult 48. à n 57. P. Afflict. controu. 48. n. 49 & seq.* nihilominus primam opinionem sectantur authores quamplures, & R. Camera iudicauit contra allegationem *Rouit*, vt idemmet testatur, & à *D. meo* stat *Prat in annot. ad Pasch. vbi sup.* vbi perpugnaciter tutatur hanc decisionem, & de *Marin. lib. 1. resol. 58. cum Ricc. dec. 170. p. 3. & Nouar. q. forens. 99. lib. 1.* sed de hac quæstione alibi dicam.

4 Ampliatur in filio adhuc emancipato, vt non possit liquidare instrumentum contra patrem, nec nepos contra auum, *Paschal. vbi sup. nu. 15* & ibi *Prat.* eo quia parentum appellatione venit auus, imò omnes ascendentes in infinitum ex benignitate ideò quando cautum est, nè possint parentes in ius vocari sine venia, in omnibus verificatur ex *l. 2. cum glos. ff. de in ius vocand.* & idem procedit in auo materno, qui gaudet eodem priuilegio, quo mater, *Bart. in l. 4. n. 1. & quamuis infr. in dec. 366. in fin.* tradatur non prohiberi liquidationem instrumenti contra matrem, & practicatam fuisse liquidationem, attamen postmodum fuit decisum contrarium per S.C. pluries vt refert *Thor. in suo compend. verb. liquidari an possit instrumentum per nepotem p. 3.* vbi quod decisum fuit per S.C. vt M. C. prouideret quod faceret depositum.

5 Quidquid sit in filio respectu patris, matris, & aui, quæstionis est in genero respectu soceri, qui loco patris habetur *l. generaliter ff. de in ius vocand. Castagn. in tract. de benefic. deduct. nè egeat q 7. num. 2.* & quod non possit liquidari tenet *Minad. dec. 2.* sed *Thor. vbi sup.* refert decisiones desuper contrarias, & in M.C. vsu receptam esse liquidationem, quia procedit iuxta rigorem Ritus, & præsertim quia attento iure consuetudinario Neapolis socer tenetur insolidum, nihilominus deindè per S.C. fuit pluries decisum, vt socer faceret depositum cum reseruatione districtionis personalis, quia S. C. non subiacet dispositionibus rituum M. C.

6 Placet hic addere, quod causæ liquidationis instrumentorum cognitio spectat ad Dominum Iurisdictionis ciuilis, vbi viget declaratio facta à Rege Catholico, de qua in *pragm. 2. de iurisdic. inuic. non turban.* prout declaratum est in terris S. Nicandri, & Rotuliani ad Ecclesiam S. Nicolai Baren. pertinentibus, vt per *Tap. dec. S.C. 10. & Rouit. in d. pragm. 2. n. 61.* vt aduertit *de Marin ad Reuerter. obs. 568. nu. 2.* vbi confirmat quod cognitio causæ liquidationis instrumentorum pro quibus ratione periurij statuta est pœna pecuniaria spectet ad Dominum Iurisdictionis criminalis, nihilominus in Regno per *d. pragm. 2.* spectat ad Dominum Iurisdictionis ciuilis, ex quo ad Dominum iurisdictionis criminalis spectat cognitio causarum, pro quibus pœna mortis naturalis, siue ciuilis, vel membri mutilatio infligenda veniret, cæterarum verò omnium ad Baronem iurisdictionis ciuilis.

SVMMARIVM.

1 *Turbare dicitur quis aliquem in possessione rei, ponendo cedulas pro locatione ipsius, adeo quod sufficit possessori hoc probare ad finem obtinendi in iudicio turbationis, maximè quando in iudicio possessorio controuertitur.*

2 *Clericus cum turbat laicum in possessione rei, contra eum proceditur, virtute capitulorum Regni per viam extraiudicialis cognitionis.*

3 *Possessio licet ex contractu inutili transferatur, non tamen procedit in ecclesia, & pupillo, qui possessionem amittere non possunt.*

4 *Emphyteuta Ecclesiæ possidendo rem sine assensu Apostolico etsi actualiter possideat, non potest propria auctoritate expelli ab eo, qui habet possessionem ciuilem, & naturalem, adeo quod si turbetur in detentione, potest implorare officium iudicis, per quod manuteneatur, vel restituatur.*

5 *Lex iubemus, §. sanè, l. vltimò, C. sacrosan. eccl. præsuponit possessionem ex parte ementis, & defectus tituli inducit restitutionem rei, cum fructibus, ac si emptor non emisset, & an possessio talis emptoris sit ciuilis, vel naturalis nu. 7.*

6 *Pupillus quemadmodum cum auctoritate tutoris, alienando, rem, perdit possessionem, ita, & ecclesia, alienando cum auctoritate prælati.*

8 *Successor, in prælatura contractum sui prædecessoris reuocare potest.*

9 *Assensus Apostolicus post mortem prælati concedentis impetratus, an conualidet concessionem, & numer. 14.*

10 *Cap. ad decimas. de resti. spo. procedit contra possidentem, qui notoriè ius non habet. num. 17. declaratur si procedat iudicio retinendæ possessionis.*

11 *Sententia declaratoria requiritur etiam quòd ipso iure annulletur actus.*

12 *Consensus prælati in alienatione rei ecclesiæ, num interuenire debeat incontinenti in ipso actu, vel post, pendet ex futuro euentu si concessio sit vtilis, vel damnosa ecclesiæ.*

13 *Consensus Capituli non requiritur, vbi pro solemnitate auctoritas Pontificis interuenit.*

14 *Prælatus ecclesiæ bona concedendo, non videtur contrahere nomine proprio, sed nomine Ecclesiæ, quæ nunquam moritur.*

15 *Prælatus cogitur stare contractui, cedenti in beneficium Ecclesiæ.*

16 *Heres feudatarij alienantis feudum sine assensu, possessionem ipsius propria auctoritate capere non potest.*

19 *Remedium Capitulorum Regni contra clericos an possit intentari coram Gubernatoribus prouinciarum, & quid coram officialibus Baronum, cum nu. seq.*

DECISIO CLXIII.

Emphyteuta ecclesiæ virtute concessionis sibi factæ à prælato defuncto, etiam pendente cognitione apud commissarios super assensu præstando, non potest per successorem prælatum, in possessione in qua esse apparet turbari.

FACTA concessione in emphyteusim per prælatum cuiusdam partis lacus, cum reseruatione assensus Apostolici, quia res erat de mensa ecclesiæ, emphyteuta capit possessionem lacus prædicti, soluitque prælato pro tempore, quo vixit, annuum canonem conuentum. Commissa per Summum Pontificem interpositione decreti, seu assensus, si in euidentem, quibusdam Commissarijs, non aliter præsentata per emphyteutam in vita prælati, moritur prælatus: successor in prælatura nolebat stare contractui, & turbabat concessionarium in prædicta concessione, petijt emphyteuta, se conseruari in possessione prædicta virtute Capitulorum Regni, & dicebat, omninò debere obtinere, & pro obtinendo, docuit per testes de actuali possessione, & per scripturas, de solutione census. † Quod turbabatur, docebat, ex quo successor in prælatura emanare fecit banna, & ponere cedul-

1 las

las pro locatione facienda lacus prædicti, quæ probatio est sufficiens, ad finem, quod quis in iudicio turbationis obtineat, Affl. qui allegat, concor. & testatur, sic fuisse decisum *in Decis. 394. ecclesia S. Mar.* & maximè, quando in iudicio possessio controuertitur, Soc. pulchre *in consil. 59. visis actis, in finalibus vers. 4. vol.*

2 † & hoc modo procedi in hoc Regno, per viam extra iudicialis cognitionis contra clericos turbantes, apparet ex capitulis Regni, & maximè ex c. Regni omnis prælatio, & secundum Capitula prædicta iudicamus aliqua Luc. de Pen. *in l. si coloni, C. de agri. & cens. lib. 10.* Affl. plenè, *in Const. de Burgensaticis, 2. colum. & in dec. 2. & dec. 24. & dec. 55.* meminit Didac. *in lib. pract. q. colum. ver. non negatur.* & pro maiori cautela idem emphyteuta præsentauit in hoc processu breue suæ Sanctitatis expeditum, per quod delegabatur quibusdam Commissarijs Apostolicis, qui viderent, an hæc concessio tenderet in euidentem vtilitatem ecclesiæ, quod breue iam fuerat præsentatum, & contra illud oppositum de surreptione, & quod quis debeat esse iudex, pendet in vrbe. Qua cognitione pendente dicebatur nihil esse innouandum. Pro parte Prælati dicebatur, Decisiones aliàs in materia Capitulorum Regni factas, non loqui in hoc casu, in quo etsi emphyteuta possideat possessione corporali, nihilominus lex de hac possessione non curat, & habetur, ac si non possideret, ex dispositione text. *in l. iubemus, §. sanè l. vlt. C. de sacrosan. eccle.* per quem text. Bart. *l. 1. §. si vir vxori. ff. de acq. poss. 1. col in 2. oppos. in 2. responso.*

3 dicit † quod licet aliàs ex contractu inutili transferatur possessio, quod hæc non procedit in ecclesia, & pupillo, qui possessionem amittere non possunt, cum qua opinione videtur etiam transire Soc. *ibi, 2. col. ver. 2. ratio,* & Io Crot. *in repet. d. §. in 5. fall. num. 20. & iterum num. 22. ver. 1. concl.* Sed ad prædicta dicebatur, non esse in materia, de qua agitur, disputandum, si possessio inducens iuris effectum, translata, vel non translata fuerit, sed tantummodo est extraiudicialiter videndum, an hic teneat, vel non teneat possessionem corporalem huius rei, & turbetur, quo viso, & prouiso seruata forma capitulorum Regni, & videndum, an de hac possessione in iudicio possessorio ordinario, vel petitorio, sit habenda ratio, quia de hac possessione loquitur text. *in d. §. si vir vxori.* Item di-

4 cebatur, † quod negari non potest, quin actualiter emphyteuta teneat possessionem huius rei concessæ, & postquam actualiter detinet, non potest is, qui habere possessionem naturalem, & ciuilem ipsum propria auctoritate expellere, & sibi ipsi ius dicere, & si detinens spoliatur, vel turbatur in detentione, potest implorare officium iudicis, quod in eius detentione manuteneatur, vel restituatur, secundum Bartol. *in leg. 1. §. necessario. in 2. oppos. ff. si mulier. vent. nomi. in possess. missa.* vbi Apostilla *in verbo necessario,* allegat plures concl. meminit Ias. *in l. si super possessione. col. 2. ver. quid si solum. C. de transact.* Pau. de Cast. *in l. Aquilius Regulus, in fi. ff. de donatio.* de quo meminit, & allegat concordantes Ant. Gomes. *in l. 41. Tauri num. 12. fol. 406. ver. vel potest* plene Affl. in fortiori casu *dec. 395.* Padilla *in d. l. si sup. possessione in 5. notab. nu 9. 2. ersu adde.* Idem tenet Cur. iu. *per tex in d. l. Aquilius, in d. l. si super possessione,* vbi allegat concord. & nouissime dicebatur aduertendum, quod tex. *in d. §. sanè,* non probat id, ad quod allegatur, imò contrarium; dum tam *in §. sanè, il primo, quam in §. sanè l. vltimo,* dicit,

5 † bona ecclesiæ alienata debere vendicari vna cum fructibus, & accessionibus medij temporis, tanquam à nullo empta, vel vendita, quæ vendicatio præsupponit dominium ex parte agentis, & possessionem ex parte conuenti, *§. 1. Instit. de actio. & in l in rem, ff. de rei vendi.* & defectus tituli inducit vendicationem, modo prædicto, scilicet possessionis rei, & fructuum, ac si non emisset, & propterea non ab re idem Bar. *in prima solutio.* illud verbum, possessionem, positum *in vltimo. §. sanè,* intelligit, idest proprietatem, quem videtur sequi Aret. *ibid.* qui allegat similia, in tertia col. ver. & quia Bar. hic, & ponderationem prædictam ad §. prædictos facit Iacobutius de Franchis, meus patruus magnus, Regius Consiliarius, in additionibus manu scriptis ad Soc. *in d. §. si vir vxori, quam* etiam facit D. Vince. Hercula. collega in Studio Perusino dicti D. Iacobutij, vt audiui à Domino Ioanne de Franchis, V. I. D. meo patruo, *ibid. 5 col. ver. extra glossam,* qui Her-

6 cula. etiam subdit, † quod postquam æquiparatur ecclesia pupillo, esset dicendum, quod quemadmodum pupillus, cum auctoritate tutoris perdit possessionem, ita etiam videtur, quod ecclesia perdat possessionem, quando cum auctoritate prælati, alienat, prout esset casus noster, & ideo subdit, meliorem esse primam responsionem Bart. *ad §. sanè.* Item dicebatur, † quod

7 Alexan. *cons. 81. lecto. 5 col. vers. tum etiam quia non esset, 2. volum.* intelligit *d. l. iubemus,* loqui respectu translationis possessionis ciuilis, non autem naturalis, & sic ex prædictis dicta prætensio prælati reddebatur difficilis. Insuper dicebatur pro parte prælati, præsidium petitum nullo modo per emphyteutam esse ei concedendum, quia in omnem euentum hic contractus, nullo modo potest effectum habere, nec reconualescere,

8 † quia prælatus successor illi stare noluit, imò reuocauit, quod potest, *per l. post mortem. ff. de adopt. per tex. in c si qui presbyterorum. de reb. eccle. non alien.* & per extrauagantes diuersorum Summorum Pontificum,

9 † & successiue assensus Apostolicus petitus super hoc contractu, seu decretum super ipsius conualidatione interponi non poterit, exemplo eius, quod dicitur de feudo vendito per defunctum, & assensu Regio in vita non impetrato, quia assensus amplius impetrari, nec impartiri poterit, nisi interueniente nouo consensu her. per And. *in c. Imperialem, in principio, vbi Camera. & cæteri de prohi. feu. alie. per Fed.* & etiam, quia consensus Capituli non interuenit, ex quibus ad aliam inferebatur conclusionem, quòd postquam hic emphyteuta notoriè ius non habet, nec habere sperat, obstat ei dispositio tex. *in c ad decimas de restit. spol.*

10 † loquens in casu spolij à fortiori, & hoc Sacrum Consilium iudex veritatis facere debet, maximè in rebus ecclesiæ.

Ex aduerso dicebatur prædicta non obstare, quia postquam pendebat lis in Rota Romana, seu Commissarijs Apostolicis, an decretum sit interponendum super hac concessione, ex delegatione Summi Pontificis, stante etiam contradictione noui successoris in prælatura, non debebat Sacrum Consilium in hoc se intromittere, sed solum modo decidere id, quod Sacrum Consilium poterat virtute Capitulorum Regni, scilicet extraiudicialiter cognoscere, an emphyteuta teneat, & possideat; & turbetur in tenuta, seu possessione, ad impartiendum ei præsidium Regale petitum, quia aliàs faciendo, decideret litem prædictam in Rota Romana, seu coram Commissarijs Apostolicis pendentem, cuius cognitio ad Sacrum Consilium non spectat. Item dicebatur, quod etsi lis non penderet in hoc, sed esset solummodo facta concessio, quæ etiam præsupponeretur nulla, nihilomi-

11 nus † requiritur sententia declaratoria, parte citata, etiam quod annullaretur actus ipso iure, Ias. plene *in l. si quis maior, in 3. notabi. C. de transactio.* Doct. *in cap. cum secundum, de hæret.* & plene Ruin. *consil. 50. in q. 4. colum. ver. 5. vol. 1.* Nec ex prædictis in capite præced. debet quis sibi ius dicere, eo magis, quia dicebatur, posse dubitari, an hic contractus sit omninò nullus. Non enim est factus simpliciter, sed cum reseruatione assensus Apostolici, qui dum esset petitus, Summus Pontifex non denegauit, imo causa cognita, rejiciendo certa pacta, & onera ad prælatum spectantia, non ad ecclesiam, commisit ipsius præstationem, si apparebit cedere in euidentem ecclesiæ vtilitatem, & licet dubium sit facta concessione per

12 capitulum, seu alium beneficiatum, † an consensus

sus prælati debeat interuenire in ipso actu incontinen-
ti, vel sufficiat, quod post, nihilominus, cæteris o-
missis, And. Barba. omnibus hincinde relatis, *in*
consil. 61. à Ioue principium, tertio vol. concludit,
hoc dependere ex futuro euentu. Nam aut erit con-
cessio vtilis ecclesiæ, & consensus ex post facto opera-
bitur: aut concessio non erit vtilis, & non præstabi-
tur, & hæc practica transijt vsque ad tempora nostra,
quando fiunt concessiones per Episcopos, quæ fiunt
cum reseruatione prædicta, traditur possessio, & po-
stea videmus, post annos, impetrata rescripta, si in
euidentem, & reperto quod alienatio cedat in euiden-
tem, interponitur decretum, aliàs non, ne in hoc
desit auctoritas, ita dixit Guliel. Redoanus, *in tract.*
de rebus eccles. non alien. in reb. de auctoritate præla-
ti, in alienatione interponenda, in c. si vero mortuus
est prælatus, in fi. col. fol 212. & sic prædicta quæstio,
quando debeat interuenire consensus, non est neces-
saria in casu, de quo agitur, & dicebatur, non ob-
stare aliam nullitatem, sub prætextu, quod fuerit fa-
13 cta sine consensu Capituli, † quia quando interue-
nit auctoritas Summi Pontificis, quo ad solemnita-
tem, consensus Capituli non requiritur. *c. ad au-*
dientiam, il secondo, & ibi glos. de eccle. ædif. Abb.
consil. 71. primo vol. meminit Dec. *in consil. 142. pro*
tenui, prima colu. & fin Nec dicebatur esse tutum
in hoc casu arguere de feudalibus ad prælatum, quia
respectu feudatarij, eo mortuo, dominium, quod
erat penes eum, erat translatum in hæredes, & idcir-
co si ipse reuocat, obtinebit contra emptorem, nisi
14 nouus consensus hære. interuenerit. † quando au-
tem prælatus contrahit, non contrahit nomine pro-
prio, sed nomine ecclesiæ, quæ nunquam moritur,
12. quæstio. 2. cap. liberi, de quo meminit Bald. *in cap.*
1. 1. col. versic. & est ratio, qui succes. tene. Dominus
Iacobutius, *in secundo notab.* & idcirco non est tra-
ctandum, si prælatus velit, vel non stare concessioni,
sed erit videndum, an hic contractus tendat, vel non
in commodum ecclesiæ, cui ecclesiæ successor, quan-
do concessio esset vtilis, præiudicare non poterit, &
quemadmodum ex dictis *in decis.* 35. Prælatus posset
cogere emphyteutam, adhibitis debitis solemnitati-
bus, ad standum contractui cedenti in commodum
15 ecclesiæ, † ita etiam debet posse compelli ipse præla-
tus, ne negotium claudicet, vt ibi fuit plene dictum.
Immo etiam in casu prædicto, quando feudatarius
moreretur, assensu non impetrato, & sic præsuppo-
16 sito nullo contractu facto per feudatarium † nihilo-
minus non poterit heres propria auctoritate capere
possessionem feudi, sed agere iudicio ordinario, se-
cundum *glo. Constit. Regni, Constitutionem diuæ me-*
moriæ, in ver. iure proprio, & Andr. ibi, & Affl. *su-*
per illa glo. & Frecciam, *in quæstio. a Regnicolis, non*
ponitur vna quæstio num. 15. versi. ista autem reuoca-
17 *tio, fol.* 106. reddita ex prædictis causa dubia, † dis-
positio *tex. in d. cap. ad decimas*, non procedit, quia
ibi clarum, & notorium erat, agentem spolio, debuis-
se succumbere in causa proprietatis, & agentem esse
ex defectu personæ, & rei possessionis incapacem de-
cimarum, quarum dicebat se spoliatum, quamuis
etiam inter Docto. sit controuersia, an tex. *in d. c. ad*
decimas, procedat in iudicio retinendæ possessionis,
prout plenè post alios, Rubeus Alexandrinus, *in re-*
pet. §. nihil commune, nu. 47. concl. Bart. *nu. 171. vers.*
4. colligitur, & Fabius Accronbonus *ibi. nu. 60. ver. sed*
18 *magis. ff. de acq. possess.* Discussis prædictis, † maxima
pars Dominorum de Consilio fuit in voto, referente
Domino Ferdinando de Varo, præsidium Regale
petitum, esse concedendum, stante possessione peten-
tis, notoria, & dubietate prætensorum contra eam,
& fuit publicatum decretum die 14. Augusti 1567. vnus
tamen ex Dominis dixit, quod si ipse habuisset socium
in hoc casu, in quo tenebat, contractum huuc non
habere spem conualidationis ad euitandum circuitum,
non præstaret præsidium petitum: sed quia ex prædi-
ctis apparebat, hoc assumptum istius Domini habere
difficultatem, & prædicta erant disputanda, vel in iu-
dicio possessorio ordinario, vel in iudicio petitorio, &
non in hac extraiudiciali cognitione, nemo ex Do-
minis, voluit eius opinioni adhærere, & quia supra
sunt relati Doctor. qui de prædictis Capitulis Regni
mentionem faciunt, non omitto, quod Capic. *in in-*
uesti. in ver. feuda officiorum, 10. col. ver. Reges Siciliæ,
& col. sequ. ver. est tamen, & seq fol. 473. etiam de præ-
19 dictis Capitulis meminit, & ibi ponit † an Iustitiarij
regionum, qui hodie, secundum eum, sunt Guberna-
tores Prouinciæ, vt per eundem *sub tit. prædicto in*
versic. Iustitiarij per prouincias fol. 275. possint absque
Regia commissione cognoscere, virtute capitulorum
prædictorum; & refert Dominum Bartholomeum
de Capua, in quadam eius additione, dicentem,
quod non dicit: tamen Capic. se audire; quod Præsi-
des prouinciarum procedunt, & quòd videt Sac. Consi.
procedere sine commissione, & non est mirum, quia
Regem repræsentat, & in dies hoc seruamus in Sa-
cro Consilio oblata supplicatione Domino Præsidi,
absque aliqua commissione Domini Proregis: vide-
tur tamen, quod in Regijs audientijs, sic etiam proce-
di possit, quia capitula diriguntur iustitiarijs, & tem-
pore, quo ego fui Aduocatus, compilaui super reme-
dio capitulorum prædictorum, processum in Magna
20 Curia, & non fuit aliquod oppositum. † Officiales
autem Baronum videtur quod procedere non possint,
etiam ex verbis capitulorum, licet confuse loquantur
Capic. *vbi supra vers.* extenduntur tamen prædicta, &
dum essem Aduocatus, vidi processum agitatum inter
Capitulum Terræ Titi, cum capitulo Potentiæ super
hoc iudicio, in Curia Officialis Baronis, qui processus
fuit per decretum Sacri Consilij nullus declaratus, ex
prædictis.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Vide in materia turbationis omnino Mascard. *de probation. vol. 3. conclus.* 1390. & Foller. *in cap. Regni item statuimus fol.* 69. Viuium *decis. 411. num. 14. & seq.* & Campan. *in cap. regni subditorum post n. 24. fol. 16. à ter.* & Magon. *in decis. Florent. 54. cum addit.*

Et paulò infrà dum allegat Viuium, supple, & Campan. *in loco citato*, & Foller. *in d. cap. regni, & omnino* Farinac. *videndus in 3. vol. 1. q. 100. num. 38. & seq. fol. 411.*

An causa turbatæ possessionis sit criminalis, vel ciuilis, collige ex prædictis Doctor. & omnino Ioseph. Ludou. *in suis comm. opin. conclus.* 71. Viuium *in decis. 498. num. 12.*

Num. 3. & seq. Vide multa ad declarationem d. §. si vir, per Ioseph. Ludou. *in decis. Perus.* .. *à nu. 26. cum seq.* post Piot. *in l. si quando §. 6. nu. 20. c. vnde vi,* aliqua Vrsil. *in decis. Afflict.* 331. *n. 4.* Maxill. *in Consuet. Bari fol. 150. num. 40.*

Num. 7. Vide Roman. *cons* 321. *post num* 2. Frecc. *de subfeud. in prima author. num. 16. & seq. fol. 145. in nouis.*

Num. 8. Vide Vrsill. *in decis. Afflict.* 101. *n.* 3. Viuium *in opinio.* 838 *a nu. 5. & seq. par.* 2. Annam *in sing.* 488. Ioseph. Ludouic. *in decis. Lucæ* 63 *num.* 15. & Mascard. *de probatio. conclus. 1121. vol. 3.*

Num. 9. ibi exemplo eius; Adde Bursat. *cons. 89. num. 29. volum.* 1. post Frecc. quem alleg. *in q. 30. num. 9* Capyc. *decis. 115. num. 4.* Loffred. *cons. 14. nu. 62.*

Vide si conferunt scripta per Dilectum *in tract. de arte testandi in tit. de legat. cau. fi.*

Num. 11. Vide omnino Tiraq. *in l. si vnquam in ver. reuertatur.*

Num. 14. 15. Adde Episcop. Minotens. *in ver. alienat. §. 3. ver. 14. conclus. fol. 8. à terg. & in §. 4.* Videatur Stepha. Quaranta *in sua summa in ver. alienatio num. 12. fol. 7.*

Ad

Ad fin.ibi,an remedium capitulorum, Adde Camp.
qui idem tenet *in c.ad regale ante n.14.* Foller. *in Con-
stit de Burgensaticis n.4 fo.48.& Viuium d.30. ante n.*
6.Episcop.Minorens.*in ver.Prælatus vers.4.vbi remis-
siuè loquitur*.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Possessio iunior, vel clandestina, quando non attendatur.*
2 *Cautela, vt semper concludatur in possessionis turbatione, & nu.3.*
4 *Fructus percepti ante litem contestatam quando veniant.*
5 *De cumulatione petitorij cum possessorio.*
6 *Sequestratio possessionis non fit, cum vna pars possidet, sed quando dubitatur, vel neutro possidente.*
7 *Expulsio in libello quando tacenda.*
8 *Quid agendum cum dubitatur, ne partes ad arma veniant.*
9 *Exceptio in continenti probanda de dominio quando non admittatur.*
10 *Consentiens in actu in quo habet interesse, quando sibi praeiudicet.*
11 *Quid in consentiente, in collatione beneficii.*
12 *Collatio beneficiorum quomodo ad Pontificem, & quomodo ad Episcopum spectet.*
13 *Officiales Baronum an cognoscant de causis conseruatoriorum, & ibi cautela, & n.14.*
Declaratur melius num.seq.15.

AD hanc decisionem lector amantissime,
non desinas *videre Consilium Pauli Me-*
1 *rende, & adde istam dec.16.suprà*, quòd †
possessio iunior, vel clandestina, non atten-
ditur in hoc Interdicto, sed ille vincit, qui prior inest in
possessione; Ita in terminis Raudensis *in tract. De Ana-
logis c.40. & non* desinas videre *in Practica Rebuffum*
2 *in hoc Interdicto*, quia dicit, debere † cautum esse Ad-
uocatum, vt semper si potest concludat, in turbatione
possessionis quia pars aduersa redditur petens, & illa
probare tenetur, aliàs reus absolui. *In Constitutionib.
Gall.in tract De Remediis possessoriis, art.5.gl.1.n.25.*
3 *tomo* 3. vbi ponit † de requisitis ad obtinendum etiam
in art. 8. & latè Decium *in consil.663.* & Rebuffum
4 *etiam artic.* 13. *vide*. Quod autem † veniant fructus
etiam percepti ante litem contestatam, Rota *Aunenio-
5 nis 119.to.3.in Decisionibus diuersorum.* Et † petito-
rium cum possessorio in hoc Interdicto minime cumu-
latur Rebuff *in Constitutionibus, de Rescriptis, art.5.
gl.1.1.2.* & Berous *q.71.* & multa ponunt de hoc posses-
sorio vti possidetis, & vtrobi Benintendius *dec.73.* Ma-
ranta *4.par.d.7.de iudicio possessorio, & petitorio, & de
viis cons.33* Guido Papa, *Sing.948.* Antonius Thesau-
rus *dec.Pedem.206.* Boer *dec.239.* Menoch.*in li.de ar-
bit.p 9.59.& libro de retinenda, in tract.possess.* & Ca-
6 pic.*dec.96.* & Guid Pap. *dec.578.* vbi quod † non de-
bet fieri sequestratio possessionis, si vna pars possidet,
sed quando dubitatur, vel neuter possidet, de quo con-
sulendi sunt Marsilius, *Singulari* 543. & Andeas Gail.
li.1.Obseruationum Camera Imperialis, Obser.5. Cau-
7 tela sit in hoc Interdicto, vt nunquam † expulsio nar-
retur in libellis, aliàs statim hoc Interdictum cessaret.
Bar.*in l.1.C.Vti possidetis*, Guid Pap.*dec.552.n.4* & de
8 plurib.circa hoc Interdictum, & † quid faciendum,
quando dubitatur, ne ad arma veniant partes, vide per
Plotum. *in l.si quando, C.Vnde vi*, omnino per Benin-
tendium *dec.73.* & Franciscum Marcum *dec.405.p.2.*
Puteum *dec.419.lib.2.407.& 501.& dec.29.nu.12.lib.*
9 3.vbi quod † exceptio etiam incontinenti probanda
de dominio in hoc interdicto non admittitur, sed ad-
missa obstaret, videndi essent etiam Vera, *dec.* 198.
199.200.& 347. par.2. & *decis.*167. lib.3. Puteus *decis.*
61. *lib.*3. Mysing.*Obseru.7.lib.1.* & post ipsos omnino
nouissimè Consiliarius de Anna. *lib.1.cons.20.doctissi-*
10 *mè*. Ad numerum 12. adde, an † consentiens in actu
in quo habet interesse, regulariter, sibi preiudicet.
11 Ioseph. Ludouicus *Conclus.7.* & quid † in consentien-
12 te in collatione beneficiorum, & ibi *conclus.* 6. an †
semper beneficiorum collatio ad summum Pontificem,
vel Episcopum spectet. Ad numer. 19. & 20. de Præ-
13 side Prouinciæ, & † Officialis Baronis an possit co-
gnoscere de conseruatoriorũ causis, vide omnino Troi-
sium *in Prag.incip.Conseruatoria*, & Campan. *in cap.
Regni, Ad Regale fastigium, num.14. & 20.* vbi dat
14 † Cautelam, quod intentetur Interdictum, & fiat fi-
des de possessione, & sic coram quocumque Iudice, &
Ordinario intentari potest, licet secus esset via Cõ-
seruatorium, & vide omnino eumdem Campan.*in cap.*
15 *Regni, Frequens, n.44.* vbi melius declarat, & † benè, &
notandum, quia forte possent iudices inferiores impe-
ti de vsurpata Regia iurisdictione, de quo Consiliarius
de Bottis *Ad Cap. Ad Regale fastigium*. Sed de Cle-
rico an tentet conseruatorium contra Laicum S.R.C.
diuersè iudicauit.

ADDITIO D. RICII.

EMphyteuta Ecclesiæ virtute concessionis, sibi factæ à Prælato defuncto etiam pendente cognitione apud commissarios super assensu præstando, non potest per successorem prælatum in possessione, in qua esse apparet turbari.

Aduertendum hic, quod clericus cum turbat laicum in possessione rei, contra eum proceditur virtute capitulorum Regni, quorum remedio dicto laico succurritur: sed dubitatur, an remedium capitulorum Regni competat laico possessori contra clericum turbantem citra tamen violentiam, pro cuius resolutione vide Ann. *allegat.* 92. vbi ex multis concludit, non debere procedi remedio capitulorum Regni. Tapia *in Rubric. quando Rex inter Eccles. pers. cognoscer. possit num.* 16.*in suo iure Regni*; *qui num.* 13. dicit remedium capitulorum Regni competere etiam quando post mortem possidentis nondum capta possessione per heredes bona per colonum possiderentur, per ea, quæ tradit Afflict.*dec.* 325. siue vacaret possessio, quia rex voluit omnem violentiam expellere, & ibi refert decisionem in causa Marte de Athanasio cum Monasterio sanctæ Mariæ à parete die 25. Februarij 1603. & subdit remedium dictorum capitulorum in detentore, vel possessore iniusto data inualiditate contractus à Ponte *cons.96.num.35.vol.1.* Raudensis *decis. Pisan.13 num.*108.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum interim an procedat, quando possessio est iniusta, & nulla, & assertiuè decisum est n.2.*
3 *Reg. de Ponte, & Mar. Ant. expressè impugnant decisionem.*
4 *Prælatus Ecclesia an transferat possessionem ex actu nullo, & possit pœnitere ante impetrationem assensus n.5.*
6 *Tradens possessionem ante assensum, an incidat in pœnas prohibita alienationis. Aliqua remissiuè n.7.*

SVbuertunt quidam decisionem, & alij circumuallant, quæstio mouetur, an Iudicium manutentionis summarijssimum procedat, quando possessio est nulla, & iniusta, & exemplificatur in concessione in emphyteusim facta per Prælatum cuiusdam partis lacus cum reseruatione assensus Apostolici, quia res erat de mensa Ecclesiæ, emphyteuta cæpit possessionem lacus, & soluit Prælato pro tempore quo vixit canonem conuentum, obtento assensu, sed non præsentato commissarijs per emphyteutam in vita Prælati pro interpositione decreti, moritur Prælatus, tunc successor in Prælatura nolebat stare contractui, & turbabat concessionarium in dicta concessione, emanare faciens banna pro locatione lacus, petijt emphyteuta se conseruari in possessione prædicta.

1 Pro parte Prælati dicebatur, quod licet alias ex contractu inutili transferatur possessio, non tamen hoc procedit in Ecclesia, & pupillo, qui possessionem amittere non possunt, vt per *tex. l. iubemus, §. sanè. & l. vlt. C. de sacrosanct. Eccles.* inquit Bartol. *in l. 1. §. si vir vxori, ff. de acquirend. possess. 1. col.* & ibi Socin. *col. 2.* Io. Crot. *in repet. d. §. sanè num. 20. Rota dec. 68. p. 6. recent.* ita vt Ecclesiæ competat manutentio, vt *dec. 94. p. 7. recent.* Præterea dicebatur petitum præsidium non esse concedendum, quia in omnem euentum contractus non poterat effectum habere, quia Prælatus successor illi stare nolebat, sed reuocabat, quod potest ex *l. post mortem, ff. de adopt. c. si quis præsbyterorum de reb. Eccl. non alien.* & successiuè assensus Apostolicus super conualidatione concessionis amplius interponi non poterat, vt in simili feudo venditio per defunctum, & assensu Regio non impetrato in vita, assensus non potest amplius impertiri, nisi interueniente nouo consensu hæredis, Andr. *in c. Imperial. de prohib. feud. alien. per Fed.* ex quibus concludebatur, quod postquam hic emphyteuta notoriè ius non habebat, nec habere sperabat, obstabat ei dispositio *tex. in c. ad decimas de rest. spol.* quod S. C. vti Iudex veritatis maximè in reb. Ecclesiæ facere debet in denegando manutentionem.

2 Pro emphyteuta ex aduerso dicebatur, quod cum ipse euidenter detinebat rem concessam in emphyteusim non poterat Prælatus sibi ipsi ius dicere, & detinentem turbare, vel spoliare, in quo casu potest detinens implorare officium Iudicis, vt manuteneatur in tenuta, vel restituatur secundum Bartol. *in l. 1. § necessariò in 2. oppos. ff. si mulier. ventr. nom. in possess. mit.* Ias. *in l. super possessione colum. 2. C. de transact.* Argumento desumpto *in d. §. sanè*, occurrebatur, vt loquatur respectu translationis ciuilis, non autem naturalis. Alex. *cons. 81. volum. 3. colum. 5.* præsertim dum *textus* dicit bona Ecclesiæ alienata deberi vendicari vna cum fructibus, quæ vendicatio præsupponit dominium ex parte agentis, & possessionem ex parte conuenti, ad hæc dicebatur non esse disputandum, an ex contractu inutili possessio inducens iuris effectum fuerit translata, vel non, nec agitur in iudicio in possessorio ordinario, sed tantummodo inspiciendum, an concessionarius detineat, vt manuteneatur lite pendente in summarijssimo possessorio, & reuocationi successoris Prælati, respondebatur quod pendebat lis in Rota Rom. an decretum sit interponendum in concessione, & interim debebat S. C. cognoscere super tenuta, & impertiri manutentionem, ad hoc ne faceret præiudicium liti in Rota pendenti, ex quibus pro maiori parte Dominorum S. C. pro emphyteuta iudicatum testatur D. meus *num. 18.* vno dissentiente, qui tenebat contractum non habere spem conualidationis, & quod ad euitandum circuitum non præstaret præsidium manutentionis.

3 Quia decisionem hanc expressè impugnant Reg. de Pont. *cons. 96. vol. 1.* & Marc. Anton. *variar. resol. lib. 1. resol. 56.* resumenda prius est quæstio, an inter dictum interim concedendum sit possessori, cui resistit iuris communis præsumptio, & affirmant Panor. *in c. fin. vt lite pendente*, vbi dicit istam esse communem sententiam, nam in possessorio summarijssimo manutenetur qui detinet, & non attendendi iustitiam, vel iniustitiam, licet benè in possessorio ordinario, Paul. de Castr. *cons. 3. lib. 2.* Benè verum Couarr. *pract. q. c. 17.* dubitat de ista doctrina per *text. in c. cum persona de priuil. in 6. cap. 1. de præscript. in 6. & d. cap. ad decimas*, qui probant non esse quem defendendum in possessione, quam habet refragante iuris præsumptione, donec præscriptionem probet, & exhibeat titulum ad præscribendum, & Cancer. *variar. lib. 3 c. 15. de iur. Castror. nu. 42.* distinguit, quod aut agitur de iuribus ad Principem iure communi pertinentibus, & pro Principe est iuris præsumptio, & tunc possessor non est manutenendus lite pendente, nisi ostendat titulum ad effectum dictæ interlocutionis iuxta *text. in d. cap. cum persona*, aut non agitur aduersus Principem sed aduersus alium cui resistat præsumptio iuris, & tunc si possessor sit in diutina possessione, & manutenetur lite pendente, ita Couarr. *nu. 6.* Capibl. *de Baron. pragm. 1. nu. 167.* consentiunt Reg. Galeot. *lib. 1. controu. 51.* Reg. de Marin. *ad Reuerter. obs. 251.* atqui in exemplo decisionis aderat longa possessio, & quod possessio longa sit manutenenda etiam in his, in quibus datur iuris resistentia Beltram. ad Ludouis. *dec. 370. & in dec. 270. post Postium de manutent.*

4 Ad hæc quando ius prohibet simpliciter, & absolutè rem alienari, tunc ius dicitur resistere possessioni, sed quando non prohibet simpliciter, sed certo modo, nempè sine certa sollemnitate, & vtilitate in hoc casu hanc qualificatam resistentiam non inficere possessionem titularem, ex Barbas. *in rub. C. de præscript. n. 118.* & Ludouis. *dec. 464.* Fontanell. *dec. 326.*

5 Vrget magis, quod aderat contradictio Prælati successoris, & res non erat amplius integra pro executione litterarum Apostolicarum, & conualidatione concessionis Parif. *cons. 14. n. 2 vol. 1.* qui licet loquatur de feudo, valet argumentum de feudo ad emphyteusim Clar. *§. feudum q. 3.* & in terminis tradit D. meus *nu. 9.* qui licet postea teneat cõtrarium, suam opinionem improbat Mar. Ant. *d. resol. 56. n. 2.* & hoc est, quod obijciebat vnus ex Dominis S. C. dicens quod si ipse habuisset socium in hoc casu, in quo tenebat hunc cõtractum non habere spem conualidationis, non præstaret conseruatorium petitum ad euitandum circuitum, nam in interdicto interim, vbi sine disceptatione apparet de iniustitia possessionis denegatur manutentio, ne detur occasio delinquendi, vt pleno calamo probabat Cancer. *vbi sup. n. 54.* qui *n. 57.* ita iudicatum testatur.

6 Stringit contra emphyteutam, quod concessio erat facta cum reseruatione assensus Apostolici, & tradita erat possessio ante impetrationem assensus, vt habetur ex traditis *num. 12.* & propterea tàm Prælatus prædecessor, quàm emphyteuta inciderint in pœnas inflictas per Extrau. *ambit. oẽ de reb. Eccl. non alien.* vt rede lata ad Sanctissimum declarasse Clementem Octauum testatur Genuens. *in prax. Archiep. cap. 44* & conducit *decisio 167. eiusdem* D. mei, vbi ex traditione possessionis ante impetrationem assensus incurruntur pœnæ prohibitæ alienationis, & quod alienans tradendo possessionem ante expeditionem assensus incurrat in censuras firmat Reg. de Marin. *lib. 1. resol. 6. num. 16.* hinc emphyteutæ nullum ius competebat etiam in possessorio: Gabr. *de restit. spol. lib. 5. conclus. 1. n. 69.* Menoch. *de recup. rem. 1. n. 350.* argumentatur Mar. Ant. *vbi sup. nu. 8. & 9.*

Insuper reseruatio Papalis consensus inficit possessionem rei concessæ à Prælato Ecclesiæ Abb. *in c. cum literis num. 28. de restit. spoliat.* Genuen. *pract. q. 131. n. 4.* vt recuperandi remedio repellatur emphyteuta si agat, de Pont. *vbi sup. num. 10. & 11.* nec manutenendus sit *l. fin. vbi glos.* Bart. & *alij ff. de acquir. possess.* Mart. *cons. 94. n. 2.* & censetur resoluta concessio, dum nequit purificari conditio interpositionis assensus Mant. *de tac. lib. 2. cap. 28. num. 18.* dum conditio nihil ponat in esse.

Con-

Contra Prælatum successorem replicari poterat non posse esse locum pęnitentiæ, & reuocationi concessionis post impetratum assensum, quamuis ante præsentationem coram delegato per *text. in cap. licet de offic. legat. & c. bone 2. de postulat. prælator.* ita Gratian. *discept. 514. nu. 8. & seq.* vbi quòd si alienentur bona Ecclesiæ reseruato beneplacito Apostolico erit locus pœnitentiæ antequam obtineatur beneplacitum refellendo *prax. Archiep. Neap. c.* 106. *num. 4.* contrarium tenentem, sed postquam obtentum fuit beneplacitum non potest alienans pœnitere, quamuis non fuerit sequuta sententia confirmatoria per exequutores, quibus comissa est causa.

In principali articulo in patrocinium emphyteutæ scribit Giurb. *obs. 113. per tot.* vbi tutatur hanc decisionem, quam licet non disputata quæstione, videtur sequi D. Prat. *practic. obs. 57. n. 48.* & si noctuis licet ferre iudiciũ de lumine, ipse iuxta tenuitatẽ ingenij mei sensum exprimã obs. 267. vbi examinandus erit casus, quo tradita sit res cõcessa cũ reseruatione assẽsus ante illius impetrationẽ, num valeat admitti sine incursu pęnarũ.

Interim non omittam quòd cùm sumus in casu quo allegans possessionem habet causam ab ipsa Ecclesia ex contractu de recenti inualido, in quo obstat notorij defectus dominij exceptio non dari, manutẽtionem in iudicio interim firmant de Pont. *vbi sup. n. 15. &* D. Staib. *obs. 69. in resol.*

Alias quæstiones excitat D. meus ad huiusmodi conseruatorium coram officialib. Baronum, & negat, tradens fuisse annullatum processum, & an coram Gubernatoribus, prouinciarum, & affirmat; & tenent Muscatell. *in praxi lib. 2 p. 1 glos. sententia nu. 201.* D. Staib. *d. obs. 67.* & dissentiunt Tap. & D. Prat. *vbi sup. à n. 32.* & ijdem negant de M. C. V. & tradit adhiberi extraordinariam cognitionem, nec fieri publicationem examinis testium, sed in iudicio summarijssimo manutentionis dico, concedi percunctationem examinis, & facultatem ad dicendum, & in materia præsidij alia scribunt Genuens. *in praxi Archiep. Neap. c. 38. &* Fontanell. *dec. 322.* de quibus alibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Socer conuentus a nuru, pro restitutione dotis non tenetur nisi inquantum facere potest secundum ius commune, in tantum quod etiam sententiam de ipso beneficio opponere potest: secus autem secundum consuetudinem Neapolitanam n. 3. qua non habet locum in antefato, vt in nu. 4.*

2 *Beneficium, ne quis conueniatur vltrà quam facere potest, inter alia tribuit quod non possit carcerari.*

4 *Lucri, & damni, non est eadem ratio.*

5 *Heres cum beneficio legis, & inuentarij si post aditam hereditatem se insolidum obligauit, tenetur, vltra vires hereditarias, & ita in eo qui non tenetur, nisi inquantum facere potest, si se insolidum obligauit post sententiam.*

6 *Beneficio prædicto potest renunciari, maximè obligatione insolidum facta post solutum matrimonium, & de veritate, nu. 13.*

7 *Filiusfam. qui se, cum patre obligauit, licet habeat beneficium tituli, quod cum eo, nihilominus si renunciat, tenet renunciatio.*

8 *Socij, & si de iure non teneantur, nisi inquantum facere possunt, si tamen promittunt integrè soluere, tenebuntur insolidum.*

9 *Exceptioni hostica, quamuis publica vtilitate introducta sit, tamen ei renunciari potest.*

10 *L. Rei iudicatæ. §. fin. solut. matr. non procèdit facta solutione.*

11 *Beneficium prædictum, dolo amittitur, & quomodo procedat, nu. 6.*

12 *Beneficium prædictum, quando per eum, cui competit, fuit promissa certa quantitas, non est in consideratione, & nu. 17.*

14 *Priuilegium quando competit ratione reuerentiæ personæ, renunciari non potest: quando verò ratione contractus, vel societatis secus.*

15 *Solutio semper censetur facta in eam causam, in qua ipse creditor, si esset debitor solueret, & in duriorem, & grauiorem causam.*

DECISIO CLXIIII.

Socer à nuru pro dote conuentus an carcerari possit, stante eius renunciatione beneficio sibi competenti, vt non conueniatur nisi in quantum facere possit.

Contra nurum petentem exequutionem sententiæ in eius fauorem latæ, pro residuo dotium, & antefati, aduersus soccerum in ipsius
1 sententiæ exequutione, † socer opponebat se non teneri, nisi, in quantum facere potest. *l. rei iudicatæ. §. fi. ff. sol. matr.* hancque exceptionem, per ipsum opponi posse, etiam post sententiam quia ipsam nõ impugnat *l. Nesennius. §. fi. ff. de re iud.* Bar. & post eũ plenè Alex. *in l. ex diuerso. §. si in iudicio ff. sol. mat.* D. Antonius de Padilla, *in l. 1. num. 36. vers. 2. reg. C. de iur. &*
2 *fac. ignor.* † & propterea nec etiam posse carcerari: hoc enim inter alia tribuit beneficium, Bald. *in l. liber. captiuus. C. de postlim. reuers.* Franc de Are. *in l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. col2. ver. & antequam. & nouissi.* Io. Gutier. Hispanus, *in pract. q. in q. 26 li. 2. n. 3. ver. quod si non potest. fol. 67.* Dicebat nurus, socerum non debere
3 hoc beneficio gaudere, † quia aut hoc residuum debitum est pro dote, & obstat ei consuetudo Neapolitanã *qua incipit vbi dos*, qua prouisum est in dote debere fieri exactionem insolidum, non obstante lege, quæ ei dat beneficium prędictum, de qua consuetudine meminit, & extendit Afflict. *in dec.* 222. & similem consuetudinem esse Lucæ, dicit Socin. iunior, *cons. 43. viso 4. col. 1. volum.* si vero debetur pro antefato, in quo consuetudo prædicta non corrigit ius commune, quia stricti iuris,
4 † nec par est ratio lucri, & damni *l. assiduis, in fi. C. qui pot. in pig. hab.* & prædicta consuetudo non procedit in alijs contractibus inter virum, & vxorẽ, vt dicit Neapod. *in d. consu. vbi dos. in 1. glo.* de qua dec. vide dec. *infra. 336. & supra dec. 71.* Et loquendo de exactione insolidum in dote, in cæteris remanet ius commune incorrectum *l. commodissimè. ff. de liber. & posthu.* & hoc casu dicebatur, quod non exceptionem prædictam opponere poterat, quia post solutum matrimonium, & sententiam, se obligauerat penes acta Magnæ Curiæ Vicariæ insolidum, cuius dictionis natura, est diuersa à beneficio, ne teneatur nisi in quantum facere potest, *d.*
5 *§. eleganter, & d. l. Nisennius* † bene declarat Corneus in hærede cum beneficio leg & inuentarij quia post aditam hereditatem, se insolidum obligauit, *cons. 31 videtur in præsenti 3. col. littera F. 3. vol.* vnde videtur socer huic beneficio renunciasse, & insolidum teneri, prout post solutum matrimonium, & sententiam se obligauit, eo etiam magis, quia expresè in hac obligatione, & cum iuramento, renunciauerat beneficio
6 prędicto, imo omni. ll. auxilio † quo casu Bãrt. *in d. l. eleganter, 2 col. vers. quæro, an huic beneficio*: tenet renunciari posse, maxime quia non obtinent reliquæ reuerentię in obligatione, post solutum, matrimonium facta, & Bar. sequũtur *ibi* Pau. de Castr. & Ang. Pro qua
7 opinione facit, † quia filiusfam. qui cum patre se obligauit, licet habeat beneficium tituli quod cum eo, nihilominus si renunciat, quamuis renunciatio sit iniusta, tenet, secundũ Alberi. *in Rubr. ff. quod cũ eo.* de quo meminit Parisius, *cons 94. spectabilis 7. col nu. 45 princip. 1. vol.* debent enim, secundum eum, iudices laborare, quod creditores sibi debitum prosequantur, & sic multoties fuit iudicatum, & hoc tenet Carau. *super Ritu. item quod si qui colum. pen. in 15. quæst. in fin. fol. 91.*
8 † item in socijs, qui etsi de iure non teneantur nisi in quantum facere possunt *l. sunt, qui. ff. de re iudic.*

si tamen promittunt integre soluere, vel renunciant huic beneficio, tenebuntur insolidum, plenè Alex. *cons.* 133. *super quæsitis*, 5. *col. meminit de eo* Ias. *in d. l. sunt*
9 *qui*. † sic similiter dicebatur, valere renunciationem, per quam quis renunciat exceptioni hosticæ, quamuis publica vtilitatè introductæ, Freccia *in tit. de offic. Admirarii maris*, *num.* 18. *fol.* 29. Secundo dicebat
10 nurus, † tex. *in l. maritum*, *& in d. l. rei iudicata*, §. *final.* non procedere, facta solutione *l. quod nomine*, *cum l. seq. ff. de cond. indeb.* vbi Iason, *in princ.* & ibi Anto. de Alexand. dicit hoc procedere quocunque errore soluatur, quia hæc exceptio temporalis est, vel quia durat donec diuitiæ superuenerint, vel quia non transit ad quemlibet hæredem sed ad filios eiusdem matrimonij tantum: sed in casu, de quo agebatur, dicebat, de antefato fuisse ei satisfactum, quia receperat duc. 3000. pro eo, & pro alijs duc. mille sibi ipsi satisfecerat super quãtitate debita socero per debitricem dicti eius soceri, et iã mediante decreto in quo licet diceretur quod fiebat solutio in causa dotis, nihilominus dicebatur, quod hoc decretum continebat errorem, ex quo fine ipsius dicebatur, quod fieret solutio, stante fideiussione præstita de restituendo antefatum: vnde non erat facienda vis in verbis decreti, sed in sensu. *l. scire leges. ff. de ll.* & nouissimè nurus dicebat, socerum amisisse hoc beneficium, quia dolo versatus erat, ex quo facta exequutione contra eum in quibusdam frumentis falsò procurauit comparitionem tertij, qui diceret frumenta esse sua, & falsò super hoc testes examinauit, de quibus contra eum exposita quærela, ipsoque imparato in carceribus examinato, habita nurus, & secundi viri remissione, habuit gratiam
11 ab Illustrissimo Prorege, & post, se obligauit vnde † stante dolo prædicto, dicebatur, dictum beneficium amisisse. *l. etiam.* §. *licet vbi Bart. & alij. ff. soluto matrimon.* & insuper dicebat secundus vir, quod etsi hęc omnia non procederent, quæ per nurum, contra socerum opponebantur, aderat alia ratio, quæ obtine-
12 bat respectu ipsius, † quia socer promiserat ipsi restituere certam quantitatem pro residuo dotium, & antefati primi viri, quo casu succedit conclusio gl. *in l. si prior. ff. sol. matr.* & ibi Barto. dicit distinctionem gl. esse mirabilem, & esse ab omnibus approbatam, dicit Ias. *in l. Nesennius*, *col. fin. vers. in ead. gl. ad finem*, *ff. de re iud.* vbi Hercula. *in fin. col.* & Alex. *in d. l. maritum in* 12. *limitatione*. Pro socero dicebatur, pro eo esse regulam, nec responsiones, seu limitationes obstare, & ad primum dicebat, quod etsi ipse dicere posset, ex dicta obligatione, vt supra facta, etiam cum reseruatione primorum, & anteriorum iurium, non esse sublatam naturam obligationis, seu actionis, de dote, quæ trahit secum hoc beneficium annexum, per tex. *in l. qui id, quod ff. de donat. & in l. quod maritus, ff de const. pecu. cum concor.* de glossa ibi, & ex dictis Bart *in l. cum quis decedens*. §. 1. *in* 1. *oppos. ff. de l.* 3. nihilominus ex quo hoc posset habere difficultatem
13 secundum Corneum, *vbi supra*, † hæc renunciatio tacita, vel expressa, etiam cum inst rumento, & facta post solutum matrimonium, non valet, tanquam contra bonos mores, & remanentibus adhuc reliquijs reuerentiæ debitæ socero; nam ante Bar. *in d.* §. *eleganter*, tenuit hanc opinionem Dyn. & glos. & Alber. & post Bart. contra eum, tenet Imol, & alij, quos refert, & sequitur Alex. *in d.* §. *eleganter*, vbi respondet omnibus rationibus Bart. & Alex. sequitur Franc. de Aret. *ibid.* 1. *&* 2. *col.* qui late disputat artic. & tandem concludit, opinionem Dyni, & gl. esse veriorem, & communiter approbari per Moder. & hanc eandem opinionem tenet Ioan. Campeg. vbi refert. quasi verba formalia Alex. *in trac. de dote*, 3. *par. q.* 246. *incipit solut. matrim. fol.* 127. *in mois.* Sal. *in l.* 1. §. *cum autem.* 1. *col. vers. sed dubitatur. C. de rei vxor. actio.* vbi latè Immò Neapod. *in d. consuet. vbi dos*, *in vers. solidum.* dubitat de validitate illius consuetudinis, dicit tamen esse seruandam, quia sic scripta est *l. prospexit. ff. qui & à quibus*. & ex prædictis dicebatur apparere responsum ad primam limitationem pro parte nurus, de decisio. Bart. Paul. & Angel. Nec exempla similia allegata respectu filij, & sociorum renunciantium beneficio prædicto dicebantur obstare, quia in ijs casibus, dicebatur distinguendum, prout distinguit *glos.* *in l. si*
14 *conuenerit*, *ff. de re iud.* † quod quando priuilegium competit ratione reuerentiæ personæ, renunciari non potest, & ita procedit tex. *in d.* §. *eleganter*, quando verò competit ratione contractus, vel societatis, tunc renunciari possit, ita gl. in d. l. sunt qui, vbi pulchre declarat Alberi. Alex. *in d.* §. *eleganter*, *col. pen. vers. pro conclusione prædictorum*, & Ang. de Aret. *in* §. *fi. Institut. de actio*, Imo. *in c. cum contingat*, *in secundo membro principali*, *in* 1. *casu* 2. *colum. vers. nec obstat, quod habetur in* §. *eleganter*, *extra de iure iur.* & glos. prædictam dicit notabilem Lup. *in repet. c. per veras*, §. 12 6. *col. vers. limitabis secundo*, & idem dicitur de exceptio. hostica. Nec dicebatur obstare secundum, *de l. quod nomine*, quia dicebatur, factum deficere, nec curandum de allegato errore, quia error erat liberare hanc pecuniam in casu antefati, non audito in liberatione, nec vocato socero, in cuius præiudicium hoc fie-
15 ri non poterat, † quia regula est, solutionem censeri factam in eam causam, in qua ipse creditor, si esset debitor, solueret. *l.* 1. *vers. quoties vero ff. de solutio.* & in duriorem, & grauiorem causam, *l. in his verb ff. eod. tit.* grauiorem enim esse causam dotis, quam antefati, in casu de quo agebatur, non dubitabatur, tum quia socer pro dote, stante consuetudine Neapolitana potest insolidum exigi, & carcerari, pro antefato vero, vt dictum est, nec tenebitur insolidum, nec carcerabitur. Item pro dote in hac Ciuitate, maiores soluuntur vsurę, quam pro antefato, vt est consuetudo clara
16 in scriptis. Quo ad tertium, & vltim. † dicebatur text. *in l. etiam* §. *licet*, priuantem hoc beneficio socerum dolosum, procedere, quando socer dolosè dissipat bona sua in fraudem dotis; in casu vero de quo agebatur, non apparebat aliqua dissipatio, sed prætensa tantum occultatio, pro qua non est condemnatus, quod non gaudeat beneficio prædicto: & quando ex hoc prætenderetur condemnatio, instabit socer, quod dato termino super hoc audiretur; discussis prædictis, Sacrum Consilium habuit pro vero, huic beneficio non posse per socerum renunciari, quodque pecunia soluta, erat soluta in causam dotis, verum ex capite euidentis doli, iudicauit contra socerum, & aliqui ex Dominis etiam dixerunt, † quod stante obligatio-
17 ne soceri, facta de soluendo certam quantitatem, tam nurui, quam secundo viro, qui etiam agebat in præsenti iudicio, militabat dispositio tex. *in l. Nesennius*, *ff. de re iud.* quem si concor. glos. *in l. si prior ff. solut. matrimon. cum ead. l. si prior*, vbi etiam vltra Doct. supra allegatos, Alb. sequitur gl. tam ibi *quam in l. qua dotis*, *in fin. vers. ff. solut. matrimon.* Socin. *in regul.* 257. *maritus*, *in sexta fallent.* & de materia huius decisionis vide Barbosam *in l. maritum numer.* 27. *versicul. habet tamen* vbi plene de renunciatione tacita, & expressa *fol.* 245. *ff. soluto matrimon. & fol.* 248. vbi de hac decis. meminit die. .... Octobris 1577 Acta penes Capuam, Decretum penes Cęsarium.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Brun. *in tract. de cessio bonor. in q.* 22. *quarta q. principalis*.

Num. 2. Adde eundem Brun. *in tract. prædicto* 33. *q.* 4. *q. principalis in fin* Mangrell. *ad Bart. in l. maritũ ff. soluto matrim.* & Guttier. *in lib. pract. q. vol.* 2. *q.* 26. *sub n.* 23. *infra dec.* 366. *n.* 11. *in fin.* D. Gart Mastrill. *in dec.* 69. *n.* 5. *post multos annos impress.* Marc Anton. de Amatis *in dec.* 16.

Sub nu. 3. dum alleg. Affl. Adde Vrsill. ibi, & Addit. *ad Neap. in Consuet. vbi dos f.* 234. *in nouis*; Vide *inf. d.* 366

An so-

An socer qui iurauit soluere dotem, si opponit beneficium, de quo in hac decis. debet obtinere prius absolutionem à iuramento, Capell. Tolos. *in decis.* 258. *refert iudicatum quod sic*, cui addi potest in simili Carau. *in pragmatic. prima*, §. 12. *num. decimo in fin. ad Maced.*

Et qualiter debet opponi exceptio dicti beneficij, & quæ erit eius forma; Vide Aret. *in §. appellatur num. 7. Instit. de actio.* Galter. *in praxi instrum. fol. 129. & ibi de materia, & fol. 128.*

Num.....7. Adde hunc Dominum *infra dec. 81. nu. 8.* vbi addo, & quomodo fieri debet specialis renunciatio huius beneficij dicam ibi.

Num. in fi. Adde quod idem fuit iudicatum per S. C. in causa Pompei Capycij Latro referente D. de Bottis.

Videatur Vrsill. *in decis. Afflict. 308. sub n. 20.* & Minado. *in dec. 2. n. 2.*

Num. 11. Adde Couar. *lib. 2. variar. resolut. cap. 20.* post Aufrer. *in decis. Tholosana* 258. & Brun. *in d. tract. q. 31. 4. quæst. principalis fol. 83. & seq. & q. 23. fol. 73.*

Num. 13. Vide Brun. *in d. tract. quæst. 21. principali*, & idem D. Garsia *loco cit. numer. 7. iterum in decis. 93.*

Num. 15. Adde videndum Ann. Sen. *sing. 484. cum addit.* ibi Venafra *cons. 21. num. 8. 9.* D. Reg. de Ponte *cons. 15. num. 10.* D. Reg. Lanar. *cons. 24.* Caualc. *decis. 1. n. 27. par. 2. decis. 5. n. 22. par. 2.* Mandos. *in cons. Rom. 94 lit. C. Mascard. in tract. de probat. conclus.* 1319. *volu. 3.* D Ann. Iun. *cons. 30.* Surd. *in decis. 186. à num. 4.* & omninò Menoch. *de præsumpt. lib. 3. c. 136* Magon. *decis. Florent. 36.* post Marant *in tract. de ord. iudic. par. 1. num. 20. fol. 2.* Surd. *in decis. 169. nu. 9. & omnino decis. 186.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Filius non potest præsentare instrumentum contra patrem.*
2 *Idem in socero.*
3 *Differunt ista inter se, quem non teneri nisi in quantum facere potest, & non teneri, nisi quatenus est soluendo.*
4 *Hi an possint carcerari.*
4 *Nobiles an gaudeant huiusmodi priuilegio.*
6 *Mater gerens tutelam filiorum, condemnata gaudet hoc priuilegio, etiam si renunciauerit omni legum auxilio.*
7 *Colonus partiarius, non tenetur nisi in quantum facere potest.*
8 *Huiusmodi priuilegio an renũcietur per habẽtes illud.*
9 *Socer, & socrus, dotem genero promittẽtes etiam cum iuramento, non conueniuntur vltra quam facere possunt, obtenta tamen absolutione à iuramento à Pontifice, vel habilitatione ab Episcopo.*
10 *Intellige tamen, dummodo in dolo non fuerint.*
11 *In huiusmodi beneficio non attenditur valor rei, sed fructuum.*
12 *Priuilegium hoc marito competens, transit ad filios hæredes.*
13 *Decrepitus de iure, an pro debito carceretur.*
14 *Gaudentes beneficio, deducto ne egeant, non carcerantur.*
15 *Idem in muliere quod non carceretur pro debito, ratione sexus etiam stante iuramento.*
16 *Renuncians omni legum auxilio, videtur renunciare etiam beneficio statutorum.*
17 *Exceptio hostica an opponatur post sententiam.*
18 *Solutio intelligitur facta pro antiquiori debito.*
19 *Solutio in dubio præsumitur facta ex præambula causa, & præexistenti, vel præcedenti contractu.*
20 *Solutio simpliciter facta, censetur facta in extinctionem debiti, quod verisimiliter creditor qui solutionem recepit extinxisset.*
21 *Causa durior vel grauior, quæ dicatur.*
22 *Omnia intelligenda, tamen electione non facta, & ibi cautela pro creditoribus.*
23 *Solutio an prius censeatur facta pro interesse, quam pro capitali.*

AD hanc decis. vide omninò Præsidentem
1 *suprà decis.* 162. vbi de † filio quod non
potest presentare instrumentum contra
2 patrem, & † idem dicit etiam de socero, *n.*
3 13 Item adde, quod † aliud est dicere, quem non teneri, nisi in quantum facere potest, & aliud quem non teneri, nisi in quatenus soluendo est: quia diuersum est vnum ab alio. Aimon, *cons. 77. nu. 3.* Item adde,
4 quod † hi tales non possunt carcerari, teste Couarr.
5 *lib. Variar. resol. 2. c. 1. num 4. & seq.* & ibi an nobiles
6 gaudeant hoc priuilegio, an mater gerens tutelam filiorum, condemnata gaudeat hoc priuilegio ne conueniatur, nisi in quantum facere potest, si renunciauit in tutela suscipienda omni legum auxilio; Alexandrin. *in cap. ex parte enim, num. 11. de appellat. Duen. Regula*
7 312. *Limitatione* 2. Item nota, quod † Colonus partiarius non tenetur nisi in quantum facere potest Fulgos. *in l. item quæritur, §. vis maior, ff. Locati* Crement.
8 *Sing.* 101. Nicolaus Milis, *in verbo Colonus.* An † illi qui hoc priuilegium habent, possint huic beneficio renunciare? Alex *in alia, §. eleganter, ff. de solut. matrim.* Item limita contra pauperem, Hipp. *Sing. 99. latissime,*
9 *& quæ ego.* Item † adde quod Socer, & Socrus dotem promittens genero, etiam cum iuramento, gaudeant beneficio eodem, ne conueniantur vltrà quam facere possunt, obtenta prius absolutione à Pontifice, vel habilitatione ab Episcopo iuramentorum. Ita Tolosanus *decis. 259.* Minodaus *decis.* 2. & latè Bart. *in Singulari*
10 126. Sed hæc † dicta intelliguntur, dummodo non
11 fuerint in dolo: quia dolus semper excipitur, & quod † ad hoc beneficium non attenditur valor rei, quam habet gauisurus hoc beneficio, sed valor fructuum. Bar.
12 *Sing.* 17. & Boer. *decis.* 19. Item nota, quòd † priuilegium concessum marito, ne conueniatur vltrà quàm facere possit, competit & filijs hęredibus, Bar. *in l. si cum*, 23 *ff. de re iudicata.* Ad num. 7. quòd benef. & contra per Præsidentem *infra decis. 181. vbi ad partes.* Sed inclinat quòd non, cùm sit decisum ibi. Item ad-
13 de quòd licet † decrepitus de iure carcerari non debeat, vt voluit Anchar. *consil. 336. vers. his præmissis*, tamen quòd debeat æquius carcerari in domo prætoris, tenet Osascus *in decis. Pedemont. 123. qui loquitur in sene*, & vide Mascardum *libro de probat. Conclus.* 13011. *in verbo Senex*, & Ioseph. Cum. *in Ritibus Siciliæ, c. 30. & c. 31. latissimè.* Firmian. *in verbo Senex.* Vide Siluam nuptialem, *in Repertorio in verbo Senex.*
14 *Ad num.* 2. adde, quòd † habentes beneficium, deducto ne egeant, quòd non carcerantur pro debitis, &
15 † sic mulier ratione sexus etiam si adest iuramentum soluendi; Ita pro, & contra disputat Cumia. *in Ritibus Siciliæ*, sed tandem concludit, pro affirmatiua, contra eius proauum, quòd carceretur, *in cap. 19. & 31. in fine.* Ad num. 9. vide de exceptione hostica, infrà, Præ-
16 sidentem, *decis. 286. incip. Claudia.* Et quòd † renuncians omni legum auxilio, videtur renunciasse omni beneficio statutorum, Ias. *in l. omnes populi, num.* 23
17 *ff. de iustitia, & iure*, & † quòd exceptio hostica possit opponi post sententiam, vidè *infra decis. 286 num. 3. ibi qualiter, & quando*, Ad num. 15 Adde Consiliarium Annam, *cons. 3. incip. Solutio, vol. 1.* & Surdum
18 *decis. 169. incip. dixerat Senatus, num. 9.* vbi quòd † solutio intelligitur in antiquiori debito, & melius lo-
19 quitur *decis. 186. incip. Agebatur.* Sed scias quòd † solutio facta in dubio, præsumitur ex præambula causa, & præexistenti, vel præcedenti contractu, Bart. *in l. 21. §. Caius. ff. de lib. legat. & in l 29. C. de transact.* Crauetta *cons. 158.* Magon. *decis. Lucana quinta*, Rota Ianuens. *in antiquis, sextà, & 91. &* Osascus *in decis. Pedemont. 58. num. 18.* Bene verum est, quòd dicta

decisio Ianuens. *sexta, num.11 & seq. vsque ad 17.* di-
20 cit, † solutionem simpliciter factam censeri factam in extinctionem debiti, quod verisimiliter creditor, qui solutionem recepit, extincturus esset, & sic in duriorem & grauiorem, vt concludit hic Præsidens, de quo Paponius *lib. Arrestorum decimo, Arresto 6. tit. quinto*, & Magonius *in Rota Florentina, dec. 39. num. 7.* & 20 &
21 Rota Ianuens. 121. *vbi* quæ † dicatur causa grauior, &
22 durior & Menoch. *de Arbitrar. iud. lib 2. Casu 492.* † tamen hoc intelligi debet, non facta electione à creditore, in quam causam ex pluribus solutionem recepit. Nam illo casu cessat præsumptio, & ideo cauti debent esse creditores recipientes solutionem, vt dicant pro qua causa recipiunt, vt litis anfractus euadant. Ita Ma-
23 gonius *in decis. Florentina 39 nu 8.* † An prius solutio sit censenda facta pro interesse, & demum pro capitali. Anna *Allegatione 54. & 112.* & simpliciter in quam causam, vterque Anna, pater & filius, *in Singulari 484. Solutio num. 12.* & Barbosa, *in l. maritum, num. 27. in versic. habet tamen, 13. 148.* vbi de hac decisione meminit.

ADDITIO D. RICII.

SOcer à nuru pro dote conuentus an carcerari possit stante eius renunciatione beneficio sibi competenti; vt non conueniatur, nisi in quantum facere possit, hoc dicit: de materia huius decisionis latè tractaui *in addit. ad decis. 162.* hic tamen aliqua attingam Adde igitur Minad. *decis. 2. per tot.* Thes. *decis. 153. num. 13.* & Afflict. *decis. 222* qui refert bis iudicatum, fieri exactionem in solidum, vna vice in Sacro Consilio, & altera in Regia Camera, & Vrsill. *ibid. num.* 3. testatur alia vice sic etiam determinasse Sac. Consil. de Anno 1545. se patrocinante, vt per eum, & de prædictis duabus decisionibus Affl. meminerunt Rocc. & de Bott. *l. vbi dos, de iure dotium*, quamuis ipse de Bottis contrarium teneat & Rocc. hoc relinquat cogitandum, & aduertendum hodie in practica obseruari, quòd cōtra eum possit liquidari instrumentum via ritus, & ita tradit author noster *decis.* 366. in fin. quod limita non procedere in antefato, tum quia consuetudo non extenditur de casu ad casum, præcipue dum non est eiusdem rationis, vt est in hoc casu, tum etiam, quia in antefato mulier agit de lucro captando, & successiuè debet seruari ius commune, vt restituentes non teneantur nisi in quantum facere possunt deducto ne egeant, & ita iunctis aulis ob nouitatem articuli determinauit Sacr. Consil. in anno 1560. die 21. Iunij, vt refert Molfes. *in comm. ad consuet. Neap. par. 6. quæst. 9. num. 9.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA

SVMMARIVM.

1 *Socerum non posse renunciare respectu nurus, etiam cum iuramento beneficio deducto nè egeat firmatur in decisione quam limitat Author in socero respectu generi.*
2 *Maritus sequuto diuortio ex ipsius sæuitia, an gaudeat dicto beneficio varianis Rot. Rom.*
3 *Solutio simpliciter facta an cedere debeat in causam dotis, vel antephati, & Merlinus oppugnat decisionem nu. 4.*
5 *Explicantur text. in l. 1. & 3. ff. de solut. l. 1. C. eod.*
6 *Ratione doli quando cesset beneficium deducto nè egeat.*

1 EVocat hæc decisio ad enucleationem nonnullorum articulorum, & præmittitur canonizata conclusio, quòd priuilegio competenti ratione reuerentiæ personæ, vt puta beneficio quod habet socer, ne teneatur vltra quam facere possit valeat renunciari à socero, etiam cum iuramento ex *glos. si conuenerit, ff. de iudic.* & traditis *nu. 14.* & decisionem sequuntur Mastrill. *dec. 93.* Fontanell. *de pact. nupt. tom. 2. claus. 5 p. 11. n. 61.* vbi ita iudicatum refert Ant. de Amat. *resol. 55. n. 14.* & decisio loquitur de socero respectu nurus, sed non habet locum in socero respecto generi, in hoc enim casu priuilegium non fundatur in reuerentia, sed in affectione, & potest renunciari *l. pen. ff. de pact.* Barbos. *in l. maritum num. 68. sol. matr.* quamuis socero competat d. beneficium etiam obligato cum guarentigia, vt decisum refert Fontanell. *claus. 8. glos. vnic. p. vnica nu. 3.*
2 Emergit quæstio, an sequuto diuortio ex sæuitia mariti in restitutione dotium gaudeat maritus beneficio deducto ne egeat, & affirmat glos. *in c. 1. verb. totum de don. inter vir. & vx.* Barbos. *in l. maritum nu. 42. sol. matr.* ratio est, nam sicut directè, & expressè non potest maritus renunciare, ita nec indirectè delinquendo in legem, quia semper deficit potestas in renunciante, nec cessat suppositum reuerentiæ maritalis consideratum in *l. alia, §. eleganter, ff. sol. mat.* ita arguunt Barbos. & D. meus *nu. 13.* nec per separationem Thori tollitur vinculum coniugale, *c. 2. de diuort.* & Hostien. & licet Bertazol. *cons. crim. 51.* contrarium teneat nihilominus argumentum Bertazol. ab ingratitudine per quam priuilegia ammittantur ex *l. si ab hostibus, §. si vir vxorem, ff. solut. matr.* non procedit ad sæuitiam, nam ingratitudo non subiacet pœnitentiæ, sed secus sæuitia cum possit esse locus reuersioni ad eundem thorum, ita Rot. Rom. *de anno 1625. 26. Februar. in Recanaten. separationis Thori,* sed aduertendum quod Rota recessit à *d. Recanaten. vt in decis. 231. par. 6. recent. Sanagno de visitat. carcerat. lib. 3. q. 7. cap. 1. num. 15.*
3 Anceps est pugna, an solutio simpliciter facta cedere debeat potius in causam dotis, quàm antephati, ex eo quod dotis causa grauior sit maiores vsuras producens solutionem in causa dotis censeri factam ex *tex l. 1. ff. de solut.* concluditur *nu. 15.* & in causa Lauiniæ Fredianæ cum Hospitale S. Mariæ de Pace sub die 20. Decembris 1641. facta relatione in S C. per Cons. Merl. determinatum refert Giza. ad Reg. Latr. *obs. 21. nu. 23.* licet domi per Cons Apicellam aliter fuisset pronunciatum.
4 In contrarium adducitur regula, vt quoties quis est debitor ex pluribus causis, quarum vna est accessoria ad aliam, tunc solutio simpliciter facta cedit in causam accessoriam potius quam grauiorem *l. in his vero, §. Imperator, ff. de solut.* nam debitor non potest grauari magis, quàm soluendo quod non recepit, & cùm antephatum sit accessorium ad dotem, cuius respectu soluitur *Auth. dos data* cum ibi notatis, *C. de donat. ante nupt.* Afflict. *dec. 291.* consequenter solutionem censeri factam in causam antephati, & probat, & decisum in M.C. refert Merlin. *lib. 1. controu. 26.* qui opinionem D. mei tradit posse sustineri secundum consuetudinem Neapolis iuxta quam causa dotis dicitur grauior, cùm pro illa detur carceratio soceri, non autem pro causa antephati, vt consideratur hic *n. 15.* secus autem de iure communi.
5 Ingens equidem quæstio, nam in *l. in his, §. apud Marcellum, & l. Titia, §. sed si forte, ff. de solut. & in l. 1. C. eod.* deciditur solutionem per debitorem simpliciter, & non expressa causa factā cedere priùs in causam vsurarum deindè sortis; Contra stat Vlpian. *in l. 1. & 3. ff. eod.* vbi eiusmodi solutionem in duriorem, & grauiorē causam cedere statuitur, sed Bart. *in dict. l. 1. ff. de sol. num.*

num.9.& Immol.ibidem Ruin.conf.49.49. lib.5. Ann. alleg.112.& Anna filius conf.30 nu.5. concludunt dispositiones legum primo loco allegatarum specialiter tantùm in vsuris procedere, & non posse trahi ad aliud accessorium, ita Reg.Marcian. disp.37.nu.2. & 3. vbi probat solutionem cedere in causam tertiarum, & non interesse illarum, & ita refert decisum per Cons. de Giorg.doctè insuper, vt solet ratiocinatur super dispositione dictarum legum Reg.Latr.dec.21. vt procedant in vsuris non in alijs accessorijs, quia vtilius sit debitori, vt longiorem habeat dilationem, & Scaccia de commerc.& camb.§.2.glos.5.nu.99. dat rationem, quia naturaliter colliguntur fructus, & non euellitur arbor, & substantia potest manere sine accessorio, sed accessorium nonpotest sine substantia, sed cùm in casu nostro antephatum postquam est constitutum, possit stare de per se, nec se habeat vti vsura, de qua locum habent iura supra citata, quæ specialiter prouiderunt super vsuris, & non extenduntur ad alia accessoria, ergo indistinctè verior videtur conclusio in decisione nu.15. firmata quò solutio censeatur facta in causam dotis potiùs quàm antefati.

6 Socerum condemnari in solidum propter dolum, & contra eum procedi ad exactionem, & carcerationem nulla habita ratione exceptionis deducto ne geat, decisum habetur per S.C. hic in fine, & per Senatum Pedemontanum ex Gaspar.Thesaur.in addit. ad Thesaur. dec.119.Paschal.de Patr.pot.p.2.c.9.nu.25. Barbos.in l. maritum nu.71.sol.matr.per tex.in l.sed hoc ita, §.fin. de re iudic.glos.finalis in l.penult.de iur.dot.facit quòd si quis sciens se non esse soluendo, contraxit cum creditoribus amittit beneficium cessionis bonorum l. fin. §. fin.ff.quæ in fraud.credi.Tiraquell.in l.si vnquam verb. bona nu.3.C.de reuoc.donat. dubium est, an censeatur in dolo, si dotem promisit sciens se non esse idoneum decipiendo generum, & pro opinione aiente videtur textus in l. quod si cum scires, ff.de dol.Ruin.conf.42. lib.2.sed Zasius lib.2. singul.respons.c.9. à nu.5. distinguit, quòd si promisit dotem animo decipiendi generum, nō habebit hoc beneficium, aliàs secus, vt quia sperabat se acquisiturum bona, §.in fraudem instit. quib. ex caus.manumitt. nō licet quem textum allegat Aret. in conf.47.nu.2. quidquid tamen velint dicti authores ipsorum opinionem confutat Barbos.nu.75.& 76.qui occurrit singulis obiectionibus, & allegat Goffred.Campeg.& alios, benè verum limitat in socero, vel marito dotem recipientibus, vt in ijs non præsumatur fraus, si quid consument ex dote, nam possunt sperare quòd antequam veniat tempus restituendæ efficiantur diuites, & oportet constare de dolo soceri, vel mariti glos. in d.l.penult.post alios Barbos. num. 77.qui pleno calamo materiam pertractat, & præsertim nu.101. disputat articulum, si maritus non dissipauit bona propria animo præiudicandi vxori, sed alteri, num is dolus faciat perdere dictum beneficium, & pro affirmatiua affert text. in l.ait Prætor, §.illud, ff. quæ in fraud.creditor. & pro negatiua text.in l.etiam 19. §.sol.matr.

SVMMARIVM.

1 *Magnus Cancellarius concedit officium Bidelli in collegio, & quare num.10.*
2 *Viceregès, in Regno possunt omnia, quæ potest Rex, stante eorum potestate.*
3 *Officij concessio quolibet modo vacet siue per mortem siue per renunciationem, tenet, & nu.9. de veritate*
4 *Titulus concessionis officij, ostendi debet, quia in eis magis strictè proceditur, quàm in feudis.*
5 *Resoluto iure auctoris, resoluitur ius acceptoris.*
6 *Iurisdictio morte extinguitur mandātis si non est Dominus, secus si est Dominus.*
7 *Actuarij officium apud Archiepiscopum, extinguitur morte Archiepiscopi.*
8 *Concessio, tàm in spiritualibus, quàm corporalibus, si accessit confirmatio superioris, habebit effectum etiam post mortem concedentis, dummodo tempore cōcessionis aliquod ius habeat concedens.*
11 *Priuilegium an possit per concedentem reuocari.*
12 *Concessio alicuius officij, in dubio an intelligatur facta à Prorege tamquam Prorege, vel tamquam alio.*

DECISIO CLXV.

Officium concessum ab eo, qui ius habet eum concedendi, prout officium Bidelli à magno Cancellario in regno Neapolitano, an per sequentem Magnum Cancellarium reuocari possit.

Illustriss.Don Cæsar de Aualos, Magnus Cancellarius petijt declarari, quòd Cæsar Biscia Bidellus abstineat ab exercitatione dicti officij, † cuius
1 concessionem ad se spectare est clarum, etiam ex ijs, quæ Freccia dicit, in tit.de officio Magni Cancellarij, & dicit habere ius pro se. Ex aduerso dicebatur, quòd Cæsar habebat titulum concessionis ei factæ per D. Cardinalem Paceccum tunc Locumtenentem generalem in hoc Regno, per renunciationem factam de officio prædicto in manibus dicti locumtenentis per quondam Alphonsum Bisciam eius patrem, quodque stante potestate Viceregis in hoc Regno, potest omnia, quæ potest ipse Rex.Andr.in c.Imp.4. col.in fin. de pro-
2 hib.feud.alien.per Feder.Iac.plene † qui allegat And. in l.qua acta.6.co.vers.addite ad proxima dicta, C.de
3 off.proc.Cæsar. vbi optimè distinguit. Item † quòd etsi de renunciationis validitate dubitaretur, & verè officium per mortem Illust. Comitis Castri, magni Cancellarij, esset extinctum in personam Alphonsi, tenebit concessio, quolibet modo vacet, ex ijs, quæ Io.Fab. Inst. de her.si inst.§ sed si plures.Accedebat prædictis, quòd hic Cæsar, pro aliquo tempore, etiam in præsentia Illustriss.Don Innici de Aualos, nunc Cardinalis, & tunc magni Cancellarij exercuerat officium prædictum, vnde videbatur prædictam concessionem admisisse. Pro Magno Cancellario dicebatur, non constare de titulo officij Alphonsi, in personam ipsius, & debere con-
4 stare, † ex quo in officijs magis strictè proceditur, quàm in feudis, Capic.in dec.77. in causa Domini Petri, col.fi.vers.aliqui verò. Item quòd etsi constaret de titulo concessionis, concessio erat extincta ob mortem
5 Magni Cancellarij, tum ex regula, † quia resoluto iure auctoris resoluitur ius acceptoris, l.lex, quæ vectigal.ff.de pig quam declarat, & limitat Bal. in.§. rursus, col. vers.pone ergo de controuer. inuestit. & per eam plures decidit quæstiones. Iacob.de Franc. ibid.num.4. vbi alleg.concor.Ant.Padilla in l.& in prouinciali, nu. 10.versic.& non C.de transactionibus. Cag. in repet.l. 2.in 14.quæst.C.de rescind.vend.tum etiam, secundum vnum ex Dominis, quia sic tenet Io.Fab.in §.item, si ad hoc, col.2.vers.quid de officiali Episcopi Instit. de mād.
6 quo in loco facit distinctionem, † an mandans, vel concedens, sit Dominus iurisdictionis, & tūc per mortem, iurisdictio non expiret: an verò non sit Dominus, vt est casus noster, & tunc per mortem expiret, & idem magis specificè, tenet Ang.de Aretio, Inst.eo.ait §. rectè, colum.2.vers.ex quibus. habes in Marchione Marchiæ, qui habet iurisdictionem in vita, & nouissimè dicebatur, sic aliàs fuisse decisum in Actuario Archiepiscopi, cui per prædecessorem Archiepiscopum, fuerat
7 concessum officium Actuarij in vita, † quod expires concessio per mortem Archiepiscopi concedentis, vt refert Afflict.in dec.101. de qua meminit, & eam sequitur Restaurus in tract.de Imp.eligen.in cap.114. 2. facie.vers.si imperator concessit.fol.246. vnde extincta dicta concessione in personam Alphonsi per mortem, priuilegium concessionis factæ per Proregem, quod in dicta renunciatione se fundat, nihil operabitur, quia non entis nullæ sunt qualitates, vt in vulg. &
8 id quod dicitur, † quod confirmata concessione in spiri-

spiritualibus per Episcopum, vel per Sedem Apostolicam,& in profanis,per Regium assensum, effectum habebit etiam post mortem prælati, prout sic limitantur decisa per Afflict. *d. decis.* 102. ex dictis per Abb. *in c. fin. vers. hoc verum, ne prælati vices suas*,& per Bald. *in cons.* 24. *ius Abbatialis dignitatis, vol.* 2. procedit, negotio gesto per prælatum,seu alium,qui tempore concessionis ius habebat, non autem in eo, qui nullum ius habet, & sic in casu nostro, in quo morte Comitis Castri Magni Cancellarij, ius Alphonsi renunciantis ex prædictis erat extinctum, vnde assensus, seu confirmatio nihil operabitur,quia non habet super quo ope-
9 retur. Nec dicebatur esse verum,† quod postquam est facta concessio,sufficit, quod quoquomodo vacet, quia vltra quòd Ioan. Fab *in d. §. si plures* non decidat,sed ex tex. prædicto arguat: contrarium est verum, secundum And. *in c. morib. vers. sed quid si Rex, si de fue. controuers.* vbi Dominus Episcopus Nicoteræ allegat plures concor. Nec prætensa permissio exercendi operabatur, per tex. *in l. qui patitur. ff. mand.* non concurrentibus necessarijs ad præscriptionem fundandam. Quinimò dixit vnus ex Dominis,quod etsi hæc patientia obesset, nocuisset Illustr. Cardinali, non autem Domino Cæsari,nouo possessori, ex dictis in principio huius decisionis. Dicebatur etiam, quod quando propriè hoc officium non esset extinctum in personam Alphonsi per mortem Comitis,quod nihilominus de concessione facta per Illustr. Locumtenentem generalem, non erat habenda ratio, tanquam subreptitie, & obreptitie impetrata,non enim dictum fuit Illustr. Cardinali, concessionem huius officij spectare ad Magnum Cancellarium,iam defectum,vel ad eum, penes quem residebat officium prædictum,donec per Regiam Maiestatem
10 fuisset aliter prouisum. † Hocque officium Bidelli inesse officio Magni Cancellarij ex forma priuilegiorum, & consuetudinis sic semper seruatæ, transireq; exemplo iuris patronatus transeuntis cum vniuersitate cum dicto officio Magni Cancellarij: quia si hoc fuisset expressum, Prorex, vel non concessisset, vel difficilius concessisset,quo casu succedit regula posita *in cap. super literis. de restrip.* Prædictis discussis, dicebatur non esse tractandum de potestate Illustrissimorum Proregum, quorum intentio est semper sequi statuta per Reges facta,commendando tantum officia, ad eos non spectantia, donec per suam Maiestatem aliter fue-
11 rit prouisum, † Nec dicebatur, esse discutiendum,si presupposita validitate priuilegij potuisset, vel non potuisset reuocari, de quo per Afflict. *in dec.* 128. &
12 plenius per Restaurum, vbi supra, † nec si concessio hæc debebat intelligi facta per Proregem tanquam Proregem, vel tenentem officium Magni Cancellarij, de quo per Afflict. *in prælud. constit. in* 25. *q.* & Freccia *in* 2. *lib. in* 6. *authoritate*, quia stantib. in primo fundamento dictis,hæc discussio non erat necessaria, & sic prædictis Sacrum Consilium,facta relatione in Collaterali Consilio,iudicauit die 22. Septembr. 1577. in fauorem Magni Cancellarij,quo ad proprietatem officij, verùm absoluit conuentum, à fructibus, tanquam perceptis ex industria personali, & etiam quia debetur salarium etiam falso officium exercenti. *l. Titio cum esset. ff. ad munici.* quem ad hoc allegat Bal. *in l. non dubium, in* 16. *oppos. C. de legib. & ibi* dicit illam l. esse singularem,& duo ex Dominis senioribus dixerunt, Officiales, qui eliguntur, tam per Magnum Cancellarium, quam per Magnum Admiratum, vidisse ad nutum mutari etiam per eosdem eligentes, & de hoc non esse dubitandum, & sic tanto magis procedit præsens decisio.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. Vide Capyc. *in d. cap. Imperialem à fol.* 29. *vsque ad* 32. vbi ponit potestatem Viceregis, seu Regis Vicarij.

Num. 5. Adde supra *decis.* 64. *num.* 4. 16. & dum alleg. Capyc. *decis.* 77. Adde eundem Capyc. *dec.* 111. *num.* 5.

Num. 7. Adde Episcopum Minorens. *in ver. Episcopus vers.* 25. *fol.* 99. qui hunc locum alleg. & refert sic bis fuisse iudicatum.

Num. 11. Vide Vrsil. *in decis. Affl. hic allegata*, Fuscum *in sing.* 100. & omninò D. Tapiam *in l. fin. fol.* 247. *ff. de Const. Princip.* Mangrel. *ad Bar. in l. quod semel. ff. de decret. ab ord. faciend.*

In fin. ibi vidisse ad nutum, Adde videndum Grama. *decis.* 46. *num.* 2. Loffred. *in cons.* 21. *num.* 10. *& seq.* Adde etiam quod Rex potest ad nutum amouere Iustitiarium Regni, aut Iustitiarios Prouinciæ secundum Afflict. *in Const. fidelium num.* 5.

Et ad istam decis. Vide Ann. Sen. *in alleg.* 103. *part.* 2. qui in possessorio huius causæ, de qua in præsenti decis. scripsit, & obtinuit ad fauorem D. Notarij Cæsaris.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Rex assistit medialiter in nostro Regno, quia personaliter assistit Hispania.*
2 *Prorex huius Regni, Regis personam ostendit, & de eius potestate infra, num. 5. remissiuè.*
3 *Facit Banna, & Pragmaticas, & alia, vt hic.*
4 *Resoluto iure datoris, resoluitur ius accepturis, & quomodo.*
5 *Officiali creante Locumtenentem, discedente ab officio, exspirat & Locumtenentis officium remissiuè.*

1 AD hanc decisionem adde, quod † Rex non valens assistere personaliter, assistit medialiter, & præsentiam, & eius corpus ostendit mediante persona Illustrissimorum, & Excellentissimorum Dominorum Proregum, vt hodie
2 est iste iustissimus Prorex Pimentellus, qui † locum in hoc eius Parthenopæo Regno tenet, vt voluit Barbatius *cons.* 26. *vol.* 2. qui potest facere ea, quæ potentissimus, & Catholicus Rex noster Philippus III. (qui regnet in æuum) vt dicit Luc. de Penna, *in l. in offic. C. de castrensiarijs, lib.* 12. & Cumanus *consil.* 157. 158. *&* 162. & Milanensis post alios *decis.* 8. *nu.* 72. ibi. quo-
3 niam respondeo, & † potest facere Banna, & Pragm. & Statuta antiqua tollere, & noua inducere. Bart. & Bal. *in l.* 2. *§.* 11. *quib. ff. de leg.* 3. & Afflict. *in const. Diua memoria*, & Freccia *in subfeudis, qui dicatur Dux, nu.* 30. nisi tamen in reseruatis. Ad istud, quod † re-
4 soluto iure datoris, resoluatur ius acceptoris, adde omninò Osascum *decis.* 34. *&* 156. Adde quod illud
5 seruit ad multa, quod † Officialis creans Locumtenentem, finito officio suo, finiatur Locumtenentis officium, de quo vide *infrà, decis.* 255. 457. *&* 466. *latè.* & de potestate Proregis, nouissimè Ioannes Franciscus de Ponte, *in suo tractatu.*

ADDITIO D. RICII.

OFficium concessum ab eo, qui ius habet illud concedendi prout officium Bidelli à magno Cancellario in Regno Neapolitano per sequentem magnum Cancellarium reuocari potest, hoc dicit, Adde Capiblanc. *de Baronib. pragm.* 5. *num.* 84. vbi ampliat hoc idem procedere in officialibus magni Admirantis, vtrum successor teneatur obseruare obligationes, & promissiones prædecessoris, vide Vbald. *in tract. de priuileg. col.* 3. *ver. quartas*, & an successor possit ligari legibus sui prædecessoris, vide Anchar. *cons.* 116. *nu.* 1. & 3.

OBSER-

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Salarium an debeatur falso officium exercenti expenditur textus in l. Titio, ff. ad municipal.*
2 *Contra decisionem affertur pronunciatio Cons. D. Ant. Nauaret.*
3 *Vacatio beneficij, vel officij expressa vno modo, quando adesset vacatio alio modo, an sustineatur concessio.*
4 *Quid si adesset clausula, siuè quouis alio modo.*

1 Singularis est præsens decisio textum mirabilem expendens. Altercatum fuit, an officium Bidelli almi Collegij Neapolitani sit in potestate Magni Cancellarij conferendi, & si fuerit per Proregem concessum, an valida iudicetur concessio, & decisum fuit pro Magno Cancellario, ita quòd Bidellus electus à Prorege cogi possit abstinere, verùm quoad fructus perceptos fuit absolutus conuentus, ex eo etiã quòd debetur salarium adhuc falso officium exercenti, *l. Titio cum esset, ff. ad municip.* quem singularem dicit Bald. *in l. non dubium. C. de leg. in 16. oppo.* & singularitas consistit in eo quòd collusio, & fraus prohibita est, & reprobata, & colludens dicitur committere falsum, nec collusio prodest emptori, & in hoc casu subreptitie erat impetratum officium, non enim dictum fuit Proregi concessionem spectare ad Magnum Cancellarium, vel ad eum, penès quem residebat dictum officium Magni Cancellarij, donec per Regiam maiestatem fuisset aliter prouisum, dum tunc per mortem Magni Cancellarij erat extinctum officium, ita vt nec concessio, debeat intelligi facta per Proregem tamquam tenentem officium Magni Cancellarij.

2 Augetur difficultas, quia possessor malæ fidei tenetur restituere omnes fructus, tàm naturales, quàm industriales, *c. grauis de restitut. spoliator c. si culpa de iniur. & damn. dat.* ergò videtur non posse lucrari salarium dolosè, & falsò se introducentem ad ministeriũ, nihilominus contrarium ex *text. in d. l. Titio* in comprobationem decisionis plura cumulat Larrea *in alleg. Fiscal.* 105. & affluenter D. Prat. *pract. obs. 66. per tot.* qui decisum in S.C. refert, quamuis secundum oppositam sententiam fuisset prius pronunciatum per Cons. D. Ant. Nauaret. nam in gradu appellationis fuit reuocatum decretum, & in confirmationem assumpti plura expendit Ann. *in cons.* 104. de Pont. *cons.* 133. qui in ea quæstione an Officialis inquisitus restitutus ad officiũ recuperat fructus perceptos lite pendente, in qua controuersia dissident de Pont. *dec.* 25. & Capyc. *decis.* 67. constituitur etiam distinctio quòd si agitur de salario, quod datur officiali, vt honorificè viuat, & respicit seruitium personale, & industriam exercentis officium, & non venit in restitutione, sed emolumenta, quæ longè excedunt seruitium personale, veniunt Amicangel. *de Regal. offic. q. 16. num. 26.* nec ex eo, quòd in restitutione fundi veniunt fructus, sequitur quod restituto officio debeant restitui stipendia, nam fructus, sunt accessiones naturales, quæ ipso iure veniunt, sed stipendia sunt merces locationis operarum, & stipendia remanent propter seruitia, Gamm. *dec.* 24. & generalis restitutio militis an comprehendat stipendia, videndus *text. in l. penult. ff. de re milit.*

3 Regula ab omnibus recepta est, quod impetratio obtenta per obreptionem, vel subreptionem non valet, quia debebat exprimere omnia, cum etiam si vacasset vno modo, & expressisset alium modum vacationis non valeret concessio, *c. susceptum de rescript. in 6.* & in feudis est *text. in c. moribus si de feud. fuer. controu. vbi Andr.* allegat iura concordantia, quòd inuestitura concessa de feudo quod dicebat apertum per mortem feudatarij, qui eo tempore viuebat quamuis postea moriatur non valet, & ibidem Lipar. refert simile de feudo concesso per rebellionem, & quia vacabat per hostilitatem non valuit concessio Caualer. *dec.* 214. Lotther. *de re benefic. p. 3. q. 8. num.* 58. & similiter si beneficium vacasset de iure, & tamen esset ab aliquo possessum, dum non vacat de facto non dicitur vacare, *c. cum ex nostris de concess. prab. vbi* Innoc. & Andr. quia Princeps non præsumitur velle quidquam concedere in præiudicium tertij *cap. sugestum de decim.*

4 Non obstat quòd cessat vitium subreptionis, & obreptionis ex clausula ex certa scientia, & motu proprio in concessione, quia est de stilo, & etiam quia non supplet defectum intentionis Principis concedentis, dum semper intelligitur dummodò non afficiat tertium; fusè de Georg. *alleg.* 37. hæc ad confirmandum tradita per D. meum. *num.* 8. vbi allegat *tex. in d. c. moribus, & ibi* Andr.

Introductus est hinc stylus ampliandi gratiam ex clausula, siuè præmisio, siuè quouis alio modo vacet, cuius vis est declarare intentionem concedentis non restringi ad modum expressum, sed extendi ad quemcumq; alium glos. *in d. c. sugestum,* & saluatur gratia ab obreptione, nisi sit datus modus vacandi dispositiuè, tunc enim non potest capi alia vocatio, vel vitium intrinsecum habeat, quia per dolum, & fraudem contra intentionem concedentis fuerit extorta gratia, quod argumentatur, vbi modus expressus est omninò falsus, quippè hoc casu, nè proprius dolus impetranti patrocinetur tota gratia corruit Fab. *C. de sacros. Eccl. def. 1. &*
4 nam clausula non fuit excogitata ad confouendam malitiam, sed excusandam simplicitatem ex communi reputatione Fab. *vbi sup.* Lotther. *nu. 67. & seqq.* & quod clausula non cepit modum vacandi beneficium per reseruationem, vel vacationem ex aliqua persona, fuse Garz. *de benef. p. 12. c. 1. à nu. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Immemorialis consuetudo, seu præscriptio habet vim tituli.*
2 *Potestas alicui concessa, recipit interpretationem eo modo quo vsus eam intellexit, quod procedit in dubio, nu. 5.*
3 *Baro in Terra sua habens merum, & mixtum imperium, potest ibi creare magistratus, quamuis illud sit de Regalibus.*
4 *Priuilegiorum tenor est inspiciendus, & seruandus.*
6 *Ius reddi debet vassallis in propria patria, nisi temporis vetustate appareat, in certo loco per dominum fuisse redditum.*
7 *Præsumptio, quæ ex temporis diuturnitate oritur, tollitur, constito de initio per priuilegium.*
8 *Præscriptio in his, quæ sunt meræ facultatis, non currit, nisi à die prohibitionis.*
9 *Præscriptio operatur in fauorem præscribentis, contra eum contra quem præscribitur, non contra præscribentes in beneficium tertij cum quo nihil fuit actum.*

DE-

DECISIO CLXVI.

Dominus in terra sua potest destinare officialem ibi residentem, etiamsi antiquitus non esset solitus residere, etiamque iurisdictione eiusdem loci alteri concessa cumulatiuè.

DOminus Princeps Bisiniani, est vtilis D. Co-
mitatus Tricarici, sub quo Comitatu est Ca-
sale Grassani, habetque in Comitatu, & Ca
sali prædicto merum, & mixtum imperi-
rium, iurisdictionemq; ciuilem, & criminalem, verum
in Casali prædicto Religio Sancti Ioan. Hierosolimi-
tani, habet ab eodem, & cum eodem Principe, iurisdi-
ctionem ciuilem, cumulatiue; cōsueuit dictus Princeps
à tempore immemorabili, eligere Capitaneum in Co-
mitatu prędicto, qui certis diebus cuiuslibet mensis,
seu hebdomadæ consueuit accedere ad Casale prædi-
ctum, pro reddenda iustitia vassallis, & eo absente, ade-
rat ibi Camerarius, qui id faciebat, & Capitaneus com-
mendæ Grassani, assiduè ibi residebat: Ad præsens
Princeps destinauit in dicto Casali Capitaneum; ibique
resider pro exercenda iurisdictione, conqueritur dictus
Commendatarius de Principe in Sacro Consilio; & di-
xit, Principem non posse creare Capitaneum; qui assi-
stat in Casali, sed debet seruare, quod ab antiquo con-
sueuit, quia sic est præsumendum, quod sit eius priui-
1 legium, postquam sic semper apparet seruatum. †
Huiusmodi enim consuetudo, seu præscriptio, habet
vim tituli. *l. hoc iure. §. ductus aquæ, ff. de acqu. quotid. et
æstiu. cap. super quibusdā. §. præterea. ff. de verbor. signif.*
& alia operatur, quæ congerit Aym. *in tractat. de an-*
2 *tiquis temp. in 4. part. 12. quæst.* Didac. *in regula, posses-
sor in 2. par. elect. §. 4.* † & quamuis in priuilegijs Prin-
ceps haberet potestatem creandi Capitaneos, intelligi-
tur hæc potestas eo modo; quo vsus eam interpretatus
fuit *l. si de interpretatione, ff. de ll.* Bar. *consil. 59. commu-
ne Spoleti.* concordat cum hoc sententia reintegratio-
nis, in qua dicitur, quod commenda habet iurisdictio-
nem ciuilem in Casali prędicto cum Capitaneo Trica-
rici, & sic iurisdictio est penes Capitaneum Tricarici,
tanquam Capitaneum Tricarici, nō Casalis, ergo eam
exercere debet, prout per prius exercuit, scilicet certis
diebus accedere, concurrit in fauorem Religionis, quia
hæc iurisdictio ciuilis existente Capitaneo Principis in
Casali, reddetur inutilis, cum Capitaneus Principis sit
Officialis vtriusque iurisdictionis, & quilibet accedet
ad Capitaneum Principis, vtriusque iurisdictionis Ca-
pitaneum pro obtinenda iustitia, non autem ad Capi-
taneum Commendæ, & debemus facere quantum
possumus, ne hæc iurisdictio reddatur inutilis.
3 Ex aduerso dicebatur, † hanc quæstionem, non ha-
bere probabilem dubitationem, quia cum Princeps
habeat in Casali prædicto merum; & mixtum imperi-
um, poterit de iure ibi creare Capitaneum, seu officia-
lem, per quem prædictum merum, & mixtum impe-
rium exerceatur, quamuis potestas creandorum ma-
gistratuum, ponatur inter regalia, etsi Afflict. *in constit.
in locis demanij nostri*, videatur dicere, hoc Barones
Regni facere, ex priuilegio, Item dicebatur, hanc
potestatem, quæ de iure (vt supra) venit, esse da-
4 tam Principi in priuilegio, † & ab ipsius priuilegij teno-
re non esse recedendum, imo regulam esse, eius teno-
rem esse inspiciendum, & seruandum *cap. 1. de fra. de
5 no. benef. inuesti.* Dec. *cons. 208. 1. col. 2. vol.* † quod-
que postquam apparet de vero priuilegio, non cadit
aliqua interpretatio, quæ cadit in re dubia. *l. hæredes
palam. §. sed si quid. ff. de testa.* non autem in claris,
in quibus nec princeps poterat dicere, hæc fuit mea
intentio, secundum And. *in c. 1. §. sed nec est alia in-
stior, in addit. 1. col. quæ sit prima cau. benefi. amit.*
Idem Paul. *in d. §. sed si quid*, de quo meminit Felin.
in c. cum. olim. 4. colum. ver. dicis enim, de re iudi. &
dicit, dictis verbis sæpè fuisse vsum inter Dominos, i
hoc non dissentientes. Nec obstat, quod sic Princeps
6 fuerit vsus, quia hic vsus est in eius fauorem, ex quo, †
quando Dominus habet plures terras, tenetur de iure
ius reddi facere vassallis per Officiales, in propria pa-
tria vassallorum, & non permittere, quod cum ma-
ximo dispendio vagentur de vno loco ad alium, nisi ex
antiquissima vetustate temporis appareat in certo lo-
co ius fuisse redditum quia tunc locus maiorum atten-
deretur. *l. ius pluribus. ff. de iust. & iu.* ita pulchre
Afflict. *in Consti. Magni Camerarij, in 9. notab.* Ca-
pic. *in repet. c. Imperialem, in 1. notab.* postquam igi-
tur hic est fauor Principis, potest suo fauori renuncia-
re. *l. si quis in conscribendo, C. de pact.* Nec in eius
7 odium est retorquendum *l. quod fauore, C. de ll.* † &
constito de initio per priuilegium, tollitur præsumptio,
quæ ex antiquitate oritur, Dec. *in auth si quis in ali-
quo documento, in 6. fall. C. de eden.* vltra quod di-
8 cebatur, † in ijs, quæ sunt meræ facultatis, vt in casu,
de quo agebatur, non dari præscriptionem, nisi a die
prohibitionis, glo. *in l. qui luminibus. ff. de seruit. vrb.
præd.* Congerit cæteros Aymon post Bald. *in tract. de
antiq. temp. in 4. par. princ. in fin. nu. 98. ver. non pro-
cedit*: poterat enim, & debebat, de iure Illustr. Prin-
ceps, mediante eius Capitaneo exercere iurisdictio-
nem in Casali, vnde si non fecit, nec coactus fuit, &
Casale acquieuit, non per hoc contra Principem est
9 præscriptum. Item dicebatur, † præscriptionem ope-
rari in fauorem præscribentis contra eum, contra
quem præscribitur, vt in hoc casu, in beneficium Prin-
cipis, contra vassallos, contra quos præscipsit com-
mittendo hanc iurisdictionem Capitaneis Tricarici,
quia stante temporis antiquitate, non possent vassalli
de hoc conqueri, ex prædictis: sed quod hæc præscri-
ptio inducta in fauorem Principis contra vassallos,
operatur in beneficium tertij, cum quo nil est gestum
contra eundem Principem, qui præscripsit, hoc de
iure non reperitur cautum: vnde dicebatur, prętensa
pro parte Commendatarij vana esse, & similiter, di-
cebatur, pręscriptionem aliquam non adesse, ex quo,
vt ex scripturis apparet, semper Princeps exercuit iu-
risdictionem mediante Camerario, & Locumtenen-
te in Casali, vnde postquam ibi iustitia est ministrata,
non refert, vel quod fuerit ministrata sub nomine Ca-
pitanei, vel Camerarij, seu Locumtenentis. Nec ob-
stat, quod prętendatur inutilis iurisdictio Comenda-
tarij, ex quo quilibet accedet ad Capitaneum Princi-
pis pro iustitia: nam hoc retorquetur contra eundem
Commēdatarium, quia multo inutilior redderetur iu-
risdictio eiusdem Principis, si vasalli non habent quo-
tidie Capitaneum in loco, & pro iustitia habenda co-
gerentur accedere extra proprios lares, contra iuris
dispositionem, quia omnes iustitiam quęrerent à Ca-
pitaneo Religionis, in loco existente, & non à Came-
rario Principis, seu Locumtenente idiota, & postquam
iurisdictio Commēdę emanauit à fonte Principis, non
debet esse melioris conditionis iurisdictio deriuata,
quam primitiua, idest vt deriuata exerceatur in loco
iurisdictionis cui est annexa per Capitaneum Reli-
gionis, & primitiua per Camerarium, seu Locumte-
nentem, & ex prędictis apparet, non obstare, quod di-
cebatur ex sententia reintegrationis apparere, quod eo
tēpore exercebatur iurisdictio prędicta in Casali Gras-
sani, per Capitaneum Tricarici, quia non prohibetur
ad pręsens, illam exerceri facere per Capitaneum in
loco. Die 23. Octobris 1577. Capua Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm 1. Adde Alex. *cons. 6. num. 1. volu. 1.* qui di-
cit, quod talis consuetudo, & longissima obser-
uantia ęquipollet veritati, sequitur Gab. *in tit. de præ-
script. conclus. 1. num. 1.* Roland. *cons. 66. nu. 40. cum
seq. volum 2.* Addit. *ad Ias. in l. is qui putat num. 10. lit.
A. ff. de acquir. hæred.* D. Thesaur. *decis. 16. num. 4.*
huius-

huiusmodi enim præscriptio ad omnia extenditur, Ann. Modern. *cons.59. num.55.* & habetur pro veritate, & veritati æquipollet, Viuius *in opin.692. num.2.3. par.2.* & aliqua per Vrsill. *in decis. Affl.254. sub. num.5.* & multa ponit Vincēt. Maxill. *in prohem. Consuetud. Bari à nu.20. cum seqq.* & nouissime D. meus Borrell. *cons. 32. à nu.57. cum seq.* & Idem ad Bellug. *in Spec. Princip. fol.28. & 101.* Tobia Non. *q.s multa cumulat in cons.83. & decis. Perus.106.* Adde Marotium qui multa cumulat *in cons.83.*

Num.2. ibi eo modo quousque: Adde Fuscum *in sing.99. lit.P.* Ann. Sen. *alleg.52 num.7.* D. Lanar. *cons. 34 num.3.* D. Annam Moder. *cons.129. nu.43.*

Videatur Anna Sen. *in alleg.53. num.29. & seq.*

Num.4. ibi eius tenorem, Adde Iac. de Franchis *in prælud. feudor. in 2. q à num.53.* Boer. *decis.263 num.6.* Roland. *cons.60. num.14. & 63. col.1. vol.1. decis. Pedem.23. num.2.* Mandos. *in cons. Roma.494.* & Bursa. *cons.85. à nu.1. cum seq. vol.1.*

Num.8. Vide supra *decis.158. & quæ ibi addo in addit. magna,* & vltra Gabriel. *in titul. de præscriptio. concl. 10. in princ. & nu.18.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio immemorabilis habet vim tituli.*
2 *Immemorabilis quando & quomodo probanda.*
3 *Immemorabilis, & centenaria an requirat titulum.*
4 *Iudex secundarum causarum sit ne creandus intus statum, an parum extra.*
5 *Quid agendum, duobus dominis habentibus iurisdictionem insolidum, & discrepantibus in electione Officialis, vel in alijs remissiue.*

1 AD hanc Decisionem adde de † præscriptione immemorabili, quod habeat vim tituli. Cons. Annam *cons.59. incip. Dum Vniuersitas, nu.18.* &
2 † quando immemorialis sit probanda *vol.1. & an* testes de Vniuersitate probent,
3 *suprà decis 36. & 91.* & an † ista immemorabilis, vel centenaria præscriptio requirat titulum, Regens de Curte, *in 1. lib. feudorum, fol.68. nu.10. in Summario. & fol.73. nu.91 & seq Ad nu.97.* adde omninò Felinum, *cons.2. nu.8* Marcellum Calon. *De Modo articulandi, & de probatione centenaria,* Guid. Pap. *decis.357.* Ad numerum 6. *vide infrà decis.479. incip. In decisionibus*
4 *nu. fin. vbi aliqua* contra Barones, & quod † Iudex secundarum causarum sit creandus intus statum, vel parum extra, vide *infrà decis.526. in versic. & similiter.* Rouitus *in Pragmat.2. in tit. vbi delicto, num. 5. qui de decis. Præsidis.526. meminit:* vide eam. Anna *Sing.560. incip. Vassallus,* vbi plures decisiones ponit.
5 Adde ad hanc decisionem † quid agendum, quando duo domini habent iurisdictionem in solidum in aliquo Castro, & discrepant in electione Officialis, & in alijs, vide Ludoui. Pegueram, *in Quæst. Criminal. cap. 10. &* Annam *sing.564.*

ADDITIO D. RICII.

DOminus in terra sua potest destinare officialem ibi residentem, etiamsi antiquitus non esset solitus residere, etiamque iurisdictione eiusdem loci alteri concessa cumulatiue, hoc dicit. Adde Capiblanc. *in prag.3. de Baronib. num.144. & vide nostram collectaneam 638. & 1439.* Sed quia agitur hic de consuetudine, & præscriptione immemorabili multa de suis viribus habes penes Bursatum *cons.40.* adeo quod immemorabilis consuetudo vim habet priuilegij, & concessionis Pancirol. *cons.119.* Surd. *cons.262. num.12. vol.2.* & consuetudo facere potest, quod facere posset pactum Affl. *decis.91.* & potest tribuere iurisdictionem alicui priuato Menoch. *consil.112. nu.65. vol.2.* Faber *in §. retinendæ instit. de interdict.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Baronem posse constituere officialem in Casali esto ab immemorabili constituerit in terra à qua certis diebus accedebat ad reddendum ius hominibus Casalis deciditur.*
2 *Assignatur ratio decisionis commendata per Cancer & Funcanell.*
3 *Adducuntur contraria indicaturæ per Nouar. & alios.*
4 *Decisio vindicatur per Reg. de Marin. & reprobatur glos. in l. si locus. ff. de iudic.*
5 *Potestas creandi magistratus an sit de Regalibus, & declaratur assertio D. Præsidis.*

1 COnturbat diuersitas rerum iudicatarum decisionem, quæ modò exponitur controuersium est, an Baro constituere possit officialem in Casali, si ab antiquissimo tempore, cuius initij non extaret, constituit in Comitatu, vel Terra, à qua officialis accedere solebat certis diebus mensis pro reddenda iustitia vassallis, & hominibus Casalis, & præerat vtrisque, & decisum fuit affirmatiuè, cùm Baro habens merū, & mixtum imperium possit creare officialem, & præscriptio operetur in fauorem præscribentis contra vassallos, qui non possent conquæri ex cōstitutione vnius officialis in Comitatu, & quòd præscriptio non operetur contra præscribentem, addo Fontanell. *de pact. nupt. tom.2. claus.8 p.15. nu.66. & seqq.*

2 Addebatur, quòd cùm Dominus habet plures Terras tenetur ius reddi facere vassallis per officiales in propria patria vassallorum, & non permittere, quòd cum dispendio vagentur de vno loco ad alium, ita D. meus *n.6.* quem refert, & sequitur Fontanell. *vbi sup. nu. 2.* & expressè Cancer. *lib.2 var. c.2. de iurisdict. omn. iudic.* rationem assignat, vt parcatur laboribus, & expensis, non debeant compelli de vno ad alium locum ire per *text. in §. & indicare in Auth. de defens. Ciuit.* notat Roman. *cons.393 nu.10* & plena manu confirmat idem assumptum Cancer. *lib.3. c.13 de iurib.* Castror. *nu.227* Afflict. *in constit Regni Magistri Camerarij notab. 10.*
3 Contrarium defendit Staib. *in cons. 17.* pro Oppido Fluminis Frigidi Calabriæ citra quod cùm contineret sub se certum Vicum Longobardorum sic nominatum, vndè semper homines dicti Vici ab immemorabili correspondebant dicto Oppido, à quo intendens se diuidere soluta certa pecuniarium quantitate vtili domino, obtinuit, quod Officialis specialis illic crearetur, de quo Vniuersitas Fluminis Frigidi conquesta fuit in S.C. & victoriam reportauit, declaratum enim fuit, non licere Domino Marchioni Vallis Siculi vtili domino creare nouum Capitaneum in Casali Longobardorum, & alias decisiones similes refert in Apostilla *d. Consilij D. Staib. & Gallup in sua praxi p.2. c.1. nu.42. Reg. Galeot. in addit. ad conf.151.* Camill. de Medic. addit alias iudicaturas in causa Vniuersitatis Gifuni cum Casalibus Nouar. *lib.1. q. for. 162.* & hæc opinio fundatur in *tex. l. penult. ff. de iudic. & glos. in l. si locus, ff. de iudic.* vbi ait quòd ius redditur in loco maiorum solito, & consueto etiam cum litigantium incommodo.

4 Verùm enim verò impertinentem hanc prætensionem, vt non possit Baro creare duos Officiales alium in Terra, alterum in Casale existimat Reg. de Marin. ad Reuertor. *obs.163.* ex eo quòd præsupposita potesta-

potestate penes vtilem dominum exercendi iurisdictionem per alium, & in quacumq; parte territorij ad *text. cum cū Episcopus de offic. ordin. in 6.* sequitur quòd qui vtitur iure suo, nemini facit iniuriam, & in casu de quo agitur nullum infertur damnum Oppido, sed præiudicium adesset, quando Baro in totum vellet mutare locum iurisdicendi transferendo Tribunal ad Casale, tunc enim vassalli grauarentur, cùm à propria sede pro iustitia petenda accedere compellerentur ad Casale, quod nullatenus permittendum, quia ius in loco solito, & consueto maiorum reddi debet, *l. penult. ff. de iustit. & iur.* comprobatur, quia Baro posset vendere Casale, & constitueretur nouus officialis, & quòd Baro possidens plura castra in vno Comitatu, possit vsum iurisdictionis diuidere, firmauit Alex. *consf. 25. nu. 4. & 6.* nec obstat doctrina *glos. in d. l. si locus*, nam sententiam glosa reprobant Archidiac. & Gemin. *in d. c. cum Episcopus*, & sic in causa Fluminis Frigidi fuisse derminatum tradit de Marin. *vbi sup. n. 2.* in qua causa Reg. de Pont. scripsit decisionem quæ est 6. in ordine in nihilo refragantibus alijs contrarijs determinationibus per idem S.C. factis, dictum enim fuit, quòd nō erant contrariæ, ex quo in diuersis terminis processerunt, vt in vna eademq; Ciuitate, vt est in illa Nuceriæ Paganorum, vel non existente aliqua rationabili causa, vt est illa quæ allegabatur de Terra Sarriani, & Casale Dabuli.

Potestatem creandorum Magistratuum esse de Regalibus firmatur *nu. 3.* addo *text. in tit. quæ sint Regalia, verb. & potestat, sed text. ille secundum glosam Parisien. in §. 1. glos. 5. nu. 57.* intelligitur de Magistratibus Regijs, vel Imperialibus, non de inferioribus, nam potestas creandi hos Magistratus dependet a concessione iurisdictionis, nam eo ipso, quod iurisdictio conceditur, in consequentia venit potestas creandi officiales, ita in *alleg. 33. in recollectis per* Reg. de Marin.

SVMMARIVM.

1 *Mater si filia insana curatorem non petierit priuatur ipsius successione.*

2 *Mater non cogitur petere curatorem filio suo, quia lex tantum loquitur in tutore.*

3 *Curator datur minori, & fatuo, non tanquam dementi, sed tanquam minori.*

4 *Lex priuans matrem hæreditate filij, est odiosa, & non extendenda.*

5 *Mater non petendo dari curatorem filio furioso, siue sit pubes siue impubes, priuatur eius successione.*

6 *Tutorem dari pupillo petere debet tam mater, quam ij, qui post eam pupillo successuri sunt dummodo eis post mortem pupilli, vel furiosi, immediatè esset successio deferenda cum num. 10.*

7 *Auia priuatur hæreditate nepotis, si post matrem ipsa etiam fuerit negligens in non petendo tutorem nepoti, & quare num. 12.*

8 *Idem in auo, dum non cogit filiam habentem in sui potestate ad petendum tutorem filio suo, & ipsius nepote, & de veritate, num. 13.*

9 *L. nepotibus. C. qui pet. tut. & l. sunt cuncti. C. de legi. hære. num. 10. declaramur, de quibus successoribus eas intelligi debere limitatur tamen d. l. sciant, num. 15.*

13 *Possidentis in pari causa melior est conditio.*

14 *Matre exclusa a successione filij in causa proposita, an ipsa successio deferatur fratribus patruelibus, vel vterinis, tam de iure communi, quam consuetudinario.*

DECISIO CLXVII.

Mater quæ filio furioso curatorem dari non petijt an priuetur eius successione, vt priuatur non petito tutore.

MATRI vendicanti hereditatem filij mortui absq; liberis, opponebatur per fratrem consobrinum defuncti, 1 † & defuncto proximiorem ex paterna, linea quod ipsa erat successione priuata, ex quo non petierat filio furioso, seu insano curatorem, exemplo matris non petentis, tutorem dari filio pupillo, & dicebat contentus, pro eo esse textum particularem in propriis terminis *in l. 2. §. quid si curatores non pet. ff. ad Tertu. ibi, quod si furioso tutorem, vel curatorem non petijt satis est, vt incidat*, quam ad hoc allegat Nicolaus de Vbal. *in tract. de successio ab intestato in 3. par. principali. in 3. fall.* & inter casus, in quibus mater debeat petere curatorem filijs in quibus casibus, non petendo, mater priuatur successione, allegat illum tex. *gl. in l. 1. in ver 2. casu, in fi. ff. qui petant tuto.*

Dicebatur pro matre, ipsam debere obtinere, duabus ex regulis iuris claris. Primo, quia hic filius non erat
2 pupillus, sed maior; & regula est, † quod lex, quæ cogit matrem ad petendum tutorem filio, non procedit in petitione curatoris, quia de eo non loquitur, vt apparet *ex l. diuus* vbi ponuntur verba constitutionis, *ff. qui pet. tutor.* & idem dicit tex. *in eo tit.* & ratio est, quia curatorē ipsi petere possunt *l. curatorem, eo. tit. glo. in d. §.*
3 *quid si curatores.* Item ex alia regula, † quod quando quis est minor annis, vigintiquinque, secundum ius commune, vel secundum nostras Constitutiones, annorum decem, & octo, & cum minori ætate, concurrit qualitas dementię, dabitur tunc ei curator, non tanquam dementi, sed tanquam minori *l. qui habet ff. de tutel.* quā allegat *gl. in d. §. quid si curatores*, & eam exornat Ias. *in l. 1. ff. de off. assess.* vbi Purp. *nu. 20.* sed puberi minori mater tutorem petere non cogitur ex prædicta
4 prima regula, † ergo mater curatorem ei non petendo, cum non teneatur, priuanda non est, maxime luctuosa filij hæreditate, quę ei debetur: eò etiam magis, quia ll. matrem priuantes, sunt odiosæ, ideo non extendendæ *l. cum quidam. ff. de liber. & posthum.* & in propria materia Sali. *in l. matres, ver. sed iuxta hoc quæritur, C. ad Tertull. & in l. nepotibus, prima col. vers. hoc confirmo. C. qui petant tutores*, & dicebatur, quod non obstabat tex. *in d §. quid si curatores*, quia debet intelligi in casibus in quibus existente filio pupillo, debet ei prouideri de curatore, quos enumerat glos. ibi, non autem, quando puberi est prouidendum de curatore, in quo pubere concurreret dementia. Dicebatur pro conuentis, verum esse, matrem non teneri ad petendum filio adolescenti, seu puberi curatorem, non addita huic puberi qualitate insaniæ, seu furoris, & ita procedunt *d. l. curatorem, & alia iura supra allegata.* Item, quod verum erat, quod quando quis est pubes, & demens, debet ei dari curator, potius ratione ętatis, quam dementiæ, vt loquitur text. *in d. l. qui habet:* sed quod in casu dementiæ mater teneatur petere tutorem vel curatorem, videtur text. expressus *in d. §. quid si curatores.* ibi, *quod si furioso tutorem, vel curatorem*
5 *non petat.* & sic, † quando est furiosus æquiparat, vel quod filius furiosus egeat tutore, quia pupillus, vel curatore, quia pubes, vt vtroque casu mater non petens, priuetur successione, & hoc sentit expresse glo. *in d. l. 1. §. qui petant tuto.* dum allegat tex. *in d. l. 2. nec* potest intelligi ille tex. in casibus in quibus pupillus eget curatore, quia repugnat generalitas illius tex. & ea quæ dicuntur de pupillo procedunt in furioso, & mente capto, pulchre Are. *in l. creditor. 3. not. ff. de pign. actio.* & omnia priuilegia competentia minoribus, competunt etiam furiosis, & prodigis, glos. *in l. 2. C. de cura. fur.*

fur.quæ singularis reputatur, vt dicit Iacob. *in l.fin.2.*
no. C in qu. cauſ. in integr reſt. non eſt,neceſ. Item
quia ratio,quæ eſt, quod ideo matri non fuit datum
hoc onus, quia ipſe pubes petere debet, & poteſt, ceſ-
ſat in caſu noſtro,quia furioſus non eſt talis qualitatis,
vt poſſit ſibi ipſi conſulere, & curatorem petere. Item
quia,vt eſt dictum, glo.*in d.l.1.illum* tex.intelligit in
caſu *d.§.quid ſi curatores*, prout etiam eum ita intelli-
git Petr.de Vbal.vbi ſupra,& vltra eos, Rob. Maran-
ta,*in repe. l.is poteſt in 9. amplia. num.185. de acqui.*
*her.*vnde ex prædictis dicebatur, matrem eſſe exclu-
ſam.

Secundò dicebat mater,quod ij agnati hoc contra
eam opponere non poſſunt, ex quo nec ipſi petierant
6 dari curatorem huic furioſo:† & quemadmodum ip-
ſa mater dicebatur excluſa, ita & ipſi,qui non petie-
rant,cum hoc onus ad eos ſpectabat poſt matrem, ad
quos poſt eam ſpectabat ſecunda cauſa ſucceſſionis,
per tex *in l.ſciant cuncti,quæ generaliter loquitur.C.de*
*legit.hær.*per quem text.& ita tenet Bar.*in l.nepotibus.*
C.qui pet.tuto. Quam opinionem eſſe veriorem, dicit
Fulg.*in d.l.ſciant cuncti* & eam ſequitur Ang.*in conſ.*
108.iſta quæſtio,col.fin. ver in facto. vnde videbatur,
quod poſtquam mater fuerat negligens infra annum,
& poſt annum,ſequentes in gradu, in non petendo da-
ri huic furioſo curatorem,quod & ipſi ſint etiam pri-
7 uandi: quemadmodum etiam † auia priuatur, ſi ma-
tre exiſtente negligente ipſa non petat,*d.l 2. verſ.quid*
8 *ſi nepotibus,ff.ad Tertul* † quæ opinio etiam procedit
contra patrem habentem filiam in poteſtate,quia tunc,
ſi ipſam pater non coegiſſet ad petendum tutorem fi-
lio,etiam ex hac negligentia pater priuaretur ſucceſ-
ſione neptis, & ſucceſſio deferretur ſequentibus in or-
dine: ita pulchrè Bart.*in l.quid ergo. §.1. ff.de his qui*
*not.infa.*Dicebatur pro agnatis, quod pro eis erat text.
9 *in d.l.2.in fin.* † per quem tex. *gl in d.l. nepotibus*,
quam *in l.ſciant cuncti*,tenet, matre excluſa à prædi-
ctis ſucceſſionem ad ſequentes in gradu deuolui, nec
eos cogit ad petendum tutorem, vel curatorem, quia
hoc onus ſolum datum eſt matri,auiæ, & libertis, *in d.*
l.1. ff.qui petant tutor. & d.l.2.ver. quid ſi nepotibus
10 † quodque tex.*in d.l. ſciant cuncti*, per quem eſt im-
poſita neceſſitas omnibus, qui ad ſucceſſionem vocan-
tur, intelligitur de ijs, qui proximiores reperientur
tempore mortis patris pupilli, ſeu furioſi, quorum eo
tempore eſſet proxima, ſeu prima cauſa ſucceſſionis,
non autem de ijs, qui poſt mortem proximorum ſpe-
rant ſucceſſionem,vt ipſis etiam non petentibus eis de-
negetur ſucceſſio, & hanc opinionem videtur tenere
Bar.*in d.l.2.ff.qui petant tutor. in primo opp.*tenet eam
expreſsè Bald.*in l.precibus.2.col. ver.ſed quid ſi impu-*
bes.ff.de impub.& alijs ſubſt.& in d.l.ſciant cuncti, &
plenè Salic.*in d.l.nepot.*vbi reſpondet omnib. in cõtra-
rium allegatis, & hanc opinionem credere eſſe veram,
& ſecundum eam vidiſſe iudicari,dicit Ang.*in d.l.ſciãt*
*cuncti.*licet quandoq; contrarium,& male, & ibi dicit,
quod facilius,ſecundum eam obtineretur, & dubium eſ-
ſet obtinere ſecundum ſententiam Bar.quia continet pœ-
nam, & hanc partem, tanquam magis communem,&
benigniorem,eſſe tenẽdam,dicit Corn. *ibi.col.fi.in glo.*
fi. Et videtur, hanc eandem opinionem tenere Ang.vbi
pulchrè,*in conſ.37.mater.&* ſecundum iſtam opin.latè,
& ſubtiliter conſuluit Petr. de Anch. *in conſ.104 pro*
declaratione,in 1.& 2.arti. in quo tenet, matrem, &
auiam excludi ob tutorem non petitum, proximiores
verò, qui tenent primum locum poſt iſtos, non peten-
do,non priuari,cum lex non impoſuerit ipſis neceſſita-
tem petendi tutorem, quia nõ retinent primum locum
in ſucceſſione tempore mortis. Et ex prædictis apparet
reſpõſum ad id quod dicebatur, quod ſi auia poſt mor-
tem non petens priuatur,ſic debent priuari agnati, qui
11 poſt mortem non petierunt † quia in auia hoc reperi-
tur expreſsè prouiſum *in d.§.quid ſi nepotib* ex cauſa
pietatis,& quia matris appellatione continetur, & ſic
nepotes, appellatione filiorum vt dicit Bar. *in d.l.1.ff.*
qui petant tut & Sal.*in d.l.nepotibus*,in alijs non,vnde
cum materia ſit pœnalis,non,eſt extendenda ad auum,
idem tenet Corn.*conſ.113.circa principium, in fi.vol.*
12 *4.*† & ad id,quod dicebatur de patre priuando, quan-
do non coegit filiam ad petendum tutorem filio ſuo,
& nepti ipſius, reſpondebatur ex validiſſimis rationi-
bus contra Bar.tenere Fulg.ibi,& Benedict. Capr.*conſ.*
14. & eorum opinio in puncto iuris, ex dictis per eos,
tamquam verior defendi poteſt; vnde ex iſtis prætenſa
contra hos cognatos per matrem videntur ſublata.
Dicebatur etiam, quod hæc diſputatio non videbatur
neceſſaria, quia etſi vterq; priuatus eſſet hac ſucceſſio-
ne ex pari culpa, quod nihilominus conuenti vincere
13 debebant: † quia in pari cauſa, vel delicto melior eſt
conditio poſſidentis,vt in regula,*in pari cauſa, de re-*
gul. iur. in 6. & ff. in pari, & in regula, cum par. vbi
Dyn.& Dec. allegant concor. eo enim quod quis poſſi-
det,plus iuris habet,dicit Bal *in l.ſi debitor.ff.de pig.* &
alibi dicit lex eſſe æſtimandam poſſeſſionem. *l.ſi duo.§.*
fi.ff.vti poſſidetis.l.1.in fi.ff. vti poſſidet. quam allegat
Cenſius *in repetit.§.nihil commune in prin.nu 12. fol.*
*229.& inf.dec.260 505 596.*item, quia poſſeſſor vincit
ex non iure actoris,per tex.*in l.fi. C.de rei vend.* reſpe-
ctu enim huius actricis, dicet poſſeſſor liberas ædes
hereditare,& ex prædictis dicebatur,quod ſecundo loco
pretenſa per matrem, non obſtabant.

Tertiò, & vltimò, dicebat mater, non competere
ius patruelibus in hereditate eius filij, ob eius priuatio-
nem, ſed fratrib. vterinis, vt proximiorib. per tex. *in*
auth poſt.fratres C. legit. hæred. quia hodie ſublata
eſt differentia agnationis, & cognationis, vt in ſpecie
14 conſuluit, † quod excluſa matre, ob non petitionem
tutoris, quod deuoluitur ſucceſſio ad fratres vterinos,
excluſis patruis, Cor. *in conſ.234.4.vol.* Ad hoc dice-
batur pro parte fratrum patruelium, quod dato, quod
fratres vterini, de iure communi ſuccederent, & ipſis
præferentur, nihilominus ipſi non agebant,ſed mater,
& ipſis ſufficit, quod matri non competat actio, ex re-
gula *d. l. fi. C. de rei vend.* Item dicebatur, quod etſi
cum fratrib. vterinis eſſet quæſt. ipſi eſſent præferendi,
ſtante conſuetudine Ciuitatis Neapolis, per quod pro-
ximiores ex parte patris ſuccedunt in bonis paternis,
ſeu de nouo quæſitis intra diſtrictum, quæ conſuetu-
do, licet ceſſet, matre in medio exiſtente, vt in plurib.
deciſionib. eſt dictum, nihilominus in cauſa, de qua
agitur,matre habetur, ac ſi non extaret, poſtquam eſt
incapax ſucceſſionis, vt eſt tex. *in d. l. 2. §. fi. ad Tert.*
& in materia dictę conſuet.plura exempla ponit Neap.
in conſ.ſi quis, vel ſi qua, in gl.in ver. præterquam,
fol.31.& inter alia dicit,matrẽ dici,non extare ſi fuiſſet
exheredata ex iuſta cauſa.Scriptis prædictis, pro deci-
ſione puncti ex dictis,& relatis per duos Conſiliarios,
qui in fauorem matris prius iudicauerant, contra cer-
tas prætenſas donationes, cum reſeruatione iurium
contra matrem, ex prædicta cauſa non petitionis cu-
ratoris, & habita morte filij pro culpoſa ex parte
patrui, non fuit viſa neceſſaria huius puncti plena
diſcuſſio, ideo facta non fuit, poſui tamen prædicta,
vt videri poſſint, & maturè cogitari, quando caſu acci-
derit.Et ne viſo decreto lato in fauorẽ matris,hodie 12.
Nouemb 1577. penès ſecretarium dicatur, ſic, vel non
ſic,per Sacrũ Conſilium deciſum, prout quotidie vide-
mus,& audimus ab ijs,qui de hoc certi eſſe nõ poſſunt.
15 Et quia regula prædicta poſita *in d.l.2.ff. ad Tert.* †
& in d.l.ſciant cuncti,multas habet limitationes, nolo
omittere,quod inter alias limitationes, ponitur vna,
quando mater eſſet minor annis 25. vt eſt tex. *in l.2.C.*
ſi aduerſus delictum.& poſſet dubitari, an ſtãte conſtit.
huius Regni,per quam taxatur ætas maior, in 18. an.
ſufficiat contra matrem ætas iuris communis,vel con-
ſtitut.Regni,ſuper quo videnda ſunt, quæ ponit Dec.*in*
c.ex parte,de appel.& in l. iuris ignorantia, in 2. le-
ctur.C.qui admit.& in proprijs terminis noſtræ conſt.
Robertus Maranta *in d.repet.l.is poteſt, in 4. limita-*
tione,numer.258.ff.de acquir.hæred. qui tenet, quod

Vv hoc

hoc casu, elapsis annis 19. debet haberi prò maiore, licet contrarium teneat Hieronymus Cagnolus, *in repet. l. si quis maior, num. 40. vers.* & propterea *minus bene. C. de transac.* sed vide Borgoni. Caualc. *in tract. de tut. & cur. in princ. num. 5. & 6. §. quod est primum in parvis.*

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde videndum omnino Capriol. *post Marant. Gabriel. & alios in tract. de success. lib. 2. f. 212. a numer 40. &* multa ponit in materia Viuius *decision. 432.*

Num:6. ibi, & post annum sequentem in gradu; Vide Marant. *in l. is potest hic alleg. num. 240. 241 & Surd. in decis. 49.*

In fi. Adde hunc Dominum *infra decis. 404. numer. 1.* & Capriol. *vbi supra num. 49.* Borrell. *in cons. vltim.* & Adde quod simile statutum, de quo hic fit mentio, est Lucæ secundùm Ioseph. Ludou. *in decis. Lucæ. 17. numero 52.* & ad intellectum Const. Regni hic alleg. Vide omnino D. Io. Andr. Georg. *alleg. 18.*

Et an d. Const. regni hic allegata procedat in allenatione bonorum immobilium si statutum requirit ætatem perfectam 18. annorum; Vide Octauium Simonc. *in tract. de decret. lib. 3. fol. 122. num. 24.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Successurus non petens tutorem pupillo, successione priuatur.*
2 *Debitor extraneus, vel consanguineus, an teneatur petere tutorem pupillo.*
3 *Mater, an. & quando, & infra quod temporis spatium tutorem pupillo petat.*
4 *An si sit minor, restituatur.*
5 *Quid si Statuto, vel Constitutione Regni factus sit maior ante 25. annos statutos de iure Communi.*
6 *Mater si sit minor tempore mortis mariti, & deinde fiat maior, si non petit tutorem filio, non gaudet restitutione.*
7 *An excusetur propter pestem.*
8 *Mater an præferatur in tutela auo paterno.*

ADde omninò de materia huius decisionis Gabriel. *lib. Conclus. titul De Tutelis, Conclus. 1. Paul.* Fusc. *Sing. 117. in versic. Authen. Matri, & auia fol. 52. & in verbo, Mater.* Sed istius *dicto Singu.* 117. & de Regula
1 quod † successurus non petens tutorem, pupillo, suc-
2 cessione priuetur *suprà decis. 6. & 7.* vbi † an debitor extraneus, vel consanguineus, teneatur tutorem pu-
3 pillo petere, & ibi late loquitur, & de † matre an, & quando, & infrà quantum tempus tutorem pupillo pe-
4 tat, Ofascus *decis. 58.* & † an si sit minor, restituantur,
5 Ofascus *dec. 87.* & † quid si Statuto, vel Constit. Regni, facta maior ante 25. annos statutos de iure Commun. an restituuntur. *Author. decis. 167.* Præsenti, &
6 & quod si † mater est minor tempore mortis mariti, & deinde fit maior, si non petit tutorem filio, quod non
7 succurratur, Crauet. *cons. 325.* Item † excusatur pro-
8 pter pestem, Boer. *decis. 124. numer. 21.* † An mater præferatur in tutela auo paterno. Affiict. *vbi Vrsil. decis. 183. & 281. &* Capi. *decis. mihi 56. ad numerum 15.* Ad hanc decis. vide eundem Præsidentem *dec. 630. & 650.*

ADDITIO D. RICII.

MAter, quæ filio furioso curatorem dari non petit, an priuetur eius successione, vt priuatur non petito tutore, hoc dicit. Adde, idem procedere in matre quę non petijt tutorem filijs intra annum. Crass. *post alios, & multos cumulans de success. ab intestat. q. 27 §. successio ab intestato*, & hoc casu asserint intra annum petitum non esse tutorem, incumbit probatio, & hanc dicit esse communem Alexand. *consil. 185. nu. 10. volu. 6.* Sed quid si mater sit minor 25. annis, nunquid etiam priuabitur hæreditate filij, quod non, sed admittitur ad filij successionem, Viuius *com. opin. lib. 1. verb. mulier ad secundas nu. 3.* Sed quid, si mater ętate minor effecta fuerit maior, & intra annum non petierit tutorem, nunquid priuabitur hæreditate, quod non, sed adhuc admittitur ad filij successionem Bursat. *cons. 8. num. 40. vol. 1* & quid in auia, si non petit nepotibus tutorem legitimum, an veniat priuanda totali successione nepotis, vel neptis morientis in pupillari ętate, quod sic, siue sit auia paterna, siue materna. Paris. *cons. 84. numer. 22. vol. 2.* quod quidem non habet dubium, si auia sola superest, sed quid si stante matre, & auia, nunquid si mater, quæ pręcedit auiam in gradu fuerit negligens ad petendum tutorem, & ad secundas nuptias transiuerit, an oberit auię? quod non, sed stante matre, & auia, mater sola excluditur à successione, & non auia, licet vtraque fuerit in negligentia, non petendo tutorem Capra *cons. 14. volum. 2. & seq. & cons. 59.* Paris. *cons. 84. num. 29.* idque procedit etiam, quod ipsa auia fuisset negligens per annum post negligentiam matris Paris. *d. cons. 84. num. 26.* Adde ad hoc vt mater hæreditate priuetur ob non petitum tutorem intra annum, debet etiam probari quod culpa non petierit, & mors impuberis Gratian. *discept. for. c. 72. n. 23. 24. & c. 668. nu. 1. &* pręcipue si sit minor, quia non tenetur petere tutorem, & licet postea fuerit facta maior. *dict. c. 668. nu. 3. 4.* curatorem tamen ventri petere tenetur sub pœna priuationis hęreditatis *dict. c. 72. nu. 1. vbi ampliat, & limitat.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Mater nè priuetur successione filij, an debeat petere confestim, vel infra annum, & quando curatorem ventri, & reprobantur Bart. & Azo.*
2 *Extenditur pœna ob non petitum Curatorem filio furioso, & Reg. Latr. comprobat decisionem.*
3 *Lapso anno an sequens annus currat contra sequentem in gradu.*
4 *Minor ætas matris excusat à pœna priuationis successionis.*
5 *In Regno quæ dicatur minor ætas ad hunc effectum.*
6 *Attenta consuetudine Neapolis num fratres patrueles excludant fratrem vterinum defuncti.*

1 Fauen-

FAuentes liberis, & parum gratæ matribus accedunt quęstiones, & in gratiam huius decisionis præmittitur, quòd mater filio non habenti tutorem, debet intra annum tutorem petere, aliàs priuatur successione, *l.2 §.si mater.ff.ad Tertullian.§.penult.instit.eod.*Cancer. *lib.1.variar. cap.7. de tutor.numero 53.& text.in d.l.2.§.confestim*, quamuis videatur loqui quòd statim debeat petere, vt voluit Bart.*in l.sciant, C.de legit.hared.&* Azor. *in summa, C.qui pet.tut.nu.3.& C.ad S.C.Tertull nu.4.* vbi dicit, quòd confestim mater debet petere, idest quamprimum potuit, extendens hoc ad curatores furiosi, nihilominus rigor antiquus mitigatur, & corrigitur per *d.l.sciant*; quæ extenditur ad matrem, cùm loquatur in omnibus, qui vocantur ad successionem pupilli mortui, nam si annus datur alijs, ergò fortius matri,& auiæ tamquam magis coniunctis, ita ex Bald. Com. Paul. & alijs, Gratian.*discept.72. nu.19.* qui indistinctè probat dari annum, etiam si non petierit dari curatorem ventri, & mater excluditur etiam à legitima, vt verius probat Cancer. *nu.55.*

2 Formatur prima quæstio, an priuetur mater successione filij furiosi, si non petierit dari ei curatorem, & affirmatiuè respondetur ex *text.in d.l.2.§.quid si curatores non petiit.glos. in l.1. in vers.2. casu, ff.qui pet. tutor.* D.meus *nu.1. & 5.* qui etiam *nu.6. & 7.* ampliat procedere nè dum in matre, sed in auia, & omnibus, qui post ipsam succedere possunt Crass. *de success. intest. q.27 §.successio ab intestato*, Viuius *dec.432.* & præsentem decisionem comprobat Reg. Latr. *dec.131. num.3.*

3 Altera quæstio emersit, an lapso anno per quem mater, aut primus excluditur, alius sequens in gradu per lapsum alterius anni excludatur, & negatiuè respondet D.meus *num.9.& seqq. ex glos.in l.nepotibus, C.qui pet.tutor.* Salic. & ibi & Angel. *in d.l.scient,& in cons.37.*Cancer. *vbi sup. nu.61.* vbi hanc veram, & communem opinionem tradit, nisi prior in gradu esset mortuus, quia tunc mortuo priori in gradu incipit currere annus sequenti in gradu, vel aliàs ob negligentiam prioris præcedat sententia declaratoria priuationis, vt tradit Surd.*in dec.48.in fin.*

4 Dubium est de auia vtrum currat annus ipsi, & matri simul, & negatiuè respondetur ex Paul. de Castr. *cons.29.num.4.vol.2.* Bald. *in l.precibus, C. de impub. & alijs substit.*Cancer.*vbi sup.nu.62.*sed benè lapso anno per quem excluditur mater per lapsum alterius anni excluditur auia, vt *d.l.2.vers.Sed quid in nepotibus*, & habetur hic *num.7.*

5 Exclusioni matris vt locus sit necesse est probare, quòd filius superuixerit post annum patri Alex. *cons. 185.lib.6.*Osasch.*dec 57. nu.8.* ad hęc probandum erit matrem fuisse maiorem viginti quinque annis, *l.2.C.si aduersus delict.*Guttier.*de tutel.p.1.c.16.nu.90.* & ampliatur etiam si transacto anno mater efficiatur maior, durante adhuc pupillari ætate, nam beneficium semel indultum minoritati non extinguitur per ętatem superuentam, Gratian. *discept.668.& dec. March.177. nu.8.* sed alij tenent præfatam opinionem amplectendam, quando minor effectus maior intra annum a morte patris pupilli non petijt tutorem, secus quando post maiorem ætatem non petijt tutorem per annum, quo casu successione pupilli priuaretur Guttier. *de tutel.c.16. num.92. & seq.* Cirocch. *discept.30. num.35.* alias causas excusationis congerit Gratian. *discep. 668.*

Sed Ansuldus *cons.101.num.39.* probat matrem statim teneri petere curatorem ventri, & impugnat Gratian. & alios ex Bar. *cons.30.* Paul. *cons. 144.*

Alia extorta est difficultas, an minor ætas, quæ excusat matrem à pœna, considerari debeat inspecta iuris dispositione, quæ est ætas annorum 25. vel constitutione Regni minorum iura, per quam efficitur quis maior in anno 18. & ex Marant. *in repet.l.is potest nu.258.ff.de acq. hared. &* Cagnol *in l.si quis maior nu.4 C.de transact.* iuxta secundam partem tenet D.meus *num 15. & iterum in dec.362.* benè verum contra Nat.Alex.35. *in cons.45.* sed ego sequor doctrinam Iacob. de Beluis. relatam per Bald. *in auth. si captius de Episc.& Cler.num 14.* quod lex noua circa ætatem se gerit triplici modo, vel fingendo maiorem, vt in casu *Auth.Sacramenta puberum,C.si adu.vend.* vbi virtute iuramenti, quis in actu iurato efficitur maior, alio modo permittendo, vt quando permittit minorem agere in possessorio sine curatore, sed restituitur in integrum, & tertio modo ætatem limitando, vt per dictam constitutionem, quia potest ętas legitima minui per statutum Narbon. *de atate ann.25. quæst.1. num.18.* & in hoc casu restituitur infra annum 22. de Georg. *allegat.16.num.6.*

6 Proponitur difficultas, an fratres patrueles excludant fratrem vterinum defuncti attenta consuetudine Neapolis à successione in bonis paternis, seù de nouo quæsitis existente matre in medio, quę tamen non succederet, vt quia matrimonium esset contractum secundùm vsum Capuani, & Nidi, per quem vsum succedere prohibetur ob renunciationem successionis filiorum, vel quia esset incapax ob non petitum tutorem filio post mortem patris, vt erat casus decisionis, quando non militat regula, quòd patre, vel matre non existente in medio habet locum consuetudo, dum pater & mater habentur, ac si non existerent, vt hic *numer.decimoquarto, &* de Marin. *libr.primo, resolut.151. num.decimotertio*, sed cum de iure communi fratres vterini excludant fratres patrueles defuncti cum in istis non habet locum repręsentatio, *Auth. post fratres,Cod.de legit.har.Corn.234.volum.quarto*, ita etiam nec locum habeat repręsentatio inspecto iure consuetudinario Neapolis, & proindè succedent fratres vterini, vt defendit de Georg. *alleg.23.* Nihilominus contrarium puto verius, ex traditis per Annam *cons.92. & 119.* vbi ad successionem Ascanij Pignatelli fuit admissus patruus in bonis per illum quæsitis exclusis fratribus vterinis contra opinionem de Georg. nam quamuis cesset repręsentatio tamen habet locum consuetudo Neapolis, per quam proximiores ex parte patris succedunt in bonis paternis, vel de nouo quęsitis per defunctum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum etiam futurorum reseruato vsufructu vita durante, an valeat.*

2 *Donatio omnium bonorum præsentium,& futurorum pio loco facta valet.*

3 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non continet fructus perceptos per donantem ex bonis donatis: vel quod in donatione sit reseruatus vsusfructus, vel fructus, siue accesserit clausula, vita durante, siue non cum nu.seq.& quomodo procedat, num.5. & 10.*

5 *Fructus bonorum donatorum recollecti per donantem tempore eius mortis non veniunt appellatione futurorum bonorum; si verò non sunt recollecti, etiam quod non sint maturi, spectant ad donatarium.*

6 *Fructus bonorum locatorum, an ad vsufructuarium, vel ad proprietarium spectent, distinguitur, si sunt integrè percepti, nec tempore mortis.*

7 *Annui introitus si non reperiuntur exacti tempore mortis vsusfructuarij, etiam quod sint maturi, & debiti non spectant ad hæredes ipsius, sed ad proprietarium.*

8 *Vsufructuario non competit actio pro fructib. non perceptis, sed proprietario, & quomodo procedit num. 17. & 18.*
9 *Donatio omnium bonorum, & iurium, comprehendit, vt donatarius possit cogere debitores ad solutionem.*
11 *L. in singulos ff. de annuis leg. an procedat in annuis introitibus emptis, super aliquibus corporibus quorum solutio est promissa ad certum tempus per venditorem,*
12 *L. defuncta ff. de vsufruct. procedit etiam in annuis introitibus.*
13 *Annui introitus inter fructus ciuiles connumerantur.*
14 *Fructus naturales per vsufructuarium acquiruntur facta separatione, ciuiles vero statim quod incipiunt deberi,*
15 *Annui introitus, sicut pensiones iudicantur.*
16 *Annui introitus quorum dies solutionis venit, & cessit, habentur pro perceptis.*

DECISIO

CLXVIII.

Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum cum reseruatione vsusfructus in vita an valeat, quosque fructus contineat reseruatio

MAGNA est contentio inter Doctores, *in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. oblig. & in l. fin. C. de pact. & in c. in præsentia, de prob.* de qua re etiam per Io. Gutt. Hispanum *in tractat. de contr. iur. in c. 11. sub rub. de don. omn. bon. in 2. par. 2. 6. Tom. fol. 55. per totum.*
1 † an valeat donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, cum reseruatione vsusfructus, vita durante: & difficultas oritur, ex quo tenentes donationem non valere, mouentur, quia appellatione futurorum, veniunt fructus, qui percipiuntur per donantem in vita, & donanti nihil remanebit, de quo testetur, cum vsusfructus morte extinguatur, & propterea dicebatur Sacrum Hospitale Sanctę Mariæ Annunciatæ, virtute donationis ei factæ per quondam Magnificum Thomam Caracciolum, omnium bonorum, præsentium, & futurorum, reseruato vsufructu, durante eius vita tantum, & quibusdam bonis ac facultate disponendi de ducatis ducentum, quod omnes fructus seu tertiæ introituum emptorum per Thomam maturatæ, & debitæ dicto Thomæ tempore mortis, & per eum non exactę, ei debentur, tamquam quod veniant appellatione futurorum bonorum, etiam quod sint fructus; quod tanto magis dicebatur esse dicendum in præsenti casu, in quo, ad finem validandi hanc donationem reseruatio vsusfructus non erat ne-
2 cessaria, † quia postquam donatio est facta pio loco, etiam quod sit omnium bonorum præsentium, & futurorum valebit ipsa donatio, vt dicit Bart. *in d. l. fin. C. de pact.* vbi Hieron. Cagnol. *in prima limit. nu. 238.* & ante eum Lancelot. *in d. l. fin. in 2. conclus.* qui dicit, quod Alex. tenuerit contra Bart. ipse tamen si casus contigisset iudicaret pro opinione Bartoli, & ex alio non erat necessaria in præsenti casu discussio, prędicta; stante reseruatione facta per dictum Thomam, disponendi de ducatis 200. & quibusdam domibus, & de bonis feudalibus.

3 Ex aduerso dicebatur, † quod fructus, qui ex bonis donantis percipiuntur, non veniebant appellatione futurorum & sic remanent donanti, & de eis testari poterat, qua ratione potissimè mouentur tenentes donationem omnium bonorum præsentium, & futurorum, validam esse. Et omisso Doctorum copioso numero, dicebatur hoc tenere Aymo, *in cons. 222. in 2. volu. per totū,* post omnes hinc inde relatos, & nouissimè relatis vtrãque opinionem tenentibus, eorumq; rationibus discussis, idem tenet Didac. *in tract. variar. resolut. lib. 3. cap. 12.* & Hieronymus Gabr. *cons. 139.* qui etiam hanc opi-
4 nionem tenent, † vel quod sit reseruatus vsusfructus, vel sint reseruati fructus, vel quod sit apposita clausula, vita durante, vel non, quia omnia prædicta in idem recincidunt, & exprimere in donatione, vita durante, sit exprimere id, quod tacite inerat, quod nihil operatur, & propterea dicebant hæredes ab intestato, quod postquam hi fructus, & introitus non exacti, non veniunt appellatione bonorum futurorum, quod in eis ipsis succedere debent. Discusso hoc puncto, dicebatur, quod hæc secunda opinio posset dici verior, quam etiam tenet Lud. Molina *in tract. de Hispan. primogenit. lib. 2 c. 10. vers. sed dubitari potest, nu. 19. fol. 202.* Sed dicebat Sacrum Hospitale, quod quando prædicta secunda opinio esset verior, quod negabat, amplissimæ clausulæ in hac donatione appositæ debebant mouere Sacrum Consilium ad tenendum primam opinionem, maximè quia (vt dictum est) donatio, tamquam facta ecclesiæ, erat valida, absque aliqua reseruatione, & cessabat vna ex rationibus, quam Docto. tenentes secundam opinionem considerant, vt actus magis valeat,
5 quam pereat. Item dicebat, † quod quando hæc secunda opinio esset vera, procederet in fructibus bonorum donatorum, qui per testatorem reperiuntur collecti tempore mortis: aliàs enim, si non essent recollecti, vel quod sint, vel non sint maturi, spectant, ad proprietariũ, quod probat tex *in l. in singulos ff. de annuis lega.*
6 Item dicebatur, † quòd in pensionibus debitis occasione locationis bonorũ donatorũ, esset seruãda distinctio posita per Albert. *in l. defuncta. ff. de vsufruc.* quod aut mortuo vsufructuario erant collecti integri fructus per conductorem, & tota pensio spectabit ad heredem vsufructuarij, etiam quod non cesserit dies promissæ solutionis, per text. *in d. l. defuncta,* quem exornat Tiraq. *in tract. de vtroq; retract. in lib. de retract. conuent. §. 5. vers. sed quid si emptor, nu. 8 fo. 644.* Aut quando moritur vsufructuarius, fructus non sunt integre percepti, & hoc casu esset facienda diuisio pro rata temporis, sed in casu de quo tractabatur in quo Thomas emerat annuos introitus super bonis stabilibus, videba-
7 tur, † quod postquam annui introitus non erant exacti, nec tertiæ ipsius occasione debitę, quod militare deberet dispositio tex. *in d. l. in singulos,* quod integre spectarent ad proprietarium, & quod heredi vsufructuarij aliqua actio non competeret, etiam quod introitus fuissent maturi, & debiti tempore mortis, per tex. *in d. l. in singulos.* Item dicebatur, quod ex donatione facta per Thomam dicto Hospitali, ipse Thomas remanserat mere vsufructuarius, eius vita durante, vt ex verbis donationis apparet. Quo fundamento
8 iacto, succedit alia conclusio de iure, † quod vsufructuarius pro fructibus non perceptis per eum, seu aliũ eius nomine, aliquam actionem non habet, sed ea proprietario competit. *l. si vsufructuarius messem, in vltimo responso. ff. quemadmod. vsufr. amit.* vbi gl. allegat concor *§. is vero, vbi.* Io. Faber. & cæteri, *Institu. de rerum diuisio.* Alber. *in d. l. defuncta. ibi nam mortuo fructuario,* & iterum *in vers. fructuarius tantum.* & est ratio, secundum Fulg. ibi, quia non est dominus antequam percipiat. Vnde si ipse vsufructuarius pro eis non habet actionem, sic nec eam habebit heres eius, & actio residebit penes proprietariũ, etiam quia ex verbis donationis apparet sequuta morte ipsius Thomę ex tẽpore donationis prędictæ, esse omnia iura eidem Thomæ competentia, super vsufructu reseruato cessa Hospitali prędicto. Et nouissime dicebatur, quod etsi actio competeret, quod nihilominus introitus non exacti per Thomam Dominum à debitore, non extabant, vt

ipsi

ipsi vendicari possint, sed pro ipsorum consequutio-
ne, oportebat contra venditores, eosdemque pro-
9 missores, experiri actione personali. † quo sic stan-
te, operabatur effectum alia pars donationis, in qua
donantur dicto Sacro Hospitali omnia iura, inter quæ
hæc erunt, cogendi debitores ad solutionem quanti-
tatum per eos debitarum: eo etiam magis, quia ijs
annui redditus non debebantur occasione fructuum,
sed pretij; pro quo fuerunt empti, secundum Bald. *in
c. cum M. Ferrariensis, columna. 2. vers. nota, quod no-
mine. extra de constit.* de quo meminit Didac. *in tract.
variar. resolut. libr. 1. cap. 15. versic. ad quæstionem igi-
10 tur. num. 10.* & ex prædictis dicebatur, † quod etsi ve-
ra esset opinio, quod appellatione futurorum, non ve-
nirent fructus, procederet in fructibus collectis à so-
lo separatis, etsi in horreo non reconditis, secundum
opin. magis communem, quam latè, & optimè com-
probat Sal. *in l. qui scit, §. 1. ff. de vsufruct.* & Flor. *ibid.*
& Tiraquel. *in d. §. 5. in gl. 4. in prin. fol. 943.* & contra-
riam opin. esse falsam, dicit Bald. *in c. quæ in ecclesia-
rum, 4. colum. vers. sed statim quæritur, extra de con-
stitut.* Procedit etiam secunda opin. quando esset vera,
in pensionib. debitis occasione fructuum collectorum,
vel si non sunt omnes collecti tempore mortis vsuf-
fructuarij, pro rata temporis, non autem procederet
opinio prædicta quando introitus, seu tertiæ debitæ,
non sunt exactæ per vsufructuarium, quia hoc casu, ex
quo ipse non exegit, nec aliquis eius nomine, hæredi
actio non competit, ex prædictis, maximè stante renun-
ciatione, & cessione vsusfructus, ex tunc post mortem
facta per donantem Sacro Hospitali. Pro parte hęr. ab
11 intestato dicebatur, † tex. *in d. l. in singulos*, non posse
applicari ad casum, de quo agitur, loquitur enim ille
text. in fructibus maturis fundi, qui sunt pendentes in
fundo, vel quod essent naturales, vel industriales, quia
hoc casu dicentur pars fundi, eo modo, quo fructus
pendentes, esse partem fundi, declarat Couar. *in loco
prædicto, in principio, scilicet, varia. resol. lib. 1. cap. 15.
in principio.* secus autem dicebatur esse in casu, de quo
agebatur, vbi erat facta emptio annuorum introituum,
& promissa ipsorum solutio certo tempore, quia in
istis annuis introitib. non potest cadere, quod pendeat,
vel non, ex quo non sunt de corpore, vt dicit Bald. *in
pensionib. in d. cap. quæ in ecclesiarum 4. col. vers. idem
12 in pensionibus*, sed est tantum videndum, † an cesserit,
vel non cesserit dies solutionis faciendæ, iuxta termi-
nos d. l. defuncta. quæ licet loquatur in pensione debita
pro vsusfructus locatione, procedit etiam in istis an-
13 nuis introitibus, de quibus est iudicandum, vt de
pensionibus, quia fructus ciuiles sunt, vt sentit *glo. in l.
fin. in vers. res ciuiles, C. de petit. hære. subla. lib. 10.* &
in eis conueniunt declarationes, quæ dantur fructib.
ciuilibus, qui fructus ciuiles fructus proprij di-
cuntur, & differunt in hac materia, mortuo vsu-
fructuario, ad quem spectent, à naturalibus,
14 † quia naturales acquiruntur per vsufru-
ctuarium per separationem à re corporali ciuiles,
autem statim, quod incipiunt deberi, pulchre Bal. *in c.
1. in princ. col. fi. vers. quid de pensionibus*, de pace
tenen. vbi ita pulchre loquitur, & quidam Paris. *in titu.
1. in gloss. 1. q. 3. fol. 14. 3. col. in fi. eum sequuntur*, & di-
cunt, † nihil posse verius, & breuius ad rem adduci, &
de prædictis meminit, & sequitur Michael Palacz, *de
maioratu. in 4. parte 9. 24. per totam* Beatius *in tract. de
decima tut. iur. Hisp. præs. cap. 28. num. 10. vers. idem
censeo, fol. 154.* & redditus annuos, vt pensiones esse
iudicandos, vltra supradicta colligitur ex dictis And. *in
§. bis consequenter 2. colu. vers. nec mireris, hic finitur
lex*, & ex Didaco, *vbi supra*. Ad secundum dicebatur,
verum esse, quod respectu fructuum perceptorum per
alium, non nomine vsufructuarij, actio non competit
ex prædictis, & esset etiam seruanda distinctio tex. *in l.
si fur decerpserit, ff. de vsufr.* & decis. Bald. *in d. c. quæ
in ecclesiam*, sed hoc cessare dicebatur in casu, de quo

16 agitur, † quia in pensionibus, seu annuis introitibus,
quando cessit dies, habetur pro perceptione. Item, quia
isti debitores tertiarum prædictarum, qui solutionem
etiam de proprio promiserant, permittente ipso Tho-
ma, fructus, seu introitus bonorum, super quibus erat fa-
cta venditio, perceperunt, & occasione prædictæ per-
ceptionis promiserunt, etiam de proprio soluere. Item
dicebatur, quod heredi vsufructuarij competit a-
ctio, circumscripta iuris dispositione, in præsenti casu,
in quo dictus Magnificus Thomas fecit emptiones
istorum introituum, vt in publicis instrumentis promi-
serunt venditores soluere dicto Thomæ, & eius here-
dibus, & sic ex contractu testatoris, cui est facta pro-
missio habebunt heredes actionem contra debitores
tertiarum, & promissio facta vsufructuario, operabi-
tur, quod actionem habeat, quando alias actionem
non haberet, vt est videre in simili, quia vt supra di-
ctum est, † licet aliàs, decedente fructuario fructibus
maturis non tamen recollectis nulla actio competat
heredi vsufructuarij, si tamen locauit fiet diuisio pen-
sionis pro rata temporis, quod procedere dicit Alb. *in
d. l. defuncta. vers. sed quare illud*, ex quo facta loca-
tione, est quæsitum ius fructuario petendæ pensionis, l.
permittente, allegat tex. *in l. venditor ex hereditate. ff.
de act. vel har. vend.* Item dicebatur, quod etsi actio
non competeret fructuario, prout ex prædictis appa-
18 ret, quod in hoc casu competit, † aget proprietarius,
& tenebitur ipse hos fructus restituere vsufructuario,
vt dicit Alb. *in l. fructus pen. col. ver. sed retenta. ff. de
rei vend.* nec valet responsio, quod Alb. loquitur, quod
tenetur restituere vsufructuario, non autem eius her.
quia præsupposito, quod teneatur restituere hos fru-
ctus vsufructuario, tenebitur, & eius hęredibus, quia
omnia iura in hęredem transeunt. *l. cum hæredes. ff. de
acq. poss.* Nec similiter valet responsio, quæ fundaba-
tur ex cessione fructuum facta per donantem in dona-
tione in beneficium Hospitalis, ex nunc prout tunc,
sequuta morte, quasi quod ex hoc inferatur, quod etsi
teneretur proprietarius restituere vsufructuario, hoc
procederet, quando non idem vsufructuarius cessisset,
vel donasset proprietario, nam dicebatur, quod verba
donationis rectè intellecta, & ponderata, hoc non in-
ducunt, respectu fructuum, de bonis donatis perue-
nientium, sed hoc inducunt respectu illius vsusfr. for-
malis, quia dicit, quòd vsusfr. ipsi proprietati consoli-
datur. Et vlt dicebatur, non obstare, quòd postquam in-
troitus venditi non extant; & sic non potest dari ven-
dicatio, quod hæ tertiæ iudicabuntur, vt iura spectan-
tia ad proprietarium, quæ etiam fuerant donata, nam
dictum fuit esse aduertendum, hęc iura esse fructus bo-
norum donatorum reseruatos, nam ex eis nascuntur.
Et postquam iuxta secundam opin. fructus non ve-
niunt in donatione futurorum, nec venient, hæc iura
resultantia ex bonis donatis, quæ erunt fructus bono-
rum donatorum. Facta prædictorum discussione Sa-
crum Consil. aliter non iudicauit, quæ ex prædictis
opin. esset verior, nec plene discussit differentiam inter
fructus naturales, & pensiones, sed visis amplissimis
clausulis, in instrumento donationis appositis, iudica-
uit ex clausulis prędictis in fauorem Sacri Hospitalis,
die 1. Octobris 1577. Actuario Galterio.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde videndum Clar. *in §. donatio q. 19.
ver. pone*, & Viui. *in opin. 207. n. 4. par. 1.* Anto. de
Gama *in decis. 166* & hunc Dominum *in decis. 59.
numero 2.* Adde quod Stephan. Gratian. *in decis. 139.
col. 1.* refert iudicatum per Rotam Anconitan. do-
nationem omnium bonorum paternorum, mater-
norum, & auitorum fuisse validam tamquam re-
strictam ad bona particularium, quia de alijs,

potest testari,& ad hanc decis. Vide omnino, Matt. *in voto 77.num4.*

Et de donatione omnium,& quorumcunq; bonorum, quod contineat, solum præsentia, iudicauit Rota Mantuana, vt refert Surdus *in decis.223.à nu.8.*

Vide tamen Natt.*cons.1.6.in 4.dubio.*

Num.2. Adde D.Tapiam *in auth. ingressi fol.431. nu.11.C. de Sac.sanct.eccl.*post Clar.*vbi supr.q.20.ver. vlterius quæro.*

Num.6.7.17. Adde omninò Caualc. *de vsufruct. null. relicto nu.242.fol.451. in paruis*, Oculatissimum D. Reg.de Ponte *cons.100.à nu.4. cum seq.* Viui. *in decis. 8.num.*10 Nauarr.*cons.3.in tit.de donat.* D.Senat.Annam *cons.114.num 19. post Pract.Papien.in forma libelli ad dotem in ver.dedit num.8.* Vide Anton. Thesaur.*in decis.143 & ibi omnino Doctiss. Senat.eius filium in suis addit.* vbi pulchrè distinguit ex mente Alex. *in cons.82. nu.16.vol.2.*

Num.8. *ibi l. si vsufructuarius messem*; Vide eundem D.Regentem *loco supra citato ibi latè.*

Num.13.Adde hunc Dominum *infra decis.362.nu.7. vbi addo.*

Num.15.Vide supra *decis.160.num.7.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Donatio præsentium, & futurorum nihilo retento non valet.*
2 *Quid si reseruetur vsusfructus.*
3 *Quid si vsus fructus tenuissimus esset.*
4 *Talis donatio inualida, an iuramento confirmetur.*
5 *Quid si addatur Clausula,Omni meliori modo.*
6 *Donatio causa mortis, quando dicatur, cum pluribus sequentibus.*
7 *Donatio omnium bonorum pio loco facta valet.*
8 *Siqui donet omnia bona, reseruata sibi facultate disponendi de aliquibus in vita,an disponat in morte.*
9 *Donatio omnium bonorum mobilium, & immobilium, præsentium,& futurorum, an valeat, & quæ contineat.*
10 *Donatio omnium bonorum valet fauore Matrimonij.*
11 *Donatio de hæreditate viuentis,quando valeat,remissiuè.*
12 *Bona acquisita post donationem an veniant.*
13 *Quid si donans reseruauit sibi facultatem disponendi, & non disposuit.*
14 *Debitor annuorum redditutum non soluens, non priuatur iure sicut emphyteuta.*
15 *In dubio res,& contractus potiùs præsumitur censualis quam emphyteuticus.*
16 *Census si soluatur pro terris feudalibus ipsæ terræ non dicuntur feudales,vel emphyteuticæ, sed simpliciter censuales, propriam naturam habentes, & alienari possunt tamquam libera,vel franche.*
17 *Contractus censuarij, quomodo tuta conscientia fieri possint, & ad quam quantitatem.*
18 *Fructus spectent nè ad hæredes donantis,vel ad ipsum donatarium.*
19 *Fructus rei legatæ pertinent ad legatarium, à die mortis testatoris.*
20 *Vsusfructus non perceptus in vita vsufructuarij, non transit ad hæredes ipsius.*
21 *De annuo legato vide remissiuè.*

1 AD hanc decis.168.adde quòd † donatio præsentium,& futurorum, nihilo retento, non valet, † secùs si reseruatur vsusfructus, vt
2 hic. Ità Iulius Clarus, *in §.donatio, q.19.*& Osascus *decis.70.num.10.*post Bartolum,*cons.*108. Aimon,*cons.*222 Natt.146. *vol.1.* & Roland.66.*n.5.vol.*
3 quos sequitur Andr.Gail.*obs.127. l.2* sed si † hic vsusfruct.ita tenuis esset, quòd ad alimenta non sufficeret,
idē esset,ac si nihil reseruasset,vt post Crau.*d.cōs.*212
& Clarum *quæst.19.*tenent Bart. *cōs..*.& Mendoz.184.
4 *vol.2.*immò † si donatio talis non valet, frustra in iuramento fit appodium,vt dicit Boer.*dicta decis.353.*&
355.Iul.Clar.*quæst.20.* & Osascus *decis.100. num.41.*
Sed contrarium, quod valeat, & iuramento subsistat
tenent Hippolitus de Marsil. *singulari 517.* & Natt.
5 *cons.456.num.16.* maximè,si extet † Clausula,Omni
modo meliori. Ioseph. Ludouic. *decis. Perusina 117.*
Et cum iuramento, Abb.*cons.18.sibi Contrarius, cons.*
48 vol.2.de Communi. Ad hanc decis.vide quoque quæ
supra tradit Præsides, *decis.19.incip In causa Illustrissimi Comitis Borrelli*, & quæ ego ad eam latissimè di-
6 co & † quando dicatur donatio causa mortis, infra
dico *decis* 213.vbi quando dicatur mortis causa donatio, & quando inter viuos, de quo copiosè Clarus, *quæst.4.in §.donatio*, Roland.*cons.65. volum 2.* si promittitur non reuocari, quod dicatur inter viuos. Sed contra tenet Decius *cons.206.* de quo Natta *cons.104. vol.1.*qui Natta dicit, etiam inter viuos iudicari donationem, quando fit coniunctæ personæ,licet fiat mentio mortis, vel si interueniunt duo tantum testes; & *idem cons.115.* & Rolan. *cons.8. numer.22 volum.1. qui cons.61.vol.2.*dicit, iudicari inter viuos, etiam quod quinque testes interuenerint, interuenientibus sex coniecturis. Demum omnes ferè concurrunt in distinctione; Aut mentio mortis est in exequutiuis; aut substantialibus, si in exequutiuis, mentio mortis non facit causa mortis donationem; sed si mortis mentio fit in substantialibus, secus. Et istam opinionem non ex meo capite,sed sectatā affirmo ex pluribus, inter quos est Cassan.*in consuet. Burg.Rubr.7.§. quinto.gl.2.vers.& aduerte, in tit. de successions* Roland. *d.cons.61.* Natta *cons.723.num.7.& 115.nu.5. vol.1.* Sed ad materiam huius *decis.168.* illud aduer-
7 tas, quod † donatio pio loco facta etiam omnium bo-
norum, valet, quod adde *nu.2.ex Decij cons.488.* Item
8 adde, † quod donatio omnium bonorum alicui facta,
cum reseruatione, non porrigitur ad bona futura, & post donationem acquisita, Thesaurus, *decis.199.* qui extendit, & limitat pluribus modis, & si aliquis donat omnia bona reseruata sibi facultate in vita disponēdi de aliquibus, non potest disponere per vltimam voluntatem; quia non censetur hoc reseruasse. Thesaurus, *decis.209.*Immò Decius *cons.351.* dicit, talem reseruationem annullare donationem,& quæ veniant in tali donatione, Boer. *decis.33.numer.26.* Crauetta,*cons.234.*

Ad hanc etiam *decis.168.* adde Gabriel. *lib.conclus. de donat conclus.1.* Viuium *lib. communium opin. in verbo, donatio*, & Gail. *obseruat.11.nu.10. lib.2.& decis. Auenionis 23.in decis.diuersorum.* Magon. *dec.*
9 *64.Florentina,vbi latissimè*, quod † donatio omnium
bonorum mobilium, & immobilium, præsentium,&
futurorum,valet: quia hoc casu non modo debitorum
10 nomina non veniunt, nec bona futura, sic etiam †
donatio omnium bonorum valet fauore matrimonij,
Boer *d. decis.362. nu.10. qui dubitatiuè loquitur*: &
11 Franciscus Marcus *dec.128.par.2.* & † quando valeat
donatio de hæreditate viuentis, vide supra *decis.89.*
12 & Ioseph. Ludo,*decis.Perusina 71.* An † veniant bona
acquisita post donationem. Thesaurus *decisio.168.&*
13 199. † quid si disponens reseruauit sibi facultatem dis-
ponendi, & non disposuit; Thesaurus,*decis.97.*An uadat ad donatarium, vel hæredem. Ad nu.5. vide omninò infra præsidentem *decis. 254. in principio.* Adde
14 de † annuis redditibus, quod debitor non soluens, non
priuatur iure suo, sicut emphyteuta. Caballin. *Milleloquio 814.* Rebuff.*de Const.redditnum,art.1 gl.17.nu. 7.super Const. Gallię*, nec cadit alienando. & Gulielmus.Cassador. *dec.2.de iure iurando*, & Borgin.*decis. 16.nu.91.*Mynsinger.*obser.65.centuria 3.* Hippol.*sing.*
15 95.Natta *cons.3.*Berous *quest.14.*& † in dubio res, &
contractus potius censualis præsumitur,quàm emphyteuticus,Menoch.*de præsu.*Clarus,*in §.emphyteusis, & ibi* Cor-

ibi Cofbulus, *quæst.* 1. & Natta *d. consil.* 3. *volum.* 1. & omninò Crauetta, *consil.* 20. *volum.* 1. & ideò
16 † si soluitur census pro terris feudalibus, ipsæ terræ non dicuntur feudales, vel emphyteuticæ, sed simpliciter censuales, propriam naturam habentes, & alienari valent, tamquam liberæ, vel franchæ; ita in terminis Capic. *in decis.* 103. vbi egregie scripsit Masullus, & non minus doctè quam eleganter. Nollem omittere dicendum, quod tales † contractus censuarij secundum Gail. *obseruat.* 7. *lib.* 2. & Fiuizan.
17 *decis.* 13. *de Contract. num.* 38. valent vsque ad octo pro centenario de iure, & ita pro tuta conscientia dicit Gail. quinque, vel sex, sed Afflict. noster Regnicola *decis.* 397. vbi Moderni, dicit talem contractum approbari, & forte, & absque dubio ad decem vsque.
18 Adde † de fructibus ad quos spectent, an ad hæredes donantis, vel ad donatarium, omnino quæ dico *su-*
19 *pra, decis.* 9. *fol.* 20. & † quod fructus rei legatæ, pertineant ad legatarium à morte defuncti, & non ad hæredem, hæreditate iacente, Communis Communium contra est, referente Ceuallos *in lib. qq. Communium contra Communes quæstione* 79. *Dominium*, vbi latissimè pro & contra, ideo videndus esset Ma-
20 gonius *decis.* 4 *num.* 20. † vsusfructus non perceptus in vita vsufructuarij, non transit ad hæredes ipsius, Cassan. *in consuet. Burgund. Rubr. des drott. tit.* 2. *seu*
21 *rubrica* 4. §. 6. *gl.* 9. *num.* 4. De † annuo legato, & alijs, vide *quæ dixi sup. d.* 155. ad quæ me remitto, ne referã.

ADDITIO D. RICII.

DOnatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, cum reseruatione vsusfructus in vita, quosque fructus contineat reseruatio, hoc dicit: est aduertendum in hac decisione, quod donatio omnium bonorum, quamuis de iure non subsistat, tamen est valida quoad præsentia bona, dummodo sit clausula omni modo meliori, quæ facit donationem valere, quoad præsentia, Gratian. *discept. for. c.* 98. *num.* 21. *qui allos citat*, & *cap.* 729. *num.* 9. & *cap.* 782. *num.* 3. *vsque ad* 20. vbi nisi aliud donans disposuerit nam inducit fraudem simulationis. *idem cap.* 255. *nu.* 88 19. Viu *com. opin.* 207. *num.* 6. Rip. *obseruat.* 136 *numer* 3. & donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum reseruata facultate testandi ad pias causas, vel ad certum vsum sic restricta valet per ea, quæ deducit Paschal. *in tract. de virib. patr. potest. par.* 1. *cap* 8. *num.* 120. valet dummodo reseruata sit facultas testandi indistinctè de qualibet re, & ad quemlibet effectum. idem Gratian. *discept. for. cap.* 132. *numer.* 35. & *cap.* 536. *num.* 26. sed non valet si nihil aut parum reseruetur. *idem cap.* 120. *num.* 4 quod etiam procedit si vsusfructus, qui reseruatur sit tenuis. *d. cap.* 120. *numer.* 15. & donatio omnium bonorum cum reseruatione vsusfructus, ac facultate disponendi de ijs in morte, an sit deducenda ex quarta bonorum vxori debita, quod non, Georg. *allegat.* 22. & donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum etiam nominum debitorum ad hoc, vt valeat intelligi debet quoad præsentia tantum; saltem quando non potest in totum valere, Vrsill. *decis.* 338. *num.* 3.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Donatio vniuersalis non valet reiectis Fabro Schifordeg.*

2 *Omnium bonorum præsentium, & futurorum donatio cum reseruatione vsusfructus valet explosis Fabro, & Cancer. & ratione iuramenti an sustineatur in præsentibus & Rota Rom. variauit in amplexando Fontanell. nu.* 3.

4 *Certa quantitatis donatio, quando sit nulla vti vniuersalis.*

5 *Pensiones non exacta per vsufructuarium, quando spectent ad eius hæredes, vel proprietarium, & refelluntur Otteman. Cuiac. & D. Rocch.*

6 *Quid in censibus maturatis, & ostenditur perplexitas D. Hodiern. qui propellitur.*

7 *Fructuarius debet petere vsumfructum.*

1 COronata decisio nunc aduenit in specie donationis vniuersalis, & pensionum non exactarum per vsufructuarium transmissionis ad hæredes fructuarij, & in gratiam primi articuli præmittitur inuicta conclusio, quòd inualida est donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, tanquam impeditiua facultatis testandi, *l. stipulatio hoc modo concepta*, *ff. de verb. oblig.* Fontanell. *dec.* 242. Gamm. *dec.* 339. quam opinionem in toto terrarum orbe receptam probat Paul. Rub. *in annot. ad dec.* 21. *par.* 9. *recent. per tot.* non solùm quia donans redditur intestabilis, sed etiam insubstentabilis, scilicet non habens, vndè sustentari possit, & quamuis ordinarius communiam opinionum impugnator, Faber. *decad.* 48. *err.* 5. & eius assecla Schifordeg. *lib.* 1. *tract.* 13. *quæst.* 1. pro validitate viriliter pugnent, attamen contra sensum ipsorum loquuti sunt Castill. *contr. iur. lib.* 4. *cap.* 35. quem refert, & sequitur Fontanell. *decis.* 392. & nouissimè affluenter Paul. Rub. *ad d. dec.* 21. *par.* 9. *recent. per tot.*

2 Principalis quæstio est, an donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum reseruato vsufructu valeat, & opinionem pro validitate placuisse Senatui refert D. meus *num.* 4. nihilominus res non fuit decisa, vt aduertit Fontanell. *de pact. nupt. num.* 1. *clauf.* 4 *glos.* 21. *par.* 2. *num.* 2. & *glos.* 12. *num.* 4. hanc sententiam comprobat, si donatio sit facta cum sufficienti reseruatione attento statu temporis donationis, & vsusfructus sit ita plenus abundans, & pinguis, vt vltra alimenta, & expensas necessarias probabile sit remansurum donationi, de quo possit suo tempore testari, quam sufficientiam reseruationis pro validitate donationis teneri probare donatarium censent Couar. Alex. & alij, quos refert, & sequitur Fontanell. *numer.* 18. & decisum in S.C. refert Thor. *in compen. ver. donatio omnium bonorum par.* 2. & quamuis nonnulli diffideant opinantes non valere donationem ex eo, quòd fructus sint donatarij, & non hæredis ea ratione ducti, quia veniant in donatione bonorum futurorum, vt iudicatum testatur Fab. *C. de donat. def.* 9. Cancer. 3. *par.* 3. *var. cap.* 2. *de inuentar. numer.* 123. verùm tamen contrarium verius est, quòd quæsita ex fructibus non veniant sub nomine futurorum, Rota *dec.* 342. *par.* 3. *recent.* & coram Duran. *dec.* 308. & plures alias recentes colligit Ciroch. *discept.* 51. *num.* 68. nisi donatio facta sit cum aliqua reseruatione, quia tunc veniunt quæsita ex fructibus de Pont. *conf.* 116. *lib* 2. Reg. Latr. *decis.* 44. *num.* 21. cum declaratione de qua per eum, vel reseruatio facta esset pro alimentis.

3 Sustinetur etiam donatio in bonis præsentibus tantum ratione iuramenti, quod continet in se clausulam omni meliori modo, vt Fontanell. *vbi sup.* Ferrentill. ad Buratt. dec. 7. & quamuis Fontanellam refellat Rot. Rom. 1. Februarij 1640. vt in transcriptis pœnes Reg. de Marin. *lib.* 2. *resol.* 196. *nu.* 22. recessit postmodum ab ea, vt ex alia 17. Decembris, vt *nu.* 42. & iudicauit iterum de anno 1652. coram R. P. D. Cerro, vt refert Rub. *in annot. ad dec.* 56. *par.* 9. *recent* quamuis ipse probet opinionem contrariam esse probabilem, & posse

posse in iudicando amplexati comprobando illam ratione indiuiduitatis iuramenti ex D. meo decis.173. & quampluribus autoritatibus, & decisionibus in materia locationis rei Ecclesiæ factæ vltra triennium, vt nec valida sit per triennium, sed nihilominus non recedendum est in praxi ab opinione Fontanellæ.

4 Valet præterea donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum ad fauorem Ecclesiæ, ex Bart. in d. l.fin. & D. meo n.2. Buratt. dec.7.n.3. Cancer. var.p.1.c.8.n.67. Andreol. contr.2.n.22. & contr.209.nu.4 ratio est, quia scilicet cuiquam personam suam vouere Ecclesiæ, multo magis donare præsentia, & futura, confert illud Euangelij *si vis perfectus esse, vade vende omnia, quę habes, & da pauperibus*, & decisionem hanc pleno calamo comprobat Rub. in d. annot.56. nu.84. & seqq. vbi confutat dissidentes.

5 Notabilis casus est, si quis donet maximam summam excedentem patrimonium tempore donationis ob spem futuri euentus, cùm possit donator lucrari, & nihil quæsierit, nam iudicabitur omnium bonorum, & nulla, quia donatori libera testandi facultas tolleretur, & affirmat Cagnol in l.fin.n.250.C. de pact. Rip. in lib. obser.cap.130. nam colligitur ex excessu donationis, an donet vnam rem, vel omnia bona, & attendenda sit mens potiùs donantis, quæ fuit donare omnia bona, & conducit, quod tradit Dec. cons.251. quòd si quis omnia bona sua præsentia, & futura donauerit reseruata sibi facultate disponendi, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate de aliqua re, quòd si de illa re inter viuos disponeret, nulla iudicabitur donatio, quasi per eam impediatur libera ei testandi facultas Camill. de Medic. cons.107. & ibi Reg. Galeot. in specie donationis contemplatione matrimonij, hæc omnia Dom. Hodiern. contron.32. à nu.32.

6 Vtilis, & lucrosa materia est secundùm Alberic. in l. defuncta, ff. de vsufruct allegata num 6. quomodò sint diuidendæ pensiones, si imperfecto tempore moriatur fructuarius, ex d.text. duæ colliguntur conclusiones, prima in sensu directo, quod si fructuarius decedat fructibus iam collectis per colonum, pensio pertinet ad hæredes fructuarij, etiam si viuente fructuario non aduenisset dies soluendi pensionem; conclusio autem à contrario sensu est, quòd si fructuarius decedat fructibus non dum collectis per colonum, tunc solutio pensionis pertinet ad proprietarium, & primam conclusionem post alios tenet Caualcan. de vsufruct. mulier. relict. num.243. Barbos. in l. diuortio num.22. solut matr. qui num.23. reijcit Ottoman. in c.1.§. his consequenter col.2. hic finitur lex, diuidentem pensionem pro rata inter fructuarium, & dominum, & ita existimo explodendam opinionem Cefal. consil. 281. lib.2 qui formans quæstionem de vsufructuario sua manu colente fundum, & deindè decedente antequam fructus maturi ab ipso perciperentur, ad quem spectant d.fructus, ad hæredem vsufructuarij, vel ad proprietarium, considerando rationes pro vtraq; parte, quamuis inclinat pro proprietario, tamen in fine inquit quæstionem esse satis ambiguam, & esse iuxta sententiam rusticorum mediam viam eligendam, vt diuidantur in duas partes, & condemnaret proprietarium ad dimidiam expensarum pro cultura Territorij, & doctrinam hanc extollit D. Rocch. respons.85.nu 8. nam conuenit cum sententia Cuiacij lib.4. feudor. tit.2. col.2. & lib.14. obseru.c.22.col.2. contendentis fructus pendentes tempore quo moritur fructuarius diuidendos esse pro rata inter dominum, & hæredes fructuarij, quod est contra textum expressum in §. is vero instit. de rer. diuis. l. si fur decesserit, ff. de vsufruct. legat. vt neque pro rata temporis de vsufructu aliquid debeatur heredibus vsufructuarij morientis ante recollectionem l. si vsufructuarius ff. quib. mod. vsufruct. ammitt. Gratian. discept.807.nu 7. quod procedit etiam si decesserit fructuarius maturis fructibus Carocc. de locat. par.2. q.25. de vsufruct.

Non obstat text. in l. si operas, ff. de vsufruct. & in l. communis seruus. §. fin. de stipul. seru. in quibus se fundat Cuiac. quia locum habent in operis serui, quæ percipiuntur quolibet die, & pretium etiam locationis diuiditur pro rata, sed in alijs obseruabitur, d.l. defuncta.

Fructus, quando dicantur percepti, & à quo tempore pertineant ad fructuarium Labeonis sententia existimantis satis esse, quod fructus sint separati à solo reprobata est in l. antepen. ff. de rei vend. & Labeonis opinio refertur in l. si vsufructuarius messem, ff. quibus mod. vsufruct. ammitt. & ad hoc, vt bonæ fidei possessor faciat fructus suos necesse est, quòd sint à solo separati ab fructuario, vel alio nomine suo, nam si Oliuæ, & similes fructus ceciderint in terram absque vllo facto hominis non efficiuntur vsufructuarij, nisi postea idem, vel alius nomine ipsius percipiat dictos fructus, Gratian. vbi sup. n.5. Barbos. sup. nu.29. quidquid sit in bonæ fidei possessore.

Petes quid si non sint collecti omnes fructus, sed partim pendeant, & partim sint percepti, & pendentes spectent ad proprietarium, percepti autem ad hæredes fructuarij, d.§. is verò, Gamm. dec.350.num.1. & si fructuarius locasset sub annua pensione, pensio pro parte fructuum collecta debebitur hæredibus fructuarij, sicut fructibus omnibus collectis debebitur tota pensio arguendo à toto ad partem, l. quæ de tota, ff. de rei vendic. Caualc. vbi sup. num.244 Carroc. de locat. p.2.q.24. cum duabus seqq.

Firmat D. meus nu.11. quòd census maturati, quamuis non exacti spectant ad hæredes vsufructuarij, cùm in ipsis non possit cadere quod pendeant, vel non, ex quo non sunt de corpore, sed tantum videndum, an cesserit, vel non dies solutionis, iuxta d.l. defuncta, & fructus isti ciuiles differant à naturalibus, quia naturales acquiruntur per fructuarium per separationem à re corporali, ciuiles statim quod incipiunt deberi Bald. in c.1. col. fin. tit. de pac. tenen. & hanc opinionem tenent Cenc. de censib. p.2.c.2.q.2. art.4. per tot. Roder. de ann. reddit lib.3.q.6.num.5. Peregr. de fideic. art.49. n.100. & Censal. ibidem vers. decima tertia sit assertio, Mastrill. dec.115.nu.10. & ita obtinuisse refert D. Hodiern. lib.1. contron.4. nu.12. & decisum refert Peregr. dec. Patau.89. pro hærede vsufructuarij quidquid sit in hærede grauati cum fideicommissario, vt dictum est obs.13.

D. Hodier. vbi sup. deindè cõtrarium defendit ex eo, quod vt fructuarius faciat fructus suos, non satis est, quod sint recollecti fructus, & à solo separati, nisi eius opera, vel ab alio nomine ipsius fuerint separati, præterea in fructibus ciuilibus, seu pensionibus, quæ debentur pro Molendinis, animalibus, seruis domibus, & similibus locatis per vsufructuariũ non attenditur dies solutionis, sed pensio diuiditur pro rata temporis, vt ex d.l. defuncta, in qua tota pensio spectat ad hæredem fructuarij, & si dies solutionis non cesserit, si percepti erant fructus à conductore ante mortem fructuarij, & si ab eodem fuerat facta locatio, vt glos. in ver. defuncta, ibi *Vsufructuaria locauerat per colonos*, & si fructus non sint collecti, & dies solutionis cesserit, pensio spectaret ad proprietarium Peregr. dec.83. vlterius argumentatur quod fructus pendentes, quamuis maturi spectant ad proprietarium per mortem fructuarij, sic & ciuiles licet maturi, donec non fuerint exacti, semper dicantur pendentes ad effectum, vt sint proprietarij, ita Paris. cons.40. vol 1. Surd. cons.84. Mantic. de coniect. tit.10. addo pro hac parte, quia fructus ciuiles magis accedunt naturalibus, quia nulla exigitur industria, vel labor, Barbos. vbi sup. nu.28. Manent. dec.34. Merlin. dec. 669.n.41. & 113.

Verùm enim verò, vt expromam sensum meum, bona venia D. Hodiernæ existimo annuos redditus maturatos licet non exactos spectare ad hæredes fructuarij, imò etiam non maturatos pro rata temporis transmitti, benè verum exactio spectabit ad proprietarium, qui exactos diuidet cum hæredibus vsufructua-

ctuarij ex traditis hic *num.*18 Cenc. *num.* 20. Peregr. *num.*83. Couar. *var. lib.*1. *c.*15. *nu.*10. Castill. *de vsufr. c.*78 Antonell. *de tempor. legit. art.*46. *num.*14. & ca ratione moueor, quia debetur pensio maturata, licet non exacta, quoties fructus sunt percepti ex *d. l. defuncta*, modò in annuis introitibus debet considerari in debitore perceptio emolumenti pecuniæ in venditione census traditæ à venditore, qui debitor fruitur quotidiè pretio recepto in creatione census, & proindè possit ambulare pari passu cum fructu ciuili debito pro locatione domus Molendini, & similium, vt in puncto ratione pretij, quo emptus fuit census debere fieri diuisionem pro rata temporis, latè fundat Castill. *vbi sup.* & sine dubio si census sit super domo, & similibus.

Silentio prætereundum non erit, quòd vbi vsusfructus habet adnexum onus alimentandi, & vsusfructus relictus sit pro alimentis, tunc nulla adhibetur distinctio, an fructus sint pendentes, & maturi vel nè, cùm semper facienda sit diuisio pro rata Gamm. *dec.* 350. *n.* 2. *&* 3 Surd. *de alimen. tit.* 1. *q.* 33. *num.* 23. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 7. *glos.* 3. *p.* 15. *nu.* 18. Valasc. *de part. c.* 29. *nu.* 10.

7 Declaranda venit doctrina Alberici *in l. fructus de rei vendic.* scribentis proprietarium teneri vsufructuario fructus ab alio perceptos restituere, quam sequuti sunt D. meus *nu.*18. Cencius *vbi sup. nu.*16. Castill. *de vsufruct. q.*77. *n.*13 nam dicta opinio procedit cum hac intelligentia, vt in casu quo fructus à tertio absque vsufructuarij facto essent occupati, debet illos fructus petere, aliàs si neglexerit, non transferet actio ad hæredem fructuarij, sed spectabunt fructus ad proprietarium, & si petierit fructuarius, tunc competet actio in factum contra proprietarium ad interesse, ita in puncto Albericum declarat de Ponte *cons.* 100. *lib.* 1. *à n.*14. quem sequitur Castill. *nu.*14. Hodiern. *nu.*32.

Similiter si quis fuerit relictus vsufructuarius hæreditatis ad hoc, vt ei debeantur fructus debet petere vsufructum, aliàs hæres non dicitur in mora, nec tenetur ad restitutionem fructuum, Pinell. *in l.* 1. *p.* 2. *nu.*77. *C. de bon. mater.* adeò quod disputatum fuit in Rota Romana, vtrum hæres teneatur quando vsufructuarius petierit hæreditatem, cùm in petitione totius insit pars, quæ est vsusfructus, *&* *glos. in l. qui totum. ff. de except. rei iudic.* negare videtur, sed res fuit decisa contra vsufructuarium, quia ipse petendo hæreditatem præseruauit ius vsusfructus, & sic separauit vsufructum formalem ab hæreditatis petitione, vt videre est in *dec* 87. *p.* 4. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *Dictio, penitus, intelligitur, ex toto.*
2 *Substitutus sub conditione, si sine liberis, succedit testatori non hæredi.*
3 *Legatorum ademptio, quamuis generalis admittit legata pura non autem conditionalia, item vniformia, non autem difformia: fallit num.*5.
4 *Priuationes sunt odiosa.*
5 *§. Primus. l. Paulo Calimaco, de l.*3. *limitatur, & declaratur. cum num.*6. 7. *&* 8.
8 *Filio exhæredato etiam in feudo ex pacto, nepos non succedit auo, declaratur, num.*16.
9 *Proximior, qui tempore mortis deficientis natus reperitur, censetur vocatus in dispositionibus purè relictis, in conditionalibus verbis, proximior est tempore deficientis conditionis, cum seq.*
11 *Facultas eligendi aliquem ex filijs intelligitur de ijs, qui nati erant tempore dispositionis, non autem de ijs, qui tempore mortis testatoris non erant in rerum natura, & quomodo procedat, num.*20. *&* 21.
12 *Feudum ex pacto dum alienatur, consensus agnatorum tunc viuentium, non autem postea conceptorum, & natorum interuenire debet, & de veritate, num.*22.
13 *Substitutus sub conditione deficientis lineæ masculinorum non admittitur quandiù est spes propagationis lineæ.*
14 *Conditio negatiua tunc adimpletur, quando certum est, conditionem esse non posse, & ad impossibile reducitur.*
15 *Legatorum ademptio, quæ fit à filio, non extenditur ad nepotem disponentis, maximè in dispositione in fauorem familiæ facta, cum num.*24.
15 *L.* 1. *si quis proximior. ff. vnde cognat. procedit in legatis puris.*
18 *L. interuenit. ff. de leg. præst. loquitur in legatis conditionalibus, non habentibus tractum successiuum.*
19 *L. s. cum. præd. procedit circa substantiam dispositionis, non autem in effectibus ex ea resultantibus.*
23 *Mixtum in odiosis sub simplicibus non continetur.*
25 *Filij etsi non concepti, nec nati sint tempore dispositionis in eorum fauorem facta, ipsi tamen veniunt, & includuntur, & eorum descendentes, maximè vocati sub nomine collectiuo familiæ.*

DECISIO CLXIX.

Legatorum ademptio etiam per verba geminata facta conditionalium reuocationem non continet, item facta patri non præiudicat eius filijs à quibus facta non fuit.

Substitutus non admittitur donec superest spes quod ex eo cui facta est substitutio possint filij oriri.

CONditis per Illustr. Ducem Alfonsum Ducem Amalfiæ testamento, & codicillis, præcedentis tenoris, Illustr. Marchio Iliceti petijt declarari ad se spectare Insulam Nisitæ prædictam, postquam mortuus erat Illust. Dux. Innicus, primo loco institutus sine filijs masculis, similiter D. Pompeius, D. Io. Baptista, & D. Io. erat per prædictos codicillos exclusus, & dicebat, verba reuocationis esse clara, & ex eorum reiteratione, & geminatione argui enixam voluntatem testatoris, cassat enim testator, irritat, & annullat omnia legata eidem D. Io. facta, & priuat
1 eum penitus dictis legatis hæreditate, † & bonis ipsius testatoris. Dictio enim penitus, intelligitur, idest, ex toto, *cap.* 1. vbi Archid. *de supple. negli. prælat.* Alex. qui allegat concord. *in cons.* 72. *visis, 2. col. vers. nam vniuersalis, 2. vol.* † priuat insuper eum hæreditate, & bonis
2 ipsius Ducis, & de iure, facta substitutione modo prædicto, succeditur testatori, non hæredi. *l. cohæredi. §. cum filia. ff de vulg. & pupil.* Item dicit, quod non habeat in bonis, & hæreditate sua, nisi legitimam
3 tantum, loquens per dictionem taxatiuam, † quo casu videntur adempta, tàm legata pura, quàm conditionalia. Ex aduerso dicebatur prædicta omnia procedere in legatis purè factis, non sub conditione, quia per ademptionem, quamuis generalem, videntur adempta tantum legata pura, non autem conditionalia. *l. Paulo Calimaco, §.* 1. *ff. de leg.* 3. per quem text. ita tenet Paul. de Castr. *in l. pero. §.* 1. *de leg.* 2. Item censentur adempta legata vniformia, non autem difformia, secundum Bart. *in l. fideicommissa. § si quis ita. ff. de leg.* 3. Bald. *in l. liberti libertæque col. pen. vers sed*
4 *dubitatur. C. de oper liber.* Item † quia priuationes sunt odiosæ *l. cum quidam. ff. de liber. & posthum.* qua regula motus Oldrad. *in cõs.* 16. tenet prædictam opin. & nouissimè Carolus Ruin. qui de prædictis meminit *in cons.* 3 *ex themate, col. pen. vers. & quamuis, 2. vol.* vnde ex prædictis dicebatur, quod postquam in testamento d. Illustr. Ducis, D. Ioan. erat honoratus legatis puris, & conditionalibus facta reuocatione simpliciter, quamuis verbis generalibus reuocatio intelligi debet facta de legatis puris, non autem sub conditione relictis, eo etiam quia non debemus præsumere, Ducem testatorem voluisse præferre prædictos D. Io. Bapt. & Mat-

& Marchionem agnatos, in vlteriori gradu D. Ioanni eius filio, quemadmodum Iureconf. *in d. §. 1.* non excludit filium propter fiscum à conditionali substitutione; pro Marchione dicebatur, ex verbis codicillorum supra relatis, apparere claram voluntatem te-
5 statoris, & idcirco ab ea non esse recedendum, † sic limitari text. *in d. §. d. l. Paulo Calimaco*, per Ruin. *consi. 98. viso, col. 3. vers. 4. quia. & vers. ex præmissis. 2.*
6 *vol.* Item dicebatur, † tex. *in d. §.* procedere ex benignitate, prout ibi Iureconf. dicit: non autem quod ex verbis testatoris, *in d. §. relatis*, non censeatur de stricto iure testatorem reuocare substitutionem, & in textu prædicto reuocationem non induci, ex quo reuocatio fuit facta in fauorem filij primo loco instituti, & filiorum ipsius, quorum fauore reuocatio facta fuit, ita illum tex. intelligit ibi Alb. & Cuma. qui ex hoc infert,
7 † illum tex. procedere in relictis sub conditione, si sine filijs institutus decederet, secus autem esse in relictis sub alia conditione, quod facit pro eo, quod dictum est *in decis. 150.* facta super *l. generaliter, C. de institutionib. & subst.* casus, de quo agitur, dicebatur diuersus, quia hæc ademptio non fuit facta fauore filij, instituti primo loco, nec eius filiorum, sed facta fuit ex odio, quod pater conceperat contra filium substitutum, vt ex testamento, & codicillis apparet, vnde cessante ratione benignitatis, in qua se fundat ille tex. imò ipsius ratione per omnia cessabit eius dispositio, ita in specie dicit Cuma. ibi allegando. *l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de leg.* 3. Item dicebatur, illum tex procedere, data substitutione in personam filij, qui concurreret cum fisco, illum tex. declarat Aret. *in l. qui Romæ, §. duo fratres. ff. de verbor. obligat.* quem refert, & sequitur Crotus *ibi, nu. 89. vers. 6. & vltim.* & nouissimè dicebatur, *d. l. Paulo Calimaco*, non procedere data ademptione rei legatæ, sed quando simpliciter legatum adimitur, per text. quem sic Bar. ibi declarat, *in l. 4. §. si Titio. ff. de alimen. lega.* sed in casu, de quo agebatur, dicebatur, quod erat facta ademptio legatorum, & rerum legatarum, dum in specie priuatur D. Io. de bonis, & hæreditate testatoris, instituendo ipsum in legitima tantum. Et limitato textu modis prædictis, dicebatur, non obstare decis. Bart. Bal. Paul. Oldr. & Ruin. & supra allegatas, quia procedunt, non data voluntate testatoris in contrarium, non facta ademptione, ex odio concepto contra eum, a quo est facta ademptio, non autem fauore hæredis instituti, nec facta priuatione rerum legatarum, & sic dicebatur omninò Marchionem esse admittendum. Dicebat etiam D. Io. quod etsi ademptio prædicta intelligeretur etiam de substitutione, in eius beneficium, sub conditione facta, quod nihilominus Illustr. Marchioni aliqua actio non competebat, quia ipse est vocatus in defectum lineę masculinę descendentis ex filijs Illustr. testatoris, vnde postquam ipse D. Io. habebat filios masculos, & alios habere sperabat, adhuc non erat factus casus substitutionis in personam Marchionis, vt ipse obtinere posset; & poterat D. Io. etiam, quod aliquod ius non haberet contra eum excipere, vel de iure tertij, iuxta dec. Bart. *in l 2. ff. de except. rei iudic.* de qua ibi late Socin. vel quod contra Marchionem sufficiebat ei dicere, tibi actio non competit, iuxt. text. *in l. fin. C. de rei vend.* Ex aduerso dicebatur posse
8 dici, † quod facta ademptione à D. Ioanne, censebatur etiam facta à filijs, exéplo etiam eius, quod dicitur quod filio exhæredato, etiam in feudo ex pacto, & prouidentia, nepos non succedet auo, de quo per And. *in c. 1. §. præterea si vassallus, col. 3. quæ sit prima cau. benef. amit.* & quod infecta causa primitiua censebatur etiam infecta causa deriuatiua.

Item dicebatur pro Marchione, quòd etsi hoc tempore adhuc D. Ioannes non habeat filios masculos, quia multa contra filium extantem, Illustr. Marchio prætendebat: nihilominus, si filios verè haberet, quia isti filij sunt concepti, & nati post mortem D. Innici, sine filijs masculis, & sic in euentu conditionis, eis ali-
9 quod ius non est quæsitum. † is enim vocatus intelligitur, qui tempore mortis proximior reperitur. *l. 1. §. si quis proximior. ff. vnde cogna.* quæ loquitur in legatis puris Neapod. *in consuet. si quis, vel si qua, in gl. in vers.*
10 *proximiores, column. 2. versic. sed quo tempore.* † & in conditionalibus is videtur vocatus, qui tempore deficientis conditionis, est proximior. *l. interuenit. ff. de leg. præst.* quod comprobatur, quia actus mouentium non possunt esse in suspenso. *l. fin. ff. comm. præd.* & tandem hoc confirmabatur auctoritate Io. Andr. ex mente Lamb. de Raponib. relata per Rom. *consi. 438. in quo du-*
11 *bio*, & per Alex. *cons. 13. vo. 4* vbi nouissimi addentes, † qui omnes tenent, data facultate alicui, eligendi vnum ex filijs, intelligi de ijs, qui nati erant non autem de ijs, qui postea nati sunt, & tempore mortis testatoris non erant in rerum natura, per text. *in l. cum pater. ff. de hæreditatem. ff. de l 2. & in l. cum ita. §. in fideicommisso. tit.* & nouissimè dicebatur Andr. *in c. 1 §. & olim, 2.*
12 *col. vers. an filij nascituri, de success. feud.* tenere, † in alienatione feudi ex pacto, & prouidentia, sufficere consensum agnatorum tunc viuentium, adeò, vt qui in rerum natura non erant, nec concepti tempore alienationis, reuocare non possint postea concepti, & nati, & ita intelligi debere Andr. dicit D. Episcopus, in addit. in ver. vnde ex prædictis, dicebatur, quod D. Io. non poterat se tueri, nec excipere, de iuribus filiorum, tamquam ad præsens non extantium: et si extarent non obesse Marchioni, quia erant concepti, & nati post deficientem conditionem, quia ex prædictis oportebat ipsos fuisse saltem conceptos tempore existentis conditionis. Dictum fuit pro D. Io. esse verba clara testamenti, quia Marchio vocabatur in defectum lineæ masculinorum descendentium ex filijs testatoris, vnde
13 † quamdiù erat spes, quod ex filijs testatoris orirentur filij, non poterat fieri locus substitutioni, in ipsorum filiorum deficientiam factæ, vt dicit gl. *in l. peto. §. fratre, in ver. ex familia. ff. de leg. 2.* Hęc enim conditio, quod extincta linea masculorum descendentium ex filijs, succedat D. Io. Bapt. & postea Marchio, nihil aliud importat, nisi quòd quando non adessent filij masculi, descendentes ex filijs testatoris, tunc vocati succede-
14 rent, & sic est conditio negatiua, quæ tunc adimpletur, quando certum est, esse non posse, & ad impossibile reducitur secundum Bald. *in l. Mutiana, in fin ff. de conditio. & demonst.* & iacto hoc fundamento, dicebatur, ademptionem factam legatorum à filio per patrem, nepotibus non obesse, quia de eis non loquitur, & ipsi sunt principaliter vocati, vt de familia testato-
15 ris, quam familiam testator respexit; & postquam ademptio quæ fit à D. Io. est odiosa, ideò extra terminos in quibus loquitur, non extendenda, *d. l. cum quidam. ff. de lib. & posthum.* quam allegat Oldr. *in d. cons. 16.* Item dicebatur, Andr. loqui in filio exhæredato, *in d. §. præterea si vassallus*, & tenere ex præsumptionibus per eum ibi ponderatis, eodem modo excludi nepotem ex filio exheredato, quemadmodum, & filium ipsum exhæredatum. Sed in casu de quo agebatur, filius testatoris non erat exhæredatus, sed institutus hæres in legitima, in qua pater tenebatur eum instituere, imò eam illi relinquere titulo honorabili, & sic iostitutionis, sed tantummodo erat ei facta ademptio legatorum. Item
16 Andr. ibi dicit, † habito respectu ad iura ciuilia, esse distinguendum secundùm gl. *in l. diui fratres. ff. de in patr.* ex qua idem And. colligit, quod quando sumus in ijs, in quibus patri nihil quæritur, exhæredatio patris non nocet filio, sed in casu, de quo agebatur præsupposita bdemptione à filio per dictionem, penitus, supra ponderatam, nihil quæreretur patri, ergo deci- And quæ loquitur etiam in feudalibus, nihil oberit ijs nepotibus. Minus dicebatur obstare D. Ioan. mortuum fuisse Ducem, & eo tempore non repertos fuisse filios D. Io. nec natos, nec conceptos, & illud tempus inspi-
17 ciendum esse, ex *d. l. 2. §. si quis proximior.* † quia ille
18 text. loquitur in legatis puris. Item † *d. l. interuenit*, loquitur in legatis conditionalibus, quæ non habent tractum successiuum, vt erat casus de quo agebatur, vbi

tunc

tunc vocantur substituti, quando deficeret familia filiorum masculorum Ducis, nec aliquis ex linea adesset.
19 Nec dicebatur obstare text. *in d.l.fin.comm.præd.* † quia illa l. loquitur in dispositionibus puris non autem conditionalibus. Item procedit circa substantiam dispositionis, non autem in effectibus ex eis resultantibus. Ita ibi declarant Bal. Pau. de Castr. & Floria. & loquuntur in defectu, qui non speratur cessare, vt Ruin. *cons. 22. vol. 2. vers. non obstat.* Nec dicebatur obstare dec. Lamber. de Ramp. relatam per Io. And. Rom. &
20 Alex. *vbi supra*, † quia vltra, quod decisio prædicta habeat contradictores declaratur procedere, non data voluntate testatoris in contrarium, ita in specie Soc. *in l. si cognatis, in 2. & 3. limit. ff. de reb. dub.* refert, & sequitur Carol. Ruin. *in cons. 22. n. 9. cum seq. vol. 1.* declarata autem voluntate testatoris dicebatur non esse dubitandum, quod voluerit, etiam non natos, nec conceptos tempore aduenientis conditionis, esse admittendos, postquam eo tempore quo testamento condidit, nemo ex filijs filios masculos habebat, sed erant tantum in spe procreandi, vnde ad eos, qui in futurum sperabantur, eius voluntas tendebat, quos non est verisimile exclusisse propter agnatos in vlteriori gradu existentes, qui tempore defectę conditionis extitissent, & dice-
21 batur, † tex. *in d.l. cum pater, §. hereditatem. ff. de leg. 2.* non probare id, ad quod allegabatur, quia ideò ibi electio filiorum non potest fieri per patrem, de natis post deportationem, eo quia nati ex deportato, dicuntur nasci ex nouo homine. *l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb.* vt est dictum plenè *in dec.* 102. quia circumscripta qualitate deportationis, etiam de nascituris posset fieri electio, data voluntate testatoris, prout dicit text. Clarus, *in l. cum ita. §. in fideicommisso in fin. vers. ibi, nisi defunctus ad vlteriores, &c.* & sic ille tex. rectè pôderatus, non modo non facit pro opin. Lamberti, sed contra eam. Dictum etiam fuit, non obstare decisionē
22 Andr. *in c. 1. §. & olim, de success. feu.* † quia decisio And. intelligitur, quod etiam postea concepti reuocent alienationem feudi ex pacto, & prouidentia, ita Andr. intelligit ibi Alua. & Afflict. *in q. prædicta*, dum dicit maxime conceptis tempore alienationis, & Loffr. qui simpliciter loquitur, & quod sit intelligenda theorice Andr. patet, quia in fi. quæstionis in ver. hæc sufficiant. dicit, caueant sibi, qui emunt talia feuda, quę verba non fuissent necessaria, si sufficeret consensus alienantis & proximiorum tempore alienationis, vnde ex prædictis dicebatur, esse in fauorem D. Io. iudicandum, & esse absoluendum ab impetratione Illustr. Marchionis. Plene præsenti causa discussa, vbi eramus septem Consiliarij cum D. Præside, dixit vnus ex Dominis, quod circa caput ademptionis, res videbatur dubia contra D. Io. quia ex responsionibus datis ad tex. *in d.l. Paulo Callimaco*, videbatur sublatum potissimum fundamentum D. Ioan. quas responsiones alter ex dominis dixit, sibi videri esse veras: verum dicebat ex alijs, non esse reseruationem inductam substitutionis conditionalis, ex quo testator post reuocationem ex reuocatis excipit legitimam, quæ statim debetur, vt bona sit exceptio prædicta, præcedens reuocatio erit intelligenda de dispositionibus puris, non antem conditionalibus, quæ ratio est Oldr. *in d. cons. 16.* quod confirmabat, quia postquam hæc substitutio erat facta in beneficium D. Io. & primogenitorum ex eo descendentium, & præcedens reuocatio admittebat tantummodo legata facta in beneficium D. Io. non videbantur reuocarę substitu-
23 tiones factę sibi, & filijs coniunctim, quia regula est † quod in odiosis sub simplicibus non continetur mixtum, iuxta decis. Bar. & aliorum *in l. 2. ff. de verbor. obligat.* & clarum est, ademptionem, seu ademptiones à filio esse odiosas *d. l. cum quidam*, dicebat etiam hoc legatum potius fuisse factum D. Ioanni tamquam de familia, ad quam testator habuit respectum, quàm D. Io. vt filio, & propterea dicebat de ijs non esse inductam
24 reuocationem substitutionis. Cęteri domini dixerunt, † ex ratione generali posita *in d.l. Paulo Calimaco*, § 1. fūdata in benignitate iuris, vt adēptio minus noceat filio, quā fieri possit, ac etiā quia clara erat intentio testatoris, vt bona hæc in familia filiorum remanerent, quā potius respexit, quā filios esse inductam reuocationē, & debere sufficere, quòd requocatio sit inducta de legatis puris, ad quod alter ex Dominis allegauit tex. *in d.l. ex facto. §. fi. ff. de vul. & pup.* quē allegauit Old. *d. cons. 16.* & ex ijs dictū fuit, esse iudicandū in beneficiū D. Ioannis, & non videbatur necessaria resolutio aliarum difficultatum. Nihilominus etiam alijs difficultatibus plene discussis, & præsupposito, quod intelligeretur facta ademptio a D. Ioanne, conclusum fuit supra secunda difficultate, hanc ademptionem non præiudicare eius filijs, & descendentibus à quibus ademptio non erat facta, ex supra dictis, & allegatis, & in tertia difficultate conclusum fuit Illustr Marchionem, non censeri vocatum, nec ei actionem competere nisi quando certum erit, ex descendentia filiorum testatoris, aliquem non posse adesse, & in hoc non esse inspiciendum an tempore mortis Ducis Innici primo loco instituti, adessent descendentes ex familia filiorum testatoris,
25 vel non concepti, sed † sufficere adesse spem, quòd ex eis speretur oriri posse, quia hęc erat clara mens testatoris, quę tractum successiuum habebat, super quo dixit vnus ex Dominis, quòd licet valdè laborasset in perquirendo rationes hincindè, pro veritate indaganda, & aliqua scripsisset, quòd nihilominus postea ei visum fuit, nihil fecisse, quia reperit D. Lud. Molin. *in tract. de Hispa. primog. qui in 3. lib. in 10. q. hanc quæst.* prę cęteris examinat, & videtur octo validissimis fundamentis, huic opinioni adhęrere, quam Sacrum Cons. sequutum fuit de mense Nouembr. 1577 me Commissario, Sacro Actuario, & licet decreuisset hanc dec. aliter non scribere, quia dictis per D. Ludou. nihil addi potest, eam tamen scripsit, vt sciatur, quid sit iudicatum, & ne discussa super *a l. Paulo Calimaco*, omitteret de hac dec. meminit Dominus Alexander Raudensis *in tract. de analogis. c. 27. n. 51. fol.* 201. & Caualcan. *decis. 4. par. 3. n. 30. vers. quod etiam fol. 89.*

CAPITVLA TESTAMENTI, & Codicillorum Illustr. Ducis Amalfiæ.

ITem lascio, che l'Isola di Nisita, sia del Marchese, & de li primogeniti mascoli descendenti da esso, & morendo il Marchese senza figli mascoli, succeda Don Pompeo, & suoi primogeniti, mascoli descendenti da esso: & quando detto D. Pompeo fusse ecclesiastico, ouero non volesse esser Ecclesiastico, & morisse senza figli mascoli nel caso predetto succeda D. Giouanni, e suoi primogeniti descendenti mascoli, & mancandone tutti, ita che estinguesse la linea mascolina, debbia succedere D. Gio. Battista, & suoi primogeniti mascoli, et mancando la linea de Gio. Battista succeda il Marchese di Licito, e suoi discendenti mascoli primogeniti.

Di più detto Duca per alcune cause mouenti la mente di S. Eccel. cassa, irrita, & annulla, & per cassi, & nulli vole che s habbiano tutti li legati fatti per sua Eccel. nel sopradetto suo testamento in beneficio, & commodo di detto D. Gio. suo figliuolo, priuandolo, penitus de detti legati, & dell heredità & beni di esso Sig. Duca. & gli lassa solo la legitima, che de iure li compete sopra l'heredita et beni predetti, et in questo lo instituisce herede. Adiunt, & alia legata.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde hic Capriol. *de success. fol. 195. à nu. 590. cum seq. vbi n. 594.* meminit de hac decis. prout ipsum etiam alleg. Marc. Anton. Peregr. *de fideicom. art. 39. nu. 9. 13. et seq.* pro qua Vide Alex. *in cons. 53. vol. 6.* & Socc. *in l. solemnis ff. de condit. et demonstr.*

Num. 1. Vide de dictione penitus Ann. Sen *alleg. 86. nu. 2. et 127. n. 5.*

Num.

Num. 2. Vide *supra dec.* 154. *n.* 19.
Num. 3. *dum allegat l. Paulo Calimaco* §. 1. Vide ad eius ornatum Alphan. Peruf. *collect.* 28.
Num. 9. 10. 11. Vide Tiraq. *de retract. consang* §. 1. *gl.* 9. *n.* 82. latissimè Meno. h. *de præsumpt. lib.* 4. *c.* 93.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Ademptio generaliter facta, qua legata adimat, & n.* 2. *&* 3.
2 *Legatum frumenti, non iudicatur ademptum, si consumptum est, & reperitur vinum, vel oleum aliud tempore mortis testatoris, testamenti facti tempore quantitate tamen relicta.*
3 *Frumento legato vendito per testatorem, debetur aliud repositum.*
4 *Legato generali non derogatur per speciem ex abundantia imperitè enunciatam.*
5 *Regula generi per speciem declaratur.*
6 *Verbis generalibus ademptis non subijciuntur, quæ in specie remanent.*
7 *Aliquibus reuocatis, vel ademptis in testamento, cetera firma remanent.*
8 *An per pignorationem vel pactum de retrouendendo, dicatur res legata ademptione perempta.*
9 *Legans an videatur adimere, si rem a se legatam vendere promisit, non tamen realiter tradidit.*
10 *Legatum quando ex venditione adimatur.*
11 *Donatio sequens inter viuos, an censeatur facta in recompensationem legati.*
12 *Agnatus, an recuperet feudum alienatum saltem per restitutionem in integrum, oblato pretio ementi.*
13 *Feudum quando dicatur hæreditarium, vel ex pacto, & prouidentia.*
14 *Concepti post alienationem, an reuocent bona fideicommissaria, & feudalia.*

AD hanc decis. 169. vide Præsidentem *sup. dec.* 101 *num.* 19. *ibi*: propterea non posse allegari ad hanc decisionem decidentem
1 † ademptionem generaliter factam non adimere legata conditionalia, sed pura. Item adimere legata vniformia non difformia, & facta filio, non autem facta in beneficium nepotum, licet filius causas commiserit. Adde tamen Modernos *ad dictum* §. *in l. Paulo Calimaco*, & adde Præsidentem *infra dec.* 313. se
2 concordantem cum dictis *in hoc*, *n.* 4. *vbi* † quod legatum frumenti non iudicari debet ademptum, si consumptum est, & reperitur vinum, & oleum aliud testatoris tempore mortis, bene tamen verum est, quod illud legatum legatarius consequitur pro quantitate relicta tempore testamenti, non mortis, & ideò Mend. *cons.* 15.
3 *n.* 65. *col.* 2. dixit † frumento legato, vendito per testatorem, aliud deberi quod reposuit, & reperitur tempore mortis, licet Mantua *sing.* 650. dixerit, tunc deberi
4 cum loco primi venditi subrogauit, & nota † quòd legato generali, non derogatur per speciem ex abundantia imperitè enunciatam Afflict. *dec.* 106. *nu.* 4. *vbi*
5 *Scribentes nouissimi*, & ibi † declarat Regulam Generi per speciem, de reg. iuris, & e contra *dec.* 111. *n.* 7. di-
6 cit ipsemet Afflict. † verbis generalibus ademptis non subijci id, quod in specie reuocari non valeret. Osas. *sua*
7 *decis.* 52. *in fin. dicit* † reuocatis, & ademptis aliquibus in testamento, cetera firma remanere. Alia de ademptione sunt videnda ex Afflict. *in dec.* 45. *ex Præsidente de Franchis harum decisionum authore maximo Iure-*
8 *consulto in dec.* 283. vbi, † an per pignorationem, vel pactum de retrouendendo in venditione dicatur res le-
9 gata ademptione perempta in ea facti specie, † quod si quis rem legatam à se vendere promisit, & non realiter vendidit, dico legatum non esse ademptum, ex Boe-
10 tio, *in dec.* 48. *n.* 13. An & † quando ex alienatione legatum adimatur Menoch. *cons.* 254. *vol.* 3. *&* 339. *nu.*
11 18. *vol.* 4. An † donatio sequens inter viuos, censeatur facta in recompensam legati, si est eadem, vel diuersa summa, & quid de donatione causa mortis, Præsidens
12 *hic dec.* 824. *Ad nu.* 12. Adde † an agnatus saltem per restitutionem in integrum, recuperet feudum alienatum, oblato pretio ementi, Thesaurum *dec.* 99. *incip.*
13 *Domini*, & ibi † quando feudum dicatur hæreditarium, & quando ex pacto, & prouidentia, de quo Præsidens
14 *infra decis.* 387. *incip. Decisa.* & quod † concepti post alienationem, reuocent fideicommissaria bona, & feudalia, Tiraq *de retract. lignager*, §. 1. *gloss.* 9. *num.* 81. *& seq. & in feudalibus*, recentiores *in l. filiusfamiliæ*, §. *Diui*, *ff. de leg.* 1. & Cardinalis Par. *cons.* 23. *vol.* 1. *qui communem hanc dicit*, recentissimè est Regens de Curte, *in* 1. *lib. feudalium*, *pag.* 65. *nu.* 127. *ad* 128. Ad num. 19 huius decisionis adde Carolum Ruinum *in cons.* 22. *vers. non obstat etiam vol.* 2. qui loquitur in defectu numquam cessaturo. Ad num. 22 adde Aloysium de Leo, *in l. si personam, et de fideicommissis*, vbi quod idoneitas attenditur tempore electionis, & non postea, & immediatus est successor tempore actus, & allegat hanc decisionem, & hanc decisionem, num. 1. adde omninò Caualcanum *decis.* 4. *incip. Bartholomeus*, *par.* 3. *num.* 30. vbi interpretatur dictionem, penitus, sine diminutione, & allegat hanc decisionem.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Legata vniformia censentur adempta per ademptionem generalem legatorum.*
2 *Defunctorum voluntates quando possint stare in suspenso, & affertur dissidium inter Roman. & Paul. de Castr.*
3 *Substitutione de patre, & filio facta an reuocatio substitutionis de patre, vel contrauentio patris noceat filijs.*

1 PRæconizata à cunctis scribentibus est hæc decisio varias edocens assertiones, quarum prima est, quod testator per generalem ademptionem legatorum alicui relictorum non censetur adimere, nisi legata vniformia, non autem difformia, vndè si relinquat alicui plura, & diuersa legata, & demum in codicillis pro omnibus legatis relinquat prædium, & quòd sit contentus de dicto legato, in tali casu censetur adimere legata pura, & vniformia, non autem difformia scilicet relicta in diuersis casib. & temporib. veluti post mortem alicuius, & sub conditione *textus in l. Paulo Callimaco* §. 1. & ibi Bar. *ff. de leg.* 3. ibi *placuit humanius interpretari ea sola quæ viuente fratre acceptura erat filia adempta videri, non etiã quæ post mortem eius reliquerat, si sine liberis decederet* Mantic. *de coniectur. lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 26. Barry *de success. tit.* 19. *de legat.* dictum *textum* ad renunciationem extendit Roman. *cons.* 472. quem refert, & sequitur Reg. Marcian. *disp.* 14. *n.* 31. & Reg. Latr. *dec.* 2 *nu.* 51. & 52. vbi late declarat *tex.*
2 Admittit D. meus voluntates testatorum posse quandoq; stare in suspenso, & pono casum si testator instituit filium Bartolomeum eoq; decedente sine filijs masculis legauit filijs masculis filiarum, tunc pupillarum certam pecuniæ summam, & non extantibus filijs masculis filiarum substituit filios masculos fratris, si euenit quod mortuus sit Bartolomeus filius sine filijs masculis, & tempore eius mortis non erant filij masculi

masculi filiarum filiarum, sed extabant solum masculi fratrum, qui petebant legatum, filiæ verò dicebant expectandum esse tempus, an ex ipsis nascerentur filij masculi,& in hoc casu Roman. *in cons.134.dub.4.* respondit filios masculos fratris non esse admittendos, quia testamenti tempore filiæ testatoris non habebant masculos, nec habere poterant, quia erant pupillæ,& sic testator sensit de nascituris, & futuris, & præsumitur voluisse præferre suos descendentes,& ita post alios firmat *Peregr. de fideicom. art.22. nu.23.*

Contrarium in eadem facti specie contra Romanum consuluit Paul.de Castr. *con.16. lib.2.* & alij quos refert Menoch. *cons.413.* Pret. *de interpetr. vlt. vol. fol.515.num.104.* vbi dicit veriorem sententiam Pauli, quam Romani.

Amplexanda tamen erit opinio Romani ex *Peregr. vbi sup.* & non obstat quod defunctorum voluntates non possint stare in suspenso, *l.vlt.ff. comm. præd.* quia negatur antecedens quando speratur posse suspensionem cessare, vel de contraria voluntate testatoris constat, vt ex D. meo Fusar. *de substit.q.318. num.79. &* 481. quamuis enim fideicommissa regulentur à successione intestati, & attendendum sit tempus delatæ successionis, vt quis sit tunc capax iuxta glos. *in l.cum ita, §.in fideicommisso, ff.de leg.2.* fallit tamen si aliter constet de mente testatoris, Gratian. *discept.218.*

3 Ingens quæstio est, an substitutione facta de patre, & filijs contrauentio patris noceat filijs, & in hac re adsunt, qui volunt ex priuatione patris sequi exclusionem filiorum,& censeri exclusos descendentes ab eo tanquam ex radice infesta, etiam quòd filij proprio nomine sint vocati Peregr. *de fideic.art.18.n.18.* & alij quos refert Fusar. *q.575.* sed quia dum filij nominantur, iam datur subiectū in quod cadit affectio, veriùs propterea sit priuationē patris non nocere filijs; maior difficultas est quando filij nō vocantur nomine proprio,& sunt incogniti testatori, quo casu censentur vocati contēplatione, & respectu patris, cum tunc habeat dependentiam ipsorum vocatio à patre,& inseparabilitatem,& connexitatem,& priuato patre priuatos censeri filios tenent Alex. Raud. *de analog.c.37.ex n.17.* Thes. *dec.270.* Fontanell. *dec.368.* sed indistinctè contrarium probat pro filijs Fontanell. *dec.369.* vbi sequitur D. meum *nu.24.*

SVMMARIVM.

1 *Actio inofficiosa dotis, est ad instar querelæ de inofficioso testamento.*
2 *Actio inofficiosa dotis, fratribus non competit, nisi mortuis dotantibus.*
3 *Mulier bona dotalia alienare non potest, contradicentibus filijs primi matrimonij, attenta Neapolitana consuetudine, nisi ex iustis, & necessarijs causis: & quid si contradicant filij eiusdem matrimonij, num.5. & 6.*
4 *Alienandi bona dotalia, iusta, & necessaria causa enumerantur.*
5 *L. 1. C. inoffic. dot. non corrigitur per consuet. Neap. incip. & si mulier.*
8 *Legum correctio per subauditos intellectus non debet induci.*

DECISIO CLXX.

Actio inofficiosæ dotis per matrem constitutæ alteri ex filiabus non competit alij filiæ, nisi constituente mortua non obstante consuetudine Neapolitana disponente bona dotalia stabilia non posse alienari per mulierem contradicentibus filijs primi matrimonij, nisi ex iusta causa.

ACtionem pro reuocanda dote inofficiosè data vni ex filiabus per patrem, vel matrem, tunc alteri filiæ competere, quando pater, vel mater decesserit, est clarum, † est enim titulus de inofficiosis dotibus introductus, ad instar querelæ de inofficioso testamen. vt dicit text. *in l.1. C. de inoffic. dot.* quam querelam post mortem patris, filio competere, non autem in vita, non dubitatur,† & in specie, quòd mortuis dotantibus actio competat, dicit glo. *in d.l.1. in fin.* Onoffr. qui sic ponit casum, Paul. de Castr. & Salic. ibi in pen. quest. Dicebat tamen filia, quæ egerat pro reuocanda dote inofficiosa, prædicta vera esse, attenta iuris communis dispositione, secus autem esse attenta Neapod. consuet. qua prouisum est † mulierem non posse bona stabilia in dotem data alienare, contradicentibus filijs primi matrimonij, nisi habeat iustam, & necessariam causam alienandi, quia tunc contradictio non tenet, & iustas causas dicit Neapod. *in glo. consuetud. etiam si mulier.in ver. istam, col.2. vers. sed tunc quæro.* has esse, videlicet, vt viuat, vt sana viuat, vt libera viuat,& vt nupta viuat, & quamuis dici posset, consuetudinem admittere filios primi matrimonij ad contradicendum, non autem filios secundi, vt erat casus, de quo agebatur, in quo soror ex eodem matrimonio conquerebatur, nihilominus dicebatur, Neapod. *in glo. prædicta in penult.col.vers.item quid si vult alienare ponere q.* in matre volente alienare, ob dotem filiæ, & distinguere tàm in filijs primi, quàm eiusdem matrimonij,& etiam in filijs eiusdem matrimonij videtur tenere, matrem alienare non posse pro dote filiæ, cùm hoc non sit officium maternum, sed paternum. Si igitur alienauit dotando filiam, alia filia reuocabit secundum glo. *in consuet.bona stabilia.in ver.contra dicat.* vbi Neapod. dicit, quod etiam quod sit facta alienatio, & perfecta, quando filij erant ignari, vt erant in casu, de quo agebatur, filij reuocabunt, & † dicebatur consuetudinem, si constante, permittere matri, dotare filiam,& sic de dote sua posse diminuere,& Neapod. *ibi quærere. in glo. in ver.diminuitur,ver.item si ista mulier*, an si mater dedit in dotem filiæ totas eius dotes, præiudicet filijs eiusdem matrimonij, quia de filijs primi matrimonij non erat dubium, per consuet. præced. & per glo. Neapod. supra relatam, & dicit non præiudicare, quo ad debitum bonorum subsidium *per d.l.1. C. de inoffic. dot.*& respondet consuetudini prædictæ, dicenti, filios eiusdem matrimonij non posse contradicere, & postea subdit, 7 † *d.l.1.* non esse correctam, vnde dicebatur, esse claram decisionem Neapo. qui licet dicat l. prædictam non esse correctam, quantum ad hoc, quin filij possint reuocare dotem inofficiosè datam, nihilominus est etiam clara respectu temporis, quo reuocatio facienda est, quia si reuocatur quo ad debitum bonorum subsidium, illud debetur post mortem matris, quo tempore inspiciendum est, an connumeratis dotibus datis remaneat tantum in matris hæreditate, quod sufficiat pro debito bonorum subsidio filiæ debito, quod in vita matris fieri non potest. Item dicebatur, † quòd postquam expressè *d.l.1.* non reperitur per consuetudines Neapolitanas correcta, per subauditos intellectos non debet induci correctio ll. tot vigilijs inuentarum, vt dicit idem Neapod. *in consuet. si habet in 1. gloss.* vnde ex prædictis decisum fuit, actionem prædictam non competere, nisi mortua matre, in causa Isabellæ Latræ, † cum Catharina Latra,& eius viro, die 2. mensis Decemb. 1577. Roppulo Actuario, & quamuis mater remansisset contenta, quòd hæc ex nunc admitteretur, diximus in præiudicium tertij, cui ius est quæsitum, hunc consensum non prodesse.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. Adde quòd procedit etiam ad instar inofficiosæ donationis secundùm Ann. Antiq. *in sing.246.* & ista legitima non debetur filio, nisi post mortem patris ad instar querelæ inofficiosi testamenti inquit Rolandi *cons.97.nu.36.vol.2.*

Qualiter donatio inofficiosa reuocatur, vide omnino Franch.

Franc. Viul. *in decis.* 434. *num.* 9. & an Ius reuocandi transeat ad hæredes *ibi num.* 10. *& seq.* & Addo infra decis. 339.

Num. 34. vide hunc Dominum infra *dec.* 435. *nu.* 36.

Ad istam decis. adde hunc Dominum *in decis.* 358. *col.* 1.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Viro nobili ignobilem coniugem ducenti, an de infamia actioni locus sit.*

2 *Alienatio rei dotalis non valet etiam cum consensu viri.*

3 *Limitatur supradictum axioma, & n. 4. & 5.*

1 ADde omnino de Bottis *in l. 1. C. de inoffic. dotibus, qui allegat Affl. decis.* 88. & Gramm. *decis.* 90. An † si vir est nobilis, & ducit ignobilem cum magna dote de infamia possit agi, Curt. iun. *cons.* 6. *num.* 20. *& quæ ego dico decis.* 119. *supra. & infra decis.* 107. *num.* 11. Ad hanc etiam decisionem num. 1. vide supra decis. Præsidentis 104. incip. in hac, ad quam dico, vbi decisum dicit contra Afflict. *decis.* 86. Adde † quòd alienatio rei dotalis, non valet, etiam de consensu viri, *l. si prædium, C. de iure dotium*, & est communis opinio, teste Suarez *opin.* 82. *& toto tit. de fundo dotali*: Tamen limitatur, si interuenit iuramentum. Secundo, † si alienaret pro liberatione mariti, vel alterius coniuncti, & necessariæ personæ. Viuius *decis.* 123. alienatio, & Grammaticus *cons.* 129, Pro omni pia causa.

ADDITIO D. RICII.

ACtio inofficiosæ dotis per matrem constitutæ alteri ex filiabus non competit alij filiæ, nisi constituente mortua, hoc dicit. Hæc decisio continet materiam. *l.* 1. *C. de inofficios. dotibus* ad cuius ornatum, nota quòd frater non potest constāte matrimonio reuocare dotem à marito sororis, vt notat Afflic. *decis.* 96. Gratian. *decis.* 90. & ad materiam vide notata per Cassan. *in consuetud. Burgundiæ de success. rub.* 7. *num.* 4. *fol.* 230. Lupus *in repet. cap. per vestras de donat. inter virum, & vxorem*, quid autem si dos sit consignata marito in pecunia, an possit saltem dissoluto matrimonio reuocari pro parte: vide Capic. *decis.* 88. Gramm. *decis.* 9. & an pro debito vxoris possit fieri exequutio in dote viuo marito, Couar. *in tit. de testament. par.* 2. *cap.* 8. §. 6. vide Ripa *in l.* 1. *num.* 60. *ff. solut. matr. & ad text. decisionis*, vide Battaglin. ad Cyn. *in l. cum omnia. C. de inoff. dotib.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA

SVMMARIVM.

1 *Filios non posse agere de inofficiosa dote nisi post mortem patris, secus si pater consentiat, firmat Salicetus num. 2.*

3 *Gratianus impugnat D. Præsidem quem defendit Autor.*

1 PAlmam tuto reportat D. meus hoc in loco nouissimè impugnatus, & controuersia est, an filij possint agere ad reuocationem inofficiosæ donationis viuente patre donante, seù dotante, si ille consentiat quòd filij agant.

Res extra aleam est, quòd querela inofficiosæ donationis competit solùm post mortem patris, seù matris, non autem in vita, cùm legitima debeatur filijs post mortem patris, & matris, non autem ipsis viuentibus, ita in specie notant *glos. in l.* 1. *in verb. actionis, vbi Paul. Odofr. & Salicet. C. de inoffic. dot.* & traditur hic *num.* 1. *&* 2. & donatio inofficiosa non reuocatur viuente donatore, cùm querela detur ad exemplum testamenti inofficiosi post mortem patris, vel matris glos. *in l. si totas, vbi* Bartol. & Salicet. *C. de reuoc. donat.*

2 Quæstio an possit adhiberi cautela pro filijs, quòd mater donans, seù dotans inofficiosè, declarat se consentire quòd filij agant ad reuocationem huiusmodi donationis illa viuente, quasi non dicatur reuocari per filios, sed per eamdem matrem in substentationem liberorum, qui forte aliàs non possent substentari, & filij non accipiunt illam tunc de præsenti, sed post mortem matris, quæ eis reseruare tenetur cum ipsorum contemplatione, & fauore hoc per legem ipsi matri, seù patri concedatur, ita notat Salicet *in d. l. si totas nu.* 1. & quòd permittatur parentibus talem consensum præstare, & contra factum proprium venire etiam in præiudicium tertij ex causa substentationis liberorum, tradit etiam *glos. in d. l. si totas, in verb. ad submouendam, & verb. detractam iuxta l.* 2. *C. de patr. qui fil. distrax.*

3 Contrarium tenet D. meus *in fin.* qui cùm nihil alleget standum esse potius opinioni Saliceti inquit Gratian. *discept.* 950. à cuius sententia ego recedo putans verius esse patrem, seù matrem non posse dotem inofficiosam reuocare, nec filium posse agere ex consensu patris, vel matris, vt tenet Ayor. *de partition. p.* 2. *q.* 20. *nu.* 51. decisionem hanc refert, & sequitur Arias de Mesa *lib.* 2. *var. c.* 6. nam socer dum viuit non potest eam facere reuocationem, nam audiri non debet veniens contra factum proprium, *l. post mortem, ff. de adopt ion.* & tradit post alios Baec. *tract. de non meliorān. c.* 32. *num.* 11. quinimmò neque filij viuo patre ex ratione *d. l.* 1. § *si impuberi. ff. de collat. bonor.* Barbos. *d. l.* 2. *nu.* 17. & ita reiecto Gratiano probat Boss. *tract. de dote c.* 14. §. 2. *nu.* 26. vbi quod glos. & Salicet. loquuntur in donatione immodicè facta per patrem vni ex liberis, & postea superuenerunt filij ob quam superuenientiam liberorum dicunt viuente patre reuocari illam vsque ad debitum bonorum subsidium per *d. l. si vnquam, & d. l.* 2. *C. de patr. qui fil. distrax.* loquitur in patre qui causa famis propter magnam paupertatem vendiderat filium, in quibus casibus patri, & alijs permittitur pretio oblato redigere filium in pristinam libertatem, & sic pater potest contra factum proprium venire.

SVMMARIVM.

1 *Constit. Regni in aliquibus, procedit in hæreditate patris, & matris.*

2 *Constit. Regni non procedit in hæreditate fratris.*

3 *Adita hæreditate per filium patris, vel matris bona non dicuntur paterna, vel materna, sed fraterna.*

4 *Auctoritas Decisionum Sacri Cons. Neapolitani.*

DECISIO CLXXI.

Filiæ per constitutionē regni in aliquibus exclusę à successione patris, & matris existentibus masculis non excluduntur à successione fratris.

1 COnstitutio † Regni, in aliquibus excludit filias fœminas à successione patris, existentib. masculis, qui tamen tenentur dotare sorores, secundùm paragium. Quam Constitutionem procedere etiam in successione matris, dicit Andr. *ibi*,

ibi, prout sic eum intelligit Sacr. Consi. vt refert Afflict. *decis. 178. in 1. dub.* Idem dicit Luc. de Pen. *in l. fi. col. 2 ver. & econtra. C. quando, & qui. quarta pars debea.* & Affl. *in d. Constit. in ver. nota in 11. q.* & sic hodie absque dubio iudicamus. Quando tamen tractaretur de succedendo fratri, Constitu. prædicta locum non habet; quia loquitur de successione parentum, non autem fratris, † & in successione fratris
2 seruabitur dispositio *auth. defuncto. C de legit. hær.* sed dicebatur pro fratribus contra sorores, quod hæc conclusio posset procedere in bonis de nouo per fratrem quæsitis: secus autem esse in bonis, quæ ex patre, vel matre, ad fratrem peruenerunt: quia postquam de illis bonis fuerant sorores iam dotatæ, debeant esse contentæ de eo, quod tempore nuptiarum habuerunt: ita tenet idem Afflict. *in d. Consti. in ver. 4. no. in 8. q. in fi. & plenius in 9. q.* Pro parte sororum dicebatur, conclusionem prædictam procedere, etiam si bona quæ remanserunt in hæreditate fratris, peruenissent ad eum
3 ex bonis paternis, vel maternis, † quia adita per fratrem hæreditate, non dicentur amplius bona paterna, vel materna, sed fraterna, *l. sed etsi plures. §. si filio. ff. de vulg. & pupil. cum concor.* & in statuto simili Const. Regni, idem tenet Alex. Are. & Ias. & post eos, Clau. *in l. 1. §. veteres ff. de acq. poss.* & cæteris omissis, tenet Dec. *in regula, quoties, ver. & vlterius, & in cons. 433. Visa copia, col. 2. ver. & in filia*, & Silua Nuptialis, *in ver. diuiti non nubendum, ver. aduertant tertio*, & in propria mat. Const. hoc idem tenet Andr. *in cap. 2. colum. 5 vers. ad successionem, de nat. succ. feud.* vbi plena apostilla, & plenius Luc. *in d. l. fi. ver. præmissorum gratia, col. 5.* & secundum hanc opin. Sacr. Consil. iudicauit, vt testatur idem Afflict. *in d. decis. 187. in 3. dub.* de quo meminit additio ad consilium prædictum Decij 433. vbi etiam allegat concord. & secundum hanc opin. fuit iudicatum, me referente, in causa sororum de Laurenzettis, in die 3. Decemb. 1577. Actuarius Angrisanus, & dictum fuit non obstare dicta per Afflict. in Const. prædicta: nam ex relatis per eum in ea quæst. apparet, eius opinionem non esse veram, & contradicere sibi ipsi, & eius opinionem iure non probari, maximè, quia aliàs per Sac. Consi. sic iudicauit, & in dubijs non debemus recedere ab aliàs decisis, vt sæpe est dictum, & contra Affl. in specie tenet Cuma *in repet. c. si quis aliquem. in verbo. Maritata, nu. 394. vers. hic videtur. fol. 339.* & contra Afflic. tenent nouissimi Addentes *ad decis. prædictam, num. 3. in fin.* licet eum defendat Anto. Thesa. *in decis. Pedem. 63. statutum*, & dicat causam prædictam tamquam dubiam senatum censuisse concordia terminan-
4 dam † vnde eadem Sylua Nuptialis, *in vers. iudicandum pro communi opin. loquens* in specie de Decisionibus Sacri Consil. Regni nostri, dicit iudices debere se reddere conformes cum opinione Consiliariorum, & quamuis Ias. *in d. §. veteres*, dixerit se dubitare de prædicta opin. dicit tamen, ab ea non esse recedendum. De iure consuetudinario Ciuitatis Neap. quomodo procedat est dictum in *decis. 24. nu. 13.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Vide Vrsill. *in decis. Affl. hic allegata nu. 1.* & qualiter probetur consuetudo de qua hic, *& in d. decis. Affl.* Vide Iser. *in d. Consti. in aliquibus num. 37. in fin. vsque ad 40. secundum impress. quam habeo.*

In eodem num. Adde Viui. *in decis. 187. n. 1. 2. & iterum in suis com. opin. p. 2. opin. 868. nu. 7.*

In eodem *num. in fin. ibi, & sic hodie*; Adde hunc Dominum *in decis. 667. nu. 4.*

Num. 2. *in princ. & ante n. 4. ibi, & dictum fuit non obstare*; Vide *supra decis. 157. nu. 8.* vbi sequitur Affl. Vide quæ ibi addo.

Post *d. nu. 2.* Adde Craff. *in tract. de success. §. successio ab intestato q. 3. nu. 16. ver. præterea, & in quæst. 10. ad fin.* vbi dat cautelam pro exclusione mulieris renunciantis post Ias. *in l. eius qui §. quod si num. 11. ff. si cert. pet.* Vrsill. *in decis. Affl. ibi num. 3.*

Num. 3. Adde hunc Dominum *in decis. 307. num. 3. 4. vbi addo.*

Num. 4. *ibi Sylua nuptialis supple. lib. 5. nu. 62. in 4. amplias. in fin. fol. 553. in paruis, & infra decis. 320.* & adeò est magna authoritas Sacri Consilij Neapolitani, vt ea terruerit Decium, vt fatetur ipse *in cons. 379. in princ.* de quo meminit hic Dominus *infra decis. 238. in fin.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Soror à fratre non dotata, an ei succedat.*
2 *Legitima an debeatur fratri, a fratre, & quid in alimentis.*
3 *Filia an excludatur à bonis paternis, in casu consuetudinis Neapolitanæ, remissiuè.*

AD hanc decis. adde omnino, quæ *dico ad de-*
1 *cis. 24.* † & quòd soror non dotata à fratre, ei succedat Consiliarius Anna, *cons. 6. nu-*
2 *mer. 27.* vbi quod sicut † fratri, à fratre
3 legitima non debetur, sic nec alimenta, & quod † filia excludatur à bonis paternis, in casu Consuetudinis Neapolitanæ, *hic Præsidens decis. 307. 2. par. vbi contra sororem, & decis. 188.* Sed nouissimè pro hac decis. *vide additionem, & decisionem Thesauri 63.* quæ optimè loquitur, & vide quæ de Franchis, *decis. 307. & sup. decis. 67.* de sorore renunciante, & *decis. 63. de fratre, & 32. & 87.* Vide Minadoum *in Constit. in aliquibus, num. 63.*

ADDITIO D. RICII.

FIliæ per constitutionem Regni in aliquibus exclusæ à successione patris, & matris existentibus masculis, non excluduntur à successione fratris, hoc dicit: Aduerte quod Gaspar Thes. *in addit. ad patrem decis. 62.* & ibi auctoritate Ancharani reprehendit Menoch. *cons. 3. per totum*, volentem sufficere ab vno esse dotatam, vt ab omnium hæreditate sit exclusa, sed de communi, & magis recepta opinione testatur Mandos. *ad Roman. cons. 485.* vbi alios infinitos cumulat Osasch. *cons. 76. nu. 12.* Curt. Iunior *cons. 100. num. 6.* Rubeus *cons. 106. nu. 3.* Crauet. *cons. 581.* dicens, quòd filia non excluditur, quia tale statutum sit odiosum, & iuris communis correctorium; posset tamen limitari hæc opinio, & sic defendi opinio Menoch. vt procedat, quando in statuto essent illa verba (sed sit contenta de dote sibi data, & constituta per patrem, vel matrem,) quo casu dotata ab vno nominatorum excluditur etiam ab hæreditate aliorum. Soc. Iun. *consil. 62. nu. 19. dub. 3.* nec mouet quod dicit Surdus *consil. 100. num. 15. & 16.* tale statutum non esse factum fauore agnationis, quia licet innupta admittatur, tamen adhuc respicit fauorem masculorum odio nuptarum, quibus iam per dotem fuit prouisum, & pro ista opinione faciunt, quæ doctè, & subtiliter in simili casu tradit Fulgos. *consil. 78.* vbi post multos voluit, statutum excludens filias extantibus filijs, & ascendentibus existente nepote ex filio propter identitatem rationis.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA

SVMMARIVM.

1 *Constitutionem Regni in aliquibus procedere in hæreditate materna firmat decisio confirmata per Reg. Latr. & alios explosis Surd. Mart. & Vrsin.*
2 *Frater vterinus an excludat sororem vterinam refertur dissidium inter Caput. & Reg. de Marin.*
3 *Aliter est de consuetudine Neapolis.*

1 CAnonizata, & in Iudicatum transacta videtur præsens decisio definiens constitutionem Regni *in aliquibus* deferentem successionem masculis, cum exclusione fœminarum comprahendere hæreditatem maternam, ex Andr. & Affl. ct. *in d. constit. q. 11. & dec.* 178. D. meus *n. 1.* & firmant Reg. de Pont. *de pot. Proreg. tit. de success. mulier. num. 26.* Tapia *in d. constit. vers. Quarto adnotandum est*, & quamuis post Fulgos. *cons. 54* & Surd. *dec. 8.* & Mart. *de success. legal. par. 3. q. 6. art. 5.* contrarium ceniet Vrsin. *de success. feud. q. 7. art. 3. nu. 25.* nihilominus primam opinionem defendit Reg. Latr. *dec. 135.* qui in fine ita decisum in S. C. testatur assignando rationes, & inter alias ex verbis dictæ constitutionis, ibi *votis parentum*, in quibus verbis se fundat Affl. *in d. dec* 178.

2 Quæstionis est, an procedat dicta conclusio in fratre vtrinque coniuncto, & aliter sit in vterino, & Caput. *in consuet. si moriatur p. 1. §. 5. nu. 9.* intelligit primam sententiam quando frater, & soror essent vtrinque coniuncti, secus si essent vterini, quia tunc dicit Caput. succedit matri, tàm filius masculus, quàm filia fœmina, & vterque in viriliu, nam cum exclusio feminæ fundata sit in dotatione, frater vterinus non tenetur dotare sororem vterinam, *l. cum plures, §. fin. ff. de administr. tutor.*

Contrarium verius est, vt non sit adhibenda huiusmodi distinctio, quia dicta constitutio in aliquibus loquitur generaliter, & in successione patris, etiam frater consanguineus excludit sororem consanguineam, ergo idem in successione matris, nec obstat, quod frater vterinus non teneatur dotare sororem vterinam, quia contrarium verius est de iure Codicis, secundùm quod sibi ipsi succedunt *l. fin. §. sed nec fratrem, C. de legit. hered.* vt post alios Gratian. *discept. 75. nu. 4.* & proinde Caputum confutat de Marin. *lib. 2. resol. 208. à nu. 19. vsque ad fin.*

3 Non lædunt *decisiones* 149. *nu. 4.* 629 *nu. 10.* D. mei, vbi decedente matre superstitibus, filio masculo, & filia fœmina ex duobus matrimonijs susceptis concurrunt ad succedendum tàm masculus, quàm fœmina pro virili, & conueniunt Capyc. *dec. 92. nu. 3.* Molfes. *p. 3. q. 22. nu. 17.* nam prædicta procedunt iuxta consuetudinem Neapolitanam ex *consuet. si qua mulier*, quæ prælationem admittit, quando sunt masculi, & fœminæ eiusdem matrimonij, cæterum si ex diuersis succedunt masculi, & fœminæ, vt ita semper in S. C. decisum probat de Marin. *num* 18. & procedunt tradita in *obs. 92. nu. 4.*

Ipse, vt meum in medio proferam sensum, aspicio omissum à Reg. de Marin. *articulum*, an statutum exclusiuum fœminarum propter masculos procedat ad fauorem fratris vterini, & negatiuè respondent Socin. senior *cons. 84. num. 1.* Peregr. *cons. 65. vol. 1.* Merlin. *de legit. lib. 3. tit. 1 q. 17. nu. 45.* Rot. *dec. 461 p. 2. recentior*, & iterum de anno 1650. vt refert Cirocch. *discept. 23. nu. 26.* benè verum contrarium firmant Gabr. *cons. 18. vol. 2.* Honde. *cons. 1. n. 17. vol 2.* sed prima sententia est communior, at secus in Regno.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum appellatione, an contineantur munera, & dona omnia, quæ dantur Baroni per vassallos, & nu. 7. 11. 12. & 13.*
2 *Maritus tenetur restituere vxori, seu suis heredibus omne id quod ad eum peruenit de bonis vxoris, vt maritus.*
3 *Legati, seu Ambasciatores, an teneantur restituere munera, & dona ipsis facta, vniuersitati, quæ eos misit.*
4 *Emptor, seruo redhibito, tenetur restituere omne, id quod ad eum peruenit facto serui.*
5 *Procuratores, & negotiorum gestores Dominis, etiam id, quod indebitè consequuti sunt, restituere tenentur.*
6 *Acquiri per alium potest, quod de per se non potest.*
8 *Sententiæ verba strictè sunt interpretanda.*
9 *Argumentum à contrario sensu non potest sumi ex verbis sententiæ.*
10 *Testator legando alicui ea, quæ viuus præstabat, illa videntur legata, quæ certam formam erogationis annuæ, non quæ incertam liberalitatis, voluntatem habebant.*
14 *Emptor hæreditatis non habebit illud, quod peruenit indebitè ad venditorem, heredem putatiuum, cum illud cedat lucro ipsorum.*

DECISIO CLXXII.

Fructuum restituendorum cum ipso feudo appellatione, an veniant dona facta à vassallis possessori feudi condemnato ad restituendum.

REuocata per sententiam venditione Terræ Marzani, & condemnato D. Secretario Soto ad illius restitutionem D. Ioan. Hieronymo de Ianuario, vna cum fructibus per-
1 ceptis, prætendit Ioan. Hieronymus, † quòd dona, quæ habuit hoc medio tempore Secretarius ab vniuersitate, & particularibus ei sint restituenda, quia habuit ea
2 Secretarius tamquam vtilis dominus, † exemplo viri, quicquid habuit de bonis vxoris, vt vir, tenetur vxori restituere *l. si vero. §. item quicquid ff. sol. matr.* Dicebat Secretarius, text. *in d. §. item quicquid*, probare contrarium, quia dum ille tex. loquitur de beneficio, quod contulit libertus viro, dicit non venire in restitutione, quia de speciali liberalitate, & beneficio illud vir consequitur, non tamquam maritus, nec tamquam patronus, sed vt quilibet, & ita illum text. aliqui ponderant, sed hæc dona Secretarius non assequutus est, vt dominus, quia vt domino ei non competebant, cùm sint extra casus positos in constitut. quam plurimum. Nec pro eis assequendis ei actio aliqua competebat, nec assequi poterat; quia ei non debebantur, & citra ius, & nomen vtilis domini sunt, ergo dicit ad eorum restitutionem
3 non teneri. Secundò dicebat, † omninò teneri Secretarium ad ipsorum restitutionem, exemplo eorum, quæ dicũtur de donis datis legatis, ad quorũ restitutionem, secundum opinionem antiquorum relatorum per Alber. *in d. §. item quicquid*, tenentur legati vniuersitati, quæ ipsos misit. Sed prædictis dicebatur, veriorem opinionem esse, quod acquirantur hæc dona ipsis legatis, eam enim tenet ibi Alberi. & Bart. qui optima ratione mouentur, & Alexan. qui plenè examinat articulum, & nouissimè ita tenet Menoch. *in lib. 3. præsumpt. in præsumpt. 27.* qui de hac decis. meminit. Tertiò dicebatur esse ad hoc textum particularẽ *in l. cum autem. §. cũ
4 redhiberetur ff. de edil. edict.* in quo tex. deciditur, † facta serui redhibitione, omnia interim quæsita extra rẽ

empto-

emptoris, & præsertim legata, & hæreditates, etiam quæ dominus consequi non poterat, eidem esse restituenda, vnde sic videbatur dicendum in casu, de quo agebatur, quod postquam facta fuit resolutio contractus, vel ex dispositione *l. quoties. C. de rei vendic. vel ex regula l. si prædium. cum concor. C. de præd. minor.* sit facienda restitutio Ioan. Hieronymo, etiam eorum, quę ipse consequi non potuisset; fortius dicebatur, ipsum Secretarium teneri ad restitutionem omnium, quæ habuit extra rem propriam ex causa vtilis dominij, etiam quod Io. Hierony. consequi non potuisset, vt sunt dona ei data, quando emit Terram, & dona donata eius vxori, tempore nuptiarum, per text. *l. qui proprio. § procur. & t in cæteris. ff. de proc. & l. si quis negocia. ff. de negot. gest.*

5 † quibus iuribus cauetur, recepta per procuratorem, vel negotiorum gestorem, etiam indebitè, esse per eos dominos restituenda; dicebatur, quòd hic erat casus, de quo agebatur, quia Secretarius hæc recepit, vt vtilis Dominus Marzani, qui re vera non erat, ergo ipsi Ioan. Hieronymo, tanquam vtili domino restituere tenetur. Sed ad prædicta dicebatur tex. *in d. l. cum autem. § cum redhiberetur*, non posse allegari ad casum, de quo agitur, in quo vendicatur res cum fructibus & verum est omnes fructus rei venire in restitutione, tanquam accessorios ad rem, & propterea, si vendicaretur mancipium, vel redhiberetur, omnia quæsita per mancipium tanquam accessoria ad mancipium, restituenda sunt domino redhibenti, cui ex iuris dispositione quæruntur, prout loquitur tex. *in d. § cum autem*, sed in casu, de quo agitur, dona donata Secretario, non sunt accessoria ad Terram Marzani vendicatam, neq; veniunt cum Terra vendicata accessoriè, sed sunt extra Terram ipsam, ergo cum restitutione rei nō veniunt, & id, quod *in d. l. cum autem*, dicitur venire, etiam quod consequi

6 dominus incapax erat, & ibi subdit, † nota quòd quis consequitur per alium, quod de per se non potest, non autem quia non posset consequi, quasi ei non datum, vt erat casus noster, quia hoc casu *in d. §* venient hęc tamquam accessoria ad mancipium. Dicebat etiam vnus ex Dominis, quòd ille text. non procedit in hoc casu, in quo Secretarius possessor, fuit conuentus ad relaxandum, & mediante sententia, cogitur restituere. Ibi autem possessor rei est, qui agit voluntariè redhibitoria; non nimirum si omnia, quæ habuit, tenetur restituere, postquam ipse vult rem restituere. Dicebat alius ex Dominis, quòd si Secretarius, eius industria aliquid, quod erat de feudo, ipsi feudo addidisset, quòd hoc veniret, non autem venirent ea, quæ quis extra causam feudi recepisset, vt erat casus noster, Nec obstat tex. *in d. § procurator, vt in cæteris. & d. l. si quis negoria*, quia illa iura procedunt in procuratore, & negotiorum gestore, nomine suorum principalium administrante, & acquirente, idcircò illis acquiritur. ita declarat glo. *in d. § procurator, vt in cæteris in versic. nomine, & in d. l. si quis negotia, in 1 glo.* in casu de quo agebatur, Secretarius non exegit hæc dona nomine Ioan. Hieronymi, nec vt eius procurator, nec negotiorum gestor, ergo ei restituere non tenetur, quemadmodum nec Ioan. Hieronymus teneretur ad restitutionem ipsorum munerum vniuersitati, quando prætenderent malè donasse Secretario, & repeterent, vt teneretur dominus quando procurator fecisset, *vt in d. § procurator*, supra allegato, & quamuis ei, vti vtili domino dicantur donata, nec hæc quæruntur vtili domino, quod postea Ioanni Hieronymo restituitur, vnde dicebatur pro Secretario, ipsum ad aliquam restitutionem non teneri Ioanni Hieronymo, eo etiam magis, quia nisi vtilis dominus, esset concurrebat cum hoc vtili dominio, qualitas Secretarij, qui vniuersitati, & hominibus ipsius fauorem præstabat, tàm in hospitijs, quàm in alijs, quòd etiam impellebantur vniuersitates, & particulares ad donandum, vel saltem ad pinguiùs donandum. Dicebat insuper Secretarius, quòd ipse erat in tuto; & quòd sententia erat pro se, quia fuit ipse condem-

7 natus ad restitutionem fructuum, & clarum est, † fructuum appellatione contineri, id quod singulis annis nascitur, & renascitur *l. diuortio § si vir in fundo. ff solut. matrim. & l. si fundum, eo. tit.* & ibi Bart. plenè Cassan. *in consuet. Burgun. rubr. 4. § 17. in vers. facit, colu. 2. vers. & etiam dic, fol. 750.* sed dona non sunt huiusmodi, quæ dantur ex mera liberalitate, nec habent certam formam annuæ erogationis, sed incertam voluntatem, vt dicit Bald. *in d. § item quicquid*, ergo nō comprehenduntur in sententia, de fructibus loquente, ma-

8 ximè, † quia verba sententiæ sunt strictè intelligenda. *l. 1. C. si plures vna sententia*, & prout sonant, dicit Dec. *cons. 43. 2. col. vers. sententia vero. 1. volu.* vnde Curt. *in tracta. feudorum. in 4. quæst. 1. col. vers. nec etiam*, dicit

9 ex verbis sententiæ non posse colligi argumentum à

10 contrario sensu. Accedit, † quod facto per testatorem legato alicui eorum, quæ viuus præstabat, ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habebant, vt dicit text. *in l. Seio. § medico ff. de annu. legat.* per quem text. dixit Alber. *in l. vsufructu legato. in fin.* quòd dona, & enxenia non veniunt in locatione obuentionum, vel fructuum, quia illa solùm videntur locata, vel debita, quæ ex necessitate debentur, & hoc esse indubitatum aliqui dicunt, vnde fortius dixit Afflict. *in Constit.*

11 *quam plurimum in octaua dubitatione*, † quòd subuentiones, quæ vigore dictæ Constitut. debentur, etsi ex necessitate debeantur, non tamen dicuntur esse in fructu, ideoque ad proprietarium, non ad vsufructuarium spectant. Insuper dicebatur, quòd Parit. *in tract. de reinteg. feud. in tit. an facta concessione feudalium*, veniant ea, quæ percipiuntur ex renouationibus,

12 intraturis, vel releuijs, *in cap. & quia fol. 53. a tergo*, † concludit locatis fructibus redditibus, & prouentibus per proprietarium, non venire iura prædicta, quia non sunt in fructu, postquam non nascuntur, & non venire ea, quæ liberaliter subditi donant. Oldra. *consil. 129. cum concord.* per Marcum Antonium Peregrinum *in tract. de iur. fisc. fol. 533. ver. nouandum tamen est*. Dicebatur etiam, hoc fuisse iudicium rei vendicationis, in quo iudicio veniunt restituenda omnia ea, quæ petitor habiturus foret, si tempore, quo iudicium accipiebatur, res ei restituta fuisset *l. præterea. ff. de rei vend.* Hinc est,

13 † quod aliàs, rescisso contractu, & condemnato possessore ad relaxationem possessionis feudi, vna cū fructibus, & petitore ad solutionem pretij vna cum interesse in liquidatione fructuum, non fuit habita ratio per Sacr. Consil. in causa Illustr. Marchionis Lauri, cum Spectab. Comite Sanctæ Seuerinæ in beneficium actoris, de subuentionibus per possessorem receptis, pro emenda Terra, & filia maritanda, ad quas subuentiones, de iure Constit. Regni tenentur vassalli in hoc Regno vtili Domino, tum quia prædicta non erant in fructu, tum etiam, quia petitor illa non percepisset, cum nec Terram emeret, nec filiam nuptui tradiderat, & prædicta tanto magis procedere dicebantur in casu nostro, in quo hæc dona, quæ habuit Secretarius tēpore, quo emit Terram prædictam Marzani, & vxorem duxit certum esset Dominum Io. Hieronymum, non fuisse habiturum, ergo ad eorum restitutionem Secretarius non tenetur. Cætera verò dona à particularibus habita, incertum est, an ea habuisset, ergo nec similiter tenebitur per *d. l. Seio. § medico*. Accedebat prædictis, quòd dubitabatur, hæc dona, obstantibus Regijs Pragmaticis, fuisse per vniuersitatem illicitè data, vnde succedebat dispositio *text. in l. 2. § solet. ff. de hæred. vel actio vend.* cum quo concordat text. *in l. si possessor bonæ fidei. ff. de petit. hæred.* quod illud, quod indebitè peruenit ad venditorem hæreditatis, vel ad hæredem putatiuum, emptor hæreditatis, & vetus hæres, non habebunt, sed cedet lucro ipsorum venditoris, & hæredis putatiui, & per eos indebitè solutum, eorum damno cedet: sic igitur videbatur dicendum in casu, de quo agebatur, quòd quemadmodum Io. Hieronymus non tenebatur ad restitutionem pro Secretario, ita nec Secretarius tenebitur ei soluere, & iura prędicta non cōtradicunt *dd. ll. qui proprio.*

prio.§.procurator,& qui negotia. quia respondetur, vt supra est dictum, & ita respondet gl. *in d.§. bona fidei*, vltra aliàs glos. supra allegatas. Discussa plenè hæc causa, fuit ex prædictis decisum, hæc dona non venire in restitutione, iunctis D. Consiliarijs duarum Aularum, me referente, die 10. Decemb.1577.Roppulus Actuarius.verum etiam partibus non contradicentibus,fuit decisum,munus vniforme, quod singulis annis vniuersitas soluebat Baroni, venire in liquidatione fructuum.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.3.Adde Menoch. *de præsumpt.lib.3.c.27.n.7. vbi hunc locum allegat.*

Num.8.Adde Alex.*cons.46.num.6.vol.1.178.num.2. vol.2 decis.Pedem.63.* Menoch.*de arbitr.iud.quæst.69. num.15. decis. Genua 204. num.6. & hunc Dominum infra decis.228.*

Num.13. Adde hunc Dominum *infra decis.238.in fi vbi addo.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Legatus an teneatur restituere dona recepta, Vniuersitati, & quid in domino recipiente fructus bonorum à terra eidem vendita, & reuocata.*
2 *Distinctio recensetur.*
3 *Iocalia data vxori per virum,vel viri consanguineos, an vxoris lucro cedant.*
4 *Legato an resarciatur damnum.*
5 *Fructus qui dicantur.*
6 *Fructuum appellatione quæ veniant.*
7 *Verba sententiæ strictè intelliguntur.*
8 *Condemnati simpliciter, an dicantur in solidum condemnati.*

AD hanc decisionem, † an Ambasciator siue Legatus teneatur restituere dona recepta Vniuersitati,& sic etiam dominus,quando recepit fructus donorum à terra eidem vendita,& reuocata,adde *quæ dico supra decis.146.* sed
4 melior,meo iudicio esset † distinctio, quia fieret coniectura cuius contemplatione donatio fieret, vt sic, vel esset Ciuitatis,si eius contemplatione,vel Legati,si eius contemplatione. Ad quod essent videnda verba Annæ *sing.157.* Regens de Ponte,*cons.2.& cons.80.* Ceuallos, *lib.pract.q.commun cont.com quæst.35 verbo, donatio.* Bart.& Io.de Imola,*in l.sed si plures.§.in a rogato, ff. de vulg. & pupil. substi.* Bart. Bald. & Alex. *in l. socium.§.socius.ff.pro socio* Bart.*in l.qui propria.§ procurator.ff.de procurator.* Doctor. omnes, *in l.si vero, ff. sol.matr.* Cinus,& Baldus, *in l.manifestissimi, C. de furtis.* Aret. *in l.si pater, §.arrogato, ff.de vulg.substit.* Flor.*in l.si serui.ff.de vsufr.* Io.Andr.*in cap.à collation.*
3 *in nou.l. de appell.in sexto*, & † quid in iocalibus datis vxori per virum,vel consanguineos viri,an sint vxoris, vel hæredum viri, mortuo viro. Anna, *vbi supra*, quod attendi debeat consuetudo, Bald. *in l. cum te,C. de donat.ante nupt.& in l.2.C.de iure dotium*, Bar.*in cons.suo,incip.An quæ dantur sponsæ.* & Bertachin. *in*
4 *verbo iocalia, nu.2.* † an Legato resarciatur damnum,
4 *supra decis.146.* Ad numer.7. † quod fructus dicuntur illi,qui singulis annis nascuntur,& renascuntur,& non
6 alia, † & quæ appellatione fructuum veniant, Bertachinus, *verbo, fructus, latissimè*, vbi quod veniat palea,fœnum, habitatio, electio,& alia, & ibi quæ non
7 veniant;Ad istud † quod verba sententiæ strictè intelli-
8 guntur adde infra, quæ dico *in decis.204.* vbi de † simpliciter condemnatis, an intelligantur in solidum condemnati,*in l.1.C.si plures vna sententia.* & vide Præsidentem,*decis.228.num.1.*

ADDITIO D. RICII.

FRuctuum restituendorum cum ipso feudo appellatione, an veniant dona facta à vassallis possessori feudi condemnato ad restituendum,hoc dicit, Adde Pellic.*in consuetud. Auers.c.8.n.273.*relatus per Thor. *in verbo dona percepta.*

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA

SVMMARIVM.

1 *Reuocata alienatione feudi ob defectum assensus, an emptor teneatur restituere donatiua à vassallis recepta & nu.2.*
3 *Quid de subuentionibus, & adiutorijs receptis taxatur Reg. de Marinis.*

1 VErnant floribus, & redundant fructibus agri, affertur articulus de fructibus, an reuocata alienatione feudi ob defectum assensus à venditore, quo casu venditor tenetur pretium vna cum interesse, & emptor cum fructibus feudum restituere vigore constitutionis Regni constitutionem *Diuæ memoriæ*, teneatur in hoc casu emptor restituere venditori donatiua,quæ à vassallis tàm in communi,quàm in particulari recepit, quod vt plurimum peragitur ab Vniuersitatibus,& subditis in aduentu noui Domini.

Pro parte negante est solemne Oldradi *cons.129.* vbi respondit in locatione facta à quodam Archidiacono de omnibus fructibus Archidiaconatus non venire dona, quæ Archidiacono in suo aduentu præstari solita sunt,quia hæc dona non officium, sed propriam personam respiciunt,& ea quæ ex voluntate, & gratia præstantur fructuum appellatione non veniunt Paul.de Castr.*in l.diuortio, §. quod in anno,ff.sol.matr.*

2 Præterea suffragatur *textus in l. si verò, verſ. Item quidquid, ff.sol.matrim.* vbi cum maritus vxori restituere teneretur, quidquid ad eum ex bonis liberti peruenerat,Vlpian.respondit, ea bona restituenda esse, quæ ad virum quasi ad patronum peruenerunt, secus si alio iure,vnde beneficium,quod in eum libertus contulerat,non consideratur, insuper sub appellatione fructuum debent venire illi, qui ex corporibus feudalibus percepti sunt, non donatiua, quæ à vassallis præstita sunt,nisi munera sint vniformia quotannis præstari solita ab vniuersitate, vt in fine decisionis quem conuallat de Marin.*lib.1 resol.125.& lib.2.resol.84.* qui *num,*
3 8.extendit ad subuentiones, quas habuit pro emenda terra, siuè pro filia maritanda in terminis constit. *quamplurium*, quia venditor horum neutrum consequi potuisset, cum nec terram emerat, nec filium nuptui tradiderat, vt fuisse decisum in causa Marchionis Lauri cum Comite Sanctæ Seuerinæ refertur *num.13.* sed hæc non esse practicabilia video, dum ante assensum impetratum ab emptore non debetur adiutorium ex traditis per Frecc. *de subfeud. differ.14.* vbi recensetur casus decisus *Thor. in suo compend. verb. Adiutorium solutum par.2.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia iudicis,quæ plura continet capita, potest pro parte approbari, & pro parte non,licet secus sit in laudo, quod in capitibus, in quibus pars obtinuit, non potest mandari exequutioni virtute clausularum*

rum in compromiſſo appoſitarum, cum num.2.
3 *Arbitraria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.*
4 *Sententia iudicis, & ſententia arbitri differunt inter ſe.*
5 *Iudex poteſt, in vno ex capitibus contentis in libello, pronunciare, alijs omiſſis, arbiter verò ſecus.*
6 *Iuramentum eſt indiuiduum.*
7 *Practica Sacri Conſilij, circa vſum teſtium.*

DECISIO CLXXIII.

Laudum arbitri non poteſt ſuper quibuſdam capitibus acceptari, & ſuper quibuſdam recuſari ſententia verò iudicis ſic.

1 QVando † iudicis ſententia plura continet capita ſeparata;, poteſt ab ea, vel per actorem, vel per reum, in aliquibus approbari, vt eſt text. *in l. etiam §. 1. ff. de mino. cum concor.* quæ plenè congerit Boer. *in deciſ. 73. videtur*,
2 *per totam, in 1. par.* hinc dicebatur, † quòd prolato laudo per arbitrum, poterat is, qui obtinuerat, in quibuſdam capitibus ſeparatis petere exequutionem laudi, virtute clauſularum in compromiſſo appoſitarum, & in capitibus, in quibus ſentiebat ſe grauatum,
3 à laudo reclamare, † cùm arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum, & propterea, dum pro parte condemnati peteretur declaratio, an victor intendebat in totum ſtare laudo, etiam in ijs capitibus, in quibus ſuccubuerat, dicebatur, quòd non tenebatur facere hanc declarationem, quia poterat pro parte reclamare, & pro parte approbare, cum eſſent ſeparata capitula, exemplo prædictorum, quæ de ſententia iudi-
4 cum, ſupra fuerunt dicta. † His non obſtantibus, Sacrum Conſilium determinauit contrarium, quia prædicta procedunt in ſententijs iudicum, quæ in inuitos redduntur, ſecus autem dicebatur eſſe in laudis per arbitros prolatis etiam de diuerſis rebus ſuper vno, eodemque compromiſſo, quia hoc caſu, ratione voluntatis indiuiduæ compromittentium, non poterit laudum pro parte approbari, & pro parte non, arg. tex. *in l. Pedius. §. 1. ff. de arb.* vbi Alber. *in 1. q. tenet*; quòd ſi fieret compromiſſum in tres, inter quos erat vnus ſeruus, qui non poteſt eſſe arbiter, non tenet compromiſſum etiam reſpectu aliorum, ratione voluntatis indiuiduæ contrahentium. Hinc etiam Bal. dicit *in l. quid tamen.*
5 *ff. eo. tit.* † quod licet iudex poſſit ſpluribus capitulis ſeparatis propoſitis in vno libello, ſuper vno, vel aliquibus ex eis pronunciare, hoc tamen non poterit facere arbiter, ratione compromiſſi, & ſic etiam concluſionem prædictam in ſententia iudicis ſupra firmatam limitat Iaco. But. *in l. 1. C. ſi aduerſ. rem iud.* de quo meminit Flo. *in l. hoc iudicio in gl. ſi. ff. famil. erciſc.* faciunt per d. Alc. *per d. Pedius in l. 1. §. ſed ſi mihi. 4. col. num. 9. verſ. circa tertium. ff. de verb. obl.* Item dictum fuit per vnum ex Dominis, probationem fidei eſſe indiuiduam, ſecundum Sal. *in auth. & conſequenter,*
5 *2. col. verſ. tunc quæro. C. de ſent.* † & ſuper compromiſſo, inter partes inito, fuiſſe iuratum, & de natura iuramenti eſſe, quod ſit indiuiduum, vt dicit Bald. *in l. fin. in 1. oppoſitio. C. de edi. diui Adr. tol. cum cōcor.* quæ congerit Cot. *in memorialib. in verſ. iuramentum eſt, quid indiuiduum, & verſ. teſtis fiat*, vnde non poſſet, qui fidem vnius probauit, & iurauit, pro parte non probare, & contrauenire iuramento, & pro parte non, quia eo ipſo quod contrauenit in aliquo ex contentis
7 in compromiſſo, erit periurus. † Qua etiam ratione, hodie Sacrum Conſilium non admittit declarationes, quæ per prius admittebantur circa vſum teſtium dum declarabant partes, quod volebant vti diſpoſitionibus teſtium ſuper certis articulis, & ſuper certis non, iuxta theoricam, Bald. *in c. cum dilectus, 1. col. verſ. item nota, de conſuet.* poſtquam enim iuramentum, vt ſupra eſt dictum, eſt indiuiduum, debet fieri declaratio, quæ vel in totum approbet, vel in totum reprobet teſtium depoſitionem, quod procedit etiam, quod articuli ſint ſeparati pulchre Anton. de Padilla *in l. ex falſis verſ. exindè C. de tranſact.* vnde coactus fuit per decretum, petens exequutionem laudi facere petitam declarationem, qua facta, laudum fuit exequutioni demandatum.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princip. vide omninò ad iſtam deciſ. Gabr. *conſil. 56. 1. vol.*

Num. 7. *ibi. quod ſit indiuiduum*, Adde Alex. *conſ. 44. nu. 7. vol. 1.* Afflict. *in conſt. 203. qui ſcienter ad fin.* Viuium *in deciſ. 191. num. 10.* Maſcard. *de probat. concluſ. 742. nu. 5. vol. 2.* Vrſill. *in deciſ. Affl. 189. nu. 1.* Surd. *in deciſ. hic per me allegata vbi omninò.*

Num. 7. Adde videndum Vrſill. *in deciſ. Affl. 189.*

Verum in Rota Mantuana non ſeruatur practica Sacr. Conſ. de qua hic, vt Surdus refert *in deciſ. 16.*

Et qualiter debet fieri declaratio circa vſum teſtium; Vide Tartagl. *in prax. rerum ciuilium cap. 4. num. 21.* & Muſcatel. *in Prax. Sac. Conſ. in glo. termino nu. 7. fol. 102.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia de re diuidua inter aliquos ferri poteſt, & inter aliquos ſuperſederi.*
2 *Sententia quando dicatur conformis.*
3 *Sententia ſi in acceſſorijs diſcrepet à prima, an poſſit exequutioni demandari in his in quibus eſt conformis.*
4 *Laudum non poteſt pro parte acceptari, & pro parte reprobari, et an arbitri poſſint ad expenſas condemnare, vel abſoluere.*
5 *Declaratio an fieri poſſit in partibus.*
6 *De declarandi modo, et practica, et numero 7. remiſſiuè.*

1 ADde ad hanc deciſ. † quod ſententia de re diuidua inter aliquos ferri poteſt, & inter aliquos ſuperſederi Capir. *deciſ. 8 per l. non idcirco, ff. de iudic.* & late Anna *ſing. 465. Sententia*, & † quando ſententia dicatur conformis ad intellectum Ritus Magnę Curiæ, & aliorum iuriſſ omninò Aimon, *conſil.* 183. vbi, quid † ſi ſecunda ſententia in acceſſorijs diſcrepat à prima, vtrum poſſit exequi in his, in quibus eſt conformis. Et ad hanc deciſ. de ſententia plurium capitum, vide Præſidentem *infrà*
4 *deciſ. 467. ad quam dico.* † Laudum non poteſt pro parte acceptari, & pro parte reprobari, & an arbitri poſſint ad expenſas condemnare, vel abſoluere, vide Cartar. *deciſ. Ianuenſ.* Adde omninò de hoc, quod dicit Præſidens *hic num. 7.* Muſcatel. *in ſua Pract. par. 6.*
5 *gl. termino.* Sed † quod poſſit fieri declararatio in
6 partibus, Vrſill. *deciſ. 184.* & † de modo, & practica declarandi, videndus eſt Tartaglius *in practica Ciuili Magna Cur. c. 4. incip. Officia, nu. 21.* vbi quod ſufficit quod intēdit vti, licet nō dicatur prout vtitur; & idē dicit Iul. Clar. *§. falſum, verbo, vtēs in additione, Rouit. in Pragmatica, Teſtem falſum.* Ad eundem num. 7. ibi reprobet teſtium depoſitionem, adde, etiam ſi ſint capitula ſeparata, Ant. Padill. *in l. ex falſis, verbo, quæritur*
7 *C. de tranſact.* Sed † quando fiant interrogatoria teſtibus, vel principalibus circa vſū, & an in criminal. & an minoribus, & ruſticis ſit dandus curator ad legitimè reſpondendum, & de alijs vide Viuium *deciſ. 71. nu. 1.* Surdum *deciſ. 161.* Borgn. *deciſ. 5. et 45.* Ozaſch. *deciſ. 88.*

A D-

ADDITIO D. RICII.

Laudum arbitri non potest super quibusdam capitibus acceptari, & super quibusdam recusari, sententia verò sic,hoc dicit,Adde Muscatell.*in praxi Sacr. Consil.lib.1.pag.7.glos. periurij in addit.lit. A.* & hoc quia cum laudum sit indiuiduum, non potest ex compromisso etiam indiuiduo dici, quod partim exequatur, partim verò non exequatur, quia vt transactio, compromissum est ex vtraque parte vltro, citroque obligatorium,vt ex Bald. *in l.fin. opposit. 1.C. de edict. diui Adrian.tollend.* Cotta *verb. iuramentum* Barz. *decis.Bonon.87.nu.7.*quos refert,& sequitur Borrell.*in sum.decis.in tit.de compromiss.nu.719* . & dum dicit, quod sententia potest exequi in pluribus capitibus, adde hinc euenire,quod sententia extenditur ad ea, de quibus non loquitur, vt puta, si aliquis fuerit condemnatus ad reddendum computa, & rationes condemnatio extenditur etiam ad soluendum, si fuerit debitor,vt pluries fuisse decisum testatur *nostra collectanea* 714.quam omninò vide in materia, vt etiam non desinas videre D.Nouarium *in collect.decis. ad prag.2. de arbitris.*inter laudum, & sententiam datur æquiparatio. nam finis causę ita habetur per vnum, quam per alium, arbiter est ad instar Iudicis, & alia quæ apud Stephan. Gratian. *discept. for.cap.524. numero 15.16. 17.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Laudum non posse pro parte acceptari, & pro parte appellari deciditur.*

2 *Cancerius.Gratianus. & Rota Romana, & D.Staiban.expresse improbant Dom. Præsidem.*

3 *Laudum an sit nullum,si non terminet omnes controuersias, & recensetur dissidium inter Cancer. Gratian.D. Staiban. & D.Marot pro defensa decisionis.*

4 *Declaratio circa vsum qualiter debet fieri.*

Repudiare, & euellere videntur nouiores Iuris interpetres hanc decisionem per quā fuit iudicatum, quod laudum non potest acceptari pro parte in capitibus separatis, & ab alijs appellari, ex eo quod sit indiuiduum, & proindè non possit pro parte exequi,& pro parte non, & in hoc differat laudum à sententia, quæ plura continens capita separata in parte potest approbari, in parte verò non, in laudis verò secus sit ratione indiuiduæ voluntatis,ita D.meus, & tenent Mohedan.*in dec.*313. Barz.*dec.*Bonon.87.*nu*.7 Fontanell. *de pact. nupt tom. 1.claus.4.glos.21.p.1.nu.*35.Lanar.*cons.*33.vbi eleganter docuit compromissum nullum, quod certa capita ex defectu Regij assensus esse nullum in totum, etiam respectu aliorum capitum, quæ non indigebant assensu ex indiuiduitate actus Rouit. *pragm.2. de arbitr. nu.*22.Merlin.*lib.1.contron.55.nu.*11.

2 Contrarium fundat latissimè Cancer. *var.lib.3.c. 17.nu.*80 *cum seqq.* quod cùm capita sunt diuersa, & separata in laudo, possit illud quoad vnum caput approbari,& quoad alia verò reprobari, & refellit rationes in contrarium adductas hic, & plures pro sua opinione allegat, & ita refert decisum in pluribus causis, quòd laudum exequeretur in certis capitibus, & in alijs in quibus fuerat appellatum supersederetur, & contra D.meum decisum in Rot.Rom. testatur Marchesan.*de commiss.p.1.§.1. & tenet Gratian. discept. 486.Giurb.dec.*30. & tenuit *Decius cons.475. num.2. cum Cancer.Reg.de Marin.ad reuert.obs.*256.pro vt quando sunt capita separata, & diuidua,in laudo reductio ad arbitrum boni viri potest fieri pro parte *Lanar. cons.*33. *num.*18. *Mut.dec.*95. *num.* 25.& non obstat argumentum adductum, quòd non valeat laudum, vbi arbitri desierunt arbitrari super aliquibus capitibus, quia hoc procedit ex eo, quòd compromissum dependet à mera voluntate compromittentium,quorum est voluisse,vt simul pronuncietur super omnibus capitibus, & in hoc etiam tenet contrarium Gratian.& securè si data sit facultas terminandi controuersias coniunctim, ac diuisim, & ita defendit D. Staiban.*resol.*57. *à num.*28. qui ita consuluisse refert contra pręsentem decisionem, cuius acerrimum propugnatorem tradit extitisse Consil. Prouenzal. causæ Commissarium, sed causa non fuit decisa, quæ si decidebatur, fortè contra D. meum fuisset iudicatum, vt inquit Staiban.*nu.*36.

3 Benè tamen verum est, quod Rot. Romana *in dec.* 132.*p.4.recentior.et in dec.*133.in impressis post *addit.* Postij *ad tract.de subhastat.* iudicauit laudum esse nullum,si non terminet omnes controuersias, quod intelligerem, si non extaret clausula terminandi coniunctim,vel diuisim, & in principali articulo D.meum à Cancer.defendit Marott. *discept.37.nu.19.* & respondet quòd ratione iuramenti diuidi non possit laudum ex glos.1.*in l.si quidem,C.de except.*Boer.*dec.*243. Seraphin.*de iurament.c.*107.*nu.*30. sed ego non recederem à sententia Cancerij,Gratiani,*d.discept.*524. 259. & Staiban. *vbi sup.de* Marin. ad Reuert. *obs.* 256.

4 Interseritur quæstio, si legitima sit responsio, quòd aliquis vult vti aliquibus testibus, quoad certos articulos,& quoad alios certos non, & S.C.non admittere hanc declarationem traditur *nu.* 11. ex Bald. *in c. cum dilectus 3.col de consuet.* ob indiuiduitatem iuramenti,cum quo deponunt testes, non posse fieri declarationem in parte, seu partibus fauorabilibus, aut quoad certos articulos etiam si isti essent separati firmat Gratian.*discept.749.nu.*10.

Senatus Mantuanus sentit posse fieri declarationem in parte, seu partibus fauorabilibus, teste Surd.*dec.*16. quam opinionem sequitur Fontanell.*in dec.*291 *nu.*16. & ait quod ipse non dubitaret admittere hanc declarationem cum clausula, quod in definitiua habebitur ea ratio, quæ de iure habenda erit, & tunc illa declaratione admissa incumberet aduersario probare falsitatem, & ea probata, tunc examinaretur quæstio, an testis falsus in vno, sit falsus in omnibus, & quòd testes examinati super diuersis articulis licet super vno falsum deposuerint,quod possit vti pars illis iuxta decisionem Surdi tradit in S.C iudicatum Mele ad Gizzarelli *dec.* 86.*nu* 11. & Thor. *ver.testes examinati super diuersis p.*3.

Confutatur Surdus à Gratiano *vbi sup. nu.*11. & D. Hodiern. *in addit.*qui præsupponit in casu Surdi deposuisse testem extra articulum, quo casu non dicitur iuratus. Praxis obseruat declarationem circa vsum fieri debere non protestatiuè, non reseruatiuè, non implicitè, non confusè, nec restrictiuè, sed impliciter clarè, & generaliter declarando vt testibus omnibus, articulis omnibus, depositionibus omnibus, vt Muscatell. *in praxi p.6.glos.terminos nu.*7.

SVMMARIVM.

1 *Auth. cui relictum procedit, tàm in vxore, quàm in viro.*

2 *Opinio Glos.praualet, opinioni Paul.de Cast.*

3 *Vir, & vxor sunt correlatiua, & à pari procedunt, etiam in pœnalibus.*

DE-

DECISIO CLXXIV.

Legatum factum ab vxore marito si lectum viduale seruauerit valet, ita vt conditio legati sit seruanda per maritum acceptantem legatum.

DVm vxor legasset viro certam quantitatem si lectum viduale seruauerit, dicebatur pro parte viri legatum purum remanere, reiecta seu spreta conditione, in legato apposi-
1 ta, † quia *auth. cui relictum. C. de ind. vid. toll.* quo prouisum est, conditionem prædictam esse seruandam, non autem reijciendam, prout de iure antiquo erat prouisum, non habet locum, nisi in legato facto à marito vxori, non autem econtra, & dicebat, de hoc esse decisionem particularem Paul. de Castr. *in l. fin. col. fin. vers. vlt quaeritur, eod. tit.* qui mouetur ex rationum diuersitate, ex quo magis conuenit, mulieri viduæ se abstinere à secundis nuptijs, quam viro, & plus facit contra bonos mores vxor, secundas nuptias contrahendo, quam vir, & de Pau. meminit Ias. *ibi, col. pen. vers.* 10. facit dictum fuit, hanc decis. Pau. de Castr. esse contra tex. expressum *in §. qua verò vers. vnde sancimus in authen. de nupt.* vnde sumitur *d. authen. cui relictum. ibi, namque, et vtrinque, et ibi gl.* dicit, interpositio est, & quod hic dicit, vtrinque, siue vir vxori, idem sentiunt Iacob. de Beluis. & Angel. dum summant text. & Ias. *in authen. cui relictum in fin. sentit contra* Paul. dum dicit, eius rationem esse fragilem, & Cor. *in dict. leg. fin. colum. 2. per glos. in auth. cui relictum in versic. coniugi, et in vers. deficiat*, dicit opinionem Pauli non esse tutam, & de veritate ipsius dubitat Paul. de Montepico *in repet. §. cum nuberet, nu. 166. ff. de leg. 2.* quamuis dicat decisionem, prædictam esse singularem, & peregrinam, & solum Pau. de Cast. tangere hanc difficultatem licet in hoc erret, ex supra allegatis, & ibi respondet rationibus Pau. de Cast. contra quem dicit esse comunē opin. Io. de Garonib. *in rub. C. de secun. nupt. 6. col. vers. noua pœna, et 7. col. versic. quod etiam puto habere locum, per text. in d. §. quia vero*, & secundum hanc opinionem Sacrum Consilium iudicauit contra
2 Paul. de Castr. per tex. prædictum, † & ex auctoritate gl. quę preualet opinioni Pau. de Castr. & ex regu-
3 la, † quia in correlatiuis, & in pœnalibus, est faciendum idem iudicium, vt dicit glo. *in d. l. fin. & cæteri*, & maxime Ias. plenè Fely. *in rub. decretalium in vers. Gregor. 2. col. ver. in text. ibi.* Doctoribus, & voluntates morientium inquantum possumus seruare debemus: hanc eamdem opinionem tenet Pinel. postea visus, *in l. 4. numero 17. ver. ex quo differentia, C. de bon. maternis.* die 12. Decemb. 1577. Actuarius Roppulus.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. Adde quod opinio glosæ cæteris anteponitur, & omnes alios antecessit secundum Roland. *cons. 73. num. 13. & seq. vol. 3.* de cuius authoritate multa scribunt Alex. *cons. 92. nu. 4. vol. 2.* Viuius *in opin. 319. nu. 2. cum seq. & iterum in opin.* 884. Rolan. *cons. 14. num. 39. vol. 3.* Mascard. *de probat. concl.* 842. *vol. 2.* Ioseph. de Rusticis *in cons. omni num. 1 36. posito post eius tract.* D. de Curte *de feudis fol. 60. nu. 53.* Bortel. ad Bellug. *in Spec. Princ. fol. 45. à ter.*

Hanc decis. in puncto principali refert, & sequitur Episcop. Minorens. *in ver. legatum* §. 7. *fol.* 437.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Auth. Cui relictum ampliatur.*
2 *Conditio viduitatis apposita in testam. an censeatur repetita in Codicillis.*
3 *Conditio de non nubendo in virgine reijcitur, legatum tamen debetur.*
4 *Secus tamen in vidua.*
5 *Mulier legataria sub conditione, donec honestè vixerit, & vitam vidualem seruauerit, legatis gaudet, etiam si monasticam vitam eligere malit.*
6 *Vxor restituit hæredibus viri, vna cum fructibus rem legatam, si conditionem de non nubendo spreuerit.*
7 *Statuta ad litteram obseruanda, an extendantur ad correlatiua.*
8 *Pœna legalis, non autem conuentionalis, in correlatiuis locum habebit.*

1 ADde omninò ad hanc decis. decidentem, † *Authen. Cui relictum*, ampliari tam contra vxorem legatariam mariti; nubentem conditione spreta, quam etiam contra maritum ex regula correlatiuorum, omninò Gomez. *Leo decis.*
2 *9. in libro diuersorum tomo 2.* Item adde, † quod conditio viduitatis posita in testamento, dubitatur an repetita censeatur tacitè in Codicillis. Decius *cons.* 190.
3 Adde † quod conditio de non nubendo in virgine reijcitur, & legatum eidem relictum debeatur nuptijs contractis Bart. *in cons. 184. vol. 1. ex l. 22. ff. de condit. & demonstr.* & quod in primis nuptiis conditio talis
4 remittetur, & † in secundis sit obseruanda, Mantica *de coniecturis vlt. volunt. cap. 9. lib. 11. vbi latissimè*, & Bartolus *in singulari 91.* dicit, conditionem talem re-
5 mitti, & Franciscus Cremensis *sing. 143.* concludit, † mulierem cui aliquid legatur donec castè, & honestè vixerit, & vitam vidualem seruauerit, legato gaudere, etiam si monasticam vitam assequitur, & hic Præ-
6 sidens *infra decis. 231.* dicit, † vxorem vna cum fructibus rem legatam restituere hæredibus viri, si conditionem viduitatis spernendo secundum contrahit connubium, & solum dotem consequi. De correlatiuis in statutis Curt. iun. *cons. 6. & 11.* & Tiraquel. *de retra-*
7 *ctu*; & an † statuta obseruanda ad literam, extendantur ad correlatiua, Cotta, *in Memorabil. verbo, littera, & Scrib. in cap. Regni, Ad hoc.* & Decius *cons. 697.*
8 dicit, † pœnam in correlatiuis legalem, non autem conuentionalem locum habere. De materia extensionum, vide quæ latissimè *dixi supr. decis. 113.* quid de legato facto si tali non nubat, sed matrimonium cum ipso nulliter contrahat, vel semel accubuerit, tale legatum non debetur, Stephan. Gratian. *discept. for. c. 213. num 24. 26. 29.*

ADDITIO D. RICII.

LEgatum factum ab vxore marito si lectum viduale seruauerit valet, ita vt conditio legati sit seruanda per maritum acceptantem legatum, hoc dicit adde Monter. *decis. 15. num. 71. & vide nostram collect. decis. 35.*

Et ratio huius decisionis ea esse potest, quia quod in ipsis mulieribus sancitum est, intelligitur in maribus etiam constitutum, *l. fin. C. de indict. viduit. tol.* & maritus, & vxor non debent ad imparia iudicari, *cap. gaudemus de diuort. l. non tantum ad fin. ff. de re iudicat.* Zas. *cons. 5. nu 10. lib. 1.* Nouarius alios cumulans *in sua viti praxi elect. for. q. 47. num. 15.* Subdens correlatiuorum eamdem esse dispositionem, & propterea dispositionem loquentem in vno debere habere locum in alio, Lapus *allegat. 21.* & quod est constitutum in vxore intelligitur etiam constitutum in marito, & sic illa conditio debet à marito impleri, sicut

sicut impletur ab vxore; Mantica post alios ab ipso ad hunc propositum allegatos *de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 19. nu. 12. & seq.* vltra adducta per D. Nouarium *vbi supra, & ibid. in addit.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *In masculis viduis an reijciatur conditio impediens nuptias, negantem opinionem Corneti, & Iasonis amplexum est S.C.*

2 *Paul. de Castr. contra stat, & Paulus Durand. carpit contradicentes, à quibus est Mantica. & Auctor.*

1 IN masculis viduis si reijciatur conditio impediens nuptias vocatur in quæstionem, & S.C. iudicauit negatiuè iuxta opinionem Iasonis *in auth. cui relictum, C. de indict. vid. toll. in fin.* & Corn. *in l. fin. C. eod. tit. col. 2. per glos. in d. authen. cui relictum* formato argumento à correlatiuis, nam sicut maritus potest legare vxori sub conditione si lectum vidualem seruauerit ex *text. in d. auth.* ita etiam, & vxor viro, & reprobatur Paul. de Castr. *in d. l. fin.* ex quo loquatur contra text. expressum in *§. qua verò, vers. Vnde sancimus, auth. de nupt.* vnde sumitur *d. auth. cui relictum,* ibi, *namque, & vtrinq. glos.* dicit, siue vxor marito, siue vir vxori.

2 Paul. Durand. *in tract. de condit. & mod. impossib. & iur. prohib. c. 3. p. 2. nu. 2.* reprehendit Corneum, & Iasonem, quod mendicatis argumentis improbent Paul. de Castr. & fragile sit argumentum ductum à correlatiuis, dum non habet locum, vbi est diuersa ratio, vt post alios Gabriel. *commun. conclus. tit. de leg. conclus. 3. num. 50. & 58.* & adsit diuersitas rationis, nam in feminis minus honesta est pluralitas nuptiarum, vt ex Valerio Maximo tradunt Bald. & Soccin. *in l. hęc conditio, ff. de condit. & demonstr.* & in correlatiuis non fit extensio de vno in alium, quoad pœnam, licet sit eadem ratio, Iason *in l. 1. num. 2. C. de in ius voc.* & determinauit *glos. in cap. quia clerici de iur. patr.* Monter. *dec. 15. nu. 71.* qui id intelligit in dispositione hominis, in maribus verior est opinio contra Paulum de Castr. vt quod constitutum in vxore, constitutum est etiam in marito, nec debeant ad imparia iudicari, & maior ratio etiam sit in masculo, dum dicta conditio debet impleri in vidua, etiam si sit iuuenis, & etiam quod mulier non possit negotia extra domum expedire, latè Mantic. *de coniect. lib. 11. tit. 18. numero 12. cum seqq.* & adest *textus in d. §. qua verò.*

SVMMARIVM.

1 *Remissionem ad Consules artis serici, delinquens, tanquam vnus ex exercentibus artem prædictam petere non potest, si pro maiori parte temporis, est in exercitio alterius artis.*

2 *Immunitas concessa alicui ex qua exerceat aliquam artem, illa non gaudet, si maiorem partem eius substantia, in ea non ponit.*

DECISIO CLXXV.

Delinquens ab ordinario loci captus non potest petere se remitti ad iudices artis, cui aliquando vacabat, si pro maiori temporis parte aliam exercebat.

1 EXercebat quis artem serici, & erat magister in arte gladiatoria, fuit captus per Magnam Curiam, occasione delicti per eum commissi, † petijt remissionem ad Consules artis serici, virtute priuilegiorum artis prędictæ per Serenissimos retro Reges concessorum, fuit eidem per Magnam Curiam denegata, ex quo principale exercitium istius inquisiti, erat in arte prædicta gladiatoria, probatum enim erat in processu, quod hic assiduè vacabat in docendo discipulos in arte prædicta gladiatoria, & id, quod supererat de tempore, expendebat in exercitatione artis prædictæ serici, & interposita appellatione ad Sacr. Consil. dixit vnus ex Dominis Consiliarijs, qui tunc erat iudex in Magna Curia, quòd Magna Curia mota fuit ex decis. Salic. *in l. qui sub prætextu, in fi. C. de sacros. eccles.* de qua meminit Scodouens *in repet. auth. habita in vers. scholaribus. nu. 34. ver. caueant. etiam. C. ne filius patre* fuit dictum, hunc casum in simili pluries accidisse, & modo prædicto per Sacrum Consil. fuisse iudicatum, per tex. *in l. legatis seruis, §. si vnus ff. de leg. 3.* quem allegat Bart. *in l. quaeritur. ff. de statu hom.* vbi per illum tex. idem decidit, & per text. *in l. semper, §. D. Adrianus, cum l. seq ff. de iuimmun.* per quem text. & alia, consuluit Alex. *in cons. 108. viso*
2 *themate suprascripto. 4. col.* † immunitatem concessam alicui, aliquam artem exercenti, tunc ei competere, quando maiorem partem eius substantiæ in negotiatione illius artis ponit, & vt gaudeat exquirendum esse, an faciat causa effugiendorum munerum qui videmus quotidie fieri in hac nostra Ciuitate, in qua assueti delinquere, & morosi debitores, procurant se describi in matriculis artium habentium hęc priuilegia, vt in prima instantia effugiant Magnam Curiam, & Sac. Cons. faciunt congesta per Decium, *in cons. 213. visis ijs, quæ accurrate, 2. col. vers. nec vlterius obstat, 2. vol.* & ex prædictis fuit decis. quod Magna Curia bene iudicauerat in denegando remissionem ad Consules artis serici, pro qua decisione est videndus Andr. *in tit. de statu. & cons. in ver. item super aliquo, col. fin. ver. quid ergo si intrat,* vbi huic opinioni adhæret, & Alc. *in d. l. qui sub prætextu. in vers. minus C. de sacrosan. eccle.* & Purpur. *in l. imperium. nu. 11. ff. de iurisd. omn. iud.* & ante eos Danus. *cons. 27. in fin.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. *in fin.* dum allegat Alex. Vide ibi Natt. *in addit.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Matriculatus in aliqua professione, tunc artis priuilegio gaudet, quando maiorem partem temporis, vel substantia ponit in illa.*

2 *Dohanati non gaudent nisi maiorem partem animalium posuerint in Regia Dohana.*

1 AD hanc decis. 175. in qua deciditur † matriculatum in aliqua arte, tunc priuilegio gaudere, quando maiorem partem temporis, vel substantiæ ponit in illa, Adde quod ita etiam est decisum in Regia Camera Summariæ, quod † Dohanati non gaudeant, nisi maiorem partem animalium posuerint in Regia Dohana, & ad Appula pascua portent, & hoc vidi practicatum ego Flauius Amendola,

dola, in anno 1595. in causa tuborum Montaneæ dum baculo fuit verberatus, & vulneratus à quodam ciue, aliorum conciuis Dohanatus, procurauit Dohanæ commissionem, & quia non asportabat maiorem partem animalium ad instantiam Domini Fabij Iesualdi vtilis domini à Regia Camera sub die 23. Mensis Septemb. eiusdem anni fuerunt expeditæ prouisiones, quod eius cap. procederet decisiuè, credo fortè ex hac ratione, & ne iurisdictioni Baronum Regni in fraudem præiudicium fieret, & de priuilegio, exemptione, & matriculatis, quando gaudeant, latissimè Bertachin. *verbo, exemptio, & verbo, matricula, & verbo, immunitas, & verbo, priuilegia.* nota hoc contra Doct. non exercentes Doctoratum per ea, quæ scribentes tradunt *in l. cum quid, §. 1. ff. si cert. petat.* & ad hanc decis. adde Purpur. *in l. in periurium. vers. vlt. limitat, ff. de iurisdict. omn. iudic.* & ante ipsum Dinus de Muxello *in cons. 27. incip. Quæstio, in fine.*

ADDITIO D. RICII.

DElinquens ab ordinario loci captus non potest petere se remitti ad Iudices artis, cui aliquando vacabat, si pro maiori temporis parte aliam exercebat, hoc dicit. Adde Capiblanc. *in prag. 8. num. 239. de Baronibus* Tapia *in prag. 36 §. & piu perche sub tit. de Alguzer. num. 2.* inquit ita pluries fuisse decisum, & addit exercitium debere esse continuum, aliàs si deseruerit non gauderet priuilegio, sicut quotidie practicatur in Sac. Cons. *& in prag. 12. de off. admirat.* Cauetur, quod quando petitur remissio alicuius, qui est subditus Admirato, tunc statur literis tantum Admirati, & vice Admirati, quod procedit quando registrari fecissent illas penes actuarium Regentis M. C. V. sed quoad exercitium inoleuit practica, vt fiant probationes, quæ debent esse certæ, tum exercitium, tum etiam tempus continentes, vt apparet *ex nostra collectanea 94.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Exercens aliquam artem, & matriculatus in ea, si pro maiori parte temporis exerceat aliam artem, an sit remittendus ad iudicem artis, in qua est matriculatus.*
2 *Notatur lapsus Thor. in fundamento decisionis.*
3 *Affertur distinctio Autoris.*

1 OMnigena varietate magis conspicuæ redduntur decisiones D. mei ponentis nunc casum de eo, qui exercebat artem serici, & erat Magister in arte gladiatoria occasione delicti patrati captus fuit per Magnam Curiam, petijt remissionem ad Consules artis serici vi priuilegiorum dictæ artis, sed quia principale exercitium rei erat in arte gladiatoria, in qua assiduè vacabat, docendo discipulos in illa arte, & quod supererat de tempore, insumebat in exercitio artis serici, tàm per M. C. quàm per S. C. exclusus fuit à remissione petita per *text. in l. quæritur,* vbi Bartol. & alij, *ff. de statu hominum*, vbi denominatio fit à Potentiore, & attenditur magis potens, & per *text. in l. legatis seruis, §. si vnus, ff. de legat. 3. & l. semper, §. Diuus Adrianus ff. de iur. immun.* per quem *text. & alia* Alex. *in cons. 108. vol. 4.* consuluit immunitatem, concessam alicui exercenti aliquam artem, illa non gaudere, si maiorem partem suæ substantiæ pro maiori parte temporis non ponat in exercitio illius artis, addo Stracch. *de mercator. p. 1. nu. 56.* Capiblanc. *in pragm. 8. de Baron. nu. 239.* Tapia in pragm. *36. §. & piu, tit. de Alguzer. nu. 2.* vbi inquit ita pluries decisum Thor. *verb. remissio causæ, an sit facienda ad Curiam, par. 1. compend.* Guil. *lib. 2. pract. obs. 118. nu. 12.* Adstipulatur, quod in mercatore exercente plures artes conuento pro aliquo extra artem, qui petierat remissionem ad artem, vbi matriculatus erat, quia ex aduerso probatum fuerat illam, & alias artes exercere fuit ei denegata remissio per S. C. de anno 1631. vt refert Thor. *verb. remissio petita per reum inquisitum pro crimine p. 2. in fin.*

2 Benè verum Thor. errat in eo, quod tradit id iudicatum per doctrinam Pauli de Castr. *in l. fin. nu. 3 C. de iurisdict. omn. iudic.* vbi scribit, quod artifices Collegiorum licet habeant Iudices suos, tamen possunt conueniri sub Potestate, quia Potestas dicitur Superior, non solum artium sed artificum, & etiam præpositorum ipsorum, nec proinde tales artifices habētes. Consules illius artis exempti sint à iurisdictione Potestatis, & idem tradit Bald. *in d. l. fin. nu 4.* & Decius *cons. 3.* Roland. *cons. 80. lib. 2.* qui volunt per concessionem specialem arti datam non censeri ademptam iurisdictionem à Potestate, nam verius est talem iurisdictionem esse priuatiuè concessam, vt probat Paul. Staiban. *cons. 8. nu. 10.*

3 Conclusio autem non ita absolute est intelligenda, nam cum quis matriculatus est in diuersis artibus, quando quæritur coram quo Iudice sit conueniendus, respici debet ars ex qua conuenitur, vt ad Iudicem illius pertineat cognitio, Roman. *in l. 2. in princ. ff. de verb. obligat.* Bertach. *in verb. matriculatus in repert.* Ann. *singul. 360.* & tradunt Bald. *in l. per iniquum nu. 3. C. de iurisdic omn. iudic.* vbi Castren. qui docent artificem conueniendum esse coram præposito artis, qui est Iudex competens pro dependentibus, & connexis suæ arti, Bald. *in l. si quis, §. per rationem, ff. de edendo,* & in puncto multa congerit Thor. *in verb. Iudex specialis p. 2. compend.*

SVMMARIVM.

1 *Assassinium an indicatur his verbis, Ammazzate questo tale, perche sapete, che la casa mia vi è aperta, e nō vi mancherà mai, adeo vt homicidio sequuto, & aliqua pecuniæ quantitate soluta per eum homicida, possit puniri tamquam assassinus, & nu. 19.*
2 *Clericos assassinos mandantes, & mandatarios, iudex secularis cognoscit.*
3 *Assassinus ille dicitur, qui aliquo dato, vel promisso, homicidium mandat, vel committit.*
4 *Item ille, qui pro præmio, vel spe præmij, homicidium committit, & an sufficiat, quod tale præmium sit incertum, nu. 5. 8. & 11.*
6 *Ral. in cons. 383. Butonus. 5. vol. reprehenditur, tam in casu consilij, quam in rationibus.*
7 *Certum illud dicitur, quod est certum de per se, vel per relationem ad aliud, etiam in pœnalibus.*
9 *Actio non competit mandatario, ex turpi mandato, & contra leges.*

DECISIO CLXXVI.

Clericus ratione assassinij potest à iudice sæculari inquiri, & puniri.
Assassinium dicitur, tám in mandante aliquem occidi, quám in mandatario exequente.

1 CLericus † protulit hæc verba, (*Ammazzate questo Marc' Antonio, perche sapete, che la casa mia vi è aperta, e non vi mancherà mai;*) & idem mandatarius qui prædicta deponit, dicit i *che disse ad esso, & al compagno, che ammazzasse*

zasse il detto Marc'Antonio, che già sapeuano ch' erano patroni della casa sua, e che se haueßero pigliato tutto quello, che esso depositante, e detto compagno voleuano, e che dopo fatto l'effetto, detto Clerico mandò il compagno in Roma, e li diede danari, e non seppe la quantità, & ad esso depositante tre volte, l'hà dato sempre danari, quando diece, e quando sei ducati, e sempre che li cercaua danari, ne li daua, ma non può deponere in spetie la quantità, che n'haueua hauuta, ma passano cinquanta ducati,) fuit iste Clericus citatus per Magnam Curiam, super crimine homicidij, cum qualitate assassinij, reputatus contumax, & in contumacia captus, post multum temporis spatium, petijt remissionẽ ad iudicem, ecclesiasticum: dicebatur non debere re-
2 mitti, per tex. *in cap. 1. de homic. in 6* † quo prouisum est contra assassinos, mandantes & mandatarios, etiam clericos, posse per iudicem laicum procedi. Hoc autem homicidium, fuisse cum qualitate assassinij, dicebatur
3 non potuisse dubitari, † quia ille dicitur assassinus, qui aliquo dato, vel promisso, homicidium mandat vel committit, Bart. *in l. Cicero. ff. de pœnis, & in l. non solum. §. si mandato meo ff. de iniur.* Sal. *in l. qui sepulchra. C. de sepul. viol. cum concor.* per Clarum *in sua pract. crimin. in vers. assassinium, & nouissimè* per D. Iaco. Menochium, quem D. Hieronym. Olzignanus collega, & dominus meus, in dies commendat, & magni facit, *in tract. de arb. iud. cap. 360. vnde dicebat Bal.*
4 *in cons. 256 quamquam allegationes, 1. vol.* † illum dici assassinum, qui pro præmio, vel spe præmij, homici-
5 dium committit, Pro inquisito dicitur, verum esse. † quod ille dicitur assassinus, qui pretio recepto, homicidium committit, vel mandat, sed necesse est, quod illud, quod promittitur, sit certum, non autem incertum, ita in specie dicit Bald. *in cons. 383. Bitonus, 2. col. ver. praterea illud dicitur promissum, 5. volum.* quem simpliciter allegat noster Niger Campanus, *in cap. Regni frequens nu. 73. vers. est aduertendum.* Contra hoc
6 dicebatur, † Bal. male loqui, tam in casu sui consi. quam in ratione prædicta, quando enim Bald. in casu sui consilij dicit, eum cui fuit promissum illud idem, quod alteri fuerat promissum occasione homicidij, non dici assassinum, quia incertum erat apud hunc mandatarium illud, quod alijs promissum erat, dicebatur, in
7 hoc decipi, † nam illud dicitur certum, quod est certum de per se, vel per relationem ad aliud. *l. certum. ff. si cer. pet. l. pen. C. de senten. qua sine cer. quant. l. vbi autem non apparet. § illud. l. vbi Ber. ff. de verb. obl.* quod procedit etiam in pœnalib. Bald. *in cons. 13. Magn. 5. volum. de quo meminit,* & allegat alios Tiraq. *in gl. 5. post l. connubial. nu. 1-9. vers. & quidem, fol. 174.* imo dicebatur, quod in casu consilij Bald. etiam si alijs nihil promissum esset, quia hic commiserat homicidium spe illius promissionis, & sic lucri, poterat dici assassinus, ex ijs, quæ Bald. dicit *in d. cons. 256.* Dicebatur etiam quod si consilium Bal. esset verum, in casu statuti, de quo lo-
8 quitur, † ratio item incertitudinis non facit, quod dicatur homicidium, cum qualitate assassinij, quia text. *in l. sal. tr. m. C. mand. & in l. triticum, ff. de verb. oblig.* super quibus se fundat Bald. non adaptantur ad casum, de quo agitur, nam *in d. l. sacrarium* idcircò actio non competit actori, quia non potest agi ad id, quod est incertum, & de hoc ibi tractatur. Casus autẽ, de quo agitur, est diuersus, hic enim non tractatur, an mandatario cui fuit facta incerta promissio, competat
9 actio ad hanc promissionem, † quia ex alio etiam actio non competeret, quia est turpe, & prohibitum mandatum, & contra ll. vt bene declarat Sal. *in l. nõ ideo minus, col. fi. ver. modo veniamus. C. de accu.* sed tantummodo tractatur, an recipiendo permissionem, incertam, & spe præmij incerti, recipiendo promissionẽ, & postea committendo homicidium dicatur assassinus & sic etiam respondetur ad text. *in d. l. triticum,* quia ibi similiter dicit, stipulationem ratione incertitudinis, non tenere. Vnde ex ijs diuersis dicebatur, non posse aliquid inferri. Insuperque dicebatur, huic cons. Bald. aduersari. Alex. *cons. 166. videretur fortasse 7. vol.* vbi videtur tenere sine scrupulo, in casu ibi proposito, per
10 hæc verba, (*che non vi mancherà la casa mia*) † mandatarium, homicidium committentem, dici assassinum,
11 † & in specie, in promissione rei incertæ, idem tenet Francis. de Are. *cons. 167. ver. 3. allegans,* de quo meminit Ant. Gabr. *in tract. comm. opin. lib. 7. in 2. par. in 1. concl. n. 2.* & sic decisum fuit, facta longa discussione, die 10. Maij 1578. licet aliqui ex Dominis, ex verbis generalibus dubitassent, & vnus ex eis dicebat, quod omnes decisiones prædictæ procederent ad finem, vt quis grauius puniatur, non autem ad finem sortiendi forum, sed dictum fuit, quod dato assassinio, & punitione maiori ex eo, quod interuenit pretium, seu pro spe pretij, seu præmij, succedit dispositio text *in d. c. 1.* qui contra clericum dat iurisdictionem iudici laico.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Mascard. *in tract de probat. conclus. 138. col. 1. vol. 1.* Episc. Minoren. qui hanc decis. allegat *in ver. Assassinij, ver. secus in foro laicali fol. 6.* Muscatell. *in prax crim fol. 94 nu. 55. 58.* Baiar. *ad Clar. in §. Assassinium nu. 6.* Rouit. *in prag. de Assassi. nu. 5. in fin.* Adde Farinac. *in 4. vol. quæst. 123. nu. 45. 46.*

Vide Campan. *in c. regni frequens nu. 75.* vbi contra, & pariter Octaui. Vulpell. *cons. 144.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Conatum in crimine assassinij punire licet, licet effectus non sit sequutus.*
2 *Conatus quando puniatur.*
3 *Assassinus quis dicatur.*
4 *Pœna Assassinij imponitur; etiam si promissio fiat generalis, vel incerta.*
5 *Iudices debent probare mandatum fuisse acceptatum.*
6 *An requiratur probatio, quod occisus erat Christianus.*
7 *Iudex Laicus an cognoscat clericum assassinum.*
8 *An puniatur tunc presbyter, licet non degradatus.*
9 *Non modo mandans assassinium, sed etiam mandatarius in hoc crimine cognoscuntur à Laico.*
10 *Nec requiruntur probationes expressè, sed indicia sufficiunt pro fundanda iurisdictione iudicis Laici.*
11 *De suscipiente habitum Clericalem post crimen.*
12 *Quid in causis ciuilibus reconuentionis.*
13 *Certum quid sit, & nu. 17.*
14 *Foriudicatus an occidi possit mediante pecunia.*
15 *An valens iure licito occidere, occisionem alii demandare possit.*
16 *Distinctio recensetur.*

1 AD hanc decis. adde, quod † in hoc crimine assassinij punitur conatus, licet non sit sequutus effectus, Antonius Columba, *sing. 4.* Gramm. *voto 9. crimin* Ioseph Ludou. *decis.*
2 *Lucensi 16.* Gram. *decis. 2.* † quando conatus puniatur, & 74. Boer. *decis. 316* Menoch. *de arbitr. iudicum, l. 2. casu 360.* Papon. *l. 23. tit. 10. Arresto 2.* Ad istã decis. assassinij, addas, omninò Gabr. Rom. *lib. conclus. 7. cõcl. 1. tit. de assassinio. vbi fol. 878.* dicit, † quis dicatur assassinus, & de tota materia huius decis. ponit aliqua. Capic. *decis. 155.* Surdus *decis. 135.* Viuius *lib. commun. opinion in verbo, assassinus,* Didacus, *lib. 2. var. resol. c. 20.* & nouissime Farinac *quæst. 80. & 103. in sua pract. parte 2 post* Barrer *in sua pract. criminali. in verbo homicidium, 1. & §.* & Iodocum Damhuder. *in pract. crim. in c. de assassinis,* Hipp. Bonacossam *quæst. crimin. verbo assassinus.* Ad hanc etiam quis dicatur assassinus, & quando puniatur, omninò videas Carer. *in sua crimin. pract. in verbo, homicidium quinto, & verbo, homicidium primo.* Viuiũ *lib. cõmun. opin. verbo assassino,* Didac. *l. 2. resolut. cap. 20.* Iodocum Damhuderium *in sua*

sua pract. criminali, *in cap de assassinis*. Hipp. Bona-
cossam, *quæst. crimin. verb. assassin.* & Surdum *nouis-*
sime dec. Mantuę 135. *incip. Paris. nu.* 9. vbi quod cri-
men assassinij atrocissimum dicitur. Paulus Merenda
cons. 50 Gram. *cons.* 1. *num.* 59 60. *&* 66. & Farin. *quęst.*
4 103. *&* 36 *in sua pract. par.* 2. Ad istam decis. quod †
pœna assassinij imponitur, etiam si sit promissio in-
certa, vel generalis. Adde Cons. Rouitum *in Pragma-*
tica 17. de assass. fol. 169. *in* 1. *volu. Commentantium*
Pragmaticas. Item intellige hanc Pragmaticam, dum-
5 modo Iudices † probent mandatum de aliquid facien-
do, fuisse acceptatum, aliàs pœna ordinaria non impo-
nitur. Gabriel. *vbi supra n.* 39. & Rouitus *in fine*, & no-
ta quæ dicuntur à Barone Petra, *in decis.* 112. 129. *&*
6 155. *qui doctissimè*. Sed † probandum est, quod oc-
cisus fuerat Christianus. Arnon. *cantela* 25. Mars.
7 *in rubr. de probat nu.* 439. & † quod Iudex laicus co-
gnoscat clericum assassinum, Gram. *voto* 6. *incip. In*
8 *causa venerabilis*. vbi dicit, etiam † puniri posse pres-
byterum non degradatum, & præueniri in processu,
& sententia eius Episcopum, & ibi latè de materia as-
9 sassinij. Sed adde, quod non † modo mandans assassi-
nium, sed etiam mandatarius in crimine assassinii co-
10 gnoscuntur à iudice laico, licet sint Clerici, sed quod †
probationes expressè non requirantur, sed indicia suffi-
ciant, ad hoc vt fundetur iurisdictio Iudicis Laici, adde
Regentem Carolum Tappiam dignissimum, *in consti-*
tutione, de personis à nu. 12. *vsq. ad* 21. vbi ita practica-
tum in causa, & facto; vide de clerico incorrigibili. Di-
11 cam *in dec. sua* 463. *infrà de* † *suscipiente* habitum
Clericalem post delictum, dicam *infra decis.* 209. vbi
12 alia dico, & † quid in causis ciuilibus reconuentionis,
vide quę dico *in dec.* 193 Ad num. 7. certum quid sit vi-
de Baldum *in l. hac consult. C. qui testa. facere possunt*,
13 qui dicit, † quod illud certum dicitur, quando non
posset esse fallentia, & quando non potest deduci in
dubitationem, *l. ornamento*, 4. *ff. de auro, & argento le-*
gato, & alia vide per Hippol. de Marsil. *in rub. de pro-*
bat. & Alphanum Salerni, meum Præceptorem, *in rub.*
ff. si certum petatur: & Firmianum *in verbo certus*:
14 Quod † autem foriudicatus occidi possit mediante pe-
cunia, dicit optime Præsidens de Franchis, *sua decis.*
15 276. *incip. nu.* 4. an † valens iure licito occidere, occi-
16 sionem possit aliis demandare, & † distinguitur inter
patrem, & alios, maxime in annosis, vel infirmis. Co-
gita tamen tu lector acutissime.

ADDITIO D. RICII.

CLericus ratione assassinij potest à Iudice sæculari inquiri, & puniri; hoc dicit: ad hanc decisionem est obseruandum, quod si clericus de Assassinio imputatus, & prosequutus coram Iudice sæculari opponeret de incompetentia ipsius Iudicis, primò debet discuti de qualitate assassinij, quæ est fundamentum iurisdictionis Iudicis laici in clericum, & posteà procedit ad vlteriora, Farinac. *in tract. crimin. q.* 8. *n.* 85. Graff. *dec.* 18. *n.* 151. *lib* 4. Macerat. *resolut.* 48. & ratio est, quia non debet quis haberi pro assassino statim, quòd imputatur de assassinio, & nouiter adducit Crass. *de eff. clerical. effect.* 1. *n.* 711. Nihilominus est aduertendum, quod licet Iudex secularis possit procedere contra clericum assassinum illumque punire, nihilominus eius iurisdictio non est priuatiuè, quoad Iudicem Ecclesiasticum, sed cumulatiuè, ideò contra clericum assassinum poterit procedere Iudex Ecclesiasticus, & erit locus præuentioni, in tantum, quod si est punitus ab vno non poterit puniri ab alio, Gramm. *cons.* 2. Baiard. *in addit. ad Clar §. fin. quæst.* 36. *numer.* 37. Multa autem de assassinio cumulat Nouarius *in collect. ad prag.* 1. *de assassinio*.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Promissionem incertam inducere assassinium firmat decisio amplexata per Rou. Nouar. Muscatell. & alios, sed Giurb. contradicit, & asseclа recensentur num.* 2.
3 *Media opinio refertur cum declarationibus n.* 4.
5 *Promissio debet acceptari, nec sufficit exequutio, & quę datio, vel promissio constituat assassinium explicatur.*

1 DIrectę acies recentiorũ properant ad euertendã decisionem hanc in specie assassinii: Res controuersa fuit, an iudicetur assassinium per promissionem incertã, vt puta per ea verba, *Ammazzate il tale, che la casa mia è aperta*, & affirmatiuè decisum est, per Alex. *cons.* 166. *vol.* 11. Francisc de Aret *cons.* 167. Gabriel. *comm. opinion. lib.* 7. *in* 2. *p. conclus.* 1. *n.* 3. reiecta opinione Bald. *in cons.* 183. benè verum D. meus *in fin.* tradit aliquos ex D. Consiliarijs ex verbis generalibus dubitasse, an inducatur assassinium, sed opinionem affirmatiuam iuxta præsentem decisionem tenent Rouit. *prag. de assass. n.* 10. Baiar. ad Clarum *in §. assassinium n.* 6. Farin. *in prax. crimin q.* 123. *nu.* 146. Nouar. *q. foren.* 52. *&* 45. vbi decisum refert per M. C. induci assassinium ex his verbis, *Ammazzate il tale, che ne farete cosa grata al tale*, vel *ammazzate, che io vi leuarò dalla Forca*, Campa. *de fortua. res.* 16. *n.* 23 Farin. *cons.* 211. vbi quod assassinium inducat promissio, *di vsarli cortesia, e che mai li hauerebbe mancato la casa sua*, & omni in casu insequendum D. meum voluit Muscatel. *in prax. crimin. tit. de homicid. mediante mand. n.* 63.

2 Contrarium quod generalis, & incerta promissio non satis sit tenent Bald. *vbi sup* Boss. *in tit. de mandato ad occid. n.* 35. Catalan. *de indult. c.* 32. *n.* 12. Viu. *dec.* 467. *nu.* 104. Cabal. *de omni gen. homic. nu.* 49. & quod certa omninò debeat esse ratio, vel promissio Guazz. *reor. defens.* 4. *c.* 13. *num.* 8. & proindè verba illa præsto tibi ero, vel alia generalia, *che non mancarò à tuoi bisogni*, nec illa verba, *non ti mancherà la casa mia*, inducere assassinium probat fusè Giurb. *cons.* 71. *nu.* 37. qui *n. seq.* inquit à seculo non esse auditum M. R. C. illam sequutam fuisse opinionem quod ex incerta, vel generali promissione probetur assassinium Mastrill. *de indult. c.* 29. *num.* 11. qui relatis aliis à præsenti decisione dissentientibus certus de M. R. C. praxi solum addit magnam apud se esse D. de Franchis autoritatem in contrarium ergò est Regni praxis, hæc Giurb. qui in materia immunitatis Ecclesię, vt gaudeat non obstante certa promissione firmat Farinac. *de immun. Eccl. n.* 131. Ambros. *eod tract. c.* 7. *n.* 9. Dian. *p.* 6. *tract.* 1. *resol.* 11. Barbos. *de iur. Eccles. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 97. ex eo quod promissio incerta, & generalis nullam obligationem pariat, & sic gratis fieri actio censeatur.

3 Benè verum est, quod neque nouiores in hoc conueniunt, sunt enim qui tenent quod si promissa sit res certa, dummodò pretio sit æstimabilis, vt si nempè promissum sit à mandãte, quod ipse non sit defuturus, si mandatario in necessitatibus inducatur assassinium, cum talis promissio sit pretio æstimabilis, & sic æquiualens pecuniæ, & sufficiet promissio, & quæ in omni sententia sat est, vt pariat vsuram, & simoniam, ita docent Iustus Osdesob. *in pract. crimin. tit.* 2. *caus.* 10. *num.* 9.

num.9. Mastrill. de indulc.c. 31. num. 11. & probabilius arbitratur del Bene de immun. to. 2. c. 16. dub. 2.. sect. 1. num. 12.

4 Quæstionis est, an pecunia, vel alia res æstimabilis debet esse in magna quantitate, vt assassinium constituat, & affirmant Farinac. q. 23. nu. 43. Masull. ad Capyc. dec. 159. nu. 4. Dian. vbi sup. nam alioquin promissio, vel datio non censetur causa talis, & tanti criminis, nec videtur apta ad mouendum animum, sed del Bene vbi sup. n. 10. existimat esse grauius assassinium, sicut contingit in simonia iuxta communiorem sententiam Doctorum, quod non sequitur Giurb. consil. 70. numer. 41.

Petes, quid si promissum sit dari aliquam in vxorem, aliquod officium, vel quid simile, cuius promissionis executio non sit in potestate promittentis, & reputandum sit ac si nihil promissum esset. & Dian. & Farin. vbi sup. nu. 44. tenet non constitui assassinium, à quibus recedit del Bene vbi sup num. 12. cum Deciano tract. crimin. lib. 9. c. 3. nu. 16. fundamentum est, quia huiusmodi promissio sit pretio æstimabilis, quod subtilius perpendendum erit.

5 Requiritur tamen, quod promissio sit acceptata, nec sufficit esse exequutam Farin. num. 147. præterea quod promissio, vel datio sit pro ipsa occasione, non pro expensis itineris ad occidendum, vel pro occisore a morte eripiendo Farinac. num. 156. & de immunit. c. 8. n. 127. commodatum autem, vel mutuum assassinium non probant Farinac. q. 123. nu 19 Giurb. nu. 37. pecunia post commissum homicidium data, an probet assassinium, & si præcessit videtur affirmandum ex Dmeo nu. 1. vbi exemplum huiusmodi ponitur, & ita iudicauit S.C. sed Giurb. format d. obiectionem num. 28. sed postea contrarium tenet, quia censetur data pecunia interfectori, vt discedat, & iustitiæ manus euadat Baiard. ad Clar. §. fi. q. 89. n. 22. Giurb. n. 41. assassinium tandem non inducitur ex homicidio facto spe aliquid obtinendi, complacendi amico, vel succedendi in bona occisi, seu vincendi litem, Farinac. d. c. 8. n. 148. Dian vbi sup. & Giurb. n. 39. & 40.

SVMMARIVM.

1 *Actio in rem, potest exerceri in loco, vbi res est: idem in actione mixta reali, & personali, & in actione hypothecaria, siue assistentia, dummodo conuentus in loco, vbi res sita est, inueniatur, vel per iudicem loci rei sitæ in loco, vbi degit citatus reperiatur, numer. 3.*

4 *Iurisdictio cessat, cessante qualitate, quæ tribuit iurisdictionem, & quomodo procedat.*

5 *Procurator personam domini repræsentat, & ideo sufficit citare eum si degat in loco, vbi res sita est: fallit in actione merè personali, nu. seq.*

6 *L. si C. vbi rem actio cum simul procedunt etiam si ex ser pturis, vel probationibus appareret de non iure actoris.*

DECISIO CLXXVII.

Actio hypothecaria potest intentari in loco vbi res est sita, licet tam actor, quam reus sint exteri præcipuè si pro conuento adsit procurator cum amplis clausulis in loco rei, pro defensione ipsius.

IN casu Dominorum de Maluetijs cum Dom. Fuccaris, super petitione scutor. sexaginta mille, cum interesse: pro dd. Fuccaris fuit petita remissio ad eorum iudices cōpetentes in Imp. Ciuitate Augustæ, cum actor, & reus exteri essent. Pro dictis de Maluetijs, dicebatur, ipsos egisse iure assistendi, & actione hypothecaria super introitibus functionum fiscalium possessis per dictos de Fuccaris ir. Regno Neapol. & esse claram de iure regulam in l. fi. C. vbi in rem

1 actio, † quòd potest iudicium moueri contra possessorem in loco vbi res sita est, tam iudicio rei vendicationis, vt loquitur tex. in l. prædicta, & c. fanè, extra de foro comp. vbi Soc in 7. declarat allegat concor. quam iudicio mixto reali, & personali, vt in l. 1. C. vbi de hered. aga. & ibi Aret. assignat rationē, & etiam in actione hypothecaria, vt declarat Specul. in tit. de comp. iudi. ad §. 1. col. 4. vers. septimus ratione rei. & Soc. vbi supra. Stephan. Aufrer. in tract. de potestate iud. secularis super ecclesiasticas personas reg. 2. vers. quod autem in 4. fall. Nicolan. de pignor. p. 5. in 2. memb. num. 51. fol. 38 congerit cęteros Caual. in decis. 3. vers. & infertur. n. 16. fo. 41. quod tāto fortius procedebat in casu de quo agebatur, vbi iudicium assistentiæ, & hypothecæ erat motum super introitibus functionum fiscalium Regni huius, de quibus alij iudices non cognoscunt. Ex aduerso dicebatur regulam prædictam veram esse, sed secundum Paul. de Castr. in d. l. fin. requiri quod conuentus in loco reperiatur, exemplo etiam

2 eius, quod dicitur, † quod si quis promisit soluere vbiq; locorum, intelligitur promissio illa, si ibi reperiatur, Ias. qui allegat concor. in l. si conuenerit, 7. colu. vers. 3. aduerte. ff. de iurisd. omn. iudi. vnde cum in Regno non fuerit repertus aliquis de prædictis Dominis conuentis

3 nec cum literis iudicis loci rei suæ, reperiatur † citatus in alio loco, quod fieri potest, secundum Paul. de Castr. ibi, & in l. 1. C. vbi de possess. agi opor. videbatur hanc causam esse remittendam. Item dicebatur per vnum ex Dominis, omninò hanc causam esse remittē-

4 dā † ex quo qualitas, quæ tribuebat iurisdictionē Sacro Consilio cessabat, quia agebatur actione hypothecaria, super introitibus in Regno sitis. Sed quia pro parte conuentorum facta citatione ad concludendum in causa, fuerat præsentatum instrumentum, ex quo apparebat, introitus de quibus agebatur, esse translatos iure dominij in Dom. Fuccaros ante hypothecam super eis cōtractam in beneficium Dominorum de Maluetijs, ergo videbatur cessare iurisdictio Sacri Consilij fundata in hypotheca prædicta, ex ijs, quæ pro cęteris Soc. reassumit in c. si clericus. in 11. art de foro compet. & propterea ipse dicebat, vel quod causa debebat remitti, vel saltem audire partes aduersus instrumentum hoc, de nouo præsentatum, & deductis, ijs, quæ vtraq; pars probabat, reseruare prouisionem faciendam ex dictis per Soc vbi supr.

Sed dictum fuit ad primum, quòd licet opinio Pau. de Castr. vera sit, quod in casu, de quo agebatur, cessabat, ex eo, quia hic in Regno erat constitutus procurator per Fuccaros, pro exactione horum introituum, & pro

5 ipsorū defensione, cū āplis clausulis, vnde † postquā in Regno erat procurator pro Fuccaris, qui fuit citatus, perinde est, ac si ipsi citati fuissent, cum procuratores personas dominorum repræsentent, & quamuis Bal. in cons. 167. verba dicunt quod promisit. 3. vol. de quo meminit apostil. ad Bart. in d. l. Titium, & Meuium. §. tutores. ff. de administr. tutorum, dicat non sufficere quod citetur procurator, & eum sequatur Decius, tam in d. l. si conuenerit, quam in c. 1. col. 10 vers. & nota

6 quod ipse de iudic. † nihilominus Bald. loquitur, quando ageretur actione personali ex promissione facta vbiq; soluendi: sed quando actione reali, secus est, quia hoc casu de iuris dispositione possessor conueniri poterit actione reali, & maxime quando procurator est in specie cōstitutus pro defensione rei, vt erat casus noster & Aret. in c. veniens col. 13. ver. & pro declaratione, extra de accus dicit per tex. in l. si. ff. de in integ. rest. quod quando quis habet procuratorem, & per eum defenditur, dicitur propriè præsens.

Ad secundum, dictum fuit per vnum ex Dominis Regentibus, quod postquam actores agebant iure assistendi super re, & sic reali iudicio, & notorium erat, rem esse in Regno sine dubio procedebat iudicium intentatum, ratione hypothecę, si reus se defendendo aduersus hoc iudicium, ad excludendum hypothecam, præsentat scripturas, ex quibus prætendit apparere hypo-

hypothecam non competere; quod non per hoc, iudicium est remittendum ad forum domicilij rei, sed est decidenda causa in loco, vbi res sita est, per text. *in d.l. si alias sequeretur*, quod etiam quando rei vendicatione ageretur, & facta publicatione in causa, apparet de non iure actoris, quod iudicium non esset finiendum in loco rei sitæ, sed semper esset remittenda causa ad iudicem personarum, & esset maxima limi-
7 tatio ad iura prædicta, *in d. l fin. & in d.cap. sanè*, † & locus rei, & actio, super re intentata, dant iurisdictionem iudici, non autem requiritur de necessitate, quod actor vincere debeat. Insuper dicebatur, Socinum, post cæteros per eum allegatos, *in d.cap. si clericus*, loqui, quando qualitas, quæ tribuit iurisdictionem, est dubia hoc casu, constito de qualitate, vel non constito, tractatur de remissione: sed in casu, de quo agebatur, id, quod dabat iurisdictionem Sacro Consilio, erant introitus, in Regno existentes, & actio super eis proposita, quod prætendatur postea super dictis introitibus, instrumento præsentato, ius non competere, hæc est exceptio, quæ concernit causam principalem, nec ab ea separari potest; meritò dictum fuit, causam ipsam in Sacro Consilio decidendam, me Commissario, die 9. Iunij 1578. Lungo Actuario. Quemadmodum fuit decisum in eo, Sacro Consilio in causa Illustrissimi Magni Ducis Florentiæ, cum Serenissima Domina Margarita, de Austria.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde videndum Tiraq. *in tract. de retract. consang.* §. 8. *glo.* 5. *num.* 9. Ann. *alleg.* 74. An possit quis conueniri actione personali coram iudice rei sitæ, quod non secundum Ann. patrem *in alleg.* 59. *num.* 2. *&* 74. *numer.* 4. Adde quod dum in decis. ista concluditur, quod ratione rei sitæ potest quis in loco, vbi res est sita conueniri, intelligitur in bonis stabilibus, secus in bonis mobilibus perpetuo in loco non mansuris secundum Caualcan. *in decis.* 3. *numer.* 8. *part.* 1. sequitur Milanens. *in decis.* 11. *num.* 24. & quid in hypotheca, Vide Caualc. *loco prædicto num.* 16. & Milanens. *in d. decis. nu.* 25.

Et quid si agatur de re stabili ad rescissionem contractus coram quo Iudice debet agi? Vide Foller. *in const. Capitaneorum à num.* 101. *cum seq.*

Num. 2. Adde quod si promittens renunciauit priuilegio eius fori potest in loco contractus conueniri etiam si ibi non reperiretur, vt post Ias. & Decium concludit Iacob. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *cap.* 6.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Quæ actiones tribuant forum ratione rei sitæ, & quæ secus.*
2 *Ibi quis conuenitur, vbi fundum habet.*
3 *Clericus an actione reali coram Iudice laico conueniatur.*
4 *Iudex Ecclesiasticus non potest se intromittere de actionibus realibus, mixtis, vel personalibus, competentibus pro rebus immobilibus.*
5 *Clericus emptorem an defendere debeat coram iudice seculari.*
6 *Actio rei vendicatoria, & hypothecaria, intentantur vbi res sita est.*
7 *Quando actio realis præualeat personali.*

AD istam decisionem, in qua tractatur materia assistentiæ, adde tu supra *decis.* 120.
1 136. & quæ ad ipsas dico. Quod † autem in actionibus in rem mixtis in re scripta, & hypothecaria quis forum sortiatur ratione re-

sitæ, secus in actione personali Franciscus Marcus *decis. Delphinatus* 402. Papon. *libr.* 7. *tit.* 7. *Arrest.* 56. *& ideo gloss. in l.* 4. §. *si vero quis, ff. de censibus*, dicit
2 ibi † conueniri debere, vbi fundum quis habet, cleri-
3 cus † an actione reali coram Iudice seculari conueniri possit, Franciscus Marcus *decis.* 150. & 1056.
4 Quod † aut iudex Ecclesiasticus non possit se intromittere de actionibus realibus, mixtis, vel personalibus competentibus pro rebus immobilibus Papon. *lib.*
5 1. *tit.* 5. *Arrest.* 15. *& seq.* Quod † clericus emptorem defendere debeat coram iudice seculari, & sic se Myn-
6 sing. *Obseru.* 22. *cent.* 1. † vbi res sita est, agere in
7 rei vendicatione, quam hypothecaria. Adde, quod † actio realis tunc præualet personali, vbi principaliter de re contenditur, Ioannes Baptista Costa *in tract. de ratione rata q.* 93. *nu.* 5.

Ad num. 1. huius decis. in verb. seu decis. & Socin. vbi supra, adde Stephan. Aufrer. *in tract. de potest. iur. indic. secul. super ecclesiast. person. reg.* 2. *colum.* 3. *vers. quid autem in* 4. *fallent.* Negusan. *in tract. de pign. quinta parte,* 2. *membro, nu.* 53.

ADDITIO D. RICII.

ACtio hypothecaria potest intentari in loco vbi res est sita, licet tàm actor, quàm reus sint exteri præcipuè, si pro conuento adsit procurator cum amplis clausulis in loco rei, pro defensione ipsius; hoc dicit: ad ornatum huius decisionis, vide Gram. *decis.* 26. & nota quod iudex competens ratione rei sitæ, non potest cognoscere contra aliquem in actione personali Ann. allegat. 59. *nu.* 1. 2. *&* 3.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Actio realis, vel mixta potest intentari in loco rei sitæ, etiam si reus ibi non inueniatur, in quo dissident Paulus de Castr. Sichard. Cuiac. & Franc. Molin. nu.* 2.
3 *Autor defendit D. Præsidem.*
4 *Quid si actione personali actum sit ad rem tradendam.*
5 *An procedat prima opinio, si reus abesset vltra duas dietas, & num citandus sit, vel possit dari Curator bonorum.*
6 *Quid in mobilibus.*
7 *Iudicium esse validum citato procuratore rei habente potestatem ad agendum, & exigendum deciditur, & conuenit Reg. Reuert. sed Reg. de Marinis nominatim eos impugnat n.* 8.
9 *Si ciues habeant priuilegium per quod non coguntur litigare extra Ciuitatem, an possint conueniri in loco rei sitæ.*

1 AD palestram forensẽ multum confert quæstio, an optio sit actoris conuenientis actione reali, vel mixta agere in loco rei sitæ, etiam si reus ibidem non inueniatur, & in hac re affirmandum videtur ex *l. fin. C. vbi rem actio*, *c. sanè de for. compet.* & probant Cost. *de iudiciis in summa ad c.* 1. *n.* 245. & vsu receptum testatur Io. Cancer. *de except. p.* 2. *c.* .. *n.* 10. firmant Mar. Anton. *variar. res.* 33. *n.* 19. Thor. *in compend. verb. remissio causæ assistentia p.* 2. *& verb. remissio causa interat a p.* 3. & quamuis controuersia hic non fuerit decisa, nam aderat procurator

curator conuenti nihilominus determinatur in *decis.* 389.

2 Nihilominus Paul. de Castr. *in d. l. fin. allegatus nu.2.* requirit quod conuentus in loco rei sitæ reperiatur exemplo eius, qui promisit soluere vbiq; locorum, nam intelligitur promissum illa, si ibi reperiatur Iason. *in l. si conuenerit col. 7. ff. de iurisd. omn. iudic.* cum Paulo concordat Cuiac. *in paratit. ad tit. vbi ad hæreditat. agi oport.* ex eo, quod iniquum sit extrahi conuentum ex domicilio suo ad locum rei sitę cum dispendio rei familiaris Sichard. *ad l. vlt C. vbi in rem actio*, & de hypothecaria sentit Franc. Molin. *in tract. de brachio seculari lib. 2. c. 27.*

3 Postremam opinionem reijciunt Alex. 35. *variar. tit. de act. resol. 4. num. 8.* Osuald. Hilliger. ad Donell. *enucleatum lib. 17. c. 17. lit. F.* vbi quod forus rei sitæ ex parte rei est necessarius, ex parte actoris, est voluntarius Hermosin. *in d. c. sanè*, ratio est, quia præsupposita Pauli opinione locus rei sitæ non per se, sed ex accidenti forum faceret, quod non admittunt leges indefinitè conceptæ, ad hæc plus deferretur personæ, quam rei, cum tamen res potius ac primario conueniatur, insuper subuerteretur ordo fori, cuius ratio certa est, quod potissimum sit spectanda, & si in loco illo inueniatur conuentus, nec ibi sit commorandi animo, maius illi facile esset incommodum, si ibi conueniatur, & si actione regali agi oporteret in domicilio conuenti, noua lite pro exequutione iudicati opus esset, & dum in realibus agitur ad rem ipsam, eamque persequimur, ergò non est habenda ratio personę possessoris.

Non obstat *l. si autem, §. sed & si*, vbi Paul. ait, conueniri si ibidem degat, *C. vbi in reb. actio*, quia *Syllaba &* ponitur pro etiam, ita Cost. *vbi sup.* & alijs obiectionibus respondet Osuald. *vbi sup.*

Procedit conclusio si actione reali actum sit, secus
4 personali ad rem tradendam, quia instituenda erit actio in domicilio possessoris, Bar. Bal. Fulgos. *l. fin. C. vbi rem act.* Ricc. *coll. 735. ex l fin. vbi in rem act.* Coler. *de process. exec. 2. p. c. 3. nu* 8. Barbos. *in l. heres absens, §. proinde num. 11. de iudic.* Angel *in l. quo legatur, ff. de eod. tit.* de Marin. ad Reuert. *obs. 191. num. 6.* nisi reus ibi inueniatur Bar. *num. 1.* Hermosin. *dict. cap. sanè q. 2.*

5 Ampliatur vt possit intentari actio in loco rei sitæ, etiam si reus esset absens vltra duas dietas à loco rei, ita post Abb. *in dict. capit. sanè*, & Felin. Alex. 35. *vbi sup num. 8.* quidquid dicat Andreas Barbat.

Attenta prima opinione quæritur, an debeat dari Curator bonorum à Iudice rei sitæ, nam affirmant Bursat. *consil. 397. numer. 7.* Sess. *decis. Arag. 129. numer.* 20. & quamuis Surd. *consil. 168. num. 11.* firmet absenti non subdito non posse dari Curatorem à Iudice loci rei sitæ in iudicio reali, tamen contrarium verius probat, & decisum testatur Marc. Anton. de Amat. *resol. 33. numer. 20. cum seqq.* docet tamen D. meus *numer.* 3. absentem in loco certo, & alieno territorio citandum esse ad litteras subsidiales Iudicis rei sitæ, in qua re quidquid in contrarium scribat Amat. *vbi sup. numer. 25. & seqq.* sentiens, vt sit dandus curator, tamen *numer.* 32. intelligit, si vbi sit possessor ignoratur, vel sit absens à Regno, secus si in Regno, & certo loco, & in loco non valdè remoto, puta in Prouincia, Lauerch. *consil. 15.*

6 Quid autem in mobilibus, & idem tenet Barb. *d. §. proinde numer.* 5. & Donell. *lib. 17. cap. 25. litt. H. & l. quod legatur, ff. de iudic.* si sit per aliquod tempus ibi permansurus, & nisi repertus sit eam secum ferre in transitu, in illo certo tempore, ibi permansurus, *l. si donator de pignor.* si det fideiussorem de manifestanda re coram Iudice proprio Hermosin. *vbi supra*, Et in re mobili, an iudicium possit institui in loco, vbi reperitur contentio est inter Azonem affirmantem, & Vgolinum negantem Alex. 35. *vbi sup. numer. 9.* communem probat partem negantem, sed contrariam sequitur vsuque forensi receptam probet post Sicard. & alios Osuald. *vbi sup. litter. N.*

7 Subnectitur quæstio, an validum sit iudicium ab actore institutum citato tantum procuratore aduersarij, qui non teneret aliam potestatem, nisi ad exigendum introitus, & pro ipsorum defensione cum amplis clausulis, & validum iudicatum fuisse, testatur D. meus *numer. 5. & vltim.* quem refert Rouit. *in rubr. pragm. de procurator. numer.* 43. & in simili Reg. Reuerter. *decis.* 574. tradit validum fuisse iudicium institutum contra procuratorem, qui mandatum habebat ad agendum, exigendum, & gubernandum, ex eo quod habens potestatem exigendi maiorem habet potestatem, quam qui habet agendi, nam in primo casu etiam à spontè soluente potest solutionem recipere, secus in secundo Bart. & alij *in l. hoc iure. ff. de solut.*

In contrarium adducitur, quod distinguendum
8 est in procuratore actoris, & rei, nam procurator actoris, quando constituitur ad agendum censetur constitutus ad defendendum, *l. mutus, §. pœnam, ff. de procurat.* secus in procuratore rei, qui deputatus ad agendum nunquam censetur constitutus ad defendendum, *textus est in c. constitutus de procurator.* & ibi Barbos. *in collect.* additur nullum fuisse per S. C. declaratum iudicium ab actore institutum, citato tantum aduersarij procuratore, qui aliud non tenebat mandatum, nisi ad exigendum, hinc Reg. de Marin. *in obseru.* ad Reuerter. *vbi sup. numer.* 1. satis dubitat tam de Reuert. quam D. mei decisionibus, probans mandatum hic non fuisse sufficienter pro validitate iudicij.

9 Notandum erit, quod si ciues habeant aliquod priuilegium, per quod non cogantur litigare extra Ciuitatem, si reali actione conueniantur in loco, vbi res sita est, ne priuilegium sit inutile, non possunt cogi litigare extra Ciuitatem, & Cancer. *lib. 3. var. cap. 1. numer.* 73. si tamen ciuis reperiatur in loco, vbi res sita est, posset ibi actione reali conueniri, non obstante dispositione dicti priuilegij, prout consuluisse tradit Cancer. *vbi sup. numer. 75. per text. in cap. 1. de priuil. in 6.* vbi ponitur exemptum posse conueniri coram ordinario loci delicti contractus, & rei, si ibi exemptus reperiatur, & priuilegia sunt restringenda, vt quatenus fieri possit minus præiudicetur iurisdictioni ordinariorum, dummodò aliquid operentur, *cap. pastoralis de priuileg. in 6.* ego tamen aliud censeo, quando Ciuitas, vel Capitulum habet priuilegium, vt ciues non possint conueniri alibi, nec ratione delicti, neque rei sitæ, neque contractus, ex quo foro suo tunc renunciare non possunt, nec ratione contractus, nec ratione delicti, ita per Hierony. Porto. ad Molin. *§. alter num. 40. & seq.* Cancer. *vbi sup. n. 76.*

SVMMARIVM.

1 *Frater diues tenetur alere fratrem, & sororem pauperem.*
2 *Nepos ex fratre non tenetur alere patruum.*
3 *Alimentorum præstatio in linea collaterali, non excedit primum gradum.*
4 *Frater, qui tenetur ad alimenta, prouidendo de officijs fratri liberatur.*
5 *Alimenta an debeantur pro hæred. quando defunctus præstabat tantum in vita.*
6 *Hęres patris tenetur ad alimenta filio spurio, adeo, vt onus istud sequatur etiam rem, n. 12.*
7 *Officium paternum in dotando filiam, efficitur fraternum, quod declaratur, n. 13.*

8 *Tatrix*

8 *Tutrix mittendo munera consueta per patrem pupilli, excusatur.*
9 *Hæres ascendentis, si est descendens tenetur ad alimenta ei, non vt hæres, sed ex propria persona, secus si est extraneus, quia tenebitur, vt hæres.*
10 *Alimenta debita per ascendentem descendenti, & contra debentur ratione naturali, & debentur ex bonis, nu. seq.*
11 *Alimenta debita per fratrem fratri debentur iure sanguinis.*
12 *Lex in auth. licet. C. de natur. lib. loquitur in ascendente, & descendente.*

DECISIO CLXXVIII.

Alimenta præstare frater diues fratri egeno licet teneatur, non tamen tenentur nepos, aut pronepos patruo.

De iure tenetur frater diues alere fratrem pauperem *l. qui filium. ff. vbi pub. educ.* quæ lex, 1 † licet loquatur de fratre, quod teneatur alere sororem egenam, procedit etiam in fratre, vt declarat glo. *in l. si quis à liberis §. vtrum. ff. de lib. agnosc.* plenius Alber. *in d. in prin. col. 2. vers. sed an fratre*, vbi etiam Bart. colligit concord. Thes. *in dec. 192. dotium taxa. col. 3. vers. præsupponitur*
2 vbi dicit, Senatum illum ita iudicasse *fol. 166.* † hoc tamen onus alimentorum non extenditur ad nepotem
3 ex fratre, scilicet, vt alat patruum, † non enim porrigitur vltra primum gradum: ita in specie dicit Odoffr. *in l. 2. C. de alend. lib.* de quo meminit, & allegat concord. Lud. Molina *in tract. de iure primogen. lib. 2. c. 15.* & licet dicat audiuisse contrarium iudicatum in quodã supremo conuentu Castellæ, ipse tamen ab ea opinione recedit, & stat regulę, quod hæc præstatio alimentorũ non excedit primum gradum in linea collaterali: eumq; refert, & sequitur Ioan. Garzia, qui pulchra dicit *in tractat. de expen. & melior. capit. 3. col. 2. num. 35. vers. quin. & illud fol. 265. in tract. de nouo impressis, vol. 17.* & ita est intelligenda Theorica Neap. *in consuet. mulier. de dotib. in 1. glo. versus fin. vers. inter eos autem. fol. 52. in antiquis*, dum dicit, in linea collaterali non habere locum debitum bonorum subsidium, hinc est, quod dicebat conuentus in hoc iudicio, quod postquam ipse non modò non est frater, nec nepos, sed pronepos, non tenebatur ad alimentorum præstationem. Dicebat pa-
4 truus magnus, † quod postquam eius frater, in vita ei præstiterat alimenta tamquam diues, imo vt se ab ipsorum alimentorum præstatione liberaret, prouiderat ei de officijs multis, iuxta terminos *l. vnica. §. sed scimus*, vbi Bald. *C. de lati. liber. toll.* de quo meminit Alexand. *in l. alimenta. colum. prima, versic. scias tamen. C. de negot. gest.* & Ioann. Lup. *in repet. cap. per vestras. §. 23. column. 2. versic. ad idem facit, de donat. inter vir. & vxor.* Paris. *in tract. de reintegr. feud. c. vlt. 1. col.* & nouissimè Aluar. Velascus *in suis consulta. in 1. consult. to. 1. vers. & allegatur fol. 20.* vbi cęteros recenset, sicq;
5 † nepos hæres fratris continuauerat pro certo tempore, hic pronepos tamquam hæres tenebitur ad hæc alimenta, iuxta tex. *in d. l. si quis à liberis. §. item rescriptum. ff. de libe. agno.* concurrente ipsius maxima egestate, quem tex. ad hoc allegat Guliel. Bened. *in repet. c. Ray. in ver. dotẽ, quã ei dederat, co. pen. n. 66. vers. de patruo, extr. de test.* & Ias. *in auth. præterea. col. 2. vers. præ-*
6 *terea in nouerca. C. vnde vir, & vx.* † Pro quo etiam facit, quia mortuo patre, qui tenebatur ad alimenta filio spurio, tenebitur etiam eius hæres, *auth. licet. C. de natur. lib.* prosequitur Capic. *dec. 164. in causa Io. Thomasij, 2. col. vers. 2. in eadem causa* & pro hac opinione faciunt d. Neapod *in consuet. si moriatur, in ver.*
7 *& omnia in gl. in vers. ex masculis*, dum dicit, † quod officium, quod erat paternum in dotando filiam, mortuo patre efficitur fraternum, de quo aliàs est dictum.

8 Item quia de iure tutrix, quæ dat munera consueta dari per patrem pupilli, in redditione rationum, non tenetur pupillo, *glo. in cap. cum in plures. §. fin. de adm. tutor.* Dictum fuit pro parte pronepotis, esse standum regulæ supra positæ in eius fauorem, nec obstare tex. *in d. §. rescriptum*, quia loquitur in hærede descendentis, non autem collateralis, ita illum text. declarat
9 *glo. ibi.* dum dicit, † quod si hæres est extraneus, tenebitur vt hæres: sed si essent liberi, vel nepotes, tenebuntur ipsi de propria persona, non quia hæredes, & in patre allegat illum tex. Alber. *in d. l. si quis à liberis 3. col. ver. sed nunquid hær.* Cyn. & Fulg. *in d. l. alimenta*, & Matthes. *in notab. 148. nota, quod istud onus*, & Goffr. *ibi dicit d. § item rescriptum, procedere in hær. de iur. nat. nõ autem de iur. ciuili*, & ita intelligit tex. Ant. Cordu *ibi. in prin.* & est plenè dictum *infra in dec. 283. n. 12.* Casus autem de quo agitur, est diuersus, quia tractatur de dando alimenta collaterali de bonis proprijs collateralis, non autem patris, vel aui communis, & maxima est
10 differentia inter vnum casum, & alium: quia † quando tractatur de dando alimenta ascendenti per descendentem, tenebitur descendens dare auo, vel patri, ex iuris dispositione fundata in ratione naturali, & de iure est prouisum, quod filius, & nepos, & alij descendentes tenentur patri, vel auo alimenta prętare, quemadmodũ ascendentes descendentibus ex linea masculina *l. pen. vbi Bar. ff. eo. tit. de libe. agnosc.* & hoc casu debentur de bonis ascendentis, vt declarat Cyn. *vbi sup.* sed quando tractatur de dando alimenta collaterali, hoc casu non reperitur expressum, nisi in fratre, & sorore egenis ergo ille tex. loquens in descendente, & ascendente
11 non procedit in collaterali, † quia eo mortuo non debentur, nisi mero iure sanguinis, vt declarat Alex. *in d. l. alimenta, in fin.* & non ratione bonorum, quemadmodum in ascendentibus, & descendentibus, secundum Cyn. & alios, supra allegatos. Pręstatio hęc alimentorũ non realis, extinguetur: & hoc modo etiã procedit tex. *in d. auth. licet*, quia loquitur in ascendente, & descen-
12 dente, † & illa præstatio erit realis, quia debetur pro mensura substantiæ defuncti, & sequitur rem ipsam, vt bene declarat ex mente Ludou. de Sardis, Capic. *vbi supra*, vnde non obstat huic conclusioni. Nec etiam obstante. Neapod quia loquitur, quando frater succedit
13 patri, fęmina sorore exclusa, † quia in bonis paternis illud officium, quod erat patris in dotando, transit in fratrem, non autem in bonis proprijs fratrum: imò idẽ Neapod. *in consu. mulier. de dotibus in 1. gl. in fin. vers. sed quid si vnus* dicit, inter existentes in linea collaterali cessare ius alimentorum, quia cessat debitum iure naturę, quod est vt supra intelligendum, vnde ex prædictis dicebatur, hunc pronepotem esse absoluendum, prout fuit absolutus per Sacr. Cons. sub. die 8 Augusti 1578. & quia supra incidenter dictum fuit, quod is, qui tenetur ad alimenta liberatur ex ipsorum præstatione, quando ei prouidetur de officio, vide latè hunc articulum discussum per Ant. de Cordu. *in l. si quis à liberis. §. solent n. 17. cum seq. ff. de lib. agnos.*

ADDITIO D. VISCONTI.

A Num. 1. cum seq. Vide doctiss. Surd. *in tract. de aliment. tit. 1. quæst. 25. & 28.* & satis pulchrè D. Consiliar. Garf. Mastrill. *in dec. 89 n. 29.*

Num. 6. Adde Thesaur. *in decis. 111. vbi sunt ampliationes, & limitationes*, & Viuium *decis. 523. num. 17. 26.*

Num. 7. Vide eumdem Thesaur. *dec. 192. n. 7.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Materia præsentis Decis. ampliatur, vt procedat non solum fauore fratris legitimi, & naturalis, sed etiam naturalis fratris.*

2 *Frater tenetur alere sororem inopem.*
3 *Soror al debet etiam in prima instantia.*
4 *Alimenta debentur à patre filijs, & à fratre fratribus, & sororibus naturalibus, cum ampliationibus, & limitationibus.*
5 *Pater tenetur alere an etiam dotare filiam spuriam.*
6 *Tutor tenetur exigere, aliàs agnoscere bonam fidem.*
7 *Tutor, & curator donare nequeunt.*
8 *Secus in tutore, & curatore principis.*
9 *Et quid in procuratore & negotiorum gestore.*

AD hanc decis. vide aliqua per Ariminum Tepatum, *in lib 2. var. iur. sent. tit. de alimentis praestandis a fratre. fol. 162. co. 4.* Ad hanc etiam *decis.* 178 *n.* 1. adde Paul. Cast *sing.* 5. Bar *in l. 5. §. item rescriptum, ff. de liber. agnoscendis*, Guid. Pap. *quaestione Gratianopolis. 439. n. fi. & Harim. lib. 2. cap. 2. in tit De Alimentis*, & de materia praesentis
1 decis. vide Authorem *decis.* 87. & amplia, non † modò
fauore fratris legitimi, & naturalis, sed etiam natura-
2 lis. Ita Bart. *in d. l. 5. §. verum*, & quod teneatur alere
3 sororem inopem Abb. *cons.* 50. *lib.* 2. & quod † soror
debeat ali etiam in prima instantia, Afflict. *decis.* 10. *et*
seq. De hac decis. latè, & doctissime loquitur Thesau-
rus *decis.* 211. *incip Filio naturali. vbi per* 23. *n... cum*
4 *Regula*, quod † debentur alimenta à patre filijs, & à
fratre fratribus, & sororibus naturalibus, cum duo-
decim ampliationibus, ponit sex limitationes, & ibi est
5 adiectio nouissima. Ad num. 6. quod † pater tenetur
alere, & etiam dotare filiam spuriam *infra decis.* 283.
6 Adde quod † tutor tenetur etiam exigere, aliàs agno-
scere bonam fidem, de Bottis *in l. quoties, ff. de tutelis*.
Vrsillus *decis. immo* Baltrandus dicit vnum notabile,
7 *suo cons.* 80. *incip. ponitur. vol.* 3. quod licet † tutor, &
curator donare non possint, per text. *in l. contra iuris*
reg §. fin ff. de pactis, cum concordantibus, tamen hoc
8 † non procedit in Tutore, vel Curatore principis,
cuius proprium est donare, vt eius dignitas, & magna-
nimitas conseruetur, per tex *in cap. 1. de donation. hocq.*
credo non ignorasse scribentes *in cap. grandi, de supp.*
negl. praelat & Modernos *in l. pactum curatoris, C. de*
9 *pactis.* Ad nu 8 praesentis decisionis 178. quod † dici-
tur in tutore, adde quod habet locum in procuratore, item in negotiorum gestore, Roman. *sing.* 10. *incip. An sicut* Bald. *in cons.* 422. & Alex. *cons.* 118. *nu* 23. *vol.* 5. Dec. *cons.* 442. *incip. Praesens*, idem in commodatario qui relinquens equum in loco solito dimitti per dominum, si occiditur a lupo, vel furto subtrahitur, non tenetur Paul. Castr. *in l. nemo nu. 3. C. de episc. aud.* Item si conceditur officium, intelligitur cum solita mercede, Capic. *dec.* 163. licet non sit dictum, sicut in Aduocato, Medico, Obstetrice, & Nutrice, Andr. de Isern *in c. 1. §. huius generis, ex quib. caus. feud. amittat.* & sic limitatur *l. salarium, C. mandat.* ita Addit. ad Bart. *in l. solutum, §. sed si procurator, ff. de pign. act.*

ADDITIO D. RICII.

OMissa materia alimentorum; quae debentur à patre filio, & econtra, deuenio ad id, quod noster Franchus in hac decisione loquitur, scilicet, quod alimenta praestare tenetur frater diues fratri egeno, non tamen nepos patruo, quare clara est iuris conclusio fratrem teneri alere fratrem, vel sororem, & non tantum fratrem vel sororem, vtrinque coniunctam, sed etiam consanguineam, & vterinam, & etiam naturalem egentem iuxta Bart. *in l. 5. §. verum. ff. de deliber. agnosc.* Alciat. *cons.* 11. *in auth. quib. mod. natur. effic. sui*, & Cephal. *cons.* 498. *n.* 20. imò frater tenetur etiam alere fratrem de patre male meritum, & quod plus est à patre exheredatum Cepol *caut.* 247. *incip. si pater habens*, licet enim filius graue aliquod, & exheredatione dignum delictum in patrem committat, eique propterea alimenta à patre denegari queant, tamen frater iste tenetur, ex sua persona, ita per *l. cum plures §. cum tutor, & l. tutor secundum dignitatem §. fin. ff. de admin. tut.* & ita consulendo tenet Bald. *cons.* 103. *nu.* 3. *vol.* 5. quod consilium absque dubio allegare vbluit Cepol. *in d. caut.* 247. *adducens cons.* 243. idemq; procedere in fratre heretico voluit Panorm. *c. si quis n. 2. extr. de her.* quam sententiam communem esse testatur, & similiter sacerdos etiam ex fructibus, & redditibus Ecclesiasticis suos fratres, & sorores alere tenetur Panorm. *in cap. peruenit num.* 1. Butr. *nu. 2. extr. de arbitr.* Garzias *de expens. & meliorat. c. 3. num.* 36. qui plures DD. authoritates allegat, vt pariter procedit in pupillo, nam aetas non excusat, & ad alendum fratrem astringitur, tex. *in l 1. ff. de tut. & rat. d. Strab. l. qui si iam. ff. vbi pupillus educ. deb.* Alex. *cons.* 54. *num.* 7. *vo.* 2. Item ampliatur, vt etiam ex feudis sorori alimenta debeantur, Fulgol. *cons.* 228. *num.* 3. quia enim ex feudis debetur sorori dos, quemadmodum pertractauit Pistor *in Suefelim. lib. 2. quaest.* 37. multo magis debebuntur alimenta, & nota quod non tantum in dictis casibus frater debet ali sed etiam ipsius vxor, & liberi Gabr. *cons.* 25. *num.* 18. *vol.* 1. *per glos. in l. si quis à liberis §. non tantum verb. caetera quoque. ff. de liber. agnosc.*

Ex supradictis igitur habemus, conclusionem quod frater tenetur alere fratrem, sed aduerto quod non procedit quamdiù ex ascendentibus, vel descendentibus aliquis superest, Apostill. ad Bar. *tract. de alim. sub n.* 15. etiam tantummodo mater Bertrand. *cons.* 318. *volum.* 8. Sard. *in tract. de legitimat. p. 2. num. 13. vers. quarto quaeritur* Bero. *cons.* 186. nam prius debet mater alimenta praestare filiae quam frater. Stephan. Gratian. *discept. for. c* 259. *nu.* 22. *qui citat* Ruin. *cons.* 94. *in fin. nu.* 10. *lib.* 5. quę tamen limitatio restringitur, vt ita demum vera sit, si ascendentes, vel descendentes huic oneri ferendo sint sufficientes, secus si propter inopiam vix sibi ipsis possint prospicere, vt probat Benuenut. *in Sabbat. quaest.* 29. quę restrictio potest iuuari, etiam hoc ratione, quod iste neminem omninò habere videatur *l. nam is ff. de dolo*, & etiam intelligas praedictam nostram conclusionem, quod frater tenetur praestare alimenta, quae ad hanc vitam substentandam regulariter pertinent, non verò ad ea, quae potius ex paterna pietate, quam necessitate à parentibus in filios erogari solent, vt sunt sumptus studiorum Vesembec. *cons.* 80. *n. fi.*

Sed ad ornatum, quando patruus teneatur alimentare nepotem, et contra est omninò videndus Giurba *decis.* 5.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Nepotem ex fratre non teneri alere patruum deciditur, & constabilitur per Mastrill. Barbos. & alios.*
2 *Monter. nuncupatim impugnat D. Praesidem cum Giurb. Mart. & Rot. Rom.*
3 *Autoris distinctio.*
4 *Onus praestandi alimenta an sit reale, & Giurba carpit D. Praesidem.*

1 PAcis nescia est haec decisio propter contradicentes, & pugnantes iudicaturas: disceptatũ fuit, an nepos ex fratre teneatur alere patrũ, & ex Onofr. *in l. 2. §. de alend. liber.* Molin. *de primog. lib. 2 cap.* 15. Garzi. *de expens. c. 2 n.* 35. iudicatum fuit negatiuè, quod onus alimentorum non porrigatur vltra primum gradum, & à D. meo non recedendum esse, strenuè defendit Mastrill. *dec.* 85. Maril.

dec.

dec.90.num.2. Barbos. *in l.1.p.4.nu.142. solut. matrim.* Rot. Rom. 408.p.5. *recentior.* Spino. *de testamen. glos.* 19 *in princ.* ratio est, quia in §. *si quis igitur habens* Auth. *quib. mod. natur. effic. sui, & l.1. ff. de tutel. & ration. distr.* & in aliis iuribus, quibus desumitur ius alimentorum competere non fit extensio vltra fratrem, ergo dissonum videtur extendere ad alios gradus.

2 Partes patrui ex aduerso tutatur Monter. *dec.16. n.38.* vbi nuncupatim increpat hanc decisionem, idem tenent Giurb. *dec.5.* Castill. *de coniect. vltim. volunt. c.62.nu.53.* qui ita iudicatum refert in supremo Castellæ Senatu, & Marta *de iurisd.4.p.cas.23.num.22.* & ita tradit decisum in S. C. & opinionem contra D. meum expresse pluries amplexa est Rot. Rom. *vt in dec.136.* in editis post repertorium Farin. *de vltim. volunt.* & firmat Surd. *de alim. lib.1 q.9. à num.27.* Fachine. *lib.12 controu. c.61.* & conducit, quod tradit Isern. *lib.3. const.* Freder. *de adiutor. exig.* quod vassalli tenentur præstare adiutorium Domino, etiam pro dotanda eius amita, & ita decisum est à Carolo II. de Marin. ad Reuert. *obs.505.num.11.* & si enim expresse non videatur patruus comprehendi legibus, quæ alimenta consignant, ratio tamen ex sanguinis coniunctione æquitate, & charitate alimentorum præstationem inducit, & facit *tex. in c.1. de cohabit. cler. & mulier.* dum prohibet clerico, vt inhabitet cum matre, sorore, & amita, sed habeat in vici loca longè à sua conuersatione, & deinde subdit ibi *eis, quæ sunt necessaria subministret,* quibus verbis ex *lit. text.* constat, clericum alere debere amitam, & gentem suam.

3 In hac quæstione plures censeo distinguendos casus: primus est, quando nepos conuenitur ad alimenta præstanda patruo, vti hæres eius, qui iure tenebatur alimenta præstare, vt quia filius fratris per successionem ingrediatur in locum patris, & frater, qui tenetur alere fratrem, decedat relicto hærede filio, nam hic tenebitur vti hæres patris suppeditare alimenta patruo, & in hoc casu loquuntur Surd. *vbi sup. num.1.* Fachin. & Giurb. *dec.5.num.14.* ibi quod à Io. Platamone patre vniuersalis heres institutus sit nepos, & iterum bonorum paternorum hæres, cum vna sit cum defuncto persona eos alere tenetur, ad quos alendos cogebatur defunctus, ita Larrea *vbi sup. num.21. & 50.* qui probat ex *auth. licet, §. si quis igitur, C. de natural. liber.* Giurb. *in decis. 5.* & 6. Cancer. *variar. p.3.c.21.nu.223.*

Alter casus est, si agitur, num teneatur nepos alere patruum, & tunc negantem opinionem cum D. meo pleno calamo constabilit Larrea *disp 47. per totum,* qui sigillatim occurrit contrarijs, & constituit aliquod discrimen, quando agitur de patruo, vt alat nepotem, quia descendit amor, & non ascendit, vt *nu.50.* & procedit securè, quando patruus habet filios, & necessariæ sunt diuitiæ, tunc enim non est adigendus ad alimentorum prouisionem, ita è contra si nepos haberet filios, nec tenetur alere patruum, quamuis paucos filios habeat, si alios procreaturum sperat, in quo videndus Monter. *vbi sup.* à cuius opinione in iudicando non discederem, si nepos non haberet filios.

4 Onus præstandi alimenta descendentibus esse reale asserit D. meus *nu.12.* in quo carpitur à Giurb. *dec.5.nu.46.* firmans non esseverum onus alendi liberos esse reale, quia pro alimentis filio debitis non competit tacita hypotheca, nisi fuerint à patre relicta vel pro eis fuerint certa assignata bona Gratian. *discept.366.nu.13.* & Giurb. *n.46.* rationem assignat, nam si pater erat obligatus personaliter ad alendum, ita eius hæres, Barbat. *de assist. glos.12.nu.104.* & quidquid inuoluat Dom. meus hic idem etiam tenet dec.686.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei iudicatæ transit in beneficium hæredis, & in eius damnum.*

2 *Actus gestus cum defuncto, operatur in beneficium hæredum, etsi expressè non dicatur.*

3 *Priuilegium continens exceptionem dilatoriam, non transit ad hæredes.*

4 *Creditores omnes ex dilatione quinquennali commodum consequuntur, cum non lædantur, nisi in tempore, quæ læsio in modico consistit.*

5 *Dilatione quinquennali concessa ad instantiam maioris partis creditorum debitori, ipso mortuo infra dilationem, non debent cogi creditores ad ipsum quinquennium expectandum, quia hæres debitoris, cum beneficium, l. non potest esse in damno, sed potius in lucro, & num.8. vbi etiam quid in simplici hærede.*

6 *Fructus augent hæreditates.*

7 *Suspectus redditur quis in gerendo se contra voluntatem Domini.*

8 *Bona fides non arguitur, si fiunt ea, quæ vero similiter fieri non debent, imo faciunt indicium contra facientem.*

9 *Creditorum maior pars non potest cogere alios ad concurrendum in concedenda dilatione quinquennalem debitori, in persona tantum, & non in bonis.*

10 *Cessio bonorum, vel dilatio quinquennalis, impetrari non potest contra Neapolitanos, pro pensionibus domorum, ex gratia speciali eis concessa, quæ habet locum etiam in omnibus alijs casibus, in quibus, de iure communi maior pars creditorum dilationem concedere potest, cum num. seq.*

DECISIO CLXXIX.

Dilatio quinquennalis debitori concessa, eius hæredibus cum beneficio leg. & inuentarij, non competit, sed statim conueniri possunt.

Concessa dilatione quinquennali per sententiam Sacri Consilij ad instantiam maioris partis creditorum cuidam debitori, mortuus fuit debitor infra tempus quinquenij, superstitibus filijs, qui adierunt hæreditatem patris, cum beneficio legis, & inuentarii: Creditores non concurrentes instant ad præsens pro solutione quantitatum eis debitarum super bonis hæreditariis, excipiunt filii, & hæredes, vt sup. ipsis obstare exceptionem rei iudi-
1 catæ, quia non est dubium de iure, † exceptionem rei iudicatæ obstare hæredi, & contra hæredem. *l. si à te. §. Iulia. & l. except. si mater. §. eandem, ff. de excep. rei iud.* &
2 etiam de iure est clarum, † factum cum defuncto operari respectu hæredum, *l. si pactum. ff. de prob.* etiam quod expressè non dicatur. Pro creditoribus diceba-
3 tur † hoc priuilegium continere exceptionem dilatoriam, ideoq; ad hæredem non transire, vt in simili materia dicit Bar. *in l. quia tale. ff. sol. matr.* & melius Imol. *in l. maritum. eo. tit.* Item dicebant creditores, hanc dilationem ea ratione fuisse concessam debitori, ne in carceribus moreretur, & vt infra hoc tempus potuisset
4 acquirere, vel quæsita augere, † ex qua acquisitione creditores omnes commodum consequebantur, & non lædebantur creditores conuenti, nisi in tempore, quæ læsio in modico consistit, vt dicit glo. *in l. fin. C. qui bo. ced. poss.* quia elapso tempore poterat procedi facere ad venditionem bonorum, & capturam personæ, quod cessabat mortuo principali, quia hæres cum beneficio legis, & inuentarij non tenebitur, nisi quatenus vires
5 hæreditatis suppetent. *l. fi. C. de iur. delib.* † & postquam hic hæres non potest esse in damno non debent creditores cogi ad expectandum, quinquennium, ex quo certum est, ipsos in nihilo posse releuari, & hæredes cum beneficio inuentarij, quod nec etiam debent esse in lucro, ex hac dilatione lucrifacient, licet. n. fru-
6 ctus, qui interim percipientur, augeant hæreditatem, de quibus heres tenebitur reddere rationem; nihilominus, vt quotidie videmus maxima requiritur discussio

scussio in ipsorum probationem, & liquidationem, ex qua creditores læduntur, & litibus, & expensis vexantur, & hæres commodum percipiet, saltem ex vsu horum fructuum in perniciem creditorum: vnde dicebatur quod postquam cessabat ratio carcerationis, & augmenti patrimonii, debet etiam cessare dilatio. Et nouissimè dicebatur, hanc prætensionem hæredis habere in se aliquid fraudis occultæ, si enim ipse ex detentione bonorum hæreditatis aliquid secundum rectitudinem, lucrari non potest hæres, quia omnia erunt restituenda creditoribus ad quid vult vti dilatione prædicta ei in aliquo non vtili, imo damnosa, dum vult se exponere periculo redditionis rationum, & amissionis, seu diminutionis fructuum, & constituere se actorem aliorum sine salario, & contra eorum voluntatem? † eo enim ipso, quod quis se ingerit contra

7 voluntatem Domini, redditur suspectus, *l. qua omnia. ff de proc. c. bigio. in ver. suspectus, allegat concord.* Insuper † quando fiunt ea, quæ verisimiliter fieri non

8 debent; si fiunt, arguunt non bonam fidem, & sunt indicia contra facientem, ut in simili dicit Paris. *in tract. de sindic. in verf. tortura. in fin.* & alleg. concor. Blanc. *in rep. l. fi. in verf. ex verbis indicia. verf. solicitatus, fol. 28. à terg. ff. de q.* & ex prædictis Sacrum Consilium iudicauit contra hæredem cum beneficio legis, & inuentarii, quando enim esset hæres insolidum non fuit discussum, tanquam non necessarium, & quia, ut vnus ex dominis, non est verosimile, quòd quis adeat simpliciter hæreditatem eius, qui moritur; pendente dilatione quinquennali, & concessa, quæ nisi oneratis debitis conceditur.

Et postquam istarum dilationum quinquennalium quotidie Sacrum Consilium habet molestias, nolo omittere aliud, de quo aliàs in Sacro Consilio non dubitabatur, quia maior pars creditorum anteriorum concurrebat ad concedendum dilationem quinquennalem debitori, in persona tantum, & non in bonis, tamen postea, discusso negotio causa creditorũ Raimundi de Cordes, me referente, fuit decisum, † istos

9 creditores non posse cogere alios ad concurrendũ in concessione dilationis modo, quo supra, ex quo anteriores creditores, pendente dilatione concessa, ad eorum, vel posteriorum instãtiam, poterat fieri vẽditio, bonorum debitoris, & ipsi recipiebant pretium bonorum hæreditariorum, tamquam anteriores, & sic nullum damnum sentiebant, cum in effectu per receptionem prædictam ipsi nõ remanebant creditores, sed tantum remanebant creditores ij, qui posteriori tempore contraxerũt, & ideo non erat par omnium creditorum fortuna, quia re ipsa, dilatio tendebat contra posteriores, non autem contra anteriores, quib. de bonis debitoris pendente dilatione satisfiebat, & res deueniebat ad causam, à qua incipere non poterat. Itẽ quia ex venditione bonorum cessabat quasi spes acquirendi, in qua etiam fundata est concessio dictæ dilationis. Et hic casus accidit in causa creditorum anteriorũ, & hypothecariorum Herculis Mormilis cũ Io: Antonio Naue creditore posteriore hypothecario, & relata causa per dominum Ferdinãdum Fornarium in aula, in qua ipse residebat, fuit facta aliqua dubitatio, & sic fuerunt vniti D. Consiliarij duarum aularum, cum quibus ego eram, & deinde causa plenè discussa dubitatio prædicta fuit visa indubitabilis, vnde dictis Consiliarijs iunctis die 23. Iunii 1581. fuit decisum maiorem partem creditorũ concurrentium anteriorum non posse cogere dictũ Io. Antonium Naue posteriorẽ ad concurrendum in persona tantum in dilatione, quinquennali petita in beneficium dicti Herculis. Caro Actuario, quæ notanda sũt, quia bis decisa videtur, quod amplius nõ possint in dubio refricari, & pro hac opinione faciunt relata supra *in decis. 82. nu. 5. & in fin.* Nec omittam aliud, † quod

10 licet per gratiam Neapolitanis concessam, non possit contra Neapolitanos pro pẽsionibus impetrari à Principe aliqua dilatio, nec fieri cessio bonorũ, vt per literas Regis Federici, editas anno 1499. Et dum fuisset dubitatum, an gratia prædicta locum haberet, etiam in ca-

11 su *d. l. C. qui bon. ced. poss.* † & in aliis casibus, in quibus de iure communi maior pars creditorum hoc facere posset, & videretur, quod repugnarent verba capituli, ibi: *Perche molti s'hanno impetrato, & impetrano da noi*: nihilominus dictum fuit gratiam prædictam, etiam habere locum in casibus prædictis, ex glo. *1. in d. l. fin.* ibi dum dicit, vel ab alio iudice, quia expressio in c. prædicto facta fuit de iis, quæ communiter accidebant. Roppulo Actuario, die 21. Iulij 1572. In causa fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, cum Carolo Antonio de Lisa.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 3. Vide Brun. *in tractat. de cessio. bonor. in 9. q. principali num. 4. &* congesta per Carauit. *in Ritu 287* & Muscatell. *de fideiussor. q. 9.*

Sub num. 8. allegatur Paris, & Blanc. Adde Farinac. *in tit. de inditys, & tortu. q. 52. nu. 93.*

Num. 10. 11. Adde Carauit. vbi supra in fin. Modern. Neap. *in prax. liquid. Instrum. 4. consid. nu. 66. in fi. fol. 59. in paruis vbi alleg.* hoc decretum Sac. Cons. de quo in hac decis. Rouitum *in prag. 1. de cess. bonor. in princ.* Licet Muscatell. *in loco supracitato num. 20. aliter sentiat.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Pactum quod bonis cedi non possit, an valeat.*
2 *Cessio quando prosit debitori.*
3 *Debitor fugitiuus an gaudeat cessione bonorum.*
4 *An possit imponi collecta.*
5 *Vniuersitas an cedat bonis.*
6 *Banniti, & deportati an cedant bonis.*
7 *Cessio non admittitur in causa descendente ex delicto.*
8 *Renunciari an possit huic cessioni cum iuramento.*
9 *Dilatio quinquennalis an comprehendat causam dotis.*
10 *Debitorem cedentem bonis, an creditores cogere possint ad petendam dilationem vulgo quinquennalem ne bonis cedat.*
11 *Negans debitum, & postea confitens, an admittatur ad cessionis bonorum beneficium.*
12 *Cessio debitoris an prosit fideiussori.*
13 *Quid si debitor perueniat ad pinguiorem fortunam, vel crearetur Episcopus, an teneatur ad debita extinguenda de iure communi.*
14 *Quid si cessio fiat cum ignominia.*
15 *Dilatio concessa debitori an prosit hæredibus cum beneficio Legis, & Inuentarij.*
16 *Maior pars creditorum, an possit cogere minorem, ex causa dotis, ad concedendum dilationem.*
17 *Creditor an impediat bonorum cessionem debitori, si debitor non fuit vsus, nec acceptauit dilationem.*
18 *An semper maior pars cogat minorem, ad concedendam dilationem debitori.*
19 *Creditor vnus non cogit alium circa dilationem quinquennalem concedendam in personam tantum, sed benè circa personam, & res.*
20 *Cessio bonorum, non fit contra Neapolitanos.*
21 *Item cessat, si aliquis sub specie cessionis debita contrahit.*
22 *Falliti, & decocti, an cedant bonis.*
23 *Item, nec qui tempore contractus se diuitem dolose simulauit.*
25 *Quid si creditor est debitore pauperior.*
26 *Delinquens an cedat bonis.*

1 AD hanc decisionem adde, an † valeat pactũ quod cedi bonis non possit. Doctor. *in l. alia, §. eleganter. ff. solut. matr. & in l. 1. C. de cessione bonor.* Socinus *reg. 270. pactum,* & quando

2 † quando debitori cessio prosit Socin. *reg 49 aliàs 46.*
3 & Benuad. *reg.* 20. ân † debitor fugitiuus gaudeat
4 cessione bonorum. Boer. *decis.* 215. quod non an †
possit imponi collecta. Ias. *in l.* 2. *numer.* 26. *C. de iure*
5 *emphyteutico.* † An Vniuersitas cedat bonis, Afflict.
6 *in Constitut. Sup incisionibus num.* 34. & † Bannitus,
seu deportatus non cedit bonis, *l.* 2. *ff. de sent. passis, & restitutis*, & ita Rom. *Singul.* 212 Sed additio ad ip-
7 sum tenet contra. Item † cessio non admittitur in
8 causa dependente ex delicto. Diaz. *Reg.* 14. An † pos-
sit huic beneficio cum iuramento renunciari. Vital. *de Clausulis, verbo bis peractis*, & Campania *in Extrauaganti. De vita, & honestate Clericorum, vers. priuil. num.* 133. Felin. *in cap si diligenti, num.* 3. *de foro compet* Cotta 1. *Memorab. suis, verb solit.* De materia vide Matthesi. *in Sing. suis verbo cessio.* Suarez *tit. des los gouiernos*, & Iacob. Menoch. *De arbitrar. li.* 1. *q.* 90.
9 *num.* 13. *& Casu* 183. Adde omninò de † dilatione
quinquennali, quod non comprehendit causam dotis
10 infra Præsid. *decis.* 219. *n.* 2. & quod † si debitor vult
cedere bonis, quod creditores non possint ipsum cogere ad petendam moratoriam, & dilationem quinquennalem. Idem Præsidens *decis.* 251, *nu.* 2. si vero debitor gauisus est moratoria, quod non possit cedere
11 bonis, ibidem etiam decidit, An † negans debitum, &
postea confitens, admittatur ad cessionem bonorum. Afflict. *decis.* 379. quod sic, ex æquitate, licet iura sint in
12 contrarium. † An cessio debitoris prosit fideiussori.
13 Guid. Pap. *decis.* 211. † Quid si debitor peruenit ad pinguiorem fortunam, vel efficitur episcopus, an teneatur ad debita de iure communi Bald. *cons.* 108. *vol.* 2. Quid
14 si debitum est iuratum Bald. *in l.* 1. *C. de cess. bon.* †
Quid si facta est cum ignominia. Guid Papa *decis.* 343. *alia* Guid. Pap. *in cons.* 124. Ad. *nu.* 6. adde omninò de hoc dicto Viuium *decis.* 8. *nu.* 6 Ad *num* 8. in verbo ex
15 prædictis, adde omninò, quòd † dilatio concessa debi-
tori non procedat in beneficium hæredum cum benefi-
16 cio legis, & Inuentarij, & † quod maior pars credito-
rum non possit cogere minorem ex causa dotis, *vide*
17 *infra decis.* 219. & quòd † creditor non possit impedire cessionem bonorum debitori, si debitor non fuit vsus, nec acceptauit dilationem, est *decis. infra* 251. secùs si acceptauit, & fuit vsus, quia tunc tollitur electio debitori, & datur creditori dandi dilationem, vt debitor
18 non cedat, vt ibi notatur, & an sit † vera ista Concl.
semper quod maior pars cogit minorem ad concedendam dilationem debitori, Bar. *in l* 4. §. *Cato, de verb. oblig. in l. & sunm*, §. *fin. ff. de pactis*, Felin. *in cap. cum*
19 *omnes, num* 19. *de Constit.* Ad istam decis. quod † vnus
creditor non cogat alium ad concurrendum circa dilationem quinquennalem concedendam in personam tantum, sed circa personam, & res, adde tu omninò doctissimum Consiliarium Rouitum, & Ioa. Franc. Scaglionum *in Pragmatica de Cessione bonorum do-*
20 *ctissimè scribentes.* Ad nu. 10. adde, † quod cessio bo-
21 norum non fiat contra Neapolit & nec † locum habet
si aliquis sub spe cessionem faciendi, debita contrahit, si hoc probatur, Ang. *in l. is qui bonis, ff. de cess. bon.* Gui-
22 lielm. de Bened. *in c. Raynutius, l.* 1. *nu.* 115. † Item fal-
liti, siue decocti non cedunt bonis. Caccialup *de debito-*
23 *re sup. q.* 1. Paris. *cons.* 92. *volu.* 1. nec † cedit bonis is qui
tempore contractus dolose se diuitem asseruit hoc pro-
24 bato. Ias. *in l. si arbitro, num.* 5 *ff. qui satisd. cog.* An †
debitor fisci cedat bonis contra fiscum, Andr. *in tit. quæ*
25 *sint regalia, verbo condemnatus.* † Quid si creditor
pauperior est debitore, Couar. *lib. resolut.* 2. *cap.* 1. Barb.
26 *in c. Odoardus, de solutionibus*, & vide † an delinquens
possit cedere bonis, Præsid. *infra* 3. *vol. sua decis.* 503. Et dec. *Odoardus*. Brun. *de Cessione bonor. quæst.* 8. & *Pract. vtriusque Signaturæ latissimè.* Adde ad materiam dilationis quinquennalis, Afflict. *decis.* 288 & Doct. *in l. maiorem ff. de pact. & in l.* 1. *C. qui bon. ced. poss.* & quod gratia concessa Neapolitanis, extendatur etiam aduersus dilationes ex concursu creditorum, iuxta l. & maiorem, Annam *Sing.* 101. vide etiam notata per Authorem *decis.* 81. & 151.

ADDITIO D. RICII.

Dilatio quinquennalis debitori concessa eius hæredibus cum beneficio legis, & inuentarij nō competit, sed statim conueniri possunt, hoc dicit. Aduerte, quod sicut non prodest hæredibus, ita nec etiam fideiussoribus, nisi reus compareret in iudicio, & acciperet defensionem fideiussoris opponendo de priuilegio sibi concesso; tunc enim ipse principalis comparendo, & sumendo defensionem pro fideiussore faceret cum huiusmodi inducijs quinquennalibus gaudere, & ita extitisse iudicatum in Sacro Regio consilio refert Vrsil. *decis.* 188. *sub num.* 1. *cum citat* Viuius *comm. opin. opin.* 176. *sub num.* 6. *versicul. sed hoc fallit*, licet contrarium postea vidi obseruatum in anno 1631. nec procedit in debitis fiscalibus, nec facta carceratione, vt pluries obtinuisse ait Capiblanc. *in pragm.* 8. *sub num.* 145. *versicul. et procedit de Baronibus.* In materia omninò videndus est Ioannes Maria Nouarius *in collect. dec. ad pragm.* 1. *sub Rubrica de cessione bonorum*, quia vtilia reperies.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Dilationem quinquennalem non prodesse hæredi beneficiario decisio firmat, & confirmatur.*
2 *Muscatellus addubitat, & conuenit Apicella.*
3 *Quid in hærede simplici.*
4 *Hæres cum inuentario an teneatur reddere rationem de fructibus.*

1 Lacessitur à pluribus in præsenti decisione D. meus, qui format primam quæstionem, an beneficium dilationis quinquennalis prosit hæredi cum beneficio legis, & inuentarij, & negatiuè decisum testatur, quia huiusmodi hæres non potest esse in damno, nec etiam debet esse in lucro, fructus interim percipiendo, de quibus & si teneretur reddere rationem, creditores læduntur in probatione ipsorum, & præterea dilatio cùm sit concessa debitori, nè in carceribus moriatur, hæc ratio cessat in hærede, & eamdem opinionem tenent Gras. *de except. nu.* 47. *except.* 32. & in dilatione data ob incendium Montis Vesuuij ita decisum testatur Thor. *p.* 3. *verb. hæres* cum beneficio legis & inuentarij, & cum D. meo tenet Merolli. *tom.* 3. *theolog. moral. disp.* 6. *c.* 8. *numer.* 321. ex eo quod hoc beneficium dicitur potius iniquum, *l. si quis iniquum, ff. quod quisque iuris.*

2 Dubitabat de hac decisione Muscatell. *in prax. p.* 4. *glos. petendo num* 22. qui existimauit beneficium dilationis quinquennalis prodesse hæredi cum beneficio legis, & inuentarij, & mouetur ex *dec.* Afflict. 288. *nu.* 3. vbi dixit, hæredi esse concedendam dilationem, ergo concessa defuncto debet opitulari hæredi, & retorquet rationes hic allatas, & pro hærede tenet Apicella *de dilat. quinquenn. tit.* 2. *num* 136. verum in praxi non recederem à prima opinione.

3 Tangitur quæstio in hærede simplici, an huic suffragetur dilatio concessa defuncto, & D. meus *num.* 8. nihil dicit decisum, sed ex ratione quam adducit, tenendum videtur pro hærede, dum hoc casu est in damno, sed contrarium tenent Apicell. *tit.* 2. *nu.* 14. Paschal. *de patr. pot. p* 2. *c.* 9. *nu.* 66. Carauita *rit.* 287. & vtramq; opinio-

opinionem probabilem existimat Merol. *vbi sup. numero 296.*

Dilationem quinquennalem ex iniustitia quod non admittatur contra Neapolitanos decisum refertur hic. *in fin.* & comprobat Thor. *ver. dilatio quinquennalis p.1.* sed contrarium practicari tradit D.Rocch. *notab. 64. de decoll. mercat.* & in priuilegio Brundusino pro debitore refert decisum Thor. *ver. priuilegium p.2.* & cessionem bonorum cum ignominia admitti contra Neapolitanos probat Thor. ver. Neapolitani Ciues *p.3.* vbi etiam quod visitari potest carceratus pro eo quod debet Neapolitano.

4 Suboritur dubium, an hæres cum beneficio legis, & inuentarij teneatur creditoribus defuncti reddere rationem fructuum à se perceptorum à tempore mortis debitoris, & Salgad *in laber. creditor. p.2.c 1.nu.62.* ex traditis hic *nu.6.* affirmat de fructibus perceptis post instantiam creditorum, & Rota *dec.304.p.5.recentior. & dec. 2. par.6. recentior.* affirmat quando creditores erant ante fructuum perceptionem detecti, vel hæres sciebat illos extare, si autem ignorabat, bonam fidem suffragari, dixit Rota *decis.13.p.6. recennor.* Surd. *dec.91.* sed videndus Merlin. *de pignor. lib.2.q.66.per tot.* & dicam iterum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus potest inducere vxorem, vt ipsum hæredem instituat, nisi minæ, ac verbera præcesserint, vel dolo versatus fuerit, quod ex pluribus arguitur quos vide cum nu seq.*

3 *L.fi.C.si quis aliquem test. prohib. non procedit, concurrēte imbecillitate mulieris testatricis existētis sub regimine viri potentis, & dispositione intempestiua omnium bonorum in beneficium viri.*

4 *Dolus non præsumitur, nisi probetur.*

5 *Probatio per coniecturas, & indicia admittitur, quando res de sui natura, est difficilis probationis.*

6 *Dolus ex coniecturis probetur.*

DECISIO CLXXX.

Testamentum vxoris factum ad instantiam viri instituti in eo, tenet nisi dolus, minæ, verbera, vel alia iusta causa interueniat cum infirmādi.

1 MAritum † posse inducere vxorem ad testamentum condendum in eius beneficium, non dubitatur, ex dispositione tex. *in l. fi.C. si quis aliquem testari prob.* non tamen procedit ille tex. illatis per prius minis, vel verberibus, ita Cor. *ibi*, *vel concurrente dolo* secundum Ang. ibi quem refert, & seq Afft. *dec.69.* & Dec. *in cons.489. in casu.3.col. vers. solum superest* Guliel. Ben. *in rep. c. Raynutius, in ver. condidit, il 2.nu.25. de testa.* & propterea, cum in quadam causa, in qua vxor virum instituerat in summa ducato. sex mille, & plus † fuisset 2 oppositum de tex. *in d.l. fin.* fuit contra virum decisum, concurrentibus subscriptis dolum arguentibus, videlicet iactantia viri, in primo anno nuptiarum, quod extra Regnum accedere volebat, repugnantia vxoris. Discordia inter eos, ex hoc orta, sedata postea tempore quo vir, & vxor, cum procuratore viri intus quandam aulam, de die visi sunt ingredi, immatura scriptura testamenti, manu eiusdem vxoris, modico tempore post matrimonium contractum, & tempore, quo non de morte, sed de letitia tractare debebant, dictatura scripturæ prædictæ, non mulieris, sed docti viri, causa non concurrente, imò cessante, ad viri instigationem discessit à Ciuitate Neapolis, post scripturam prædictam tempore æstiuo adhuc valetudinaria existente vxore, & præter peritorum medicorum consilium, accessu, ad propriam patriam viri non boni aeris, ac tardato, vel denegato nuncio ad matrem, & fratres, de vxoris infirmitate, quos quotidie vxor quærebat, prædicta scriptura testamenti, quam in eodem testamento vxor dicit, mensib. præteritis per eam confecti, stipulata parum ante mortem, & viro, quamuis infirmo, potenti in patria, nunquam cum eius consanguineis ab eadem aula recedente, & muliere absque aliquo de suis, extra proprios lares existente sub viri regimine. Et pro hac opinione fuerunt allegata dicta addentium ad d.consiliū Decij.489. *quę considerat* Menoch. *cons.45.respon.1.* 3 *volu.nu.35.ver.non obstat.* † qui concurrentibus subscriptis tantum, scilicet imbecillitate mulieris, existentia sub regimine viri, ac ipsius viri potentia, & dispositione intēpestiua omnium bonorum in beneficium viri, tenēt dispositionem *tex d.l fi.* non procedere, prout, etiam concurrentibus alijs dicit consuluisse Hercul *in l. si mihi, & tibi. §. in lega.5.col.vers.2.lim.ff.de leg.1.* & quamuis prętenderetur aliqua ex prędictis nō esse bene 4 probata, dolumq; † non pręsumi. *l. merito. ff. pro soc.* nihilominus, stante in præsenti casu, difficultate proba- 5 tionū, † quia prędicta omnia, seu maior pars, gesta erant in domo viri, in qua nō aderant, nisi eius consanguinei, & familiares, & indiscreta dispositione Sacrum Consilium credidit his probationib. ex congestis per Ias. *in l. si quis ex argentarys, §. prætor ait. ff. de eden.* etiam 6 † quia dolus ex coniecturis probatur *l. dolum, C. de do.* congerit concord. Boer. *dec.101. per totum, in 1. par.* quæ coniecturę, ex prædictis, magnæ erāt in præsenti causa, decisa die 17.Iun.1578. Dominio de Bottis Commissario. Caro Actuario, et deinde dum esset reclamatum, fuit sententia prędicta confirmata in Regio Collaterali Consilio.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.1. *ibi dolo.* Adde Menoch. qui idem tenet *in tract. de arbitr. iud. casu 395. num.33. & iterum cons.45. hic alleg.* Vrsill. *in decis. Afft.69.n.10.* Marcell. Calà *de modo artic. num.663. fol.147. à ter.* Adde Iacob. Menoch. *in addit. nouis ad casum prædictum*, vbi meminit de hac decis. & omnino Capriol. *siue alium in tract. de successiōn. fol 271.*

Vide Gabriel. *consil.99.vol.1.*

Adde quod testamentum dicitur mente conditum ex molestijs, & minis in grauiter ægrotante Afft. *in d. decis.* Menoch. *in d. casu num 41 & iterum in tract. de præsumpt. lib.4.cap.12.* & omninò Mart post hæc per multum tempus impress. *in voto 198. num.8. & seq.* & quæ coniecturæ sufficiant ad probandum testatorem fuisse inductum persuasionibus dolosis ad testandum, Vide Menoch. *in addit. suis ad casum prædictum numer.9.*

Qua pœna puniatur prohibens aliquem testari; Vide Plot. *in l. si quando §.45.C. vnde vi.* Clar. *in § falsum ver. prohibens aliquem testari*, & quæ est practica, & modus querelæ instituendæ contra prohibentem aliquem, vt ne testetur, vt Card. Paris. *in cons.67. volum. 3. & alios quos alleg.* Baiar. *ad Clar. num.226. vbi num. 227.* dicit quod grauissimè peccat cum obligatione restituendi, & perdendi hæreditatem, alleg. Nauarr. *in Manuali Confessor. c.26. nu.36.*

Num.4.6. Vide omninò Menoch. *post alios de præsump. lib.5.c.3.à nu.14.cum seqq.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Dolus nunquam intelligitur exclusus etiam à Statuto.*

2 *Dolus an præsumatur.*

3 *Dolus quomodo probetur.*

4 *Doli præsumptio quibus coniecturis excludatur.*

5 *Inter alias non est modica præsentia iudicis.*

6 *Consanguineorum præsentia quando excludatur.*

7 *Institutio, & substitutio quando dicantur captatoria, remissiuè.*

8 *Mari-*

8 *Maritus licèt inducat vxorem blanditijs ad se instituendum, testamentum tamen huiusmodi reuocatur, si in primo testamento institutus est aliquis.*
9 *Dolus sicut probatur coniecturis, & indicijs, sic etiam excluditur.*

1 AD istam decis. tractantem de dolo, adde tu, quod † dolus numquam intelligitur exclusus, vnde stante Statuto excludente omnes exceptiones, exceptio doli non intelligitur
2 exclusa. Marsil. *Sing.96.* Berous *quæst 61. num.1.* † An autem dolus præsumatur, quod non, est tex. *in l. quoties, §. qui dolo ff. de probat.* latissime Mascardus *de Pro-*
3 *bat. Conclus.531.* sed † quomodo probetur, ipse Mascardus *Conclus.530* Ozasc. *decis.116. num.8.* Ioseph.
4 Ludouicus, *decis.18 num.53.* † & quibus coniecturis doli præsumptio excludatur. Decius *consil.106. num.*
5 *26.* † sed inter alia, primo excluditur per præsentiam Iudicis, vt dicit Borrel. *consil.10. num.4.* & Cotta *in*
6 *Memorabilibus in verbo, Iudicis præsentia*: † secundo, excluditur præsentia consanguineorum, Caualcanus *de tutore, nu 111.* & Granuccius *Theoremate finali*, de alijs vide Crass. *in tract. De exceptionibus, Exceptione 22.* De hac decis. Præsidentis meminit in expresso, & firmat Arisminus *in tract. de Varijs iuris sententijs, lib.2. titul. de inutilibus dispositionibus circa vltimas voluntates, fol.341. col.2. in fine, versic. maritus, &*
7 de † captatoria institutione, & substitutione, & quãdo dicantur captatoriæ, & quando non, vide omnino Petrum Surdum *decis. Mantuæ 98. incip. Non esse.* & Durant. *de arte testand. in cap.3. in titul. si quis aliquem testari prohibuit*, & omninò Petrum Gregorium *in Syntagmata iuris par.3. lib.39. cap.9.* Adde etiam ad
8 hanc decis. Hippol. *Sing.527.* vbi † quod licet maritus possit inducere vxorem blanditijs, ad se instituendum, tamen testamentum tale reuocatur, si aliquis in 1. testamento est institutus, & sit secundum in beneficium mariti. Ad num.6. adde Boer. q.101. *decis.* Rotæ Ianuens. 168. *num.11. & 13.* Afflict. *decis.69.* Ofascum *decis.111. num.8* Magonium *decis. Lucensi 43. num.5.*
9 vbi quod † sicut indicijs dolus probatur, & coniecturis, sic etiam excluditur. Adde *infra dec.206* vbi dico, & Arisminum *in tract. de Var. iur. sentent. lib.1. titu. de dolo malo, fol. mihi 186. col.4. vers. Dolus*, Magonium, *deci. Florentia 30.* Triuisan. *decis Veneta 4. nu.2.* Surdum *decis. Mantua 202. num.17. & decis.216.* Ad hãc decisionem adde Iason. *cons 31. num.5. volum.1.* Modernos ad Afflict. *decis 69.* Diaz. *Regula 798. verbo, vxori* Borgn. *de tutor, num.279. & seq.* Cephalum *consil. suo 276. num.41. volumi n.2.* Grammat. *cons. Ciuili 26.* Guil. de Benedictis *in verbo, Condidit glo.2. in c. Raimutius, de testament.*

ADDITIO D. RICII.

TEstamentum vxoris factum ad instantiã viri instituti in eo est nullum, si dolus, minæ, verbera vel alia iusta causa interueniat eum infirmandi, hoc dicit Adde Boer. *decis.* 101. Cott *in verbo testatorem*: Grat. *cons. 20. volum.2* Soccin. iun. *consil.156. & 143 volum.2.* Pariũ *cons.67* Aym. *consil.10. & 143.* Ruin. *cons.73. volum.2.* Hippoly. *singul.526* latè Farinac. *in eius praxi criminal. titu. de falsitat. & simulat. contract. quæst.162 numer 78.* & vide *nostram Collectaneam 481.* & vide eundem Hippolytum *in pract. § diligenter num.88.* & scias quod ad probandum tam impedimentum testãdi, quam coactionem duo testes sufficiunt Paris. *cons.67. nu 17. volu.3* relatus per Carauit. *in addit. ad Rub ff. si quis aliquem testari prohibuerit*, adde etiam quod Iudex ex officio potest ire ad domũ infirmi cum testibus, vt libere possit testari *l. cuenit Magistratus ff. de testibus*, & notat de Bott. *in addit. ad Rubr. C. eod. titul. si quis aliquem testar. prohib.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an possit inducere vxorem ad instituendum se hæredem.*
2 *Quid in curatore an possit inducere adultum, & confutatur Paul. de Cast.*
3 *Expenditur decisio contra virum, & declaratur.*
4 *Testamenta huiusmodi, vt plurimum sunt suspecta.*
5 *Recensentur coniecturæ doli, & suspitionis.*

1 BLanda materia de blando sermone mariti inducentis vxorem ad instituendũ se hæredem, an infirmet testamentum vxoris conditum ad postulationem eiusdem mariti, & quod iste potest blando sermone eam inducere, & prouocare ad testamentum condendum in sui beneficium, *textus* est expressus in *l. fin. C. si quis al. quem testar. prohib.* ratio est, quia præsumptus dolus oriens ex reuerentia absque læsione non est sufficiens ad rescindendum actum Thes. *lib.1. q. for.51. num.29.* Faber *C. de eo quod metus causa def.2.* sed in testamento nulla cadit læsio, cum possit ad libitum reuocari Odd. *de restit. in integr. p.2. q.57. art.8.*

2 Vrget in contrarium, quod testamentum adolescentis qui instituit suum curatorem hæredem ad postulationem ipsiusmet curatoris non valere consuluit Paul de Castr. *cons.231 lib.2.* & eum sequuti sunt Petr. Rebuff. *in tit. de donat. glos.3. nu.31.* Cald. Perier. *in l. si curatorem habens, vers. Hunc contractum num.27.* Montan. *de tutel. c.30. nu.79.* & idem metus reuerentialis, qui cadit in vxore respectu viri, cadit in adulto respectu curatoris, imò maior reuerentia respectu viri, Sanchez *de matrim. lib.4. disp.6. q.4* Cancer. *lib.3. variar. c.1. nu.80.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.7. glos.2. p.6. num.2.*

Contrarium verius probant confutato Paulo de Castr. pro validitate testamenti adulti, Guttier. *de tut. p.3. c.14. à nu.13.* D. Hodiern. *lib.1. contron.14.*

3 Nec lædit præsens decisio D. mei per quam fuit annullatum testamentum vxoris, nam in exemplo allato interuenit dolus, & fraus viri, & causæ consideratæ erant grauissimæ, & fuerant deductæ post vxoris mortem eo tempore, quo venientibus ab intestato actio competebat, ita respondet Hodiern. *vbi sup. nu 36.* qui idem firmat si fraus, & dolus interuenerit in testamento adulti instituentis curatoris hæredem, dolus autem probatur coniecturis, & præsumptionibus Hodiern. *vbi sup. num.5.* coniecturæ sunt imbecillitas mulieris existentis sub regimine viri, qui non permittebat tempore quo fiebat testamentum cognatos mulieris ad eam accedere, mariti potentia, & dispositio intempestiua vxoris.

4 Aduertendum tamen est, quod vt plurimum testamenta condita per vxores instituentes viros hæredes sunt suspecta, aliter quod plerumq; fuerunt per S.C. annullata, vt refertur in *alleg.29.* impressa post decisiones Reg. Salernitani, & testamentum conditum ab vxore instituente virum hæredem prætextu, quod ad eius suggestionem conditum, quia promisit concubinam dimittere non valere habetur per exarata per Thor. *ver. testamentum conditum ab vxore par.3.* & multos allegant Addentes ad Dec *cons.293. & 489.* vbi etiam extenditur ad testamentum secundum factum ad preces, & instigationem mariti, quod non tollat primum

mum Amendol. *hic num.* 8. sed Gratian. *discept.* 650. *n.* 5. *&* 6. scribit ista non esse tuta, nam habent locum quando quis dolosè, & per falsas causas induxisset testatorem ad reuocandum quod prius disposuit.

5 Coniecturæ insuper doli ad inualidandum testamentum vxoris in beneficium mariti, vel testantium in fauorem extraneorum desumuntur ex loco, & tempore confectionis testamenti, si testamentum sit conditum occultè, & adhibiti testes alienigenæ, Iason. *conf.* 51. si testator erat sub gubernio hæredis Andreol. *contron.* 15 *nu.* 4. *&* 5. si testator alias dixisset velle reaptare testamentum, & reficere quasi dicat illud non esse secundum suam voluntatem Andreol. *contron.* 15. *cum duabus sequentibus.*

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias, qui se cum patre obligauit, cum possit renunciare beneficio ei tributo ex tit. ff. & C. quod cum eo, vt non conueniatur, nisi in quantum facere potest, an sub generali renunciatione, illud beneficium comprehendatur, & nu.* 9. *vbi testatur de stylo Notariorum Neapolitanorum.*

2 *Renunciationes generales generaliter debent intelligi, & imputandum est paciscentibus.*

3 *Iuramentum operatur, vt quis pracisè teneatur ad obseruantiam eius, quod promisit.*

4 *Renunciationes, quamuis generales, non comprehendunt causam, vel fauorem ortum post obligationem, etiam quod fuerit renunciatum iuribus de futuro.*

5 *Filiusfamil. sui iuris effectus, nouus homo reputatur, & ex iuris subtilitate, olim ad nihilum creditoribus, quib. se obligauit, tenebatur, sed hodie, ex Prætoris prouisione, eatenus tenetur quatenus facere potest.*

6 *Renũciatio generalis, beneficium singulariter concessum non comprehendit.*

7 *Beneficium filiosfam. concessum, vt non teneatur nisi in quantum facere possit, videtur fuisse introductum, miserationis gratia.*

8 *Priuilegium, miserationis gratia, alicui concessum, nõ intelligitur renunciatum, nisi specificè illi renuncietur.*

10 *Renunciationes generales, consuetum est fieri cum parua causa cognitione, & ideò strictè sunt intelligenda.*

11 *Filiusfam. licèt se obligauerit per instrumentum guarentigiæ aduersus quod nihil potest opponi; nihilominus de beneficio ei tributo ex tit. ff quod cum eo, opponi potest, nisi verba statuti dictarent contra exequutionem instrumenti.*

12 *Dispositio omnis intelligitur rebus in eodem statu permanentibus.*

13 *Iuramentum non mutat naturam contractus, super quo interponitur nec obstat beneficium tituli quod cum eo.*

DECISIO CLXXXI.

Renunciatio generalis filij obligantis se cùm patre, an contineat renunciationem beneficij, tit. ff. & l. quod cum eo.

Filiumfamilias, qui se cum patre, obligauit, in cuius beneficium procedit *tit. ff. & C. quod cum eo*, posse renunciare beneficio prædicto, est di-
1 ctum *in decis.* 164. Dubitatum tamen fuit, † an sub generali renunciatione comprehendatur renunciatio beneficij prædicti non facta specifica renuncia-
2 tione. Pro creditoribus dicebatur, † renunciationes in contractibus appositas esse generales, & sic intelligi debere generaliter. *l.* 1. *§. & generaliter, ff. de leg. præstand.* Vnde dicit Bal. *in l. pactum. quod dotali,* 17. *q. C. de collat. & in l. tres fratres. ff. de pact.* debere contrahentes cauere à generalibus renunciationibus, & esse imputandum paciscentibus verbis generalibus. Item
3 dicebatur, in contractibus prædictis filiosfamilias † cũ iuramento promisisse soluere, vnde teneri præcisè ad obseruantiam iuramenti, in forma specifica *l. si pecuniam, vbi gl. de cond. cau. da.* & tanto magis seruari debet, cum seruari possit absq; interitu salutis æternę. Pro filijsfamilias dicebatur per mortem patris, vel emancipationem ipsos fuisse effectos nouos homines, & ex hoc, post instrumenta esse eis ortam nouam exceptionem ex causa non subsistente, tempore contractus, vn-
4 de dicebatur, † renunciationes in instrumentis appositas hanc non comprehendere, ortam post instrumenta etiam quod appareret renunciatum iurib. de futuro, ex dictis per Bar. *in l. qui Romæ. § duo fratres, in* 6. *q. ff. de verb. obl.* cuius dicta, dicit communiter approbari, Alexan. & post eum Aret. de quib. meminit, & sequitur
5 Crot. *ibi. num.* 126. *vers.* 2. *concl.* † Dicebatur etiam pro filijsfamilias, ipsis sui iuris effectis, & sic nouis hominibus, ex iuris ciuilis dispositione, ad nihilum teneri, ex tex. *in l.* 2. *de cap. dimi.* Quodque videntes hoc prætores, ne creditores essent in damno, & similiter ipsi filij noui homines, statuerunt, vtrisq; consulendo, vt non insolidum, nec in nihilo, prout de iure ciuili, sed eatenus tenerentur quatenus facere possent, vt declarat Odoff. *in rub. illius tituli. ff.* Bar. & Pau. de Cast. *in l.* 1.
6 *eo tit. ff. &* Ias. *in l. si pater. ff. de iureiur.* vnde † postquam hoc beneficium sic specifice, & cum maxima causæ cognitione concessum fuit filijsfamilias, hæc renunciatio generalis, hoc beneficium singulariter concessum non comprehendet, exemplo eorum, quæ dicit glo. *in l. Decurionib. C. de silentiarijs, lib.* 12. vbi Bar. *post gl. de* qua meminit, vltra alios, Dec. *conf.* 374. *in causa, col.* 3. *vers. & hoc idem.* Accedat, quod dici po-
7 test, † hoc beneficium fuisse filiisfamilias concessum, miserationis causa, cum filiusfam. se obliget, reuerentia paterna ad solutionem pecunię, de qua nihil ad eũ peruenit, & videtur merus patris fideiussor, vnde nouissime visum fuit ęquum prętori, tollendo rigorem iuris ciuilis, & prioris, iuris prętorii, hanc viam eligere, qua vtrique consulatur, & hoc sic presupposito, suc-
8 cedit alia conclusio, † quod beneficio, seu priuilegio miserationis gratia alicui concesso, non intelligitur renunciatum, nisi in specie, seu in indiuiduo illi renuncietur. *l.* 1. vbi Cyn. *C. quando Imp. inter pup. & viduas* quo argumento vtitur Rom. *conf.* 168. *non est dubium, in materia. l. si vnquam C. de reuo. dona.* facit regula posita tam *in l. doli clausula. ff. de verb. obl.* 9. *quam in*
9 *l. sanctio. ff. de pœnis,* † & non ab re, peritiores Notarii huius fidelissimę Ciuitatis cum consilio peritissimorum Aduocatorum, ab annis hinc quadraginta, vt audiui, hanc renunciationem in specie apponunt in instrumentis, in quib. filiifamilias cum patre se obligant, & audiui, hoc habuisse initium, quod orta super hoc controuersia ex clausulis generalibus, filiifam. fuerunt liberati ab integra solutione. Insuper quotidie vide-
10 mus, † has renunciationes generales consueuisse fieri, cum parua causę cognitione, & propterea strictè (quantum fieri potest) esse intelligendas, secundum Dec. vbi allegat. concor. *in conf.* 351. *viso puncto col.* 2. *vers. quia respondetur,* Dicebatur etiam, quod Paul. de Cast. hoc in specie videbatur decidere, *in l. si filiusfamilias, vers. & per istum tex. eo. tit. ff.* quod cum eo dum
11 dicit, † quod si filiusfam. obliget se per instrumentum guarentigię, quod quamuis statutum dicat, quod contra tale instrumentum nihil possit opponi, quod nihilominus de dicto beneficio opponi potest, quia contra instrumentum nihil objicitur, licet secus esset secundum Bart. *ibi, si statutum diceret contra exequutionem,* vnde stantibus prędictis dicebatur pro filijs familias, non obstare eiusdem generales renunciationes prędictas, quia intelligitur renunciatum illis exceptionibus quę eis competebant, tam tempore contractuum quam post, ex causa subsistente tempore contractus, & non exceptionibus, quę ipsis, tamquam nouis hominibus super-

12 superuenerunt, † si quidem omnis dispositio intelligitur, rebus in eodem statu permanent b. *l. quod Seruius, cum sim. ff. de cond. cau. da.* & ex dictis Bar. *in d. §. duos fratres.* Quinimò dicebatur, ex decisione Romani, vbi
13 supra, requiri specificam renunciationem. † Nec obstat iuramentum, quia illud non mutat naturam contractus, super quo interponitur. *l. si. C. de non num. pec.* Nec auget obligationem, sed addit vinculum religionis, vt voluit Bal. *in l. si procurator, col. 3. ver. & prædicta functa vera, ff. de cond. indeb.* & iuramentum huic exceptioni non obstare, dicit Minadous, *cons. 17. col. pn. versi. non obstat. quod iuramento.* Quæstio hæc accedit in persona Horatij del Tinto, & nõ fuit decisa, nescio ob quam causam, sed ex prædictis veritas apparet.

ADDITIO D. VISCONTI.

A Num. 1. cum seq. Vide Carauit. *in Ritu 166. num. 7 & in pragm. per excellentem, §. 12. numer. 64. & seq. in tit. de Senat. Cons. Maced.* Galter. *in prax inst. f. 25. cum seq.*

Num. 3. Adde Carau. *in Ritu. 166. nu. 56.* Anton. Gab. *in tit. de iure iura. concl. 8* Vide Crauett. *in cons. 13. nu. 1. relatum per decis. Perus. 64. nu. 20.*

Num. 4. Adde D Io. And Georg. qui hunc locum alleg. *in alleg. 24. in fin. & 25. num. 3.*

Num. 6. Adde supra *decis. 162. num. 14.* Vbi addo, & vltra Tiraq. *de retractu consang. §. 1. glos. 14. num. 104. & de ll. connub. glo. 7. nu. 93.* Natt. *in cons. 274. sub num. 1.* Mandos. *in cons. Rom. 436. lit. G.* & Mascard. *de probat. conclus. 301. nu. 2. vol. 1.*

Nu. 8. Adde omnino Fuscum *in sing... lit. P. num. 98. fol. 375.*

Num. 13. Vide Mandos. *in cons. Rom. 520. in fi.* Gabr. *in titul. de iure iurand. conclus. final.* Minad. *cons. 17. hic alleg. num 6. decis. Perus. 64. num. 15.* & Fuscum *sing. 77. lit. L.*

Qualiter autem debet esse renunciatio filij familias *l. 2. ff. & C. quod cum eo*: Vide omninò eruditum Scipionem Rouitum *in prag. 1. num. 21. & seq. de Senat. Cons. Maced. & ibi nu. 22. & 23. de materia, & nu. 27.* reperitur apud eum quid fuit iudicatum.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Notariorum ignorantia an partibus noceat.*
2 *Filius an dicatur habitare seorsim a patre, si habitat cum patre in eadem domo.*
3 *Filiusfamilias an puniatur de falsa assertione.*
4 *Beneficium l. 2. C. Quod cum eo, an includatur in generali renunciatione.*
5 *Generalis filiæ renunciatio nõ tollit legatũ in testam. licet dotata renunciet.*
6 *An officiat iusiurandum.*
7 *An lex extendatur ad omnes contractus.*

1 AD hanc decis. adde de † ignorantia Notariorum, & an noceat partibus, plura per Cottam *in Memorabilibus, verbo, Notariorum 490. & personalem de petitione hæreditatis, num. 599 & 601.* per Anton Thesaurum *de erroribus Notariorum, à principio vsque ad finem.* Alia
2 ponit Firmianus, *verbo, Notarius.* Item adde, † quod filius habitans cum patre in vna eademq; domo, licet secundum aliquos non diceretur habitare seorsum à patre, tamen veritas est in contrarium; Ita in terminis
3 Cæpolla *cons. crim. 26. nu. 12.* sed † filiusfamilias non punitur de falsa assertione, dicit *pragm. 13. Comitis Mirandæ, in fine, contra* Vrsill. *sua decis.* & adde Præsidentem *in decis. 221. ad quam dico*, & nota illa ibid. & omnino ad hanc decis. vide Carpan. *in Consuet. Mediolan. cap. 416.* Adde quæ dico *decis. 221.* & circa hoc
4 dictum in præsenti decis. An † beneficium, *l. 2 C. Quod cum eo*, includatur in generali renunciatione adde omninò Vrsill. *decis. 308. incip. Franciscus Ferrarius. & optimè plures decis. allegantem.* Ad num. 10. adde, quod
5 idcirco † renunciatio generalis filiæ, non tollit legatum in testamento licèt dotata renunciet, nisi visis ver-
6 bis testamenti. Ita Iason *in l. de his, ff. de transact.* † nec iuramentum obest Guid. Pap. *decis. alias cons. 53.*
7 & 87. & † dicta lex extenditur ad omnes contractus, vt dicit de Bonis, *ad d. l. de his.* & Mangrella *latius ad Bart. de beneficio l. 2. C. Quod cum eo.* Vide *supra decis. 70. & 164.* Ad hanc decisionem adde nouiter Consil. Rouitum, *in Pragmatica. Per excellentem, in tit. de Senatusconsulto Macedon.* & Tepatum *lib. 1. Variarum iuris sententiarum, in tit. de Senatuscons. Macedoniano.*

ADDITIO D. RICII.

REnunciatio generalis filij obligantis se cum patre non continet renunciationem beneficij *tit. & l. ff. quod cum eo.* hoc dicit. Ad hanc decisionem adde insignem decis. Senatus Dolani apud Criuel. *decis. 52.* vbi de muliere loquens dicit beneficia ad fauorem introducta non posse renunciari nisi specialissime.

Et nota quod si filius familias se obligauerit insimul cum patre pro contractu paterno, si non fuerit per notarium in instrumento formiter extensa renunciatio dictæ *l. & tit ff. quod cum eo*, liberatur à nexu obligationis, nec instrumentum liquidari potest, quamuis filius familias ciuiliter, & naturaliter obligetur Seluget. *in prag. 1. de Senat. Cons. Maced. num. 23.* habet tamen exceptionem Carauit. *in tit. 200. num. 5.* imò posset dici, quod ista clausula consueta renunciationis tunc pro expressa habetur quando à lege ponitur, secus si à contrahentibus Boer. *decis. 3. num. 10.* & maximè de stylo notariorum, eo, quia tales clausulæ ex huiusmodi stylo appositæ non sunt in consideratione Anchar. *quæst. 12. num. 19. par. 2.* & potissimum clausulæ renunciationum quæ si ponantur in instrumento ex stylo potius, & consuetudine notariorum, quam partium præcogitatione Cacher. *deci. 112. num. 15.* & in materia videatur D. Nouarius *in collect. decis. ad. prag 1. sub Rubrica de Senat. Consult. Velleian.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Qualis debeat esse renunciatio filijfamilias beneficij legis quod cum eo, & an specialis sufficiat.*
2 *Necessariam esse specialissimam resoluitur quidquid velint D. Præses & alij.*
3 *Sufficit specialis in iurisperitis, & an possint carcerari per dictam renunciationem.*
4 *Beneficium prædictum impedit liquidationem instrumenti, & quid si creditor sit pauper.*
5 *Filius hæres patris cum inuentario an gaudeat dicto beneficio, & refellitur Thor.*
6 *Qualiter decernantur alimenta, & quomodo sint percipienda.*

1 SEnescere videtur potius, quàm pubescere decisio, quæ incidit in terminis beneficij *legis quod cum eo*, disputatum fuit, an sufficiat fieri à filiofamilias generalem renunciationem dicti beneficij, vel requiratur specifica, & indiuidualis, quæstio

 non fuit

non fuit decisa, sed concluditur hic requiri specialem, vt necessè sit renunciare in specie, ex eo quod per mortem patris, vel emancipationem filij fiunt effecti noui homines, & ex iuris ciuilis dispositione ad nihilum tenerentur ex *l. 2 ff. de c. amin.* quod videntes prætores, nè creditores essent in damno, & ipsi filij noui homines statuerunt, vt non insolidum, nec in nihilo pro vt de iure ciuili, sed tenerentur quatenus facere possent, vt declarant Bartol. & Paul. de Castr, *in l. 1 ff. eodem*, & consequenter post instrumenta oritur filijs noua exceptio ex causa non existente tempore contractus, & ita renunciationes appositæ in instrumentis non comprehendunt hanc ortam post emancipationem, vel mortem patris, etiam quod appareret renunciatum iuribus de futuro, ex Bar, *in l. qui Romæ, §. duo fratres in 6 q. ff. de verb. oblig.* præterea beneficio, miserationis gratia, concesso non intelligitur renunciatum, nisi in specie illi renuncietur, ita arguit Rom, *cons.* 168. & quod valeat specifica renunciatio quod filius renunciet beneficio *l. 2. C. quod cum eo* & si non fiat alia certioratio, & scientia tribuenda sit ex mentione expressa dictæ legis, vel ratione maioris ętatis, vel ratione iuramenti comprobatur ex Giurb, *dec. 42. nu. 19. & dec. 45. nu.* 23. Rot. Rom. *dec.* 580. *p. 1. recent* Buratt. *dec.* 20. & 44. Marant. *respons.* 51. *lib.* 2. imò Merend. *lib.* 12. *controu.* 10. *per tot.* viriliter defendit satis esse renunciationem factam omnibus remedijs, seu legum auxilijs.

Contra verius probant alij, non satis esse specialem, sed requiri specialissimam cum insertione verborum significantium dictum beneficium iuxta formam relatam per Rou *in pragm. 1. nu 37 ad S. C. Macedon.* ita Giurb. *dec. 45. nu.* 26. Amat. *cons. 41. nu.* 21. & alij quos refert, & sequitur de Marin. *lib. 1. resol* 145. *num.* 6. D. Staib. *resol.* 70. *nu.* 38. Thor. *verb. Doctor filiusfamilias, & verb. renunciatio p.* 3. Gratian. *discept* 799. *nu.* 24. & *discept.* 858. & specialissimæ renunciationis forma est, licet ipse talis sit benè certioratus quod propter beneficium, *l. 2 ff. & C. quod cum eo*, non possit adstringi ad solutionem prædicti debiti vltra quam facere possit, tamen renunciando prædicto beneficio contentatur, quod eo non obstante teneatur insolidum, ita Rouit. *nu.* 37.

3 In iurisperitis sufficit renunciatio specialis, nec requiritur specialissima, ita decitum testatur idem Rouit. *nu.* 46 & Reg. Sanfelic. *dec. 19. nu.* 37. Reg. de Marin. *nu.* 6. Benè verum Doctor non tenetur de persona in dicto casu iuxta tradita per Thor. *in C. rer. iudicat. par. 3. cas. 9. num.* 21. & decisum refert in S. C. *in compend. verb. Doctor p.* 3.

4 Beneficium prædictum impedit liquidationem instrumenti ita D. meus quem referunt, & sequuntur Sanfelic. de Marin. & Galter. *in prax. liquid instrum. tit. aduertat insuper ad debitorem 2. p. 2. nu.* 54. nam dictum beneficium competit etiam obligato in forma Cameræ, Gratian. *in discept* 799. Reg. Buratt. *dec.* 281. Massin *de confiscat.* 932. *nu.* 16. & filiusfamilias iuuatur d. beneficio, adhuc si creditor sit pauper Gratian. *discept.* 799. *nu.* 7. nisi dolosè filiusfamilias contraxisset, Vrsill. ad Afflict. *dec.* 84 *num.* 2. Giurb. *dec.* 43. *per tot.* de Marin *nu.* 7.

5 Petes? an requiratur vt se abstineat filius ab hæreditate patris iuxta *d. l.* 2. & alias concordanter, quę conditionaliter loquuntur si ab hæreditate paterna filius se abstinuerit, dum conditio in forma specifica adimpleri debet vt hanc cautelam docet Vrsill. *dec.* 305. *num.* 20. & ita sentit Thor. *in C. rer. iudic. vbi sup.* vt non sufficiat adire hæreditatem cum beneficio inuentarij, sed necessè sit abstinere, sed Minad. *cons.* 17. contrarium pro filio hęrede beneficiato probat, & tenet de Marin. *d. resol.* 145.

6 Bona adiudicantur creditoribus cum onere alimentandi Gratian. *discept.* 199. *numero* 4. & alimenta debentur non secundum qualitatem personæ ante statu mutationem, sed qualia conueniunt pauperibus, Cancer. *lib. 1. cap. 9. nu.* 108. Salgad. *in laber. cred. par. 1. cap.* 24. *nu.* 10. nec obstat Merlin. *dec.* 782. vbi quod filius sit tutus pro alimentis iuxta dignitatem taxandis; quia loquitur perfunctoriè Massin. *de confisc. q. 31. nu.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Mulier potest intercedere pro dote, non obstante Velleiano Senatusconf. & quid in intercedente pro filio apud nurum, ex causa donationis propter nuptias, seu antephati. nu. 15. quod sic.*
2 *Priuilegium prælationis, mulieri concessum ex causa dotis, non extenditur ad antefatum, & quomodo procedat, nu. 15.*
3 *Dos, & donatio propter nuptias, in cuius locum antefatum constituitur, hodie pari passu ambulant.*
4 *Dotis priuilegia communicata sunt constitutioni quartę, antefati.*
5 *Donatio propter nuptias, & quarta de iure consuetudinario debita, maximè differunt inter se.*
6 *Alienari prohibita, quemadmodum possunt in causam dotis, distrahi, ita etiam ex causa donationis propter nuptias.*
7 *Exceptio Velleiani, in quibus casibus cessat, remissiuè.*
8 *Iura loquentia per dictionem taxatiuam, non excludunt, casus similes, etiam in materia pœnali.*
9 *Antefatum, loco arrharum, quæ per prius constituebantur, hodie datur in detrimentum amissę virginitatis, & quid matrimonio non consumato, nu. 19. remissiuè.*
10 *Filij masculi chariores sunt matribus quam fœminæ.*
11 *Filij masculi ex statutis totius ferè Italiæ, fœminas à successione materna, dummodo dotatas excludunt.*
12 *L. fina. C. ad Velleian. procedit, etiam si mulier intercesserit pro persona extranea, ad dotem restituendam.*
13 *Antefatum promittendo mater vxorib. filiorum minus obligatur, quam promittendo dotem viris filiarum.*
14 *Antefatum viro premoriente, filijs superstitibus, lucrabitur mater quoad vsumfructum tantum, & ea mortua filii succedunt tanquam filii, secundum ius commune, secundum vero consuetudinem Neapolitanam filij succedunt tamquam hęredes patris.*
15 *L. fi. C. ad Velleia. procedit, etiam in obligatione mulieris, ex causa antefati, tutius tamen erit ad euitandum lites, impetrare dispensationem super ipsa obligatione ab Illustr. Proregibus, nu. 19.*
16 *L. assiduis. C. qui potio. quomodo procedat.*
17 *Bal. consilium, nu. 303. passus difficilis. 3. vo. est sine ratione.*

DECISIO CLXXXII.

Mulier quæ intercessit pro filio apud nurum ex causa donationis propter nuptias, seu antephati per filium vxori constituti non iuuatur Velleiano.

1 MVlier † potest intercedere pro dote, non obstante Senatusconsulto Velleiano. *l. si dotare, & l. fi. C. ad Velleia.* in qua l. fi. non est noua prouisio, Ruyn. *cons.* 195. *quamuis, 2. col. vers. nec obstat, dum dicitur, 1. volum.* Neguf. vbi plene *in tract. de pig. 1. par. 8. par. num.* 32. *vers. nec obstat in quantum. fol* 64. *in magnus.* licet alter sentiat Tiraquell. *in tract. de retra* § 1. *glosa.* 14. *ver. quæ omnia, fol.* 327. *num.* 100. videndus est Petr. Barbosa *in l. 1. ff sol. matrim. 1. par.* Accidit, quod mater intercessit pro filio apud nurum ex causa donationis propter nuptias, seu antephati, per filium vxori constituti, solutum fuit matrimonium per mortem filij, agit

agit nunc nurus contra matrem, quæ opponit exce-
ptionem Senatusconsul. roborari, etiam exceptione
Regiæ Pragmaticæ in hoc Regno editæ sub die 12.
Maij 1542. Dubitatum fuit, an obstet exceptio prædi-
cta. Pro matre dicebatur, tex. *in d. l. fi. loqui* in dote, er-
go in cæteris remanere regulam prohibitiuam. *l. com-
modissime. ff. de l. et post h. l. si vero. §. de viro ff. sol. matr.*
Quod comprobabat, quia diuersa ratio est inter dotem,
& antephatum: in dote enim mulier tractat de dam-
2 no, & in antephato de lucro, † & propterea *in l. assi-
duis, C. qui potio. in pigno. habean.* mulier habet priui-
legium in dote, non in antephato, pro quo etiam facit,
quod fuit decisum in materia consuetudinis Ciuitatis.
Neapolis, vt *in Dec.* 71. quod quamuis vir, & socer, ex
consuetudine teneantur pro dote, etiam vltra quam
facere possunt consuetudo prędicta non habebit locum
in antephato. Et vltimo dicebat in mulieris fauorem
consuluisse Bald. *consil. 303. passus difficilis, vol.* Ex ad-
3 uerso dicebatur, † dotem, & donationem propter nu-
ptias, ex communi stilo hodie pari passu ambulare, per
4 text. *in l. cum multa. C. de dona. an. nupt.* † Per quem
tex. & alia iura dicit Affl. *decis. 154. quædam mulier*,
communicata esse priuilegia dotis quartæ, & antepha-
5 ti, † licet alias sit maxima differentia inter quartam
de iure consuetudinario debitam, & donationem pro-
pter nuptias, vt dicit Neapod. *in rubrica de iure quar-
ta, versic. item potest constitui*, vbi apostil. d. Antonij Ca-
picij, vnde si pari passu ambulant, & eadem priuilegia
habet antephatum, ex vi comprehensiua, comprehen-
detur in dispositione tex. *in d. l. fin.* & sic ille tex. non
6 obstat. Pro quo etiam facit, † quia in materia prohibi-
tionis de alienando quemadmodum prohibita aliena-
ri, possunt in causam dotis alienari, ita etiam in casu
donationis propter nuptias, *auth. res quæ. C. comm. de
leg.* Ratio est, dicit ibi text. quia quæ communiter om-
nibus prosunt, sunt præponenda ijs, quæ specialiter
7 quibusdam vtilia sunt. Item dicebatur, † quod quam-
uis text *in d. l. fi. excipiat causam dotis* gl. ibi enumerat
multos alios casus, in quibus cessat Velleianum, quos
refert, & alios addit gl. *in l. 3 de la 5. partida, titulo 12.
8 de las franduras.* † Nec excluduntur casus similes,
vel maiorem rationem habentes, etiam quod iura lo-
querentur per dictionem taxatiuam, gl. *in l. ob æs alie-
num, C. de prædi. minor.* quæ extendit illam l. ad alios
casus, & signanter ad dotem, & donationem propter
nuptias, & in propria Velleiani, Angel. de Aret. *in §. item
si, 11. col. vers. in ea. ibi, & Velleiani, Instit. de actio.* me-
lior glo. loquens in materia pœnali *in l. fi. in vers. volue-
rit. C. de reuoc. do. a.* In casu, de quo agebatur, dictum
fuit, quod eadem ratio, qua premissum fuit, mu-
lieres se obligare pro dote, procedit in obligatio-
ne, pro antephato, nam principalis ratio est, fa-
uor matrimonij, qui multa operatur, *l. 1. ff. solut.
matrim.* Item quia promissio pro dote, ex sui facie
nihil captiosum continet, ad quod effugiendum fuit in-
troductum Senatusconsultum Velleianum hęc omnia
procedunt in casu, de quo agitur, ex quo mulier non
contraheret matrimonium, absque promissione certa,
9 † quod in casu mortis adsint bona, super quibus pos-
sit satisfieri de antephato, quod loco arrharum, quę per
prius constituebantur, hodie datur in detrimentum
amissę virginitatis, secundum Azonem, *in summa de
dona. ante nuptias*, de quo meminit D. Antoni. Padilla,
*in auth. res, quæ C. com. de leg. n. 31. ver. permittitur au-
10 tem.* † Item maior ratio, quia videmus chariores esse
filios mares matribus, & chariores nepotes ex eis quã
fœminas, & nepotes ex fœminis. Item, quia videmus ex
constitutionibus huius Regni, ex consuetudinibus Ci-
11 uitatis Neapolis, & quasi per statuta totius Italiæ, † fi-
lios masculos matribus succedere, fœminis exclusis,
12 dummodo dotatis tamen, si diceremus † pro dotibus
filiarum, imo etiam extranearum (quia tex. *in d. l. fi.*
loquitur generaliter) posse mulierem intercedere
pro qualibet muliere, & non pro constitutione ante-
phati, totum contrarium sequeretur, quia pro his,
qui chariores sunt, & qui maiorem spem, ex voto parē-
tum, super bonis maternis habent, prohiberetur inter-
cedere, & pro minus dilectis, & minorem spem haben-
13 tibus permitteretur. † Item in minus obligatur mater
pro filijs, promittendo vxori antephatum, quam pro-
14 mittendo dotem pro filia, vel extranea, † antephatum
enim tunc vxor lucratur, quando maritus præmori-
tur, quia prædecedēte vxore, illud non lucratur, etsi vir
prædecedit, & filij supersunt, lucrabitur illud quo ad
vsumfructum tantum, & postea, ipsa præmoriente, filij
in eo succedent, iure communi inspecto tanquam filij,
iuxta text. *in auth. heres. C. de secun. nup.* & iure nostro
consuetudinario, etiam tanquam hæredes patris, iuxta
consue. quartam autem, vt est dictum in decis. 106. vbi
Neapod. *in vers. fructus*, & sic incertum est, an ex hac
obligatione mater sit passura damnum, quando vero
dotem promittit, dos illa exit certe, & pure, de suo pa-
trimonio, absq; istis qualitatib. vnde ex prędictis, appa-
ret, quod eadem, vel maior ratio procedit in casu ante-
fati, quam dotis, imo minor obligatio mulieris con-
15 currit. & † proinde tex. *in d. l. fi.* est intelligendus etiam
in antephato, in cuius constitutione pro filio aliqua dece-
ptio considerari non potest, dum mater, vt filium vxo-
ratum videat, pro filio intercedit. Nec obstat, quod di-
cebatur *d. l. assiduis* cum similib. relatis *in d. decis. 71.*
16 † quia tex. *in d. l. assiduis* procedit, quando mulier vult
vti priuilegio prelationis contra tertium, qui cum ea
nihil contraxit, & in illo casu fit distinctio lucri, &
damni, in priuilegio à l. illi concesso: secus autem est in
casu, de quo agitur, vbi nurus iura sua proponit contra
mulierem obligatam, ex actione per eā quæsita. Nec il-
lud de quo in alleg. Decisione decisum fuit, ex quo con-
suetudines Ciuitatis prædictæ, & maxime consuetudo,
quod vir, & socer. teneantur vltra, quam facere pos-
sint, sunt stricti iuris, & illa consuetudo corrigit ius com-
17 mune Imo Neapo. ibi dubitat de eius validitate, † & ex
his liquet *consilium Bal.* 303. esse sine ratione, quando
loqueretur de donatione propter nuptias, licet videa-
tur loqui in simplici donatione, & propter prædicta
maxime ex rationis identitate decisum fuit in quadam
causa de Terra Gifoni in fauorem nurus, quæ decisio
videbatur approbata ex communi interpretatione,
nam per Pragmaticam supra relatam, vltra nullitatem
actus, fuit prohibitum Notarijs, sub pœna, ne stipula-
rentur instrumenta, in quibus mulieres intercedebant,
& tamen ab eo tempore, vsq; ad hodiernum diem,
semper stipulati fuerunt instrumenta magnarum do-
minarum, copiam petitionum habentium, in quib. ma-
tres pro dotibus, & antephato in contractu matrimo-
nij suorum filiorum se obligabant, & nunquam fuit
18 hoc reuocatum in dubium. † Tutius tamen semper
erit, ad euitandum lites impetrare decreta, ac dispensa-
tiones ab Illustr. Proregibus, qui cum vident iustam
causam intercessionis, absq; aliqua difficultate illa in-
terponunt & dispensant, & ne ex verbis per me supra
19 relatis, † dum est dictum hoc antephatum, seu arrhas
deberi in detrimentum amissæ virginitatis, aliquod du-
bium oriri possit, quando matrimonium esset contra-
ctum, & non consummatum, & vir præmoreretur,
quod tunc non debeatur antephatum, de hoc est vi-
denda optima theorica Neap. qui doctissime, & subti-
lissime loquitur, *in consue. quartam autem, in vers. à
quodam viro suo.*

ADDITIO D. VISCONTI.

VIde Scaglion. & Cauens. *in pragm. 1. de Senat. Cons.
Velleia. & Suarez in suis com. opin. lit. D. numero*
324. Vide in pulchro casu Surd. *in decis. Mantua.*
164.

Num. 2. 16. Vide Negus. *de pignor. 2. modo 4. p. sub nu.
64 & ad ornatum l. assiduis*, Vide Alphan. *collect.* 186.
Vide omnino D. Gart. Mastrill *in decis. 77. nu. 21.*

Num.3.4. Adde Campan. *in c. regni 165. nu. 68.* Maxill. *in Consuet. Bari fol. 164.* à ter. omnino Burs. *cons. 120. à num. 4. cum seq.*

Aliqua ponit ad ornatum i.fi. ad Vell. hic alleg. Alphan. *collect 287.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Senatusconsultum Velleianum an procedat, si mulier aliqua parte recepta pro aliquo intercedit.*
2 *Quanta esse debeat summa, vt iudicis arbitrio remittatur.*
3 *Mulier intercedens pro dote, & donatione propter nuptias, non iuuatur hoc beneficio Velleiani.*
4 *Mulier alienans pro redemptione filij à creditoribus carcerati an iuuetur Velleiano.*
6 *Mulier intercedens pro causa pia an, & eo iuuetur.*
7 *Quid si intercedant pro causa pia, & conscienti exonerantem defuncti.*
8 *Quid si mulier donet, & tradat, an prosit ei beneficium huius S.C. Velleiani, & quid si solum promittat ibid. sub eod. num. 8.*
9 *Velleianum an procedat in datione in solutum in promissione facta pro liberando virum à carcere, & alijs in casibus.*
10 *Mulier hæres proprio nomine promittens, iuuatur Velleiano.*

ADde ad hanc decis. quod hoc Velleianum Senatuscons. est Marco Syllanno, & Velleio Consulib. factum, *vt in l. 2. ff. ad Senatusconsul. Velleian.* & per ipsum cautum fuisse conspicitur, ne ius aduersus mulieres diceretur, quæ fideiuberent, vel pro alijs intercederent, vt in di-
1 cto textu. Sed † quia hoc Senatusconsultum, non procedit, si mulier aliqua parte recepta, pro alio inter-
2 cedit, & dubium erat † quanta summa esse debebat, quæ reciperetur, in arbitrium iudicis res est hæc reposita. Ita Menoch. *de Arbitr. iud. lib. 2. Centu. 3. Casu 234* Ad num. 2. adde quæ dico *ad decis. 71. nu. 12.* Ad
3 hanc etiam decis. quod † mulier intercedens pro dote, & donatione propter nuptias Velleiano non iuuatur. Adde Nat. *in cons. 52. nu. 15. volum. 2.* & Rauen. *Sin-*
4 *gul. 183.* & † an iuuetur Velleiano mulier alienans bona pro redemptione filij à creditoribus carcerati, Præsidens *decis. 279. &* Papon. *lib. 10. Arrestorum, tit.*
5 *5. Arresto vltimo.* † An iuuetur intercedens pro causa
6 pia, Præsidens *decis. 23.* & ibi an † renunciari possit beneficio *Auth. Si qua mulier.* & Iaffred. Balb. *decis. 506.* Franc. Marc. *decis. 426. nu. 8. & 502. nu 8.* & The-
7 saurus *decis. 223. Pedemont.* Amplia hanc decis. † si mulier intercedit pro causa pia, & exonerante con-
8 scientiam defuncti. Ita infr. *decis 227.* Item amplia † si mulier donat, & tradit, quia Velleianum non sortitur effectum, secus si promittitur solum, *vt infrà decis. 279. vbi latissimè.* † Velleianum, an procedat in datione in solutum, in promissione facta pro liberando viro à
10 carcere, & in alijs casibus. Item adde † quod mulier hæres proprio nomine promittens iuuatur Velleiano, *infra decis. 323. fol. mihi 54. &* de multis pro Intelligentia, Ampliatione, & Limitatione huius Velleiani Senatusconsulti vide Scaglionum *in Prag. in 1. vol. fol. mihi 146. qui latè loquitur*, Alia vidè per Thesaurum *in decis. Pedem. decis. 222. & seq.* & Osascum *decis. 61.* & latissime Bertachin. *in versic.* Mulier non iuuatur Velleiano. Ad nu. 14. infrà, adde quæ ego *ad d. decis. 106.* Præsidentis, & Afflict. *dec. 27. & 106.* Ad hanc decisionem nouissime videndus est Ioan. Baptista Costa, in tract. *De Ratione rata, q. 88* & Barbosa, *in l. 2. solut. matrimon.*

ADDITIO D. RICII.

MVlier quæ intercessit pro filio apud nurum ex causa donationis propter nuptias seu antefati per filium vxori constituti non iuuatur Velleiano, hoc dicit. Aduertas hic quod si aliquis constituisset quartam vxori suæ, deinde premoriatur relictis vxore, & communib. filijs, si postea vnus ex filijs, duxerit vxorem, cui quartam constituisset super bonis suis consentiente matre, deinde premoreretur filius superstitibus matre, & vxore, tunc pater prius deducit suam quartam, deindè nurus deducit suam, Molf. s. *in commentar. ad consuetud. Neap. part. 7 quæst. 3. nu. 16.* Subdens, *nu. 20.* quod quando socer constituit antefatum nurui cum expresso consensu suæ vxoris, deinde præmoreretur filius superstitibus patre, & matre sua vxore, deducitur primo antefatum nurus etiam, quia socrus ex tali consensu sibi præiudicauit, & dum habetur hic tutius esse super hoc impetrare dispensationem, siue assensum à collaterali consilio ad tollendas omnes lites, & dubitationes. Adde huiusmodi dispensationes non semper valere, sed an, & quando valeant tractat latissime à Ponte *in tract. de potest. Proreg. tit. 1. de diuer. prouis. in rubr. de decretis Collat. Cons. super obligat. seu alienat. rer. dotal. fol. 487. & seq.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Mulier an possit fideiubere pro antefato in fauorem nurus affirmant D. Præses, & alij qui recensentur.*
2 *Merenda nuncupatim argumentatur contra decisionem, & congeruntur argumenta nu 3.*
4 *Opinio Autoris.*
5 *Vxor an possit intercedere pro marito dotante filiam, vel extraneam, & receditur à Reg. Latr. & D. Hodierna.*

1 TAmquam signum ad sagittas est decisio hæc proponens controuersiam, an dispositio *l. fin. C. ad S.C. Velleian.* per quam cessat *Velleianum*, cùm mulier causa dotis intercedit locum habeat, quando mulier pro antefato fideiubet in fauorem nurus, & D. meus affirmantem opinionem tenet ex eo, quod donatio propter nuptias cum dote pari passu ambulet, & quia dos filiabus detur, donatio autem propter nuptias constituatur pro filijs masculis carioribus, & magis dilectis, & constitutio antefati sit minus nociua, dum antefatum non lucratur vxor, nisi præmoriente filio, & eamdem opinionem sequuntur Theodor. *alleg. 13. &* D Staib. *resol. 92. nu. 15.*

2 Emittit nunc tela contra decisionem Merend. *lib. 6. controu. cap. 81.* vbi expressè tradit non posse assentiri opinioni, quæ extendit dispositionem *d. l. fin.* ad antefatum, & totis viribus nititur euertere dictam ampliationem, & argumentatur, quia dicta constitutio est correctoria, corrigens dispositionem *Velleiani* quoad causam dotis, & in correctorijs non sit procedendum de similibus ad similia, *c. cum expediat de priuil. in 6* & inuersimile sit Iustinianum voluisse suam constitutionem pertinere ad donationem propter nuptias, si enim voluisset id dixisset, vlterius nouum non est, vt mulier sit in dote priuilegiata, non autem in antefato,

fato, vt per text. *in l. assiduis, C. qui pot.* vbi mulier habet priuilegium prelationis in dote, non in antefato, & in simili videmus posse Regium assensum impetrari pro dote post feudatarij obitum, non autem pro antefato, Reuerter. *dec.* 429.

3 Respuit Merenda rationem illam, quod donatio propter nuptias cum dote pari passu ambulet, quia opus erat legislatoris authoritate, vt quod in dote sancitum erat obtineret in donatione prædicta, dum non semper procedit comparatio dotis, & antefati: præterea respondet motiuo illi, quod dos filiabus datur, donatio verò propter nuptias constituitur pro filijs masculis carioribus, & magis dilectis, quia Velleianum cessat in causa dotis ex ipsius fauore, non ex fauore personæ, & ideò argumentum desumptum à personis non concludat.

Fallax fit tandem argumentum, quod intercessio pro antefato sit minus præiudicialis, & minus nociua mulieri, quam pro dote, dum antefatum non lucratur vxor, nisi præmoriente viro, & respondetur quod succurritur mulieri fideiubenti, non solum si obligatio sit pura, sed etiam conditionalis, *l. aliquando §. 1. ff. ad S. C. Velleian.*

4 Articuli huius resolutio non est ita facilis dum D. meus tradit ad euitandas lites impetrandum esse assensum ab Excell. D. Prorege, sed quia opinio pro antefato est rationabilis, & equa, & tenent Theod. & Staib. *vbi sup.* & quamuis *d. l.* assiduis in materia prælationis pro dote, quod non se extendat pro antefato, hęc obiectio non lædit, quia id procedit quando mulier vult vti priuilegio prælationis contra tertium, qui cum ea nihil contraxit, in quo casu sit distinctio prędicta in priuilegio à lege concesso dotis, & donationis propter nuptias, secus vbi mulier proponit sua iura contra aliam mulierem sibi obligatam, vt ex hac decisione respondet, & nouissimè tenet Boss. *de dote cap. 9. nu.* 102. ideò censeo non esse recedendum ab hac opinione.

5 In intellectu tex. *d. l. fin.* allucinatum, & deceptum fuisse D. meum, & perfunctoriè loquutum tradit Merlin. *lib. 1. controu. 50. nu.* 12. nam totum fundamentum decisionis pro validitate obligationis matris pro filio cũ marito apud nurum ex causa antefati constituitur in eo assumpto, quod mulier possit intercedere pro dote, sed textum non loqui in fideiussione pro marito, vnde si mulier fideiubeat pro marito dotante mulierem, nulla est obligatio ratione *Velleiani*, ita ex *Auth. si qua mulier C. ad Velleian.* Marescott. *var. lib. 2. capit. 5. numero* 15. & decisum refert Annæus Robert. *rer. iudicat. lib. 3. capit.* 11. Boss. *nu.* 104. nam verum est quod mulier se obligando pro dotanda non solum filia, sed etiam alia muliere extranea non iuuetur *Velleiano* iura sunt in *d. l. fin. & l. dotare, C. ad Vellaian.* Staiban. *vbi sup. nu.* 14. sed quando mulier se obligat simul cum viro, tunc siuè ex causa dotis, siuè antefati *Velleiano* iuuabitur, Auth. *si qua mulier, C. ad Velleian.* & extenditur, vt nec pro dote communis filiæ, Aret. *in lib. 1. numero* 10 *ff solut. matr.* Reg. Latr. *consult.* 54. *num.* 6. D. Hodiern. ad Surd. *dec.* 164. Verum tamen ego contrarium teneo, quando pro dotanda communi filia mulier fideiusserit vt verius probat Merlin. *numero* 5. *&* Staib. *numero* 22. Gratian. *discep.* 669. Barbos. *in l. 1. par. 4. n.* 108. *sol. matri.* quidquid velint Hodiern. & Latr. nam solum inualidè obligatur, quando cum viro se obligat pro dotanda muliere extranea, secus si pro dotanda communi filia, ita *Surd. dec.* 204. quia in dotanda filia compellitur stimulo naturali, & dos imputatur legitimæ, latè Boss. *dec... cap. 9. nu.* 108. imò solum inualidè obligari mulierem, quando cum viro se obligat pro dotanda muliere extranea, sed si pro alio ad dotem obligato intercedat non iuuari *Velleiano* firmant Barbos. *in lib. 1. p. 1. nu* 17 *ff sol. matr* D. Staib. *resol.* 177. *per tot. & seq.*

SVMMARIVM.

1 *Barones, in Regno Neapolitano habent in eorum feudis, quadam precipua ex priuilegijs, seu vetusta consuetudine, & inter alia sunt aquę aquarumque decursus.*

2 *Aquam capere de flumine publico vassallis non licet sine licentia Regis, vel Baronis, etiam si nemini noceat, cum num. 5. & satis dicitur eis nocere, si contra eorum voluntatem fit, nu. 16.*

3 *Aquam ducentes vassalli ex flumine publico, pro agris irrigandis, possunt prohiberi à Barone nisi ex veteri more, vel obseruatione, appareret eos vsos fuisse, nu. 6. 13. & 14.*

4 *Flumina omnia in Regno sunt Regis, & consequenter Baronum à Rege causam habentium.*

7 *Consuetudo inueterata, est illa quę per annos decem seruata fuit, & quando procedat, nu. 15.*

8 *Quod tibi non nocet, & mihi prodest, permittere debes, quod procedit, vt in nu. 16.*

9 *Molendinum, si primus fecit in flumine, & acqua est sufficiens omnibus, non potest prohibere secundum, quin ibi aliud ędificet molendinum.*

10 *Officium iudicis implorare debet, quando quis impeditur vti seruitute, & quomodo procedat, nu. 17.*

11 *Regalia, vt sunt flumina, & similia, concessa Baroni contra eum pręscribuntur spatio 30. vel 40. ann. licet contra Regem, vel nullo modo prescriberentur, saltem requireretur tempus, in cuius contrarium, memoriam humanam excederet.*

12 *Seruitus discontinua non præscribitur minori spatio, quam centum annorum.*

13 *Aqua ducendę seruitus non pręscribitur minori tempore, quam centum annorum.*

14 *Obseruatio siue vetus mos, intelligitur, dato tempore centum annorum.*

DECISIO CLXXXIII.

Aquam ex flumine, vel fonte in quibus ius habet dominus, an possint subditi deriuare pro eorum agris irrigandis.

1 BArones † in hoc Regno habent quędam præcipua, ex priuilegijs, seu vetusta consuetudine, & inter alia sunt aquæ, aquarumque decursus, vt dicit Luc. de Penna. *in l. quicunque col. 2. vers. sic etiam C. de fund. limitroph. lib.* 11. de quo meminit Capic. *in inuest. in vers. fontibus, &* Boer. *decis.* 128 *& videtur. col. fi. vers. & prædictam in* 1. *par.* idem dicit idem Lucas, *in l. vsum aqua. C. de aqueduc.* 11. de quo meminit Los. *cons. 13. col. 3. vers. sed prædictis*, & idem Capic. *in inuestit. prędicta, in ver.*

2 *fluminibus.* vbi ex hoc infert, † forte in Regno nostro, vel alibi, non licere sine permissu Domini, Regis, vel Baronis, aquam capere de flumine publico: hinc est, quod dum homines, de Terra Mottę Gioiosę, Prouincię Calabrię pretendissent, ex flumine perenni, oriente in solo publico dictę Terrę, deriuare aquam pro eorum agris irrigandis, Dicebat Domi. Michael Caracciolus, vtilis Dominus Terrę prędictę,

3 quod ipsi facere non poterant, † & ipsi vtili Domino habenti priuilegium cum aquis, & fontib. licebat ipsos prohibere, tum ex prędictis, tum ex decisione text. *in d. l. vsum aqua, & in l. 2. & fi. eo. titul. de*

4 *aquaduc.* † & quia in Regno omnia flumina sunt Regis, & consequenter Baronum ab ipso Rege causam habentium, ex tex. *in cap. 1. quę sint Regal.* quem tex. adhoc allegat Afflict. *decis.* 388 *colu. fin. vers. ego dicebam*, † adeo vt sine expresso Regis consensu, aqua ex flumine duci nequeat, etiam si nemini no-

noceat, l. 1 §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æsti. & ū si. quę ad hoc congerit Luc. de Pen. qui hanc opin. tenet, in l. decernimus, col. 2 vers. vtrum autem sit necessaria. C. eod. titu. de aquæ tu. in quo loco inuehitur contra permissiones molendinorum constructorum in hac fidelissima Ciuitate Neapolis ex fonte, summis laboribus, & necessitate parato pro sustentatione vitæ humanæ, & florentis populi. Dicebat insuper, quod idem tenet Cass. in consuetu. Burgund. in tit. de forest. 2. & 3. col. Pro vniuersitate dicebatur, prædicta esse simpliciter vera, sed limitari debere, ex tex. in l. si manifestè.
6 C. de seruitu. quo cauetur, † quod si ex veteri more vel obseruatione appareret, quem vsum fuisse aqua pro fundis irrigandis, hic mos, vel obseruatio hæc seruanda est, sed in processu apparebat, quod hic mos erat seruatus per annos triginta, vel 40. deducendo aquam singulis diebus Sabbati ex riuo fluminis, ergo ille seruan-
7 dus erit, † nam vetus mos, & consuetudo, immò inueterata, & diuturna dicetur, quæ per annos decem seruata est. l. de quibus, cum l. seq. & l. sed ea. ff. de ll. vbi glo. Item dicit tex. in d. l. vsum aquæ, esse seruandum vsum veterem, longoquè dominio constitutum, sed longa consuetudo dicetur 10. annorum, vt dicit gl. rubr. C. quæ sit lon. consuetu. ergo hæc consuetudo seruari debet, eo etiam magis, quia ex hoc nulla fit iniuria Baroni, cum aqua prædicta capitur sine eius da-
8 mno, † & tenetur Baro, hoc permittere, postquam sibi non nocet, & alteri prodest. l. 2. §. item Varius, ff. de aqu. plur. arcend. qua regula moti Doctores, in repet. l. quo
9 minus, ff. de flumin. concludunt, † quod quando aqua est omnibus sufficiens, primus, qui habet molendinum in flumine, non potest prohibere secundum, quin aliud ædificet, quia ei non nocet. Item videbatur, quod isti ciues, saltem officium iudicis implorare possent, ne in hoc casu impediantur, secundum Bar. in l. de vsu. ff. de
10 var. & extraor. cognit. dicentem per illum tex. † quod quando quis habet vsum seruitutis, non ius, sibi subuenit per officium iudicis, si impediatur. Accedebat prædictis, quia hoc flumen etsi perenne esset, non erat na-
11 uigabile, nec aliud nauigabile efficiebat, vnde † in eo non procedit tex. in d. tit. quę sint regal. etsi procederet, postquam hoc flumen est concessum Baroni, contra eum sufficit possessio annorum 30. vel 40. licet contra Regem, vel nullo modo præscriberetur, secundum Lucam in d. l. vsum. quę, vel requireretur tempus in cuius contrarium memoria hominis non existit, vt contra Lucam tenet Affli. in d. verso in flumina. 1. col. ver. item quæro, vtrum, eo enim, quod Baroni conceditur definit esse regale, vt est plene dictum in dec. 56. & minori tempore contra eum præscribitur, imò Veronen. dicebat in tit. de flumini. flumina huiusmodi occupanti concedi.

Ex parte Baronis dicebatur, ex prædictis apparere, ipsum esse vtilem dominum aquæ prædictæ, & ex aduerso prætendi seruitutem aquæ ducendæ, singulis
12 dieb. sabbati cuiuslibet anni. † & sic hanc seruitutem,
13 ex sui facie, habere caussam discontinuam, † ideoque ex regulis iuris claris requiri ad præscribendum, spatium centum annorum. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quot. & æst. quam ad hoc allegat gl. in l. seruitutes, la gran te. ff. de serui. tit. generali, & in specie, in hac seruitute, hoc tenet, gl. in l. 2. C. de serui. & aqua, vbi congerit omnes D. Ant. de Padilla. 15. col. ver. 3. principaliter collige idem tenet, gl. in d. l. vsum, & ibi plene Io. de Platea, & idem in l. diligenter, cod. tit. & in specie Afflict. in d. vers. flumina. & ex hoc apparet, quod tex. in d. l. vsum, qui pro vniuersitate allegabatur, secundum intellectum gl. & aliorum, non modo non facit pro vniuersitate, sed contra vniuersitatem. † Nec similiter pro vniuersitate facit tex. in d. l. si manifestè, quia vetus mos, & obseruatio, intelligitur centum annorum, prout sic illum textum intelligit glos. in d. l. vsum. quę ad hoc ipsum allegat. † Nec absolutè, veterem morem, longamque consuetudinem intelligi de spatio annorum decem, quia prædicta declaratur maiori, vel minori tempore secunda negotia quibus applicantur, vnde Neapo. in rubr. consuetudinum Neap. dicit prædicta esse arbitraria, quandoque intelligi de tempore 10. annorum, quandoque 20. 30. & 40. & quandoque centum annorum, vnde cum habeamus decisiones in propria materia seruitutis aquæ ducendæ, dicebatur ab eis, ex generalibus, non esse
16 recedendum. Nec similiter dicebatur obstare † quod non noceat vtili domino, quia satis dicitur nocere; si contra suam voluntatem imponitur seruitus aquę ducendæ super aqua, quem in pleno dominio, ex causa onerosa habet, stante emptione per eum facta, cum aquis, arg. l. fin. de vsu. & habitat. Item, quia potest interesse, cum si denegetur hic vsus, cogentur vassalli, cum domino conuenire pro annua præstatione, nec debet esse priuatus Dominus, ex corporibus feudi lucrum capere, vt est dictum in de. tit. 128. Nec obstat decisio Barto. in d. l. de vsu.
17 † quia Barto. loquitur in casu, in quo quis prohibetur vti seruitute, iam constituta, non autem, quando quis prętendit seruitutem, quę ex aduerso prętenditur non constituta, quia tunc, vt obtineat, requiritur præscriptio, de qua supra. Et vltimo non obstat, flumen non esse nauigabile, & ex eo nec aliud nauigabile fieri, quia ex prædictis patet, in Regno ex priuilegijs, & vetusta consuetudine, omnes aquas in publico solo orientes, esse Regis, & successiuè eorum quib. per Reges fit concessio. Relata causa prædicta videbatur, quod pro ciuibus maxima esset ęquitas, & pro Barone rigor scriptus, per quem etiam fuere pręsentata nonnulla decreta in fauorem aliorum Baronum per Sacrum Consil. aliàs interposita. Pendente resolutione, partes transegerunt, tam super hoc capite, quam super alijs multis, posuit tamen prædicta, quia ex eis poterit veritas apparere. Sacrus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. Adde Frecc. de subfeud. lib. 2. 46. autho. Boe. decis. 212. num. 16. & Roland. cons. 1. num. 118. volu. 2. D. de Pont. in tract. de Potest. Proreg. fol. 75. post nu. 5. & 8.

Num. 4. Adde Viuium qui benè loquitur in decis. 344.

Vide Ann. in sing. 35 vbi add. alleg. decis. istam.

Et in materia aquarum quę nascuntur in fundo priuato; Vide Bursat. cons. 41. nu. 12. vol. 1. omninò Thes. decis. 245. & Viui. in dec. 411.

Et quæ erit forma articulandi, & probandi seruitutem aquę ducendę, Vide Bursat. & Viu. in d. d. locis nempè in d. decis. 411. nu. 4.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 Flumina, & eorum piscationes, sunt publica, Regis, & Baronum.
2 Fructus piscationis publicus est, nisi ius prohibendi adsit præscriptione quæsitum.
3 Aqua intrans in fistulam priuati, potest in quemcumque locum deriuari.
4 Aqua quæ nascitur, & transit per alicuius fundum, an auerti possit in vicini inferiori præiudicium, in cuius prædia descendit.
5 Quid si talis aqua seruiret vsui publico.
6 Vassallis an liceat molendina aquatica construere, absque superioris licentia.
7 Quid in molendinis cum animalibus, & numero 8.

1 AD hanc decis. adde quod licet † flumina, & eorum piscationes sint publica, & Regis, &
2 Baronum. Anna *Alleg.79. & sing.35.* † tamen fructus piscationis publicus est, nisi ius prohibendi adsit, vel præscriptione quæsitum. Afflict. *decis.140.* Tiraq. *de retractu Lignager, §.1. glos 7. num.*6. *& seq* Ad hanc decis. de qua adde Surdum *de-*
3 *cis.9. incip. Multa, nu.*11. vbi quod † aqua intrans in fistulam priuati, potest in quemcumque locum deriuari; & Anna pater in suo Opere iam impresso pluribus in locis, quorum non iudico transcriptionem faciendam, sed solum Authorem esse citandum, ne alienæ fur videat laudis, vt dicitur in Proemio Feudorum. Nouissimè de hac decis. & dictis in ea, videndus esset Arisminus, *in tract. de Var. iur. sentent. 2 lib. tit. de fluminibus, fol. mihi* 311. vbi plura de his. Et de concessionibus aquarum vide Menoch. *de Arbitr. iudic. lib. 2. Cent.5.*
4 *casu 461 nu.*11. Sed † an aqua quæ nascitur vel transit per fundum alicuius, possit diuerti in præiudicium vicini inferioris, in cuius prædia descendit, latis. Thesaur. *decis.145. incip. Aqua.* vbi quod sic, & ampliat, & limitat. Sed additio ipsius limitat Regulam non proce-
5 dere, si aqua † nascens, vel transiens in fundum priuati, seruiret vsui publico: quia tunc diuerti non posset in damnum vsus publici; & allegat Riminald. *cons.623. & 624. vol.4.* optime. Idcò Ioan. Coppen. *decis. Saxon.20.*
6 disputat, † an liceat vassallis molendina construere, absque superioris licentia, aquatica dico; & allegat Afflict. *vbi nouissimè dec.*388. *& optimè loquitur.* Dico a-
7 quatica, quia alia esset ratio, si fierent cum mulis, † vel animalibus, vt decisum fuit pro mea Patria Petra Pagana, quod possit construere centimola, sed de hoc Thesaurus *decis.16. si recordor.* Ad num.16. Nota quod eodem modo soluitur doctrina Fabri, *in §.1. Instit. de Lege Fusia Caninia.* An habens aquam currentem ad suum molendinum per aliquem locum, patiendo aquam labi per alium locum, post annum sibi præiudicet. Vrsill. *decis. Afflict.392.* Viuius *decis.344.*

ADDITIO D. RICII.

DE hac præsenti *decis.*183. fuit facta mentio in alijs decisionibus præcedentibus, & ibi additum in materia, vnde ne ibi scripta repetam nihil allegando, & sicco pede transeo.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA

SVMMARIVM.

1 *Baro an possit prohibere vassallis vsum aquæ fluminum pro irrigandis agris, & hortis & negatiuè resoluitur quidquid annuat D. Prases.*
2 *D. Pratus videtur inuoluere contrarium ex Luca de Penna quem confutat Borrellus.*
3 *Aqua quando non possit diuerti per dominum prædij superioris.*

1 COnclamant pragmatici ferè omnes esse vassallis illatiuum [illegible] numinis placitum D. mei, in illa disputatione an Baro possit prohibere vassallis vsum aquæ fluminum pro irrigandis agris, qui licet tamen [illegible]ctione dicat terminatam quæstionem, attamen in affirmatiuam descendit opinionem, contra quam ad fauorem vassallorum testatur per S.C. decisum Rouit. *super pragm. de aq. & aquæduct. num. 8. per textum*, quem dicit à nemine ponderatum *in l.1. C. de mancip. & colon. lib.11.* Thor. *in compend. p.1. ver. aqua 2 ius* Borrell. *in tract. de præstant. Reg. Cathol. c.8 num.55.* vbi dicit, quod in Regno videmus esse plures Ciuitates in quibus domini, & Barones nihil ius habent in fluminibus, & particulares, & subditi habent ibidem molendina Trapeta olearia, & similia, & aquas extrahunt, hortos, & prata irrigant, & Sacrum Concilium Neapolitanum sæpè sæpius decreuit licere pro ciuium commodo riuos aquarum extrahere, & diuertere, dummodò alteri non noceant, & commoditas vtentium non turbetur contra D. meum, addo Tasson. *de antefat. vers.3. obs.4. nu.*259. & si Barones non habent hoc ius prohibendi hoc facere non posse tradit Molfes. *super consuet. Neap. tit. de renunc. q.4. nu.*30. vbi quod ita pluries seruatum tradit.

2 Nec obstat quod flumina, & decursus aquarum hodiè spectant ad Barones, vt probat D. Pratus *lib.1. discept.49. & nu.*17. allegat Luc. de Penn. *in l. vsum aquæ, C. de aquaduct. lib.11.* tenentem non opitulari alicui præscriptionem, etiam immemorabilem ducendi aquã ex flumine publico, quamuis *nu.*19. recenseat tradita hic *n.*12. scilicet sufficere centenariam præscriptionem, quia concessio facta Baronibus cum montaneis aquis absque vlla seruitute, & cum pleno dominio non priuat ciues aquarum vsu, Anna *alleg.48. & singul.25. Lanar cons.*[illegible] Nouar. *de grauam. vassall grauam.*147. & quatenus Lucas de Penn. *vbi sup.* se fundat in constitutione Regni *consuetudinem prauam*, quæ disponit, vt feuda, & prædia feudalia sint Baronum non obstante quacumque præscriptione, Borrell. *vbi sup. nu.*45. respondet dictam constitutionem non loqui de aquis, nec de fluminibus ex Afflict. *in c.1. vers. Flumina in tit. quæ sint regal.*

3 Duxi non omittendum in hac materia, quod si aqua suo cursu naturali fluxerit in canalem publicum per multum tempus, tunc fauore publicæ vtilitatis dicta aqua non potest per dominum superiorem diuerti Canalc. *dec.5. nu.45. p.5.* Cancer. *var. lib.3. c.4. de serui. nu.*244. quod sæpius contigit in patria mea, vbi ad instantiam Sindicorum Ciuitatis prohibiti fuere domini prædiorum superiorum, nè diuerterent aquas pluuiales decurrentes per canales, & vias publicas, & fluentes in cisternas publicas pro vsu communi ciuium, & ex Crauett. *cons.54. nu.9.* tradit idem Cancer. *Cancer. nu.62.* quod concesso castro cum montibus pratis pascuis, & aquis talem specificationem iurium probare contra concedentem, & non contra tertium existentem in possessione, seu quasi.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium mulier committens priuatur dote.*
2 *Retentio, in causa dotis non datur, fallit propter adulterium mulieris, cum nu. seq.*
4 *Morum correctio, non transit ad hæredes.*
5 *Adulterium, viro dissimulante in vita, videtur remissum, nisi maritus in vita fuerit conquestus, licet iudicio querelam non proposuit, cum nu. seq.*
7 *Adulterij exceptio non transit ad hæredes extraneos, sed ad suos tantum, & de veritate, n.9. & 11.*
8 *Bal. opinio in consil.221 2. volum nec iure, nec ratione probatur.*
10 *Iacobi de Beluiso, & Alexandri auctoritas, maximè in lecturis, excedit auctoritatem Baldi in consilijs.*

DECISIO CLXXXIV.

Adulterij exceptio mulieri repetenti dotem potest etiam opponi ab hæredibus, viri, dummodo vir sit in vita conquestus, licet querelam in iudicium non deduxerit.

1 MVlier, † quæ adulterium committit, dote priuatur *l. consensu. C. de repud. c. plerumque, extra de don.*

2 don.inter vir.& vxo. quinimo, † quamuis in dotis pe-
titione, cesset retentio.l.1.§.taceas.C.de rei vxor. actio.
3 tamen † contra vxorem, dotem repetentem, potest ex-
cipi de retentione pro causa adulterij. Bal. in auth. &
consequenter, col.2.ver. nunquid vxor.C.de senten. &
Sal.ibidem, in 6 q.ver circa causas Dicebat tamen mu-
lier, quæ dotem petebat ab hærede viri, eodemque fide-
iussore, quod etsi ipsa adulterium commisisset, prout
non commiserat, quod postquam vir sciens, in vita que
relam contra eam non proposuit, hæredes de adulte-
4 rio excipere non poterant, † quia morum correctio, ad
eos non transit.l.rei iudicatæ,§.morum.ff.sol.matr. nec
5 ius vindictæ, in adulterio, † quia vir, simulando, remi-
sisse videtur, ita in specie ibi Bart. quem sequitur Alex.
qui cæteros allegat, sequitur Ripa, in l.si 61.q.C.de reu.
don. & Hyp.in l.1.num.88. C.de raptu virginum, Pre-
po. in c. plerumque post alios, extra de donat.inter vir.
& vxor. Rui.cons.155.viso testamento.3.vol. Niger. in
c. regni. Mulier quæ dotarium vers. & illud quod di-
6 ctum est fol.175. Dicebant, hæredes, eis sufficere, † quod
vir sit in vita conquestus, licet in iudicio querelam non
proposuerit, ex decisione Iacobi de Bel. in §. quia pluri-
mas, in Auth.vt liceat matri, & auiæ, in vlt. oppos.
quem sequitur Alexand. in d.l.rei iudicatæ, vers. limita
tamen per tex.in l.hæredem.ff.de reg.iur. in quo se fun-
dat Iac.Belu.cui Alex.addit tex. in l.1.§.si.ff.ad Sillan.
de quo etiam meminit Boer. in Dec. 338.in 2 p. num.8.
quia dato conquestu, cessat dissimulatio, & sic remissio:
conquestus autem dicebatur probatus per duos testes,
qui deponebant quod cum eis vir conquestus erat de
adulterio vxoris. Accedebat, quia vir testatus, nullam
de vxore fecerat mentionem, quod communiter fit per
testatores de vxoribus benemeritis. Ex aduerso pro
vxore dicebatur, hunc conquestum non esse probatum,
quia testes sunt singulares de auditu à marito, quilibet
enim ex eis dicit eis maritum dixisse, & alter non no-
7 minat alterum. Item dicebatur, quod † etsi esset proba-
tus conquestus, adhuc hæc exceptio non transit ad hæ-
redes extraneos, sed ad suos tantum, ita dicebatur con-
suluisse Bald. in cons.221. quandoque 2.vol. de quo me-
minit, licet sub alio nu. Barb. in addit. ad Bart. in d.§.
morum, & addit.ad Alex ibid. His discussis, dicebatur
per vnum ex Dominis posse dici plene hunc conque-
stum fuisse probatum, quia verisimilis, est hæc proba-
tio. Non enim est credendum, præsupposita fuga
vxoris à viro, virum non ægrè hoc tulisse, & conque-
stum fuisse, nec hunc conquestum omnibus patefecisse,
8 ex dedecore, sed ijs, cum quibus confidebat, † & hoc
conquestu probato sibi non placere opinionem Bald.
quæ iure non probatur, & etiam, quia si ratio, ob
quam, præcedente conquestu, concluditur, hoc ius
transire ad hæredes, est (vt Doc. prædicti dicunt) quia
cessat dissimulatio defuncti, ex qua videtur inducta
remissio iniuriæ. Hæc ratio procedit, siue hæres sit
suus vel extraneus, quia vt hæredes, principaliter
considerantur, non autem, vt ij, ad quos ex propria
persona ius proponendi querelam, vel excipiendi de
9 adulterio spectaret, ita vt hæc differentia fieri possit. †
Item Iac. de Bel. in d.§.quia plurimas, cuius auctorita-
te mouetur Alex. pro sua opinione fundanda, alle-
gat. d.l.hæredem. ff. de reg. iur. quæ lex generaliter lo-
quitur in quouis hærede, quem dicit esse eiusdem pote-
statis, cuius est defunctus: nec distinguit suum ab ex-
traneo. sic etiam text. in d. §. fin. ad Silla. super quo se
fundat Alex simpliciter dicit si conquestus non est do-
minus, vnde postquam rationes Iac. de Bel. & Alex. &
iura per eos allegata procedunt siue sit quis hæres
suus, vel extraneus, non debemus ex limitatione
Bal. ab eorum opi. recedere, quorum dicta intelligen-
da sunt generaliter, & secundum ll. quas allegant,
10 † postquam generaliter loquuntur, & eorum aucto-
ritati, maximè intellecturis, debet cedere auctoritas
Bal. in consilijs quæ præcibus vel pretio fiunt, vt dicit
Fel. in c. cum ex officij. num.6. de præsc. Discussa præ-
senti causa, Sac. Consil. habuit pro vero, solum con-
11 questum sufficere, † & quod ius excipiendi de adulte-
rio transeat ad hæredes suos, vel extraneos probato
conquestu, licet Aug. ad Angel. in ver. [Che m'hai adul-
terato la mia donna,] aliter senserit, & habuerit pro du-
bia, opinionem Bald. in d.cons.22. contra quam forsan
iudicasset: verum, quia conquestus non erat probatus,
iudicauit contra hæredem, & fideiussorem, & videnda
est super hoc Dec. Lusitana 234. die 13. Septem. 1578.
taceantur personæ ob honestatem.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.1. Adde Boer. decis.338. numer.2. quem cum alijs refert Clar. in §. adulterium v r. adde fol. 5. Campan. in cap.regni 165. numer.36. Adde Afflict. in prælud. Const. regni q.12.nu.2. Surd. de aliment.tit. 7.q.16.num.20. & seq. D. Gart. Mastrill. in decis.57. & omnino Farinac. post hæc impress. in 4. volum. in titu. de delictis carnis q.142. fol.80. & seq. ad quem semper recurrendum est.

Et Villalobos in suis opin. fol. 25. alterum Hyspan. Suarez in eo. libro fol.6. in paruis Capriolum de success. fol. 267. numer.85. & infra decis. 421. numer.18. omninò Viuium in opin. vlt. par.3. vbi sunt limitationes; limitat etiam Baiard. ad Clar. in d.§ adulterium num.120.

Qualiter autem adulterium probetur, vt mulier dote priuetur, Vide Maxill. in Cons. Bari fol 167.n.73 in nouis post Mattes. sing.118. Vrsill. in decis. Affl.265. ante nu.64. qui loquitur in stupro, & Marcell. Calà de modo articula.n.1117.fol.206. Viui. in decis.241. à nu.7. cum seq. post Mascard. de probat. à concl.57. cum seq. 1. volum. & ex quibus præsumptionibus, & coniecturis; Vide Menoc. in tract. de præsumpt. lib.5. c.41. & multos refert Baiard. ad Clarum in §. adulterium à nu.33. cum multis seqq. fol.5.

Num.5. Adde in Campan. in loco supra citato Ioseph. Ludou. in suis comm. opin. conclus.16. illat.60. fol. 45. infra decis. 240. num. 1. Anton. de Gama, in decis. 234 num.4.6. post Clar. in d.§. adulterium ver. caueat etiam maritus vbi etiam Baiard. num.115. & omninò D. Garsiam Mastrill: impress. postea post multos annos in d. decis. 57. Videatur omnino Farinac. in d. tit. q. 142. fol.95. & seqq.

Num.6. & seq. Vide infra decis.240. n.2. Baiard. vbi supra n.121. & seq.

In addit. ibi quæ pretio, vel precibus fiunt; Adde Rubeum Alexa. cons.127. n.8. in fin. qui dicit quod consilia sæpe numerò ob pecuniam fiunt, & non immerito, si creditur Doctori magis in lecturis quam in consilijs, secundum vnam opinionem, de qua per Menoch. cons. 18.nu.21.vol.1. quem sequitur Rota Auen. decis. 78.nu. 7. Vide tamen eundem Menoch. de præsump. lib. 2. c. 71.n.48.

Item adde quod magis creditur Doctori in tractatibus, vt per Magon. in decis. Florent.83. nu.3. in fin. & Menoch. in d.n.48. in fi. & Gabriel. de testibus, concl. 4.nu.87.

Num.11. ibi quod ius excipiendi; Adde hunc Dominum in d.decis.240.col.1. Vide Natt. in cons. Alex.189. volu.6.

Quibus autem personis accusatio de adulterio contra adulteros competat; Vide supra decis. 94. & infra decis. 240. n. 1. & Viuium in decis. 490. nu. 1. Farina. semper in manibus tenendum in d. tit. de delictis carnis q.141.n.38. fol.70.

Et ex quibus causis marito non competit accusatio contra eius vxorem adulteram; Vide Viuium in decis. 122. à numer. 17. vsque ad fin. & in d. decis. 490. vbi late, & Baiard. ad Clar. in d. §. adulterium, numer.15.16.

An vxor accusat virum de adulterio commisso cum alia muliere, dic quod non criminaliter, sed ciuiliter ad thori separationem secundum Viuium in opin. 533. 9.p.2. post Couar. de sponsalibus fol. 107. in paruis n. 5. &

5. *&* fusius Baiard. *in loco sæpius citato sub nu.* 18. vbi refert casum, in quo licitum est vxori accusare criminaliter de adulterio eius virum.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *De adulteri, & adultera pœnis, & infra sub nu* 11.
2 *Maritus si malè tractat vxorem suam, eique non reddat debitum suum, ipsam de adulterio non potest accusare.*
3 *An perdat dotem.*
4 *Mulier adulterio consentiens per auri dationem, vim passa dicitur.*
5 *De nefarijs concubitibus.*
6 *Stante conquestu viri in vita, querelandi ius cuilibet datur extraneo viri hæredi aduersus vxorem, & num* 11.
7 *Ius accusandi tàm ante litem contestatam quàm post, an transeat ad heredes.*
8 *Quando maritus dicatur leno.*
9 *Adulterij nominis allusio.*
10 *Adulterium an extendatur ad solutam.*
11 *Adulterium an directò probetur.*
12 *Heredes an agant si maritus sciuit, & tacuit.*
13 *Ampliatur in concubinarijs.*
14 *Adulterium qualiter probari possit.*
15 *Matrimonium an separetur ob adulterij querelam, licet femina absoluatur.*
16 *Adultera an debeantur alimenta.*
17 *Adulterium an ex officio inquiri possit.*
18 *Adulterium mutua compensatione tollitur.*
19 *Dos an amittatur ob adulterium in matrimonio putatiuo.*
20 *Absolutoria, vel condemnatoria adulteri an noceat adultera, & prosit.*

AD hanc decis. vide Præsidentem de Franchis,
1 *decis.240.incip.Cum esset, nu.*5 vbi de † pœna adulteri, & adultere, ad quam dico. Ad-
2 de omninò, quod † si maritus malè tractat
vxorem, & ei non redit debitum suum, non potest eam de adulterio accusare. Boer. *decis.*297. *&* *decis.*338. vbi
3 dicit quod † perdit dotem. Item adde, † quod mulier
4 consentiens adulterio per auri dationem, dicitur violentiam passa. Hipol. *Sing* 335. & Afflict. *in Constit. Si quis non dicam*, Bonacoss. 99. *Crim. verbo, adulterium, & verbo, stuprum.* Vide Mangrellam *in rubr. de adul-*
5 *terijs.ff. vbi etiam † de patre. cognoscente filiam; filio matrem, fratre sororem, & de alijs quæst.* Ad nu. 3. de
6 retentione, vide *sup. decis.* 104. *nu.* 3. vbi dicit, † stante conquestu viri in via, dari querelandi ius cuilibet etiam extraneo viri hæredi, aduersus vxorem, & non impediri, de quo vellem videri Tiraq. *de retractu Lignager,*
7 *&c.* vbi † an ius accusandi tàm ante litem contestatam, quàm post, transeat ad hæredes. Tiraq. *in l. si vnquam,*
8 *C. de reuocandis donat.* An † maritus possit dici leno,
9 & quando, *supra decis.* 68. Item adde quod † adulterium ideo sic vocatur, quia ad alterius est torum accessus. Rosan. *consil.96.num.*31. *volu.*2. *& consil.74 num.*
10 13 *volum.*1. vbi etiam quod † adulterium largo modo
11 dicitur cum soluta. Item adde quod † adulterium directò probari non potest, etiam si testes viderint hominem supra feminam. Rol. *cons.7.num* 19. *volum.*1 *consil.50.num.2.eod.vol. sed præsumptiuè vt idem cons* 34. *volum.* 2. Sed de pœna adulteri, & adulteræ, omnino vide ipsum Roland. *in d. cons.*74. 54. *& cons.*35. *volum.* 2. Adde quod ad hoc, vt hæredes viri admittantur, sufficit non solum conquestus viri, sed etiam quod ipse vir, & pater expulerint vxorem reprobando mores ipsius, licet adulterium scirent, & maritus tempus accusandi habuerit, & tacuit, ita Baldus *notanter in titu. quib. mod. feud. amittatur, in fine.* Alia vide per Gozadinum *consil.*13. *nu.*48. Paris. *consil.*64. *num.*4. *volum.*
3 & Iason. *consil.*5. *volum.*4. Bald. & Castre. *in l. rei iud.*
12 *ff. sol. matrim.* vbi † quid si maritus tacuit, & sciuit, an hæredes agant, & dicunt quod non, Bald. *consil.* 203.
13 *volum.*3. Ampliat † hoc in concubinario, & concubi-
14 na Bald. *in l. si mater C. de probat.* † Sed adulterium qualiter probari possit, vide Marant. *consil.* 16. & plene Foller. *in sua prax. Criminali laicorum, verbo capiat informationem num* 81. *& verbo, item quod fuit leno, num.*1. *& seq.* Mascar. *in suis conclus. post* Menoch. *de arbitrar. iud.* & Baiardum *de Opere Iulij Clari, in §. adulterium*, & Tartagl. *in Margarita Fisci, in §. adulterium, alias capite.* Triuisanus *decis. Veneta* 61. *vo-*
15 *lum.*1. vbi † an matrimonium separetur ob talem querelam adulterij, & concludit quod sic; licet fœmina absoluatur, & *decis.*21. *volum* 2. Qualiter adulterium
16 probetur *decis.* 57. *volum.*2. *&* 16. *authoris.* an † de-
17 beantur alimenta adultere, & 66 & quid † si adulterium ex officio inquiri possit, *decis* 3. *lib.*2. *&* 35. *&*
18 45. vbi, quod † adulterium mutua compensatione
19 tollitur, quod est notandum. An † autem in matrimonio putatiuo propter adulterium dos amittatur, vt puta, quia consanguinitatis, vel affinitatis causa suberat, latissimè discurrit Ceuallos *in tract. Communium contra Communes q.*298. vbi Communem contra Communem, quod amittatur, & quod non, & ibi concor-
20 dia, & † an absolutoria, vel condemnatoria adulteri prosit, vel noceat adulteræ. Consiliarius Anna *cons.*17. *&* 18. *&* 89. *vol.*1. Ad nu. 10. adde, An Doctori potius sit credendum in Consilijs, vel Lecturis, omnino Gabriel. *lib.*1. *Conclus. tit. de testib. Conc.*4. *nu.*87. *& seq. vbi ad partes pro. & contra.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA

SVMMARIVM.

1 *Heredem extraneum mariti posse opponere vxori repetenti dotem de eius adulterio, quando maritus extraiudicialiter conquestus est firmant D. Præses, & quamplures.*
2 *Noalis Gasp. Thes. Farin. & alij nominatim decisionem refellunt, & quando secus.*
3 *Addubitatio Autoris.*

1 LAxa, & vti sedatiua alieni thori à scribentibus magni nominis expressè conuellitur hæc decisio, proponit illam diù agitatam quæstionem, vtrum data viri scientia de adulterio vxoris, si maritus fuit conquestus extraiudicialiter possit hæres extraneus mariti opponere mulieri repetenti dotem de eius adulterio, in qua re D. meus affirmat, & iterum in *dec.*240. *nu.*2 & hanc opinionem tenent plures, quos cumulat Farin. *in prax. criminal. par.* 2. *quæst.*142. *n.*120. *&* 199. & magis communem tradit Mastrill. *dec.*59. *n.*14. Boer. *dec.*338. Menoch. *cons.*33. *n.* 35. & ibi Giouag. & querimonia extraiudicialis dicitur quando maritus expellit vxorem de domo, vel alio simili modo de illius adulterio conqueritur extra iudicium.

2 Contrariam sententiam vti mitiorem amplectitur, & defendit Gasp. Thes. *lib.*3. *q. for.*98 *num.*5. qui tradit non esse admittenda capitula conquestus extraiudicialis in casu contingenti, sed pro transmissione iuris opponendi de adulterio fore necessarium conquestum, & querimoniam iudicialem mariti, & Farin. *vbi sup. p.* 2. *num.* 129. etiam transit cum eadem opinione vti æquiore, & mitiore, addo Bald. *cons.*221. *l.*1. Vgol. de

de Arim. *in add.* ad Angel. *de malefic. n. 29. in ver. C'hai adulterato la mia donna*, quos refert, & sequitur Noal. *de transmiss. cas. 49. n. 47.* & rationem adducit, quia vt lucretur dotem maritus non pendet à sola viri voluntate, sed pendet à Iudice, qui tunc potest lucrum dotis declarare, quando adulterium iudicialiter probatur, & ideò querimonia debeat regulari via iudicij.

3 Limitat Noalis cum Vgolin. de Arim. ad Angel. *de malefic. vbi sup.* postremam opinionem quando maritus non potuit iudicialiter conqueri, vt quia repentina morte decessisset, ex qua limitatione argumentatur Noalis necessarium esse conquestum iudicialem, quia maritus possit extraiudicium conqueri, & propter mortem de repente non posse iudicialiter accusare vxorem, sed ego iuxta modicam meum intellectus capacitatem, non intelligo vim argumenti, nam potest euenire casus mortis repentinæ mariti, ita quod nec potuerit extra iudicium conqueri, & minus rectè Doctores appellant secundam opinionem mitiorem, quia mitior erit me Iudice illa opinio, quæ tenet non esse necessarium iudicialem conquestum, sed sufficere extraiudicialem, nam in hoc casu clementior est maritus non accusando vxorem, qui propter conquestum iam fœdauit suum Thorum, & petijt lucrum dotis, vndè satis rationabilem, & plausibilem censeo sententiam D. mei.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis manu si reperitur scriptum supra processu, inquisitum esse liberandum sub cautione, & idem postea notatum in libro, vbi describuntur decreta, an eis sit standum, n. 6. deciditur, quod non.*
2 *Forma non seruata, quia sententia non fuit redacta in formam scripturæ substantia manu omnium iudicum, vel maioris partis sententia ipsa corruit.*
3 *Iudex deposito officio non potest facere de nouo, quod officio durante gessit etiam declarando maximè, si ex ipsa declaratione orīretur noua dispositio in præiudicium tertij, cum n. seq.*
5 *Confirmando quis actum nullum, dare dicitur & n. 6.*

DECISIO CLXXXV.

Delinquens, an possit petere se liberari virtute eius, quod scriptum reperitur super processu, inque libro vbi decreta describuntur notatum per manum Iudicis, quod ipse inquisitus sit liberandus media cautione.

EXistente quodam per Regiam audientiam condemnato pœna vltimi supplicij, eoq; transmisso ad carceres Magnæ Curiæ Vicariæ, quia appellauerat cum esset confessus; fuit transmissus ad Regias triremes, prout Illust. Proreges, sæpè sępius
1 mandant pro bono publico; † eo ibi existente, relata causa repertum fuit sup. processum manu iudicis scriptum (prout consueuimus) bene appellatum, & propterea, sub fideiussione liberetur. Hoc idem reperitur scriptum in libro, vbi decreta annotantur, & propterea eo reuerso ad carceres petebat, se liberari ex prædictis. Quibus accedebat fides iudicis, qui tunc fuerat sic etiā declarantis, & postquam fidem facit de eo, quod ipse facit de eo, quod ipse fecit dicebatur, ei credendū, *arg. l. Theopompus. ff. de don. prælega.* Dicebatur pro Regio
2 fisco, † quod etsi consuetum sit, supra processum, conclusionem scribere, & sic etiam notari in libro decretorum, quod nihilominus postea ista conclusio redigitur in formam decreti, cum subscriptione eorum, seu maioris partis iudicum, tàm intus processum, quam in d.
3 lib. † vnde cum non appareat hæc forma seruata, actus corruit. *l. cum hi, §. si prætor. ff. de trans.* & de fide iudicis, dicebatur non curandum, quia ei multa obstant, Primò, quia iudex deposito officio, hoc facere non potest, etiam declarando, ex notabili dec. Bal. *in c. 1. 2. col. vers. extra, quero, qui succes. te. ca.* Secundo, quia †
4 etsi iudex possit declarare, & testari hoc posset facere, quando ex declaratione non oriretur noua dispositio in tertij præiudicium, secundum Bart. *in l. heredes palam, §. sed si votam,* & Paul. *in §. sed si quid. ff. de testa.* late, & pulchre probat Dec. *in l. edita. 11. col. vers. & quid, si dictum est, n. 49. C. de eden.* de quibus meminit Menoch. *in trac. de arbit. iud. lib. 1. q. 73. in 3. declara.* sed ex hac fide oriretur noua dispositio contra fiscum, quia oriretur sententia in fauorem inquisiti; cum prædicta sic informiter scripta, non sit sententia, ergo de prædicta fide, dicebatur non esse habendam rationem.
5 Item, & tertio, † quia regula est, quod qui confirmat, quando actus est nullus, dat. *l. lege obuenire. ff. de verb. sign.* plene Doctores *in l. more maiorum. ff. de iurisd. omn. iud.* sed in casu, de quo agebatur prædicta erant nulla, quia ordine non seruato, & sic videretur, quod ipse, fidem faciendo, modo prædicto, prædicta confirmaret, & ex eius confirmatione proferretur sententia,
6 vnde aliud inconueniens sequeretur, † quod finito officio, vt priuata persona iudicaret, quod absonum esset & ex prædictis fuit decisum in fauorem fisci, prout Magna Curia fecerat, & cum Magna Curia iudicasset in causa principali, quod tempus, quo stetit in triremibus cederet pro pena, & Regius fiscus habuisset recursum ad Sacrum Consil. quia prætendebat se grauatum, habita ratione ad prædicta, & quia concurrebant requisita ad admittendum recursum, declarauit Sacrum Consil. non esse locum petito recursui.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Ann. Moder. meritissimum Senat. *in cons. 61. n. 69.* Petr. Caball. *qui decis. istam comprobat in suis Resolut. crimin. in casu 133. & in dec. 398.*

Num. 3. *ibi §. prætor.* Adde Maxill. *in Consuetud. Bari, n. 36. 37. fol. 150.* Carauitam *in Ritu 44. n. 5.* Roland. *cons. 72. num. 45. volu. 3.* Viuium *in decis. 334.* & Bursat. *cons. 66. num. 6. vol. 1.* qui loquitur de actu facto contra formam statuti, Intrigl. *in sing. 173. num. 59. 60.* Anton. de Gama *in decis. 40. sub num. 3. decis. 44. num. 3. & decis. 126.*

Num 5. Adde Surd. *in dec. 245. nu. 6.* & Io: Bap. Cost. *in tract. de retrotract. fol. 95. n. 13.*

Et num. *primo, & num. 6.* Vide *infra decis. 398. vbi adde.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Notis in Quinterno Actuarij existentibus, quod talis fideiussit pro tali, vel se obligauit, cum similibus, an credatur; & negatiuè concluditur.*
2 *De exceptionis forma non seruata prærogatiua.*
3 *Officialibus finito officio an credatur.*
4 *Tutor finita tutela non potest examinari vt principalis. Idem in defensore, & procuratore.*
5 *Iudex an possit esse testis in causa, in qua iudicauit, & quando.*
6 *Iudex potest testificari de actibus ordinarijs, non probatorijs, in casib. in quib. potest procedere sine scriptis*
7 *Iudicis assertioni quomodo credatur.*
8 *Actum nullum an confirmatio conualidet.*
9 *Officialis non impediente officio, potest in alia Curia testificari, patrocinari, & salarium recipere.*
10 *Quod sententia informis non sit sententia remissiue.*

AD hanc dec. 185. de Notula decreti. Adde an
1 † Notæ in Quinterno Actuarij, quod talis fideiussit pro tali, vel se obligauit, cū similib. credatur Anna *Sing. 428. Quinternus*, vbi quod nō, & allegat cōs. Bal. *444. vo. 4. quod nō est illud sed cons.*

consil 401. in meo. Ad num. 2. † de forma non seruata, quod ista exceptio est mirabilis, & nullo statuto reiecta, etiam si defectus esset modicus, de Grassis in tract. de exceptionib. excep. 39. Ad hanc etiam decis. adde Me-
3 noch. de arbitra. iudicum lib. 1. quest. 73. † An credatur Officialibus finito officio Anna Sin 134. quod non,
4 sicut etiam † tutor finita tutela non potest examinari, vt principalis, nec defensor, nec procurator. Amon. Soliloq. 97. est iussus. & Hippolyt. in rubr. de probationibus. & de hac decis. Petr. Cabal. lib. resol. crim. Casu 133. Adde omninò Do. Vinc. Annam Sing. 522. Gram. cons. Ciuil. 131. & hunc Authorem infra, decis. 398. in
5 fine, fol. 78 † quando iudex possit esse testis in causa in
6 qua iudicauit, & quando non. Item adde quod † iudex potest testificari de actis ordinatorijs, non probatorijs in casibus in quibus ille potest procedere sine scriptis.
7 Aimon. cons. 265. num. 4. & † quando Iudicis assertioni credatur plenissimè cons. 48. & Menoch. de arbitrar. iudic. q. 73. Adde plura de confirmatione decis. 2. num. 32. & decis. 4. num. 15 & infra, decis. 205. & Firmian. verbo confirmatione, & Camerarium in c. Imperialem,
8 & vide quæ ad dictā decis. dico. Sed † actus nullus propter confirmationem, non valet, infra dec. 204. Ad nu.
9 5. ad verbum, quod finito officio, adde quod † Officialis non obstante officio, potest in alia Curia testificari, & patrocinari, & salarium recipere Bertrandus cons. 201. incip. Supposito, vol 2. videndus. Vide alia po-
10 sita ad num. 4. in fine. Quod † sententia informis non sit sententia, Regens à Ponte cons. 60. num. 24. qui allegat hanc decis. & Afflict. decis. 303. De hac decis. vide infra Præsid. decis. 198. & Petr. Cabal. lib. Resol. Criminalium Casu 133. & Bertrandum in cons 201. incip. Supposita, vol. 2.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an possit esse testis de his, quæ respiciunt ordinem, & decisionem causæ.*
2 *Quid si essent plures Iudices, an pendente iudicio eis credatur.*
3 *Finito iudicio, vel in causa appellationis, an possit Iudex fidem facere.*

1 PEregrinam, & quotidianam affert materiam præsens decisio, an & quando Iudex possit fidem facere de his, quæ respiciunt ordinem iudicij, & decisionem causæ, & ponit casum, si votum Iudicis reperitur adnotatum supra processu, seù manu Iudicis inuenitur scriptum, esse liberandum inquisitum præstita cautione, & idem postea notatum in libro, vbi describebantur decreta, & quæreretur, an inquisitus esset liberandus iuxta dictam descriptionem, & adnotationem, & S. C. pronunciauit non esse standum tali notationi, quæ non erat in forma solita sententiæ, etiam quod concurreret declaratio Iudicis, quia cum non esset in officio non potuit facere declarationem in præiudicium Fisci, addo Ann. in cons. 61 nu. 69. de Pont. cons. 60. nu. 24. & fusè Caball. centur. 2. resol. crim. cas. 131. vbi quod huiusmodi adnotatio, & descriptio Iudicis non habetur pro sententia, quæ redigi debet in scriptis, & postea legi, & publicari, & cum dicta descriptio careat dictis solemnitatibus, sententia non dicitur, & si talis dici posset, nulla & inualida est, non obstante quod agatur de absolutione inquisiti, quæ fauorabilior est, Caballus sequitur, & commendat hanc decisionem, & quamuis Iudici non credatur de pertinentibus ad causam in qua iudicauit, si tamen fides Iudicis est coadiuuata aliquo adminiculo, & coniectura, & verisimilitudine tunc stari assertioni Iudicis tradunt Ancharan. consil. 277. & 439. Farin. de testib. q. 60. num. 127 Gratian. discept. 938. n. 11. secus tamen si expirasset officium, nam eo finito Iudex non potest fidem facere, nec declarare sententiam suam, vt probat Gabriel. comm. conclus. lib. 6. de reg. iur. conclus. 3. nu. 23. Menoch. de arbitr. q. 73. declar. 3. Merlin. cent. 2. contr. 91. n. 24.

Pro intelligentia autem articuli adducitur ratio, quare Iudex non possit facere fidem de his, quæ respiciunt iudicij ordinem, & decisionem causæ, & est illa quam affert text. in c. nullus 4. q. 4. ibi per se accusatores, per se Iudices, per se testes, per se accusati, vnusquisque in suo ordine, & glos. in c. statutum 2. q. 6. in verb. cognitor, quia Iudex semper vellet tueri sententiam suam, & ideò non esset ex vtraque parte, quod est officium testis.

2 Ampliatur etiam si sint plures Iudices, qui fidem facerent, & iurarent, ita Abb. in c. quoniam contra de probat. qui tradit, quod si oriretur difficultas super processu coram Iudice vno, vel pluribus coniudicibus non sit standum eorum assertioni, etiam si vellent iurare ratione prædicta, quia non possunt esse Iudices, & testes, nā sequeretur (inquit Abbas) quod vbi essēt plures coniudices non esset necessario obseruanda hæc constitutio, & idem repetit in c. cum à nobis de testib. ibi quia non possunt esse Iudices, & testes.

3 Limitat Archidiac. in d. cap. statutum, vt deposito officio possit Iudex testificari, si inducatur vti testis iuratus, & glos. in d. c. cum à nobis, idem docet, quod si durat causa coram se, non potest, quia non potest esse Iudex, & testis in iurisdictione contentiosa, aut expirauit causa, & in his quæ respiciunt terminum, & decisionem litis non creditur sibi, quia est suspectus, in alijs potest esse testis, si expiraret compromissum, vel desinat esse Iudex, in causa vero appellationis in defectum probationis, & Felin. ibidem, dicit quod etiam si fuerit remotus ab officio non potest esse testis, nam præsumitur quod habeat affectionem ad causam, vt sententia suum effectum habeat, ita post alios Barbos. in c. cum dilecto de testib. & Abb. in d. cap. cum à nobis, ampliat non credi Iudici etiam si esset Cardinalis, & in omni casu quo posset Iudex esse testis de his, quæ non respiciunt laudem, & vituperium suum, & non esset suspectus, neque ei creditur si sit singularis, nam esset contra sententiam Euangel. quod in ore duorum, vel trium stet omne verbum, ita Abb. vbi sup.

Concordat cum præsenti decisione alia D. mei 328. vbi tractat de voto, quod ex errore fuit vno modo scriptum, sed alio modo pronunciatum, scilicet quod inquisitus condemnaretur non absolueretur, & n. 6. dicitur non esse standum iudicibus, qui postquam iudicauerant, persuncti erant officio eorum, nec in præiudicium tertij possent errorem corrigere, etenim corrigendo videntur sententiare, quod non possunt finito officio, & tandem aduertendum, quod Iudices possunt examinari de ijs, quæ coram se gesta sunt, in quibus nō sunt suspecti, dummodo non sint minus quam duo, vt latè Catar. peregr. 99. c. 49.

SVMMARIVM.

1 *Antephati onus soluendi, in hæreditate remansum, quomodo est facienda æstimatio, ac eius liquidatio defuncta matre cuius erat vsufr. antephati, ante æstimationem, & num. 7. deciditur.*
2 *L. hæreditatum. ff. ad leg. Fal. quomodo procedat, & quando, nu. 3. & 6.*
4 *L. cum Titio. ff. ad l. Fal non est correcta.*
5 *Alimenta si fuerint æstimata pro certo tempore, & postea alimentarius plus, vel minus vixerit fit deductio, vel augmentum ex post facto, inspecto tempore,*
quo

quo vsufructuarius vixit, & de veritate, nu. 8.

9 *Dilatioque data adsoluendum debitori, qui antequam dies cederet mortuus est, habetur ratio commodi medij temporis, infra quod onus hæreditarium solui debet.*

DECISIO CLXXXVI.

Liquidatio anthepati soluendi vxori defuncti per eius hæredes quomodo sit facienda.

INter onera, quæ remanserunt in quadam hæreditate, erat onus solutionis antephati quod debebat restitui vxori defuncti, quæ erat effecta domina antephati prædicti, quoad vsumfructum tantùm, seruata forma consuetudinis Neapolitanæ, de
1 qua aliàs dixi, quia † ex matrimonio supererant filij, fuit dubitatum in liquidatione onerum prædictorum, quomodo erat facienda æstimatio huius. Dicebatur,
2 hanc quæstionem decidi ex dispositione text. *in l. hereditatum. ff. ad leg. Falc. vel ex tex. in l. si quis argentum, §. si autem donatur. C. de don.* Dictum fuit, iura prædicta procedere, quando esset facienda æstimatio, vel facta esset, re integra: sed in casu de quo agebatur tempore, quo tractatur liquidatio, & æstimatio huius oneris, erat iam mortua vxor. & sic certum est, quanto tempore vixit, vnde dicebatur esse faciendam æstimationem pro tempore, quo vxor vixit. per text. *in l. cum Titio, in fin. respon. ff. ad leg. Falc.* quam l. ita declarat. Alb. ibi, & Cuma. qui dicit, quod licet æstimetur dubius euentus, tamē si certificetur ante æstimationē, stabimus
3 certo, allegat Bart. *in l. sequenti* qui videtur hoc expressè dicere, licèt aliter Bart. declaret Herc. *ibi 5. col. vers. moneo vnum dubium*, idem tenet Goff. *in d. l. hareditatum. 7. col. vers. sed querendum*, cuius verba sunt hæc, quę transcribo, quia communiter non habentur. Sed quęrendum est quid si antequam sit facta æstimatio, legatarius decedat, vel Respublica, cui legatum erat pereat, numquid fiet æstimatio secundum seriem huius legis? Puto, quod, nō imò non solū habebit locum computatio, & æstimatio istius l. quando ante facta est æstimatio; nam si ante moriatur legatarius, vel pereat forte Respublica propter aratrum Ciuitatis legatarię, ex tunc legatum factum, est certum, quod antea erat incertum. Ideò non fit exstimatio, nisi quantum, te
4 vera debuit habere, vt sup † *ead. l. cum Titio*, quæ nō est correcta. Idem tenet Imol. *in d. l. Titio, in vers. in*
5 *tex. ibi mortuo*, vnde dicebatur, ex prædictis † hanc quęstionem reddi claram, quæ dicebatur, quod erat clarior: nam etiam, quod fuisset facta æstimatio, & deinde fuisset mortua vxor, pluri vel minori tempore, quam fuerit ęstimatum, deberet fieri, vel deductio, vel augmentum, *ex glo. in d. l. hareditatum, in vers. 30. & in d. l. si quis argentum. sin autem donator. in ver. prastet. quam glo. in d. l. hareditatum*, sequitur Bart. ibi, dicit, eam optimè dicere, *in vers. quaro. quid si plus, vel minus*, & cum ea transit Imo. *in glo. 1.* & Alexa. *super ea. glo.* qui id etiam dicunt *in 1. respon d. l. cum Titio.* Idcirco non fieri amplius deductionem, vel augmentum, quia si ęstimatur annuum legatum, quantum vendi potest, semper verum est di-
6 cere, † veritatem fuisse, tanti vendi posse, & secus esse in casu *d. l. hareditatum*, quia illa lex procedit super præsumptione, quæ postea cessat, apparente veritate, & hanc eamdem opinionem tenet Hercul. *ibi supra*, & plenè disputat articulum, eamq; sequitur Affl. *decis. 34.* vbi etiam nouissimi addentes, & Rodori. Xoares, *in repet. l. quoniam in priorib. 3. ampliat n. 10* & Isern. qui illum *tex. in d. l. hereditatum*, sic intelligit *in cap. 1. in vers. nisi, col. si vassal. feu. priuet. cui defer.* si ergo esset facta æstimatio à principio, & appareret postea, plus aliquem vixisse quam æstimatum sit, est facienda deductio, vel augmentum, ergo multo fortius non fa-
7 cta aliqua ęstimatione, † Sacro Consilio visum fuit liquidare, vel æstimare hunc vsumfructum habito respectu ad tempus, quo vixit vxor ex dictis *in d. l. cum Titio, & ex decisionib. sup. alleg.* vt audiui à Dominis, qui in simili causa per prius iudicauerant, & aliter non discusserunt de veritate, glo. *in d. l. hereditatum*, quia non acta prius ęstimatione non erat necessa-
8 ria. Dicebatur, tamen † quod contra glo. prædictam multi tenent, & contra eam vrgent rationes validissimę non. n. id quod semel legitimè factum est, debet retractari. *l. nec. n. ff. de trin. actuq; priua. cum sim.* Item, quia si in casu *d. l. hereditatum*, ex euentu futuro deberet augeri, vel minui æstimatio, non processisset Iureconsul. subtiliter diuidendo ætates, sed vnum, & idem tempus statuisset, quo deberet legatum ęstimari, & responsa *in d. l. hareditatum*, facillissime frustrarentur, & ex prædictis contra gloss. tenet Goffr. *in d. l. hareditatum, 5. col. vers. sed hic mihi pone, & in 7. glo. vers. in glo. ibi, quid si minus*, qui in specie subdit, non placere sibi determinationem gl. & idem Goff. *in l. qui 40. §. qui ducenta, n. 101. eo tit. vers. sit autem æstimatio*, dicit, non conuenire propter futurum euentum reccurrere ad maiorem, vel minorem æstimationem, & iure hoc cautum non reperiri, & *eo. num. vers. item licèt Seius*, dicit glo. male pessimeq; dicere. Item vltra Goffr. contra glo. tenet Beringar. Paulatus, *in repet. l. vnic. q. n. 3000. vers. tertio, circa eam l. quæritur, C. de sen. quę pro eo, quod inter. tenent*, etiā contra glo. Cęp. *cons. 14.* & Aym. *cons. 194. de quib. s.* Cæpol. & Aym. meminit, eosq; sequitur Didac. *in tract. varia. resol. lib. 30. c. 9 12. colum. vers. hinc deducitur. fol. 346.* licet dicat, opinionem glo. magis communiter teneri, & contra *glo. in d. §. sin autem donator*, tenet Salyc. ex mente Petri, & aliorum vnde ex prędictis videtur, quod opinio glo. non sit sine scrupulo, apparentq; validissimæ rationes contra eam, & nouissimè Io. Guttier. Hyspanus. *lib. 2. pract. q. in q. 17. n. 8. vers. sumpta, fol. 46 & quæ glo. sent.* Hyeron. à Laurentijs *in dec. 95. vers. quorum opinio. fol. 112.* Posui hæc, vt cum casus acciderit, sciatur Sacrum Consilium hunc casum non decidisse, sed tantummodò iudicasse, quod non facta æstimatione, & re integra fiat æstimatio habito respectu ad tempus, quo vixit is, cui vsusfructus debebatur. Et cum accidisset similis casus, non facta ęstimatione, & fuisset propositus, & auditę partes, non fuit necessarium in illa causa illum decidere, sed ex prædictis apparet de veritate decisionis, & nouissimè in Processu Marci Ant. Diasgar. cum Ducissa Bouiani penes Pertaccianum reperi per Regiam Cameram Summariæ, referente Domino Thoma Salernitano, tunc in ea præside, fuisse interpositum decretum, quod liqu[illegible]retur annua præstatio pro annis quinque, sic conneniebat ætati creditricis, iuxta dispositionem, *d. l. hareditatem*, & quando plus, vel minus vixisset creditrix quinquennio prædicto, fuerunt reseruata iura partium, ita vt ex prædictis tanto magis difficultas augeatur. Item Sacrum Consilium iudicauit
9 in eadem causa, † quod in liquidatione onerum hęreditariorum quæ non debebantur incontinenti, sed erat data defuncto dilatio ad soluendum, & dies nondum cesserat, tempore mortis haberetur ratio commodi medij temporis, intra quod solui debebant, vt pulchrè ponit Albe. *in l. lex. Falc. si interuenit, ff. ad l. Falc. & Bal. in l. si non resignata, C. de fal. causa adiec. leg.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. 3. 6 Vide hunc Dominum *decis. 283. num. 13.* Ann Sen. *in sing. 534.* Roland. *cons. 29. nu. 25. vol 4.* Caualc. *de vsufr. mulier relicto, num. 225. pulchrè decis. Auen. 95. n. 3. 7.* Ioseph. Ludou. *in dec. Luca, 21. nu. 60. 61.* & Menoch. *de præsumpt. lib. 2. c. 51. n. 65. in fin. & seq.* D. Ann. Iun. *in collect. 106.* Surd. *in tract. de alim. tit. 9. q. 11. à nu. 26. & seq* & Vide Eundem *in q. 19. nu. 15. eodem tit.*

Post

Post nu.8. ibi ultra Goffred. Vide remissiuè Alphan. *collect.595.*

Ad fi.ibi haberetur ratio; Vide Tiraq. *de retract.consang.§.1.glos.18. num.37.* Suarez *ad l.post rem indicatam in 7.lim.ad legem Regiam nu.5.7.fol.615. in parmis ff. de re iudica.* Intrigl. *sing.89. infra dec.218.in addit.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

ADde omninò ad hanc decis. Vrsill. *in decis 4.* vbi si occiditur aliquis Doctor, vel similis persona, quod sit exactio interesse secundum dispositionem hæreditatum, *ff.ad leg.Falcid.* de qua latissimè Borgninus *in tract.de Vsufructu mulieri relicto, nu.224.fol. mihi 431.* Ad nu 5.de Alimentis, de quibus in hac decis. prædicto, nu.... & nu.8. Adde omninò Ioannem Baptistam Costam, *in tract.de Ratione rata hoc anno 1606. impresso, quæst.1.nu.4.hanc decis.allegantem in terminis, & latè ipsam disputantem.*

ADDITIO D. RICII.

LIquidatio antephati soluendi vxori defuncti per eius hæredes quomodo sit facienda. Adde Bertrand *cons.144.num.5.volum.5.* Gram. *decis.102.num.56.& 112.* Granet.*cons.194. num.6. cum seq. volum.1.* Couar. *lib.3.variarum resolut.cap.9. num.7. cum seq.* Paris. *in tract.de vsur.quæst.72.* Riminald. Iunior. *cons. 170.lib.2.* Cucchus *in tract.de legitima fol.104.num.8* Cordub. *in l.1.§.sed si filius nu.109.& seq. ff. de liberag. ascend.* & vide Vrsill. *in addit. ad decis. Afflict.34. ibi plura.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *In æstimatione alimentorum facta iuxta l. hereditatum, ff.ad l.falcid.an sit attendenda veritas.*

2 *Quid si non fuisset facta computatio secundum d. legem, an habeatur pro facta, & Fontanella extollit decisionem quam alij impugnant.*

1 NAufragium passa est opinio *glosa in l. hereditatum. ff.ad l falc.* docentis, quod postquam facta fuit taxatio iuxta dictam legem, si tamen legatarius plus, vel minus viuat, attendenda sit veritas declarata ex euentu, vt cum *glosa* tenent qui allegantur hic *n.4* & Vrsill.ad Affl. *dec.34.n 2.* sed quamuis Sacrum Consilium noluit resolutionem capere super traditione *glosæ*, vt legitur *n.3* & aduertit Fontanell. *de pact.nupt.to.2.claus.5.glos.8.p.4 n 38.* Nihilominus verior est opinio contra *glosam*, vt attendenda sit computatio secundum dictam legem, & si deindè secuta sit mors pluri, vel minori tempore, quam fuerit æstimatum, vt post plures tenent Barbos. *in l.maritum n.2.solut.matr.* D.Hodiern. *in l.hac edictali q.32. C.de secund.nupt.*

2 Difficultas maior est, si non fuerit facta computatio, an quæstio sit terminanda, ac si fuisset facta lege ipsa sine ministerio hominis, ex eo quod lex semper loquitur, semper clamat, & semper interpellat, & D. meus probat standum esse veritati, quæ ex euentu declarata est per breuem, aut longam vitam, quia nihil tale lex indicat, quod computatio ex se habetur facta, vndè si non est facta standum est veritati, ita decisum fuit, & decisionem extollit Fontanell. *vbi sup.*

Alij opinantur oppositum, quod computatio habeatur legis ministerio facta, Crau. *cons.194.* Costa *de port. rat.q.236.nu.7.* Grat. *discept.561.nu 4.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio l.vnica, C.quando Imper. int. pup. vt derogetur, non sufficit generalis derogatio.*

2 *Priuilegio l.vnica, C. quando Imper. quamuis non sit in specie derogatum, sufficit, quod sit dictum in priuilegio conceptionis Iurisdictionis, non obstante, quod sint miserabiles personæ.*

DECISIO CLXXXVII.

Idem quod secundum summarium continet.

1 QVamuis, † vt derogetur dispositioni *l.vnica. quando Imper. int. pup. & vid.* non sufficiat generalis derogatio, secundum Cyn. & alios ibi, sed sit necessaria specialis: nihilominus,
2 † si sit in priuilegio dictum, non obstante, quod sint miserabiles personæ; quamuis non sit in specie derogatum legi prædictæ, nec de ea facta mentio, iudicauimus in causa vtilis Domini Terræ Spinazzolæ, quod hæc derogatio prædicto modo facta sufficiat, ex verbis Pau.de Castr. *in d.l.vnica,* qui dicit, idem esse, vel quod in priuilegio apponatur clausula, non obstante. *l.1.* vel quod dicatur, non obstante, quod sint miserabiles personæ. Idem videtur velle Afflict. *in const.statuimus, in 7.notab.*& licèt diceretur, priuilegium dicti vtilis Domini fuisse concessum per illustr. D. Proregem, de cuius potestate dubitabatur circa derogationem priuilegij concessi miserabilibus personis; nihilominus quia pluries per Serenissimos nostros Reges in gratijs concessis Neapolitanis, fuerunt confirmata omnia gesta per Proreges, & signanter alienationes, & præstationes assensuum, & hoc priuilegium erat ante istas confirmationes, & ex causa onerosa, de prædictis non fuit habita ratio. Fuit hoc ad relationem Magnæ Curiæ, die 2. Octobris 1578. referente D. Marthos, iudice ipsius Magnæ Curię de hac decis.& sequenti, & de decis.192. meminit Alex.Raud. *in tract.de Analogis. lib.1. c.33. nu. 83.fol.312.*

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. Adde *supra dec.181 nu.8.& infra dec.192.* Fuscum *in singul.98.lit.P*

Et ad l.vnicam hic alleg. Vide Couarr. *pract.quæst.c. 7.* aliqua per Alphan.licet remissiuè *collect.350.* Thesa. *decis.177.& supra dec.100.* omnino Iacob.Menoch. *in tract.de arbitr.iud.casu 66. in suis nouis add.* & Capiblan. *de Baron.à fol.198.& seq.nu.153.*

An d.l.vnica habeat locum in sponsa; Vide D. Petr. Foller. *in Const.statuimus à nu.....cum seq.* & Rolan. *de lucro dotis q.12.nu 8.*

An priuilegium declinandi proprium forum per personas priuilegiatas, & miserabiles, & declinandi, atque eligendi forum Principis habeat locum in prima instantia, vel in secunda, videlicet in causa appellationis, Cumia. *super ritibus Siciliæ in Ritu 38.nu 477.fol.231.* tenet solum habere locum in prima instantia, & sic refert iudicasse; allegat Couarr. *vbi sup. n.4. ver.est.& in hoc, videatur* idem D. Foller. *in praxi crim.in ver.audiantur excusatores sub nu.143.in nouis fol.105.*

Contrariam opinionem tenet Thesau. *in d. dec.177. num.8. referens sic iudicatum;* Considera bene tu lector has opiniones, quia ex eodem Thesauro possunt concordari, Menoch. *vbi suprà in quarta extensione ante nu.38.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Quando per concessionem feudi censeatur derogatum huic priuilegio l. vnica, C. quando Imperator inter pupillos, & viduas.*
2 *Miserabilium personarum appellatione quæ veniant.*
3 *Viduæ, & aliæ miserabiles personæ diuites, an gaudeant hoc priuilegio.*
4 *Quæ dicantur miserabiles personæ.*
5 *Priuilegium priuilegio conquassatur.*

HÆc decis. est singularis, & pro ipsa videndus
est Grammat. *decis.* 20. *qui de hac materia*
1 *aptimè loquitur*. Sed † quando per conces-
sionem feudi censetur derogatum huic pri-
uilegio, etiam quod specialiter non sit dictum, Præsi-
dens *hic, decis.* 192 & Antoninus Thesaurus *decis.* 177.
2 qui de priuilegio dictæ legis. † Appellatione miserabi-
lium personarum, quæ veniant, Bart. *in tract. Repræ-
saliarum, quæst.* 2. *num.* 5. & Afflict. *decis.* 257. *vbi Mo-
3 derni.* † An gaudeant hoc priuilegio viduæ diuites, vel
miserabiles personæ diuites, Roland. *cons.* 20. *vol.* 2 sed
quod dicta lex locum habeat in diuitibus, Roland. *con-
sil.* 76 *vol.* 1. Natta *cons.* 590. Menoch. *casu* 66. *in lib.* 2.
arbitrariarum, & Præsidens *hic. dec.* 100. *ad quam di-
xi*, & Marcellum Calon, vide in principio operis de
4 modo articulandi, & quæ † dicantur miserabiles per-
sonæ, Sylua Nuptialis *lib.* 6. *a n.* 25. *vsq. ad* 50. & Guid.
Pap. *decis.* 556. Paul. Fusc. Episcopus Rauelli *in Sing. in
verbo, Vidua.* Rebuff. *in Constitut. Galliæ in tit. de sent.
prouis. in art.* 3. *gl. fin. vol.* 1. & omninò Couar. *lib. Pra-
cticabilium Quæst. c* 6. & 7. *adde ad num.* 2. Regentem
Tappiam Iureconsultum nostra tempestate laboriosis-
simum in scribendo, *l. fin. de Constitutionibus Princi-
pum, parte* 2. *c.* 8. *nu.* 26. & *seq.* & ideo nos dicimus pri-
uilegium naturale in pupillo non attendi, vt vidua
5 ciuili priuilegio priuetur: quia † priuilegium priuile-
gio conquassatur, quidquid dicat Afflict. *in Const. Sta-
tuimus, nu.* 14. Ad quod confirmandum facit illud quod
dicitur de grauato restituere loco pio, si sine liberis de-
cesserit, & ingreditur Religionem locum magis pium,
quia non ex hoc denegatur restitutio, quia rejjcitur
conditio liberorum, religionem ingredientis beneficio,
& fauore. Ita Hondedeus *in cons.* 62. *in fine, volu* 1. &
nouissimè Peregrinus *in tract. de Fideicommissis, Art.*
28. *nu.* 84.

ADDITIO D. RICII.

PRiuilegio l. vnicæ C. quando Imperat. inter pupill. & viduam non sufficit generalis derogatio, hoc dicit. Ad hanc decis. Adde modernum Nouar. *in praxi elect. for. q.* 1. *sect.* 2. subdens per clausulam generalem derogatoriam quibuscumque priuilegijs non obstantibus non reuocantur priuilegia clausa in corpore iuris, ad eum igitur recurras, nam plurima vtilia reperies cumulata.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Qualis requiritur derogatio, vt derogetur dispositioni, l. vnica, C. quando Imper. int. pupill. & vid. & Cancer. extollit decisionem.*
2 *Quando sufficiant clausulæ generales, & quæ.*

1 SYnodalis, nec parum frequens occurrit decisio
demonstratiua, quod specialis requiritur dero-
gatio, vt derogetur dispositioni *l. vnic. C. quand.
Imper. int. pupill. & vid.* vel cum derogatione
dictæ legis, vel quod expresse in priuilegio sit mentio
de miserabilibus personis, & pro hoc asserto decisio-
nem hanc optimam appellat Cancer. *tom.* 2. *variar. re-
sol. c* 2. *de iurisdic. omn. iudic. num.* 24. & sequitur Gizz.
ad decis. Reg. Latr. *obs.* 67. *n.* 6. stante enim qualitate
personarum non præsumitur reuocatio, nisi specialiter
fiat mentio cum clausula non obstante priuilegio con-
cesso piæ causæ, vel miserabilibus personis, Felin. *in c.
nonnulli* 28. *col.* 31. *n.* 19. *de rescript. per text.* quem dicit
notandum in *c. si propter, vers. Intentionis nostræ de re-
script. in* 6.
2 Procedunt prædicta tamen in dubio secus vbi con-
staret de mente Principis, tunc enim sufficiunt clausu-
læ generales, etiam ad tollendum priuilegium misera-
bilibus personis concessum Rip. *in c.* 1. *de rescript. num.*
54. Gabriel. *de reg. iur. conclus.* 9 *num.* 6. & *seq.* Gratian.
discept. 182. *num.* 13. qui exemplificat in Auditore Ca-
meræ, habente facultatem priuatam quoad omnes in
obligationibus Cameralibus, vt etiam debeant com-
prehendi personæ priuilegiatæ, idem si sit derogato-
ria clausula quorumcumque priuilegiorum, & legum,
etiam si talia essent, quæ specialem mentionem,
& derogationem exigerent, & derogatoria sit ampla
continens derogationem legum, & priuilegiorum in
corpore iuris clausorum impensius, quia dictum priui-
legium est vulgare, & notorium Gratian. *discep.* 421.
D. Marott. *discep.* 7. vbi ita seruari refert vide infra
obs. 192.

SVMMARIVM.

1 *Vidua non potest vti priuilegio. l. vnica, C. quando Imper. contra aliam personam priuilegio eiusdem legis gaudentem, etiam secundum Ritum Magnæ Curiæ.*
2 *Viduæ, pupilli, & aliæ miserabiles personæ, de quibus in d. l. vni non possunt inuicem vti illo priuilegio, sed quilibet seruabit ius commune, cum vnus non sit potentior altero.*

DECISIO CLXXXVIII.

Idem est argumentum cum summario.

VAna visa fuit dubitatio in Sacro Consilio, in
causa Constantiæ de Matthæis, quæ præ-
1 tendebat, † viduam posse vti priuilegio. *l.
vnica. C. quando Imper. inter pupil. & vid.
constit. Regni, statuimus.* contra aliam personam priui-
legiatam, ex eisdem. l. & constitutione, postquam ad-
sunt Ritus Magnæ Cur. *nu.* 258. *Item quòd nullus priui-
legiatus, & nu.* 231. Item si pupillus, expresse hoc sta-
2 mentes, & iuridice, † quia postquam pupilli, viduæ,
& aliæ miserabiles personæ, sunt suffultæ priuilegio
eiusdem legis, vno, & eodem tempore, priuilegia præ-
dicta confunduntur, nec vnus erit potentior altero, &
ius commune seruabitur, scilicet: quod actor sequatur
forum rei, ita Andr. *in d. constit. statuimus*, ibi idem te-
net Afflict. *in* 7. *notab.* post relatos Docto. qui hanc opi-
nionem tenent, nec visum fuit insistere in alijs, quæ ple-
nè tractat Couar. *li. pract. q. c.* 7. 5. *col. ver. est in hoc tra-
ctatu* tamquam non necessarijs, de quibus tamen, vt
nostrates non omittam, plura dicit Foller. *in sua pract.
criminali, in vers. audiantur excusatores. nu.* 102. *vers.
obiter enim, fol* 86. *cum seq & in constit. reg. statuimus*,
die 8. Octobris 1578. penes Secretarium.

AD-

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Viuium *decis.49.num.1.* Muscatell. *in Praxi Sac.Cons.fol.31.n.87.* & D. Senat. Tapiam *in l.fi. fol.238.ad fin.ff. de Const. Princ.* Iacob. Menoch. *in d. casu 66. in suis addit. nu.46.47.* & Capiblanc. *in tract. praedicto fol.201.post nu.170.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium priuilegio concutitur.*
2 *Minor non gaudet priuilegio contra pariter priuilegiatum sed vide sub n.6.*
3 *Magis priuilegiatus praefertur minus priuilegiato sed vide hic etiam sub n.6.*
4 *Vidua praefertur minori.*
5 *Priuilegium naturale vincit accidentale.*
6 *Maius priuilegium, trahit ad se minus.*

1 AD hanc decis. adde quod † priuilegium priuilegio concutitur, Ioseph. Ludouicus, *in*
2 *dec. Perusina 54. num.8* vbi † quod minor non gaudet priuilegio contra pariter priui-
3 legiatum, & quod † magis priuilegiatus praeferatur mi-
4 nus priuilegiato, & sic, quod † vidua praeferatur mi-
5 nori, & sic, † quod priuilegia conquassentur, & naturale priuilegium accidentale vincat, Carauita *Ritu 21.*
6 *& 228.* de quo Afflict. *decis 56.* vbi quod † priuilegium maius trahit ad se minus, & ante ipsum hoc dicit Bart. *in l.verum 12.§.item.ff.de minoribus*, & quod priuilegiatus non gaudeat priuilegio contra pariter priuilegiatum, Decius *cons.221.* Bar. *in l.sed, & miles, ff.de excusat.tutorum*, & Iason. *in § rursus, in n.55.* & Marsil. *Sing.681.* Sed quando hoc procedat Bartol. & Doctor. Moderni *in Auth. Quas actiones, C.de sacrosanctis Ecclesijs*, & doctissimè Caualcanus *dec.1.in tit. De Contratt.* Adde, an & quando priuilegiatus priuilegio vtatur contra pariter priuilegiatum, *quae dixi infra dec. 295.* Et adde vnum notandum in practica, quod in tantum est verum, quod priuilegiatus non vtitur priuilegio contra alium priuilegiatum, quod si Actor litigans non debet soluere Actuario, nisi medietatem Caroleni pro quolibet actu, quod eodem modo debet soluere reus, vt seruetur aequalitas in iudicijs, vt in terminis consuluit Io. de Amicis, *in cons.92.* & ideo si reus condemnatur ad expensas, non debet soluere nisi illas, quas priuilegiatus Actor soluere deberet, & non prout alij soluissent. Ita in terminis Borgnin. *decis.13.de iudicijs, nu.27.parte 1.* qui allegat Lucam de Penna, *in l.in sacris, in verbo, quoniam, C.de proximis sacro scrin.* Bart. *Sing.143.* & Bartholomaeum de Capua, *Sing.104.* Sed quando haec Conclusio procedat quod priuilegiatus priuilegio non vtatur contra aequè priuilegiatum, & quomodo limitetur, Lambert. *in tract.de Contractibus, qui sine solemnitate, §. finali, num.124. & seq.* Borgnin. *in decis.30. incip. Pulchra se offert, num.17.33. 34.36. & 37.* qui plures quaestiones ponit, & distinctiones, & intelligentias, *& decis.32. in tit. de Contractibus, par.2. alias decis.3.* vbi de expensis funeris, & infirmitatis, & de Regula, Vtrum dispositum in vno ex aequiparatis, intelligatur dispositum in alio, *alia dixi in decis.superiori*, quae hic conferunt, & illi non contradicunt.

ADDITIO D. RICII.

VIdua, non potest vti priuilegio l. vnicae C. quando Imper. contra aliam personam priuilegio eiusdem legis gaudentem, hoc dicit, ratio enim videtur esse, quia concurrentibus actoribus, & reis priuilegiatis conquassantur priuilegia, & res reducitur ad ius commune, vt actor forum rei sequatur, iuxta dispositionem text. *in cap. cum sit generale de for. compe. l.fi.C. vbi in rem actio.* & pariter priuilegiatus non potest vti priuilegio suo contra habentem par priuilegium *l.sed, & milites, ff.de excusat.tut. Auth.de Sanctiss. Episc. §. sed hoc praesenti colla.9.cap.causam de prabenda.* Giurb. *decis.82.nu.8* Steph. Gratian *discept.for.c.674.n.3 post* Marsi. *Sing.99. nisi vnus tractet* de damno alter de lucro nam ille isti praefertur idem Gratian. *post alios cap. 202 nu.31.* & videte D. Nouarium *in prax.elec. & variat.for.q.21.sect.2.pag.185.* vbi sic tenet, & nonnullas illationes adducit, inter quas est, quod pia causa haeres instituta non detrahit falcidiam contra Ecclesiam, vt decisum refert. Magon. *decis.130.* & hanc opinionem inter receptas reponunt nouissimi collectores *comm. opin. lib.3. in titul. de Trebell. & Falcid. cap.6.fol.66. col.1.* Ceuall. *in pract.commun. contra commun. quaest. 155.* vt à simili videmus vnam Ecclesiam aduersus aliam priuilegio non vti Valenzuel. *cons.18. nu.7* Ripa *in l.priuilegia num.2. ff. de priuileg. credit.* quam conclusionem amplia prout ibi in d. praxi est videre apud D. Nouarium, ad quem semper est recurrendum in hac materia, quia illam satis doctè explanauit de more, & vide eundem Nouarium *in coll. decis. coll. ad prag.2. sub rubr. vbi de delicto quis conueniri debeat*, vbi quotidiana.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatum non posse vti priuilegio electionis fori contra alium priuilegiatum firmat decisio.*
2 *Contrarium seruari in Cathalonia testantur Cancer. & Fontanell. cum ratione, sed commendant Senatum Neapolitanum.*
3 *An detur maius, & minus priuilegium, & impugnatur D.Praeses pluribus exemplis.*

1 GLoriosa decisio, cuius praeconia, & triumphum decantant ijdem contrariae praxis sectatores, docet hic D. meus, quod priuilegiatus non possit vti priuilegio electionis fori contra personam pariter eadem lege proueniente priuilegiatam, & sic pupillus non potest vti priuilegio electionis fori contra viduam, sed priuilegia confunduntur, nec vna persona erit potentior altera, quam conclusionem tenent Nouar. *in prax. elect. for. sect.2.q.21.* Reg. Latr. *dec.195.num 1.* Reg. Sanfel. *dec.73 num.12.*
2 Oppositum enim seruari in Catalonia, nec super hoc articulo motam difficultatem testantur Fontanell. *de pact.nupt.com 1.claus.4.glos.11.nu.86. & Cancer.2. p. variar.cap 2.nu.23* qui tradit indistinctè Regium Senatum Cataloniae concedere priuilegium aduersus aequè priuilegiatum hac ratione, quia ex eo nemo censeatur grauatus, imò omnibus magis consulatur, cum sit certum, ibi melius ius cuiusq; quam apud Iudices inferiores, & sit praesumptio contra declinantem à supremo Tribunali.

Benè verum Cancer. ait Regium Senatum id magis ex aequitate, quam de rigore iuris seruare, & aliud vbi ex hoc persona priuilegiata incommodo aliquo afficeretur, & ita tradit determinatum.

3 Euertitur alia traditio D. mei asserentis non dari maius, & minus priuilegium inter personas, quae sunt suffultae eadem specie priuilegij, sed confundantur priuilegia, nam contrarium tenet Afflict. *in constit. statuimus numer.35.* qui tenet quod pupillus vti

noceat, *l. 1 §. permittitur. ff. de aqua quotid. & aestiu.* & si. que ad hoc congerit, Luc. de Pen. qui hanc opin. tenet, *in l. decernimus, col. 2 vers. vtrum autem sit necessaria. C. eod. titu. de aquaedu.* in quo loco inuehitur contra permissiones molendinorum constructorum in hac fidelissima Ciuitate Neapolis ex fonte, summis laboribus, & necessitate parato pro sustentatione vitae humanae, & florentis populi. Dicebat insuper, quod idem tenet Cass. *in consuetu. Burgund. in tit. de forest 2. & 3. col.* Pro vniuersitate dicebatur, praedicta esse simpliciter vera, sed limitari debere, ex tex. *in l. si manifeste.*
6 *C. de seruitu.* quo cauetur, † quod si ex veteri more vel obseruatione appareret, quem vsum fuisse aqua pro fundis irrigandis, hic mos, vel obseruatio haec seruanda est, sed in processu apparebat, quod hic mos erat seruatus per annos triginta, vel 40. deducendo aquam singulis diebus Sabbati ex riuo fluminis, ergo ille seruan-
7 dus erit, † nam vetus mos, & consuetudo, immò inueterata, & diuturna dicetur, quae per annos decem seruata est. *l. de quibus, cum l. seq. & l. sed ea. ff. de ll. vbi glo.* Item dicit tex. *in d. l. vsum aquae*, esse seruandum vsum veterem, longoque dominio constitutum, sed longa consuetudo dicetur 10. annorum, vt dicit *gl. rubr. C. quae sit lon. consuetu.* ergo haec consuetudo seruari debet, eo etiam magis, quia ex hoc nulla fit iniuria Baroni, cum aqua praedicta capitur sine eius da-
8 mno, † & tenetur Baro, hoc permittere, postquam sibi non nocet, & alteri prodest. *l. 2. §. item Varius, ff. de aqu. plur. arcend.* qua regula moti Doctores, in repet. *l. quo*
9 *minus, ff. de flumin.* concludunt, † quod quando aqua est omnibus sufficiens, primus, qui habet molendinum in flumine, non potest prohibere secundum, quin aliud aedificet, quia ei non nocet. Item videbatur, quod isti ciues, saltem officium iudicis implorare possent, ne in hoc casu impediantur, secundum Bar. *in l. de vsu. ff. de*
10 *var. & extraor. cognit.* dicentem per illum tex. † quod quando quis habet vsum seruitutis, non ius, sibi subuenit per officium iudicis, si impediatur. Accedebat praedictis, quia hoc flumen etsi perenne esset, non erat na-
11 uigabile, nec aliud nauigabile efficiebat, vnde † in eo non procedit tex. *in d. tit. quae sint regal.* etsi procederet, postquam hoc flumen est concessum Baroni, contra eum sufficit possessio annorum 30. vel 40. licet contra Regem, vel nullo modo praescriberetur, secundum Lucam *in d. l. vsum quae*, vel requireretur tempus in cuius contrarium memoria hominis non existit, vt contra Lucam tenet Afflic. *in d. verso in flumina. 1. col. ver. item quaero*, vtrum, eo enim, quod Baroni conceditur desinit esse regale, vt est plene dictum *in dec. 56.* & minori tempore contra eum praescribitur, imò Veronen. dicebat *in tit. de flumini.* flumina huiusmodi occupanti concedi.

Ex parte Baronis dicebatur, ex praedictis apparere, ipsum esse vtilem dominum aquae praedictae, & ex aduerso, praetendi seruitutem aquae ducendae, singulis
12 dieb. sabbati cuiuslibet anni. † & sic hanc seruitutem,
13 ex sui facie, habere causam discontinuam, † ideoque ex regulis iuris claris requiri ad praescribendum spatium centum annorum. *l. hoc iure, §. ductus aquae, ff de acqua quoti. & aesti.* quam ad hoc allegat *gl. in l seruitutes, la gran te, ff. de serui. tit.* generali, & in specie, in hac seruitute, hoc tenet *gl. in l. 2. C. de serui. & acqua*, vbi congerit omnes D. Ant. de Padilla. 15. *col. vers. 3. principaliter collige* idem tenet, *gl. in d. l. vsum*, & ibi plene Io. de Platea, & idem *in l. diligenter, eod. tit.* & in specie Afflict. *in d. vers. flumina.* & ex hoc apparet, quod tex. *in d. l. vsum*, qui pro vniuersitate allegabatur, secundum intellectum gl. & aliorum, non modo non facit pro vniuersitate, sed contra vniuersitatem. † Nec similiter pro vniuersitate facit tex. *in d. l. si manifeste*, quia vetus mos, & obseruatio, intelligitur centum annorum, prout sic illum textum intelligit glos. *in d. l. vsum quae ad* hoc ipsum allegat. † Nec absolutè, veterem morem, longamque consuetudinem intelligi de spatio annorum decem, quia praedicta declaratur maiori, vel minori tempore secunda negotia quibus applicantur, vnde Neapo. *in rubr. consuetudinum Neap.* dicit praedicta esse arbitraria, quandoque intelligi de tempore 10. annorum, quandoque 20. 30. & 40. & quandoque centum annorum, vnde cum habeamus decisiones in propria materia seruitutis aquae ducendae, dicebatur ab eis, ex generalibus, non esse
16 recedendum Nec similiter dicebatur obstare † quod non noceat vtili domino, quia satis dicitur nocere; si contra suam voluntatem imponitur seruitus aquae ducendae super aqua, quem in pleno dominio, ex causa onerosa habet, stante emptione per eum facta, cum aquis, arg. l. fin. de vsu. & habitat. Item, quia potest interesse, cum si denegetur hic vsus, cogentur vasalli, cum domino conuenire pro annua praestatione, nec debet esse priuatus Dominus, ex corporibus feudi lucrum capere, vt est dictum *in de is. 128.* Nec obstat decisio Barto. *in d. l. de vsu.*
17 † quia Barto. loquitur in casu, in quo quis prohibetur vti seruitute, iam constituta, non autem, quando quis praetendit seruitutem, quae ex aduerso praetenditur non constituta, quia tunc, vt obtineat, requiritur praescriptio, de qua supra. Et vltimo non obstat, flumen non esse nauigabile, & ex eo nec aliud nauigabile fieri, quia ex praedictis patet. in Regno ex priuilegijs, & vetusta consuetudine, omnes aquas in publico solo orientes, esse Regis, & successiuè eorum quib. per Reges fit concessio. Relata causa praedicta videbatur, quod pro ciuibus maxima esset aequitas, & pro Barone rigor scriptus, per quem etiam fuere praesentata nonnulla decreta in fauorem aliorum Baronum per Sacrum Consil. aliàs interposita. Pendente resolutione, partes transegerunt, tam super hoc capite, quam super alijs multis, posuit tamen praedicta, quia ex eis poterit veritas apparere. Sacrus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. Adde Frecc. *de subfeud. lib. 2. 46.* autho. Boe. *decis. 212. num. 16.* & Roland. *cons. 1. num. 118. volu. 2.* D. de Pont. *in tract. de Potest. Proreg. fol. 75. post nu. 5. & 8.*

Num. 4. Adde Viuium qui benè loquitur *in decis. 344.*

Vide Ann. *in sing. 35* vbi add. alleg. decis. istam.

Et in materia aquarum quae nascuntur in fundo priuato, Vide Bursat. *cons. 41. nu. 12. vol. 1.* omninò Thes. *decis. 245.* & Viui. *in dec. 411.*

Et quae erit forma articulandi, & probandi seruitutem aquae ducendae, Vide Bursat, & Viu. *in d. l. locis nempè in d. decis. 411. nu. 4.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Flumina, & eorum piscationes, sunt publica, Regis, & Baronum.*
2 *Fructus piscationis publicus est, nisi ius prohibendi adsit praescriptione quaesitum.*
3 *Aqua intrans in fistulam priuati, potest in quemcumque locum deriuari.*
4 *Aqua quae nascitur, & transit per alicuius fundum, an auerti possit in vicini inferiori praeiudicium, in cuius praedia descendit.*
5 *Quid si talis aqua seruiret vsui publico.*
6 *Vassallis an liceat molendina aquatica construere, absque superioris licentia.*
7 *Quid in molendinis cum animalibus, & numero 8.*

1 AD hanc decis. adde quod licet † flumina, & eorum piscationes sint publica, & Regis, &
2 Baronum. Anna *Alleg.79. & sing.35.* † tamen fructus piscationis publicus est, nisi ius prohibendi adsit, vel præscriptione quæsitum. Afflict. *decis.140.* Tiraq. *de retractu Lignager, §.1. glos 7. num. 6. & seq.* Ad hanc decis. de qua adde Surdum *de-*
3 *cis.9. incip. Multa, nu.11.* vbi quod † aqua intrans in fistulam priuati, potest in quemcumque locum deriuari; & Anna pater in suo Opere iam impresso pluribus in locis, quorum non iudico transcriptionem faciendam, sed solum Authorem esse citandum, ne alienæ fur videar laudis, vt dicitur in Proemio Feudorum. Nouissimè de hac decis. & dictis in ea, videndus esset Arisminus, *in tract. de Var. iur. sentent. 2 lib. tit. de fluminibus, fol. mihi 311.* vbi plura de his. Et de concessionibus aquarum vide Menoch. *de Arbitr. iudic. lib. 2. Cent. 5.*
4 *casu 462 nu.11.* Sed † an aqua quæ nascitur vel transit per fundum alicuius, possit diuerti in præiudicium vicini inferioris, in cuius prædia descendit, latiss. Thesaur. *decis.245. incip. Aqua.* vbi quod sic, & ampliat, & limitat. Sed additio ipsius limitat Regulam non proce-
5 dere, si aqua † nascens, vel transiens in fundum priuati, seruiret vsui publico: quia tunc diuerti non posset in damnum vsus publici; & allegat Riminald. *cons.623. & 624. vol.4.* optime. Ideò Ioan. Coppen. *decis. Saxon. 20.*
6 disputat, † an liceat vassallis molendina construere absque superioris licentia, aquatica dico; & allegat Afflict. *vbi nouissimè decis.388. & optimè loquitur.* Dico a-
7 quatica, quia alia esset ratio, si fierent cum mulis, † vel animalibus, vt decisum fuit pro mea Patria Petra Pagana, quod possit construere centimola, sed de hoc Thesaurus *decis. 16. si recor dor.* Ad num.16. Nota quod eodem modo soluitur doctrina Fabri, *in §.1. Instit. de Lege Fusia Caninia.* An habens aquam currentem ad suum molendinum per aliquem locum, patiendo aquam labi per alium locum, post annum sibi præiudicet. Vrsill. *decis. Afflict. 392.* Viuius *decis.344.*

ADDITIO D. RICII.

DE hac præsenti *decis.183.* fuit facta mentio in alijs decisionibus præcedentibus, & ibi additum in materia, vnde ne ibi scripta repetam nihil allegando, & sicco pede transeo.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA

SVMMARIVM.

1 *Baro an possit prohibere vassallis vsum aquæ fluminum pro irrigandis agris, & hortis & negatiuè resoluitur quidquid annuat D. Prates.*
2 *D. Pratus videtur inuoluere contrarium ex Luca de Penna quem confutat Borrellus.*
3 *Aqua quando non possit diuerti per dominum prædij superioris.*

1 COnclamant pragmatici ferè omnes esse vassallis illatiuum ... minis placitum D. mei, in illa disputatione an Baro possit prohibere vassallis vsum aquæ fluminum pro irrigandis agris, qui licet tradictione dicat terminatam quæstionem, attamen in affirmatiuam descendit opinionem, contra quam ad fauorem vassallorum testatur per S.C. decisum Rouit. *super pragmat. ... q. & aquæduct. num. 8. per textum*, quem dicit à nemine ponderatum *in l.1. C. de mancip. & colon. lib.11.* Thor. *in compend. p.1. ver. aqua 1 sus* Borrell. *in tract. de præstant. Reg. Catho. c.8 num.55.* vbi dicit, quod in Regno videmus esse plures Ciuitates in quibus domini, & Barones nihil ius habēt in fluminibus, & particulares, & subditi habent ibidem molendina Trapeta olearia, & similia, & aquas extrahunt, hortos, & prata irrigant, & Sacrum Concilium Neapolitanum sæpè sæpius decreuit licere pro ciuium commodo riuos aquarum extrahere, & diuertere, dummodò alteri non noceant, & commoditas vtentium non turbetur contra D. meum, addo Tasson. *de antefat. vers.3. obs.4. nu.159.* & si Barones non habent hoc ius prohibendi hoc facere non posse tradit Molfes. *super consuet. Neap. tit. de renunc. q.4. nu.30.* vbi quod ita pluries seruatum tradit.

2 Nec obstat quod flumina, & decursus aquarum hodiè spectant ad Barones, vt probat D. Pratus *lib.1. discept.49. & nu.17.* allegat Luc. de Penn. *in l. vsum aquæ, C. de aquæduct. lib.11.* tenentem non opitulari alicui præscriptionem, etiam immemorabilem ducendi aquā ex flumine publico, quamuis *nu.19.* recenseat tradita hic *n.12.* scilicet sufficere centenariam præscriptionem, quia concessio facta Baronibus cum montaneis aquis absque vlla seruitute, & cum pleno dominio non priuat ciues aquarum vsu, Anna *alleg.48. & singul.25. Lanar cons.2.* Nouar. *de grauam. vassall grauam.147.* & quatenus Lucas de Penn. *vbi sup.* se fundat in constitutione Regni *consuetudinem prauam*, quæ disponit, vt feuda, & prædia feudalia sint Baronum non obstante quacumque præscriptione, Borrell. *vbi sup. nu.45.* respondet dictam constitutionem non loqui de aquis, nec de fluminibus ex Afflict. *in c.1. vers. Flumina in tit. quæ sint regal.*

3 Duxi non omittendum in hac materia, quod si aqua suo cursu naturali fluxerit in canalem publicum per multum tempus, tunc fauore publicæ vtilitatis dicta aqua non potest per dominum superiorem diuerti Canale. *dec.5. nu.45. p.5.* Cancer. *var. lib.3. c.4. de seruit. nu.244.* quod sæpius contigit in patria mea, vbi ad instantiam Sindicorum Ciuitatis prohibiti fuere domini prædiorum superiorum, nè diuerterent aquas pluuiales decurrentes per canales, & vias publicas, & fluentes in cisternas publicas pro vsu communi ciuium, & ex Crauett. *cons.54. nu.9.* tradit idem Cancer. *Cancer. nu. 62.* quod concesso castro cum montibus pratis pascuis, & aquis talem specificationem iurium probare contra concedentem, & non contra tertium existentem in possessione, seu quasi.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium mulier committens priuatur dote.*
2 *Retentio in causa dotis non datur, fallit propter adulterium mulieris, cum nu. seq.*
4 *Merum correctio non transit ad hæredes.*
5 *Adulterium viro dissimulante in vita, videtur remissum, nisi maritus in vita fuerit conquestus, licet iudicio querelam non proposuit, cum nu. seq.*
7 *Adulterij exceptio non transit ad hæredes extraneos, sed ad suos tantum, & de veritate, n.9. & 11.*
8 *Bal. opinio in consil.221 2. volum nec iure, nec ratione probatur.*
10 *Iacobi de Beluiso, & Alexandri auctoritas, maximè in lecturis, antecedit auctoritatem Baldi in consilijs.*

DECISIO CLXXXIV.

Adulterij exceptio mulieri repetenti dotem potest etiam opponi ab hæredibus viri, dummodo vir sit in vita conquestus, licet querelam in iudicium non deduxerit.

1 MVlier, † quæ adulterium committit, dote priuatur *l. consensu C. de repud. c. plerumque extra de don.*

2 *don.inter vir.& uxo.* quinimo, † quamuis in dotis petitione, cesset retentio. *l.1.§.taceat.C.de rei uxor. actio.*
3 tamen † contra uxorem, dotem repetentem, potest excipi de retentione pro causa adulterij. Bal. *in auth. & consequenter, col.2. ver. nunquid uxor. C. de sentent.* & Sal. *ibidem, in 6 q. ver circa causas* Dicebat tamen mulier, quæ dotem petebat ab hærede viri, eodemque fideiussore, quod etsi ipsa adulterium commisisset, prout non commiserat, quod postquam vir sciens, in vita querelam contra eam non proposuit, hæredes de adulte-
4 rio excipere non poterant, † quia morum correctio, ad eos non transit. *l.rei iudicatæ, §.morum.ff.sol.matr.* nec
5 ius vindictæ, in adulterio, † quia vir, simulando, remisisse videtur, ita in specie ibi Bart. quem sequitur Alex. qui cæteros allegat, sequitur Ripa, *in l.si 61.q.C.de reu. don.* & Hyp. *in l.1.num.88. C.de raptu virginum*, Prepo. *in c. plerumque post alios, extra de donat.inter vir. & uxor.* Rui. *cons.155.viso testamento.3.vol.* Niger. *in c.regni.* Mulier *qua dotarium vers. & illud quod di-*
6 *ctum est fol.175.* Dicebant, hæredes, eis sufficere, † quod vir sit in vita conquestus, licet in iudicio querelam non proposuerit, ex decisione Iacobi de Bel. *in §. quia plurimas, in Auth. ut liceat matri, & auiæ, in ult. oppos.* quem sequitur Alexand. *in d.l.rei iudicatæ, vers. limita tamen per tex.in l.hæredem.ff.de reg.iur.* in quo se fundat Iac. Belu. cui Alex. addit tex. *in l.1.§.fi. ff.ad Sillan.* de quo etiam meminit Boer. *in Dec. 338. in 2 p. num.8.* quia dato conquesto, cessat dissimulatio, & sic remissio: conquestus autem dicebatur probatus per duos testes, qui deponebant quod cum eis vir conquestus erat de adulterio uxoris. Accedebat, quia vir testatus, nullam de uxore fecerat mentionem, quod communiter fit per testatores de uxoribus benemeritis. Ex aduerso pro uxore dicebatur, hunc conquestum non esse probatum, quia testes sunt singulares de auditu à marito, quilibet enim ex eis dicit eis maritum dixisse, & alter non no-
7 minat alterum. Item dicebatur, quod † etsi esset probatus conquestus, adhuc hæc exceptio non transit ad hæredes extraneos, sed ad suos tantum, ita dicebatur consuluisse Bald. *in cons.221. quandoque 2.vol. de quo meminit*, licet sub alio nu. Barb. *in addit. ad Bart. in d.§. morum, & addit. ad Alex ibid. His discussis*, dicebatur per unum ex Dominis posse dici plene hunc conquestum fuisse probatum, quia verisimilis, est hæc probatio. Non enim est credendum, præsupposita fuga uxoris à viro, virum non ægrè hoc tulisse, & conquestum fuisse, nec hunc conquestum omnibus patefecisse,
8 ex dedecore, sed ijs, cum quibus confidebat, † & hoc conquestu probato sibi non placere opinionem Bald. quæ iure non probatur, & etiam, quia si ratio, ob quam, præcedente conquestu, concluditur, hoc ius transire ad hæredes, est (ut Doc. prædicti dicunt) quia cessat dissimulatio defuncti, ex qua videtur inducta remissio iniuriæ. Hæc ratio procedit, siue hæres sit suus vel extraneus, quia ut hæredes, principaliter considerantur, non autem, ut ij, ad quos ex propria persona ius proponendi querelam, vel excipiendi de
9 adulterio spectaret, ita ut hæc differentia fieri possit. † Item Iac. de Bel. *in d.§.quia plurimas, cuius* auctoritate mouetur Alex. pro sua opinione fundanda, allegat. *d.l.hæredem. ff. de reg. iur.* quæ lex generaliter loquitur in quouis hærede, quem dicit esse eiusdem potestatis, cuius est defunctus: nec distinguit suum ab extraneo. sic etiam text. *in d. §. fin. ad Silla.* super quo se fundat Alex simpliciter dicit si conquestus non est dominus, unde postquam rationes Iac. de Bel.& Alex. & iura per eos allegata procedunt siue sit quis hæres suus, vel extraneus, non debemus ex limitatione Bal. ab eorum opi. recedere, quorum dicta intelligenda sunt generaliter, & secundum ll. quas allegant,
10 † postquam generaliter loquuntur, & eorum auctoritati, maximè intellecturis, debet cedere auctoritas Bal. in consilijs quæ præcibus vel pretio fiunt, ut dicit Fel. *in c. cum ex officij. num.6. de præsc.* Discussa præsenti causa, Sac. Consil. habuit pro vero, solum con-
11 questum sufficere, † & quod ius excipiendi de adulterio transeat ad hæredes suos, vel extraneos probato conquestu, licet Aug. ad Angel. *in ver. [Che m'hai adulterato la mia donna,]* aliter senserit, & habuerit pro dubia, opinionem Bald. *in d.cons.22.* contra quam forsan iudicasset: verum, quia conquestus non erat probatus, iudicauit contra hæredem, & fideiussorem, & videnda est super hoc *Dec. Lusitana 234. die 13. Septem. 1578. taceantur persona ob honestatem.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NUm.1. Adde Boer. *decis.338. numer.2.* quem cum alijs refert Clar. *in §. adulterium v r. adde fol. 5.* Campan. *in cap.regni 165. numer.36.* Adde *Afflict. in prælud. Const. regni q.12.nu.3.* Surd. *de aliment.tit. 7.q.16.num.20. & seq.* D. Gar. Mastrill. *in decis.57.* & omnino Farinac. *post hæc impress. in 4. volum.in titu.de delictis carnis q.142. fol.80. & seq. ad quem semper recurrendum est.*

Et Villalobos *in suis opin. fol. 25.* alterum Hyspan. Suarez *in eo. libro fol.6. in paruis* Capriolum *de success. fol. 267. numer.85. & infra decis. 421. numer.18.* omninò Viuium *in op n. ult. par.3.* ubi sunt limitationes; limitat etiam Baiard. *ad Clar. in d.§ adulterium num.120.*

Qualiter autem adulterium probetur, ut mulier dote priuetur, Vide Maxill. *in Cons. Bari fol 167.n.73 in nouis post Mattes. sing.118.* Vrsill. *in decis. Affl.265. ante nu.64. qui* loquitur in stupro, & Marcell. Calà *de modo articula.n.1117.fol.206.* Viui. *in decis.241. a nu.7. cum seq. post* Mascard. *de probat. à concl.57. cum seq. 1. volum.* & ex quibus præsumptionibus, & coniecturis; Vide Menoc. *in tract. de præsumpt. lib.5. c. 41. & multos refert* Baiard. *ad Clarum in §. adulterium à nu.33. cum multis seqq. fol.5.*

Num.5. Adde in Campan. *in loco supra citato* Ioseph. Ludou. *in suis comm. opin. conclus.16. illat.60. fol. 45. infra decis. 240. num. 1.* Anton. de Gama, *in decis. 234 num.4.6.* post Clar. *in d.§ adulterium ver. caueat etiam maritus ubi etiam* Baiard. *num.115. & omninò* D. Garsiam Mastrill: *impress. postea post multos annos in. d. decis. 57.* Videatur omnino Farinac. *in d. tit. q. 142. fol.95. & seqq.*

Num.6. & seq. Vide *infra decis.240. n.2.* Baiard. *ubi supra n.121. & seq.*

In addit. ibi qua pretio, vel precibus fiunt; Adde Rubeum Alexa. *cons.127. n.8. in fin.* qui dicit quod consilia sępe numerò ob pecuniam fiunt, & non immerito, si creditur Doctori magis in lecturis quam in consilijs, secundum unam opinionem, de qua per Menoch. *cons. 18. nu.21. vol.1.* quem sequitur Rota Auen. *decis 78. nu. 7.* Vide tamen eundem Menoch. *de præsump. lib. 2. c. 71. n.48.*

Item adde quod magis creditur Doctori in tractatibus, ut per Magon. *in decis. Florent.83. nu.3 in fin.* & Menoch. *in d.n.48. in fi.* & Gabriel. *de testibus, concl. 4. nu 87.*

Num.11. *ibi quod ius excipiendi*; Adde hunc Dominum *in d.decis.240.col.1.* Vide Natt. *in cons. Alex.189. volu.6.*

Quibus autem personis accusatio de adulterio contra adulteros competat; Vide *supra decis. 94. & infra decis. 240 n. 1* & Viuium *in decis. 490. nu. 1.* Farina. *semper in manibus tenendum in d. tit. de delictis carnis q.141. n.38. fol.70.*

Et ex quibus causis marito non competit accusatio contra eius uxorem adulteram; Vide Viuium *in decis. 122. à numer. 17. usque ad fin. & in d. decis. 490.* ubi late, & Baiard. *ad Clar. in d. §. adulterium, numer.15.16.*

An uxor accusat virum de adulterio commisso cum alia muliere, dic quod non criminaliter, sed ciuiliter ad thori separationem secundum Viuium *in opin. 533. 9.p.2. post* Couar. *de sponsalibus fol. 107. in paruis n. 5. &*

5. & fusius Baiard. *in loco sæpius citato sub nu.* 18. vbi refert casum, in quo licitum est vxori accusare criminaliter de adulterio eius virum.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *De adulteri, & adultera pœnis, & infra sub nu* 11.
2 *Maritus si malè tractat vxorem suam, eique non reddat debitum suum, ipsam de adulterio non potest accusare.*
3 *An perdat dotem.*
4 *Mulier adulterio consentiens per auri dationem, vim passa dicitur.*
5 *De nefarijs concubitibus.*
6 *Stante conquestu viri in vita, querelandi ius cuilibet datur extraneo viri hæredi aduersus vxorem, & num* 11.
7 *Ius accusandi tàm ante litem contestatam quàm post, an transeat ad heredes.*
8 *Quando maritus dicatur leno.*
9 *Adulterij nominis allusio.*
10 *Adulterium an extendatur ad solutam.*
11 *Adulterium an directò probetur.*
12 *Heredes an agant si maritus sciuit, & tacuit.*
13 *Ampliatur in concubinarijs.*
14 *Adulterium qualiter probari possit.*
15 *Matrimonium an separetur ob adulterij querelam, licet femina absoluatur.*
16 *Adultera an debeantur alimenta.*
17 *Adulterium an ex officio inquiri possit.*
18 *Adulterium mutua compensatione tollitur.*
19 *Dos an amittatur ob adulterium in matrimonio putatiuo.*
20 *Absolutoria, vel condemnatoria adulteri an noceat adultera, & prosit.*

1 AD hanc decis. vide Præsidentem de Franchis, *decis.* 240. *incip. Cum esset, nu.* 5 vbi de † pœna adulteri, & adulteræ, ad quam dico. Ad-
2 de omninò, quod † si maritus malè tractat vxorem, & ei non redit debitum suum, non potest eam de adulterio accusare. Boer. *decis.* 297. & *decis.* 338. vbi
3 dicit quod † perdit dotem. Item adde, † quod mulier
4 consentiens adulterio per auri dationem, dicitur violentiam passa. Hipol. *Sing* 335. & Afflict. *in Constit. Si quis non dicam*, Bonacoss. 99. *Crim. verbo, adulterium, & verbo, stuprum.* Vide Mangrellam *in rubr. de adul-*
5 *terijs. ff. vbi etiam* † *de patre. cognoscente filiam; filio matrem, fratre sororem, & de alijs quast.* Ad nu. 3. de
6 retentione, vide *sup. decis.* 104. *nu.* 3. vbi dicit, † stante conquestu viri in via, dari querelandi ius cuilibet etiam extraneo viri hæredi, aduersus vxorem, & non impediri, de quo vellem videri Tiraq. *de retractu Lignager,*
7 *&c.* vbi † an ius accusandi tàm ante litem contestatam, quàm post, transeat ad hæredes. Tiraq. *in l. si vnquam,*
8 *C. de reuocandis donat.* An † maritus possit dici leno,
9 & quando, *supra decis.* 68. Item adde quod † adulterium ideo sic vocatur, quia ad alterius est torum accessus. Rosan. *consil.* 96. *num.* 31. *volu.* 2. & *consil.* 74 *num.*
10 13 *volum.* 1. vbi etiam quod † adulterium largo modo
11 dicitur cum soluta. Item adde quod † adulterium directò probari non potest, etiam si testes viderint hominem supra feminam. Rol. *cons.* 7. *num* 19. *volum.* 1 *consil.* 50. *num.* 2. *eod. vol. sed præsumptiuè vt idem cons.* 34. *volum.* 2. Sed de pœna adulteri, & adulteræ, omnino vide ipsum Roland. *in d. cons.* 74. 54. & *cons.* 35. *volum.* 2. Adde quod ad hoc, vt hæredes viri admittantur, sufficit non solum conquestus viri, sed etiam quod ipse vir, & pater expulerint vxorem reprobando mores ipsius, licet adulterium scirent, & maritus tempus accusandi habuerit, & tacuit, ita Baldus *notanter in titu. quib. mod. feud. amittatur, in fine.* Alia vide per Gozadinum *consil.* 13. *nu.* 48. Paris. *consil.* 64. *num.* 4. *volum.* 3 & Iason. *consil.* 5. *volum.* 4. Bald. & Castre. *in l. rei iud.*
12 *ff. sol. matrim.* vbi † quid si maritus tacuit, & sciuit, an hæredes agant, & dicunt quod non, Bald. *consil.* 203.
13 *volum.* 3. Ampliat † hoc in concubinario, & concubi-
14 na Bald. *in l. si mater C. de probat.* † Sed adulterium qualiter probari possit, vide Marant. *consil.* 16. & plene Foller. *in sua prax. Criminali laicorum, verbo capiat informationem num* 81. & *verbo, item quod fuit leno, num.* 1. & *seq.* Mascar. *in suis conclus. post* Menoch. *de arbitrar. iud.* & Baiardum *de Opere Iulij Clari, in* §. *adulterium*, & Tartagl. *in Margarita Fisci, in* §. *adulterium, alias capite.* Triuisanus *decis. Veneta* 61. *vo-*
15 *lum.* 1. vbi † an matrimonium separetur ob talem querelam adulterij, & concludit quod sic; licet fœmina absoluatur, & *decis.* 21. *volum* 2. Qualiter adulterium
16 probetur *decis.* 57. *volum.* 2. & 16. *authoris.* an † de-
17 beantur alimenta adulteræ, & 66 & quid † si adulterium ex officio inquiri possit, *decis* 3. *lib.* 2. & 35. &
18 45. vbi, quod † adulterium mutua compensatione
19 tollitur, quod est notandum. An † autem in matrimonio putatiuo propter adulterium dos amittatur, vt puta, quia consanguinitatis, vel affinitatis causa suberat, latissimè discurrit Ceuallos *in tract. Communium contra Communes q.* 298. vbi Communem contra Communem, quod amittatur, & quod non, & ibi concor-
20 dia, & † an absolutoria, vel condemnatoria adulteri prosit, vel noceat adulteræ. Consiliarius Anna *cons.* 17. & 18. & 89. *vol.* 1. Ad nu. 10. adde, An Doctori potius sit credendum in Consilijs, vel Lecturis, omnino Gabriel. *lib.* 1. *Conclus. tit. de testib Conc.* 4. *nu.* 87. & *seq. vbi ad partes pro. & contra.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA

SVMMARIVM.

1 *Heredem extraneum mariti posse opponere vxori repetenti dotem de eius adulterio, quando maritus extraiudicialiter conquestus est firmant D. Præses, & quamplures.*
2 *Nouelis Gasp. Thes. Farin. & alij nominatim decisionem refellunt, & quando secus.*
3 *Addubitatio Autoris.*

1 LAxa, & vti fœdatiua alieni thori à scribentibus magni nominis expressè conuellitur hæc decisio, proponit illam diù agitatam quæstionem, vtrum data viri scientia de adulterio vxoris, si maritus fuit conquestus extraiudicialiter possit hæres extraneus mariti opponere mulieri repetenti dotem de eius adulterio, in qua re D. meus affirmat, & iterum in *dec.* 240. *nu.* 2 & hanc opinionem tenent plures, quos cumulat Farin. *in prax. criminal. par.* 2. *quæst.* 142. *n.* 120. & 199. & magis communem tradit Mastrill. *dec.* 59. *n.* 14. Boer. *dec.* 338. Menoch. *cons.* 33. *n.* 35. & ibi Giouag. & querimonia extraiudicialis dicitur quando maritus expellit vxorem de domo, vel alio simili modo de illius adulterio conqueritur extra iudicium.

2 Contrariam sententiam vti mitiorem amplectitur, & defendit Gasp. Thes. *lib.* 3. *q. for.* 98 *num.* 5. qui tradit non esse admittenda capitula conquestus extraiudicialis in casu contingenti, sed pro transmissione iuris opponendi de adulterio fore necessarium conquestum, & querimoniam iudicialem mariti, & Farin. *vbi sup. p.* 2. *num.* 129. etiam transit cum eadem opinione vti æquiore, & mitiore, addo Bald. *cons.* 221. *l.* 1. Vgol. de

de Arim. *in add.* ad Angel. *de malefic. n. 29. in ver. C'hai adulterato la mia donna*, quos refert, & sequitur Noal. *de transmiss. cas. 49. n. 47.* & rationem adducit, quia vt lucretur dotem maritus non pendet à sola viri voluntate, sed pendet à Iudice, qui tunc potest lucrum dotis declarare, quando adulterium iudicialiter probatur, & ideò querimonia debeat regulari via iudicij.

3 Limitat Noalis cum Vgolin. de Arim. ad Angel. *de malefic. vbi sup.* postremam opinionem quando maritus non potuit iudicialiter conqueri, vt quia repentina morte decessisset, ex qua limitatione argumentatur Noalis necessarium esse conquestum iudicialem, quia maritus possit extraiudicium conqueri, & propter mortem de repente non posse iudicialiter accusare vxorem, sed ego iuxta modicam meum intellectus capacitatem, non intelligo vim argumenti, nam potest euenire casus mortis repentinæ mariti, ita quod nec potuerit extra iudicium conqueri, & minus rectè Doctores appellant secundam opinionem mitiorem, quia mitior erit me Iudice illa opinio, quæ tenet non esse necessarium iudicialem conquestum, sed sufficere extraiudicialem, nam in hoc casu clementior est maritus non accusando vxorem, qui propter conquestum iam fœdauit suum Thorum, & petijt lucrum dotis, vndè satis rationabilem, & plausibilem censeo sententiam D. mei.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis manu si reperitur scriptum supra processu, inquisitum esse liberandum sub cautione, & idem postea notatum in libro, vbi describuntur decreta, an eis sit standum, n. 6. deciditur, quod non.*
2 *Forma non seruata, quia sententia non fuit redacta in formam scripturæ substantia manu omnium iudicum, vel maioris partis sententia ipsa corruit.*
3 *Iudex deposito officio, non potest facere decreto, quod officio durante gessit etiam declarando maximè, si ex ipsa declaratione oriretur noua dispositio in præiudicium tertij, cum n. seq.*
5 *Confirmando quis actum nullum, dare dicitur & n. 6.*

DECISIO CLXXXV.

Delinquens, an possit petere se liberari virtute eius, quod scriptum reperitur super processu, inque libro vbi decreta describuntur notatum per manum Iudicis, quod ipse inquisitus sit liberandus media cautione.

EXistente quodam per Regiam audientiam condemnato pœna vltimi supplicij, eoq; transmisso ad carceres Magnæ Curiæ Vicariæ, quia appellauerat cum esset confessus, fuit transmissus ad Regias triremes, prout Illust. Proreges, sæpè sepius
1 mandant pro bono publico; † eo ibi existente, relata causa repertum fuit sup. processum manu iudicis scriptum (prout consueuimus) bene appellatum, & propterea, sub fideiussione liberetur. Hoc idem reperitur scriptum in libro, vbi decreta annotantur, & propterea eo reuerso ad carceres petebat, se liberari ex prædictis. Quibus accedebat fides iudicis, qui tunc fuerat sic etiã declarantis, & postquam fidem facit de eo, quod ipse facit de eo, quod ipse fecit dicebatur, ei credendũ, *arg. l. Theopompus. ff. de don. prælega.* Dicebatur pro Regio
2 fisco, † quod etsi consuetum sit, supra processum, conclusionem scribere, & sic etiam notari in libro decretorum, quod nihilominus postea ista conclusio redigitur in formam decreti, cum subscriptione eorum, seu maioris partis iudicum, tàm intus processum, quam in d.
3 lib. † vnde cum non appareat hæc forma seruata, actus corruit. *l. cum hi, §. si prætor. ff. de transf.* & de fide iudicis, dicebatur non curandum, quia ei multa obstant, Primò, quia iudex deposito officio, hoc facere non potest, etiam declarando, ex notabili dec. Bal. *in c. 1. 2. col.*
4 † *vers. extra, quæro, qui succes. tene.* Secundo, quia † etsi iudex possit declarare, & testari hoc posset facere, quando ex declaratione non oriretur noua dispositio in tertij præiudicium, secundum Bart. *in l. heredes palam, §. sed si notam*, & Paul. *in §. sed si quod. ff. de testa.* late, & pulchre probat Dec. *in l. edita. 11. col. vers. & quid, si dictum est, n. 49. C. de eden.* de quibus meminit Menoch. *in trac. de arbit. iud. lib. 1 q. 73. in 3. declara.* sed ex hac fide oriretur noua dispositio contra fiscum, quia oriretur sententia in fauorem inquisiti; cum prædicta sic informiter scripta, non sit sententia, ergo de prædicta fide, dicebatur non esse habendam rationem.
5 Item, & tertio, † quia regula est, quod qui confirmat, quando actus est nullus, dat. *l. lege obuenire. ff. de verb. sign.* plene Doctores *in l. more maiorum. ff. de iurisd. omn. iud.* sed in casu, de quo agebatur prædicta erant nulla, quia ordine non seruato, & sic videretur, quod ipse, fidem faciendo, modo prædicto, prædicta confirmaret, & ex eius confirmatione proferetur sententia,
6 vnde aliud inconueniens sequeretur, † quod finito officio, vt priuata persona iudicaret, quod absonum esset & ex prædictis fuit decisum in fauorem fisci, prout Magna Curia fecerat, & cum Magna Curia iudicasset in causa principali, quod tempus, quo stetit in triremibus cederet pro pena, & Regius fiscus habuisset recursum ad Sacrum Consil. quia prætendebat se grauatum, habita ratione ad prædicta, & quia concurrebant requisita ad admittendum recursum, declarauit Sacrum Consil. non esse locum petito recursui.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Ann. Moder. meritissimum Senat. *in cons. 61. n. 69.* Petr. Caball. *qui decis. istam comprobat in suis Resolut. crimin. in casu 133. & in dec. 398.*

Num. 3. *ibi §. prætor.* Adde Maxill. *in Consuetud. Bari, n. 36. 37. fol. 150.* Carauitam *in Ritu 44. n. 5.* Roland. *cons. 72. num. 45. volu. 3.* Viuium *in decis. 334.* & Bursat. *cons. 66. num. 6. vol. 1.* qui loquitur de actu facto contra formam statuti, Intrigl. *in sing. 173. num. 59. 60.* Anton. de Gama *in decis. 40. sub. num. 3. decis. 44. num. 3. & decis. 126.*

Num 5. Adde Surd. *in dec. 245. nu. 6.* & Io: Bap. Cost. *in tract. de retrotract. fol. 95. n. 13.*

Et num. *primo, & num. 6.* Vide *infra decis. 398. vbi adde.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Notis in Quinterno Actuarij existentibus, quod talis fideiussit pro tali, vel se obligauit, cum similibus, an credatur, & negatiuè concluditur.*
2 *De exceptionis forma non seruata prerogatiua.*
3 *Officialibus finito officio an credatur.*
4 *Tutor finita tutela non potest examinari vt principalis. Idem in defensore, & procuratore.*
5 *Iudex an possit esse testis in causa, in qua iudicauit, & quando.*
6 *Iudex potest testificari de actibus ordinarijs, non probatorijs, in casib. in quib. potest procedere sine scriptis*
7 *Iudicis assertioni quomodo credatur.*
8 *Actum nullum an confirmatio conualidet.*
9 *Officialis non impediente officio, potest in alia Curia testificari, patrocinari, & salarium recipere.*
10 *Quod sententia informis non sit sententia remissiue.*

AD hanc dec. 185. de Notula decreti. Adde an
1 † Notę in Quinterno Actuarij, quod talis fideiussit pro tali, vel se obligauit, cũ similib. credatur Anna *Sing. 428. Quinternus*, vbi quod nõ, & allegat cõs. Bal. *444. vo. 4. quod nõ est illud sad cons.*

2 consil 401. in meo. Ad num. 2. † de forma non seruata, quod ista exceptio est mirabilis, & nullo statuto reiecta, etiam si defectus esset modicus, de Grassis in tract. de exceptionib. excep. 39. Ad hanc etiam decis. adde Me-
3 noch. de arbitra. iudicum lib. 1. quest. 73. † An credatur Officialibus finito officio Anna Sin 134. quod non,
4 sicut etiam † tutor finita tutela non potest examinari, vt principalis, nec defensor, nec procurator. Amon. Soliloq. 97. est iussus. & Hippolyt. in rubr. de probationibus. & de hac decis. Petr. Cabal. lib. resol. crim. Casu 133. Adde omninò Do. Vinc. Annam Sing. 522. Gram. cons. Ciuil. 131. & hunc Authorem infra, decis. 398. in
5 fine, fol. 78 † quando iudex possit esse testis in causa in
6 qua iudicauit, & quando non. Item adde quod † iudex potest testificari de actis ordinatorijs, non probatorijs in casibus in quibus ille potest procedere sine scriptis.
7 Aimon. cons. 265. num. 4. & † quando Iudicis assertioni credatur plenissimè cons. 48. & Menoch. de arbitrar. iudic. q. 73. Adde plura de confirmatione decis. 2. num. 32. & decis. 4. num. 15 & infra, decis. 205. & Firmian. verbo confirmatione, & Camerarium in c. Imperialem,
8 & vide quæ ad dictã decis. dico. Sed † actus nullus propter confirmationem, non valet, infra dec. 204. Ad nu.
9 5. ad verbum, quod finito officio, adde quod † Officialis non obstante officio, potest in alia Curia testificari, & patrocinari, & salarium recipere Bertrandus cons. 201. incip. Suppositio, vol 2. videndus. Vide alia po-
10 sita ad num. 4. in fine. Quod † sententia informis non sit sententia, Regens à Ponte cons. 60. num. 24. qui allegat hanc decis. & Afflict. decis. 303. De hac decis. vide infra Præsid. decis. 298. & Petr. Cabal. lib. Resol. Criminalium Casu 133. & Bertrandum in cons 201. incip. Supposita, vol. 2.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an possit esse testis de his, quæ respiciunt ordinem, & decisionem causæ.*
2 *Quid si essent plures Iudices, an pendente iudicio eis credatur.*
3 *Finito iudicio, vel in causa appellationis, an possit Iudex fidem facere.*

1 PEregrinam, & quotidianam affert materiam præsens decisio, an & quando Iudex possit fidem facere de his, quæ respiciunt ordinem iudicij, & decisionem causæ, & ponit casum, si votum Iudicis reperitur adnotatum supra processu, seù manu Iudicis inuenitur scriptum, esse liberandum inquisitum præstita cautione, & idem postea notatum in libro, vbi describebantur decreta, & quæreretur, an inquisitus esset liberandus iuxta dictam descriptionem, & adnotationem, & S. C. pronunciauit non esse standum tali notationi, quæ non erat in forma solita sententiæ, etiam quod concurreret declaratio Iudicis, quia cum non esset in officio non potuit facere declarationem in præiudicium Fisci, addo Ann. in cons. 61 nu. 69. de Pont. cons. 60. nu. 24. & fusè Caball. centur. 2. resol. crim. cas. 131. vbi quod huiusmodi adnotatio, & descriptio Iudicis non habetur pro sententia, quæ redigi debet in scriptis, & postea legi, & publicari, & cum dicta descriptio careat dictis solemnitatibus, sententia non dicitur, & si talis dici posset, nulla & inualida est, non obstante quod agatur de absolutione inquisiti, quæ fauorabilior est, Caballus sequitur, & commendat hanc decisionem, & quamuis Iudici non credatur de pertinentibus ad causam in qua iudicauit, si tamen fides Iudicis est coadiuuata aliquo adminiculo, & coniectura, & verisimilitudine tunc stari assertioni Iudicis tradunt Ancharan. consil. 277. & 439. Farin. de testib. q. 60. num. 127 Gratian. discept. 938. n. 11. secus tamen si expirasset officium, nam eo finito Iudex non potest fidem facere, nec declarare sententiam suam, vt probat Gabriel. comm. conclus. lib. 6. de reg. iur. conclus. 3. nu. 23. Menoch. de arbitr. q. 73. declar. 3. Merlin. cent. 2. contr. 91. n. 24.

Pro intelligentia autem articuli adducitur ratio, quare Iudex non possit facere fidem de his, quæ respiciunt iudicij ordinem, & decisionem causæ, & est illa quam affert text. in c. nullus 4. q. 4 ibi per se accusatores, per se Iudices, per se testes, per se accusati, vnusquisque in suo ordine, & glos. in c. statutum 2. q. 6. in verb. cognitor, quia Iudex semper vellet tueri sententiam suam, & ideò non esset ex vtraque parte, quod est officium testis.

2 Ampliatur etiam si sint plures Iudices, qui fidem facerent, & iurarent, ita Abb. in c. quoniam contra de probat. qui tradit, quod si oriretur difficultas super processu coram Iudice vno, vel pluribus coniudicibus non sit standum eorum assertioni, etiam si vellent iurare ratione prædicta, quia non possunt esse Iudices, & testes, nã sequeretur (inquit Abbas) quod vbi essẽt plures coniudices non esset necessario obseruanda hæc constitutio, & idem repetit in c. cum à nobis de testib. ibi quia non possunt esse Iudices, & testes.

3 Limitat Archidiac. in d. cap. statutum, vt deposito officio possit Iudex testificari, si inducatur vti testis iuratus, & glos. in d. c. cum à nobis, idem docet, quod si durat causa coram se, non potest, quia non potest esse Iudex, & testis in iurisdictione contentiosa, aut expirauit causa, & in his quæ respiciunt terminum, & decisionem litis non creditur sibi, quia est suspectus, in alijs potest esse testis, si expiraret compromissum, vel desinat esse Iudex, in causa vero appellationis in defectum probationis, & Felin. ibidem, dicit quod etiam si fuerit remotus ab officio non potest esse testis, nam præsumitur quod habeat affectionem ad causam, vt sententia suum effectum habeat, ita post alios Barbos. in c. cum dilecto de testib. & Abb. in d. cap. cum à nobis, ampliat non credi Iudici etiam si esset Cardinalis, & in omni casu quo posset Iudex esse testis de his, quæ non respiciunt laudem, & vituperium suum, & non esset suspectus, neque ei creditur si sit singularis, nam esset contra sententiam Euangel. quod in ore duorum, vel trium stet omne verbum, ita Abb. vbi sup.

Concordat cum præsenti decisione alia D. mei 328. vbi tractat de voto, quod ex errore fuit vno modo scriptum, sed alio modo pronunciatum, scilicet quod inquisitus condemnaretur non absolueretur, & n. 6. dicitur non esse standum iudicibus, qui postquam iudicauerant, perfuncti erant officio eorum, nec in præiudicium tertij possent errorem corrigere, etenim corrigendo videntur sententiare, quod non possunt finito officio, & tandem aduertendum, quod Iudices possunt examinari de ijs, quæ coram se gesta sunt, in quibus nõ sunt suspecti, dummodo non sint minus quam duo, vt latè Cataр. peregr. 99. c. 49.

SVMMARIVM.

1 *Antephati onus soluendi, in hæreditate remansum, quomodo est facienda æstimatio, ac eius liquidatio defuncta matre cuius erat vsusfr. antephati, ante æstimationem, & num. 7. decidatur.*
2 *L. hæreditatum. ff. ad leg. Fal. quomodo procedat, & quando, nu. 3. & 6.*
4 *L. cum Titio. ff. ad l. Fal non est correcta.*
5 *Alimenta si fuerint æstimata pro certo tempore, & postea alimentarius plus, vel minus vixerit fit deductio, vel augmentum ex post facto, inspecto tempore, quo*

quo vsufructuarius vixit, & de veritate, nu. 8.

9 *Dilatique data ad soluendum debitori, qui antequam dies cederet mortuus est, habetur ratio commodi medij temporis, infra quod onus hæreditarium solui debet.*

DECISIO CLXXXVI.

Liquidatio anthepati soluendi vxori defuncti per eius hæredes quomodo sit facienda.

INter onera, quæ remanserunt in quadam hæreditate, erat onus solutionis antephati quod debebat restitui vxori defuncti, quæ erat effecta domina antephati prædicti, quoad vsumfructum tantùm, seruata forma consuetudinis Neapolitanę, de
1 qua aliàs dixi, quia † ex matrimonio supererant filij, fuit dubitatum in liquidatione onerum prędictorum, quomodo erat facienda æstimatio huius. Dicebatur,
2 hanc quęstionem decidi ex dispositione text. *in l. hæreditatum. ff. ad leg. Falc. vel ex tex. in l. si quis argentum, §. si autem donatur. C. de don.* Dictum fuit, iura prædicta procedere, quando esset facienda ęstimatio, vel facta esset, re integra: sed in casu de quo agebatur, tempore, quo tractatur liquidatio, & æstimatio huius oneris, erat iam mortua vxor. & sic certum est, quanto tempore vixit, vnde dicebatur esse faciendam æstimationem pro tempore, quo vxor vixit. per text. *in l. cum Titio, in fin. respon. ff. ad leg. Falc.* quam l. ita declarat. Alb. ibi, & Cuma. qui dicit, quod licet æstimetur dubius euentus, tamẽ si certificetur ante ęstimationẽ, stabimus
3 certo, allegat Bart. *in l. sequenti* qui videtur hoc expressè dicere, licèt aliter Bart. declaret Herc. *ibi 5. col. vers. moneo vnum dubium*, idem tenet Goff. *in d. l. hæreditatum. 7. col. vers. sed querendum*, cuius verba sunt hæc, quę transcribo, quia communiter non habentur. Sed quęrendum est quid si antequam sit facta æstimatio, legatarius decedat, vel Respublica, cui legatum erat pereat, numquid fiet æstimatio secundum seriem huius legis? Puto, quod, nõ imò non solũ habebit locum computatio, & æstimatio istius l. quando ante facta est æstimatio; nam si ante moriatur legatarius, vel pereat forte Respublica propter aratrum Ciuitatis legatarię, ex tunc legatum factum, est certum, quod antea erat incertum. Ideò non fit exstimatio, nisi quantum, re
4 vera debuit habere, vt sup † *ead. l. cum Titio*, quæ nõ est correcta. Idem tenet Imol. *in d. l. Titio, in vers. in*
5 *tex. ibi mortuo*, vnde dicebatur, ex prædictis † hanc quęstionem reddi claram, quæ dicebatur, quod erat clarior: nam etiam, quod fuisset facta æstimatio, & deinde fuisset mortua vxor, pluri vel minori tempore, quam fuerit ęstimatum, deberet fieri, vel deductio, vel augmentum, *ex glo. in d. l. hæreditatum, in vers. 30. & in d. l. si quis argentum. §. si autem donatur. in ver. præstet. quam glo. in d. l. hæreditatum*, sequitur Bart. ibi, dicit, eam optimè dicere, *in vers. quaro. quid si plus, vel minus*, & cum ea transit Imo. *in glo. 1.* & Alexa. *super ea glo.* qui id etiam dicunt *in 1. respon. d. l. cum Titio.* Idcirco non fieri amplius deductionem, vel augmentum, quia si ęstimatur annuum legatum, quantum vendi potest, semper verum est di-
6 cere, † veritatem fuisse, tanti vendi posse, & secus esse in casu *d. l. hæreditatum*, quia illa lex procedit super præsumptione, quæ postea cessat, apparente veritate, & hanc eamdem opinionem tenet Hercul. *ubi supra*, & plenè disputat articulum, eamq; sequitur Affl. *decis. 34.* vbi etiam nouissimi addentes, & Rodori. Xoares, *in repet. l. quoniam in prioribus. 3. ampliat. n. 10* & Isern. qui illum *tex. in d. l. hæreditatum*, sic intelligit, *in cap. 1. in vers. nisi. col. 5. si vassal. feu. priuet. cui defer.* si ergo esset facta æstimatio à principio, & appareret postea, plus aliquem vixisse quam æstimatum sit, est facienda deductio, vel augmentum, ergo multo fortius non fa-
7 cta aliqua ęstimatione, † Sacro Consilio visum fuit liquidare, vel æstimare hunc vsumfructum habito respectu ad tempus, quo vixit vxor ex dictis *in d. l. cum Titio, & ex decisionib. sup. alleg.* vt audiui à Dominis, qui in simili causa per prius iudicauerant, & aliter non discusserunt de veritate, glo. *in d. l. hæreditatum*, quia non acta prius ęstimatione non erat necessa-
8 ria. Dicebatur, tamen † quod contra glo. prædictam multi tenent, & contra eam vrgent rationes validissimę non .n. id quod semel legitimè factum est, debet retractari *l. nec .n. ff. de itin. actuq; priua. cum sim.* Item, quia si in casu *d. l. hæreditatum*, ex euentu futuro deberet augeri, vel minui æstimatio, non processisset Iurecons. sic subtiliter diuidendo ætates, sed vnum, & idem tempus statuisset, quo deberet legatum estimari, & responsa *in d. l. hæreditatum*, facillimè frustrarentur, & ex prædictis contra gloss. tenet Goffr. *in d. l. hæreditatum, 5. col. vers. sed hic mihi pone, & in 7. glo. vers. in glo. ibi, quid si minus*, qui in specie subdit, non placere sibi determinationem gl. & idem Goff. *in l. qui 40. §. qui ducenta, n. 101. eo tit. vers. ista autem æstimatio*, dicit, non conuenire propter futurum euentum reccurrere ad maiorem, vel minorem æstimationem, & iure hoc cautum non reperiri, & *eo. num. vers. item licèt Seius*, dicit glo. male pessimeq; dicere. Item vltra Goffr. contra glo. tenet Beringar. Paulatus, *in repet. l. vnicę n. 3000. vers. tertio, circa eam l. quęritur. C. de sen. quę pro eo, quod inter. tenent*, etiã contra glo. Cep. *cons. 14.* & Aym. *cons. 194. de quib. s.* Cæpol. & Aym. meminit, eosq; sequitur Didac. *in tract. varia. resol. lib. 30. c. 9 12. colum. vers. hinc deducitur. fol. 346.* licet dicat, opinionem glo. magis communiter teneri, & contra *glo. in d. §. si autem donatur*, tenet Salyc. ex mente Petri, & aliorum vnde ex prędictis videtur, quod opinio glo. non sit sine scrupulo, apparentq; validissimæ rationes contra eam, & nouissimè Io. Guttier. Hyspanus *lib. 2. pract. q. in q. 17. n. 8. vers. sumpta, fol. 46 & qua glo. sent.* Hyeron. à Laurentijs *in dec. 95. vers. quorum opinio. fol. 112.* Posui hæc, vt cum casus acciderit, sciatur Sacrum Consilium hunc casum non decidisse, sed tantummodò iudicasse, quod non facta æstimatione, & re integra fiat æstimatio habito respectu ad tempus, quo vixit is, cui vsusfructus debebatur. Et cum accidisset similis casus, non facta ęstimatione, & fuisset propositus, & auditę partes, non fuit necessarium in illa causa illum decidere, sed ex prædictis apparet de veritate decisionis, & nouissimè in Processu Marci Ant. Diasgar. cum Ducissa Bouiari penes Petraccianum reperi per Regiam Cameram Summariæ, referente Domino Thoma Salernitano, tunc in ea præside, fuisse interpositum decretum, quod liquidaretur annua præstatio pro annis quinque, sic conueniebat ætati creditricis, iuxta dispositionem, *d. l. hæreditatem*, & quando plus, vel minus vixisset creditrix quinquennio prædicto, fuerunt reseruata iura partium, ita vt ex prædictis tanto magis difficultas augeatur. Item Sacrum Consilium iudicauit
9 in eadem causa, † quod in liquidatione onerum hæreditariorum quæ non debebantur incontinenti, sed erat data defuncto dilatio ad soluendum, & dies nondum cesserat, tempore mortis haberetur ratio commodi medij temporis, intra quod solui debebant, vt pulchrè ponit Albe. *in l. lex. Falc. si interuenit, ff. ad l. Falc. & Bal. in l. si non resignata, C. de fal. causa adiec. leg.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. 3. 6 Vide hunc Dominum *decis. 283. num. 13.* Ann. Sen. *in sing. 534.* Roland. *cons. 29. nu. 25. vol 4.* Caualc. *de vsufr. mulier relicto, num. 225. pulchrè decis. Auen. 95. n. 3. 7.* Ioseph. Ludou. *in dec. Luca, 21. nu. 60. 61.* & Menoch. *de præsumpt. lib. 2. c. 51. n. 65. in fin. & seq.* D. Ann. Iun. *in collect. 100.* Surd. *in tract. de alim. tit. 9. q. 11. à nu. 26. & seq* & Vide Eundem *in q. 19. nu. 15. eodem tit.*

Post

Post nu.8. ibi vltra Goffred. Vide remissiuè Alphan. *collect.595.*

Ad fi.ibi haberetur ratio; Vide Tiraq.*de retract.consang.§.1.glos.18.num.37.* Suarez *ad l.post rem iudicatam in 7.lim.ad legem Regiam nu.5.7.fol.615.in parte ff. de re iudica.* Intrigl.*sing.89.infra dec.218.in addit.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

ADde omninò ad hanc decis. Vrsill. *in decis 4.* vbi si occiditur aliquis Doctor,vel similis persona, quod fit exactio interesse secundum dispositionem hæreditatum,*ff.ad leg.Falcid.*de qua latissimè Borgninus *in tract.de Vsufructu mulieri relicto,nu.224.fol.mihi 431.*Ad nu 5.de Alimentis,de quibus in hac decis. prædicto,nu....& nu.8. Adde omninò Ioannem Baptistam Costam, *in tract.de Ratione rata hoc anno 1606.impresso,quæst.1.nu.4.hanc decis.allegantem in terminis, & late ipsam disputantem.*

ADDITIO D. RICII.

LIquidatio antephati soluendi vxori defuncti per eius hæredes quomodo sit facienda. Adde Bertrand.*cons.144.num.5.volum.5.* Gram. *decis.102.num.56.& 112.* Grauet.*cons.194.num.6.cum seq.volum.1.* Couar.*lib.3.variarum resolut.cap.9.num.7.cum seq.* Paris.*in tract.de vsur.quæst.72.* Riminald. Iunior.*cons.170.lib.2.*Cucchus *in tract.de legitima fol.104.num.8* Cordub. *in l.1.§.sed si filius nu.109.& seq.ff. de liber.ag. ascend.* & vide Vrsill. *in addit. ad decis. Afflict.34. vbi plura.*

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *In æstimatione alimentorum facta iuxta l. hæreditatum,ff.ad l.falcid.an sit attendenda veritas.*

2 *Quid si non fuisset facta computatio secundum d. legem, an habeatur pro facta, & Fontanella extollit decisionem quam alij impugnant.*

1 NAufragium passa est opinio *glosa in l. hæreditatum ff.ad l falc.*docentis, quod postquam facta fuit taxatio iuxta dictam legem, si tamen legatarius plus,vel minus viuat, attendenda sit veritas declarata ex euentu, vt cum *glosa* tenent qui allegantur hic *n.4* & Vrsill.ad Affl.*dec.34.n 2.* sed quamuis Sacrum Consilium noluit resolutionem capere super traditione *glosa*, vt legitur *n.3* & aduertit Fontanell.*de pact.nupt.to.2.claus.5.glos.8.p.4 n 38.* Nihilominus verior est opinio contra *glosam*, vt attendenda sit computatio secundum dictam legem,& si deindè secuta sit mors pluri ,vel minori tempore, quam fuerit æstimatum,vt post plures tenent Barbos.*in l.maritum n.2.solut.matr.*D.Hodiern.*in l.hac edictali q.33. C.de secund.nupt.*

2 Difficultas maior est,si non fuerit facta computatio, an quæstio sit terminanda,ac si fuisset facta lege ipsa sine ministerio hominis, ex eo quod lex semper loquitur,semper clamat, & semper interpellat, & D. meus probat standum esse veritati, quæ ex euentu declarata est per breuem , aut longam vitam, quia nihil tale lex indicat, quod computatio ex se habetur facta, vndè si non est facta standum est veritati, ita decisum fuit, & decisionem extollit Fontanell. *vbi sup.*

Alij opinantur oppositum, quod computatio habeatur legis ministerio facta,Crau.*cons.194.*Costa *de port.rat.q.236.nu.7.*Grat.*discept.561.nu 4.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio l.vnica,C.quando Imper. int. pup. vt derogetur,non sufficit generalis derogatio.*

2 *Priuilegio l.vnica, C. quando Imper.quamuis non sit in specie derogatum,sufficit,quod sit dictum in priuilegio concceptionis Iurisdictionis, non obstante, quod sint miserabiles personæ.*

DECISIO CLXXXVII.

Idem quod secundum summarium continet.

1 QVamuis, † vt derogetur dispositioni *l.vnica.quando Imper. int. pup. & vid.* non sufficiat generalis derogatio, secundum Cyn. & alios ibi,sed sit necessaria specialis: nihilomi-
2 nus, † si sit in priuilegio dictum, non obstante, quod sint miserabiles personæ; quamuis non sit in specie derogatum legi prædictæ,nec de ea facta mentio, iudicauimus in causa vtilis Domini Terræ Spinazzolæ,quod hæc derogatio prædicto modo facta sufficiat, ex verbis Pau.de Castr.*in d.l.vnica*, qui dicit,idem esse, vel quod in priuilegio apponatur clausula, non obstante. *l.1.* vel quod dicatur, non obstante, quod sint miserabiles personæ.Idem videtur velle Afflict. *in const.statuimus, in 7.notab.*& licèt diceretur, priuilegium dicti vtilis Domini fuisse concessum per illustr.D. Proregem,de cuius potestate dubitabatur circa derogationem priuilegij concessi miserabilibus personis; nihilominus quia pluries per Serenissimos nostros Reges in gratijs concessis Neapolitanis, fuerunt confirmata omnia gesta per Proreges,& signanter alienationes, & præstationes assensuum, & hoc priuilegium erat ante istas confirmationes,& ex causa onerosa,de prædictis non fuit habita ratio.Fuit hoc ad relationem Magnæ Curiæ, die 2. Octobris 1578. referente D. Marthos, iudice ipsius Magnæ Curiç de hac decis.& sequenti,& de decis.192.meminit Alex.Raud.*in tract.de Analogis. lib. 1. c.33. nu. 83.fol.312.*

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ.Adde *supra dec.181.nu.8.& infra dec.192.* Fuscum *in singul.98.lit.P*

Et ad l.vnicam hic alleg. Vide Couarr. *pract.quæst.c.7.*aliqua per Alphan.licet remissiuè *collect.350.* Thesa.*decis.177.& supra dec.100.* omnino Iacob.Menoch.*in tract.de arbitr.iud.casu 66. in suis nouis add.* & Capiblan.*de Baron.à fol.198.& seq.nu.153.*

An d.l.vnica habeat locum in sponsa; Vide D. Petr. Foller *in Const.statuimus à nu.....cum seq.* & Rolan.*de lucro dotis q.12.nu 8.*

An priuilegium declinandi proprium forum per personas priuilegiatas,& miserabiles,& declinandi, atque eligendi forum Principis habeat locum in prima instantia,vel in secunda, videlicet in causa appellationis, Cumia.*super ritibus Siciliæ in Ritu 38.nu 477.fol.231.* tenet solum habere locum in prima instantia, & sic refert iudicasse,allegat Couarr.*vbi sup. n.4. ver.est,& in hoc,videatur* idem D. Foller. *in praxi crim.in ver.audiantur excusatores sub nu.143.in nouis fol.105.*

Contrariam opinionem tenet Thesau. *in d. dec.177. num.8. referens sic iudicatum*; Considera bene tu lector has opiniones, quia ex eodem Thesauro possunt concordari, Menoch.*vbi supra in quarta extensione ante nu.38.*

ADDITIO D. VISCONTI.

AD de Viuium *decis.49.num.1.* Muscatell. *in Praxi Sac.Consil.fol.31.n.87.*& D.Senat. Tapiam *in l.fi.fol.238.in fin.ff. de Const. Princ.* Iacob. Menoch. *in d. casu 66. in suis addit. nu.46 47.* & Capiblanc. *in tract. predicto fol.201.post nu.170.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium priuilegio concutitur.*
2 *Minor non gaudet priuilegio contra pariter priuilegiatum sed vide sub n.6.*
3 *Magis priuilegiatus præfertur minus priuilegiato sed vide hic etiam sub n.6.*
4 *Vidua præfertur minori.*
5 *Priuilegium naturale vincit accidentale.*
6 *Maius priuilegium trahit ad se minus.*

1 AD hanc decis. adde quod † priuilegium priuilegio concutitur, Ioseph. Ludouicus, *in dec. Perusina 54. num.8* vbi † quod minor
2 non gaudet priuilegio contra pariter priui-
3 legiatum,& quod † magis priuilegiatus præferatur mi-
4 nus priuilegiato, & sic, quod † vidua præferatur mi-
5 nori,& sic, † quod priuilegia conquassentur, & naturale priuilegium accidentale vincat, Carauita *Ritu 21.*
6 *& 228.*de quo Afflict. *decis 56.* vbi quod † priuilegium maius trahit ad se minus, & ante ipsum hoc dicit Bart. *in l.verum 12.§.item ff. de minoribus*, & quod priuilegiatus non gaudeat priuilegio contra pariter priuilegiatum, Decius *cons.221.* Bar. *in l.sed, & miles,ff.de excusat.tutorum*,& Iason. *in § rursus,in n.55.* & Marsili. *Sing.681.* Sed quando hoc procedat Bartol. & Doctor. Moderni *in Auth. Quas actiones, C.de sacrosanctis Ecclesijs*,& doctissimè Caualcanus *dec.1.in tit. De Contract.* Adde, an & quando priuilegiatus priuilegio vtatur contra pariter priuilegiatum,*quæ dixi infra dec. 195.* Et adde vnum notandum in practica, quod in tantum est verum, quod priuilegiatus non vtitur priuilegio contra alium priuilegiatum, quod si Actor litigans non debet soluere Actuario, nisi medietatem Caroleni pro quolibet actu,quod eodem modo debet soluere reus, vt seruetur æqualitas in iudicijs, vt in terminis consuluit Io. de Amicis, *in cons.92.*& ideo si reus condemnatur ad expensas,non debet soluere nisi illas,quas priuilegiatus Actor soluere deberet, & non prout alij soluissent. Ita in terminis Borgnin. *decis.15.de iudicijs, nu.27.parte 1.* qui allegat Lucam de Penna, *in l.in sacris,in verbo,quoniam,C.de proximis sacro scrin.* Bart. *Sing.143.*& Bartholomæum de Capua, *Sing.104.* Sed quando hæc Conclusio procedat quod priuilegiatus priuilegio non vtatur contra æquè priuilegiatum, & quomodo limitetur, Lambert. *in tract.de Contractibus, qui sine solemnitate, §.finali, num.124. & seq.* Borgnin. *in decis.30. incip. Pulchra se offert, num.17.33. 34.36.& 37.* qui plures quæstiones ponit, & distinctiones, & intelligentias, *& decis.32. in tit. de Contractibus, par.2 alias decis.3.* vbi de expensis funeris, & infirmitatis, & de Regula, Vtrum dispositum in vno ex æquiparatis, intelligatur dispositum in alio, *alia dixi in decis.superiori*, quæ hic conferunt, & illi non contradicunt.

ADDITIO D. RICII.

VIdua, non potest vti priuilegio l. vnicæ C. quando Imper. contra aliam personam priuilegio eiusdem legis gaudentem,hoc dicit, ratio enim videtur esse, quia concurrentibus actoribus, & reis priuilegiatis conquassantur priuilegia, & res reducitur ad ius commune, vt actor forum rei sequatur, iuxta dispositionem text. *in cap. cum sit generale de for. compe. l.fi.C. vbi in rem actio*, & pariter priuilegiatus non potest vti priuilegio suo contra habentem par priuilegium *l. sed, & milites,ff.de excusat.tut. Auth.de Sanctiss. Epis. §. sed hoc præsenti colla.9.cap.causam de prabend.* Giurb. *decis.82.nu.8.*Steph.Gratian.*discept.for.c.674.n.3 post* Marsi *Sing.99. nisi vnus tractet* de damno alter de lucro nam ille isti præfertur idem Gratian. *post alios cap. 202 nu.31.* & videte D.Nouarium *in prax.elec. & variar.for.q.21.sect.2.pag.185.* vbi sic tenet, & nonnullas illationes adducit,inter quas est, quod pia causa hæres instituta non detrahit falcidiam contra Ecclesiam, vt decisum refert.Magon.*decis.130.*& hanc opinionem inter receptas reponunt nouissimi collectores *comm. opin. lib.3. in titul. de Trebell. & Falcid. cap.6.fol.66. col.1.*Ceuall.*in pract.commun. contra commun. quæst. 155.* vt à simili videmus vnam Ecclesiam aduersus aliam priuilegio non vti Valenzuel. *cons.18. nu.7* Ripa *in l.priuilegia num.2. ff. de priuileg. credit.* quam conclusionem amplia prout ibi in d. praxi est videre apud D. Nouarium, ad quem semper est recurrendum in hac materia, quia illam satis doctè explanauit de more, & vide eundem Nouarium *in coll. decis. coll. ad prag.2. sub rubr. vbi de delicto quis conueniri debeat*, vbi quotidiana.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatum non posse vti priuilegio electionis fori contra alium priuilegiatum firmat decisio.*
2 *Contrarium seruari in Cathalonia testantur Cancer. & Fontanell. cum ratione, sed commendant Senatum Neapolitanum.*
3 *An detur maius,& minus priuilegium, & impugnatur D.Præses pluribus exemplis.*

1 GLoriosa decisio, cuius præconia, & triumphum decantant ijdem contrariæ praxis sectatores, docet hic D.meus,quod priuilegiatus non possit vti priuilegio electionis fori contra personam pariter eadem lege prouenientе priuilegiatam,& sic pupillus non potest vti priuilegio electionis fori contra viduam, sed priuilegia confunduntur,nec vna persona erit potentior altera, quam conclusionem tenent Nouar. *in prax. elect. for. sect.2.q.21.* Reg. Latr. *dec.195.num 1.*Reg. Sanfel.*dec.73.num.12.*
2 Oppositum enim seruari in Catalonia, nec super hoc articulo motam difficultatem testantur Fontanell. *de pact.nupt.com 1.claus.4.glos.11.nu.86. &* Cancer. *2. p. variar.cap 2.nu.23* qui tradit indistinctè Regium Senatum Cataloniæ concedere priuilegium aduersus æquè priuilegiatum hac ratione, quia ex eo nemo censeatur grauatus, imò omnibus magis consulatur, cum sit certum,ibi melius ius cuiuliquam apud Iudices inferiores,& sit præsumptio contra declinantem à supremo Tribunali.

Benè verum Cancer. ait Regium Senatum id magis ex æquitate, quam de rigore iuris seruare, & aliud vbi ex hoc persona priuilegiata incommodo aliquo afficeretur,& ita tradit determinatum.

3 Euertitur alia traditio D. mei asserentis non dari maius, & minus priuilegium inter personas, quæ sunt suffultæ eadem specie priuilegij, sed confunduntur priuilegia, nam contrarium tenet Afflict. *in constit. statuimus numer.35.* qui tenet quod pupillus vti magis

magis priuilegiatus propter priuilegium minoris ætatis, quod est naturale possit trahere viduam, cuius priuilegium est accidentale Vrsill. ad Affl. *dec.* 56. Carau. *rit.* 23. *n.* 11 qu [illegible] teneat Couarr.

In causa dotis vidua vtitur suo priuilegio in recuperatione dotis contra pupillum, & refert Faber, *definit. vnic. C. quand. Imper. inter pupill. & viduam.*

Clericum pro offensione suæ personę posse vti priuilegio contra viduam, probat Reg. Latr. *dec.* 195 *per tot.* Reg. Sanfelic. *dec.* 358. *n.* 18. quia clerici priuilegium est potentius, nam offensa illius Deum, & Ecclesiam tangit. qui mox supra citati authores respondentes ad hãc decisionem aiunt hanc procedere in habentibus æquale priuilegium inter quos militat eadem ratio, secus si vnum priuilegium sit maius altero, ita Reg. de Marin, *lib.* 2. *resol.* 47. *n.* 13 *& seq.* qui refellit tradita in contrarium per Carauit.

SVMMARIVM.

1 *Magna Curia Vicaria cognoscit summariè de clericatu virtute Ritus. fallit nisi appareat de possessione, seu quasi clericatus, quia tunc statur iuri canonico, vt num 7.*

2 *Illegitimus, non procedente dispensatione, non potest ad aliquos ordines, & tonsuram promoueri, nec beneficia ei conferri possunt, & si asseruerit se legitimum, & naturalem, & caret impetratis.*

3 *Iudex ecclesiasticus, & non secularis cognoscit de causa merè spirituali, etiam quod incidenter tractetur.*

4 *Caracter imprimitur ex collatione ordinum, licèt suspendatur ipsius exequutio, quod declara, vt in num. 8.*

5 *Ordinis Sacramentum ad suscipiendum, quæ requirantur.*

6 *Clericus, an quis sit, vel non sit si dubitatur, interim est manu tenendus in eo statu, in quo reperitur.*

8 *Caracter non imprimitur in clerico prima tonsura.*

9 *Ordo prima tonsura non est, sed dispensatio ad ordines, etiam secundum Concilium Tridentinum, licèt Canonistæ dixerint, quod large sit ordo.*

10 *Clericus à manibus iudicis sæcularis, non est auferendus, pendente discussione coram iudice ecclesiastico, an teneat collatio beneficij facta illegitimo, necne.*

11 *Vsurarium quem esse, vel non esse, si notoriè constat, potest iudex sæcularis admittere, vel non admittere exceptionem remissionis ad Curiam Ecclesiasticam.*

12 *Tonsura bastardo collata, non tenet, & licet peccet celebrando, non tamen efficitur irregularis.*

DECISIO CLXXXIX.

Clericus primæ tonsurę, & beneficiatus detentus propter querelam homicidij à iudice sæculari, mota ei quæstione inualidatis ordinum, & illegitimationis, an sit iudici ecclesiastico remittendus, vel retinendus.

OVia Io. Andr. de Massio, inquisitus de homicidio, docuit per bullas, se esse clericum primæ tonsuræ, & habere beneficium, licet de nouo quæsitum & beneficium licet posside-
1 re, idcirco † per Mag. Cur. Vic. quæ virtute Ritus ip-
sius existentis in viridi obseruantia, summariè se infor-
mat de clericatu ad eius instructionem, vt dicit Bal. *in*
l. si qua per calumniam. C. de epis. & cler. & Arch. in c.
sequens, 54. d. fuit remissus ad iudicem ecclesiasticum,
& cum appellasset pars offensa ad Sacr. Cons. dubita-
2 batur contra inquisitum, † ex quo dicebatur, quod erat
illegitimus, qui sine dispensatione non poterat ad ali-
quos ordines promoueri, nec ei beneficia conferri, per
tex. *in c.* 1. *de filijs presb. lib* 6. *& per tex. in c. si, vbi gl.* &
Abb. *eo. ti.* imò quia falsum expresserat, cum dixisset se
legitimum, & naturalem, & non esset, debebat carere
impetratis. *l. & si legib. C. si contra ius, vel vtil. pub.* &
propterea nullo modo poterat tractari de remissione,
sed debebat procedi in Mag. Cur. Pro Io. And. replica-
3 batur, se esse in † possessione clericatus, & beneficij, &
hoc debere sufficere Mag. Cur. ad ipsum remittendum,
& prædicta alia prætensa contra tonsuram, & benefi-
cium, respicere iudicium proprietatis, scilicet validita-
tis, vel inualiditatis clericatus, & collationis beneficij,
& cum tractetur de re mere spirituali, & ecclesiastica,
hoc iudicium esse tractandum coram iudice ecclesia-
stico, & non coram iudice sæculari, *c. tuam, de ord. co-*
gn. c. latos, qui fi. sint legitimi, etiam quòd incidenter
tractaretur, plene Rip. *in c. decernimus, in* 9. *dubit. de*
iud. & de hoc dicebatur non esse dubitandum. Dicebat
offensus, quod ipse in hoc gratus fuerat, quia hic arti-
culus tantum remittendus erat, non autem causa, quæ
remitteretur, declarata validitate clericatus, & collatio-
nis, vel remanebit in Mag. Cur. data ipsius inualiditate,
cum clericus, merus laicus remaneret, & sic nec posset
retinere beneficium, quod mero laico non confertur.
Pro Curia Archiepiscopali replicabatur, vanum esse
4 hoc expectare, cum omnino causa remittenda sit, †
quia etiam quod hic esset illegitimus, ex prædicta col-
latione ordinum, fuit impressus caracter, licet suspen-
datur ipsius exequutio, *per text. in c. filij. 56. dist. vbi*
Dom. & Præpositus, *de quib. meminit, & eos sequitur*
Diaz. *in sua pract. crim. in vers. illegitimi, in fi. verb. fol.*
12. *à tergo.* item dicebatur, ex mente Diui Thomæ, *in*
5 *dist.* 25 *q.* 1. *art.* 1. † quędam requiri de necessitate huius
Sacramenti, sine quibus Sacramentum non suscipitur,
vt sexus voluntas, & alia; quædam verò, de necessitate
præcepti propter congruitatem Sacramenti, sine qui-
bus suscipitur vt irregularitas, & alia. Vnde cum in
casu, de quo agebatur concurrebant ea, quæ sunt de
necessitate Sacramenti, licet hic esset illegitimus, non
per hoc Sacramentum seu caracter non imprimitur,
refert, & sequitur Diuum Thomam Summa Sylue-
strina, *in vers. ordo. il* 4. *nu.* 2. Et vltimò dicebatur, quod
in hoc non debebat fieri tanta difficultas, postquam
aliàs Sacrum Consilium, teste Gram. *in decis.* 81. *in*
simili causa, remisit illegitimum beneficiatum ad iudi-
cem competentem, quia hæc sunt leuis præiudicij, de
quo meminit Iul. Clar. *in praxi crimin. q.* 35 *num* 7 &
ego magis, quia beneficium cadit in illegitimum,
Anchar. *consil.* 116. Item dicebatur, quod etsi hic articu-
lus tantum esset remittendus ad iudicem ecclesiasti-
cum, quod pendente hac decisione, persona clerici,
etiam ad Curiam prædictam remittenda erat, quia
reperiebatur in possessione, seu quasi beneficij, & cle-
6 ricatus, † & regula est quando dubitatur, an quis
sit, vel non sit clericus, interim est manu tenendus
in statu, in quo reperitur, per tex. *in cap. si iudex lai-*
cus de senten. excommun. in 6. vbi Anchar. *in* 3. *notab.*
optimè Belluga in *Speculo Principum, fol.* 4;. *in §.*
videamus de clericis, nu. 4. *vers. occurrit igitur.* Item,
quia de iure canonico, prædicto ritu circonscripto,
articulus clericatus esset tractandus coram iudice ec-
7 clesiastico, *per d. cap. fin. iudex laicus.* † cui, vt idem
Ritus, dicit, aduersatur Ritus prædictus, Vnde quanto
strictius fieri poterit, intelligendus est, & debet ipsius
obseruantia regulari, ex dispositione capituli prædicti,
quod si appareat de possessione, seu quasi, clericatus, sit
vt supra seruandum: sin autem econtra, quòd pendente
hac cognitione, debeat remanere clericus penes iudi-
cem laicum, per tex. *in c. significante, de appel.* sed in ca-
su de quo agebatur apparebat ex decreto Magnæ Cu-
riæ, quod hic erat in possessione clericatus, & benefi-
cij, ergo iudici ecclesiastico erat facienda consignatio
donec articulus prædictus decisus fuerit qui articu-
lus, si non emersisset, absque dubio hæc causa debebat
remitti. Pro parte Regij fisci dicebant Domini de Sa-
cro Consilio, posse dici, prędictum articulum iuris tan-
tum, debere remitti, nec esse sine ratione expectare pro-

uisionem

uisionem super articulo prædicto, & postea prouidere, prout iuris, super remissione totius causæ, ex quo quãuis illegitimo, etiam non præcedẽte dispensatione caracter imprimatur, licet ipsius exequutio differatur vt
8 supra est dictum, † nihilominus hoc non procedit in clerico primæ tonsuræ, in quem caracter aliquis non imprimitur, vt dicit Diuus Thomas *in 4. sentent. distinct. 24. latè* prosequitur Io. de Turrecrema *in c. clerici, col. 1 in vers. ad secundum, & ver. ad tertium, 23.*
9 *distinct.* † Nec prima tonsura est ordo, sed dispensatio ad alios ordines, cum in ipsius tonsione nulla potestas detur tonso plenè Diuus Antonius *in sua Summa, in tit. 14. de ordinibus, § 6. incip. de prima tonsura sciendum*, plenius Turrecrema. *vbi supra*, & plenissime, Dom. Soc. *in 4. sentent. distin. 24. q. 2. art. 1. per totum, & præcisè co. pen. vers. ad quartum, f. 20.* quid in alijs minoribus ordinibus. vide gl. *in c. cum contingat, de atate, & qualitate*, vbi dicit Pontifex, quod est ordo, & Canonistæ tenent, primam tonsuram non esse propriè ordinem, sed largo modo, vt dicit Dec. qui alios recenset, *in c. cum non ab homine, de iudic.* & expressum videtur *in c. nullus prima tonsura, sessio. 23. Conci. Triden.* dum extra minores ponit initiatum primæ tonsuræ, vnde non impresso caractere, nec collato ordine, erat decidendum prius per iudicem ecclesiasticum, an prima tonsura, & collatio beneficij facta illegitimo, sine dispensatione, contra tex. *in d. c. 1. & fi. de filijs presbyt.* teneret vel non, quia si declarabitur teneri, tota causa remitteretur ad iudicem ecclesiasticum
10 postquam hic erat beneficiatus: † si vero declarabitur nulla, remanebit causa coram iudice laico, à cuius manibus dicebatur pendente hac cognitione, non esse amouendum, ex decisione Innoc. *in c. vt fama, de sentent. excomm.* quem ibi sequuntur Anch. & cæteri, de quibus meminit Probus *in additio. ad Io. Monachum in d. c. si iudex laicus 4. colu. vers. & hoc*, quando eo magis quia iudex ecclesiasticus poterat hoc decidere incontinenti, cũ non poterat controuerti, hunc esse illegitimũ, & quod in bullis primę tõsuræ apparebat, quod ipse asseruit, se esse legitimum, & naturalem, & nõ apparebat aliqua dispensatio, & hoc videbatur notorium, quo casu videbatur posse allegari Decis. Antonij de Butrio, *in c. cum sit generale, 3. col. ver. quandoq; dubitabatur de substantia, de foro comp* dum dicit, † quod
11 quando dubitatur de substantia contractus, an sit, vel non sit vsurari s, debeat hoc terminari per iudicem ecclesiasticum, si tamen notoriè constaret, vsuram esse, vel non esse, licet nõ cognitionaliter posset iudex secularis admittere, vel nõ admittere hanc exceptionem, & decisionem prædictam refert, & sequitur Belluga, *in Speculo Principum in §. de vsurarijs 2. facie*, & conuenit quod dicit Alciat. in omni innouatione, *in gl. in verbo si quid dubitetis, f. 34* & dicit. Pet. Rebuf. *in sua pract. beneficiali, in tit. de forma literarum tonsura, in*
12 *octauo requisito*, per tex. *in d. c. 1.* † tonsuram bastardo collatam, nõ tenere, & iterum, *in titulo de dispensatione, super defectu Natalium, in ver. cæterum requiritur, licet in eodem loco nu. 13. dicat*, illegitimum, ad sacros ordines promotum sine dispensatione, qui celebrauit, non effici irregularem, etsi peccet celebrando, nec obstare, quod ex decreto Magnæ Curiæ, fuerit habitus hic pro clerico beneficiato, & esse in possessione clericatus, & beneficij, quod requiritur in clerico primę tonsurę, quando nõ concurrunt alia requisita, secundum Concilium Tridentinum, quia dicebatur, ab hoc decreto esse appellatum, & pendente appellatione, nihil esse innouandum immò quod offensus videbatur per decretum prędictum grauatus, postquam nõ precedente hac cognitione, dum esset oppositum, hũc esse illegitimum, & probatum, Magna Curia totam causam remiserat. Nec dicebatur, obstare dicta per Gramm. *in d. Decis. 81.* quia ibi non declaratur, an clericus remissus, erat in minoribus, vel in sacris, imo etsi appareret esse in minoribus, illa decisio ex prędictis apparet dubia. Insuperq; ibi apparebat, beneficium non esse de nouo quęsitum, quod considerant Doct. *in d. c. si iudex laicus*, sed multo ante delictum commissum, causa hac plenè discussa, fuit remissus articulus prędictus validitatis, seu inualiditatis, collationis, & persona clerici, ex partium concordia, fuit consignata dictę Curię, nobis restituenda, quando declaratur in Curia prędicta, super prædicta inualiditate.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN *princ. ibi. & beneficium prædictum possidere.* Adde Farinac. *in tit. de inquisitione q. 8. nu. 45. & num. 70.* Baiard. *ad Clar. in q. 36. nu. 14.*

Nu. 1. 6. 10. Adde Foller. *in prax. crim. in fragment. fol. 389. num. 5. in nouis*, Episcopum Minorens. *in ver. clericus ver. ad 4. fol. 43 & ver. 3. in regno, & in § 8 fol. 45* Baiard. *post Clar. in loc. supra. cit. num. 19.* & si vult clericus delinquens gaudere priuilegio fori opus est, vt concurrant requisita Sacr. Conc Trid. *et in sess. 23. c. 6. cuius practicam* ponunt Carau. & Foller. *in Ritu hic in princ. alleg. & refert* Baiard. *ad Clar. vbi supra nu. 27. 28. idem* Foller. *in ver. audiantur excusatores num. 39. meminit etiam de dicto decreto Sac. Conc.* Fuscus *in sing. 122. lit. C. in fin.* Foller. *in Const. de personis nu. 20.* & satis pulchrè Viui. *in opin. 106. nu. 6. & seq. par. 1.* qui loquitur alternatiuè secundum decis. casuum conscientiæ *lib. 4. fol. 424. a ter. num. 150. in fin.* & Episcop. Minorens. *in d. ver. clericus, § 2. fol. 42 & seq. & in ver. remissio c. 5. fol. 187.* Vulpell. *cons. 100. in fi.*

An d. cap. 6. Sacr. Conc. habeat locum in conuerso professo nullo ordine insignito Nauarr. *cons. vlt. in titul. de priuilegijs consuluit quod sic.*

Et an habeat locum, & procedat in canone si quis suadente, idem Nauarr. *cons. 24. eod. titul. de priuil. consuluit quod non.*

Quando clericus dicatur incedere in habitu, & tonsura, vt gaudere possit priuilegio clericali, & fori, iuxta d. decretum Sac. Conc. Vide D. Petr. Foller. *in d. ver. audiantur excusatores à nu. 42 & seq. fol. 71. in nouis*; & *num. 43* dicit quod Iudex laicus si capit clericum debet describi facere particulariter, cum quo habitu fuit captus, quia non statur eius dicto, quod non incederet in habitu, refert, & sequitur Baiard. *loco supra cit nu. 16.* & ita vidi seruari, & Foller. in d. nu. 42 Addi potest Farinac *in d. q. 8. nu. 44* qui similiter meminit de d. decreto Sacr. Conc *& iterum nu. 64 66.* & Viuius *in decis. infra allegata 512. nu. 18.*

Sed vt clericus perdat priuilegium clericale, & fori, quę requirantur; Vide Foller. *in d. ver. audiantur excusatores à num. 45. & seq & iterum in dicta Const. de personis num. 20. fol. 42* Vrsill. *in decis. Afflict. 24. 1. colum.* Fuscum *in sing. 121. lit. C. fol. 112.* Vulpell. *in cons. supra allegato. & infinitis sequentibus ad quem semper recurrendum est*; Viuium *in decis. 512. à num. 12. 13. 16. 17. & num. 18.* & Campa. *in d. extrauaganti hic alleg.* qui loquitur in terminis iuris communis, & dictæ extrauagantis.

Item. Adde quod clericus perdit priuilegium clericale si facit actum contrarium ordini clericatus, quia est effectus miles sæua committendo, vel arma exerceat secundum Foller *vbi supra num. 48. fol. 73. vel exerceat officium laicale, & ita seruatur in M. C. V. & in Sacro Cons.* vt audiui à peritissimis viris Neapoli; Adde omnino videndum D. de Ponte *in consil. 24.*

Adde etiam quod sunt multi casus in quibus Iudex sæcularis potest de delictis clericorum cognoscere, de quibus per Carauitam post Cæsarem Pirrinum *in d. Ritu in princip. huius decis. alleg. 235. num. 19. & alios quos alleg. licet remissiuè* Baiard. *in d. quæst. 36. numero 34.*

Item extat extrauagans Clementis Septimi, quæ disponit quod clerici in minoribus constituti non incedentes in habitu, & tonsura, & alia non obseruantes pro laicis reputentur, & à Iudicibus laicis pro eorum delictis puniri debent, & possunt, quã latè commentauit

Niger Campan. vt est videre apud ipsum, & de illa meminit Viuius *in opin. 106. nu. 7. par. 1. & iterum sæpius allegata dec. 512. n. 17 in medio qua an* seruetur in Ciuitate Neap. & eius Diœcesi, Vide Viuium *in d. opin.* & Vrsill. *in dec. Affl 24. n. 7.*

Et quid si clericus habet pensionem solum à Rege, & committit homicidium, si captus à Iudice sæculari debet remitti ad Iudicem ecclesiasticum, Illustrissimus Regens de Ponte, & Marchio Murconi nemini secundus *in suo eleganti consil. 24. n. 31. refert iudicatum per M. C. & Collaterale Consil. fuisse remissum*, quia pensio est beneficium, & comprehenditur sub dicto decreto Sac. Conc. Trident. *vt ibi per eum nu. 32.* qui multum substantialiter loquitur, eumque sequitur Episcop. Minorensi. *in ver. clericus fo. 43. vers. ex hac doctrina Concilij maximè in fi.*

Et de clerico assassino qui per Iudicem secularem absque solemni degradatione, puniri potest, vt post Capyc. Couar. Diaz, & alios tenet Baiardus *in loco citato nu. 34.* Farinac. *vbi supra num. 82.* dummodo constet de qualitate assassinij *ibi n. 35 post* Grama. *vote 11. num. 5.* & Farinac. *loco citato num. 85.* & potest per vtrumque Iudicem cognosci; verum inter eos habet locum præuentio, ibi per Baiard. *n. 37.* Addo Campan. *in cap. regni frequens nu. 68. ver. aduerte tum fol. 36.* & Foller. *in loco citato n. 120.*

Et qui veniunt appellatione Clericorum; Vide Carau. *in d. Ritu 235. nu. 18.* & ibi de materia eorum quæ supra diximus Maranta *in 4. par. dist. 11. n. 3.* Bellug. *in Specul. Princ. fol. 52.*

An clerici non clericaliter viuentes gaudeant priuilegio clericali; Vide glosam Nicolai de Neap. & Camp. *in c. regni 98.*

Quid si clericus committit delictum tempore quo erat clericus, & postea duxit vxorem, à quo Iudice debet cognosci, dic à Iudice ecclesiastico, quia initium debet attendi, secundum hunc Dominum *infra decis. 417. nu. 3. in fin. & seq. qui concord. alleg. vbi adde alios.*

Num. 5. dum allegat Gram. Adde Foller. *in d. ver. audiantur excusator. n. 47. in fin.* vbi relato Grama. refert pluries obtinuisse per illam decis. & in addit. hic ibi de eo supple Gram. & parum infra dum alleg. Clar. *supple in q. 36. ver. & habet.*

De hac decis. in puncto principali meminit, eamque sequitur Mascard. *in tract. de probat. volu. 1. concl 302. nu. 19 & seq.*

Num. 6. ibi item quia; Adde videndum Carau. *in Ritu numer. 4. & seq.* Clar. *& Baiard. in d. q. 36. num. 17. 19.*

Num. 9. Adde Nauarr. *in cons. 4. in tit. de Sacramen. non iteran. videatur.* Bellug. *in Spec. Princ. rub. 11. §. videndum, vbi addit. fol. 51.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio inualiditatis ordinis, ad competentem Iudicem Ecclesiasticum remittitur.*
2 *Exceptio Clericatus, an possit opponi per agnatos, & cognatos Clerici citati ad foriudicandum a Laico.*
3 *Probato clericatu per Bullas extra processum, supersedetur in foriudicando.*
4 *Bullæ Clericatus si sunt expressè, & notoriè falsæ, laicus de falsitate cognoscens, Clericum se fingentem punit.*
5 *Secus si falsitas est latens.*
6 *De cognitione extraiudiciali Clericatus per iudicem laicum facienda, nu 8.*
7 *Laicus cum Clerico delinquens, ab Ecclesiastico an puniatur.*
8 *Clericus Officialis in temporalibus an cognoscatur à laico.*
9 *In crimine læsæ Maiestatis proceditur per laicos, & quomodo.*
10 *Punctus iuris cognoscitur ab Ecclesiastico, facti verò, Articulus, à laico.*

AD hanc dec. vide Regentem Tappiam, *in li. de Iure Regni Parthenopæi, in Ritu 235. Regina Ioanna incip. Item seruat. n. 6. fo. mihi 26. in loco impressis, vbi ponit dec. in facto*, &
1 dicit decisum fuisse † cognitionem inualiditatis ordinis ad competentem Eccl. Iudicem appellationis remissa, & tandem Clericum remissum; referente iudice tunc Mag. Cur. Fabio Riccardo, qui nunc dignissimè Consiliariatus officium gerit in S. R. C. Neapol. & ipsum Clericum ad iudicem delicti remissum, & non originis, seruata forma *dec. 37.* huius doctissimi Præsidentis, An
2 † exceptio clericatus possit opponi per agnatos, vel cognatos clerici, si citetur ad foriudicandum à iudice laico, *vide infra dec. 329. incip. Citato*; vbi quod † probato
3 clericatu per Bullas extra processum illum, supersessum fuisse in foriudicando, ad quam dico. Item adde, quod
4 † si Bullæ Clericatus expressè, & notoriè sunt falsæ, iudex laicus de ipsarum falsitate cognoscit, & clericum se
5 fingentem punit, † secùs autem, si falsitas est latens, & ita decisum contra quendam de Guido Oliuetanum, inquisitum de homicidio dicit Regens ipse Tappia *in allegato Ritu, n. 2. fol. 26. col. 1. & 25. col. 2. vbi ponit* alium casum contrarium decisioni, *& de casu dictæ decisionis 329. ipse eadem Ritus ord ne, in Ritu 65. incip. Item si aliquis Clericus. n. 4. & 5. fol. 24. col. 2.* & ibidem
6 † de cognitione Clericatus, per iudicem laicum, tam ad finem remittendi, quam causam cognoscẽdi, quod tam ex consuetudine immemorabili ipsa extraiudicialis cognitio, quam Doctorum authoritate ad laicum iudicem spectare ait. Sed copiose huius negotij tam præiudicialis ordinis Clericatus quando prosit, & quando non admittatur in fauorem Clerici, vide Regulam cum duabus Annotationibus, & nouem Limitationibus, ibi,
7 vbi inter alia dicit non † modo Clericum, sed laicum cum clerico delinquentem à iudice Ecclesiastico cognoscendos: licèt Contrariam veriorem dicat, in causa
8 diuidua, *de qua dico in dec. 426. infra*, & † quid si Officialis creatur ipse clericus officij temporalis, quod nec cognoscitur à laico. De qua re *infra est dec. 479. ad quã*
9 *dico.* Sed † quod in crimine læsæ Maiestatis procedatur per Officiales laicos dummodo characterem Clericatus habent, & clericus cognoscatur, ipse Tappia, *nu. 8. ibid.* vbi ita practicatum dicit in causa quorundam fratrum Dominicanæ familiæ à Comite Lemos Prorege, & Pontifice Clemente VIII. & Commissar. causæ extitit peritissimus, & illustris ingenij vir Don Petrus Vera ab Aragonia, & Regni Præsidens Sacri Consilij, atque Vice protonotarius dignissimus; Quid in alijs crimini-
10 bus dico *in dec. 176. latissimè.* Ad istam partem † quod punctus iuris deciditur ab ecclesiastico, & facti, à laico, *vide similia sup. dec. 36. & 52.* Ad num. 11. adde omninò Cons. Rouitum *in Pragmatica De Vsuris*, & Campan. *in Extrauaganti De vita, & honestate Clericorum, qui doctè, & piè loquitur.*

ADDITIO D. RICII.

CLericus primæ tonsuræ, & beneficiatus detentus propter querelam homicidij à Iudice seculari, mota ei quæstione inualiditatis ordinum, & illegitimationis an sit iudici Ecclesiastico remittendus, vel retinendus, esse remittendum in hac decisione Francus noster ait, & meritò, quia sicut cognitio, an clericus deferat tonsuram spectat ad iudicem Ecclesiasticum, ita quæstio inualiditatis ordinum, & illegitimationis debet spectare ad Ecclesiasticum iudicem. Nam cognitio habitus sicut spectat ad eum, multò magis debet spectare cognitio tonsuræ, cum illa respiciat personam, quæ dignior est rebus, *l. 2. ff. de stat hom.* & maximè, hoc est verum in persona clerici, qui dicitur de sorte domini *cap. cleros distinct. 21.*

Hinc

Hinc est quod cognitio, an aliquis sit clericus spectat similiter ad Iudicem Ecclesiasticum *cap. si index de sent excommunicat.in 6.*Couarr. *pract. quaest.c.33. num.1.*Clar.*in § si q.3.vers.dixi clericum, & vers.regulariter autem* Tut.*alleg.*17.*n.*4.*&* 14.

Corroboratur hæc decisio similiter, quod licet aliqui DD.tenuerint iudicem secularem posse cognoscere,an quis incedat in habitu Ecclesiastico vt per Guid. Papa *decis.*138. *& cons.*100. *num.*2. & Clar. *in §.fin. quaest.*36.*vers dixi clericum in fin.*nihilominus verior, & cõmunior opinio est opinio scribẽtiũ,dictã cognitionem spectare solum ad iudicem Ecclesiasticum, prout firmarunt Gemin.*in c.*1. *de cleric.coniug.in* 6. Zabar. *in clem.*2 *de vit.& honest.cleric.* Turret. *cons.*5. *per tot.volu.*2.Tut.*d.alleg.*17. *num.*15. & late Caualcan. *decis.*10.*num.*12 *cum seq.& decis.*21. *num.*21. *par* 5. quæ opinio corroboratur primo, nam clericis non est per Sacros Canones determinatus certus habitus Guid Pap.*decis.*138.*nu.*1. *cum sequ.* Caualcan. *dict. decis.*10.*num.*17.secundo, quia aliàs per indirectum omnes clerici possent subijci cognitioni iudicis secularis Farinac.*q.*8.*nu.*58.*de inquisit.*& vltimo, quia in casu dubio semper maior iudex præfertur,& sic Ecclesiasticus Olascus *decis.*103.*num.*4. Fel. *in cap.pastoralis num.*4.*de rescript.*Lancellott.*de attent.p.*2.*cap.*10 *in prafat.num* 78.Decian *in tract.criminal.tom.*2. *lib.*6. *c.*36.*nu.*12.

Item quod cognitio, an clericus gaudeat priuilegio fori spectat ad iudicem Ecclesiasticum dumtaxat *d. cap.si iudex* Farin.*d.q.*8.*nu.*33.*&* 37.ex quibus omnib. corroborationibus credo nostrum Authorem, ita decisisse & ad materiam quomodo practicetur in Regno vide Carauit. *Rit.*235. quem nouissime refert Nouarius *de elect.fori quaest.*32.*sect.*1. quem omnino videas in facto.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Auctor indicat scribentes super ritu M.C.V.*235.
2 *Iudex laicus an possit cognoscere incidenter de causa spirituali.*
3 *Clericus si sit in possessione clericatus, & beneficij an sit remittendus.*
4 *Prima tonsura an imprimat Caracterem.*

1 TRansuenter, & remissiue tangam articulos excitatos in materia ritus M.C.235. & iurisdictionali, & respectu.d. ritus super eo scripserunt Carauit.*num.*20. Carol. de Crass.*de effect.cleric.effect.*1.*nu.*1276.*& super ritu, & text.in c.si Iudex Laicus de sent excomm.* multa fusè cumulantur in *alleg.*124 de Marin. *p.*3.Episc. Spetell. *dec.*174.& iura concordantia sunt *in l.*2.*ff.si quis in ius vocat non iter.l.si quis aliena,ff.de iudic.*

2 Succedit alterum quæsitum, an Iudex laicus possit cognoscere incidenter de causa spirituali. Fontanell.*de pact.nuptial.tom* 1. *claus.*4.*glos.*13.*p.*2.*à nu.* 1.excitat difficultatem,& D.meus *nu.*3. negatiuam opinionem firmat,& comprobat Reg.Sanfel.*dec.*7. *&* 15. *vbi nu.* 26.ita decisum testatur etiam quod ageretur super facto notorio.

3 Praeterea quæritur,an clericus gaudeat priuilegio fori, si sit in quasi possessione clericatus, & beneficij, & affirmantem opinionem tenent D.meus *nu.*3. *&* 6. *& in d.alleg.*124.de Marin.*nu.*19. ponderatur *text in d.c.si Iudex laicus,* in quo habentur solam possessionem clericatus sufficientem esse ad finem remittendi clericum ad Iudicem Ecclesiasticum, & de his omnibus remitto me alibi Deo dante dicendis.

4 Prima tonsura an imprimat Caracterem negat Carleual.*de iudic.disp* 11.*q.*8.*num.*1089. Merlin.*contr.*41. *centur.*2.*nu.*16. sed contrarium tenet Rota Rom. *in dec.*95 *in impres.in calce prax.*Viuian.*de iure patron.* & videtur tenere Reg.de Marin. *lib.*2.*resol.*155.*nu.*8.

SVMMARIVM.

1 *Captiuorum bona possunt vendi pro ipsorum redemptione,quamuis filij,& coniuncti contradicant.*

DECISIO CXC.

Idem est cum summario.

CVm essem Commissarius delegatus ab Illustr. Prorege, omnium causarum confraternitatis Sanctę Marię redemptionis captiuorum, pluries procurator dictę confraternitatis instabat bona captiuorum vendi, pro ipsorum redemptione,contradicebant sępius coniuncti, & aliquando filij,qui nihil curabant de coniunctorum, seu patrum
1 redemptione,sępius iudicaui,† quod venderentur bona ipsis inuitis,ex *tex.in §.si quis de praedictis, vbi gl.in vers.debitis, in Authen.vt cum de appellatione cognos.* quam refert, eamque sequitur Gulielm. de Bened. *in repe.cap. Rainuntius.in vers.& vxorem nomine Adelasiam,*1.*num.*828.*vers.secundum singulare, fol.*126. 4. *colum.* & mandabam, precium deponi penes eandem confraternitatem, quę curam habebat redemptionis ipsorum,& ex hac diligentia plures fuerunt redempti, & in dies redimuntur. Item in redemptione captiuorum seruamus eleemosinas erogare in redemptionem hominum Regni,per tex.*in l.*2.*in fi.C.de annon. ciuilis lib.*11. vbi Bar.in specie dicit, quod ciues positi super eleemosinis non debent dare illas extraneis pauperibus,de quo plenè Anton. Padilla *in l. cum quidam.*3. *colum.ff.de leg.*2.*fol.*27.*versic.*3.*addendum* Conferunt posita per Anto.de Cordu.*in l.si quis à liberis.* §. *& si impubes num.*39.*versi.id tamen in proposito.ff.de liber. agnoscendis.* Item præferrimus clericos, & religiosos tanquam digniores, laicis, & similiter propter periculum præferrimus pueros, adolescentes, & mulieres tamquam fragiliores.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Episcop.Minorens.qui decii. istam alleg. *in ver.captiuorum bona fol.*38.*a ter.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Eleemosyna potius danda Regnicolis quam aduenis.*
2 *Potius propinquis quam extraneis.*
3 *Priuatis redimens captiuum potest à redempto pretium repetere.*
4 *Quod non procedit in Ecclesia.*
5 *An repetatur pretium à redemptis diuitibus.*
6 *An liceat tempore belli deferre merces prohibitas ab infideles pro redemptione captiuorum.*

1 AD hanc decis.adde † de eleemosyna,danda potius hominibus Regni, quam exteris, captiuis, quam alijs, sensibus, quam iuuenibus.Marsi.*in rub.Desiderius, num.* 164. Cardinalis *in Cle.*1.§. *Ideoque.De reliquijs,& venerat.*
2 *Sanctorum*, & quod † sit danda potius proqinquis, quam extraneis, Lucas de Penna, *in l. centum, C. de annon. ciuilib. lib.*11.& Afflict. *decis.*289. *in fine*

in fine. & *ipsemet* de Penna, *in l. 1. C. de Mendicantib. validis*; Sed de hoc me remitto magis piè loquentibus. Ad hanc decis. adde Padillam, *in l. tamen quidam vers. tertio addendum, ff. de iurisdict. omn. iudi.* Afflict. *dec.* 289. Adde de eadem dec. quod † priuatus redimens
3 captiuum, potest ab eo repetere pretium, *l. fin. C. de capt.* Berous *in cap. nulli, de reb. Eccl. non alienana.* Sed
4 † Ecclesia non repetit: quia tenetur ad hoc pium opus *cap. satis, 86. distinct. & cap. inferendum, 23. quest. 3.*
5 sed hoc † non procedit in Ciuitate Neapolis, quia repetit à redemptis ciuitatibus, licet non à pauperibus Rodoan. *de reb. Eccl. non alienan. Rub. 20. num. 54 & seq.* vbi tu plura videre potes. Item est notandum,
6 † quod tempore belli, non licet deferre ad infideles prohibitas merces pro redemptione captiuorum Abb. *in cap. significauit, de iud.* Strach. *de Decoctor. 2. par. num. 41.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII DE LVCA

SVMMARIVM.

1 *Pecunia eroganda pro redemptione captiuorum qualiter sit dispensanda si non sufficiat pro omnibus.*
2 *Addubitatur contra doctrinam D. Præsidis cui occurritur.*
3 *Captiuorum bona possunt vendi pro redemptione.*
4 *Creditor pro pretio dato ad redimendum, an præferatur anterioribus habentibus expressum, & refellitur Acosta.*

1 Coelestis decisio religionis, & pietatis materiam præstans, articulum subministrat disputandum, qualiter pecunia eroganda pro redemptione captiuorum sit dispensanda, si non sufficiens pro omnibus concurrentibus, & qui sint anteponendi, & D. meus edocet in primis esse præferendos, clericos, & religiosos tamquã digniores, deinde pueros adolescentes, & mulieres tamquam fragiliores, quam doctrinam extollit D. Prat. ad Paschal. *de patr. pot. p. 3. art. 5. vers. Ex prædictis emergit.*

2 Occurrit autem dubitatio, quia si præferendi sunt infirmiores, & fragiliores, ea ratione, nam vbi maius est periculum, ibi potius est succurrendum, *d. l. vbi periculum de elect. in 6 §. si quis autem*, Auth. *de Eccles. tit.* potiores deberent, esse mulieres viris, & eo magis Ecclesiasticis, qui sunt fortiores, & magis instructi, & apti ad docendum, & hortandum alios ad sustinendum, & manendum in Catholica religione, & contra rationem illam maioris dignitatis præterea arguitur, quia attenta dignitate præferendi essent mares fœminis, & maiores ætate minoribus, conuenit quod in contingenti casu redemptionis P. Thomæ Iesu religionis Discalceatorum S Augustini, is cum ope, & pecunia Christianorum deberet redimi, tunc P. Thomas voluit vt præferrerentur laici Christiani, tamquam imbecilliores, & rudiores, & esset ibi, qui posset consolari, & adhortari credentes ad tormenta patiendum, & perseuerandum in Christiana religione, & adest exemplum S. Paulini Episcopi Nolani, qui pro redemptione Christianorum se vendit Barbaris, responderi potest ad fauorem Ecclesiasticorum, quod non debent mouere exempla P. Thomæ, & S. Paulini præferentium sibimetipsis laicis in redemptione, nam quilibet alius maioris perfectionis potest ad hunc actum deuenire, sed si loquimur de ordine seruando in redemptione à catholicis, cum maior, & miserabilior sit seruitus Ecclesiasticorum propter maiorem libertatem Ecclesiasticam deperditam ab omni seruili obsequio exemptam, & liberam, consequenter anteferri debent Ecclesiastici ordinis caractere insigniti, & ab illa diabolica potestate, & male tractamentis infidelium liberari, & ad ostẽdendam æstimationem Ecclesiasticorum apud nos maiorem alijs, & quoad fragilitatem mulierum, vt dicta ratione præferendæ forent religiosis, potest adhuc responderi Deum eligere infirma, vt confundat fortia, vndè à sanctis mulieribus tenellæ ætatis habemus fortitudinis, & patientiæ exempla, & documẽta. vt de *S. Agnete, S. Felicitate, S. Catherina V. & M. mea patrona*, & alijs innumeris.

3 Captiuorum bona possunt vendi pro ipsorum redẽptione, quamuis filij, & coniuncti contradicant. *§. si quis vbi glos.* Auth. *vt cum appell. cognosc.* suffragatur illud, quod quando quis soluit pro aliquo ob necessariam eius salutem, potest eum inuitum cogere ad restitutionem pecuniæ pro eo solutæ, vt affirmant Cagnol. *in l. auito n. 17 ff. de regul. iur.* Ann. *singul.* 184.

4 Ampliandum existimo, vt creditor pro pretio dato ad redimendum captiuum debeat præferri omnibus creditoribus anterioribus hypothecarijs, sicut præfertur creditor pro expensa funerali, & vltimæ infirmitatis, ex quo est priuilegiata vti respiciens necessitatem conseruandæ vitæ, & sepeliendi corpus debitoris Merlin. *de pignor. lib. 3. quæst. 72.* & dictum est *obs. 51.* & maiori ratione præferri debet creditor pro credito ad redimendum captiuum, in quo misericordiæ religionis, & pietatis maior ratio ostenditur pro redemptione ab hostibus barbaris, nostræ Christianæ fidei accerimis inimicis, vbi non solum corpus à seruili obsequio, & misera captiuitate redimitur, sed etiam anima inter tot tantasq; infidelitates inuoluta Gait. *de credit. c. 4. q. 11. in append. nu.* 119. & ita tenendum quidquid male velit Acosta *de priuileg. credit. regul. 2. ampl. 1. nu. 26.* qui solum dat prælationem in bonis postea quæsitis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis deuoluitur ad directum Dominum, cum omnibus meliorationibus, & augmento quando deuolutio oritur ex culpa emphyteutæ, si vero sine eius culpa, vt puta ob lineam finitam, tunc Dominus soluere tenetur pretium meliorationum hæredibus, & an hæc distinctio procedat etiam in emphyteusi ecclesiastica. num. seq. & num. 15. vbi deciditur contra Fulgosium.*
3 *Meliorationes amittuntur per colonum ecclesiæ, quãdo eius culpa cadit à locatione per colonum autem priuati secus, & de veritate, nu. 7.*
4 *§. si vassallus, habet locum etiam in emphyteusi, & tam priuati, quam ecclesiæ cum nu. 6.*
5 *Argumentum de feudo ad emphyteusim, valet, quando ius feudorum est fundatum in ratione naturali, & iusta, & non reperitur aliter decisum, de iure communi.*
8 *L. domos. ff. de leg. 1. cum concor. dispositio obtinet locum etiam in materia emphyteutica, quamuis emphyteusis sit ecclesiastica.*
9 *Meliorationes siue impensa facta per eum, qui non habet dominium perpetuum alicuius rei repetuntur.*
10 *Census non soluitur de re ecclesiastica ratione directi dominij sed pro summa, quæ correspondet fructibus, qui percipiuntur ex re concessa præuio appretio, & discussione, quod concessio facienda tendat in euidentem ecclesiæ vtilitatem.*
11 *Fructus percepti ex meliorationibus, non restituuntur nec sunt in consideratione respectu directi dominij.*
12 *Emphyteuticus contractus, de sui natura est, quod res concessa melioretur, & ideo si sit expressè concessio ad meliorandum, expressio aliq; modo non operatur, quam inest.*
13 *Emphyteuta tenetur meliorare rem emphyteuticam rese-*

refectionibus minimis , & quotidianis , & debita agrorum cultura, non autem nouis ædificijs, & magnis sumptibus, quia illa faciendo, nunquam videtur facere animo donandi.

14 *l. in fundo ff. de rei vend. dispositio seruatur in meliorationibus factis per emphyteutas in re emphyteutica.*

DECISIO CXCI.

Emphyteusi finita, vel ex culpa emphyteutæ, vel alia ex causa, vt defectus lineæ, quando sint ipsi emphyteutæ, vel eius hæredi augmenta, & meliorationes in re factæ refundendæ.

1 RES † in emphyteusim concessa, ad directum
dominum deuoluta , deuoluitur cum o-
mnibus meliorationibus , & augmento ,
quando deuolutio oritur ex culpa emphy-
teutæ, vt puta, ob eius lineam finitam est ei, vel eius he-
redibus soluendum pretium ipsarum meliorationum,
in ea factarum, Bald. *in auth. excipitur, C. de bon. quæ
libe.* Bal. Alex. & Lanc. Dec. *in l. Senatus, §. Marcellus.
ff. de leg. 1.* congerit plenè omnes Dec. *consil. 518. viso
instrumento*, & præ cæteris, nouissimè Episcopus Ni-
coterræ, *in add. ad Andr. in §. si vassallus, hic finitur
lex Contra.* & vltra, quod hæc opinio fundatur in ma-
xima æquitate: secundum eam , pluribus rationibus
consuluit Cuman. *cons. 17.* Pro ea est tex. *in d. §. si vas-
sallus*, & faciunt iura in similibus casibus loquentia,
scilicet *l. domos, de leg. 1. l. diuortio. §. impendia, vers.
planè. ff. sol. matr. & l. cum , ad quem C. de vsufr.* &
hanc opinionem tenuit Senat. Lusitan vt apparet tex.
decis. Gamma 22. solus Raph Fulg. *consil. 9.* quem al-
2 legauit vnus ex Dominis. † videtur decidere contra-
rium in emphyteuta ecclesiæ, de quo meminit simpli-
citer Dec. *in auth. qui rem, in 6. & vlt. notabili. C. de
sacrosanct. eccles.* qui licet ponant casum, quando in
concessione est dictum ad meliorandum, & non dete-
riorandum, tamen prima eius ratio procedit etiam his
verbis circumscriptis , dicit enim hoc iure cautum non
reperiri , sed iura simpliciter loqui , quod res ad eccle-
siam deuoluitur, finito tempore emphyteusis , & quod
erubescimus, dum sine lege loquimur . † Item, quia si
simplex colonus ecclesiæ perdit meliorationes , quan-
do ex culpa cadit à locatione, per tex *in d. auth. qui rem
C. de sacrosanct. eccles.* & colonus priuati non per text.
in l. colonus. ff. locati, sic etiam debet esse differentia in
emphyteutam priuati, & ecclesiæ vt eius emphyteuta,
quouis modo deuoluatur emphyteusis , perdat melio-
rationes, eo magis, quia vt communiter videmus, res
conceduntur pro minori pensione , & infra tempus ,
quo emphyteusis durat, magnum lucrum emphyteuta
percipiat. & ad text. *in d. § si vassallus*, respondet Fulg.
quod loquitur in feudo, quod in multis differt ab em-
phyteusi. Item, quia ille text. potest intelligi in feudata-
rio priuati, non autem in feudatario ecclesiæ. Nec ob-
stare *d. l. domos , cum simil.* quæ in alijs terminis lo-
quuntur, & non procedunt in casu, de quo agebatur, in
quo de natura contractus emphyteutici, in ecclesia, &
ex consuetudine, res steriles, dantur in emphyteusim ,
vt meliores reddantur , & ex eiusdem contractus na-
tura, ad ecclesiam redire debent , & quod debet fieri
compensatio introituum medij temporis percepto-
rum, cum ipsis meliorationibus , habito respectu ad
modicam pensionem, quæ interim præstatur .

Dominus Franciscus de Aretio , tangit hunc articu-
lum, *in d. l. Senatus. §. Marcellus*, quando verba prædi-
cta sunt apposita, siue in concessione facta per eccle-
siam, siue per priuatum, & licet ipse subsistat, & non
decidat , pro hac opinione dicit facere, quia verba de-
bent aliquid operari , & pro eadem opinione allegat
Bart. *in d. l. colonus*, licet dicat Bar. ibi, hoc non expres-
sè dicere, & verum dicit.

Pro hærede emphyteutæ dicebatur, primam opinio-
nem esse tenendam, etiam quia æquiorem . † Pro qua
facit text. *in d. §. si vassallus*, qui licet loquatur in feudo,
nihilominus procedet in emphyteusi , in qua eadem
5 ratio militat , † & vera conclus. est valere argumen-
tum, de feudo ad emphyteusim, quando ius feudorum
est fundatum in ratione naturali, & iusta, & non repe-
ritur aliàs decisum de iure communi ita Ias. *in l. 1. col.
10. C. de iur. emph.* Euerar. *in locis allega. l. loco 12. cum
6 cæteris*, quæ congerit idem Episcopus, *in d. § si vassal-
lus*, † & similiter non est vera responsio , quod *d. §. si
vassallus*, loquatur in feudatario priuati, cum generali-
ter loquatur, & rationes illius text. habent locum in
quolibet feudatario , imò fortius in feudatario Eccle-
siæ, quæ non debet lucrum consequi cum aliena iactu-
ra, pro vt arguit in proprijs terminis *decis. Perus. 24.
col. antep. num. 19. vers. sed si fuerit. fol. 45. a ter. 1. col.*
vnde non potest dicere , quod dicebat Fulg. hoc non
reperiri in iure decisum , quia etsi hoc non reperiatur
in specie prouisum in emphyteusi, reperitur tamen de-
cisum in feudatario, in quo eadem ratio militat, ergo
idem in emphyteuta dicendum est, argu. text. *in l. non
possunt cum l. seq. ff. de legib.* Nec etiam obstat ratio ,
quam idem Fulgos. allegabat de colono Ecclesiæ tem-
7 porali, † quia Paul. de Castr. *in d. l. colonus*, dicit, quod
simplex colonus, siue Ecclesiæ, siue priuati, potest me-
liorationes repetere, ex quo non tenetur, ex natura
contractus, rem meliorare, & text. *in d. auth. qui rem*
loquitur in conductore ad longum tempus , & fortior
ratio videtur in fauorem coloni temporalis Ecclesiæ ,
quæ nullo modo, vt est dictum, cum aliena iactura lu-
8 crum facere debet , † & similiter responsiones datæ
ad dd. ll. domos, cum similibus, non valent quia licèt in
alia materia loquantur, procedunt tamen in casu, de
quo agitur, vbi eadem ratio est, ibi enim meliorationes
retinentur per eos, qui eas fecerunt, incerti de dominio
9 perpetuo prout sunt emphyteutæ Ecclesiæ, † & dice-
bat Cuman. *in d. cons. 57.* quod qui habet dominium
non perpetuum, si impensas facit in illa re, illas repetit,
per iura prædicta. Nec obstat, quod dicebatur debere
satis sufficere istis emphyteutis commodum maxi-
mum , quod modico tempore perceperunt præstando
modicam pensionem durante tempore emphyteusis .
Nam responsum fuit , quod hoc non posset procedere
in emphyteutis Ecclesiæ , quibus fit concessio median-
tibus Commissarijs Apostolicis, & census non soluitur
10 in recognitionem directi dominij, † sed concessiones
fiunt prævio appretio bonorum concedendorum pro
summa, quæ correspondeat fructibus, qui percipiuntur
ex re concessa nam aliter Commissarij Apostolici qui-
bus committi solet decreti interpositio si res concessa
tendit in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, concessiones
factas non confirmant, nisi sit euidens vtilitas Ecclesiæ,
vt est plenè dictum *infra in decis 235.* omnes , & hanc
formam ponit Capicius *in decis. 182. in causa Laura .*
Item dicebatur , hoc prætensum commodum non esse
semper certum, cum non semper bonorum in emphy-
teusim datorum, plus habetur commodi, qui sit census,
qui soluitur , & ex processibus antiquis quo ad manus
nostras, quotidie veniunt, apparet certis temporibus ex
domibus non fuisse habitam pensionem æquiualen-
tem censui: Item si habetur maior pensio, est, quia in
11 dies emphyteutæ faciunt meliorationes in domibus, †
& hoc lucrum , quod percipitur , habito respectu ad
meliorationes est in consideratione respectu directi
Domini, sicut dicimus, in restitutione fructuum, quan-
do sunt percepti ex meliorationibus, vt per Afflict. *dec.
87.* vnde dicebatur , prædictam responsionem non ob-
stare. Nec curandum est de ratione Aret. *in d. §. Mar-
cellus*; † quia postquam de natura contractus emphy-
teutici est, quod res melioretur, vt dicit text. *in l. 1. C.
de iur. emphy.* & declarat Paul. de Castr. *in d. l. colonus*,
quando exprimitur , id quod tacitè inerat per eundem
modum ,

modum, expressio nihil operatur. *l.3.cum simil.ff.de 13 leg.1.* † tenetur enim emphyteuta, secundum Cum. vbi supra, meliorare refectionib. minimis, & quotidianis, & debita agrorum cultura, non nouis ædificijs, & magnis sumptibus, & si ædificat, vel magnos sumptus facit, nunquam videtur facere animo donandi, secundum Ias. *in d.l.2.in 7.notab.vers.vlt. circa primum* & promisso melioratione per emphyteutam, eam tantum promissam videri, quæ fieri consueuit, vt bene declarat glo Paris. *super consu.Paris.in tit.1.§.1. in gl.5. in verbo lesief 3.col.ver. obiter nu.73.fol.58. in veteri impressione* quod sup. hominum cogitationem glo. prædictam scripsisse dicit Michael Palaez. *de maioratu.1. part.4.quæst.num.31.fol 150.* vbi etiam Tiraq. *in repetione l.si vnquam in verb.reuertatur nu.288. pag.513.* Arrius Pinell. *in l.2.par.2.num.9.fol.97 C. de rescind. vend.* & ita fuit iudicatum in senat. dicit Aluar. Velas. *in tract.iur.emphyt quæst.25.num.3. fol.137.* & dicit hanc opin. esse veram, & æquitati consonam, & intellige de meliorationibus paruis, non autem de magnis. Celsus Hugo *in tract.clausul.contract.in verbo, promisit meliorare.fol.77.à ter.* Nec obstat doctrina Bar. ibi, quia vt idem Are. dicit, Bar. hoc non dicit expressè, & quod expressè dicit, est quando culpa coloni, & colligere hoc ex verbis suis non conuenit, postquam aduertaretur decisioni Doctorum præallegatorum, vnde non sine ratione Franc. de Aret. subsistit. & nouissime dicebatur, in præsenti causa non adesse hæc verba generalia, sed tantummodo pactum de expendendo certam summam, quam lucrabitur Ecclesia, in hoc casu, ex pacto, vnà cum alijs expensis necessarijs, & non cæteras expensas longe maiores, vltra prædictas, quas em-
34 phyteuta non tenebatur facere, † in quibus seruabitur dispositio *l.in fundo.ff.de rei vend.* vt dicunt breuibus verbis nouissime addentes ad Decium *in d. cons.*
35 *518.* † & hæc opinio videtur seruanda, eo magis quia ecclesiæ, quæ petunt, sunt diuites, & soluendo, quod in hac materia considerat Ruin. *cons.24.1. vol. ac quo meminit in decis.110.* & quia ecclesia occasione harum meliorationum, maiores fructus percipiet, quod considerat Cuma *in d.cons.57* & ideò non mirum, si Dominus Episcopus in additione prædicta dicit, hanc videri veritatem, quamuis Fulg. aliter consuluerit. Dixit vnus ex Dominis, quod hic casus aliàs accidit. & non prævia hac discussione, fuit iudicatum in fauorem hæredum emphyteutæ, in emphyteusi ad monasterium Sancti Ligorij deuoluta, ob lineam finitam cum Roberto de la Picola, & alijs. & ita postea vidi iudicasse Ioseph. Ludouicum *in decis.116.in 2.dub.*

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. Vide Duenam *in regula 237.* Villalobos *in suis comm.opin. fol.127.* Amedeum *de laudemio. quæst 8.nu.2.3* Surd. *decis 78.num.2.3.* & Rotam Lucens. *in decis 82 in nouis sub tit.trium auditorum, & paulo infra, ibi.* & quid si promittitur restitui; Vide eandem *decis. Lucens.loc.cit.& iterum in decis.44.*

Sed adde quod secundum decis. istam in fi. refert iudicatum Anton. de Gamma *in decis.22.*

Et quid si promittitur restitui res emphyteutica cum meliorationibus, cui debent restitui Domino directo, vel hæredibus emphiteutæ; Vide omninò eundem Gamam *in decis 75.& iterum decis.333.*

Num.3. Adde videndum Bursat. *cons.80. num.35. volum.1.*

Num.5. Adde Mandos *in cons. Roma.212.lit.D.Clarum in § feudum quæst.3.ver.& hæc*, Bursat. *cons.56. sub num.8.volum.1.*

Num.11. *ibi sicut dicimus*; Adde Anton.Gam. *in decis.96. in fin.decis.230. in fin. & iterum decis.364.* Caualc. *in repertorio eius decis.in ver. melioramenta post num 6.fol.65.à ter.omninò hunc Dominum in dec. 705.quam vidi ad penam*, vbi ex professo disputat Caualc. *decis.32.nu.27 par.2.* & Surd *in dec. 282. nu.30.*

& *300 num.20.* Vide Aluar. Velasc. *in consultatione 83. nu.20.21.*

Et quid in conductore ad longum tempus; Vide *decis.Perus.34.nu.8.9.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta licet perdat meliorationes, non perdit ius affrancandi.*
2 *Emphyteuta non soluente canonem, potest creditor pro suo interesse soluere.*
3 *Emphyteuta, quando cadat à melioramentis.*
4 *De meliorationum probatione, requisitis, æstimatione, & petitione.*
5 *Disboscatio dicitur melioratio, & de expensis in vineis, & num.7.*
6 *Sententia an impediatur exquutioni demandari ante solutionem meliorationum.*

1 AD hanc decis. adde; † quod licet emphyteuta perdat meliorationes, non perdit ius affrancandi, Præsidens *infra dec.262.* Ad nu. 1. Adde Gamam *in decis Lusit.22.* Item ad-
2 de, quod si † emphyteuta non soluit canonem, ob quod emphyteusi priuaretur, potest eius creditor pro ipsius interesse offerre domino, ne res incidat in commissum Anna, *sing.168.emphyt.& sing. seq.de emphyteuta alienante*, & plura vide per Mangrellam *in l.fi. C.de iure emphyteutico* nouissimè ad hanc decis. adde, *quæ ego sup.ad dec 110.incip.Remansit.* † & an, & quando emphyteuta cadat à melioramentis, vide Guid Pap. *dec.169.* & Corbulum *nouissimè in tract.de iure emphyteut.* & alios scribentes, & omninò Cartarium *in d.c.lanuens.72 incip.testes*, vbi de † probatione meliorationum, & quæ requirantur, quomodo æstimentur, & quando meliorationes petuntur, quod duo sint probanda: primo melioratio, & deinde impensa,
5 & ibi, quod † disbocatio dicitur melioratio, & de expensis in vineis, & de alijs omninò videndus Sed an
6 † sententia sit impedienda exequi ante solutionem meliorationum, vide Vrsill. *dec.205. nu.6.* & ad num. 13. adde Moderniores *in tract. de iure emphyteutico*. Ad num.14. vide de hac *l.in fundo.* Præsid. *supr.decis. 38.in fin.* vbi latissimè, & doctè loquitur, Alia de † meliorationibus vide per me, ad hunc autorem, *supr. decis.prædicta 38 & decis.112 vbi plurima dico, & decis.456.526.527.* Ad hanc decis. vide Bossium *in tit. de Principe.num 31.* Annam, *alleg.6.* Iul.Clar. *in §. emphyteusis,q.41.* Rol. *q 50 nu.28.vol.1.*

ADDITIO D. RICII.

EMphyteusi finita ex culpa emphyteutæ, vel alia causa, vt defectus lineæ, quando sunt ipsi emphyteutæ, vel eius hæredi, augmenta, & meliorationes in re facta refundendæ, hoc dicit. Ad hanc decisionem adde Guid Pap. *decis.196.num.1. & decis 438.* Faber, *in suo cod.lib4.tit.42 definit 24.vol.1.* Aduerte tamen, quod quando emphyteusis aperitur Domino ob finitam generationem, vel alio simili modo, tunc dominus meliorationes reficere tenetur, vt asseritur hic, cui adde Rotam diuers. *decis.186. num.1. & sequent. par.2.tol.2. & decis.108 num.2. ead.part. & vol.2.* subdens eo casu melioramenta deberi hæredibus emphyteutæ etiam extraneis, licet non debeantur hæredibus vltimi emphyteutæ, vt voluit Gam. *in decis.41. num.7.& decis.66.num 1. & sequentibus per totam*, & emphyteuta, quando sua sponte cedit emphyteusim Domino non potest repetere meliorationes ex Fabr. *d. lib.4.des.13. relato per* Borrell. *in summa decis.num. 125.* subdens, quod quando adest pactum, quod melioramenta sint Domini directi, eo casu non repetuntur, & dicuntur pars pretij Rot. diuers. *d.decis.108. num.1.*

Aduer-

Aduerte tamen quod pro meliorationibus factis per colenos viri fuit concessum ius retentionis vxori hæredi, & possessionem bonorum viri habenti vigore iuris Lusitanici, licet non essent factæ per virum Gar. *aic. Lusitan.4.* quando tamen vult vendere, seu alienare melioramenta, Dominis potius, quam alijs vendere cogitur Ruin. *cons.161. numero* 28. 31. *vol.1.*

OBSERVATIO
I. C R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Res emphyteutica cum reuertitur ad dominum, an emphyteuta debeat habere melioramenta.*
2 *Pro emphyteuta cum magna sunt impensa tenet D. Prases.*
3 *Impugnatur per R. Latr. & alios D. Prases quando indistinctè debeantur melioramenta.*

1 INclita se offert decisio in specie reuersionis rei emphyteuticæ ad dominum ob lineam finitam, aut lapsum temporis, vel demum ob canones non solutos, & ob culpam emphyteutæ, vt quando reuertitur citra culpam, tunc emphyteuta debeat habere melioramenta, secus cum ob culpam, ita D. meus, quem refert, & sequitur post innumeros Reg. Latr *dec.*120. & Gizz. *ibi in obseruat.* Valasc. *de iur. emphyt. q.*32. Tusc. *comm. conclus. litt. E. conclus.* 192. *nu.*54 Seraph. *dec.*1496.

2 In magnis autem impensis limitat D. meus. *num.*13. vbi dicit esse veram, & æquiorem opinionem, quod si emphyteuta ædificauit in re concessa domum molendinum, vel palatium, & quid simile, quod emphyteuta recuperet has meliorationes licet ex sua culpa emphyteusim amittat, non enim debet perdere impensas magni valoris, sed eas quæ sunt de natura contractus emphyteutici, dum impensæ magnæ non sunt huiuscemodi, nec est de mente iuris, vt amittantur ita decisum in Concistorio Regni Siciliæ refert Amat. *resol.* 24. *nu.*33. & iudicatum in S. C. refert Thor, *in compend ver. melioramenta par.2.* & in Senatu Lusitaniæ tradit Valasc. *q.*25. Caluin *in lexic. iur. ver. emponemata* Bertach. *p.2. pract. conclus. iur. conclus.*46. *numero* 50.

3 Complures tam in tractatibus, quàm decisionibus contrarium indistinctè firmant, vt res emphyteutica ob culpam emphyteutæ reuertatur cum meliorationibus etiam magnis, vt Corbul. *de iur. emph. de caus. priuat. ob non sol. can. ampl.*26. Mar. Burg. *de laudem. par.2. inspec.* 6. *nu.* 7 Guid. Pap. *dec.* 159. *nu.* 438 qui in Senatu Gratianopolitano ita pluries determinatum tradit Scapuc de Saluian. *interd. inspect.* 6. *nu.* 9 Fab. *C. de iur emph. def.*24. quam opinionem sequitur Reg. Latr. *decis.*120. *nu.*9. & Io. vt aduertit expresse Gizz. *in obs. num.* 10. Io. Philipp. Testary. *alleg.* 1. *nu.* 172. vbi complures colligit, sed cum sententia D. mei, sit magis æquitati consona, & pro ea sint decisiones relatæ per Amat. Thor. & Valasc. non audeo ab illa recedere.

Certius si meliorationes factæ sint de pecunia alterius, vt firmat Tuscul. *vbi supra numero* 97. Gizz. *numero* 10. & *sequent.* & rursus dicam *obser.*226.

SVMMARIVM.

1 *Feudum reuersum ad Regem ob culpam vassalli, redit absque onere in tantum quod derogatio facta alicui priuilegio, in corpore iuris clauso, extincta dicitur, adeo vt si denuo concedatur feudum per Regem, nisi expressè iterum derogetur, non intelligitur facta derogatio.*
2 *Priuilegio l. vnica. C. quando Imper. pup. & vid. non intelligitur derogatum per concessionem iurisdictionis primarum, & secundarum causarum, in omnes, & quoscunque ciues, & habitantes in castro, etiam alibi delinquentes.*
3 *Priuileg. d. l. vnica, non tollitur per generalem concessionem iurisdictionis cum clausula, non obstante, quod de priuilegio deberet fieri expressa mentio, & de communi, nu.4. & quid accedente clausula motus proprij.*
6 *Priuilegium concessum miserationis gratia, nunquam tollitur per secundum priuilegium generale, nisi expressè derogetur.*
7 *Priuilegio d. l. vnica persona quibus illud est concessum, non possunt etiam expressè renunciare.*
8 *Clausula motus proprij non supplet defectum intentionis, licet tollat defectum surreptionis.*
6 *Clausula, vrant melius, & plenius prædecessores tui tenuerunt, & possederunt, operatur derogationem priuilegij d. l vnica si in concessione prædecessorum facta, illi fuerit expressè derogatum, & an, & quando procedat. nu.* 11. 13. 16. 17. & 19.
10 *Iurisdictio causarum ciuilium, & criminalium primarum, & secundarum causarum, non venit in concessione castri, nisi expressè fuerit concessa.*
12 *Concedere qui noluit id, quod est minus, credendum non est, quod non voluit concedere id, quod est maius.*
13 *Priuilegium non dicitur, dum in eo aliquid detrahitur, vel additur.*
14 *Clausula, exceptis iurisdictionibus, nobis, & nostra Curia reseruatis ratione supremi dominij in concessione iurisdictionis apposita, operatur, quod priuilegium d. l. vnica sit expressè reseruatum Principi.*
16 *Derogatio per relationem ad aliud priuilegium dicitur ficta derogatio, quæ in dubio si est vera, vel ficta, iudicandum erit pro miserabilibus personis quibus priuilegium l. vnica subuenit.*
18 *Clausula ex certa scientia, refertur ad ius, non ad factum.*

DECISIO CXCII.

Priuilegia contra ius commune concessa Vassallo, feudo reuerso ad dominum an extinguantur si iterum locus ille alteri concedatur.

EO ipso, † quod Ferdinandus Sanseuerinus olim Princeps Salerni, & vtilis Dominus Terræ Sancti Seuerini, defecit à fidelitate Regia, Terra prædicta deuenit ad Regem libere, & absque aliquo onere, quia res sua nemini seruit pulchre Andr. *in §. huius autem generis, col. pen. ver. vel duas, ex quibus caus. feud amitt.* ideoque derogatio facta priuilegio *l. vnica, C. quando Imperator. inter. pupill. & vid.* in priuilegio concessionis factæ dicto Ferdinando, extincta est, & quæsitum ius personis *in d. l. comprehensis*, ita vt si existente Terra prædicta penes Regem, conuenirentur in foro Terræ prædictæ, non possent vti priuilegio *d. l.* etiam si postea alteri concederetur sine derogatione l. prædictæ, Hinc dicebatur,

2 † quod etsi dicta Terra concessa sit Illustriss. D. Ferdinando de Gonzaga cum cognitione primarum, & secundarum causarum, in omnes, & quoscumque

que ciues, & habitatores Terræ prædictæ, etiam alibi delinquentes, non intelligetur ex hac noua concessione, quamuis generali derogatum dispositioni *d.l.quæ miserationis gratia*, hoc priuilegium dedit personis, *in d.l.comprahensis*, ita Cyn *in d.l.1.* & Cy. sequitur ibi Bal.1.*col.ver.adde quod Princeps*, Paul. de Castr. Ang. & Fulg. Antibolus *in tractat. de muner. & hono. in 3. par. princ.* 1.*col.ver.sed pone quæstionem*, Rom. *cons. 296. non est dubium*.1.*col. ver. quod autem specialis*, idem tenet Belluga *in Speculo Principum in rubr.* 38. §.*conquaruntur, nu.2.ver.& quia nouissimè* Afflict. *in const. Regni, statuimus in 6.notab.* & hæc opinio est sine
3 scrupulo, † & procedit etiam quod in secundo priuilegio dicatur, non obstante, quod de priuilegio deberet fieri expressa mentio, vt dicunt ibi Cyn. Fulgo. Ang. Antibol. Ro. Belluga, Vitalis, *in tract. clausularum, in vers. clausula generalis, non obstantibus quibuscunque priuilegijs* Afflict. *vbi supra*, & Gram. *decis.*20. vbi etiam allegantur Fel. & alij, qui in proprijs terminis *d. l. vnica*, loquuntur in quibus terminis Dec. *cons.*165. & ante eum optimè Alex. *cons.*122.*viso puncto, & accuratè pensato col.4.vers.confirmo etiam*,4.*vol.* de quo meminit Rebuff. *in tract. de senten. prouisional. art.3.in glo. vlt. in 15. priuilegio*, & pulchrè Ruyn. *cons.226.præmiss 3 col.vers.præterea dictus Nicolaus, & col.seq. volum.*1. Vnde dicebatur pro parte Regij fisci, omninò hanc causam debere tractari in Magna Curia. Dicebat Aduocatus Don Ferdinandi, quod ipse primas duas conclusiones habebat pro veris, sed quod vltima conclusio habebat difficultatem, quia Alber. *in d.l.*1. in specie tenet contra Cyn. quando adest conces-
4 sio cum clausula derogatoria, etiam quod † de priuilegio deberet fieri expressa mentio, & quod Alber. *in d. l. sequuntur alij*, quos recenset Felin. *in d.c.accedentes*, Aym. præ cæteris, *in cons.*129.1.*vol. per totum* And. Tiraq. *post ll.connub.in gl.5.in 12.* genere expressè, & quia non poterat negare primam esse veriorem opinionem, & communem, vt dicit Fel. *in d.cap.accedentes*, imò communiorem, vt dicit Neuizan. inter consilia Brun. *cons.22 in 3.ratione, in versic.non obstat clausula quod tenor*, &c. & post istos Grammat. *in d decis.* 20. & nouissimè nostri Campani, *in c.Regno, quod decretam*, 1.*col.* dicebatur hanc opinionem non procedere, vbi in priuilegio concessionis cum derogatione prædicto modo facta, appareret facta concessio motu
5 proprio, † ita prædictam opinionem communem limitat Rom. *in cons.*327 *istæ sunt rationes*, 2. *col.versic. secundo respondeo*, quem refert, & sequitur Felin. *in d. c. accedentes, & in cap. nonnulli*. *in secunda limitatione extra de rescrip.* sed ad hoc dicebatur, Roman. *in d. cons.* loqui per vers. fortè, & sic non se firmat in hoc, & in responsione præcedenti posuit conclusionem Cyni pro vera, & in ea persistit, & Felin. simpliciter transit cum Romano, non facta discussione de veritate limitationis. Item dicebatur, limitationem prædictam posse procedere, & sic videri loqui Roman. quando sunt duo priuilegia concessa, inter quæ duo non adest aliquod priuilegium concessum personis miserabilibus
6 causa miserationis. & hoc maximè refert, † quia priuilegium concessum causa miserationis, nunquam tollitur per generales derogationes, nisi expressè derogetur primo, secundum Cyn. & Rom. *in d.cons* 269. & præ cæteris Alex. *in d.cons.*122.*vers.confirmo etiam*. & ideò non tollitur per secundum generale, quia est concessum in vim singularis priuilegij, cui nunquam derogatur per generalem dispositionem, gl. *in l.si grauint*, *C.de dignit.lib.*11. quam in propria materia ad hoc allegat Belluga *in prædicta rubrica* 38. *vers.sed videtur obstare fol.*172. *qui etiam in rubrica*.23. *fol.* 121. dicit, hæc esse reseruata Principi in vim supremæ dignitatis, † & hoc priuilegium est adeò potens, quod personæ, quibus est concessum *in d.l.*1. non possunt, nec expressè huic priuilegio renũciare, secundũ *glo. ibi, in vers. excedere*, quam omnes sequuntur, & maximè Sylua Nup. *in vers. in dubio, quomodo iudicandum*, & est ratio, quia modico dato, renunciarent, & renunciatio prædicta tolleret misericordiam, quod esset contra bonos mores, ita dicit Felin *d.c.si diligenti, tertio corrollario quarta fallentia, de foro compet.* de quo meminit eumque sequitur Rebuf. *in tract. de senten. prouision. articulo tertio, in glos. vltima, in fine, vers. postremò singulariter, fol.*299. vnde postquam tanta difficultas est in tollendo hanc dispositionem, re-
8 quiritur ex prædictis specialis mentio, † & clausula motus proprij non operabitur, nec supplebit defectum intentionis, licet tollat defectum surreptionis, ita dicit Io. Andr. *in cap.si motu proprio, de preben. in nouella*, quem refert, & sequitur Vitalis *in tract. clausularum, in vers. clausula, motu proprio*, ad idem Ferdin. *in cap. cæterum, n.9. de rescript.* Tell. us Ferdin *in l.12. Taur. n.41. fol.*115. *a terg.* & quod in casu, de quo agitur, deficiat intentio, vltra prædicta apparebit ex alijs infra dicendis, & sic apparet, limitationem datam communi opinioni, ex mente Romani, & Felin. non obstare. Dicebatur tamen pro parte dicti Illustr. Don Ferdinandi, ex alio tolli prædictam difficultatem, † ex quo concessio facta Don Ferdinando erat facta cum clausula prout melius, & plenius Terram prædictam tenebat, & possidebat Ferdinandus San Seuerinus, vtilis Dominus terræ prædictæ, qui eam possidebat cum derogatione *d.l.Vnica.* & regula est relatum esse in referente cũ omnibus suis qualitatibus *l.asse toto, cum vulg. ff. de her. instit.* quibus conferunt plenè congesta per Tiraq. *in d.glos.5.vers.vndecimum genus expressi, fol.*
10 174. Pro parte Regij fisci dicebatur, † clausulam prædictam fuisse appositam in concessione introituum præeminentiarum, & iurisdictionum, deinde vero fuisse deuentum in specie ad concessionem iurisdictionis causarum ciuilium, & criminalium primarum, & secundarum causarum, quæ aliter non veniebant, nisi fuissent expressè concessa, iuxta constitut. Regni, ea
11 quæ ad decus, † & in concessione prædicta, non modò non apposuisse clausulam prædictam, imò apparere priuilegium concessionis prædictæ esse valde difforme à priuilegio, retrodimorum, & restrictum. In priuilegio Principum erat concessa iurisdictio primarum causarum, nec non primarum, & secundarum appellationum, & Regi non erat reseruata, nisi tertia, appellatio. In hoc non est concessio nisi primarum causarum, & primæ appellationis. Item ibi non reseruantur, nisi crimen læsæ maiestatis, in primo capite, & tertiæ appellationes, & in hoc reseruantur crimen læsæ maiestatis, hæresis, falsæ monetæ, homicidia clandestina, & omnia spectantia ratione supremi dominij. Item ibi datur cognitio contra vassallos, etiam delinquentes extra Territorium simpliciter: in hoc autem dicitur dummodò non fuerit præuentum per Iustitiarium Regionis, vbi delinquerent. Item in priuilegio prædicto est dictum, quod citati per alia tribunalia non teneantur comparere, nec reputati cõtumaces, & in hoc priuilegio adest in specie clausula, quod ipsis comparentibus remittantur, & reuera hoc secundum in prædictis, et alijs differt à primo. Vnde non potest dici concessio facta, prout per prius olim Princeps possidebat, sed diuerso modo, etsi Rex in priuilegio in casu præuentionis per Iustitiarium noluit dare hoc priuilegium Don Ferdinando, nec permittere remissionem, nisi ipsis comparentibus, quæ & aliqua ex prædictis minus sunt
12 quam derogare *d.l.prima*, non est credendum, † quod cui noluit concedere, quod est minus, concesserit, quod est maius, argum. text. *in l.cui pacto. ff. de seruit. export.* vbi gl. allegat concord. & Andr. *in cap.*1.§.*turpiter, in principio, quibus modis feud. amit.* † vbicunque enim aliquid detrahitur vel additur priuilegio, dicetur nouum priuilegium, *l. ius ciuile. ff. de ll. in additis vel detractis vt dictum est in decis.7.num.*3. vnde cum respectu iurisdictionis appareat maxima detractio, hoc priuilegium nouum iudicandum est. Itẽ dicebatur, quod si verũ est id, quod dicit Belluga *in d.*§. 23. cui

cui non inueni contradictorem, quod hęc sunt reseruata principalibus, † in hoc secundo priuilegio adsunt
14 hęc verba, exceptis iurisdictionibus, nobis, & nostrę Curię reseruatis, ratione supremi dominij, ergo expressè est reseruata dispositio *d. l. vnica*, etsi de hoc dubitaretur, postquam est vera opinio supra relata, quod huic
15 legi requiritur specialis, seu singularis derogatio, † aut hæc derogatio per relationem ad aliud, dicetur ficta, & impropria expressio. *l. Titia §. fi. vbi* Francisc. Aret. *de verbor. oblig.* colligit cæteros Tiraq. *vbi supra, n.* 188.
16 & non comprahendit hunc casum; aut dubitatur, si est vera, vel ficta, & in casu, de quo agitur est iudicandum in fauorem harum miserabilium personarum, quibus est hoc priuilegium datum, ex ijs, quæ colligit Sylua Nuptia. *in proprijs terminis vbi supra.* In dubio etiam est iudicandum pro viduis, & nouissimè dicebatur, quod si miserationis causa est, quod ideo in generali derogatione non intelligitur derogatum dispositioni *d. l. vnica*, hoc etiam procedit, † quando fit rela-
17 tio ad aliud priuilegium, non facta hac expressione, postquam non apparet, Regiam Maiestatem habuisse notitiam, quod in dicto priuilegio, quod si relatio, ade-
18 rat clausula prædicta, etiam si in priuilegio dicatur, † ex certa scientia, quia hæc clausula refertur ad ius, non ad factum, vt per Alex. *cons. 122. col. fin. vers. 3. hoc confirmo, 1. vol.* & quatenus diceretur pro Don. Cæsare, quod licet priuilegium nouissimè concessum, sit restrictum, debet tamen remanere restrictum in eo, in quo Rex restrinxit, in cæteris verò debet remanere in suo robore, iuxta concessionem factam olim Principi Sa-
19 lerni. Dictum fuit, † quod ex prædictis intentio Regis clare apparebat, quod noluit concedere iurisdictionem prout Princeps tenebat, quia in concessione iurisdictionis habemus quid est concessum, & quando dispositio fuisset generalis, prout non fuit, in hoc casu, esset restricta ex speciali enumeratione concessorum in materia iurisdictionis in priuilegio predicto, & sic decisum fuit de mense Nouembr. 1578. penes Secretarium D. Letr. Follerius *in pract. crim. in verbo, Audiantur excusatores, post n. 114. vers. plures in Regia Audientia, fol. 92.* loquens in hoc eodem priuil. dicit contra Don Cæsarem fuisse decisum, & cum hac decisione ea plenè relata, conuenit decisio Senatus Pedemantani, vt refert Thes. *dec. 77. pen col. vers. limitatur præterea, fol. 151. in magna impressione.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. *ibi quia res sua nemini seruit.* Adde *supra decis...*

Num. 2. 3. *& seq.* Adde Foller. *in Const. regni statuimus n. 20. in fin.* Mandos. *in cons. Roma. 327. lit. M* post Affl. *in Const quam plurimum nu. 3.* vbi addit. Carauit. *in Rit. 19. sub n. 20.* Addit. ad Alex. *cons. 243. vol. 6.* Fuscum qui pulchrè loquitur *sing. 98 lit. P.* & Thesa. *dec. 277. num. 10 11. 12. vbi alleg. decis. istam, & infra dec. 317. n. 3. 4.* Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. in casu 66. n. 39. 40. in additionis.*

Et quid si in priuilegio adest clausula non obstante quocumque priuilegio, intelligatur derogatum priuilegio iuris clauso in terminis præsentis dec. Ant. Gabr. *in tit. de reg. iur. conclus. 9 in fin. tenet quod non*, post Doct. quos allegat, & sequitur Brun. *in tract. de cessio. bonor. in 10. q. 4. quæst. principalis n. 6.* Paris *de syndic. fol. 50. in paruis, & nouissimè* Farinac. *in tit. de carceribus q. 27 n. 82 fol. 266*

V. de Foller. *in Const. Capitaneorū n. 30. fo. 136. à ter.*

Adde quæ dicantur verba æquipollentia derogantia auth. qua in prouincia; Vide eumdem Foller. *in Const. si quis clericus nu. 9.*

Item Adde, quæ dicantur priuilegia, in corpore iuris clausa, & quæ singulorum; Vide Anton. Gallet *in tract. cameral. obligat. fol... in paruis* ad quem hic Dominus se remittit *infr. dec. 234. in fin.*

Item adde, quod priuilegium relatum in corpore iuris potentius est non relato in tantum, quod reuocatio omnium priuilegiorum non intelligitur reuocata inserta in corpore iuris iuxta glosam in d. auth. qua in prouincia, & Menoch. *de præsump. lib. 6. cap. 40. numer. 13.*

Num. 5. *ibi motu proprio*, Vide Mandos. *in d. consil. Roma hic allegato lit. N.*

In eodem num. *ibi loqui per verbum forte*; Vide Alex. *cons. 19. num. 11. vol. 5.* vbi dicit, quod quando iuris periti loquuntur per verbum forte dicuntur decidere, & Addit. ibi sequitur, & Aym. *cons. 91. num. 4. consil. 189. col. 4. ver. sed ista*, Apostill. ad Ias. *in l. in substitutione n. 5 lit. B. ff. de vulgar & pupill.* & Menoch. *conclus. 25. nu. 14. vol. 1.*

Num. 6. *in fin. ibi hæc esse reseruata Principi*; Adde quod sunt casus multi Principi reseruati, quos post Roman. Iacob. & Affli remissiuè refert Dominus Reg. Lanar. *in cons. 5 nu. 1.*

Num. 8. Adde Anton. Gabr. *in tit de clausulis concl. 2. n. 20. qui infinitos alleg. & in d. conclus.* late de materia huius clausulæ motu proprio.

Num. 9. *ibi prout melius, & plenius*; Adde vltra Foller. hic allegatum in addit. quod ista verba sunt satis prægnantia, & multum operantur, & post Bald. & Ias. tenet Fulcus *in sing. 13. lit. V.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictione concessa contra vassallos, ex quibusuis causis ciuilibus, & criminalibus ad instantiam cuiusuis, etiam Regij fisci, an comprehendantur priuilegiati ex l. vnica, C. quando Imperator inter pupillos, & vid.*

2 *Relationi principis dicentis se rem vendere tamquam suam, an standum, adeo quod emens non grauetur probare de iure ipsius Principis.*

3 *Procuratoris fiscalis mores, & qualitates, omnino improbabiles.*

4 *Clausula prout melius, & plenius quid operetur, & in quibus.*

AD hanc decis. adde omninò quæ dicit hic Presidens *decis. 517. incip. Possidente Illustrissimo Duce Summa.* vbi † quod conces-
1 sa Iurisdictione contra Vassallos, ex quibusuis casibus, ciuilibus, & criminalibus ad instantiam cuiusuis, etiam Regij fisci, non comprehendi priuilegiatos, *ex l. vnica. C. Quando Imperator inter pupillos,*
2 *& vid.* Et supra *dec. 187. & 188.* Quod † autem relationi Principis possit stari dicentis se vendere rem, tamquam suam, adeo quod emens non grauetur probare de iure ipsius Principis, Aimon. *cons. 293. de quo ponit alia in cons. pro Genero, num. 25.* Et nota quod Cassaneus *in Consuetudine Burgundiæ, tit. des confiscations,*
3 *rubrica 2. in princ. dicit*, quod † procurator fiscalis est vir parum placidus, omnibus inuisus, & nihil æquitatis in se habens. Ad num. 2. infra, vide *quæ supr. dec. 178. & seq. allata sunt.* Ad num. 7 ibi: quo modo iudicandum. Adde *supra dec. 100. in fin. & glo. in d. l. singularem.* dicit Florianus *ibidem. 1.* ibi: quia res sua nemini seruit. Adde de hac regula Regentem à Ponte, *cons. 57. num.*
4 *38. & 41.* vbi † quid operetur Clausula prout melius, & plenius, & in quibus *num. 25.* & Regens Lanarius, *cons. 41. num. 8.*

ADDITIO D. RICII.

PRiuilegia contra ius commune concessa vassallo feudo reuerso ad Dominum, an extinguantur, si iterum locus ille alteri concedatur. Ad hanc decisionē, Adde Capiblanc. *in prag. 8. numer. 154. de Baronibus* Tapia *in const. statuimus n. 30* Mastrill. *dec. Sicilia 127 nu. 14.* Castil. *dec. 39. num. 3.* Peregr. *decis. Patauia 129. nu. 7.*

n.7. Paschal. *in tract. de viribus patr. potestatis p. 2. c. 2. n. 106.* subdens, quod quando Baro habet priuilegium cum specifica derogatione *l. vnica, C. quando*, non potest ei renunciari in prejudicium vassalli petentis remitti ad eius forum, quod sæpius fuit iudicatum per Sacrum Consilium, sicut econtra nō potest vassallus prejudicare Domino prorogando iurisdictionem alterius iuxta notata per Boer. *dec. 114. num. 6.* & Capic. *dec. 9.* & vide Nouarium *in sua vtili praxi elect. foris quæst. 7 sect. 3. vbi latè.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio l. vnica, C. quand. Imper. int. pupill. & vid. renunciari posse sentit D. Præses, & tenet Nouar. Feller. & alij.*
2 *Contrarium verius probatur ex Sperell. Gannauer. Cancer. & pluribus refellentibus Nouar. & rationes cum responsione ad argumentum n. 3.*
4 *Quando censeatur derogatum dicto priuilegio.*

1 SVccumbere videtur D. meus & si multis stipatus firmans priuilegio electionis fori virtute *l. vnica. C. quando Imper. int. pupil. & vid.* posse renunciari à personis, quibus est concessum; vt sentit *n. 7.* & tenet Cyn. *in d. l. vnica*, Cagnol. *in progm. Digestorum, §. illud. vero n. 286.* Roman *cons. 269. n. 2. & 16.* Apostill. *in verb. specialissima*, Nouar. *tract. de elect. for. sect. 3. q. 7. num. 4.* & quod expressa exigatur renunciatio sentit Gallerat. *vbi sup. n. 7.* & videtur tenere D. meus *nu. 8.* ratio potest afferri, nam priuilegiatus potest vti, & non vti priuilegio, & habet vsum libertatis priuilegij, & potest eligere, & non eligere forum.

2 Contrarium quod nec expresè possit renunciari a personis, quibus est concessum dictum priuilegium, ita Carau. *rit. 221.* qui *nu 7.* inutilem tradit cautelam promissionis iuratæ de non variando, ita iudicatum refert Thor. *ver. renunciari an possit par. 2.* & tradunt Cancer. *2 p. var. c. 2. n. 29.* Thesaur *dec. 177. n. 5.* cuius opinionis fundamenta refert Galler. *in tract. de renunc. cemur. 1. renunc. 14.* & inter cætera adducitur, quod Principe concedente, & conseruante huius legis priuilegia semper durat causa miserandi, donec durat miseria priuilegiati, qui sicut non potest renunciare suæ miseriæ, ita nec miserationi concedentis, prætereà hoc priuilegium concessum est de iure publico ad cutandas oppressiones, & ius publicum priuatorum pactis non tollitur *l. cerdonem, ff. de oper. libert. l. ius publicum, ff. de pact.*

3 Nihilominus amplexandam existimo primam opinionem, quam tenent Scacc. *de appell. q. 7. num. 115.* Sperell. *dec. 156. num 48.* vbi reijcit Nouarium quem etiam refellit Gannauer *decis. 56. per tot.* nec obstat quod priuilegiatus est liber in non vtendo dicto priuilegio, quia verum est quod habet vsum libertatis, sed non habet aliquod ius consistens in bonis, nec potest renunciare priuilegio in præiudicium propriæ libertatis, & actus miserendi, quia priuilegium est sibi concessum sed non suum, & competit ei per modum simplicis facultatis à facile contingentibus oppressionibus, quod à se abdicare per pactum non potest ita Paul. de Castr. *cons. 140. vol. 2.* & late Gannauer *vbi sup.*

4 Circa illud assertum *n. 4.* quod priuilegium *d. l. vnica* non tollitur per concessionem generalem iurisdictionis cum clausula non obstante quod de priuilegio debeat fieri expressa mentio, sciendum est quod contrarium tenet Gratian. *discept. 251. n. 7. & 19.* vera tamen est assertio *n. 17.* quod non censetur derogatum priuilegio dictæ legis, etiam si fiat relatio ad aliud priuilegium, in quo prædicta derogatio erat expressa, addo Reg. Latr. *dec. 67.* imò in assensu debet fieri specialis mentio, nec sufficit assensus relatiuus instrumento, nam expressio per relationem dicitur generalis, & impropriè specialis ita sentit Gizz. *obs. 67. nu. 7.* Reg. Latr. & probat Gratian. *discept. 28 n. 34.* quidquid tenent Frecc. *de subfeud.* confutatus per Gizz.

Vtrum censeatur derogatum priuilegio *d. l. vnica*, per priuilegium cum clausula abdicatiua, quamuis Gratian. *discept. 182. numer. 13.* affirmet, & Capit. *tract. de Baron. lib. 2. cap. 3.* contrarium decisum in S. C. refert de Marin. *lib. 1. resol. 286. super alij vide infr. dec. 595.*

SVMMARIVM

1 *Reclamari, nisi semel potest à sententia Sacri Consilij.*
2 *Possessorio retinendæ, potest cumulari per reum petitorium.*
3 *Clericum posse reconueniri coram iudice laico, prouisum est etiam ex Ritu Magnæ Curiæ Vicariæ, nedum ex legali prorogatione, communi consensu Doctorum firmata.*
4 *Clericus si agit iudicio retinendæ, contra laicum poterit reconueniri iudicio proprietatis, & num. 13. ita deciditur, sed quomodo, & quando hoc procedat, vide plures declarationes, num. 6. 7 9. & 10.*
5 *§. sed si agat l. 2. ff. de iudicijs, declaratur, cum num. seq.*
8 *Sententia lata in possessorio, mandatur exequutioni, præstita cautione.*
12 *Clerico tuente se in possessione rei, remedia Capitulorum Regni incip. finis præcepti charitas, non datur aduersus tale remedium reconuentio, fallit numer. seq.*
13 *Clericus reconuentus à laico coram iudice seculari non potest. à iudicio capto desistere in præiudicium reconuentionis.*
15 *Clericus reconuentus à laico, si nollet in causa reconuentionis respondere, poterit per iudicem laicum ei denegari audientia in causa reconuentionis.*
16 *Audientiam iudex in quibus casibus denegare debet, remissiuè.*
17 *Reconuentio in quibus casibus detur, vel non detur remissiuè.*

DECISIO CXCIII.

Clericus agens coram iudice seculari possessorio retinendæ an possit coram eodem reconueniri in petitorio, ita vt petita remissio ad iudicem ecclesiasticum non sit concedenda?

MAgnificus, & Reuerendus Ascanius de Ianuario egit iudicio retinendæ possessionis in Sacro Consilio contra Illustriss. Comitissam Nicoteræ, ad præsens Principissam Scyllæ, egit respectu cuiusdam Ruris Comitissa, & ante litem contestatam opposuit aliqua aduersus petitionem prædictam, nec non petijt declarari nullum ius competere Ascanio super Rure prædicto, in quo turbatio prætendebatur, fuit opposita pro parte Ascanij exceptio fori declinatoria, quia clericus, & tandem factis hinc inde replicationibus, fuit decretum, habito ipso pro clerico, quod in Sacro Consilio procederetur etiam in causa petitorij, à quo decreto, cum esset reclamatum idem fuit prouisum & sic processum fuit vsque ad relationem causæ inclusiuè

clusiuè, in cuius relatione Ascanius presentauit bullam clericatus, & beneficij, & iterum instabat pro remissione. Dicebatur pro Comitissa, per Sacrum Con-
1 silium † bis fuisse decisum, & propterea non posse amplius de hac remissione tractari, ex dispositione tex. *in l. si qui aduersus, & auth. quae supplicatio. C. de praec. Imper. offer.* Item dicebatur, quod etsi sic non esset prouisum, ita prouideri debebat, ex duabus regu-
2 lis in iure claris. Prima, † quod si quis intentat iudicium possessorium retinendae, potest is, contra quem intentatur, intentare iudicium proprietatis, secundum Bart. *in l. naturaliter. §. nihil commune, in 5. combi. ff. de acquiren. possess.* quem omnes ibi sequuntur. Secun-
3 do, † quod clericus potest reconueniri coram iudice laico, seu contra eum mutua petitio coram eodem proponi, sic est prouisum in Regno per ritum Magnae Curiae, quae incipit, item quod si clericus in minoribus, & haec opinio est recepta in Sacro Consilio, vt testatur Affl. *decis.* 173. qui tamen non meminit de Ritu praedicto, & est de iure verior fundata in legali prorogatione, & est communior, vt plenè prosequitur Maria. Soc. *in cap. 1. 5. articulo principali, col. 1. vers. quid autem, de mutuis petit.* & Guliel. Bened. *in repet. c. Raynutius, in ver. & vxorem nomine Adelasiam, n. 415. fo. 86.* si igitur hae regulae sunt verae, prout sūt, & nō habet dubium succedit conclusio, quod Ascanius potuit reconueniri, seu contra eum mutua petitio proponi coram iudice laico, & licet dubitatum fuerit, an decisio praedicto Bar. & aliorum, procederet, quando clericus ageret interdicto retinendae, & laicus proponeret iudicium proprietatis, fuit dictum, dubitationem non esse proba-
4 bilem, † quia eo ipso, quod iudicium proprietatis proponi potest aduersus interdictum restituendae, clericus reconueniri poterit, ex praedicta alia conclusione supra firmata; nihilominus, ne haec opinio auctoritate careret, D. Caesar V. tellus allegauit consilium Guid. Papae *in cons. 183. in Curia parlamenti,* in proprijs terminis, imò fortioribus, quia loquitur in clerico reconuento de diuersa re, non autem de eadem, vt erat casus noster, vnde non videbatur dubitandum de dictis decisionibus factis per Sacrum Consilium. Dicebant aliqui ex Dominis, dubitare de decisione praedicta, & dicebat vnus, quod ipse tenebat omnia prae-
5 dicta prò veris, † sed quod procedebant, quando clericus, bona fide, & voluntarie agit contra laicum, secus autem si compelleretur clericus ad agendum coram laico, hoc animo, vt posset ibi reconueniri, ei inferendo iniuriam, vel furtum faciendo, vel quid simile, ita Ang. *in authen. & consequenter. C. de sentent. & interl. omn. iud.* & in hoc concordant omnes, dicit Maria. Soc. *in d. c. 1. in 5. prin. art. 2. col. vers. retenta tamen prima opinio.* Gregorius Lopez. *in septuagesimoprimo, sexto della prima parada. l. 57. in glo. in verbo, alij deue respondet. vers. Item limita nisi laicus, fol. 68. a tergo.* Huiusmodi dicebatur, quod erat casus, de quo agebatur, quia Comitissa, ad hoc vt posset reconuenire clericum in hoc iudicio, turbauerat ipsum in possessione huius ruris, quod dicebatur per clericum fuisse possessum ab anno 1569. Quod etiam ex subsequentibus apparebat, quia Comitissa petierat fideiussoriam cautionem a clerico, in casu, quo obtineret pro fructibus quos interim percepisset. Ad hoc dictum fuit, praedictam limitationem veram esse, & procedere, quando nullo iure nullaque causa, Comitissa potuisset possessioné capere ruris praedicti, quia ad hoc fraus praesumi
6 posset, & sic Doctores loquuntur, † & loquitur text. *in l. 2. §. sed si agnat. ff. de ina.* in quo textu praedicta opinio fundatur. Sed casus, de quo agebatur, erat diuersus, quia mortuo patre Comitissae, qui rus, ex materna dispositione possidebat in districta Ciuitatis Neapolis, & in quo erant substituti proximiores de familia de Ianuario, superstite ipsa Comitissa nepte fideicommittentis ex filio primogenito, videbatur ei aperto iure delata successio, & sic non impediebatur capere possessionem bonorum praedictorum, & quamuis dicere-tur, Ascanium coepisse possessionem de anno 1569. nihilominus haec possessio erat in controuersia, quia apparebat Reuer. Episcopus Nicoterae Patruus Comitissae, & pater naturalis Ascanii declaratus possessor anno 1573. post praetensam captam possessionem; imò praetendebatur semper in vita Episcopum possedisse.
7 Item dicebatur, tex. *in d. §. sed si agat,* loqui, quando quis cogitur agere ob iniuriam personalem, ei illatam, vel ob aliquod maleficium. Ita ibi Paul. de Cast. quem sequitur Berous, *in c. at si clerici numer. 156. vers. vlt. loco respondetur, extra de iud.* Prima tamen responsio tutior videbatur, & sic ex praedictis videbatur haec difficultas sublata nec petita fideiussio, contrarium suadebat, quia in iudicijs possessoriis est praestanda fideiussio, quando sententia mandatur exequutioni,
8 prout in hoc Regno seruamus, † quod sententia lata in possessorio, mandatur exequutioni praestita cautione, vt testatur Afflict. *dec.* 269. de qua meminit, & materiam late prosequitur Ioseph. Ludouicus posteà visus *in dec.* 10. Dicebat alter ex Dominis, veram esse
9 primam conclus. † sed limitari finito iudicio, in quo clericus conueniebatur, quae limitatio vera, est ex text. *in cap. fin. de iud.* vbi glos. magna, & Berous sic illum text. declarat. *in d. cap. at si clerici numer. 155. vers. non obstat tertio, extra de iud.* Soc. *reg. 332. in fin. fall.* & ex regula reconuentionis, quae non datur post latam sententiam, vt plenè glos. ibi, et Bald. *in d. auth. & consequenter, versic. sed quaero nunquid,* sed in hoc casu allegabatur finitum iudicium in Magna Curia Vicariae, vbi Comitissa succubuit in sequestratione fructuum petita, sed dictum fuit, illud fuisse iudicium summarium super sequestro, intentatum, ad instantiam Comitissae in vita Episcopi, quod licet sequestrum fuerit sublatum, nihilominus erant reseruata iura partium & iudicium finitur praecedente causae cognitione, quę ibi adhibita non fuit, sed factum simpliciter decretum, quod fructus remaneant penes quem reperiebantur, prout assiduè in dubiis facit Magna Curia Vicariae aliqua causae cognitione non praecedente, ne fructus amittantur, & reconuentio, seu mutua petitio facta per Comitissam super proprietate ruris, proposita erat aduersus iudicium motum super interdicto retinendae post mortem Episcopi, quod finitum non erat. Subdebat idem Dominus, sibi videri, quod in iudicio possessorio non detur reconuentio maxime quando sunt actor, & reus diuersi fori, vt dicit glos. *in d. cap. fi. de iud. & in cap. fin. de ordi. cognit.* sed dictum
10 fuit, † glos. praedictam procedere in iudicio spolij, in quo non datur reconuentio nec admittitur cumulatio ex natura iudicij, ita declarat Soc. *in d. reg. 332. in 2. fall.* & Doct. *ibi.* Alter ex Dominis dicebat, quod ex processu approbatur, quod post intentatum iudicium retinendae per clericum, & propositum petitorium per Comitissam, erat ab hoc iudicio per clericum recessum, quia intentauerat remedium Capitulorum
11 Regni, de quibus loquutus sum *in dec.* 163. † Aduersus quod remedium sine dubio, diximus non dari reconuentionem, nec mutuam petitionem, quia imploratur regale praesidium, & procedunt per viam extraiudicialis cognitionis, in specie Maranta *in speculo,* vbi allegat similia, *in 6. par. princ. 9 colum. versic. Item limita notat iter. num. 20. in magnis,* & iudicium praedictum intentatum, virtute Capitulorum Regni, iam erat finitum, & restituta possessio clerico, ergo amplius contra eum in iudicio petitorio procedi non poterat, nec in iudicio ordinario retinendae. Sed ad hoc
12 dictum fuit, quod per hoc remedium extraordinarium intentatum, non erat recessum à iudicio turbationis ordinarie intentato, quia hoc remedium tuetur simplices detentores, *vt in dec.* 163. est dictum vnde hoc summario possessorio (si sic appellari potest) finito non est finitum aliud possessorium ordinarium. Item dicebatur, quod postquam intentato hoc iudicio extraordinario, erat iam facta reconuentio in petitorio aduersus iudicium ordinarium

33 conseruandæ possessionis, imò erat lis contestata † non poterat etiam expresse à iudicio cepto desistere, in præiudicium reconuentionis iactæ per Comitissam, ita tenet Bald. *in d. auth, & consequenter, & col. pen.* & ita fuisse decisum in Sacro Consilio dicit Affli. *in dec.* 273. vbi vltra allegat. prosequitur idem Mari. *in 4. art. principali in d. cap. 1. in 7. declar.* de quibus meminit Menoch. ne eum omittam, *in tract. de arbit. iudic. lib. 1. quest. 44. n. 5. vers. extenditur secundo.* Discussis plene
34 prædictis, † iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum, cum Domino Præside, fuit conclusum debere procedi ad expeditionem causæ, Nolo tamen omit-
35 tere, † quod quando clericus, conuento per eum laico nollet in causa reconuentionis respondere, & vellet in causa sua procedere, poterit etiam ei per iudicem laicum denegari audientia, secundum terminos. *l. sed et si per pretorem §. ait prætor, vers. sed si dum debet. ff. ex quibus caus. maior.* ita dicit in proprijs terminis Gul.
36 Bened. *in loco supra allegato fol. 416.* † de qua denegatione audientiæ, quia quotidie de ea in Sacro Consilio tractatur loquitur Bald, *in c. 1. de mutuis petit. in fin.* & etiam quando tractatur de alia re, inter easdem partes loquitur idem Bald. *in l. consentaneum, col. 3. vers. item per denegationem. C. quomo. & quand.* iudex vbi alios allegat, & Ias. *in l. 2. a. col. vers. in contra. C.*
37 *de eden.* † & casus, quando detur, vel non detur reconuentio, plenè ponit Soc. *in reg. 101. & 332.* & ne iniuriam Regnicolis inferam, (quod assidue in hoc Regno fit, quia moderni exteri, vix in lucem editi, indistinctè allegantur, & gloriantur qui per prius illos allegant, & nostri nunquã allegantur) casus etiam ponit Maranta, *in loco supra allegat.* & Carauit. *in Ritu prædicto, item quod si clericus, fol. 44.* & quod etiam detur, vbi officium iudicis imploratur, Iacob. *in l. si idem §. 1. in fin. de iurisd. omn. iud.* & vbi est prorogata iurisdictio, idem Iacob. *in l. est receptum. in fin. in 1. lectur. eod. tit.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde supra *dec. 135. vbi addo.*

Num 2. Adde an possit cumulari prætorium per conuentum contra agentem possessorio recuperandæ; Vide supra *dec. 90. vbi quod non.*

Num 3 Adde Vrsill post Affl. d. *decis. 183.* Carau. *in Ritu 65 nu 2. hunc Dominum dec. 349 & 376.* Viuium *dec. 46. nu. 4.* Muscatell. *in Praxi S. C. in glosa competentes nu. 100. ad fin. & in glosa actorem n. 7.* Marcell. Calà *de modo articula. n. 45. & seq. fol. 7.* vbi materiam reconuentionis explicant, & Oliua *in Ritu 5. Cur. Archiepisco. Neap. n. 8. in fin.*

Num. 8. Adde Tiraq. *in tract. delle morte fol. 85. à ter. n. 6. in paruis.*

Num. 9. *ibi post latam sententiam*, Vide Ann. *sing. 430.*

Num. 10. Videatur Maranta *hic allegatus sub num. 49. & seq.*

Num. 11. Adde Marant. *hic alleg. n. 37.* Ann. *in sing. 432.* Muscatell. *in d. glosa actorem sub n. 13.* & Tartagliam *in prax. rer. ciuil. c. 2. n. 46.*

In quibus casibus reconuentio locum non habet vltra Marant. *hic alleg. numer. 36. cum seq.* Vide Ann. Sen. *in sing. 439. cum seq.* & D. Garsiam Mastrill. *in dec. 41.*

Num. 15 16. Adde hunc Dominum *in dec. 271. num. 10. vbi addo.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Reuisio reuisionis a Principe parti petenti non concedenda.*
2 *Reclamatur semel à sententia Præfecti Prætorio.*
3 *Reclamatio non suspendit exequutionem, & quid in sententia Imperatoris.*
4 *An possit quis desistere à conuentione, ne reconueniatur.*
5 *Clericus solum reconueniri potest ante renunciationem litis.*
6 *Clericus etiam facta publicatione reconuenitur.*
7 *Quæ reconuentio contra Clericum admittatur.*
8 *Laicus reconuenit Clericum occasione iniuriæ, vel offensæ illatæ per ipsum Clericum.*
9 *Iudex laicus quando cognoscat de causis ciuilibus Clerici.*
10 *Clericus reconuentus non potest carcerari pro condemnatione per iudicum laicum, & quare.*
11 *Actor reconuentus, an reconueniat reconuenientem.*
12 *Reconuentio cessat coram arbitrio voluntario.*
13 *Conuentus hypothecaria. potest reconuenire agentem.*
14 *Clericus desistens, antequam reconueniatur, remittitur ad Ecclesiasticum.*
14 *Reconuentio an detur vbi iudicis imploratur auxilium.*
16 *Et an habeat locum reconuentio contra Clericum quando agitur remedio Capitulorum Regni.*
17 *An detur reconuentio in possessorio summarijssimo lite pendente.*
18 *Cautela pro Clerico ad euitandum reconuentionem prædictam.*

1 AD hanc dec. adde Guid. Pap. *decis. 345.* & quod † reuisio reuisionis à Principe parti petenti non sit concedenda Affl. *dec. 231. in fin.* vbi Moderniores, sed latissime The-
2 saurus *dec. Pedemont. 246.* & quod † semel possit reclamari à sententia Præfecti Prætorio, est text. *in l. si*
3 *quis C. de precib. Imper. offerend.* & quod † reclamatio non suspendat exequutionem, Benitendius *dec. 78.* & quid in sententia Imperatoris, Gram. *dec. 75.* Ad num. 2. adde suprà, *dec. 135* vbi idem decidit, quod reclamatio non conceditur nisi semel. Ad n. 3. de reconuentione Clerici vide omninò nouissimos, *in dec. Afflict.*
4 173. Lanfrancum, Balbum, *decis. 64.* vbi † an possit quis desistere à conuentione, ne reconueniatur; Sed
5 † quod Clericus solum reconueniri possit ante renunciationem litis, & non post, Præsidens *dec. 349. incip.*
6 Conclusum fuit, & *dec. 376. incip. Facta*, vbi † quod clericus etiam facta publicatione, reconuenitur, licet non ad effectum simultaneo processu procedendi, sed vt iudicari possit causa reconuentionis à iudice laico.
7 Sed † quæ reconuentio contra clericum admittatur, dic, quod solum ciuiliter, & sic reconuentio non posset fieri de causa spirituali, vel spirituali annexa,
8 nec de crimine ciuiliter, vel criminaliter, nec † etiam laicus reconuenit Clericum occasione iniuriæ, vel offensæ illatæ per ipsum Clericum, quando Clericus pro crimine coram laico laicum conueniret. Regens Tappia *in constit. de Burgensat. fol. 21. n. 1. ad 7.*
9 *qui plures allegat.* † Quando autem Iudex laicus cognoscat causas ciuiles clerici, ibidem doctissimè post Marant. *In Disputatione de Iudice ecclesiastico, & laicali, & in distinct. 6. 4. par.* & de re conuentione Clerici, vide Iaffred. Balb. *cent. 1. conclus. 64.* Vrsill. *ad Af-*
10 *flict. in d. dec. 73. vbi n. 2.* dicit, † Clericum reconuentum non posse carcerari pro condemnatione per iudicem laicum, quia non potest se ad carceres obligare. Vrsill. *de. 204.* & latissime de reconuentione, tàm clericorum, quàm laicorum, quando fiat, & quando non, &
11 quod † actor reconuentus non reconueniat reconuenientem, Speculator *in tit. de reconuentione, § nunc dicamus, & ad finem, num. 13.* Soc. *in cap. 1. num. 41. de*
12 *mutuis petitionibus.* † Item reconuentio cessat coram arbitrio voluntario, Rom. *Sing. 150.* & quod locum habeat coram arbitrio necessario, Ioan de Arnon. *Sing. 95.* de alijs casibus Carpanum *in consuet. Mediol. c. 44.*
13 *à nu. 70. vsque nu. 122.* vbi in fine dicit, † conuentum hypo-

hypothecaria, posse reconuenire agentem, secundum Alciatum *responso* 285. *num.* 10. *vers.* & *in omnem casum:* qui docte. Ad num. 13. *adde infra decis.* 349. vbi
14 idem, quod hic; Sed quod † si Clericus desistit, ante quam reconueniatur, quod possit, & sit remittendus
15 ad iudicem Ecclesiasticum ibi, Adde † an reconuentio detur, vbi Iudicis officium imploratur pro alimentis,
16 vel similibus, Perus. *decis. sua.* an † reconuentio habeat locum contra Clericum, quando agitur remedio Capitulorum Regni. Anna *Sing.* 433 *verbo reconuen-*
17 *tio*, quod non. & idem dicit † in possessorio summarijssimo lite pendente, *eod. Sing.* 433. nam ista iudicia remedii Capitulorum Regni, & dicti possessorii sum-
18 marijssimi, æquiparantur. Sed † aduertat Clericus conuentus dicto remedio, non opponere exceptionem carentiæ actionis, & alias, nec petere manuteneri, sed respondere, quod non consentit in iudicem, neminemque turbasse nec spoliasse, sed suo iure, & possessione vsum fuisse, alias coram laico reconueniri posset, prout fuit decisum iunctis aulis in Sacr. Consil. de anno 1590. pro Vniuersitate Castelli Baronsiæ. contra Episcopum Treuici, in bancha tunc temporis Terracciani.

ADDITIO D. RICII.

Clericus agens coram iudice seculari possessorio retinendæ, an possit coram eodem reconueniri in petitorio, ita vt petita remissio ad iudicem Ecclesiasticum non sit concedenda, hoc dicit, concluditur hic, quod debeat reconueniri coram iudice laico. Adde Farinac. *in tract. crim. q.* 8. *num.* 99. vbi dicit non esse recedendum ab ista limitatione, & alios allegat, & testatur de communi opinione, quod procedit, etiam si clericus à sua petitione, & conuentione desistere vellet Tepatus *in suis conclusionibus lib.* 1. *in tit. de reconuent. vers. an clericus agens*, & *vers. actor si vult*, subdens secus esse si clericus renunciaret suæ petitioni inceptæ dummodo renunciatio fieret ante intentatam reconuentionem, & re integra vellet desistere, tunc enim non posset amplius procedi in reconuentione Crass. *de effect. cler. eff.* 1. *nu.* 749. *qui nu.* 763 dicit conclusionem à nobis firmatã non procedere vbi clericus conueniretur via reconuentionis in causa criminali, in qua nunquam poterit reconueniri coram iudice seculari, etiam si de crimine ageretur ciuiliter Scacc. *in tract. de iudic. c.* 11. *num.* 93. *in fin.* allegat rationem, ne detur materia laico prius delinquendi in persona clerici, vt postea clerico conquerente valeat eumdem coram iudice sæculari reconuenire Prasdos. de Comit. *in tract. de differentijs iuris ciuilis, & canonici nu.* 26. 1. *tom. tract. diuers. cart. mihi* 192.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Clericus intentans iudicium possessorium retinendæ coram laico Iudice, an possit reconueniri super proprietate, & notatur D. Præses per Fontanellam.*
2 *Reconuentio an admittatur in iudicio summarijssimo retinendæ expenditur inconstantia D. Amendolæ.*

1 Gordianus nodus videtur hæc decisio potius cædendus, quàm soluendus, & prima occurrit quæstio, an clericus intentans iudicium possessorium retinendæ coram sæculari iudice possit reconueniri super petitorio eiusdem rei, & affirmatiuè concludit, sed quatenus se fundat in *cons* 183 Guid. Pap malè allegari dictam autoritatem, tradit Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4 *glo.* 13. *p.* 2. *nu.* 16. ex eo quod Guid Pap. non loquitur quando reconuentio est super possessorio eiusdem rei, ego de articulo scribam alibi interim videri poterunt Bart. *in l. naturaliter*, §. *nihil commune num* 5 *ff de acquir. poss.* Marant. *in suo specul. par* 4 *rubr* 48. *vers. si vero actor* Giurb. *dec.* 41. *n.* 5 Mastr. *d.* 41. Mart. *de iur. p.* 4. *cent.* 2. *cas.* 107. & vidẽdus *tex in c. fi. de iud* Hond. *cõs* 21 *lib.* 1
2 Reconuentio an admittatur in iudicio summarijssimo affirmat. & decisum refert Amendol. *nu.* 18. qui tamen aliud dicit, *n.* 16. *ex Ann. singul.* 443. videri poterunt Postius *de manutenen. obs.* 5. *n.* 1. Ricc. *collect.* 112. quibus & aliis me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Scripturas in formam publicam redactas producens in actis cogitur exhibere protocollum ad instantiam partis dicentis, velle eas redarguere de falso, & quando procedat. nu.* 3. 7. 8. *vbi deciditur contrarium per Sacrum Consilium.*
2 *L. fin. C. de fide instrum. & quod ibi notat. Bar. quomodo procedat, & n.* 6.
4 *Bartoli notabile, collectum ex tex. in l. fin. C. de fide instru. alio modo debet colligi.*
5 *Protocollum, quando producens instrumentum non habet facultatem exhibendi statur iuramento ipsius.*
6 *Protocollum Notarius cogitur exhibere, si ex instrumento præsentato, aliquam suspicionem iudex haberet.*

DECISIO CXCIV.

Instrumentum producens non cogitur ad petitionem aduersarij exhibere protocollum, eius, quod in suo posse non est.

1 Præsentatis † per actorem scripturis, in formam publicam redactis, instabat Reus, quod actor exhiberet protocollum, quia scripturas præsentatas, de falso redarguere intendebat, & dicebat, de hoc non esse dubitandum ex dec. Bar. per illum text. *in l. fin. C. de fide instr.* vbi etiam Bald. Paul. de Cast & Ang. idem Paulus *in l. contractus, col. fin. vers. secundum verò, eod. tit.* quorum auctoritate perterriti Domini de Sacro Consilio, licet ipsi contrarium tenuissent, noluerunt tamen contra stimulum calcitrare, vt refert Capic. *dec.* 40. *in causa Hypolita de Campora*, & ex verbis per eum relatis apparet, quod secundum opinionem Bar. iudicauerunt, licet *morendo* Capicium *nouissimi addentes ad Affl. decis.* 230 aliter di-
2 xerint, & dicebant illi Domini, † tex. *in d. l. fin.* ex qua hoc Bart. colligit, non posse pro opinione Bart. allegari, quia ille text. loquitur de scriptura per patrem præsentata, quæ in eius posse remansit, & in eius posse præsumitur reperiri, contrario non ostenso: secus autem in protocollo Notarij, quod penes Notarium remanet, vel eius hær. vnde cum actor non habeat facultatem exhibendi, non potest aliquo modo ad exhibitionem cogi; qua ratione multis mediis comprobata, Senatus Pedemontanus censuit, opinionem hanc quod is, qui præsentauit scripturam, non compellatur ad exhibitionem protocolli non existentis in eius posse, esse veriorem, *in dec.* 26. *per totam*, & deferens aucto-
3 ritati Bart. prout omnes facere tenemur, † dicit Bartolum loqui, existente protocollo penes producentem,

ve lquando dolo illud desijsset habere, nam si aliàs diceretur, decisio Bart. esset contra regulas iuris, censuerunt tamen Domini illi peritissimi, vt forsan non omninò à Bart. discederent, esse exhibendum protocollum per producentem scripturam, quòd si facta diligentia recusauerit tabellio protocollum tradere, quòd tunc partes citarentur ad faciendum collationem instrumenti, producti cum protocollo. Relato præsenti puncto, dicebat vnus ex Dominis, quod poterat hoc fieri, & quando, qui præsentauit scripturas, iuraret non habere facultatem exhibendi protocollum, eius dicto debere stari, cæteri verò dixerunt debere procedi ad ea, quæ incumberent pro expeditione causæ, obstante hac exhibitione petita ab actore, postquam protocolla detinentur per Notarios, qui ea conficiunt, nec partibus tradunt, & non inuoluere hunc litibus, qui fecerat, quod ei erat necessarium, vt haberet probationes, scilicet habere reassumptum instrumentum cum solemnitatibus à iure requisitis, & fuerat in hoc vigilijs, quod in simili materia dicit procedere Luc. de Pen. *in addit. ad c. Regni ne personas vers. idem contrahentes*, & dicebatur non obstare decisiones prædictas Bart. & aliorum nam intellectæ prout eas intelligi debere, dixit Senat. Pedemontanus, non obstant huic conclusioni, etsi simpliciter intelligerentur non sunt veræ, ex rationibus in vtraque decisione relatis, quas non transcribo, vltra rationes allegatas contra Bart. quæ sufficere debent, postquam sunt validissimæ, dictum fuit, † Sal. *in d. l. fin.* dicere, notabile per Bart.
4 collectum ex illo tex. non debere sic colligi, & alio modo ipse colligit, & ne auctoritas desit, dicebatur contra Bart. tenere in specie Fulg. *in d. l. fin. colu. in 2. not.* qui subdit, quod si quis, velit sequi Bart. quando peteretur exhibitio protocolli, putaret, † quod deberet sta-
5 ri iuramento eius, qui produxerat instrumentum, quod non habet facultatem exhibendi protocollum, quòd secus esset in casu illius, *l. fin.* quia seruabitur in exemplo, & originali dispositio *d. l. fin.* & verba Fulgo transcribit ad literam Corn. *cons. 223. videtur prima facie colum. antepen. litera F vers. nec obstat l. fin. vol* 2. vbi etiam Corn. vt saluet opinionem Bart. & Bal. † lo-
6 quendum de exhibitione protocolli, dicit eos intellexisse protocollum, scilicet instrumentum originale, partibus restitutum, relicta copia penes acta causæ, non autem de protocollo notarij, & cum Corneo conuenit Rolan. à Valle, *in cons. 44 præsens consultatio 1. volum.* qui cum eodem dicit esse ab omni veritate alienum, & quodammodo derisorium, dicere, quod non habens, qui produxit instrumentum, facultatem magis habendi protocollum, quam aduersarius, debeat arctari ad perquirendum protocollum ad vtilitatem aduersarij Didac. *in tract. practicarum q. c. 19. vers. 3. constat. 6. colum. in magnis*, licet de prædictis aliquam mentionem non faciat, dicit, † quod producens in-
7 strument habet protocollum, aut apud ipsum esse præsumeretur, cogendus erit, petente aduersario, protocollum exhibere, vel præmisso iuramento, vel probatione, quod illud habeat, & sic videtur pro indubitato habere, quod quando protocollum non esset penes producentem instrumentum, quod ad illius exhibitionem teneri non pot. st. Et ex prædictis Sacrum Consilium iudicauit, iunctis Dominis duarum Aularum cũ Domino Præside, die 14. Nouemb. 1578. referente, D. Iacobo Anello de Bottis, in causa Magnifici Io. Ferdinandi Guarracini, cum Nobilibus de Sedili Montanea
8 † non teneri producentem instrumentum, ad protocolli exhibitionem penes Secretarium. Non tamen dubitauit idem Sacrum Consilium, si aliquam suspicionem haberet ex instrumento præsentato, vel quouis modo sibi videretur posse cogere Notarium ad exhibitionem protocolli ad partium instantiam, quod ego multoties, etiam ex officio feci, Notarius enim potest cogi ad exhibitionem ipsius, ita dicit Iacob de Beluis. *in Authen. de tabellionib. in fi. qua* alios congerit A-post. ad Bart. *in d. l. fin.* & esse hoc indubitati iuris, dicit

Didac. *vbi supr. vers. tertium constat, in fin. fol. 892. in nouissima impressione*, & *de 2. capite huius decisionis meminit* D. de Ponte *cons. 3.*

ADDITIO D. VISCONTI.

AD de Muscarell. *in Prax. Sacr. Cons. in glosa respondendum n. 17. & seq. fol. 61. & secundum dec.* *istam* de præsenti anno 1599. fuit iudicatum per eumdem Sacr. Consil. in causa Vniuersitatis Gifoni cum Vniuersitate Montis Corbini, referente Doctiss. & integerrimo D. Gizzarello.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Accusare, & velle accusare differunt.*
2 *Quando adest suspicio de falsitate in instrumento, & petitur quod non fiat reassumptio, quid agendum.*
3 *Pendente accusatione falsitatis, an instrumenti reassumptio fieri debeat.*
4 *In iudicio huiusmodi reassumptionis, an dentur beneficia.*
5 *Stante suspicione, ne consanguinei male marident puellam, sequestrabitur penes Monasterium, vel honestam personam.*
6 *Et quid si puella non consentit deponi in aliqua domo, an iudex eam deponat inuitam.*

AD hanc decis. adde tu, quod hanc cautelam ad inuenit Cepol. *Cautela* 148. Item nota, †
1 quod differunt, accusare, & velle accusare, seu redarguere de falso. Ita Baro de Petra
2 ad *Capic. dec. 79.* & ibi dicit, † quod quando adest suspicio falsitatis in instrumento, & petitur quod non fiat reassumptio, practicam esse, quod fiat mandatum Notario, quod non reassumat, donec per Curiam fuerit prouisum iuxta notata per Afflict. & ibi Vrsill. *dec. 113.*
3 & † an pendente falsitatis accusatione instrumenti, reassumptio fieri debeat Affl. *dec. 165. qui videtur con-*
4 *tra, dec.* 113 sed Vrsill. ibi conciliat, & † vtrum in hoc iudicio reassumptionis dentur beneficia, Capic.
5 *dec. 109* & ibidem etiam dicit ipse Petra, quod † dum suspicio est, quod consanguinei male maritare vellent puellam, tunc Iudex debet ipsam deponere penes monasterium si adest, vel honestam personam, sequutus consil. Crauettæ decis. & Vrsill. ad Afflict. *dec.* 1. &
6 113. Adde † quid si puella non consentit deponi in aliqua domo, an iudex deponat inuitam, Rouitum *in Pragmatica, in tit. de Baronibus*, vbi quod non, & ita decisum in Collaterali Consilio. De primo casu huius dec. esset videndus Regens à Ponte, *cons.* 30. n. 2.

ADDITIO D. RICII.

INstrumentum producens non cogitur ad petitionem aduersarij exhibere protocollum eius, quod in suo posse non est, hoc dicit. Ad materiam quando quis vult redarguere instrumentum præsentatum de falso, vel petit exhiberi protocollum, quod pars teneatur ostendere, vel exhibere Vide Cacher. *decis. 16.* vbi ponit practicam exhibitionis protocolli contra notarium *num* 8. Minad. *dec. 40.* an instrumentum productum per producentem possit in aliqua sui parte redargui de falso Guid. Pap. *decis.* 103. quin in instrumento dotali aduersus, quod nulla admittitur probatio secundum *consuetudinem Neapolit. incip. contra instrumentum in tit. de iur. quart.* an possit redargui de falso, quod sic, Neapod. *in d. consuetud. num.* 114. vbi de fide instrumentorum dubitatur illud describendum est ex protocollo, cum omnibus cancellatis, & interlineatis Laner. *cons. 91.* quando instrumentum possit reprobari, & quot testes requirantur Scaglion *super rit. M. C. 163. num. 41.* optime declarat quibus modis redar-

guatur de falso Bursat. *cons.32.vol.3.* pro euitanda pœna falsi, tam in producente, quàm in testibus, vide Surdum *decis.282.* Instrumentum repertum falsum præsumitur fabricatum per producentem Lanar. *cons.92.* Rot. Auenionens. *dec.50.num.56.* quando non reperiatur instrumentum in protocollo quomodo probetur Boer. *decis.36.* quid si extaret statutum, quod nulla exceptio admitteretur aduersus instrumentum, an possit redargui de falso, quod sic, Felin. *in cap. cum Ioannes in 3 art. versic. prima conclusio de fid. instrument.* & an volens redarguere instrumentum de falso teneatur declarare partem instrumenti, in qua est falsitas Capic. *decis.5.num.10.dicit, quod non.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Producens scripturas in formam publicam redactas, an teneatur ad exhibendum protocollum.*

2 *Quid si producatur instrumentum reassumptum in formam publicam, vel exemplum eiusdem Notarij.*

1 EXemplaris est hæc decisio docens praxim seruandam, quando producens scripturam in formam publicam reassumptam redactas, teneatur ad exhibendum protocollum, si pars velit redarguere de falso, & negatiuè concludit D. meus, quando protocollum non est in posse partis producentis scripturam, & ita practicari tradunt *Fontanell. de pact. nupt. tom.2. claus.13 glos. vnic. n.13* Reg. de Marin. *lib.1. resol.186.nu.4.* bene tamen tradunt cogi posse Notarium ad exhibitionem protocolli Thor. *in compen. ver. exhibere an teneatur p 3.*

2 Difficultas exoriri potest, quando producitur instrumentum in formam publicam reassumptum subscriptum à testibus, an tunc possit peti exhibitio protocolli, nam illud instrumentum dicitur originale, ita D. Hodiern. *lib.1. contr.32.num.19.* & plenè probat. & est maioris fidei, quàm protocollum, quod nō subscribitur à testibus, sed nihilominus puto posse peti exhibitionem protocolli ad finem redarguendi de falso, vt habui in contingentia facti, dum creditor produxit instrumentum reassumptum in iudicio executiuo, & altera pars mandauerat falsificari protocollum per additamenta diuersorum pactorum, & Notarius dedit exemplum falsum, & contingit instrumenta reassumpta subscribi à testibus non legentibus totum tenorem instrumenti, vndè ex inspectione protocolli erit locus inquisitioni, & diligentijs super falsitate, bene verum si non reperiretur protocollum, nunc dictum instrumentum censebitur originale, ita Hodiern. *vbi sup.* idem erit si matrix non reperiatur, quando adest instrumentu fides facta, per Notarium rogatum Hodiern. *&* de Marin. *vbi sup.*

Adde *Molfes. in consuet. Neap. in proœm. q.2 ?. nu.7. & seqq.* vbi decisionem comprobat, sed limitat quando originale instrumentum reperitur registratum à Consulibus alicuius Regni, & ex illo originali desumpta esset copia authentica cum sigillo, & subscriptione magistratuum illius loci, nam talis copia plenam fidem facit, quamuis pars aduersa instaret pro exhibitione originalis, ex quo præsumitur copiam esse veram, & fideliter desumptam, vt *Anna cons 102. vol.2.* & fuit decisum in causa Regis Poloniæ iunctis aulis S. C. *vt num.38.* & idem puto si produceretur instrumentum in forma publica reassumptum, & peteretur exhibitio protocolli, quam creditur d. instrumento publico ante omnem exhibitionem protocolli ex traditis in *obs.* & iterum in *obs.490.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus pro iuribus ei cessis ex causa lucratiua, non trahit, secundum Ritus Magnæ Curiæ, nisi cessio sit facta miserabilibus personis, nulla interueniente simulatione.*

DECISIO CXCV.

Idem est cum summario.

1 OVamuis Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, 228. & 290. prouideant, quòd † priuilegiatus, pro iuribus ei cessis ex causa lucratiua, non trahat; hoc tamen non procedit, quando cessio est facta miserabilibus personis, ita tenet Andr. quem sic intelligit, & sequitur Afflict. *in const. Regni, statuimus, in 6 q. data tamen* cessione vera, non simulata: & dicunt, prædictos Ritus non obstare, quia non comprehendunt has personas priuilegiatas, & ita iudicauimus die 3. Nouemb. 1578. me referente in causa quorumdam. At contrarium tenet Iacob. *in l.2. in 6. colum. versic. item quæro nunquid, numer.39. C. ne lic. potent.* & aliter distinguit Foller. *in d. constit. Reg. num. 74. versic. quærit insuper* Afflict. *fol.120.2. colum. cum sequent.* sed apud nos Andr. magna est authoritas.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde quod hanc decis. sequitur Marcellus Calà *de modo articulan. num.95. fol.11.* quia authoritas Andreæ, in qua fundata est præsens decisio est magna in Regno, vt omnibus est notum; hanc etiam decis. sequitur Iacob. Menoch. *de arbitr. iudic. in suis addit. ad casum 66. num 42.* & Capiblanc. *in tract. de baron. fol. 201. num.170. in fin.*

Sed videatur Carauit. *in Ritu 228. in 3. notab.* & Muscatell. *in Prax. S. C. in glosa competentes nu.89.90.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus pro iuribus cessis ex causa lucratiua an trahat, & quid si sit miserabilis persona.*

2 *An, & quando priuilegiatus vtatur priuilegio contra priuilegiatum.*

1 AD hanc decis. quod † priuilegiatus pro iuribus cessis, ex causa lucratiua non trahit, nisi sit facta miserabilis persona, & cessio sit vera. Adde Muscatell. *in sua Pract. Sacr. Cons. par.2 gl competen. num 80. & 86. fol.31.* & Regentem Tappiam, *in lib.2. De Iure Regni, in Constitutione, Magni Iudiciarij officio incip. statuimus, num.23 Ampliatione sexta, pag.254. colum.2.* Vide suprà, *decis.16.*
2 *ad quam dico.* An † & quando priuilegiatus vtatur priuilegio contra alium priuilegiatum latissimè *vide decis.188. ad quam dico plura notabilia.* Et ad materiam præsentis decis. videndus est Carauita *Ritu 228.*

ADDITIO D. RICII.

PRiuilegiatus pro iuribus ei cessis ex causa lucratiua non trahit secundum Ritus Magnæ Curiæ, nisi cessio sit facta miserabilibus personis, nulla interueniente simulatione, hoc dicit. Pro ornatu, & in terminis [illegible] videatur Nouarius *in praxi elect. for. quæst.4. sect.2. & in collect. decis. ad pragm.2. sub Rub. vo. de delict. quis conueniri debeat* ad eum igitur recurras

ras specialiter *in praxi num.61.* plurima habes, & vide eumdem D. Nouarrum *in suo tractatu de priuilegijs miserabilium personarum priuileg.*....

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus ex iuribus cessis ex causa lucratiua, an trahat, & concluditur contra ritum adductum in decisione.*

2 *An quando est fraus in cessione trahat cessionarius.*

1 ABijt ab aula ritus M.C.V. 228. adductus in praesenti decisione, ex quo ritu habetur, quod priuilegiatus ex iuribus cessis ex causa lucratiua nō trahat, nisi cessio sit facta miserabilibus personis, & quod recesserit ab vsu testatur Carau. *ibi nu.9.* quem refert, & sequitur Muscatell. *in prax.8.p.2.glos.competenter nu.89.* & quod indistinctè priuilegiatus, siuè ex causa lucratiua, siuè onerosa trahat, probat *Reg. Latr. dec.54. &* D. Rocch. *respons.79. tom.2.* vbi quod si cessio fit per viam donationis, ita decisum testatur.

2 Restringitur si cessio sit cum fraude, nam vt cessionarius trahat, & possit vti priuilegio electionis fori, requiritur quod cessio sit sine fraude, & sit vera, vt Reg. Latr. *n.9* Rocch. *vbi supra*, quamuis fraus non praesumatur, & certius si fit per viam donationis, tunc dicitur cessio fraudulenta, quando agitur vt lucrum sit cedentis, licet aliud appareat *glos. in l. diuersas, C. mand.* Alex.35. *lib.2. var. resol.2. de act.* vel quando cessionarius est homo litigiosus solitus similibus implicari, & nulla alia ratio dari potest, quare cessio fuerit facta, nisi vt reus vexetur Nouar. *de priuileg. miserab. person. q.17.* & semper improbatur illa cessio cum pacto, vt quod colligitur diuidatur inter cedentem, & cessionarium ex Senatus Consulto Volusiano prohibita, vt inferius dicam, & probat Fontanell. *dec.189. & seq. per tot.*

SVMMARIVM.

1 *Frater maritando sororem, & ea decedente sine liberis, si stipulatus fuerit, quod dos reuerteretur vnde exiuit si soror in ea instituit haeredem virum, an teneat institutio in praeiudicium fratris taliter stipulantis, vide distinctionem, nu.5 & au, & quando praesumatur, quòd soror animo donandi ita stipulari permisit fratri, num.4.*

2 *Soror, quando dotatur de bonis proprijs fratris ipsa decedente sine liberis, non poterit disponere de dote in praeiudicium fratris, qui stipulatus fuerat, quod dos reuerteretur vnde exierit, quando verò de bonis communis patris, dispositio valebit, & num.6. decisio Sacri Consilij.*

3 *Frater, dum maritat sororem, non potest opponere pactum, quod dos sibi restituatur, si ea à communi patre in testamento filia relicta fuit.*

DECISIO CXCVI.

Soror dotata à fratre de bonis communibus paternis, aut maternis cum pacto, quod ea decedente sine liberis dos reuerteretur vnde exiuit poterit pacto tali non obstante testari, & virum instituere, secùs verò si de proprijs ipsius fratris bonis dotata fuerit.

1 FRater † nuptui tradidit sororem, quae tempore initorum capitulorum conuenit cum viro, quod ea decedente absque liberis dos reuerteretur vnde exiuit, & vir lucraretur certam partem tantum, & sic è contra lucraretur vxor: factus est casus mortis vxoris sine liberis, quae condidit testamentum, & instituit virum haeredem, fratres vendicant dotes, fuit dubitatum, an possent? videbatur, viro obstare pactum, stipulātibus, fratre, & sorore appositum, quod dos rediret vnde exiuit. Ex aduerso dicebatur Lucam de Pen *in l.1 col. antep. vers. hac faciunt ad quaestionem, de impon. lucra. descript.* de quo simpliciter meminit Afflict. *in constit. Regni fratribus secundo notab.2. q.* tangere hanc quaestionem in specie, hinc indè arguendo, & tandem tenere, 2 † quod quando soror dotatur de bonis proprijs fratris, procedat pactum, & mulier testari non poterit: quando verò de bonis communis patris, tunc testamentum valebit, & mulier disponere poterit. Pro quo facit, quod dicit Bal. *in l. auia, col.2. vers. & ex hoc dicto gl. C. de in. dot.* 3 † quod si pater relinquit dotem filiae in testamento, masculo haerede instituto, frater non potest apponere pactum dotis restituendae ipsi fratri, & minuere ius testamenti, & debiti naturalis, dicit enim Lucas, 4 † quod posset distingui, quod si mulier erat diues, & frater pauper, & familia oneratus, & tunc praesumatur mulier donasse fratri, & sic non posset disponere, aut nulla bona habens, & frater diues, & tunc non praesumatur donatio, & sic testari poterit: sed primam opinionem esse tutiorem asserit. Vnus ex Dominis dicebat, Neapodanum *in consuet. si quis, vel si qua, in gl. in vers. praeterquam col. pen. vers. sed pone, retentis eisdem terminis, num.223.* formasse eamdem quaestionem, & demum concludere, 5 † quod aut mulier permisit, alium stipulari animo donandi inter viuos, aut animo donandi causa mortis, cum sit facta mentio mortis. Quae verba (cū sit facta mentio mortis) sunt in consuetudinibus impressis in anno 1518 licet in impressis in anno 1546. & in nouissimis deficiant: aut sumus in dubio. Primo casu non poterit testari, secundo, & tertio sic allegat multa iura, & eum sequitur Pisanellus ibi. Vnde dicebatur in praesenti casu, quod siue teneretur prima distinctio Lucae, siue secunda, aut opinio Neapod. omninò iudicandum erat, hanc mulierem posse testari. fuit. n. dotata de bonis matris pro certa summa, & renunciauit bonis patris factis fratribus dotantibus, & pro alia summa de bonis cuiusdam Illust. Dominicae, de quibus est controuersia inter virum, & dictam Dominicam, & hodie de hac rata non tractatur. Item haec mulier non erat diues, quia aliud non habebat, quam hanc dotem Item in donatione erat facta mentio mortis, quia stipulatus erat frater dotem restitui, ea decedente sine liberis, et nouissimè, in dubio non praesumitur donatio. Discussa hac causa, iudicauimus, me referente, die 10. Dec. in causa Magn. Leonardi Cinami de Terra Pratae, cum fratre Angelo Pannella, 6 † mulierem potuisse testari pro concurrenti summa dotium receptarum de bonis paternis, et maternis, non autem de eo, quod vltra praedicta habuit de proprijs bonis fratrum, qui eam dotando de eorum proprijs bonis, potuerunt in donatione apponere legem, quam voluerunt, quòd facere non potuerunt in dote data de bonis paternis, & maternis. Roppulus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.2 Adde Vrsill. *in decis. Affl.160.n.4.* Vitium *decis.9.* Caualc. *in tract. de tutore, & curato. nu.251.* & Menoch *in tract. de praesumpt. lib.3. cap.10, nu.26.* vbi hanc decis. alleg. & refert laudes huius Domini licet maiores meretur.

Videatur Cacheran. *decis.20. nu.6.* & vide etiam hunc

hunc Dominum *decis.491.* & omninò Milanens. *in decis.10.num.18.cum infinitis seqq.* & Ludou. Morotium *in cons.19.num.4.*

Num.3.dum alleg.Bald. Adde Ann. Antiq. *in alleg. 129 nu.3.& in sing.601.par.2.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Dotis conditio non potest fieri deterior ex pacto.*
2 *Quid in dote non tradita, sed promissa.*
3 *An femina possit disponere de dote, ad libitum, stante Constitutione Regni, & Statuto excludente feminas.*

AD hanc decis. adde aliam in eodem facto, & personis *inf.491. nu.24.* quæ limitat istam non procedere, si mulier perit ab intestato cum filijs,& filij pereunt in pupillari ætate: quia tunc pactum ligat, & dos restituitur dotanti cum pacto restituendi,quod secùs est hic, quia mulier testatur. vide. Ad nu.3. adde Annam *Sing. Allegatione sua 129.num.2.*vbi idem,vide quæ *ad l.de die, ff.de pactis dotalibus* Præsidens *infrà, decis.489.num 28 fol 24.& decis.54.num.4.*vbi idem, & Anna *Singul.601. latissi-*
1 *mè*, vbi † quod dotis conditio non potest fieri dete-
2 rior, ex pacto, sed hoc † procedere dicit Thes. *decis. 230.in dote data,*secùs danda,vel promissa,& quod latè scripsit Peregrin. *cons.79.incip.Cum ex forma,vol.1. omnino videndus est:quia optime scripsit circa hunc ar-*
3 *ticulum.*An † autem stante Constit.Regni,excludente feminas à successione, si dotantur, possint feminæ de dote disponere ad libitum,non obstante pacto dotis lucrandæ,vel statuto,nouissime Præses Morrotius *in responso 19.In causa perillustris*, & vide quæ dico *ad d. decis.891.* & Rol.*in tract. De Lucro dotis, doctissimè.*

ADDITIO D. RICII.

SOror dotata à fratre de bonis communibus paternis,aut maternis cum pacto, quod ea decedente sine liberis dos reuerteretur vnde exiuit, poterit pacto tali non obstante testari, & virum instituere, secus verò, si de proprijs ipsius fratris bonis dotata fuerit, hoc dicit Adde Castill.*decis. Sicilia 25.num.10.*Amat *cons. 54.nu.4.*Paschal.*in tract.de viribus patr.potestat.par.2. cap.7.nu.22.* relati per Thorum, *in compend.decis. in verb.testari an possit.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Frater vti hæres patris dotans sororem, an possit apponere pactum dotis reuersiuum in beneficium suum.*
2 *Quid si expressè soror consentije pacto,vel ipsamet pactum apposuit, & expenditur decisio.*
3 *Recensentur impugnatores decisionis Molin. Fontanell.Cancer.D.Staib.Reg. Marcian.& alij.*
4 *Ponderantur contra D.Præsidem Lucas de Penn. & Napodan. per ipsum laudati.*
5 *Donatio quando præsumatur inter viuos, & quid si frater dotet de bonis proprijs.*
6 *Ratificatio pacti reuersiui qualis debeat fieri per sororem.*
7 *Frater diues dotans sororem inopem de bonis proprijs,an possit apponere pactum restitutionis dotis ad sui beneficium.*

1 BEllatrix perpetua est hæc decisio quotidianam porrigens controuersiam, an frater dotans sororem de bonis paternis, & maternis possit ad sui beneficium apponere pactum dotis reuersiuum, & decisum est non posse pro concurrenti quantitate dotium receptarum de bonis paternis, & maternis,non obstante pacto in tabulis nuptialibus apposito,& hanc decisionem magnificat Menoch. *lib.3. præsumpt.10.nu.24.* & sororem posse de dote testari, tamquam nullum sit pactum appositum à fratre, qui videtur persoluisse debitum, firmant Gratian. *discept. 49.num.25.& discept.769.num.33.* Reg.Sanfelic.*decis. 128.*D.Prat.*discept.12.nu 83.& discept.36.nu.37.* & si pater stipulatus fuerit cum tradidit filiam nuptui,restitutionem dotis sibi, & hæredibus ipso mortuo, quia dos sortitur naturam legitimæ, hæredes tenentur remittere pactum, & non possunt petere dotem, Seraphin. *dec.815.*Reg.de Marin. *lib.2. resol.167.* & ita respondisse consultum tradit *in obs.531. ad decis.* Reuertter.

2 Refellunt autem plures decisionem moti hac ratiocinatione,quod aut D.meus,loquutus fuit in casu,in quo frater apposuit hoc pactum in sui beneficium sorore expressè non consentiente.& tunc potuit eius opinio transire. Aut loquitur quando soror expressè huic pacto consentijt,vel ipsamet pactum apposuit,sicut videtur innuere in *princ.dec.* & tunc salua pace tanti viri nullo modo eius opinio, nec decisio procedere potest, & ratione caret, & est contra casum legis,& contra ipsasmet doctorum authoritates per eum allegatas, & communem doctorum sententiam.

Decisio esset contra expressum casum legis, vti de diametro contraria *text.in l.cum maritus,§.mulier, ff. de pact.dot.* vbi mulier opposuit pactum ad fauorem fratris præsentis, & acceptantis, & dicitur non posse illam contra formam pacti marito aliquid relinquere, alius *text.*est *in l.2.§.si conuenerit,ff.eod.*

Caret ratione decisio,quia cum soror expressè consentijt, vel apposuit pactum, potuit imponere legem quam voluit super re sua propria,*l.in re mandata, C. mandati.*

3 Præterea esset decisio contra communem doctorum opinionem, qui vno ore asseruerunt valere pactum quando per sororem fuit expressè factum, & nominatim impugnant hanc decisionem,prout in specie Molin. *tract.de rit.nupt.& pact.in matrim.conuent.q.31 lib.3.* Fontanell. *de pact. nupt.tom.2. clau.5.glos.10.c.1. à num.12.*iuxta quam sententiam refert *nu.17.* fuisse decisum per Senatum Cataloniæ, & tenet Cancer. *var. resol.c. 2.de inuent nu.200.*Sanfelic. *vbi sup.*& Reg de Marin.*in resol.sup cit.* & nouissimè D.Staib. *centur.2. resol.111.per tot.*D Franc.Marcian.*disp.9.nu 7.*

4 Doctores hic allegati non solum obstant, sed potius suffragantur,nam Lucas de Penn.loquitur quando frater apposuit hoc pactum,& mulier tacuit,si autem ipsa expressè consentit, tunc inquit procedere *text. in d.l. cum maritus,§.fin.*& ita etiam procedit doctrina Baldi in præsenti decisione allegata, nec demum obstat doctrina Neapodani quia distinguit,quod aut mulier permisit alium stipulari animo donandi inter viuos, & nō poterit testari,& supponit D.meus,quod iudicetur potius donatio causa mortis in qua re verius est, quod stante expresso consensu, & stipulatione mulieris præsumatur donatio inter viuos, ex *textu in d.l. cum maritus,§.fin.*certius, quia pactum apponitur in fauorem coniunctæ personæ, quo casu præsumitur inter viuos, etiam facta mentione mortis, Menoch. *præsumpt.35. nu.39.lib.3.*Surd. *cons.450. num.22.* qui mouentur signanter per *d.l.cum maritus,§.fin.* vbi pactum fuit factum in beneficium fratris Gratian. *discept.cap.96.nu. 10.& cap.396 nu.5.*

5 Maximè

5 Maximè præsumitur donatio inter viuos si reseruata fuit facultas disponendi de parte dotium Menoch. *vbi sup. num.* 33. vel soror apposuit pactum ad beneficium fratris, & eius hæredum, vt hæc comprobat Staiban. *vbi sup.* qui in fine refert S. C. inclinasse in opinionem contra D. de Franch. & ita existimo tenendum, quidquid defendat Cutell. *de pact. nupt. tom.* 2. *discurs.* 1. *special.* 26. *nu.* 5. & 28. qui censet præsumi donationem ob mortem, & dicit sufficere mulierem de eiusmodi bonis disposuisse, alias si ipsa non reuocauerit, nec aliter disposuerit, manebit rata d. pactio, & irritabitur à successoribus, & videtur tenere D. Hodiern. *lib.* 1. *controu. c.*28. *nu.*5.

Aduertendum est, quod si frater dotauerit de bonis proprijs, tunc valebit pactum ab eo appositum, ita declarat hanc decisionem Rota Rom. coram Merlin. *in dec.* 32. *nu.* 13. at non censetur dos constituta de bonis fratris, quando iste est hæres patris Merlin. *vbi sup. nu.* 5. in dubio præsumitur dos data de bonis proprijs fratris Gratian. *discept.* 556. *nu.* 29. ex Soccin. *consf.* 29. *vol.* 1. & in eo pluri quod frater dederit de bonis proprijs, valet pactum, vt hic *nu.* 6. D. Hodiet. *contr.* 30. *nu.* 31.

6 Denique obseruandum est, quod ratificatio expressa mulieris requiritur ad hoc vt valeat, & præiudicet pactum à fratre in absentia sororis appositum, nec sufficit scientia capitulorum sine lectura tenoris dicti pacti, Rot. Rom. *dec.* 134. *p.* 4. *recentior.* & Sanfelic. *vbi sup.* quod autem hæc decisio non procedat muliere decedente testata vide *infr. dec.* 491. Castill. *dec.* 25. *n.* 11. Marcian. *nu.* 1. & contra Bottiler. *de success. tit. de exclus. parag. theo.* 24. *per tot.* vbi quod si mulier viuens taceat non sibi præiudicat.

7 Frater diues, qui tenetur dotare sororem inopem, an possit apponere pactum reuersiuum dotis, dum ex necessitate dotat, & videtur negandum, prout in simili quando vt patris hæres dotat, nec potest ex Gratian. *discept.* 556. *nu.* 4. Barbos. *ad l.* 1. *p.* 4. *num.* 135. Sed Bosi. *vbi sup. numer.* 82. contrarium tenet ex Menoch. *vbi sup. pres.* 10. *num.* 24. Fontanell. *glos.* 10. *p.* 1. *num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Baro, vti primus ciuis, habet ius pascendi in nemoribus proprijs vniuersitatis, & etiam in alienis, in quibus ex consuetudine, seu priuilegio vniuersitas non tenetur soluere ius herbagij, cum num. 3. quod vltimum intellige, vt in nu. 20.*

2 *Pascua siue fructus ipsorum pascuorum, quibus ciues, pro vsu eorum animalium solent vti, an vniuersitas vendere poterit pro solutione functionum fiscalium, ac aliorum debitorum, concurrente maiori parte hominum ipsius vniuersitatis, ac fere omnium solo Barone contradicente, tamquam primus ciuis, quod sic stante maxima æquitate, & iniusta repugnantia Baronis num. 9. & 21.*

4 *Tales ciues, licet admittantur in causis vniuersitatis respicientibus singulos, vt vniuersos, non tamen admittuntur in causis concernentibus materiam pascuorum in quibus ciues ipsi emolumentum habent, & quare, nu. 10.*

5 *Communi re, qui volunt vti ad vsum destinatum, vincunt alios contradicentes, & quomodo procedat, nu. 21. & quid in re communi ad vsum pascui destinata num. 14.*

6 *Ioannes Nicolaus de Vicarijs, fuit maximus Doctor.*

7 *Possessio vendendi rem communem facit, vt non possit quis vti illa ad vsum destinatum illo inuito.*

8 *Maior pars, in his, quæ spectant ad singulos, vt vniuersos, præiudicat minori, & quid in re communi ad vsum pascui destinata ciuibus nu. 13. & 16.*

11 *Ratio quare ciues non admittantur in testimonium in causis vniuersitatis, respicientibus singulos, vt singulos, non facit mutare naturam rei, de qua disceptatur, quæ est, in sui essentia, communis singulis, vt vniuersis.*

15 *L. quod maior ff. ad munic. quomodo procedat, remissiuè.*

17 *Baro, pater dicitur, quia erga suos subditos gerere se debet sicut pater erga filios.*

18 *Baro, quamuis primus ciuis dicatur in sua Baronia, non est verè ciuis.*

19 *Baro, si possidet bona Burgensatica in Territorio suæ Baroniæ, eorum respectu, contribuit in oneribus vniuersitatis, vt bona tenens, non vt ciuis.*

DECISIO CXCVII.

Venditio fructuum nemoris ab vniuersitate, an fieri possit inuito, & contradicente Barone tamquam primo ciue eius vniuersitatis.

VNiuersitas Lapigij habet, quoddam nemus proprium, quo consueuere ciues vti; pro vsu propriorum animalium; oppressa debitis congregato consilio statuit, quod venderentur fructus nemoris huius anni, pro solutione

1 functionum fiscalium. Dicebat Baro † quòd ipse erat primus ciuis, prout sic ipsum nominat Marin. de Suffeu, *in* 18. *auctoritate Baronis, & Regia pragmatica de edictis in anno* 1536. *quæ incipit, volumus etiam,*

2 *vt ipsi Barones,* † & quòd vt primus ciuis, habet ius pascendi in eodem nemore, cum eius animalibus, quodque in sui præiudicium hæc venditio fructuum fieri non poterat. Accedebat prædictis, quod hæc ciuilitas, est adeò à iure approbata, quòd si aliqua

3 ciuitas habet ex consuetudine, seu priuilegio, † quòd non teneatur soluere ius herbagij in Territorio alterius Ciuitatis, quòd hoc priuilegio gaudebit vtilis Dominus, tamquam ciuis, immò vt caput ciuium ita Paris. *in tract. de sindic. in vers. ciuilitas, in c. statutum, vers. qua nota.* Fuit dubitatum, an contradictio Baronis esset iusta: Ant. Capic. *in decis.* 152. *quam scripsit in Insula Siciliæ,* tangit articulum, quando minor pars contradicit maiori, & nō decidit, & pro impedientibus venditionem, dicit facere, quod licet hoc nemus dicatur spectare ad ciues, vt vniuersos, non autem, vt singulos: nihilominus ipsi ciues percipiunt singulariter emolumentum ex nemore, adeò vt ex hoc colligatur

4 conclusio, † quòd licet homines de vniuersitate possint esse testes pro vniuersitate in respicientibus singulos, vt vniuersos, vt plene per Bar. *in l. in tantum* §. *vniuersitatis ff. de rer. diui. cum concord.* quando tamen ex lite peruenit emolumētum in bursam communem, nihilominus in materia pascuorum, quamuis lis tractetur cum vniuersitate, quia ciues habent emolumenta ex pascuis, quę eorum animalia sumunt, prohibentur in hac causa testificari, Felin. *in c. insuper, in* 5. *fallent. de testib. cum alijs adductis* per Capic. & nouissimè per Didac. *in tract. pract. quæstionum, c.* 18. *num.* 4. plenèq. distinguit, & declarat Villalobos *in Antimon. iuris litera T. in verbo singuli nu.* 10. *fol.* 177. vnde videbatur dicendum in casu, de quo agebatur, quod postquam consequitur commodum particulare Baro ex hoc nemore communi singulis, vt vniuersis, & lex in materia pascuorum habet pro considerabili hoc interesse, ad repellendum à testimonio ciues, similiter debet considerari hoc, ad finem, vt venditio im-

5 pediatur in ipsius præiudicium, † & debet hoc tractari, quemadmodum, si hoc nemus esset commune singulis, vt singulis, quo casu vincunt ij, qui volunt vti re communi ad vsum destinatum, etiam alijs contradicentibus, §. *in communes, instit. de rer. diuis. cum concor.* per Dec. *in l.* 1. *col. fin. C. qui testa. fac. poss.* vbi refert Bal. loquentem in silua cædua, dicit tamen Capic. hunc punctum non esse sine dubio, & quod Alex. *in l. quod maior.* & Felin. *in d. cap. insuper,* dabant plures limitationes ad regulam, & quod non ponunt aliquam, quæ re-

spiciat

ſpiciat hunc caſum, ipſe aliter non decidit, nec dicit
deciſum. Hic caſus accidit, me exiſtente in alia Aula,
inter vniuerſitatem Ebuli, & particulares eiuſdem Ter-
rę dominos bubularum, ſuper venditione defenſæ arc-
noſolæ, & fuit præſentatus proceſſus antiquus, in quo
6 reperitur ſententia lata in poſſeſſorio† per Dominum
Ioannem Nicolaum de Vicarijs, qui ſuo tempore fuit
maximus Doctor, vt ſæpiùs audiui à doctiſſimis viris,
& teſtatur Niger, *in cap. Regni grande fuit*, & non ſine
7 cauſa, & iudicatur in fauorem vniuerſitatis, † ſed fun-
dauit ſe in poſſeſſione vniuerſitatis vendendi defenſam,
quæ erat probata, quod conſiderant Doctores *in d. l. 1.*
et maximè Dec. et in eodem proceſſu poſt ſententiam
prędictam apparebat, concordia vniuerſitatis cum par-
ticularibus, quod certis annis locaretur, et certis annis
ſeruiret, pro vſu dominorum bubularum, et quia præ-
tendebantur multa contra conuentionem, fuit in cauſa
datus terminus, quo pendente in aliquibus annis vi-
dens neceſſitatem vniuerſitatis, decreuit Sacr. Conſil.
citra pręiudicium iurium partium defenſam vendi non
tamen hoc fuit diffinitiuè deciſum, ſed pro vniuerſita-
8 te faciebat, quia poſtquam vera eſt regula, † quod in
his, quæ ſpectant ad ſingulos, vt vniuerſos, maior pars
præiudicat minori, per *d. l. quod maior, cum ſimilibus
ac quib. in deciſ.* 2. & per Iacob. *in auth. ſi omnes, in gl.
ſuper verbo, citentur. C. ſi minor ab hered. ſe abſt.* & fa-
tetur Capicius, quod cum non reperitur limitatio præ-
9 dicta ad hanc regulam, debemus adhærere regulæ, †
cum qua regula concurrit maxima æquitas, quia ſi v-
niuerſitas vendit hæc paſcua ex prætio, ex venditione
redigendo, omnes de vniuerſitate ſentiunt commodum
quia ſolueretur pro ſatisfactione debitorum vniuerſi-
tatis, immò maius commodum ſentiunt, diuites, quàm
pauperes, quia poſtquam maiorem habent facultatem,
maiora onera ſuſtinere debent: ſed ſi hoc nemus rema-
net pro vſu animalium ciuium, ex hoc vſu non perci-
pient commodum, niſi diuites, qui animalia habent, nõ
autem pauperes, qui eis carent, et in caſu, de quo age-
batur perciperet emolumentum Baro, qui non contri-
buit in collectis cum vniuerſitate: vnde vendere hos
fructus, non ſit iniuria diuitibus dominis animalium,
quia et ipſi commodum ſentiunt, et maius: ſed non ven-
dere ſit iniuria pauperibus, quia ex eorum impotentia
nihil percipiunt; ergo dicebatur, eſſe potius eligendam
hanc viam venditionis, quæ omnibus prodeſt, quam
quæ ſingulis et diuitibus, imò in caſu, de quo agebatur,
vni ſoli. Nec obſtat, quod de iure iſti non recipiuntur in
teſtes, occaſione particularis commodi, et intereſſe,
quod habent, et quod propterea maiors pars eis non
10 præiudicabit; † quia hæc repulſio à teſtificando, ori-
tur ex regula, quod teſtis repellatur à teſtimonio, non
tantum quando principaliter, ſed quando conſequutiue
commodum ſentit, ita in ſpecie Luc. de Pen. *in l. in fi-
lius 2. col. verſ. quid autem ſi non principaliter. de Decu-
rion. lib.* 10 qui dicit, ſic iudicaſſe memoriæ venerandæ
D. Bartholomeum de Capua, inter Comitem Caſertæ,
et quoſdam homines Eccleſiæ Caſertanę. Nec iſta ra-
11 tio operabitur, nec operari poteſt, quod res, quæ in ſui
eſſentia eſt communis pluribus, vt vniuerſis, et in cuius
diſpoſitione maior pars pręiudicat minori, mutet natu-
ram ſuam et ſortiatur naturam rei, quæ eſt communis
pluribus, vt ſingulis, in qua loquitur text. *in d. §. in*
12 *commune*, et Dec. *in loco ſupra allegato*, † in qua re
communi pluribus, vt ſingulis maior pars non præiu-
dicat minori, quia omnes ſunt domini iure ſingulari, et
proprio, vt declarat. Zab. *in c. cum omnes. 5. col. ver.
quod autem dicetur, extra de conſtit.* quod ceſſat in ca-
ſu, de quo agebatur, in quo hoc nemus eſt commune
ſingulis, vt vniuerſis, & non poteſt conſiderari iure
proprio dominium in perſona ſingulorum ſed in poſ-
ſe vniuerſitatis, Fran. Ripa *in reſponſo 93. antiquo lo-
co, quod alias eſt. 22. in 1. libr. reſponſorum*, re-
ſpondit in ſimili caſu, quod exiſtente ſtatuto in
quadam Ciuitate, quod in paſcuis publicis, & in
qualibet illorum parte animalia cuiuſcunque generis,
poſſint depaſci, ſi poſtea maior pars vniuerſitatis re-
formauit dictum ſtatutum, & ſtatuit, quod nullus
poſſit in terra paſcuorum depaſci facere aliqua ani-
13 malia quouis tempore, niſi aratoria, & laborantia, †
ipſe concludit maiorem partem non poſſe pręiudicare
minori in caſu prædicto ex iniquitate illius reforma-
tionis, quam iniquitatem ex multis probat, quæ non
transcribo, & inter alia, quia quis non debet impedi-
14 ri re communi vti ad vſum paſcuorum deſtinata, † ſed
id ſeruandum eſt, quod antiquitas ſeruauit *l. 1. C. de
paſcuis publ. lib.* 10. quodq; licet hæc regula procedat
in his, quæ ſunt communia pluribus, vt ſingulis, ni-
hilominus eadem ratio militat in iure paſcendi, quod
licet commune ſit pluribus, vt vniuerſis; nihilominus,
vt ſupra dictum eſt ex hoc paſcuo ſinguli commodum
15 percipient, & reſpondet *ad d. l. quod maior*, † quod
non procedat in actu voluntario, ſed in actu neceſſa-
rio, & ſimiliter non procedat vbi actus à principio ge-
ſtus fuit ab omnibus, & nunc non omnes, ſed maior
pars tantum ſtatuit contrarium, ſed dicebatur pro vni-
uerſitate, adhuc ſtandum eſſe regulæ prædictæ, ex
quo reſponſiones datę per Rip. non procedunt de iure,
16 vt plenè dictum fuit *in dec. 2. in 3. & 4. limit.* † & quã-
uis opinio Ripæ eſſet vera, procederet in caſu, in quo
erat iniquum ſecundum ſtatutum, & propterea licet
factum a maiori parte tamquam iniuſtum; & irratio-
nabile, non eſt ſeruandum, c. 1. de his, quæ fiunt à
maiori parte capituli, cum alijs concor. *in d. dec.* alle-
gatis, in præſenti caſu, totum contrarium apparebat,
quia tota vniuerſitas hoc ſtatuit pro ſolutione functio-
num fiſcalium, & hoc prodeſſet etiam pauperibus ci-
uibus, quia animalia non habent; ſolus Baro contra-
dicit, dicens, ſe primum ciuem, quo nomine, licet
nos indiſtinctè Baronem appellamus, nihilominus
Guido Pap. *deciſ. 431. in quadam cauſa, in 3. & 4. du-*
17 *bio*, quem allegat Freccia, *vbi ſupra*, † appellat Ba-
ronem, non primum ciuem, ſed patrem, quia ſic ſe
debet habere erga ſubditos quemadmodum ſe habet
pater erga filios, cuius contrarium eſſet in caſu, de
quo agitur, quia ſe haberet, vt vitricus, non vt pater
18 repugnando huic venditioni. Item, † etſi diceretur
ciuis, vt Paris dicit, tamen non eſſet verè ciuis, quia
non concurrunt omnia requiſita, de quibus *in l. ciues,*
19 *C. de in col. lib.* 10. nec ſuſtinet onera, vt ciuis; † quam-
uis ſi in Territorio Ciuitatis poſſideret Baro bona bur-
genſatica, quorum reſpectu teneretur ad onera, vt bo-
na tenens, vt ciuis, ex ijs quæ dicit Antib. *in tract. de
mune. & honor. in 3. p. §. quaro in ver. tenetur, ver.*
20 *idem eſt ergo num.* 95 quod non ſemper iudicamus. †
Nec deciſio ipſius Parid. obſtat, quia ex eius dictis col-
ligitur, quod vtraq; ciuitas habebat ius immunitatis
paſcua ſumere in Territorio vtriuſq; partis, cuius pa-
ſcui ipſe Baro eſt dominus, & Pariſ. dicit, & vltra ibi
allegata, ponit Capic. *in inueſt. feud. uer. planis.* vn-
de poſtquam aliqua onera non ſuſtinet, non debet e-
molumentum conſequi, quod nec veri ciues conſe-
quuntur, qui vt onera per vniuerſitatem debita ſo-
luunt, proprio vſu priuantur, & ex prædictis appa-
21 ret, † quod etſi hæc quæſtio eſſet dubia, quando mi-
nor pars ciuium contradiceret maiori, quando Baro
tamen contradiceret, non deberet dubitari, cum con-
tradictio ſua ſit iniuſta, & irrationabilis, ſed quia in
proceſſu apparebat, quod vniuerſitas erat in poſſeſſio-
ne vendendi hæc paſcua etiam Baroni, fuit ipſa conſer-
uata in poſſeſſione. Addo tamen, quod ſi vniuerſitas
ex titulo particulari poſſideret, & maxime in alieno
Territorio, Baro in paſcuis, & in alijs non haberet ali-
quod ius, prout vidi deciſum in cauſa Guardiæ Cam-
piclari, quæ poſſidebat prout poſſidet, qandam ſil-
uam titulo conceſſionis ab Epiſcopo Bouiani, Domino
de Haro Commiſſario, Galterio Actuario.

AD-

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Vide omninò Frec. *de subfeud. in 46. author. num.* 4. & Couarru. *in lib. pract. quaest. cap.* 37. *nu.* 1. latissimè D. de Ponte *in tract. de Potesta. Proregis fol. 97. 98. & qu.d si Baro locat terram?* an affictator habeat vsum iuxta terminos praesentis decis. Vide *in d.tr. fol.* 98. *nu.* 6 declara hanc decis. vt per eundem Dominum de Ponte *in d. tract. fol.* 144. *numer.* 35. & in puncto principali hanc decis. alleg. & sequitur idem Dominus de Ponte *in tract. praedicto fol.* 481.

Eidem nu. cum nu. 2. Adde an Episcopus possit depascere sua animalia in eius Diecesi, Vide Ann. Sen. *in sing.* 365.

An clericus ciuis possit eius animalia depascere, Frec. *in loco citato nu.* 4. *ad fin.* tenet, quod sic, quia clericus pro vsu pascuorum reputatur, vt ciuis, Marant. *in suis sing. in ver. clericus fol.* 21. Adde, quod Capiblanc. *in tract. de Baronib. fol.* 270. dicit, quod clericus debet gaudere omnibus praerogatiuis, & commoditatibus, quibus vtuntur alij ciues; sed de veritate videndus est omninò D. Garsia Mastrill. apud me magnae authoritatis *in decis.* 49 *per totam*, & ad hanc decisio. vide eundem Capiblanc. *in dict. tract. fol.* 257. 258.

Vide Mangrell. *ad Bar. in l.* 1. *ff. ad municipal.*

Officialis Doctor, Intrigl. *sing.* 87. vel Miles, an dicantur ciues illius loci vbi degunt; Vide Paridem *de synd. in ver. ciuilitas*, Ann. Sen. *in sing.* 136. *& in d. sing.* 365. Capyc. *in decis.* 209. *num.* 31. Loffred. *cons.* 4. *num.* 7. Boer. *decis.* 260. *nu.* 18. *cum seq.* & quid in beneficiato *ibi nu.* 20. 21. Mangrell. *ad Bar. in l. municipes §. miles. ff. ad municipalem* vbi loquitur in milite, Carau. *in Ritu* 301. *nu.* 21 22. Episcop. Minorens. *in ver. Iudex fol.* 126. *a ter.* qui loquitur in Iudice, Adde quod officialis dicitur, & venit appellatione ciuium, secundum Oliuam *in Rit.* 5. *Cur. Archiep. Neap. nu.* 2. *& vide* Intrigl. *in sing.* 97. qui loquitur in Doctore, & paulò infra d. add. ibi qui loquitur in Iudice, & Capliblanc. *in d. tract. fol.* 272. *num.* 4.

Ciuis ad hoc, vt dicatur alicuius loci, an sufficiat esse ibi natum per transitum; Vide Doctores *in l. huiusmodi §. legatum ff. de leg.* 1. Ripam *de peste* 2. *p. numer.* 182. *cum seqq. fol.* 9 Cagnol. *in rub. ff. de origine iuris col. fin. fusius* Boer. *in dec.* 13 *à numer.* 51. *cum seq.* Gramm. *decis.* 102. *numer.* 112. *& seque.* Vrsill. *in decis. Afflict.* 384. Menoch. *cons.* 80. *num.* 11. *& sequent. volum.* 1. Buriat. *cons.* 36. *num.* 10. 15. 16. *vol. omninò* Doctiss. Mascard. *in tract. de probat. conclus.* 1141. *vol.* 3. ex quorum omnium dictis potest inferri si natus Neap. per transitum efficiatur ciuis Neap. vt possit vti priuilegijs Neapolitani; Vide Io. Bap. Cost. *in tra. de retrotract. fol.* 21. *n.* 16. *& multa fol.* 245. & in materia Campan. *in c. regni in singulis.* 13.

Et an ciuis aggregatus in aliqua ciuitate possit, & debeat admitti ad officia regiminis dictae ciuitatis, Vide Marant. *in cons.* 103. hinc ciuis efficitur quatuor modis secundum Iacob. Menoc. *in tract. de praesumpt. lib.* 6. *cap.* 30. *num.* 13. *& de arbitr. iudic. casu* 584. *nu.* 5. 6. videlicet origine, manumissione, adoptione, & electione, & *à nu.* 6. *cum seq. declarat*, & Vide Mart. *in voto* 186. *&* 199. & ciuis praesumitur esse illius ciuitatis, in qua reperitur secundum Menoch. *in d c.* 30. *n.* 5.

Ciuis Neap. quis verè dicatur, Vide Carau. *in Ritu* 301. *à numer.* 16. *cum infinitis seqq.* & Mangrell. *ad Bart. in l. libertus §. sola domus, ff. ad municipal.* & quis habitator Vrsill. *vbi supra nu.* 5. Viuium *infrà alleg. num.* 23.

Qualiter autem probetur aliquem esse ciuem alicuius loci; Vide Mascard. *in d. conc.* 1141. & Calà *de modo articulan. fol.* 211. *à ter.*

An ciues facti ex priuilegio dicantur veri ciues, Boer. quod sic *in d. decis.* 260. *num.* 23. Sed Rol. à Valle *cons.* 79. *in primo dubio* consuluit, quod non, quia appellatione ciuium strictè veniunt originari non ex priuilegio, & consequenter non possunt gaudere immunitate concessa ciuibus, & multa ponit in materia *in d. consil. per totum*, Vide Caualc. *in repert. decis. in ver. ciuis*, & Magon. *decis. Florent.* 60. *nu.* 4.

Sed quis dicatur ciuis, incola, & habitator, seu habitans; Vide Carau. *in loc. cit. numer.* 16. 22. *cum seq.* Couarr. *pract. quaest. cap.* 37. *post numer.* 1. *ver. qui dicantur ciues post* Felin. *in cap. quoniam numer.* 1. *in fin. de offic. ordinar.* Vrsill. *in d. decis.* 384. *num.* 6. & Foller. *in ver. audiantur excusat. numer.* 114. *fol.* 92. *in nouis*, qui loquitur in habitatore, & habitante, & referunt casum de facto, & Menoch. *de praesumpt. lib.* 6. *cap.* 42. vbi loquitur de habitatore, & incola. Marcell. Calà *de modo articulan. fol.* 9. *num.* 70. qui loquitur de incola, Petr. Piccol. *de forma apprat. nu.* 137. 139. *&* 142. qui de ciue, aduena, & incola loquitur, Decian. *in tract. crim. lib.* 4. *c.* 17. *tom.* 1. vbi late loquitur de origʼnario, & multa ponit de ciue, & incola Franc. Viui. *in opinio* 203. *par.* 1. *secundum nouissimam editionem* aliqua remissiue Rouit. *in pragm. prima in princ. de cessio. bonorum*, *decis. Perus.* 3. *nu.* 17. 18.

Ciuis nouellus qui dicatur, Vide Rom. *sing.* 74. *vbi add. cons* 228. *ante nu.* 9. & 491. *vbi Mandos.*

Quomodo ciues depascere debent nemora demanialia; Vide omninò Ann. Sen. *sing.* 80. *& in pulchro casu hunc Dominum infra decis.* 489. *in fin.* & Capiblanc. *in d. tract. fol.* 256. *num.* 16. *& sequent. & fol.* 267. *num.* 74. *& seq.*

Num. 411. Vide Vrsill. *in decis. Afflict.* 400. Ann. Sen. *sing.* 81. 82. *cum addit.* Rotam Bonon. *in decis.* 70. Viuium *in opinio.* 916. *&* 953. *num.* 13. *par.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 295. *col. fi.* 318. *nu.* 3. 395. *num* 3. *col.* 1. post Menoch. *de arbitr. iudic. casu* 1 6. *decis Pe de m* 99 *nu* 39 Mascard. *in conclus.* 1414. *volum.* 3. Borrell. *cons.* 75. *in fin. omninò* Farinac. *in tit. de opposit. contra testes quaest* 60. *illat.* 17. *à numer.* 495. *cum infinitis seqq.* & Mart. *in voto* 199. & an ciues in causa criminali in testes admittantur, *ibidem nu.* 8.

Vide pulchram limitationem positam per Alexand. *cons.* 49. *sub num.* 15. *volum.* 5. quem refert Marant. *in suis sing. in ver. bona Vniuersitatis fol.* 9.

Num. 12. *dum alleg. Ripam, & num seq.* Adde Borrell. *in cons* 9 *num.* 13. *& seq.*

Num. 19. Adde Episcopum Minorens. qui hunc locum alleg. *in ver. barones ver.* 7. *fol.* 21. Vide Capic. *in inuest. feud. in ver. feudorum clausula ver. Principes fol.* 121. *& ver. domini fol.* 123. *& iterum fol.* 283. & ad totam decis. vide Petram ad Capyc. *decis.* 152. & Capiblan. *in d. tract. fol.* 272. *num.* 6. *& seq.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *De materia pascuorum, & quantum possit Baro circa fidem territoriorum suorum, & num.* 2.
2 *Locatio pascuorum communium, an valeat in soluendo credita populi si omnes habentes ius pascendi non assentiant.*
3 *Alienatio terrarum publicarum absque licētia, quando valeat, & quae sint obseruanda.*
4 *Licentia, & assensus Regis, quando praesumantur.*
5 *Appellatione licentiae in qualibet dispositione intelligitur de expressa.*
6 *Ius pascendi an mutari possit ex vtilitate publica.*
7 *Territorium publicum pascuo destinatum, an possit dissaldari.*
8 *Dominus territorij seruientis, potest ad culturam reducere ipsum territorium.*
9 *Ciues an testificentur pro Vniuersitate litigante cum Barone.*
10 *Quid in causis paruis.*
11 *Quid in Ciuibus Neapoli degentibus.*
12 *Syndicus non potest Consyndicum suum in testē producere,*

Ciues

13 *Ciues an possint astringi ad deponendum contra propriam Patriam, & Vniuersitatem.*
14 *Distinctio recensetur testes pro vniuersitate incolas ...ernens.*
15 *In pascuis antiqua consuetudo, & immemorialis seruitutis præscriptio requiritur.*
16 *Ciues an testificentur pro Vniuersate.*
17 *Distinctio ponitur circa propositam quæstionem.*
18 *In arduis negotijs omnes adesse debent, nec alij pro alijs admittuntur num. seq. 19.*
20 *Vniuersitatis pars maior non reuocat actum per totam Vniuersitatem factum.*
21 *Bonorum Communium dissaldatio ad quos pertineat.*
22 *Vniuersitas dicitur possidere, licet singuli de vniuersitate pasculent.*
23 *Vniuersitas potest alienare bona à particularibus vniuersaliter possessa, nisi ad publicum vsum sint destinata.*
24 *Sed quæ solemnitates in tali alienatione requirantur.*
25 *Baro qualiter se gerere debeat.*
26 *De Baronum potestate.*

1 AD hanc decis. adde † de materia pascuorum,
& quantum possit Baro circa fidem suorum
territoriorum, latissimè, & an relicto solum
vsu, vel extra vsum vassallis, & de alijs in-
2 frà Præsidentem *dec.* 301. Adde ad hanc decis. an † va-
leat locatio, vel arrendatio pascuorum communium,
pro soluendis creditis populi, si omnes habentes ius
pascendi non assentiant, vt *in l. in concedendo, ff. de
aqua pluu. arcenda;* Dic quod non valet, nisi Regis
assensus interueniat pro breui tempore, & minus de-
cennio Andr. Ifern. *in tit. Quæ sint Regalia, in princ. arg.
text. in clem. 1. de Rebus Eccles. non alienandis.* Quan-
3 do † autem valeat alienatio Terrarum publicarum,
absque Regia licentia, & quæ sint obseruanda, videnda
sunt notata *in l. fin. C. de venden. reb. Ciuit. lib.* 11. Ale-
xand. *cons.* 1. *vol.* 4. & Bertran. *consil.* 266. 1. *vol. Assen-
sus,* & † quando licentia Regis, quæ nunquam præsu-
mitur, requiratur à iure, expressè Paul. Castr. *cons.* 48.
Felinus, *in cap. sicut. de re iud.* Alex. *d. Cons.* Corset. *ver-
bo licentia.* Archid. & Io. Andr. *in c. Abbatem, de ele-
ction. in 6.* Apostill. ad Abb. *in cap. licet, de Reg.* Petrus
Raciend. *in Dictionario, in verbo authoritas,* & Dec.
consil. 38. *vol.* 1. qui communiter dicunt, non præsumi,
5 † & quod in qualibet dispositione appellatione licen-
6 tiæ intelligitur de expressa. † An ius pascendi, muta-
ri possit ex vtilitate, vel causa publica, dico infra decis.
7 hac, sed † quod territorium pascuo dedicatum dissal-
dari possit ex causa testamenti, *l. presens, C. de seruit. &
aqua,* Cassan. *in Consuetud. Burg. rubr.* 13. §. 2. *Clo.
Isaye de bos.* Decius *cons.* 244. *vol.* 2. elegantissimè Ro-
deric. Soarez, *alle.* 15. *in fin.* maxime si non læditur gra-
8 uiter ius pascendi. Adde omninò, quod † dominus
territorij seruientis, potest ad culturam reducere ipsũ
territorium seruiens, omninò Crauet. *consil.* 292. Affl.
decis. 290. & Ioannem Coppen. *in decis. Saxonia,* 15.
9 *incip. Contentio in his, fol.* 30. Ad num 4. Adde † an
Ciues possint esse testes pro Vniuersitate, quando liti-
gat cum Barone, quod non, nisi sint Clerici, vel Mona-
chi, & de eorum dictis reseruatur ratio habenda; latis-
10 simè Anna. *Sing.* 82. *Ciues* aliàs † secus, etiam in causis
11 paruis grauaminum, non modo pascuorum, † eodem
modo Ciues admittuntur [illegible] Neapoli degunt, & in ex-
pensis non contribuant contra Baronem. Idem Anna
Sing. 81. *Ciues.* & Menoch. *de Arbitr. iud. lib.* 2. *Cent.*
2. *Casu* 106. & Roman. *in lib. conclus. de probationib.
conclus...* Ad nu. 6. Nicolaus de Vicarijs vocatus Mo-
narcha, *in Commento Pragmaticarum Trossi.* Ad
12 hunc num. 8. adde, quod † Syndicus non potest Con-
syndicum suum in testem producere. Tolosana *dec.* 18.
13 Sed an Ciues possint astringi ad deponendum contra
suam Vniuersitatem, & patriam. Francisc. Marc. *decis.*
14 *Delphinatus.* 93. *p.* 2. & quod † testes de Vniuersitate
in causa vniuersali, quo [illegible] authoritatem, sed singulorũ,
quo ad vtilitatem admittantur, Francisc. Marcus *dec.*
489. & Osascus *decis* 99. *nu.* 39. Adde de hoc dicto, in
verbo, percipient, omninò Antoninum Thesaurum
decis. Pedem. 71. & *decis.* 72. & vide quæ dico *infra,
decis.* 301. & vide Franciscum Marcum *decis. Delphi-
natus,* 84. 209 223 Menoch. *de Arbitrariis iudicum,
Casu* 245. *lib.* 2 Borgnin. *de Contract. decis.* 4. Boer. *dec.*
15 145. & Mysing. *obseru.* 54. *cent.* 4. qui † antiquam con-
suetudinem in pascuis, & immemorialem seruitutis
præscriptionem requiri dicunt, de quo Crauetta, *consil.*
16 292 & Menoch. *cons* 21. nota ad hunc num. 10. † de
Ciuibus, an possint esse testes omninò, *vide inf. decis.*
301. & Annam patrem, *Sing. suo... in verbo. Testes,* &
17 Annam filium, *cons.* 59. *vol.* 1. & hæc † distinctio
in effectu magis recipitur, quod in his, quæ sunt com-
munia pluribus, vt vniuersis, ipsi Ciues probent, in his
vero quæ communia sunt, vt singulis, vt in pascuis, &
nemoribus, quod non, Ita post allegatos Guid. Pap. *dec.*
193. & 573. Benintendius *dec.* 70. Nouissimi ad Afflict.
dec. 400. *Sing.* 958 Abb. *cons.* 16. Sed de testib Ciuib. re-
cipiendis Bart. de Capua, *Sing.* 4. Gerardus, *Sing.* 24.
Menoch. *de arbitr. iudic. casu* 106. *lib.* 2. & Rolan. *cons.*
72. *vol.* 2. Ad num. 15 adde, *de l. quod maior,* Præsiden-
tem *dec.* 2. *supra,* & omninò Afflict. *dec.* 15. vbi nouissi-
mi. & Franciscum Marcum *decis. Delphinat.* 889. &
18 Capic *dec.* 4. *nu.* 6. & *seq.* & adde † quod in negotijs
19 arduis omnes debent adesse, nec † alij pro alijs de-
bent admitti, vt in terminis compromissi faciẽdi, Cor-
20 set. *in Singularibus, verbo, Compromissum,* † nec
maior pars Vniuersitatis potest reuocare factum per
21 totam Vniuersitatem, nemine discrepante. Crauet.
cons. 45. *nu.* 8. & 132. *vol.* 1. & 195. & † dissaldatio siue
ingetbidatio bonorum communium ad quod perti-
neat vel quomodo diuidi debeant, Aimon. *consil.* 54.
& Mendocius *cons.* 80. *omnino, vol.* 1. & Capic. *decis.*
151. *vt supra,* & *dec.* 148 & de tota materia, *l. quod ma-
ior,* vide Franciscum Marcum *dec.* 899. 2. *part.* Corset.
in Sing. in verbo, Vniuersitas, & omninò Fiuizan. *dec.*
22. *nu.* 12. *par.* 2. vbi quod Vniuersitas dicitur posside-
re, licet singuli de Vniuersitate pasculent, & possideant
23 bona à particularibus in vniuerso possessa, nisi ad
24 publicum vsum sint destinata. † Sed quæ solemnitas
requiratur in tali alienatione, Bart. *in l.* 1. &
toto tit. de vend. reb. Ciuit. lib. 11. Menoch. *d.
casu* 80. & Rola. *consil.* 90. *vol* 1. † Baro debet
esse tamquam Pater non tamquam Lupus, sed Pastor,
nec debet vexare vassallos, sed osculari ob charitatem
tamquam filios, cũ honestate, & castitate. Sed late vide
Campaniam *in cap. Regni Grauamina, post Paridem,
in tract. Syndicatus, in tit. De Excessib. Baronum* Sed
26 † quæ possint facere Barones, & à quib. abstinere de-
beãt satis dico *in tract. De Barone, & vassallo, Deo dan-
te de proximo imprimendo,* vbi multa decisa, cumula-
ta, reperies a S. C. & alijs Tribunalibus, suo loco, &
tempore, & vide Capoblan. Doctorem Muri, iuuenem
mihi charissimum, qui breui (vt audio) publici iuris est
facturus Annotationes ad Pragmaticas de Baronibus,
& Regentem Tappiam *in Pragmatica Baronum.*

ADDITIO D. RICII.

VEnditio fructuum nemoris ab vniuersitate an fie-
ri possit inuito, & contradicente Barone tam-
quam primo ciue eius vniuersitatis. Adde Auendan.
de exeq. mandat. c. 12. *num* 25. vbi non meminit de hac
decis.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Baro an sit propriè ciuis ratione vtilis dominii loci.*
2 *Resoluitur affirmatiuè, & improbatur Cou. & an gaudeat nemoribus vti duo ex ciuibus, & refellitur D. Capiblanc.*
3 *Baro an habeat ius pascendi in nemoribus, in quibus vniuersitas ex priuilegio habet herbagia, & reijcitur D. Prases.*
4 *Vniuersitas pro solutione debitorum, an possit locare, aut vendere defensam inuito Barone, vel dissentiente minori parte ciuium.*
5 *Expenditur circumstantia decisionis, & recensentur contradicentes, & restrictio Rendell.*
6 *Pascua an sint communia ciuibus vti singulis.*

1 INsignium articulorum inspectionem requirit hæc decisio, & in primis videndum, an Baro sit propriè ciuis, & videtur negandum, quia non subit onera vniuersitatis, vt D. meus *nu.* 17. Boss. *in tit. de Princip. nu* 363. & adeo verum est, quod tenetur vti bona tenens pro allodialibus, quæ possidet in territorio Antibol. *de muner. & honor.* 3. *p.* §. *quæro nu.* 95. *vers. Tenetur.* Gannauer. *dec.* 30. *nu.* 10. Et Baro si non habitat, quod non gaudeat vti ciuis tradunt Auendan. *de exeq. mand. c.* 4. *nu.* 15. Rouit, *pragm.* 12. *de Baron. num.* 5. & Couar. *pract.* 90. 37. *nu.* 7. firmat quod Baro habeat ius pascendi vti primus ciuis in nemoribus Vniuersitatis in loco habitet,

Contrarium verius probatur ex *l. municipes,* §. *fin. ff. ad municip. l.* vbi miles est ciuis vbi militat, & ex Bar. *in l. obseruare,* §. *proficisci nu.* 12. *ff. de offic. proconsul.* vbi docet quod potestas est caput ciuium Ciuitatis, vbi est potestas, & Bar. *ibidem* eo quod sit primus ciuis dicit Frecc. *lib.* 2. *de subfeud. auth.* 46. nec Baronis ciuilitas causatur ab habitatione, sed à dominio feudali, Boer. *dec.* 260. & *pragm.* 12. *de feud.* Baronem vocat ciuem, ibi Rouit & D. meus *nu.* 1. & præcedit ciues, quia habet dominium vtile rei, & habet principalem partem rei, nec fictio facit ciuem deterioris conditionis, dum est verus ciuis approbatus à lege, & ficta non differunt à veris, & perbelle probat Gannauer. *vbi sup. nu.* 12. & *seqq.* & restrictionem Couar. putantis eatenus Baronem habere ius pascendi in nemoribus vniuersitatis, quatenus in loco habitet dicti Authoris placitum confutat Cancer. *par.* 3. *var. cap.* 4. *de seruit. nu.* 63. quia veritas est quod ratione iurisdictionis habet illud ius, & si illic habitaret, non necesse esset dominiũ territorij ad vtẽdũ illo iure, Val. *de iur emph. q* 8. *n* 43.

Aduertendum benè verum est, quod D. Capibl *in pragm.* 12. *de Baron. nu.* 192. dixit ex Freccia quod Baro debet gaudere nemoribus, & pascuis vti duo ex ciuibus, sed contrarium probat, & decisum testatur per R.S.C Gannauer. *dec.* 37. *nu.* 3. quod solum gaudeat vti vnus ex ciuibus.

Inquiritur an Baro vti primus ciuis habeat ius pascendi in nemoribus, in quibus Vniuersitas ex priuilegio non tenetur soluere ius herbagij, & ex Parid. *in tract. de Syndicat. vers. ciuilitas in c. statutum, vers. quæ nota affirmat* D. meus *num.* 13. sed Reg. Galeot. *contr* 67. disputat articulum, & in fine tradit decisum contra Baronem, addo Nouar. *in collect. super pragm.* 12. *de Baron. nu.* 12. Rouit. *super ead. pragm. nu.* 5. id probat ex verbis pragm in quibus Baro, & tanquã primus ciuis in terris suæ iurisdictionis.

Potissima disputatio fuit; an Vniuersitas conuocato cõsilio ad se redimendũ ab ære alieno, prout fiscaliũ, possit vendere defensam, vel locare pascua inuito Barone, aut dissidente minori parte ciuiũ, & contra Baronem depugnat, & iudicatum refert D. meus, cui nũcupatim adhærent Capibl. *to.* 2. *de Baron. c.* 81. *n.* 29. Mastrill *dec.* 49. *per tot.* Cost *de port. rat. q.* 159. *n.* 11. Rendell. *de pascuis p.* 3. *c.* 5. *vers. Vtilem q.* & *vers. Iterum principale quæsitum* Gannauer. *in cit. dec.* 37. *per tot.* vbi ita iudicatũ testatur in R.S.C. non posse impedire locationẽ nemoris oppositionẽ Baron. qui probat quod ea quæ sũt Vniuersitatis nõ sunt singulorũ, §. *Vniuersitatis de rer. diuis.* & regula illa, vt in re cõmuni melior sit conditio prohibentis procedat in condomino rei tẽporalis, non autẽ quando singularis habet vsũ rerũ, quæ sunt vniuersitatis, nã illa res non est in bonis ipsius, nec cõpetit vtenti ratione dominij, sed iure Ciuitatis, *l.* 2. *C. hoc interdictum, ff. ne quid in loco publ* & dicitur vsus nõ cõpetit iure proprio aliàs nõ liceret Vniuersitati vendere, sed vsus est contingens, & dependens à mutabili volũtate Vniuersitatis, ad hęc in actibus necessarijs, qui fiũt ad occurrendum imminentibus necessitatibus, maior pars præiudicet minori, *l. quod maior. ff. ad municipal.* Innoc. & Felin. *in c. cum omnes de constit.* Reuert. *dec.* 432. insuper Baro se debet habere erga subditos, sicut pater erga filios & Guid. Pap. *dec.* 631. modo repugnãdo venditioni non debet consequi Baro emolumentũ, quod nec veri ciues consequuntur, qui vt contracta per cõmunitatẽ debita soluant, proprio vsu pascuorũ priuantur, tandẽ consideratũ fuit, quod cum venduntur pascua, tunc ex pretio de venditione redigendo omnes de Vniuersitate sentiũt cõmodũ, tã diuites, quã pauperes, & secus esset si defensa remaneret pro vsu ciuium, quia ex hoc vsu habentes animalia sentirent cõmodũ.

Obseruandum autem est quod in exẽplo decisionis, quod Baro non possidebat in territorio Ciuitatis bona burgensatica, hinc ponderatũ fuit, quod Baro non contribuebat in collectis, & nihilominus pretendebat participare cõmodũ, quando Ciuitas grauabatur ære alieno, & fundata demũ fuit decisio in possessione vẽdendi & locandi pascua in qua erat Vniuersitas.

In hac difficultate quod sentio dicã alibi interim indicabo scribentes in contrariũ Rip. *resp.* 5. *de iurisd.* & *imper.* Surd. 65 *l.* 1. Capyc. *dec.* 152. pleno calamo D Fagnan. *in c. cum in cunctis de his quæ fiunt à maior. par. c. a n.* 8 qui confutat Mastrillum.

Vniuersitatem posse vendere fructus pascui, dũmodò ciuibus qui tenent animalia locus remaneat pasturæ intelligit Rip. *resp.* 22. *alias* 93. *lib.* 1. cum sit vsus naturalis, in quo esset iniquitas ipsis ciuibus, omninò prẹiudicare, & ex capite iniquitatis posset infringi quidquid ordo decurionum contra decreuerit, responsum Ripe magnifacit Plotus *tit. de in lit. iur.* §. 50. *num.* 33. Rendell. *vbi sup. vers. vtile quæsitum,* & *in vers. principalem conclusionem intellige.*

6 Pascua an sint communia ciuibus vti singulis, vel vti vniuersis ingens quæstio est, ita quod Capyc. *dec.* 152. difficilem reputauerit vt ausus non fuerit illam decidere, sed negligentiæ imputat Gannau. *vbi sup. nu.* 32. & firmat quod singuli de ciuitate in materia pascuorum sunt testes habiles, quia habent commodum in consequentiam, quæ non attenditur *l.* 1 *ff. de author. tut.* Cancer. *var. p.* 1 *cap.* 20. *num.* 6. sed affectuosi bene verum sunt iudicandi, singulis autem non permittitur agere, nec excipere respectu sui vsus proprio nomine, *c. causam il* 1. *de iudic.* Menoch. *de arbitr. cas.* 106. *n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale an succedat expositis morientibus ab intestato, & de veritate, nu.* 5. *cum succedit, non iure hospitalitatis, sed iure collegialis societatis, & de veritate, nu* 4.
3 *Collegium succedit collegiato defuncto absque agnatis, & cognatis.*

6 *Nutri-*

6 *Nutritor dicitur etiam ille, qui colligit expositum.*
7 *Expositos suscipiens, aliquod ius personis eorum non vendicat, sed liberi erunt, & sibi ipsis acquirunt.*
8 *Expositis, Hospitalia ius succedendi non acquirunt.*
9 *Expositi licet vocentur filij Hospitalis, vbi exponuntur, tamen hac populi loquela non facit ius.*

DECISIO CXCVIII.

Hæres expositis morientibus, absque liberis quis esse possit, & an Hospitale, in quo enutritus fuit?

DVbitatur, an Hospitale succedat expositis, ab intestato morientibus absque filijs? su-
1 per † qua dubitatione Bald. *in l. si qua illu. C. ad Orficianum*, loquens in Hospitali S.
Mariæ Misericordiæ dicit quod Hospitale succedit. meminit de Bald. Cagn. *in regula, quo tutela*. Mouentur Bal. *ex glo. in d. regula*, quæ dicit, pupillo ab intestato morienti, etiam maiore effecto, deficientibus agnatis, & cognatis, succedere tutorem, excluso fisco, sed dicebatur. Baldi opi. non posse hoc simili iuuari, quia simile prædictum non est verum; ex quo contra gl. tenet ibi per Bart. *per l. primam. C. vnde vir, & vxor*, & opin. Bar. esse communem, dicit *ibi* Cag. & Mainer. *col. fi. ver. postremò, qui cæteros allegant*. Non enim reperitur descriptus hic modus succedendi inter alios inductos de iure ciuili, & prætorio, vnde non est sine lege inducendus. Guliel. Bened. *in rep. c. Rainutius, in ver. & vxorem nomine Adelasiam. num. 818. ver. pariter fiscus, fol. 126. 1. col.* tenet cum Bald. *in d. l. si qua Illustris*, non ex simili prædicto, quod ipse dicit, non esse verum
2 † nec ratione hospitalitatis, sed iure collegialis societatis, quasi velit dicere, quod ex receptione expositorum in Hospitali, inducatur, & fiat inter eos collegium, & collegium succedere postea ipsi exposito defuncto,
3 † exemplo aliorum collegiorum, quæ succedunt collegiato defuncto absque agnatis, & cognatis, vt dicit Nico. de Vbal. *in tract. de succes. ab intesta. vltima par.* quem etiam ibi refert, & sequitur Guliel. Bened. sed responsum fuit similiter, hanc rationem Guliel. non
4 subsistere, † nam non est verum, quod isti expositi habeant collegium, nec hoc nomen collegij in eos cadere potest, imò in dies videmus, ipsos effectos maiores, ex hospitalibus exire, & quò volunt, accedere, & artes eis melius placitas addiscere, nec vnquam inter se congregantur, prout est de natura collegiorum. quæ collegia in hoc Regno nunquam vidimus admissa ad successionem, cum bona vacantia ad Regium fiscum pertineant. Vnde ex his apparet, † opin. Baldi remanere sine lege, & absque rationibus, & solum eam sequi Guliel. Bened. & nouissimè Peregrin. *de iur. fisci lib. 4. tit. 3. sub rub.* Imò videtur, quod contraria opinio sit verior. dicit enim text. *in leg. nutritoribus C. communia de success.* nutritoribus nec ciuili, nec prætorio iure hæreditatem nutritorum deferri, † vbi gl. exponit nutritorem, etiam eum qui collegit expositum. *l. fin. C. de infant. expos.* & per illum text. hanc opin. tenet Paul. de Castr. *in d. l. nutritorib. licet* de Bald. *in d. l. si qua Illustris*, non faciat mentionem, idem tenet Floria. *in l. hæc autem. in fi. ver. non tamen, ff. de his, qui deiec. vel effud.* & Anton. de Rosel. *in tract. de succes. ab intesta. in cap. ad vnum etiam, num. 196. ver. vnum non prætereibo, fol. 245. volum. 8. Tract. antiquorum* allegat Host. & Zabarel. adhoc Thes. *in decis. 118. in fin.* qui hanc opin. licet perfunctoriè tenet Ant. Gomes *in l. 8. Tauri num. 24. ver. item adde vbi loquitur*, quod tutor non succedit pupillo, & in ver. item etiam, quod nec succedit nutritor, nec qui expositum colligit *fol. 39.* Beat. *in tract. de decim. tut. iur. Hisp. pres. c. 33. nu. 14. ad idem text.*
7 *in c. 1. de infantib. & langu. in fin.* dum dicit, † suscipientes hoc expositos, in eorum personis, aliquod ius non vendicare, vbi gl. dicit, quod liberi erunt, & sibi acquirunt, & Petr. de Anch. sumit notabile ex illo text. quod est quintum, loquens in Hospitali Sanctæ Mariæ,
8 † quod Hospitalia non acquirunt ius succedendi istis expositis, idem tenet ibi Anania, *in 5. notab.* & ponderat ad hoc gl. prædictā *in d. l. nutritoribus*. Nec obstat,
9 quod † nutriti vocant nutritores patres, & sic expositi vocantur filij illius Hospitalis, vbi exponuntur, & nutriuntur, quia populi loquela non facit ius, vt dicit Bald. *in d. l. nutritorib. in final. verb.* Audiui, quædam Hospitalia esse in hac quasi possessione succedendi mandaui ego debitoribus, quod facerent depositum, quod postea liberaui Hospitalibus prædictis cum cautione de restituendo in forma. Nec aliter fuit decisus punctus principalis.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde quod quis tenetur expositum alere; Vide Thesar. *dec. 118.* & ibi Doctiss. Senat. filium *in suis addit.* qui post Iacob & Menoch. refert pœnas contra infantium expositores, & testatur quamdam mulierem, quæ proprium filium pannis inuolutum in quadam Cappella Campestri exposuerat ob frigus, per Senatum fuisse fustibus cęsam.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *An sit pœna inferenda exponentibus infantes.*
2 *Expositus qualiter formet libellum contra exponentē.*
3 *Expositus an liberetur à patria potestate, & vt pater priuetur patria potestate hoc casu, qua, & quot requirantur n. 5. & pariter requisita qualitates sunt probanda. nu. 6.*
4 *Expositus subiacet foro loci, in quo est hospitale, ad quod fuit expositus.*
7 *Infans expositus, à quo alendus, & nu. 8.*
8 *Infans expositus an reijci possit.*
9 *Expositi in eo loco dicuntur ciues, in quo fuerunt expositi, & monachi eius Ciuitatis, in quo fundatum est eorum Monasterium.*

AD hanc decis. adde † an sit pęna inferenda exponentib. infantes, Bossium *in tit. de homidijs, nu. 7.* Clarum, *in §. fin. q. 83. ver. partum exponens.* Menoch. *de arbit. lib. 2. casu 396. incip. Parentum magna est in reiectas.* Doct. *in l. necare, ff. de liberis agnoscendis, & in l. 1. C. de infantibus expositis, vbi* Moderni, Speculator *in tit. de Acto-*
2 *re*, † qualiter expositus formet libellum contra ex-
3 ponentem; † & an expositus liberetur à patria potestate, tàm si pater consentit, vel quàm si non consentit, Speculator *in tit. de infantibus expositis*, & DD. *in c. 1. eod. tit. in Decretalibus*, quod † autem expositus sit subiectus foro loci, vbi est hospitale, ad quod fuit expositus, Ang. *in l. hæres absens, §. 1. num. 6. ff. de iudicijs, & in l. 1. ff. ad municipalem, l. si qua illustris, nu. 17. C. ad Orficianum, in l. nutritoribus. C. Communia de successionibus, & in Auth. Omnes peregrini*, Alex. de Neuo ad Abb. *in d. cap. 1. num. 3. dicit non succedere.* Vide Antonium Gomez. *in lib. 8. Tauri, num. 24.* & nouissimè Boerium *in tract. de Decim. tit. de iure Hispania*
5 *præstand. c. 33. num. 4. cum seq.* Quod † autem vt pater priuetur potestate patria, requiratur, vt filius expositus sit infra septennium, & legitimus, quia alias non esset
6 in potestate patris DD. *in d. c. 1.* & quod dictæ † qualitates requisitæ sint probandæ, Clarus, *in §. fin. q. 66. vers. sed quid si pro parte. & 85 ad* Bonacoss. *99. Crimina, verbo, qualitas.* & idem Clarus, *q. 79.* Catellianus Cotta *in Memorab. suis, in verbo, Qualitas.* Villalobos *lib. communium, in verbo qualitas*, & Suarez. *lib. Re-*
7 *ceptarum Sententiarum, litera V. num. 4.* † Quis autem debeat alere infantem expositum, & de alijs Anna *Sing. 185. verbo expositi.* Thesaurus *in decis. Pedemont.*

*mont.*118 An † autem si infans exponitur possit reijci, & repelli, habui in facto in causa Valuæ, quia Dominus Baro inquisiuit Syndicum, & Decuriones, qui expositum exposuerãt, & quia expositus non probabatur ex eadem terra ortus, cui poterat dici, cui pater est populus, fuerunt liberati. De alimentandis istis, quis teneatur, & pro quanto, nouissimè Costa *de Ratione rata, q.9. omnino videndus*. Et quod † infantes expositi sint ciues illius loci, seu patriæ vbi exponuntur, ibique gaudeant, priuilegijs, & commoditatibus tàm in neoribus, quàm in alijs, Boer. *decis.*13.*nu.*41. & sic Monachi sunt illius ciuitatis vbi fundatum est monasterium, Francus *in cap. fin. de offic. deleg. num.*6. & Anna *Sing.*185.

ADDITIO D. RICII.

HÆres expositis morientibus absque liberis quis esse possit, & an hospitale, in quo enutritus fuit. Ad hanc decisionem adde Tartaglia. *in prag. fin. de compositionibus cap.*2.*num.*31. dicentem non valere gratiam à principe obtentam absque remissione illorum, ad quos spectat ius succedendi, & refert exemplum, quod in causa cuiusdam inquisiti in Magna Curia Vicar æ de stupro puellæ expositæ in Hospitali Sanctissimæ Annunciatæ opus fuit obtinere remissionem ab œconomis ipsius hospitalis, quod tamen reprobatur dictus Tartag. *per Paschal. de viribus patr. potest. cap.*1.*par.*2 *num.*73. subdens nullo iure cautum reperiri, quod hospitale succedat expositis, & peregrinis ex illis per eum ibi allegatis, immò, quod nutritoribus, & alumnis quibus huiusmodi hospitalia comparantur ius querelandi non competit, vt concludit Plaz. *in epit. delict. cap.*42.*num.*6.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Hospitale an succedat expositis ab intestato morientibus, & in partem negantem inclinat D. Præses.*
2 *Contrarium probatur à nouioribus.*
3 *Tutor an succedat pupillo: & negatiuè resoluitur contra Afflict. & Caualcan.*

1 REgia succedit controuersia, an hospitale succedat expositis ab intestato morientibus absque liberis, & vxore, opinionem contra hospitale videtur firmare D. meus licet non fuerit decisus punctus, & si refert audiuisse quædam hospitalia esse in quasi possessione succedendi.

In hac tamen controuersia negatiuam sententiam tenentes sunt Paul. de Castr. *in l. nutritoribus*. *C. commun. de success.* Thes. & alij quos recenset D. meus *nu.*6. qui in hanc opinionem inclinat ex *text. ind. l. nutritoribus*, & contra hospitale veriorem dicit sententiam Barry *de success. lib.*18.*tit.*5. *de success. intest. num.*8. & 10.

2 Contrariam opinionem tenent Bald. *in l. si qua Illustris, C. ad Orficin. nu.*1. Peregr. *de iur. fisci lib.*4. *tit.*6. *nu.*17. ita decisum in M. C. V. refert Tartagl. quem allegat Ricc. hic & Paschal. *de patr. pot. p.*2.*c.*1. *nu.*72. & hanc opinionem strenuè tutatur Capriol. *de success. ab intest. lib.*5. *c.*6.*nu.*17. & quod dicitur de hospitali idem de quolibet nutritore expositi, ex quo hic sibi patris nomen assumit post alios probat Perez. *de vniuers.* & Cappellan. *lib.*1.*cap.*21.*num.*76. imò si plures sint expositi vni nutritori quod succedant collectanei inter se defendit Gratian. *discept.*135.*nu.*31. & opinionem pro hospitali sequitur Alfons. de Leone *de offic.* Cappel *q.*4. *prax.*6. *num.*134. & hanc opinionem amplexandam pro bono publico, vt inuitentur Ecclesiæ ad subministrandum pueruli necessaria tradit Montan. *de regal. rubr. bona vacantia nu.*2.

3 Tutor an succedat pupillo alia quæstio est, & pro tutore sentit *glosa*, hic allegata *nu.*1. & tenet Afflict. *in cap. vnic §. bona vacantia nu.*7. *tit. quæ sint Regalia*.

Vtramque opinionem esse probabilem tradit Caualcan. *de tutore nu.*336. ita vt existimet hæreditatem diuidendam inter tutorem, & Fiscum.

Tutiorem existimo esse opinionem contra tutorem ex D. meo, & Spin. *de testam. tit. de iis, qui succedunt ab intestat. nu.*38. *Barry vbi sup. num.*12. qui miratur ignorantiam & audaciam contradicentium.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra defunctum in interdicto vti possidetis, non mandatur exequutioni contra hæredem, & ita olim ter iudicauit Sacr. Consil. num. seq. fallit tamen, nisi hæres possideat ex persona defuncti, & non alio iure nu.*5. & 7. *vbi dec.*
3 *Interdicta sunt in rem scripta, & sequuntur possessorem, & hæredem.*
4 *Sententia lata contra defunctum, licet mandetur exequutioni contra hæredem citatum, tamen hoc non procedit in sententia lata in interdicto vti possidetis.*
6 *Hæredis onus an sit de necessitate probandi, quod alio iure possideat rem, quam defunctus possidebat, contra quem fuit lata sententia.*
8 *Petitorium, & possessorium, quando à principio fuerunt deducta, & probata, & actor ante conclusionem in causa non suspendit petitorium, iudex debet super vtrumque, scilicet tàm super petitorium, quàm super possessorium iudicare, aliàs grauaret partem, & daret occasionem ipsi appellandi à sententia lata in possessorio.*

DECISIO CXCIX.

Exequutio sententiæ latæ in interdicto vti possidetis, an possit contra defunctum fieri, & contra hæredem, & quando concedi.

1 SEntentia † lata contra defunctum in interdicto vti possidetis, non mandatur executioni contra hæredem, quia alia est possessio defuncti, & alia hæredis, quia noua est. *l. cum hæredes. ff. de acq. possess.* & aliud est factum defuncti, & aliud hæredis, ita in specie tenet Innoc. *in c. abbate, de verb. sign.* Andr. & Ant. de But. potest enim esse secundum prædictos, quòd hæres possidens, non possideat, nec vi, nec clam, nec precario à petente, seu actore. Idem tenet Bal. in Margar. ad Inn. *in verbo sententia lata contra* ratione, quia est diuersum factum, de quo non est actũ. *l. de ea. §. si ff. ad exiben.* & *l. rem alienam. ff. de pig. actio.* & licet Io. Fab. *in §. retinendæ. Inst. de interdict. aliud senserit*, † tamen Sacr. Consil. ter iudicauit pro opinione Inn. occentij, vt per Afflict. *in decis.* 145. 345. & per Capic. *in decis.*1.*in* 1.*dub.* qui respondet dictis per Io. Fabrum. Vnde in causa hæredum Catelli de Iecza, cum Santulo de Guido, qui contra dictum Catellum obtinuerat, non videbatur esse recedendum ab eo, quod auctoritate Inno. Sacr. Consil. toties iudicauerat, non obstante, quod Parisius *in cap. veniens col. antepen. ver. aduerte insuper extra de præscript.* dicat decisiones prædictas Sacr. Consilij, esse dubitabiles,

3 † quia interdicta sunt in rem scripta, & sequuntur posses-

possessorem, & hæredem. quibus rationibus respondet etiam Menoch. *in tract. de adipisc. possess. in tertio remedio retin. poss. q. 101.* qui opinioni Sacr. Consilij adhæret, videtur etiam eam sequi Pisanellus *in addit. ad Afflict. in decis.* qui similiter allegat Viperanum. Doctorem Siculum, *in repet. l. 1. §. & parui, fol. 8. ff. quod vi aut clam*, & Soc *cons. 24. in 3. vol.* vnde dicit Capic.
4 *in d. decis. 1. in fine primi dubij*, † quod licet alias sententia lata contra defunctum, mandetur exequutioni contra hæredem citatum tantum, iuxta text. *in c. quia V. de iud.* vbi optimè Fel. quod hoc non procedit in sententia lata in interdicto prædicto, in quo factum hæredis censetur diuersum à facto defuncti, & licet sit factum hæredis iniustum, tamen non compescetur eadem sententia lata contra defunctum, & sic apparet, quod id quod dicunt nouissimi addentes ad Afflict. *in decis. 145.* quod Sacrum Consilium indistinctè facit, mortuo defuncto, citare hæredem ad dicendum causam, quare sententia lata contra defunctum exequutioni mandari non debeat, non videtur procedere ex prædictis in sententia lata in iudicio vti possidetis. dicebat tamen is, qui obtinuerat, Zabar. *in d. c. abbate,*
5 *col. pen. vers. oppono ad hoc*, intelligere † dicta Innoc. vbicunque heres non possideret ex persona defuncti, sed alium de possessione quesisset. Vnde in casu, de quo agebatur, non apparebat possessionem peruenisse penes heredem aliunde, sed heredes istorum bonorum possessionem cepisse, vt repertorum in hereditate defuncti, & sic ex persona defuncti possidere, videbatur, quod decisiones Inn. & Sacri Consilij non procederet. Accedebat predictis, quia ab hac sententia defunctus appellauerat, & hodie heredes prosequuntur appellationem, interpositam à sententia predicta per defunctum; vnde apparebat. quod ex eorum persona possessionem aliquam non quesiuerant, sed iuribus defuncti se tueri volebant, Capic. *in dec prima*, sentiens difficul-
6 tatem dicit, † quod licet Zabarella sentiat, esse onus de necessitate probandi per heredem de noua, & iusta possessione, tamen Inn. Io. And. & Ant. de Butr. ponunt hoc in possibilitate probandi, non autem in necessitate & quod pro opinione Io. fuerit iudicatum in Sacro Consilio. Dicebatur pro petente exequutionem, quod de decisione Zabar. in decisionibus relatis per Affli. nō fit mentio, & quod super ea non fuit facta discussio, & quod vere hic non habebat aliqua iura, nisi pretensa per defunctum, super quibus postquam erat iudicatum in iudicio possessorio, non debebat fieri aliqua difficultas; & insuper postquam in iudicio exequutionis, erat multo tempore disputatum, nec aliquid produxit, vel docuit heres de nouo iure suo, non solum debebat confirmari decretum latum super exequutione dictę sententię, sed etiā reproductis actis, & sētētia. condemnari heredes ad non perturbandum, ita dicit Menoch. *vbi supra, versic. dubitari etiam, nu. 833.* Discussis prædictis in Sacro Consilio † non potuit negari pro parte heredum, quod ipsi aliqua iura non habebant preter iura defuncti, quę prosequebantur, super quibus postquam erat iudicatum, & sententia erat lata in possessorio, & negotium erat de recenti, dicebatur, quod omninò erat mandanda exequutioni, nec erat indulgendum malitijs hæredum, & sic Sacrum Consilium iudicasse in hac causa, dubitauit tamen vnus ex Dominis, quod conuentus videbatur clare grauatus, quia postquam ex processu dicebatur apparere, quod à principio erat deductum petitorium, & possessorium, † & vtraque pars deduxit in hoc processu omnia, quę incumbebant, & actor ante conclusionem non suspendit petitorium, quod facere poterat, iuxt. *in c. pastoralis, cum ibi not. extra de caus. possess. & propriet.* Iudex debebat super toto processu iudicare, scilicet tàm in petitorio, quàm in possessorio, & non iudicare possessorium, & relinquere petitorium, quod cum non fecit, videtur dare conuento occasionem appellandi, & sic impeditur exequutio, allegauit in specie Bald. *in cons. 367. ad euidentiam pre-* *mittendorum, vol. 1.* de quo meminit Cacher. *in decis. 25. col. fi. vers. idem si appellandi occasio.* & quod granauerit, tenet Rota Romana *in 1. par. decis. de nouo impressarum in decis. 351. resolutum, fol. 112.* Sacrum Consilium viso, quod omnia deducta erant, & ex eodem processu iudicari poterat, quid esset faciendum, etiam accedente partium consensu, vt euitarent expensas, decreuit esse procedendum ad expeditionem causę ex eisdem actis; idem esset seruandum, quando esset sententia lata in vtroque iudicio, scilicet, supersedere in exequutione in possessorio, vt refert Puteus fuisse in Rota decisum *decis. 82. in vna Sabinensi.*

ADDITIO D. VISCONTI.

Sub num. 4. ibi quod Sacr. Cons. Vide *infra decis. 405. num. 8.* vbi addo alios in alijs tamen terminis.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra defunctum in interdicto Vti possidetis, non exequitur contra hæredem.*
2 *Quid probandum ad finem obtinendi in Vti possidetis interdicto, & nu. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*
3 *Interdictum hoc competit etiam contra dicentem se habere ius in re, vel possidere.*
4 *Quid prouisione facta per iudicem, ne fiat turbatio, defuncti heres an teneatur nec ne.*
5 *Hoc interdictum datur heredi, licet probet possessionem ex colono defuncto.*
6 *Agens hoc interdicto, debet deducere possessionem suam realem non authoris sui.*
7 *Videtur heres continuare possessionem suam ex probatione possessionis continuata per colonum predefuncti sui authoris.*
8 *Interdictum vti possidetis, pro quibus rebus detur, remissiuè.*

1 Ad hanc decis. † quod sententia contra defunctum in interdicto, Vti possidetis, non mandetur exequutioni contra hæredem sicut in alijs, dummodò citetur, si possidet ex persona sua non defuncti, adde omninò Caballinum *Milleloquio suo 127. qui optimè.* Et notandum post, vbi ad hanc materiam incidimus interdicti, Vti possidetis quod † ad obtinendum in hoc interdicto, Vti possidetis, necesse est probari possedisse tempore turbationis, & litis contestatæ. Rol. *consil. 9. num. 18. volum. 3.* Natta *consil. 172. num. 16* Benintendius *decis. Bonon. 42.* Ofascus *decis. 43. & 99. in fine*, Capic. *decis. 72. & 209.* vbi ponunt limitationes ad hoc dictum. Item agens hoc interdicto, debet probare secundario turbationem eidem aduersario factam, Rol. *d. cons. nu. 28.* Magonius *decis. Lucensi 54.* Tertiò probauit de antiquiori possessione. Roland. *d. cons nu. 29.* & tunc illam probando obtinet, licet non doceat de titulo, vt dicunt Benintendius *d. decis. 42.* & Osascus 55. licet Magonius dicat hoc non procedere in possidente mala fide, tamen Capic. dicit sufficere solam possessionem absque bona fide, *in d. decis. 209. num. 10.* & ideo Magonius *in d. decis. 54. num. 10.* ponit pro quarto requisito, quod agens debet esse in bona fide, & in iusta causa in materia, Vti possidetis, non excusat, & allegat Roland. *in d. cons. nu. 37.* sed Berous *quæst. 71. nu. 3.* dicit in hoc interdicto inspiciendum esse, qui melius possessionem probauerit, & illum obtinere, nec requiri probationem
3 tituli nec proprietatis, & nota † quod hoc interdictum, Vti possidetis, competit etiam contra dicentem se habere ius in re, vel possidere. Afflict. *decis. 394.* & † prouisione facta per iudicem, ne fiat turbatio, hæres victi actione in factum ex re iudicata conuenitur ex turbatione defuncti, secus

5 secus hæredis. Capic *decis.1.nu.12.* Item † hoc interdictum datur hæredi, licet probet possessionem ex colono defuncti. Rolanda. *cons.46.volum.2.* & ideò Guid. Pap. *dec.552.num.3.* & Gail. *obseruat.129.l.2.* dicunt
6 † hoc interdicto agentem, debere realem suam, non authoris sui possessionem deducere, aliàs succumberet, & quod dixi de colono, ex cons. Rolan. est: quia † videtur hæres per ipsum continuasse possessionem. Et nota,
8 quod † hoc interdictum, Vti possidetis. etiam pro decimis, & alijs Ecclesiasticis iurib. datur. Caballinus *Milleloquio* 931. De ipso interdicto videndus est Borgninus *dec.23.* de Contract. & 19 de Iudicijs.

ADDITIO D. RICII.

EXequutio sententiæ latæ in interdicto vt possidetis an possit contra defunctum fieri, & contra hæredem; aduerte, quod ex abrupto non potest exequi sententia, vt declarat idem Auctor *decis.405. num.8.* Menoch. *de retinend.possess remed.3. num.828.* Sess. *decis. Aragon.153.num.41.* Phanut. *in tract.de inuent. par 4.nu.15.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium retinendæ, & petitorium quod non possint cumulari addubitatio affertur.*
2 *Resoluitur affirmatiuè, & occurritur difficultati.*

IMplicationem continere videtur assertum *nu.8.* de petitorio, & possessorio, quod si vtrumque à principio fuerit cumulatum, & probatum, & actor ante conclusionem in causa non suspendit petitorium, Iudex debeat super vtroque iudicare alias grauaret partem ex Caualer. *dec.25. & dec.35. p.1.* Rotæ Rom. *in nouiss.*

Assumptum repugnantiam inuoluit, quia exemplũ decisionis est in possessorio retinendæ, quo casu prohibita est cumulatio petitorij ex *tex.in l.ordinarii C.de rei vendic.* vndè prius est excutiendum possessorium retinendæ, quam de rei proprietate agi possit, vt scripserunt ex recentioribus Doctores cumulati à Postio *in tract.de manut.obs.7.nu.15.& 74.* Rota *dec.368.p.1. recent.* & repugnantia subintrat in cumulatione, quia intentans vendicationem facit reum possessorem, & qui instituit possessorium retinendę faceret se possessorem, vndè non potest agi petitorio, nisi constet quis possideat *l. §.retinendæ instit.de interd.* & ob id prius debet discuti possessorium, ita probat Reg. de Marin. *ad dec.* Reuert. *obs.348 nu.1.*

2 Saluari potest decisio ex iis quæ fusè docet Reg. Latr. *in dec.101.* qui *nu.19.* negat illam repugnantiam superius adductam, quia vendicans rem non renunciat possessioni ciuili, ratione cuius potest instituere interdictum retinendę, vt post alios Barbos. *in l.si de vi, nu.379.ff unde vi.*

Rectius in super dicitur, quia in themate decisionis vterque se possidere contendebat, quo casu potest cumulari petitorium, & possessorium, ita Afflict. *dec.155 nu.4* Reg. Larr. *vbi sup.num.13.* quapropter mirandum erit, quomodo doctissimus Reg. de Marin. non meminerit allegatarum decisionum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor citatus super tenore instrumenti liquidi, virtute Ritus Magnæ Curiæ huius Regni, reputatur contumax nisi personaliter compareat in vltimo peremptorio: eo vero non comparente poterit Curia sedente pro tribunali pro eo absente allegari exceptio infirmitatis, absentiæ, vel illiquiditatis instrumenti.*
2 *Soluere promittens per sequestrum non satisfacit creditori.*
3 *Exequutione facta pro credito in bonis debitoris, non impeditur exequutio in personam, etiam per carcerationem, & econtra, exequutio in personam non impedit exequutionem in bonis.*
4 *Debitoris personam repræsentat iudex vendendo eius bona.*
5 *Oblationes licitantium cum illa conditione, quod pecunia non liberetur creditori, nisi cum cautione de restituendo cui quando, & quibus, admittit Sacrum Consilium pro maiori vtilitate creditorum, & num. 18. de ratione huius styli.*
6 *Debitoris liberatio manet in suspenso, donec creditor, cui fuit liberata pecunia cum cautione potest molestari ab alijs creditoribus anterioribus.*
7 *Euictione sequuta à creditore, an remaneant salua primæua iura, an vero competat actio noua ex euictione promissa.*
8 *Creditori liberata pecunia sub prædicta cautione, ante subdictionem ipsius pecuniæ, an competat actio.*
9 *Agere quando quis potest contra alium, obstat exceptio taciti pacti.*
10 *Solutio pecuniæ, quæ liberata peruenit ad debitorem, libera debet etiam resti tui creditori, non autem serua, alias restitutio differret, sicut albedo à nigredine.*
11 *Solutio non dicitur facta creditori, quando ab eo pecunia auocari potest.*
12 *Solutione eius, quod debetur, tunc tollitur obligatio, quando irreuocabiliter, secus si reuocabiliter.*
13 *Creditor, cui ex facto debitoris pecunia libera non fuit tradita, potest agere, vt sibi libera tradatur.*
14 *Lex iis prædijs, C. de euictionibus, procedit etiam facta traditione, & non tantum in debito puro, sed etiam in conditionali.*
15 *Venditor, vendendo rem subiectam alicui oneri, statim cogitur liberare rem, vel facere deductionẽ pretij, quando debitum est purum: quando verò est conditionale, liberatur præstando cautionem.*
16 *Creditori, qui vt creditor vendidit pignus, cum pacto de restituendo pretium, vel cum promissionem euictionis, est consulendum per cautionem de seruando ipsum indemnem, licèt ipse creditor de euictione non teneatur.*
17 *L. si necessarias. §.1. ff. de pign. actio procedit etiam, quando creditor non retinet, quia aget ad cautionem actione pigneratitia contraria.*
18 *Spontanea receptio pretij in beneficium debitoris aduersus creditorem non importat aliquid iuris ministerium, quia ei succurratur per cautionem, maximè quando pretium habere potuisset, nisi, & ipse cautionem dedisset de restituendo.*
19 *Spontanea receptio pretij in beneficium debitoris; aduersus creditorem non importat aliquod iuris ministerium, quia ei succurratur per cautionem, maximè quando pretium habere non potuisset, nisi & ipse cautionem de restituendo.*
20 *Actus, quando quis facit sponte, quem cogeretur facere coactè, intelligitur ille actus factus, quia cogi poterat, non autem sponte.*

21 *Creditor pretium accipiendo ex venditione pignoris, præsumitur recipere, vt minus perderet, & cautior esset, potius quam voluerit ex receptione iura sua perdere contra debitorem.*
22 *Obligatio penes acta Sacri Consilij, facta per creditorem de restituendo pecuniam sibi solutam de pretio bonorum debitoris, cum habeat exequutionem paratam, perinde est ac si ipse creditor esset condemnatus.*
23 *L. l. fin. C. de iur. deliber. in Regno deberet corrigi, nempè quod hæreditas simpliciter adeatur, vel repudietur, ne in dies litibus Sacrum Consilium inuoluatur.*
24 *L. 2. C. de pactis declaratur.*
25 *Cautionis verbum, à iure, vel à lege prolatum, intelligitur de nuda, nisi quando persona esset suspecta, & num. seq.*
27 *Cautio de indemnitate, quando lex mandat præstari intelligitur cum pignoribus, vel fideiussoribus.*

DECISIO CC.

Debitor carceratus pro debitis, etiamsi pecunia debita ad creditorem libera non peruenerit, sed cum cautione de restituendo cui, & quando opus fuerit, poterit tamen sub fideiussione liberari.

1 Citatus † super tenore instrumenti liquidi, vir-
tute Ritus Magnæ Curiæ huius Regni, non
potest aliquid opponere aduersus citationem
prædictam contra instrumentum liquidum,
nisi personaliter compareat in Magna Curia, in vltimo
peremptorio, & eo personaliter non comparente, repu-
tatur contumax, poterit tamen curia sedente pro tribu-
nali, allegari, pro eo absente exceptio infirmitatis, ca-
ptiuitatis, absentiæ, vel illiquiditatis instrumenti, vt ex
alio Ritu eiusdem Magnæ Curiæ 269. Hinc dicebatur,
quod cum esset citatus debitor super tenore instrumen-
ti in dicta Magna Curia, & fuisset allegatum pro eius
parte ad instantiã creditorum, bona debitoris fuisse se-
questrata ordine Sacri Consilij, quod procurator non
debebat audiri, obstante Ritu prædicto, tàm in ordine,
2 quàm in substantia, quia † cum debitor promiserit sol-
uere, per sequestrum non satisfit creditori, vt dicit Bald.
3 *in l. qui legati. C. vt in poss. lega.* quinimò dicebatur, †
quòd etsi ad instantiam eiusdem creditoris fuisset pro
credito facta exequutio in bonis, non posset impediri
exequutio in personam debitoris, etiam per carcera-
tionem postquam vtrumque remedium tendit ad eun-
dem finem, ex decisione Bart. *in l. consentaneum, col.
pen. vers. secundo quæro. C. quom. & quan. iud.* de quo
meminit, eumque sequitur Dec. *in l. iubere cauere, in
fin. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. creditor, la 2. 1 colum.
vers. & ad hoc ff. si certum petatur,* plenius Marsil. qui
allegat concord. *in l. vnius, §. fin. num. 36. vers. pro quo
facit in simili, ff. de quæstio.* etsi debitor esset carceratus,
creditor non impediretur exequi in bonis debitoris,
quia captura personæ est compulsio, non solutio, vt di-
cit Bald. *in l. 1. in pr. C. de iu. & facti ignor.* Accedebat
prædictis, quia in instrumento crediti erat clausula,
quod vna via electa, altera non tollatur, de qua clausu-
la per Ant. Massam Galle. *in tract. de forma camer.
oblig. in 2. q. 3. particula, in 2. part. Tomi tract. fol. 354.*
& Aure. Corbu. *in tract. quib. ex causis emphyt. iure suo
priuetur in titul. de causa priuat. ob non so. ut. canon.
quæst. 13. in fine.* vnde ex prædictis negari non poterat,
non bene fuisse inhibitum Magnæ Curiæ per iudicem
appellationis, quod non procederet ad condemnatio-
nem, seu liquidationem super tenore instrumenti, nec
de hoc dicebatur dubitandum à principio, sed quia post
inhibitionem, erat soluta pecunia creditori ex vendi-
tione bonorum sequestratorum, ideo dicebatur, non
esse faciendam vim in reuocatione dictarum literarum
inhibitorialium, quia solutione eius, quod debetur,
omnis tollitur obligatio. *§. 1. Instit. quib. mod. tollit. oblig.*
4 † & cum pecuniam receperit creditor à manu iudicis,
videbatur idem esse, ac si recepisset à manu debitoris,
cuius personam representat iudex vendendo eius bona
l. si ob causam. C. de euictio. Etsi creditor præstitit cau-
tionem de restituendo cui, quando, & quibus, quæ cau-
tio facit rem extare, ex dictis *in decis. 75.* vel emit in-
troitus loco fideiussionis prædictæ, & sic non habet pe-
cuniam liberam, prout ei restitui debebat, dicebatur,
hoc ei imputandum, quia venditis bonis, creditor in-
stetit pro liberatione pecuniæ, offerens adimplere, quæ
5 incumbebant, † inter quæ incumbentia erat præstare
cautionem fideiussoriam, cum sic emptores obtulerint,
& licitauerint, & Sacrum Consilium admittit huius-
modi licitationes, & oblationes pro maiori vtilitate
creditorum, cum aliàs bona non inuenirent empto-
rem, vel saltem non iustum. Item, quia ad præsens cre-
ditor non molestabatur ab ijs prætensis creditoribus
anterioribus, à quibus quando molestaretur, posset
tunc agere etiam primæua actione contra debitorem,
6 quia facta solutione, hoc modo, † liberatio manebit in
suspenso, vt dicit tex. *in l. rescrip. §. fi. ff. de distract. pig.*
& à futuro euentu dependebit, & in hoc est differentia
7 inter Doct. † an subsequuta euictione à creditore, re-
maneant salua primæua iura, an verò competat actio
noua ex euictione promissa, quod plenè tractat Negus.
in tract. de pignoribus. in 6. parte 7. quæst. per totam. non
8 autem est differentia, † an liberata pecunia creditori
sub forma prædicta ante abductionem ab eo competat
actio, quia hoc casu seruabitur dispositio tex. *in l. habe-
re licere. ff. de euictio.* quod non abducta possessione
rei venditæ venditor ad nihilum tenetur. Item pro de-
bitore faciebat, quia venditis, priscis, & nouissimis tem-
poribus, innumeris bonis debitorum, ad creditorum
instantiam, & liberata eisdem pecunia modo prædicto
sub fideiussione, nunquam vidimus creditores conque-
stos fuisse, nec egisse, pro liberatione pecuniæ à nexu fi-
deiussionis contra debitores, etsi hæc via hodie aperi-
retur, nihil deseruisset debitori, quod eius bona vendi-
ta fuissent, quia oportuisset eos aufugere, ne in carceri-
bus morerentur, cum non possent creditorem a fideius-
sione præstita liberare, & postquam hoc non fuit fa-
ctum in præteritum, non erat hic creditor audiendus,
qui potius hoc propter perfidiam, seu peruicaciam præ-
tendebat, non quod timeret auocationem pecuniæ,
cum huic debitori bona remanebant, & nouissimè di-
9 cebatur esse de iure prouisum, † quod quando quis
potest agere contra duos, & cæpit agere contra vnum,
ipsi postea agenti contra alium obstat exceptio taciti
pacti. *l. secunda. C. de pact.* quod eodem modo dicen-
dum est, quando quis potest agere realiter, & persona-
liter, quod agendo realiter, videtur tacite remisisse a-
ctionem contra personam, vnde nullo modo dicebatur,
posse tractari de liquidatione instrumenti, stantibus
prædictis. Pro creditore dicebatur, quod pro nunc ipse
conueniebat cum debitore, non tractare exequutio-
nem instrumenti, postquam pecunia erat in eius posse.
10 † sed quia pecunia, quæ libera peruenerat in debito-
rem, debebat libera restitui ipsi creditori, non autem
serua, quia hæc inter se differunt, sicut albedo à nigre-
dine, vt in propria materia dicit Frecc. *in tract. liquida-
tionis instrumenti super Ritu prædicto, septima part. in
5. quæst. vers. ratio est, num. 4 fol. 26.* & fideiussio iuris
præsumptione onus æstimatur, *l. 2. §. sed si dubitatur. ff.
de iudicijs* quem tex. ad hoc allegat. D. Ant. de Padilla
in l. si super possessione. num. 26. C. de transactionib. id-
circo non dicebatur ei facta plena solutio, prout fieri
11 debebat. † quod enim pecunia est auocabilis, & non
confusa, prout erat casus, de quo agebatur, non dicetur
facta solutio creditori, *l. non videtur ff. de acq. possessio.*
12 *l. si creditor. ff. de sol.* per quas ll. limitatur regula, †
quod solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obli-
gatio, quia procedit quando irreuocabiliter, quia si re-
uoca-

uocabiliter, liberabitur ad tempus, non autem omninò,
ita *gl. in d. l. si creditor*, quæ allegat *text. in d. l. rescripto, §. fin. & l. nec enim ff. de pig. actio.* & hoc, ex vtraque
parte inficiari non poterat, sed dicebat creditor in hoc
13 dubio, † quod postquam hoc onus inest huic pecuniæ
ex facto debitoris, qui libere non tradidit, poterat age-
14 re creditor vt libere pecunia tradatur, † iuxta termi-
nos tex. *in l. ex ys prædys. C. de euict.* quæ lex procedit
etiam facta traditione, vt ibi dicit gl. quam in eadem
l. sequuntur cęteri, & non tantum in debito puro, sed
etiam conditionali, vt dicit ibi Bald. reassumit alios Ne-
guſ. *in tract. prædicto, in 5. par. 1. memb. col. 8. vers. sed difficultas*, Ripa post alios, *in l. 1. §. si hæres. 3. not. ff. ad Treb.* Additio nouissima ad Alex. *in cons. 65. omissis argumentis, 5. volum. in verbo liberam.* erit tamen diffe-
15 rentia in hoc, † quia quando onus, seu debitum est
purum, vel fiet deductio pretij, vel cogetur statim ven-
ditor liberare rem ab obligatione, quando verò debi-
tum est conditionale, consuletur ei per cautionem, vt
dicunt Neguſ. Ripa, & Additio prædicta *in locis præallegatis*, pro qua cautione instabat creditor in casu auo-
16 cationis pecuniæ: † sed magis in specie pro creditore
faciebat, quod facta venditione pignoris per eundem
creditorem iure creditoris, & facta promissione em-
ptori pignoris, de restituendo pretium receptum, vel
promissa euictione in casibus à iure prouisis, enume-
ratis per *gl. in l. si pignoris, § fina. ff. de pig. actio.* quod
hoc casu licet aliàs creditor de euictione non teneatur,
iuxta *l. primam. C. creditorem euictio. pignor. non debere*, est creditori consulendum per cautionem de seruan-
17 do ipsum indemnem, ita dicit tex. *in l. si necessarias, §. 1. ff. de pig. actio.* qui tex. licet loquatur in retentione,
idem tamen est, quando creditor non retinet, quia
agens ad cautionem, actione pignoratitia, contraria,
ita in specie Pau. de Castr. *in d. §. 1.* quem refert, & se-
quitur Neguſ. *in tract. prædicto, in 6. par. col. fi. vers. 8. attendendum num. 69. fol. 54. in magnis*: sed quia in
casu, de quo agebatur, concurrebant omnes casus in
d. gl. relati, scilicet, quia hæc pignora non reperijssent
emptorem absque hac promissione restitutionis pecu-
niæ cum fideiussione, vel non iustum, & bona ex hoc
18 plus vendita fuerunt. † Item concurrebat stylus Sacri
Consilij, qui ex prædictis has oblationes admisit, & ad-
mittit in licitationibus, ex causa, videlicèt, quia si pi-
gnora reperirentur penes creditorem, & alius anterior
ab eo euinceret, iam ipse creditor pignora prædicta
amisisset, vnde conqueri non potest, nec debet de licita-
tione per iudicem admissa, cum qualitate prædicta.
Nec de emptore, quia quando ab eo, eodem modo ab-
ducta fuissent, iam eius creditum perdidisset, idcirco
dicebat creditor, ei consulendum remedio *d. l. necessarias. §. 1. in quo text.* videbatur casus expressus, & ab-
sque dubio procedit in promissione simplici, prout est
casus noster, vt dicit Neguſ. *ibi*, & ex eodem text. appa-
19 ret, † quod spontanea receptio pretij in beneficium
debitoris aduersus creditorem non importat aliquod
iuris ministerium: Nam in *d. l. si necessarias. §. 1. & in l. si pignore. §. fin. cum l. seq.* ipse idem creditor iure credi-
toris vendidit pignus, sponte pretium recepit, & quia
coactus in casibus prædictis promittit euictionem,
consuletur ei per cautionem, & sic dicebatur, quod non
obstabat, quod secundo loco dicebatur contra credito-
rem, quod ipse comparuerat in iudicio, & petierat libe-
rationem pretij, offerens adimplere ea, quæ incum-
bunt, quia, & si ipse vendidisset, vt est dictum, & pro-
misisset euictionem in casibus prædictis, & restitutio-
nem pretij, ei consuletur per cautionem. Accedebat
prædictis quia illa obligatio fuit coacta, cum aliàs cre-
ditor pretium habere non potuisset, nisi satis dedisset
20 iuxta oblationem emptoris, & regula est, † quod
quando quis facit actum spontè, quem cogeretur face-
re coactè, intelligitur ille actus factus, quia cogi pote-
rat, non autem sponte, ita Hermanottus Detus, qui al-
legat concord. *in repet. §. Cato, num. 445. vers. quando enim ff. de verb. oblig.* allegat tex. *in l. nouissimè. ff. quod fal. tuto autho.* Per quem tex. multa similia colligit Pa-
dilla *in l. cum proponas ver. idem igitur. C. de transact.*
Idem tenet Minadous *dec. 25. hæres conuentus.* Item
apparebat creditorem tenuisse sibi satisfieri super pre-
tio bonorum subhastatorum, & propter hoc citasse
debitorem super tenore instrumenti, & fuisse impedi-
tum liquidare instrumentum. Item, quod tempore re-
ceptionis pretij fecit plures, & plures protestationes, &
reseruationes iurium, quod non impediretur exequi
via Ritus contra debitorem, nec quod eius Iuribus
21 præiudicaretur, † & si recepit pretium; non poterat
dici ab eius iuribus recessum, cum pretium creditor re-
ceperit, vt minus perderet, & cautior esset, & ad hunc
finem præsumitur hic actus potius factus, quam vt ex
receptione iura sua perderet contra debitorem, ita in
specie Barto. *in l. si per vim. C. de his quæ vi metuuè cau.* ex mente Inn. *in c. super hoc extra de renunc.* &
Bar. ibi sequuntur Ang. Ale. & Aret. colligit alios Boer.
dec. 109. Præsuppono. 1. col. ver. per solam num. 13. pri. par. Nec debitor de hac receptione conqueri poterit,
quia ex ea etiam lucratus fuit interesse, seu commo-
dum medij temporis, quod ex receptione prædicta ex-
tinctum fuit, quod considerat tex. *in d. l. nec enim ff. de pig. actio.* Nec dicebatur obstare, quod factis innumeris
venditionibus bonorum, cum his vinculis liberata pe-
cunia, nunquam fuit per creditores petita satisdatio à
debitore, quia, quod hoc factum non fuerit, non tollit,
quin si fieri debebat fiat: sed reuera dicebatur hoc fa-
ctum non fuisse, non quia ius deficeret, sed quia vel in
bonis debitoris nihil remansit, vel solutio fuit facta
post mortem principalis debitoris, vel debitor perseue-
rauit in se occultando, cuius contrarium erat in casu,
de quo agebatur, in quo, & si soluta essent creditoribus
trecenta millia scutorum, adhuc remanserant aliqua
debitori, qui ad Regnum reuersus in propria ciuitate
cum propria familia, nobilissimè secundum propriam
ditionem viuit: nec potest dici, hanc esse perfidiam, seu
peruicaciam mulieris creditricis, quæ reuera est mu-
lier magni valoris: nam hoc non erat verum, quia ex
inspectione processus ostendebatur, quod ante hanc
dominam, aderant creditores in maxima quantitate,
22 † qui incontinenti poterant eam cogere ad restitutio-
nem prædictæ pecuniæ ei solutæ, de pretio bonorum
debitoris sub hasta venditorum stante promissione,
& obligatione per eam facta penes acta Sac. Regij
Consilij de restituendo, quæ obligatio habet executio-
nem paratam: vnde perinde est, ac si esset condemnata
ex dictis per Ang. *in l. frater à fratre. col. 3. ver. in tex. ibi, & si. ff. de condictio. indeb.* & dicebat Bal *in l. qui autem. §. 1. in reperta antiquis. ff. de consti. pecu.* de quo
meminit Anto. de Alex. *in l. si pater. 2. colum. ver. aduertas tamen. C. de collat.* quod quando quis promittit
aliquem indemnem extrahere, si debitum est purum,
tenetur statim soluere: si vero est perplexitas, sufficit fi-
deiussio de extrahendo ipsum indemnem, & illæsum,
conferunt dicta in materia euictionis lata sententia,
licèt re non auocata, per Thesau. *in dec. Pedem. 102. venditor.* quibus addenda sunt ea, quæ ponit Didac. pe-
rez *super 3. lib. ordina. Castel. l. 5. titul 8. fol. 647. vers. quæro de quæstio.* vbi concluditur quod promissio facta
pro aliquo per instrumentum guarentigiatum, si is, pro
quo promittitur, promisit indemnitatem, potest contra
promissorem indemnitatis, etiam quod promissor non
molestatur, agi, & quod eum pro quo promisit, quia
per cautionem non est consultum ei qui se obligauit,
qui debet conseruari indemnis soluendo, & non cauen-
do, & quod hoc suadet verbum indemnitas, & si cre-
ditores prædicti hucusque distulerunt, hoc fecerunt,
non vt gratiam facerent huic creditrici, sed dicto debi-
tori, eorum consanguineo, & amico, & huic Dominæ
intererat, iura sua experiri, viuo debitore, quia eius
consanguinei Magni Domini, ad euitandum ipsius
carceres, procurabunt vel soluere, vel concordare eam,
ita vt in futurum molestari non possit ab anterioribus
creditoribus, & non expectare mortem debitoris, quæ
sequu-

sequuta haberetur hæc pecunia ascendens ad duca. 8000. pro deperdita, quia hæredes adibunt cum beneficio inuentarij, & in discussione inuentariorum multa
23 videmus, ex quibus ego dicere consueui, † quod in hoc Regno tex. *in l.fi.C.de iur.delib.* deberet corrigi in hoc, quod hæreditas deberet adiri simpliciter, vel repudiari, & non innoluere Sac. Consi. quotidie, vt videmus, litibus, & vltimo dicebatur, non obstare tex. *in l.2.C.de pact.* quia in alio casu loquitur, & multa requiruntur, vt concurrat dispositio illius textus, cuius dispositio est fundata in tacita remissione, quæ cessabat in casu, de quo agebatur, stantibus protestationibus prædictis, ex quibus non modò non resultabat remissio, sed contradictio, & iurium reseruatio, secundum Oldradum, *consil.*214 Ang. *in l.omnes, C.de præscript.triginta, vel quadraginta annorum, & in l. scripturas C. qui potior. in pignor. habe. cum concord.* per Rotam Auenio. *in dec.*45.*colum.*2.*ver. quia hac est natura.num.*5.*& supra in dec.*50. *num.*5. Item ille textus habet locum, quando quis agere potest contra duos, & agit contra vnum, casus noster est diuersus, quia actum fuit, & agitur contra vnum eumdemque debitorem, & ex dictis in principio Decisionis, non solum si est actum, sed etsi sit exequutum in persona, non impeditur exequutio in bonis, & è contra, si est exequutum, in bonis, non impeditur exequutio in persona, & sic ex prædictis, videbatur iudicandum in fauorem creditoris, ex dispositione textus *in d.l. si necessarias,* §. 1. *& in dicta l.ex prædijs.* Sed dicebat debitor, quod etsi sic esset iudicandum ex dispositione iurium prædictorum, ipse non tenebatur, nisi cautionem
24 præstare, † quod verbum, cautio, à iure, vel à iudice prolatum, intelligitur de nuda, per tex *in l.sancimus.C. de verborum significatione,* per quem textum, Iason post alios, ibi dicit, hanc esse communem opinionem. imo dicebat Negusan. *in loco præallegato, in quinta parte primo membro, octaua colum.vers. sed difficultas,* quod quando res reperitur conditionaliter obligata, debet sufficere emptori, quod venditor reperiatur obligatus per instrumentum publicum cum hypothe-
25 ca bonorum. Dicebat creditor, † quod etsi opinio prædicta habet contradictores, nihilominus etsi vera
26 esset, † limitatur non procedere, vbicumque persona esset suspecta, quia hoc casu esset derisio, ita Corneus, *in d.l.sancimus,*1.*col.super primagio.& in glo.fin. plenèque,* Padilla *in d.l.fi.super possessione num.*22 sed in casu de quo agebatur clarè apparebat de suspicione personæ, quæ detecta fuit post contractum, cum tempore cōtractus, ditissimus reputabatur, postea cum discessit à Regno maxima pars suorum bonorū fuit vendita adhuc, etsi alia bona habeat, est etiam debitis implicitus, & oneratus, & quod potius, bona vendita huic mulieri, erant per prius alijs vendita, & non aderant, & magnus concurrebat dolus. Item adsunt super his bonis dotes vxoris, quæ in omnem euentum restituendæ erant ei, vel filijs eius hæredibus, vnde militat decisio supra allegata, & debet iudicis arbitrium, in hoc versari, & cogere debitorem ad præstandum cautionem, iuxta tex. *in l.in omnibus.ff.de iudicijs,* & sic etiam respondetur, ad id quod Negusan. dicit, qui tamen loquitur in debito conditionali, de quo non fuit facta mentio in venditione, & res vendita aderat, licet obligata, cuius contrarium erat in casu, de quo agebatur, vt est proximè dictum, & debitum anterius hoc creditrice erat in se purum, & incontinenti poterant agere creditores tamquam anteriores, & cogere hanc Dominam ad restitutionem, vnde prædicta videntur non
27 obstare, & vltimò dicebatur, † quod quando lex mandat, quod quis de indemnitate caueat, prout loquitur textus, *in d.l.si necessitas.*§.1. debet intelligi cum pignoribus, vel fideiussoribus, *l.*1.§.*sub.ff.de collatio.* perquem text. ita dicit Bald. *in d.l.si pater, vers.sed cauendum erit,* & post eum Corneus, *verb. & scias quod talis cautio, C. de collatio* & tunc sufficiat nuda cautio, quando creditor non vult recipere pignora secundum prædictos, ad idem dec. particularis Bal. *in l.si tutela. ff. de tut.& rat.distr. vbi dicit per illum text.* quod quando quis tenetur aliquem indemnem extrahere debet hoc cum cautionibus facere. In hac causa ego non interueni, quia Compater actricis, vidi tamen in eius decisione, maximam causæ cognitionem adhibitam fuisse, & Magnific. Aduocatos valde laborasse, & cum alias casus non accidisset, & post causam decisam volui super ea studere & hæc quæ cogitaui, ponere: fuit tamen decisum die 26. Nouemb. 1578. in fauorem creditoris, quod præstaretur ei fideiussio, quia instrumentum amplius liquidari non poterat, cum pecunia esset penes debitorem, licet reuocabiliter, & propterea confirmatæ fuerunt literæ inhibitoriales. Adde quod post causam prædictam decisam dum idem accidisset inter Ioan. Baptistam della Bella, & Tristanum Caracciolum, me referente, fuit decisum, quod debitor fideiussionem præstaret infra certum tempus, Angrisano Actuario. Et sub die vlt. Maij, 1580. iunctis Dominis duarum Aularum in causa Iacobi de Aczia cum Diana, similiter, me referente, fuit idem decisum, quo tempore vnus ex Dominis allegauit ad hoc tex. *in l. si ob causam, C. de emt.* in ratione sui, dum dicit tex. meritissimè fuisse responsum debuisse dari actionem aduersus eos, quibus pretij solutio proficit. Cum igitur hæc solutio pretij prosit debitori, iustè videtur decisum, quod ipse ad fideiussionem præstandam teneatur, eodem Angrisano Actuario, Cæsarius Secretarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

Num.1. Adde Carauit. *in Ritu* 166. *hic allegato. nu.* 15. & Galter. *in prax. instrum. fol.*196.

Num.2. Adde videndum Frecc. *in tract. de præsent. instru. par.* 9. *in* 4. 12.

Num.3. *dum alleg. Bar. in l. consentaneum;* Adde Negu. *in tract. de pignor.* 3. *modo* 8. *par. post nu.*27. Capyc. *dec.*119. *nu.*10 *post* Dec. *cons.*73. *& in l.crediter la* 2.*ff. si cert. pet.* Vrsill. *in dec. Affl.* 231. *nu.*3. *in fi.* Ann. *in sing.* 69. vbi addit. quæ meminit huius loci Caualc. *de vsufr. mulier. relicto nu.*208. *fol.*405. Grauin. *in Ritu* 164. *p.* 4. *declarat.* 12. *nu.*85 *& seq.* omninò Natt. *in cons. Alex.* 130. *sub nu.* 15. *vol.* 4.

In eod. *num. ibi. vna via elacta;* Adde Frecc. videnđ. *in d.tract.* 9. *p. q* 9. Marant. *in disputation.* 6. *numer.*3. Vrsill. *in decis. Affl.*326. quem refert Corbul. *in tract. ex quib. caus. emph. priuet. fol... & Moder. in prax. rer. ciuil. c.*1. *num* 22 Adde etiam Marant. *in cons.*39. *num.* 3. Vrsill. *in dec. Affl.*142. *num.*2. & Gratian. *in decis.*4. *ad fin.*

Num.7. Vide Surd. *in dec. Mantuana nu.*266.

Sub num.8. *ibi l. habere licere,* Adde *supra decis.* 145.

Num.9.23. *dum allegat l.*2. *C. de pact.* Vide remissiuè Alphan. Perus. *collect.*848. Doctiss. Reg. Lanar. *cons.*64. *a num.*2.

Num.12. *ibi solutione eius quod debetur* supple etiam hypothecaria *supra in decis.*119 *nu.*23.

Num.14. *ibi ex his prædijs;* Adde videndum Afflict. *decis.*241. *ibi Vrsil.* Res enim non dicitur libere tradita quando subiacet hypothecæ secundum Ann. Sen. *in alleg* 78. *nu.*5. *par.*2. etiam si hypotheca est tacita, vt per Anton. de Gama. *decis.*197.

Ideo cautela datur pro emptoribus, qui ad pretium rei emptæ conueniuntur etiam via ritus à venditoribus, vt excipiant rem venditam non esse libere traditam, quia euitabunt interrogationem, & liquidationem instrumenti, vt Frec. docet, & tenet *in d tract. par.* 7. *q.*5. *nu.*3. *fol.*26.

Videatur Galter. *in prax. instrumen. fol.*85. *numer.* 42. 43.

Num.15. Adde videndum omninò Cacheran. *decis. Pedem.*24.

Num.20. ibi l. nouissimè; Vide quæ per illam legem scri-

scribunt Alex.*conf.99.n.6.vol.3.*Cagnol.*in l.si quis ma-ior.nu.67.C.de transact.* & Suarez *in alleg.23.num.4.* & Surd.*in decis.305.nu.28.*

In eodem *num.in addit.secundum impressionem,quā habeo de anno 1588 ibi quando quis promittit;* Adde quod practicam exequendi contra condemnatum ad eximendum indemnem, & illæsum, ponit Bald.*in l.si pater hic allegata post glos.in l.si mandato Titij in glos. §.ff.de negot.gest.* Natt.*in cons.Alex.72.ver pariter dic vo.2.de quo meminit hic dominus in decis.414.*

Num.24.Vide Marant.*in suis sing.in ver. cautio fol. 15.* qui plures limitationes refert, & inter alias quando est dictum de cautione idonea, quia intelligitur cum fideiussione, & alias limitationes refert Viuius *in decis.137.*

Ad finem,Adde Muscatell.*de fideiussor.in 16.modo à nu.6.vsque ad fin.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Debitor, an, & quando carceretur de Iure Communi.*
2 *Debitore carcerato,vel exequutione facta,potest in bonis exequi,& exequutione facta potest de persona fieri captura.*
3 *Creditori,an,& quomodo liceat variare.*
4 *Debitor potest realiter, & personaliter conueniri, & quomodo.& nu.5.6.7.& 8.*
5 *Quid in meretrice maritata, & ea, quæ ratione tutelæ obligata est,ibid.num ea,quæ de fuga suspicionem peperit vt num.seq.*
7 *Senex septuaginta annorum, an pro debito ciuili carceretur.*
8 *Quid in milite, qui de iure non carceratur, secus de consuetudine.*
9 *Debitor si carceratur inops,alitur à creditore.*
10 *Quid in cessionario.*
11 *Cessionarij persona, est eadem cum cedentis persona.*
12 *An creditor non obstante bonorum electione, debitorem carcerare possit.*
14 *Creditori pignoris, vel de pretio restituendo, vel de euictione promittenti quomodo succurratur.*
15 *Hypotheca primi creditoris an extinguatur per donationem insolutum.*
16 *Cautio an intelligatur cum pignore, vel fideiussoribus.*

AD hanc decis.& ad num.3.adde,quæ dico infrà in additione incip.Adde omninò,sed pro intelligentia prorsus videndum puto Cuman, *in Ritibus,Siciliæ,c 31.& 32.num.3. ibi secus est de Iure Communi.item nota 2.cum num.1.*
1 *ibidem*, quod † de Iure Communi debitor non potest carcerari,nisi duobus concurrentibus.Primo,quod debitum sit liquidum, sententia, vel confessione, & ego adderem obligatione. Secundò,quod bona non sufficerent secundum Castrensem *in l.aua, §.eleganter, num. 4.ff.sol. matr.* & ad hunc numerum de variatione, & electione exequutionis vide Tepatum *in tit.De Variationibus,& electionibus. à fol.175. vsque ad 17.* Capic.
2 *decis.33.nu.2.*& Annam patrem,*Sing.69.incip.* † *Carcerato debitore*,vel exequutione facta, potest in bonis exequi, & exequutione facta persona capi. Videndus est Decius *in consil.562.num.8. volum.5.* Pannus Grauinas, *in tract.de præsentatione instrumentorum, p.4. declaratione 12.* Vrsill.*dec.231.num.3.* Maranta *disp.6. nu.2* Capic.*dec.119.num.10.*Negusantius *De Pignoribus;5.p.3 membr.versic postremo,* & adde quòd in mi-
3 tum est verum,quod † creditori licet variare,quod non modò hoc procedit de vna re ad aliam, verum de vno tribunali ad aliud, & litis pendentia forte opponi non posset; latissimè Carolus de Grassis post multos citatos, *in tra. De Excep.in præludijs, folio mihi octauo, num.46.vsque ad 55. vbi allegat* quo ad res, quod potest variare. Syluan. *consil.23.num.6.* Brunor.à Sole, *in Compendio propositæ iuris resolut. verbo creditor in ex quintiuis;*& Caualcan.*decis. Finiz an.1.nu.15. volu. 1.* & quo ad loca, & tribunalia Gram. *Cons. Ciuil.95. nu.2.*Abb.*consil.5.num.2.vol.2.* & Asinium *in practica*
4 *exequutiorum.* §.31.c.2. *Ampliat.tit.* ad illud quod † debitor realiter,& personaliter posset conueniri,& vna via electa alia non tollitur,tenet Cumia,*in Ritib.Siciliæ,cap.31.num.1.* Caualcan.*decis.1.num.30.& 31.lib. 1.*Couar.*lib.2.Var.resolu.cap.1.num.2* Sed hæc intelligenda sunt sano modo,non procedere,si debitor est priuilegiatus, nec teneatur nisi in quantum facere potest, quia tunc non carceratur,Cumia. *dicto cap.31.num.8.* Item si debitor est minor,ita Rodor.Suarez, *in tit.de los gouernos.q 3.num.26 & seqq* Baldus *in l.1.num.15. C.qui bon cedere poss.* Tertiò,in clerico,quia pro debito Ciuili non carceratur, Farinac. *quæst.61.20 & 70.& 66.verbo specificè*, licèt posset dubitari de Consuetudi-
5 ne.Quarto in † muliere, quæ non carceratur pro debito ciuili, nisi sit meretrix. Menoch. *de arbitrar.iudicum quæst 82.num.10.dec. Mediolanen. 4.num.109.lib.2.* Quod dictum de meretrice ego limitarem non procedere si meretrix esset coniugata viro Caccialupus *de debitore suspecto,q.5.num 23.*Item mulier obligata ratione tutelæ administratæ etiam carceratur, Marsill.*in Auerolà § attingam.nu.64.*& Couar. *lib.2.cap.1.nu.3.*
6 Item † mulier suspecta de fuga carceratur. Bart. *in l.1.*
7 *nu.14.ff.de peculio.Item* † senex 70. annorum non carceratur pro debito ciuili.Anchar.*cons.336.numer.2* Iu-
8 trigl. *cons 18.nu.1.* Nec † miles de iure,vt dicit Couar.
9 secus de consuetudine. Sed † si debitor non habet vnde se alat,ali debet à creditore, aliàs liberatur, vt dixi *in Repertorio 2. & 3. Volumine harum Decisionum, in verbo,Debitor,*& latissimè Surdus *de Alimentis, titu. 1.quæst.71.num.2.*& Crassus *in tract.de Excep.in Præ-*
10 *ludijs,num.115.fol mihi 12.* & † non modo principalis creditor sed etiam cessionarius,Corduba,*in l.si quis*
11 *a liberis §.solent, num.38.ff. de liberis agnoscendis*, † cum sit eadem persona cum cedente,& Surdus *in tract. de Alimentis,titul.1.q 71.nu.4.*Ad num.4. adde Marsil.
12 *in §. Attingam,num.53.in Auerolà.*vbi, † quod creditor non obstante electione bonorum, potest carcerare debitorem,per multas doctrinas. Ad num.4. in verbo, etsi creditor. Adde, quæ dico ad dictam *dec.75.* Ad nu. 6.vbi manet in suspenso,adde tu Ariminum, *de Varijs iuris sententijs.titul. De Solutionibus, fol.199. verbo debitor.* Ad num. 7. Adde quæ supra Præsidens, *dec. 145.*Ad num.8.infrà,adde Consiliarium Annam, *cons. 15.incip.Sententia,vol.1. & quæ supra dec.145.* Ad nu.
13 16. vers. Consulendum. Adde, † quod quando creditor pignoris,vel de pretio restituendo, vel de euictione promittit in venditione ipsius debitor debet eidem cautionem præstare de ipsum seruando indemnem, *iuxta §.1.in l.si necessarius,ff.pignor.actione* Hoc idem dicit Ariminus Tepatus, *in tractatu de Varijs iuris sententijs,vol.1.tit.de Solutionibus,fol.199.col.4. vers. Creditori,in fine.* Ad nu.21. *Adde suprà dec.50. & in-*
14 *fra,dec.450.*vbi dico,& ibi † an extinguatur hypotheca primi creditoris per dationem in solutum: vbi idem quod hic.Ad nu.23.*l.fin. C.de iure deliber.* ex opinione Præsidentis in Regno,deberet corrigi ex rationibus *vt*
15 *infra,nu.23.ad nu.27.* † Cautio an intelligatur cum pignore,vel fideiussoribus,Bertachinus,*in verbo, Cautio latissimè.*

ADDITIO D. RICII.

DEbitor carceratus pro debitis etiam si pecunia debita ad creditorem libera non peruenerit, sed cum cautione de restituendo cui, & quando opus fuerit; poterit tamen sub fideiussione liberari, hoc dicit. Adde Tapiam *in tit.262.*item seruat ipsa Curia *num.7.* Monter. *dec. Aragon.2.num.7.* vide *nostram collectaneam*

meum 152. & iuxta hanc decisionem fuit per Collaterale Consilium iudicatum in causa Lucretiæ de Sum. cum Illustr. Duces Grauinæ referente Domino Pinatio vt refert Thorus *in suo compend. in decis. verb. debitor an teneatur fol.* 139 *colum.*2. *vers.*1. à Ponte *in tract. de potestat proreg.tit.*7.§.9.*num* 17. *allegat text. in l.ex sextante.*§. *Latinus Largus.ff.de excep.rei iudicat.*ad cuius ornatum posset dubitari an per acquisitionem doli reuocabiliter factam extinguantur hypothecæ,quod non Afflict.*dec.*8.Neguf.*de pign.par.*5.*memb.* 1. Capic.*dec.*43. Decius *in reg. neque pignus in fin. de reg.iuris* latè Tiraquell. *de vtroque retract.*§.2 *gloss.*1. *nu.*10.*&* 11.*&* § 1. *gloss.*7.*nu.*7. & in quibus casibus re euicta primæ actiones reuiuiscant,vide Capic.*dec* 195. *nu.*1. & an hypotheca reuiuiscat author noster *dec.*12. *num.*11.*&* 12.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Emptor conuentus à creditore emptoris pro solutione pretij, an possit petere cautionem de restituendo, quando superuenirent anteriores creditores.*
2 *Confutatur Pacificus per Merlinum.*
3 *Comprobatur decisio, & qualiter debeat dari cautio.*

1 DEflectere videtur nunc à iure prima fronte decisio quæ ad præsens edocet praxim, vt emptor possit petere cautionē de restituēdo potioribus creditoribus à creditore venditoris conuentus,quando principalis debitor decoxisset, vel proxima esset eiusdem decoctio, & potest facere depositum sub hac conditione, ita docet D.meus *nu.*5. *& seq.*& Merlin. *de pign.lib* 4 *q.* 34. qui *nu.*2. tradit debere plene constare de decoctione venditoris ob præiudicium creditorum, quia remedium cautionis fuit adinuentum confluentibus creditoribus, vel sit proxima decoctio, vel emptor emerit cum promissione soluendi anterioribus creditoribus.

2 Contrarium probat Pacific. de Saluian. *interd. inspect.*5.*c.*1.*n.*49. qui indistinctè firmat emptorem conuentum à creditore posse opponere, vt caueat creditor de restituendo prioribus creditoribus, & allegat decisionem Rot. Rom. quæ est in impressis post tractatum *dec.*15.

3 Opinionem Pacifici suspectam esse tradit Merlin.*vbi sup.nu.*2 quia decisio loquitur in casu speciali, quo tertius possessor conuentus emerat à debitore, & promiserat in contractu soluere nominatim certis, & anterioribus creditoribus, & proindè fuit ibi resolutum licuisse petere emptori conuento præfatam cautionem, sic habetur in *alleg. dec.*15.*&* 206.*& seq. post tract. de Saluian.* in puncto huius decisionis,Reg.Galeot.*lib.*2. *contr.*38 *num* 37.*& obs* 82.comprobat consuetudinem sic iudicandi, & in dies seruari, vt in concursu creditorum quando vni traditur pecunia redacta ex venditione bonorum communis debitoris, creditor vbi pecunia liberatur teneatur fideiussionem præstare de restituendo cui quibus, & quando, & ad omnem ordinem non quod de iure procedat,cum regula sit in contrarium, vt creditor non debeat accipere pecuniam vinculatam,& hoc ex quadam æquitate, vt bona inueniant iustum emptorem, nam alias debitoris bona emptorem non inuenirent vel saltem non iustum, vndè hoc inductum fuit ex æquitate,vt Reg.Galeot.& de Marin. *vbi sup.*Aduertendum autem est,vt cautio præstetur non solum de restituendo,cui quibus,& quando, & ad omnem ordinem sed etiam in casu euictionis, nam contingit aliquando vendi aliquid vti rem debitoris, & est alterius, quo casu creditor non tenetur de euictione pignoris, nisi expressè promiserit *l.*1. *C. credit.euictio pignor.non deber.*Mangil.*de euict.q.*168.*nu.* 14.& ista euictio dicitur impropria, cum creditor non se obliget ad omne id,quod interest, & damna, & expensas, quo casu propriè dicitur teneri de euictione, sed tantum se obliget ad restitutionem crediti, vel pretij Mangil.*q.*1.*nu.*4. Guzman. *de euict.q.*2.*nu.*73. bene verùm non potest creditor euincere, quia contra eum habet locum regula; quem de euictione tenet actio eumdem agentem repellit exceptio *l. & si is. ff. de distract.pignor.*in puncto Surd.*cons.*36.*nu.*25.eadem enim est ratio partis ad partem,quæ totius ad totum,& cautionis prædictæ formulam vidi seruari etiam in Reg. Camera contra Fiscum dum ad ipsius, & aliorum instantiam venditum fuit feudum Roccæ Imperialis D. Petro Feo Raimundo, nam Reg. Fiscus se obligauit ad restitutionem pretij non solum de restituendo cui quibus,& quando sed etiam de euictione.

Emptor inueniens rem alteri hypothecatam potest repellere emptorem agentem ad pretium exceptione doli propter falsam assertionem per quam assertum fuit rem esse liberam per *text. in l. ex ijs prædijs, & ibi gloss. vers.ex empt. C. de euict.* nec consuli emptori per fideiussionem de seruando ipsum indemnem,& illæsū, vt *Alber.in Frecc.de præsent.instr.p* 7.*q* 1.*Cancer.lib.* 1.*var.tit.de empt.& vend.nu.*12.*D. Hodiern.ad Surd. dec.*252.& si pretium fuerit solutum non potest agi pro rescissione contractus, vt scribit *D. Rodor. ad Reg. de Marin.resol.*125.*n.*50. sed vt venditor,& liberet, & indirectè in casu quo non liberet ad rescissionem *Beltra. ad Ludou dec.*88.*Merlin. de pign lib.*4.*q.* 154.*à nu.*39. fallit si adsit pactum expressum rescissorium in casu falsæ assertionis *Marescott.var.lib.*2.*c.*90.*n.*1. *Merlin.n.* 51 prout hodie solent apponere Notarij vt vidi.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium,seu quinquagesima, re empta, donata, vel legata an debeatur.*
2 *Laudemium,seu quinquagesima,quare soluatur.*
3 *Assensus directi domini ad quem finem requiratur in donatione,seu legato.& nu.*4.
5 *Laudemium, seu quinquagesima non soluitur in donatione,& legato vbi non est consuetum.*

DECISIO CCI.

Laudemium an debeatur de re emphyteutica donata primum post modum verò legata.

IN causa venerabilis Ecclesiæ,seu prioratus Sancti Ioannis à mare, ordinis Hierosolimitani, huius nobilissimæ Ciuitatis,cum Cæsaranis, fuit dubi-
1 tatum,† an pro re emphyteutica prioratus prædicti donata, & postmodum legata debeatur eidem laudemiū, seu quinquagesima? & quod deberetur,allegatur tex.*in l.fin.C. de iure emphy.* in versiculo sinautem ibi, meliorationes vendere, vel ius emphyteuticarum trasferre,& in versiculo,& ne auaritia,ibi quinquagesimam partem pretij,vel æstimationis, vbi refert gl. verbum pretij quando res venditur,& æstimationis,quando alio modo transfertur, & quod debeatur per illum tex.tenet Sal. *ibi pen. col. verbo item nota quando text.* Iason.*in* 12.*notab.in* 10.*q. Imò in cap.potuit.*7.*col.verb.* Item quando fit donatio,extra de loca.Affl.*in c.*1.§. *donare, col.*4.*ver. sed quæritur iuxta hoc qualiter alim. feu.per.alien.*& ratio est, † quia hoc laudemium, seu
2 quinquagesima soluitur propter receptionem, quando minus facit de nouo emphyteutę,& per renouationem inuestituræ, quæ ratio militat tam in contractu venditionis,

tionis, quam donationis, seu legati, ita Ias. *in d.l.fi. ver. sequitur postea quartum responsum*, de quo meminit, eorum, quæ sequitur Iulius Clarus, *in lib. sententiarum in §. emphyteusis, in q.23. vers. sed quero*, qui ex mente Beltran. *in cons.23. col.4.* dicit hanc opin. esse communem, & secundum Ias. *vbi supra*, neminem ab ea discrepare, & vltra prædictos hanc eamdem opin. tenet. *additio ad Decisionem Tholosanam 279.* Paris. *in tract. de reintegr. feu. in c. pater habens, 3. colu. ver. attamen an debebitur fol. 59.* & Rodoa. *in tract. de reb. eccl. non alie. in 6. q. in rub. de laudemijs, fol. 386.* & in hoc casu non erit quinquagesima pars pretij, quæ soluitur, quando venditur, quia in donationem non cadit pretium, sed erit quinquagesima pars æstimationis, vt dicit text. *in d.l.fi.* Item dicebatur in hac opinione con-
3 uenire omnes Doctor. † qui dicunt, quod licet in donatione non requiratur assensus, ad finem, vt directus dominus præferatur, quod tamen requiritur, ad hoc, vt Dominus directus sciat donatarium, qui donatarius ipsum in directum dominum recognoscat, vt ipsum conuenire possit, & vt quinquagesimam recipiat, quod tenet Cyn. *in d.l.fi. in addit.* Alberi. *in ver. & licet in donatione.* Sal. *1. col. ver. & quæro cum glo.* Fulgos. qui dicit istam opinionem esse bonam, Ias. *in d.l.fi & strictius, & subtilius secundum eum, in l. si domus. §. si fundus, col. 3. vers. extra gl. ff. de lega. 1.* vbi etiam allegat alios concord. Anchara. Imo. & cæteri, *in d.c. prout*, vnde videtur, quod hæc opinio, quod laudemium, seu quinquagesima debeatur, sit roborata auctoritate legis scriptæ, vt dicit Paris. *in loco supra allegato*, rationibus, & auctoritatibus quodque sit communis secundum Clarum, & verior secundum Additionem add. Decisionem Capel. Tholosan. & secundum Iason. quod nemo ab ea discrepat. hanc eandem opinionem tenet Iacobi. *in auth. qui rem nu 124. vers. quæro vlterius vos scitis. C. de sac. sanct. eccl.* & multis relatis dicta ea esse notanda, quia quotidie contingunt, sed contrariam opinionem tenet expresse Spe. *in tit. de loc. ver. 107. ea ratione*, quia hoc verbum, quinquagesima, non cadit in donatione, sequitur Guid. Pap. *in dec. 48.* & refert ita tenere Pet. Iac. *in titu. de actio. in rem pro re emphyteutica.* & Petrum de Elia *in tract. de iu. emphy.* Idem in donatione pura, tenet Capella Tholosan. *in dec. 239. Item si aliquis donat*, quam refert, eamque sequitur Cassan. in consuet. Burgun. *in tit. des censes, in verbo, en escagne de cose. §. 7. in ver. nunquid ex donatione, fol. 1432.* & hanc opin. esse veriorem dicit Apostil. ad Gui. *in dec. prædicta 48.* ex mente Alex. *in cons.... in 4. vol.* & cum hac opinione conueniunt omnes qui *in d. l. fin.* sequuntur Glossam ibi, quæ tenet in donatione, seu legato rei emphyteuticæ non requiri consensum domini, quos refert Ias. *vbi supra.* quia si assensus, non est necessarius, necesse infertur, quod quinquagesima solui non debet, quæ pro assensu, seu renouatione inuestituræ præstatur, vt supra dictum est.

His sic discussis dicebatur, quod pro prima opinio. valde vrgebat tex. *in d.l.fi. ibi in verbo pretij, vel æstimationis*, quodque licet aliqui velint exponere illum text. quod soluatur quinquagesima pretij per æstimationem, nihilominus Imo. *in d.c. potuit. col. 6. vers. sed aduerte, quod licèt, dicit*, quod hoc est violare literam, dicebatur etiam, quod rationi, in qua se fundat Guid. Pap. quod verbum, quinquagesima pretij, non conuenit donationi, quæ fit sine solutione pretij, responderi potest, verum esse, quod non conuenit, quo ad hoc, vt soluatur quinquagesima pretij, sed conuenit, vt soluatur quinquagesima æstimationis, vt innuit tex. Item licet non conueniat prælatio donationis scilicet, vt donata-
4 rius præferatur, † quia in donatione non habetur respectus ad pretium, sed ad personam erit tamen necessarius in hoc assensus (vt est dictum) vt recognoscatur directus Dominus à donatario, & vt quinquagesimam recipiat, & hæc opinio videbatur verior, vt etiam in donatione requireretur assensus, propter prædicta, quę pulchre explicat post Ias. *vbi supra*, Apostilla. ad decis. prædictam Tholosanam. Vnde ex prædictis dicebatur esse iudicandum in fauorem directi domini, scilicet, quod hoc laudemium seu quinquagesima ei debeatur, tam ex donatione, quam ex legato. Dicebat tamen
5 emphyteuta, † quod quando hæc opinio verior esset, est seruanda in locis, in quibus est consuetudo soluendi hanc quinquagesimam, ex causis prædictis, non autem vbi est consuetudo in contrarium, vt dicit Cyn. *in d l. fi.* quem refert, & sequitur. Imo. *in d.c. potuit, colu. 7. vers. aduerte tamen quia* & optime Aret. *in cons. 41. in final. verb.* de quo meminit Ias. *in d. § si fundus.* Sed in hac Ciuitate, & huic prioratui nunquam apparet de contractibus donationis, & legatis fuisse solutam quinquagesimam, seu laudemium, ergo nullo modo debet emphyteuta ad huius laudemij solutionem teneri, pendet decisio. vide ad principalem articulum Aurel. Corbul. *in Tract. ex quib. caus. emphy. iure suo pri. in tit. de causa pri. ob alien. irrequ. domino fact. in 13. limit. in prima declaratione fol. 269.* & Amadeum de Ponte *in tract. de laud. q. 30 fol. 38. in par* qui late examinauit articulum, & nouissimè Rota Auenio. *in dec. 143.* tenet opinionem, quod laudemium debeatur.

ADDITIO D. VISCONTI.

Adde *dec. Auen. 144. n. 5.* quæ tenet laudemium deberi; de hac decis. meminit licet remissiuè Episcop. Minorens. *in ver. laudemium, & dec. Auen. alleg.* Viui. *dec. 496 nu. 9.*

Videatur Amadeus *in tract. de laudemio, q. 30. & seq.*

Num. 2. Adde videndum eundem Amadeum *in d. tract. q. 1. nu. 2.* & Surd. *in dec. 200.*

Pro quibus causis solui non debet laudemium Vide Syluest. *in summa ver. emphyteosis n. 28.* & Amadeum *in d. suo solemni tract.*

Vide Amadeum *in dict. tract. q. 30. 31.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium debetur in re vendita sub hasta, & quando.*

2 *Laudemium an debeatur ex donatione, & eo non soluto, res cadit in commissum.*

Ad hanc decis. *adde infrà dec. 277.* vbi decidi-
1 tur † quod debetur laudemium in re ven-
dita sub hasta, si debitum dependet ab eius
2 voluntate, & quod † laudemium debeatur ex donatione, & eo non soluto, res cadat in commissum, Guid. Pap. *dec. 46.* Franciscus Marc. *decis. 572.* Paponius *libro 13. Arrestorum, in tit. 2. Arresto. 20.* Cassan. *in Cons. Burgundia, tit. de retract. 12. in rub. 10. §. 7. gl. 1.* Ias. *in l. finali, de iure emphyteutico.* Cappella Tholosana, *dec. 279* qui omnes disputant, & aliqui pro negatiua tenent cum hoc Præsidente, omninò videndi quod non debeatur. Ad num. 1. in verbo, æstimationis, adde *infrà, dec. 301. num. 5. Vide omninò, & cogita.*

ADDITIO D. RICII.

Laudemium an debeatur de re emphyteutica donata primum, postmodum verò legata, hoc dicit. Ad de Pellic. *in consuet. Auers. in rub. de quartaria, seu laudemio nu. 18. fol. 249.* vide Rendell. *in tract. de iure protomiseos in verb. per emphyteusim nu. 33.* Mut. *decis. Sicil. 10. nu. 3.* & quid quando donatio esset remuneratoria Carocc. *in tract. de locat. & conduct. tit. de mercede remunerator. fol. 142.*

OBSER-

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis an possit donari, vel legari sine consensu Domini. Adducitur pars cum rationibus. Et notatur Alex.*
2 *Laudemium non deberi tenent Specul. Valasc. Borrel. D. Staib. & alij.*
3 *Pars aiens stabilitur. Auctores, & decisiones recensentur.*
4 *Distinguitur denunciatio translationis emphyteusis, & declaratur denunciatio facienda in donatione siue legato.*
5 *Deberi laudemium ex donatione, & legato fundatur. Ex Ludouis. D. Hodier. Rot. & alijs: Sed cum limitat. recensitis.*
6 *Cumulantur requisita pro firmitate donationis, & legati emphyteusis, ne cadat in commissum.*
7 *Neapoli non solui laudemium asserunt, D. Pras. & Staib. qui refelluntur.*
8 *Declaratur quantitas laudemij. Et qualiter sit calculandum pretium rei. n. 9.*

1 DEcorem huius decisionis minuit postrema communiter oppugnata assertio. Agitantur controuersiæ laudemiales; num emphyteusis legari, vel donari possit sine consensu directi Domini, & debeatur laudemium, & quid de iure Consuetudinario Neapolis.

Pars negans, vt non possit emphyteusis legari, vel donari sine consensu Domini directi, suadetur ex verbis *tex. in vulg. l. fin. C. de iur. emphyt.* ibi, *Minimè liceat emphyteuta sine cōsēsu Domini meliorationes suas alijs vendere, vel ius emphyteuticum in alium transferre.* Vbi quæcunq; translatio prohibetur, & consequenter donatio, *l. fin. C. de fund. dot. cap. nulli de rebus Eccles. non alien.* Et sequeretur absurdum; nam alias emphyteusis non rediret ad Dominum, cum senex carens filijs, & habens rem emphyteuticam posset sine Domini consensu donare, & cessaret spes reuersionis, & fraus noceret Domino, vt in puncto considerauit, Luc. de Penn. *in l. si quis, C. de fund. patrim. lib. 11.* vbi aliud expendit absurdum, quod posset emphyteuta donare alicui personæ odiose Domino, quod iniquum foret admitti, & a iure improbatum: vt notatur *in d. l. fi.* Præterea abhorret ab omni æquitate, nam Dominus inuitus teneretur agnoscere nouum emphyteutam contra *tex. in c. 1. de duob. fratr. in vsib. feudor.* Et insuper nec Dominus haberet actionem personalem contra Donatarium pro exigendo Canone, vti singularem successorem; Et demum si emphyteuta, & feudatarius fraternizant; vt per Surd. *dec. 90.* Feudatarius non potest donare feudum sine consensu Domini; per consequens nec emphyteuta: Vndè hanc opinionem tenent Glosator Irner. *in l. cum quærebatur, in ver. alijs vendere, vers. sed an donare, C. de iur. emphyt.* Bar. *in l. si domus, §. vlt. n. 2. ff. de legatis 2.* Alex. *cons. 9. lib. 2.* quamuis in *cons. 79. n. 13.* contrarium teneat.

2 Quapropter non deberi laudemium ex donatione emphyteusis iure communi inspecto tenuerunt Specul. *in tit. de emphyt. §. nunc aliqua num. 131.* Addit. ad Guid. Pap. *dec. 48.* Mainard. *dec. 41. lib. 2.* Ioseph. Ludou. *dec.* Lucen. 8. *n. 1. & 2.* Borrell. *in summ. decis. tit. 35. de laudem. n. 65. p. 1. & n. 65.* vbi quod ista opinio est communior Valasc. *de iur. emphyt. q. 14. num. 10.* Nauar. *in summ. c. 23. n. 65.* firmans tàm in foro fori, quàm in foro poli, Burg. *de laudem. p. 2. inspect. à n. 4.* D Staib. *resol. for. 49. n. 4. & seq.*

3 Pars aiens posse emphyteusim donari, seù legari sine consensu domini, ex aduerso est magis communiter recepta, & quod verbum vendere, & transferre in tex. *d. l. fin.* sit idem in effectu, vt dicunt ibi, *glos.* & Ias. *n. 63.* vndè *tex.* intelligendus venit de translatione in quo pretium interuenit, & de alienatione nummaria; Imperator enim facit mentionem de pretio: ibi, *Non auaritia tenti magnam molem pecuniarum per hoc eflagitant.* Hinc *tex.* loqui de venditione nummaria tradunt Ias. *nu. 62.* Cald. *de emphyt. lib. 4. c. 10. nu. 7.* Fulgin. *in tract. de iur. emphyt. tit. de alien. q. 1. nu. 219.* Et sensit Rot. Rom. *in Roman. domorum 15. Aprilis* 1644. coram R. D. Terracinen *§. tertium denique*, vbi idem in permutatione, & adducitur prepotens ratio, quia Imperator *in d. l. fi.* voluit quod in alienatione requiratur consensus domini, emphyteutæ nihil intersit, à quo pretium consequatur; nam tantum valet pecunia vnius, quantum alterius. Vndè conueniens est, vt emphyteuta primo requirat Dominum ad effectum, vt iste deliberet, an velit pro se, & habere prelationem pro eodem pretio, vt in *d. l. fin.* ibi, *Disponimus attestationem ipsam Domino trasmitti, & prædicere quantum pretium ab alio re vera accipi potest ipsum Dominum omnimodo comparere.* Quæ denunciatio in terminis nostris esset vana, dum non intrat prælatio, ita D. meus *n.* 3. Ludouis. *dec. 520. nu. 3.* & ibi Beltram. Corbul. *de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. limit. 13. à n. 2* D. Hodier. ad Surd. *dec. 93. n. 19.* ibi, *Quoniam emphyteuta volens alteri donare, si teneretur dominum requirere, quis esset tàm fatuus, qui non acciperet, & sic esset quid absurdū.*

4 Conciliantur igitur opiniones distinguendo dupliciter fieri denunciationem directò Domino, vnam ad finem, vt deliberet an velit præferri pro pretio reperto ex tex. *in l. cum dubitabatur, C. de eodem*, quo casu habet tempus duorum mensium Dominus ad deliberandum vt in *d. l. fin.* & in donatione emphyteusis non requiritur consensus ad præfatum finem. Alia denunciatio facienda venit post alienationem factam in ademptione possessionis, ad hoc, vt per se, vel per alium, mediante mandato, Dominus inducat nouum, emphyteutam in possessionem rei emphyteuticæ, qui se obliget ad soluendum Canonem, & recognoscat eum in Dominum qui consequatur laudemiū, & hic consensus requiritur ratione obsequij, & recognitionis, & denunciatio est necessaria in terminis donationis, & legati; vndè emphyteuta nequit possessionem tradere sine consensu Domini directi, à quo debet se facere confirmari, & inuestiri, *d. gl. in d. l. fin.* Hodiern. *n. 33* alias fit locus deuolutioni. Ludouis. *dec. 230. à nu. 2.* Et Dominus directus infra bimestre tempus, postquam fuerit requisitus consentire tenetur, & donatarium inuestire, & in possessionem mittere, si alias donatarius sit habilis. Et non sit de personis prohibitis, Clar. *in §. emphyteusis q. 15.* vbi testatur in fine decisum in parlamento Delphinali, & si dominus recusauerit, post dictum tempus decernet Iudex, quod consensus habeatur pro præstito supplendo consensum Domini Alex. *cons. 57. lib. 2. n. 6.* Menoch. *de arbitr. cas. 182. n. 9.* Ludouis *dec. 520. n. 4.*

5 Laudemium cum debeatur pro inuestitura, & actuali traditione possessionis ex *tex. in d. l. fin.* consequenter donata, vel legata emphyteusi; cum (vt supra firmatum est) requiratur consensus Domini pro inuestitura, & captura possessionis, proinde laudemium debetur ex donatione, & legato, ita Cald. *vbi sup. tit. de extinct. emphyt. lib. 4. c. 16. n. 20.* Cancer. *lib. 1. var c. 11 num. 67.* Sperell. *dec. 99. nu. 45.* Ludou. *vbi sup.* Gratian. *discept. 377. nu. 31.* & decisum in Rota Rom. de anno 1648. refert Rub. *in annot. ad dec. 231. p. 8. recent. n. 393.* qui copiosè hæc omnia comprobat, & contrarijs respondet. Muta *dec. 10. n. 4.* in omnibus titulis lucratiuis dicit deberi laudemium, & sic seruari in Catalonia, Cancer. *vbi sup.* Danz. *de pugn. Doct. tom. 3. tit. de laudem. num.* 4. dum-

4 dummodò non sit consuetudo in contrarium; vt Amend. *hic*, & Cancer. *vbi sup. nu. 73.* & Danz. *d. num. 3.* Si autem donatio fiat in eum, qui alias in prima inuestitura comprehensus est, puta si pater filio donet non debetur laudemium, quasi censeatur anticipata successio, Ferrer. ad Guid. P. *dec. 48.* Fab. *lib. 4. tit. 42. def. 71.* quidquid velint Zuccard. *in l. fin. C. de acquir. poss.* & Gratian. *discept. 186. n. 22.*

6 Beneuerum ad hoc vt valeat donatio, vel legatum, requiritur quod non donetur personæ prohibitæ à Iure vel partium conuentione, Clar. *vbi sup. q. 15.* Gratian. *num. 32.* & inter personas prohibitas Ecclesiam comprehendi, quæ numquam moritur, probat Rub. *num. 406.* nisi Ecclesia nollet pro se retinere, sed vendere, Clar. *q. 33. in fine*, quod etiam restringi tradit Rub. nisi adesset pactum expressum in contrarium ex Ludouis. *dec. 539.* Merlin. *dec. 593.* Requiritur insuper, vt emphyteuta non donet, vel leget rem, tamquam allodialem; sed vti rem emphyteuticam, alias res caderet in commissum, Corb. *vbi sup. lim. 13. n. 6.* Denique exposcitur vt antequam Nouus emphyteuta capiat possessionem, requirat consensum Domini, vt fusè Rub. *n. 421.*

7 Suboritur difficultas vtrum de iure Consuetudinario Neap. debeatur laudemium ex donatione, & legato rei emphyteuticæ, & D. meus in fine testatur in Ciu. Neapol. non consueuisse dari laudemium, quamuis asserat non fuisse decisum articulum, quem refert, & sequitur Staib. *vbi sup. n. 7. & seq.* prout eamdem consuetudinem vigere in Catalonia tradit Solson. *in tract. de laua.* Celsul. 7. *n. 7. & seq.* Sed pluries reiecta hac finali assertione præsentis decisionis, contrarium fuit decisum, & in hac Ciu. Neapol condemnatos emphyteutas ad solutionem laudemij, tàm ex donatione, quàm ex legato decisum refert Hodier. ad Surd. *dec. 31. n. 47.* & in causa Monasterij Sancti Martini cum suis censuariis iudicatum tradit Montan *controu. 75. n. 11.* vbi ita inquit audiuisse iunctis Aulis determinatum à Consiliario Prouenz & probat Thor. *ver. Laudemium an debeatur ex re emphyt. q. 3. sect. 2.*

8 Quantum autem sit laudemium dic esse quinquagesimam partem pretii, vel æstimationis, seu deberi ad rationem duorum pro centenario, & iuxta pretium diffinitum in contractu, vt sentit Imol. *cit. hic n. 3. vers. His hic discussis*. Si tamen probabiliter dignosci possit interuenisse fraudem in expressione veri pretii contrarium tenet Barbat. *de diuis fruct. p. 1. c. 14. n. 13.* potest etiam ex consuetudine, vel conuentione induci, quod maior quantitas soluatur Alex. *cons. 5. lib. 9.* Burat. *dec. 435. n. 3. & Rot. dec. 147. n. 4. p. 8. recent.* potest enim paciscì, vt soluatur tertia, vel quarta pars pretii, sed pacto non concurrente soluitur quinquagesima, Medic. *cons. 152. n 8* Roder. *de ann redit. lib. 2. q. 4. n. 14* Danz. *qui sup.* Et vide in fine.

9 Elegans difficultas est, an laudemium soluendum sit ex pretio, siue æstimatione tantum vtilis dominii, non autem vnito valore iuris directi domini, & hanc partem amplexantur Amod. de Pon. *de laudem. q. 5* Burg. *inspec. 6 n. 11.* Fulgin. *eodem tract. q. 1. n. 17.* vnde acquirens quouis titulo emphyteuticum fundum non compellitur soluere laudemium, nisi tantum pro ea parte, & rata, quam sine onere antiquo acquirit ex Lalart. *de dec vend. c. 10. n. 10* asserente Peguer velle, quod si tit. legati relinquatur alicui res feudalis censuata, non sit soluendum laudemium valori totius rei, sed deducto onere; ita Peguer. *in repet. c.* Regis Petri *vers. 1. ea item q; motu ex tex. in l. Ciuitatibus §. fin. ff. de leg. 1.*

Consuetudine induci posse, vt laudemium sit supra quinquagesimam dictum est supra, sed in hac re Staib. *resol. 98. n. 66. & seq.* sentit consuetudinem hanc resistere iuri communi, & opus esse, vt inducatur à populo non recognoscente superiorem; ex Solson. *vbi sup.* Cellul. 12. *n. 12. & ex* Biancard. *in add. ad* Amod. de Pont. *de laudem. q 4. not. 4.* & consuetudines præfatas ait oriri ex pactis, & conuentionibus contrahentium, & in oppidis oriri consuetudinem soluendi supra quinquagesimam ex ignorantia, ideóq; paruifaciendam, sed dic requiri immemorabilem ex Burg. *p. 1. in sp. nu. 9.* & valere inductam à populo inferiori, ex Foller. *in pragm. de censib. vers. Huiusmodi n. 52.* quem sequitur Burg *nu. 5. qui n. 10.* probat ius maius laudemij dare potestatè alienandi sine consensu domini, & laudemium deberi etiam de melioramentorum æstimatione tenent Ias. *in d. l. fin. nu. 42.* Rodoan. *de reb. Eccles. non alien q. 17. n. 18.* alia vide *obs. 277.*

SVMMARIVM.

1 *Auctor Decisionum, primus præfuit in deputatione, & conseruatione pecuniarum Ciuitatis.*

2 *Creditor, apud quem fuit datus fideiussor, non potest cogi ad liberandum fideiussorem, etiam quod offeratur alius, æquè idoneus, & quomodo intelligitur, n. 3.*

DECISIO CCII.

Fideiussor alius etiam si æquè idoneus offeratur, non tamen primus inuito creditore liberari potest.

IN locationibus vectigalium huius fidelissimæ Ciuitatis consueuimus in tribunali conseruationis, & distributionis pecuniæ, seu patrimonij
1 in quo vt Regius officialis, † primus ego præfui, & præsum, recipere fideiussores pro certa quantitate: accidit quod vnus, cui erat promissa pars in locatione prædicta, promiserat liberari facere vnum ex fideiussoribus datis, & petijt à Ciuitate, quod ipsum liberaret, offerens dare alium æque idoneum, Ciuitas recusauit, & me referente in Regio Collaterali Consil. fuit admissa hæc recusatio per tex. *in l. si mandato meo.*
2 *in prin. vers. Idem si negocia mea geris. ff. mandati.* † non enim creditor cogitur mutare debitorem, & ita per illum text. tenet Bald. inferens pulcram quæstionem, *in l. si pater, C. de collat.* quem sequuntur ibi Sal Fulgo. Alex. Corneus, & Riminaldus, idem Bal *in l qui autem. §. 1. ff. de const. pecu.* de quo meminit Anto. de Alex. *d. l. si domus. §. fi. colum. 5. vers. & pro ista opinione ff. de leg. 1.* Ar. Pinel. *in repet. l. 2. in 2. par. cap. 1. n. 22. & seq.* Cur. Iun: *in d. l. 2. vers. 2. principaliter C. de pactis licet* Decius *in d. l. si pater*, dubitet de prædictis, & dicat iudicem ex causa hoc facere posse prout ego facere consueui in casibus, qui quotidie accidunt in Sacro Consil. in decoctionibus debitorum, quia in concursu creditorum decernit, pecuniam sub fideiussore liberari, & adsunt aliqui creditores, qui non reperiunt fideiussores, & vt ipsos habeant inter se conueniunt, vt fideiussores retineant pecuniam loco indem-
3 nitatis, † nam si postea creditores offerant fideiussorem æque idoneum, & petant liberationem primorum etiam recusantibus iis, apud quos fideiussio præstita est, ne creditores ex eorum paupertate priuentur commodo propriæ substantiæ, si Actuarius, cuius periculo fideiussiones capiuntur, non recusat alium fideiussorem recipere, decreui, fideiussorem primum liberari, & alium recipi, & pecuniam creditori restitui, quomodo autem succurratur fideiussori, & principali in casu prædicto, ponit Bald. *in d. l. si pater.*

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde videndum Muscatell. *de fideiussor. in 6. quæst.* Vide Decium, & Cagnol. *in l. plus cautionis. ff. de regul. iuris*; Adde quod istam decis. refert & sequitur ac comprobat Petr. Caball. *in resolut. crim. casu 131.*

In *si ibi si actuarius*. Quam diligentiam debeat facere actuarius in capiendis fideiussionibus ne teneatur de suo; Vide omninò Ritum M. C. Vicariæ 135 *in fin.* quem

quem nota; quia pauci animaduertunt, & quando tenetur capiendo fideiussorem non idoneum; Vide Farin. *in tra. de fideiuss. q. 33. nu. 88. & qualiter excusetur*; Vide Ioseph. Lud. *dec. Luca* 33. & Farin. *loco sup cit. nu. 89. & seq.* Adde Steph. Grat. *in dec.* 69 *n.* 1.5. vbi refert ita fuisse iudicatum per rotam excusso prius fideiussore, & allegat Salyc. *in d. l.* 1. *C. de magistra. conuen.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, an, & quando compelli possit liberare fideiussorem, & æquè idoneum recipere.*
2 *Limitatur Regula l. si mandato.*
3 *Ad studium proficiscens, petit liberari à fideiussione.*

AD hanc dec. 202. adde omninò Alexandrū *in l. facere posse, ff. soluto mat.* Bar. *cons.* 82. Decium *consil.* 456. & 487. & Hippolyt. de Marsilijs, *in Rubrica, De Fideiussoribus,*
1 vbi, an, † & quando creditor compelli possit liberare fi-
2 deiussorem, & æque idoneum recipere, & † limitat Regulā *d. l. si mandato*, in casu, de quo Cagnolus latissime *in l. diem functo, nu.* 119. *ff. de officio assessorum, & in l. plus cautionis, nu.* 7. *ff. De Regul. iur.* & Affli. *in Const. Regni, Si vassallus domino, & in dec.* 241. & Socin. *in*
3 *Regula sua* 147. & Alex. *cons.* 72. & † iturus ad studium petit à fideiussione liberari: Roman *Sing.* 100. Ad verbum, Cuius periculo, Adde omninò authorem *infrà, dec.* 480. *n.* 3. *fol.* 20. *vol.* 3. & *Pragmaticam Nouellam hodie emanatam in Regno.*

ADDITIO D. RICII.

FIdeiussor alius etiam si æquè idoneus offeratur non tamen primus inuito creditore liberari potest; adde hinc euenire, quod fideiussor non potest petere se eximi, ac liberari à fideiussione, antequam soluat, vt post alios per eum allegatos firmat Mantic. *de tacitis, & ambiguis p.* 2. *lib.* 16. *tit.* 22. fideiussor enim non potest agere contra principalem, vt liberetur, & petere exonerationē statim promissione facta, vt nouissimè alios allegans tradit Aret. *de fideiuss. tit.* 1. *par.* 2. *c.* 3. *qui nu.* 4. *limitat* dictam conclusionem, & vide alias limitationes *per nu. sequentes* apud eumdem omnino videndum in materia.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Creditorem non cogi liberare fideiussorem, & suscipere nouum, decisio firmat, quæ conuallatur.*
2 *Contrarium tenent Dec. Muscatell. Et causa iusta concurrente tradunt seruasse D. Præs. & Caball.*
3 *D. Petr. reijcit Dec. & Muscat. & decisum refert.*
4 *Auctor stat cum D. Præs. Muscat. & Caball.*
5 *Promittens dare Titium in fideiussorem, an possit alium idoneum dare.*
6 *An obligatio possit per fideiussorem contra debitorem incusari, qui promisit infrà tale tempus eum liberare.*

QVodlibeticum ferè videtur iudicantis placitum in peracri controuersia, quæ modo proponitur. An debitor, qui fideiussorem dedit, valeat offerendo creditori fideiussorem æquè idoneum, petere quod se liberet.

1 Creditorem compelli non posse ad suscipiendum nouum fideiussorem, probatur ex *text. in l. si mandato meo, §. 1. ff. mandati*, vbi expressè dicitur, quod si dum negotia mea gerens, alicui de creditoribus meis promiseris; antequam soluas, potes agere contra me, vt obligationem suscipiam, & si creditor nolit obligationem mutare, tibi cauere debeo, te defensum iri à me, per quem *textum* Bald. *ibi nu.* 3. & in lectura antiqua notat, quod fideiussor non potest cogere reum præcisè, vt eximat à fideiussoria obligatione, quia non potest hoc facere Reus, nisi creditor consentiat; nam creditor non cogitur debitorem mutare, & sufficit si loco exemitionis præstet idoneam cautionem, qua ipsum fideiussorem conseruabit indemnem, & defendet à creditore, cum aliud facere non possit, & per prædictam cautionem desinet interesse fideiussoris, & exemplificat in fideiussore tutoris, & idem notatur in *l. Labeo ait, §. sed si per fideiussores, in lect.* 1. *post glos. ff. de arbitr.* vbi dicit, quod hæc quæstio fuit de facto Perusij, nam fideiussor tutoris petebat, durante tutela, se liberari, & quod ita fuit pronunciatum. Accedit D. meus vbi conductor vectigalium, qui dederat fideiussores, & promiserat vnum ex eis liberari facere, petijt a Ciuitate, quod illum liberaret, offerens dare alium æque idoneum, & Ciuitas recusauit, & causa cognita, & relata in Collat. Cons. fuit admissa recusatio, per *tex. in d. l. si mādato meo* §. 1. & post Bal. Alex. Salic. Ias. *& alios*, probat Petr. Gilkē *in l. si Pater n.* 3. quem refert, & sequitur Reg. de Marin. *li.* 1. *res.* 79. vbi laudat præsentem decisionem. Addo D. Merlin. *cont.* 78. *n.* 5. Rouit. *dec.* 28. *n.* 11. Cancer. *var. p.* 2. *c.* 5. *de fideius. n.* 259. vbi alios refert. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 4 *glos.* 18. *n.* 3. Nouar. *q. foren.* 20. *per totam.*

2 Contrarium tenet Dec. *in l. si Pater, C. de collat. & l. plus cautionis, ff. de reg. iur.* & in hanc partem inclinat Muscatel. *de fideius. p.* 2. *q.* 2. *& q.* 6. *nu.* 6. *& seq.* vbi respondet ad *tex. in d. l. si mandato, §.* 1. quod loquatur de Reo principali, nō autem de fideiussore, & conuenit vulgata reg. quod tibi non nocet, & alteri prodest, faciendum est. Et quod ex causa possit Iudex cogere creditorem mutare obligationem fideiussoris iuxta opinionem Decij sentit D. meus in fine, & inquit, quod ita ipse facere consueuit, in casibus continuò occurrentibus in casu decoctionis debitorum; nam in concursu creditorum decernit, pecuniam sub fideiussore liberari. Et adsunt creditores aliqui, non reperientes fideiussores, quos, vt alliciant conueniunt, vt fideiussores ipsi pecuniam retineant loco imdemnitatis; si enim postea creditores offerunt fideiussorem æque idoneum, petantq; liberationem primorum, etiam recusantibus ijs, apud quos fideiussio præstita est, ne creditores ex eorum inopia priuentur commodo propriæ substantiæ, pronunciare consueuit liberari primum fideiussorem, & alium recipi, restituiq; principali pecuniam, quod vt valdè æquum, & rationi consonum commendat Cabal. *resol. crim. casu* 131. *nu.* 6. vbi ita obseruasse, & practicasse testatur in huiusmodi casibus. Addo Fontanell. *vbi sup.*

3 Beneuerum scio Decium reprehendi ab Addente *in d. l. si pater*, vti contra communem sequentem Cagnol. *in d. l.* plus cautionis ait, deceptum Decium, & nouissimè pariter Muscatellum confutat D. Petra, *super Rit. M. C. V.* 165. *num.* 14. *& seq.* vbi refert excitatam fuisse quæstionem in S. Cons. inter curatorem, & creditores patrimonij Citatellę, & alios super proposito articulo, an possit æque idoneus fideiussor loco primi iam præstiti inuito creditore offerri; & de anno 1655. pro parte negatiua inquit iudicatum, referente D. Gamboia pro qua opinione quam plures cumulat, & post alios D. Prat. ad Muscatell. *de fideius. vbi sup. d. q.* 2. Cenc. *de cens. q.* 79. *à nu.* 13. & ita indistinctè firmat reiectis Decio, & Muscatell.

4 Nihilominus, quia D. meus amplectitur Decium in casu, quo aliqua iusta causa concurrat mutandi fideiussorem, & D. Petra debebat, sua pace distinguere, & admittere doctrinam Decij, iusta causa id exigente, prout refertur seruatum pluries in fine huius decisionis & per Cabal, *vbi sup* qui subiungit vidisse quandoq; audiri Reos, volentes dare vnum, aut plures fideiussores, ponendo in eorum locum alium, seù aliquos æque idoneos, vt res grata fieret petentibus; hoc enim fieri posse non ambigitur, vt specialiter dixit Bal. *in d. l. §. sed si perfideiussores n. 2. in l. 2. nu. 7. C. de senten. quæ sine quant. profer.* & sentiunt alij; sed Iudex non debet hoc facere de necessitate, si autem faceret ius fisci non læderet, nec deterius effiiceret recipiendo æquæ idoneã cautionem, hæc Caball. cuius non meminit D. Petra, *vbi sup.* nec expendit iustam causam ponderatam per D. meum. Hinc opinor, Reum, qui in causa criminali fideiussorem dedit, si hunc liberari petat ex aliqua causa, offerendo alium idoneum, audiendum esse, & ita similiter seruari posse in causa ciuili, si ex paupertate principalis, eius pecunia fideiussor vtatur, creditore inuito, & etiam quod fideiussor se obligauerit principaliter, & in solidum, quia non mutatur quidditas: sed remanet fideiussor dum negotium principale re vera ad ipsum non pertinet, per *tex. in l. sed* Iulianus, *ff. ad Senat. C.* Maced. Paul de Castr. *cons. 161.* Marant. *resp. 91. tom. 4. nu. 8.*

5 Regulariter creditor non cogitur mutare debitorem seù fideiussorem, quando tamen agitur de fideiussore dato, vel accepto à creditore. Secus in fideiussore promisso tantum tunc enim sufficit præstari alium æque idoneum ita Bal. Alex. & Ias. *in l. si Pater*, qui mouentur per *tex. in l. qui autem*, §. 1. *ff. de constit. pecun.* & quod promissor de dando sc. Titium in fideiussorem, liberetur offerens alium æque idoneum, vel dando pignus, cum ita satisfiat voluntati creditori; imò & magis per pignoris dationem quam fideiussoris ex *d. l. plus cautionis* Bart. *in l. præteria, ff. de prætor. stipulat.* Cancer. *vbi sup d. n.* 159.

6 Subsequitur examinandum si debitor promiserit fideiussori liberationem à fideiussione infra aliquod tempus, cum pacto, quod alias possit instrumentum contra promissorem ipsum liquidari, vel obligatio incusari, dum creditor compelli nequit ad hoc; an possit recusata oblatione alius fideiussoris, incusari obligatio, & de Marin. *vbi sup. n. 4. ex* Petr Gilken. tradit consuluisse, ad euitandas incusationes instrumentorum, quæ in Ciuitate, & Regno frequentissimæ sunt; quod vbi debitor promiserit creditori satisfacere, vel fideiussorem ab obligatione liberare, & in casu deficientiæ obligationem posse incusari, si postmodum adueniente die neutrum fuit impletum, valent præfatus debitor, ad euitandam incusationem, præstare fideiussori alium æque idoneum qui illum securum reddat, & hoc sufficere. Verum enim verò hanc doctrinam consector quando debitum purum, & liquidum non esset, dum tunc protestando per se non stare, excusaretur à pena; ad impossibile enim non potest obligari ex Alex. *in d. l. si pater*, & post eum Corn. *num.* 3. Carpan. *ad statut.* Mediol. *p. 1. c. 44. nu. 64* Caroc. *dec* 4. Maur. Aret. *in tract. de fideiuss. sell.* 10 §. 55. *nu.* 3. Secus autem si debitum esset purum, & liquidum, quia tunc promissor debet soluere alias possit contra eum obligatio incusari; faciunt tradita per Nouar. *vbi sup.*

SVMMARIVM.

1 *Hæredes tenentur pro hæreditariis portionibus.*
2 *Alimentorum fauor cessat in alimentis præteritis.*
3 *Alimentorum fauore potest fieri exequutio insolidum contra plures hæredes.*

DECISIO CCIII.

Alimenta præterita non possunt peti ab vno hæredum insolidum sicut possunt futura.

1 QVando † sunt plures hæredes debitoris, est expeditum, quemlibet ex hæredibus actione personali teneri pro rata hæreditaria, *l. pro hæreditarijs. C. de hær. act.* quod procedit etiam quando legatarij agunt pro legatis actione hypothecaria, quia hoc casu actio hypothecaria diuiditur, sicut actio personalis. *l. 1. §. fin. C. communia de leg. cum concord.* per Negusantium *in tract. pignor. in tertia part. quarto membro. in decimoquinto casu*, de quo meminit Caualcan. *in tit. de vsuf. mul. relicto. fol. 194. nu. 15.* dicebatur tamen, quòd hoc non procedebat in legato alimentorum, quia tunc potest quilibet ex hæredibus insolidum conueniri, *l. 3. ff. de alimen. & cib. leg.* per quem textum ita limitat *d. l. pro hæreditarijs*, *glo. ibi.* Cum casus hic accidisset in Sacro

2 Consilio iudicauimus, † hanc limitationem non procedere, quo ad alimenta præterita, cum in eis omnis fauor cesset. *l. de alimentis. C. de transactionibus. vbi* plene Dec. *in 3. notab.* Anton. de Padilla. *ibid. in 3. notabil.* plenè Anto. Thes. *in decis. 44.* vbi de hac decis. meminit, quo verò ad alimenta futura, diximus hoc esse arbitrarium iudici, qui propter dissensiones, & voluntates hæredum circa modum, & præstationem alimentorum,

3 † & etiam propter particulares solutiones, quæ non modica afferunt incommoda, poterit vnum de hæredibus cogere ad præstationem alimentorum vel proposita actione hypothecaria, immittere legatarium in possessionem vnius ex corporibus hæreditarijs, vt ex ipsius fructibus percipiat alimenta, & cogere hæredes, vt pro rata hæreditaria contribuant, quod optime declarat Cyn. *in d. l. pro hæreditariis*, & Sal. *in 7. opposit.* qui etiam dubitat, an hæc obligatio sit diuidua, vel indiuidua postquam vita hominis, cuius occasione alimenta debentur, est indiuidua, & ita postea reperi quòd *gl. in d. l. pro hæreditariis, declarat dec. Perus. 92. numer.* 1. & 14. & principalem decis. tenet Anton. de Cordu. *in l. si quis à liberis*, §. *si quis ex iis*, *num. 206. versic. sed si testator fol. 63. ff. de lib. agno.* quo etiam in loco dicit errasse Ias. *in l. stipulationes non diuiduntur*, qui dicit hanc stipulationem esse indiuiduam, & eamdem opinionem tenet Io. de Roias *in ep. suc. c. 12 in 26. amp. fol. 132.*

ADDITIO D. VISCONTI.

SVb num. 1. Adde Caualc. *de vsufr. mul. relicto, n. 15. ver. & licet fol 194.* & Surd. *in dec. 92. vbi refert iudicatum*, hæredem non teneri nisi pro rata etiam in causa dotis, sed Vrsill. post Affl. *in dec. 332. in fin.* tenet contrarium eius quod refert iudicatum Surd. Steph. Gratia. *in dec. 146. n. 1.*

Sed videatur de veritate hic Dominus *in decis. 581. par. 4* vbi ex professo disputat quæstionem istam.

L. pro hæreditarijs in d. nu. 1. allegata intelligitur in mero debito personali, non in debito occasione rei, secundum Burtat. *cons. 6. nu. 12. 14 vol. 1.* vbi allegat Socin *cons. 243. vol. 2. & ad ornatum d. l.* Vide D. Ano *collect. 189.*

Num. 2. Adde Thesaur. *qui hanc dec. alleg. & sequitur in decis. 44. num. 1. in fin.* & sequitur Surd. *in tract. de alimentis fol. in magnis* Petram ad Capyc. *decis. 24. annot. 1.*

Num. 3. ibi poterit vnum; Adde Mysing *in obser. 62. cent. 1.* qui refert ita per Cameram iudicatum.

AD-

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Dos exigitur in solidum ab vno.*
2 *Quid in antephato.*
3 *Quid in alimentis ex dispositione Legis, vel Hominis.*
4 *Alimentorum fauore fit exequutio in solidum, & quando hoc procedat.*
5 *De diuisione actionum inter hæredes, remissiuè.*

AD hanc decis. Adde Ioachim. Mynsing. *Obser.63.Centur.2.incip.Quando sum*, & Petrum Surdum *dec. Mantua* 90. vbi † an dos possit exigi insolidum ab vno, & † an istud procedat in antephato. Vrsill. *dec.*332.*n.*7. Ad nu.2. adde † quod hoc intelligitur in alimentis ex dispositione Legis, non Hominis; latissimè dico *infra dec.* 489. Ad istud quod † alimentorum fauore fit exequutio insolidum, adde quod idem est in dote, Vrsill. *dec.* 332. *in fine*; & de alimentis quod fiat exequutio in solidum Ioseph. Ludouic *dec Perusina* 92. vbi quando hoc procedat. Et ad hanc decis. vide Ioannem Baptist. Costam, *in tract. De Ratione rata, quæst* 31.*n.*4. & † de diuisione actionum inter hæredes, eundem Costam *quæst.* 23. & *hic* Præsid. *dec.*159.*n.*1.

ADDITIO D. RICII.

ALimentorum fauore potest fieri exequutio in solidum contra plures hæredes, hoc dicit, Adde Pellic. *in consuet. Auers. cap.*7.*n.*160. quem refert Thor. *in compend. dec. in verb. alimentorum fauore.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecam pro legatis anomalam, & irregularem, vti diuiduam firmant DD. qui recensentur. At specialitatem negat Merlin.*
2 *Legatum alimentorum an sit indiuiduum; adducuntur argumenta pro opinione affirmante, & Ias. Barbat. & Episc. Marant.*
3 *Diuiduam esse hypothecariam demonstratur ex Grattan. Pontan. Giurb. & alijs.*
4 *Extenditur si alij hæredes non sint soluendo.*
5 *Diuisione sequuta inter hæredes, an legatarius possit instituere hypothecariam super vna re obuenta ad vnum.*
6 *Auctor addubitat de doctrina Pauli de Castr. Surd. & aliorum.*
6 *Hæredum sine inuentario, an quilibet teneatur in solidum. & quid in foro conscientiæ, & quid in legato relicto pro alimentis spiritualibus, sc. Missis n.*8.

1 DE anomala hypotheca, & diuiduitate, vel indiuiduitate legati alimentorum disceptari nunc operæ pretium erit. Irregularis, & anomala est hypotheca pro legatis, seu vt ab alijs nuncupatur specialissima; nam quamuis regulariter hypotheca sit indiuidua, & tota in toto, & tota in qualibet parte fundi, vti anima quæ est tota in toto, & tota in qualibet parte corporis; attamen hypotheca pro legatis est diuidua, & contra regulam, & competit pro virili tantum contra hæredes prout actio personalis, *l.1.C.communi. de legat.* & ibi Bar. *num.*3. Cost. *de port. rat. q.*105.*nu.*1. D. meus *n.*2. Mart. Medic. *de sen. exam.*23.*n.*30. & pluries decisum Rot. Rom. refert Merlin. *de pignor. lib.*3.*q.*14.*n.*86. Nec admittit occupationem, aut retentionem ad omnia bona, sed pro concurrenti portione rei debitæ, Gratian. *discep.*542.*n.*41. rationem diuersitatis assignat Merlin. nam quando in sui initio cum vno contrahitur, tunc indiuidua dicitur hypotheca, & ad omnia bona fertur; & ita si debitum sit cum testatore initum, cum sua indiuidua hypotheca, in omnes transiret hæredes, pro bonis à testatore obuentis, & qualibet portio existens penès hæredes remanet affecta pro toto debito; quamuis respectu personarum; tunc quilibet hæres pro sua rata tenetur, ita Paul. de Castr. *in d.l.*1. Cùm autem hypotheca ex causa legati causatur, dum in testatore non cadit obligatio; tunc hypotheca in portione singulorum hæredum pro rata, & virili tantum competit, & sic incipit ab eis in sensu diuiso, non in sensu coniuncto, vt loquitur Bal. *in d.l.*1. Quapropter mox citatus Auctor rationem discriminis adducens, negat specialitatem in hypotheca pro legatis, quam DD. admittunt.

2 Præcipua difficultas quæ in hac decisione discutitur, est. An legatum alimentorum sit diuiduum; & indiuiduitas suadetur, quia obligatio alendi est ad factum, dum qui debet alere, non tenetur dare, aut tradere, sed facere: dare enim est dominium transferre, & alimentandus non habet quærere, si res pro alimentis assignata, sit dantis, vel non: sed sufficit, quod habeat. Et rectius arguitur: quia præstatio alimentorum non affert tantam vtilitatem in parte respectu partis; quantam afferret tota solutio, si tota solueretur: ex quo si homo comederet solum dimidium dumtaxat eius, quod necessarium est sibi comedere pro sui substentatione, citò moreretur, secundum Bart. *in l.*4 §. Cato, *ff. de verb. oblig. nu.*27. Accedit quod is, qui tenetur alere censetur quandam seruitutem habere: nam obligatio alendi ex parte creditoris dicitur personalis, & in personam, cum finiatur illius morte: sed ex parte debitoris dicitur in rem; dum transit in hæredes ipsius: seruitutes autem omnes sunt indiuiduæ, quod præstatio alimentorum sit indiuidua, & prouidendum sit, quod vnus ex hæredibus subeat totum opus alendi, tradit Ias. *in l. stipulationes non diuiduntur nu* 3. *ff. de verb. oblig.* Subdit beneuerum super hoc melius cogitandum, & ex glos. Gasp. Thes. & alijs tradit Maranta. *tom.* 4. *resp.* 16. *num.*17. Barbat. *de assist. glos.*12.*nu.*108.

3 Alij verius probant non posse hæredes conueniri insolidum pro legato alimentorum ex *l.* 3. *§. fin. de alim. & cibar. legat.* ita post alios Cost. *vbi sup. q.*31. *num.*4. Gratian. *discept.* 16. & si plures præstare debent alimenta, si alter reddatur non soluendo, eius onus cæteris hæredibus non accrescit *d. l* 3 *in fine* Pontan. *de alim. c.*18.*n.*1. Giurb. *obs.*19.*n.*17 Nonnulli verò existimant, vt alternis vicibus alimenta præstentur ab hæredibus, & sic non diuidantur alimenta, sed alimentorum præstatio Bart. *in l. solent num.*12. *ff. de alim. & cibar. legat.* Surd. *de alim. tit.*4.*q.*15 *nu.*19. Ciarlin. *contr.*45. *num.* 47. *lg.*1. Tandem posterior, & tutior sententia est debere Iudicem vnum ex pluribus hæredibus eligere, cui pro rata cæteri contribuant; ita D. meus *nu.*3. Cost. *vbi sup.* Ciarlin. *n.*53. Giurb. *n.*14. qui testatur ita iudicatum, & determinationē in gradu appellationis fuisse cōfirmatā.

4 Conclusio ista beneuerum non ita absolutè procedit quia fauore alimentorum tunc potest vnus ex cohæredibus, ex æquitate in solidum conueniri, quando cæteri cohæredes pro eorum ratis hæreditarijs contribuent vel saltem eodem tempore, quo Iudex vnum ex hæredibus in solidum grauet; tunc alios hæredes cogat, vt pro eorum rata contribuant, vt hic *num.*3. Caball. *cons. dec.*15. Surd. *n.*23. Marti Medic. *sect.*2.*n.*3. Si enim alij cohæredes non sint soluendo, ita vt hæres soluens non possit repetere de portionibus aliorum, ad quos spectat: nullo modo vltra suam ratam soluere debet. *text. est in d.l.*3.§.*fi.* ibi, *Iam nunc scias, partes eorum, qui sol-*

uendo esse desierunt, non pertinere ad vnus reliquorum hæredum. ita Altograd. *contr. 49. num. 22.* Nec obstant obiectiones in contrarium, de indiuiduitate alimentorum, quia locum habent in obligatione inchoata à defuncto ex contractu, & stipulatione, non autem in legato, in quo incipit obligatio pro eorum rata, ab hæredibus; ita Surd. fusè *vbi sup.* Thes. *d. q. 67. nu. 12.* Costa *vbi sup. q. 31.* qui idem tenent; si obligatio alendi incœpisset à defuncto ex dispositione legis, & charitatis non ex stipulatione. Poterit etiam Iudex immittere legatarium in possessionem alicuius rei communis, ad hoc, vt legatarius substentari valeat ex eius fructibus, vt docent Auctores sup. cit. Posset autem vnus hæres conueniri hypothecaria, seù potius saluiano si possideret ratas aliorum hæredum, Surd. *cons. 191. nu. 1.* & decisum in Rot. Rom. refert Merlin. *vbi sup. n. 97.*

5 In terminis hypothecariæ competentis pro legato, quamuis illa sit diuidua per *tex. in d. l. 1. C. communia de legat.* nihilominus docet Paul. de Castr. ibi, considerari diuiduam obligationem, respectu hæredum possidentium pro indiuiso corpora hereditaria, quo casu ipsa hypotheca non afficit quempiam hæredum, nisi pro sua rata, dum quisq; adeundo non censetur quasi contraxisse indiuiduam obligationem, sed diuiduam; secus autem dicit, post quam cœperunt singuli corpora hæreditaria possidere ex diuisione: nam quodlibet corpus, vnicuiq; contingit, & incipit à singulis possideri, transit affectum huiusmodi hypotheca indiuiduali, & citat *tex. in l. si consensu, §. vlt. ff. quibus modis pign. vel hyp. solu.* vbi si habens rem communem, hypothecat suam partem, & deueniat ad diuisionem, quia hypotheca creditoris est indiuidua in qualibet parte rei, posse creditorem ait *tex.* agere super dimidia dimidiæ alterius socij: & ita in casu nostro, facta diuisione inter hæredes posse agere legatarium hypothecaria super re, quæ vni ex hæredibus contingit, tamquam affecta hypotheca ex partibus amborum hæredum, & doctrinam Castrensis, vti singularem sequitur Surd. *cons. 209. n. 8. & seq.* quos refert Merlin. *nu. 94.* qui etiam firmat posse legatarium in solidum agere contra vnum hæredum tamquam contra possessorem, non autem vti hæredem ex Corn. *in d. l. 1. n. 10* Rot. *dec. 34. n. 24 par. 2. diuersor. & dec. 294. p. 1. recent.*

6 Quidquid tamen censeat Castren. argumentans ex *tex. in d. l. si consensu, §. vlt.* responderi potest dictum *textum* procedere in re particulari communi, non autem in diuisione hæreditatis; vt ex Ann. Rob. *lib. 3. rer. iudic. c. 19.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. glos. 9. p. 2. n. 50.* vt dictum est in obseru. 77. Ideòq; non lector intelligentiam *tex. in d. l. cit. per Castren.* adductam, nec posse destrui, & euerti regulam diuiditatis actionis hypothecariæ pro legato, sed de hoc rursus me audies.

7 Silentio intelligendum nequaquam censeo, quòd hæredes tenentur pro virili actione personali, iuxta tradita hic *num. 1.* etiamsi non sint beneficiati, sed simpliciter hæredes absque confectione inuentarij: nam quamuis huiusmodi hæredum quilibet teneatur in solidum ad debitū persoluendū iuxta *tex. in l. si. §. fin. verò C. de hæred. & falc.* ibi; *Omnibus in solidum hæreditarijs oneribus teneatur.* Gratian *discept. 336. num 31.* Rot. *dec. 33 n. 28. post* Merlin. *de pignor.* Vrceol. *consul. for. c. 49 num. 3.* Intelligitur vt quilibet teneatur in solidum vltra quantitatem bonorum ad se peruentam, non autem vltra quotam in qua fuit institutus: vt vberrimè Rot. *dec. 127. per totam post* Merlin. & tenetur in solidum pro quota non in totum debitum, vndè si essent duo hæredes, & debitum esset ducatorum 400. tunc vnus tenebitur ad 200. etiam quod quantitas contenta in hereditate pro sua rata non ascenderet ad dictam summam, sed non tenebitur vltra.

8 Difficultas excitari posset in foro poli, si cohæredes non essent soluendo; an vnus qui haberet de hæreditate tantum quantum posset satisfacere creditoribus, imò plus: An obligetur soluere totum debitum, & si in foro externo non teneatur quando debitū est in actione personali tantum ex *tex. expresso in d. l. 3. §. fin.* & quæstionem hanc pro hærede resoluit *Gom. de contract. lib. 2. de diuid. & indiu. c. 10. num. 20. &* Ayl. *in addit.* D. Capon. *in tract. de pact. q. 2. nu. 35.* In contrarium obijci posset, quod est contra naturam, vt vnus hæres referat personam defuncti pro hæreditaria portione, & vnus dimidiam, alter alteram refert, dimidia enim pars hominis, non est homo, nam forma hominis, quæ est homo, est anima rationalis, est indiuidua, quare non integer defunctus, sed dimidiatus repræsentaretur, prout Titius si duo specula reciperet, in vtroq; se respiceret, & vtrumq; totam pro solido suam imaginem repræsentaret, vt attento iure naturæ philosophatur, Vacon. *lib. 5. declar. iur. 74.* præterea quando hæres habet pro sua rata tantum, quantum sufficeret, imò plus, pro solutione debiti, dum bona dicuntur deducto ære alieno, & creditor sit in damno, hæres autem in lucro, videtur dissonum dictamini rationis, quod vno hærede non existente soluendo, ex quo dilapidasset suam portionem, cohæres non teneretur soluere de bonis defuncti debitoris, nisi pro sua rata, & in foro animæ attenditur ratio naturalis, nec per mortem debitoris debet fieri deterior conditio creditoris, additur quod hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti, vndè hæc opinio videtur æquitati consentanea, & fauorabilis animæ defuncti, quæ omnibus rebus est præferenda, & quæ in captiuitate non debet remanere, quod contingeret si retineretur alienum, prout si non soluatur debitum, & in hanc opinionem inclinat *glos. in c. cum in tua de vsur.* & facit quod ait Nauar. *in summ. c. 17. nu. 278.* ibi si quis hæredum non habeat, vnde restituat, alius ad id pro sua hæreditaria parte quantum ferret obligabitur, & in terminis restitutionis faciendæ pro quantitate furata per defunctum, ita etiam arguunt, & tenent Negus. *de pignor. p. 2. memb. 4. num. 124.* Pacific. de Saluian. *insp. 3. c. 4. nu. 522.* Gait. *de credit. in append. ad c. 4. nu. 134.* bene verum mox citati Auctores tenent oriri tacitam hypothecam in omnibus bonis furis pro furto patrato, vt etiam tradit Bal. *in l. furti actione, ff. de furt.*

Nihilominus contrarium pro hærede tenent Less. *de iust. & iur. lib. 2. c. 20. dub. 20. nu. 175.* Molin. *de iust. & iur. disp. 332. in fine* Zecch. *de vsur. q. 16. num. 5.* Rebell. *de iust. & iur. q. 16. nu. 5.* Merend. *controu. c. 18.* Merlin de pignor. *lib. 3. q. 35.* Card. Lug. *de iust. & iur. disp. 25. nu. 137.* Leotard. *de vsur. q. 94. num. 31.* qui omnes affirmant hæredes pro virili teneri ad restitutionem vsurarum à defuncto extortarum, nec vnum teneri pro alio in conscientia, & obiectis responderi posset concedendo quod hæreditas vti res incorporalis, sit indiuidua, & quod vnus hæres referat personam totam defuncti vti indiuiduam, vt declarat Vacon. sed onera diuiduntur ex *l. pro hæreditarijs, C. de hæred. act.* quando bona non sunt affecta hypotheca, ideoq; dum quis non se prouidet hypotheca, & non negotiatur cautius sibi imputet, & censetur velle se cōformare legis dispositioni, sed de hoc iterum in obser. 237. & faciunt sequentia,

9 In legato pro missis, vel anniuersarijs pro anima testatoris celebrandis, an insolidum teneantur videndum restat, & difficultas oritur, quia huiusmodi suffragia censentur alimenta animarum purgantium, vt Barbat. *in d. glos. 12. nu. 79.* & legata pia in solidum peti posse ab vno ex pluribus hæredibus, & potissimum relicta pro sacris Deo altissimo offerendis pro animabus purgantibus ex Guid. Pap. *dec. 576. nu. 3.* admittit Ricc. *collect. 528.* & licet Guid. Pap. non ita apertè loquatur, attamen sequitur Thor. *in summ. priuileg. piar.* Caus. *priuileg. 202. circa finem* Genuens. *in pract. Eccles. q. 245. nu. 2. & 7.* Alcia *determ. 110. nu. 3.* præterea Marant. *d. respon. 6. per tot.* argumentatur pro hac opinione ex eo, quod huiusmodi legatum sit pro operis præstandis à Sacerdotibus, qui suas locant operas ex *tex. in c. significatum de preb.* vbi *glos. recepta*, & Mat-

& Matth. 20. *Dignus est operarius mercede sua*, & ex *c. dudum*, §. *verum de sepultur.* non quasi stipendium sacrificij, sed sustentationis ex iustitia secundum *D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 2.* & opus indiuiduum dicitur, & pro eo insolidum agi posse tradit Vlpian. *in l. fideicommissa*, §. *si in opere*, *ff. de leg. 3.* ita inferens. *Ergò est in statua, & in seruitute caterisq; qua diuisionem non admittunt, tunc in solidum ab heredibus, & haredibus debentur*, concinit text. in *l. in executione*, §. *secunda ad opus*, *ff. de verb. oblig.* ibi, *Secunda ad opus quod testator fieri iusserit, nam singuli haredes in solidum tenentur quia operis effectus in partes scindi non debet.* Vlterius arguit Marant. quod sit seruitutis species certis temporibus designatis Sacerdotes teneri ad operandum sacris Perez. de Lara *de anniuersar. lib. 1. c. 8. nu. 27.* in contrarium expendi possunt tradita per Surd. *ubi sup.* quod factum in vltimis voluntatibus diuiditur inter hæredes, *l. si tibi homo*, § *fundus*, & *l. turpia*, §. *fin. ff. de leg. 1.* quando originem capit in personis hæredum, qui obligantur ex quasi contractu per aditionem *l. apud Iulianum*, §. *fin. ff. quib. ex caus. in poss. eat.* & agitur de obligatione quam induxit defunctus suis hæredibus, sed de his dicam obs. 237.

SVMMARIVM.

1 *Decretum praambuli unde oriatur.*
2 *Citatio partium, & debitorum non requiritur in praambulo.*
3 *Ritus loquentes de praambulo, male intelliguntur.*
4 *Actio ex testamento competit pro legatis in codicillis.*
5 *Hereditas non potest dari in codillis.*
6 *Fideicommissarius ante restitutionem saltem verbalem, non est hares.*
7 *Ritus non extenduntur contra regulas iuris communis.*
8 *Fideicommissarius non venit appellatione haredis propriè.*
9 *Executor testamenti potest propria auctoritate capere possessionem.*
10 *Executor testamenti potest impedire immissionem.*
11 *Possessio probatur per mandatum Magna Curia, & quomodo, num. 18.*
12 *Obligatio colonorum transfert possessionem in haredes.*
13 *Quasi contractus in iudicio contrahitur, & quomodo procedat, & nu. 23.*
14 *L. si. C. de edicto diui Adr. procedit in confirmatione possessionis.*
15 *Executor testamenti potest sibi ipsi soluere.*
16 *Fideicommissarius impedit immissionem, & quomodo, num 29. & 30.*
17 *Executori testamenti ad pias causas, an competat remedium pradictum, & quomodo, nu. 25.*
18 *Mandatum Magna Curia non accusatis contumacijs & quando non conseruatur in actis, circumducitur.*
19 *Mandatum factum contra reddentes, non operatur contra alios.*
20 *Possessio acquiritur ex locatione, & pensionis perceptione.*
21 *Possessio bonorum hereditariorum non acquiritur, nisi expressè apprehendatur.*
22 *Soluens in contemptum mandati, malè soluit.*
24 *Confirmari non potest id, quod non est.*
26 *Praambulum nullum non potest operare iuris ministerium citra possessionem.*
27 *Adeundo, qui capere potest propria auctoritate iudicem in competentem, nihil facit.*
28 *Fideicommissarius non est legitimus contractor, quando est facienda deductio legitima, seu Trebellianica.*
31 *Possessio probatur per instrumentum capturæ possessionis.*
32 *Testamentum conditum per patrem inter filios debet reuocari per aliud aquè solemne.*
33 *Testamentum conditum inter liberos, vt reuocetur, est necessaria clausula non obstante primo testamento inter liberos condito, & quomodo intelligatur.*
34 *Reuocatio testamenti inter liberos, est facienda verbis expressis.*
35 *Testamentum conditum inter liberos reuocatur per codicillos perfectos.*
36 *Intellectus ad auth. hoc inter liberos, C. de testam.*

DECISIO CCIV.

Decretum præambulum dari solitum à magna curia possessori hæreditatis, per quod hæres declaratur, an detur instituto in codicillis factis post testamentum, in quo alij sunt instituti.

PER Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 174. Item seruat ipsa Curia, quod si debitor, & 181. Item seruat ipsa Curia, quod si fit præsentatio, & 286. Item seruat ipsa Curia, quod quando in-
1 troductum est in hoc Regno, † quod mortuo patre, existente filio herede, ab intestato, vel extraneo hærede, ex testamento constito de morte, interponitur decretum, quod vulgo, præambulum appellatur, per quod filius, vel extraneus hæres declaratur, & facta declaratione ad eorum instantiam proceditur, vt ex dictis Ritibus apparet, contra debitores hæreditarios etiam via exequutiua, & alterius Ritus loquentis de liquidatio-
2 ne instrumentorum liquidorum, † hocque decretum interponitur absq; partium citatione, vt dicit Affl. *in constitut. Reg. eos, qui scienter, in quarta quæst.* & alij nostri Regnicolę, & in decreto præambuli, quod interponitur, datur etiam potestas faciendi hæredi declarato omnia, quæ defunctus poterat, licet Ritus prædictus
3 male intelligatur, vt dicit Frecc. *in tract. super liquidatione instrumentorum*, *in 8. q. 1. in q. n. 7. & iterum ibi nu. 27.* Accidit, quod mortuo patre, relictis tribus filijs, duobus, scilicet masculis, & altera femina in testamento, & deinde in codicillis instituta ex asse femina, & relicta filijs masculis tantummodo legitima, comparuit fœmina in Magna Curia, & præsentata particula codicillorum, institit, & obtinuit se declarari he-
4 redem ex asse, ex testamento, ex regula, † quod disposita in codicillis, petuntur actione ex testamento, *l. 2. §. 1. ff. de iur. codicill.* quem text ad hoc allegat *glo. Instit. de codicill. §. fi. in verbo directa.* Filij masculi dicebant, in hoc ipso esse grauatos, quia vltra, quod ex prædictis apparet, Ritus prædictos ad alium finem fuisse introductos, quod nihilominus decretum præambuli interponi non poterat, quia Ritus prædicti loquuntur constito, quod quis sit hæres, sed hæc filia non erat hæres ex asse, prout fuit declarata, quia aut hoc prætendit virtute testamenti, & in testamento non est instituta, nisi pro tertia parte; aut
5 virtute codicillorum, & ei obstat regula, † quod hęreditas in codicillis non potest dari, nec adimi *l. hæreditate C. de codicill. §. fi. institu. eod.* & quamuis heres scriptus in testamento censeatur grauatus de restituenda
6 hæreditate, & ex regula *l. Scęuola, ff. ad Trebellia.* † dicatur hic fideicommissarius, & non hæres ante restitutionem, saltem verbalem, & Ritus loquantur de hęr.
7 † vnde de hærede proprie intelligendi sunt, & non extendendi contra regulas iuris, ita in casu dictorum Rituum dicit. Afflic. *in d. const. eos, qui scienter, in d. quæst.* vnde ex prædictis videtur dicendum, quod decretum præambuli prædicti nullo modo interponi po-
8 tuit in beneficium fideicommissarij, † postquam Ritus loquuntur de hærede, & fideicommissarius non venit proprie appellatione hæredis allegat concor. Dec. *in l. fi. col. 7. vers. sed ista conclusio C. de edi. di. Adr. toll.* & pro hac opinione facit, quod dicit, gl. *in d. l. fi. C. de edi. di. Adr.*

Adr.toll. quod beneficium illius legis non habet locum
in fideicommissario vniuersali, ex quo ille, qui petit se
immitti in possessionem virtute illius l. debet se assere-
re esse hæredem directò *l fin.C. de codic.* quam allegat
Bart. *ibi quarta col. vers. item quæris glo.* eamque sequi-
tur, non facta reali, neque verbali restitutione, vt erat
casus, de quo agebatur, quam ante restitutionem fi-
deicommissarius nullum ius habet in bonis, & hanc
opi. esse communem dicit Dec. *ibi*, & esse ab omnibus
approbatam, licet ipse contrarium teneat, vt dicit
Hubertinus Zuccardus *in repetition. d.l. super glo.
prædicta, num. 197.* vnde postquam ante restitutio-
nem verbalem, vel realem, nullum est quæsitum ius
fideicommissario in bonis hæreditarijs, videbatur præ-
ambulum non potuisse expediri, & hæredem decla-
rari, & licet verum sit pro dispositis in codicillis ori-
ri actionem ex testamento, nihilominus actio hæc cō-
petet pro exequutione dispositorum, non autem quod
is, qui habet hanc actionem possit directo declarari
hæres, prout erat factum in casu, de quo agebatur.

Dicebat tamen filia, quod quando predicta essent
vera, debebat tamen confirmari in possessione, in qua
allegabat se esse, quam confirmationem de iure petere
9 poterat etiam virtute *d.l.si.* † quia ei licuit propria au-
ctoritate possessionem capere stante, quod filia erat
10 exequutrix in testamento, & codicillis, † imo quod, &
si heres ageret remedio *d.l.si.* contra eam, ipsa poterat
impedire immissionem, & erat legitima contradi-
ctrix.

11 † Et possessionem probari allegabat ex mandato
per Magnam Curiam expedito ad eius instantiam
contra reddentes & conductores introituum, & bono-
rum hereditatis communis patris, quod mandatum
firmum remansit, ex quo aduersus illud predicti red-
dentes, & conductores, non comparuerunt ex notatis
in d.l. de pupillo.§. meminisse. ff. de nou. oper. nunc. &
per Paridem *in tract. de sindic. in c. quia sæpe, 4. col.
vers. si verò non compareat. fo. 87. in magnis*, & dicebat
hoc argumento vti Afflict. in propria materia. *in decis.
167.* Gabriel. *2. col. vers. & tanto magis*, vbi nouissimi
addentes allegant concor.

12 Quod confirmabatur, † nam si post mortem patris
se obligassent coloni hæredibus de soluendo pensionem
ex hac obligatione, seu recognitione fuisset translata
possessio in hæredes, *l. qui vniuersas. § qui per colonum.
ff. de acq. pos.* ergo eodem modo acquiescendo manda-
to contra eosdem facto ad instantiam fideicommissarij
13 hæredibus declaratis per iudicem, seu in iudicio, † in
quo quasi contrahitur. *l. interdum. §. fin ff. de iud.* qua
possessione modo prædicto probata, dicebatur pro
14 confirmatione † possessionis prædictæ competere re-
medium *l. prædicta, ex decis* Bal. *in d.l. fin. in 2. q.* qui li-
cet loquatur facta restitutione per hæredem, procedet
eius decisio, etiam quando penes fideicommissarium
esset possessio iusta, prout dicebatur in casu nostro, in
quo dicebatur filiæ tamquam exequutrici licuisse pro-
pria auctoritate capere possessionem bonorum hære-
ditariorum iuxta decis. Ange. *in l. non dubium. C. de le-
15 gi.* qui arguit † quod sicut exequutor potest sibi ipsi
soluere, ita propriâ auctoritate possessionem capere, &
hanc opinionem tenet etiam ibi Sal. tenentq; alij, quos
congerit Dec in proprijs terminis loquens, *in cons. 242.
vt clarior, in secundo dubio.* hinc dicitur, quod licet fi-
deicommissarius non facta eis restitutione, nec verba-
li, nec reali, non possit impedire immissionem hære-
dis, nec petere, vt supra dictum est, quia nullum est
16 quæsitum ius in bonis hæreditarijs † nihilominus si
post mortem testatoris cæperit possessionem bonorum
hæreditariorum, absq; vitio, & incontinenti, velit do-
cere de iure suo, vt hic, impediet etiam immissionem
hæredis instituti, hæc est communis Theorica Bart.
Paul. & Alex *in l. filiam fratrib. ff. ad Treb.* idem tenet
Dec. *in d l. fin. num. 47. vers. in ead. gl. ibi, filiam fratrib.*
Sebast. Sapia. *num 106. vers. circa secundam part.* &
Zuccardus, *nu 417. vers. in eadem gl. ibi, item an fidei-
commissarius*, & alij, quos congerit Menochius *de*
remedio adipiscendæ possessionis, in 7. q Quod autem
possessio in casu, de quo agebatur, esset sine vitio, ap-
parebat, ex quo, vt dictum est erat data exequutrix in
testamento, & inter alia exempla posita per Doct. *in d.
l. fi. est hic casus.* ita enim exemplum ponit Decius *in d.
cons. 142. in 2. dubio, & cons 424. proponitur, 3. vol.* vbi
nouissimi addentes allegant Gratum *in responso vlti-
mo, in 1. vol.* & idem Zuccardus *in loco prædicto, num.*
17 420 pro quo etiam facit † quia hoc remedium compe-
tit exequutoribus testamenti, quando pauperes sunt in-
stituti, & in eo sunt dati, vel Episcopo non datis per te-
statorem exequutoribus, secundum Bart. *in d.l. fin.* quē
sequuntur ibi communiter Doctor. vt dicit Dec. *ibi-
dem, num. 20. vers. & subijcit* Bart. & ab ea non rece-
dendum dicit Zuccar. *num. 251. vers. deinde* Bart. Di-
cit ergo filia hæres instituta se habere possessionem
non vitiosam, in eaque esse conseruandam, & confir-
mandam, maximè quia incontinenti docet de iure suo
per duo instrumenta codicillorum omni solemnitate
vallata facta post conditum testamentum, ex quibus
voluntas enixa apparet testatoris, quod ipsa, est eius
hær. vniuersalis.

Pro filijs dicebatur non esse probatum per filiam
ipsam possidere, & allegatum mandatum factum red-
18 dentibus, & conductoribus ei non prodesse, † nam ad
hoc, vt predictum mandatum firmum remansisset,
oportebat super eo contumacias accusari, vt loquun-
tur Doctores, supra allegati, & ipsis accusatis prouideri
Curia sedente quod mandatum conseruetur in actis
pro cautela actoris, vt est de iure, & sic consueuit Ma-
gna Curia; sed super hoc mandato contumaciæ aliquæ
non apparent accusatæ, nec dictum decretum inter-
positum: ergo de mandato tamquam circumducto,
19 nulla dicebatur, quod erat habenda ratio. † Item si es-
sent accusatæ contumaciæ, & decretum interpositum,
hoc mandatum remansisset firmum contra reddentes,
& colonos, non autem contra fratres non citatos, & ita
loquitur Afflict. *in d. decis. 167. & fratrib. citatis*, tunc
obesset quando ipsi citati non contradixissent, nec con-
tumacia colonorum facit, quod sorori acquiratur ius
in possessione contra fratres. Nec obstat simile allega-
tum. *d.l. qui vniuersas. §. quod per colonum, ff. de acq.
poss.* de dictis per gl. ibi, & Doct. quod quando condu-
ctor, seu colonus expressè conducit ab hæred. vel ei sol-
uit pensionem, quod acquirit pensionem quod eodem
modo debet dici, quando intimato mandato non re-
spondet, & tacet, non in primis casibus acquiritur vera
possessio, & actualis ex locatione facta per Dominium,
20 & hæred. † & ex receptione pensionum, quæ sunt fru-
ctus possessionis, eo enim quod quis locat rem hæredi-
tariam, conductor rem tenet nomine hær. & ille per
colonum possidet, prout sic possidere potest, imò requi-
ritur, quod in ijs casibus alius non possideat, plenè idē
Afflict. qui allegat concor. *in decis. 325.* non sic est in
mandatore, ex quo non potest oriri contractus condu-
ctionis inter eum, ad cuius instantiam fit, & eum, cui
fit, nec alius contractus, ita vt ex hoc possessio, quæra-
tur, hoc enim iure cautum non reperitur, imò contra-
21 rium, † quod possessio bonorum hæreditariorum non
acquiritur nisi corporaliter apprehendatur. *l. cum he-
22 redes. ff. de acq. poss.* † operari tamen poterit manda-
tum, quod in contemptum mandati male soluisset nec
quasi contractus, qui ex iudicio oritur, iuxta terminos.
23 *l. 3. § sed si filius. ff. de pecul.* hoc operari poteris, † quia
ille quasi contractus, qui ex iudicio oritur inter liti-
gantes, duos effectus operatur.

Primum quod lite contestata vnaquæque pars obli-
gatur instantiæ iudicij secundum quod lata sententia
quis obligatur ad id quod in sententia continetur. Ita
Pau. de Castr. ibi vnde ex prædictis dicebatur non pos-
se tractari de petita confirmatione possessionis, quæ
24 non erat penes sororem, † cum id quod non est, con-
firmari non possit. *c. bona, il primo; vbi gl. in verbo,
per rerum naturam, extra de elect.* Item dicebatur,
quod

quod etsi prædicti fideicommissarij possiderent, nec
etiam obtinere potuissent, quia possessio est vitiosa,
quo casu procedunt decisiones supra allegatæ; licet
25 enim esset soror exequutrix, nihilominus † cum ea
etant alij exequutores in testamento, & codicillis, &
sic omnium exequutorum traditio requireretur exem-
plo plurium procuratorum, ita in specie sentit Dec.
in d. cons. 285. vt clericus, 3. col. vers. nec obstat, imo,
etsi omnes tradidissent, nec ad hoc in iudicio possesso-
rio, de quo agitur dicebat obtinere posse. Primò,
quia possessio non prætenditur ex traditione exequu-
torum, sed ex mandato fundato super prædicto præ-
26 ambulo, † quod preambulum ex prędictis, est nul-
lum, vnde possessionem iuris ministerium inducen-
tem operari non potest, ita ex multis, que non tran-
scribo in propria materia, decidit Senatus Pedemon-
tanus *in dec. 14. exactis causis, per totam.* Pro quo
etiam facit, quod concluditur *in d. l. fin. super gl. in*
27 *verbo, competenti*, per Decium, & alios † quòd li-
cet quis possit propria auctoritate capere possessio-
nem bonorum hereditariorum, non apparente con-
tradictore, hoc tamen non potest facere, adeundo iu-
dicem incompetentem. Secundò dicebatur, quod non
est dubium, quod filij ex hac hereditate debent dedu-
cere legitimam, etiam ex dispositione testatoris, & ta-
men verum est, quod etsi data sit potestas per testato-
rem fideicommissarijs capiendi hereditatem propria
28 auctoritate, vel expressè, vel tacitè: † nihilominus
quando est facienda detractio legitimę, Falcidię, vel
Trebellianicę, fideicommissarius etiam possidens, sine
vitio, non est legitimus contradictor heredi ad impe-
diendam immissionem; nam ex hoc erit vitiosa posses-
sio, ita tenet Paul. de Cast. *in d. l. fin. col. antepen. vers.
in sequent. glos.* & sequitur eum Alex. *ibi*, & Iacobin.
nu. 50. Sebastian. Sapia, *n.* 106. *ver. circa secundam
partem*, & quamuis Decius teneat contrarium, ni-
hilominus opin. Decij potest procedere, quando de
voluntate hæredis possessio est capta, quia sic loquitur
29 tex. *in l. 1. ff. quorũ lega.* † & procedere potest, quando
de voluntate testatoris, quis retinuit Trebellianicam,
sed quando tractatur de correctione legitimæ; cuius
detractio per testatorem prohiberi non potest, & pre-
tenditur capta possessio de voluntate testatoris, tunc
30 opinio Paul. Alex & seq. procederet. † Et hoc casu,
non tantum respectu legitimę possessio vitiaretur, sed
in totum, vt dicit Bald. *in l. 1. C. quorum legat.* plenè
Zuccardus *in d. l. fin. num. 426. vers. limitatur ista
conclusio*, qui concordat Paulum, & Dec. & optimè
Ruinus loquens in specie, quando est locus detractio-
ni legitimæ, *cons. 140. Proponitur. 5. vol.* & quod
quando tractatur de detractione Trebellianicæ, pos-
sessio dicitur vitiosa, vltra prædictos tenuit etiam
Beltrand. *cons.* 350. 3 *vol.* & Gratus *resp.* 149. *nu.* 5.
2. *vol.* vnde ex prædictis dicebatur, preambulum non
ritè, nec rectè processisse, possessione non existente
penès sororem, quodq; si esset, erit vitiosa, vel quia non
data ab omnibus exequutoribus vel quia capta virtute
decreti præambuli nulli, vel quia erat facienda dedu-
ctio legitimæ & sic non esse locum confirmationi peti-
tæ, prout per Senatum Pedemont. *in d. decis.* 34. &
dicebatur fratres, quod potius erant ipsi confirmandi
in possessione pro duabus partibus, iuxta eorum peti-
tionem, qui ostendunt decretum præambuli interpo-
situm virtute testamenti, quod preambulum, etsi pe-
nes alium Actuarium factum sit, & prætendatur oc-
cultè interpositum, soror fideicommissaria non facta
aliqua restitutione, nec verbali, nec reali, impedi-
re non potuisset, quia hæreditas de eorum manibus
31 capienda erat, † ostendunt etiam instrumenta ca-
pturæ corporalis possessionis bonorum hæreditario-
rum quod probat capturam possessionis, Afflict. *in
constitut. Regn. circa violentiarum. colum. 9. vers. item
potest probari.*

Locationè facta eisdem, seu alijs conductoribus,
& aliquas receptiones pensionum licet minimas, ex
quibus vt supra dictum est per text. *in d. l. qui vniuer-
sas. §. per colonum.* possessio acquiritur, & licet ista sub-
sequuta sint post actum aditionis factum per sororem,
& post mandatum, vt supra expeditum, nihilominus
dicebatur prodesse, postquam actus facti per fideicom-
missarios nulli prætenduntur ex prædictis. Item dice-
bant fratres, quod dictæ sorori deficiebat aliud, quia
non docebat incontinenti de eius iure, prout requiri-
tur, licet enim clara prætenderetur voluntas testatoris
ex duobus codicillis post testamentum conditis, in
quo soror erat instituta, & ipsis fratribus relicta tan-
32 tum legitima † nihilominus, quia in prædicto testa-
mento in scriptis condito omni solemnitate roborato,
erant instituti filij æqualiter, ad hoc, vt illud reuocare-
tur, erat necesse, quod per patrem fuisset confectum
aliud testamentum perfectum, habens testamentorum
omnia signa, aut reuocatio fuisset facta in non scripta
perfecta voluntate, ita dicit text. *in §. quod si quidem, in
authen. de testam. imperf.* vnde sumpta est auth. *hoc in-
ter liberos, C. de testament.* quæ verba hoc operantur, &
sic intelliguntur, scilicet, quod primum testamentum
confectum inter liberos non reuocetur per secundum,
nisi secundum sit in scriptis cum solemnitatibus in hac
specie testamenti requisitis, vel sit nuncupatiuum con-
ditum, & perfectum cum numero septem testium, &
cum aliis solemnitatibus in testamento nuncupatiuo
requisitis. Vnde cum codicilli allegati non sint huius-
modi, dicebatur, illos non operari reuocationem con-
tra prædictum primum solemne in scriptis conditum
testamentum, quod fratres prædicti comprobant au-
ctoritate Roman. *in cons. 179. amplissime Doctor; vers.
3 principaliter*, de quo meminit, eumque sequitur Ias.
in d. auth. hoc inter liberos, in princ. & Paris. *cons. 35.
absoluit colum. 3. num. 21. 3. volum.* qui omnes conclu-
dunt per codicillos confectos post testamentum, in quo
filii sunt instituti, non reuocari testamentum prædi-
ctum, quando in codicillis filij non sunt etiam æquali-
33 ter instituti, vt etiam *infra decis. 399. in princ.* † imo
plus dicebatur, etiam aliam qualitatem requiri, vt pri-
mum testamentum conditum inter liberos reuocetur
per secundum, quod apponatur clausula in reuocatio-
ne ipsius, non obstante primo, seu tali testamento. *ita
dicit gloss. in d. §. & si quidem in verbo expressim*, quæ
dicit, duo requiri, quod expressim dicat se pęnitere pri-
mi testamenti, & illud mutet, & est text. expressus in d.
authent. ibi declaret se nolle tale testamentum valere,
& ibi gloss. *in vers. valere*, idem tenent ibi Alber. Bald.
Paul. Alexan. & Ias. & Corneus dicit etiam requiri,
quod dicatur, non obstante tali testamento inter liberos
condito, Guliel. Bened. *in reper. cap. Raynutius in ver-
bo, testamentosil 2. 2. colum* Rui. *cons. 9. quantum ad
id, 2. colum. in princip. 2. volum.* colligit alios Boer. *in
dec. 240. & primo, num. 6 vers. si testamentum primum
in 2. par.* Paris. *consil. 35. 2. volum.* quod procedit etiam,
quod in secundo testamento sint filij instituti, quia
tunc etiam clausula prædicta requiritur, quando ta-
men testamentum primum est magis filijs fauorabile
secundum Bald. vbi supra, quem sequuntur ibi Fulgos.
& cæteri, refert alios Aymon. in *consi.* 143. Gulielmus
2. colum. vers. 3. num. 7. primo volum. & Natta *in d.
auth. hoc inter liberos, in prima quæst. 1. part.* & Rimi-
nal. ibidem, *num.* 2. vnde postquam in ijs codicillis non
aderat clausula reuocatoria in specie testamenti, imo
dicebatur in eis; quod confirmabat testamentum, non
posset dici sublatum testamentum per hos codicillos,
etiam quod in codicillis dictum esset, quod volebat to-
tam hæreditatem ad filiam deuenire, & filijs tantum
34 legitima relinquebatur, † quia hæc derogatio, seu re-
uocatio est facienda verbis expressis, quæ legi possent,
non autem ex coniecturis, vt dicit Bald. in d. auth. plenè
prosequitur ibi Natta 15. q. tanto etiam magis, quia
in secundis codicillis dicebat testator, se non recordari
de depositis in testamento.

Pro sorore dicebatur, text. *in d. §. etsi quidem, & in
35 authen. hoc inter liberos*, dum loquitur, † quod debet
fieri

fieri reuocatio, vel in testamento in scriptis, vel in non scripta perfecta voluntate, intelligi etiam in codicillis eo modo, quo in eis reuocatio fieri potest, quia codicilli habent in se perfectam voluntatem, & sic sit sensus illorum iurium, quod testamentum inter liberos conditum non potest dici reuocatum, nisi per aliud æque simile in scriptis conditum, & nisi per aliam vltimam voluntatem sine scriptis, perfectam tamen, vt est voluntas in codicillis declarata & hunc dicebatur esse verum, & plenum intellectum illius auth. quam etiam sic declarat Natta ibi in præmisso, & in summario dicens insuper in exemplari Greco adesse, vel *num.7.vol.5.* testium. Item dicebatur, hanc declarationem roborari auctoritate Cornei *in cons. videtur in hac consultatione 3.vol. vbi in 4. colum. vers.* nec obstat quod minus, dicit sufficere actum habere necessaria ad ipsius efficaciam, & iterum versic. nec obstat tertium, † dicit dictam authen. hoc inter liberos, intelligi quando secundum testamentum esset inualidum, ex quo non possit adiri hæreditas. Item dicebatur codicillis conditis non agi de reuocatione testamenti, sed agi de codicillis, per quos adijcitur nouum grauamen hæredibus, qui magis fuerunt honorati in testamento, nec dicitur propterea recessum à testamēto, sed dicitur esse additū testamento, vnde d. auth non procedit. Ita in specie Corneus vbi sup. *vers. vel dicamus*, vnde cum dicta iuria Authenticorum velint solemnitatem supra relatam in reuocatione testamenti, & vt omnes ita dicunt, Auth. prædictę, quia contra ea, quæ à iure communi introducta sunt, sunt strictè intelligendæ, illius dispositio non debet porrigi, quando testamentum non reuocatur, sed illi additur per codicillos. Dicebatur insuper esse factam relationem de testamento prædicto, imò specificam mentionem, cum in codicillis dictum fuerit, tam in primis, quàm in secundis se fecisse testamentum manu mei Notarij, & licet in secundis dicatur se de testamento non recordari, negari tamen non poterat quin ex primis, & secundis codicillis appareret enixa voluntas testatoris, qui volebat filiam esse ex asse hæredem, & filijs masculis tantummodo dari legitimam, quod post mortem eius omnia ipsa faceret. Discussis prædictis Sacro Cons. verior videbatur opinio, quod text. *in d. auth. hoc inter*, non procederet factis codicillis omni solemnitate vallatis: vnde dicebatur, huic esse voluntati fauendum, negari tamen non poterat inordinate fuisse processum, vnde Sacrum Consilium, etiam quia fratres dicebant non egere termino, nisi dierum, in quo prætendebant impugnare codicillos, dedit terminum in causa petitorij, & vt vtraque pars expeditioni vacaret; mandauit deponi pensiones, & introitus hæreditatis penes bancum publicum liberandos ordine Sacri Consilij, die 19. Nouemb. 1478. Caro Actuario: deinde partes, pendente causa petitorij transegerunt.

36

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.2. ibi, & alij nostræ Regnicolæ, supple Carauit. *in d. Ritu 178. & 181. num.5.*

Num.4. Adde Duenam *in regula 15. in 1. ampliat.*

Num 5. Vide Viuium *in opin. 355. part.1.* & Dilectum *in tract. de arte testandi tit.10. caut.8. fol.251.* aliqua per Magon. *in decis. Lucæ 32.* & dum allegat *l. Scæuola*, Vide ad eius ornatum Alphan. *collect. 354.*

Num.8. Adde congesta per Carauit. *in d. ritu 178. col. fin. post Alexan. cons. 82. num.6. vol.2.* vbi loquitur in terminis Statuti, prout iste Dominus hic.

In eodem *num. ibi non facta reali, neq; verbali*; Adde quod idem tenent Gozad. *cons.93.* Tiraqu. *in tract. delle morte, p.2. declarat.10. num.5.* Peregrin. *de fideicom. art.48 num.12.* Henric. *in suis comm. opin. conclus 39. fol.8 in paruis lib.1* Sed post restitutionem realem vel verbalem fie, secundum Hieronymum Gabriel. *in cons.46. nu.16. volu.1.* & quid si non hæres, sed alius alienauit, an sit necessaria restitutio, Vide *ibidem num.17. omnino* Viuium *in 516. à num.13. cum seq. & num.30.* Adde etiam Ioseph. Ludouic. *in decis. Lucæ 40. colum.1. &* D. Gatt. Mastrill. *in decis.72. num.8.* Sed legatur quæso Surd *in decis.333. p.2. qui* in notabili casu loquitur, sed facta restitutione reali, vel verbali fideicommissarius dicitur proprie hæres, Ioseph. Ludo. *loc. sup. cit. num.7.*

Conueniunt hic scripta per Roland. *consil.78. volu.3. &* Rot. Perus. *in decis 47.*

Num.11. qualiter probetur possessio. Vide Affl. *in Const. circa violentiarum, à numer.19. vsque ad 24. &* omnino Mascard. *in tract. de probat. vol.3. à concl.1178 cum multis seq.*

Num.16. Adde Roland. *in d. cons.78.*

Post num.16. Adde Marant. *in tract. de multiplici alienatione num.318.* qui etiam alleg Affl. *hic alleg.* & tenet quod pena potest exigi.

Num.20. Adde Mascard. *qui hunc locum alleg. de probat. vol.3. conclus. 1181. ante num.4.* Episcop. Minorens. *in ver. dominium ibi tertium fol.81.* Magon. *in decis. Lucæ 79.* Viui. *in decis. 194.* & Bottell. *in cons.87. à num.9. cum seq.* Flam. Cartar. *in decis.89. numer.21.* Morotium *cons.14. nu.12.19.*

Et *ad ornatum l. fi. de edi. diui adria. tollen. hic allegata*; Vide Alphan. Perus. *remissiuè in collect.213.*

Contradictor legis quis dicatur ad impediendum immissionem virtute *d. l. fi. Vide* Viuium *in decis. 409. num.21. & in* quibus rebus habet locum remedium l. prędictæ, Viuius *vbi supra nu.2.32.33. & ibi aliqua in materia.*

Num.31. Adde Mascard. *vbi supra, & iterum conclus.1185. sub num. 27. vbi alleg. & sequitur decis. istam.*

Num.32. Vide *infra decis 399. vbi addo.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum testamenti exequutionem paratam habet, si vitium in eo apparens, & visibile non adsit.*
2 *Et an hoc procedat tam ad instantiam hæredis, quam legatarij pro consequutione legati.*
3 *Compromissum an petatur super relictis in testamento.*
4 *Infra dicta declarantur.*
5 *Contradictor, quis dicatur vt sit legitimus.*
6 *Testamentum caret exequutione parata, cum nullum dicitur filij præteritione.*
7 *Maxime si filius præteritus reperitur nominatus in testamento, & hoc ex vitio visibili.*
8 *Quid filijs existentibus bannitis.*
9 *Fideicommissum an inducatur ex prohibitione alienandi, & ex alijs.*
10 *Mandatum Curiæ firmum remanet, si aduersus illud non comparet ille, cuius interest.*
11 *Exequutor, an propria authoritate exequutionem rei commissæ capiat, & nu 12.13. & 14.*

1 AD hanc decis. 204. quod † instrumentum testamenti exequutionem paratam habet, si in eo vitium apparens, & visibile non adest *ad l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollendo.* Ita Paul. Fus. *Sing.43. in littera I* Boer. *decis.295. nu.12.* tenet Cotta *in Memorabilibus in verbo, Instrumentum.* Io. de Amicis, *cons.133. num.1.* Gabriel Quemada. *in Compendio fiscalium quæstionum. q. 9.* & Communem dicit Rebuff. *in Constitu. Gallia, tit. De Literis obligatorys, art.6 gl.3. nu. 20.* & † hoc procedit, tam ad instantiam hæredis, quam legatarij, pro consequutione legati, vt dicit Surdus *cons.214. num. 20 lib 2.* & Thesaurus *decis.26. num.9. & seq.* & latissimè Achilles Personalis, *in tract. De Adipiscenda possess.* post Menoch. in interdictis, quæ benè, & realiter procedunt, & sunt
2

3 & sunt in tantum vera, quod † nec super relictis in te-
stamento cõpromissum peti possit aliquo pacto, vt pla-
cuit Capicio, *decis.* 38. vbi Masculus nouiter, & bene.
4 † Sed hæc omnia dicta ad instantiam hæredis peten-
tis, se in possessionem immitti, vel legatarij legatum
petentis, intelliguntur, & tunc cum contradictor non
adest, secus si adesset: quia paratam exequutionem non
haberet. Ita in terminis Franc. Manolfus *cons.* 75. *num.*
1. Ioseph Ludouicus, *decis. Perusina* 23. *num.* 6. & Pere-
grinus *in tract. De fideicommissis post Durant. in fine*
5 *tract. De Arte testandi*, † quod contradictor qualis
dicatur, vt sit legitimus, Regens à Ponte, *cons.* 20. *num.*
38. Decius *cons.* 107. *nu.* 1. Gabriellus, *cons.* 46. *nu.* 5. *vol.*
1. post Menoch. *De Remedio adipiscendæ. num* 553. *Re-*
6 *medio* 4. *declarant.* † Secundò testamentum caret
exequutione parata, cum nullum dicitur filij præteri-
tione, & filius incontinenti paratus est, de iure suo pro-
bare, vt voluit duobus in locis Bartol. *in auth. Ex cau-*
sa num. 21. *C. de lib. præteritis. & in l.* 2. *num.* 1. *C. de*
edicto Diui Adriani tollendo. Angel. *cons.* 128 *in* 2. *du-*
bio; & Gozadinus, *cons.* 7. *num.* 3. Cumia, *in Ritu Siciliæ*
7 *c.* 19. *num.* 72. Item † tunc etiam filius obtinebit, quan-
do filius reperitur nominatus in testamento, cum tunc
vitio visibili nullum testamentum esset, & filius proba-
tione nõ indigeret. Ita post Bart. *in l. fin. nu.* 2. *C. de edi-*
cto Diui Adriani toll. tenet ipse Regens à Ponte. *cons.*
8 22. *num.* 9. quod † assumptum in tantum verum est, vt
non modo procedat in filijs in pace constitutis, verum
etiam in filijs bannitis, & præteritis, quia eo etiam casu
testamentum patris est nullum ex præteritione filij, vt
placuit Corneo, *consil.* 28 *volu.* 2. & Carrocio, *in tract.*
de Excuss. quæst. 15. licet Marcus Ant Eugenius *in cons.*
69 *num.* 21. *&* 22. Contrarium dicat, quod testamen-
tum valet, & nullum esse affirmat, de quo videndi sũt
recentiores Ad hanc etiam deci. de præambulo adde tu
Carauitam *Ritu* 181. vbi ponit Practicam, & Tartagl.
in Practica Ciuili MagnæCuriæ, c. 1. *latissime.* Ad nu.
2. adde Carauitam *Ritu* 181. *num.* 5. *vbi idem* Ad hanc.
9 decis. 204. adde, † an fideicommissum inducatur ex
prohibitione alienandi, & vt bona conseruentur in fa-
milia, an inducatur fideicommissum fauore masculo-
rum; Dom. Regens à Ponte, *in suo cons.* 46. qui ele-
ganter, & doctiss. loquitur, suo more, Ad nu. 8. Adde
quod Contrarium tenet Bart. *in l. postulante. §. fin ff. ad*
Trebell. & in l. si heres, eod. titul. in l. si filius. ff. Quod
cum eo. & Bart. *in l.* 1. *§. de illo, ad Trebell.* licet Castre.
cons. 136. & Alex. *consil* 87. 2. *parte, dicant in propria,*
10 Ad num. 2. † Mandatum Curiæ firmum remanet, si
aduersus illud non compareat ille cui intimatur; Nota
11 ad hunc num. 9. † de exequutore, an possit propria
authoritate possessionem rei commissæ capere, Adde
omninò Dec. *consil* 607. alia vide per de Bottis *add.* 1. *ff.*
quorum legatorum Ad num. 14. de l. fin. adde nouissime
Anna, *cons.* 1. *vol.* 1. dico. *de l. si infanti C. de iure delibe-*
randi, quia errani, sed de lege fin. est consilium ipsius 20.
12 *incip. In hoc vol.* 1. Ad num. 15. & 16. † de exequutio-
ne, & fideicomm. vtrum possint propria authoritate
capere legata, & fideicommissa. Dic, quod fideicom-
missarius capiens fideicommissum authoritate pro-
pria, cadit a iure suo *l.* 1. *§ rediganter, & gl. Paulus. ff.*
ad Trebell. vbi DD. *in l. non dubium. C. de leg. & in l.* 1.
13 *C. Quorum legatorum*, tamen † si licentia datur à te-
statore tacite, vel expresse eum constituendo exequ-
utorem testamenti, hic propria authoritate capit, non
à manu hæredis; Ita Bald. *in l. pen. C. ad Trebell.* Alex.
cons. 84 *volum.* 2. Decius *consil.* 424. *num.* 15. *&* 477 *nu.*
12. Gratus *consil. fin. vol.* 1. Bald. *consil.* 432. *vol.* 1. Cu-
man *cons.* 61. & Angelus *in l. & Lucius, ff. de lega.* 2. &
Doctor *in l. fi. ad Trebell* Dicunt non modo hoc verum
14 esse, sed etiam si † testator in testamento permisit, vel
dum viuens testator possessionem concessit, Nota ad
nu. 30. adde quod fideicommissarius potest petere hæ-
redem condemnari ad soluendum fideicommissum an-
te tempus, vt suo tempore eidem præstetur. Anna Con-
siliarius, *consil.* 11. *incip. In hoc incidenti.*

ADDITIO D. RICII.

DEcretum præambulum dari solitum à magna Curia possessori hæreditatis, per quod hæres declaratur, an detur instituto in codicillis factis, post testamentum, in quo alij sunt instituti, hoc dicit. Ad ornatum huius decisionis posset etiam dubitari, an præambulum factum per M. Cur. declarando filiam fœminam hæredem scriptam in testamento filio nominato in testamento præterito, quod nullum de iure reputatur, subsistat, si in confectione ipsius pars non fuerit citata. imò parte comparente ipsa Curia ad vlteriora processerit banna emanando, imò post banna instatum circa nullitatem ipsorum, & testamenti, fuit prouisum circa præambulum, & nullum præiudicium inferatur iuribus filij prædicti in petitorio, & possessorio etiam circa contenta in dicto præambulo, & inuentario discutiendis omnibus auditis partibus in Sac. Cõns. Ann. *allegat.* 19. Georg. *allegat.* 45. Gagliard. *de absolut. à iuramento §.* 1. *num.* 2. vide etiam Gram, *in rit.* 53. *num.* 2. *fol.* 160. aliam decisionem referentem in materia, & Minad. *decis.* 8. volentem præambulum aditionis hæreditatis factum per vnum ex litigantibus pendente lite hæreditatis nullum esse, nec valere, allegat authorem nostrum *decis* 458.

OBSERVATIO

I. C R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Traditur praxis decreti præambuli, quam carpit Afflict.*
2 *Pro fratre an sit interponendum decretum sine edicto, & dissident Thor. & D. Petra à Reg. Sanfel. D. Prat. & alij.*
3 *Ex testamento per testes probato an decernatur præambulum, sed esse necessariam citationem venientium ab intestato probat Auctor, & quid pro instituto in codicillis.*
4 *Decerni an possit præambulum pro fideicommissario: & refellitur Bernard Pand. Et quid in proximiore in bonis antiquis vigore consuetudinis Neap.*
5 *Fideicommissarius possidens, an sit legitimus contradictor ad impediendam possessionem hæredi; congeruntur affirmantes.*
6 *Pro negatiua opinione recensentur D. Præs. Surd. D. Prat. Rot. Rom. & alij.*
7 *Auctor affert suam opinionem.*
8 *Sequestrum quando fieri possit, & Reg. Latr. taxat decisionem.*
9 *Hereditas an possit adimi in codicillis inter liberos factis.*

STella polaris est hæc decisio in materia decreti præambuli, & legitimæ, aut vitiosæ possessionis fideicommissarij, & ordinationis sequestri.

1 Praxis seruanda ab hærede ad probandum, se hæredem, interposito decreto, scilicet præambuli: habetur ex *Rit. M. C.* 178. *&* 216. allegatis hic *nu.* 2. & per *Reg. Latr. dec.* 198. *nu* 19. Et præambulum dicitur, per quod quis declaratur hæres, ex testamento, vel abintestato, & dicitur ita communiter; quia est præambulus actus, vt hæres valeat exercere, & sustinere iura defuncti hæreditaria actiuè, & passiuè *Ias. in l. fin. C. de iur. delib.* prout iudicium possessorium præambulum est ad petitorium; ad hoc, vt sciatur possessor, qui sustineat partes

tes

res Rei in petitorio, *l. incerti, C. de interdic.* Decretum præambuli ab inteſtato interponitur abſque citatorio edicto in locis publicis, contra intereſſe pretendentes ad inſtantiã filiorum, vel aliorum ex linea diſcendente, præuia tamen informatione capta de morte eius, de cuius hæreditate agitur, & legitima filiatione, & decretũ huiuſmodi ritè, & rectè fit ſine citatione quidquid immeritò carpat, *Afflict. in conſtit. eos qui ſcientes num.* 10. vbi quod ſit contra regulas iuris.

2 In linea collaterali ad inſtantiam fratris, quando ſit, non eſſe neceſſarium citatorium edictum poſt Carau. dicunt Sanfel. *deciſ.* 25. *nu.* 1. *& dec.* 210. *nu.* 10. Danz. *de pugn. Doct. tom.* 1. *tit. de præamb. à num.* 1. D. Prat. *tom.* 2. *diſcep.* 39. *nu.* 1. Sed hodiè tum ad fratris beneficium; tum aliorum Agnatorum, & Cognatorum decretum interponi præuia citatione per edictum tradunt Thor. *ver. præambulum, faciendum, p.* 1. *&* D. Prat. *ſup. Rit. M.C.* 181. *n.* 9 *& ſeq.* vbi alia fusè, & reſolutiuè tangit, & doctè vt ſolet, ac inter alia, quod lite pendente in S. C. interpoſitum in M. C. nullitati ſubiacet, ex Minad. *dec.* 8. Prat. *nu* 7. & quod huiuſmodi decreta tractantur ſolum in M.C non in S.C. nec R. C S. nam abſque tela iudicaria reſpiciunt ſolum ſi aliquis ſit hæres. Beneuerum quamuis Ann. *allegat.* 18. tradat à præambulo non poſſe appellari in S. C. ſed fieri relationem eidem M.C. nihilominus parte inſtante, & contradicente ſolet S. C. mandare, quod cauſa remaneat in eodem S. C. & cauſa committitur Reg. Latr. *dec.* 139. *nu.* 21.

3 Ex voluntate per teſtes probata interponi poſſe decretum huiuſmodi firmat Petra *vbi ſup. ex* Gizz. ad Reg. Latr. *obſ.* 7. ratio eſt nam parem vim obtinent teſtes, ac inſtrumenta, vt per *gloſ.* Menoch. *& alios* Argel. *de acq. poſſ q.* 6. *art.* 2. vbi tamen *nu.* 12. *&* 13. docet requiri citationem eorum, quorum intereſt; Inſtitutus in codicillis an poſſit mediante decreto præambuli facere ſe declarari hæredem, dum in codicillis hæreditas dari non poteſt, & negat Cenſal. ad Pereg. *de fideic. art.* 48. *verſ. Quarto obſer.* vide hic in fine.

4 Præambulum, an poſſit decerni ad inſtantiam fideicommiſſarij in hac re; licet Bernard. Pand. *de liqui. inſtrum p.* 2. *dubit.* 5. *& ſeq.* affirmet: verius tamen eſt ritus citatos loqui de hærede, & propterea non extendi ad fideicommiſſarium, illiq; non eſſe concedendum ex Rou. *conſ.* 49. *nu* 8. *& conſ.* 56. *nu.* 13. & deciſum refert Thor. *ver. præambulum factum à fideicomiſſario p.* 2. de Petr. *conſ.* 61. *numer.* 4. Reg. Latr. *conſul.* 78. D. Staib. *reſol.* 39. *nu.* 4. facit, quod debitor poteſt dicere: ſe ſoluiſſe hæredi, quem cognoſcit in creditorem. Ad hæc materia incuſationis inſtrumenti eſt exorbitans, inſuper fideicommiſſum capi debet de manu hæredis, nec tranſit non facta reſtitutione, nec fideicommiſſarius dicitur hæres, vt habetur ex hac deciſione. Limitatur autem in proximiore in bonis antiquis vigore conſuetudinis Neap. cui immiſſionem dari tradunt Theod *allegat.* 18. *nu.* 65. de Marin. *lib.* 2. *c.* 57. *&* 88. Reg. Lat *dec* 108.

5 Contentioſa eſt materia de fideicommiſſario poſſidente, an iſte ſit legitimus contradictor ad impediendam hæredi immiſſionem, & communi, eſt concluſio contra fideicommiſſarium, non dari poſſe ipſi manutentionem, cum poſſeſſio de manu hæredis non capta ſit vitioſa poſt alios Pereg. *de fideicom. art.* 48. *nu.* 33. Argel. *de legit. contradic. q.* 10. *art.* 1. *nu.* 11. Ludouiſ. *dec.* 206. *nu.* 5 D. meus *nu.* 28. Gratian. *diſcept.* 954. *num.* 21. At ſi fideicommiſſarius in promptu paratus ſit docere de iure ſuo, quod impediat immiſſionem; docet Gloſ. *in l. fin. C. de edict.* D. Adr. *col. in verſ. An item fideicommiſſarius.* Præcipuè ſi fideicommiſſarius poſſideat, vt tradit *gloſ. ibidem* de Pont. *conſ.* 21. *nu.* 38. & deciſum in S. C. teſtatur Tapp. *in dec.* 1. *nu.* 48. quem refert, & ſequitur Prat. *lib.* 1. *diſcep.* 19. *nu* 19. & quod, ſi in promptu conſtet de iuribus ſubſtituti, ſit ei permiſſum propria authoritate capere tradunt Roland. *conſ.* 28. *n.* 2. *lib.* 1. Ioſeph Ludou. *dec.* Peruſ. 71. *num.* 10. Et quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, non attenduntur iuris ſolemnitates Guido Pap. *dec.* 483. Pereg. *art.* 48. *in fine*, prout in Regno noſtro. Et cum de poſſeſſorio agitur, ſemper S. C. inclinat pro bonum ius habente in petitorio, ideòq; etiam petitorium diſcutitur, vt ex hac deciſione comprobat D. Rocch. *reſp.* 80. *n.* 38. *to.* 1. Impenſius quando ſubſtitutus, ſeù fideicommiſſarius relictus eſt exequutor teſtamenti, quia tunc poteſt bona fideicommiſſi capere propria auctoritate, vt habetur *nu.* 16. & probat Rocch. *nu.* 35.

6 Ex aduerſo ſuſtinent alij fideicommiſſarium non eſſe legitimum contradictorem, etiam quod poſſideat ſine vitio, & in continenti probet de iure ſuo, niſi reſtitutio ſibi facta fuerit ab hærede re, vel verbo, vt D. meus *nu.* 8. Surd. *dec.* 333. Prat. *diſcept.* 47. *lib.* 2. *nu.* 37. & pleno calamo comprobat Viuian. Cirocch. *diſcept.* 2. *nu.* 40. *& ſequen. & nu.* 46. extendit ſi fideicommiſſarius acquiſiuiſſet poſſeſſionem ante aditam hæreditatem, vt etiam poſſeſſio ſit vitioſa; quia prius ſaltem erat conſtituendus Curator hæreditati iacenti ex pluribus deciſionibus Rotæ Rom. quas colligit.

Certius ſi aliquid venit detrahendum, nempè legitima, vel trebelianica, Ludouiſ. *dec.* 185. *&* 206. Viuian. *nu.* 53. Vlterius poteſt hæres docere de ſuis creditis, & in dubio præſumitur aliàs ei detractiones, & defenſiones competere ad hoc, vt ſibi reſtituatur poſſeſſio, Rot. *dec.* 510. *par.* 1. *diuerſ.* Viuian. *nu.* 58. *&* 70 Et quamuis alij teneant, quod fideicommiſſario poſſet concedi immiſſio pro indiuiſo, quando hæres debet detrahere legitimam, vel trebellianicam, vt Burat. *dec.* 63. 115. *&* 494. Durand. *dec.* 24. *&* 347. Ciriac. *contrmisſ.* 12. Merlin. *dec.* 715. Vrceol. *conſult. c.* 20. *nu.* 44. id tamen non videri procedere, niſi quando eſt certa portio legitimæ, ex quo firmatus ſit ſtatus hæreditatis, ſecus ſi non fuerit firmatus, quia non adhuc ſit detractum æs alienum demonſtrat Viuian. *num.* 58. vbi ita refert iudicaſſe Rot. Rom. de anno 1652.

7 Pro grauato, reſpondendum videtur ex eo, quod fideicommiſſarius nullum ius habet ante factam reſtitutionem, *l. reſtituta, ff. ad* Trebell. nec fideicommiſſario competit immiſſio ante factam reſtitutionem re, vel verbo, Menoch. *de adipiſc. rem.* 4. *nu.* 1. & ſi agitur de fideicommiſſo puro, neceſsè eſt, vt heres prius adeat hereditatem, *l. quia poterat, ff. ad* Trebell. Et poteſt fideicommiſſarius compellere heredem, vt adeat hereditatem, ne fideicommiſſa ſubuertantur, *§. ſed quia Inſtit. de fideic. hæred.* & deindè cogitur fideicommiſſarius capere de manu hæredis, ideòq; fideicommiſſaria ſubſtitutio tranſitiua dicitur Peregr. *art.* 1. *n.* 3. & ſi acceperit poſſeſſionem vacantem, poſſeſſio eſt vitioſa Peregr. *art.* 47 *nu.* 18 & pro herede grauati facit ratio, nam qui occupat poſſeſſionem vacantem poſt obitum poſſeſſoris, videtur ſpoliare quodammodo eius hereditatem Rota *dec.* 528. *p.* 1. *diuerſ. & dec.* 383. *poſt tract.* Poſtij *de manutent.* vbi fuit deciſum eſſe immittendos in poſſeſſionem bonorum hereditariorum heredes grauati, qui in eorum poſſeſſione exiſtebat tempore mortis, non obſtante anteriori capta per fideicommiſſarium eorundem bonorum propria authoritate, tempore quo hereditas iacebat, ac etiã non obſtante, quod per fideicommittentem fuiſſet data talis poteſtas fideicommiſſario, & ratio, quia poſſeſſio anterior tunc poterat iuuare, quandò iuſtè fuiſſet apprehenſa, ſecus ſi iniuſtè, cum fideicommiſſarius non poterat ius ſibi dicere, & hereditatem quaſi poſſidentem ſpoliare, & deciſum fuit, poſſeſſionem vti vitioſam auocari, & dari hæredi, & *in dec.* 520. *p.* 1. *diuerſ.* reſolutum fuit ceſſionarium monialis, & monaſterij hæredis grauati eſſe immittendum in poſſeſſionem cuiuſdam Caſalis, non obſtante impedimento fideicommiſſarij, addo Hier. de Leo *dec.* 24. *lib.* 1. vbi in ſupplicatione, ſeù reuiſione determinatum teſtatur per Senatum Valentianum contra fideicommiſſarium, quamuis primo loco deciſum fuiſſet ad fauorem ipſius vt latè

vt latê comprobat Staib.*resol.99. in obs.à nu.38. vsque ad finem* Censual ad Peregr.*art.47.in fine*. vbi ex eadē ratione, quod fideicommissarius non possit sibi ius dicere contra fideicommissarium obtinuisse testatur in M.C.& quod fideicommissarius nequeat possessionem capere, neque vti beneficio, *d.l.fin post glos* ibi D.meus, quem sequuntur Rouit.*cons.95* Fusar.*quaest.605*. Surd. *decis* 332. & ibi D. Hodiern. qui respondet *ad cons* 68. *Medic*. vbi quod fideicommissarius est legitimus contradictor aduersus hæredem ad impediendam immissionem, quoties in promptu absque term no docet de iure fideicommissi, & admittit de Ponte *cons.21. n.26*. quod ibi fideicommissum erat in contractu, nec erat necessè de manu hæredis capere eum, nulla etiam erat facienda deductio.

Et quamuis fideicommissario competere immissionē vigore *d.l.fin.* velint Menoch. *d rem.4.nu.99* Caualer. *dec.164.*... Rot.... *408.p.5.recent*. Verumtamen impeditur immissio, si opponatur cōpetere detractiones, quas competere præsumitur vt *in dec.510.p.1. diuers.* Viuian.*d.n.58*.Staib.*vbi sup*.& sunt probanda bona per fideicommittentem relicta, & extenditur, vt etiam non confecto inuentario per hæredem, & quod probetur insimul alienata fuisse bona, & præsumantur consumptæ detractiones per alienationes ex Peregr. *art.39 in* 14. Rot. *post Merlin. de pignor.dec.*75.*n* 26 & pluries etiam resolutum refert Vrceol. *n.16*. nihilominus non admittitur in iudicio summarijssimo manutentionis, vt ex *dec.33.recent.idem* Vrceol.*vbi sup.*

Beneuerum quando fideicommissarius possidet authoritate Iudicis & docet incontinenti de iure suo, legitimus dicitur contradictor ad impediendam immissionem, si hæres grauatus nullum potest sentire commodum ex immissione tenet Argel. *de leg. contrad. q.10. art.14. nu.206.* vbi quod ita semper tenuit Rota addo Gratian.*n.d. discep.954.n.20*.sed *n.seq* ait aliquos dubitare, & quando hæres decessit sine hærede, actiones ipso iure transire in fideicommissarium, probat idem *n.25* addo *dec.431.p.2.recent.*

Facilius si fideicommissarius habuerit licentiam à testatore expressam, vel tacitam capiendi possessionem propria authoritate, nam cum ratione dictæ licentiæ poterat capere possessionem propria authoritate, consequenter eo magis poterit impedire immissionem hæredi illius, qui fuit grauatus, & erit legitimus contradictor, pulchrè Argel. *de leg. contrad.q.10.ar.2.nu.10.* Rocch.*vbi sup.*

8 Sequestro regulariter locus non est *l.1 C. de seq. pecun.* Limitant in iudicio petitionis hæreditatis in controuersia testamenti nemine possidento ex D. meo R. Latt.*dec.5 n.1.& ibi G zz.in obs.estatitex cum gl. in l. Diuus.ff.de per.her.* Vlterius quando est aliqua præsūptio contra possessorem, quod litiget causa differendi iudiciū Abbas *c.2 n.6 de sequestr.poss* Io.And.ad Spec. *in rub.de seq.poss.& fruct.ver.sed praeterea*.& decisū refertur hic in fine addo Gizz. *vbi sup*.Sanfel. *dec.211.* beneuerum *in addit.* intelligēdam inquit doctrinam in causa appellationis, & ità ait fuisse casum suæ decisionis, & loqui Doctores citatos, sed ante sententiam procedi non posse ex Borell *in summ.dec.to.2.tit.37.de sequestr.n.8.* Guid.Pap.*dec.246.*& ibi *Addit.*

In terminis huius decisionis R.Latt.*consult.63.n.75.* tradit, quod hic duo concurrebant, primò nam tam soror, quam fratres litigantes habebant pro se decretum præambuli expeditum per M.C. & omnes habebant actum apprehensionis possessionis, imò fratres habebant alicuius quantitatis fructuum perceptionem; Secundò fratres dicebant, non egere termino nisi dierum, in quibus prætendebant impugnare codicillos, & fuisse potius per modum prouisionis, quam per iuris tramites sequestrum factum.

In petitione hæreditatis ego non approbo absolutè sequestrum in controuersia testamenti, nisi existat legitimus contradictor, vndè veniens ab intestato, cum non sit legitimus contradictor, etiam quod excipiat de nullitate testamenti, si vitium non sit visibile, vt R.Latt. *consult.14.n* 16 D.Hodier.*contr.19.n.54*.ideoq; nec puto esse locum sequestro, vt decisum refert idem R. Latt. *consult.15. in fi.*. quidquid dicat *in dec* 5. & inuoluant ibi Gizz.& D.Altimar.ad Rouit. *dec.81 n* 6.

Si autem quis petat admitti ad probandū incontinenti testamentum esse nullum, tunc concedendus est breuis terminus, & faciendum sequestrum, si petēs admitti dedit congruum signum, ita vt facilè Iudex arbitrari potuerit oppositorem breui tempore probaturum suā intentionem, ita post alios Argel.*de acq. poss.q.2. art.7. n.78*.hinc nouissimè in causa testamenti R.D.Luce Citarellæ, *cum per* D.Io:Citarellam fuisset dictum de nullitate testamenti ex fatuitate testatoris, & fuissent productæ reuelationes, quinq; testium super dementia testatoris ad impediendā immissionem petitam per DD. Marcum Antonium, & Io: Baptistam V. respectiuè hæredes institutos ad relationē doctissimi interpretis in gymnasio Neap.iuris feudalis R.Cōsiliarij D.Iosephi de Rosa mēsibus elapsis per S.C.fuit dictū, quod infra quatuor dies audiātur partes, & sequestrentur bona; Nec obstat, quod objicit Gizz.*de text.in d.l.Diuus*, quia procedit, vt in casu controuersiæ testamenti in iudicio petitorio terminandæ possint interim inhiberi alienatio, & affrancationes capitalium, sed non fieri sequestrum penes tertium, pendet reclamatio, & dicam *obs.366*. vbi agitur de reuelationibus testium, an impediant liquidationem instrumenti.

9 Adimi an possit hæreditas per partem in Codicillis, & priuari possint aliqui ex filijs hæreditate, in qua prius fuerunt hæredes instituti, & alij filij instituti: affirmauit Bart. *in l. Militem Codicillis, ff de testam. milit.* sed dic verius, vt non possit; nec dari, nec adimi, Rom. *cons.179*.Crass.*in §.Codicillus nu.14*.& habetur ex hac decisione, vbi vltimo loco filia fuit instituta in asse, & legitima relicta Masculis, & non fuit habita ratio Codicillorum Gratian.*discep.902*.nam pater in codicillis potest diuidere bona, & de illis plus vni, quam alteri assignare, quæ diuisio censetur actus inter viuos, sed non potest institui hæres in Codicillis, *l. ex parte, §.intestato ff.famil.ercisc.* Gratian. *vbi sup.*

SVMMARIVM.

1 *Donationes, quæ fiunt filijs contemplatione matrimonij, confunduntur cum ipso contractu, & sunt irreuocabiles.*

2 *Patres dantes dotes filiabus, eneruant eorum patrimonia.*

3 *Donationes, seu retrodonationes, quæ fiunt patribus per filios contemplatione matrimonij, non tenent in præiudicium alterum, qui simul contraxerunt.*

DECISIO CCV.

Donationes, quæ à patribus filijs fiunt occasione matrimonij sunt pars ipsius contractus matrimonij & cum ipso confunduntur, ideoque irreuocabiles sunt.

CONsueuerant in hac fidelissima Ciuitate tempore nuptiarum, & ipsarum contemplatione patres facere immensas donationes filiis, vt sic maiores dotes reciperent, & ante, vel post contractum matrimonium recipere à filiis reuocationes, seu diminutiones dictarum donationum. Cumque esset contractum matrimonium inter Illu.Marchionissam Corati, & primogenitū Spectabilis Comitis Marconi, & prædictus Comes obtinuisset à filio reuocationem, seu diminutionem donatorum in cōtractu matrimoniali, in quo socrus etiam interuenerat cum filia, me referente fuit iudicatum reuocationem prædictam non valere, imò condemnatus Comes ad præterita nō
1 soluta occasione huius reuocationis, † sunt enim istæ dona-

donationes, quæ occasione matrimonii fiunt, & in ipsius tractatu, pars ipsius contractus, & confunduntur cum toto ipso contractu, & sic irreuocabiles in præiudicium omnium, qui in ipso contractu, interuenerunt ex dictis per Guid. Pap. *in decis. 145. fuit etiam vers. sed*
2 *his non obstantibus*, † quando enim patres dant dotes filiabus, vt eas ditioribus nuptui tradant, eneruant eorum patrimonia, vt dicit Bald. *in l. 3. 1. col. C. de bonis, quæ lib.* & D. Ant. Padilla *in repe. Auth. res, quæ 1. not. C. com. de leg.* & non contraxissent sine donatione prædicta, vnde non debent decipi ex occultis, & dolosis re-
3 trodonationibus, seu reuocationibus, † & quemadmodum matrimonium iam contractum irritari non potest, quod non esset contractum sine donatione, ita nec donatio prædicta, quæ est pars ipsius, & ita in specie ex multis decidit Tellius Ferdinandus *super constitu. Tau. in l 17 nu. 73. vers. quod est adeo verum, fol. 142.* & signanter ex decisio. Bal. *in l. si præses. C. de donatio* & pro hac opin. dicit esse tex. *in l. bonæ fidei. ff. de pecul.* & quia ab eo tempore in similibus retrodonationibus sic semper fuit iudicatum, non existente in eis consensu omnium contrahentium, idcircò aliter non me extendo, Baltamus Actuarius. Subdit tamen D. Antonius Padilla *vbi supra*. Platonem item certam quantitatem dotibus præscripsisse, ita suam Rempublicam optimis instruens documentis, quod etiam Regiis legibus dicit factum fuisse, licèt apud vtriusque prætorii iudices audiuerit prædictas leges dissimulari, ibique dicit nec patrem, nec fideiussores vltra dotes statutas promittentes teneri, ne lex sit verbis imposita, non rebus, quæ sunt notanda pro statutis factis in Ciuitate Cauæ, Regio assensu roboratis, & contra patres prædictas donationes facientes clamat, *eccl. c. 23.* prout refert Luc. de pen. *in l. cum facultates. C. de his qui nu. libero.* vocans hos patres insipientes, qui in vita sua donant filiis.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. *in fi. ibi per Guid. Pap.* supple quod de eo meminit hic Dominus *supra dec. 161. n. 5.* & Decius *cons. 414. nu. 4. nouissimè* Natt. *cons. 609. in 1. dubio*, vbi consuluit secundum d. decis. Guid.

Vide *infra dec. 435. n. 3.* & multa cumulauit in materia donationis factæ contemplatione matrimonij Nat. *in loco supra citato post* Parit. *cons. 16 nu. 24. & seq. vol. 2* Roland. *cons. 44. vol. 4* Adde Dominum Reg. de Ponte *cons. 25. à n. 1. 2.* vbi alleg. decis. istam nouissimè Menoch. *in cons. 129. inter cons.* Ann. Iun. *n. 17.* & Alex. Turaminum *inter eadem consilia 135. qui ambo allegant hanc. decis* nouissimè Io. Bapt. Cost. *in tract. de retro tract. c. 1. fol. 2. nu. 5.* & alios alleg. Mart. *post hac scripta impressus in voto 189. n. 1.*

An donatio facta contemplatione matrimonij dicatur simplex, vel ob causam, Aym. *cons. 85. consuluit esse simplicem*, Roland. *verò in d. cons. 44. post loco citato consuluit* esse ob causam contra Aymo. sequitur Turaminus in d. cons. & consequitur filio esse imputandam in legitimam, meminit de Rolando, & Natta Surdus *in dec. Mantua. 214. n. 15.* Vide eundem Mart. *in voto 150. n. 4. & omninò in d. voto 189. nu. 4.*

Vide Ann. Iun. *in cons. 73. nu* 28. & dicit Bertra. *cons. 176. col. 2. vol. 3.* donationem prędictam acquiri filijs, vt filiis, sequitur Dominus de Ponte *vbi supra n. 2.* & omninò Mar. Anton. Peregr. *in tract. de fideicomm. art. 36. post nu. 134.*

In fine *additi. ibi pro statutis*; Vide Maxill. *in prohœm. consuet. Bari à n. 121. cum seq.* vbi disputat si valet tale Statutum, & Visill. *in dec. Affl. 350. in fi.* & refert Nat. *in cons. 4. in tit. de Const. Statutum* prædictum extare in Ciuitate Spoleti, per quod dos non potest excedere duc. 500.

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Patris donationes sunt irreuocabiles fauore matrimonij facta, & num. 7. quod computentur in legitimam.*
2 *Matrimonium sit ne causa donationis finalis, an potius impulsiua, & nu. 5.*
3 *Pater mortuo filio donatario feudi, soluit creditoribus filij.*
4 *Donatio facta filio, matrimonio declarato nulla, inualidatur.*
5 *Quid si in donatione apponatur conditio aliqua.*
6 *Filius donans vxori, an reuocet absque patris consensu.*
7 *Donatio causa matrimonij computatur in legitima.*
8 *An hac donatio dicatur ob causam, & facta filio, vt filio, vel vt heredi.*

AD hanc decis. adde nouissimè Regentem à Ponte *cons. 25.* qui contra istam decis. videtur consuluisse. Aliqua vide supra per *me in*
1 *decis. 52.* Ad istud quod † patris donationes sunt irreuocabiles, adde Præsidentem hunc, *infrà. dec.*
2 *436. n. 4. & 5.* vbi quare sint irreuocabiles, & an † Matrimonium dicatur causa finalis, vel impulsiua donationis, quod est maximæ considerationis, & aliqua *in decis. 503.* quod talis donatio sit irreuocabilis, *sup. decis. 2.* vbi de patre, qui donauit feudum, & periit filius donatarius, quod ipse tamquam hæres fuit condemnatus ad soluendum creditoribus filij; sed hoc intelligerem, quando matrimonium sequitur, & est validum, se-
3 cus † si inualidum quia donata reuocabilia sunt. Ita est
4 *decis. 52. nu. 4.* vide vbi quod † donatio facta filio declarato matrimonio inualido, non valet, & donatum donanti restituitur: Adde de donatione facta filio contemplatione matrimonii, Decium, *cons. 73. vol. 2.* vbi an
5 † dicatur donatio facta ex causa impulsiua, hæc donatio, vel ex causa naturali, *num. 2* quòd seruit ad multa; sed si in donatione apponeretur aliqua conditio, ipsa conditio esset seruanda, aliàs donatio reuocaretur. Viuius *decis. sua 257. incip. Donatio.* vt puta si liberi non nascerentur ex illo matrimonio, & alia. Item adde
6 quod † si filius donat vxori de consuetudine fortè cum consensu patris, an possit reuocare ipsam donationem absque consensu eiusdem patris, & ipso inconsulto. Paul. Fusc. *Sing. 120. verbo, donatio fol. mihi* 181. de donatione causa matrimonii, quod sit irreuocabilis, &
7 † computetur in legitimam donatario. Roland. *cons. 44. Visa, vol. 4.* & Thesaurus *decis. Pedemont. 45. num.*
8 11. & an † donatio contemplatione Matrimonii dicatur ob causam, Consiliarius Anna, *cons. 73.* & an ista donatio facta filio, dicatur facta vt filio, vel vt hæredi, & an reuocari possit, & de aliis Tolos. *q. 454.* & idem Anna, *cons. 53. vol. 1. n. 22.* & Regens à Ponte, *& consil. 25. & 80.*

ADDITIO D. RICII.

DOnationes, quæ à patribus filiis fiunt occasione matrimonii sunt pars ipsius contractus matrimonii, & cum ipso confunduntur, ideoque irreuocabiles sunt; hoc dicit; Adde quod donatio causa matrimonii sit irreuocabilis Fabrum *in suo Cod. Fab. in tit. de reuoc don. def. 1. vol. 2.* Adde quod talis donatio sit simplex non conferenda, neque imputanda in legitimam, irreuocabilis, & insinuanda, Gratian. *discept. for. 1. 159. num. 29. vsque ad finem c. vbi* etiam de donatione facta filio contemplatione clericatus, *& c. 297. quasi per tot.* & talis donatio comprehenditur sub statuto requirente solemnitates, idem Gratian. *c. 474. num. 21. & seqq.* vide in materia decisionis Castil. *decis. Sicil. 51. num. 8.* à Pont. *in tract. de potestate proreg. tit. 6. §. 2. num. 22.*

Molfes.

Molfes. *conf. 2. num. 2. & conf. 11.* hanc decisionem citat Franc. de Amicis *in tit. de his, qui feu. dar. possunt, §. nolui tamen in fine fol. 215.* vbi refert in Sac. Cons. fuisse iudicatum in fauorem matris donatariæ eius filij, cui fuerat facta donatio à matre contemplatione matrimonij certorum introituum summę notabilis, & donatio filij facta matri loquebatur de fructibus tantum, qui erant viri, & dominium ipsorum non abscesserat à donatario, idem Molfes. *in add. ad d. conf. 11. n. 16.* citat aliam decis. Paschal. *in tract. de vir. patr. potest. par. 1. c. 4. nu. 36.* Amat. *conf. 6. nu. 35. & sequent.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Donationem contemplatione certi matrimonij non posse per donatarium retrocedi resoluit decisio, quæ conuestitur rationibus.*

2 *Indirectè, nec reuocari posse ex Merlin. Fontanell. & alijs demonstratur.*

3 *Euictionem deberi, & si non promissam tradunt Gizzarell. Reg. Latr. & alij.*

4 *Arguitur pro validitate retrocessionis à potestate obligandi rem donatam ex Ann. de Ponte, & Rot. Rom.*

5 *Præterea à validitate retrocessionis fructuum ex Molfes. & Reg. Latr. D. Io. Dexart. & impugnatur Merlinus.*

6 *Validam retrocessionem probat D. Io. Dexart. & ita decisum testatur, si non præiudicetur filijs, & Vxori in alimentis legitima, & iuribus dotalibus.*

7 *D. Prat. non recenset decisionem Sardiniæ, sed negat in donatario facultatem retrodonandi, & hypothecandi, quando pro filijs nascituris fiat donatio.*

8 *Filij nascituri veniunt vti filij quando persona patris non est vocata in donatione; vel si quis donet alicui absenti, tam pro se, quàm pro filijs nascituris, stipulante Notario, & carpitur dec. Reg. Latr.*

VNdabunda, & dissentionum tempestatibus fluitans decisio est, super articulo hic excitato. An donatio contemplatione matrimonij cum certa persona contrahendi possit à filio donatario retrocedi; & retrocessiones nullitatis vitio laborare, firmat decisio quam canonizatã sæpius in S.C. tradit Gizzarell. *dec. 22. nu. 14.* & tenent de Pont. *cons. 25. nu. 12 & de potestate Proregis tit. 6. de assens. Reg. §. 2 à nu. 21* & ibi Thor. qui etiam in eius *compend. in ver. donationes p. 1.* latè Fontanell. *de pact. nupt. tom. 1. claus. 4 glos. 1. n. 18. & 21.* Castill. *dec. 51. n 9.* Grat. *discept. 924.* Cutell. *de don. to. 2 tract. 2. diuers. 1 special. 9. à n. 10* Merlin. *tom. 2 contr. 34.* Ioan. Oker. *in dec. 14. c. 4.* Ferentil. ad Burat. *dec. 861. to. 2* D. Staib. *res. 3. n. 12. & res. 22. per tot.* Rationes adducuntur: quia huiusce modi donatio fit irreuocabilis, ex eo, quod, vt tradit Guido Pap. *in dec. 145.* est pars contractus matrimonij, & cum ipso contractu dotali confunditur, & dotis, & donationis propter nuptias naturam sortitur, tum respectu validitatis, tum etiam irreuocabilitatis, Merlin. *vbi sup. n. 1.* Giurb. *obser. 38. n. 12 & 16* Andreol. *contr. 155. nu. 1.* Reg. Latr. *consul. 46. n. 2* Tondut. *in resol. ciuil. c. 53. nu. 8.* & sicut Reip. interest, vt dotes mulierum conseruentur, *l. 2. ff. de iur. dot.* ita ad communem vtilitatem attinet has donationes firmas, & illibatas persistere, nedum ad vniuersale commodum, quam Vxoris, & prolis, extensè Cutell. *d. tract. p. 2. tract. 2 special. 9. n. 23. & spec. 16. per tot.* D. Hodier. ad Surd. *dec. 322. num. 30.* & conuentiones destruentes hasce donationes non debent subsistere, nec vllum vxori, aut proli præiudicium generare; nec vlla iuris ratio patitur, Patres dotantes filias, qui proprium patrimonium eneruant, pinguiores dotes assignantes puellis, huius donationis intuitu decipi, atque circumueniri, & si illi de retrodonationibus faciendis fuissent admoniti; vtique huiusmodi puellas renuissent copulare, vt ex præsenti decisione firmant auctores mox supra citati.

Imò ex donatione contemplatione certi matrimonij ius quæritur vxori, & filijs, citra vocationem expressam, aut stipulationem, vt volunt Bertran. *cons. 276. vol. 3.* Theod. *alleg. 43.* de Pont. *cons. 75* Cutell. *vbi sup. n. 11.* Reg. Latr. *d. consult. 46. à nu. 9.* maximè si facta sit in capitulis matrimonialibus, Mastrill. *dec. 211. per tot.* Staib. *in obs. ad resol. 22. num. 1.* per consequens, cum donatio tangat interesse vxoris, & filiorum, in eorum detrimẽtum, nec minimam quoq; partem videtur posse retrocedi; Mastrill. *dec. 211. n. 4.* Gratian. *nu. 32.* Merlin. *nu. 8.* Bottilier. *de success. ab intest. theor. 70.* & vberrimè D. Prat. *tom. 3. discep. 40. nu. 11. per totam*; & non posse reuocari absque consensu vxoris, & omnium ad quos potest aliquo modo spectare commodum talis donationis, Mastrill. *dec. 301.* Gratian. *discept. 924. num. 33. & seq.* vbi quod vxor non debet remanere decepta, & delusa, & mulier nedum potest agere pro obseruantia donationis, sed etiam ei medietatem acquiri vult Merlin. *num. 37.*

Hæreditas nec dari, nec adimi potest in codicillis, *l. 2. C. de codicill.* etiam in codicillis inter liberos, ne scripturarum nomina, & effectus confundantur Mol. de Hysp. *primog. lib. 2. c. 8 nu. 30.* Reg. Galeot. *lib. 1. contr. 38. nu. 19. & seq. & num. 9.* expendit in contrarium Io. Andr. Salyc. Paul. de Castr. & Mantic. volentes quod si quis adhibitis septem testibus instituat hæredem aliquem directo, quod nihilominus ea scriptura non erit codicillus, sed testamentum, & valebit illa institutio, ac si in testamento facta fuisset, cui opinioni contradicit Molin. nisi testator adiecerit clausulam quod talis dispositio valeat omni meliori via.

2 Extendunt, vt non possit fieri retrodonatio per filium patri, nec directè, nec indirectè, nec etiam ingratitudinis vitio Faber. *defin. 1. C. de reuocan. donat.* Nouar. *q. for.* Bottiliet. *theorem. 105. nu. 31.* Merlin. *n. 7.* Fontanel. *claus. 4 glos. 1. nu. 35. & 36.* Gamm. *dec. 163.* Altograd. *cons. 7. nu. 28.* Staib *in d. obs. 22. nu. 8.* Gizzarell. *nu 20.* cum ista donatio non sit simplex, & pura liberalitas, sed ob causam finalẽ matrimonij, & de iure donationes ob talẽ causam ingratitudine non reuocantur Tiraq. *in l. si vnquam ver. donatione largitus n 13. & 142.* Boer. *dec. 27. nu. 2.* Merlin. *vbi sup.* Et pariter in simili donatio, quæ fit ad sacros ordines suscipiendos ingratitudine filij non retractatur Ricc. *dec. 19 p. 1.* Ampliant etiam, vt nec teneat confessio per filium facta patri de receptis, quæ ei Pater contemplatione certi matrimonii donauerat Cancer. *var. 3. p. c. 2. n. 209.* fusè Merl. *vbi sup.* qui ita in S.C. decisum testatur. Nec reuocatur per superuenientiam liberorum Morott. *cons 43.* de Pont. *dec. 39. nu. 29.* Fab. *C. de reuoc. donat. def. 2* Mela ad Gizzarell. *vbi sup. n. 9.*

3 Præterea deberi euictionem ex donatione huiusmodi, quamuis non promissam vti remuneratoria ex causa matrimonii, & dotis habitæ Gizzarell. *nu. 14.* qui ita iudicatum testatur, alias decepta remaneret vxor, cum eius consanguineis, qui alias matrimonium non contraxissent Reg. Latr. *dec 40.* in qua fuit concessa ęstimatio subfeudi quaternati absque assensu etiam creditori eiusdem donatarii, non obstante, quod in dicta donatione non fuerat promissa euictio.

4 Argui potest in contrarium pro validitate retrocessionis, quia maritus potest obligare rem taliter donatam, vt probat de Pont. *cons. 80. lib. 1. nu. 15.* hinc ad impediendas hypothecas solitã esse fieri donationes non solum filio, sed etiam filijs nascituris, ita quod filijs, vti

vti filijs, non vti hæredibus acquiratur, & Reg. Latr. consult. 79. à nu. 44. cum Ann. cons. 52. num. 22. firmiter tenet de donatione contemplatione matrimonij, etiam pro se, & liberis facta, primum acquirentem ad libitum disponere posse; filiumque ipsius debere habere donationem cum qualitate hæreditaria, & nullum ius acquiri filijs, vti filijs ex donatione contemplatione matrimonij, & filiorum ex eo procreandorum, ergò sicuti valet bonorum donatorum obligatio, ita pariter valebit retrocessio, & nulla ratio differentiæ reddi potest, vt maritus hæc bona donata obligare, & donatio retrocedi nequeat.

Vrget, quod adhuc si donatio facta esset Titio, pro se, & suis intuitu, & causa matrimonij contrahendi cum Francisca, & liberorum ex ea Deo dante procreandorum, verba non respiciunt causam finalem, sed impulsiuam ad demonstrandum illud, quod futurum esset, quando talia bona peruentura fuissent in liberos secundum commune votum parentum, Alex. cons. 7. lib. 7. Burat. dec. 861. & Rot. Rom. in dec. 171. p. 6. reiecta opinione cótraria Bertrand. Castill. dec. 106 Mol. de rit. nupt. lib. 3. q. 10. n. 28. Fontanell. & aliorum, imò si pater stipuletur pro se, & filijs masculis, intelligitur pro hæredibus, Surd. dec. 322. Rouit. cons 25. nu. 46. lib. 1. Staib. resol. 45. nu. 44. & si nulla stipulatio pro vxore, aut filijs interuenit, nullum eis dominium, neq; ius acquisitum censeri, decisum per Rotam tradit Burat. & post Menoch. cons. 288 Thes. lib. 4. q. for. 2. nu. 4 Castill. lib. 4. contr. c. 5. à nu. 15 Rouit. cons. 15.

5 Stringit quod potest donatarius remittere fructus bonorum donatorum, quia sunt ipsius & nó vxoris, vt post Franc. de Amic. & alios decisum refert Molfes. in add. ad cons. 11. n. 17. in to. 2. ad consuet. Neap. Reg. Latr. consult. 54. n. 42. vt à fortiori idem procedit in fructibus dotis, qui sunt ipsius viri constante matrimonio, si aliundè haberet, vndè matrimonij onera sustineat, posse illum ad libitum disponere, & dilationem dotanti dare ex pluribus firmat Fontanel. to. 1. claus. 6. glos. 2. p. 2. à 5. quinimò etiam si de fructibus rei donatæ fuerit expressè stipulatum in capitulis nuptialibus, quod inseruirent oneribus matrimonij, non tàm secundum necessitatem, quàm omnimodam superfluitatem, adhuc subintrat in hoc casu arbitrium Iudicis pro debita taxatione, & adiudicatione, ex d. ctis fructibus facienda ad alimenta, & onera matrimonij sustinenda, ideoq; de fructibus rerum donatarum cum stipulatione, vt supra expressa Rouit. in cons. 88. in fine, decisum refert medietatem adiudicatam pro alimentis, & aliam creditoribus, vt in simili in fructibus dotis agunt creditores, in eo quod superest deductis oneribus matrimonij, vt infra dec. 617.

Nec mulier potest agere pro consecutione fructuum, vt quia ei medietas fuit quæsita, vt existimauit Merlin. sed minus rectè vt Merlin. dec. 515. per. tot. & dec. 44. p. 1. diuers.

6 Opinionem pro validitate retrocessionis pugnaciter defendit D. Io. De Karr. in decis. Sardin. 7. per totam, quando tamen donatarius aliundè habet, vndè commodè sustineat onera matrimonij, & nullum præiudicium inducitur in iuribus dotalibus, siue legitima filiorum ex eo matrimonio natorũ, & ita decisum testatur, qui probat ex huiusmodi donatione acquiri ius hypothecæ Vxori pro iuribus dotalibus, in quorum præiudiciũ retrocessio non teneat. & cessante præiudicio in alimentis, & iuribus dotalibus, maritus possit disponere de re donata, in qua principale interesse habet, nec curandum sit de interesse secundario Vxoris, & filiorum; dum Vxor non inuestigauit qualitatem donationis, cũ debebat stipulari expressè pro se, & filijs, ex Alciat. cós. 7. & authoritatibus, & decisionibus contrarijs respondet, quod sint intelligendæ in casibus, in quibus in donationibus ius principaliter Vxori, & Marito simul, & filijs, ex eo matrimonio, vti filijs donatio facta fuerit, & Merlin. de hac donatione pertractat, in qua pactum expressum aderat, vt filij nascituri, vti filij succederent, vt in specie n. 7. concinunt tradita per Fontanell. tom. 2. dec. 581. & quatenus DD. conclusionem statuunt de huiusmodi donatione quod confundatur cum ipso contractu dotali, & dotis, & donationis propter nuptias, erroneam dictam assertionem probant Faber. de error. pragm. tom. 2. decad. 41. err. 2. Merend. controu. iuris lib. 1. c. 22. n. 14. Et quod donatio quæratur filio donatario tantum, immediatè Hodiern. ad Surd. dec. 322. n. 31. Ferrentill. ad Buratt. dec. 861.

7 Verum enim verò Prat. vbi sup. d. contr. 30. quamuis nullam faciat mentionem decisionis Sardiniæ, nec resumat illius fundamenta, in omnibus totus est in defendendo defectum facultatis retrocedendi hanc donationem, & insuper ius principaliter acquiri vxori, & quãdo fit marito pro se, & filijs; tunc filij procreandi veniant vti filij, non vti hæredes Patris, & pro se adducit decisionem Rotæ Rom. quam transcribit emanatam 14. Maij 1657. coram R. P. D. Eltio. Et quia hæc eadem controuersia incidit in obser. 436. ibi meum sensum exponam.

8 Indubitatum censeo, quod cum stipulatur Pater donationem contemplatione certi matrimonij pro filijs ex eo procreandis non admissa persona sua: tunc intelligatur stipulari pro filijs, vti filijs, vt tenẽt Ias. in l. quod dictum la seconaa, nu. 26. ff. de verb oblig. Mascard. de prob. concl. 2102 nu. 1. Fontanell. claus. 4. glos. 1. n. 16. 35. Staiban. resol. 22. qui in fine ita refert decisum, & in resol. 99. in obseru. nu. 37. refellit Reg. Latr. dec. 40. & ab ea cauendum dicit, dum concessit æstimationem donationis subfeudi quaternati absque assensu ex causa euictionis, nó vxori, nec filijs donatarij; sed creditori eiusdem, quando donatio cótemplatione certi matrimonij est fauorabilis solum vxori, & filijs procreandis, & non consideratur, nisi eorum fauor, & non creditorum donatarij, dum non fuerat in eo casu promissa euictio.

Similiter existimo si pater donet filio, & filijs nascituris stipulante Notario pro eis: tunc in eo casu filios nascituros venire vti filios, & non vti hæredes, ex prouidentia Aui, non autem eorum Patris, & idem si donationem faciat extraneus, & de hoc casu videtur apertè loqui Mart. de success. p. 1. q. 16. art. 2. n. 22. quem allegat indistinctè pro se Prat. d. c. 30. nu. 8. qui colligit ferè omnes doctores scribentes in quæstione, quando in stipulatione pro filijs nascituris veniant filij, vt filij, & inter alios Reg. Galeot. contr. 57. de Marin. lib. 1. resol. 89. & fusè infra resumam.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium debet fieri in præsentia publici Notarij, seu officialis, cum ad uocatione diei, & anni.*
2 *Inuentarium est conficiendum cum omni subtilitate.*
3 *Inuentarium debet fieri per tutorem, ita vt ex eo possit conueniri.*
4 *Debitor, qui soluit tutori non inuitus, vt petendo exhibitiones solemnitatum excusatur.*
5 *Tutor, vt exigere possit, tenetur debitori petenti exhibere solemnia.*
6 *Fælix de Rubeis Regius Consiliarius oculatissimus, & doctissimus.*
7 *Commissarius causa format sententias.*
8 *Tutor, qui administrat, ante confectum inuentarium potest allegari suspectus.*
9 *Tutor non legitimè constitutus nó præiudicat pupillo.*
10 *Tutor antequam adimpleat, nihil facere debet.*
11 *Restitutio in integrum competit minori læso sui facilitate, vel dolo aduersus solutionem tutori illegitimo factam.*
12 *Tex. in l. 1. C. si aduers. solut. procedit etiam facta solutione tutori.*
13 *Debitor pupilli soluens tutori, quando consequatur liberationem.*
14 *Decisio legis, etsi dura, seruanda est.*
15 *Debitor soluens tutori, quando non posset habere præsentiam iudicis, excusatur.*

16. Solu-

16 *Solutiones semper facta sunt tutoribus in Sacro Consilio absque decreto.*
17 *Restitutio in integrum debet peti per pupillum aduersus solutionem.*
18 *Tex. in l. 1. C. si aduersus sol, an procedat in curatore mente capti, & nu. 21.*
19 *Decreta quando interponuntur in delatione tutela, & cura.*
20 *Tex. in l. fi. C. de temp. in integr. restit. quomodo procedat in mente capto.*
22 *Debitor pupilli quando liberetur si pecuniam pupillo debitam soluit creditori tutoris.*
23 *Dolus ex coniecturis probatur.*
24 *Retrovendere potest tutor sine decreto.*

DECISIO CCVI.

Debitor qui soluit tutori, vel curatori, qui inuentarium ritè, & legitimè non confecit, licet eidem curatori sit à iudice decreta administratio non liberatur.

IN causa Magnificæ Donnæ Briannæ Cantelmæ cum Illustri Don Cæsare de Gonzaga, fuit primo dubitatum, an administratione Curæ delata Illust. Duci Populi, personarum, & bonorum quondam Magnificæ Donnæ Portiæ Cantelmæ, fuerit ritè postea decreta in personam eiusdem? & videbatur sine dubio dicendum, quod sic, nam delatio fuit facta, dummodò adimpleret adimplenda, iuxta formam iuris, & in processu apparebat notamentum omnium bonorum D. Portiæ, & præstita fideiussio de bene administrando, & deinde interpositum decretum, in quo dicitur viso inuentario confecto. Ex aduerso dicebatur, administrationem non ritè, nec rectè decretam, ex quo non apparebat, quod dictus Dux fecerit inuentarium, cum in notamento prædicto non aderat dies nec annus, & erat simplex cartula, nec apparebat, quis eam
2 præsentauerit, & † de iure inuentarium debet fieri in præsentia Notarij, vel publici officialis, vt dicit tex. *in l. tutores. C. de Administ. tutorum, cum simil.* plenè prosequitur Lucas de Penna, *in l. 1. colu. 2. C. de cano. frumen. vrbis Roma, lib. 11* quo in loco etiam dicit, † in-
3 uentaria esse cum omni subtilitate conficienda, hodieque potius dici mentarium, quasi quod in eo mentiatur, quam inuentarium, & vltra eum, Francisc. Porcell. *in tracta. de confectio. e inuentary. 2. col. vers. 2. requi-*
3 *ritur*, qui subdit, quod ita seruat practica, † Et tandem dicebatur inuentarium debere confici per tutorem, ita vt ipse ex eo possit conueniri, vt dicit Bart. *in d. l. tutor. qui repertorium, 3. col. vers. quaero, qualiter res debebat.* sed ex prætensa cartula nullo modo potest conueniri tutor, ergo de ea non est habenda ratio, imò in processu apparebat Ducissam hær. Ducis Populi comentam fuisse occasione dictæ cartulæ, & negasse cartulam prædictam, & nullo modo bona in eo descripta peruenisse in Ducem. Secundo dubitatum fuit, an stante decreto prædicto delatæ administrationis saltem excusatus sit dictus Illustr. Don Cæsar, quod soluerit dicto curatori ducat. decem mille debitos dictæ D. Portiæ, & obtinuerit ab eo retrouenditionem annuorum ducat. mille, & videbatur dicendum excusari debere, cum postquam præcesserit decretum administrationis, bona fide dicetur soluisse, & excusari debere, arg. tex. *in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de min.* eo etiam magis, quia dum ipse Dom. Cæsar esset debitor in aliqua quantitate de prędictis introitibus fuit vocatus in iudicio à Duce, vt curatore, & præsentato dicto decreto Curię contra eundem Dom. Cæsarem, lata sententia. Ex aduerso dicebatur, eum qui contrahit, debere esse certum de qualitate eius, cum quo contrahit. *l. qui cum alio. ff. de*
4 *reg. iur.* † & propterea eumdem Dom. Cæsarem antequam soluisset, debuisse plenè inquirere, an dicto Duci fuisset rectè decreta administratio, & petere exhibitionem solemnium, ad quam Dux tenebatur. *l. non vtiliter nominatus. C. de eo, qui pro tut. se gess.* Bartol. *in d. l. tutor. qui repertorium, colum. fin. ver. quaeritur, quid si tutor.* nec decretum prædictum eum excusat, cum debebat, & poterat contra decretum opponere, & quando opposuisset, & succubuisset, forte excusatus fuisset, vt dicit, tex. *in d. l. ait prætor, §. permittitur. vbi gl. allegat concor.* quando iussus iudicis excusat, pulchre ponit Io. Guttier. *in lib. 1. pract. q. in quest. 81. per totam f. 158 omninò videndus*, nec processus prædictus compilatus cum eo super condemnatione ad tertias præteritas, ei prodest cum ibi non apparet petita legitimatio personæ pro dicta Do. Portia, & Sacrum Consilium, aliqua oppositione non visa, processit, ad vlteriora,
5 † nam si opposuisset cogebatur Curator omnia exhibere, vt dicit Barto. *in l. si tutor tuus. C. in quibus cau. in integ. rest. non est necessaria.* Item dicebatur hoc non prodesse Do. Cæsari ex alio, nam Sacrum Consilium in sententia lata non condemnauit D. Cæsarem ad soluendum d. curatori, sed condemnauit ad soluendum D. Portiæ, seu legitimæ personæ pro ea, quod non fecisset, si habuisset pro persona legitima Ducem, vel non
6 dubitasset, † fuit enim Commissarius causæ D. Felix de Rubeis, qui erat oculatissimus, & doctissimus Consi-
7 liarius, † & Commissarij causarum faciunt formam sententiarum, licet postea consueuimus legere inter omnes, qui in causa iudicauimus. Vnde hic processus factus cum dicto duce, non modo non opitulatur Do. Cæsari, sed ei nocet: debebant enim ipse, & eius Aduocati tanto minus facere hanc solutionem Duci postquã præsentatis decretis prædictis Curiæ, Sac. Consilium non condemnauit D. Cesarem ad soluẽdum Duci prætenso curatori, sed legitimæ personæ pro D. Portia, pro cuius declaratione debebat instare D. Cæsar, & declarationem obtinere. Tertio fuit dubitatũ an posito quod inuentarium non sit ritè, nec rectè confectum, ex hoc solutio facta curatori irritetur? Et dicebatur pro D. Cę-
8 sare, quod non, † nam pęna administrantis ante inuentarium confectum, est, quod possit ab administratione remoueri, non autem gesta irritentur, ita videtur dicere Bar. *in d. l. tutor. qui repertorium*, *2. col. ver. quaero quando debeat fieri inuentarium*, *cum concord.* Alex. *cons. 85. visis dubitation. col. 2 vers. non obstat quod non fecerit inuentarium.* Sed dicebatur tutorẽ teneri adimplere à iure prouisa, vnde quãuis si antea se immiscuerit, potuisset vt suspectus remoueri, nõ per hoc interim gesta per eum valent, nec Bar. nec Doc. hoc dicunt, sed
9 † hoc remanebit in iuris cõmunis dispositione, quo cauet ista per tutorem minus legitime constitutũ, pupillo non præiudicare. *l. si tutor tuus. C. in quibus cau. restit. non est necess.* & in curatore furiosi esse tex. *in l. consil. §. 1. ff. de cura. furio.* & licet iura prædicta loquantur quando est omissa satisdatio, idem tamen erit quando est omissa confectio inuentarij. hoc sentiunt Bart. *in d. l. si tutor tuus, in 1. nota* Bal. Paul. de Castr. & Iacobinus.
10 Et pro hoc est euidens ratio, † nam postquam ad finẽ, vt tutor iure administrare possit, requiritur, quod satisdet, & conficiat inuẽtarium, & ante nihil facere debet, vt dicit tex. *in d. l. tutor. qui repertorium, in prin. & glo. ibi.* & sic etiam Magna Curia prouidit, quemadmodũ gesta ante satisdationem erunt nulla, ita & ante inuentarium confectum, quod erũt ipso iure nulla, etiã quod partes à principio non opposuerint, secundum Butrig. & Bal. quos refert, & sequitur Aretinus *in d. l. si tutor tuus, in prin.* vnde ex prædictis dicebatur, omninò esse
11 iudicandum in fauorem D. Briannæ, † quæ etiam prædictis circumscriptis, dicebat, quod obtinere debebat, saltem per viam in integrum restitutionis, quam petierat, ex tex. *in l. 1. C. si adue. solu.* quo disponitur aduersus solutionem factam minori, cum auctoritate tutoris, seu curatoris, si minor est læsus sua facilitate, dari in integrum restitutionem, & idem, imo fortius, quando dolo curatoris, vt dicit glo. *in l. verum. §. sciendum. in ver. probentur. ff. de min.* p[illegible] erat casus noster, in quo facta exactione pecunię pupillaris, quę debebat in emptio-

ptionem prædiorum, vel aliorum introituum erogari,
d. l. tutor, qui repertorium. §. si post depositionem. ff. de
administ. tutor. curator ipse pro solutione proprij æris
12 alieni eius creditrici soluit. † & quamuis tex. *in d. l. 1.*
loquatur quando est facta solutio minori cum auctori-
tate tutoris, vel curatoris, procedit tamen, & idem est,
quando est facta solutio ipsi tutori, vel curatori, vt data
læsione competat restitutio in integrum, *l. etiam. C. si*
tutor, vel curator interuenerit, quã adhoc allegat Bar.
in l. pupilli debitor. ff. de solutio. hinc glo. in d. l. 1. C. si ad.
13 *uers. sol. & in d. l. an prætor. §. permittitur*, dixit, † quod
licet ex solutione facta tutori, vel curatori debitor con-
sequatur ipso iure plenariam liberationem, si tamẽ erit
læsus minor aduersus solutionem restituetur, tunc con-
sequetur tamen plenissimam liberationem, quando di-
cto tutori, vel curatori soluerit cum decreto iudicis, *l.*
sancimus. C. de administ. tut. dum tamen etiam contra-
dixerit, & contradictione non obstante, iudex manda-
uerit, vt dicit Paul. de Castr. *in d. l. 1.* & post eum Iaco-
bi. qui dicit, hoc esse, singulare, & elegans, & cum glo.
transeunt Bar. Bal. Paul. de Cast. Fulgo. Areti. & Iacobi.
in l. 1. & hoc pro regula ponit Soci. *in reg. 163.* Caro.
Rui. *cons. 159. in 2. vol. per totum* & nouissimè ita tenẽt
Ant. Gomez. *in tract. de rest. min. c. 14. 5. col. vers. 7. in-*
fert. n. 4. fol. 100. in 2. tom. qui plenissimè tractat articu-
14 lum. Et quamuis hæc deci. dura videatur, seruanda ta-
men erit dicunt Paul. de Castr. ibi, & Iacobi. quia debet
imputari debitori, qui nõ expectat iussum iudicis, post-
quam lex ei dat hoc remedium, vt plenissime liberetur,
& hæc liberatio importat per se etiam securitatem sine
vlla molestia aduersus omnem personam. Aret. *in l. 2.*
in 2. notab. ff. ad Velleian. & 5. dec. 107. & per Afflict. *in*
constit. minorum vera, n. 15. vers. & vide adhoc & tan-
to magis hoc videbatur dicendum in casu, de quo age-
batur, in quo D. Cæsar iam fecerat depositum ducat.
1000. illudque præsentauerat in Magna Curia, & in Sa-
cro Consilio non expectata prouisione iudicum, pro-
curauit restitutionem depositorum, & sponte sua sol-
15 uit, † & quemadmodum excusaretur quando non pos-
set habere præsentiam iudicis, vt pulchrè dicit Aretin.
in d. l. 1. in 2. notab. qui sic limitat illam legem magis in-
culpatur, si habendo iudicem, postquam coram eo
comparuit, ab eo recessit.

Pro parte D. Cæsaris dicebatur de hac difficultate in
16 Sacro Consilio non debere tractari, † postquam indi-
stinctè videmus admissas solutiones factas tutoribus,
& curatoribus absq; iudicis decreto. Nec vnquam fuis-
set super ijs solutionibus mota controuersia, quia suffi-
cere debet pupillis, vel tutoribus exigere, iuxta for-
mam *d. l. etiam*, & ab eorum fideiussoribus, & non mo-
lestare debitorem, qui personæ, per iudicem electæ sol-
uit, quia vt dicit Paul. de Castr. *in d. l. 1.* hoc est contra
omnem æquitatem, & subtilitates istæ non sunt admit-
tendæ. *l. tutor. §. si debitori. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.*
sol. & quia hoc remedium est ordinarium, debet cessare
extraordinarium *d. l. si tutor tuus*.

Item dicebatur tex. *in d. l. 1.* procedere quando quis
est datus tutor, vel curator simpliciter, sed in casu, de
quo agebatur in decreto Curię erat datus curator Dux
populi, cum potestate omnia gerendi, & administran-
di; vnde stante hoc decreto quando debitor soluit, vide-
tur soluere præcedente decreto.

Dicebatur, & tertio, quod etsi prædicta præcederent,
adhuc non posse proferri sententiam contra D. Cæsa-
rem; adhoc enim vt tex. *in d. l. si aduers. solut.* procedat,
17 † requiritur quòd minor petat restitutionem in inte-
grum, & sit sibi concessa, vt dicit Paul. de Castr. *in d. l. 1.*
sed in casu, de quo agebatur, restitutio non modò non
erat concessa, sed nec petita, imo prætendebatur esse
elapsa tempora statuta *in l. fin. C. de temp. in integr. rest.*
ad illam petendam cum sit lapsum quadriennium à die
solutionis factæ, & à die mortis mentecaptæ vsque ad
tempus, quo hæres iudicium nomine mentecaptæ cæ-
ptum continuare cæpit [illegible] currit enim hoc tempus qua-
driennij maiori succedenti minori à die aditæ hæredi-
18 tatis, *l. ea, quæ §. fin. C. de temp. in integ. rest.* † Item di-
cebatur tex. *in d. l. 1. & in l. sancimus* loqui in solutioni-
bus factis tutoribus, seu curatoribus adultorum, non
autem mente captorum. Vnde postquam Paul. & Ia-
cob. dicunt, dictas ll. duras esse, non sunt trahendæ ex-
tra casus, de quibus loquuntur. Et nouissimè dicebatur,
tunc istis dari restitutionem, quando sunt læsi, sed quã-
do pecunia soluta conuertitur in extinctionem debito-
rum per pupillum, & si consequatur tunc debitor ple-
nam liberationem, nihilominus pupillo, vel furioso a-
genti obstat exceptio doli, vt dicunt omnes, *in d. l. 1. post*
glo. & in d. §. permittitur. sed in casu, de quo agebatur,
Dux populi erat donatarius maioris summæ D. Portię,
cuius est hæres Donna Brianna, ergo pro ista summa
debet D. Brianna repelli. Pro D. Brianna dicebatur ha-
bere pro ea casum legum expressarum, & decisiones
Doctorum, à quibus nemo discrepat, nec obstare, quod
in Sacr. Cons. fuerunt admissæ solutiones factæ tutori-
bus, & curatoribus & nunquam fuisse actũ contra eos-
dem soluentes, quia hoc fuit, quia casus non accidit, &
si accidisset, sine dubio deberet iudicari secundum iura,
secundum quæ Sacrum Cons. iudicat, vnde hoc nihil o-
peratur, ex dictis *in decis. 122. Siluester Comes.*

Nec dicebat obstare verba decreti, in quo datur cura-
19 tori facultas administrandi personam, & bona, † quia
decreta delationis tutelæ, & curæ, sic de iure fieri de-
bent, prout fiunt, & tamen dicit tex. *in d. l. 1. C. si aduer.*
solu. & in d. l. sancimus, quod vt quis plenissimam con-
sequatur liberationem super solutione facienda, iudicis
decretum requirit. Imo nec simplex præceptum sufficit,
vt est supra dictum, & in iuribus prædictis præsupponi-
tur legitima creatio. Nec obstare tertium, quia ex sup-
plicatione apparebat, petitum fuisse condemnari D.
Cæsarem etiam per viam restitutionis in integrum in-
fra quadriennium à die retrouenditionis, & aduersus
hanc supplicationem fuisse oppositum de retrouendi-
tione, præsentatumque instrumentum, & super hoc li-
tem fuisse contestatam, & dicebatur adesse iustam cau-
sam concedendi hanc restitutionem in integrum, quæ
requiritur secundum Paul. de Castr. *in d. l. 1. nam*, vt
videmus, in Sacro Consil. & est notorium, super hære-
ditate dicti quondam Ducis, sunt infinitæ lites, & ma-
ior pars suorum bonorum est feudalis: & hæc mente
capta non habet Regium assensum super obligatione
feudalium Ducis, vel si haberet, non operaretur, nisi
respectu hæredum ex corpore, & sic non in Benefi-
cium D. Briannæ, quæ est neptis ex fratre, vnde recu-
peratio huius quantitatis erit difficilis, & fortè impos-
20 sibilis. † Item dicebatur terminos *l. fi. C. de temp. in in-*
teg. rest. non posse adaptari respectu mente capti, qui in
eadem dementia moreretur, nam prædicta. l. loquitur
respectu minorum, quibus factis maioribus, cum
sciant eorum negocia bene tractare lex concedit qua-
driennium ad petendum in integrum restitutionem,
quod applicari non potest ad mentecaptum, qui sic du-
rauit vsque ad mortem, & propterea furiosus æquipa-
ratur Ecclesiæ, non autem minori, vt dicit Dec. *in l. 2. in*
glos. causa cognita, ff. de offic. eius. Nec similiter obstare
quod iura prędicta s. dd. ll. 1. & sancimus, cum concord.
loquantur in tutoribus pupillorum, & curatoribus a-
dultorum, & quod post quam sunt duæ, in suis casibus
sunt intelligendæ. Nam dicebatur hanc conclusionem
21 non esse veram † quia procedunt etiam respectu cura-
toris furiosi, ita glos. relata ad text. *in l. quod si fortè.*
§. curatoris. in verbo. contingere ff. de solut. imo text. ip-
se idem probat, dum æquiparat, curatorem furiosi cu-
ratori pupilli, & tamen respectu pupilli non est du-
bium ei dari restitutionem in integrum ex superius di-
ctis, & non immeritò Bart. ibi ponderat illa verba, &
dicit illum text. esse menti tenendum, & nouissimè
non obstat exceptio donationis, quia in facto appare-
bat non esse donatos hos ducatos 10000. Et quod hæc
donatio fuit præsentata tempore expeditionis causæ,
& dicebat D. Brianna, aduersus eam multas habere
defensiones. Vnde ex prædictis dicebatur esse iudican-
dum

dum in fauorem D.Briannæ, tum quia solutio fuit facta personæ illegitimę tum etiam quia quando esset facta personæ legitimæ cum mente capta fuerit læsa dolo curatoris, aduersus hanc solutionem esset ei concedenda restitutio in integrum, qua concessa eodem contextu condemnare Don Cæsarem ad solutionem ducat decem mil.cum damnis,& interesse. Dicebat insuper Don.Brianna tanto plus esse iudicandum in sui fauorem, quia pecunia hæc fuit soluta creditori tutoris, & esse casum expressum *in l.pupilli debitor, ff.de solut.*
22 †quod tūc demum ex solutione facta creditori tutoris per debitorem pupilli, tutore delegante, debitor pupilli liberatur, si non malo consilio cum tutore habito hæc solutio facta probetur, quæ probatio oritur, data scientia debitoris pupilli, quod is cui soluebat, erat creditor tutoris, non pupilli. ita Paul. de Castr.super text.prædicto,& quod in hoc intercesserit malum consilium actorum D Cæsaris dicebat argui ex scientia prædictorum, de qua supra, & ex deductis in processu dubitari non poterat.Item ex instrumento retrouenditionis factæ per Ducem, in qua erat clausula, quod pecunia prædicta tunc liberaretur, quando solueretur Donnæ Iuliæ de Medicis, creditrici curatoris, in quo instrumento, licet non interfuerit aliquis pro Don Cęsare, nihilominus de necessitate hoc pactum præsumitur appositum, eo instante, cui fuerat factum mandatum per Magnam Curiam, vt solueret d.D Iuliæ, nec est verisimile, quod idem Dux cui soluebatur, & qui soluere volebat, sibi ipsi hoc vinculum apposuisset, nec respectu sui adaptari poterat.Item maxima coniectura erat, quia in contradictorio iudicio Sacrum Consilium interposuerat decretum, quod Magnif Honorius Natius Procurator ad id constitutus tempore venditionis faceret retrouenditionem stante deposito facto, & Don Cæsar, qui ex hoc decreto tutissimus erat, non procurat ab eo retrouenditionem, sed à Duce, vt curatore, cum quo cum esset de hoc in specie controuersia succubuit, & quod peius, dum deposita essent facta, & præsentata penes acta, & intimata omnibus partibus relicta via iudiciaria, qua via nullatenus potuisset obtinere Dux sibi fieri liberationem ex prædictis, vel si obtinuisset Sacrum Consilium, vt assolet postquam videbat hos introitus esse datos in satisfactionem proprij debiti per Ducem nullo modo contensisset, & visa hac fraude consuluisset huic pauperi mente captæ mandato, hanc pecuniam in emptionem conuerti, ipse recipit deposita, silent partes per longum
23 tempus, & postea sponte consignant Duc.† Et quia dolus ex coniecturis probatur, *l.dolum. C.de dolo*, cum sim.idcirco prædictis,& alijs stantibus dicebatur, quod aut hic est dolus,& liberatio non contingit per text. *in d.l.pupilli debitor* aut est bona fides, & licet liberatio contingat ipso iure, minor restituetur, ex *d.l.1.C.si aduers.solut.* vt distinguit Bar. *in d.l.pupilli debitor*, & propterea debere iudicari in fauorem D. Briannæ, Vnus ex Dominis dicebat, actrici obstare text. *in l.1.C. quando decreto opus non est*, qua cauetur, quod si probatur, defunctum pactum fecisse de retrouendendo,
24 reddito pretio, † licite tutor retrouendere potest absque auctoritate præsidis, quæ necessaria non est, hic dicebatur, quod erat casus de quo agebatur, in quo erat promissa retrouenditio D.Ferdinando, vnde licitè curator eam retrouenditionem facere potuisset, sed ex prædictis dicebatur, non apparere esse legitimum curatorem. Item dicebatur quòd si apparet per text. *in d. l.1.C.quando decreto opus non est*, non derogatur dispositioni text. *in d.l.1.C.si aduers.solut.& alijs concor.* licet enim quo ad retrotranslationem dominij non sit necessarium decretum, quia ex causa precedenti: nihilominus qui reemit, vt sit cautus, debet procurare, quod solutio prætij fiat curatori, mediante decreto iudicis iux.terminos ll. prædictarum, ne restituatur minor aduersus solutionem, imò fortius hoc facere debet, qui reemit, vt prætium bene soluat postquam ex voluntate reemit, qui non cogeretur, quam qui soluit debitum coactè. His plenè discussis, quæ etiam considerat Anto Gomez, *vbi supra, in final.verbis.* Sacrū Consilium, referente D.Ferdinando de Haro iudicauit pro Actrice. Verum quia Illustr. quondam Dux Populi iam se obligauerat de bene administrando,& præstiterat fideiussionem, & Illust.Don Ferdinandus iam semel soluerat, aliqua culpa, vel dolus imputari non poterat ipsi absenti, sed ijs, qui eius negotia gerebant, mandauit fieri discussionem bonorum principalis, & fideiussorum cum reseruatione iurium contra alios, & interim mandauit supersederi in exequutione sententiæ. Milonus Actuar.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.1. Adde quę debeat continere inuentarium; Vide Rolan.*cons.73.colu.2.*& hunc locum alleg.Galter.*de tutel fol.101.nu.7.*

Num.8 Adde Afl.*decis.207.post num.3.* Caualc. *de tutor.& curator. post num.19.* & Moder. *de tutor.& curat.in 7.quæst. post num.6.* Viui. *decis.426. num.20.*

Et quid si tutor, qui non fecit inuentarium, nec solemnia adimpleuit, & administrauit, & omnibus, vt tutor fuit reputatus, si postea apparet eum non adimpleuisse, nec inuentarium fecisse, gesta per ipsum debent irritari, Vide Marant.*in suis singul. in ver.error communis fol.32.*

Num.12.13.Vide omninò D Annam.Iun. *consil.49. post Simoncell.in tract.de decret.lib.3. sub num.6. fol. 106.à terg.*Galter.*de tutelis fol.173.nu.40.*& D.Georg. *in alleg.38.*

Num.23.Vide *supra decis.180.vbi addo.*

Num.24. Vide quæ in simili scribit Caualc. *in tract. de tutore,& curat.nu.246.fol.141.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non conficiens Inuentarium, dicitur in dolo præsumpto,& nu.9.*
2 *Solutio tunc valet quando habet requisita.*
3 *Solutio quando valeat facta alij, quam verò creditori,& nu.4.& 5.*
4 *Tutor an cogi possit finita tutela ad consignandum bona inuentariata, ante redditam vniuersalem rationem, & ad reddendum pecuniam pupillarem.*
5 *Tutor liberatus actione tutelæ, conueniri potest rei vendicatione.*
6 *Quid pluribus existentibus tutoribus in solidum, vnus sine altero, an liberet debitorem pupilli.*
7 *Tutor ante confectionem inuentarij, nec conuenire, nec conueniri potest.*
8 *Tutor, qui diu omisit inuentarij confectionem, an eo postmodum confecto admittatur ad agendum.*
9 *Tutor an administret antequam faciat inuentarium.*
10 *Tutor infra quantum tempus inuentarium conficiat.*
11 *Tutor ante administrationem cœptam, quæ solemnia adimpleat.*
12 *Gesta per tutorem ante confectum Inuentarium, & solemnia adimpleta an valeant.*
13 *An quilibet iuret in litem.*
14 *Solutio facta tam tutori, quam alijs à debitore pupillari quando valeat.*
15 *Quilibet soluit pro debitore, etiam inuito, creditori etiam inuito.*
16 *Quadriennium minori competens sit vtile, vel continuum.*
17 *Solutio facta minori iussu iudicis, aufert restitutionem in integrum.*
18 *Soluens minori quando ipso iure liberetur.*
19 *Pupillus soluens credi[illegible] absque tutore, nisi consumptio*

ptio sequatur non liberatur ;
20 *Debitor pupillaris soluens tutori, seu curatori, quando liberetur.*
21 *Quid si liberetur per confessionem simplicem receptionis.*
22 *Tutor creditor pupilli sibi soluit.*
23 *Quid in solutione facta eius creditori, ipso delegante debitorem pupilli.*
24 *Num tutor suam potestatem delegasse videatur.*
25 *Solutio facta tutori per debitorem bona fide soluentem, gignit soluenti liberationem.*

DE Inuentario tutoris, vel curatoris agitur
hac *in decis.*206. & de ipso vide Surdum
1 *decis.*216. *incip. Stante conclus. num.* 20.
vbi † quod tutor non conficiens Inuentarium, dicitur in dolo præsumpto, non verò: quia in vero dolo dicitur, qui animum habet decipiendi, qui probari debet in fundante se in eo. Ita Crauet. *cons.*947.*nu.*
8. & Surdus *dicta decis. num.*14. *qui alios allegat.* Ad
2 hanc decis. de solutione facta tutori adde, † quod solutio tunc valet quando habet requisita in Consil. Annæ
49. *incip. Pars, & in decis. Mantua per* Surdum, *decis.*
3 229. *incip. Verum*, † quando solutio facta alij quam verò creditori, valeat, tam tutori, quam alijs exigentibus, Arisminus Tepatus *de Varijs iuris sententijs*, *tit. de solut. f.*196. *colum.*2. *vbi plura*, & meminit de hac decis. dicens idem, quod debitor non consequitur liberationem, sed quod consequitur cum est in bona fide; omninò videndus. Adde omninò de materia Inuentarij tutoris Capic. *in sua dec.*50 & Borgninum *in tract. De tutore.* Post Plotum *in tract. de in litem iurando*,
4 & Damhauderium *in Patrocinio pupillorum.* † Sed an tutor finita tutela possit cogi ad consignandum, bona inuentariata, & pecuniam pupillarem ante redditam vniuersalem rationem, vt forte, si creditor reperiretur, compenset, vel si quid pro pupillo impendit, recuperet per retentionem bonorum. Alex. *cons.* 192. *vol.*7. & post eum Crauet. *consil.*275. *nu.*13. *& seq. concludunt* non teneri ad consignationem bonorum inuentariatorum, nisi vniuersa reddita ratione; Et ad eundem Articulum vide Fachin. *lib. Controuers. iur. c.*58. Socin. *cosil.*24. *libr.*1. Morrof. *consil.*74. Sed tamen Contrarium reperio decisum in Senatu Mantuæ, vt refert Ioannes Petrus Surdus, ipsarum sententiarum compilator, *decis.*184. *incip. Iuridica videbatur*; qui allegat Alexandrum, & Crauet. & alios pro prima opi-
5 nione, & tandem concludit contra tutores, & † quod tutor liberatus ratione tutelæ conueniri possit rei vindicatione pro rebus, quas retinet pupillus Couar. *lib.*2. *var resol. cap.*14. *nu.*1. & Surdus *dicta decis.*184. *num.*
10 Ad num.4 verbo, & poterat, adde Cartar. *in decis. Rota Genua*, 30. & Menoch *de Arbitr. iud. Casu* 137.
6 & Afflict. *decis.*150. Quid † autem si sunt plures tutores, & fit obligatio in solidum, quod vnus sine altero non liberat debitorem recipiendo solutionem, *infra decis.*28. Tepatus *loco superius allegato.* Quod autem non conficiens inuentarium sit in dolo presumpto, non vero, & probari possit causa propter quam excusetur. Surdus *decis. Mantua* 216. *nu.*20. *doctissimè.* Ad num. 8. adde post Plotum *in l. si quando, C. vnde vi.* & Borgnignum *in tract. de tutore omninò* Galterium *optimè in practica tutelari* & doctè loquitur Paulus Æmilius
7 *decis.*324 Afflict. *decis.*285. Quod † autem nec conuenire, nec conueniri possit tutor ante confectionem
8 inuentarij, Boer. *decis.*53. Quod † autem tutor qui per plura tempora non fecit Inuentarium, si postea conficit, admittatur ad agendum, Capic. *decis.*50. Imò Puteus *decis.*287. *&* 314. *lib.*2. dicit, † quod tutor administrat, antequam faciat inuentarium, interim dum conficit, & in alijs casibus, quos ponit Sola *in Constitu-*
10 *tionibus Sabaudiæ*, *titul. de minoribus* sed † infra quantum tempus tutor Inuentarium conficiat, Me-
11 noch. *De Arbitr. iud.* [illegible] 2. *Casu* 174. Quod † autem tutor antequam administret debeat nouem solemnia adimplere, Guid. Pap *decis.*330. Tolosana 63. Mynsingerius *Obseru.*39. *Cent.*6. Maranta 4. *part.*16. *dist. n.*
12 52. An † autem si ante confectum inuentarium administret tutor, vel ante solemnia, valeant gesta in iudicio, vel extra, Paul. Æmil *decis.*314. 1. 2. *&* 229. *p.*2. & Mynsing. *Obser.*37 *Centu.*2. *latissime*, & quod quilibet
13 † iurare possit in litem cum ampliationibus, & limitationibus, Ioseph. Ludouicus *decis.*22. Ad hunc nu. 18. Adde Cartarium *in decis. Ianua* 30. *incip. In causa*
14 *Domina Isabella*, vbi infinita † tàm de solutione facta tutori, quàm alijs, per debitorem pupilli, & an, &
15 quando valeat, & *decis.*32 *nu.*9. dicit, † quemlibet posse soluere pro debitore etiam inuito, & etiam creditori inuito, & *decis.*61. *incip. mulier obtento mandato.* Ad num. 20. adde de beneficio *l. fi.* circa quadrienniũ minori concedendum, Afflict. *decis.* 175. *&* Capic. 109.
16 & nota † quod istud quadriennium à principio est vtile, quia ignoranti non currit, Bald. *in l. falsam, num.* 3. *C. si ex falsis instrumentis*, *& latissime in memorabilib. verbo tempus quadriennij.* Decius *consil.*36 *in fine, &* 436. *nu.*9. Tiraquell. *de retractu lignag. §.*35. *gl.*
17 2. *in fine, & gl.*4. *num* 43. Item † adde quod solutio facta minori Iudicis ordine vel præcepto, tollit restitutionem In integrum aduersus solutionem. Guid. Pap. *Singulari* 93. & Paulus Castrensis *Singulari* 13. & quando † minori soluens consequitur integram liberationem Bart. *in l. au prætor, la* 7 *ff. de minor.*25. *an-*
16 *norum.* Item † nota, quod pupillus soluens suo creditori absque tutore, nisi consumptio sequatur, non obtinet liberationem, *l. non omnia, §.*1. *ff. si cert. pet.* qui be-
20 nè, vbi Doctores latè. Ad nu.22. adde quo si debitor pupilli soluit tutori patri, vel curatori, an consequatur
21 liberationem, & quid † si debitori fit liberatio per confessionem simplicem liberationis, Natta *consil.*543.
22 Item adde quod † si tutor est creditor pupilli, potest sibi soluere de bonis pupilli, & si non sibi soluit, præsumitur soluisse, & idem est in quolibet administrante. Ita Afflict. *in decis.*13. *nu.*14 16. *&* 18. Crauetta *consil.* 129. *num.*5. & Magonius *decis. Florentina* 121. ideò
23 dicerem † quod eodem modo si fit solutio eius creditori, ipso delegante pupilli debitorem quod solutio fa-
24 cta esset legitima, quia † tutor suam potestatem delegasse videtur. Item adde, quod licèt tutor non possit remittere debitum liquidum, illiquidum potest. Ita in terminis Abb. *consil.*39. *parte* 1. Item † solutio facta tutori per debitorem bona fide soluentem, gignit liberationem soluenti. Ita Petrus Rauend. *Singul.*632. Ad nu.23. *adde sup. decis* 189. *in fine*, vbi idem, & de solutione facta tutori, Milanensis, *in decis. Sicilia*, 9. *lib.*2. *&* de Iuramento in litem, Ioseph. Ludouic. *Conclusione* 18.

ADDITIO D. RICII.

DEbitor, qui soluit tutori, vel curatori, qui inuentarium rite, & legitimè non confecit licet eidem curatori sit à Iudice decreta administratio, non liberatur, hoc dicit, adde Porcell. *in tract. de confect. inuent. col.*2. loquentem quid in practica.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Minori an succurratur si locupletior ipse factus non sit ex pecunia soluta Tutori, vel Curatori. Et quid*

quid de Ecclesia, cum soluitur Prælato. & scribentes contra decisionem congeruntur.
2 *Contrarium cum D. Præs. tenet de Pont. Guttier. D. Hodier. Altogr. & alij; nisi concurrat mala fides.*
3 *Quid si solutio fiat à Curatore debitore alteri contutori, & qua protestatio necessaria sit ante decretum Iudicis.*
4 *Declaratur restitutio competens minori, vel Ecclesia per Altegrad.*
5 *Alienatio facta à Tutore cum Decreto Iudicis ante confectionem inuentarij, num sit valida, & post l. e s Præs. Merlin. stat contra D. Præs.*
6 *Notatur inconstantia Bart. & defenditur decisio per D. Gannauer.*

1 COmplicatissimis abstrusa anfractibus controuersia est, quam porrigit Decisio. An minori subueniatur ope restitutionis in integrum aduersus reemptorem capitalis censualis, si minor non est factus locupletior ex solutione sortis, facta Tutori sine decreto Iudicis, & in hoc articulo partes minoris, etiam magno verborum apparatu tutatur Pelician. *de sol. in suis commentar. de cens. tom. 1. lib. 4. c. 1. num.* 8. & tenent Surd *dec.* 229. Cenc *in tract. de cens. q.* 69 *nu.* 15. & adest decisio 175 Rotæ Rom. in impressis post *d. tract* & quod necessarium sit Iudicis decretum ad hoc, vt redemptio census non reuocetur beneficio restitutionis in integrum, si forte pecunia exinde appareat culpa Prælati, seù Tutoris deperdita probant Roder. *de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 15. *num.* 83. & Mer. *lib.* 3. *resol.* 27. & pro hac opinione stant *tex. in l.* 1. *C. si aduersus solutionem*, & *l.* 1. *C. si aduersus Creditorem*.

2 Contrariam opinionem pro exclusione restitutionis in integrum viriliter tuetur Cald. *in repet. l. si Curatorem num.* 6. *C. de in integrum restit. Molin. in tom.* 2. *de contract. disp.* 562. Guttier *de tutel. p.* 2. *c.* 22. qui *nu.* 19. tradit in consulendo, & iudicando non esse recedendum ab hac sententia, quam sustinet Marcil. Megal. *tom.* 2. *var. resol.* 170. *per totam*, & concurrente bona fide soluentis consequi debitorem soluentem liberationem plenissimam iudicatum in S. C. refert D. Hodier. *ad Surd. vbi sup. in fine*, & tradit de Pont. *cons* 83. *lib* 2. *nu.* 4. & *seq* & *ad d. l.* 1. *C. si aduers. sol.* Respondent, quod habeat plures intellectus, & præsertim, quod locum habeat in solutione facta à Tutore, qui tenebatur curare, vt pecunia minoris salua fieret. Vlterius tradunt procedere mala fide debitoris concurrente, quando præsciret Tutorem, vel Curatorem consumpturos pecuniam, ex quo nouerat eorum malam qualitatem, malè versantium in rebus pupilli: Hodiern. *num.* 14 & 15 D. meus *nu.* 22. & *ad tex. in l. sancimus*, & *l.* 1. *C. si aduers. credit.* respondent, quod dicta iura locum habent, quando solutio non est necessariò recipienda ex parte pupilli, ex pacto cum antecessoribus pupilli inito, prout est in casu nostro, cum recipitur solutio à debitore censuali, virtute pacti de retrouendendo cum antecessoribus minoris inito: tunc locum habet *l.* 1. quando decreto opus non est, vbi ita sancitur. *Si probare potes Patrem pupilli, cuius tutores conuenisti consensisse, vt reddito tibi prædio, pretium reciperet: id quod conuenit seruabitur, neque in ea re authoritas Præsidis est necessaria, vt Tutorum sollicitudini consulatur, si voluntati defuncti pareant.*

3 Quinimò in casu fortiori solutionis factæ contutori à debiliore simul, & Tutore, bona fide concurrente, Contutor soluens plenissimam liberationem consequitur, vt probat Hodiern. *nu.* 15. & iudicatum refert in S. C. Thor. *ver. Solutio p.* 2. *compendij.*

Additur, quod Tutor, quando datus, est à Iudice cum decreto, & potestate omnia administrandi, & gubernandi, illud decretum præcedens deseruit pro quocumque actu, quem posset Tutor facere, vt traditur hic *nu.* 27. *vers. Item dicebatur*, ita Mart. *cons.* 70. *num.* 16.

Aduertendum est, quod si quis amplexaretur primam opinionem: tunc non sufficere simplicem iussum Iudicis, sed opus esse, vt præcedat contradictio, & protestatio, quod non vult soluere, nisi pecunia erogetur in emptionem stabilium, vel aliàs in tuto collocetur, vt soluens sit securus à molestia restitutionis in integrum propter periculum, ne pecunia deperdatur Cenc. *vbi sup.* & eum refert, & sequitur Duard. *de cens. §.* 3. *q.* 18.

Quidquid autem supracitati scribentes velint, Ipse pro Debitore meum suffragium præbeo, quod si debitor dolosè versetur; tunc non liberetur, quin etiam nec extinguatur prima obligatio; sed ex ea agi possit Bar. *in l. si pupilli debitor, ff. de solut. Hodiern. vbi sup. nu.* 11. & pro hac parte militat Altogr. *cons.* 43. *lib.* 1.

4 Notandum tamen erit, quod si Debitor mala fide soluat Tutori, vel Curatori conscius prauæ qualitatis ipsius dilapidantis res pupilli, quod tunc minori succurritur, non ex priuilegio minoritatis, & restitutionis in integrum sed ex iusta causa, & ex illo titulo si qua mihi iusta causa videbitur, vt singulariter notat Altograd. *vbi sup.* qui extendit dictam restitutionem ad fauorem substituti, & fideicommissarij; quando Debitor lueret capitale censuale ab hærede grauato, sciens illum consumpturum pecuniam, & dilapidantem bona hæreditaria fideicommisso subiecta, & ad alios casus similes ampliat hanc doctrinam; super qua penitus cogitandum puto.

5 Subsequitur quæstio excitata per D. meum *num.* 12. An actus facti per Tutorem ante confectionem inuentarij sint nulli etiam, quod alienatio facta esset cum decreto Iudicis, & in hac re Bart. *in l. Tutor qui repertorium nu.* 7. *ff. de administr. Tutor.* negantem tenet opinionem, repellentem actus nullitatem, & eum sectantur Ludouis. *dec.* 31. Serafin. *dec.* 1004. Merl. *cent.* 2. *c.* 73 *nu.* 13. fundantur, quia cautum in iure non sit super actus nullitate, sed solum quod Tutor possit postulari, & accusari suspectus, & remoueri propter administrationem ante inuentarij confectionem, & remotionis pœna præsupponat Tutorem vsque ad accusationem. Ad hæc sufficiat communis reputatio, qua Tutor ab omnibus reputetur pro legitimo Tutore, & idem Bart. *in l. Prætor ait ff. de nouis operis nunciat.* & mouetur per *text. in l. filius emancipatus, § fin. ff. ad l. Cornel. de fals.* vbi legatarius sibi adscribens legatum cum obligatione restituendi per fideicommissum facit legatum nullum in sui præiudicium, sed non fideicommissum; quia esset in præiudicium tertij.

6 Nullitatem verumtamen actus tenet idem Bar. *varius sibi in cons.* 46. *lib.* 1. Paul. de Castr. *cons.* 413. *vol.* 2. Boer. *dec.* 53. D. meus *vbi sup.* quem cum multis defendit nouissimè contra Merlin. Gannauer. *in cons.* 6. *per totum*, vbi probat legem prohibere administrationem Tutori ante confectionem inuentarij, & etiam pœnam imponere remotionis à tutela ex *l fin.* §. *fin. C. de arb. tutel.* ibi, *Vt non audeat Tutor, vel Curator, res pupillares, vel adulti, aliter attingere, nisi inuentario publicè confecto.* Et ita prohibet commercium, & facit Imperator res pupilli incommunicabiles, ibi, *Vel vllam communionem ad eas vindicare.* Nec proderunt vtilitas alienationis: nec decretum Iudicis: ex Capyc. *dec.* 213 & decretum erit obreptitium, vt fusè declarat Gannauer. ne eius labores transcribam.

SVMMARIVM.

1 *Familia de Sylua nobilis.*
2 *Transumptis Magna Curia datur fides.*
3 *Priuilegium integrum exhibendum est, declaratur, nu.* 17.
4 *Dictio similiter, declaratur, nu* 12.
5 *Absurdum euitandum.*
6 *Priuilegium immunitatis concessum descendentibus non comprehendit descendentes ex fœminis.*
7 *Specialia non sunt multi... nda.*
8 *Ciuitas Neap. repr...tatur per quinque sedilia, & plateam*

plateam Populi.
9 *Admissio ad collegium in dubio facienda. & iterum.*
10 *Priuilegium generale generaliter intelligendum.*
11 *Matrimonia contrahuntur per ignobiles cum nobilibus modica data dote.*
13 *Nobilis quis est in hac ciuitate, eo ipso quod de vno ex quinque sedilibus.*
14 *Nobilis de vno sedili, etiam quod habitet in tenimento alterius sedilis, ibi non gaudet.*
15 *Lites maxima inter sedilia huius ciuitatis.*
16 *Nobiles pauci gaudent in hac ciuitate, qui alibi gaudeant.*

DECISIO CCVII.

Honoribus sedilis, concessis alicui pro se, & suis descendentibus etiam ex fœminis, dummodò sint nobiles, an vt aliquis descendens ex fœmina admittatur, requiratur, quod ascendens fuerit nobilis simpliciter, vel nobilis de sedili.

MAgnifici Don Fabritius, & Don Ferdinandus de Sylua, filij legitimi, & naturales Magnificæ Vincentiæ Oriliæ, vnius ex descendentibus Magnifici quondam Caroli Oriliæ, virtute priuilegij concessi eidem Carolo per Serenissimam Reginam Ioannam Secundam, anno 1430. petierunt se admitti ad honores sedilis Capuani, in quo ipsi habitabant, præsentauerunt priuilegium prædictum tenoris sequentis, videlicet. (*Item supplica la Maestà Vostra li voglia far gratia concederli, che ad esso, & sui heredi, & successori in perpetu sia lecito di godere, in quelle piazze de Nobili della Città di Napoli in le quali habitaranno, & sono stati soliti di habitare con loro case. non ostante, che dette case non siano proprie,*) Placet Reginali Maiestati. Quo verò ad descendentes ex fœminis, similiter placet, dummodo sint nobiles, & non gaudeant in alijs ciuitatibus huius nostri Regni. Produxerunt etiam sententiam aliàs latam per Magnam Curiam Vicariæ anno...dum esset lis inter dictum Carolum, & omnes Plateas nobiles huius ciuitatis, in qua apparet priuilegium hoc fuisse sortitum effectum, in hoc scilicet, quod Carolus gauderet in locis, in quibus inhabitabat, faciendo etiam mentionem de descendentibus ex fœminis. Et tandem
1 non dubitabatur † dictos de Sylua fore, & esse nobiles, vnde dicebant postquam ipsi habitabant in Platea Capuana, quod ibi gaudere debebant, nec eis obstare, quod non sint producta originalia priuilegia, & sen-
2 tentia prædicta, † quia hæc omnia apparebant per transumptum factum, ordine Magnæ Curiæ, quibus datur fides, etiam quod fiant, parte non citata, per totum orbem, vt dicit Anton de Alex. *in Auth. si quis in aliquo. 4. colum. vers. hoc etiam limita. C. de edend. &* Afflict. *in Const. Regni, cum vniuersis, 5. notab. in fi.* & hoc sibi Magnam Curiam vsurpasse per eius præeminentiam dicit Alber. Olina *in Ritu Archiep. 36 inu. 31. vers. & tamen. fol 54.* Pro nobilibus dicti sedilis dicebatur esse producendum integrum priuilegium dictæ Serenissimæ Reginæ Ioannæ, ex quò in transumpto prædicto non apparebant transumpta, nisi certa Capitula priuilegij prædicti, & poterat esse quod in eodem priuilegio appareret aliquod capitulum, quod corrigeret, reformaret, vel declararet Capitulum prædictum, vnde dicebatur non debere iudicari, nisi toto priuilegio perspecto, *l. in ciuile. ff. de ll.* nam plerumque principium per finem corrigitur. *l. si tibi. ff. si cer. pet.*
3 † Item dicebatur, quod etsi priuilegium integrum esset præsentatum, adhuc dict. D Fabritius, & D Ferdinandus obtinere non possent. Nam Carolus de Orilia erat nobilis de sedili Portus, & quando ei concedi tur priuilegium cum clausula, dummodo descendentes ex fœminis sint nobiles, & non gaudeant in alijs ciuitatibus, hoc priuilegium intelligitur, dummodo sint nobiles de aliquo ex sedilibus ciuitatis Neap. & non gaudeant in alijs ciuitatibus, quæ declaratio colligitur ex concessione prædicta, dum in ea dicitur, quo ad descendentes ex feminis similiter placet. Item colligitur
4 ex alio, † quia intentio Regis in concessione prædicta non fuit aggregare ad sedile Carolum, nec eius descendentes, qui iam erant de sedili, sed dare ei facultatem, quod in quolibet tenimento ex sedilibus prædictis, in quo habitarent ipse, & eius descendentes, gauderent, si enim aliàs diceremus, esset plus concessum descendentibus ex fœminis, quam ipsi Carolo, & eius descendentibus, qui iam erant de sedili, & cuius Caroli contemplatione, hoc priuilegium conceditur, quod
5 dicendum non est, † quia contineret absurdum, quod euitandum est. *l. nam absurdum. ff. de bon. lib.* Item dicebatur, quod etsi hoc priuilegium esset dubium, esset interpretandum contra actores, videtur enim hoc priuilegium repugnare iuris communis dispositioni,
6 qua certum est † concessa descendentibus immunitate non contineri descendentes ex fœminis. *l. 1. §. 1. ff. de iur. immu.* plene Dec & Cag. *in l. 2. ff. de reg iur.* plenissimè Tiraq. *in tract. de retract. tit. 1. §. 1. in gloss. 9. num.* 195. Item hoc priuilegium duo operatur specialia, primum admittere ad honores sedilis descendentes ex fœminis, secundum quod semel admissus possit, vbi habitat, gaudere, quod in sedilibus huius ciuitatis non est admissum, quamuis sedilia Capuana, & Nidi, interea
7 hoc patiantur, † & regula est, specialia non esse multiplicanda. *l. 1. C. de dot. promis.*

Vltimò dicebat vnus ex Dominis, quod clare apparebat, intentionem Regis non fuisse concedere hoc priuilegium, nisi descendentibus ex fęminis, qui essent de sedilib. huius ciuitatis, dicit enim Regina, Placet, dummodo sint nobiles, & non gaudeant in alijs ciuitatib. huius Regni, voluit ergo excipere nobiles gaudentes in alijs ciuitatib. Regni, & voluit ergo illos tamen nobiles includere gaudentes in ciuitate Neap. seu in sedilibus ciuitatis quasi dicat, excepit nobiles gaudentes in alijs ciuitatibus ergo inclusit nobiles gaudentes in hac ciuitate, hoc enim minus erat præiudiciale postquam nulla, vel minor inferebatur iniuria,
8 † cum omnia hęc sedilia simul cum fidelissima platea populi congregantur, & ciuitatem hanc fidelissimam repręsentant, & dicebatur non obstare dicta Bal. *in cons. 183. statuto ciuitatis Verona, vol. 2. de quo in decis. 2.* quem vltra Ias. ibi allegatum sequitur Cagn. *in regula, quoties nihil. ff. de reg. iur.* congerit cęteros Alci. *in resp 725.* & Iacob. Menoch. *cons. 96. respondendum num. 27. vol 1.* scilicet, quod in dubio sit declarandum competere admissionem ad collegium, quia dicebatur,
9 † Regulam illam procedere in collegijs, quæ sunt de genere prohibitorum, non autem in ijs, quæ sunt de genere permisserum, in quibus omnia sunt prohibita, quæ non reperiuntur permissa, vt est in ciuitate Neap. in qua, exceptis quinque sedilibus, alia augeri non possunt.

10 His tamen non obstantibus, contrarium † fuit decisum ex verbis priuilegii, quæ generalia sunt, concessit enim hanc gratiam Regina descendentibus ex fœminis, dummodo nobiles sint, non distinxit, vel de sedili, vel aliundè, ergo generaliter intelligenda sunt, nec nos distinguere debemus, *l. 2. generaliter. ff. de legat. prastan. l. de pretio. ff. de Publicia.* intentio enim Reginę fuit, quod descendentes ex fœminis haberent viros nobiles non autem ignobiles, noluit enim dare hoc pri-
11 uilegium, nisi viri essent nobiles, † ne inuitarentur Carolus, & eius descendentes ad faciendum matrimonia cum ignobilib. minori dote data, iuxta terminos *gl. in l. si voluntate C. de dot. promiss.* & ne ex hoc nobilitas sedilium deturparetur. Nec obstare, quòd Carolus esset nobilis de sedili Portus, & quod propterea illi nobiles intelliguntur comprehensi in priuilegio, qui essent eiusdem qualitatis, scilicet, quod gaudeant in quo sedili

dili habitant, nam dicebatur, quod quando Regina concessit hoc priuilegium Carolo, non est contemplata personam Caroli, tanquam de sedili, sed tanquam personam Caroli valde de ea benemeritam, vt ex ver-
12 bis priuilegij in præcedentibus capitulis apparet. † Et illud verbum, similiter, refertur ad verbum, placet, positum in oratione præcedenti, quod concernit concessionem cum limitatione, dummodo sit nobilis, imò etsi ad omnia referretur, non esset necesse per omnia esse simile, vt dicit Bald. *in l. humanitatis. C. de impu. & alijs substit.* Dicebat vnus ex Dominis, quod illud verbum, dummodo sint nobiles, nullo modo potest in-
13 telligi de nobilibus de sedili † ex quo sine dubio in hac ciuitate omnes de sedili sunt nobiles, & pro nobilibus habentur, & supplere priuilegio, quod essent nobiles de sedili, resultaret intellectus, quod in sedili essent viri non nobiles, & sine dubio, si voluisset intelligere de nobilibus sedilis tantum, illa expressio non erat necessaria, nec cadebat respectu eorum, qui sine difficultate sunt nobiles, sed dixisset simpliciter, dummodo essent de sedili, voluit ergo intelligere de nobilibus in genere, & excipere eos, qui in alijs gaudent ciuitatibus, & ex ijs primum argumentum pro parte sedilis dicebatur sublatum, imò fundata intentio actorum. Nec dicebatur obstare secundum, scilicet, quod si de alijs nobilibus intelligeretur, consequeretur plus descendentes ex fœminis Caroli, quam ipse Carolus, essetque contra Reginæ intentionem quæ noluit aggregare, sed dare electionem Carolo, qui iam gaudebat in vno ex sedilibus, & eius descendentes ex fœminis, quando habitarent in tenimento alicuius sedilis, nam ad hoc responsum fuit, verba priuilegij tollere difficultatem, nam supplicat Regi quod Carolus, & descendentes possint, & valeant gaudere in illis plateis, in quibus habitabunt, & sic respectu aliarum platearum, quam Portus, vbi di-
14 cebatur gaudere, est mera aggregatio. † Nam sine dubio in hac ciuitate vnus vnius sedilis, etiam quod habitet in tenimento alterius sedilis, gaudet in suo, non in sedili, vbi habitat, licet, vt dixi, consueuere nobiles Nidi interuenire cum nobilibus Capuanæ, & econtra: audiui tamen hoc seruari, quando aliqua fiunt sine discursione, imò apparent scripturæ, licet dubitetur, quod
15 sint apocriphæ, † ex quibus colligitur alias maximas differentias fuisse ortas, & cædes sequutas inter nobiles Sedilium prædictorum, inter se de nobilitate contendentium, & hodie est lis inter eadem sedilia super præcedentia in curia Baiuli. Nam sedile Capuanum prætendit in curia prædicta præcedere iudices omnium sedilium, qui ibi iustitiam ministrant. Et ego fui Commissarius, dum essem in alia Aula. Item est inter eadem lis super custodia portus huius ciuitatis, quam sedile portus prætendit ad se spectare, quæ causam etiam pendet coram me ex Regia delegatione. Vnde ex prędictis apparet, idem concessum Carolo, quod descendentibus, quia concessio facta Carolo respectu aliorum sedilium est aggregatio, cum nihil de vno sedili ad aliud inferatur, & sic etiam cessat absurdum allegatum nec prædictis obstare de iure descendentes ex fœminis non comprehendi appellatione descendentium, quia postquam habemus intentionem Regis claram, & expressam de hoc non est dubitandum. Nec similiter vltimum obstat, dum ponderabatur pro sedili, quod intentio Regis fuit concedere hoc priuilegium descendentibus ex fœminis, dummodo sint nobiles, & non gaudeant in aliis ciuitatibus, sed in ciuitate Neapolis maximè, quia aliqui nobiles in præsenti ciuitate gaudent
16 in aliquo † ex sedilibus (licet pauci sint) & in aliis ciuitatibus, nam dicebatur hanc esse maximam additionem ad priuilegium prædictum, quod generaliter loquitur, & sequeretur ex primo, & hoc vltimo argumento maximum inconueniens, quia diceremus Serenissimam Reginam expressisse id, quod non concedebat, dum expressit hoc priuilegium concedere descendentibus ex fœminis, dummodo essent nobiles, & omisisse exprimere id, quod concedebat qualitates necessarias pro consequutione huius nobilitatis. Imò dicebatur exceptionem prædictam firmare regulam in contrarium scilicet. quod gaudeant descendentes ex fœminis, dummodo sint nobiles, & non gaudeant in aliis Ciuitatibus Regni, ergo omnes alios nobiles, vel quod sint de sedili, vel non, includit: & ex prædictis videntur omnia sublata, & dicebatur ex dictis Bald. & Ias. *vbi supra*, quando essemus in dubio, prout dicebatur, quod non eramus, esse iudicandum in fauorem Don Fabritii, & Don Ferdinandi, nec obstare declarationes datas ad dicta Bal. Ias. & aliorum; quia licet in hac ciuitate non sit permissum alia fieri sedilia, nihilominus negari non potest, vt est dictum *in decis. 2.* electionem ad hæc sedilia iam in esse producta, esse vtilem, & necessariam. Item Bald & Ias. in specie loquuntur in admissione ad collegium, in quo non erat permissa admissio nisi quinque, & tamen dicunt hanc admissionem non esse rigidè, sed benignè interpretandam; nec esse curandum de non integra exhibitione priuilegii, & id quod concernebat hanc concessionem erat integrum Nec est præsumendum, Reginam incontinenti se correxisse. *l. non ad ea ff. de condit & demonstr.* & de veritate prædicti priuilegii non fuit dubitatum in anno.. .quo fuit lata sententia prædicta, quo tempore negotium erat de recenti, imò super priuilegio prædicto audita Platea Capuana, cum qua hodie tractatur, fuit iudicatum. Roppollus Actuarius, & quædam in materia transumpti, ponit Puteus *lib. 2. decis. in de. 336. fol 419.*

ADDITIO D. VISCONTI.

Vide de ista familia de Sylua nobilissima Anton. de Gama *in decis. vbi refert laudes.*

Nu. 2. dum allegat Afflict. Adde Mangrell. & de Bottis *ad Bart. in auth. si quis in aliquo. C. de edendo*, vbi etiam Vide D. & nunquam satis laudatum Præceptorem meum Alphan. *num... vbi alleg. decis. istam.*

Num. 6 Adde videndum Pinell *in l. 3. num. 32. C. de bon. mater. post* Cottam *in ver. immunitas* Alphan. Perus. *in collect. 44.* & Viuium *in opin. 640. par. 2.*

Videatur Decius *cons. 223.* Suarez *in suis comm. opin. lit. D. nu. 65.* D. Tapia *in sua solemni repetit l. fin. cap. 2. par. 2. nu. 59. & seq. ff. de Const. Princip. fol. 201.* post Natt. *cons. 139. num. 22.*

Num. 17. Adde Natta *in cons. 8. num. 1.* & Moder. *in praxi rer. ciuil. cap. 13. num. 15.* omninò Magon. *in decis. Luca 5. nu. 10. vbi* apostill. Suarez *in suis comm. opin. lit. E. fol. 70. in paruis.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Nobilis vt quis dicatur quæ, & quot requirantur.*
2 *Quis dicatur nobilis.*
3 *Vena quæ dicatur nobilitas & nu. 4. & 5.*
4 *Nobilis quis dicitur si eius pater nobiliter vixit, licet auus rusticus fuerit.*
5 *Nobilis laborans proprijs manibus, an nobilis esse desinat.*
6 *Nobilis mercaturam exercens, an nobilitatem amittat.*
7 *Quid in eius filijs.*
8 *Quid si artem mercantilem reliquerit, an reassumat nobilitatem.*
9 *Nobilis à rustico non loco, sed genere distinguitur generaliter.*
10 *Nobilior an quis dicatur ex habitatione.*
11 *Nobilitatis requisita, & quot modis quis nobilis dicatur, remissiuè.*
12 *Nobilitatis probatio fieri potest per famam.*
13 *Filii ante patris dignitatem nati æqualè gaudeant prerogatiua parentis, ratione honoris.*

14 Fi-

14 *Filia nupta in alieno territorio, an retineat paternam originem.*
15 *Nobilis, & bona fama instrumentum lacerans non dicitur falsum committere sicut plebeius.*
16 *Et eius vox in quibuscumque electionibus praefertur voci, plebei.*
17 *Eidem dicenti habere mandatum à Principe, an credatur.*
18 *Et an sufficiat qualitatem probare illam per fidem Vniuersitatis, vel Officialis.*
19 *Specialia non multiplicantur.*
20 *Nobilitas vxoris pro dote valet.*
21 *Idem de iuuentute, & alijs qualitatibus vxoris.*
22 *L. si voluntate exornatur.*
23 *De sene ducenti iuuenem, & ignobili nobilem.*
24 *Soror ob pulchritudinem nupta an petat dotem.*
25 *Rex potest aggregare ad sedilia, & sic homines nobilitare, num. seq. 26.*

1 AD hanc decis. adde † quod ad hoc, vt quis dicatur nobilis, tria requiruntur, nobilitas natalium, honorum luce conspicuus, & diues patrimonio. Ita Cassan. *in consuet. Burgundiae tit. des droits, rub. 4. §. 19. gl. 2. nu. 4. sed num.* 12. denuo † dicit illum nobilem esse, qui secundum consuetudinem loci nobilis reputatur; & qui ex genere nobili descendit. *Sed nu. 20. in eadem glos. & in §. 20. glos. 3.* † veram nobilitatem dicit esse, quae ex virtute alicuius prouenit, & multa alia, inter quae dicit, quod disputare de generis nobilitate, de nobilitate stercoris dicit esse disputationem, quod ego non assererem, quia nobilitas potest esse generis, virtutis, vt post Tiraq. & alios latissimè Anna Consiliarius concludit *consil. 17. vol. 1.* & ideò Bartholomaeus, de Capua *Singul. 72.*
4 dicit † quem nobilem esse, si eius pater nobiliter vi-
5 xit, licet auus rusticus fuerit. An † autem nobilis laborans proprijs manibus perdat nobilitatem Guid. Pap. *decis. 41. 197. & 392.* Rebuffus *in Const. Galliae titulo de mercat. minut. vend. nu. 21. tomo 2.* Caballinus *Milleloquio* 795. & Praesidens *hic decis. 138. sup. incip. Dominus disputat* de praecedentia officialium, vbi latissimè
6 dico; † Sed si nobilis mercantilem artem exercet ipse nobilitatem amittit, non autem si filij virtutis nobilitatem assequuntur, vt dicit Annius *dicto cons.* & Caballinus *Milleloquio* 794. de quo videndus esset etiam ipse Guid. Pap. *in dictis supra decisionibus*, & Papon. *lib. arrestorum quinto tit. 11. Arresto 21.* & Guid. Pap.
8 *dec. 291.* & Rebuff. *eodem loco*, sed † si nobilis relinquit mercantilem artem, reassumit nobilitatem. Item
9 nota † quod nobilis à rustico non loco, sed genere distinguitur regulariter. sed an † qui respectu habitationis in Ciuitate possit nobilis dici, vel maior nobilis, seu nobilior, Iason *in §. item Seruiana. num* 25. & 29.
11 *Instit. de actio.* post Crauet *cons. 165.* † requisita nobilitatis, & quot modis qui nobilis dicatur, ponit Caballinus
12 *Milleloquio* 541 † Probatio nobilitatis fieri po-
13 test per famam, Guid. Pap. *dec. 196. & 387.* Item † filij ante dignitatem patris nati, aequali priuilegio gaudent, & priuilegio praerogatiuae parentis gaudent Guid. Pap. *dec. 9.* Alia de nobilitate scribunt Olascus *dec. 100. nu.*
14 47. Tiraq *de nobilitate*, An † filia nupta in alieno territorio, retineat paternam originem. Crauetta *consil. 271.* & Antonius Sola *in consuetudine Sabaudiae gl. 1. super decreto volant. tit. de feudis*, dicit, quod retinet, de quo Crauet *cons. 27.* & Berous *quaest* 109. sed an dicatur ciuis, & gaudeat priuilegio viri. in Ciuitate viri, Menoch. *de arbr. iud. cas. 379.* & Thesaurus *dec. 123.* de ciuilitate videndus est Grammaticus *dec. 103* & Carauita, *Ritu* 81. *De nobilitate, quid sit*, quotuplex, quādo acquiratur, conseruetur, & ammittatur, an extendatur, ad quid prosit, quas praerogatiuas parturiat. & de alijs omninò post omnes vide Mascardum *lib. con-*
15 *clusionum, conclus. 662 num. 8 vbi* † quod nobilis, & bonae famae lacerans instrumentum non dicitur falsum
16 committere sicut ple[illegible] † quod eius vox in electionibus, tàm Ecclesiasticis, quàm Laicalibus praefertur
17 voci plebei, *conclu. 1091. nu. 17* & 18. † quod dicenti habere mandatum à Principe credi debet, contra tex-
18 tum *in l. 1. C. de mandatis principum.* Sed si ista † qualitas probata esset per fidem Vniuersitatis, vel Officialis, intelligerem quod sufficeret; ita ipsemet *conclus.* 1095. vbi latissimè, & omninò videndus circa Nobilitatem post Firmanum, *in verbo. Nobilitas.* Alia vide
19 *infra decis.* 253 vbi latè dixi, & *decis. 62* Ad num. 7. † specialia non sunt multiplicanda. Adde Tiraq. *de constitut. 3. parte, limit. 5 n. 4* Ad num. 8. ad istud quod haec ciuitas quinque sedilibus nobilium, & vno populi regitur adde eundem Praesid. de Franchis *dec. 2. nu. 1 & num. 28 in fine*, quia allegat hanc decis. in hoc nu. Ad
20 nu. 2. adde † quod nobilitas vxoris pro dote reputatur viro ignobili, ad quod vide Afflict. *decis. 6* vbi Vrsillus,
21 & ibi † de iuuentute vxoris & alijs, & quae dicit Ce-
22 uallos *libro Commun. contra communes, quaest.* 248.
23 Sed † pro declaratione *l. si voluntate*, vide Bartholomaeum de Capua *Sing. 118. incip. Ad vnum.* & Alex. *con. 148. num 2. vol. 5.* & Consiliarium de Bottis *ad Bart. super eo, vbi* infinita dicit † de sene accipiente iuuenem, & de ignobili nobilem, & de alijs vbi optime, alia possent [illegible] penes Tiraq *de legibus connubialibus*,
24 & vide Praesidentem hunc *supr. decis. 11v num 2. vbi* † an soror nupta ob pulchritudinem, petat dotem à fratre, vel ob nobilitatem, & quae ibi dico, & *in dec. 170.*
25 *nu. 1* Ad num. 15. infra adde, quod † Rex potest ag-
26 gregare ad Sedilia Praesidens *infra. dec. 357. nu. 5.* & † Rex nobilitat homines. Late Tiraq *de Nobilitate*, & *Scribentes in l. 1. C. de dignitatibus, lib. 10.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas à collectis concessa posteris, vel posteritati aut descendentibus non extenditur ad natos ex foeminis.*
2 *Aliud firmatur in caeteris, & distinguitur inter immunitatem, & immunitatem ex Surdo, & alijs.*
3 *Quid in concessione priuilegij nobilitatis, & affertur dissidium, & limitatio.*
4 *Causa super admissione ad sedile, an sit grauis praeiudicij, & in eo competant beneficia, & quando secus.*
5 *Controuersias super prioritate sedilium Neap. inter se indicatas per D. Praes. cessasse ostenditur.*

1 INter immunitatem, & immunitatem, Priuilegium, & priuilegium, constituenda videtur differentia Expenditur hic text. *in l. [illegible] § ff. de iure immunit.* vbi quaeritur, an in priuilegio immunitatis alicui concesso *pro se, & posteris suis*, vel *posteritati*, *aut descendentibus*, comprehendat descendentes ex foeminis: & dicta lex decidit contra descendentes ex foeminis, quia natura priuilegii immunitatis ab oneribus realibus publicis nociua est, & odiosa contra publicam vtilitatem propter praeiudicium, quod Reip. infertur dum immunitas cedit damno aliorum; quia per eam caeteri non exempti aggrauantur, & eis collectarum onus accrescit, & ita decisum per Collaterale Consilium testatur de Pont. *dec. 5.* sequitur, & exornat Costa *cons. 80. nu. 1.* & ex dictis Bart. Felin. Paul. de Castr. Alex. Roman. & *aliorum*, probat Reuerter. *dec. 345.*

& ampliat

& ampliat etiam quod in concessione sit dictum *pro haeredibus, & successoribus in perpetuum*, vel *pro se, & haeredibus vtriusque sexus*: nam veniunt filiæ tantum illius, cui facta fuit concessio, ita mox citatus Auctor, & ibi de Marin. & Rouit. *in pragm. 9. de feudis.* vbi infert copiosas allegationes, super interpretatione, *d. l. 1.* Addo Lateam *dec. 34 num.* 18. ex quibus habentur varij intellectus cum restrictionibus, & D. Io. de Kart. *dec.* Sardin. 64. & priuilegium immunitatis concessum omnibus, qui sunt de sanguine Regio non prodest natis ex fœminis, de Pont. *vbi sup.*

2 Aliud esset dicendum ex significatione verbi *Posterorum*, vel *Posteritatis*, nam in fideicommisso posteritati facto comprænhenduntur fœminæ, & nati ex eis; vt cum multis probat Fusar. *in tract. subst. q. 330. à n. 1. per tex in l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. post* Dec. Ruin. Abb. Tiraq. & Rustic. prout nati ex fœmina dicuntur descendentes Aui materni, per *tex. in l. vlt. C. de suis, & legit. & §. vlt.* Auth. *de hered. qui ab intest.* Fusar. *q. 225. à nu. 1.* Quinimò adhuc in materia immunitatis differentiam agnoscit Surd. *dec. 140. vol. 1. pro satisfactione d. l. 1.* qui ita distinguit quod aut immunitas cedit damno aliorum, vt supra exemplificatum est, & tunc dispositionem *d. l. 1.* locum habere dicit: aut immunitas non cedit damno aliorum, sed soli concedenti nocet, & tunc cessare dispositionem illius, *l. affirmat*, & non esse priuilegium, sed beneficium, latè interpretandum, & sequitur Costa *à n. 19.*

3 In materia priuilegij immunitatis ab oneribus ex natura rei concessio facta posteritati, vel descendentibus non extenditur ad natos ex fœminis, ex *d. l. 1* si autem esset priuilegium nobilitatis controuertunt scribentes, ad fauorem fœminarum, & descendentium ex eis consuluit Solon. de Pace *cons. 23.* & tenet Cancer. *var. tom. 3. cap. 3. numer. 159.* quamuis non ita plenè discussa sibi placere asserat *nu. 164.* ad fauorem descendentium ex fœminis, nisi videret (vt ait) publicam vtilitatem, & honestatem lædi: adeo namq; longè, latèq; pateret tale priuilegium, vt per pauca similia omnes fierent nobiles, ita vt necessariò res eo deuenire deberet, vt nobiles tenerentur viles artes exercere, vel Resp. laboraret inopia hominum ad exercendum officia in ea necessaria, & ob id talia priuilegia ne publicam vtilitatem, & honestatem lædant, restringenda esse ad masculos, & descendentes ex masculis post Garz. *de nobil. glos. 1. §. 1. nu. 38.* qui ita pluries iudicatum vidisse testatur, ad hæc nobilitas consideratur ex parte patris non matris, Tiraq. *de nobil. c. 18. num. 20* nihilominus secus esset si constaret aliud de mente Principis, vt quia priuilegium concessum esset fęminæ à principio: prout etiam in materia prædicta dicit D. meus *nu 15.* vbi *tex. in d. l. 1.* intelligendum esse ait, nisi contrarium appareat de voluntate Principis, post multos Cancer *nu. 160.* Gall. *n. 3. & seq.* & firmat Garz. *d. glos. 1. §. 1. nu. 40. in fine, & nu 42. per tex in l. 1. C de imponenda lucr. de scrips lib. 11. & in c. porrò de priuil. & num 43. vers. Vnde*: expressius inquit. quod si priuilegium immunitatis sit concessum fœminæ à Principe; proculdubio nati ex fœminis gaudent priuilegio *argum. text. in l. penult. §. equum ff de vsufr.* Dekart. *vbi sup n. 14.* in alijs regulariter priuilegium concessum descendentibus, vel posteris comprehendit natos ex fęminis, Menoch. *de praesump. lib 4 praes. 91. n. 4.* Tapp. *de constit. Princ. v. 2. c. 3. n. 60.* & videndus Iacob. Gall. *d. cons. 98.* Parlador. *differ quotid. sesquicentur. differ. 13.*

4 Modici præiudicij esse declarare aliquem nobilem, nedum respectu totius Ciuitatis, sed etiam respectu totius ordinis nobilium pro absoluto tenet D meus *nu 8. & dec. 2. n. 29. in fine*, vbi asserit, ita votasse Card. Scipionem de Aretio *per text. in l. 3. §. causae ff. de carbon. edic.* & sequuntur Ann *in cons. 88. n. 12.* & Rou. *cons 32 lib. 2. nu. 8.* vbi latè probat non competere primum, & secundum beneficium Cætui Nobilium, & in hac materia tam debet benignè agi, & non rigidè quod in dubio iudicandum est, aliquem esse admittendum ad collegium, & honores, vt voluit Bal. *cons. 183. vol. 1.* Ias. *in l. huiusmodi, §. legatum, vers. incipiente, ff de leg. 1.* & traditur hic *n. 8. & seq.* Ias. *cons. 120. vol. 4.* Ann. *cons. 80. nu. 28.* Rouit *cons. 78.* & Rot. Rom. penès Caualer. *dec. 440. n. 6.* ibi, *Hec autem tanto magis visa fuerunt procedere, quia agebatur tantummodo de commodo alterius sine praeiudicio tertij*, & præterea in fauorabili erit sumenda benigna responsio pro nobilitate, ad augendum numerum Dekart. *vbi sup. nu. 25.* Si autem ex admissione ad sedile, vel declaratoria de aliqua familia deberet quis pro se, vel liberis gaudere commodo legati pinguis tunc censetur causa alicuius præiudicij, vt per Reg. Latr. *consul. 12.*

5 Existentiam controuersiæ prioritatis, & maioritatis inter sedilia Nobilium Ciuitatis Neap. indicat D. meus *nu. 15.* sed inter omnia sedilia nullum extare discrimen, sed parem esse omnium nobilitatem significat Surgens *in tract. de Neap. Illustr. c 12. n. 61.* & nullum præstantius esse altero probat Anton. Termin. *in sua apolog. sedil. in proem.* & D. Petr. in Rit. M. C. 160. *numer. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de soluendo iudicatum per primum, iudicem, si reus est absolutus in causa principali, & condemnatus in causa appellationis, non tenetur, & quid si primus iudex grauat, & iudex appellationis mandat causam apud eum terminari. nu. 6.*

2 *Fideiussor, vt supra, non tenetur etiamsi non sit expressum nomen iudicis.*

3 *Fideiussor, vt supra an teneatur si adsunt clausulae, proprio nomine, & insolidum.*

4 *Discussionis exceptio potest opponi etiam per fideiussorem iudicati.*

5 *Fideiussor non praesumitur esse obligatus in plus, quam per iudicem est promissum.*

DECISIO CCVIII.

Fideiussor datus à reo absoluto in prima instantia, an si in causa appellationis succumbat teneatur.

DEdit quis fideiussorem in Magna Curia Admiratię de soluendo, quicquid fuerit iudicatum; fuit principalis conuentus absolutus: actor appellauit ad Sacrum Consilium; fuit reuocata sententia Admiratiæ, & condemnatus reus ad certam summam: petit nunc exequutionem actor contra fideiussorem de iudicatum soluendo. Excipit fideiussor se non teneri per text *l. cum apud Sempro-*
1 *nium. ff. iud. solui* qui text. propriè loquitur, † quando reus, pro quo quis fideiussit, fuit per sententiam primi iudicis absolutus, & in causa appellationis postea condemnatus, non tenetur fideiussor, vt declarat Bar. Paul. de Castr. & cæteri, *vt d. l. cum apud.* Pro actore dicebatur fideiussionem loqui simpliciter de soluendo quicquid fuerit iudicatum, non facta mentione alicuius iudicis, & hoc casu non militare dispositionem *d. l.* secundum Martinum Silim. *ibi.* secundum cuius opinionem dicit Paul de Castr. ibi fuisse iudicatum, licet ip-
2 se tenuisset contrarium, & cum opin. † Martini aliqui conueniunt. Sed dicebatur *gl. in l. 2. C. de proc.* tenere contra hanc opinionem, eamque ibi sequi Alb. & quam plures, quos refert, & sequitur Alex. ibi per text. *in l. 3. ff. iud. sol.* & eam expresse approbat, & defendit Iacob. de Aret. *in d. l. cum apud.* & esse opin. gl. communem, dicit ibi Fulg. licet ipse sentiat contrarium, & Iacob. ibi dicit opinionem glos. esse notandam pro extensione *ad l. cum apud.* & Ant de Alex. *in 4. not.* dicit hanc opinionem esse tenendam, & eam sequitur simpliciter Aret. & Ias. *in d. l. 2.* Vnde dicebatur ab opinione prædictorum gl. Abb. & Bart. tamquam

communi non esse recedendum eo magis cum fideiussio sit stricti iuris; Nec obstare, quòd non sit expressum nomen iudicis, nec curiæ quia postquam quis fideiussit penes acta curiæ Admiratiæ, in qua curia erat lis quamuis non dicat, quod fideiubet de soluendo, quicquid fuerit iudicatum per curiam Admiratiæ, sed simpliciter intelligitur de soluendo, quicquid per illam curiam in qua litigat, fuerit iudicatum, cum penes acta illius curię obligetur, & virtute decreti per eandem curiam lati, & *in d. l. cum apud*, vt dicit Alb. ibi, & *in d. l. 2.* fuit accidentia facti, non ministerium iuris, & in hanc opinionem inclinabat Sacrum Consil. Dicebat insuper
3 actor, † qui obtinuerat, quod hic non erat merus fideiussor. sed quod in fideiussione præstita se obligauerat proprio nomine, & in solidum cum principali de soluendo, quicquid fuerit iudicatum etiam cum renunciatione *auth. præsenti. C. de fidei.* vnde quemadmodum principalis sine dubio teneretur ad hanc quantitatem, pro qua obtinuit, ita debet teneri fideiussor.

Pro fideiussore dicebatur, quod etsi sine dubio principalis teneatur ad solutionem iudicati per Sacrum Cons. non tamen tenebitur virtute illius obligationis, quæ erat facta penes acta curiæ Admiratiæ, cum in illa se obligauerit soluendo quicquid id fuerit iudicatum, quod intelligitur, vt supra dictum est per illam curiam, non autem per iudicem appellationis: sed cum per illam curiam fuerit absolutus, ergo virtute illius obligationis ad nihilum tenebitur tamen virtute præcedentis contractus, vel quasi contractus, prout hæc sententia declarauit, de cuius natura est declarare, vt dicit tex. *in l. si seruus. §. Arist. ff. si seruitus vendicetur*, & licet hoc respectu substãtię debiti principalis debitoris nihil operetur, cum idem sit. vel quòd teneatur ex causa præcedentis contractus, seu quasi, vel virtute obligationum apud acta curiæ, operari, tamen potest respectu eius creditorum, qui post obligationem prædictam cum hypotheca contraxerunt, si debitum, pro quo se obligauerat, erat sine hypotheca. Item dicebatur, quod etsi principalis esset obligatus virtute obligationis prædictę nihilominus fideiussor etiam prædictis clausulis appositis non tenebitur. Clausulæ enim illę non sunt appositæ, vt ex ijs obligeretur fideiussor in plus, quam per decretum est prouisum, cuius virtute fideiubet, sed vt id, quod in decreto mandatur, quando succederet casus condemnationis per iudicem hoc mandantem, faciliorem haberet executionem, † & præsertim vt discussio
4 cesset, quæ opponi potest etiam per fideiussorem de soluendo iudicatum, vt dicit Bal. *in l. fin. §. & cum antiquitas, col. 2 ver. sed nunquid. C. de vsur. rei iud.* quem comprobat, & sequitur Ruy. qui in specie in hoc casu consuluit *in cons. 98 quæritur, 5. volu.* & Jacob. *in l. & post rem. §. 1. in 2. lect. nu. 4. vers. sed ego. ff. de transact.*
5 nec præsumendum est, † hunc fideiussorem voluisse se obligare in plus, quam per decretum iudicis fuisset prouisum, aliàs enim oporteret dicere hunc non esse fideiussorem de soluendo iudicatum, ad cuius præstationem pluris erat obligatus, sed esse fideiussorem contractus, seu quasi contractus proprius initi inter principalem creditorem, & debitorem, quod est alienum à mente, iudicis, & partium. Vnde cum clausulæ prædictæ aliam finem operari possunt, ex eis non est mutanda conditio fideiussionis iudicatum soluendo, quę non operatur lata sententia absolutoria pro eo in causa principali, reuocata posteà in causa appellationis per tex. *in d. l. cum apud Sempronium.*

6 Quid † autem si præstita fideiussione coram primo iudice, primus iudex grauat, & iudex appellationis mandat, quod causa coram eo remaneat, an hæc fideiussio operabitur, vide relatos per nouissimos addentes *ad dec. Afflict. 182.* & vltra eum, vide Bal. *in l. per hanc col. pen. ver. mandaero quæro. C. de temp. appel.* quem reperi allegatum per Præceptorem meum in Apostilla *ad* [illegible] *dec. Bellamera 431. quæ incipit, cautionem petit* [illegible] *de cautione præstanda*, vbi omninò. In causa prædicta fuit iudicatum pro creditore quia penes fideiussorem pro ista cautela reperiebatur pecunia liberata debitori, vt audiui, quia ego impeditus non interueni.

ADDITIO D. VISCONTI.

Vide ad hanc decis. Muscatell. *de fideiussor. modo 12. & hunc dominum infra decis. 320. vbi addo*; Vide Gabriel *cons. 53. vol. 1.* Mart. *in voto 2. n. 10.* Vide omninò Petr. Caball. *in res. crim. casu 109. n. 6. 9. 10. 12.* Num. 6. Vide *infra in dec. 344. n. 2. & seq.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Debitore, vel reo in fugam posito creditoris culpa, an excusetur fideiussor.*
2 *Fideiussor acceptus in prima causa an teneatur in eo, quod iudicatur in secunda, scilicet in causa appellationis.*
3 *Quid si in stipulatione Iudicis nomen non est expressum, an pœna debeatur.*
4 *Fideiussor de iudicatum soluendo, an possit esse Iudex.*
5 *An requiratur litis contestatio, & sententia contra principalem, vt talis stipulatio committatur.*
6 *Regula quod sententia lata contra principalem mandetur exequutioni contra fideiussorem, limitatur.*
7 *Cautela in fideiussione accipienda de iudicatum soluendo.*
8 *Fideiussor soluens iudicatum agit contra principalem; in alio processu.*
9 *Quid in promittente iudici remittenti ipsum, de se præsentando infra tot dies, à quo citari debeat.*
10 *Mutatione Principis an extinguatur obligatio iudicatum solui.*
11 *Quid si in appellationis instantia promittatur iudicatum solui, & iudex, ad quem declarat appellationem desertam, an obligatio pereat, vel subsistat.*
12 *Fideiussor de iudicio sisti, & iudicatum solui, an teneatur ad expensas creditori.*
13 *Vtrũ extendantur hæ fideiussiones de causa ad causã.*
14 *An hæc cautio petatur post litem contestatam.*
15 *Quid in fideiussione præstita Syndico alicuius terræ, an prosit singulis ciuibus, & quilibet agere possit.*
16 *Stipulatio ista quando committatur, & detur remedium excussionis fideiussoris.*
17 *Priuilegium principali concessum, an prosit fideiussori.*
18 *Sententia lata contra principalem, quando exequutioni mandetur aduersus fideiussorem de soluendo iudicatum. & quando id procedat. nu. 21.*
19 *Exceptio discussionis etiam locum habet contra agentes pro dote.*
20 *Fideiussor de iudicatum soluendo an vtatur exceptione excussionis.*

1 AD hanc decis. 208. adde *infrà decis. 320. ad quam dico, & dec. 344. latissimè vbi* † debitore, vel reo posito in fugam, culpa creditoris, an excusetur fideiussor. & adde Balbum *dec. 99.* Thesaurum *dec. 202.* Ad hanc decis. nouissimè, vide omninò Petrum Caballum *in lib. Resolutionum Criminalium, Casu 109. incip. Decepta*, qui amplè disputat, & disputando concludit, necnon
2 vltrà ipsum, & ad hanc etiam *dec. 208.* adde, † quod fideiussor acceptus in prima causa, non tenetur in eo, quod iudicatur in causa appellationis, Hyppolytus *in*
3 *rub. de fideius. nu. 28.* & quid si in stipulatione Iudicis
4 nomen non sit expressum, an pęna debeatur, † & an fideiussor de iudicatum soluendo, possit esse Iudex. & de plurib. alijs quæstionib. Boer. *dec. 314. & 315.* Item
5 nota, † quod ad hoc, vt ita stipulatio committatur, requiritur litis contestatio, & sententia contra principalem.

6 lem. Afflict. dec. 281. & † de limitatione regulę, quod sententia lata contra principalem demandetur exequutioni contra fideiussorem, Socin. *latissimè in Regu-*
7 *la sua, 283. numer. 13. & seq.* Item nota, quod ad † effectum, vt fideiussor teneatur ad omnem casum in fideiussione iudicatum solui, fideiussio capi debet, quod fideiussor teneatur ad omnes causas quomodocumque, & qualitercumque, quandocumque & per quęcumque
8 & alias, vt dicit Boer. *dec.* 315. Item adde, quod † fideiussor soluens iudicatum, agit contra principalem sine alio processu; Ita Boer. *dec.* 277. vbi alia, & Marsilius *in allegata rubrica de fideiussoribus, numer.* 362. Et de hac fideiussione Bart. vbi Albanus, *in l. Grace, §. & post, ff. de fideiussoribus*; Baldus, & Moderni, *in l. Iulianus, ff. qui satisdare cogantur.* Afflict. *in constitut.*
9 *Baiulus, si furem.* ponit quęstionem, quod † si aliquis coram vno Iudice remittente ipsum, promittit se pręsentare infra tot dies, quod non incidit in pęnam legis, si non citatur à dicto Iudice, cui promisit se pręsentare, vt aliàs etiam dixi in istis decisionibus de
10 Franchis † mutatione principis an extinguatur obligatio iudicatum solui, Afflict. *in const. Inconsultilem.*
11 *nu.* 47. & † an in appellationis instantia promittatur iudicatum solui, & iudex ad quem, appellationem desertam iudicat, an obligatio pereat, vel subsistat. Afflict. *in consuet. in Vniuersis nu.* 29 vtrum fideiussor de
12 iudicio sisti, † & iudicatum solui, teneatur ad expen-
13 sas creditori. Marsil. *in rubr de fideiussorib. nu.* 187. † vtrum extendatur hæc fideiussio de causa ad causam, Ias. *in l.* 2. *§. fin. ff. qui satisd. cogan.* Socin. *cons.* 273 *vo-*
14 *lum.* 2. & Crauet. *cons.* 45. *num.* 14. † An hæc cautio petatur post litem contestatam; Ias. *in l. de die. §. si seruus.*
15 *ff. qui satisd. cog.* Item † adde, quod licet fideiussio præstetur Syndico tantum alicuius terræ, de soluendo iudicatum, vel aliquid faciendo, tamen si vniuersaliter, pro indemnitate capitur, etiam singulis Vniuersitatis prodest, & posset etiam virtute ipsius agi per vnum Ciuem, licet Syndicus agere nollet, ità Aimon, *cons.* 45. *vol.* 1. & Cartarius *in dec. Ianua.* 65. *incip. Præpositum in fine*, qui ipsum sequitur: Dubitat Affl. *dec.* 82.
16 quando † hæc stipulatio committatur, & detur remedium excussionis fideiussori, Duenas *Reg.* 33. *amplia-*
17 *tur* 3. an † priuilegium principali concessum, fideiussori prosit Affl. *dec.* 206. *& ipsam l. cum apud*, allegatam per hunc Præsidentem limita, prout ipsam limitat Bal. *in l. fin. quæst.* 10 *C. de contrah. empt.* & Curtius iun. *in suo*
18 *cons.* 36. *n.* 4. *latissimè* † quod autem sententia lata contra principalem, mandetur exequutioni contra fideiussore de iudicatum soluendo, absque processu nouo, decidunt Guid. Pap. *dec. Delphinatus* 26 Franc Marc. *dec.* 1055. *nu.* 5. Caballinus *Milleloquio* 268. & Magonius *dec. Lucens.* 92. & absque principalis excussione contra dicta in hoc num. 4. Bart. *in l.* 28. *igitur. ff. de iureiur. & q.* 4. *post consilia.* Mynsing *obseru.* 96. *cent.* 4. Maranta 6. *p. de test. productione, nu. fin.* Rebuf *de literarum obligatione, art.* 5. *gl.* 9. *nu* 8. Boer. *dec* 277. licet Præsidens
19 contra. Adde ad hunc nu 4. quod † exceptio discussionis etiam locum habet contra agentes pro dote, Cor-
20 nazanus *dec.* 17. *Lucensi, vbi* ita ita fuit decisum. An † autem fideiussor iudicatum soluendi excussionis exceptionem opponat. Franc. Marc. post allegatos sup. pro
21 negatiua *in dec. allegata* 1055. *n.* 13 sed regula, † quod sententia mandatur exequutioni contra fideiussorem, procedit, si sententia est valida, *vt infra dec.* 402. *ad quam dico.*

ADDITIO D. RICII.

FIdeiussor datus a reo absoluto in prima instantia, an si in causa appellationis succumbat, teneatur, hoc dicit, adde Caball. *resol. cr. centur.* 3. *casu* 225. *nu.* 30. *&* 31. Mart. *de iurisdict. par.* 4 *cas.* 102. *nu* 13. Molfes. *in comment. ad consuetud. Neapol. par.* 4. *quæst* 8. *nu.* 2. *vbi* dicit, quod fideiussor de iudicatum soluendo in vno tribunali non teneatur si causa remittatur ad aliud tribunal Mastrill. *dec.* 126. *n.* 10. secus tamen esset si fideiussio esset præstita in tribunali inferiori, & causa ex remedio appellationis deuolueretur ad tribunal superius, vt à Curijs Baronum ad Regias audientias, & gradatim à Regijs audientijs ad Magn. Cur. & à Magna Curia ad Sacr. Consilium, quia ista sunt tribunalia ad inuicem subordinata, & fideiussio fuit præstita respectu causæ cum subordinatione ad omnia tribunalia subordinata, in quibus tàm iure ordinario, seu in prima instantia, quam etiam per remedium appellationis illa causa tractari soleat, & ideo dum non sunt Iudices diuersæ qualitatis, non prohibetur subrogatio, vt ex pluribus fundat Vrsill. *in addit. ad Afflict. dec.* 202. quem refert Thor. *in compend. dec. Neapol. in verbo. fideiubens in vno tribunali*, dicens etiam habere locum, quamuis reus in primo tribunali, in quo fuit præstita fideiussio esset absolutus ratione iam dicta, quia fideiussio est præstita respectu causæ cum dicta subordinatione.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de iudicatū soluendo, an censeatur liberatus, si principalis fuerit absolutus in prima instantia.*
2 *Resoluitur contra fideiussorem ex Rota Rom. & refelluntur Muscatell. Caball. & alij.*
3 *Ciriacus reijcitur. Et quid si principalis absolutus sit ab instantia iudicij, & mutato libello condemnatus.*
4 *Discussio principalis an possit opponi per fideiussorē de iudicatum soluendo, & impugnatur D. Præs.*
5 *Fideiussor huiusmodi an possit dicere de nullitate sententiæ.*

REpulsam pati videtur decisio, de qua modo est sermo; An fideiussor de iudicatum soluendo datus in prima instātia, si reus principalis fuerit absolutus, & in causa appellationis condemnatus tunc ipse fideiussor teneatur.

1 In qua re duo distinguuntur casus; primus est, quando expressum fuit nomen Iudicis, coram quo causa pendebat, vel proprium nomen Curiæ, & tunc statim lata sententia absolutoria rei in causa principali, fideiussorem liberari concluditur hic, & post Boer. Clar. Muscatell. & alios firmat Caball. *resol. crimin. cent.* 2. *cas.* 109. *nu.* 6. *& seq.* & extenditur etiam si fideiussor obligasset se proprio nomine, & insolidum: ita ex traditis *n.* 3. sentit Caball. *n.* 3. *& seq.*

Alter casus est, quando nulla nominis proprij Iudicis, vel Curiæ fuit facta expressio, & tunc quamuis fideiussor non dicat, quod fideiuberet de soluendo quidquid fuerit iudicatum per dictam Curiam, sed simpliciter promittat, intelligitur promisisse de soluendo, quidquid fuerit iudicatum per d. Curiam, cum penes acta illius Curiæ obligetur, ita indiuidualiter D. meus *nu.* 2. & quod in hanc partem inclinabat S. C. & tenent Boer. Muscatell. & alij relati per Caball.

2 Infaustè autem Muscatell. & Caball. viri alioquin doctissimi ex præsenti decisione decepti fuere, nam verior est opinio contraria, quod fideiussio simpliciter præstita durat in alijs instantijs, vt ex Vrsill. ad Afflict. *dec.* 202. Thesaur. Gabriel. & alijs probat Gratian. *discep.* 348. *n.* 24. amplexans decisionem 320. D. mei, certius stante clausula principaliter, & insolidum, nam tunc non expirat fideiussio, vt decisum pluries in Rota Rom. refert. Gratian. *num.* 29. Idem est, si nomen Cu-

riæ, vbi iudicium vertitur, fuit expressum, quæ subordinata sit Iudici, seu Tribunali appellationis, vt infra in cit. dec. & plenè de Marin. lib. 1. resol. 138.

3 Beneuerum Cyriac. controu 285. per tot. cum catalogo Doctorum viriliter depugnat pro prima opinione & tenet fideiussorem fore absolutum ex liberatione rei in prima instantia, & ibi alios recenset Scacc. de appel. q. 17. limit. 2. n. 77. & seq & carpit D. meum scribentem contra fideiussorem in dec. 320. à quo non discederem ex traditis per Gratianum. Omittendum non erit quod Ioa Saud. dec. Frisic. lib. 3. tit. 20. def. 3. tradit fideiussorem de iudicatum soluendo datum, non teneri, si principalis in vna instantia, ob actionem inepte propositam fuerit absolutus, licet postea mutato actionis genere idem reus in alia instantia fuerit condemnatus Dom Petr. rit. 159. n. 4.

4 Remanet examinanda quæstio. An possit opponi discussio principalis per fideiussorem de iudicatum soluendo, & affirmant Bal. in l. fin. §. cum antiquitus n. 2. C. de vsur. Ruin. cons. 95. lib. 5. D meus nu. 4. sed contrarium tenent Crau. cons. 272. nu. 1. Boet. dec. 277. & hæc opinio est verior ex traditis per Maur. Aret. in tract. de fideiuss. 1. p. sect 2. c. 2. nu. 17. & ita practicasse dicit Nouar. dec. 44. addo Muscatell. in prax. de fideiuss. p. 2. q. 10. n. 32. vbi quod cessat quæstio in fideiussoribus iudicij, & passim hodiè quis promittit soluere pro alio, & se principalem constituit, & tunc non gaudere beneficio discussionis, tenet Muscatell. in prax. fideiuss. p. 2. q. vlt. n. 32. licet etiam hoc casu ex glos. Alex. Fabr Aret. contrarium probat Valent. Franc. in tract. de fideiuss. c. 5. n. 192. vt aduertit D. Petr. rit. 217. n. 2.

5 Fideiussor de iudicatum soluendo, an possit dicere de nullitate sententiæ, & negatiuè ex Vant. de nullit. resoluit D. Rocch. respons. 7. n. 13. to. 1. Petr. rit. 217. n. 4. aliter censeo si posset principalis ex Cancer. p. 1. cap. 7. num 46.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus assumptus post sententiam foriudicationis, quando impediat remissionem ad iudicem ecclesiasticum, & in quo.*
Professus post delictum, an debeat remitti ad suum iudicem etiam dato dolo, vel fraude. ibid.
2 *Remissio clericorum post delictum, & sententiam, est maximi exempli, nu. 2.*
3 *Professio, & assumptio ordinis Sacri in carcerib. non operatur remissionem ad iudicem ecclesiasticum.*
4 *Sententia non debet esse elusoria.*
5 *Degradatio, in quibus causis sit permissa.*
6 *Professio cum difficultate potest fieri in carceribus, & idem in assumptione ordinum.*

DECISIO CCIX.

Delinquens si post contumaciam, & sententiam foriudicationis professionem clericatus, fecerit, an sit ad iudicem ecclesiasticum remittendus, si à iudice seculari fuit captus.

CApto, & carcerato quodam, qui dum esset laicus, pro homicidio fuit effectus contumax & post anni circulum iuxta Const. Regni, Foriudicatus, fuit pro eius parte, & pro parte eius superioris petita remissio ad iudicem ecclesiasticum competentem, ex quo ostendebat se fecisse professionem in religione approbata. Fiscus contradicebat dicens, quod professio prædicta erat notorie in fraudem, quia erat facta post delictum commissum,
1 post contumaciam, † imo post sententiam foriudicationis, & pro graui delicto homicidij consulto commissi, & quod ex hoc non debebat remitti, per text. in l. 1. ff. de pœn. & in l. si quis postea. ff. de iud. Dicebatur Bart. in d. l. 1. loquentem tam in clericis, quàm in religioso professo, & Alex. in Apost. proposuisse hanc quæstionem Io. Andr. & cæteros in cap. 1. de obl. ad ratioci. & vltra prædictos Soc. in cap. pen. de foro comp. vbi relatis omnium opinionibus videtur adhærere opinioni eorum, qui tenent, quod dato dolo, vel fraude quæ in casu de quo agebatur, erat notoria ex prædictis, debebat causa tractari coram iudice laico ad finem mulctandi inquisitum in bonis: quo verò ad districtionem personæ causam esse tractandam coram iudice ecclesiastico, & in summa concludunt laicum remanere iudicem quo ad bona, & iudicem personæ esse iudicem ecclesiasticum, quemadmodum in c. sanè, de iud. & hanc opinionem sequitur Dydac. in tract. pract. quæst. c. 32. & Iulius Clarus in pract. crim §. fin. quæst. 36. vers. sæpè numero, vbi multos recensent, & ante eos Iacob. in d l. si quis postea. 3. col. in gl. in ver. vel alterius, Petrus Belluga in suo Spec. Princ. in rub. 11. §. videndum, &. ex præmissis, ver. sed de multis, nu. 21. fol. 40. Qui subdit, iudicem laicum non posse clericum prędictũ punire, & omnes in hoc concordare. Vnde dicebat hic inquisitus, & eius prælatus, quod ex prædictis omninò remittenda erat eius persona ad iudicem Ecclesiasticum.
2 Dicebatur ex aduerso, † quod remittere personam huius professi ad iudicem ecclesiasticum, erat maximi exempli in hoc regno, in quo insignia committuntur delicta, quia in dies videremus delinquentes effici religiosos, & clericus in sacris ad fugiendum pœnas ciuiles, quæ per iudices laicos inferuntur, & quod maximus oriretur contemptus iustitiæ, quem contemptum in propria materia considerat Io. Andr. in d. cap.
3 1. dum tenet, & omnes eum sequuntur, † quod si quis ordines sacros reciperet in carceribus, vel in eisdem profiteretur, quod hæc ordinum susceptio, & professio nihil operaretur, quia esset præuenta causa, & persona, & iudex laicus cognoscet. Eo etiam magis, quia si iudex seculari deberet causam expedire, & condemnare homines ad pœnam mortis, & non posset personam
4 clerici, seu professi distringere, † redderetur sententia elusoria, quod iura abhorrent. l. si prætor, ff. de iud.
5 † & iudex ecclesiasticus eos non degradabit, nec tradet iudici sæculari, cum in certis casibus sit tantum hoc prouisum, de quibus in cap. Apost. 81. dis. plenè prosequitur Dec. post alios, in cap. at si clerici, numer. 39. vers. venio ad tertium, extra, de iud. hoc argumento vtitur in propria materia Anch. in repet. cap. ea, quæ in 13. quæst. de reg. iur. in 6. vnde postquam data fraude, ex qua sequitur contemptus iustitiæ, quæ consideratur ante sententiam existente inquisito carcerato, dicit Ioan. Andr. non esse tractandum de remissione, & quod iudex laicus puniet, ita deberet esse in casu, de quo agebatur, in quo lata sententia foriudicationis contra absentem. quando inquisitus venit in posse curiæ solum constito de persona, vel per ipsius depositionem, vel per informationem, sententia mandatur executioni, vt dicit pulchrè Belluga in Spec. prin. in rub. 23 cap. nunc dicamus, in fin. fol. 123. ex quo maximus oritur contemptus iustitiæ, & redditur ipsius sententiæ executio elusoria, nec detentio personę, tempore susceptionis ordinum, vel professionis, poterit aliquid operari, quia si ratio, ob quam prohibetur districtio personæ per iudicem laicum, est, quia iudex personam laici tangere non potest, vt omnes concludunt, hæc ratio procedit etiam, quod quis in carceribus profiteretur, vel ordines sacros susciperet, cum ordines conferantur, etsi recipiantur in fraudem, & in carcere. Vnde si contemptus iustitiæ consideratus per Io. And. & cæteros ex assumptione ordinum, & professione post delictum commissum, quando persona clerici est præuenta facit, quod clericus, seu professus non remittatur, hoc procederet tàm detenta persona, quàm ea absente, vnde vel decisio Io. And. non erit vera ex prædictis, vel si est vera, procedet etiam in casu, de quo agitur, in quo ex prædictis maximus apparet contemptus iustitiæ, qui debet considerari in hoc casu, non autem in casu, posito per Io. Andream,
6 qui numquam euenire poterit, † scilicet quod quis in

carce-

carceribus profiteatur, & ordines facros recipiat, cum postquam in profeffione, & ordinum collatione tot folennitates extrinfecæ requirantur, vltra quod ij, ad quos fpectat, non accedent ad carceres. non permittetur per cuftodes carcerum, & officiales iuftitiæ eis ad illas acceffus, accidit poftea hic cafus in perfona Vefpafiani Terracini, qui durante habilitatione fuit effectus clericus. Relat hac caufa, & pluries difcuffa, adhuc non eft decifa, quando iudicabitur, fi Domino placebit, ponam quid iudicabitur, vidi poftea Petr. Foller. *in conft. reg. afcriptitijs*. qui plenè hunc articulum examinat, & tenet opinionem Ioan. Andr. (licet effectam communem) non effe veram nec admittendam, data fraude, vt fupra confiderata, de hac decifione meminit Octauian. Vulpelli, *in tract. de liber. Eccle. in 2. par. num. 42. vef. fed quid fi laicus fol. 3. & vide infra in decif. 384.*

ADDITIO D. VISCONTI.

VIde *infra decif. 384.* vbi addo, & in notabili cafu hunc Dominum *in dec. 656. p. 4* & Petr. Cabal. *in refol. crim. cafu* 108 & in pulchro cafu D. de Ponte *in tract. de Poteft. Proreg. fol. 341. num. 16.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

S V M M A R I V M.

1 *Delictum in dubio non præfumitur in Clerico, & numer. 2.*
2 *Clericus delinquens, & matrimonium contrahens, à quo cognofcatur.*
3 *Tempus delicti attenditur.*
4 *Clericatus per probationes extra proceffum probatur, & ad inftructionem per agnatos, & cognatos, & ob quem finem.*
5 *Effectus Clericus poft relegationem rumpens fines, à quo cognofcatur.*
6 *Clericus à iudice laico remittitur etiam poft fententiam.*
7 *Clericus in flagranti crimine captus, abfque monitorijs remittitur ad Ecclefiafticum Iudicem, quamuis capi poffit.*
8 *In delictis tamen affaffinij, & fimilibus, an remittatur.*
9 *Quæ probanda per clericum, vt remittatur, remiffiuè.*
10 *Duo funt probanda, Clericatus nempe tempore delicti, & habitus.*
11 *An probandum, quod honeftè clericaliter vixerit.*
12 *Clericatus poft delictum non operatur.*
13 *An bona faltem hodie occupentur.*
14 *Denunciationes Clericis qualiter fiant, vt cadant à Clericatu, & quod fieri debeant ab Ecclefiaftico Iudice, alias non arctant.*
15 *Veftes decentes, quæ dicantur, remiffiuè.*

1 AD hanc decif. 209. adde † quod in Clerico
in dubio non præfumitur delictum, *vt dicit gl. in c. p. abfit, 1. quæft 3.* volens, Clericum ofculantem caufa benedicendi, non
libidinandi præfumendum effe. Sed de hoc, & alijs latiffimè videndus eft Menoch. *lib. 5. præfumptionum, præfumpt. 2. n. 55.* & Farinacius *in fua Criminali practica. quæft. 85. num 2. & 29. qui optimè loquitur.* Adde
2 omninò *quæ dico dec. 417.* & ibi † de Clerico contrahente Matrimonium, & delinquente antequam matrimonium contrahat, quod cognofcitur ab Epifcopo,
3 quia † attenditur tempus delicti *per dec.* Gram. 10.
4 *numer. 5. infra, fol. 88.* Quod † autem Clericatus per
probationes extra proceffum, & ad inftructionem probati poffit per agnatos, & cognatos, ad impediendum foriudicationem, *eft dec. infra, 309. & vide alia in dec. 376. 384. & 395. ad quas omnes dico pleniffimè.* Adde
omninò. Io. Grande *de Bello exul. fol 66. num. 3* & ibi
Ioan Vincentium de Anna *Sing. 56.* & de hac decif. vi-
5 de infra fuam fororem. *in dec. 384. vbi* de † effecto
Clerico poft relegationem, quod fi rumpit fines, non
6 cognofcitur à laico. Item adde, quod † etiam poft fen-
tentiam Clericus eft remittendus à iudice laico, *cap. & fi Clerici de Iudicijs,* & ita nominatim Aufrer. *in clem. 1. de officio ordin. num. 20. 2. q. caft.* Felinus *cap. except. de except.* Caffan. *in confuetud. Burgund. rub. 1. §. 5.* &
7 Socin. *vol. 1. conf. 12.* Item † Clericum in flagranti cri-
mine captum, abfq; monitorijs, Ecclefiaftico remitti
debere, licet capi poffit, Aufrerius *d. clem.* & Abb.
& alij, *in cap. cum non ab homine. de iud.* Sed hæc
8 ita fi Clericus † in affaffinio, vel fimili delicto, in qui-
bos à feculari cognofci poteft fuerit captus, & delictum eft verum, & perfectum, non autem folum attentatum nec præfumptum. Anch. *conf. 128.* Cepol *conf. 12.* in quibus locis dicunt quod non remittitur, immò quod punitur à feculari, Diaz, *in pract. Cano. in verbo, Patricida* Caffan. *d. conjuct. rubr. 1. §. 5. num 66* Carrer. *§. homicidas. sl 1.* Aufrer. *d. clem. 1. Regula, in verbo, Fallit,* Gulielmus de Benedictis, *in cap. Raynutius, in verf. & vxorem, num. 44* Abb. *in cap fi clerici de iudic.* & quod delictum fit verum, non præfumptum Aret. *d. cap. cum non ab homine,* Caffan. *vbi fup. in fi.* Iaf. *in l. licet, C. de pactis* Anch. *conf. 408.* quod non fit attentatum, fed perfectum Anania, *in c. 1. de homic. lib. 6.* & Doct *in c. perpetuo de elect. in 6* aliqua Capic. *dec. 126* & quod eft verum, non præfumptum, perfectum & probatum, fecularis cognofcit, capit, & punit Clericum cum beneficio, & fine, vt dicunt prædicti: licet contrarium fentiant Dec *in d. cap. cum non ab homine,* & Capic. *decif.*
9 112. *qui latiffimè de affaffino.* Quæ † autem fint pro-
banda per clericum, vt remittatur, videndi funt Vrfill.
10 *dec. 297. & 23. & omninò Alexandrina,* & † quod ad
minus fint probanda duo, clericatus tempore delicti, &
11 habitus, Rota *dec. 202.* † Immò etiam dicunt, pro-
bandum quod honeftè clericaliter vixerit, Alex. *conf.*
12 8. vol 1. † Et ideò Clericatus poft delictum non opera-
tur. Doct. *in cap. 2 de obligationib. & ratiocinijs.* Bart. *in l. 1. ff. de pœnis,* & Tolofana *dec. 144.* Bar. *in tract. de iurifdictione, nu. 8.* & licet iure Canonum ante Extra-
13 uag. iftam, † aliquis affumeret Clericatum bona capi
poterant; hodie tamen dicit Aufrerius per dictam Clem. Secùs. Videndus eft Capic. *in dec. 161.* Gram.
14 *voto 33.* & † denunciationes Clericis qualiter fieri de-
beant, vt à Clericatu cadant. Caffan. *in dicto loco,* & Affl. *in conftit. de Apoftatis, n. 120.* Quod autem denunciatio fieri debeat ab Ecclefiaftico Iudice, aliàs non arctet, Cæpol *conf. 11. nu. 41.* Gram. *dec 61.* Paul. Fufc. *Sing. 121. verbo, Clericus, & 122. eodem verbo,* Bonacoffa, *quæft. crim. in verbo, Clericus,* Campan *in clem.*
15 *1. de vita, & honeftate Clericorum,* † Quæ dicantur
veftes decentes, *vide in dec 449.* vbi de probatione Clericatus, *& infra dec. 229. ad quas dixi,* & circa affumptionem clericatus ad hanc dec. adde poftremò Regentem Tappiam, qui optimè dicit *in conft. de perfonis, nu. 28. vfque ad 36.*

ADDITIO D. RICII.

DElinquens fi poft contumaciam, & fententiam foriudicationis profeffionem clericatus fecerit, an fit ad Iudicem Ecclefiafticum remittendus fi à Iudice fæculari fuerit captus, hoc dicit. Adde Bambacar. *in cap. naturales nu. 76. Si de feud. defunct. contrauerf.* Aloyfium de Leo *in l qui fub prætextu numer. 16. C de Sacrof. Ecclef.* Caball. *in refolut. criminali cent. 2. caf. 108* Craff. *in tract. de effectibus clericatus effect. 1. nu. 1138.* quid fi aliquis fuerit relegatus, vel confinatus per Iudicem laicum, & durante condemnatione fuerit factus clericus, vel religionem ingreffus, an fi relegationem, vel exilium fregerit, poffit puniri per eundem Iudicem laicum, qui eum condemnauit, an verò per Iudicem Ecclefiafticum, vide Baiard.

ad Clar. in §.fi. q.26. num. 45. nec omninò notandum, quod semper præsumitur clericatum in fraudem assumpsisse, vel religionem introiisse is, qui statim post patratum delictum clericatum assumpsit Monald. *cons. 133. num. 3. lib. 1.*

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Clericus promotus post delictum commissum an eximatur à potestate Iudicis laici: indicantur scribentes.*

2 *Quid si præuenta sit persona, & causa coram Iudice laico, vel reassumptus fuerit clericatus, & Auctor recenset DD. qui articulos tractant.*

1 SVscepti oneris ratio impellit, vt saltem opiniones scribentium perceniceam in re iurisdictionali, quæ nunc contingit de Clerico promoto post delictum commissum in fraudem laicalis iurisdictionis, an iste eximatur à potestate Iudicis laici, & quod non eximatur quoad districtionem realem, sed quoad personalem, & non possit puniri pœna corporali, distinctionem hanc retinendi causam Clerici quoad executionem realem in bonis tantum, & remittendi ad Iudicem Ecclesiasticum, quoad districtionem personalem, admissam in S.C. respectu illorum, qui post litem motam in ciuilibus, aut post delictum commissum clericatum susceperunt, tradit Rouit. *in dec. 22. n. 8.* & tenent Caball. *resol. crim. cas. 107.* Farinac. *de inquisit. q. 8. n. 107.* Carleual. *de iudic. q. 8. disp. 11. nu. 447.* Giurb. *cons. 15. n. 34.* Barb. *in tract. de iur. eccles. tit. de primil. cleric. n. 89.* Si autem delinquens absque fraude, & dolo ordines ecclesiasticos post commissum crimen susceperit, & tunc omnino liberari à iurisdictione Iudicis secularis, & Farin. Cartar. & alij probat Caball. *vbi sup. n. 1.* & fraudulenter tunc dici delinquentem suscipere clericatum; quando illum assumpserit post accusationem denunciationem, inquisitionem, vel citationem inquit Campan. *de forsud. resol. 4. numer. 9.* quinimò indistinctè contrarium tenet Ianuar. *p. 2. cas. reseruat. resol. 88. n. 9.* Genuen. *in praxi Archiep. Neap. c. 9. 93.* quos refert D. Altimar. ad Rou. *vbi sup. n. 8* super quo articulo reincidit sermo in obseru. 545. & nihil pro nunc firmo.

2 Sed quid si præuenta sit causa, & persona; an Clericus promotus post delictum gaudeat fori priuilegio, quoad districtionem personalem agunt D. meus *hic, & in dec. 334.* & Reg. Sanfelic. *dec. 2. n. 22.* qui refert causam cuiusdam, qui habilitatus cum cautione de tenendo domum loco carceris, & pendente habilitatione ordines susceperat, & postmodum *n. 26.* contrarium decisum testatur, & videri possunt Thor. *ver. Remissio petita per Clericum effectum per D.* & Giurb. *cons. 15. n. 24* & alij.

Dubium exoritur in eo; qui post dimissum habitum delinquit: an reassumpto habitu possit sæcularis contra eum realiter procedere & hunc articulum tangunt Farinac. *decis. 165 par. 4* latè Vericell. *qq. moral. & legal. tract. 8.* Miscell. *q. 6.* & alii, sed quid sentio alibi insinuabo.

SVMMARIVM.

1 *Electio sindici, & electorum est facienda per vniuersitatem congregatam, & non per eosdem sindicos, & electos, vel per consilium repræsentans Ciuitatem.*

2 *Sindicus quanto tempore debet vacare ab officio à die elapsi anni, & quanto tempore ab alijs officijs.*

3 *Electi quanto tempore vacent.*

4 *Possessor etiam contra ius est conseruandus.*

5 *Eligere aliud est, quam nominare.*

6 *Officia non sunt acquirenda, nec redimenda pretio.*

DECISIO CCX.

Officialium vniuersitatis electio est facienda per ipsius congregationem, non verò per antecedentem Sindicum, & finito anno vnius non est per quinquennium facienda de eodem alia electio ad idem officium.

VNiuersitates huius Regni ex quodam abusu consueuerant in electionibus sindicorum, & electorum, permittere, quod sindicus eligeret sindicũ, & electi electos, non aliter congregata vniuersitate, & licet vsus hic prætenderetur antiquus, & Barones aliquando huic vsui fauebant & dicebant hæc permitti per Regiam pragmaticam editam tempore inuictissimi Imper. Caroli V. gloriosæ, & immortalis memoriæ, anno 1536. quæ incipit, volumus etiam, vt sindici, dum dicit secundum ordinem, & modum in ipsa vniuersitate seruari consuetum nihilominus Sacrum Consilium nunquam permisit, imo destruxit: erant enim pauci de vniuersitate, qui oneribus, & honoribus fungebantur, cum alternis annis alter alterum eligebat, & mandauit electiones fieri congregata vniuersitate, & verba pragmaticæ secundum modum seruari consuetum, intelliguntur de modo à iure approbato, non de hac corruptela. Item illa verba respiciunt modum circa electionem, scilicet si consueuit fieri voce, vel per lapillos, vel an per totam vniuersitatem congregatam, vel per Consilium,

1 quod confirmatur, quia pragmatica dicit, † quod ciues Ciuitatum faciunt electionem, quæ verba intelliguntur, secundum ius commune, secundum quod electio est facienda congregata vniuersitate, vt dicit Bart. *in l. Actuarios, C. de numerar. & actua lib. 12.* vel per Consilium repræsentans Ciuitatem, vt dicit glo. *in rub. quæ sit longa consue.* & Bar. *in l. 2. in fin. C. de Decur. lib. 10.* & ex prædictis, dum hæc consuetudo prætenderetur in Terra Solofræ, fuit sublata, & prouisum, quod fieret electio congregato Consilio, & admitterentur ad officia, qui haberent maiorem partem suffragiorum. Inde ortum est quod dum hic abusus seruaretur in Terra Balneoli, eadem vniuersitas videns hoc perniciosum, congregato Consilio decreuit. quod electio fieret secundum formam pragmaticæ, & insuper quod qui in vniuersitate prædicta habebat officia vno anno, per alios sex sequentes non potuissent admitti ad aliud officium, reseruato tamen decreto obtinendo super hoc ab Illustris. Prorege, & oblato memoriali, & remissa causa Sacro Consilio mihique commissa, fuit interpositum decretum, quod in hoc seruaretur forma tradita

2 *in l. 2. C. de mune. & hono. non continuandis*, scilicet † quod electus pro vno anno, non admittatur ad idem officium per aliud quinquenniũ, ad alia verò officia per

3 aliud triennium, de qua re latius *infrà dec. 264.* † quod tamen non procedit, quando alii idonei non reperirentur *l. honor §. fin. ff. de mune. & hono. & gl. in d. l. 2.* & quia in hoc processu comparuit Spectab. Comes Montellæ, vtilis Dominus Balneoli, & dixit, quod ipse non impediebat, quin electio fieret liberè per vniuersitatem, & quod semel electi infra certum tempus non possent redire ad officia; sed quia vniuersitas consueuerat ab eo confirmationem petere, quod Regia pragmatica non prohibebat. Et insuper, quod ei nominabuntur duo pro sindicis, & duodecim pro electis, ex

quibus

quibus duobus sindicis ipse eligebat vnum, & ex duodecim electis sex, & incontinenti exhibuit memorialia
4 ei oblata, & prædecessoribus a multis annis retro, †
& præsertim in anno præcedenti pro confirmatione, & electione, & in hac possessione dicebat se manuteneri, etiam quod prætenderetur iniusta, per tex. *cum glo.s.in cap. cum venissent, cum glos. extra de institutio.* & dicebat hoc non esse nouum, quia hoc de proximo erat prouisum per Sacrum Consilium in causa Baronis Oliueti.

Pro vniuersitate dicebatur, Baroni obstare prædictam Regiam Pragmaticam, quæ dat electionem vniuersitati, nec non & iuris dispositionem, & quod si hoc modo fieret, vniuersitas nominaret, & Baro eligeret, contra
5 formam iuris, & Pragmaticæ, † cum aliud sit eligere,
& aliud nominare, vt pulchrè dicit Bal. *in l. si ad scribatum, C. de appell.* vbi etiam Saly.

Item dicebat, quoad aut hæc electio ad offic a est honor, aut onus, & quod vtroque casu posset oriri res
6 mali exempli. Si enim est honor, duobus nominatis
daretur materia acquirendi hunc honorem pretio: si est onus, daretur similiter materia hoc onus pretio redimendi, quòd iura abhorrent, & in regno prohibetur per C. Reg. *item quod prædicti officiales non ordinent, quod est in nu. 32. cap. sequens, quod incip. item iustitiarij inquisitiones* & ibi Sebast. de Neapod & licet in persona Spect. Comitis hæc non caderent, inspecta eius qualitate, nihilominus exemplo huius decreti alij Barones Regni vti poterant, & dicebatur de possessione contradictum ius commune, & Regiam pragmaticam non esse curandum, quod quæ alias in causa vniuersitis Mottæ Giniosæ cum vtili Domino ipsius, fuit prouisum, quòd sublato dicto abusu seruetur Regia Pragmatica: validæ prima facie videbantur hæ rationes contra Comitem. sed quia non poterat negari ipsum esse in hac quasi possessione, & decretum interpositum in causa Mottę, fuit causa cognita, & instabat tẽpus electionis, Sacrum Consilium dedit terminum in causa, & citra preiudicium iurium partium mandauit pro instantia electionem sic seruari, vt pro pręterito fuit consuetum, vt posteà maturius consideratis hinc indè prætensis, & in termino deducendis possit diffinitiue pronunciari. Deinde in termino spectab. comex deduxit possessionem huiusmodi per annos quinquaginta, & plus numerato tempore tàm ante pragma. prædictam, quam post & quia nec ante nec post hæc possessio contra ius, & pragmat. operabatur, die 18. Augusti, 1580. fuit diffinitiue pronunciatum in fauorem vniuersitatis. Longus Actuarius. Et dum vnus de Castro Sancti Viti, fuisset vno anno Sindicus Castri prædicti, & in anno sequenti fuisset creatus ærarius per Baronem, dicebat ex prædictis, quod debebat excusari, quod licet dominus commissarius domi decreuisset, tamen nos non admisimus in Sacro Consilio, quia iura supra allegata loquuntur, quando ab vno eodemque fit electio continuatis temporibus in vnum, non autem, quando à diuersis, vt erat præsens casus, in quo vno anno fuit officialis vniuersitatis, & anno sequente erat baronis, & fuit hic casus Sacro Consilio visus indubitabilis de Mense Septembris 1583. poenes Secretarium, loco Actuarij.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. & num. 1. Adde Montanar. *in pragm. 2. nu. 357. in tit. de administr. vniuersitat.* & ad hanc dec. Vide Rouitum *in d. pragm. num. 12.* Adde etiam Capiblanc. *in tract. de baron. fol. 247.* & D. de Ponte *in tract. de potest. Proregis fol. 52. nu. 5. & 6.* vbi reprobat Rouitum hic per me alleg.

Num. 4. Adde Viuium. *in dec. 226. nu. 6.*

In fin. ibi ipsum esse in quasi possessione. Adde Rouitum *in loco cit. nu. 15.*

In addit. ibi fuit diffusè pronunciatum; Adde eundem Montanar. *vbi supra numer. 358 & seq. & parum infra, ibi tamen nos*; Adde eundem *in pragm. 5. §. 16. eo. tit. in fin.*

Item adde, quod secundum dec. istam fuit idem iudicatum in S C. sub die 26. Februarij 1580. inter vniuersitatem Potignani cum particularibus ipsius referente D. Berticano, pęnes Secretarium.

Et quando debet fieri contradictio electionis; Syndici, vel electorum in terminis huius decisionis; Vide omninò Capyc. *in decis. 178. num. 1.* quem alleg. Mangrell. *ad Bar. in l. causæ §. si ex parte. ff. de procurator.* sequitur Ann Sen. licèt Capyc. *non alleg. in allegat. 15. par. 1.* quod nota, quia pauci aduertunt, & de Anna meminit hic Dominus *in decis. 609. p. 4. vbi pulchrè casus decisus reperitur.*

3 ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Electio est nulla, si non vocantur omnes interuenire debentes.*
2 *Modus electionis faciendæ.*
3 *Minor non habet vocem in Consilio, nec in electione.*
4 *Quid in pupillo.*
5 *Et an mulier, præsertim in Ciuilibus officijs.*
6 *Et infamis, qui nec actiuam, nec passiuam vocem habet.*
7 *Syndicus an eligat, vel nominet successorem,*
8 *Et quid in inimico.*
9 *Filiusfamilias an habeat vocem actiuam, & passiuam.*
10 *Decisum in facto, quod filiusfamilias non admittatur ad passiuam, & nu. seq.*
12 *Sed quo ad actiuam disputatur.*
13 *Forensis non admittitur ad vtramq; vocem, actiuam æque ac passiuam.*
14 *Sicut non tenetur ad custodiam Ciuitatis, ita*
15 *Nec ad refectionem murorum.*
16 *Nec litigantes cum Vniuersitate, & similes ibi relati, de quibus Regia Camera, & Magna Curia prouidit, nu. 17. & 18.*
19 *Personæ per Regiam Pragmaticam eligi prohibitæ, quæ sint, remissiuè.*
20 *Adhærentes Baronum, & aliæ personæ procul pelluntur.*
21 *Sacrum Consilium refugium est vassallorum.*
22 *Electio Syndici, & officium, est nulla ratione formæ consuetæ, & solemnitatis non seruatæ.*
23 *Nullitas ante possessionem impedit, post possessionem nullo modo.*
24 *Officialis Baronis interuenit regulariter in electione.*
25 *Defensores patriæ Authoris, Author, & frater.*
26 *Syndicus non refirmatur vno contradicente.*
27 *Administratio an suspendatur si opponitur inhabilitas, antequam electio fiat.*
28 *Male electus an contribuat in expensis super electione.*
29 *Solutio an benè fiat Syndico pendente lite super electione.*
30 *Casus in facto, & plures Authores adducuntur.*
31 *Ad idem officium per quinquennium, ad diuersum per triennium ipsemet administrans admitti non debet, & ita fuit decisum.*
32 *Quid in nolente exercere, & quid in volente.*
33 *Baro debet confirmare Syndicum habentem maiora suffragia.*
34 *Vtrum vniuersitas debeat eligere vltra tertiam vicem.*
35 *Qualiter cogantur electi ad officium exercendum.*
36 *An extrahi possint de domo.*

37 Qua

37 *Quæ alia pæna plecti possint.*
38 *Et quod carcerantur, & banniuntur.*
39 *Exactor, & Collector pecuniæ publicæ, ad huiusmodi officium exercendum cogi potest.*
40 *Dignitas, ætas, vel infamia, aliquem ab huiusmodi officij acceptatione an excusent.*
41 *Excusationes plures enumerantur.*
42 *Nobilitas.*
43 *Aegritudo perpetua.*
44 *Aetas.*
45 *An senectus, præcipuè decrepita, qualiter excuset.*
46 *Quod non excuset ab assistendo, & consulendo.*
47 *Sedere ante alios est honor, & dignitas.*
48 *Nemo à munere assistendi, & consulendi excusatur.*
49 *Prohibitus exercere officium iurisdictionis, non prohibetur consulere.*
50 *Indignitas excusat ab exercendo officia.*
51 *Indignus incurrit pœnam, acceptans officium.*
52 *Infamis non recusat officium.*
53 *Infamis quis dicatur.*
54 *Relegatio executionem præbet.*
55 *Electio in duobus locis.*
56 *Excommunicatio.*
57 *Debitum Reipublicæ.*
58 *Priuilegium Principis.*
59 *Numerus liberorum.*
60 *Et quando, scilicet dum quis quinque habeat filios, non excusatur ab officio electi Ciuitatis.*
61 *Filiusfamilias an eligatur anno sequenti ad officium gestum anno præcedenti à patre.*
62 *Doctor Ronitus ingenij maximi vir.*
63 *Priuatus perpetuo officiorum vniuersalium administratione ob delictum, non exercet.*
64 *Pater, & filius vno eodemq; tempore conelecti excusantur ab aministratione.*
65 *Excusatio, infra quæ tempora proponatur.*
66 *Et infra, quæ finiatur.*
67 *Expensis cuius fiat instantia appellationis excusationis.*
68 *Quilibet de populo de nullitate electionis dicere potest.*
69 *Electi antequam exercere officium incipiant, an iurare debeant, & quæ.*
70 *Possessio an requiratur, vt electus ius habeat.*
71 *Et quod debet omnia adimplere ex sui parte.*
72 *Præcedentia in actiua, & passiua voce attenduntur.*
73 *Electus officio priuatus, vt restituatur, quomodo agat.*
74 *Podagra an impediat, & excusationem pariat officialibus electis.*
75 *Iudaismus, & ibi vide limitationem.*
76 *Electio debet fieri infra legitima tempora, alias non valet.*
77 *Nominatio, & electio quomodo differant.*
7 *Baro an possit interuenire in electione noui regiminis decisiuè.*
79 *Quid sit eligere.*
80 *Electus si non administrat, vtrum restituatur.*
81 *Electus an cedat officium Vniuersitate inuita, & an volente.*
82 *Syndicus an veniat appellatione Officialis.*
83 *Literæ Vniuersitatis quomodo scribantur.*
84 *Bona administrantium quomodo obligentur.*
85 *Syndicus quare ita nominetur.*
86 *Qualiter constituatur Syndicus de iure communi.*
87 *Vtrum causam inceptam finito officio prosequatur.*
88 *Diffinitio Syndici secundum Annam.*
89 *Syndicus an creetur ad sonum campanæ.*
90 *An Syndicus habeat liberam administrationem.*
91 *Syndicatus, & officium exactoris personale est.*
92 *Sigillum vniuersale vel cassa penes quem conseruetur.*
93 *Syndicus an possit constitui à certa parte Casalium.*
94 *Decisio in facto.*
95 *Sigillum vtrum probet, & quando.*
96 *Syndicus, & electi an hospitentur.*
97 *Syndicus solus an faciat chartellas hospitandi.*
98 *Gubernium an immunitatem concedat.*
99 *An hospitari faciat Doctores, & Aduocatos.*
100 *Potestas Syndici quanta sit.*
101 *Vniuersitas an restituatur ad demanium non petitum à Syndico.*
102 *Demanium petendum infra quæ tempora, & an detur purgatio moræ.*
103 *Minor an restituatur aduersus sententiam.*
104 *Syndicus an reddat rationem, Syndicatu pendente.*
105 *An teneatur vna cum vniuersitate persequi latrones, & arma præbere.*
106 *Vniuersitas an se congreget pro malefactoribus capiendis.*
107 *An Syndicus pecuniam vniuersalem sibi mutuet absque pœna.*
108 *Quid si palam facit.*
109 *An Syndicus mittat dona mitti consueta Aduocatis, & alijs sicut tutor.*
110 *An Syndicus negotia cœpta perficere, vel de nouo inchoare debeat.*
111 *Vniuersitas quando puniatur.*
112 *An scientia, & præsentia Syndicorum vniuersitati præiudicet.*
113 *An Baroni cedant lites, Syndicus, & Decuriones.*
114 *An Decuriones obligent vniuersitatem ad damnum ex eorum facto.*
115 *Nobiliores regunt Ciuitates ditiores, seniores, & saniores.*
116 *Syndicus, an exigat à debitoribus vniuersitatis, vel ab exactoribus.*
117 *Electio qualiter sit facienda, Decisio Collateralis Consilij narratur.*
118 *Quæ dicantur persona per sententiam habilitata.*
119 *Decisio hac à 10. an loquatur de volentibus, vel reluctantibus.*
120 *Confirmatio, & reformatio non fit vno contradicente.*
121 *Significatoria rationalium vniuersitatis, an gaudeant priuilegio Pragmatica.*
122 *Qui per alium facit, per seipsum facere videtur.*
123 *Prima visio computorum vbi facienda; & casus in facto.*
124 *Expensas Commissariorum videntium computa, quis soluat.*
124 *Expensas, si non significantur administratores, quis refundat.*

Adde

1 ADde quod † electio est nulla si non vocantur omnes qui interesse debent. In terminis Anna pater Singul. 161. incip. Electio, & ponitur decisio in facto, in electione Syndici in Sedili Nidi, in aduentu Don Ioannis Mantich. Proregis, per quam electio nulla fuit declarata, &
2 de nouo facta. † Electio qualiter sit facienda, ponit modum Montanarius in pragm. 2. de administratione Vniuersitatis, numer. 217. 218. 221. & 269 285. 297 298. 320. & 324. optimè num. 339. ad 356. Consf. Rouitus doctissimè, in d. pragm. 2. Ad hanc decisionem vide per me scripta in dec. 63. supra, & 264. infra. Item
3 adde, quod † minor non habet vocem in consilio, nec in electione, nec in creatione Syndici, Iason. in l. de pupillo, nu 4. ff. de oper. nom nunc. Bald. & Castr. in l. fin.
4 C. de testam. milites, vbi querunt † an pupillus habeat vocem etiam passiuam; sed Speculator in 1. p. Speculi, in tit. de Syndico, nu. 3. dicit sufficere ætatem quatuordecim annorū de iure, & consuetudine, quod secus esse dicit additionator ibi, si tractaretur in Collegio Decu-
5 rionum, ex l. ad rem. ff. de mun. & honor. Item † non habet vocē mulier, & fœmina in Ciuilibus officijs, Speculator d. loco, nu. 5. Montanarius in d. Pragm nu. 297.
6 ibi: aduertendum est etiam. † Nec vocem actiuā, nec passiuam habent infames, Petrus Iacobus in sua Practica Ciuili, in tit. de elect. Consulum, & ipsemet Montanarius d. loco, & ad illud dictum, quod minor nō habet vocem, communem dicit Villalobos lib. comm. in
7 verbo, Minor. † Nec Syndicus eligit Syndicum, sed solum nominat, vt hic, nu. 1. ita Signorolus de Homo-
8 deis, cons. 64. † Nec inimicus inimicum in damnum Reipublicæ, Bar. in l. 1. C. si propter inimic. creatio facta
9 fuerit. lib. 10. † Filiusfamilias an habeat vocem actiuam, & passiuam. Pro mea patria iuribus non obstan-
10 tibus † probata consuetudine decreto Sacri Consilij facto verbo per Regentem Fuluium Constantium, tunc Consiliarium anno 1592. num. 53. fuerunt expulsi, & reiecti ab exercitio electoratus quidam electi, quo ad vocem actiuam, licet patria potestas in his, quę publici iuris sunt, non sit in consideratione, vt decidit text. in l. illud, vbi Castrensis, ff. Quod cuiusque vniuersitatis nomine, & l. 2. C. de mun. & honor. non conti-
11 nuandis. † Tamen hoc, quo ad vocem passiuam, receptum dixit Montanarius, in §. 16. in pragm. de administr. vniuersitatis, post Feller. & ita veritatem esso dicit Rouitus, in Pragmatica quinta, nu 17. eod tit. per text. in l. filios in potestate, C. de decur. lib. 10. Sed est alius text. in l. filiusfamilias, ff. de his qui sui sunt, vel
12 alieni iuris. Sed † quo ad vocem actiuam videtur contrarium: quia cum eligentes Magistratus administrarios teneantur in subsidium, vt considerauit in terminis, in rubr. de periculo nominatorum, in verbo, nominatorum, Lucas de Penna lib. 11. Et filiusfamilias virtute regulæ Pragmaticæ, per excellentem, in tit. de Senatusconsulto Macedoniano, vbi Carauita, & Rouitus non obligatur absque consensu patris, merito dici potest ipsum non admittendum esse ad vocem actiuam,
13 sicut pluries in facto habui, & sic prouisum extitit. † Forensis non admittitur ad vocem actiuam, & passi-
14 uam: quia non dicitur ciuis, & ideò † sicut non tenetur ad custodiam Ciuitatis, vt placuit Corneo. in constit.
15 72. incip. In hac consultatione, num. 13. & 14. † ita nec ad refectionem murorum, num. 4. merito non gaudet
16 priuilegio Ciuium. † Nec vocem habent litigantes
17 cum vniuersitate: quia eligerent sibi coniunctos. † Nec debitores, nec odiosi, nec officiales, nec affictatores, nec Actuarij, nec ipsorum familiares, vt de his omni-
18 bus † Regia Cameræ, & Magna Curia prouidit, ad Sacrum Consilium in beneficium meæ patriæ, in electione Syndici contra Barones ipsius Terræ, & prædictos nominatos, vt latissimè patet in processu nouissimè huius anni 1606. electionis Syndici, facta ad votum Baronis, per quosdam suos debitores, adhærentes, & officiales administratorios in bancha Scacciaventi. Hęc quo ad vocem actiuam. Ad passiuam nunc tran-
19 seundum est, & dico, quod † per Regiam Pragmaticam, iam sunt expresè declaratæ personæ eligi prohibitæ. Ideò ad ipsam me remitto. Possent aliæ personæ simili, vel maiori ratione etiam procul pelli, vt
20 in casu nostro dictum est, si † eliguntur adhærentes, debitores, officiales Barones, vel inquisiti, & vniuersitas litigat cum Barone, ratione boni regiminis, per
21 † Sacrum Consilium, quod est refugium vassallorum, vt dixit Murensis in tract. de authoritate Baronum, vt quotidie prouidetur, sicque electio est nulla, tum eligentium, tum electorum personis, tum ratione formæ,
22 vt vsque dum vidimus. Et † quod electiones Syndici, & officialium, non seruata solemnitate consueta, sint nullæ, tàm ratione loci, & modi conuocandi, quam temporis, decidit in terminis, Bar. in l. 7. incip. actuarios, C. de numerarijs lib. 12. nu. . Bertachin. in repertorio, verbo electio Syndici, & ita decis. pluries dicit Montanarius in d. Pragm. nu. 355. quæst. 23. ibi: secundum ordinem, & modum, quod verum fiat electio. Item
23 adde † quod si dicitur de nullitate electionis, & electus reperitur in possessione administrandi, non suspenditur ab officio. Ita Præsidens infra dec. 264. incip. Fuit conclusum, in fine, secus si administrare non cæpit: ita ipsemet in decis. 419. nu. 1. incip. Sindici, ad quas dixi.
24 † An officialis Baronis debeat interuenire, quod sic regulariter, dicit ipse Pręsidens decis. 446. incip. An vniuersitas Sed si vniuersitas litigare intendit, quod
25 non, & ita † ego, & Doctor Iustinianus meus vtrinque coniunctus frater amantissimus tamquam defensores nostræ patriæ pluries obtinuimus à Regijs Tribunalibus, officialesque Baronis ex commissarijs electionis non interuenire vigore Regiarum Prouisionū
26 obtinuimus, in electionibus Syndici. † An Syndicus refirmari possit anno finito, quod non, vno quidem contradicente, Anna allegatione 15. In causa, volum. 1. decisum dicit, & Viuius, decis. 129. incip. Refirmari, vbi etiam de Officiali iustitiæ; ad quæ vide, quę dico supra, decis. 2. nu. 21. & decis 479. Auditor Petra, ad decis. Capicij 4. in lit. A. Boer. quæst. 149. Brunorus à Sole, in Compendio Resolutorio, in verbo, vniuersitas tota, & Montanarius, in allegata Pragmatica, nu. 305.
27 quæst. 11. Et ad illam quæstionem, an † suspendatur administratio, si opponitur inhabilitas ante quam electio fiat, Albericus in l. Imperatores, § idem rescripserunt, ff de Decurionibus, Cæpolla Cautela 234 incip. Si quis vult, Didacus Couar. lib. 1. resol. cap. 15. nu 9.
28 10. & 11. vbi, an † cogatur contribuere in expensis hic electus, num. 3. & latissimè Montanarius, in d. Pragmat. quæst 27. à nu. 362. vsque ad nu. 372. & nu.
29 seq. an † benè soluatur ipsi Synd. pendente discussione, & dicit solutionem prodesse soluenti, si pecuniam in beneficium vniuersitatis versam esse probet soluens,
30 quod est difficile: ideò † ego dixi, non esse soluendum dicto Syndico ad euitandum prædicta, motus ex consilio Cephali 353. volum. 3. & dictis ex Petra, Rauenna in Singulari 514. Menoch. lib. 6. præsump. præs. 61. Mascardo in primo libro probationum, conclus. 87. numer. 5. & nouis. ex consideratis per Ioan. Baptistam Costam in tract. hoc anno 1606. edito, de Ratione rata. quæstion. 67. numer. 6. vt dixi in decis. huius Præsidis amplissimi, 206. incip. In causa Magnifica. Item adde huic numer. 2. & decis. 264. omninò Ariminum Tepatum, lib. 1. var. iuris sententiarum, in tit. de Officialibus, & Officijs in genere, vbi
31 idem quod hic Præsidens, quod † ad idem officium per quinquennium, ad aliud diuersum per triennium ipsemet administrans admitti non debet, latissimè Montan. in allegato §. 16. à numer. 4. vsque ad 8. vbi ex
32 dec. 210. & 264. dicit, tam † nolentem, quam volentem nō esse admittendū, ne ex cōtinuatione cūctis subditis molestus fiat, & ipsum Ariminum vide ibidē ad plura,
33 tam quo ad officia iurisdictionalia, quam administratoria. Item adde, quod † si ad Baronem spectat confirmatio Syndici, vel gubernij, Baro non potest confirmare ex duobus electis illū, qui pauciora suffragia habet,

sed

ſed iſtum qui plura, alias confirmatio non procederet,
& vera iniquitas eſſet. ita in terminis Conſiliarius Sci-
pio Rouitus laborioſiſſimus Doctor, *in allegata Prag-
mat. 2. num. fin. & ibi plura circa confirmationem.*
34 Quod † ſi Baro priuilegium habet confirmandi, vel
eligendi vnum ex nominatis, vel nominandis Vniuer-
ſitas non debet vltra tertiam vicem electionem facere,
& plura alia circa materiam electionis faciendæ, &
35 confirmationem. Item adde, quod † electi ad offi-
cium vniuerſale exercendum, eiſdem modis cogun-
tur ad exercendum, quibus tutores, & capiuntur de
facto, *l. ſi quis magiſtratus, ff. de muneribus, & hono-
ribus.* Platea, *in l. ſi ad magiſtratum, & in l. ex do-
mibus. C. de Decurionibus, lib.* 10. Alexan. *ad Bart.
in l. munerum, §. iudicandi, ff. de mun. & honoribus,*
36 vbi, quod † electi poterunt extrahi de domo, ipſo-
37 rum bona conſignari ſucceſſoribus. Item † puniuntur
pœna poſita *in §. quæ verò aguntur, in auth. de defen-
38 ſoribus.* Item † poterunt carcerari, & banniri: Hæc il-
39 le, in verbo, Tabellio, prout etiam † cogitur quis eſſe
pecuniæ publicæ collector. & exactor, Alb. *in l. mune-
40 rum. ff. de mun. & honor.* Hęc † excuſant ab huiuſmo-
di officij acceptatione exigendi, dignitas ætas, vel infa-
mia. Ita in terminis Bart. *in l. 1. n. 18. C. mulier, & in quo
41 loco, lib.* 10. † excuſationes plures ſunt ab officijs vni-
uerſalibus, quę ſub ordine inſerentur & infra, quę tem-
42 pora, declarabitur. Prima † excuſatio eſt nobilitatis ra-
tione, ſi Nobilis ad officium vile, vt puta, cuſtodiā por-
tarum, vel ſimile, eligitur. Bar. per illum text. *in l. fin.
C. de ſusceptoribus, præpoſitis, & archarijs lib.* 10. *ſu-
43 perius citato.* Secunda † excuſatio eſt ratione perpetuæ
ægritudinis, *l. 1. vbi Doct. C. qui morbo ſe excuſant. lib.*
44 10. Tertia, † ætatis, vt toto *tit. qui ætate, C. eo. lib. text.
in l. 2. § fin. ff. de decur.* vt puta, decrepitæ, etiam æta-
tis, *l. ſextum decimum, §. corporis, vbi* Alber. *ff. de
45 vacatione munerum,* Sed qualiter † iſta ſenectus ex-
cuſationē pariat Platea *in leg. 2. C. de his, qui non adim-
pletis ſtipendijs, eod. lib.* 10. *& in leg. ſi vltra, & in l. ſi
decurionatus, C. de decurionibus, libro prædicto.* quod
intelligitur, quo ad officia in quibus de perſona eſt ſer-
46 uiendum, ſecus † vbi eſt aſſiſtendum, vel conſulendum,
vt faciunt deputati. vel electi. Ita Bald. in terminis, *in l.
47 decernimus, nu. 2. C. de ſacroſ. eccleſ.* quia † honor eſt
ſedere ante alios, & dignior eſt, quid ſedet à dextris, &
ideò primogenitus Regis, ſedet à dextris patris, vt poſt
Frecciam *in lib. ſubfeudorum concludit* Antonius Sur-
gens, *in libro de Neapoli illuſtrata, c. 27. latiſſimè* quia
48 † nemo ab hoc munere aſſiſtendi, & conſoluendi ex-
cuſatur *l. ſi decurio fortunam. vbi* Platea, *eod. lib. de de-
49 curion.* Inde eſt, quod † prohibitus officium exercere
iuridictionis, non repellitur à conſulendo, Bal. *in auth.
ingreſſi, num.* 14. *in fin. ibi: ſed quod exequutores, cum
conſ. eorum gerant, iſtud poteſt bene fieri, C. de ſacro-
50 ſanctis eccleſijs.* Quarta † indignitatis, quia illa etiam
excuſati, & ideò ſi indignus eligitur non cogitur offi-
51 cium acceptare: quia † ipſe pœnam incurreret acci-
piendo. Abb. *in c. præterea, nu.* 11. *de teſtibus,* & pœ-
nam purgare non poſſet, Capic. *deciſ.* 178. *nu.* 3. dixi
52 indignitas, quia infamia non excuſaret, ne † infamis
recuſare poſſet officia. Innoc. *in c. ſciſcitatus, de re-
53 ſcriptis.* Platea, *in l. nec infamis, C. de decurionib.* Sed †
quis dicatur infamis, textus eſt *in cap. infamibus, de
reg. iur. in* 6 Dec. *conſ.* 60. 1. *p.* illum dicit eſſe infamem,
qui publice verecundiam eſt paſſus, latiſſime Bertachi-
nus, *in verb. infami. ſi is apud graues authores eſt cōui-
54 ciatus.* Quinta eſt excuſatio † relegationis, ſiue cōfina-
tionis occaſio, Platea *in l. ad tempus, C. de his qui in cō-
ſilium dati. lib.* 10. niſi confinatio fraudulenter ſit pro-
curata; Ita in terminis Platea, *in l. prouiſum C. de decu.*
55 Sexta cauſa eſt † excuſandi, ſi quis in duobus locis eli-
gitur, *l. proponis, C. quando prouoc. nō eſt neceſſe,* vt pu-
ta, ſi eligitur in loco originis, & domicilij; nam debet in
vno excuſationē habere, Platea, *in l. exemp. C. de decur.*
56 *& in l. ciues, C. de incolis.* Septima † vera excuſatio
eſt excommunicationis ſētētia, quia excommunicatus
eligi ad officium ſiue iuriſdictionis, ſiue adminiſtratio-
nis non poteſt, additionator ad Abbatem, *in c. ſi duo-
bus, de appellat.* Ripa, *conſ.* 21. *de reſcriptis.* Octaua
57 † excuſatio eſt, ſi electus Reipublicæ debitor eſt, ità
58 Ripa, de *Peſte, 3. par. nu.* 260. Nona excuſatio eſt † pri-
uilegium Principis, & immunitas ab adminiſtratione;
59 Platea, *in l. 1. C. de priuil. lib* 10. Decima eſt † depen-
dens ex numero liberorum, *l. 1. vbi Doctor. C. qui n. li-
berorum ſe excuſant,* de qua videndus eſt Ferdinandes,
in l. ſi quis decurio, C. de decurionib. & hic Præſidens, *in
60 dec. 65. incip. in cauſa.* vbi decidit, numerum † quinq;
liberorum non excuſare ab officio electi Ciuitatis, ea
ratione: quia dicitur honor, non onus. Vndecima eſt
61 excuſatio † ſi filius familias eligitur anno ſequenti ad
officium vniuerſale, quod pater eius genitor exercuit
in anno proximè præcedenti; Ita in terminis Platea,
in l. 1. C. de mun. & hon. non continuandis, Sed hæc opi-
nio mihi non ſatisfacit: quia alia eſt perſona filij, alia
62 patris. & ipſam refutat † Doct. Rouitus ingenij maxi-
mi vir, *in Pragmatica,* ſed adminiſtrator vniuerſitatis,
& ego *in meis forenſibus controuerſijs, controuerſia
centeſima, incip. Pater, & filius.* Duodecima excuſatio
63 ponit, † ſi quis perpetuo priuatur officiorum vniuer-
ſalium adminiſtratione ex delicto, *l. reus ff. de munerib.
& honor.* Felin. *in c. omnipotens Deus, de accuſationib.*
64 Decimatertia eſt excuſatio † ſi vno eodemq; tempore,
& in eodem officio pater, & filius genitus cum genito-
re patre coneliguntur, *vt in allegata Pragmatica latè,*
65 & Montanarius *ibi.* † Excuſatio autem ab exercendo
munere, infra dies quinque *l. qui ad ciuilia. & l. nomi-
nationes. C. de appell. c. nominatione 2. q. 6.* Platea *in l. 2.
66 n. 5. de decurion. lib.* 10. proponenda, ſed † infra duos
menſes eſt finienda citato Concilio, quod electionem
fecit. *l. 1. C. de tempor. appellat.* Bart. *in l. vnica C. de
67 ſumptu recuperando lib.* 10. Sed † cuius expenſis in-
ſtantia appellationis excuſationis fiat. Lup. *in rubr. de
don. inter vir. & vxor. §. 39. in fin.* & Oldr. *conſ.* 38. Alia
ponunt Abb. *in c. delicti, de except.* Feder. de Senis, *conſ.*
227. & Ripa, *reſponſo 21. gl. in c. Vt circa, in verbo, ali-
68 qui de elect. in* 6. vbi quod † quilibet de populo de inua-
liditate electionis dicere poteſt; & ita concludit etiam
69 Montanarius. Item ad hanc deciſionem adde, quod †
electi antequam exercere incipiant, debent iurare de fi-
deliter adminiſtrando. Abb. *in c. tranſm. de elect.* Platea,
in l. per hanc, C. de erogat. milit. an nonæ, aliàs forte poſ-
ſent puniri, vt diximus in iudice: ita in terminis Luc. de
70 Penna, *in l. hac ſanctione, C. de diuerſis offi. li.* 12. Item †
electione facta, electus debet poſſeſſionem adipiſci, aliàs
ius nullum habet, Affl. *in conſtit. compenſatis, rub.* 48.
71 Item † debet electus ex ſui parte omnia adimplere, quę
requiruntur in eius commiſſione, & officio, Archid. *in
c. ſi quis. 42. diſt. in.* Rip. *in 3. p. de peſte, n. 30. verſ. poſſet.*
72 Notabiliter adde ad hanc materiam, quod † etiam in
electionib. faciendis ſunt præcedentiæ. & ideò origina-
rij præferuntur exteris, in voce paſſiua, & electione
facienda, in officijs vniuerſitatis beneficijs, Eccleſiarū,
& alijs, Freccia *in lib. 2. ſub feudorum, q.* 23. Caſſ. *in ca-
thalogo gloriæ mundi, p. 11. concl. 22. verſ. ſi.* Montanar.
in prag. 2. n. 333 fol. 19. & ſic nobiliores, Gram. *conſ. ci-
73 uili 6. Anton.* Item adde, quod † ſi electus ad aliquod
vniuerſale officium, agit interdicto, reſtituendæ, tam-
quam officio priuatus, non ſolum debet probare ſuam
electionem factam rectè, ſed etiam poſſeſſionem per in-
greſſum officij, Bellamer. *dec.* 17. Affl. *in conſt. cum ſatis,
74 ſuperius allegata.* An † autem podagra excuſationem
pariat, & an officialis podagricus ſalarium debeat ha-
bere Doctiſſimus Iureconſultus, & integerrimus Con-
ſiliarius Carolus Tapia *in c. Regni. item prædicti Caro-
li 2. el. 35 fol. 115. col. 2. vbi de duob.* Conſiliarijs poda-
75 gricis, Fenice & Fornario meminit. Item adde, quod †
Iudæus non poteſt eligi ad officium adminiſtrationis,
vel iuriſdictionis, textus eſt *in c. conſtituit,* 17. *q* 4. Ana-
nia, *in c. cum ſit, de Iudeis,* niſi eſſet Iudęus conuerſus,
vel inſignis, & perſona decorata. Fel. *in c. eam te n.* 12.
76 *de reſcriptis,* & Franc. Rip. *ibid. n.* 39. Item nota, † quod
electio

electio, quando est facienda fieri debet infra legitima
tempora, aliàs non valet. Cepolla allegata cautela 232.
Item Syndicus nō eligit successorem sed nominat quia
77 † differt electio à nominatione ita Bertachin. in ver-
bo, electio, & nominatio, & Scribentes ad d. pragmat.
78 causa, de administratione Vniuersitatis.† Baro an pos-
sit interuenire in electione noui regiminis, pro mea pa-
tria decisum est, non posse interuenire Michaelem Ie-
sualdum Baronem in anno 1536. vt in processu in alle-
79 gata bancha Scacciauenti tunc Bozzauonæ 13. † Eli-
gere quid sit, declarat clementina, statutum, de electio-
ne, & nihil aliud est nisi ex pluribus aliquos assumere,
ita Foller in cap. Regni, item statuimus, num. 28. in tit.
Quod laici non se intromittant in electionibus ecclesia-
80 sticis. † Electus ad officium si non exercet facto tertij,
per integrum tempus, non potest petere suppletionem
ex altero anno, sed agit ad interesse contra impedien-
tem. Ita Presidens infra dec. 419. incip. Syndici, vbi in
81 facto casus de Syndico Melphitti: Sed an † officialis
administrationis possit cedere officium inuita vniuer-
sitate, videtur dicendum, quod non: ex rationibus con-
tra officialem iurisdictionis, quæ hic Præsidens in decis.
406. incip. officiales, maximè quia fortiores sunt ra-
tiones contra officialem administrationis, quam iuris-
dictionis, sicut ex his etiam non posse amoueri absque
causa iudicarem, vel saltem prouidendum esset vt dicit
82 Præsidens in dec. 8. incip. Bart. † Syndicus, an appel-
latione officialis veniat, ita, vt ipsum offendens per so-
lam Magnam Curiā puniatur, sicut offendens officia-
lem iurisdictionis: dic quod non, sicut nec electi, Came-
rarij, & Baiuli, & ipse Syndicus etiam si offendit, ab or-
dinario suo cognoscitur, & punitur, nisi delinquat in
administratione iurisdictionis sibi competentis Ita de-
cidit Regia Pragmatica Comitis Oliuares, incipiens:
Essendoci stato supplicato, sub die 29. Ianuarij 1599. &
83 ita obseruatur: † Literæ Vniuersitatis nomine scriptę,
licet ex sigillo cognoscantur, vt dicit Paulus de Castro,
in l. admonendi, nu. 42. vers. circa tertium, ff. de iure-
iurando, vbi Purpuratus, nu. 166. & latissimè Mascar-
dus, de Sigillo, in lib. 2. verbo, Sigillum, conclus. 1308.
& nouissimè Arisminus, aliàs allegatus, lib. 1. in tit.
de fide priuilegiorum, & in tit. de sigillo, & latissimè.
Menoch. de arbitr. iudicum, casu 113. & Gabrielius
conclusion. 4. in tit. de probat. Tamen per Reg. Pragm.
Comitis Oliuares, incipientem, La malitia sub die
22. Iulij, 1585. ordinatum est, quod literæ subscriban-
84 tur. Item nota, quod hodie Syndicus, & † admini-
strans bona Vniuersitatis, quolibet modo tacitam hy-
pothecam in beneficium vniuersitatis contrahit, vt ex
Pragm. sub die 31. Maij 1597. & Vniuersitas agit ex
ea contra administrantem, personali actione, contra
tertium possessorem, & discusso principali contra fi-
deiussorem. Rouit. d. Pragmatica, Quin etiam. Et
85 nota, quod † Syndicus dicitur procurator Vniuersita-
tis ex eo dictus, quia singulorum de Vniuersitate cau-
sas dicat simul, vt notat Glos. in § fin. in verbo 2 elit. in-
stit. de Curator. Speculator in tit. de his, qui alieno no-
mine, nu. 3. & in tit. de Syndico, & Carpanus latè in lib.
1. Statutorum Mediolan. cap. 5. nu. 5 & cap. 65. nu. 20.
86 & cap. 422. nu. 1. † Qualiter de iure communi Syndi-
cus constituatur, quid sit Syndicus, quæ agere, & an
obligare bona singulorum possit, latissime Virgin. Boc-
87 cat. in constitutionibus Marchiæ, glos. 6. † An Syndi-
cus causam à se inceptam, finito officio prosequi te-
neatur, Carpan. in dicto libro, cap. 124. post ipsum Boc-
88 cat. in allegata constitutione, † Anna pater, definit Syn-
dicum, eumq. Ciuitatis defensorem dicit, per textum in
l. munerum, § defensor ff. de mun. & honor. in alleg. 130.
incip. Potestas, vol. 2. nu. 9. Antonius Surgens in dicto
libro de Neapoli illustrata, c. 11. num. 26. ubi de Syn-
89 dico Ciuitatis Neapolis. † An Syndicus sit creandus
ad sonum campanæ, Bart. in cons. 7. lib. 10. & Antonius
Surgens, d. cons. nu. 31. & sequent. vbi plura de cam-
pana, quæ essent videnda etiam ex doctissimo hoc
Regente de Franchis, in præm. consuetudinum Par-
thenopeiarum, in verbo, Campana, num. 20. adde
Neapodanum, dicentem populum sono campanæ con-
uocandum, & ibidem quod minores, & mulieres non
90 habent vocem in Consilijs. † An Syndicus habeat li-
beram administrationem sicut pater, Capic. decis. 5.
numer. 1. & ibi additionator, quod Syndicus facere
potest etiam, quæ requirunt speciale mandatum:
91 Quod † autem Syndicatus, & officium exactoris col-
lectarum, sit munus personale, Capic. decis. 118. nu.
92 2. † Sigillum vniuersale, vel cassa penes quem debeat
conseruari. Dic penes digniorem, & nobiliorem (si
aliàs consuetudo specialis deest) Capic. dec. 27. n. 8. sicut
regimen Vniuersitatis esse debet apud nobiles, ibidem,
& in terminis Antonius Surgens in dicto lib. 1. cap. 12.
93 numer. 4. † Syndicus an possit constitui à certa parte
Casalium; Anna pater, Singulari 76. incip. certa parte
vbi quod etiam inuita Ciuitate hoc facere potest,
94 & † habuit in facto in Ciuitate Nuceriæ Paganorum,
95 † Sigillum vtrum probet, & quando, Anna pater, Sing.
480. incip. sigillum, & an sit substantiale in literis Re-
gijs, Salernus, in §. quarum, in proœmio Consuetudi-
96 num Neapolis, in lit. B. fol. 40. † An Syndicus, & ele-
cti hospitari teneantur, & collectas soluere, vel contri-
buere, Anna pater, Singul. 482. incip. Syndicus, vbi
97 quod contribuunt cartellas hospitandi. An † solus
Syndicus hoc facere possit, vel ipse, & eius Decurio-
nes, videtur ex supra allegatis, quod solus: quia libe-
ram habet administrationem, tamen in contrarium
est veritas, quia cum ipse nihil aliud possit agere, quam
ea, quę sibi a Decurionib. suis mādantur, ipse nihil potest
de se ipso agere, tanto fortius, vbi est consuetudo car-
tulas hospitandi in electis facere, vt in mea patria,
98 aliàs posset puniri iuribus claris. † An gubernium pos-
sit immunitatem concedere alicui, Olascus decis. 95.
num. 20. 21. & 25. Ioseph. Ludouic. decis. Perusij, 9.
Latissimè Arisminus lib. 2. in tit. de iure immunitatis,
99 & Montanar. in dict. Pragm. An † possit hospitari fa-
cere Doctores non legentes, sed actum aduocandi e-
xercentes, Magonius decis. Lucensis 6. Vitiius, decis.
162. lib. 1. Paris, in tract. Syndicatus, verbo, Doctor,
qui dicit, quendam officialem punitum, quia hospitari
Doctorem coegit Ioannes Grandis de Bello exulum, &
Campania, in cap. Regni, item stipendiarij, num. 24. &
ibi de Baiulis & Magistris iuratis, in tit. Quod famili a-
res Iustitiarij, & in cap. Item statuimus, num. 7. in tit.
Quod domus Prælatorum, licet Carauita contra pro-
priam professionem loquatur, & male, quia Docto-
rum abundantia non debet pati detrimentum, sed glo-
riam, ex his, quæ Imperator in §. 1. & fin. institutio-
100 nibus in proœmio: Item adde, † quod Syndici tanta est
potestas, quod suæ Vniuersitati potest, & valet sti-
pulari, Glossa, in verbo, nihil agit, versic. item fallit
in actore municipum instit. de inutilibus stipulationi-
bus. Antonius Gabriel. Roman. lib. 3. conclus. tit. de
verbor. obligat. conclus. 1. num. 104. 18. limitatione,
latissimè, vbi plura de tutore, & administratore, an fi-
101 nitis administrationibus stipulentur. Item adde, †
quid si Syndicus, & electi illius anni, quo venditur per
Regem Terra Baroni, vel per Baronem, non petunt
Demanium, an Vniuersitas restituatur, quod sic, di-
cit decisum Regens de Curte, in primo libro Diuersorij
feudalis, cap. 1. nu. 57. Sed hodie per Regiam Pragma-
ticam, anno finito, restitutionem non dari concludit;
quod ego intelligerem, si ipsum Gubernium non fuis-
set in dolo; vel, si tantum haberet in bonis, quantum
interesse passura esset Vniuersitas ipsa, nam si dolo ver-
sati essent, vtique restituendam esse concluderem,
modificando Regiam Pragmaticam his medijs quibus
Anna in repetitione constitutionis, Diua memoria,
102 numer. 261. vbi latissimè † casus in facto de Dema-
nijs; & ponit tres decisiones. Primam, vt tempus
iudicis arbitrio statui possit; Secundam, vt possit dari
secūda dilatio. Tertiam, quod non detur purgatio mo-
ræ. Sed ille loquitur ante Pragmaticam; pro modifica-
tione Pragmaticę, vt dixi adaptantur media posita per
hunc

hunc Præsidentem *infra, decision.473.incip. conclusum fuit*, & *decisione 290. incip. Procurator.& decis.*
439 incip. Petita remissione & 282. incip. si minor, &
alia posita per Vrsillum *in decision.* 175. vbi de Minore
Ecclesia, & Vniuersitate, & *in decis.* 356. *num.4.& 5.*
103 † vbi quod Minor aduersus sententiam, restituitur,
& Præsidens de Franchis, optimè, *in dec.86.incip. Assensum,num.7.& sequent.ad quam dixi*, & Thesaurus
104 *decision. Pedemont.* 181. *incip. Sententia bene*: An †
Syndicus, durante officio, possit cogi ad reddendam
rationē. Dic, quod non, exemplo tutoris, tenetur
tamen ad quandam extraiudicialem redditionem rationis,
suis electis, prout tutor contutoribus, vt videant
quomodo vniuersalia negotia vadant; ita potest
colligi ex dictis à Magonio, *in decis. Florentia, 74. incip.
Iulius,nu.3.ex text.in §.si parens,in l.3. vbi.* Odofred.
& *aly.ff.de administrat. tutoris*, & ibi plura Magonius
de diuisione tutela, & an tutores teneātur in so-
105 lidum, licet vnus administret. † An Syndicus, &
Vniuersitas teneatur ad armandum contra latrones,
& acclamandum, & an debeant dare præmium capientibus
ipsos, & an teneantur ad emendam damni,
106 Vrsill. *ad Afflict. decis.* 265. *numero* 5. 6. & 7. *vbi* †
quod Vniuersitas pro capiendis malefactoribus etiam
absque licentia superioris, potest se congregare absque
pœna, & etiam ex alia iusta causa, quod est no-
107 tandum, & plures allegat † An Syndicus pecuniam
vniuersalem possit sibi mutuare ad honestum lucrum,
quemadmodum, si daret alijs, videtur dicendum
quod sic: per ea, quæ de tutore scripta reliquit Magonius
in decis. Florentia, numer. 30. *ex Consilio* Cor-
108 nel.198.*incip. Quamquam in hac num.9.vol.*1. † Tamen
hoc intelligeretur, si palam faceret. Sed hodie
vereor, ne virtute Regiarum Pragmaticarum molesta-
109 retur, ideo cogita † An tutor, & Syndicus possint
mittere dona, & munera aduocatis, & alis consueta
mitti, & excusetur in redditione rationum. Præsidens
hic in tutrice dixit excusari: ita credo quo ad Syndicum
allegatis per eum *in decis.* 178. *incip. De iure, nu.
8. per glossam, in l. cum in plures, §.fin. ff. de admin-*
110 *strat. tutorum*. Item adde † an Syndicus teneatur
solum negotia incœpta perficere, vel de nouo inchoare,
dic, incœpta de iure, ita Magonius *allegata decis.
1. numer.* 50. sed si ei à Decurionibus, vel Consilio
publico mandatur, non modo incœpta, sed inchoare,
111 & perficere, † Vniuersitas ad hoc, vt possit puniri
pecunaria pœna, requiritur quod ad sonum campanę,
conuocato Consilio omnes de Vniuersitate delinquant,
non quod Syndicus, & Decuriones solum,
vel Syndicus solus, & quando Vniuersitas vniuersali
nomine dicatur acquirere, & quid sit probandum, &
an liberatio facta in vniuersum, singulos de Vniuersi-
112 tate liberet, & † an scientia, & præsentia Syndicorum,
quo ad ius acquirendi, ius incidendi nemora alterius
terræ, vel pascūlandi, præiudicet illi terræ; &
de delicto in ommittendo, latissimè Vrsill. *ad Afflict.
decis.* 376. & ibi Casus, in quibus Vniuersitas potest
113 se absque licentia congregare. † Syndicus, & Decuriones
an possint Baroni cedere lites vniuersales, vel
supersedere dico, quod non; Nec maior pars vniuersitatis
etiam potest si vnus contradiceret. Ita in termi-
114 nis Anna pater, *in allegatio.* 53. *In hac causa*. † Decuriones
an aliquid facientes, obligent vniuersitatem
ad damnum, ipsemet *in allegatione 21. incip. Item
credo. numer.* 7. & *seq.* vbi quod nobiliores debent regere
Vniuersitates, non alij, & ita Montanarius *in
Pragmatica 2. nu.* 264. & ante ipsum Thomas Grammaticus,
in cons.Ciuil.6.incip. Magnificus Antonius de
115 *Bononia,vbi* † seniores, ditiores, & nobiliores anteferri,
& preferri iuuenibus pauperibus, ignobilibusque
116 concludit. An autem † si per Syndicum fit procuratio
ad exigendum, vel creantur collectores collectarum,
Syndicus constituens teneatur soluere, & exigere
a procuratoribus, seu collectarijs, vel Syndicus successor,
seu Vniuersitas possit, & debeat exigere a Collectarijs;
Hanc quæstionem ponit Ioanes de Platea, *in l.
missi opinatores, C.de exactoribus, lib.*10. & post eum
Montanarius, *in Pragmatica quinta,num* 42.& *seq.de
administrat. Vniuersitatis*, ad hæc me remitto licet esset
cogitandum, & rationes graues vrgent aduersus
allegata per Pragmaticantem, quas sicut in cæteris vbi
mihi visum est aliud dicere, & modestiæ causa tacui,
117 hic omissas volui, vt hæ alijs omissis sint sorores. †
Electio qualiter sit facienda Syndici, & Decurionum,
& per quos, qui possint eligi Collaterale Consilium
iam circa quædam disposuit, & verba sententiæ, in causa
Neritoni, sunt infrascripta 14. In causa particularium
Ciuitatis Neritoni, cum ipsamet Ciuitate super
reformatione electionis ipsius Ciuitatis Neritoni, vt
in actis, die 24. Nouembris 1603. Neapoli. Facta relatione
suæ Eccellentiæ in Collaterali Consilio per Illustrissimum
Marchionem Corleti, Regentem Regiam
Cancellariam, ac Regium Collateralem Consiliarium,
& præsentis causæ Commissarium fuit prouisum,
& decretum qualiter electio Regiminis Ciuitatis
Neritoni, fiat in hunc, qui sequitur modum, videlicet.
Decuriones veteres inter se conuenientes nominent
nouos, vnusquisque successorem, & prænominatis
ijs, qui à collegis omnibus, vel à maiori eorum
parte approbati sint, præponantur in publico consilio
Ciuitatis, & habentes maiora suffragia, quæ secretè
ferantur, electi remaneant: quod si nominati omnes,
vel eorum aliqui, repulsam tulerint, in eorum locum
alij proponantur donec fuerint nominati per vniuersum
Consilium, vel maiorem partem admissi;
Idemque seruetur in nominatione Syndicorum, Auditorum,
atque omnium aliorum Magistratuum, ac Officialium
Ciuitatis prædictæ, qui omnes à Decurionibus
nominentur tantum, & suffragijs secretis Consilij
approbentur. Seruetur etiam in eligendis Magistratibus
vacatio munerum, ita vt ad idem officium per
quinquennium, ad diuersum per triennium, eædem
personæ non admittantur, nisi in defectum idoneorum,
atque habilium, Reipublicæ vtilitas aliud
suadeat, quo casu accedente Consilij consensu, possit
fieri electio, non habita ratione vacationis prædictæ.
Debitores Vniuersitatis, ac litigantes cum ea, nec ipsi
eligantur, nec in aliorum electione suffragij ferendi
ius habeant, & forma prædicta in omnibus ex nunc
in antea electionibus faciendis seruetur, non obstantibus
Consuetudine, Decretis, ac Ordinationibus
contrarijs quibuscumque, firma tamen remanente
pro præsenti anno electione iam facta, hoc firmauit
Goriostola Constantius, Regens de Castellet Regens.
Extracta est præsens copia à suo Originali Decreto,
cum quo facta collatione, concordat meliori semper
salua, Marcus Antonius de Ligorio Regius scriba
mandati. An autem postquam de alijs personis, quo
ad actiuam vocem, & quo ad passiuam non est facta
118 mentio in hac sententia, an † videantur habilitatæ,
& videtur dicendum quod sic, *l. cum prator, ff. de
iudicijs, cum similibus*, sed in contrarium est veritas,
nam licet Lex, vel Statutum aliquid statuat ex aliqua
causa, tamen si maior, vel similis causæ narratæ in
Statuto, vel Rege interuenit, illa causa non intelligitur
exclusa, prout dicimus de causis exhæredationis,
vel de causis ingratitudinis, quo ad reuocandam
donationem, & alijs. Sed vnum apud me notandum
iudico *ad numerum primum, in fine huius
decis.*210 *circa textum,in l.2.C.de muneribus, & ho-*
119 *noribus*, non continuandis, quod † ille tex tus intelligi
debet, scilicet, vt inuitus quis non astringatur
ad exercenda eadem munera, vel onera. Cęterum
si vellet, & Vniuersitas ipsum ad illa vocaret, textus
ille meo iudicio locum non vendicaret, dummodo de
vno anno, & sequenti continuatè non fiat, cum officia
etiam administrationis debeant esse annalia, *vt dixi hic
& in decis.* 409. 526. & *decis.* 2. & concludit Franciscus
Viuius *decis.*129. *volum.*1. *suarum decisionum*; &
ratio est quia hæc continuatio improbata est, vt patet
ex

ex l. Diuus. vbi gloss. singularis. ff. ad municipalem. de incolis, & in proprijs terminis decidit Ioannes de Platea, in l. 1. nu. 2. ib.: secus est in interuallis, C. de mun. non continuandis. lib. 10. De Limitationibus glossæ in dicta l. Diuus, tractatur in l. honor. §. fin. in hac decis. allegato, & in l. 1. C. de mun. & honoribus non continuandis, vt supr. dixi, & non alio modo, vt declarat bene ipse Platea in l. si quis iam, C. de Decurionibus. lib. 10 &
120 DD. in l. legato. ff. de vacatione munerum; & ideo † confirmatio, vel refirmatio pro anno sequenti, etiam vno contradicente non fit. Andreas ab Exea, in cap. cum omnes, num. 167. de Constitutionibus, & in termi-
121 nis Viuius, in allegata decis. 129. † An significatoriæ per rationales Vniuersitatis videntes computa, exequutionem paratam habeant, ex decisione de Franchis nostri Præsidis, videtur dicendum quod sic, ex principio dec. 347 vbi decidit, eodem modo summarie reuisionem significatoriæ faciendam, prout facta est computus visio, vt eadem sit ratio secundæ instantiæ, sicut primæ, vt dicit in decis. 408. 252. 5. & 528. Sed meo iudicio aliud esset dicendum: quia nec in §. 9. nec 12 in Pragmatica quinta de Administratione Vniuersitatis, hoc dicitur, & Pragmatica circa significatorias priuilegiatas pro exequutione loquitur solum in significatorijs Regiæ Cameræ, vel eorum Commissariorum,
122 quia † qui per alium facit per se ipsum facere videtur, ita est text. in Pragm. 37. incip. Serenissimus. & Pragm. 38. incip. Ferdinandus, eod. tit. quæ significatoriæ tunc priuilegium tale habeant, quando auditis partibus sunt expeditæ, text. est in dicta Pragmatica 38 §. quæ omnia. Item, quando expeditæ sunt significatoriæ per eosdem rationales electos à Regia Camera, secus ab eis substitutos, vt in Pragm. 8. incip. Cum rationalium. eod. tit. Bene tamen verum est, quod & significatoriæ rationalium electorum per Vniuersitates hoc priuilegio de iure non gaudent, tamen si super eis perceptor prouincialis, officialis, loci, vel Regia Camera authoritatem, vel brachium benignè impartiuntur, exequutioni mandantur, sicut priuilegiatæ significatoriæ mandantur:
123 Nec est omittendum vnum notabile, † quod si Syndicus, vel administrator Vniuersitatis adit Regiam Cameram pro visione eius Computus reddendi, quod admitti non debet, sed remitti ad locum vbi administrauit, vt aliàs dixi. Textus est in d. l. C. vbi ratiocinijs publicis, vbi DD. & ita decidit Montanarius, in §. 12.
124 nu. 18. & quæst... num. fin. Item adde † quis soluat expensas Commissariorum videntium computa Aimon.
125 Crauet. in consil. 2 8. D. Doctissime Sed † hodie per Regiam Cameram obseruatur, quod ex significatorijs soluuntur dietæ Commissariorum, in alio tempore dietas soluebant de proprio significati, sed si nemo debitor apparet, petens Commissarium, soluit expensas, l. quoniam liberi C. de test. & Aim d. consil. nu. 15. An Baro possit interuenire, & an cap. Foller. & Montanarius in d. §. quæst. latissimè, alia Rouitus in dicta Pragmatica quinta.

ADDITIO D. RICII.

OFficialium vniuersitatis electio est facienda per ipsius congregationem, non verò per antecedentem sindicum, & finito anno vnius non per quinquennium de eodem facienda alia electio, hoc dicit. Adde Montanar. in pr. q. 2. num 358. & sequent. de administratione vniuersitatis, & licet de hac decis. fecerim mentionem in addit. ad dec. 43. tamen hic aliqua addam Vnde nota, quod si ciuitas habeat priuilegium, quod communitas Florentiæ eligat officialem, an possit facere alius istam electionem nomine communitatis, dic quod non, quando consuetudo ita fuit, Decius consil. 286. vide Decium in l. aliud refert de reg. iur. vbi voluit duas partes vniuersitatis interuenire debere, allegat Doct. in cap. cum omnes de const. quid si absentat aliquis, an ad pauciores deuoluatur Dec. consil. 214. vniuersitates possunt facere statuta, & eligere Rectores, qui debent confirmari à præside, Bald. in cap. cum accessissent de const. Aliqui de Villa, an possint congregari ad finem imponendi collectas, vel pro peragendis aliis negotiis sine licentia præsidis, sed cum licentia possunt constituere sindicum Brun. cons. 29 & electio, an sit necesse scribantur nomine omnium Felin. in cap. 1. de sindic. & in materia aduerte debere constare præconi fuisse commissum, vt vocet omnes, nisi omnes essent præsentes, vel absentes à ciuitate vt notatur in c. cum omnes de constitutionibus Capic. decis. 4. num. 3 qui autem debeant ad congregationem vniuersitatis vocari, & quis officialis ciuilis, vel criminalis debeat interesse in Consilio, quod ciuilis per gloss. hic in verb. magistratus Capic. dec. 27. nu. 21 Ann. allegat. 52. nu. 77. Minadoum. dec. 14.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudinem eligendi officiales pro regimine Ciuitatis per prædecessores sine congregatione Vniuersitatis seruandam negat D. Præs. qui impugnatur à Rouito.*
2 *Reg. de Ponte tuetur decisionem respondendo contrarius, & eam sequitur Auctor.*
3 *Ærarius Baronis in præcedenti anno debet vacare ab officio Vniuersitatis in sequenti pro limitatione decisionis.*
4 *Baro an possit se intromittere in electione officialium de regimine, & an valeat confirmare electum à minori parte, & refellitur Amendola.*

1 SIne certamine nemo victor Ingens pugna est, an consuetudo eligendi officiales per prædecessores tantum, non congregata vniuersitate sit seruanda. Et opinionem negatiuam firmat D. meus & ita iudicatum, & passim determinari tradit, ex eo quod modus huiusmodi non reperiatur à iure approbatus, & sit corruptela, quod prius scriptum reliquit Auedan de exeq. mand. lib. 1. cap. 19. num. 23. & ita pluries decisum vidisse testatur Capibl de Baron. prag. 10. nu. 8.

At Reg. Rouit in prag 2. de admin. Vniuers. nu. 23. inquit, quod licet summopere semper detulerit authoritati S. C & D. mei contrarium tamen ipse sentit, quod scilicet hic modus sit expressè approbatus per plura iura, vt in l. 2 §. sed & si successorem, C. ad municipal. l. ordine, & l. libertas, §. fin. vers. nominati, ff. eod. glos. in l. 2. vers. denominauerit C. de pericul nomin lib. 11. & respondet Auendano intelligenti præcitata iura in simplici nominatione, seu propositione facta à prædecessore, istaque postmodum comprobata à tota Vniuersitate, & reiicit hunc intellectum, nam si prædicta iura ita intelligerentur, vtique non esset congrua eorum determinatio quod prædecessor teneatur de culpis, & defectibus successoris ab ipso nominati, quia electio non potest dici facta ab ipso nominante, sed potius ab Vniuersitate, quæ personam nominatim approbauit iuxta doctrinam Bart. in l. vnum ex familia, §. si de falcidia nu. 1. ff. de leg 2.

2 Censuram Rouiti in defensam D. mei, refellit. Reg. de Pôt. tr. de potest. Proreg. tit. de abũd. Ciuit. tit. 2. §. 1. n. 9. vbi tradit iura adducta in contrariũ, loqui de simplici nomi-

nominatione, & non de electione, & magna est differentia inter electionem, & nominationem iuxta *glos. in l.2.C. de peric. nomin. lib.* 11. nec refert, quod in dictis legibus nominator tenetur pro successore nominato, nam intelliguntur iura, quando nominatus fuit confirmatus ab Vniuersitate sub fide, & approbatione Vniuersitatis, doctrina autem Bar. *in l. vnum ex familia, §. sed si de falcid. ff. de leg. 2.* decidit, quod si adunantia generalis eligit illum, quem priores nominauerunt, electus videtur ab adunantia specialiter nominatus, ideoque nominans non eligit, vndè pragmatica loquens de electione, non recipit intellectum à iuribus loquentibus de nominatione.

Et quamuis Rouitus laboret in destruendo responsionem de Ponte, adducens pro se *glos. in l non tantum §. fin. ff. de decurion.* Bar. *in l. super creandis. C. de iur. fisc lib.* 10. nihilominus in Regno practicanda est decisio D. mei *per pr. gm. 2. de administ Vniuers.* disponentem, quod electio debet fieri per ciues.

3 Ærarius Baronis si quis fuit in præcedenti anno, potest deinde assumi ad aliud officium Vniuersitatis in sequenti anno, non enim locum habet *l. C. de muner. & honor. non contin. lib.* 10. præbens excusationem per triennium à diuerso munere, & per quinquennium ab eodem, quia procedit in officijs spectantibus ad Vniuersitatem, & non ad diuersos, ita D. meus addo Montan. *in pragm. 5. de admin. Vniuers §. 16. nu.* 10. Aliud tamen est, cum electio Ærarij spectat ad Vniuersitatem, & inter onera illius includitur, etiam si non sit officium pertinens ad eiusdem regimen Capyc. *dec.* 118. quod notandum pro limitatione dicit Nouar. *dec.* 37. *num.* 11.

4 Opportunè quæritur. An Baro possit se intromittere, & aliquid prætendere in electione officialium de regimine Vniuersitatis, & affirmat Guid. Pap. *q.* 361. Sed contrarium verius est, vt consuluit Alber. Brun. *cons.* 138. *vol.* 2. Et post Bar. *in l. 2. C. de decur. lib.* 10. Petr. *de potest. Princ. c. 15. nu.* 46. Capiblanc. *de Baron. pragm. 10. n.* 47. Cancer. *p. 3. var. c. 13. n.* 16. & Baro habet ius opponendi electo non tamen eligendi, Ann. *alleg.* 15. Capibl. *nu.* 90 Rouit. *in d. pragm. 2. nu.* 46. qui restringunt, nisi aliud sit consuetum, vndè quamplures Domini habent prærogatiuam confirmandi in syndicum, vnum ex pluribus sibi ab Vniuersitate electis, & pro Barone scribit Nouar. *q. for.* 183. & probat ex hac decisione, vbi Baro erat in quasi possessione confirmandi.

Dubitatio suboritur. An Dominus debeat confirmare habentem maiora, vel æqualia suffragia, vel etiam possit confirmare habentem minores voces, & iuxta primam partem dicendum videtur, vt consuluit Staib. *cons.* 52. vbi ita refert iudicatum: addo Amend. *nu.* 33. vbi ex Rouito refert decisionem S. C de anno 1617. facit quod maior pars absorbet minorē, Gratian. *discept.* 811 Beltran. *ad* Ludouis. *dec.* 451. & quod à maiori parte fit ab omnibus factum videtur, & habens maiora suffragia, videtur necessariò eligendus, etiam si minor pars sit sanior, *c. 3. de iur. patron.* ibi, *Plurimorum eligitur, & approbetur assensu*; vt ex Abb. Cardin. *& alijs* Viuian. *de iur. patron. lib. 12. cap 8. n.* 15. Et gratificatio, & optio cadit in paritate vocum Cardin. *in clem. plures eod. tit. Viuian. nu.* 15. & habens minora vota censetur reprobatus, dum maior pars suffocat minorem per absorbitionem.

Aduertendum est quod in causa reclamationis iunctis aulis S. C recessit à decisione relata per Amendol. vt testatur idem Rouit. in vlt. impressione, & determinauit licere Baroni etiam confirmare electum à minori parte, sed intellige si existeret in hac quasi possessione ex Bar. *in constit. ad reprimendum*, quem citat idem Rouit quamuis subobscurè, & nouissimè diudicauit S. C. de anno 1665. pro optimo equite Illust. Principe Rocchæ D. Francisco Philomarino, cum Vniuersitate Rutrensi ad relationē meritissimi Consiliarij D. Pauli Giannettasij, vt in Banca Littæ: alia dicentur obs. 264.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli tenentur seruire Domino cum eorum animalibus soluto salario.*
2 *Vassalli tenentur seruire Domino, qui propria animalia habet.*
3 *Alimenta debito iure actionis debentur, etiam quod quis habeat aliundè, secus si officio Iudicis.*
4 *Baro si tenet animalia, an prosit vassallis.*
5 *Barones per prius vocabantur Capitanei.*
6 *Barones non habebant per prius merum imperium, & quo tempore fuit eis communicatum.*
7 *Barones sunt Regij officiales.*
8 *Inuitus quis non cogitur contrahere.*
9 *Coactus contrahere dicitur in subsidium.*
10 *Officiales non possunt suffragium implorare, quando non habent sufficientem familiam.*
11 *Rex potest compellere subditos ad mutuandum, quando aliundè non habet.*

DECISIO CCXI.

Vassalli obligati seruire domino cum animalibus medio salario, an teneantur seruire si dominus propria animalia habeat, quibus vti potest.

1 NOn dubitatur, † quod vassalli tenentur seruire Domino cum eorum animalibus soluto eis salario, quod colligitur ex Const. Regni, *sic nostra seruitia, & ex cap. Regni, quod incipit, grauamina*, & ex pragmatica Regis Ferdinandi primi, ad perpetuam rei memoriam, per quam taxatur salarium prædictum, & sic infertur, ad seruitia vassallos teneri. Dubitatum tamen fuit in Sacro Consilio,
2 † quod si Baro habet propria animalia, quibus vti potest etiam proferendo, & conducendo fructus feudi ad loca, vbi consueuerunt vendi, an nihilominus vassallus teneatur: dicebat Baro *d. c. grauamina, & Regiam pragmaticam* fuisse editam post d. Const. Regni, sic nostra seruitia, & generaliter loqui, vnde generaliter esse intelligendam. Item dicebat virtute Capituli, & Regiæ Pragmaticæ competere actionem compellendi vassal-
3 los ad hæc seruitia: vnde non refert, † quod hæc seruitia aliunde posset habere exemplo eorum, quæ dicuntur de alimentis, quæ debentur iure actionis, vel officio iudicis, vt in primo casu debeantur, etiam si aliundè quis habeat, secundo non, vt dicit Bart. *in l. libertis quos §. fin. de alim. & cib. lega.* plene Ias. *in l de alimentis, in*
4 *not. C. de transact.* & nouissime dicebat, † Baronem non posse compelli à vassallis, vt teneat animalia, vnde si tenet pro eius maiori commodo, non debet prodesse vassallis, quos ipse non est contemplatus, arg. *l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact.* nec conqueri possunt vassalli, si ipsos cogit ad seruitia præstandum, cum ipsi absque dubio cogerentur, quando Baro non teneret animalia. Quibus tamen non obstantibus hodie decima tertia mensis Iulij fuit, iunctis duabus Aulis, lite pendente decisum contrarium, per text. *in d. Const. Regni, sic nostra seruitia.* in qua statuitur, tunc demum Capitaneum posse cogere subditos, quando non habet equum proprium, & tunc cum salario: ita illam Const. intelligit And. ibi, & Affl. *in Const. Regni, omnes officiales, in 4. not.* vbi legit dictam Const. sic nostra seruitia, & ibi videtur in specie loqui in Baronibus, qui hodie seruitia prædicta exigunt à vassallis, vel quia alio nomine vocātur Capitanei, vt dicit Capic. *in dec. 27. in 9. dubio, & in inuest. in ver. feudatarij Barones*, & Frec. *in rub. de ori-*
6 *gine Baronum, n.* 10. † qui nec prius habebant merum imperiū, quod postea fuit eis comunicatū per Regem Alfonsū primum, vt probat Afflict. *in Const. Regni*, ea

7 qua

7 quæ ad decus. in 1 notab. † vel quia dictum Cap. grauamina, loquitur in officialibus, & barones dicuntur Regii officiales, vt apparet ex dictis Affl. in tit. quæ sunt reg. in verb. potestas, in prin. melius in Const. Regni, Capitaneorum, in 5. not. in fin. & in Const. Reg. pœnam eorum ver 8. si Regij Capitanei, & nouissime Alpha. in repet. Rubricæ ff. de officio eius cui mandat. est iurisd. nu. 125. vers. quibus pariter, fol. 33 & est dictum infra dec. 274. & Petrus Gregor. in tract. de concess. feud q. 10. in 1. par. nu. 24. fol. 30. idem Afflict. in Constit. Regni, Magna Curia nostra, in 5. not. ipsos iustitiarios appellat, vel quia comprahenduntur sub verbis d Regiæ Pragmaticæ dum dicit, vel alium quauis auctoritate fidelem, vel quia hodie eis amplissima priuilegia conceduntur, & quod subsidium vassalli, tenet in specie Niger. in d. c. Regni grauamina, num 41. vers. quid autem. fol. 90. à tergo, vnde dicebatur, quod post quam habemus constit. sic in specie loquentem, non debemus ab ea recedere. Dicebatur etiam, quod etsi hæc constitutio hoc non diceret expresse, prout dicit, nihilominus Cap. prædictum, & Regia pragmatica intelligi debent in
8 subsidium, est enim clari iuris, † quod nemo cogitur contrahere. l. inuitum ff. de contrah. empt. est enim locatio contractus, de cuius natura est, quod à principio sit voluntarius l. sicut, C. de actio. & obligat. cum con-
6 cor. Superuenerunt dictum c. & pragmatica, † per quæ cogitur vassallus locare, intelligentur in subsidium, hoc sentiunt omnes, qui limitant regulam. l. nec emere. C. de iur. delib. & precipue Ias. ibi. & Affli. in prælud. Constit. in 3. q & non recedendo ab interpretatione Capitulorum Regni Sebast. de Neap. in d. c. grauamina, incidenter remittit se ad Cap. Regni, quod in-
10 cipit, subditorũ, ex quo colligit, † quod officiales Regij pro faciendo excutiones contra contumaces, & rebelles possunt fideles regios coadunare, & eorum suffragium implorare, quod tamen intelligit, quando non habet sufficientem familiam quia secus esset, si haberet sufficientem familiam, per text. in l. si qui §. fin autem. C. de his, qui latr. occulta, & l. si quis in hoc genus. §. si C. de episc. & cler. sequitur Niger. ubi in quarta limitatione, idem tenet Lucas in l. fin. C. ne rusticani ad vllum obsequium, col. pen. vers. quid autem, lib. 1. Hinc est, quod licet quis non possit cogi mutuare pecuniam, & hoc limitetur in Rege, intelligitur hæc limitatio, quando Rex non habet de suo, Alb. in rub. de vsur. vers. quendam, quem refert, & sequitur Ias. in l. cunctos populos 12. col. C. de sum. Trin. & fid. cath. quod etiam bene declarauit Cynus in l. neminem. C. de
11 sacros. eccles. quo in loco concludit, † Regem in bellis debere primo expendere aurum suum, & deinde accipere à subditis, & ex predictis dicebatur non obstare d. c. grauamina, nec pragmaticam prædictam quia intelligi debent secundum ius commune, & sententiam d. Constit. quamuis d. c. & pragmat. sint post dictam Constit. edita. Non enim nouum est, quod lex noua, quantumcunque generalis restringatur, & intelligatur secundum legem veterem. l. 1. §. lex. Falcidia. vbi Bart. ad l. Falc. ex quibus etiam, tollitur, quod secundo loco dicebatur de alimentis debitis officio iudicis, vel iure actionis, quia exemplum prædictum loquitur, quando alimenta principaliter debentur, & non in subsidium, prout est casus noster, in quo tunc demum vassallus tenetur seruire Domino ex prædictis, si Dominus propria animalia non habet, & sic etiam tollitur, quod vlt. loco dicebatur, quia licet Baro non teneat mulos contemplatione vassallorum, hoc tamen incidenter prodessit vassallis, qui in subsidium tantum tenentur, & dictum fuit, quod Sacrum Consilium non debet ferre, quod animalia ciuium macerentur, eisque soluatur salarium quod hodie inspecta qualitate temporum nihil est, & Baro cum propriis animalibus, vel ex industria, vel locatione mulorum suorum lucrum sentiat, Longus Actuarius, reperies penes Cæsareum.

ADDITIO D. VISCONTI.

Vide infra decis. 526. & Rouitum in pragm. hic allegata nu. 4.

Num. 3. dum allegat Ias. Adde. quod eum sequitur Dec. in d. l. de alimentis num. 5. Vrsill. in dec. Afflict. 10. nu. 12. & Viui. in opin. 45. nu. 12.

Num. 7. ibi Barones; Adde hunc Dominum in decis. 274. nu. 3. & Vide Carau. in Ritu 49 & Adde hic num. 6. Foller. in cap. regni 106. in princ. Adde Dominum meum Alphan in rub. ff. de offic. eius nu. 129.

Num. 8. & 9 Vide Couarr. lib 3. var. resolut cap. 14. vbi ponit regulam cum limitationibus; Viuium in opin. 1026. par. 3. supra decis. 9. Alphan. Perus. collect. 353.

Num. 10. Adde Robert. Marant. cons. 131. numero 1 & Marcell. Calà de modo articulan. numero 877. & conueniunt scripta per Vrsillum in decis. Affl. 265. num. 5.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Idem salarium debetur pro seruitio paruorum animalium, quod magnorum.*
2 *Tamen differt modus seruitij, quoniam differens onus imponitur dictis animalibus.*
3 *Seruitium potius vno, quam alio tempore imponendum.*
4 *Vassallus cui imponitur seruitium asportandi Neapolim, potest aquè idoneum triticum emere, & consignare.*
5 *Baro habens propria animalia, non potest cogere vassallos ad seruiendum cum proprijs.*
6 *Quod si velit vti vassallorum animalibus, non tantum debet salarium soluere in principio seruitij, sed etiam pront inter ciues, in hoc casu.*
7 *Barones an gaudeant illo priuilegio, quo Princeps.*
8 *Salarium si solui deberet pro homine. & animali, si animal seruiret absque homine, non deberet solui integrum salarium.*
9 *Soliti, tenentur seruire salario mediante.*
10 *Quantum debeat esse dictum salarium.*

1 AD hanc decis. 211. adde † quod licet salarium idem debeatur pro seruitio paruorum animalium, sicut magnorum, vt supr. dec. 152.
2 † tamen differens est modus seruitii taxatus à S. C. quia minorem quantitatem portant parua, quam magna, vt decisum, fuit pro mea patria Petræ Paganæ prouidente D Franc. Beraldo Aquiros, Regio Consiliario, & causarum cum Barone generali Commissario: & hodie est ordinatus per Regiam Pragmat. Don Francisci de Castro, de anno. 603.
3 quantum † debeat esse onus duorum animalium; qui Consiliarius seruitium potius vno, quam alio tem-
4 pore faciendum prouidit. Item adde, quod † vassallus cui iniungitur seruitium asportandi frumentum Baroni suo Neapolim, vel aliò pro victu necessario familiæ, potest æque idoneum triticum emere, & consignare, vbi Baro est recepturus. Ita decisum etiam fuit per eundemmet pro dicta vniuersitate, Anno 1593. quæ decreta tunc in bancha Terraciani conseruabantur. Ad nu. 6 adde, quod hoc idem dicit Author infra, decis. 310. num. 4. fol. 33. vol. 3. & decis. 370. num. 8. nota, & decis. 510. num. 4. ad quam dico. Ad hanc etiam decis. dicen-
5 tem, † quod si Baro habet sua animalia, non potest suos vassallos cogere cum propriis ad seruien-
6 dum, quod si † velit eo casu vti vassallorum animalibus, non modo debet salarium soluere in principio seruitii, vt fuit decisum ab eodem Regio Consiliario pro mea patria, sed fortè

Ggg 2 debe-

deberet soluere prout inter ciues, quia seruitium potius perciperetur ad odium, & vexationem, quam ad Baronale beneficium, ex his, quæ doctissimè Doctor Rouitus christianissimè loquutus est, *in pragm.1. sub tit. de salario eorum, qui mittuntur pro Regia Curia.*
7 Imò † quod Barones gaudeant illo priuilegio, quo Principes, non inconsiderabile priuilegium est. Item
8 adde † quod si pro homine,& animali soluendum esset salarium, si animal seruiret absque homine, salarium integrum ad rationem milliarii deberet solui, sed dempta, vel vnita persona. Ita Consiliarius de Bottis, *Constitutione, sic nostra, sub tit. ne officiales inferant grauamina,* quem refert Carolus Tappia, *in d. Constit. fol.458. colum.1. & 459.* prout pro Vniuersitate Bollitæ referente Consiliario de Haro, fuit factum verbum, &
9 primum † solitos tenere deseruire extra territorium Baronissæ pro industria, bene tamen salario mediante, prout inter Ciues, die 19. Ianuarij, 1584. in Bancha de Felice. Ad nu. 10. adde omnino tu de hoc Foller. *in sua Prattica Crim. verbo, notatos capiat, nu.10.* & Io. Grãdem. *in tract. de Bello exsulum, fol.102. & fol.105. & seq. vbi latissimè.* Ad verbum, hinc est, adde omninò Ioannem Coppen. *in quæst. Saxonica, 59. incip. Super hac quæst. folio 224. & seq. & quæ ego in decis. 9. dixi.* &
10 † quantum debeat esse salarium vassallorum deseruientium pro seruitio Baronis, & Regia Curia cum animali, vel absque, *adest Regia Pragmat. Comitis de Lemos, edita de anno 1600. per quam fuit auctum dictum salarium.*

ADDITIO D. RICII.

VAssalli obligati seruire Domino cum animalibus medio salario, an teneantur seruire, si Dominus propria animalia habeat, hoc dicit. Adde Capiblanc. *in prag. 6. nu. 26. de Baronibus* Rouit. *in prag. 1. de salar. eor. qui mittuntur pro seruit. Cur. nu. 4.* vbi hanc decisionem allegat relati per Thor. *in verb. vassalli, an teneantur fol. 565. col.1. vers. 2.* & vide Nouarium *in collect. decis. coll. ad dict. prag.* vbi multas decisiones cumulat.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Vassalli an teneantur seruire Baroni, cum eorum animalibus, & arguitur contra D. Præs.*
2 *Refert suam opinionem Auctor.*

1 DE parum dialectica argumentatione coargui potest D. meus, dum in principio pro indubitato supponit vassallos teneri seruire domino cum eorum animalibus soluto eis salario, & hoc colligi subdit ex constit. Regni *Sic nostra seruitia. Et c. Regni incip. grauamina.* Ex quibus solum habetur Officiales Regios posse capere animalia subditorum pro seruitio Regiæ Curiæ, & dum Barones dicuntur Officiales Regij, infert propterea posse cogere vassallos ad præstanda seruitia cum eorum animalibus, sed negari potest consequentia à captura animalium subditorum, ad coactionem personalem eorum, quia alias animalia traherent ad se personas, & homo esset minoris conditionis iumento: est beneuerum quod domini animalium sunt obnoxij ad præstationem ipsorum, quæ obligatio dicitur personalis in rem scripta, quæ datur propter rem contra vassallos.

2 Nihilominus vassalli tenentur deferre victualia Baroni, sed non omnes indifferenter compelli possunt, sed habiles, & apti ad dicta seruitia facienda cum eorum animalibus, ita quod omnes æqualiter seruiant, & quod vnus non grauetur plus altero, soluto salario vt decisum in S. C. in causa Vniuersitatis Biccari cum Marcello Caracciolo refert Thor. *in supplem. ver. Vassalli qui tenent*, & si Baro habet animalia propria non debet vti animalibus vassallorum, & idem si haberet eius vxor. Nouar. *de grauam. vassall. tom.1. grau. 85. numero secundo* Thor. *vbi sup. ver. Vassalli an cogi possint.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator cum potestate substituendi, quando substituit virtute potestatis sibi data ab homine non tenetur de facto substituti.*

DECISIO CCXII.

Idem quod summarium continet.

IN causa Henrici Gentilis cum heredibus quondam Lucchisini de Lucchisinis, fuit habita pro vera conclusio,
1 † quod procurator cum potestate substituendi, siue ad negotia, siue ad lites, quando substituit virtute potestatis ei traditæ ab homine, non tenetur de facto procuratoris substituti, si aliqua culpa ei imputari non potest, quia videtur hic procur. constitutus à Domino mediante persona procuratoris, vt dicit *glo. in cap.1. de procur. in 6.* hanc opinionem in specie tenet Salic. *in l. quod quis in 5. q. C. de procu.* & Philip. Franc. *in d. cap. 1. §. licet, 3. col. vers. 3. aduerte, de procur.* & licet in prædicta causa fuerit iudicatum, die 14. Iulii 1579 contra substituentem, fuit ex causis in rubrica decretis expressis, & maximè, quia in processu apparebat, quod substitutus se intromiserat post substitutionem in exigendo à substitutis, & magnoperè dubitauimus, quinimò pro firmo habuimus, quod substituens exegerat hoc residuum pecuniæ, de quo agebatur. Iubenus Actuarius.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Ann. Sen. qui pro hac causa scripsit *de qua in præsenti decis. in alleg. 107. par. 2.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Procurator constitutus ante litem contestatam, an possit substituere.*
2 *Quid si in mandato fuerit datã potestas substituendi ante litem contestatam.*

1 AD hanc decis. Adde omninò, quæ docet *ad l. quodquis, C. de procuratoribus*, & † an procurator constitutus ante litem contestatam, possit substituere? dic, quod non: per
2 text. *in l. quod quis*, † nisi in mandato fuerit data potestas substituendi ante litis contestationem, vt testatur Carauita, *Ritu 108. incip. Item si patri detur potestas.*

ADDITIO D. RICII.

PRocurator cum potestate substituendi virtute potestatis sibi datę ab homine nõ tenetur de facto substituti, hoc dicit vide ad hoc *nostram collectaneam 351.* & procurator constitutus cũ potestate substituendi, si esset facta substitutio, & cũ substituto processũ ad aliquos

quos actus postmodum ex aliquo impedimento prosequi nequiuerat, ob quod actor cum primo procuratore prosequutus fuit, an excusetur ipse primus procurator fecisse substitutionem, fuit decisum, quod non, Rouit. in pragm. rub. de procuratoribus. Et aduertendum, quod procurator ante litem contestatam alium procuratorem substituere non potest, sed bene potest post contestationem, quia effectus est Dominus litis Carauit. rit. 107. Mascar. in praxi tit. de procurat. num. 15. Grauat. ad Vestrium in praxi Curiæ Rom. lib. 4. cap. 5. n. 34. & alij quos ponit Borrell. in sũ. dec. in tit. de procurat. nu. 30. subdens, quod si procurator haberet mandatum procuratorium cum libera potestate, tàm ante, quàm post litem contestatam poterit alium procuratorem sui loco substituere, Berous cons. 23. nu. 0. vol. 3. & quando procurator habet mandatum speciale cum potestate substituendi in quacunque parte, siue fuerit lis contestata, siue non substituere permittitur Lancell. instit. Canon. lib. 4. tit. de procurat. §. sed, & illud, si in procuratione esset Clausula, omnibus modis, Put. dec. 230. lib. 2. nec aliquo modo sufficit dicere dictum procuratorem, seu eius substitutum, quia per hoc licebit alium substituere, nisi expressa sit substituendi potestas vt ex Alex. cons. 17. nu. 3. vol. 2. & cons. 126. nu. 5. vol. 5. Crauett. cons. 186. num. 3. Vant. de nullit. ex defect. Mandat. nu. 111. & si esset procurator in rem suam, quia ad eum spectat censetur Dominus litis, & per consequens potest etiam substituere etiam ante litem contestatam, Gail. obseru. 74. nu. 11. lib. 1. Carauit. in rit. 107. relatus per Borrell. loco citat. nu. 36.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Procurator qui vigore facultatis substituit alium, an substituat periculo suo, & negant D. Præs. Ann. de Marin. & alij.*

2 *Castill. Giurb. D. Staib. & alij contrarium tenent, & Merend. nuncupatim carpit. Salic. & D. Præs.*

3 *Declaratur decisio, & defenditur contra Merendam.*

4 *Officialis alium substituens an teneatur de culpis substituti.*

5 *Procurator inhabilis an possit substituere vigore mandati.*

1 SVspicionem maximam præbet decisio, quæ se se obuiat, dum quamplures habet oppositores: controuersiam continet, An procurator qui ius habet substituendi alium substituat periculo suo, & quod non teneatur de facto substituti ex Salyc. in l. quod quis, C. de procur. q. 5. & Philipp. Franch. in c. 1. §. licet de procur. D. meus. Ann. alleg. 207. addo Reg. de Marin. ad Reuerter. obs. 151. num. 1. & impensius si habens facultatem substituendi, non habeat in mandato facultatem reuocandi substitutum, quem potest dominus solum reuocare, cap. si qui de procur.

2 Contrarium validis rationibus tenent alij, quod substitutus teneatur de facto substituti, quando non est data potestas substituendi certam personam, sed simpliciter ius substituendi habeat, vt distinguunt Salyc. vbi sup. num. 13. Castill. dec. 119. Golin. in tract. de procur. par. 2. cap. 5. num. 89. Tusc. litt. P. conclus. 852. Giurb. cons. crim. 36. num. 15. & seqq. Seraph. decis. 859. in l. in re mandata, C. mand. Et extendit Tusc. si procurator substitutus æstimabatur idoneus, vt num. 6. & strenuè hanc opinionem tuetur D. Staib. resol. 34. per tot. & laudat tex. in l. ex facto 31. ff. de negot. gest. & euertit contraria, volens quod teneatur substituens diligenter inuestigare ea quæ facit, vel facere meditatur substitutus, vt probat etiam Merend. lib. 5. controu. 26. per tot. vbi nuncupatim reprobat Salyc. & D. meum.

3 Ad hanc decisionem respondet Staib. num. 10. quod licet dicitur, quod procurator substituens non teneatur de facto substituti si aliqua culpa ei imputari non potest, eo quia videtur procurator substitutus, constitutus à domino mediante persona procuratoris substituentis, nihilominus in causa prædicta fuit iudicatum contra procuratorem substituentem ex causis in facto concurrentibus, & signanter quia S. C. tenuit, quod substituens exegerat illud residuum pecuniæ de quo agebatur, vndè immeritò Merenda redarguit decisionem, & Salicetum, quando iste distinguit inter facultatem substituendi certam personam, & generalem, vt primo casu substituens non teneatur, secus in secundo.

Præterea idem Staib. in obser. ad resolut. allegatam num. 6. citat Gratian. in discept. 397. nu. 11. qui ex Angel. in l. 2. C. de curat. bon. dand. & ex tex. in §. fin. autem Instit. de satisd. tut. tenet procuratorem non substituere periculo suo, quando substituit ex mandato, & persona principalis, & loco illius, vt sustineat vicem illius & non suam.

Inuoluta itaque apparet quęstio, sed ego contra procuratorem sentio, nisi substituta esset persona valdè integra ex Felin. in cap. Petrus nu. 11. de homicid. Seraph. decis. 527. Ludouis. dec. 233. Sicuti excusatur custos arcis qui loco sui virum alias probatæ conditionis subrogauerit, & subrogatus perdiderit arcē, & perfidè egerit Alb. in l. fi. C. de custod. reor. Boer. dec. 217. Ricc. de. 137. p. 1. conuenit ratio, quia cum substituitur persona integra, concurrit interpretatiua mens principalis, qui ad aliud non censetur velle obligare procuratorem, dum concedit facultatem substituendi, quam ad substituendam personam probatæ fidei, & concinnunt sequentia.

4 Quid autem in officiali substituente, & distinguunt Doctores, quod aut ille habet facultatem substituendi à lege, vt si Regij seruitij causa absfuerit, vel infirmitate sit detentus, & tenetur de culpis substituti, l. ad similitudinem C. de Episc. & Cleric. Rouit. in pragm. 1. de syndic. offic. num. 55. Eo casu excepto, si substitutus superioris decreto approbatus fuerit, l. continuus, § si eo ante num. 19. de verb. obl. Rouit. cons. 87. vol. 2. Nisi admissus fuerit cum clausula, vt teneatur de culpis substituti Rou. nu. 3. Giurb. vbi sup. nu. 14.

Si tributa sit facultas ab homine, & adhuc tenetur d. l. similitudinem, & ibi Bald. Ludouis. dec. 233. Tusc. litt. O. conc. 99. num. 16. & litt. P. concl. 852. Cancer. var. par. 2. cap. 2. num. 87. l. ex facto, ff. de neg. gest. nec excusatur si idoneam personam elegerit solitam exercere huiusmodi officia, nisi sit persona valdè integra, ex Felin. Seraph. & alijs congestis per Giurb. d. cons. 36. per tot.

5 Procurator constitutus si inhabilis sit ad exercendum mandatum, & habuerit potestatem substituendi, an possit substituere, & difficultatis ratio est, quia non videtur posse substituere alium loco sui, dum ipse substitutus est inhabilis. et affirmatiuè dic ex Mastrill. dec. 264. & receptum in praxi tradit D. Prat. discep. 12. nu. 2. par. 3. & rationem affert ex eo, quod substitutus censetur factus procurator à domino ex traditis hic, extendit, & si in mandato dictum esset, quod possit substituere alium loco sui, quo casu adesset dubitatio, dum substitutus in locum inhabilis videtur etiam persona illegitima, et Pratus respondet contrarijs.

SVMMARIVM.

1 Donatione facta, ex nunc pro tunc sequuta morte, & econtra cum clausula constituti transfertur dominium in donatarium, à die iuxta donationis,
2 Restitutio criminosi non operatur circa ea, quæ restitutus tempore delicti non habebat,
3 Primogenitus rebellis postea restitutus non recuperat feuda deuoluta secundogenito tempore, quo ipse erat incapax,
4 Contractus ex conuentione legem accipit,
5 Donatio perfecta etiam de feudalibus, conditionem non recipit.
6 Donatio inter viuos iudicatur illa, quæ continet pactum de non reuocando, licet in ea non adsit verbum, inter viuos.
7 Euictio nec in donationibus causa mortis, nec inter viuos cadit, nisi specificè promittatur.
8 Donatio causa mortis non dicitur, quando est facta mentio mortis causa demonstrandi tempus, quo ipsa habitura sit effectum.
9 Donatarius à principio acquirit actionem ad consequendum bona donata etiam post mortem.
10 Foriudicati bona quamuis Ciuis Neap. quæruntur filijs siue agnatis, non autem fisco, & num. 13. & 21. & declaratur num. 37.
11 Foriudicatus, qui pro mortuo habetur, nec dominium, nec possessionem suorum bonorum retinet.
12 Feudatario foriudicato Rex prouidet de Balio eius filio minori,
14 Thomas Nauclerius praeceptor Auctoris,
15 Foriudicatio Neap. in casu, quo eius bona non publicantur, an possit testari, remissiue.
16 Foriudicatus retinet bona, publicatione bonorum cessante, cum num. seq. & de veritate, numero 23.
18 Fiscus solus opponit de indignitate, & deportatione alicuius, & nu. 24.
19 Publicatio bonorum non venit, nisi expressè dicatur. Et quomodo procedat, nu. 29.
20 Foriudicationis pœna oritur de contumacia,
21 Contumacia pœna non inducit priuationem bonorum fallit in proœ. Constit. Regni. numero 30.
22 Foriudicatus tanquam hostis publicus egestate laborare debet.
23 Glos. in l. ea sola. ff. de reg. iur. & explicantur text. in l. seruis plurimum. §. si quis ante, cum concord.
25 Argumentum de deportato ad foriudicatum non valet.
26 Sententia foriudicationis, quare non exprimit publicationem bonorum, contra Neap.
27 Publicatio bonorum contra foriudicatum elapso anno secundum Constit. Regni, ipso iure inducitur idem abbreuiato tempore anni, nu. 34.
28 Sententia foriudicationis lata continet in se omnes pœnas, quæ virtute Constit. regni oriuntur. licet in ea non exprimantur.
31 Foriudicato Barone non habente successorem in feudo, Dominus succedit in eo non ex publ. sed ex lege feudi.
32 Dominus quando succedit in feudo ob crimen feudatarij, tenetur ad onera, secus autem si ex lege feudi, nisi consenserit obligationi, feudorum cum numero seq.
34 Foriudicari quis potest etiam abbreuiato tempore anni, & in casibus arduis indistinctè seruatur.
36 Foriudicationis tempus abbreuiatur ad beneplacitum Illustrissimi Proregis, stante eius amplissima potestate.
38 Princeps, ex causa potest remittere pœnam corporalem, etiam parte non remittente.
39 Indulgentia mera criminis non comprehendit bona.
40 Restitutus simpliciter recuperat omnia bona etiam ea, quæ reperiuntur apud eum, ad quem deuoluta fuerunt ex damnationis sententia.
41 Restitutus simpliciter, ipso iure reacquirit bona existentia pœnes eumdem, qui ob damnationem pariter ipso iure quæsiuit.
42 Restitutio cum adiuncto, non comprehendit nisi expressa, & adiuncta tantum.
43 Indulgentia mera fuit ista de qua dubitabatur in casu huius decisionis, rationibus statim legendis.
44 Concessio regulatur à petitione.
45 Concessio debet esse conformis potestati eius, qui concessit.
46 Princeps non videtur præiudicare iure tertij,
47 Restituere Princeps non debet in præiudicium subditorum siue ipsorum consensu.
48 Restitutio subreptitia censetur, si Proregi non fit mentio quod Rex restituit, dummodo tertius; cui erat ius quæsitum ob foriudicationem, consentiret.
49 Potestas alicui data non intelligitur concessa, nisi quatenus dans concessisset.
50 Restitutus ad pristinam libertatem, honorem, dignitatem, & conuersationem, non recuperat bona, quia illa verba concernunt personam tantum.
51 Bannitus cancellatus à banno, intelligitur restitutus etiam ad bona, fallit, quando cancellatio fit per viam gratiæ num. seq. fallit etiam, quando is, qui cancellauit, non habebat potestatem restituendi. nu. 54.
52 L. 1 §. fin. ff. de quæst. intellectus.
53 Clausula posita in exequutiuis non alterat principalem dispositionem.
55 Restitutus recuperat ea, quæ ex delicto immediate amisit, non id, quod delinquenti deest ex suo proprio contractu.
56 Contractus stipulatus pro se, & hæredibus, licet in eo post ea fiat mentio de filijs absolute interpretatur pro filijs hæredibus.
57 Scriptura pars declaratur per aliam.
58 Contractus initus eodem die, & vnus correspectiuus alteri vnicus censetur.
59 Actus censetur factus, vt magis valeat, quam pereat.

DECISIO CCXIII.

Donatio facta à patre filio in capitulis matrimonialibus ex nunc prout tunc sequuta morte, & econtra, & præambula hora mortis cum clausula constituti operatur dominij translationem, & iudicatur donatio inter viuos.

Foriudicatus etiam ciuis Neap. bona amittit, quæ filijs, vel agnatis acquiruntur, & restitutus ea non recuperat maximè si ad tertium peruenerunt.

IN causa Magnifici Andreæ de Ebulo cum Magnifica Aurelia eius filia primogenita, me referente in Regio

Regio Collaterali Consilio fuit per vtrumque Consilium habitum pro indubitabili,
1 † quod donatio facta filio in capitulis matrimonialibus, ex nunc pro tunc sequuta morte, & econtra, & in præambula hora mortis cum clausula constituti, operatur translationem dominii, a die initi contractus donationis, ex decisione Bal. *in authen. contra rogatus, in princ. C. ad Trebell.* de quo meminit, cumque sequitur Alex. per illum text. post alios, *in l. huiusmodi. ff. de verb. oblig.* pulchrè Ias. *in l. 1. C. de codicill. in fin.* plenè, & optimè Negusan. *in tract. pign. 6. par. princ. 2 membr. 2. colum. versic. illud autem,* & Lotter. *conf.* vbi latissimè alios recenset. Tiraquell. *in tract. de constit. 3. p. 2. limitat.* effectus in casu, de quo agebatur, erat maximus quod dominium transferretur in vita, vel post mortem, quia quando dominium esset translatum in vita Vincentij, patris donatoris, tractari potest quæstio restitutionis, de qua infra. Quando verò post mortem patris acquireretur, quia hoc tempore Andreas reperiebatur incapax, esset datus locus alijs
2 sequentibus in gradu, † & cum ipse nihil amiserit, de restitutione tractari non potest. *l. quod si minor.* Bald. *in l. Gallus §. & quid si tantum, colum. fin. versicul. deinde videtis. ff. de liber. & posthum.* vbi Paul. *col. pen. vers. similis quæstio,* Soc. Clau. & Ias. *in prima lect. colum. 13. versicul. secunda conclusio est, num. 59.* Hinc dicebat Andr. *in c. 1. §. præterea si vassallus. colum. 3. vers. Sed quid si pater. quæ sit pri. cau. benef. amit.*
3 † quod si moritur pater existente primogenito rebelli, vel incapace, succedit secundogenitus, & si primogenitus restituitur non habebit locum hæc restitutio ad feuda deuoluta secundogenito tempore, quo primogenitus erat incapax, de quo dicto meminit Dominus Iacobutius, de Franchis ad Alex. *in §. & quid si tantum.* Dicebatur
4 aduersus prædicta, † quod dicta Bald. & aliorum procedunt, nisi partes aliter conuenissent, quia contractus ex partium conuentione legem accipiunt. *l. 1. §. si conuenerit. ff. depos.* Sed in dicta donatione aderat pactum, quod dominium bonorum donatorum transferretur à tempore mortis donantis, ergo pactum illud seruandum erat. Item dicebatur potius hanc donationem debere iudicari causâ mortis, quam inter viuos, postquam in ea non erant apposita verba, quod pater donabat donationis titulo inter viuos. Quæ verba consueuerunt semper in donationibus inter viuos per Notarios apponi, tanto etiam magis, quia in ea donatione dicebatur, donationem hanc fieri, vt filius esset securus de successione, per quam post mortem dominium quæritur. Sed prædictis respondebatur, donationem prædictam fuisse perfectam in capitulis, seu pactis matrimonialibus, & super donatione in prædictis capitulis facta, constitutoque in eis apposito, fuisse Regium assensum expeditum, & in donatione in dictis capitulis facta prædicta verba non adesse, sed apparet facta ex nunc pro tunc, & econtra, & in præambula
5 hora mortis. † Vnde postquã est perfecta donatio, nãxit. ò in feudalibus alias conditiones non recipit. *l. perfecta. C. de donat. quæ sub modo* & postquam Andr. erat iam effectus dominus per donationem factam in capitulis, amplius non poterat dominus effici *§. si rem inst. de leg. 15,* [illegible] arg. [illegible] in simili Afflict. *decis. 250. in 2. dub.* pulchra ponit Anton. Gomes. *in l. 45 Tauri, nu. 98. vers. dominium* [illegible] *fol. 18.* Et quatenus prædicta verba reperiantur in instrumento donationis postea subsequuto, & promisso in capitulis matrimonialibus, nihil obsunt donationi iam perfectæ eo magis, quia in dictis capitulis fuit promissum fieri instrumentum donationis, non ad substantiam ipsius, sed pro maiori probatione veritatis, & cum sit promissum in beneficium donatarij, non debet in eius odium retorqueri. *l. quod fauore. C. de legib.* Item dicebatur, verba prædicta continere manifestum errorem, ex præcedentibus, & sequentibus, quia in præcedentibus fit donatio libera ex nunc pro tunc, & econtra, quæ donatio modo prædicto facta operatur dominij translationem ex nunc, vt est dictum. In sequentibus dicitur ad habendum, tenendum, & possidendum ex nunc pro tunc, & econtra, vnde in prædictis verbis appareat manifestus error Notarij, postquam præcedentia, & sequentia repugnant. Item translato dominio, vt supra, in feudalibus mediante Regio assensu, nec ipse partes absque actu retrosimili potuissent à se abdicare dominium, vnde de prædicta oppositione non fuit habita ratio. Nec similiter fuit habita ratio, quòd in donatione non erat appositum verbum, inter viuos, quia aderant alia infinita verba denotantia hanc esse donationem inter viuos: erat enim inita stipulatio inter partes pro se, & hæredi-
6 bus, & successoribus. † Item aderat promissio de non reuocando, etiam de consensu Andreæ, quæ promissio operatur donationem inter viuos. *l. vbi ita donatur ff. de donat. cau. mor.* Dec. *l. non omnis, colu. 2. versic. venio ad secundum casum ff si cer. pet.* cumulat cæteros Didacus *in rubrica de testam. 2. par. rubr. 2. conclus. num. 13. cum seq* post Guliel. Bened. qui ampliat, & plenè distinguit *in cap. Raynutius. in ver testamentum. il 4. in 2. limit. fol 187.*
7 † erat ppromissa euictio, quæ non cadit in donationibus causa mortis, licet nec in donatione inter viuos, nisi specificè promittatur. *l. Arist. §. fin. ff. de donat.* & nouissimè fuerunt bona promissa exempta ab onere vitæ, & militiæ, ac paragij fratrum, & sororum, quæ onera transeunt in feudatarium, quando iure successionis ad eum bona feudalia deueniunt. Nec ideò, quia est facta mentio mortis, operatur, quod sit
8 donatio causa mortis: † nam vera est conclusio, quod non dicitur donatio causa mortis, quando apponitur hoc verbum pro demonstratione temporis, quo donatio est habitura effectum, plenè Guliel. Benedict. *in repet. cap. Raynutius. in ver. testamentum, il 4 col. 9. vers. & hoc verum.* Gram. *decis. 103.* & verba illa, vt tutus sit de successione, vltra quod sint apposita in capitulis, ne feuda antiqua, & paterna, quæ donabat, efficerentur noua, vt ex eis colligitur, arguunt etiam donationem inter viuos, & quod habeat effectum à principio donationis, quia si pater remaneret dominus, posset ipse vsque ad mortem alienare. Insuper conclusum fuit ex traditis
9 per Oldrad. *cons. 114* † donatarium à principio acquisiuisse actionem pro consequutione bonorum donatorum ad tantumdem.
10 Item decisum fuit in eadem causa, † foriudicatum, & si ciuis Neapolitanus sit, amittere bona, vt filijs, vel agnatis ipsius foriudicati, non autem vt fisco acquirantur, quia hoc est, quod tollit gratia Neapolitanis concessa, dum dicit, quod ex quouis crimine, præterquam in crimine læsæ maiestatis Diuinæ, & humanæ bona Neapolitanorum non publicentur, idest fisco non quærantur, vt dicit tex. *in l. 3 §. si quis autem. & §. fin. de bonis eorum qui sibi ipsis mor. consc.* Decisio hæc fundata, fuit ex latè deductis *in decis. 102.* quibus additum
11 fuit per Constitutionem Regni, † foriudicatum in omnibus fere pro mortuo haberi, ergo non retinebit, nec dominium, nec possessionem quæ animo, & corpore retinentur, & acquiruntur. *l. si quis vi §. differentia. ff. de acquir. poss.* cum ibi notat. quod est adeo verum, vt feudatario foriudicato Rex prouideat de Balio eius
12 filio minori per Constit. Regni *si quando:* † quæ prouisio fit ad instar tutoris, qui non datur pupillo nisi mortuo patre, si igitur Constit. Regni habet foriudicatum pro mortuo, quonam modo bona retinebit? Dicebatur etiam quod licet gratia concessa Neapolitanis non exprimeret illud, ad quod Afflictus ipsam allegat in Constit. Regni, foriudicatorum bona, penul. colum.
13 versic. [illegible] quæro hic dum dicit, in Capitulo dici, † quod bona deueniant ad filios, vel agnatos, prout etiam aduertunt addentes *ad Affl. decis. 362.* nihilominus Affl. potuit hoc colligere ex verbis Capitul. quando gratia fuit petita à Magno Capitaneo, & non concessa. Sed dictum fuit aduersus conclusionem prædictam, Dominum Fœlicem de Rubeis, Regium Consiliarium doctissi[illegible] *Apost. ad Affl. in d. Const. Regni, foriudicatorum bona* etiam prædicta aduertere, & dicere de hoc fuisse dubitatum in Consilio, & deinde remittit se ad Bald.

14 ad Bald. *in l. si verò. 2. q. ff. qui satisda. cogan.* † eodem-
que loco Dominus Thomas Nauclerius, Præceptor
15 meus; quærit, † an stante gratia Neapolitanis con-
cessa, possit foriudicatus testari? & remittit se ad *l. eius,
qui. §. fin. ff. de testamen.* quasi innuat, quod bona penes
foriudicatum remaneant, & licet pro corroboratione
prædictæ conclusionis diceretur in simili casu, duas la-
tas fuisse sententias contra foriudicatum, alteram per
Sacrum Consilium in causa Ioannis Antonij Ferrarij,
de qua meminerunt nouissimi addentes *ad Affl. in d.
decis. 361.* & alteram per Magnam Curiam in causa
illorum de Strambone cum Griffis, Dicebatur pro for-
iudicato, non posse agnatos se prædictis tueri: ex pri-
ma, non, quia in causa prædicta filius primogenitus
tempore mortis patris reperiebatur, foriudicatus, & sic
incapax, vnde cum non quæsiuerit dominium, non po-
test dici illud amisisse. Ex secunda similiter, quia erat
sententia iudicis inferioris, quæ non faciebat ius. Item
quia in causa illa nedum opponebatur de defectu do-
minij ex causa foriudicationis, sed etiam quia actor, cui
bona cessa fuerunt, erat contumax: imò dum in proces-
su illo comparuisset hæc fidelissima ciuitas quia iam
causa erat relata, & discussa, fuerunt reseruata iura Ci-
uitati, licet comparitio Ciuitatis ad nihilum seruiret,
cum Ciuitatis intersit, quod bona fisco non applicen-
tur, non autem quod ea habeat potius foriudicatus,
quam agnatus. Tantoque magis dicebatur sententias
16 prædictas non obstare, † quia prætendebatur esse de
iure verum, quod cessante publicatione bonorum, vt
in casu de quo agitur foriudicatus retinebat bona ex
decisione *glo. in l. ea sola. ff. de reg. iur.* dum recitando
duas opiniones residet in vltima opinione, & hanc opi-
nionem esse veriorem dicit Aret. qui prædicta ponde-
rat *in l. eius, qui. §. si cui. col. fin. vers. & quia supra tetigi.
ff. de testa.* & eam simpliciter sequuntur Cagnol. & Ma-
ner. *in d. l. ea sola.* tenet hanc opinionem Bald. *in d. l. si
verò. 2. qui satisd. cog.* & per illum text. *in l. si seruus
plurium. §. si quis ante, de leg. 1.* Cuman. Alex. & Lan-
cell. Decius, tenent enim Glo. Bald. cæterique omnes
17 prædicti, † quod si fiscus cui applicantur bona, ea non
vult, quod non vadunt ad proximiores ab intestato, sed
remanent penes deportatum: assignant rationem
18 † quia nemo opponit de indignitate, nisi fiscus. *l. his
consequenter. §. 1. ff. famil. erciscun. cum concor.* Acce-
debat prædictis, quia in sentent. foriudicationis, quæ
proferuntur contra Neapolitanos, ponuntur omnes
pœnæ per Constitutiones Regni prouisæ, præterquam
pœna publicationis bonorum stante capitulo prædicto,
19 † vnde postquam non ponitur pœna publicationis bo-
norum non venit publicatio, nisi expressè dicatur, vt
dicit Andr. *in Constit. Regni, vsurariorum, in ver. dam-
netur.* & Afflict. *ibi in ver. nota, sed remanent bona pe-
20 nes foriudicatum*, † maximè, quia pœna foriudica-
tionis est pœna contumaciæ, vt dicit Andr. *in Constit.
prædicta, pœnam eorum, colum. fin. versic. diuitias eius,*
& Afflict. *in 4. & 6. notab.* Lucas *in cap. reg. siue quis.
fol. 16. & versic. item quia.* iuxta numerum Nig. & Bal.
pulchrè *in l. 2. in 3. oppo. vers. & adde. C. si pend. appel.
mors inter.* & regula, est, quod pro pœna contumaciæ,
nunquam inducitur priuatio bonorum. *l. contumacia.
ff. de re iud.* quam allegat Andr. *in cap. sancimus, colu.
fin. versicul. quid ergo, quo temp. miles*, & nouissimè
vnus ex Dominis dicebat posse dubitari, quia si dicere-
mus, quod bona non remanerent penes foriudicatum,
posset esse casus, in quo quis haberet feudum nouum,
vel antiquum, & careret successore, & eo foriudicato,
fiscus caperet feudum, & per indirectum veniret pu-
blicatio bonorum, contra gratiam prædictam. Sed om-
nibus his non obstantibus, pro vera fuit habita decisio
21 supra posita, † quod foriudicatus non retineat domi-
nium, nec burgensaticorum, nec feudalium, sed quod
illorum dominium deferatur filijs, vel agnatis eius vt
22 dicit, Afflict. *in d. Constit. pœnam eorum 5. notab.* †
Debet enim, vt in d. Decisio. dictum est, hostis publicus
egestate laborare, per *l. bona fides. ff. deposi.* quam alle-
gat Aret. *in d. §. si cui, vers. & hoc dicit.* & idem Aret. *in
l. si fideiussor. in 6. not. ff. depos.* Nec obstat text. *in d. l. si
seruus plurium. §. si quis ante, nec Decisio. Gloss. in d. l.
23 ea sola* Alex. & aliorum *in d. l. si seruus plurium.* † quia
Glossa, & Docto. prædicti loquuntur in casu, in quo ex
indignitate, & incapacitate personæ bona vadunt ad
fiscum, qui illa non vult acceptare, forsan tanquam
onerosa: vnde remanent penes istum incapacem, quia
fiscus sic vult, & alij, quam fiscus, non possunt de indi-
gnitate opponere, *d. l. his consequenter. §. 1.* in qua ratio-
ne se fundant Doctores prædicti, prout etiam tenet Pe-
regr. *de iur. fisci. lib. 5. cap. 1. num. 58 versic. limita, qua
supradicta, fol. 381.* & sic procedit text. *in d. l. si seruus
24 plurium. §. si quis ante.* † Item indignus, & incapax
opponet contra agentem, quod quo ad eum liberas æ-
des habet *l. fin. C. de rei vend.* Casus autem, de quo agi-
tur, est diuersus, nam de iure digestorum bona damna-
torum quærebantur fisco, per ius Authenticorum fuit
innouatum, quod acquirantur descendentibus, & ascē-
dentibus, & collateralibus vsque ad tertium gradum,
per iura Constitu. in burgensaticis datur certa pars fi-
sco, & in feudalibus certa pars fructuum, & hodie per
gratiam factam huic Ciuitati per viam legis est sublata
hæc publicatio. Et sic sumus in casu, in quo nihil quæ-
ritur fisco, non autem in casu, in quo quæreretur, & fi-
scus nollet, prout est casus *in d. l. si seruus plurium. §. si
quis ante, & in exemplis Glo. & Bald.* igitur hæc bona
remanebunt penes filios, & agnatos, iuxta formam
iuris Authenticorum, & Constitu. Regni, scilicet inte-
gra bona burgensatica, & integra feudalia, absque one-
re partis fructuum fisco. Insuper dictum fuit, nullo mo-
do debere argui de deportatis, vel indignis, ad foriudi-
25 catos: † longe enim differunt, nam deportatus, etsi
amittat iura Ciuitatis, libertatem, & bona, nihilomi-
nus non est exosus legi, nec Regi, secùs est in foriudi-
cato, contra quem Constitutiones Regni statuerunt su-
pra relatas pœnas, quarum maxima est, quod potest à
quouis impune occidi; & quod occidens præmium
consequatur: vnde quomodo dici potest apud eum bo-
na remanere, cessante ipsorum publicatione? Nec si-
26 militer obstat, † quod in sententia non exprimatur
priuatio bonorum, quia cum ad fiscum bona non per-
ueniant, Magna Curia non se intromittit de hoc, prout
per prius faciebat, sed illud relinquit dispositioni iuris
27 Constitutionum, & Capitulorum Regni, † Nec vide-
tur esse necessarium, quod exprimatur, quia iure Con-
stitutionum inspecto, elapso anno, ipso iure bonorum
publicatio inducitur, vt dicit Andr. *in tit. de mil. vassal.
qui consu. est. §. fin. col. fin. vers. post annum.* idem And.
in §. & violator, versic. an dispensetur, de pace tenen.
28 † & lata sententia, per quam quis foriudicatur, ve-
niunt in consequentiam omnes pœnæ, quæ ex senten-
tia prædicta oriuntur virtute Constitut. Regni vnde
Afflict. dicit, quod non est necessaria enumeratio pœ-
narum, sed sufficit, quod quis condemnetur ad pœnas
29 Constit. Regni contentas. † Nec dicta Andr. & Afflict.
in Constit. vsurariorum, obstant, quia loquuntur ante-
quam vsurarius condemnetur, secùs eo condemnato.
Nec similiter obstat, quod postquā foriudicatio est pœ-
na contumaciæ, non debet ex ea induci amissio bono-
30 rum, vt ex *d. l. contumacia, ff. de re indic.* † nam hoc in
specie reperitur prouisum per Const. Regni, foriudica-
torum bona, vbi statuitur istos haberi, ac si per senten-
tiam diffinitiuam fuissent condemnati. Et vlt. non ob-
stat, quod dicebatur, quod si hoc attenderemus, quan-
do feudatarius non haberet hæredem in feudo, & for-
iudicaretur, quod per indirectum induceretur publica-
tio bonorum; nam responsum fuit per alium ex Domi-
31 nis hoc casu, † Dominum adepturum feudum non
ex publicatione, sed ex lege feudi, cum foriudicatus pro
mortuo habeatur, & maximam esse differentiam in
hoc, an directus Dominus habeat feudum ex publica-
tione bonorum, quia hoc casu tenebitur ad onera,
32 † cum bona dicantur ære alieno deducto, *l. bonorum,
& l. subsignatum. §. bona. ff. de verbor. signif.* Aret. *in d.
§. si cui,*

§.fi cui,col.2.& in propria materia Afflict.in Constit.ob filiorum culpam. ver. not versic. quid autem si filius, an verò habeat ex lege feudi, quia vassallus non habet successorem, quia hoc casu non tenebitur ad onera secundum Andr.in §.quid ergo,versicul.quid si vassallus, de inuest. de re alie. fac. vbi nouiss. addentes allegant concor.idem Capic. in inuestit. in ver. feudorum deuolutio, versic.debita. & versic.gesta, fol.159.
33 † præterquam si reperiretur facta à venditore mediante Regio assensu, secundum Andream in Constit Regni, si quis post item,& Capic.vt supra,in ver.hipotheca, & in verbo,feudorum exequutiones, colum.fin.vers. dominus mortuo,fol.297.& infra decis.236.cum concor.per Frece.in cap.29 auctoritate,vers.fallit,etiam,congerit cæteros Senatus Pedemon.in Decis 156.emphyteuta, per totam.vnde sublatis prædictis iudicatum fuit, Neapolitanum foriudicatum perdere bona,& acquiri proximioribus, & nullo modo remanere penes eum, & dictum fuit sententiam relatam Magnæ Curiæ Vicariæ fuisse latam præuia maxima discussione, quam ego tunc tam Aduocatus vidi.Insuper habitum fuit pro ve-
34 rò, † quod prædicta procedunt etiam quod quis fuisset foriudicatus per tempus abbreuiatum, prout erat
35 casus,de quo agebatur, † quia de iure verum est, posse tempus anni in Constitutione statutum, abbreuiari, vt vltra And.& Affl.in d.Const.pœnam eorum,per optimas rationes tenet Luccas de Penna in l.fi.in 6.quæstio de censito lib.11.& indistinctè in casibus arduis, prout erat casus,de quo agebatur,situatum fuit. Et dicebatur non obstare decisionem And.in d.Const.pœnam eorum, dum dicit, quòd quando foriudicatio fit infra annum, de bonis non remouet, ex quo lex non debet fieri commodo priuatorum,quia elapso anno, Andr. non dicit, quod non fiat publicatio bonorum,imò ex eius doctrina in d.§.fin.de vasal.qui contum.est,& in d.§.si viola-
36 tor pacis, apparet, † solum lapsum anni operari publicationem bonorum, & abbreuiatio temporis foriudicationis,fit ad bene placitum. Illustris. Viceregis, & ita est receptum ex obseruantia antiquissima stante eius amplissima potestate.Apparet igitur ex prædictis, quod Magnifi. Andreas dominium quæsitum ex donatione, per foriudicationem iam amisit, & deuenit ad Aureliam primogenitam,non obstante gratia prædicta Neapolitanis concessa,quæ non respicit fauorem delinquentis,sed fauorem agnatorum. Super quo Dominus
37 Regens Salernitanus dixit esse aduertendum, † quia conclusio supra firmata procedit in illis casibus, in quibus publicatio bonorum venit in consequentiam pœnæ suæ condemnationis pro delicto, iux. terminos l. prima, ff. de bon. damn. & terminos authent. bona damnatorum, quia in casibus prædictis ob amissionem Ciuitatis,& libertatis, condemnatus remanet incapax retentionis,seu possessionis bonorum,& bona,quæ debebant,quæri fisco, quæruntur agnatis stante prædicta gratia, prout est in casu, quo contra delinquentem fertur sententia foriudicationis, quo casu efficitur hostis publicus, & de eius bonis tractatur tanquam de bonis damnatorum, vt dicunt verba Constitut. Regni foriudicatorum bona tibi, tanquam bona damnatorum, quando verò pęna principalis delicti esset publicatio bonorum, & qualitas personæ condemnatæ ad publicationem bonorum non mutatur, nec condemnatus efficitur incapax, in his casibus dixit non procedere conclusionem prædictam, sed bona remanere penes eosdem, qui aliàs condemnari possent ad ipsorum amissionem, allegauit ad hoc pulchram decisionem Bal. in cap.1.colum.3.& seq vers. alij dicunt. de pace tenen.vbi etiam Bald. in versic item publicantur bona, enumerat casus, in quibus de iure communi venit publicatio bonorum. Hinc idem Dominus Regens dixit quod cum aliàs accidisset casus in Sacro Consilio, in quo Neapolitanus inquirebatur de vsuraria prauitate, in quo crimine in Regno venit publicatio bonorum per Const. Regni, vsurariorum, Sacrum Consilium non condemnauit vsurarium ad hanc pœnam, quia per gratiam prædictam est indistinctè sublata publicatio quo ad Neapolitanos in quolibet crimine, præterquam in crimine hæresis,& læsæ maiestatis, sed ne vsurarius remaneret impunitus,Sacrum Consilium condemnauit ipsum ad pęnam extraordinariam, iuxta tex.in l.nemo martires.C.de epis.& cler.Dubitatum tamen fuit in præsenti casu, in quo dominium bonorum per foriudicationem deuenerat ad Aurelium, &
38 d.decisio.Bald.non habet locum, † an dominium illud redierit ad Andream seu ipse reacquisierit per gratiam ei factam quam fieri potuisse ex causa,etiam parte non remittente, non fuit dubitatum, nec dubitabatur ex text.in l. non omnes. § fi. ff.de re milit. And. in tit.quæ sunt regal.in versi.& bona committentium.1. col. vers. dic,quod facit, vbi Apost. allegat concor. Signor. cons. 115. in quæstio. vertente, vers. item esto, plenè prosequuntur Aret Ias. & cæteri, in l.venia.C.de in ius vocan.& Purpur.in rub.illius tituli 2. colum.num.3. ver. & hanc pœnam, de hoc quotidie videmus, & pro solutione huius difficultatis fuit discussum,an hæc gratia contineat simplicem indulgentiam, vel simplicem re-
39 stitutionem,vel restitutionem cum adiuncto, † quia si continebat indulgentiam,res erat expedita, quod non comprehendat bona per tex.in l.2.C.de sent.pass. Bart.
40 in l.fi. C. eod. 11. † si continebat restitutionem simplicem, præsupposita potestate erat absque dubio, quòd intelligeretur restitutus etiam ad bona. l.1.C. de sent. pass. & ad ea quoque quorum dominium nactus est successor ab intestato, & penes eundem reperiuntur, quia regula est,quod quando damnatio, & amissio bonorum oriuntur ex eadem radice,restitutus simpliciter recuperat omnia bona,quæ amisit ex sententia,quę penes eundem, ad quem deuoluta fuerunt, reperiuntur l.fi.C.de sent.pass. vbi Bald. col.pen. vers. conclusio est
41 Item regula est, † quod quando ex damnatione alterius quis ipso iure bona acquisiuit, prout est casus, de quo agitur, vt dictum est, & decis.102.eo simpliciter restituto, ipso iure eadem bona penes eundem existentia reacquirit,per tex. in d.l.fin. vbi communiter Doct. Bald.in d.§. & quid si tantum. Alex. Arc. Ias. Galliam in repet.vers.2.intellige,num.71 Crot.colum 35 vers. fallit secundo num.18.Ruin. num.181. vers. item ista compulsio fallit,qui dicit hanc esse communem opinionem Fortu. num.137. vers. & ex hoc cum seq. pulchrè Afflict.in Const. Regni.Comitibus,5.q post. And. in c.1. de vassal.decrep.ætat.& gl.Paris.in d.23.num.37. vers. & pro pleniori fol.307 & Andr. Gail. in tract. de pace publica.lib.2.in 3.limitat.vers. sed vt ad propositum.
42 fol 369 † comprehendebat restitutionem cum adiuncto, restitutio ad adiuncta tantum trahetur, ita Alber. in d l fi.colum 2.vers oppono,quod restitutio. Bart. col. 2.vers.& pro huius declaratione.Bald.Sal. plenè, Ang. & Fulg.And.in d.c.col.4. vers. tenemus. de vassal.decrep.ætat & fuit decisum hanc fuisse meram,& simpli-
43 cem indulgentiam. † Apparebat enim ex gratia prædicta,quod And.indulgentiam delicti petijt: concedens
44 simpliciter indulgentiam concessit, † quia concessio regulari debet à petitione,cui responsum conuenire debet.l.de ætate.§ qui interrogatus ff.de interrog. actio.
45 † Item concessio debebat esse conformis potestati, quam Dominus Don Petrus habebat, erat enim tantummodo ei concessa facultas indulgendi, & in ampla forma,non autem restituendi, quæ inter se differunt ex prædictis, & iam indulgentia fuit facta in ampla forma, quia sine partis remissione, & ad hoc referuntur verba prædicta. Apparet ex subsequentibus verbis potestatis prædictæ, dum datur potestas indulgendi, vel ut buend præmium pecuniarium, quæ verba non cadunt in restitutione.Dicebatur etiam, quod Illustr. D. Prorex hanc gratiam sub nomine indulgentiæ confirmauit, non autem sub nomine restitutionis: nec Illustrissimus Prorex aliter fecisset,postquam sua Maiestas Cathol.petita restitutione per Andream etiam mediantibus precibus Serenissimi Augusti Imperatoris, illam plenariè concessit (consentientibus tamen filiabus, & non

non aliter) quibus ius erat quæſitum per forijudica-
tionem aut diſpoſitioni iuris communis ſe conformem
46 redderet, † quod Princeps non præiudicat iuri tertij.
l. nec auus C. de emanc. liber. l. 2. §. ſi quis à Princ pe, &
47 *§. merito. ff. ne quid in loco p blico*, & † Princeps non
debet facere reſtitutionem, nec ſimilia in præiudicium
ſubditi, ſine ipſorum aſſenſu Abb. *in c. quanto*, poſt
Hoſt. & Io. And. *ibi*, *extra de iureiur.* quinimò dixit
vnus ex Dominis, quod etſi Andreas petijſſet reſtitu-
48 tionem, † & eſſet plenè reſtitutus, & non fuiſſet facta
mentio de prædicta impetrata reſtitutione à Rege,
cum qualitate prædicta, quod de hac reſtitutione tan-
quam ſubreptitia, non eſſet habenda ratio, per tex. *in d.*
49 *c. ſuper literis, & c. poſtulaſti, de reſcrip.* † & eo magis
redderetur nulla, cum poteſtas alicui data non intelli-
gatur conceſſa, niſi quatenus dans conceſſiſſet, *arg l. in*
teſtament. per quem tex. ita dicit Paul. de Caſt. *in d. §.*
& quid ſi tantum, in fine. Et licet in oppoſitum, quod
non eſſet indulgentia, ſed reſtitutio, ponderantur ver-
ba in gratia appoſita quod Andreas reſtituebatur ad
priſtinam libertatem, honorem, dignitatem, conuerſa-
50 tionem, & commercium: † Reſponſum fuit, prædi-
ctam reſtitutionem, cum adiuncto, non operari bono-
rum reſtitutionem, ſed tantummodo operari quo ad
adiuncta, ex dictis Alb. Bart. Bald. & Sal. vbi ſupra,
& prædicta omnia concernere libertatem perſonæ An-
dreæ, & ipſius perſonam, non autem bona. Item dici
poterat, quod etſi hæc eſſet ſimplex reſtitutio, & ipſo
iure fieret, nihilominus hæc opinio, quod per hanc re-
ſtitutionem bona amiſſa exiſtentia penes eundem, ipſo
iure reacquiruntur, habet difficultatem. Tenet enim
contra eam Ant. Gomez. vbi alios allegat *in tomo 3.*
cap. 13. de tortura reorum. fol. 102. num. 39. verſ. quod
ſingulariter limita per rationes, & reſpondet ad text.
in d. l. fin. C. de ſent. paſſ. & alia iura, quæ allegantur,
quod procedant, quia illa erant ſuſpenſa, & oppreſſa,
non autem tranſlata, vt erat caſus, de quo agebatur, ſed
hoc non fuit in particulari diſcuſſum. Dicebatur etiam
51 contra prædicta, † quod poſtquam Andreas in gratia
prædicta erat cancellatus à banno, hæc cancellatio in
dubio operabatur reſtitutionem, per text. *in l. 1. §. fin. ff.*
de quaſt. per quem tex. ita tenet Bart. *in d. l. fin. colum.*
fin. verſ. circa hanc legem. C. de ſentent. paſſ. quem
ſequuntur Boſſ. *in tit. de remed. ex ſolit. clem. princip.*
num. 5. & Iulius Clarus *in pract. crimin. §. fin. quaſt. 59.*
52 *verſ. quæro nunquid Princeps*, † ſed dictum fuit, quod
tex. *in d. l. 1. §. fi.* in quo ſe fundat Bart. loquitur, quando
cancellatio fit ex iuſtitia, non ex gratia, quia hoc caſu
cancellatio prædicta operatur reſtitutionem bonorum,
ita tenet Salicet. *in d. l. fi.* & ita illum tex. intelligit Cu-
man. *in d. § & quid ſi tantum* quem refert, & ſequitur
Claud. *ibi 5. colum. verſ. 2. limitat*, & Hyppol. *in d. §.*
fin. colligit cæteros Marc. Antonius Peregrinus *in lib.*
de iure fiſc lib. 5. titu. 2 num. 44. verſic. limita nonnullis
modis, fol. 466. & Andr. Gail. *in tract. de pace publ. lib.*
2. cap. 19. in 4. limitat. num. 23. fol. 371. & quando reſti-
tutio fit ex iuſtitia, eſt valde prægnans, vt dicit Michael
Palaez. *in tractat de maioratu part. 1. quaſt. 12. num.*
4. verſ. & hoc magis, fol. 71. à tergo. Item dicebatur,
quod quando deciſio prædicta procederet etiam in
cancellatione per viam gratiæ, quod in caſu, de quo a-
gebatur, non militabat, quia hæc cancellatio non erat
ſimplex, ſed petita erat pro exequutione indulgentiæ
petitæ, & conceſſæ Andreæ per Dom. Don Petrum,
53 ſub nomine indulgentiæ, vnde ſequitur, † quod clau-
ſulæ poſitæ in exequutiuis non alterant principalem
diſpoſitionem. Glo. *in clem. 1. de præb. cum concordan*
54 *deciſ. 6.* Et nouiſſimè dicebatur, quod † quando opinio
Bart. eſſet vera, procederet, quando is, qui cancellat à
banno, haberet poteſtatem reſtituendi: quam vt ſupra
demonſtratum eſt, Don Petrus non habebat. Et licet ex
prædictis apparet hanc fuiſſe meram indulgentiam, &
Aureliam eſſe abſoluendam, fuit tamen tractatum (po-
ſito, quod eſſet reſtitutio ab habente poteſtatem) an-
ſante concordia inita inter patrem, & filiam hoc me-
dio tempore ante reſtitutionem, per quam erat tran-
ſlatum dominium in patre pro ſe, & filijs maſculis, quia
cum hac qualitate declarauerat recepiſſe, & ſi cum iu-
ramento potuiſſet obſeruare, hæc reſtitutio operare-
55 tur: & fuit deciſum, quod non, † quia reſtitutio reſti-
tuit ad id, quod ex delicto amiſit, vt dicit tex. *in d. l. fin.*
ſed in hoc caſu dominium erat acquiſitum per An-
dream cum qualitate prædicta. Vnde ad id, quod ei-
dem Andreæ deficit ex ſuo contractu, quem obſeruare
promiſit, reſtitutio non trahitur etiam ex reg. *d. l. fi. C.*
de ſent. paſſ. & licet ex parte Andreæ diceretur contra-
ctum initum cum filia, in quo declarauerat recepiſſe
donationem pro ſe, & filijs maſculis, carere Regio aſ-
ſenſu, ex quo aſſenſus erat diffotmis à contractu, quo
caſu aſſenſus non tenet, *ex dictis deciſ. 154.* quoniam in
contractu dictum fuit ipſum recipere pro ſe, & filijs
maſculis, & in aſſenſu erat dictum pro ſe, & filijs ma-
ſculis hæredibus, & ſic data nullitate contractus rema-
neret dominium plenum penes Aureliam, prout erat
ante donationem, ſeu retroceſſionem factam patri, &
proinde ſuccederet virtus reſtitutionis, de qua *in d l. fi.*
56 reſponſum fuit † contractum prædictum non eſſe dif-
formem ab aſſenſu nam quando Andreas ſtipulatur, in
principio inſtrumenti dicit, quod ſtipulatur, & promit-
tit pro ſe, & hæredibus, vnde verbum, filijs, poſtea ap-
poſitum in eodem contractu, intelligitur pro ſe, & filijs
57 hæredibus ex reg. † quod dicta in præcedentibus, in-
telliguntur repetita in ſequentibus *l. ſi ſeruus plurium.*
§. fi. de lega. 1 & reg. quod vna pars ſcripturæ aliam de-
clarat. *l. qui filiab.* vbi Bar. & alij. *ff. de lega. 1. cum con-*
cord. per Decium, *conſ. 50. quia verſ. 3. facit 1. volum.*
& tandem dicebatur contractus initos inter Andream,
& Aureliam, tam ſimplicis donationis, ſiue retroceſ-
ſionis, quam declarationis prædictæ fuiſſe initos eo-
58 dem die, † & vnum correſpectiuè ad alium, quo caſu
vnicus eſt contractus. *l. petens cum ſim. C. de pact.* vnde
ſicut prædictus contractus initus eſt pro ſe, & hære-
dibus & ſucceſſoribus quæ verba intelliguntur, vt maſcu-
li hæredes ſuccedant, & in defectum fœminarum. Sic
etiam erit hæc eadem declaratio quod recipit hæc feu-
da pro ſe, & filijs maſculis hæredibus, & ſucceſſoribus;
non enim fuit intentio contrahentium alterare natu-
ram feudorum hæreditariorum, ita quod filij haberent
hæc feuda, tanquam ex pacto, ſed voluit Aurelia ſibi
conſulere, caſu quo non orirentur ex Andrea filij ma-
ſculi, cum forſan dubitabatur, prout dubitandum eſt
hodie an orti poſt ſententiam forijudicationis, & ſic
poſt ius quæſitum filiabus deberent ſuccedere: ſuper
quo partes conſulere noluerunt, & non aliter vocare
59 filios maſculos, & alterare naturam feudorum, & ma-
ximè, vt actus magis valeat quam pareat. *l. quoties. ff. de*
reb. dub die 11. Octobr. 1579. Caro Actuario, filia con-
uenta fuit abſoluta. Et in deciſione cauſæ fuimus no-
uem Conſiliarij, Dominus Præſidens Sacri Conſilij, &
omnes tres Domini regentes, quomodo autem ſenten-
tia forijudicationis quando forijudicatus venit in poſſe
curiæ mandetur exequutioni hoc modo fit, examina-
tur principalis, & eo deponente, quod eſt talis, manda-
tur ſententia exequutioni abſque aliquo proceſſu: & ſi
negat conuincitur, & ita eſſe de iure dicit Belluga in
Spec. princip. *in tit. de effect. Imper. in fin. verſ. aduer-*
te tamen. fol. 132. in prima impreſſione, & retuli ſupra
deciſ. 209. vide conſil. D. de Ponte 69.

ADDITIO D. VISCONTI.

SVb num. 1. ibi ex nunc, prout ex tunc, quæ nam ſit
virtus huius clauſulæ vltra Doctores hic allegatos:
Vide Tiraquell. *in tract. de retractu conuent. §. 2. glo. 1.*
num. 86. Cagnol. *in l. lecta. num. 81. ff. ſi cert. petat.* Natt.
in conſ. 453. num. 6. & iterum in conſ. Alexan. 83. *ver-*
ſic. ex nunc. volu. 2. Caualc. *in deciſ. 42. num. 29. par. 1.*
Theſau. *deciſ. 38. num. 4.* qui refert pro opinione Decij
iudicatum per Senatum, & doctiſſimum D. Regen.
Lanar. *conſ. 6. 1. colum.* & oculatiſſimum D. Ann. nunc
Reg.

Reg.Consl.in conf.1.vbi copiosè,& conf.39.in primo dubio Rotam Florent. in decis.34.nu.13.14. & nouissimè Intrigl. singul.16. num 2.fol.18. Vide etiam Costam in tract. de retract. fol.132. & omnino eundem fol.269. & seq. Adde quod pro Aurelia consuluit D.de Ponte in cons.69.

Num.6.8.Vide infra decis.436.vbi addo.

Num.9. dum allegat Oldrad Adde videndum Hier. Gabr.cons.141.vol.1.

Num.32.vide Loffred.cons.23.ante nu.4. D. Regentem de Ponte cons.82.nu.19.

Num.35.& seq.Adde quod in dies videmus Collaterale Consilium in materia bannitorum abbreuiare tempus in Const.regni statutum, verum solet dicere in prouisionibus quas emanat, quod pro illa vice tantum dispensat Constit.prædictę,prout abbreuiatum est tempus anni per Reg. pragm. contra osculantes mulieres per vim,& abbreuiatur in casibus arduis,& contra milites deserentes militiam,& pagas truffantes,& pariter contra committentes receptus per Reg.pragm. editam de mense Martij 1596.refert Rouit.in pragm.1.num.5. de sent.forindic.

Num.37.Vide omnino Viuium decis.504.num.22.& seq.

Num.38.cum addit.hic,Vide Parid.de Synd. in vers. tortura in 3.cap.Carauit.in Ritu 272 nu.2.Menoch.de arbitr.iud.lib.1.quæst.96.colum.1.decis.Auenion.47.& 127.nu 8.Bursat.cons.54.n.17.vol.1.D. Tapiam in rub. ff.de Constit. Princip.fol.39. Farinac. in tit.de inquisit. quæst.6.nu 18.& in tit.de delict.q.13.nu.71. Baiard. ad Clar.in §.fi.q.59.nu.38.& seq.fol.188.

Num.ibi parte remittente;Adde Ann.sen. in cap.1.n. 252.cum seq de vassall.decrept. ætat. fol.101. Foller. in vers.banniantur nu.68. Farinac. in d.quæst.6.nu.22.& seq.fol.35. Ioan. Grand. ide bello excul. speciali 78. fol. 170.vbi allegat Regnicolas.

Num.40.& seq.vide Viuium in opinio.78.par.1.Clar. in §.fi. quæst.59.vers.item quæro, Roland. cons.45. per totum. volu.4. omninò Ann. vbi supra, Dominum Tapiam loco citato,n.9. vsq; ad 40 Exuberantem Doctorem,& apud me magnæ authoritatis Farin. in d.quæst. 6 à nu.28.vsq; ad 46. ad quem recurrendum est, & Baiard.qui aliqua addit ad Clar.vbi supra à num.62.cum seq & Ioan.Bapt.Cost.in d.tract.fol.137. cum seq.

Num.44.Adde Alex.cons.84.nu.7. vol.1. Iaf.in l.1.n. 7.C.de diuers.rescript.Gozad.cons.73.nu 14 D.Lanar. cons.65.num.30.cons.76.nu.19.in fin. Menoch. de præsumpt.lib.2.cap.29.

Num.46.Adde supra decis.125.nu.9.

Num.51.52. dum alleg. tex. l.1.§.fin.ff.de quæst. Adde omnino videndum Farinac.in tit.de inquisit. à num. 11.

Num.53.ibi cum concordatis in decis. supple.6.nu 6. 7.quæ clausula non mutat naturam,neq;alterat actum secundum Gainam in decis.302.col.fi.

Num.57.Adde Fuscum in sing.62.lit.P.

Num.58.Adde Alexan. consil. 90. num. 8. in fin. volum.2.

Afflict. in constit. baiulos num. 16. vers. vnde, & in decis. 306. in fin. Dec. cons. 244. nu. 5. & cons.264.nu. 3. vers. nam quantum, & cons. 278. Aym. cons.11.n.2. cons.153.nu 8.239.in fin.245.nu.3.258.n.13. Tiraquell. de retract.conuent. §.1.gloss.5. Frecc. de subfeud. lib.2. quæst.16.n.7.& in tract.de præsentatio.instrum. par.6. quæst.7.nu.1. cum seq. hunc Dominum decis.369 nu.4. Dom.de Ponte de potestat.Proregis fol.369.n.4. & Ludouic.Morot.in cons.60.nu.3.

In fin.& in addit. Adde Foller. in ver. captis forindicatis num.1.latissimè Farinac. videndum in d.quæst. 11. numer.21. cum seq. & Baiard. ad Clarum in §. fin. quæst.96.num.7.8.& Viuium in decis.438. a nu.1. cum seq.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis quinque testibus probatur.*
2 *Sed coram duobus facta reuocatio probatur.*
3 *Donatio causa mortis requirit præsentiam donatarij.*
4 *Nec valet nisi per stipulationem debitè factam.*
5 *Donatio causa mortis de æquitate Canonica fit absenti.*
6 *Donatio causa mortis facta absenti in vim fideicommissi,coram legitimo testium numero,valet.*
7 *Quid in donatione causa mortis facta absenti in testamento.*
8 *Donatio causa mortis facta concubinæ, an, & quando valeat.*
9 *Donatio causa mortis præsumitur,si senex donet.*
10 *Insinuatio requiritur in donatione quingentorum solidorum,seu aureorum.*
11 *An requiratur in donatione causa morti.*
12 *Cautio Mutiana an requiratur in donatione causa mortis.*
13 *Donatio causa mortis an transmittatur donatario prædecedente.*
14 *Donationis causa mortis species quot sint.*
15 *Donatio causa mortis non habet effectum per mortem ciuilem.*
16 *Donatio causa mortis an dicatur contractus, vel vltima voluntas.*
17 *Donatio causa mortis nudo pacto efficitur.*
18 *Ius accrescendi in ea locum habet.*
19 *Mulier an donet causa mortis sine consensu propinquorum,cum quorum consensu debet contrahere.*
20 *Solemnitas requisita in testamento, vel codicillis (?) an adhibenda sit in donatione causa mortis.*
21 *Donatio causa mortis non fit ab Aduocato concubinæ.*
22 *Donatio causa mortis per viam contractus facta, non censetur reuocata per testamentum.*
23 *Donatio an transferat statim dominium in absentem non acceptantem.*
24 *Iuramentum an suppleat acceptationem.*
25 *Duobus existentibus donatarijs,quis præferatur.*
26 *De donatione facta absenti.*
27 *De donatione facta pio loco pro dote,si interuenerit iudex ad contractus quod sit valida.*
28 *Donationis acceptatio,an retrotrahatur.*
29 *Quid si adsit constitutum,& precarium.*
30 *Et an habeat hæc donatio vim donationis inter viuos, vel ad tempus mortis.*
31 *Donatio facta per tempus ex nunc,prout ex tunc, statim transfert dominium licet apponatur tempus mortis.*
32 *Quid si post mortem donatarius acceptauerit.*
33 *Item talis donatio statim valet.*
34 *Donatio taliter facta quid operetur.*
35 *Donatio causa mortis an reuocetur, & num. 36.37. & 38.*
36 *Pactum de non reuocando donationem,an valeat.*
37 *Donatio causa mortis quotupliciter reuocetur,& num. 41.& 42.*
38 *Donatio non dicitur causa mortis,licet ei verbum mortis apponatur, si adsit iuramentum, vel vsusfructus reuocatio,& num.44.*
39 *Donatio ex mentione mortis, donatio mortis causa indicatur.*
40 *Forjudicatorum Neapolitanorum bona,quibus acquiruntur.*
41 *Bona forindicati grauati ex testamento restituere, an statim transeant ipso iure,& sine traditione.*

42 Forin-

42 *Foriudicati an habeantur pro mortuis.*
43 *Pęna publicationis an veniat, ſi expreſsè non dicatur.*
44 *Barones vtrum habeant ius publicandi bona in cauſa vſurarum.*
45 *Princeps ex cauſa facit gratiam, etiam parte non remittente.*
46 *Sed an reuocet definitiuam ſententiam.*
47 *Quia in ſententia tranſacta in rem iudicatam.*
48 *De Principis praſtantia, & poteſtate.*
49 *De examine principalis inquiſiti, foriudicati remiſſiue.*

1 AD hanc deciſ.213.adde, † quod donatio cau-
2 ſa mortis quinque teſtibus probatur, † Sed
coram duobus facta reuocatio probatur.
Franciſcus Marcus *dec.*481. Ozaſcus *deciſ.*
*Pedemon.*53.*nu.*6. & latius Mantica *de coniecturis vl-*
3 *tim.voluntatum.in ſuo tit.*12. Item adde † quod dona-
4 tio cauſa mortis requirit præſentiam donatarij, nec va-
let niſi per ſtipulationem debitè factam, prout Capic.
*deciſ.*73. Guid. Pap. *deciſ.*222. Clar. *in §. donatio quaſt.*
13. vel in alijs caſibus, quos ponit Boer. *deciſ. ſæpius al-*
5 *legata* 353. Sed nota, † quod licet donatio cauſa mortis
de æquitate Canonica abſenti fieri poſſit, vt dicit Ægi-
dius *concluſ.*741. tamen contrarium eſt deciſum, Tolo-
6 ſana *deciſ.*384 Valet † etiam ipſa donatio cauſa mortis
facta abſenti, in vim fideicommiſſi exiſtente legitimo
teſtium numero, Aymon. Crauett. *conſil.* 52. *num.*5.
7 *& conſil.*139. *num. fin.* † valet etiam, ſi fit in teſtamento
donatio cauſa mortis abſenti Decius *conſil.*184.196. *&*
245. *numer.*7. de quo etiam Clarus aliqua, *in §. dona-*
8 *tio, quaſt.*5. † Quod autem donatio cauſa mortis facta
concubinæ valeat, ſi donationis tempore concubinatus
non durat, Capic. *deciſio.*102. *incip.* In cauſa Hippoly-
tæ Squere cum Caroio, & vide quæ dico *ad deciſio* 26.
9 *& ſeq.* Item † donatio cauſa mortis debet iudicari, dum
ſenex donationem facit. Menoch. *de arbitr. iudic.*
10 *quaſt.*51. *caſu* 60. *num.*13. *lib.*2. Item nota, † quod li-
cet inſinuatio requiratur in donatione quingentorum
11 aureorum, tamen † non requiritur in donatione cau-
12 ſa mortis. Guido Pap. 325. & 610. Sed † cautio Mu-
tiana requiritur in donatione cauſa mortis. Toloſana
13 *quaſt.*326. & Roman. *ſing.*584 Item † non tranſmitti-
tur ad hæredes ipſa donatio cauſa mortis donatario
prædecedente, Boer. *deciſ.*353. *num.*12. Item nota,
14 † quod tres ſunt ſpecies donationis cauſa mortis; ita
Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib.*
15 *primo. tit.*12 *num.*5. Item † ipſa donatio mortis cauſa,
non habet effectum per mortem ciuilem. Ita Paponius
*lib.*15. *decretorum, Arreſto primo, & ſecundo.* de
quo videndus eſt Caſſan. In Conſuetud. Burgund. *titu.*
16 *des droitz. rubr.*4. §.5. *gloſſ.*6. *numer.*10. † de donatio-
ne cauſa mortis an dicatur contractus, vel vltima vo-
luntas; & de alijs circa ipſam, vide ex Carpano in
conſuetudinibus Mediolani, *tomo primo, conſuetud.*
157. *littera* Q. *& eodem conſuetudin.*295. *verſic. in eius*
17 *vltima voluntate*, doctè, & eleganter. † Donatio
18 cauſa mortis nudo pacto efficitur, C. *in §. donatio,*
18 *quaſt.*14 † Item ius accreſcendi locum habet Bartol.
19 *in l. vnica. §. fin. C. de caducis tollendis*, † nec mulier
poteſt donare cauſa mortis ſine conſenſu illorum cum
quorum conſenſu debet contrahere. Ita Arnonius *ſin-*
20 *gul* 42. nec † ſolemnitas requiſita in teſtamento cæci
eſt de neceſſe adhibenda in donatione cauſa mortis,
vel codicillis. Ita Roland. *conſil.*82. *num.*20. *volum.*1.
21 & adde vnum notabile † quod ſicut non valet legatum
factum ab Aduocato Concubinæ, ita nec cauſa mor-
tis donatario, Bart. *in l.*6. *ff. de re iudicata*. Item nota
22 quod † donatio cauſa mortis per viam contractus fa-
cta, non cenſetur reuocata per teſtamentum, cum
Clauſula, caſſans, & irritans omne aliud teſtamentum,
& donationem cauſa mortis, Borgnin. *dec.*1. *de Contra-*
ctibus. Raud. *de Analog. cap.*23. *n.*65. Ad hanc *dec.*213.
23 *nu.*1. de † donatione facta, vtrum ſtatim transferat do-
minium ſi fit in abſentem non acceptantem. Capic.
24 *deciſ.*180. Aretin. *conſ.*17. Guid. Pap. *deciſ.*19. vbi an
iuramentum operetur acquiſitionem abſque accepta-
tione Paulus de Caſtro, *conſil.*195. *volu.*2. Guid. Pap.
25 *conſ* 32. Decius 225. 245. *&* 598. vbi quærit, † quis
præferatur, primus, an ſecundus donatarius, ſi ante ra-
tificationem donatur eadem res ſecundo, *& conſ.*932.
& in l. in contractibus. de reg. iur. optimè Affl. *in Con-*
24 *ſtit. Baiulos, num.*44. de materia † donationis factę ab-
ſenti, quod acceptatio ſeu ratificatio ſufficit notificari,
& ſic ſtipulatio Dec. *conſ.*239. *nu.*5. Alia circa hanc ma-
teriam reperi addita ad Bart. & latiſſimè per Man-
27 grellam, *in d. l. abſenti*, vbi ſi † donatio fit pio loco pro
28 dote, ſi interuenit iudex ad contractus, & † an retro-
trahatur donationis acceptatio, ad finem, vt creditores
medio tempore inter donationem, & acceptationem
hypothecarij excludantur, quod non retrotrahitur. Ca-
29 ſtrenſ. *conſ.*195. † etiam ſi adeſt conſtitutum, & preca-
rium Dec. *in l. contractus, ff. de reg. iur. nu.*15. *&* 16. *vi-*
30 *de quaſt. ad l. vbi ita donatur*, dico etiam, † & an hæc
donatio habeat vim donationis inter viuos, vel mortis.
Firmanus, *verbo, donatio cauſa mortis*. Ad hanc etiam
31 *deciſ.*213. *nu.* 1. *& ſeq.* de † donatione per verba, ex
nunc, prout ex tunc, quod ſtatim transfert dominium,
licet apponatur tempus mortis, Præſidens *infra deciſ.*
32 339. vbi † idem dicit iudicatum, licet donataria poſt
mortem acceptauerit donationem, & quæ ibi dico, &
adde Ioannem Colam de Roggerijs, *in conſ. pro Prin-*
33 *cipe Salerni, poſt Lecturam, ff. ſol. matrim.* & † quod
talis donatio ſtatim valeat, Conſiliar. Anna, *conſ.*1. *nu.*
1. & ad hunc numerum primum adde Annam Conſi-
34 liar. *conſ.*39. *num.*2. vbi de Clauſula, ex nunc, adde †
donationem hoc modo factam, hoc ius tribuere dona-
tario, quod ſequuta morte, ſi dicitur de nullitate dona-
tionis, lite pendente donatarius manutenetur in poſſeſ-
ſione bonorum donatorum; & ita deciſum fuiſſe. Item
adde quod donatio cauſa mortis reuocatur, & res do-
nata petitur cum fructibus, etiam ſi res fuerit tradita
voluntariè. Ita Cremenſis *Sing.*16. & Amanellus *de*
*claris aquis, Singul.*111. De alijs modis reuocandi do-
nationes cauſa mortis, vide Oſaſcum *deciſ.*117.118.
ad hunc *num.*5. adde Felin. *conſil.*42. *num.*14. etiam ſi
donans vult omnia eius bona integraliter poſt eius
35 mortem peruenire ad hoc hoſpitale, dicens, quod † ta-
lis donatio reuocatur: quia dicitur cauſa mortis reuo-
care nullo vnquam tempore promiſit, & eidem non
contrauenire. Decius *conſil.*306. *&* 521. ſed Natta,
*conſ.*104. *& conſ.*123. Quando tamen hæc procedant
Clar. *q* 4. *in §. donatio.* & Mantica *de coniectur. lib.*1.
36 *tit.*13. *num.*7. † ſed an pactum de non reuocando do-
37 nationem valeat, Natta *conſ.*707. & Boerius *conſ.*41. †
Quot modis reuocetur ipſa donatio cauſa mortis. Caſ-
ſan. *in Conſuetud. Burgund. tit. des ſucceſſions. rub.*7.
§........ *gloſſ.*2. *num.*8 ſed ipſa donatio reuocatur per ini-
micitiam ſuperuenientem. Ita Hippol. *Sing.*136. Item
38 † per donationem ſecundo loco factam, Natta *conſ.*
270. Ad num.8. adde, quod licet apponatur verbum,
mortis, non dicitur mortis cauſa donatio ſi iuramen-
tum adeſt, vel vſusfructus reſeruatio, vt latiſſimè dico
ad l. vbi ita donatur, ff. de donat. & eminentiſſimæ
ſcientiæ Doctor Ioannes Nicolaus Salernitanus, *in Re-*
petitione, l. qua dotis, ff ſol. matri. & ſex alios caſus po-
nit Magonius *deciſ. Lucenſi.*87. licet Boer. *deciſ.*353.
39 dicat ex mentione † mortis in donatione, donationem
cauſa mortis iudicari, de quo Cappel. Toloſ. 454. &
485. & Franciſcus Marcus *deciſ.*485. *n.*6. & quod in du-
bio cauſa mortis iudicetur, voluit Decius *conſ.*306. &
Crauetta *conſ.*277. de quo ipſe Decius aliqua *conſ.*270.
& ipſe Aim. *conſil.*214. & doctiſſimè Mantica *in lib.*1.
*tit.*13. *coniecturarum vltima voluntatis*, & Brunorus à
Sole in *Compendio propoſitionum iuris. verbo donatio,*
& Afflict. *dec.*338. *n.*6 qui contrariatur Boer. *deciſ. præ-*
dicta, omninò videndus Magonius *in Rota Florentina*
40 64. Ad *nu.*10. vide quæ *infra deciſ.*436. dico † Parthe-
nopæi foriudicati amittunt bona, vt filijs, & agnatis ac-
quiran-

quirantur, non fisco. Priuilegium est, vide quæ dico *supra decis. 102. de hoc n. 10.* Ad *n. 11.* adde
41 † an bona foriudicati grauati ex testamento bona restituere fideicommissario statim transeant, & ipso iure, & sine traditione. Anna, *cons. 12. in cap. Dominum.* & ibi quid in
42 fideicommissario conditionali, & an † foriudicatus, & bannitus habeatur pro mortuo, & de alijs pœnis, & excusationibus, vide Ioseph. Ludouic. *cons. 3. & quæ ego ad decisionem, 102. supra, dico, in princ. & fine meæ ad-*
43 *ditionis.* Ad *nu. 19.* ad istud, † an pœna publicationis veniat, si expressè nō dicitur, vide notata per Iul. Cla. §. *fi. q. 78* & Andr. *in cap. 1. vers. bona quæ sint regalia*, la-
44 te C ns. Rouit. *in Pragmat. de Vsurarijs.* An † Barones habeant ius publicandi bona in causa vsurarum, si in priuilegio non exprimitur, vide ibi ad *n. 37.* vide omninò eundem Rouitum mihi colendissimum *in Pragmatica, Quia nouiter, n. 8. in tit. de Vsuris.* Ad n. 38. ad-
45 de, quod † Princeps potest gratiam facere ex causa, etiam parte non remittente, vt hic, & nouissimè Catalanus *in tract. de indulto* & non modo potest gratiam fa-
46 cere, † sed etiam definitiuam sententiam reuocare, &
47 non modo definitiuam, † sed etiam transactam in rem iudicatam; ita Præsidens hic, ad limitationem *l. Paulus & l. Iudex posteaquam. ff. de re iudicata in dec.*
48 *398. numer. 4.* De † principis potestate, prestantia, & authoritate, tam circa gabellas, vectigalia, & cetera his similia, vel maiora, *videndus est tract. meus de examine principis. Philippi Tertij regis potentissimi amplissima potestate, imprimendus Deo dante quam citò* & Ioseph. Ludouicus *Conclus. quintadecima, ubi latissime, & do-*
49 *ctè loquitur.* Ad nu. 59. in fine, de † examine principalis inquisiti, & foriudicati, adde nouissimè Ambrosinum *in tract. de Processu informatiuo, post Foller. & alios in Regno Scribentes.*

ADDITIO D. RICII.

DOnatio facta à patre filio in capitulis matrimonialibus ex nunc prout ex tunc sequuta morte, & è contra, & præambula hora mortis, cum clausula constituti operatur dominij translationem, & iudicatur donatio inter viuos, hoc dicit. Hæc decisio limitauit tex. *in l. vbi ita donatur, ff. de donationibus causa mortis* vigore clausulæ ex nunc prout ex tunc, quæ apposita in contractu facit transire, & retrotransferri dominium vt tenet Obizo *in l. filiusfamilias. §. 1. de legat. 1. nu. 154. & sequent.* Loaz. *in 6. limit.* & translationem possessionis, vt post alios docet Marta *in tract. de clausul. par. 1. claus. 54. nu. 10. in fi.* vnde posita in actu conditionali, prout in casu nostro, facit conditionem adimpletam Gabriel, *consil. 185. nu. 6. volum. 1.* licet contrarium effectum pariat in gratiosis, nam conditionem minime retrahere docuit idem Gabriel, *cons. 198. in fin. vol. 1.* subdens debere expectari tempus, quo conditio existat perfecta, & ideò qualificat verbum, cui adijcitur, & refertur ad tempus quo dispositio incipere debeat, *l. debitor. § fin ff. ad Trebell.* Decius *consil. 283. n. 1.* & hinc vigore huius clausulæ, licet actus postea efficiatur, censeatur iam à principio factus, quia retrotrahitur Angel. *consil. 42.* Barbos. *consil 64. col. antepenult. vol. 4.* quos refert Cened. *sing. 14.* licet ipse inferius contrarium teneat allegando casum excommunicationis latæ cum clausula prædicta ex nunc prout ex tunc, nam excommunicatio retrotraheretur ante contumaciam, ob quam fertur excommunicatio. Adde quod clausula, ex nunc prout ex tunc operatur quod vnum tempus videatur alteri inesse, videlicet præsens in futuro, & è contra. Stephan. Gratian. *discep. for. c. 239. num. 18.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Donatio post mortem cum clausula ex nunc pro tunc sequuta morte iudicata fuit inter viuos, & adducuntur rationes.*
2 *Declaratur substantia donationis inter viuos, & quòd iudicanda sit talis ex pacto irreuocabilitatis, non obstante mentione mortis.*
3 *Refelluntur Mart. Medic. Harprecht. Barbos. & alij volentes irreuocabilitatem repugnare substantiæ donationis causa mortis.*
4 *Constitutum cum clausula ex nunc pro tunc sequuta morte, an sit translatiuum dominij, & Amat. pluries iudicatum testatur contra præsentem decisionem.*
5 *Donatio inter viuos post mortem facta, num caducetur ob præmorientiam donatarij, & confutatur Cancer. per D. DeKart.*
6 *Opinio Autoris & indicatur contradictio Amati.*
7 *Fiscus quando succedat ex persona foriudicati, & ostenditur error glos. in l. 1. C. de her. inst.*
8 *Restitutio delinquentis an operetur circa ea bona, quæ restitutus non habuit, & reijcitur D. Præses per Statb. sen.*
9 *Deuoluto feudo ob lineam finitam, vel delictum vasalli quando Fiscus teneatur ad debita illius, & improbatur D. Præses.*
10 *Foriudicati, vel damnati ad mortem an sint intestabiles, & pro obs. 102. n. 11.*

1 SAlebrosæ, & profundæ nunc succedunt quæstiones in materia donationis, & foriudicationis, & conclusio quæ primò statuitur est, quod donatio facta cum clausula constituti ex nunc pro tunc sequuta morte donantis dicatur inter viuos, & irreuocabilis ex *l. vbi ita donatur, ff. de donat. caus. mort.* ibi, *mors causa donandi magis est, quā mortis causa donatio.* Et pro indubitato scripsisse Crau. Natt. Menoch. Baiard. ad Clar. & alios docet de Mari. ad Reuert. *obs. 404. n. 2.* Et donatio dicitur pura translatiua dominij, & possessionis ab illo tunc, quo celebratur contractus, qui statim vndiq; perfectus est, licet sit dilatus post mortem, coniungendo tempora ex dictionibus ipsis, *ex nunc pro tunc* ad tradita pro Oldrad. *cons. 114. & 139.* de Pont. *de potest. Proreg. tit. 8. de refut. feud. n. 2. & in prælud. feud. lect. 2. n. 52.* Marcian. *cons. 92. vol. 1. n. 8.* Merl. *contr. 29. cent. 1.* Et dicta clausula ex nunc pro tunc operatur vt tempus futurum insit præsenti, & censeatur factus de presenti tempore, & tempus futurum retrotrahatur ad tempus datæ Gratian. *discep. 239. num. 19.* post alios de Marin. ad Reuert. *obs. 451.* Ann. *sing. 156.* vbi refert decisum in S. C. donatarium esse manutenendum contra hæredem virtute huius donationis cum dicta clausula, Prat. *discep. 14. lib. 2. nu. 8.* & donatio importat reseruationem fructuum durante vita, non autem iuris vsusfructus formalis, quæ satis differre inter se probat Rou. *in pragm. 4. de feud. n. 15.* Prat. *n. 10.* qui dicunt donationem esse puram, & simplicem in specie refutationis feudi pro validitate illius, secus si facta esset refutatio cum reseruatione vsusfructus formalis.

Tertius donatio iudicata fuit inter viuos, nam facta fuit contemplatione matrimonij in tabulis nuptialibus, quæ confunditur cum ipso matrimonio, & sortitur naturam illius, quod est irreuocabile.

2 Accedit, quod in donatione aderat pactum expressū

irreuocabilitatis, vt *nu.* 3. vndè cum dominium viuente donatario fuerit translatum in donatarium irreuocabiliter, erit donatio inter viuos, cuius substantia consistit in eo, quod dominium viuente donatario irreuocabiliter transit in donatarium, *l.* 1. *ff. de donat.* Fab. *de error. pragm. decad.* 45. *err.* 1. *n.* 12. *in fine*.

Melius dicitur, quod vbi non apparet donatorem voluisse facere donationem causa mortis, tunc etiam si in substantialibus donationis facta sit mentio mortis, in coniecturanda voluntate donatoris clausula irreuocabilitatis præualere debet, vt iudicanda sit inter viuos, dum irreuocabilitas quamuis non repugnaret substantiæ donationis causa mortis, attamẽ repugnat naturalibus illius, & propterea merito iudicanda est pro donatione inter viuos iuxta pactum irreuocabilitatis, Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 35. *n.* 21. *Thes. lib.* 2. *q. for.* 53. *n.* 2. Fab. *C. de don. def.* 2 Ferrentil. ad Burat. *dec.* 581. Rot. *decis.* 9. *tom.* 3. *recentior.* per Rubeum & apprimè congruunt verba *tex. in d. l. vbi ita donatur*.

3 Quatenus multi censent per pactum irreuocabilitatis donationem causa mortis transire in donationẽ inter viuos per *d. l. vbi ita donatur*, vt post alios relatos *n.* 2. Medic. *dec. Sen. tex. m.* 52 *n.* 21. Harprett. ad Clar. *lib.* 4. *§. donatio q.* 6. *n.* 4. dictum assertum verũ non est, quia donatio causa mortis potest fieri, vt nullo casu reuocari possit, *l. senatus*, *§. mortis causa in fin. & l. si alienam in fine, ff. de don. caus. mort.* & aduertit *Fab. vbi sup.* & firmat Petr. Gregor. Tholos. *in syntagm. iur. tom.* 2. *p.* 3. *lib.* 28. *c.* 14. 80 Thes. *vbi sup.* nec aliud est, quod disponitur in *d. l. vbi ita donatur*, in qua non dicitur esse donationem inter viuos, sed perindè haberi, quæ dictio *perindè* denotat similitudinem, non autem essentiam, cũ nullum simile sit idem, & irreuocabilitas non repugnat substantiæ donationis, quæ est, vt non transferatur dominium, nisi post mortem, vt Fab. *vbi sup. n.* 11. *& error.* 3. prout è contra potest fieri donatio inter viuos cum facultate disponendi, & reuocandi Bal. *cons.* 168. *vol.* 3. Ruin. *cons.* 182. Fontanell. *de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 26. *nu.* 2. Mantic. *de tac. lib.* 13. *tit.* 47. *n.* 4. Cutell. *de donat. tract.* 1. *discurs.* 2. *par.* 8. *num.* 34. Et hoc quando apparet clarè donatum fuisse inter viuos cum reseruatione facultatis reuocandi, alias in dubio censeretur donatio causa mortis ex potestate reuocandi & ita intelligendus est Fab. *vbi sup. tom.* 2. *decad.* 42. *error.* 3. *n.* 3. Hinc etiam parum benè sentiunt, qui dicũt irreuocabilitatem adeò repugnare substantiæ donationis causa mortis, vt tradant pro non scripta haberi tãquam repugnantem naturæ actus per *l. cum precario, ff. de procur.* vt post alios Barbos. *in l. quæ dotis, ff. sol. matr. nu.* 120. Mart. *vot.* 77. *n.* 35. *Sess. dec. Arag.* 360. *n.* 17. *tom.* 3. latè Dekart. *dec. Sardin.* 11. 21. *&* 83. *per tot.* Additur quod si fiat donatio causa mortis cum pacto irreuocabilitatis, tunc si præmoriatur donatarius caducatur donatio iuxta naturam suam, cum ante mortem donatio causa mortis non sit perfecta, & effectus non sit consumatus, deficiente persona propter quam fuerit facta, tamquam cessante causa, cessat effectus Menoch. *cons.* 388. *nu.* 46. Dekart. *dec.* 20. *n.* 11.

4 Dominium an transferatur in donatione post mortem cum clausula *Constituti ex nunc pro tunc sequuta morte, & è contra.* Sine illa conceptione, & formatione clausulæ in præambula hora mortis, & Dec. *cons.* 247. Negus. *de pignor. p.* 2. *memb.* 2. *n.* 3. Surd. *cons.* 171. *vol.* 2. *n.* 21. tenent constitutum vti collatum in tempus inhabile sit nullum, & innuit D. meus *n.* 1. vt aduertit Marcian. *vbi sup. n.* 8. & in donatione cum clausula *Constituti ex nunc pro tunc sequuta morte*, quod non transferatur dominium, nec possessio, nisi sequuta morte alij tenent, vt Guid. Pap. *dec.* 268. Honded. & alij quos refert Ant. de Amat. *resol.* 26. *nu.* 7. & constitutum debere esse purum per verba præsentis temporis, vt possessio transferatur cum dominio, non expectato conditionis euentu, tradunt Abb. Gomes. Hond. & plures quos recenset idem Amat. qui *nu.* 11. pluries obtentum contra præsentem decisionem in tribunali S. Officij Sanctissimæ Inquisitionis nuncupatim testatur. Imò quamuis constitutum esset cum dicta clausula, & euẽto casu donationis retrotrahatur ad tempus donationis iuxta Oldrad. *cons.* 139. attamen non fit retrotractio, quando res non manet in eodem statu tempore donationis, sed interim est ius alteri quæsitum Amat. *vbi sup.* addo Reuert. *in dec.* 451. vbi discrimen constituit inter clausulã ex nunc pro tunc, & clausulam præfatam cum addito, & in preambula hora mortis, & de Marin. *in obs.* tenet, quod primo casu non transeat dominium, nisi à die mortis, & quod necessè sit, vt viuat tunc donatarius, in secundo casu transeat statim à tempore donationis ex Molfes. *ad consuet. Neap. p.* 3. *q.* 5. *n.* 8. *& seq* beneuerum de Marin. *sibimet contradicit in obs.* 404.

5 Releuans est quæstio. An donatio inter viuos post mortem facta caducetur ob prædecedentiam donatarij, & negandum videtur ex tex. *in §. ex conditionali inst. de verb. oblig.* vbi ius ex contractu conditionali ad heredes transmittitur ita Cancer. *var. p.* 3. *c.* 21. *de transmiss. num.* 95. *& ad tex. in l. quod de pariter, ff. de reb. dub.* qui est directè contrarius, respondet, locum habere, vbi conditio superuiuentiæ fuit expressè apposita, nam tacita non impedit transmissionem, & tandem *nu.* 103. refert decisionem sui Senatus, pro qua opinione stant Fontanell. *vbi sup. num.* 23. Gratian. *discep.* 245. *nu.* 6. Noal. *de transmiss. c.* 5 *n.* 2. Gerard. Maynard. *dec.* 35. *lib.* 5.

Donationem è contra euanescere prædefuncto donatario tenet Alciat. *cons.* 3. *lib.* 8. *à nu.* 29. vbi in fortioribus terminis loquitur, quando scilicet donatio facta sit post mortem alicui, & hæredibus, & comprobant Peregr. *de fideic. art.* 51. *n.* 20. Menoch. *cons.* 442. Leand. Galganet. *de cond. & demonst. p.* 2. *c.* 1 *q.* 10. *n.* 8. Mascar. *de probat. conclus.* 564. *nu.* 3. Molin. *de rit. nupt. q.* 25. *nu.* 48. Natta *consult. vlt. p.* 1. *à num.* 17. & ita decisum testatur D. Dekart. *dec.* 20. *nu.* 1. vbi diffinitiuam esse expositionem *tex. in d. l. quod de pariter*, quod ibi fuerit expressa conditio superuiuentiæ, vt probat etiam Fontanell. *à nu.* 25.

Non turbat *d. §. ex conditionali*, quia procedit vbi conditio impletur in persona vocati secus si deficiat vt aduertunt Alciat. Peregr. *num.* 20. Valasc. *consul.* 122. & Leand. Galgan. *vbi sup. in q.* 45. *nu.* 5. probat tam conditionem expressam, quam tacitam deficientem in persona vocati impedire transmissionem.

Transmissio autem locum habet, quando ius conditionale oritur ex contractu vltro citroq; obligatorio, in quo stipulatio iudicanda est realis ex tex. *in l. Caius, ff. sol. matr. & l. si an(t)a. C. de iur. dot.* vbi pactum restitutionis dotis transit ad heredes dotantis, sed donationes regulariter fiunt ob meritum, & affectionem personæ, *l. nec adiecit. ff. pro soc.* nisi concurrant coniecturæ pro transmissione, vt in casu exposito à Cancer. tradit Dekart. *nu.* 15.

Caducationem donationis conditionalis ob prædecentiam donatarij negat *Reg. Larr. dec.* 34. *per tot. per l. spem, C. de donat. l. necessario. §. si pendente, ff. de peric. & comm. rei vend.* sed in casu illius decisionis, quia aderat clausula ex *nunc pro tunc*, ideò virtute dictæ clausulæ habere locum transmissionem tàm in contractibus, quàm vltimis voluntatibus probat *n.* 10. ex Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 2. *n.* 26. Fontanell. *claus.* 4. *gl.* 3. *nu.* 26. & hanc sententiam omninò sequendam in contractibus ex Menoch. *lib.* 4. *præs.* 201. *n.* 104.

6 Si interpositurus sum sensum meum, existimo donationem inter viuos collatam in tempus mortis vallatã huiusmodi constituto operari effectum incontinenti, tanquam super actu puro apposito, ex Tiraq. *de constit. limit.* 2. *n.* 18. & ita refert decisum in M. C. idem Amat. *resol.* 62. *n.* 11. Nec aduersatur, quod per constitutum transferatur possessio in donatarium in vltimo spiritu donãtis ex Oldrad. *cons.* 139. nam procedit in donatione causa mortis, in qua conditio per mortem constituẽtis adimpletur, nec operatur constitutum in tempus inhabile; Præterea conditio est casualis, quæ purificata

cata retrotrahatur cum extinctione hypothecæ medio tempore contractæ Oldrad. *vbi sup.* Et quamuis Dec. *cons* 247. teneat contra Oldrad. quando res non esset in posse donantis tempore purificatæ conditionis, dum extrema non sunt habilia, attamen Neguſ. *vbi sup. n.4.* defensat Oldrad. ab impugnatione Decij, addo de Pont. *cons.29 n.7.* vbi Rota reijcit Decium Hend. & alios, & cum Buratto alias decisiones congerit Postius *de manut.obs.20 n.38.* [illegible] *in fin.*

7 Foriudicatus cum dicatur insuccessibilis, & incapax ex *l.1.C. de hæred. insti.* proindè fiscus non potest acquirere ex persona illius, dum viuit naturaliter, nam dominium non potest radicari in persona illius, consequẽter non reperit quod auferre possit, nec ius succedendi competens foriudicato competit fisco, Andr. *in constit. ob filiorum culpas.* Secus in vno casu dictæ constitutionis, quando pater habens filium foriudicatum moritur ab intestato, quia fiscus ex persona illius succedit & dicta constitutio est exorbitans, dum filius existens incapax est, ac si non esset *d.l.1.* sed quia ibi, *glos. in ver. non fuissent*, dicit Fiscum ex persona illius capere, & allegat *l. hæreditas, C. de his quibus indign.* ideò compilator cõstitutionis deceptus illa *glosa* vocauit fiscum, sed cum *glosa* illa communiter ab omnibus reprobetur, vt Bar. & *glos.* interlinearis, nec obstat *d. l.1.* nam loquitur in indigno, quem testator declarauerat non mereri suam hæreditatem, nihilominus dicta constitutio seruanda est in casu isto, alias regulariter hæreditas defertur ad proximiores, quia hæres est incapax Montan. *de regal. rubr. bona* [illegible] *nu.3.*

8 Restitutionem delinquentis non operari circa bona, quæ restitutus tempore delicti non habuit, etiam quod durante banno ad eũ spectare cœperunt asserit D. meus *n.2.* At contra eum nominatim probat Staib. *cons.35.n.22. per tex in l. siue patronus ff. de iur. patron.* quem etiã allegat Gratian. *discep 209.n.6.* & ante istos Bar. *in l.1. ff. de co[n]trat* [illegible] *& in tract. de min.* vbi ita dixit disputatum fuisse, & decisum, Odd. *de rest. in integr. p.2.q.99. art.1.nu.6.* qui dicit adesse *textum* cui responderi non potest in *l.1.§.q* [illegible] *ff. ad Tertull.* sed non figit pedes in hac opinione prout neque de Marin. ad Reuert. *obs.487* De restitutione ex iustitia quod hæc operatur in præiudicium tertij est pulchra, *alleg 41.* de Marin. sed in casu restitutionis ex gratia restitutum non restitui ad bona quæsita substitutis, & agnatis verius probat ex Farin. *q.103.n.10* Hond. *cons.55.lib.2* & alij latè Altograd. [illegible] *.98.n.6.*

9 Differentiam constituit D. meus *n.33.* inter deuolutionem quæ ad Dominum ob lineam finitam, & eam quæ fit publicationem bonorum, vt in primo casu quãdo deuoluitur ob defectum successorum, tunc non teneatur Dominus ad onera contracta sine assensu, secus in secundo casu cum bona dicantur deducto ære alieno, & allegat Andr. *in § quid ergo, vers. quid si vassallus tit. de inuestit de re alien. fact.* Frecc. *de subfeud. lib.2. auth.29.* [illegible] Ea ratione, nam de deuolutione propter delictum, ex quo bona confiscantur, Fiscus est vniuersalis successor, sed quando linea deficit, tunc Fiscus fit singularis successor ex pacto primæuo inuestituræ, & consequenter vnus casus differat ab alio.

Repugnat autem de Pont. *cons 64.n 3.vol.2.* vbi fundat deuolutionem ex pacto similiter, & ex contractu, & delinquentem quasi cõtraxisse pro feudi reuersione, quoties à fidelitate discederet, hinc Affl. *dec.385* dicebat, quod cum Fiscus succedit delinquenti non sit hæres, sed successor singularis, nec possit actione personali conueniri, & sequitur Reg. Moles *q.* [illegible] & D. meus nuncupatim reprehenditur a Reg. Constant. *in l.1.nu 145. C. pœn. fiscal. credit. p*[illegible] *lib 10*

Deuoluto feudo an extinguantur hypothecæ cum assensu contractæ dubitant scribentes, & affirmat Rouit. *cons.53.n.19.* Carleual *de iudic. di*[s]*p.23.n.39.* Fontanel. *dec.474.* Reg. Constant. *vbi sup.* Barbat. *de assist. glos.9. n.49.* sed contrarium dic verius ex D. meo *nu.32* Frecc. *vbi sup. n.6.* Si tamen debitum est burgensaticum, Fiscus submouebit creditorem exceptione litterarum Suę Maiestatis, in quibus mandatum est, vt Fiscus recipiat bona burgẽsatica feudatarij pro soluendis creditoribus habentibus hypothecas cum assensu super feudis deuolutis, vt ex litteris quas transcribit Carleu. *in fi disp.23.*

10 Dixi *in obs.102. nu.9.* foriudicatos non posse habere hęredes, sed filios, & agnatos vsque ad tertium gradum succedere non vti hęredes, sed imperiali beneficentia ex *Auth. bona damnatorum, C. de bon. proscrip. & constit. Regn. foriudicatorum bona.* quod rursus comprobo ex Surd. *in dec.280 n.11.* vbi post alios firmat filios, vel agnatos succedere in locum fisci, qui non tenetur vltra vires, etiam non confecto inuentario. Verum quia posset contingere casus in quo nec filij agnati neque fiscus vellent successionem vti onerosam, & tunc dominium bonorum remaneret penes foriudicatum ex traditis *n. 18 & 21.* Aut possit quis foriudicari propter homicidium in persona eius, cui successit, à quo vti indigno de iure fiscus auocare bona, & in hoc casu nemo potest opponere de iure fisci ex Surd. *vbi sup.* & ibi D. Hodierna qui allegat D. meum *n.23.* congruè igitur quæri potest, An foriudicatus testari possit, & affirmandum videtur, ex eo, quia foriudicatus non efficitur seruus pœnæ ex Bar. Pereg. Rouit. Merl. de Marin. & alijs recensitis in *d. obs.102.n.10.* & hoc virtute *Auth. sed hodie, C. de don. int. vir. & vxor.* ex cuius dispositione nemo hodie benè natus efficitur seruus pœnæ, quamuis deportati, & foriudicati de iure Digestorum non sunt capaces factionis testamenti actiuæ, & passiuæ, vt sunt *tex expressi in l. quidam, ff. de pœn. l. eius qui, § in fine, ff. de test.* vbi *glos.* dat concordantes, & equidem ingens pugna est. Vtrum foriudicatus antequam in potestatem Iudicis peruenerit dicatur seruus pœnæ, & affirmat Fulgos. *in l.1.C. de her. insti.* Ann. & alij per nos allegati, pro qua opinione septuaginta Doctores congerit Altograd. *cons.98.n.34.* & post alios Merlin. *dec.1.n.21.* Farin. *q.102.n 52.* Cartar. *de execut capt. bannit. c.1.n.114* Et quando bannitus potest impune offendi, & conceditur premium occidentibus, prout est in foriudicatis, & quamuis loquatur in bannitis cum publicatione bonorum, pariter foriudicatorum bona publicantur si foriudicatus non habet liberos, vel agnatos, & si habet succedunt ipsi in locum fisci. Et foriudicati habentur pro mortuis, & per foriudicationem successoribus, & vocatis ad fideicommissum, statim fieri locum scribunt Ann. *cons.9.nu.31.* Menoch. *cons.227.n.44* & fit locus substitutis, vt Pereg. *de iur. fisc. tit.5. de deport. n.19.* Farinac. *q.102.* vbi quod hæreditas bannito delata non transit ad fiscum, sed ad substitutum, vel cohæredes, & amittunt iura agnationis, & cognationis ad effectum succedendi Farin. *q.102. n.75.* & quamuis iura matrimonij non tollantur *l 1. C. de repud.* & filij concepti post bannum dicantur legitimi, ideòq; videantur habiles ad succedendum patri, & faciendum deficere conditionem fideicommissi, si sine filijs ex Petr. *de fideic. q.11.n.615.* cum enim quis vocat descendẽtes, & sic naturaliter pro tempore natos, comprehendant omnes etiam natos ex bannitis, sunt etenim descendentes à natura, quæ immutari nequit per ordinationes contra bannitos, *l eas obligationes, ff. de cap. dimin.* Petr. *n.615* Ex aduerso adducitur quod licet matrimonij iura non tollantur, attamen respectu successionis à loco, à quo pater est bannitus, tunc filius habetur vti natus ex alio, & nouo homine; itaq; huiusmodi filij post talem patris calamitatem concepti non faciunt deficere conditionem fideicommissi, *l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebell.* Alex. *ibi n.5.* & vti ex nouo homine forese, prorsus, & extraneo Bar. *in l. fi.* & ibi Alex. *C. de leg.* Nell. *de bannit. 1.p. 2. temp. q.45.* Altogr. *n.94.*

10 Quæstio dependet ab articulo. An foriudicatio dicatur sequi ob contumaciam, vt volunt Salyc. *in l.1.C. de her. instit* Corn. *cons.55. vol 2. num.24.* qui supponunt bannum esse ex contumacia, vbi quis non bannitur in præsentia, sed bannum resultat ex vi fictæ confessionis, & testes recipiuntur parte non citata, nec foriudicationem præcedit plena delicti probatio, nam sufficit semiplena,

miplena, ex qua posset procedi ad torturã Seraph. *dec.* 354.*n.*10.*&* 11.Rot.*in dec.*615.*in recent.* Verumtamen his obiectionibus respondet Farin. *q.*11. *à nu.*92. quod possit procedi ad condemnandum ad definitiuam etiã ex huiusmodi probationibus, & si foriudicatus in contumaciam banniretur, tunc non posset impunè occidi prout potest:vndè foriudicantur ex delicto, & non per sententiam in contumaciam, sed definitiuam, & mortalem cum non admittantur ad faciendum defensiones Cartar.*n* 21. *Altogr. vbi sup.* Quapropter dubitandum videtur de sententia Rouit. Mers.de Marin. Castill.*dec.* 37.*n.*2 *et in d. obs.*102. & pensitandum relinquo interim, dum resumatu *obs.*301.

Condemnatus ad mortem naturalem existens in forcis Curiæ efficitur seruus pœnę, *l. qui vltimo supplicio, ff. de pœn.* Marant. *in d.l. is potest nu.*106. verum hodie vbique seruatur, vt etiam ij qui morti tradendi sunt testamenta conficiant, & vltimas rogent voluntates, vt testatur Clar. *lib.* 3 *sentent. §. testamentum q.*21. Coler. *dec.* German. 38. *per tot.* & ita seruari in M. C. V. præsertim ad pias causas refert Marant. *respons.*26 *tom.*5. *nu.*48. vbi inquit videri id ipsis permitti ex tacita saltem Principis facultate.

Retrotractionem in præiudicium tertij supra admissi in conditione casuali, sed hoc quando agitur de hypotheca medio tempore quæsita, si verò de iure dominij negat Dot.*cons.*247.nihilominus contrarium verius, & ex Capyc. *dec.*182. cum modificatione de qua per Neguf.2. *memb. p.*2.*n.*58. Akograd.*cons.*33 *nu.*18.

SVMMARIVM.

1 *Tutorum testamentariorum alter excusatus, alius in locum eius dandus est arbitrio iudicis, quod regulatur, ex qualitate tutoris, qui remansit, & ex qualitate, & quantitate patrimonij.*

DECISIO CCXIV.

Summarium pro argumento deseruit.

EXcusato vno ex duobus tutoribus testamentarijs remanente sola auia tutrice instabat mater pupillorum, quod daretur alius tutor in locum excusati, & petebat, ipsi tanquam matri tutelam deferri, iudicauimus in Sacro Consilio die 7. Septemb.1579. esse in arbitrio iudicis excusato vno ex tutorib. alterum loco eius subrogare, per tex. *in l. si quis sub conditione. ff. de test. tut.* per quem tex. ita consuluit Soc. *cons.*293. *circa primum, col.*1.2. *vol. vbi allegat concor.* Niconitius *in alleg.*33 *Constitutus.*4.*col. vers. praterea dato.* Diximus tamen hoc arbitrarium debere regulari ex qualitate tutoris, qui remanet, & ex qualitate, & quantitate patrimonij, ex dictis per Soc. *vbi supra*, & propterea iussimus exhiberi inuentarium honorum patris, quo exhibito, visum fuit ex ipsius inspectione, pupillos alio egere tutore, & sic ei prouidimus de matre simul cum auia, quæ remanserat, penes Secretarium, & dicit Hyer. à Laurentijs *in dec. Auenio.*141. quod quando testantes tutores non sufficiunt, iudex ad hoc cogitur. *fol.*165.

ADDITIO D. VISCONTI.

VIdeatur *dec. Rota* 4. *Auen.*141. & conferunt scripta per Surd. *in decis.* 207. sed decis. istam in puncto principali refert Galter. *de tutel. fol.*90. *nu.*36.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Vno ex pupillis pubere, an tutela testamentaria expiret quo ad alios.*

2 *Mater, & alio relictis tutoribus, si mater ad secunda vota transeat, an ille solus tutor remaneat.*

1 AD hanc decis. adde † an si vnus ex pupillis sit pubes, tutela testamentaria finiatur quo ad alios, text. *in l. si tutor, §. si duobus, ff. de tutelis.* Firmanum, *in verbo tutela finitur, n.*13. *& verbo tutor legitimus, nu.*16. vbi quod tutela testamentaria non finitur, secus datiua. Vide etiam Crauet.
2 *cons.*18.*n.*5.*vol.*1. vbi † quod si relinquitur in testamento tutrix mater, & alius, & ipsa transit ad secundas nuptias, quod alter tutor testamentarius sufficit, nec datur alius dum ipse solus sufficiat, & in suo consilio videndus est Stracca *ad Crauett. in dict. cons.* Ad hanc decis. *ad l. si quis sub conditione, adde* Beroum *q.*66. Borgnin. *in tract. de tut. & curat. nu.*286.

ADDITIO D. RICII.

AD materiam tamen donationis causa mortis vide Molses. *cons.*2. *& nostram collect.*71.

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA,

SVMMARIVM.

1 *Excusato vno de tutoribus testamentarijs arbitrio Iudicis remitti subrogationem alterius firmat decisio cum Cancer. Gratian. Bur at. & alijs.*
2 *Quid si plures dati sint, vt vnus sine alio non possit administrare, aut possint coniunctim plures administrare, & in hoc anceps ostenditur Rota.*
3 *Tutela datiua non est locus ob deficientiam tutoris testamentarij; Et si assertio de tutoribus procedat in exequutoribus testamenti Sesse recedit à decis. sui Senatus.*

1 DE arbitrarijs Iudicum videtur resolutio quæstionis nunc disceptandæ. An excusato vno de duobus tutoribus testamentarijs, alius in locum eius dandus sit; & arbitrio Iudicis ex qualitate tutoris, qui remansit, & ex qualitate, & quantitate patrimonij debere Iudicem arbitrari, vt si sufficere tutorem superstitem pro administratione iudicans agnoscet, subrogationem cessare, quamuis testator dixerit tutelam per plures esse administrandam docent *glos. in l.*1. *C. de testamen. tutel.* Bald. *cons.*489. *col.*2. quem refert, & sequitur Cancer. *variar. p.*1. *tit. de tutor. n.*26. Gratian. *discep.*839.*n.* 47. *& ex* Corn. *cons.*175. & Angel. *cons.*92. Tusc. *litt. F. conclus.*423. *num.*24. vbi ait quod si testator disposuerit quod essent tres, & mortuo vno, alius subrogetur; tunc datur alius in locum deficientis; Si autem arbitratur Iudex vnum sufficere, non compelli alium subrogare, nec aliam facere prouisionem, quando superstes est sufficiens, & affirmat Ant. Plag. *de tut. & cur. q.*9. *n.* 8. & tutela testamentaria non finitur per mortem alicuius ex superstitibus, sed durat in alijs, qui sunt sufficientes, *l. si quis sub conditione, §. plene, & ibi glos.* Odofr Bar. Bal. *ff. de testam. tut.* Burat. *dec.*389. Cyriac. *contron.*150.

2 Limitatur si plures dati sunt Tutores, vt vnus sine alio non possit administrare, tunc quia testator adimit potentiam, vno deficiente tutela expirat quoad omnes, nec durat in superstitibus, *l. Titium, & Meuium, ff. de administ. tut.* Bal. *cons.*308. & 320. qui ponit casum; cum testator dixerat omnes simul debere administrare, & non vnum Mastrill. *decis.*41. Bal. Thom. *de tutel. tit.* 146.1.

14.c.1.n.41.Burat.*dec.*448.Mut.*dec.*33.*n.*13.qui exemplificat quando testator iusserat,vt coniunctim, & non diuisim administrent Cost.*de port.rat.q.*57.*n.*8. Giurb. *obs.*3 *nu* 25.

Dubitatio est,quando testator dixisset , quod tutores possint coniunctim administrare;nam verbum possint, cum sit facultatiuum,& non præceptiuum,non videtur adimere authoritatem , quam habent tutores in solidum , vt iudicauit Rot. penès Burat. *dec.*389. & penès Thomat. *vbi sup. nu.*42. etiam si adsint verba complexiua,*coniunctim*,aut *simul*,& in hoc articulo anceps fuit Rot.penès Burat *dec.*344. *n.*19. quo loci Ferentill. *litt. B.* tradit dubitasse eamdem Rotam *in alia decis* 348. Burat.& emanauit decisio postea in contrarium in *dec.* 389.& præterea quæstionem ait dubiam si verba *simul*, & *coniunctim* æquipolleant illis , quod vnus non possit sine alio administrare,vt tenuit *gloss.*2.*lt. in c. fin. de testam.in* 6.Bal.*cons.*308.& 320.& ideò Ferrentill.*litt. A.* dixit die 21. Iunij 1620. coram Vbaldo hæsitasse Rotam : beneuerum 13. Nouembris 1615. coram Vbaldo Rota iudicauit dicta verba non æquipollere , quicquid tamen alij dicant conciliari potest quæstio cum hac distinctione,quod si testator dixerit, quod tutores possint coniunctim administrare , & tunc per mortem vnius remaneat facultas administrandi in superstitibus,secus autem si dixerit testator, quod possint tutores coniunctim simul concludere,& terminare, vt fusè Altigrad. *cons.*100. nam illa verba facultatiua ad conclusionem relatiua,sunt efficaciora, & maioris importantiæ .

3 Aduertendum est in casu quo sit locus subrogationi alterius tutoris,propter excusationem vel deficientiam vnius, tunc erit locus tutelæ datiuæ ; nam si remanent reliquiæ tutelæ testamentariæ , non est locus tutelæ legitimæ,*text.est in d.l.si sub conditione* ibi, *Si semel ad testamentariam tutelam deuoluta sit tutela,deinde excusatus sit testamentarius,adhuc dicimus in locum excusati alium dandum,non ad legitimum tutorem redire tutelam Gutier.de tutel.p.*1.*q.*5.*n.*11.

In executoribus testamenti maior difficultas est , si testator ordinasset, quod omnes simul , & coniunctim habeant potestatem exequendi, & Sesse *dec.*5.*n.*1. dicit iudicatum per mortem vnius ex executoribus remanere potestatem in alijs;beneuerum *n.* 2.ipse contrarium tenet , *cap* 2. *de testam.* quod in contrarium adducitur procedat quando simpliciter plures sunt relicti executores ; non autem quando testator ordinasset , quod vnus non possit esse exequutor sine alio .

SVMMARIVM.

1 *Subuentionem vassalli præstare debent Domino , quitanquam auus neptem maritat,etsi pater viuat,dummodo sit inops nu.*6. 10.18.& 20.

2 *Subuentio tunc debetur Domino à vassallis quando ex necessitate tenetur maritare .*

3 *Dotare filias paternum est officium,& etiam aui , in cuius est potestate,viuo adhuc patre,nu.*9.

4 *Subuentionem pro nepte maritanda vassalli præstare tenentur si alias in alia nepte non contribuerunt ,secundum prouisiones Regis Caroli II.quæ non seruantur,vt nu.* 11.

5 *Const.Regni,quamplurimum,est onerosa,& ideo strictius intelligenda .*

7 *Filij appellatione venit nepos .*

8 *Constit.Regni,quamplurimum, quæ cogit vassallos ad subueniendum domino pro militia filij, procedit etiam pro militia nepotis .*

12 *Capitulum Regni , incip. statuimus de adiutorio præstando,interpretatum fuit , quod subuentio debeatur pro omnibus filiabus ,& idem est dicendum,dum pro omnibus neptibus ex filio, quas auus ex necessitate maritat,cum numero sequent.*

14 *Const.Regni quamplurimum, est æqua , sed quatenus onerosa , fauorabilis censetur , quia fundatur in æquitate canonica. cum num. seq.*

16 *Constit.prædicta,licet onerosa , includit nepotes ex vi comprahensiua,non extensiua .*

17 *Nepos ex filio respectu substantiæ corporalis dicitur idem homo cum patre suo,& sic cum auo,licet respectu animæ sit nouus homo .*

19 *Facultatibus quilibet idoneus præsumitur .*

DECISIO CCXV.

Vassalli obligati ad subuentionem domino pro collocanda filia,vel nepte,an teneantur quando auus neptem eius patre-viuo collocat.

1 VAssallos † debere subuenire Domino,quando maritat auus neptem dicit Bart. de Capua *in addit.ad Constit.Regni.* quamplurimum,vbi etiam Iacobus de Gello,Affl. plene ibidem in secunda dubitatione , & additio *ad capit. Regni, Item statuimus,quod comites in ordin.Nigr. fol.* 138.*sine auctore* vbi meminit de Bartholomæo , prædicto,& nouissimè Frecc.*in tractat.de subf. lib.*2.*auctho-*
2 *ritate*, per rationes , de quibus per eos , † & ea præsertim , quod tunc debetur subuentio Domino , quando pro necessitate maritat,vt dicit Andr.*in dict.Constitut. quamplurimum.colu.*2.*vers hac autem,& in Const. Comitibus in fin.* Dubitatum tamen fuit in causa Magn.Baronis S. Cæsarei de Prouincia Terræ Idrunti, aui paterni,an decisiones prædictæ procedant,quando pa-
3 ter viuit ? & dubium faciebat , † quia regula est , quod officium paternum est dotare filias.*ite qui liberos.ff. de ritu. nupt.* & quod propterea non ab re Affl.*in dict. Constit.in dict. secunda dubitatione* , mouet quæstionem,quando filius primogenitus est mortuus, & Freccia *in dict.*2.*auctoritate*, ponit exemplum quando pater est inops,vel mortuus,& allegat Bartholomeum sic indistinctè loquentem,quasi quod sic eius dicta sint intelligenda . Item in hac causa faciebant dubium literæ, seu prouisiones Regis Caroli II. relatæ per Frecciam ,
4 *vbi supra*.quibus cauetur , † quod detur adiutorium pro subsidio nuptiarum nuptis , si aliàs in alia nepte non contribuit. Sed in casu de quo agebatur pro alia nepte vassalli contribuerant , ergo cogi non debebant .
5 Accedebat prædictis , † quod Constitutio prædicta onerosa est,vt dicit And.*ibid.vers quid similiter , & iterum vers. alij contra* , quia vassalli coguntur soluere , quod non promiserunt , vnde quanto strictius poterit , intelligenda est. *l.cum quidam.ff.de liber. & posth* Pro Barone dicebatur,quod pro eo faciebāt decisiones Doctorum prædictorum,quæ simpliciter loquuntur,vnde
6 † hæc distinctio reijcienda est,quod sit viuus, vel mortuus primogenitus.*l.de petitio.ff.de pub.* Itē quod Bar-
7 tholomæus de Capua fundat se alia ratione, ex quo † appellatione filij venit, nepos ex legis interpretatione. *l.liberorum.ff.de verb.sign.* Hinc dicit, quod licet prædicta Const. Regni, cogat vassallum ad subueniendum Domino pro militia filij,procedet etiam pro militia ne-
8 potis,†& quod quamuis exprimat pro maritanda filia, & non loquatur de nepte , expressio processit ratione frequentioris vsus,vt dicit,An.*ibid.*2.*col. vers. & quod dicit*,& Frecc.*vbi supra.* Et dicebatur nō obstare,quod
9 dicitur esse officium paternum dotare , † quia est etiam hoc officium aui,in cuius potestate est neptis,per tex.*in l.dedit autem.ff.de colla.bon.*& quod sit etiam officium aui,tenet Bart.*in l.*1.*colum.*3.*num.*13.*vers.quid in auo. ff.sol. mat.* per tex. *in d.l. dedit autem* , præ cæteris Luc. *ibid.col.*7.*vers iuxta prædicta quærit*,& Rip.*colum.*15. *vers successiue quærit Bart num.*74 *Bal.nouelan repet. nu.*13.*vers an autem dispositio.*Cro.*num.*80.*vers quæris etiam hic Bart.*& Camil.*n.*120 *ver.quæris*,qui omnes concludunt, auum cogi ad dotandum neptem , & loquuntur viuo patre , quia aliàs quæstio non haberet
10 dubium.Quod etiam apparet , † quia Iu.& Ripa , *vbi supra* , dicunt procedere hanc conclus. patre existen-

te inope, & sic apparet ex prædictis, quod auus maritat neptem ex necessitate, vnde succedit decis. Andr. supra allegata, quod vbi est onus dotandi, ibi est necessitas subueniendi, & primum argum. pro vniuersitate non solum non facit pro ea, sed contra eam retorquetur, & apparet, quod quæstio Afflict. *in dict. 2. dubitat.* quando ponit exemplum mortuo primogenito, procedit etiam, quod primogenitus viuat. Nec obst. quod secundo loco dicebatur de literis Regis Caroli relatis per Frecciam loquentibus de aliqua ex neptibus, & sic etiam loquuntur Capitula relata per Andr. *in d. Constit. Comitibus*.
11 † Nam dicebatur prædictas literas, seu prouisiones non esse incorporatas in vol. Constitutionum Capitulorum, vel Pragmaticarum Regni, & propterea de eis non esse habendam rationem. Item, quod Capitulum Regni, item statuimus, quod Comites, vel Barones, loquitur in numero plurali, vnde hodie sine dubio Constitu. Regni recepit interpretatio-
12 nem, † quod subuentio debeatur in omnibus filiabus, ita concluditur in dd. Additionibus D. Bar. *in Addit. fin.* subscripta per decem Doctores Neapol. ex quibus aliqui fuerunt Regij Consiliarij per Pulcherrimas rationes, qui dicunt illis temporibus sic fuisse iudicatum, & nouissimè Afflict. *in d. Constitut. colum 9. in 6. notab.* post longam disputationem sic concludit, & sic in dies seruamus, licet Gramma. aliter sentiat *in addit. ad d. constit. Reg. num. 6. vers. sed an possit*, potuerunt igitur illæ prouisiones expediri tempore, quo de hoc adhuc
13 dubitabatur, † vnde cum sit decisum in pluribus filiab. quas pater ex necessitate maritat, idem est dicendum in pluribus neptibus ex filio, quas similiter ex necessitate maritat. Nec obstare prædictis, quod constit. sit onerosa, & non extendenda, prout dicit Andr. *vbi sup.* vel quod si extenditur ad casum, quando filius est mortuus, non debet extendi quando viuit, quia And. *in d. constit. dicit. in vers. audiui*, quod constitu. prædicta est
14 æqua, † & quod quando statutum fundatur in æquitate proceditur de similibus ad similia. *l. si quis seruus. C. de fur.* sed respectu aui paterni non modo est simile, quod maritetur filia, vel neptis sed est idem, cum ex necessitate sic teneatur ad dotem neptis sicut filiæ. Ergo hæc constitutio hunc casum comprehendet. Item
15 dicebatur, † hanc Constit. etsi esset onerosa, esse tamen fauorabilem, procedit enim vt charitatiuum subsidium, quod in æquitate canonica fundatur, *vt in c. cum Apostolus §. prohibemus extra de censibus*, ita ad prædicta respondet Bar. de Capua *in addit. prædicta, vers. item non obstat*, & dicit sic esse in veritate, & additio,
16 *vbi sup. ad c. Regni Item statuimus.* Item dicebatur, † quod etsi constitu. esset onerosa, hic casus pro dote neptis non extendit Constitutionem, sed sub constitutione comprehenditur, vnde non est extensio, sed comprehensio, quia filiorum appellatione neptes continentur, vt dicit idem Bart. *in d. Constitu. quamplurimum, in fi. versic. item quare* dum loquitur de militia nepotis. Ad prædicta deseruiunt pulchra verba Guliel. Bened. *in c. Raynutius, in ver. mortuo itaque testatore, fo. 2. nu. 33.*
17 *ver. & ea, quæ dicta sunt, de testam.* dum dicit † quod licet nepos ex filio, habito respectu ad nouam animam sit nouus homo, nihilominus respectu substantiæ corporalis est quasi idem homo cum filio, eius patre, & sic cum auo suo, vnde cum sit quasi idem homo cum patre, & auo comprehendetur sub verbis Constitutionis, & ex prędictis videbatur omninò iudicandum in fauorem Baronis aui paterni Dubitatum tamen fuit contra
18 auum † ex quo ipse erat actor, & non probauerat patrem esse inopem, cum eo casu sit onus suum dotandi, vt dicit Bar. *consil. 56. filius solus.* quem sic declarant, & intelligunt Ias. & Rip. *vbi sup.* & plenè declarat Io. Lup. *in repet. c. per vestras. in verbo tertio sequitur in tex. lit. R. fol. 83. vers. an auus.* Ex sic eo casu debetur subuentio, vnde ipso non probante tenebatur per reg. *l. ei qui dicit. ff. de prob.* & Sac. Consil. ita iudicauit in propria materia *in decis. 377.* congerit alios Burs. *consil. 80. dominus 7. column. num. 28. vniuersitas*, quæ erat rea, debebat
19 absolui, eo maximè quia † quilibet præsumitur idoneus facultatibus *l. si defunctus. C. arbit. tut.* Facta hac difficultate contra actorem dicebat hanc distinctionem inopiæ, & diuitiarum non debere fieri post quam Constitutio loquitur simpliciter, & indistinctè præstatur adiutorium Dominis per vassallos pro dotibus filiarum, vel quod domini sint diuites, vel quod sint pauperes, & postquam secundum prædicta neptis comprehenditur appellatione filiæ, respectu cuius non considerantur diuitiæ, vel inopia patris, ergo nec in nepte sunt consideranda. Sed dictum fuit ex dictis Andreæ requiri, quod sit necessitas dotandi. Et cum in nepte non sit hæc necessitas pater est diues, & sic cessat vnum ex necessarijs; non videbatur, vassallos esse cogendos, eo magis, quia sic in specie tenet Mari. *vbi supra*, qui posuit exemplum existente patre inope, quo casu auus tenetur neptem dotare Menoch. *in tract. de præsump. lib. 4. in materia auth. res, quæ in 2. casu num. 22. & nouissimè*, Petr. Barbosa, *in l. 1. in 4. par. nu. 110. vers. vlterius circa hoc. fol. 396. ff. sol. matr.* Sacrum Consilium habita informatione de paupertate patris, condemnauit vassallos ad subuentionem.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. in fi. Adde Maxill. *in Consuet. Bari fol. 48. n. 13. & seq. in nouis.*

Num. 12. Adde Fuscum *in sine. 25. liter. F. post Frecc. de subfeud. q. 5 post secunda auth. & infra decis. 306. in princ. &* Capibl. *in tract. de Baron. fol. 35. num. 67. & seq.*

Num. 18. *iuncto num. 9.* An auus teneatur dotare neptem; Vide Viuium *in opin 75. par. 1. &* Mascard. *de probation. conclus. 156. num. 21. vol. 1. & ibi de materia.*

Vide ad istam decis. Campan. *in cap. regni 112.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Adiutorium præstatur Baroni pro filio Doctorando.*
2 *Ecclesiastici Prælati adiutorium petunt.*
3 *Et tunc quinque Carolenidantur pro singulis focularijs.*
4 *Subuentio ista quomodo Baronibus debita.*
5 *Charitatiui subsidij taxatio.*
6 *Vniuersitas in quibus obligata sit domino, & 7. & 8.*
9 *Vniuersitas quando puniatur.*
10 *Quando delinquat, & quando excusetur.*
11 *Subuentio debetur Baroni pro filia Monacanda.*
12 *An debeatur matri pro filia maritanda.*
13 *Quid pro maritanda amita.*
14 *Quid pro filio ægroto.*
15 *Creditor an debeat habere adiutorium.*
16 *Constitutio, Quam plurimum, an loquatur in Burgensatico.*
17 *Cautela vt dominus inops habeat alimenta à vassallis.*
18 *Secundo genitus an habeat adiutorium quando ei consignatur castrum pro vita militia.*
19 *Adiutorium an debeatur de iure communi.*
20 *Secundo genitus an contribuat in adoha pro vita militia.*
21 *Quid in rel. uio soluendo per primogenitum an deducatur.*
22 *Adoha quomodo exigatur.*
23 *Adoha verbum vnde oriatur.*
24 *Adoha quomodo taxetur, & ibi vide multa ad materiam, nu. 25. & seq. 26.*
29 *Imperator, vel Princeps, & inferiores Domini quando nouas collectas imponere possint remissinè.*

AD

AD hanc decis. 215. adde † quod adiutorium præstatur etiam Baroni pro filio Doctorando, Anna *in suis Singularibus, in verbo, Adiutorium*; & de hoc adiutorio adde supra Præsidentem *decis. 41. & 76. ad quas dico*, & Boerium *in dec. 130. & seq.* Afflict. *in dec. 136. incip. Super*
2 *charitatiuo*, & Gram. *dec.* 88 vbi † quod Papa, Cardinales, Episcopus, & Archiepiscopus adiutorium petunt
3 à vasallis pro benedictione, & consecratione. & † quod quinque Caroleni dentur pro quolibet foculari, & non plus, decidunt prædicti, & Regens de Curte, *dicit in primo lib. Diuersorum feudalis pag. 25. vers. & sicuti in si-*
4 *mili*, † quod hæc subuentio, quam vasalli tribuunt, debetur Baroni, non pro num. focularium, quem dicit Baro, sed prout sunt in numeratione *Reu.* & allegat Frecciam *in lib. 2 Subfeudorum, Authoritate 2. num.* 23 Vide tu Pisanellum, *ad dictam dec. Afflict.* 136. vbi
5 dicit Afflictum non dicere verum dum dicit † taxarum charitatiuum subsidium ad medietatem, ad hoc & ipse Pisanellus reperit sententiam pro Carolenis quinque, referente domino Ioan. Baptista Brancatio, sub die 15 Maii. 1499. inter Episcopum Liecienfem, & Vniuersitatem Sancti Petri, de Cimbriti, & ibi Pulucrinus ad Afflict. allegat *Extrauagantem Benedicti Papa X Lincip. Vas electionis, in fine, in versic. Charita-*
6 *tiuum subsidium* Sed † an Vniuersitas vltra prædicta, & alia in decis. Afflict. & Vrsill. 265. teneatur ad alia
7 Baroni suo, dic, quod † Vniuersitas tenetur recipere officialem destinatum cum commissione, & si non re-
8 cepit † tenetur ad pœnam in commissione contentam. Ita in terminis Philippus Decius *cons.* 228. de quo Bertrandus, *cons. 24. num. 3. & seq. vol. 4.* & Socinus *cons. 95. vol. 3. & nouissimè* Vrsill. *dec. 376. num. 6. & 7. ad Afflictum*, vbi quando Vniuersitas puniatur, &
9 † quando delinquat, & † quando excusetur, & quan-
10 do non, latissimè de quo Capic. *tamen similibus, quam in criminalib. dec. sua 4. & dec. 130. nu. 70. & dec. 152.*
11 *& dec. 189.* † quod subuentio debeatur Baroni pro filia monacanda, sicut pro maritanda Neapol. *in Consuetud. etsi militaris, num.* 5. ibi, & ista ratione motus d.
12 Bartol. Capua, *sub tit. de success. ab intestato.* † Sed an
13 matri pro filia maritanda pro feudo nouo, adiutorium debeatur, quod non, & quid pro † amita maritanda, &
14 an † pro filio ægroto medendo, & an † creditor de-
15 beat habere adiutorium, & † an constitutio Regni
16 quam plurimum loquatur in Burgensaticis, & quid † si concurrit adiutorium Baronis, & Regis, & de aliis quæstionibus, & de intellectu dictæ constitutionis omninò vide nouissimos *in Consuetud. de iure dotium*
17 *ibi plures decisiones*, & † ponunt Cautelam, quod ad hoc vt dominus in egestate habeat alimenta à vasallis, quod in inuestituris protestetur. & reseruet alimen-
18 ta, & ibi † an secundogenitus debeat habere adiutorium à vasallis, quando Castrum ei consignatur pro
19 vita, & militia, & ibi: quod † de iure Communi tale adiutorium minimè debebatur ex Castrens. *in l. neminem, C. de sacrosanct. eccl.* Alex. *cons. 35. vol. 2. nu. 16. &*
20 *alys* † an secundogenitus contribuat in adoha pro vi-
21 ta militia, & dicit decisum, quod non, & quod † in releuio soluendo per primogenitum non deducatur vita militia, etiam decisum dicit Salernus *in consuet. quod si quis in tit. de alimentis præstandis*, licet Mariconda. & alii decepti fuerint dum Contrarium determinaue-
22 runt; & nota quod † adoha exigitur pro quolibet feu-
23 do valoris vnciarum 20. † & vocatur adoha ab adunantia soluendi in pecunia seruitium militare; ita Regens de Curtis *in princ. Diuers. feudal. n. 47. fol. 41. ibi:*
24 *seruitium istud*, † & ista adoha taxatur pro annuis redditibus ex feudo concesso cum terra vasallos habente, eo modo prout fit in terra, *ipsemet, num. 49. ead.*
25 *pagina, & ibi. num. 48.* † facit distinctionem in soluen-
26 do adoham, vt in † feudis cum vasallis pro quolibet feudo valoris vnciarum 20. soluatur adoha in decem vnciis cum dimidia, in termino absque vasalli pro 20. vnciis sex pro adoha, si feudum consistit in annuis redditibus super Dohana, Gabellis. Et ad hanc decis. omninò adde tu Ioannem Coppen. *in quæstionib. Saxonia,*
27 *dec. 32. incip. Hæc quæstio, in tres casus*, vbi † quando Imperator, & Princeps, & inferiores Domini collectas nouas imponere possunt.

ADDITIO D. RICII.

VAsalli obligati ad subuentionem domino pro collocanda filia, vel nepte, an teneantur quando auus neptem eius patre viuo collocat. ad hanc. decis. vide *nostram collectaneam 65. & 1324.* Mastrill. *dec. Sicil. 6. num. 7.* Molfes. *in comment. ad consuetud. Neapol. part. 6. quæst. 4. num. 8.* Borrin. *de seruitut. vassall. part. 4. cap. 7.* relatus per Giurb. *in consuetud. Messan. cap. 3. gloss. 3. part. 1. num. 23.* vbi hanc decisionem etiam allegat, & vide D. Nouarium, *in Collect. ad prag. 1. de Baronibus.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Subuentio an debeatur à vassallis Baroni pro dotanda nepte, & distinguitur reiecto Barbos.*

2 *Debetur subuentio etiam si neptis habeat matrem diuitem explosis Barbosa, & Castro Palao.*

1 ARgumentosa in scholis, sed non in foro videtur decisio, quæ occurrit super articulo. An auus indistinctè cogatur dotare neptes in sua potestate existentes etiam quod habeant patrem diuitem, & consequenter debeatur à vasallis subuentio Baroni pro maritanda nepte, & affirmandum videtur cum onus dotandi principaliter proueniat à patria potestate, *l. qui liberos, ff. de rit. nupt.* & neptes sint in potestate aui, & non patris, præterea ex *l. fin. C. de dot. promiss.* dicitur officium paternum esse dotare progeniem, & progenies continet nepotes, & ex generalitate *text. in l. dotem dedit, ff. de collat. bon.* & tenent Bal. *cons. 127. lib. 3.* Soc. Crot. Aret. Costal. & alii quos refert, & sequitur Barbos. *in l. 1. p. 4. sol. matr. à num. 112* qui occurrit contrariis, & defendit in puncto iuris veriorem hanc opinionem, vt semper sit cogendus auus etiam si filius sit diues, quando habet neptes in potestate; alias secus, nisi tunc filius esset inops.

Contrarium est receptius, quod non tenetur auus, nisi filius sit inops ex *l. profectitia, §. pen. ff. de iur. dot.* ibi, *Non ius potestatis, sed parentis nomen dotem profectitiam facit, & in d. l. fin.* dicitur officium paternum. Couenit ratio, quoniam pater est principium proximum, & causa immediata filiorum, & auus causa remota, & causa proxima magis attenditur, vndè ex his, & aliis, ita firmat *Bar. in d. l. dotem dedit.* & in specie iudicatum testatur decisum D. meus, quem post Molfes. sequitur Reg. de Marin. ad Reuert. *obs. 505. nu. 8.* addo Fontanell. *de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. p. 2. num. 61. & glos. 3 nu. 1* Gratian. *discept. 259.* Seraph. *dec. 146.* & disputato articulo verius probat P. Boss. *in tract. de dot. c. 1 §. 3. nu. 11.*

2 Extenditur onus dotandi neptem in auo, etiam si neptis habeat bona propria ex quibus dotari possit, vt etiam cogendus sit auus, adhuc si non habeat neptes in potestate, ita [illegible] *d. l. fin.* Soc. Iun. *cons. 78. lib. 3.* Gratian. *nu. 5* & confutat Barbos. *nu. 122* & alios Boss. *vbi sup. cap. 5 §. 1. num. 6.* & constat ex *d. l. fin.* quæ loquitur in filia

filia diuite, quæ habebat bona propriè aduentitia, & *num.7.* ampliat vt prius teneatur auus quam mater diues ex Fontanell. Barbos. & Gratian. *exploso* Castro Palao *de iust.disp.9.punct.5.§.2.nu.4.*

SVMMARIVM.

1 *Successor singularis regulariter non tenetur stare facto prædecessoris sui, fallit dupliciter, nu.4.& 5.*

2 *L.emptorem, non concord. C.loca. limitatur non procedere in singulari successore, qui non succedit in pleno iure.*

3 *Conductor iurisdictionis, & fructuum alicuius feudi ad modicum tempus, tenetur habere ratum gestum per locatorem ante locationem, sed est in eius electione, si non vult habere ratum, soluere interesse.*

DECISIO CCXVI.

Officialis electus à domino feudi ante locationem non potest per conductorem iurisdictionis, & fructuum feudi recusari, sed bene potest ei solui per conductorem salarium conueniens pro interesse.

CONductor iurisdictionis, & fructuum ad modicum tempus Ducatus Amalfiæ recusabat admittere ad officium d. Ducatus Officialem prouisum ante locationem per Illustr. Ducissam vtilem Dominam, ex dispositione tex. *in l.*
1 *emptorem.C.locati.* ex quo tex. sumitur regula, † quod successor singularis non tenetur stare facto prædecessoris alleg. concord. Neapod. *in consuet. si est q in gl. in verbo, cuius, in fin.* Ex aduerso dicebatur Barto. *in d.l.si*
2 *filio famil.§.si vir in quinquennium, ff.sol.matr.* limitare dispositionem d.l.emptorem, non procedere in singulari successore, qui non succedit in pleno iure. qua decisio. motus Alex. ibi *col.3. vers. item fallit, d.*
3 *lex.* tenet † emptorem fructuum teneri stare locationi factæ per Dom. ante emptionem allegat concor. ad principalem decis. Rota Luc. *in dec.97. Hierony.2. colu.nu.8. vers. vnde cum immissus fol.285.* Item etiam dictum fuit ex reg. *d.l.emptorem,* duas oriri conclusio. reassumptas per Soc. *cons.32.ex iis, colu.2. vers. est n.1. vol.* & nouissime per Senatum Pede. *in de.82. cũ actor, 3.colum. vers. vs cumulatis,* quarum nulla conuenit ca-
4 sui, de quo agitur Prima est, † quod successor singularis tenetur stare facto prædecessoris, quãdo prędecessor nõ habet plenũ ius in re. Sed in casu, de quo agebatur, Discussa erat plena Domina, ergo cessat conclusio prę-
5 dicta. Secunda conclusio est, † quod successor singularis, non per viam transmissionis, sed per viam priuationis iuris, quod erat in prædecessore suo, non tenetur stare contractui prædecessoris, quia resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris. *l. lex. vectig. ff. de pig.* sed hęc conclus. cessat in casu de quo agitur, in quo penes Ducissam, quæ officium concessit, remanet dominium status prædicti, imò conductor ipsius Ducissæ personam repręsentabat. Discusso negotio, visum fuit ex prædictis prouidere in beneficium prouisi per Ducis-
6 sam † data tamen electione conductori pro recto instantiæ cultu, vel quod haberet possessionem Officij, vel salarium promissum loco interesse, quod in Aula Sacri Consilii fuit oblatum, die 3. Septemb.1579. penes Secretarium, & de materia *l.emptorem.* Rota Bonon. *decis.54.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.1. Adde hunc D. *in dec.488.à n.1. post.* Cappell. Tholos. *dec.420.* Tiraq. *de retract. conuent. §.3.glos.1.à nu.13.& seq.* Negusa. *de pignor.1. moao 2. par.nu.7.* Rot. Auenion. *dec.108.* Viuium, *in opinio 127. par.1.* Annam *in alleg.92.n.2.par.2.* Mangrell. *ad Bart. in §.si vir in quinquennium,* Capriol. *de success. lib.1. fol.34.à nu.108. cum seqq. infra, dec.302.* Adde Gratian. *in dec.99.nu.1.* & Mart. *in vot.139.*

An emptor qui sciuit rem emptam fuisse alteri locatam teneatur stare colono. Vide Surd. *in dec.225.nu.6. & col.fin.& omnino dec.264.265.nu.25. cum seqq.*

Vide Magon. *in dec. Luca. 11. cum apostill.* Ioseph. Ludo. *in eadem decis. Luca 38. hunc* Domin. *in decis. 302. nu 36.* Gabriel. *in tit. de pignor. in conclus....* & latissimè Bursat. *cons.101. volum.1.* omninò Surd. *in decis.172.*

An singularis successor teneatur stare colono partiario: Vide Surdum *in dec.52. nu.11.* & Capriol. *in loco supracitato nu.113.114* Videndus Scapucinus, *tractat. de success. Singul. ampliat. prima per tot. vbi dicit quod non.*

Item Adde quod pupillus factus pubes tenetur stare locationi factę per tutorem secundum eumdem Surdum *dec.299.* vbi refert ita per Rotam Mantua. iudicatum. Declara si sit facta locatio seruatis seruandis, 2. si constat de decret. administratione. 3. limita nisi sit facta ad longum tempus. Scapucinus, *d. tract. impresso anno 1622. ampliat.9. per tot.*

Vide Capriol. *vbi supra nu.139.*

Et quando emptor teneatur, vel non, stare colono; Vide omnino Duenam *in regula, 240.* & Surdum *in dec.264.& 265.* & D. Garsiam Mastrill. *in dec.5.* quod non teneatur stare, Scapuccin. *in præludio dict. tractat. ante nu.7.* limita eundem, *dict. tractat. ampliat.10. nu. 12. in emptore fructuum. qui tenetur stare,* secundo in emptore cum pacto redimendi *dict. tractat. limit. pri. num.1.2.*

Amplia quod non teneatur stare emptor, qui rem emptam auocat in iudicio à venditore renuente sine causa illam tradere, *dict. tractat. limit.10. num.8. post Gratian. quem allegat discept. for. c.37. nu. 10. 11.12. par.1.*

Hanc decis. in puncto principali bis allegat Cauale. *decis. seu in repertorio eius decis. in verbo electio fol.22.* & Prosper Petra. *in addition. ad Capyc. dec.20. anno. fi. & idem* Cauale. *in dec.25. par.2.* & Capiblanc. *in tract. de Baronib. fol.124. sub num.57.& seq.* Quid autem si terra venditur à Barone, an possint officiales amoueri; Vide ibi, qui pulchre loquitur, & concludit negatiue; tum quia officialis debet esse annalis, *vt in dec. 407.* tum quia res non est integra, eo maximè quia emptor scit esse officialem in terra, quam emit, & sibi præiudicat ex Surdo *in dec. supra allegatis,* sed vnum me facit dubitare, cum qua commissione ille officialis vult exercere, postquam illam, quam habet à Barone vendente terram videtur extincta ab emptore non habet, & sic non potest exercere merum, & mixtum imperium, quod debet specialiter concedi per Const. regni ea, quæ ad pecus, nisi dicatur, quod cum officialis debet esse annalis, vt supra, durat eius commissio durante anno, esto quod infra annum terra vendatur, sed in prædictis cogitandum est; Adde quod cum officialis debet esse annalis esto, quod affictetur terra per Baronem debet nihilominus affictator permittere quod officialis, qui reperitur in exercitio compleat officium per totum annum, & sic vidi ordinatum per Collaterale Consilium de anno 1601.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Officialis non potest amoueri.*

2 *Nec ipse potest discedere, etiam cum voluntate Baronis vel Vniuersitatis.*

3 *Regula l.emptorem, C.locati ampliatur, & limitatur remissiue.*

4 *Successor singularis in territorio, vel iurisdictione an dicatur, vel vniuersalis.*

5 *Creatio officialis ad beneplacitum non valet, & ita creatus,*

creatus, intelligitur per annum, remissiuè.
6 *Aliquis si creatur officialis ab aliquo tutore, vel Balio Baronis, & finit administrationem, & per ipsum Baronem eligitur alius in susceptione officij, quisnam preferatur.*
7 *Successor vniuersalis dicitur, qui in Territorio, Castro, vel in iurisdictionem succedit.*
8 *Pupillus an teneatur stare locationi facta colono à tutore deputato, vel matre.*
9 *De emente sub hasta, & an teneatur stare colono, & an dominus teneatur stare locationi facta per feudatarium, &*
10 *Lex emptorem, C. locati, non procedit in successore ex electione, & ibi ratio.*
11 *Successor non tenetur stare colono, quando locatio est facta in fraudem, maximè si sit alienatio lite pendente super locatione, & conductione, vel reconductione, & sit donatio per locatorem filio, & donans in fraudem tenetur stare colono.*
12 *Quid autem in colono partiario.*
13 *Successor tenetur stare pro anno inchoato, & pro quo facta est impensa necessaria, vel maior pars.*
14 *Et sic colono pro quinquennio, & stante pacto non expellendi, vel quoties emptor scit locationem, tenetur stare colono.*
15 *Idem in scienter emente rem locatam.*
16 *Fides praestita per locantem conductori, & iuramentum operantur hypothecam, vt expelli nequeat conductor.*
17 *Iuramentum, & fides aequiparantur.*

1 ADde, quod non † modò officialis non potest amoueri per hanc decisionem, & ita practicaui pro Excellente Domino Francisco Gozono Hispano tempore Regentis Cathenae contra Baronem Ioannem Hieronymum Iesualdum, qui Patriam meam Petrae Paganae, locauerat Laurae Loffrede eius matri, ad expellendum cum reuerentia ipsum officialem iustum à dicta Terra. Verum successor tenetur stari ipsi officiali de iure, exratione posita per Andr. in cap. 1 §. praeterea, de prohi. feudi alienat. per Federic. vbi quod licet Baro sit iudex ordinarius suorum vasallorum tamen tàm ex natura ipsius Baroniae, quàm de antiquissima Consuetudine Regni. & Pragmaticis, tenetur singulis annis Capitaneum destinare cum mero, & mixto Imperio, nec per se iurisdictionem exercere, ne subditi terreantur, vt infra Praesidens, *in dec. 511. num 4.* quamuis ipsi Barones Regij officiales nominentur in *dec. 274. nu. 3.* Et hoc ex Freccia, *lib 2. Subfeudor. Author. 13. nu. 7.* Vnde ex hoc sequitur, quod cum Baro necessario teneatur eligere Capitaneum, eo electo, & acceptato, licet ante adeptā possessionem exercitij officij quaesitum ius dicitur, saltem ad rem vt dicunt Canonistae, ipsi Capitaneo, & in terminis decidit Bart. *in l. absenti, in fine, ff. de donat.* non allegatus ab hoc doctissimo viro: & ideò siue successor sit Generalis per conductiones iurisdictionis, & introituum, siue singularis, non potest recusare officialem antea prouisum, & ipsum amouere, vel admissionem denegare, nec regula *l. emptorem, de colon* ad officialem rectè meo iudicio adaptatur: quia colonus voluntariè admittitur, nec ius habet, nisi personalem actionem regulariter: & potest expelli à successore etiam post inceptam conditionem: sed Capitaneus ex necessitate eligitur, vt dixi, & ius habet ad officium: vnde ex diuersis non fit illatio; latissimè Caualcan. Borgnin. *Repert. Brixiam ad decisiones ipsius Borgnini, in verbo electio, & extractio officij:* qui per quinque columnas hoc tractat, & videndus est Doct. Rouit. *in Pragm. Volumus la 5. sub tit. de Baronibus*, qui aliqua adducit conferentia, licet quaestionem agat inter duos officiales & concludat, & decisum dicat illum admissum fuisse ad officium, qui prior possessionem accepit, licet eius commissio posterior fuerit à Barone firmata: & sic ex istis, quia Baro est obligatus stare prouisioni factae: concludo istud procedere post adeptam possessionem, quia si possessio non esset adepta, quia Baro esset obligatus ad praestandam patientiam, censerem, quod praestando interesse, libereretur, iuxta hanc deci-
2 sionem. Et adde, quod † non modo non potest amoueri, verum nec ipse officialis cum voluntate Baronis
3 discedere, *vt est dec. inf. 409.* Et de † limitationibus, & ampliationibus, l. emptorem, & quod non procedat in singulari successore, qui non succedit pleno iure, vide Duen. *in Regulat. & Fallent. in verbo, emptor. 6. limit.* Et de successore per viam priuationis iurisdictionis, Praesidens *infra in dec. 314 & 302. ad quas dico.* Guid.
Pap. *in dec. 408.* An † autem successor singularis, in territorio vel iurisdictione, dicatur singularis vel vniuersalis, Addentes Moderni ad Bart *in l. si filiofa. ff. sol. matr.*
5 † Et quod Officialis non possit creari ad beneplacitum. & quod creatus ad beneplacitum, intelligatur per annum, est *dec. inf. 409. ad quam dico*, & Doct. Rouit. *in Pragmat. Decet nos, de offic. iud. & alior. official. la 5. nu. 5.* Vbi an officialis, qui debet esse annalis, electus per biennium faciat electionem nullam pro bienno solum, vel pro anno. Item notabiliter adde ad
6 hanc decisionem quod † si aliquis creatus officialis ab aliquo tutore, vel Balio Baronis, & finitur administratio, & per ipsum Baronem eligitur aliquis, quod in susceptione officij praefertur electus, vel creatus à tutore, Carrot *in tract. de locato, & cond. quaest. 6. nu. 63.* Borgnin. dicit decisum *in dec. Fiuzzan. 25. part. 2.* Sed
7 † quod successor vniuersalis dicatur, qui in Territorio, Castro, vel in Iurisdictione succedit. Capic. *dec. 20.* post Bald. *in cons. 85. vol. 1. vbi optimè.* Et vide ad materiam huius decis. & *l. emptorem, omninò Surd in dec.*
8 *264. & 265. & 299.* vbi † an pupillus teneatur stare locationi factae per tutorem, seu matrem ipsius, & in
9 decis. 40. vbi † an successor per licitationem sub hasta, teneatur stare colono, & in *dec. 286.* vbi an dominus teneatur stare locationi factae per feudatarium, vel emphyteutam, & vxor locationi factae per virum, & in *dec. 299* an Praelati teneantur stare locationi factae per eius praedecessorem, & nu. 6 an succedens ex sententia iudicis teneatur stare colono, & allegat ipse Surd. Beninten. *dec 54.* & Oiach. *dec. 82. num 9.* & ipse Surd. *dec. 326 incip. in causa Domini, à numer 81.* plura di-
10 cit, & † l ipsum emptorem, non procedere, quando successor succedit electione quia tunc contractu praedecessoris non litigat, ex his, quae Isern. *in cap. 1. colum. fin qu. success. feud. dar. tenean.* Oiasc. *dec. 139. nu. 7.*
11 Item non tenetur successor stare colono, quando locatio est facta in fraudem, pendente lite inter locatorem, & conductorem, vel alio modo in damnum successoris
12 ita Surd. *in dec. 172 incip. pendente lite,* † An autem
13 successor teneatur stare colono partiario, & † colono
14 pro anno iam inchoato, vel † colono pro toto quinquennio, quando res sui natura reddit vnicum fructū pro toto quinquennio. Surd. *in dec. 52. incip. Frustra-*
15 *torios. & ibi an colonus teneatur perseuerare* † Quod autem sciens rem locatam si emit, vel si adest pactum in instrumento non expellendi, vel obligatio, & hypotheca, non possit expellere conductorem, vel colonum. Surd. *in dictis dec 264 & 265.* qui plures Ampliationes & Limitationes ponit ad dictam *l. emptorem, & alias post* Arilm. Tepat. *lib. 2. Variar. iur. sentent. tit. de locato, & conducto in tit. locationi, seu colono. an, & quando successor stare teneat.* Et Carroc. *in tract. de locato, & cond. latissimè, & Couarr. libr. 2. Variar. Resolut. cap. 15.* & Brunor a Sole, *in verbo, empt. & nouissimè* Peregr. *in tract. De Fideicommiss. Artic. 40. doctissimè more suo.* Et adde vltimo loco ad hanc decisionem
16 vnum notabile, † quod non modo iuramentum, vel hypotheca obligant successorem ad non expellendum conductorem à re conducta, sed etiam fides per manuū tactum praestita; Ita in terminis ipse Surd. qui vltramodum audit, & bene vidit, *in sua dec. 225. incip. Dominum Anaroniçum.* Et rationem credo; quia iuramentum, & fides, aequiparantur, vt dicit Afflict. *in*

decis.

decis. sua 380 incip. Super dubio tangente, vbi latissimè Scribent. & ad hanc eamdem decis. adde omninò Couar. *lib. 2. var. resolut. cap. 15.*

ADDITIO D. RICII.

OFficialis electus à Domino feudi ante locationem non potest per conductorem iurisdictionis, & fructuum feudi recusari sed bene potest ei solui per conductorem salarium conueniens pro interesse, hoc dicit. Adde Carroc. *de locat. p. 2. grad. 1. q. 6. num. 3. & part. 4. ad legem emptorem, quæst. 13. nostram collectaneam* 93. Mastrill. *de magistrat. lib. 1. cap. 11. num. 12. & cap 21. num. 89. in fin. qui par. 2. lib. 4. cap. 17. num. 90.* hanc decisionem allegat, & limitat quando Baronia esset vendita, nam emptor non tenetur stare electioni officialium factæ per venditorem, sed potest de nouo eligere, allegat textum *in l. emptorem, C. locat.* & quid si officialis cepisset possessionem vide Capiblanc. *prag. 5. nu. 59. de Baronibus* contrarium tenentem cum multa factu teneant, quæ facienda impedirentur.

Et cum hæc decisio sit fundata super text. dictæ leg. emptorem nota limitari dictum textum tribus modis per Plot. *in l. si quando. num. 191. cum seq. C. vnde vi*, post Chacher. *de Pedemon.* 156. & alijs sex modis limitatur per Guid. Pap. *dec.* 480. Capic. *dec. 182. num. 3.* & quid si dominus vendat vsumfructum rei locatæ, an vsufructuarius expellat conductorem, quod sic, nisi habeat ius hypothecæ Cappell. Tholos. *dec. 421.* quid in singulari successore ex causa necessaria iudicati, & quid in colono partiario, quod non procedat præfatus text. in l. emptorem Cacher. *dec. Pedemont.* 82. & quid in successore beneficii, Franciscus Marcus *dec. 294 par. 1.* & quid in successore in re vxoris à marito locata, vide *in l. diuortio in glos. magna, ff. solut. matr.* quod in re pupilli locata à tutore, vide tex. *in l. si tutela, ff. de administ. tutorum*, & quid in creditore misso in possessione ex litteris alteri locatę vide glos. *in d. l. diuortio*, quid in successore vsufructuarii locatoris *in l. si quis dominum, § 1 ff. eod.* & vide Viuium *lib. 1. comm. opin.* Adde quid in vsufructuario particulari facto à testatore non tenetur stare colono Scapucin. *in tract. de success. sing. amplia. 3. num. 3.* & quod in vsufructuario omnium bonorum non tenetur etiam stare locationi factæ per testatorem idem *d. tract. ampl. 10. num. 5. sed contrarium num. 6.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Conductor iurisdictionis an teneatur stare electioni officialis facta per locatorem.*
2 *Emptorem Castri teneri stare electioni officialis facta per venditorem firmat Reg. de Marin.*
3 *Auctor arguit contra decisionem, & opinionem de Marin.*

1 HÆsitabundus simul, & venerabundus intueor decisionem super ea quæstione, An conductor iurisdictionis teneatur stare electioni Officialis factæ per Baronem, qui pro administratione officii in eius terris elegerat pro vno anno officialem post aliquod tempus inchoando, si infra hoc tempus locauit alicui Castrum illud, in quo erat officium administrandum, & D. meus testatur decisum in fauorem Officialis, data tamen electione conductori iurisdictionis, vel quod ei traderet possessionem, vel salarium promissum loco interesse, quod pro recto iustitiæ cultu medium assumptum traditur *numero 6.*

Marmorea enim est conclusio quod emptor fructuum ad modicum tempus non potest expellere conductorem, quoniam æquiparantur locatio & venditio fructuum, ex *cap. vestra de locat.* Mantic. *de tac. lib. 5. tit. 10. num. 33* Cancer. *var. tit. de locat. p. 1. num. 32. & 34* nisi constituatur ius vsusfructus in re, vnde nec emptor fructuum ad longum tempus videtur posse expellere conductorem, nam huiusmodi emptor nec habet ius in re, immo nec in fructibus donec à solo separentur Cancer. *d. nu. 34.* & in puncto emptoris fructuum, vt nequeat ipse expellere conductorem ex Alex. *in l. filiofamilia, §. si. ver. in quinquennium, ff. sol. matr. & in cons. 118. lib. 5* firmat D. meus *num. 6.* addo Caroc. *in quinquennium, ff. de locat in tit. de success. q. 13.* Ea ratione ductus, quoniam conductor non habet plenum ius in re, nec dominium, neque possessionem, cum possideat nomine domini, nec adhuc est dominus fructuum, nisi à solo separentur *l. cum in plures, §. messem, ff. locati.* Barbos. *in d. l. si filio famili. §. fin. num. 5.* Tusc. *litt. L. conclus. 418. nu. 7. & 82.* Capibl. *de Baron. prag. 5. nu. 108.*

2 Impensius, quoniam etiam si Baro alienaret Castrum, etiam emptorem teneri stare electioni officialis antea factæ per venditorem, nec habere locum *vulg. l. emptorem, C. loc. probat.* Rouit. *cons. 8 1 lib. 1.* præsertim si prouisionis tempore officium vacabat, ex quo dum Baro omni iure suis vassallis de gubernatore teneatur prouidere licitè percipit fructus iuę iurisdictionis iam maturum qui constitit in electione officialis ad exercitium iurisdictionis tempore, quo vacat officium. Immo etiam si prouisio, & electio officialis fieret, antequam officium vacaret, si de proximo erat vacaturum, quia in his prouisionibus non attenditur tempus exercitii inchoandi, sed tempus perfectæ electionis, vt fiat ab eo, qui tunc cum eligit habet potestatem eligendi, etiam si esset priuandus post aliquod tempus, successor tenetur stare electioni factæ, vt fusè de Marin. *lib. 1. resol. 30* qui comprobat ex Canalc. *in dec. 25. par. 2.* vbi si tutor alicuius Principis concesserat litteras patentales alicuius officii puta in mense Augusti, vt de mense Ianuarii in quo possessio vacaret, capere posset possessionem officii, si tutor ille qui eligit de mense Octobris, desinat esse tutor, nihilominus refert decisum in Senatu Mediolani, balium, siuè tutorem teneri habere ratam electionem officialis factam à tutore prædecessore remoto, & in concursu possessionis capiendæ prælatum fuisse officialem prius electum. Comprobat vlterius de Marin. ex eo quod seruatur in officialibus electis à Prorege de proximo successuro, qui semper à successore admittuntur.

Distingui possunt in hac re duo casus, primus est si res sit integra, quia contingat vendi, vel locari terram post possessionem captam ab officiali, & tunc est conclusio certa, emptorem feudi, & à fortiori conductorem teneri stare electioni, vt notat Amend. & refert determinatum per Collaterale Consilium Viscont & sequitur Mastrill. *de Magistr. lib. 4. cap. 13.* latè Thor. *ver. Officialis in exercitio officij p. 2.* aut res sit integra, quia terra deinde fuerit affictata ante vacationem officii, vel captam possessionem, & tunc conductorem non teneri stare electioni soluendo interesse refertur hic decisum, & re integra procedere decisionem hanc dicit Thor. *vbi sup.* alias secus re non integra.

3 Motiuum itaque validum contra decisionem formari potest ex eo, nam dum emptor fructuum non potest expellere conductorem, tanquam non habens plenum ius in re, vt ex Alex. arguit D. meus, pro recto iustitiæ cultu etiam melius erat iurisdictionem exerceri per officialem à locatorem electum, quam per eligendum ab affictatore, & ab ipso dependentem contra

quem

quem omnis militat suspicio, vt emolumenta pœnarum acquirat conductor, & se gratum ipse reddat. Magis dubitandum est de opinione de Marin. tenentis emptorem feudi cogi stare prouisioni de officiali facta, per venditorem, quoniam cùm sumus re integra, nempè quia non sit capta possessio, militat *text. in l. emptorem. C. locat.* & ex hac decisione argumentari potest in fauorem emptoris, dum tota ratio, quæ adducebatur contra conductorem iurisdictionis, alia non erat, nisi quia conductor non succedit in pleno iure, prout ex aduerso fuisset, si fuisset emptor castri succedens in dominio, & pleno iure, de cæteris quæ edisserit de Marin. in casu noui balij, & alijs an teneantur stare electioni officialis factæ per tutorem remotum. vel Prælatum, aut Proregem prædecessorem dicetur latius in obs. 393.

Conductor non tenetur ad aliquid prouiso per locatorem superuenienti post possessionem captam per electum ab ipso conductore vt Rouitus *nu. 4.* limitat decision. III, quæ remanet dubia etiam si res esset integra de interesse præstando per conductorem.

SVMMARIVM.

1 *Dos consistens in pecunia secundum consuetudinem Ciuitatis Neapol. debet restitui infra annum, & interim quid soluendum.*

2 *Interesse dotis secundum consuet. hodie taxatur ad rationem duc. sex, & duorum tertiorum pro singulis duc. 100. & quid in antephato.*

3 *Lapsus solus anni inducit solutionem interesse dotium, & antephati, sine protestatione, seu requisitione.*

4 *Mulier, quæ continuat recipere alimenta post sex menses, & post annum, præiudicat sibi in solutione interesse.*

5 *Mulier si recipit alimenta, & deinde non interpellat de nouo pro solutione dotium non constituit hæredes in mora.*

6 *Dotes magnæ dantur in Ciuitate Neap.*

DECISIO CCXVII.

Mulier, quæ alimenta accepit à filio, etiam post sex menses a morte viri, non potest interesse dotium non solutarum petere, quod ei debitum fuisset, si alimenta non interim accepisset.

1 SI moritur vir vxore superstite cum filijs, † restitutio dotis consistens in pecunia, debet fieri vxori infra annum, verum pro primis sex mensib. tenentur filij matrem alere, & elapsis illis, tenentur soluere matri tarenum vnum pro qualibet vncia, & sic continuare donec soluerint dotes, quod tamen post sex menses inuita muliere facere non possunt, sic disponit consuetudo Neap. in scriptis redacta, *quæ incipit, Viro mortuo,* quæ indistinctè seruatur, preterquam respectu quantitatis interesse, † quia elapsis primis sex mensibus fit liquidatio pro dote in pecunia consistente ad rationem duc. sex, & duorum tertiorum pro singulis duc. 100. & pro antephato similiter in pecunia constituto ad rationem duc. 5. pro centum, & sic hodie seruamus, & Gram *in dec. 103. illa col. 42. in parnis ver. quo verò ad vsumfr.* dicit, sic etiam eo tempore seruatum fuisse & additio *ad consue. prædictam, in ver. deberi fol. 242* Accidit quod Mag. Lucretia Filingeria, mortuo viro non petiit dotes, nec antephatum, sed continuauit habitationē cum filio, & ab eo recepit alimenta, prout receperat pro primis sex mensibus, mortuo deinde filio, heredeque instituto Sacro Hospitali S.
3 Mariæ Annunciatæ, † petebat mater interesse dotium virtute consuetudinis prędictę à die, quo elapsi fuerūt sex menses, quorum solus lapsus, vt dicit gl. Neap. *in d. consuet. in ver. elapsis,* inducit hanc præstationem, nec aliqua requisitio est necessaria: S. C. iudicauit hoc interesse non deberi ex *glo. eiusdem Neap. in consuetud.*
4 *in vers. ali.* † videtur enim quod mulier recipiendo alimenta etiam post sex menses, hanc viam alimentorum elegit, & non viam consequutionis interesse, quod non debebatur, nisi ex mora, quæ licet fuisset contracta
5 ipso iure elapso anno virtute consuetu. prędictę, † nihilominus ex quo elapso anno, mater stetit cum filius, & ab eis habuit alimenta, & hanc viam elegit, non potest mora induci sine noua interpellatione, ita in specie Stephanus, de Caiet. *in d. consuetud. in addit. quæ incipit, circa fin. istius tex. fol. 242.* vbi etiam Freccia *in addit. seq. allegant* Soc. *in cons. 180. diligenter. col. 3. vers. 2. quia, volu. 2.* de quo etiam meminit Vrsillus, qui vere laborauit in Addit. ad Affli. *in dec. 370. col. 2. vers. quæ limi-*
6 *ta. nu. 3.* & prædicta sunt notanda, † quia multoties in hac ciuitate dantur magnæ dotes, quarum interesse taxatum iuxtà formam dictæ consuetudinis, in maxima summa solet excedere necessaria pro alimētis, & Neap. generaliter loquitur, & rationes Steph. de Caie. & Frecc. militant, vel quod dos sit magna, vel parua.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. Vide Ioseph. Ludouic. *dec. Luca 21. n. 17. 18 & seq & 34. cum seq* Tartagl. *in prax. rerum ci- mitum c 6. n. 13. in fin. & nouissimè* Viuium *in dec. 424.* Vide Gramm. Lusitan. *in dec. 272. &* Caualcan. *in dec. 24. num. 23. par. 2.*

Nu. *dum allegat Grama.* Adde Vrsill. *in dec. Afflict. 291. nu 5* Maxill. *in Consuetud. Bari, num. 12. fol. 223.* Bursat. *cons. 120. nu. 37. volum. 1. &* Thesaur. *dec. 45. & ibi addit. ad ipsum.*

Num. 5. Adde Soccin Sen. *cons. 126. num. 5. volum. 1.* quem allegat Vrsill. *in decis. Afflict. 284. nu. 6.* Vide Surdum *decis. 211.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Interesse dotis non solutæ non modo debetur ad rationem duorum tarenorum pro vncia, verum plus marito, cui dos solui debebat, & non fuit soluta, si mercator erat, & plus potuit lucrari.*

2 *Verum & vsura vsurarum, si centum ducatorum vsuræ primo excedebant summam.*

3 *Vidua an possit petere interesse dotis non solutæ.*

4 *Dos dicitur sufficiens Ducatorum mille.*

5 *Dos quando dicatur congrua, & infra hic num 8.*

6 *Dos octingentorum ducatorum fuit habita congrua.*

7 *Dos consistens in specie inæstimata, statim soluto matrimonio absque traditione, reuertitur ad vxorem, quo ad dominium.*

8 *Dos competens vt sit quanam considerari debeant.*

1 AD hanc dec. 217. de interesse † dotis adde tu, quod hoc interesse dotis non solutę nō modo debetur ad rationē duorū tarenorū pro vncia, verū plus marito, cui dos solui debebat, & nō fuit soluta, si mercator erat, & plus potuit lu-
2 crari: & † non modo vsuræ vsurarū, si cētum ducatos vsuræ primæ excedebant summā. De primo casu Vrsill. *dec. 284. nu. 2.* de 2. casu videndus est Anna *Singul.*
3 *suo 600. Vxor,* & Vrsill. *dec. 284.* † An autem vidua possit petere interesse dotis nō solutę, videndi sunt Afflict. & Vrsill *dec. 93.* vbi etiam Pisanell. & Borgnin. *dec. Finiz.* Vide nouissimos *in dec. 24.* Capic. qui late, & quæ ego *ad dec. 238. incip. Dicit Consuetudo.* Ad illud verbum huius Præsidis, nu. 5. in fino, & ibi Vrsill. qui verè laborauit in addition. ad Afflict *in dec. 570. col. 2. ver. quæ limitat. nu. 3.* Adde quod impressor errauit in allegando *dec. 570.* quia Afflic. non impressit, nisi 404. decisiones: sed author verum dixit, Vrsillum vere laborasse, quia laborauit Et adde quod si mulier fuit relicta vsufructua-

fructuaria, & patr... vel pinguioribus verbis, ista decisio non procedit secundum Borgnin. *in tract. de Vsufructu mulieri relicto*. Ad nu.6. adde, † quod dos dicitur sufficiens ducatorum mille, vt aliàs dixi. Ita Surd. *decis*.61. latissime, licet contrarium dicat Thesaur. *dec. sua plenius* 192. *num*.7. & latissime Mascard. *Conclus*. 1255. *nu* 61. & *seq*. † Quando dos dicatur congrua, & Borgnin. *dec*. 5.19 & 32.3 *par*. *sed Præsid. dec*. 410. dicit † dotem octingentorum duorum fuisse congruã habitam, vbi dico de dote multa, & restitutione eius, & de dote æstimata, & alijs; & ad hanc decisionem, quod † dos consistens in specie æstimata, quod statim matrimonio soluto, absque traditione reuertitur ad vxorem quo ad dominium, Adde *glos. in rubr. C. de iure dot*. Bal. Nouell. *in tract. de dote par. 8. priuil*. 6. & nouissime Ioan. Bapt. Costa *in tract. de ration. rata q*. 25. *nu*. 4. vbi de hac decis. meminit. Sed † vt dos competens sit, consideranda sunt dignitas natalium, facultas dotantis, qualitas futuri mariti, & numerus liberorum dotem promittentis, mos regionis, & consuetudo aliarum mulierum in eadem familia nuptarum. Brun. *in Statut. excludent. fœmin. Art*. 9 *q*. 1. *num*. 22. Menoch. *De Arbitrar. Casu* 14. *num*. 18. & 39. Britiot. à Sole, *in Compend. proposition. iur. in vers. Pater licet presumatur* ... *dotisfilia, debet esse consequens nouissime*.

4
5
6
7

ADDITIO D. NOVARII.

Mulier, quæ alimenta accepit à filio etiam post sex menses à morte viri non potest interesse dotium non solutarum petere, quod ei debitum fuisset, si alimenta non interim accepisset, hoc dicit. Ad hæc vide D. Ricc. *collectanea* 98. Aloys. de Leo. *in l. cum quidam nu*. 16. *C. de iur. dot*. Molfes. *in comment. ad consuetud. Neapo part*. 6. *q*. 10. *nu*. 7 *qui num*. 17. subdit ampliando hanc decisionem procedere etiam in hæredibus extraneis, si cum illis mulier habitasset illos impensis, vt consuluit Flor. *consil*. 9. *num* 9. *cum seq* & ratio est, quia hæc alimenta excomputanda essent cum interesse dotis, vt probat Surd. *titul*. 1 *de Aliment. quæst*. 44. *nu*. 64. ... quoniam in hoc casu mulier præsumitur elegisse sibi viam petendi alimenta, non autem interesse dotium, cum vnum ex illis tantum sit debitum mulieri, quod pluries determinasse Sacrum Consilium refert idem Molfes. *loco citat. nu*. 20. viduis non deberi interesse dotium stante præstatione alimentorum, & præcipue Angelellæ de copite cum Principe Hostiliani, & fuit alias decisum iunctis aulis in causa D. Victoriæ Spinellæ cum Principe Casertæ.

Sed est notandum quod alimenta præstita mulieri non sunt excomputanda in proprietatem dotis, vt ... tenuit Capicius *dec*. 24. sed cedunt in damnum heredis, vt post alios optime fundauit author noster *dec*. 489. *num*. 21. quia habens alimenta ab aliquo non cogitur vendere proprietatem Molfes. *in titul. de alimentis præstandis*, adeo quod, si mulier illa haberet alia bona extra dotem, ex quibus non haberet fructus vnde posset alimenta habere, non cogeretur vendere proprietatem, vt inde se aleret, sed ex fructibus dotis, & antefati haberet alimenta ab hæredibus viri Surd. *dict. titul*. 1. *quæst*. 44 *nu*. 41. *cum pluribus seq*. & è contrario, quod superest de fructibus dotium cedit in beneficium hæredum, vt latissimè probat idem Surdus *titu*. 9. *de aliment. quæst*. 43. *per tot*. hæc autem alimenta debita viduæ infra sex menses ab hæredibus viri attenta personæ, & status qualitate, quomodo taxentur, vide à Ponte *consil*. 28. *sub num*. 2. *volu*. 2. vbi subdit in Sacr. Consil. in causa Lauræ Carafæ cum Antonio Auria prædicta alimenta fuisse taxata in ducatis quatuor mille.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo Neap. ad quam rationem taxet interesse dotis viduæ, & ad maiorem rationem an taxari possit, & confutantur Lanar & Merlin*.
2 *An valeant statuta locorum interesse taxantia*.
3 *Recensentur opiniones, & casus præsentis decisionis*.

1 Ad præcipitia, si plura sunt legalis palestræ loca, quæ procliuia sunt, inter cætera præsens locus est de interesse dotium debito viduæ post mortem viri, & iuxta consuetudinem Neapolis taxari ad rationem septem demoto vno quarto, & interesse antefati ad rationem quinque tradit D. meus *nu*. 2. addo Merlin. *contr*. 16. *nu*. 16. & *seq. centur*. 2. vbi in terminis d. consuetudinis firmat dari casus, in quibus interesse taxatio fiat ad maiorem rationem adhuc in antefato, si mulier maius sit passa interesse, prout decisum refert Molfes. per ipsum citatus. Et vxori permissum esse non magis pro dote quam pro antefato iustas exigere vsuras Gramat. *decis*. 103. *num*. 98. Castill. *dec*. 61. Merlin. *vbi supra explosa dec*. 298. Afflict. & si mulier ostenderet se industriosam, & inueniri plures emptiones censuum deberi interesse probat Reg. Galeot. *controu*. 30. *nu*. 21. ex Surd. *de aliment. tit*. 1. *q*. 41. *nu*. 28 Barbos. *in l*. 2. *par*. 1. *num*. 44. *sol. matr*. & quamuis Rocch teneat contrarium, & referat per S.C. datum ad rationem decem, id processit, quoniam in casu suo maritus legauerat dotes vxori, & pro eius tot capitalia, quæ consequi debebat ad eamdem rationem.

Quidquid autem velit Merlinus de taxatione maioris interesse, si mulier passa sit maius, quamuis pro hac opinione, scripserit Lanar. *cons*. 26. contrarium iunctis aulis iudicatum testatur, D. meus *decis*. 472. quam refert D. Rocch. *respons* 39. *nu*. 2. *tom*. 2. nec maius interesse liquidatum fuit, quam ad rationem à consuetudine taxatam.

2 Valde controuersum dicit Gratian. *discept*. 193. *nu*. 43. An valeant statuta locorum, infligentia hæredibus viri tot pro centenis singulis donec restituant dotem viduæ, tamquam inducentia vsuras, prout in multis Ciuitatibus definitum est deberi viduæ interesse ex retardata solutione dotis, vt in Senatu Sabaudiæ refert Fab. *C. de rei vxor. act. def*. 11. *in Senatu Pedemont*. Thesaur. *decis*. 43. *in Senatu Cathalon*. Cancer *var. lib*. 1. *cap*. 9. *num*. 159. *in Aragonia* Sesse *dec*. 68. Et in Ciuitate Neapolis similiter adest consuetudo. Et difficilem, & periculosam tradit hanc quæstionem super validitate dictæ consuetudinis *Ludouis. dec*. 204. *num*. 28. & eam reprobat vti vsurariam Leotard. *de vsur. q*. 30. *nu*. 59 & ... Viuian. Cirocch *discept*. 64. *à num*. 33. qui pro validitate in contrarium *nu*. 32. recenset Surd. *vbi sup*. & quomodo statuta defendantur, docet Nauar. *in summa*. 17. *num*. 213. & *in comment. de vsur*. 21. *not. nu*. 68. cuius verba transcribit Seis. *num* 48. & tradunt Amat. *resol*. 49. *nu*. 86. Gomez *var. c*. 7. *nu*. 59. & Rota Rom. non admittit, nisi vidua pauper sit, & interpellauerit hæredes ad sibi restituendum dotes, vt Ludouis. & ibi Beltram. *num*. 23. Et statuta esse interpretanda, & retinenda cum requisitis inopiæ, & diligentiæ vxoris, vel esse intelligenda, quando hæredes viri sentiunt commodum dotis retentæ, & mulier non habet

habet vndè viuere possit pluries iudicauit Rota, vt in dec. 3. in editis post Merlin. *de pignor.* ex Couar. *var. lib. 3. c. 1. n. 3.* & si pro validitate teneant Ias. *cons. 92. n. 29. lib. 1.* Nauarr. *vbi sup.* & Pontan. *de alim. c. 15. n. 17.* Lup. de Viur. *c. 1. § 4. n. 91.* & interpellationem non esse necessariam si adsit statutum de dotis interesse post annum soluti matrimonij præstando probat Fachin. *contr. lib. 3. c. 101.*

Acerrima itaque est quæstio, & regulariter nullum interesse deberi viduæ cum Affl. & ibi Vrsill. *n. 6.* Grat. *dis. 143.* Marescott. *var. c. 97.* Ludo. *dec. 573. n. 17.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 8. gl. 2. nic. n. 26.* vbi tradit nullo modo, nec alimenta, nec aliud quicquam recipere posse post annum viduum, & fusè probat D. Hodiern. *controu. 38 n. 78.* & ad Surd. *dec. 240.*

3 Pro validitate consuetudinis latè scribunt Mes. *lib. 1. var. c. 28. n. 6. & c. 46. n. 29.* Merlin. *de pig. lib. 3. tit. 2. q. 23. nu. 43.* vbi quod valet statutum, & non potest valere pactum. & in simili Alex. *cons. 200. lib. 6.* consuluit posse maritum legare aliquod annuum pro interesse dotis vxori, donec restituitur dos, ea ratione, quia valebit ratione interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, & ratione prædicta posse peti interesse tenent Cou. *n. 3.* Barb. *n. 44.* Amat. *n. 91.* Cyr. *contr. 368. n. 2.* Rot. *dec. 383. p. 5. rec.* Grat. *dis. 244.* Vrc. *fuse in consul. 39. per tot.* & in Ciuitate, & Regno passim reperiri emptiones censuum scribunt nostrates, de quibus *obs. 21. & alibi.*

Interesse dotium non debetur mulieri post mortem viri, si elapsis primis sex mensibus consequuta esset alimenta ab hæredibus viri, & ita cessans interesse petere, non posset postea demum prætendere sine alia interpellatione, stante quod eligit viam alimentorum, & ita de iure consuetudinario Neap. concluditur, & per S. C. iudicatum testatur D. meus, & concordantes decisiones refert Molfes. *ad consuet. Neap. p. 6. q. 10. n. 20. & q. 7. 11. & seq.* de Marin. ad Reuerter. *obs. 263. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio non promissa non est præstanda.*
2 *Fideiussio non promissa, non est præstanda, si alia causa non superuenit.*
3 *Dilatio anni concessa viro per consuetu. Neapolitanam datur miserationis causa.*
3 *Dilatio si est concessa miserationis causa, ea pendente, debet dari fideiussio.*
5 *Maritus si non potest præstare fideiussionem infra annum, quod remedium datur.*

DECISIO CCXVIII.

Fideiussor est præstandus à marito de soluenda dote vxoris mortuæ eius hæredibus in fine anni, cuius dilationem habet ad soluendum.

Consuetudine huius nobilissimæ Ciuitatis, incipiente, viro mortuo, de qua in præcedenti Decisione prouisum est quod mortua vxore sine filijs, viro superstite, vir habet annum ad restituendum doté in pecunia consistentem, quo nondum elapso petierunt hæredes vxoris à viro fideiussio-
1 nem de soluendo elapso anno, dicebat vir, † quòd non tenebatur, quia non erat promissa. *l. 2. de har. vel actio*
2 *vendita*, † & quod postquam non superuenerat causa, ob quam ad eam teneretur, non poterat habere locum tex. *in l. omnibus ff. de iud.* iudicauit Sacr. Cons. die 2. Decembr. 1579. penes Sec. quod vir teneatur præ-
3 stare hanc fideiussionem † stante, quod hæc dilatio erat concessa viro miserationis, seu humanitatis causa,
4 † quo casu fideiussio etiam non promissa præstari, debet, per tex. *in l. si constante. § quoties. ff. solu. mat.* vbi Cuma. præ cæteris, idem tenet post alios Alex. *in l. 2. super gl. in 2. ver. nec cogitur in 3. limit. eo titul.* vbi Aret. *col. 3. vers. hoc tamen fallit*, & Hercul. *col. 17. vers. tenet tamen num. 42.* & Ripa, *col. 9. ver. circa tert. nu. 39.* & nouissime Tho Parpalia *in repe. d. l. 2. nu. 69.* qui ita limitat regulam positam in *d. l. 2. C. de hered. vel actio. vend.* ita, & Iacobi. *in d. l. in omnibus*, qui post Alex. & alios supra relatos sic limitat tex. *in d. l. in omnibus*, & ne in proprijs terminis consuetudinis desit auctoritas, ita in specie tenet Neapod. *in d. consuetu. viro mortuo in vers. dari*, de quo meminit Afflict. *in dec. 297.* & idem Neapod. *in consuet. si mulier. nupt. in vers. si*
5 *non extant, vers. dictum est*, quo etiam in loco dicit, † quod vbi vir cauere non poterit fiet statim executio deducto commodo medij temporis, per text. in d. § quoties, quod etiam remedium, & alia tradit Aret. *in d. l. 2. col. 4. vers. sed quæritur*, & Rip. *ibid. col. pe. ver. in eag. gl. n. 60.* & idem remedium datur fisco, qui deducto commodo medij temporis, potest petere id, quod ei debetur ante tempus *l. cum glos. C. de cond.* ex lege, quam allegat ad hoc Ant. de Alex. quem ad pennam habeo *in l. pecuniam quam in fi. ff. si cert. pet* vbi multa ponit, & licet Cum. *in d. l. 2.* dubitasset, an hæc dilatio censeretur data miserationis gratia, tamen idem Cum. *in d. § quoties*, de hoc non dubitat, nec Rip. *vbi supra n. 39.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm 3 *ibid. quod hæc dilatio*, Adde Cagnol. *in prohem. ff. nu. 289. conueniunt scripta per* Viuium *dec. 463.*

Num. 4. *in fi. dum allegat Afflict.* Adde quod de eo meminit Carauita *in Ritu 167. n. 8.* quibus addi potest Viuius *dec. 403. & Intrigl. sing. 110.*

Numer. 5. *& in addit.* Vide *supra dec. 186. in fi. vbi addo.*

Et ad l. in omnibus hic allegatam num. 2. Vide Vrsill. post Afflict. *dec. 108. vbi multis modis limitat.* sequitur Ioseph Ludou. *in suis commun. opin. conclus. 8 fol. 14. à terg.* & nouissime Marant. *in suis singul. in vers. fideiussor an possit peti. fol. 39. illamq;* exornat Ripa, *hic nu. 4. allegat n. 34. & seq.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Habens dilationem humanitatis, seu miserationis causa cauere debet licet cautio non fuerit promissa.*
2 *An agi possit vt soluatur adueniente tempore ante tempus.*
3 *Dilatio, seu moratoria non procedit, & sic nec cessio bonorum contra Neapolitanos pro pensionibus domorum.*
4 *Nec maior pars potest cogere minorem ad dandum dilationem de persona.*
5 *Hæres cum beneficio Legis, & Inuentarij gaudet moratoria concessa defuncto.*
6 *Tituli dote cauta, & non numerata, & plus valere quod agitur, an sint correcti ex Consuetudine Neapolitana.*
7 *Tit. de inofficios. dotibus non est correctus.*
8 *Restitutio dotis in pecunia numerata recepta qualiter fiat, si pecunia mutetur.*
9 *Et quid si dos detur æstimata.*
10 *Obligatus tamquam correus cum marito tenetur, licet fideiussor pro dote danda, seu restituenda dari non possit.*
11 *An agi possit ante tempus, & quando.*

1 AD hanc decisionem quod† habens dilationem humanitatis, seu miserationis causa, & in vita, & alijs, quod cauere debet, licet
2 cautio non sit promissa. † Sed an agi possit vt soluatur, adueniente tempore Carau. *in Ritu 167 nu. 8. Affl. dec. 279. n. 4. vbi Vrsil. & Recentiores, & aliqua dicam dec. seq.* Dilatio, seu moratoria an concedatur contra

contra Neapolitanos,& pro penſionibus domorum di-
cit Docto. Rouit. *in Pragmatica de ceſſione bonor*, non
eſſe particulare priuilegium hodie ex diſpoſitione *Pra-
gmatica, 2. in tit. De instrument. liquidat.* An autem
mulier Neapolitana nupta extero, gaudeat priuilegio
Neapolitanorum, in hoc ipſemet diſputat latè, & deci-
4 ſiuè ſcribit. Vnde † an maior pars poſſit cogere mino-
rem partē creditorum ad dilationem dandam de perſo-
na, videndi ſunt Afflict. & Vrſill. *in dec. S. C. 66. & 377.*
5 *378. & 379* & † An hæres cum beneficio Legis, & In-
uentarij moratoria gaudeat, vide Præſident. *ſup. dec.
179. ad quam dixi*, licet in alia materia loquatur: & de
l. in omnibus, omninò videndi ſunt DD. *in l. 1. C. Vt
actio. ab hæredib.* & Ioſeph. Ludou. *in lib. Concl. Concl.*
6 *8.* † *tituli De Dote cauta, non numerata*, & plus va-
lere, quod agitur, an ſint correcti ex Conſuetud. Nea-
7 politana Præſid. *in dec. 367. num. 11.* † *titulo de inoffi-
8 cioſ. dotib.* an ſit correctus *in dec. 435. nu. 10.* † & de
reſtitut. dotis in pecunia numerata receptæ, qualiter ſit
9 facienda, ſi pecunia mutetur, & quod † ſi dos detur
æſtimata. Boer. *dec. 317* Afflict. *dec. 144.* Ioſeph. Ludo-
10 uic. *Concluſ. 10. in allegat. lib. Concluſ.* † Sed obligatus
tamquam correus cum marito, quod teneatur, licet
fideiuſſor pro dote danda, ſeu reſtituenda, dari non poſ-
ſit. Iaſ. *in l. ſi constante, verſ. vltimo in quantum, ff. ſo-
11 lut. matrimon.* & nouiſſimè Ioſeph. Ludouic. 13. an †
agi poſſit ante tempus, & quando, Præſidens *inf. 341.*
ad quam dixi. Et Oſaſc. *dec. 130.* Item adde hanc deciſ.
quod ſi hæredes viri dotem conſiſtentem in pecunia
vellent ſtatim ſoluere, & annali dilatione legali non
gaudere, poterunt detrahere interuſurium medij tem-
poris ex capitali dote reſtituenda; ita Bald. *in Auth. Ei
qui iurat, num. 39. in fine, C. de bon. author. iud. poſſid.*
Cattellian. Cotta *in verbo, dos, in Memorabilib.* Tira-
quell. *lib. 1 retract. §. 1. gloſſ. 18. nu. 36.* Ad nu. 5. an ſuffi-
ciat iuratoria cautio, dic quod non in caſu impotentiæ,
ita Ioſeph. Ludouic. *dec. 63. n. 11.* & Minad. late *in conſ.
23. & de l. in omnibus, ff. de iudic.* adde eundem Ioſeph.
Ludo. *Concluſ. 8. & omnino*, Melch. Palaez. *in tract. De
Maiorit. in 4. par. q. 34. col. 3. verſ. ad idem*, & procede-
re dicit in contractibus ſtricti iuris, prout tenet etiam
Barboſa, *in l. 2. C. de hæred. vel act. vendit. 2 parte, nu.
27. verſ. colligendum eſt, & plenius, in 2 par. nu. 25. verſ.
ſit autem, fol. 696.*

ADDITIO D. RICII.

Fideiuſſor eſt præſtandus à marito de ſoluenda dote
vxoris mortuæ eius hæredibus in fine Anni, cuius
dilationem habet ad ſoluendum, hoc dicit, Adde Pel-
lic. *in conſuetud. Aners. cap. 9. num. 60.* Mart. *de iuriſ-
dict. par. 4. caſ. 178. n. 9.* Maur. Aret. *in tract. de fideiuſs.
fol. 491. nu. 21.* vbi voluit quod cum ceſſet connubium
ceſſat ratio perfidiæ prohibentis fideiuſſores in dote,
allegat Odofred. gloſſ. Cyn. & alios *in l. 1. C. ne fideiuſſ.
dot. dentur*, nec debemus metuere in connubio perfi-
diam generari, cum amplius matrimonium non ſit
And. de Speculat. *de dot. post diuort. reſtit. §. 1. n. 9. verſ.
ſecundum*, & nota, quod fideiuſſor pro dote reſtituen-
da infra tempus reſtitutionis non poteſt agere, vt à di-
cta fideiuſſione liberetur, etiam quod diu ſteterit in
obligatione, cum caſus ille reſtituendæ dotis non ſe
obtulerit Bertazz. *de clauſul. clauſ. 43. gloſſ. 3 nu. 4.* ſed
dubium eſt an maritus, qui fideiuſſionem dedit de do-
te reſtituenda poſſit dictam dotem alienare, & Rom.
ſing. 251. Alban. *ad Bart. l. filiusfamilias. §. diui, ff. de
legat. 1.* videntur firmare, quod ſic, quod aduertit Me-
dice, *de conſeruat. poſſ. num. 79. verſ. 5.* fallit, vbi deter-
minat maritum fundum dotalem alienare poſſe ſi fide-
iuſſores dederit ſequitur Aretin. *in d. tract. de fideiuſſ.
fol. 493. nu. 51. in materia latè videndus.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Maritus habens annum ad reſtituendam dotem conſi-
ſtentem in pecunia qualiter cogi poſſit ante annum,
& refellitur Ripolla.*

2 *Sponte ſoluens maritus dotem ante annum, an poſſit
deducere intereſſe medij temporis, & reijciuntur
Campeg. Barboſ. & alij, & quando reſtituere debet
dotem ante annum.*

3 *An ſit abrogata diſpoſitio, l. vnic. §. quoties C. de rei
vx. act.*

1 Felicia, & clara poſtulat ingenia deciſio de ma-
rito habente annum ad reſtituendum dotem
conſiſtentem in pecunia, vt cog. poſſit ante
annum ad præſtandam fideiuſſionem de reſti-
tuenda dote poſt annū elapſum ex *l. ſi constante, §. quo-
ties cum ibi not. ff. ſol. matr.* & ſi non poſſit ſatisdare
compellitur ſtatim reſtituere deducto medij temporis
commodo ad beneficium ipſius mariti, ex *d. §. quoties*,
poteſt ſimiliter mulier petere ante annum ab hæredib.
viri dotem in mobilibus conſiſtentem, vt ſoluant poſt
annum Viu. *dec. 463.* & approbaſſe Senatum refert Fō-
tanell. *de pact. nupt. glo. 3. p. 11. n. 5.* vbi inquit dotem eſſe
in hoc priuilegiatam vna cum ſponſalitio, vt poſſit agi
ante diem addo Cancer. *lib. 1. var. c. 9. de dot. nu. 102. &
ſeq.* Ripoll. *var. c. 10. de dot. recup. n. 70.*

Euidenter labitur Ripoll. *n. 71.* reſoluens, quod ma-
ritus teneatur dare ſimplicem cautionem ſine fideiuſ-
ſione ex *glo. in l. vnica, §. cum autem, C. de rei vx. act.*
quoniam lex in defectum fideiuſſionis prouidet quali-
ter ſit facienda reſtitutio, & mariti bona alias ſunt hy-
pothecata pro dotis reſtitutione, & inepte peteretur hu-
iuſcemodi ſimplex cautio. Paul. de Caſtr. *in l. 1. nu. 3. ff.
qui ſatiſd. cog.* Grat. *diſc. 220. n. 30.* Nec obſtat *gl. in d. §.
cum autem*, quia loquitur in caſu, quo maritus non cō-
demnatus, niſi in quantum facere poteſt, tenetur dare
cautionem de ſoluendo quando peruenerit ad pinguio-
rem fortunā, tunc enim cautio intelligitur de ſimplici.

2 Maritus non deducit interuſurium medij temporis,
quando ſpontè repræſentat, ſeù ante annum ſoluit do-
tem, vt Bart. & Caſtr. *in d. §. quoties* Leotard. *de vſur. q.
30. n. 7. cum* Surd. *de alim. tit. 1. q. 44. num. 58.* quidquid
velint Bal. Tiraq. Campeg. & alij quos refert, & ſequi-
tur Barboſ. *in l. 2. p. 1. n. 30. ſol. matr.* & Amat. *reſol. 49.
num. 48.*

Dilatione anni maritus non fruitur, quando promi-
ſit reſtituere dotem eo modo quo recepit, ſi ſtatim con-
tracto matrimonio recepit dotem Fontanell. *n. 12.* vel ſi
dotem conſiſtentem in pecunia deindè conuertiſſet in
emptionem ſtabilium pro vtilitate vxoris, vt ex Fab *C.
de rei vx. act. def. 3. idem* Fontanel. aut maritus malè ſe
geſſerit in infirmitate vxoris, Viu. *dec. 197.* Gratian. *di-
ſcep. 405.* & Fontanell. *vbi ſup.*

3 Difficultas eſt An diſpoſitio *d. §. quoties*, abrogata ſit
eo iure, quo vſuræ prohibentur, quatenus lex cauet ha-
bendam eſſe rationem interuſurij medij temporis, &
interuſurium reducendum ſit ad id quod intereſt, & ad
id quod ex fructibus, vel alio licito quæſtu redigi poteſt
& affirmat Cald. *in tract. de empt. & vend. c. 23. n. 42. &
58.* vbi concludit, pecuniæ interuſurium hodiè non de-
beri excepto caſu, *l. curabis, C. de act. empt.* & ſequitur
Leotard. *vbi ſup. n. 11.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dos non comprehenditur sub dispositione, quantumcumque generali.*
2 *Moratoria concessa per Principem debitori, non comprehendit causam dotis.*
3 *Fructus dotis deseruiunt oneribus matrimonij.*
4 *Dos non habet priuilegium, vbi non est in specie priuilegiata.*
5 *Dilatio concessa per viam iustitiæ, comprehendit causam dotis.*
6 *Rigor scriptus præfertur æquitati non scriptæ.*

DECISIO CCXIX.

Creditor ex causa dotis an cogi possit à maiori parte creditorum ad concurrendum cum eis in dilatione quinquennali in beneficium debitoris.

FVit dubitatum, an maior pars creditorum possit cogere creditorem ex causa dotis ad concurrendum cum eis in dilatione quinquennali in beneficium debitoris, iuxta terminos *l. fin. C. de bon. ced. poss.* pro creditore ex causa dotis facit,
1 † quia lex quantumcumque generalis non comprehendit causam dotis, nisi de ea fiat specialis mentio. *l. fi. C. de iur. dot.* vbi Salicet. ponit hanc conclusionem.
2 † Item, quia si Princeps dilationem concedit debitori, iuxta terminos *l. quoties. & l. vniuersa. C. de prec. Imper. offer.* non comprehendit causam dotis. Io. Bapt. de S. Blasio, *in tractat. de priuil. dot. in priuileg. 286.* Accedat prædictis maxima æquitas: nam ex hac dilatione
3 maritus maximum sentiret damnum, cum sustineat onera matrimonij, & careret fructibus, qui ex dote perueniret. Pro maiori parte creditorũ faciebat regula, quæ est generalis, posita, *in d. l. fi. C. qui bon. ced. poss.*
4 Item, & alia regula, † quod vbi dos non habet speciale priuilegium, remanet in dispositione iuris communis, *l. in fraudem, §. fin. de milit. testa.* & sic responderi potest ad decisionem Salic. *in d. l. fin.* qui loquitur quando dos per prius erat priuilegiata, & postea fit statutum generale, ex quo auferretur illud priuilegium dotis: nam si de dote non fit mentio specialis, non tollitur priuilegium illud per prius doti concessum, ita dicta Salic. declarat Dec. *in l. ex testamento, in vltimo not. C. vnde lib.* & in alijs locis, quos congerit Tiraq. *in tra. de ret. lignag. §. 1 gl. 14. nu. 103. vers. restat nunc fol. 327.* & regulam prædictam esse erroneam, dicit Curt. Iun. *in l. hæres absens in 4. dub. ff. de iudic.* & similiter dicebatur non obstare decisionem Ioa. Baptist. de S. Blasio *vbi supra*, nam loquitur in terminis dd. ll.
5 quoties, & vniuersa, † in quibus conceditur, dilatio per Principem ex gratia, & strictè proceditur, secus autem erat in casu præsenti, in quo dilatio conceditur ex iustitia, imo dictum fuit eumdem Ioann. Bapt. de S. Blasio, *in eo loco, in priu. 260.* dicere text. *in d. l. fi.* habere locum etiam contra dotem: quod etiam colligitur ex *glo. in d. l. si constante. §. quoties. ff. solut. matr.* vbi gloss.
6 allegat tex. *in d. l. fin.* Nec obstat æquitas allegata, † quia postquam habemus legem scriptam, & æquitatem non scriptam, lex licet rigorosa, præfertur æquitati non scriptæ, *l. placuit. C. de iud.* Discussa hac causa coram me dubitauit contra dotem, & postea partes aliter non institerunt pro expeditione.

ADDITIO D. VISCONTI.

VIde omninò Carauitam *in Ritu 287. n. 19.* Muscatell. *in Prax. Sac. Cons. in glo. petendo nu. 20. post* Ann Sen. *in sing. 101.*

Num. 3. Adde Rolan. *in lucro dotis, q. 68. 69. vtrobique nu. 5.*

Nu. 4. *cum addit ibi regulam*; Vide hunc Dominum *in dec. 286. n. 2. vbi latius addo.*

Num. 5 Carau. *vbi supra.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio quinquennalis quando concedatur.*
2 *An debitori ex causa delicti.*
3 *Et quid in debitore ex causa contractus.*
4 *Qui non habet in ære, luet in corpore.*
5 *Fideiussor potest cedere, & moratoriam petere, quando fideiubet pro inquisito, & non præsentat.*
6 *Fiscus non potest petere, quod luat in corpore.*
7 *Regula enim procedit in principali delinquente.*
8 *Dilatio concessa debitori an prosit hæredi cum beneficio Legis, & Inuentarij.*
9 *Maior pars creditorum non cogit minorem ad concurrendum, vt detur dilatio debitori in persona tantum.*
10 *Nec contra dominos pensionum Neapolitanarum, & sic nec cessio fieri potest.*
11 *Statutum siue Lex, generaliter loquens, comprehendit etiam causam dotis, si in eo casu dos non est specialiter priuilegiata.*
12 *Moratoria, & cessio bonorum, an, & quando concedantur, & à quo iudice, & in quibus casibus non.*
13 *Vsura, vel interesse medio tempore, an detur creditori.*

1 ADde † quando dilatio quinquennalis con-
2 cedatur. Carauita, *Ritu suo 278.* & † debi-
3 tori ex causa delicti, quod non, † & quod
4 sic, ex causa contractus *dec. 358.* Sicq. † qui
5 non habet in ære luet in corpore, & quod † fideiussor possit cedere, & moratoriam petere, quando fideiubet
6 pro inquisito, & non præsentat, & † quod fiscus petere
7 non possit, quod luat in corpore, † quia Regula procedit in principali delinquente, *in dec. 507. fol. 33.* Et
8 quod † dilatio concessa debitori non prodest hæredi cum beneficio legis, & Inuentarij, *est decisum supra*
9 *dec. 179.* vbi † quod maior pars creditorum non cogit minorem ad concurrendum, ad dandum dilationem
10 debitori in persona tantum, & quod † nec contra dominos pensionum Neapolitanarum, vt dixi decis. præcedenti, & sic nec cessio fieri potest. Vide quæ ibi dico in alijs casibus. Ad numer. 4. adde Ioseph. Ludouic.
11 *dec. Perus. 95. numer. 15.* vbi idem † quod Statutum, siue Lex generaliter loquens, comprehendit etiam causam dotis, & in eo casu dos non est specialiter pri-
12 uilegiata, & de moratoria, & cessione bonorum, an, & quando concedantur, & à quo iudice, & in quib.
13 casib. detur creditori, & an † vsura vel interesse medio tempore detur creditori, & plura de vsuris, per Carolum Crassum, *in Exceptione, 32. in tract. de Exception.* Bart. *in l. nam hoc natura, ff. de condict. indeb.* Bertach. *in verbo, Rigor. & verbo æquitas*, sed an æquitas inter Iudæos seruetur, Foller. *in cap. Regni, Item Statuimus. de Iudæis. num. 15.* & in legibus quando attendatur in constitutione erroris. *num. 3. de Episcop. & cler. latissimè*, Item de moratoria videndus est Carauita *in Ritu 287.*

ADDITIO D. RICII.

CReditor ex causa dotis an cogi possit à maiori parte creditorum ad concurrendum cum eis in dilatione quinquennali in beneficium debitoris, hoc dicit, Adde *Ann. sing. 101.* Muscatell. *in praxi fideiuss. par. 2. q. 9. num. 30.* Pellic. *in consuet. Auers. c. 9. numer. 33.* vbi omnes loquuntur quod sic, dummodo ex iustitia, secus si ex gratia iuxta terminos, *l. quoties, C. de precib. Imper. offert.* Bapt. de Sancto Blas. *in tract. de priu. dotis, priu. 260.* & quid si maior pars creditorum anteriorum concurrit in concedenda dilatione in per-

sona tantum, & non in bonis, & quid si pendente dilatione moriatur debitor author noster *dec.* 179. cui addidi, & in terminis nostrę decisionis, an debitor teneatur cauere, quod sic, Rom. *cons.* 439. licet contrarium seruetur in practica vt in addit. ad Afflict. *dec.* 288 & quod præferantur volentes concedere dilationem Rom. *consil.* 859. Parif. *consil.* 108. & an clericus teneatur cum alijs concurrere, vide Afflict. *dec.* 380. & an cætus, seu maior pars creditorum præiudicet creditori habenti obligationem cum iuramento, quod sic, de iure secus in practica addit. ad Afflict. *dec.* 288. *numer.* 7. & quando creditor, de quo hic obtinuerit dilationem quinquennalem, de qua hic an admittatur ad beneficium cessionis bonorum, quod non, *gloss in l. fi. verb. generan. C qui bon. ced. poss.* & quid si creditor, qui est citandus in concedenda dilatione, sit clericus an debeat citari per Ecclesiasticum, quod non, sed per laicum, & comparendo, si petierit remissionem ad Ecclesiasticum non remittitur, prout obseruat Sacr. Consil. teste addit. ad Afflict. *decis.* 380. & nota, quod moratoria, non potest concedit contra ciuem Neapolitanum addit. *ad decis. Afflict.* 384. *numer.* 8. Gram. *cons. ciuil.* 23. & quid si sit maior pars, Capic. *dec.* 36. *num.* 3.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio quinquennalis comprahendit causam dotis.*
2 *Propelluntur Costa, Anna, & Borrel. & respondetur obiectioni.*

1 MOrari, & sistere cogit tantisper moratoriæ materia. An dilatio concessa per viam iustitię comprehendat causam dotis, & in opinionem affirmantem inclinat D. meus, quamuis quæstio non fuit decisa, & eum extollit Genua *de scripe. prim. lib. 3. tit. de tir. iudic. n.* 63. & refert, & sequitur Giurb. *dec.* 118. *n.* 12. Mauson. *de conf. execut. limit.* 6. *n.* 73. Gratian. *discept.* 227. *n.* 32.

Contrarium astruit Cost. *de port. rat. q.* 139. *n.* 9. vbi in puncto inquit remedium huius dilationis non prodesse, nec in debito ratione delicti, vel fiscali, vel depositi, aut cambiorum, vel etiam dotis, vel aliter priuilegiato, & idem tenent Ann. *singul.* 101. Borrell. *ad pragm. de compromiss.* §. 2 *glos.* 1. *n.* 404. & ea potest adduci ratio, quoniam dilatio non procedit contra fiscum ex Afflict. *dec.* 5. à pari itaque nec contra dotem, dum fiscus, & dos pari passu ambulant *l.* 2. *vbi glo. C. de priuil. fisc. in ver. cessat. vbi* Bal. Castr. & alij.

2 Refelluntur attamen Costa nouissimè per Merlin. *de pignor. lib.* 4. *q.* 137. *n.* 22. ex quo perperam pro se allegat Menoch. *de arbitr. cas.* 303. *n.* 16. & 17. qui loquitur in diuersis terminis, quando scilicet habuit debitor à Principe saluum conductum generalem ab omni debito, & inquit non extendi contra priuilegiatos talem gratiam prout cum D. meo tenet Gratian. qui reijcit dissidentes, tamquam loquentes in dilatione concessa à Principe per viam gratiæ, non in ea quæ conceditur à creditoribus per viam iustitiæ.

Argumentum sumptum à fisco non procedit, nam fiscus, & dos non æquiparantur per modum regulæ, sed in aliquibus casibus, & se habent vti excedentia, & excessa, dum sunt casus, in quibus plus tribuitur doti, & in quibus plus fisco, vt Gizzarell. *dec.* 5. *n.* 24.

SVMMARIVM.

1 *Articuli impertinentes, & de iure non admittendi in prima instantia quomodo reijciantur.*
2 *Articuli impertinentes, & de iure non admittendi reijciuntur cum effectu.*
3 *Articuli quando dubitatur, an sint impertinentes, reijciuntur per decretum generale.*
4 *Depositio principalis quando petitur vt admittatur, etiam, quod sit conclusum in causa.*
5 *Sacrum Consilium procedit sola facti veritate inspecta.*
6 *Confessio principalis est melior probatio.*
7 *Depositio principalis si petitur, quando super sedetur in causa.*
7 *Probabile quod non est per testes, non est possibile.*
9 *Positiones differunt ab articulis, exceptionibus, & interrogationibus.*
10 *Principalis in causa liquidationis non tenetur respondere super articulis iustitiam causæ principalis concernentibus.*
11 *Articuli impertinentes propriè qui sint.*
13 *Articuli concernentes causam principalem in termino repulsa sunt omninò impertinentes.*
14 *Copia articulorum non datur in Regno.*
15 *Conclusio si est facta in causa, an impediat reiectionem impertinentium.*

DECISIO CCXX.

Articuli dati in causa appellationis de directo contrarij articuli partis dati in prima instantia, an admittendi, vel reijciendi.

1 IN Sacro Consilio seruamus, quando † in prima instantia instat aliqua ex partibus pro reiectione articulorum impertinentium, & de iure non admittendorum, vel de eis protestatur interponere decretum, quod generale appellatur super ipsorum reiectione hoc modo, ita vt si facta publicatione in causa reperirentur aliqui articuli impertinentes, seu de iure non admittendi, reijciantur, prout præsenti decreto reijciuntur, iux. theoricam Bart. & aliorum, licet plenius, *in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, ff. de iurein.* & Canonistarum, *in conting. de off. del.* per Decium, *in c.* 1. *in fi. de testib. & in cons.* 162. 1. *volu. per totum.* vbi etiam reperitur, quid seruetur Romæ, & etiam reperietur ex Alb. *in l.* 2. 7. *colu. vers. dominus Guido, C. de iuram. calu.* Plene collegium Papiense *in responso in causa Finaria in* 6. *art. tamen prin. fol.* 213. *impresso post tractatum* Menochij. *de recuper poss. l. in*
2 *ead. dec.* 220. *n.* 9 *fol.* 121. *col.* 3. ibi, vbi etiam Angel. † In causa verò reclamationis indistinctè videmus articulos, & quando sine dubio videmus ipsos esse impertinentes, vel de iure non admittendos, statim cum effectu reijcimus, quando verò dubitamus, ex quo in Re-
3 gno non datur copia articulorum, † & sic nō possumus ipsorum discussionem tractare partib. auditis, interponimus idem decretum generale, sic. n. in dubio etiam de iure fieri debet, vt dicunt Doct. ibi, & Alber. *in d. l.* 2. *vbi* Curt. *in nouo breuiloq. alleg. conc. in* 1. *vo. tract. in mris.* Accidit in causa reclamationis interpositę à sententia per S. C. lata in fauorem duorum fratrum de Curte cū D. Io. Camillo Gellutio, *de qua in dec.* 180. quod dictus Io. Camillus pręsētauit articulos, & cum esset facta instantia pro ipsorum reiectione tanquam impertinentiū & de iure non admittendorum, fuerunt mediante decreto S. C. reiecti tanquam de directo contrarij articulis actorū in prima instantia, dumq; tractaretur expeditio causæ, institit procuratur Io Camilli pro depositione principalium super eis pro quo faciebat, quod etsi de iure communi sit dubium inter Doctor. an post conclusum in causa possit peti depositio principalis, quæ

late

latè congerit Senatus Pedemontanus, *in dec. 10. & inter Ritus Magnæ Curiæ sit Ritus in ordine 93 qui incipit. Item ernat ipsa Curia*, quoad responsiones†quod
4 hæc petitio admittatur vsque ad conclusionem in causa exclusiue: Nihilominus Sacrum Consilium, & alia Tribunalia huius ciuitatis admiserunt hanc opinionem, quod semper, & omni tempore, quo petitur, hæc
5 petitio admittitur: † procedimus enim sola facti veritate inspecta, quam si ex ore principalis habere possu-
6 mus aliud non quærimus, † quia hæc est melior pro-
7 batio. *l. cum precum. C. de lib. cau.* † imò facta instantia pro depositione principalis, si non adest præsumptio calumniæ ex qualitate causæ, vel aliter super sedemus in causa, donec principalis deposuerit, ex dictis per Bald. *in l. 1. nu. 4. verf. vlterius non argu. C. de iur. cal.* quem sequitur, & allegat concord. Afflict *in Const. Reg. iustitiarii per prouincias in 6 not.* vbi etiam per Foller. *num. 33. & 38* & Rota Bononiens. *decis. 24.* & in casu præsenti cessabat præsumptio calumniæ, postquam Dominus Marius vnus ex fratribus degens in partibus Hispaniæ apud Maiestatem Cath. predicator maximus vel similiter scire potest contenta in articulis, præsentatis in causa reclamationis, & eius qualitate, bonitate inspecta facilè deponet super eis veritatem. Pro parte dictorum actorum non poterant prædicta negari, verum dicebant procedere, quando articuli in causa reclamationis præsentati, non essent reiecti, tamquam directo contrarij articulis eorum in prima instantia,
8 † vnde postquam super eis non possunt recipi probationes per testes, nec etiã erit recipiẽda probatio per depositiones principaliũ, ex regula, quod illud quod non est probabile, non est ponibile, quam regulam ponit glos. *in l. 2. §. quod obseruari in verbo, creaat. verf. item videtur. & post eam* Alber. *col. 7 ver. modo restat. de*
9 *iuram. calu.* vbi etiam Ang † positiones enim proprie appellantur illę, super quibus principales deponere debent, & differunt ab articulis, exceptionibus, & interrogationibus, vt plenè per Curtium *vbi supra in 2. 3. 4. & 5. breuiloquio*, licet hodie ista verba confundantur, vt pulchre Pet. Iacob. *in sua pract. in rubrica de const. pecun. verf. item possunt dici*. Item diceba-
10 tur aliàs in Sacro Consilio fuisse dubitatum, † an principalis in causa liquidationis teneretur respondere super articulis iustitiam causæ principalis concernentibus, & fuisse decisum quod non ex quo articuli prædicti in causa liquidationis erant impertinentes, ita refert Capicius *in dec. 15.* Sed in prædictis responsum fuit, verum esse regulam prædictam positam per glos. vbi supra, verum procedere, quando articuli sunt ve-
11 re, & proprie impertinentes, † qui proprie sunt, quando non pertinent ad causam, vt dicit, Bart. *in d. §. idem Iulianus*, & Bald. dicit nec, indirectè Paul. de Cast. Ant. de Alex. & Ias. idem Bald. *in l. ad probationem la 1. per ill. im textum C. de probationibus*, & ponit aliqua exempla *dec Perus. 81. numer. 5. verf. hoc tamen*, & probati, vel confessati nihil releuarent, iuxta terminos, *d. l. ad probationem*, quam allegat Alber pro comprobatione regulæ prædictę *in d. l. 2.* vbi plenè Curtius *in nono breuiloquio*, sed in casu, de quo agitur articuli reiecti fuerunt non tamquam impertinentes, scilicet, quod non facerent ad causam, & quia confessati non releuarent, quia faciebant ad causam & probati seu confessati releuabant, sed tamquam directo contrarij articulis factis in prima instantia, qui ob timorem falsitatis, & subornationis testium
12 de iure non admitterentur, † & de appellantur de iure non admittendi, iuxta terminos, *§. quia verò in Authentica de testam.* vnde cum respectu principalis cesset timor subornationis, ob quem fit reiectio prædicta, remanet regula firma, quod principalis deponere tenetur, quandocumque pars institerit, hoc considerat Alber. *in propria materia, in d. l. 2. colum. 5. versic. sed quia supra dixi. C. de iuramen. calum.* nec potest negare Capicius *in d. decis. 15. verf. pro Ant.* Modo enim prædicto differunt articuli impertinentes à non admittendis de iure, vt colligitur ex dictis Doctorum *in d. § idem Iulianus, & in d. cap. cum contingat.* sed in specie differentiam prædictam, ne nostrates omittam, ponit Vrsillus *in addition. ad Afflict. dec. 7.* vbi allegat concordan & ita respondetur *ad d. dec. 15.* vbi etiam Capicius dubitatiue loquitur, dum dicit, si bene re-
13 cordatur. † Articuli enim concernentes iustitiam causæ principalis, sunt omninò impertinantes ad causam liquidationis, ex quo in causa liquidationis præsupponitur iustitia sententiæ, de cuius iustitia in causa liquidationis tractari non potest: & quamuis in Regia pragmatica, *quæ incipit, Sapè contingit. sub rubrica de capitulis, & positionibus in repulsa non admittendis*, appellantur impertinentes articuli, etiam quando sunt directò contrarij articulis factis in termino probatorio vltra quod dici possit ibi largo modo poni, nihilominus dicitur, quod proprie loquitur Regia pragmatica, ex quo articuli concernentes causam principalem positi in termino repulsæ aliquo modo non pertinent ad repulsam, & sic respectu termini repulsæ sunt omninò impertinentes.

His sic discussis Sacrum Consilium habuit pro vero, quod super articulis de directo contrarijs, ex quibus pars poterat releuari, tenebatur principalis deponere, sed quia in præsenti causa id quod pars, quæ reclamauerat, probare volebat, videbatur per actores non inficiari in primis articulis actorum, idcirco non fuit admissa petitio depositionis principalis, & postquam de materia impertinentiæ loquutus sum, de quibus indies tractatur, nolo omittere, quod multoties vidi ex incuria procuratorum, qui in practica non sunt versati, prout erant alijs temporibus, quod Ant. de Alex. *in*
14 *d. §. idem Iulianus, in fi.* dicit hæc verba, † Nota in Regno, in quo non datur copia articulorum, quod non imputatur parti, si de impertinentia non opponit à principio, sed post modum recepta copia attestationum debet hoc opponere, antequam procedatur ad alios actus aliàs præiudicaretur non opponenti, & ideo ad euitandum hæc dubia, cautela est quod detur petitio de impertinentibus, quo casu iudex, si
15 vult, potest eos reijcere statim, † vel si vult procedere saluo iure impertinentium, & de iure non admittendorum, & tunc posse de impertinentibus, quandocumque disputari, & vtraque practica est bona. Hæc Anton. vbi supra, sed tutior est practica quę hodie cum interpositione decreti generalis cũ clausula, ex nunc pro tunc, facta publicatione, de qua clausula dictum est *in decision. 213.* & ad euitandum difficultates, quas multoties vidi similiter tutior est via facta publicatione, etiam quod adsit protestatio, & generale decretum instare pro reali reiectione, quia, vel iudex hoc faciat, pro vt facere debet, ex quo hoc facere potest partibus auditis, cum sit publicatum in causa, vel saltem ad euitandum laborem, reseruauit faciendum tempore decisionis causæ.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. *ibi vt facta publicatione in causa*; Adde quod ita vidi iudicatum per famigeratum Doctorem Aduocatumque primarium, & nemini secundum in præsenti Regno D. Fabium Marchesium die 10 Februarij 1573. & in dies sic iudicatur in S.C. & M. C.V. sequitur Muscatell. *in Prax. Sacr. Cons. in gloss. impertinentes*.

In eodem, *numer. ac numer. 2.* Vide Gramm. *decis. 45*.

Num 3. *ibi non datur copia articulorum*; Adde Carauitam *in Ritu 79. licet* Muscatell. *aliter distinguat, & teneat in d. glo. impertinentes à n. 37. & seq.* D. Campanilem ad Oliuam, *in Ritu Cur. Arch. episc. Neap. 29. n. 14.* qui hunc locum, & Carauitam alleg.

In fi. & *num. 4.* Adde Vrsill. *in dec. Affl. 85. in fin.* Marantam, *in 6. p. actu 15. n. 7.* Carauit. *in Ritu hic allegato*

Cacheran. *in dec. Pedem.* 1.*n*.10. Viuium *in opinio*.996 *par*.3.*n*.23.*& in dec*.235.*num*.10. Muscatell. *in d.praxi in glossa legaliores n*.11. Marcell Calà, *de modo articul.an.fol*.45.*n*.46.47. & nouissime D. Borrel. *in cons. decisiue*.53.licet prædictos non allegat.

Num.5. Adde Gramm. *dec*.19.

Num.7. Adde quod si principalis non vult deponere potest carcerari secundum Vrsil.post Castrens.quem alleg.*in dec. Affl*.177.*n*.2.*in fi*.

Num.9. *ibi licet ista verba*, Adde Carault. *in d.Ritu* 79.*idem Campanil.vbi supra n*.16.

Num.10. Adde videndum Affl.*in dec*.35.*n*.2.

Num.11. Adde videndum Annam *in alleg*.77.*num*.5.6 omninò Iacob.Menoch.*cons*.2.*num*.362. *volumin*.1. Muscatell. *in d.glossa impertinentes*, & Rouitum *in pragm.contingit de ordin.iudic*. Campan.*loco citato post num*.17.

In eodem *nu.in fin.ibi sed tamquam articuli* quando dicuntur impertinentes, vel de directo contrarij quando noui, seu antiqui, & ab eis dependentes; Vide Soccin.senior. *in c.fraternitatis à n*.13.*cum seq.omninò* Farinac *in tit. de opp.contra testes quæst*.73. *c*.2.*à num*.19. *cum seq.& aliqua* per Rouit. *in d.prag. contingint*, & Vrsil.*hic alleg.n*.5.

Num.12.*ibi modo prædicto, & nu.seq*. Vide Roland. *cons*.34.*vol*.3.& Menoch.*in loco supra citato*, & Mascard.*de probat.concl*.132.*vol*.1.

Ad fin. Vide Mynsinger. *in obseru. 90. centur. 2. fol*. 52.*in paruis à terg.&* Grammat.*in d.dec*.45.*& dec.Rota Bonon*.7.*in fi*.

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Articuli, an, & quando dicantur pertinentes,admittendi, & facientes ad causam.*

2 *Decretum admissionis, vel repudiationis, an dicatur interlocutorium.*

3 *Principalis dispositio semper petitur vsque ad sententiam.*

ADde omninò post Vrsil. *dec*.7. Annam *Alleg*.77.*vol*.2.*fol.mihi*.15.*n*.5.*& seq.latissime*. Et de materia totius huius Decisionis
1 † an, & quando articuli dicantur pertinẽtes,admittendi, & facientes ad causam Anton.Grauat. *ad Vestrium,in sua Pract fol.mihi* 61.*nu*.12.*& fol*.135.
2 *n*.6.26.27 *& seq.vbi etiam num*.3. *fol*.138. *disputat*. † An decretum admissionis, vel repudiationis articulo-
3 rum dicatur interlocutoria. Ad num. 4. † principalis dispositio semper petitur vsq;ad sententiam; *Vide infrà dec*.366.& vide Muscatell.*in Pract.Verbo,legaliores,n*.55.*& seq.fol. mihi* 93. sed hodie non petitur post Conclusionem iuxta disposit. Regni Nouella Pragmatic.de anno 1613.Alia circa hanc decis.videri possunt ex Carpano, *in Consuetu. Mediolan.lib*.1.*cap*.83.*& loquitur* Andre. Gail. *Obser. Camera, lib*.1.*Obseruat.vero* 81. Sciacus *in Pract.Bonon*. distinguens, quod aut constat de impertinentia vel positionum fallacia, aut non: sed dubia res est. Primo casu omninò reiectioni locum esse affirmat, aliàs iudicem errare, quòd ex Thom. Gramm. *in dec.compilatis in* 45. *num*.4. *reperio*. Sed vnum est notandum, quod, parte non opponente de impertinentia ante conclusionem in causa, quod amplius non debet admitti. Item Capic. *dec*.28. *numer*.9. Alia ponunt Roland. *consil*. 34.*volum*.3.& de Clausula saluo iure impertinentium, & alijs, circa hanc materiam, vide Afflict. & ibi Vrsil. *dec*.33.& Francisc.Marcum *Decis.delph*.564.*par*.1. Capic.*dec*.28.& eumdem Affl.*in Constitut.Iurisperitorum, num*.4. & Annam patrem *Sing*.446.

ADDITIO D. RICII.

ARticuli dati in causa Appellationis de directo cõtrarij articulis partis datis in prima instantia an admittendi, vel reijciendi, hoc dicit, Adde Viuium *in silua.com.opin.opin*.948. Treuis.*dec.Venet*.43.*lib*.1.*nu*.3.*& seq*. & articulos de directo contrarios articulis partis aduersæ an ponere liceat facta publicatione in termino concesso ad repulsam si articularetur, quod testes examinati super aticulis partis aduersæ falsum deposuerint corrupti,vel subornati,fuit practicatum,quod sic Imbrian. alios referens *in tract. de repulsa considerat*.2.*n*.150.*& seq*. Muscatell.*in praxi in Sacr.Consil. lib*.1.*p*.6.*glos.momentum n*.18 Menoch. *de arbit.lib*.1. *quæst*.34.*n*.12. & articuli,qui sunt ijdem cum primis & de directo contrarii articulis repulsoriis aduersæ partis, an sint admittendi Capic. *decis*.62. tenet quod sic Muscatel.*loc.citat.& glos.aduers.num*. 5. Mart. *de Iurisd.p. 4. cas*. 128. & articuli præsentati in termino repulsæ illud idem continentes, quod oppositum fuerat in primis articulis, vel de directo contrariis articulis partis aduersæ, an sint reiiciendi, in hoc semper fuit in practica obseruatum in S.Cons. non esse tales articulos admittendos,nisi per viam restitutionis in integrum fuerint præsentati per personas priuilegiatas, quibus est permissum tales articulos præsentare,vt per Afflict. *dec*.216.*n*.1.*&* 2. Tap. *in consti. Iurisperitorum, sed* Amat. *dec*.78. tradit contrarium vide *tamen nostram collectaneam*, 1312.

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Declarantur articuli impertinentes, & non admittendi, & calumniosa petitio depositionis.*

2 *Articulorum copia an detur, & moderatur assertum D.Præs. & Reg. Reuert. & de Marin.*

3 *An sint admittendi articuli aliquatenus pertinentes, & reiicitur de Marin.*

4 *Refertur praxis seruanda post depositionem principalis petitam, & a quo prius debeat fieri depositio.*

1 FAx prælucens hæc decisio in dilucidanda materia articulorum pertinentium, vel impertinentium, & non admittendorum, & pro intelligentia præmittitur quod impertinentia cadit in prima instantia, sed in causa appellationis articuli dicuntur potius non admittendi ex Rouit. *in pragm. 12. de ord. iudic. per text. in l. si duo patroni, §.idem Iulianus, ff.de iureiur*. & D. meus *num*. 11. & & calumniosa petitur depositio super capitibus non releuantibus, vt docetur *num*.6.*&* 30. per hæc verba, *Si depositio petitur super capitibus non releuantibus, vel non facientibus ad causam, & indefinitè vbi adest præsumptio calumniæ,ex qualitate causæ,vel aliter* Rouit.*dec*.39.*n*.20.D.Prat.*ascept*.12.*p*.3.*nu*.18. quidquid velint Ann.*singul*.449.Capyc.*dec*.15.vt ex hac decisione D.Petr. *rit*.70.*n*.5.

2 Moderanda venit assertio, de qua *nu*.12. de copia articulorum, quod illa non detur in Regno parti, & tradunt Reuert.*dec*.531.& post Sanf Reg.de Marin.ad Reuert. nam hæc praxis viget in S. C. & M.C. & alijs Tribunalibus superioribus, non autem idem seruatur

in alijs, sed aliquibus partibus Regni, in quibus practicatur copia articulorum, examinata prius parte petente supereis, vt latè Muscatell. *in sua praxi, p. 5. rubr. impertinentes à nu.* 38. Danz. ad Grammat. *decis.* 45. D. Petr. *super rit. 79. nu.* 24.

3 Magnam constituit Rouitus differentiam, an articuli sint penitus impertinentes, vel aliquatenus etiam indirectè faciant ad causam, nam primo casu, siuè in prima, siuè in secunda instantia Iudex debet illos reijcere, etiam si pars consentiat, sed si non essent omninò impertinentes, ita vt faciant aliquatenus ad causam etiam indirectè, & tunc si pars dissentiat, vel de impertinentibus protestetur, Iudex debeat illos reijcere, & doctrinam Rouit. repetit de Marin. ad Reuert. *obs.* 448.

Verùm enim verò cõtrarium dico verius quod si articulus aliquid ad causam faciat non dicitur impertinens, & proindè est admittendus Bal. *per text. in c. quoniam de testib.* quem ad hoc dicit singularem, & addit quod si modicum confert, dicitur pertinere, *l. cum virum, C. de fideic.* & de iure præsumptiua potest fieri positio, & debet ei responderi, & si positio partim faciat ad causam, adhuc pertinens iudicatur, idem firmat Dec. *cons. 84. colu. fin.* post Bar. *in l. ad probationem, C. de probat.* vbi pariter docet, quod articulus, qui adminiculatur ad causã est admittendus, vel quando est dubium, an debeat admitti Bal. & Alex *in d. §. idem Iulianus*, qui dicunt quod si Iudex probabiliter dubitat, an positiones admittendæ sint, debet eas admittere cum protestatione impertinentium, & non admittendorum, & ita decisum testatur Reuerter. *in decis.* 448. ex quibus euidenter apparet, quod de Marin. ibi in obs. loquatur contra decisionem R. C. S.

Depositione principalis petita: tunc debet illa offerri in calce termini, ad hoc vt terminus currat, & facta depositione requiritur Iudicis interlocutoria mandantis, vt terminus currat Capyc. *dec.* 82 & ita explosa quorundam dissidentium sententia firmat Petr. *n.* 7.

Quis demum teneatur prius deponere actor, vel reus, pro prima parte tenet Rouit. *pragm. 8. de ord. iudic. nu.* 6. iuxta secundam partem Gallup. *in prax. p. 2. c. 19. nu.* 10. sed Melchior. *de posit. c. 5. nu.* 7. dicit nullam considerari prioritatem, & Virgil. *in tract. de pers. accus. c. 32. nu.* 68. firmat quod ille deponere teneatur à quo primo petitur.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias, qui opponit beneficium tituli, Quod cum eo, non potest carcerari.*

2 *Filiusfamilias, qui per multos annos stetit quin solueret, an habeat beneficium leg. Quod cum eo.*

3 *Opinio glossa, quæ vltimo loco recitatur, videtur approbari, per glos. declara tamen, vt nu.* 10.

4 *Priuilegium, quod quis acquirit de iure speciali, facilius perditur, quam illud, quod de iure communi.*

5 *Exceptio, quod quis non teneatur nisi inquantum facere potest, est temporalis.*

6 *Tempus non est modus tollendæ, seu inducendæ obligationis.*

7 *Natura obligationis non mutatur ex cursu temporis, sed exceptio sic.*

8 *Durius agitur cum debitore, qui per multos annos stetit in obligatione, quam cum eo, qui statim conuenitur.*

9 *Dilatio non debet accumulari dilationi.*

10 *Glossa quando ponit plures opiniones, non videtur residere in vltima opinione, quando ponit vltimam, cum verbo Alij dicunt.*

11 *Exceptio, ne quis teneatur, nisi in quantum facere potest quomodo est temporalis.*

12 *Positus si est iuris, non requiritur terminus in causa.*

13 *Præsumptiones procedunt contra actores. vt plurimum.*

DECISIO CCXXI.

Filiusfamilias, qui cum patre etiam ex interuallo se obligauit, si carceretur ex ea obligatione debet sub fideiussione de stando iuri relaxari.

Filius familias, qui cum patre se obligauit, citatur super tenore instrumenti liquidi, virtute Ritus Magnæ Curiæ contumax reputatus. & demũ carceratus instabat se liberari à carceri-
1 bus, eo quia per dispositionem, *l. 2. ff. & C. quod cum eo* † non tenebat, nisi inquantum facere poterat, quo casu non est locus carcerationi Paul de Cast *in d. l. 2. in fin.* Aret. *in [illegible] §. eleganter, col. 2. vers. & antequam, ff. solut. matr.* Dicebat creditor, quod dispositio ll. prędictarum & tituli prædicti limitabatur non procedere, quando non ex continenti cum filio actum fuerat, sed
2 per † multos annos, quia tunc habebitur ratione temporis, vt filiusfa. in solidum exigatur. *l. sed si ex parte, §. sed an etiam ff. quod cum eo* & in causæ cognitione, de qua in textu prædicto, videre, an multi, vel pauci anni concurrerint, ita dicit text. prædictus, secundum lecturam gl. quæ dicit hoc euenire, ex quo debitor non debet gaudere dilatione, & beneficio priuilegij, hanc secundam lecturam glo. sequitur And *in d. §. sed an etiam.* dum dicit primam lecturam, glos. non esse veram, & summat tex. hoc modo, quod si multo tempore stetit filius, quo non fuit conuentus, habetur ratio huius dilationis, vt grauius condemnetur, & in hac opinione dicit Salic. ibidem verum residere glo. forte motus ex eo, quia hanc opinionem pro vltima
3 recitat, cum vera sit conclusio, † quod quando gl. ponit plures opiniones videtur in vltima residere. *l. si idem cum eodem.* vbi Ang. per illum text. *ff. de iurisd. omn. iud.* allegat concordantes Bolog. *in repet. authenthica, habita, num 259. vers. sed pone. C. ne filius pro patre*, & pro hac opinione, in qua, & ipse videtur re-
4 sidere, allegat rationem † quia facilius perditur priuilegium, quod quis de iure speciali acquirit, quam quæsitum de iure communi. *l. eius milites, §. militia missus ff. de milit. test.* Item dicebatur, eamdem opinionem tenere Azon. *C. in summa tituli prædicti. in princ.* dum ponendo prius regulam, eam simpliciter limitat per text. *in l. 4. ff. eo. quæ est d. l. sed si ex parte.* Prædicta
5 confirmabantur, † quia exceptio, ne quis teneatur, nisi inquantum facere potest, est exceptio tẽporalis, non perpetua, vt dicit Glo. *in §. appellantur, in vers. semper, Institut. de except.* vnde ex prædictis dicebatur, quod postquam per annos nouem creditor non petierat debitum, nunc quòd post multos annos petijt, non debent gaudere beneficio prædicto, & per consequens postquam Magna Curia iam decretum interposuerat, quòd dictus filiusfa. liberaretur grauauerat creditorem qui dicebat se grauatum, postquam decretum prędictum liberationis erat latum non præcedente datione termini in causa. Pro debitore faciebat, quod ipse habebat pro se dispositionem legum prædictarum non
6 restrictam ad tempus. & regulam, † quòd tempus non est modus tollendæ, nec inducendæ obligationis. *l. obligationum ferè. § placeat. ff. de act. & oblig.* per quam regulam Gl. *in d. §. sed an etiam, primo loco* intelligit text. prædictum dum dicit, quod est habenda ratio tẽporis, & quòd in hoc causæ cognitio vertitur. s. quòd non solo cursu temporis, natura obligationis, mutatur, sed in causæ cognitione erit si infra hoc tempus filiusf. facere potuit, & dolo desijt possidere, vt tunc teneatur insolidum, alias non, adeo quod in causæ cognitione non erit, an sit lapsum modicum, vel magnum tempus, vt videtur innuere in secunda lectura, sed quid acciderit infra tempus crediti, & actionis propositæ & ita etiam text prædictum intelligit Odofr. *in l. 2. eiusdem tituli*, qui dicit sic tenuisse

Azo-

Azonem, & quod illud quod dicitur quod siquis diu conuenitur condemnetur insolidum, quasi dilatione: & beneficio priuilegij gaudere non debeat, ei non videtur benè (vt verbis eius vtar) per tex. *in d. l. obligationum fere. §. placet.* & dicit insuper, quod verbum, ex continenti. in text. appositum, exponitur, scilicet post emancipationem, vel exhæredationem, & sic non habet respectum ad tempus, quo petitur debitum Alb. ibid. videtur etiam hanc opinionē tenere, tàm in principio, quando refert *gl. allegantem, d. §. placet.* dum dicit
7 hoc verum, † quia natura obligationis cursu temporis non mutatur, sed exactio sic, quam in finalibus verbis, dum dicit in ea glo. *in fin. prima vera secundum* Rayn. & Bart. *in summario, d. §. sed an etiam*, dicit, tenc. primam opinionem Glo. videtur tenere Bald
8 dum refert vnam lecturam Glo. quę est secunda, † & dicit, quod durius agitur cum debitore, qui stetit per multos annos, quod non soluit, quam cum eo qui statim conuenitur, & postea subdit, se credere, quod hoc procedat respectu dilationis, non autem in quantitate
9 exactionis, † quia non debet accumulari dilatio dilationi, sed quantitas debiti non variatur. Et prędictis stantibus pro debitore, dicebatur, quod verior est primus intellectus; *glos. ad §. sed an etiam*, quem in vere tenet glos. ibi, non obstante, quòd Salic. alter dubitatiue dicat, & non tenet secundum. Quod tenet exprelsè Bald. *vbi supra*, dum summando illum text. secundum vnam lecturam, quę est secunda, quod durius agitur cum debitore, qui stetit per multos annos, quod non soluit, quam cum eo, qui statim conuenitur, secundum vnam lecturam, quam Glo. non
10 approbat. † Et licet quando glos. ponit plures opiniones, videtur residere in vltima, hoc non procedit quando Glo. ponit primo suam opinionem, & postea dicit alij dicunt, quia tunc videtur residere in prima, ita Ias. *in d. l. si idem cum eodem, §. si vna actio num. 3. in 3. limit. ff. de iurisd. om. iud.* & post eum Iacob. de Nigris *in rub. ff. si cer. pet. col. fi. vers. item non ex hac gl.* vnde connumerata opinione Glo. in fauorem debitoris, prout ex prędictis numerari debet, apparet, quod maior pars Doctorum fauet debitori. Opinionem enim prędictam tenet Gloss. Odofred. Albert. Bartol. & Bald. & contra debitorem tenet exprelsè Angel. & sub dubio Salicet. qui erat, vt supra dictum est, tam ex dictis Bald. quam ex rationibus supra relatis, quando dicit, videri, quod glos. teneat secundam lecturam. Item erat ex ratione sumpta ex text. *in l. eius militis. § militia missus, ff. de milit. testam.* nam beneficium dd. ll. ff. & C. quod cum eo, fuit introductum etiam fauore creditorum, cum filij familias ex iuris dispositione facti noui homines per emancipationem, ad nihilum tenebantur, vt est plene dictum *in dec.* 181. Nec potest fieri vis in dictis per Azon. *in rubr. C. supra allegata*, quia Azo allegat simpliciter illum tex. qui at ex prędictis apparet, secundum Gloss. & maiorem partem Doctorum intelligitur in fauorem debitoris, non autem creditoris, nec disputat articulum prædictum. Et dicebatur nec etiam obstare dicta per Gloss. *in d. §. appellantur*, dum hanc
11 exceptionem dicit esset temporalem, † quia glo verum dicit, quod est temporalis quo ad hoc, quia vno tempore quando quis non est soluendo, potest prodesse debitori, & obesse creditori alio verò tempore quando esset soluendo operabitur contrarium, & hoc voluit dicere Bartol. *in d. §. sed an etiam* dum dicit, in hac actione ratio temporis habetur, & sententiæ tempus inspicitur, & voluit dicere Alber. dum dicit, ex cursu temporis natura obligationis non mutatur, sed exactio sic. Nam, & alias cursu temporis quis obligatur, ad aliàs obligari non possit, quia si aliàs Alber. & Bartol. intelligerentur, sibi ipsis aduersarentur, cum vterque dicat primam lecturam gloss. esse veram. Vnde ex prædictis apparet, quod non existente vera sic simpliciter limitatione data ad regulam, remanet debitor tutus regulariter. Nec obstat, quod exceptio hæc sit temporalis, vt dicebat gloss. *in dict. §. appellantur, Institut. de except.* quia erit temporalis hoc modo, vt eadem gloss. dicit, quòd vno tempore potest teneri in quantum facere potest, quia non erit soluendo, & alio tempore, in quo peruenerit ad meliorem fortunam, tenebitur insolidum.
12 Et dictum fuit non obstare † quod terminus datus non fuerit, tum quia punctus videbatur esse merè iuris, quo casu sine termino potest causa expediri, vt per Innoc. *in c. cum inter R. colum. 2. vers. sed dic extra de elect.* Bald *in c. constitutis. vers. nota, quod, qui petit. eod. tit.* Corn. *in l. scriniarios, in fin. C. de testament. milit.* precedente tamen citatione, imò dilatione deliberatoria, prout ità de facto obtinuisse, & practicasse dicit gl. Parisiens. ad Decium *in cap. sæpè litera, ff. de appell.* tum etiam quia valet sententia data sine probationibus, quando iudex illas voluisset recipere, secundum gl. *in c. Ecclesia Sancta Mariæ*, quam sic declarat Alex. *cons. 105. ponderatis. 2. col. vers. accedit, 5. volu.* de quo meminit, cumque sequitur Pinellus. *in repet. l. 2. in fi. verbis. C. de rescind. vend.* & dicit Bal. *in l. prolatam. C. de sententijs, 1. col. vers. dicitur. autem.* de quo meminit Afflict. *in constit. Regni, si quis in posterum, in nono notab.* quod tunc sententia erat nulla, quando fuit petitus terminus, & denegatus. Sacro Consilio visum fuit, quod erat verior prima opinio gloss. pro qua, faciebat, quia præscriptiones, vt plurimum procedunt contra
13 actores, † qui sunt negligentes in agendo, non contra reos. Sed quia actor in Sacro Consilio dicebat velle aliqua probare in facto concernentia dolum filij familias, mandauit Magnæ Curiæ, quod ipsum liberaret sub fideiussione de stando iuri in forma, & de se præsentando, & daret terminum in causa, non obstante quod debitum esset instrumentarium, pro quo seruata forma Ritus quando contra instrumentum apponitur, debitor non deberet dicere causam in vinculis.

ADDITIO D. VISCONTI.

IN princ. vide supra *dec.* 181. *& parum infra, ibi non est locus carcerationi.* Vide supra *dec. 164. cum ibi additis per me.*

Num. 3 & 10. Vide omninò Syluam nuptial. *lib. 5. in ver. quomodo sit iudicand. n. 32. in fin. & seq. fol.* 520. *in paruis* Brun *in tract. de cessio. bono. in 20 quæst. 4. quæst. principalis, nu.* 23. Rotam Perus. *in dec.* 89 Mandel. *in cons. Rom. 327. lit. L. &* Fulcum, *sing. 35. lit. V.* & Marant. *in tract. de multiplici alienat. n.* 237.

Videatur Aff. *in Constit. statuimus, n. 26. post Alex. cons. 100. co. pen. vol. 1.*

Nu. 12. *ibi quia punctus videbatur*, Adde hunc Dominum, *dec. 262 ad fin. in prag. 7. n. 8. de ord. ind.*

Videantur Ann. *in sing.* 470. & Dominus Reg. de Ponte, *cons. 97. nu. 25.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Ampliationes, & limitationes beneficij l. 2. ff. & C. Quod cum eo remissiuè.*
2 *Exceptio beneficij, l. 2. Quod cum eo, etiam post sententiam opponitur.*
3 *Et potest opponi ad impediendam liquidationem instrumenti, & executionem.*
4 *Declaratio materia per Doctor. Rouit. laudatum ab Authore remissiuè.*
5 *De statuto, quod infra tantum tempus fiat accusatio, vel inquisitio.*
6 *Glossa, quando ponit plures opiniones videtur in vltima residere, nisi primo ponat suam opinionem, & demum aliorum, & n. 9.*
7 *Glossa quando credatur.*
8 *De authoritate glossæ, & nu. 10.*
9 *Quid si prima opinio continens æquitatem, & vltima rigorem, an præferatur.*

11 Pun-

11 *Punctus quando iuris est, sine termino causa expeditur.*
12 *Sententia an valeat sine probationibus.*
13 *An possit ferri ex his, quæ iudex cognoscit extra iudicium.*
14 *Quid in his, quæ cognoscit in conscientia.*
15 *Filiusfamilias dicens se patremfamilias, an hodie puniatur, nec ne.*

1 AD hanc decisionem adde, quæ *supra dec. 181. 164. & prius in dec. 70.* vbi plura † pro
Ampliatione, & Limitatione huius beneficij. Carauita *in Pragm. Per excellentem*,
vbi Rouit. *ad Senatusconsultus Macedon.* qui multa
cumulauit ex multis.
2 Exceptio † beneficij *l. 2.* quod cum eo, etiam post
3 sententiam opponitur. Minad. *in cons. 17.* † & potest
opponi ad impediendam liquidationem instrumenti, &
4 executionem, vt dicit Præsid. *supra dec. 181.* † Sed
non desinas videre ad declarationem huius materiæ,
l. 2. & eius beneficij Vrsil. *in dec. 308. & dec. 84.* & Cartar. *in dec. Ianu. 7. incip. Iste Franciscus Borzonus*.
vbi de filio emancipato, & de fideiussore ipsius, an
gaudeat beneficio l. quod cum eo, sed latissimè, & recentissime de hoc beneficio loquitur. Arismin. Tepat.
qui meminit de hac dec. 121. & dec. 181. & 70. huius Præsident. in lib. Variar. iur. senteni ja 15. Quod cum eo. Ad nu. 3. vide infr. *quæ dico nu. 6.* & 9 Et ad hanc dec.
5 adde num 6. † quod si Statutum dicit, quod infra tantum tempus fiat accusatio, vel inquisitio, si illud non fit
infra tempus, Statutum factum alio tempore non valet. Ita Bonacoss. *in verbo Accusatio. & in verbo, Inquisitio, in lib. Quæstion. Crimin.* & sic tempus Statutum tollit obligationem, & inquisitionem, & DD. tractant *in tit. vt infra cert. temp. quæstio criminalis terminetur*, quod est notandum tota die pro Vniuersitatibus habentibus ius pœnitendi infra triduum quod si
infra illud querelæ, seu accusationes non reuocentur,
amplius reuocari non possint: & sic tempus est modus
tollendæ, vel inducendæ obligationis. Ad num 10 de
6 opin. glossæ † quando ponit plures opiniones, quod in
7 vltima videtur residere, † Adde an, & quando glossæ credatur. Butrigar. *in l. C. qui per sua iurisdict.* &
omninò Ceual. *lib. citato practicar. Quæstion.* post
8 Gabr. & alios *in proœm. à nu. 61 vsque ad 71.* vbi † de
authoritate glossæ latissimè loquitur, & quæ opinio
sit tenenda. gl. plures opiniones referente, de quo Ias.
in §. sed ista, Institut. de action. n. 55 Corsett. *in Singu-*
9 *lar. suis, in verbo opinio.* Sed † quod si prima opinio sapiat æquitatem, & vltima rigorem, non attendatur vltima opinio, sed prima, testatur Hippolyt. de Marsil.
10 *Sing. 631.* † & de authoritate glossæ plura dicit Præsid de Franch. *in dec. 174. numer. 2* Ad num. 14 vers. &
11 dictum fuit, adde, quod quando † punctus est iuris,
causa sine termino potest expediri, vt dicit Præsid. *hoc nu. 12. & inf. in dec. 262. in fine.* Doct Rouit. *in Pragm. post prædictas. num. 9. & seqq.* DD *in cap. cum Romana de election in verbo, Alios.* Anna pater, & filius, *in Sing. 470. incip. Sententia.* & Regens à Ponte, nouissimè *in cons. 59. num. volum. 1. & ad istud*, quod dicitur
12 in eodem num. 12. † quòd sententia valet absque probationibus, adde omnino Affl. *in dec. 47. eundem in Constitut. regni, Si quis in posterum*, cum distinctione vt
ibi, vbi scribent. & Grammat. *in Pragmatic. Dispendia litium, in tit. de ord. iudic.* & Bertachin. *in verbo Sen-*
13 *tentia licet* Ofas. *in dec. 162. nu 5. dixeris*, † sententiam
super non productis latam, nullam esse, & ita etiam
Rota Ianuens. *in antiq. 106. 2. tamen* in Consistorio
14 Principis, vel Senatu, vel Sacro Consilio nostro Neapolis aliud esset, quia iudicauit secundum conscientiam, & ex his, quæ extra acta cognouit. Idem
Ofasc. *in dec. 79. nu. 42.* Crauetta. *cons. 198 num. 7.* &
ex nostris Scribentib. Grammat. *dec. 19. num. 13. & dec. 62. num. fin.* An autem alij iudices definire causas valeant eodem modo in hoc Regno stante *cap. Detestantes, & Pragmatic. Detestantes*, Crederem, quod sic, de
iure, per ea, quæ Gramm. *in cons. 94. n. 2. & 3. & consil. 79. in fine. & cons. 91. n. 24. in Ciuilib.* Sed rigorosi Scribente, plus sapientes, quam oportet, Contrarium dicunt; Ego verò hac distinctione adhibita iudicarem;
quod aut dicitur nullitas sententiæ, quia omni probatione caret, & de causis ordinarij tractatur, & quia
Pragmatica non sustulit legitimas probationes, vt dicit
Carauita, *in Ritu Magn. Cur. 288 num. 20.* & tunc sententiam nullam dicerem; aut aliquid iudicem mouens
esset in causa; & si diceretur de nullitate, & pro obtinente adesset iustitia notoria, sententiam confirmarem
ex his, quæ latissimè dicit Vant. *in tract. de nullit. in fine tit. quomodo sentent. reparar. poss.* Alia vide tu lector
diligentissime ex Didaco, Couarru. *in lib. Variar. Resolut. c. 1.* & per Scribent. ad Bart. *in l. illicitas, §. veritas*
15 *ff. de offic. Præsid.* † Quod autem filiusfa. hodie dicens
se patremfamil. nullo modo puniatur, post Vrsill. *in dec. vt supr. allegata 308. adest.* hodie Regia Pragmatica
Regni nouissimè *sub titul. de offic. procur. la 64.* Don
Ioannis de Zunica incip. *Alli giorni passati die 13. Ianuarij* 1588. & ita obseruatum tota die vidi, & practicaui, & signanter hoc anno 1606. & latissimè testatur
hoc veaum esse Doct. Roit. *in pragm. Macedoniani nu. 1. & seq.* doctissime de sententia absque termino, &
& probatione latissime Arismin. Tepat. *in lib. 1. Variar. iur. sent. in tit. de sent. definit.* vbi plura, & de hoc
Præsid. meminit.

ADDITIO D. RICII.

FIliusfamilias, qui cum patre etiam ex interuallo se obligauit, sit carceretur ex ea obligatione, debet sub fideiussione de stando iuri relaxari, hoc dicit Adde Molfes. *cons. 42. num. 30.* & ibi multas Sacr. Consilij decisiones cumulat, quæ iure fundantur, nam dum contractus filijfamilias ex dispositione iuris communis, & per leges municipales huius Regni sunt totaliter nulli, sequitur verissimum esse assumptum, vt instrumenta exequantur realiter in bonis paternis, si quæ adsint cum de proprio non teneatur; vt notat idem Molfes. *loco cit. nu. 35.*

OBSERVATIO
I. C. R. D.
CAROLI ANTONII
DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias an sit excarcerandus per oppositionem beneficij, quod cum eo.*
2 *Congeruntur requisita pro admissione ad dictum beneficium, & casus quando denegetur.*
3 *Arguitur contra decisionem, & disputatur an clericus sit audiendus extra carceres petens beneficium, c. Odoard. de solut.*
4 *Exceptio beneficij quod cum eo an sit temporalis, vel peremptoria, & reijcitur expositio D. Præsidis.*
5 *Exceptio d. beneficio potest opponi contra liquidationem instrumenti.*

1 NOn leuit, aut minimi momenti articulus nunc proponitur. An filiusfamilias carceratus virtute instrumenti via ritus liquidati, si deinde opposuerit beneficium, *l. 2. ff. & C. quod cum eo*. Nempè vt non teneatur, nisi in quantum facere potest, discussione pendente sit excarcerandus, & D. meus testatur in S.C. affirmatiuè decisum, præstita tamen cautione de stando iuri, & de se
præ-

præsentando. & ita rursus refert iudicatum Thor *p.3. ver. cautior præstanda per filium familias.* & non est præstanda cautio de soluendo iudicatum, vt reformato decreto refert decisum idem Thor. *vbi sup.* & filiusfamilias gaudet dicto beneficio, etiam si per multos annos stetit, quin solueret vt hic *num.* 6. Gratian. *discep.* 799.

2 Filiusfamilias quamuis cum consensu patris obligatus teneatur insolidum, si tamen viuente patre factus sit sui iuris gaudet hoc beneficio, *l. si filius, ff. quod cum eo*, Castagn. *in tract. deduct. ne egeat q.* 6. hinc ad euitandos carceres datur cautela filijs, vt curent se emancipari a patre, *l. 2. ff. eod.* Gratian. *discep.* 799. ex aduerso multa opponi possunt ad impediendam admissionem ad dictum beneficium, vt puta si emancipatio facta sit in fraudem, & dolosè Vrsill. ad Afflict. *dec.* 84. Giurb. *decision* 43. *nu.* 2. docet proindè Paris. *cons.* 9. *nu.* 47. *vol.* 1. faciendam esse emancipationem post aliquod temporis spatium, Giurb. *dec.* 43. *num.* 23. alias erit fraudulenta, si fiat incontinenti, vel paulò post obligationem *l. 1. §. hac autem actio*, & ibi Bart. *ff. si quis test. lib. esse iuss. fuerit* vbi Bar. dicit de consuetudine esse quod quādo Imperator recipit coronā Romæ liberat à debitis Præfectum Vrbis, sed si Præfectus Vrbis sciens Imperatoris aduentum contraxit multa debita, Imperator non tenetur liberare illum, & citat *in l. omnia, §. cum ita, ff. de leg.* 2. addo Castagn. *vbi sup. fall.* 5.

3 Potest adhec opponi quod culpa sua desijt esse soluēdo, & quod abusus sit suis bonis Giurb. *dec.* 43. vel factus sui iuris debitum agnouit, vel solutione partis, vel noua promissione Castagn *publ.* 11. vel quod obligatus sit respectu bonorum Castrensium, vel quasi, aut bonorum aduentiorum Castagn. *fall.* 12. beneuerum hoc casu non tenetur de persona vt alibi dictum est.

Argui potest contra decisionem, quia clerici cum opponunt beneficium, c. Odoard. *de solut.* donec discutiatur, an gaudere debeant carcerantur, vt seruari in Curia Archiepiscopali Neap. tradit Genuens *c.* 17. & tamen beneficium huiusmodi competens clerico, vel similis est, imò pinguius prouidet imò in honorem Sacerdotii, & ordinis clericalis deberet seruar contrarium, & audiri extra carceres.

Pro responsione dicitur, quod Gratian *discep* 222. *nu.* 49. *& discep.* 799. *nu.* 62. firmat, clericum pendente discussione habilitandum esse post carcerationem præstita cautione, de parendo iudicato, præterea idem Gratian. *ibid. num.* 41. & Ricc. *in praxi resol.* 283. *& p. 2. dec.* 281. Paschal. *de patr. pot. p. 2. c. 9. nu.* 36 tenent, clericum audiendum esse extra carceres, pendente discussione super prouisione facienda dicti beneficij, & Scamarol. *in tract. de visit. carcer. lib. 3. c. 4. nu.* 29. dicit practicatum relaxatos fuisse clericos cum sola obligatione de se præsentando, & hæc opinio est rationabilis, dum difficile est clericum stantē in sua paupertate posse inuenire fideiussorem, & proinde sufficiat simplex cautio, & obligatio ipsius, prout ego consului, & obtinui.

4 Excitāt difficultatem D. meus *num.* 11. An exceptio dicti beneficij, *l. quod cum eo*, sit temporalis, vel peremptoria, & exponit temporalitatem hoc pacto; quod sit temporalis, nam vno tempore potest teneri ipse filiusfamilias in quantum facere potest, quia non est soluendo, & alio tempore in quo ad meliorem fortunam peruenerit tenebitur insolidum.

Melius alij exponunt, quod exceptio sit perpetua, & peremptoria, quoniam si filiusfamilias excipit de huiusmodi priuilegio non amplius tenebitur, quamuis ad meliorem fortunam peruenerit, quidquid sit in alijs beneficijs deducto ne egeat, ita Giurb. *dec.* 45. *nu.* 15. Cost. *de rem. subsid. rem.* 28. *nu.* 10. Gratian. *vbi sup. numer.* 52. & ita ipse teneo, quidquid Merend. *lib. 17. controu. c.* 10. *à num.* 65. *vsque ad finem*, velit, quod dicta exceptio sit dilatoria, & teneatur superuenientibus diuitijs iuxta naturam similium beneficiorum.

Si recens non sit obligatio filij, sed multo iam tempore contracta, & potuerit filius satisfacere, non debet ei subueniri culpa sua in paupertatem incidenti Giurb *dec.* 43. *nu.* 8. Surd. *de alim. tit. 1. q.* 78. *nu.* 44. qui ita intelligunt *textum in l. 4. §. sed an etiam, ff. quod cum eo.* Accurs. Azo. & alijs quos recenset D. meus *nu.* 6. & Gratian *vbi sup.* de quo videndus Merend. *loc. cit. a nu.* 14

5 Aduertendum denique erit quod exceptio dicti beneficij potest opponi aduersus liquidationem instrumenti via ritus ad impediendam executionem personalem, nec censetur reiecta per Ritus M. C. V. dicta exceptio, vt ex Carau. *rit.* 166 Prat. ad Paschal. *de patr. pot. p. 2. c 9. nu.* 44. Staib. *resol.* 103. *à nu.* 123. Petr. *in d. rit. nu.* 89. & in simli de anno 1661. refert in S. C. decisum remoratam fuisse executionem personalem in causa liquidationis instrumenti factæ per donantem contra donatarium per oppositionem beneficij deducto ne egeat, casus decisionis fuit exceptionis oppositæ post carcerationem, aliter esset si opponeretur exceptio ante carcerationem, & de illa in promptu constaret, vt ex Carau. *d. nu.* 79. vbi tradit quod si in promptum filiusfamilias docet de emancipatione, & opponit d. exceptione, tunc Iudex decernet procedendum esse ad liquidationem, verum supersedeatur quoad debitum, & pœnam, sin autem non docetur tempore liquidationis de emancipatione, tunc procedet ad liquidationem, instrumenti, & carcerationem, & dabit terminum super petito beneficio, ubi si aliquid releuans opponitur contra dictam exceptionem, an consuli possit creditori de cautione, de qua in principio, ego affirmarem.

S V M M A R I V M.

1 *Aduocatus non recepitur in testem pro ea parte, pro qua est aduocatus.*
2 *Aduocatus recipitur in testem pro ea parte, contra quam est aduocatus.*
3 *Aduocatus in fraudem assumptus tenetur deponere, etiam pro ea parte, pro qua est aduocatus.*
4 *Domesticus non potest esse testis pro domestico secus è contra.*
5 *Aequalitas seruanda in iudicijs.*
6 *Seruus non potest testificari pro domino, nec contra dominum.*
7 *Testis debet dicere veritatem pro vtraque parte.*
8 *Domesticus non potest esse testis, etiam contra domesticum, quando vltra domesticitatem, concurrit reuerentia.*
9 *Aduocatus quando producitur in testem pro parte aduersa non impeditur dicere veritatem etiam pro alia parte.*
10 *Aduocatus ea tenetur deponere pro aduersa parte, quæ scit vt testis.*
11 *Aduocatus non tenetur deponere ea, quæ scit consultus a clientulo.*
12 *Aduocatus tenetur ea celare, super quibus consulitur.*

D E C I S I O CCXXII.

Aduocatus partis potest esse testis pro aduersario super ijs, quæ scit, vt testis non super ijs, quę vt aduocatus nouit. 1

1 ADuocatus † nō potest; nec debet recipi in testem pro eo, pro quo patrocinium præstauit. *l. fin. ff. de testib.* vbi glo. assignat rationem, quia more corrupti testis notam euadere
2 nō potest *l. fi. in fi. C. de asses.* † quando autem pro parte contra quam postulat, producitur, tunc cogitur ad deponendum secundum gl. *in l. etiam C. de testib. & in d. l fi.* cum cesset ratio prædicta, & quia hoc introductum in fauorem aduersarij, vnde contra eum retorqueri non debet *l. quod fauore C. de leg.* & glos. prædictam

sequi.

sequitur ibi Bald. Salic. Fulg. & Iac. & ante eos Bart. *in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fisc.* Guid. Pap dicit *in dec. 45.* ita fuisse decisum, & esse factum stylum in pract. Nouissimè Paris. qui omnes congerit *in cons. 70. vol....* & vltra eum Lanfr. *in cap. quoniam contra in verbo. Nunc est videndum 3. quæst. num. 90. de probat.* qui habet pro indubitabili. Quæ opinio maxime
3 procedit. † quando quis fuisset assumptus in fraudem ne cogeretur ad deponendum secundum Glo. & Salic. vt supra, & ex ijs apparebat, quod Magnificus V.I.D. Ioseph. Ciampella poterat cogi ad deponendum pro aduersario. Huic opinioni obstabat decisio Odoffred. *in d. l. etiam*, qui in materia l. prædictæ, ponens etiam.
4 exemplum in aduocato, dicit verius, videri, † quod sicut domesticus non admittitur in testem pro dome-
5 stico, ita nec contra, † quia equalitas debet seruari in iudicijs. *l. terminato, C. de fruct. & lit. expens.* Item, quia
6 quemadmodum seruus non potest testificari pro domino, ita nec contra dominum. *l. seruos. C. de testib.* &
7 quia † testis debet dicere veritatem pro vtraque parte *auth. sed iudex. C de episc. & cler.* idem Odoffr. *in d. l. fi. ff. de testibus.* post relatam glo. opinionem, dicit posse dici, quod nec pro sua, nec pro altera parte admittatur ex ratione prædicta sumpta ex *d. auth. sed iudex*, Alber. *in d. l. etiam*, videns hanc diuersitatem, concordat opiniones prædictas, & dicit decis. Odoffred. pro-
8 cedere, † quando vltra quod quis sit domesticus, concurrat etiam reuerentia, prout etiam dicunt ibi Cyn. & Paul. de Castr. vnde cum in receptione aduocati in testem cesset reuerentia, videtur, quod in casu præsenti non procedat Dec. Odoffre. qui non ab re loquitur per hæc verba, vel posset dici, & eius argumenta soluebantur, & primo id, quod dicebatur de æqualitate seruanda, dictum fuit procedere, quando eadem ratio procenit, secus si diuersa, vt est in casu, de quo agitur, vbi quando producitur pro aduersario, cessat timor corruptionis, & affectio, quam habet aduocatus ad causam, & propterea dicit Cynus *in d. l. 2.* quod producens caueat sibi. Secunda ratio de seruo non obstat, quia seruus debet reuerentiam domino omni tempore, & procedit distinctio Alber. Cyn. & Paul. de Cast. Nec tertia ratio, quod testis te-
9 netur dicere veritatem pro vtraq; parte, † quia quamuis ab aduersario producatur, non impeditur dicere veritatem etiam pro alia parte, ita in specie Andr. *in cap. 1. §. fin. colum. pen. versic. & sic est sopita. si de inuest. inter. dom. & vassall.* lis oriatur qui sic intelligit glo. *in d. l. fi. de testib.* dum eam ad hoc allegat, & ibi etiam plene Afflict. *in 3. not. in 1. conclus.* Ant. de Butr. *in cap. cum a nobis, colu. fin. vers. si is pro quo, de testib.* Dubitabatur prædicta posse procedere, quando aduocatus produceretur in testem super ijs, quæ sciebat, antequam in causa patrocinium præstitisset, vel præ-
10 staret, † seu super ijs, quæ sciebat, vel scit, vt testis, quo casu potest deponere, vt testis; quia nullum ius repugnat. ita Zabarell. *in cap. insuper, col. si quid de aduo-*
11 *cato, & in c. dilecta, in glo. extra de testib.* † quando vero peteret examen aduocati super ijs, quæ sciret occasione consilij ab eo petiti, & præstiti, maxima inter
12 nos erat difficultas, † quia aduocatus non modò non tenetur illa procedere, imo obligatur ad illam celandum, vt dicit Afflict. *in constit. regni aduocatorum in 2. not. vers. & sic aduocatus sciat.* vnde decreuimus esse exhibendos articulos, quibus visis, quia articuli, super quibus petebatur examen aduocati alterius partis concernebant ea, quæ sciebat, vt merus testis, non ea super quibus, vt aduocatus fuerat consultus S.C. die 24. Februarij 1580. interposuit decretum, quod aduocatus super articulis prædictis deponeret, penes Secretarium.

ADDITIO D. VISCONTI.

ADde Viui. qui hanc decis. allegat *in opinio 959. in fi. p. 13.* vide Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 66. &* Farinac. *in tit. de opposit. contra testes, quæst. 60. n. 155. & seq.* & Surd. *in dec. 219.* & quid in procuratore, vide eumdem Surd. *in dec. 190.* & Petr. Caball. *in resolu. crim. casu 159.*

Num 7. Adde Foler. *in verb. capiat iudex. in form. nu. 66.* Campan. *in cap. regni 272. num. 37.* Carauit. *in ritu 235. n. 3.* & Baiard. ad Clar. *in q. 26. in princip.* vbi meminit de Foller. & Carauit.

Num. 10. Adde Caball. *in d. casu n. 24.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Testificatio aduocati licentiati an recipienda.*
2 *Aduocatus an possit esse testis.*
3 *Et quid in procuratore, si reuocatur.*
4 *Aduocatus licet susceperit patrocinium, si tamen non fuit informatus de causa admittitur in testem.*
5 *Aduocatus an possit esse iudex, & n. 8. 9. & 10.*
6 *Aduocatus in vna causa effectus iudex, in alia causa simili non potest recusari, & suspectus allegari.*
7 *Aduocatus an possit esse iudex, in alia causa, & an iudex possit esse aduocatus in eadem causa.*
8 *Aduocatus effectus assessor, debet causam ei datam delegare sed si non delegat, & iudicat, sententia nulla non est sed valida, & n. 9*
10 *Benè tamen punitur.*
11 *Aduocatus an possit propalare secreta causa ex precepto superioris, sicut in confessione, & ibi multa de aduocatis, per totum, vsque in finem.*

AD hunc nu. 1. huius decisio. adde Surd. *dec. Mant. 219.* vbi etiam de procuratore, &
1 disputat ad partes, & tandem concludit † esse recipiendam testificationem aduocati licentiati. Arismin. *De variar. iur. sentent. tit. de ad-*
2 *uocato, lib. primo.* Alia ponit num.... Ade omninò, † an aduocatus possit esse testis. Ioan. de Amic. *suo consil. 20. num. 9.* & Blanc. *de compromis. aliàs de quæst. num.*
3 *139.* & quid in procuratore si reuocatur, *dec. Tolosana 204.* An autem procurator in secunda instantia possit esse testis, Bart. *in consil. 213. vol. 1.* Et ad hanc dec.
4 adde, † quod aduocatus, qui suscepit patrocinium, non tamen fuit informatus de causa, de iure possit esse testis pro eo, qui ipsum capit in aduocatum. ita Anna
5 *singul 8. incip. aduocatus*, vbi † an possit esse iudex, & dicit, quod non, sed vide supra *in dec. 87. ad quam dicta*
6 *num 18.* vbi fuit decisum, Aduocatum in eadem causa iudicem esse non posse, secus in causa simili: quod est notandum. Quod autem aduocatus non possit esse iudex in eadem causa, dicit etiam Carauita, *in ritu, 11. nu. 3. & sequent.* vbi e contra dicit, quod iudex po-
7 test esse aduocatus in eadem causa, de quo miror. Item
8 adde † quod aduocatus effectus Assessor, debet causam ei commissam delegare, sed si non delegat, & iu-
9 dicat, sententia non † est nulla, sed valida, bene ta-
10 men ipse posset puniri: ita Paris *de syndic. in verbo, potestas dum esset in officio, n. 11.* ibi, si is, qui fuit aduo-
11 catus. † An autem possit aduocatus clientis secreta propalare, quod non etiam ex præcepto superioris, & etiam si fiant monitoriæ. Ita in terminis Silua Nupt. *in verbo, Monitoria, num. 47.* & est communis opinio, vt dicunt Scribent. *in Pract. Ecclesiae Tribunal. Neapol.* & Oliua *in Ritu 3. eiusdem Curiæ.* Alia, an aduocatus possit esse testis pro, & contra clientem, & quid, si est testis in aliquo contractu sui clientis, an possit super eo testificari? & an super monitionibus Abb. & Innocen. *in cap. ex literis de transactio.* Scribunt Barto. & & Recentiores *in l. deferre. ff. de iure fisci*, Farinacc. doctissimè *in tract. de testibus quæstio. 60. Illatione 4.* Mascard. Iureconsult. cumulatissimus, *lib. 1. concl. conclus. 66. incipien. aduocatum*; Illustriss. & Reuerendiss. Cardin. Tusc optimè scribens nouissime in suis scriptis facundissimè, ac luculẽter, exaratis, & non omittẽdus

Arismin.

Ariimin. Tepat. *in lib.1.variar. iur. sentent. in tit.de Postulãdo, & de aduocat. qui fo.97.* meminit de hac decisio. Præsidis huius. An autem aduocatus incurrat inimicitiam partis aduersæ, quod sic, Rou. *in prag. 1. n. 21. de suspicio.* & an sententia lata ab ipso tanquã Iudice, in eadem causa, in qua fuit aduocatus, sit nulla, & an si interuenit tamquam fisci patronus possit allegare suspectum Officialem consanguineum inquisiti, hic ipse Rouit. *in Prag. 1. de suspicione sæpè sæpius allegata.* An possit pacisci de quota litis aduocatus, quod non, est tex. *in l. si quis aduoc. atorum. C. de postulan.* vbi nouiss. Aloysius de Leo, & Vrsill *in dec.123.n.6. vbi n.7.* dicit, aduocatum causam cœptam à se deserere non posse, licet cliens aduocatum mutare posset, sed Anna in sing. suo videtur asserere, aduocatum posse deserere clientem, & esse patrocinatorem aduersarij, *in suo sing.7. incip. aduocatus* Quod dixit procedere in secunda instantia, sed parcat mihi reuerentia tanti viri: nam licet nullam pœnam talis aduocatus incurreret, pœnam tamen infamiæ non euitaret; Bene verum est quod Ludo. Roman. dixit *in sing.253.* & Marc. Mant. *sing.286.* posse aduoca. clientem deserere, si mercedem debitam non soluerit, & alteram partem fouere, quod non negauit Afflict. *in allegat. loc.* Sed vtrunq; meo iudicio non est obseruandum; quia aduocatus debet clientem ad finem vsq; defendere, & salarium iuxta constitut. Regni. Hac lege, *in titu. de aduocat.* tuta conscientia consequi, nisi cliens pauper esset; quo casu nihil accipere deberet, quia sic iurat, quando Doctoratus dignitatem assequitur, vt dicit Carauita, *in rit. 99.* latissime, *& in Ritu 18.* omnino videndus. Alia vide *supra dec.87.*

ADDITIO D. RICII.

ADuocatus partis potest esse testis pro aduersario super ijs, quæ scit vt testis, non super ijs, quæ vt aduocatus nouit; hoc dicit, in amplissimis Christiani orbis Tribunalibus iuxta hanc decisionem reperiri determinatum, & primo in Senatu Delphinali apud Guid. Pap. *dec.75.* Item in Senatu Parisiensi apud Robert. *rerum iudicatarum, lib.2.cap.19* & in Tribunali Sacr. Cons. Reg. Siciliæ apud Mastrill. *decis.151. numer.40.*

Sed dum author in principio huius decisionis producit regulam generalem, quod aduocatus non potest esse testis pro eo, cui patrocinium præstauit. Adde Bois. *in tit. de testibus. n. 117.* alios referentem, & amplia dictam regulam idem procedere in causa appellationis, vt is, qui fuit aduocatus in causa principali in primo iudicio, nequeat esse testis in causa appellationis, Barbat. *in cons.77. vo.3.* sic consulens per tex. *in c. Romana de testibus in 6.* quòd intellige secundum Borell. *in sua summ. dec. in tit. de aduocat. num.76.* procedere quando non fuisset aduocatus prius examinatus in testem, & postremo dum susciperet aduocationem, allegat Speculatorem, *in tit. de teste. §.1. sub num. 74.* vt pariter procedat vbicunque conuenerit de salario, non tamen patrocinari cœperit, quia admittitur in testem, Ferrar. *ad d. dec. Guid. pag. 45.* Puteus *dec.56. in fi. lib. 3.* admittitur etiam aduocatus in testem pro eo, cui patrocinium præstitit in subsidium ad iudicis informationem ad faciendam quamdam tantum præsumptionem, maximè super negotio, quòd facillimè probari non potest, Cost. alios referens *de remed. subsid. remed.70. num.3.* Ann. iun. *ad singula senior.* 8. & quid, si causa esset finita. quod sic Speculato. *in d. tit. de teste. §.1. sub num.74.* licet contrarium teneat Alber. de Rosate. *in l. omnibus num.6. C. de testib.* ratione affectionis Sed in hoc semper considerandum est, an concernat depositio merita causæ finitæ, & etiam persona aduocati grauis, vel infimæ classis sit, ponderandum fore arbitror.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus vnius an possit ex parte aduersa produci in testem arguitur pro aduocato.*
2 *Adducuntur rationes contra aduocatum, & decisiones Guid. Pap. & Annaus Robert. & alij.*
3 *Distinctione conciliatur quæstio per D. Præs. Giurb. Fontanell. & plures.*
4 *Quid in causa sanguinis, & recensentur Theologi, & restrictiones.*

REticentiam, de reticentia aduocati, vel reuelatione arcani clientis, decisionum series dissuadet, acutissima agitatur quæstio. An aduocatus in ea causa, in qua patrocinium præstitit vni parti aduersus clientem à parte aduersa testis produci possit, & inuitus testimonium dicere compellatur.

1 Pro aduocato patrocinatur *tex. in l. fin. ff. de test.* ibi, *Mandatis cauetur, vt Præsides attendant, ne patroni in causa cui patrocinium præstiterunt testimoniũ dicant.* Concordant *text. in c. Romana de test. c. statutũ 2. q 6. can. si testes, §. testis vers. patroni 4. q. 3.* rationes suffragantur, quoniam dum cliens secretum, & arcanum causæ commisit, & deposuit auribus, & conscientiæ aduocati, per reuelationem violaretur fides, & iustitia, sicut si negaretur depositum deponenti per depositarium. Conuenit quod cum Vlpianus Sacerdotes appellet aduocatos *in l.1 ff. de iust. & iur.* secretę, & in aurem Sacerdotis factæ confessiones reuelari nõ debent, & punitur Sacerdos qui eas detegit, & Virgilius quale sit hoc crimen ostendit, cum hęc duo iungat *Pulsatus ue parens, & fraus innexa clienti.* Et si patroni sunt quasi patres, tantundem est clientem, quantum filium fallere, ad ostendendam improbitatem violationis secreti commissi. & rem quam facit perfidam, & nefariam aduocatus proferendo palam arcanum sui clientis, affertur exemplum Eusebij Samosetani, qui cùm electus fuisset conseruator decreti synodi, iussus à Constantio Imper. cum comminatione amputationis dextre, vt decretum exhiberet, ille non modo dextram, sed & leuam obtulit, præbens potius manus amputandas, quàm decretũ sibi commissũ prodere, & euulgare.

2 Pro parte affirmante argumentari potest ex regula generali, *tex. in l. si quando, C. de testib.* qua disponitur, omnes etiam inuitos cogi posse testimonium ferre, & à dicta regula non reperitur exceptus aduocatus, quonia solum prohibetur adduci in testem à parte, quam patrocinatur, & ita iuribus in contrarium adductis occurit Annæus Robert. *rer. indic. lib.2. ca.19.* & ita decisum Parisijs testatur ex Guid. Pap. *q.45.* addo Caball. *resol. crim. cas.159.* Surd. *dec.190* Farinac. *de testib. q.60. nu.223.* & ita practicari in Catalonia refert Fontanell. *dec.189. n.7.* Duran. *dec.227.*

Præpotens est ratio, nam per reticentiam aduocatus videtur celare veritatem, in qua consistit potissimum laus aduocatorum, & si quispiam in ea existimatione integritatis sit, vt eius testimonium pars aduersa non modo non refutet, & reijciat, sed & cũ audiri, eiusq; testimoniũ admitti postulet, hoc casu pars aduersa periculũ subibit, vt si aduocatus ad fauorẽ cliẽtis dicat, eius depositionem non posset reprobare, quod si fortè recuset, eius silentium in conscientiam fraudis apud probos viros reuocabitur, & nemo non existimabit, fraudẽ aliquam

quàm à cliente admissam, quàm aduocatus detegere nolit, & si clienti fidem, Iudici veritatem debet.

3 Distinguit materiam à materia D.meus, vt si materia sit de his, quæ scit ratione consilij per eum præstiti non possit cogi ad deponendum, nam aliàs reuelaret secreta clientuli cum nota præuaricationis, *c.si quis.§. præuaricator 2.q.3.* vbi comperiens causam iniustam, & eam deserens, tenetur pœna falsi, & dicitur præuaricator, si merita causæ notificat parti aduersæ, si verò materia sit de his, quæ aduocatus scit, vt testis posset cogi ad deponendum, & hanc distinctionem commendant Giurb. Castill. Mastrill. quos cumulat Fontanell. *vbi sup.*

Non obstat quod aduocatus recusando testimonium tunc illud silentium apud probos reuocabitur ad fraudem, & prauam conscientiam clientis, quia dum quis interrogatur de ijs, de quibus non potest interrogari, non tenetur respondere ad mentem interrogantis, neque dicit mendacium, sed respondet iuxta ea, quæ habet in mente sua, vtendo æquiuocationem scilicet, nescio, vt possim dicere tibi, vt confessarius à tiranno interrogatus de his, quæ scit in confessione, legitimè respondet nescio, non loquendo iuxta mentem interrogantis, cum non teneatur iuxta illam respondere, & silendo innocentiam, non irrogat suspicionem aliquam contra pœnitentem.

4 Limitant Doctores conclusionem præfatam in subsidium tribus concurrentibus, scilicet quod aduocati sint bonæ vocis, ditiores patribus, & quod tractetur de modica summa Cost. *de remed.subsid.rem.70.nu.5.* Farin. *vbi sup.n.194.* Caren. *resol.52.* addo aliud requisitum necessarium correctionis fraternæ, & monitionis clientis, vt infra latius.

Restringuitur præterea, si res de qua agitur esset causa sanguinis, vel de alia re, quæ paulò minoris æstimatur quam mors, vel de fama alterius, quibus casibus tenetur aduocatus causam deserere, & pluribus concurrentibus reuelare, primum quod non sub dubio, sed certissimo sciat causam esse iniustam, secundo quod id facere possit sine scandalo, tertiò quod præmittat correctionem fraternam, & deinde admoneat Iudicem, quibus concurrentibus melior erit conditio innocentis, quam præiudicium patientis, nec agi videtur contra iustitiam, quia potius innocens ab iniusta morte liberatur, prout de iure naturæ est, vt ex Soc. *de iust.& iur.lib.5.q.8.ar.3.ad 2.* Petr.de Aragon. *2 2 q. 71. art. 3.* Greg. de Valent. *tom.3.disp.59.punct.4.* latè Sayr. Thesaur. *cas.conscient.lib.12.cap.23.num.21. & seq.*

Excipitur etiam casus, si lis transactione finita sit, nam potest aduocari testimonium ad transactionis fidem, & probationem adhiberi, *c.ex litteris, & ibi not. ext.de transact.* Ann Robert. *vbi sup.*

Comprobat ea quę pro aduocato scripta sunt D.Hodiern.ad Surd. *d.c.196.* & quamuis in subsidium teneri reuelare aduocatum, & procuratorem velint Farinac. *quæst.60.num.220.* Genuensis *in prax. Archiep. cap.2.in fin.* Lazar. *de monitor.sect.2 quæst.16.num.9.* Giurb. *dec.94.* nihilominus verior est illa distinctio, vt non procedat si aduocatus sciret, vti aduocatus, nam hoc casu non tenetur, nam monitoriales litteræ non obligant quamlibet personam, prout non obligant Sacerdotem, vt reuelet confessionem pœnitentis in terminis aduocati Sylu. *nupt.in verb. Monitoria num.45.* Buccaron. *de differ.in c.iudic.ciuil.& crim.diff.72.nu.23.* Lazar. *num.12* Nec obstat Giurba, quia dubium explicatum fuit in *dec.seq.* vbi ex eo quod Aduocati & Procuratores reuelauerant ratione monitorij, ea quæ nouerant ratione officij, licet non tenerentur, nec in hac specie monitorium illos comprehenderet, sed tamen quia iustè, vel iniustè reuelauerant, ibi decisum fuit cogendos fore, vt dicta sua repeterent coram Iudice laico, cùm ex propalatione amplius secretum non esset.

SVMMARIVM.

1 *Pragmatica edita super clausura servitutum habentium aspectum ad Monasterium.*
2 *Altius quis potest extollere in suo vsque ad cœlum nisi quando ad æmulationem.*
3 *Summa est ratio, quæ pro religione facit.*
4 *Cogi an possit vicinus ab ecclesia ad vendendum seruitutem altius non tollendi etiam via publica intermedia.*
5 *Cogi potest vicinus ab Ecclesia ad vendendum pro extruenda, & amplificanda Ecclesia.*
6 *Capella an possit cogere vicinum ad vendendum.*
7 *Cogi an possit vicinus ab Ecclesia, quando facit, vt alteri complaceat.*

DECISIO CCXXIII.

Vicinus Monasterij etiam publica via intermedia potest cogi ad tollendum aspectum, quod habet in Monasterium monialium?

1 EManata Regia pragmatica, sub die 12. Nouembris 1573. prohibente etiam via publica intermedia aspectum supra monasteria, cum ex quibusdam astracis haberet aspectus intus monasterium Sanctæ Claræ huius Ciuitatis, mandaui tamquam generali Commissarius causarum d.Monasterij, vt parietes astracorum extollerentur, vt ex eis non possit haberi aspectus ad monasterium prædictum. Conquerebantur vicini de hac prohibitione, quia via publica erat intermedia, & in eorum 2 domibus ipsis inuitis inducebatur seruitus, † maximè, quia in suo potest quis altius tollere vique ad cœlum *l. altius. C. de seru.* præterquam quando ad æmulationem, & nunc etiam hoc priuarentur, inducebatur etiam seruitus (si sic dici potest) ne prospectui officiat, de qua loquitur text. *in l. inter seruitutes. cum l.seq. ff. de seru. verba præd.* & propterea ex Dominis non bene sentiebat de pragmat. prædicta, maximè existente via publica intermedia. Dubitabatur tamen contra vicinos etiam prędicta Regia pragmatica circumscripta fauore honestatis, & religionis, 3 cum sit summa ratio, quę pro religione facit *l. sunt personæ. ff. de relig. & sump funerum.* Item quia quando esset difficultas, an cum preiudicio tertij hęc 4 prohibitio fieri potuisset, † saltem negari non poterat vicinos cogi posse per monasterium honestati, & religionis fauore, vt vendant hanc seruitutem etiam via intermedia existente inter domos vicini, & monasterium, ita in specie singulariter decidit D. Ant. Padil. *in d. l. altius, ver. neque rursus. num.19.cum seq C. de ser. allegat.* Anton. Gomes. *in l.46. Taur. num.9* Mouetur, † quia quemadmodum monasterium pro domo sua extruenda, vel amplianda potest compellere vicinum, vt proprias ędes ipsi vendat, *arg. l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sump. funer.* ita debet posse cogere vicinum ad vendendum seruitutem prędictam, & hanc opinionem dicebatur omninò esse recipiendam, quia in Sacro Consilio fauore religionis sępe sępius iudicauimus contra vicinos, &
6 † coegimus eos ad vendendum proprias domos, cognita necessaria ampliatione monasterij, & ecclesiarum, in quibus adest numerus religiosorum, & regiosarum, & clericorum regularium, per text. *in d.l.si quis sepulcrum*, quamuis hoc non admisimus in cappellis Sanctę Sophię, & Sanctę Marię de Pi-
7 gnatellis, in quibus cessabant prędicta, & etiam † quia in dicta cappella Sanctę Marię dubitabatur ampliationem peti, vt cappella alijs complaceret, quod non admittimus ex dec. Guid. Pap. 411. licet de prędicta

cta prima opinione, & contra monasteria, & ecclesias dubitauerit. Couar. *in tract. var. resol. lib. 3. cap. 14. vers. est, & tertius. fol. 387.* quæ dubitatio incidenter discussa in dicta causa cappellæ S. Mariæ de Pignatellis non fuit admissa, habuit igitur prædictum mandatum debitam executionem.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 2. Adde videndum Menoch *de arbit. iud. casu 156. & de præsumpt. lib. 6. cap 29 num. 22.* & Viuium *in decis.* 26. Thesaur. *decis. 41. & de hac decis.* meminit Ludou. Morot. *in tract. de iure offerendi num. 20.* vbi vocat hunc Dominum Excell. Præsidem, licet postea impugnet ipsum.

Num. 5. *ibi l. si quis sepulchum;* Adde videndum Gram. *dec. 75* Episcop. Minorens. *in ver. emptio vers. 2. fol. 94. vbi hanc decis.* allegat Gomez. *de contract. in tit. de empt. & vendit. sub num. 51.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, vel Ciuitas post emptionem factam, si intendant ius ampliare, domus, vel fundus eisdem vendit debent ad primum dominum, redire, & non ad alios forte.*
2 *Vicinus cogitur vendere nedum pro ampliatione Ecclesia sed Claustris, & Atrij, & nedum pro ampliatione, sed pro ædificanda Ecclesia.*
3 *Monialibus prohibitum est habere fenestras correspondentes ad fenestras vicinorum.*

1 ADde † quod si Ecclesia, vel Ciuitas post emptionem factam intendit plus ampliare, quod debent domus, vel fundus eidem venditi, redire ad primum dominum, & non ad alios forte, ita Anna *sing. 84.* & ibi addentes, Ciuitas, Nota. d. nu. 6. Couarr. *lib. variar. resolut. cap. 13. lib. 3.* & Ioan Andr. *in cap. Apostolica, de iudic.* quod procedit nedum pro amplianda, sed etiam pro ædificanda Ecclesia, vt per Gul. & Flor. *in l. si quis sepulturam, ff. de religios. & sumpt. funer.* Bald. & Angel. *in l. 11. ff.*
2 *solut. matrim. Anna alleg. 43.* Item adde, quod † non modo pro ampliatione Ecclesie, sed Claustri, Atrij, & pro domibus erigendis cogi potest vicinus ad vendendum, ita Regens Tappia, *in pragmat. 3. incip. Antonius Pirenoeus sub tit. de Monialib.* qui de hac meminit.
3 Item adde quod ex Bulla Pontificis † prohibitum est Monialibus fenestras habere correspondentes ad fenestras vicinorum, vt allegat Steph. Quaranta, *in sua Summ. Bullar. in tit. de Monaster. & Monialibus;* & hæc causa nunc pendet in facto circa fenestras Doctoris Annelli Longi, Parthenopæi cum Monasterio Sancti Ligorii propè Sanctum Blasium, petente claudi fenestras prædicti Longi correspondentes fenestris Chori Monacharum prædicti Cœnobii coram Regente Constantio in Collaterali Consilio, & Aduocatus prædicti Doctoris Anelli est Doctor Rouitus; & contra prædictas Monachas dedicto motu proprio Pontificis Maximi est oppositum, & ideo in causa non proceditur, quia Monialibus motus proprius obstat, & forte instante ipso longo, fenestras ipsæ Monachæ claudere deberent & de materia *l. altius, C. de seruit. &* *aqua adde* Boer. *decis. 322. num. 12.* Thesaur. *decis. 216. vbi quamplurima notabilissima, & vtilia.*

ADDITIO D. RICII.

VIcinus Monasterij etiam publica via intermedia potest cogi ad tollendum aspectum, quod habet in Monasterium monialium, hoc dicit. Adde, Capiblanc. *in pragmat. 1. nu. 176. de Baronibus* Petr. *de potest. Principis cap. 11. & cap. 13.* Battaglin. *ad Cyn. in l. 1. C. de episcopali audientia ver. patet ex præmissis,* qui ex Tapia refert aliam decisionem Sacr. Consil. *in* causa Monalium Sancti Andreæ cum Barone Galeota, & quod quis teneatur vendere domum suam, pro ampliatione Ecclesiæ etiam via intermedia, vide Farinac *in coll. decis. Rot. Rom. decis. 213. par. 2. tom. 1. &* in materia vide Mart. *de iurisd. par. 4. cas. 171. num. 4.* Borrell. *cons. 26. num. 18.* Caroc. *decis. 26. nostram dec. 147. par. 1.* Valenzuel *cons. 18. copiose,* aliam decisionem refert à Ponte *de potestat. proreg. tit. 4. § 4. nu. 10. & sequentibus.*

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *An moniales cogantur ad claudendas fenestras, è quibus possunt prospici.*
2 *Carpitur Amendol. per Episc. Sperell. & refertur sua censura.*
3 *Moniales an debeant emere seruitutem non prospiciendi à vicino, & confutatur P. Mol.*
4 *Expenditur prag. 2. de monial. num sit distinguendum inter monasteria monachorum, & monialium, & reycitur Padill.*
5 *Vicini an semper sint cogendi ad vendendas domos pro ampliatione Ecclesia.*

1 CEnsuræ, & confutationes concurrunt plures in materia præsentis decisionis, quæ an iustæ sint, quisque iudicet, & primò, quam indicabo, & super asserto D. Amend. *in addit.* vbi dictus Autor firmat moniales cogendas esse ad fenestras claudendas è quibus prospici possunt, & hoc ex Bulla Pontificia relata per Quarant. *in summ. Bullar. in tit. de monast. & monial.* quâ prohibitum sit monialibus fenestras habere correspondentes ad vicinorum fenestras, & ideò in quadam causa vertente inter moniales S. Ligorij Ciuitatis Neap. & doctorem Arrezzum in qua moniales prætendebant claudi fenestras eiusdem, quæ erant è regione fenestrarum chori monasterij, ipse Amendol. inclinauit contra moniales.

2 Inconsiderate loquutum dictum Additionatorem ostendit Episc. Sperel. *decis. 56.* præsertim *num 48.* vbi pernegat dictam constitutionem Pontificis penès Quarant. sed beneuerum adesse ordinationes S. Cong. Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium Præpositorum registratas à Quarant. quibus cauetur, ne moniales habeat fenestras in parietæ clausuræ è quibus foris aspici possint, nisi illæ necessariæ sint ad lumen excipiendum, quo casu tenet Sperell. quod non moniales, sed vicini cogendi sunt ad fenestras obstruendas, & ita pluries practicasse testatur, extendens vt etiam si via sit intermedia cogatus quis ad claudendas fenestras habentes prospectum intra monasteria monialium vt tenuit D. meus, quem sequitur. Capibl. *in pragmat. prima de Baron. numero 17.*

Cyriac.*contr.*231.*nu* 4. Ricc. *dec.* 138. *vol.* 1.

Verum quoque est, in huiusmodi casibus ne grauentur vicini consueuisse locorum ordinarios curare ad struendas tubas ligneas fenestris in pariete clausuræ existentibus, vt per illas ingrediatur aspectus, sed vbi hoc sufficit, alias si sequitur omnimoda obscuratio mansionum monialium, cogendos vicinos prorsus prospectum tollere, ita Speller. & in contingentia casus videndi erunt Autores supracitati.

3 Dubitari solet, An sint cogendæ moniales ad emendam seruitutem non prospiciendi ab ipso vicino, & affirmat Molin. *de iust. & iur. tit. de delict. disp.* 709. *num.* 6.

Doctrinam Molin. confutat Sperell. *num.* 11. & iuribus, & rationibus respondet, quod applicari possint ad casum, quando agitur de claudendis fenestris veteribus & antiquioribus vicini, vt in dicto casu antiquitatis possint cogi vicini pretio competenti ad obturandas fenestras, aut ad vendendam seruitutem non prospiciendi Giurb. *dec.* 86. *nu* 9. secus quando vicini nouiter aperire in monialium præiudicium tentant, quoniam tunc prohibetur dictus aspectus fauore religionis, Rouit. *dec.* 92. *per tot.* Donat. Layn. *in prax. rer. Regular. tom.* 3. *tract.* 2 *q* 8.

4 Præterea adest in Regno *prag.* 2. *de monial.* qua cauetur, fenestras, siuè pauimenta superiora aspectum habentia ad monasteria monialium claudi debere etiam via publica intermedia existente, quam iuri conformem dicit Rouit. *in d. l. pragm. nu* 2 Reg Latr. *dec.* 157. *nu.* 21. vbi inquit legislatorem sequutum fuisse sententiam Padill. *in l. altius nu.* 9. *C. de seruit. & aqua*, volentis respectu monachorum si non fiat ædificium ad æmulationem, erigi posse domos. Sed in monialibus longè aliud statuendum sit, vt etiam si non ædificetur ad emulationem ædificia sint prohibenda ex quibus ipsarum Monialium facta prospici possint. Sed hanc distinctionem monachorum, & monialium confutant Reg Latr. *vbi sup.* Marott. *discept.* 33. *num.* 24. imò Padill. tradit plures adesse Doctores distinctionem negantes, & dictam pragmaticam esse contra ius firmat Rouit. *dec.* 92 *num.* 3. prout validitatem illius in dubium reuocauit D. meus *nu.* 3.

5 Æquitas potius amplexanda est, quàm iuris rigor in materia *l. si quis sepulchrum, ff de relig. & sumpt. fun.* & officialis non solum Iudicis munere fungi debet, sed etiam veri parentis, & materia est arbitraria, ita vt sint examinandæ omnes circumstantiæ Iudicis arbitrio, & cum magna æquitate sit procedendum ad cogendum vicinos ad venditionem domorum pro ampliatione Ecclesiæ ita Caren. *resol.* 2. *à nu* 36. Giurb. *cons. crim.* 49 *nu.* 16 Sperell. *vbi sup nu.* 15. Rot. *par.* 1. *recent. dec* 371. Cyriac. *contr.* 231. vbi quod non est indulgendum appetitui Religiosorum, quando volunt cogere vicinos ad vendendum. Et Donat Layn. *vbi sup. q.* 9. defendit Riccium à Sperella firmantem non posse cogi vicinos ad locandum domos per aliquod tempus pro habitatione religiosorum, beneuerum ad vendendum simpliciter, hinc plures sunt casus, in quibus vicini non coguntur. & primo si agitur de monasterio de nouo costruendo iuxta antiqua ædificia priuatorum Nouar. *pragm.* 2. *de monial. nu.* 6. nec ad vendendum partem domus ex Thes. *& aliis de Marin. ad Reuert. obs.* 284. vbi idem si esset domus maiorum in testimonium nobilitatis familiæ, aliud autem si esset domus fideicommisso subiecta, nam posset vendi, & subrogari alia domus in locum fideicommissatæ. Leo *decis.* Valent 70. Nouar *q. for.* 56. *lib.* 1. quamplures casus pro ampliatione, & restrictione. *d. l. si quis sepulchrum*, congerit nouissimè D. Altimar. *in obs. ad Rou. vbi sup.*

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi non habet locum contra emptorem iure creditoris.*

2 *Læsio in sexta parte consideratur re vendita sub hasta.*

3 *Ius offerendi habet locum in casu prædicto, quando venditio non est rectè facta, & quomodo intelligatur.*

4 *Ius offerendi non habet locum in casu prædicto, etiam quod sit læsio in pretio.*

5 *Iustum pretium, quod tenetur supplere emptor, quod sit.*

DECISIO CCXXIV.

Ius offerendi non datur contra creditorem, qui emit iure creditoris, licet adiudicatio sit facta plus debito, tenebitur tamen creditor supplere pretium vsque ad iustum rei valorem.

VEndita re iure creditoris, eamque emptore possidente, comparuit secundus creditor, & obtulit, petijtque se ad ius offerendi admitti, repellatur per emptorem ex regulis iuris

1 claris † quod re vendita iure creditoris ius offerendi cessat. *l.* 1. *&* 2. *C. si antiquior. creditor.* vbi præ cæteris Cyn. & Salic. *& est dictum supra in dec.* 69. sequitur Thesaur. *in d.* 157. *in* 5. *casu*, qui loquitur per alia verba scilicet iure dominij, sed verba Doct. sunt iure creditoris anterioris, & pro declaratione, quando dicatur vẽditio facta iure creditoris. Vrsill. *ad Afflict. in d.* 16. *in princ.* Dicebat secũdus creditor iura prędicta, procedere quando venditiones sunt rectè factæ, vt dicit expresè text. *in d. l.* 2. sed in casu, de quo agebatur, non erat re-

2 ctè facta, emptio, † quia apparebat in venditione læsio vltra sextam partem, in qua facta venditione sub hasta admittimus læsionem in Sacro Consilio, ex dec. Bar. *in l. si duo societatem. §. arbitrorum. col.* 5. *ver. quæro. qua dicatur. ff. pro socio.* de quo meminit Paul. de Castr. *in l.* 2. *col.* 2. *vers. adde quasdam. C. de rescind. vend.* dicit de hoc aliquid Curt. *in l. pen.* 2. *col. C. de pact.* Replicat emptor, quod text *in d l.* 2. *C. si antiquior creditor.* dum admittit oblationem secundi creditoris,

3 † quando venditio non est recte facta, intelligitur de venditione, quæ non est recte facta, ex quo creditor, qui vendiderat pignus, non habebat potestatem illud vendendi, nec à lege, nec ab homine, & sic non iuridice, seu rectè processisset ad venditionem, ita illum text. declarat gl. ibi, vel vendidisset ante tempus, vel aliter non seruata forma iuris, vel pacti, vt dicit Neguf. allegando illum tex. *in tract. pig. in* 3. *memb. quinta partis, principalis.* 2. *col. vers.* 3. *restringitur, fol.* 40 *in magnis*, & hoc est cum ratione, quia postquam deficit potestas vendendi, in qua ius creditoris fundatur, actus venditionis corruit, & similiter corruit, quando solemnitates requisitæ ad vendendum non seruantur, & existente venditione nulla, & inualida, non potest dici emptio facta iure creditoris, quia illa venditio iure creditoris facta excludit secundum creditorem, quæ est valida argumentatio. *l. non putauit. §. non quanis. ff. de contratab.* remanebit igitur hic emptor merus possessor, contra quem procedit text. cum gl. *in l. mulier. ff. qui pot. in pign. habean.* † quando verò esset

4 iniustitia in pretio, & in venditione concurrerunt potestas, & facultas vendendi, & solemnitates necessariæ sunt adhibitæ, hoc casu venditio erat valida, licet sit læsio in pretio, vt dicit text. *in l.* 2. *C. de rescind. vend.* & consulitur secundo creditori per remedium *d. l.* 2. non autem per ius offerendi, vnde remanente venditione valida, aduersus eam cessabit ius offerendi, conferunt ad hanc decisionem decis. per Rotam Flo-

Florentinam *in decis. 109.* dum fuit decisum, quod licet adiudicatio facta plus debito annullaretur, nihilominus si est facta pro vero debito, & sit adiudicata res maioris valoris, pro quantitate vere debita non annullatur, quod etiam sentit. Afflict. *in decis. 218. petit. & in decis. 358. in 5. & ult. ratione*, de qua Tiraq. *in tract. de vtroq. retract. §. 23. in glo. 1. num. 23. vers. quib. adde, fol. 580.* Gama. *in de. 40. incip. duo, 2. col. vers. idem si pro debito.* Absolutum igitur ex prædictis emptorem ab
5 impetitione iuris offerendi, † condemnauimus tamen ipsum ad supplendum integre iustum pretium, habito respectu ad tempus emptionis, non autem ad pretium, quod si à principio fuisset oblatum, non adesset læsio in 6. & venditor excluderetur ex dictis per Bald. & Sal. *in d. l. 2.* quos refert, eosque sequitur, & congerit concor. Cagn. *in d. l. 2. C. de rescind. vend. in 14. quæst.* Crem *ibid. in 2. not. die* 18. *Maij* 1580. & nouissime Petr Nicolaus Mozzius *in tract. de contra. in 7. & vltima colum. num. 11. versic. nec sufficit. fol. 85.* Canitella Actuario, & fuit in causa Not. Fran.... cum Ioan. Nicolao Montanario.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Vide *addita supra decis. 69. num. 2.* Num. 2. Adde *supra decis. 120. num. 3.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Sententia adiudicationis est interlocutoria.*
2 *An in subhastatione detur læsio.*

HÆc decisio ad numerum primum habet latissime dicta per me *in dec. 69. num. 1.* & de læsione vltra sextam partem in subhastatione sunt videnda, quæ dixi *in decis. 120. num. 7.* ad numerum 7. ibi annullatur, adde quod idem tenet Afflict. *in decis. 218.* Alia dicit Tiraquell. *de retractu lsniager §. 23. gl. 1. nu. 23.* Gama. *in decis. Lusitana 40. incip. duo. 2. colum. vers. Idem si pro debito*, & latissime, & recenter Brunorus à Sole, *in compendio pro-*
1 *positionum iuris, in vers. datio in solutum:* † Quod autem adiudicationis sententia sit interlocutoria Felin. *in rubr. de re iudic. num. 21.* Carpanus *in consuetudinib. Mediolani, cap 41 num. 65.* Borgnin. *in decis. 3. nu. 11.*
2 *par. 1.* An † in subhastatione detur læsio, nouissime Ceuallos, *lib. pract. quæstionum quæst. 536. incip. dubitatur.* Ad hanc decisionem adde nouissime Morrotium, *in tract. de iure offerendi, num. 20. ibi: quarto, & num. 25. ib.; Notabilis, vbi contra hunc authorem concludit, & de hac decisione meminit.*

ADDITIO D. RICII.

IVs offerendi non datur contra creditorem, qui emit iure creditoris, licet adiudicatio sit facta plus debito, tenebitur tamen creditor supplere pretium vsque ad rei valorem; hoc dicit, hanc decis. in puncto principali refert Georg. *allegat. 6. numer. 50.* & hanc opinionem sequitur Thesaur. *decis. Pedemont. 57. numer 8.* Castil. *decis. Sicil. 91. num. 2. vide nostram collect. 11.* Morot. *in tract. de iur. offerend. num. 25.* Caroc. *in tract. de oblat. par. 2. q. 28. in fin.* relati per Thor. *in verb. ius offerendi fol 302. col. 1. fin.* Mangrell. *in l. 1. C. si antiquior. creditor*, & quibus casibus locum habeat ius offerendi, & quibus non vide Afflict. *decis. 16. & 368.* & ibi per Vrsill. Soc. *cons. 111. vol. 3.* Ann. *allegat. 56.* Mastil. *ad Capicium dec. 202.* vbi late, & vide addit *ad dec. Thesaur. 157. ubi plura.*

OBSERVATIO I. C. R. D. CAROLI ANTONII DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Si creditor vendat pignus iure creditoris cum læsione an possit agere secundus creditor, l. 2. C. de resc. vend. & Morett. Merlin. & Olea confutant D. Præsid.*
2 *Opinio Autoris pro secundo creditore.*
3 *Quid si vendat debitor, vel locet viliori pretio num possit creditor agere sine cessione actionis, & refellitur Olea.*
4 *Ius offerendi quando cesset in venditione facta iure creditoris.*

1 IN digladiatoriam arenam nunc descenditur, dum omni conatu euertere decisionem plures sunt, qui tentant, potissima quæstio fuit, si creditor vendat iure creditoris pignus viliori pretio cum læsione possit secundus creditor agere aduersus emptorem remedio *l. 2. C. de resc. vend.* & ex persona debitoris posse agere decisum testatur D. meus, & tenent Charond *d. lib 9. respons. cap. 25.* Cald. Perier. *dec. 70. nu. 20.* Mainard. *dec. 70. lib. 3.* Mes. *lib. 1. var. c. 35. nu. 25.*

Improbat decisionem hanc nuncupatim Morrot. *in tract. de iur. offer. lib. 3 nu. 25.* argumentans contra sic. Quando pignus venditur ad instantiam creditoris, læsio non potest institui à debitore Signorol. *cons. 137.* Negus. *de pign. p. 6. memb. 2. nu. 26.* Mastrill. *decis. 33. nu 6.* itaque multo minus poterit intentari læsio à secundo creditore ex persona debitoris, præterea remedium *d. l. 2.* est personale, quod solum datur contrahentibus, Pinell. *d. l. 2. cap. 2 nu. 2.* & quod remedio læsionis vti non possit secundus creditor sentit in puncto Fab. *de error. pragm. decad. 1. err. 5. & Moretti* ratione multum stringere aduersus D. meum tradit Barbat. *de assist. glos. 2. num. 53. & Morett.* commendat Merlin. *de pignor. lib 4. q. 43. num. 56. & 57.* vbi sequitur eius opinionem, beneuerum subiungit agendum esse remedio *l. 1. & 3. C. si de vend. pign. agat.* ex quibus prouidetur, vt offeratur emptori pretium cum interesse, & sic reuocetur res alienata, dummodo ipse emptor particeps fuerit fraudis, qua cessante agendum esse tantum aduersus creditorem alienantem dolosè, vt superfluum pignus restituat, & contra decisionem expressè tenet *Olea de cess. iur. tit. 4. q. 3. nu 6.*

2 Quidquid tamen velint mox citati Autores, verius est læsionem etiam posse institui à debitore contra ementem pignus à creditore vendente iure creditoris, licet non quoad directam actionem ex *d. l. 2.* tamen quoad vtilem, vt docet Pinell. *vbi sup.* quem refert, & sequitur Mesa *d. c. 35.* quinimo probat competere actionem directam pariter potest secundus creditor ex persona debitoris agere dicto remedio, ex Carond. Mesa, & aliis in principio citatis, & euidenter se inuoluere videtur Merlinus, dum requirit participationem fraudis, quando adest læsio in venditione.

3 Facilius resoluitur altera quæstio. An si debitor rem minori pretio vendidit, possit creditor ex eius persona agere aduersus emptorem remedium læsionis ex *d. l. 2.* ratio difficultatis, est quoniam licet remedium prædictum sit cessibile ex Cartar. *dec. 18.* tamen nisi cedatur, videtur quod non possit eo creditor vti, cum ius, & actio, sine cessione de vna in aliã personã non transeat.

Con-

Contrarium verius est, quod si venditor soluendo non sit possit agere creditor contra emptorem, vt tenent Mainard.*dec.*70. *lib.*3.Cutell. *de don.contempl. matr.tract* 1. *discurs* 2.*par.*6.*à num.*183. Hermosill.*l.* 56.*glos.*4 *nu.*70.quidquid *Olea.nu.*5. dicat quod tutius sit agere aduersus debitorem, vt actiones cedat, quas si cedere recusauit, tunc creditor possit agere & extra difficultatem potest immediatè agere creditor hypothecarius, qui omnia iura & actiones debitoris habet hypothecatas, & pariter si debitor in locatione deceptus sit potest creditor locatoris instituere læsionis remedium contra conductorem, vt tenet Amat. *resol.*68. *num.*7. quem minus rectè confutat *Olea.nu.*10. vt cum alijs probat Mesa.

4 Ius offerendi non habet secundus creditor contra emptorem, cui vendita fuit res à creditore iure creditoris, per text. *in l.*3 §.*fin autem,C.de iur.dom.impetr. l.*1.*C.si antiq.cred.*ibi, *Si vendidisset, qui ante pignus accepit persequutio tibi hypothecaria superesse non potest*, vbi Bar. *& alij.*Mastrill.*dec.*201. Duran. *dec* 445. & post D.meum plures Doctores, & decisiones colligit Merlin.*de pigno.num.*11. qui tradit requisita necessaria, vt res dicatur vendi iure creditoris, quæ docentur in *d.*§ *fin autem*,& cumulat Duran *à nu.*12.scilicet quod requiratur mora debitoris denunciatio,& lapsus biennij.Aduertendum autem erit, quod ex stylo Curiarum derogatum est huiusmodi solemnitatibus, vt Barz.*dec.*108 *num.*37 Bero.*cons.*42.*nu.*3 pluries Rota vt recenset decisiones Merlin 10. beneuerum venditio non dicitur facta ritè,& rectè, si ante tempus, vel non seruata forma iuris, aut pacti, aut supra summam debitam,vel non fuisset citatus debitor ad videndum subhastare, & liberari cum sequenti decreto Iudicis, Ludouis.*dec.*485 *num* 8.Merlin. *num.*29. Ego putarem seruandum esse stylum Curiarum.

Inquiritur quid si creditor in licitatione emisset per interpositam personam, & in hoc casu si alicui tertio res fuisset licitata, qui licitator tamen obtinuerit rem pro ipso creditore distrahente, tunc secundo creditori competere ius offerendi tradunt Fulgos. *in l. qui sub imagine*, *C.de distr.pign.* vbi qualitatem deducit, si adiudicatio facta sit creditori met simulatè per interpositam personam Ann.*cons.*37. & decisum refert in Rota Merl.*num.*58. Sed ego contrarium verius puto ex D Hodiern.*contr.*40.*nu.*45 potest enim creditor sicut quilibet tertius emere *l.*2. *C. si in caus. iudic.* Merlin.*contr.*68. Gratian. *discept.*2. *num.*7 nec debet esse peioris conditionis, quam extraneus. imò creditor præfertur extraneo,& obstare posset quod licitatio non valeret non facta non præsenti pecunia,cui motiuo responderi posset,quod non habet locum consentiente creditore, & quod creditor possit acquirere per interpositam personam tradit Beltran ad Ludouis.*dec.*12.& quando subhastatio fit nomine debitoris tenent Gratian *cap.*7.*nume.*1.Merlin.lib.4. *de pign.q.*180. *num.*3. beneuerum aliud firmat si fiat subhastatio nomine creditoris, & quod non requiratur æstimatio ante quam fiat subhastatio, addo Hodiern & Merlin. *vbi sup.qui num.*29. *ex* Gratian.*discept.*739. *num.*22. *&* Rot.*dec.*113.*p.*2.*recent.* firmat vt cesset ius offerendi tres debere interuenire oblatores.

Restrictiones alias colligit Merlin.*d.q* 45. in quibus locum habet ius offerendi si vendita sit res iure creditoris anterioris præter alias si vendatur fratri debitoris, qui habebat rem communem Alex.*in l.*1.*C.de dolo num.*4.Merlin.*contr.*93.*num.*10.sed Merlin. *de pign.d. q.*45.*num.*29. Contrarium tenet, & respondet singulis obiectionibus,alia dicentur obs.450.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l* 2.*C.de rescind. vend. procedit in venditore,& emptore.*

2 *Emptor,& venditor non debent ad imparia iudicari.*

3 *Remedium l.*2.*C. de rescind. vend. quod procedat, quando testator iussit vendi pro certo pretio.*

4 *Ignorantia valoris rei præsumitur,eo ipso,quod debitor decipitur vltra dimidium,quod limitatur.*

DECISIO CCXXV.

Cessio totius hæreditatis ordinata filiabus institutis per patrem facienda patruo mediante certa dote ipsa perfecta non potest rescindi ab hæredibus patrui, sub prætextu enormis læsionis.

TEstator instituit hæredes duas eius filias, eisque mandauit, vt recepta à patruo certa dote, & assumptis per patruum oneribus hæreditarijs in testamento iam descriptis, cederent patruo omnem hæreditatem,in qua erat ciuitas Motularum magni valoris, cesserunt filiæ etiam mediante Regio assensu propter feudum, & patruus promisit eis dotes,mortuo patruo, Magnifica Camilla de Alagna eius filia, & hæres petiit rescissionem contentionis,tamquam quod pater fuerit enormiter læsus, & dicebat, patrem emisse hanc hæreditatem, quia interuenit res,& pretium,*instit. de empt. & vend. in*

1 *princ.*& de iure est expeditum,† quod remedium. *l.* 2.*C de rescind vend.*competit emptori sicut, & venditori,secundum *gl.in d.l.*2 quam sequitur Bar. & cæteri ibi, quos referunt, eosque sequuntur Cagn. *super* 2. *quæst.*Bar.Crem *col.*5.*ver.extend. igitur nu.*25 & Pinel.*in* 2.*cap.in princ*. Opponebatur pro filiabus, testatoris filiam hanc carere actione, cum cessio hæreditatis prædictæ fuerit facta ex necessitate & taxato pretio per testatorem,& quod quemadmodum si ipsę filiæ testatoris essent læsæ,non possunt intentare remedium. *l.prædicta*, sic etiam nec debet posse facere filia em-

2 ptionis,† cum emptor, & venditor non debeant ad imparia iudicari,cum sint correlatiui.*l.*1.*C. de cupressis.lib.*11.*l.fi.C.de ind.vidui toll.* & in propriis terminis ita arguit Caga. Crem.Arius *vbi supra. & ex nostratibus,in princ.fol.*105. † quod autem prędictæ filiæ testatoris conqueri non potuissent, est tex. *in l.fideiussor.*§.*meminisse.ff.de leg.*1.vbi Gof.Bal.Alex.Aret. & Ias.idem Aret.Clau.& Ias *in l.si quis cum aliter. ff. de verb.oblig.*de quibus meminerunt, eosque sequitur Repeten. *in d. l.*2. & præcipue doctissimus D. Don. Anton. de Padilla ad præsens meritissimus supremi Regii Senatus nouis Orbis præfectus.*nu.*64. & nouissime Petr.Nicolaus Mozzius *in tract. de contract. tit. de empt.& vend.in* 7.*& vlt.col.ver.item si testator.sub num.*15.*fol.*85 *& iterum fol.eod. à tergo num.*21. licet Pinell.*ibi in* 1.*par.num* 19.*vers. & ex prædictis infertur*,dixerit illis iuribus hoc non probari. Idem etiam tenet Lancellot.Dec.*in d.*§.*meminisse,in* 2.*nota.* qui ex mente Cumani limitat illum text non procedere, quando ignorasset valorem rei. dicit tamen limitationem Cuma.ei placere, quando constet expresse testatorem errasse, sed in dubio non esse præsumendum, etiam,quod iusserit vendi vltra dimidiam,ex quo facit actuum liberalitatis, vnde præsumitur illud plus voluisse donare, & ista præsumptio tollet aliam, quod

4 ignoret valorem rei,vnde infert,† quod licet eo ipso, quod quis ęditur citra dimidiam, præsumatur ignorantia secundum gl.*in l.quisquis. C.de rescind vendit.* quod hoc non procedit in casu prędicto,sed est necesse, quod ignorantia probetur aliter, quam per hanc præsumptionem, & ex prædictis fuit prouisum non esse procedendum in causa, me referente, iunctis Consiliariis duarum Aularum, Scannapeco Actuario.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm.1. Adde hunc Dominum *in decis.243.num.1.* & Venafr.*cons.142. num.7.* & quando emptor dicitur læsus vltra dimidiam iusti pretij, Vide hunc Dominum *in d.dec.vbi addo.*

Num.2. Adde Afflict.*in const.eadem pœna num.1.* Gabriel.*in tit.de legib.conclus.3.n.14.*& Plot.*in l.si quando §.4 nu.78.C.vnde vi.*

Num.3. Adde Lupum *de vsur.in com.ad l.2. C.de pact.inter empt.& vend.fol.89.à ter.nu.159.*

ADDITIO D. AMENDOLAE.

SVMMARIVM.

1 *Remedium l.2.C.de rescind.vendit. an cesset testatore iubente certo pretio vendi, & sub hasta.*

2 *Emptor an gaudeat beneficio l.2.C.de rescind.vendit. remissiuè.*

3 *Emptor quando dicatur læsus, & quando venditor.*

1 AD hanc decis. in principali † puncto adde omninò Tiraquel.*de retract.lignager, in final.* Ad illud † an emptor gaudeat beneficio *l.2.C.de rescin.vendit. vide infra*
3 *decis.243.ad quam dixi*,& sic † quando venditor. An autem competat minori,Præsidens, *infr.decis.248.* An procedat in contractu geminato *infra.decis.243.*Et an habeat locum si res est perempta,& contra singularem successorem, Fachineus,*lib.2.cap.18. controuersiarum iuris,& an remedium leg.2.procedat in diuisione.* Ant. Tesaur.*decis.Pedemont.239.* & an instrumento iurato si adest enormissima læsio,*in dec 165.*vbi de contractu doloso,*nu.7.*& ibi de minore iurante, & ad hanc decisionem Ceuallos *lib.pract.quæstionum,quæst.535.incip. dubitatur.*

OBSERVATIO

I. C R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Si testator iussit rem vendi Seio,& adsit læsio vel è contra sit læsus Seius possit agi,ex læsione,& negatiuè deciditur.*

2 *Restringitur decisio si probetur ignorantia valoris, vel non sit expressus emptor ex Cost. & Merlend.*

3 *Emptor læsus an agat pro læsione, & refelluntur Cuiac.Fab.& Thesaur.*

1 COecas tenebras controuersiarum præcedentis speciei dissoluit hæc decisio. Vtrum si iussit testator rem vendi Seio pro certo pretio, si adfuerit læsio possit agi ab hærede remedio, *l.2.C.de resc.vend* & num idem è contra, si iniustitia sit respectu emptoris, & læsio ipsius vltra dimidiam possit institui iudicium læsionis per emptorem. In qua difficultate negatiuè iudicatum testatur iunctis aulis D.meus, ratio adducitur, quoniam cùm mandat testator rem vendi certo pretio facit actum liberalitatis, & præsumitur illud plus voluisse donare ex text. *in l. si fideiussor, §.meminisse, ff. de leg.1.*& post alios hic cumulatos *nu.3.*probat *Gabr.comm.concl. tit. de empt. & vend. conclus 1. num.67.* & decisionem hanc refert, & sequitur *Costa tract. de scient.& ignor.rubr.sciebat,aut ignorabat dist.41.* vbi ait, quod habet locum *d. l. 2.* quando testator mandauit vendi certo pretio si adsit læsio in casu, quo testator ignorauerit valorem rei, nec probatur ignorantia per læsionem, quamuis alias
2 præsumatur in læsione vltra dimidium, ex quo præsumptionem hanc tollit altera præsumptio, quæ præsumitur quod testator censeatur illud plus voluisse donare ita intelligit decisionem Costa, & sicut vendenti ex iussu testatoris non competit remedium *d.l. 2.* ita pariter è contra, ex natura correlatiuorum, si fuerit læsus emptor, nec potest iste instituere læsionis iudicium, & ita decisum habetur hic, vt sicut non potest agere venditor, ita nec emptor.

Intellige assumptum primo loco firmatum, quando testator iubens vendi, personam nominet cui sit vendenda res, alias secus, quoniam magis admonendi quam taxandi pretij gratia expressisse censebitur, ita Merend. *lib.1.contr.cap.35.*

3 Superest insinuare assertum, quod remedium *d. l. 2.* procedat tam in venditore, quam in emptore ex latè traditis *num.1.* idem pulchrè confirmat Fontanell. *de pact.nupt. nu 1. claus.4. glos.18. p.1. n.67 & in dec.67.qui nu.5.*inquit opinionem contrariam fuisse reprobatam in omnibus Tribunalibus, & contradicentes sunt Cuiac. *obs.lib.16 obs. cap.18* Fab. *de err.pragm.decad.8.err.7.* Gasp.Thesaur.*in add.ad dec.165.nu 8.*& licet nouissime *Dom. Hediern.cons.3.nu.21.* dicat text. *d.l.2.* loqui in venditore decepto non in emptore, respondetur loquutum fuisse textum frequentior is ius gratia, dum frequentius contingit decipi venditorem ab emptore,non è contra venditor enim vendit ex necessitate,&ideo transit per id quod potes, & sepe se decipi permittit, quoniam necessitas vrget, sed emptor vix accedit propter necessitatem, sed spontè, præterea emptor, & venditor sunt correlatiui, ideò communiter Doctores existimarunt remedium legis prædictæ porrigi etiam ad emptorem, immò appellatione venditionis venit emptio, & è contra ex *l. veteres, ff. de act.empt.& ibi glos.* Pinell.*in d.l.2.p.1.lib.2 nu.3.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusi obligari potest.*

2 *Directus dominus præfertur in emptione, quando vult pro se,& quomodo,nu.5.*

3 *Pignus extinguitur in re emphyteutica consolidato vtili dominio cum directo & quando.*

4 *Pignus extinguitur,quando res redit ad dominium ex pacto.*

DECISIO CCXXVI.

Creditor emphyteutæ non potest agere super meliorationibus factis ab ipso emphyphyteuta in reuersa ad dominium ex pacto prælationis,

VEnditis domibus emphyteuticis Monasterij Montis Oliueti, Monasterium prædictum obtinuit per decretum Magnæ Curiæ prælationem, virtute *l. fin. C. de iure emphyteut.* & legis dictæ in instrumento concessionis, & soluit pretium meliorationum, & deinde recepta certa quantitate, & censu aucto, domos prædictas alteri concessit sub eadem natura emphyteutica, agit nunc super vtili dominio, seu meliorationibus prædictis creditor emphyteutæ, actione hypothecaria,
1 contra prædictum nouum emphyteutam, † & dicebat, non debere dubitari, rem emphyteuticam obliga-

gari posse, *l. lex vectig. ff. de pignor. glos. in l. fi. in verb. alijs*, vbi Salic. & Ias. *C. de iure emphyt.* Afflict. *decis.* 191. de quo meminit, & allegat concord. Andr. Gail. *in lib 2. pract. obseru. in obseru. 25. numer. 6. vers. bona. fol. 675.* Padil. *in l. & in generali, num. 7. vers. nam, & pignorare, num. 8. C. de seruit. & aqua.* etiam quod sit emphyteusis ecclesiæ, tradit Negus. *in tractat. de pignor. in 2. par. in 2. membr. colligit concor.* Iulius Clarus *in tractat. de emphyt. quæst.* 18. & nouissimè Aurel. Corb. *in tractat. ex quibus caus. emphyt. iure suo pri. in tit. de can. priu. ob alien. irreq. domino fact. in 22. limit. fol. 197* nec ex hac obligatione incidit in commissum, Gamma *decis. 28. in causa. fol. 33.* vnde data obligatione dicebatur eam nobis sine facto nostro auferri non posse, ex regula. *l. id quod nostrum.* Item dicebat creditor etiam ex alio, prælationem prædictam, vt supra obtentam per monasterium non operari in eius præiudicium, quia Monasterium dicebat sequenti domos prædictas alteri concessit, & prælationem prædictam tunc operari, quando directus † dominus vult pro se, non si pro alijs, ita Guid. Pap. *decis. 411.* de qua meminit Cach. *in decis. 156.* Rota Bononens. *decis. 9.* Gamm. *decis. 387. in princ. & in decis. 41. 2. colum. vbi declarat.* Ex aduerso dicebatur, nullo modo creditorem posse obtinere, † ex quo quamuis res emphyteutica possit obligari, nihilominus reuersa ad dominum directum iure prælationis, seu commissi, & sic consolidato vtili dominio cum directo, hypotheca creditoris medio tempore contracta confunditur, seu extinguitur, decisio fuit originalis Pet. Iacob. *in sua pract. in tit. de act. in rem pro iure emphyt. colum 10. vers. item prædicta vera sunt*, per quam ita dicit fuisse decisum, Guid. Pap. *decis. 171. in propria materia prælationis*, quem refert, eumque sequitur Benedict. *in cap. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, in 4. conclusione, versic. nam stante emphyteusi, num. 161.* & Boer. *decis. 181. colum. 3. vers. & hoc verum, num. 7. & 8. in 1. par.* & nouissimè ita iudicauit Senatus Pedemontanus, qui cæteros congerit, *in d. decis. 159.* licet secus esset si consolidatio fieret ex actu voluntario, vt puta ex contractu donationis, successionis, vel venditionis ex dictis *supra, in decis. 213. num. 23.* quibus addenda sunt posita per Camer. *in repet. cap. Imperialem, fol. 31. littera S.* & nouissimè per Att. Pinel. *in l. 1. par. 3 versic. ex prædictis tandem, num. 72. fol. 492.* & aliqua ponit Bursat. *consil. 89.* dominus, & Melius, Antibo. *in tract. de muner. & honor. in 3. par. princ. num. 88. vers. sed pone Rex concessit fol. 19. in 10. volu. tract. in meis.* plenè Corb. *in tract. prædicto, in tit. de causa priuat. ob non solut. Cano. 24. extensio fol.* 409. quod nouissimè Rota Auenionensis *in decis. 28.* Accedebat prædictis prælatio obtenta virtute pacti præcedentis in instrumento concessionis, † quod pactum operatur etiam extinctionem hypothecæ subsequentis, quia ex necessitate redit res ad dominum, ex dictis per Bart. *in l. diem. ff. de aqua plu. arc. cum alijs allegatis supra, in decis. 74. versic. secundo quia, fol. 65.* Nec obstat d. regula. *l. id, quod nostrum. ff. de reg. iur.* quia postquam omnia prædicta oriuntur ex lege, & pacto ante obligationem contractam, non est curandum de ijs, quæ medio tempore geruntur in præiudicium legis à principio dictæ contractibus, qui ex causa antecedenti resoluuntur, & facultatis, quæ ab initio inerat ipsi contractui, quam scire debebant contrahentes cum emphyteutis, vt dicit Bald. quem cæteri sequuntur *in cap 1. § rursus, quib. mod. feu. amit. refert, & sequitur* Tiraquel. *in tract. de retract. lignagier. §. 34. in gl. 1. num. 10. fol. 596.* & ex ijs est sublatum primum fundamentum actoris, nec secundum dicebatur obstare ex duobus. Primò, quia quando decisio Guid. esset vera, illud procederet, quando is, cui venditio facta erat, & ab eo per directum dominum abducta ageret pro rei recuperatione, † nam hoc casu forsan posset obtinere, postquam directus dominus noluit pro se, vt in eadem materia prælationis dicit Rip. *in l. 1. 2. colum. versic. declara secundo, ff. de priuileg. credit.* sed in præsenti casu non agebat primus emptor, sed creditor, respectu cuius, postquam possessor habet causam à Monasterio, per cuius prælationem ex prædictis fuit hypotheca extincta, possessor prædictus habebit ædes liberas, pro vt haberet Monasterium si possideret, nec amplius hypotheca reuiuiscet. *l. qui res. §. aream ff. de solut.* & idem Petr. Iacob. *hoc dicit in loco prædicto in Apostilla, in verbo. prælationis.* Secundo ex alio non obstabat, nam decisio Guid. Papæ procedit, quando directus dominus à principio petit præferri, vt alteri cederet, secus si ex post facto mutata opinione pro alio velit, vel vendat maiori pretio, prout erat in hoc casu, vel fortè directus Dominus erat inops. Ita in specie limitat decisionem prædictam Mar. Frec. *in tractat. de subfeud. in 39. auctoritate, in fin. fol. 229. in antiquis.* & ante eum sic dicit audiuisse iudicatum in Senatu Parisien. Tiraq. *in tract. de retract. lignag. § 26. in gl. 1. num. 41. vers. tamen in hoc iure, fol. 608.* & ita tenet Amadeus de Ponte, *in tract. de laud. quæst. 13* qui subdit Senatum sic censuisse, imò, quod dominus non teneatur iurare, & ex prædictis Sac. Cons. iudicauit in fauorem possessoris, die vlt. Maij 1580. me referente, Fontana Actuario, non admissa opinione singulari cuiusdam Galli aliter sentientis, vt referebatur.

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. Adde Andr. Gayl. *in obseru. 26. sub num. 5. par. 2.* & Caualc. *in decis. 27. nu. 23. in fi. par. 2.* vbi meminit de hac decis.

Videatur Gama *in decis. 28. 108. & 214. numer. 3. & sequent.*

Num. 2. Adde omninò videndum Vrsill. *ad decis. Afflict. 238. numer. 6. post* Frecc. *de subfeud. lib. 2. in 38. auth. num. 3. vers. 4. fol. 369. in nouis, supra decis. 223. num. 7.* Amedeum de Ponte *de laudemio quæst. 12.* & D. de Curte *de feud fol. 10. num. 49.* & Capiblanc. *in tract. de Baron. fol. 34. num. 145.* & Verall. *in decis. 230. & 304. par. 1.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus præfertur in cessione rerum emphyteuticarum pro se, & etiam alijs, quando hoc non considerauit tempore prælationis.*

2 *Pro censu emphyteutico an detur hypotheca, & prælatio.*

3 *Non dari, decisum fuit per Senatum Mantuanum attestante Surdo.*

4 *Quid si in instrumento emphyteutico adsit obligatio soluendi canonem, & emphyteuta obligauit omnia bona, in qua obligatione venit etiam res emphyteutica datur hypothecaria.*

5 *Hypotheca, an detur pro laudemio.*

1 AD istam decis. vide † quæ dixi *supra in decis 17.* sed an † pro censu emphyteutico
2 detur hypotheca, & prælatio, Surd. *decis. Mantua 32. incip. quod res emphyteutica.* vbi † dicit Senatum decidisse non dari, & dis-
3 putata pro, & contra. Regulariter tamen si † in
4 instrumento emphyteutico adest obligatio soluendi canonem, & proinde emphyteuta obligauit omnia bona, in qua obligatione venit res etiam emphyteutica, datur hypotheca, vt ipse dicit *in dicta decis.* iuxta formam Regiæ Pragmaticæ de censibus meo iudicio, & decis. præcedenti 31. incip. venerabilis decidit pro † laudemio, nec etiam hypothecam dari, vt
5 † laudemialis creditor alijs præferatur. Ad num. 1.
6 ibi

ibi fol.675. adde Padillam *in l. prouinciali*, *numer.*7. *verbo*, *non & pignorare numer.*8. *C. de seruitut. & aqua*, & Corbulus vbi infra. Eodem numero ibi, *in* 93. *imitatione*. adde quod nec ex hac obligatione incidit in commissum, Gamam *in decisione Lusitana* 28. *in causa*. Ad numer. 2. adde Rotam Bonon. 9. Gammam *decis.*287. & 41. *in Lusitanis*. Ad num. 3. ex actu voluntario, ibi. Adde omninò Corbulum *in tract. de causis amittenda emphyteusis ob non solutionem canonis*, *ampliat.* 34. vbi quod remanent omnia onera, & Andr. *in c.*1. *§. profecto, & §. fin. quid iuris sit* Camer. *in cap. Imperialem fol.*29. *in litera N.* & Ripam *in l. generaliter. quaest.*42. *C. de reuocand. donat.* & Cagnolum *in l.*2. *num.* 110. *C. de pactis inter emptorem, & venditorem*.

ADDITIO D. RICII.

Creditor emphyteutæ non potest agere super meliorationibus factis ab ipso emphyteuta in re reuersa ad dominum, ex pacto prælationis, hoc dicit, adde Mastrill. *decis. Sicil.*154. *numer.*73. Caualcan. *decis. Fiuizan.* 8. *numer.*35. *in* 4. *par.* à Ponte *decis.*3. *numer.*27. *vide etiam nostram decisio.*58. *part.* 2. *in fin.* & pariter *collectaneam* 1537. & an prælationem, de qua hic adest, quam habet dominus in alienatione, habet etiam in locatione, vide Ias. *in l. quoties Cod. de rei vendicat.* & istum casum decidit Boer. *decisio.*107. & quod sic determinat nouiter Vrsill. *in decis. Afflict.*238. an autem hoc ius prælationis in venditione possit cedi amico per dominum directum, quod non, sed quod habeat tantum pro se Tiraquell. *in tractat. retroact. consanguinitat. §.*26. *glos.* 1. & *in verb. non potest fol.*191. *numer.*40. & facta venditione meliorationum duobus, præfertur, qui primo habuit inuestituram à Domino Guid. Papa *decisio.*46.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusim venire, in generali hypotheca firmat decisio, & reijcitur Surd.*
2 *Declaratur assertum, & qualiter non praeiudicetur domino directo.*
3 *Explicatur duratio hypothecæ, & quando requiratur consensus domini.*
4 *Dominus directus an possit vti iure prælationis pro alijs expenditur Guid. Pap.*

1 Vndosa fori iurgia in materia emphyteusis decisa nunc habentur. Et inquiritur an irrequisito domino res emphyteutica obligari possit, & veniat in generali obligatione, & alij negant vt Rom. *in l. lex vectigali*, *ff. de pignor.* Berous *consil.* 127. *lib.* 1. & specialem requiri expressionem vult Surd. *decis.*60. *num.* 1. Add. ad Buratt. *decisio.* 479. Contrarium verius, & indictinctè quod non solum obligari possit, sed etiam comprehendatur in generali hypotheca, Bar. *in l. tutor*, §. *vlt. ff. de pignor. action. glos. in l. lex vectigali* Cyriac. *controuers.*205. *numer.*221. Gratian. *discept.*43 Caualer. *decis.*290. Rot. *decis.*129. *par.*4. *recent.* & pro hac opinione est *text. in d. §. vlt.* vbi Paulus I. C. dixit *Vectigale prædium posse hypothecari*, & prædium dicitur vectigal, pro quo soluitur census Principi, ergò idem in emphyteusi pro qua soluitur canon, vel census, & post D. meum plures refert, & sequitur Merlin. *de pignor. lib.*2. *q.*8. *à num.*7. & ampliat in emphyteusi Ecclesiæ ex Salyc. *in l. fin. C. de iur. emphyt.* & ratio est, nam res hypothecata manet in dominio obligantis, & certius in fauorem dotis Duran. *decis.*145. Merlin. *vbi sup.* qui restringit si prohibita esset omnis alienatio.

2 Conclusio procedit in emphyteusi concessa pro se, & hæredibus, & hæreditaria, quæ venit in generali obligatione absque licentia directi domini absque metu caducitatis, & potest capi, & executio in ea fieri pro satisfaciendis creditoribus emphyteutæ sine assensu domini directi Florez Diaz de Men. *in add. ad decis.* 35. Gamm. Corbul. *de iure emphyteut. cap.*14. *de priuileg. ob alienat. lim.*19. *per tot.* vbi quod si emphyteusis, est hæreditaria, & potest transire ad extraneos, tunc potest per Iudicem dari in solutum eidem creditori quoad ius debitoris saluo iure domini, quoad canonem laudemium, & prælationem, quoniam hæc venditio dicitur necessaria, cum iudicium redditur in inuitum, & propterea bona non cadunt in commissum, aliud esset in datione in solutum voluntariè facta à parte per emphyteutam creditori extra iudicium, vt fusè Salgad. *in laber. cred. p.* 3. *cap.*3. *qui numer.*1. carpit Auend. *in tractat. de censib. cap.* 110. *numer.* 10. & *cap.* 111. vti imprudenter ei incautè tenentem bona emphyteutica non intrare in concursum formatum per debitorem, tanquam bona extra patrimonium, & præterea quod facto per emphyteutam concursu, ipso iure resoluatur contractus emphyteuticarius, & bona liberè reuertantur ad dominum.

3 Hypotheca super empyteusi hæreditaria contracta durat beneuerum durante iure debitoris dumtaxat, quo resoluto, siuè per generationem finitam, siuè per caducitatem resoluitur ius hypothecæ, & emphyteutica bona deuoluuntur ad dominum liberè, & absque alio onere imposito per emphyteutam Clar. §. *emphyteusis*, *q.*38. Gratian. *discep.*8. *num.*70. Cenc. *de cens. q.*22.

4 Subhastari poterunt bona emphyteutica pro satisfactione creditorum sine consensu domini ex D. meo firmat Salgad. *numer.* 31. Sed licitationi tradi non possunt, nisi prius requisito domino, an velit pro tanto bona ipsa recipere, cum semper maneat ius suum illæsum, & in alienatione præfertur omnibus emptoribus iuxta *d. l. fin. Cod. de iur. emphyt.* Cald. *de extinct. emphyt. cap.* 14. *numer.* 40. post alios Salgad. *numer.* 24. *qui numer.* 35. confutat August. Barbos. dicentem adesse contradicentes, dum isti admittunt venditionem, sed non traditionem irrequisito domino.

Si emphyteusis sit ex pacto, & prouidentia pro filijs, & familia in præiudicium vocatorum non potest subhastari, sed commoditas in præiudicium debitoris emphyteutæ solum Boer. *decis.* 263. & extenditur etiam quod prohibita esset expresse alienatio, Diaz. *ad decisio.*5. Gamm. Salgad. *numer.*48. & *seqq.*

Resoluitur hypotheca super re emphyteutica, si reuertatur ad dominum iure commissi, secus si alio modo, vt donatione, legato, & similibus Merlin. *vbi sup. numer.*50. de Marin. *lib.*1. *resolut.*101. & si Dominus veniret iure prælationis etiam hypotheca resoluitur D. meus *numer.*3. de Marin. & Merlin. *numer.*33.

4 Difficultas est, si facta auocatione dominus directus non retineat pro se, sed postea alteri concedat, an videatur facere in fraudem creditoris, cum prælationis ius debeat procedere ad fauorem domini non alterius Guid. Pap. *decis.* 411. Mantic. *decis.* 10. & in simili ius retrahendi ad beneficium retrahentis tantum concedi firmat Reg. Latr. *decis.*57. Giurb. *obser.*46. *qui numer.* 12. scribit pauperem excludi à dicto iure, quoniam

niam præsumitur retrahere pro mutuante de Marin. *alleg.127.*

Reuocat in dubium D. meus *doctrinam* Guid. Pap. & ait procedere in casu, quo directus dominus à principio petat prælationem, vt alteri concedat, secus quando tempore prælationis velit pro se, & postea mutata opinione vendat Frecc. *de subfeud. lib. 2. auth. 387. in 4. declaration.* & ita refert decisum in S. C. & in materia retractus firmat Reg. Latr. *decisio.57. numer.45.* Merlin. *numer. 5.* nec constringitur iurare quod velit pro se, Dekart. *decisio. Sard. 12.* vbi quod potest supponere alium, vbi non habet ipse pretium per *text. in l. ad officium, Cod. commun. diuers.* quæ tuto procedunt, si prælatio competeret directo domino vltra iuris dispositionem, & pacto inuestituræ, nam pactum magis operari debet.

Adhæc Cyriac. *controu. 154. à numer. 13. explosa* Guid. Pap. tradit ius prælationis posse cedi à domino directo ex Paul. de Castr. *consil. 335. volum.1.* Tiraquel. *de retract. consang. §.16. glos.1. numer.4.* vbi ita refert seruari in pluribus Senatibus, & esto contraria opinio præualeret, saluum esset ius prælationis ipsius cedentis ex Giurb. *decisio. 65. numer. 4.* Boer. *quæst. 139.* benenerum est Cyriac. reprehendi à Ciarlin. *lib.2. controu. 120. numer.43.* & de iure communi non posse cedi censent Giurb. *obs.46. num.20. & decis.51. numer.10.* D. Rocch. *resp.6. num.2.* Sed opinionem affirmantem sequerer, si ius prælationis cedatur ad commodum cedentis, vt si maiori pretio cedat: ita Dekart.

SVMMARIVM.

1 *Mora an committatur, quando debitor non habet, cui soluat.*
2 *Depositio an requiratur, quando non adest creditor, cui soluatur.*
3 *Vsura an debeantur officio iudicis, vel ex conuentione, vel quod sint cœpta currere, differt.*
4 *Oblatio sola sufficit in casibus, in quibus non requiritur depositio, & consignatio.*
5 *Oblatio sola non sufficit, quando requiritur depositio, & consignatio.*
6 *Vsuræ rei iudicatæ debentur quasi per sententiam legis.*

DECISIO CCXXVII.

Debitor non habens cui rectè soluat an teneatur ad vsuras, aut etiam requiratur oblatio, & protestatio cum depositione?

Difficultas non modica est inter Doctores,
1 † an si debitor non habet cui soluat, tenetur ad vsuras, oriturque difficultas prædicta, quia text. *in l. pecuniæ funebris. §. fin. & in l. cum quidam. § pupillo. ff. de vsuris, & in l.4. §. fin. ff. de lege commisso.* simpliciter dicunt, quod quando non adest, cui soluatur, non constituitur debitor in mora, & per iura prædicta, cum alijs concor. hoc tenuere Alexan. qui plene loquitur *in cons.92. perspectis lib.1.* & Aret. *in consil. 163 vbi plenissimè.*
2 Aliæ verò le. in contrarium videntur, scilicet, † quod non existente, cui soluatur requiritur etiam protestatio, oblatio, & depositio, vt dicit text. *in l. ait prætor. §. sed hodie. ff. de minori. l. si reus paratus. ff. de procur. l. Labeo. ff de nautico fœno. & l. fin. ff. de lege commisso.* & per prædicta iura cum alijs, ita tenet Bar. *in d.l. si reus paratus.* Paul. de Castr. & Alex. *in l. ad diem. ff. de verbor. obligat.* de quibus meminit Aret. *in princ. consilij prædicti,* & ex prædictis reddebatur difficilis controuersia, quæ pendet in Sacro Consilio inter hæredem D. Andreæ Matthæi Paulilli cum Magnif. D. Ioan. de Marta, hærede quondam Magnif. D. Cæsaris de Marta: dicebat enim dictus D. Ioan. quod ipse non tenebatur ad vsuras rei iudicatæ, quia eius pater nesciebat cui solueret, nam diù steterunt hæredes prædicti, quod non fuerunt declarati hæredes dicti D. Andreæ Matthæi, & propterea ex primo loco allegatis non teneri ad vsuras, & dicebat iura, & decisiones in contrarium procedere pro maiori cautela non autem de necessitate, vt dicit Dec. *in consil.566.* Dicebant hæredes prædicti ex secundo loco allegatis non sufficere, non adesse personam cui soluatur, sed prædicta alia requiri, & iura in contrarium allegata non obstare, quia non excludunt depositionem, & oblationem, vnamquę *l. per aliam declarari, & suppleri.* Relata hac causa in Sacro Consilio dicebatur glos. *in d. l. ait prætor. §. sed hodie.*
3 † distinguere in vsuris debitis officio iudicis in vsuris, quæ non cœperunt currere, & in vsuris debitis ex conuentione, & primo casu dicit procedere text. *in d. l. pecuniæ. §. fin. vnde cum hæ vsuræ* rei iudicatæ dicebantur deberi officio iudicis, vt colligitur ex dictis Sal. *in l.2. Cod. de vsur. rei iud. in fin.* dicebat. D. I. hunc casum esse sine scrupulo, sed dictum fuit, aliàs me referente in Sacro Consilio fuisse iudicatum has vsuras deberi condictione ex lege, vt apparet *in decis.21.* vnde videbatur decisionem prædictam huic opinioni obstare, & non posse ex prædictis hanc causam decidi, maximè quia iam præcedebat condemnatio ad damna, & interesse pro quantitate, & tempore liquidanda. In secundo casu, quando vsuræ non cœperunt currere, dicit glos. prædicta procedere tex. *in d. l. cum quidam. §. pupillo. ff. de vsur.* vnde cum in casu, de quo agebatur vsuræ iam cœperant currere, videbatur, quod eramus extra casum, de quo *in d. §. pupillo,* & sic ille text. non proficiebat conuento. Tertius, & vltimus casus in vsuris ex conuentione debitis, & in istis dicit procedere text. *in d. §. sed hodie,* & ita loquuntur Paul. & Alex. *in d. l. ad diem,* & non erat casus, de quo agebatur. Reassumptis dictis per glos. dictum fuit in propria materia diffusius loqui Bauerium *in tract. de mora, in 3. par. colum. antepenul. cum duobus sequentibus,* & concludere
4 ex mente glos. Alex. & Aret. in locis prædictis, † quod quando tractatur hæc. q. ad finem, vt debitor non incurrat moram, vel pœnam, vel cursus vsurarum nondum cœperat, tunc si est, cui offeratur, sola oblatio sufficit, & quod ita debet intelligi glos. *in d. l. pecuniæ. §. fin.* quando verò non adest, cui offeratur, tunc sine aliqua allegatione securus erit debitor, & quod ita procedat text. *in d. l.4. §. fin. ff. de lege commisso, cum concor.* Nec in casibus prædictis dicit esse necessarium dicere, soluerem si haberem cui, et-
5 si esset, qui solutionem recipere vellet. † si verò essemus in casibus, in quibus iam cursus vsurarum erat cœptus, & in istis licet non reperiatur creditor, non excusatur debitor, nisi deponat, & quod ita est intelligendum, quod dicit Bar. *in d.l. si reus paratus.* vnde cum in casu, de quo agebatur, erant vsuræ rei iudicatæ, quæ elapsis quatuor mensibus currunt, iuxta dis-
6 positionem *d.l.2. C. de vsu. rei iud.* † & pro eis fit executio non per sententiam hominis, sed quasi per sententiam legis secundum Bald. *ibi,* & secundum Sal. ibid. fit exequutio contra debitorem tanquam condemnatum à lege, non ab homine, & iam vsurarum cursus cœperat in vita creditoris, videbatur ex prædictis iudicandum in fauorem dictorum hæredum, quod etiam sentit gl. *in d. §. sed hodie in 2. capite accessionis,* de qua meminit Bauer. *vbi supra.*

ADDITIO D. VISCONTI.

NVm. 1. *in fin. dum allegat Alex. & Aret.* Vide Gozad. *consil.57. numer.5. & consil.66. numer.9. & sequen.* Cagnol. *in l. si quis maior numer 96. Cod. de transact.* Tiraquell. *de retract. consanguin. glos. 3. §. 9.*

§.9.numer.19. & decis. Genua 89. num.4. & Ann. Iun. *in collect.273. & ad decis. istam* in puncto principali; Adde videndum omninò Flam. Cartar. *in decis.69. in 2.dub.*

Numer.4.5. Vide Viuium *in opinio. 557 par.2. post* Ant. Gabr. *in tit.de solution.conclus.*8. Carauit. *in ritu 169.num.2.* Cauen. *in ritu* 173. & Cottam *in ver.oblatio.* Roland. *cons.53.vol.1. decis. Perus.105. à numer 1. cum seq.* D.Lanar. *in cons 75.nu.1.* Lupum *de usur. fol. 80 & seq.*

Num.6. Vide supra *decis.21.nu.1.cum seq.*

ADDITIO D. AMENDOLÆ.

SVMMARIVM.

1 *Mora est delictum culpabile, commissum in soluendo, vel recipiendo.*
2 *Quotuplex sit, quando committatur, & quomodo purgetur, remissiue.*
3 *Dies, & iuramentum interpellat.*
4 *Quid si addatur locus solutionis faciendæ, an requiratur præsentia; & protestatio creditoris in loco, ita ut hoc non facto, mora minimè contrahatur.*
5 *Qua cessante cessat petitio interesse.*
6 *Quod propter eam venit.*
7 *Interpellatio requiritur ad contrahendum moram.*
8 *Et an procedat contra Hebræos, & nummularios, seu bancherios.*
9 *Et an fauore minoris ætatis.*
10 *Mora non contrahitur ubi debitum est illiquidum.*
11 *Item ubi sit oblatio saltem verbalis.*
12 *Mora potest purgari usque ad decisionem, & litis contestationem.*
13 *Et ubi purgari potest, purgari debet infra breue tempus.*
14 *Est tamen arbitrarium.*
15 *Mora regulariter non purgatur, ubi est dies, & pœna.*
16 *Sed celeri satisfactione purgatur.*
17 *Mora purgari potest, si ius aduersarij non sit effectum deterius.*
18 *Mora patris non nocet filio.*
19 *Debitor morosus, non modo tenetur ad interesse, sed etiam ad augmentum, & soluendo interesse, non eximitur à solutione augmenti.*
20 *Moræ purgatio non habet locum in iure alteri quæsito.*
21 *Mora non committitur, si is cui soluendum est, non adsit.*
22 *Morosus debitor tenetur ad lucrum cessans, & damnum emergens.*
23 *Mora an censeatur sublata per solutionem interesse.*
24 *Et an committatur per prodigum, vel furiosum.*
25 *Cum uterque animum committendi moram non habeat.*
26 *Contraria decisio recensetur.*
27 *Proceditur ad liquidationem Instrumenti supersessa personali exequutione, quo ad debitum, & pœnam.*
28 *Mora an purgari possit si in instrumento adsit dies, pœna, & renunciatio iuris purgandi moram, & æquitatis Sacri Consilij.*
29 *Mora cum defuncto incepta transit in hæredem:*
30 *Mora fauore Ecclesiæ absque interpellatione contrahitur.*
31 *An committatur pro debito illiquido.*
32 *Qualiter sit facienda oblatio debiti illiquidi.*
33 *An mora contrahatur sine interpellatione, si certum tempus determinatum sit ad aliquid faciendum.*
34 *Quæ dicatur mora irregularis, & qualiter contrahatur.*

HAnc decis. Præsidens breui colloquio exornauit, quia conferunt, quæ dicta sunt *su-*
1 *pr. in decis.206.* Sed tu lector adde, quod † mora est delictum culpabile commissum
in soluendo, vel recipiendo. Salic. *in l. semel mora,*
2 *ff. solut. matrim.* Sed † quotuplex sit, quando committatur, & quomodo purgetur, & de alijs quæstionibus, copiosè Mascard. *conclus.*1071. Et nota, quod
3 licet † dies, & iuramentum interpellent, † tamen
4 si additur locus solutionis faciendæ, requiritur præsentia, & protestatio creditoris in loco, ita Moderni *in tractat. de liquidatione instrumentorum*, & Doct. *in l.centum Capua, ff. de eo, quod certo loco*; & si hoc
5 non sit, mora non contrahitur, † & ea cessante
6 cessat petitio interesse, quod † propter eam venit, ita
7 Surd. *in decis.260.numer* 18 Item nota, quod licet † ad contrahendam moram requiratur interpellatio. *l. lecta, ff. si cert. pet. l.nulla est, de regul. iur. & c. non*
8 *est in mora, extra eod.* tamen hæc † regula limitatur non procedere contra Hebræos, & nummularios, seu bancherios, ita Surd. *decis. 80. incip. Sæpè Hebræi*, quia absque interpellatione in mora, & interesse con-
9 stituuntur. Limitatur etiam † fauore minoris æta-
10 te, Surd. *decis.25.numer.15. & 179. numer.6.* † Sed mora non contrahitur ubi debitum est illiquidum,
11 *ipse decis.260.numer.15.* item † ubi sit oblatio saltem
12 verbalis, *decis.262.* † mora potest purgari usque ad decisionem, & litis contestationem. Surdus *ille de-*
13 *cis.226. num.8.* & † quod ubi purgari potest, purgari debet infra breue tempus, *decis. 221. numer. 24.* ubi
14 quod † arbitrarium est, & quod † mora regulariter
15 non purgetur, ubi est dies, & pœna. Thesaur. *decis.*
16 *77. numer.1.* sed † celeri satisfactione purgari moram
17 dixit *in decis.212.numer.5.* Item † mora purgari potest, si ius aduersarij deterius non est effectum, *decis.*
18 *206. numer.2.* Item † mora patris non nocet filio, *decis.270.num.27. & 28.* Et nota unum singulare, quod
19 † debitor morosus non modo tenetur ad interesse, sed etiam ad augmentum monetæ, & soluendo interesse, non eximitur à solutione augmenti. Ita ipse-
20 met Thesaur. *decis.174. num.4.* & quod † moræ purgatio locum non habeat in iure alteri quæsito. Carta-
21 rius *decis.85.numer.23. Ianuensi*, & quod † mora non committatur, si is cui soluendum est, non adest, ipse Præsidens de Franchis annuit, *in decis.16.numer. 6.ad quam dico.* Et de hac mora Afflict. *decis.205. &*
22 *316. & 150. numer.33.* Item nota, quod † morosus debitor tenetur ad damnum emergens, & lucrum cessans: Magonius *decis.130.incip.Reuerendus, num. 11.ubi plura de mora in Florentina, & decis.76. numer.24.& 78. num.7. & decis.31. num.6.62. num. 62. & 69.& 79. in Lucensibus*, & Cornazzanus *in decis. Lucensi 73.num.8. & melius in decis.77. num.15.* ubi,
23 quod † mora censetur sublata per solutionem interes-
24 se: † Mora autem non committitur per prodigum, vel furiosum, & ideo Iureconsultus, *in l. Fulcinius, §. adeo, ff. quibus ex causis in possessionem eatur*, venditione suorum bonorum nec furiosum, nec prodi-
25 gum pati debere statuit, quia † uterque animum
26 moram committendi non habet, Sed in † facto audiui decisum contrarium pro Marchione Pollæ, in Magna Curia Vicariæ, ut testatur Doctor Rouitus latè, & doctissimè in additione *ad Pragmaticam quartam, de liquidatione instrumentorum*, prouidente Doctore iure, & facienda dotato, Ioanne Baptista Meliore, tunc Iudice meæ Patriæ, causæ Patrono, meo obseruandissimo, quem Rouitum no-
27 uissimè vidi, quod † procederetur ad liquidationem instrumenti, supersessa personali exequutione, quo
28 ad debitum, & pœnam. † Mora an purgari possit cum in instrumento dies adest, pœna, & renunciatio iuris purgandi moram, & æquitatis Sacri Consilij, Carauita *ritu 173.* & Foller. *ad Pragmaticam. Alphonsus. de censibus*, quem sequuntur Doct. *in tract.*

29 *tract. de liquidatione instrumentorum*. † Quod autem mora cum defuncto maiore incæpta ad eius hæredem minorem transeat, Præsidens *hic*, *decis*. 16. *supr. numer*. 9. & quod mora nedum fauore minoris, vt
30 supra absque interpellatione, cedat, † sed etiam fauore Ecclesiæ eodem modo procedat, Ias. *in* §. *sequens*, *num* 31. *&* 33. *instit. de actio*. & in alijs ca-
31 sibus, dicit Rom. *in sing*. 117. † Mora non committitur in illiquidis, antequam per iudicem liquidentur, secundum Afflict. *in decis*. 205. Veraldum, *decis*. 108. *num*. 9. *par*. 2. & Magonium *decis*. 3. *Lucensi. numer*. 3. Sed de hoc videndus est Cõpilator decisionum Ianuæ,
32 *decis*. 118 *in fin. & decis*. 164. vbi † qualiter sit facienda
33 oblatio illiquidi crediti. † An mora contrahatur si certum tempus est determinatum ad aliquid faciendum, si interpellatio non fit. Io. Petr. Anch. *q* 68. *incip. in contr. lib*. 2. *familiarum quæstionum*, & plura de mora scribentes *in tract. de Mora*, *& in l quod te*, *ff si cert. petat*. Menoch. *in lib. arbit. casu* 220. *incip. Clamitem*, Arismin. Tepat. *lib*. 1. *variarum iuris sententiarum*, *in tit. de Mora*, *& tit. sequenti*, *& in tit. de interpellatione fol*. 210. & nouissimè Carpanus *in consuetudinibus Mediol. lib*. 1. *cap* 43. *qui latissimè loquitur* Milanensis
34 *in decis*. 10. *Sicilia*. *nu*. 97. *vsque ad* 105. *lib*. 1. † Mora irregularis qualiter contrahatur, & quæ dicatur, Vinius *decis* 425. *in lib*. 3. *doctissimè*.

OBSERVATIO

I. C. R. D.

CAROLI ANTONII

DE LVCA.

SVMMARIVM.

1 *Quando sit, vel non necessaria oblatio, vel depositio ad impediendum cursum vsurarum.*

2 *Barbos. & Merlin. confutant. D. Præsidem, & quid in interesse rei iudicatæ.*

1 Sinuosa nunc adest materia oblationis, quando impediat cursum vsurarum, & distinctiones adhibentur. Si agitur de vsuris futuris, quæ non ceperunt currere antequam creditor se absentauerit, aut decesserit, tunc absentia, vel mors creditoris excusat à mora si hæreditas iacet, ita vt non sit opus protestatione debitoris, ita D. meus *num*. 4. & de obseruantia testatur Gratian. *discep*. 241. *à n* 35. Si autem sit cui possit solui, tunc sola oblatio realis sufficit, *l. si per te*, *C. de vsur*. Merlin. *de pign. lib*. 4. *q* 88. *n*. 1. ad cuius validitatem requiritur vt offerens numeret pecuniam coram testibus, & si deindè reponat in marsupio, & resumat, Merlin. *q*. 83. *n*. 3. vbi declarat quæ sit verbalis, quæ realis, & quæ plenior, & hæc est cum consignatione, & deposito.

Dubium est in vsuris iam ceptis, quæ si debentur ex mora officio Iudicis, & in his non sufficere solam oblationem, sed requiri consignationem, & depositum ad retardandum vsuras docet D. meus *n*. 5. post Neguf. & Tiraq. Gratian. *n*. 40. qui se[…]tur hanc decisionem.

2 Contrarium tenent Bal. *in l. acceptam*, *C. de vsur. & ibi*. Castr. vt cursus ceptus impediatur per oblationem realem sine deposito addo Barbos. *in l. mora nu*. 79. *sol. matrim*. Merlin. *q*. 88. *n*. 3. & hoc dum hæreditas, est iacens, vel creditor absens.

Aut agitur de vsuris conuentionalibus debitis ex contractu, si non adsit cui debitor possit soluere, & tunc ne currant vsurę necessariam esse depositionem, & consignationem tenent *glos. in d. l. acceptam*, *& ibi* Bal. D. meus *num* 4. Gratian. *n*. 34. D. Prat. *discept*. 14. *n*. 35. *p*. 3.

Refutat similiter distinctionem Barbos. *n*. 80. *per tex. in l. si per te*, *C. de vsur*. quæ generaliter loquitur, vt per oblationem cessent mora debitoris, & vsuræ, & ad tex. *in d. l acceptam*, respondet quod ibi debitor nedum volebat se liberari ab vsuris, sed etiam à debito, & rehabere pignus, & saluat communem opinionem, quando vsuræ debentur etiam sine mora, vt si creditor paciscatur de interesse damni emergentis, vel certo lucro propter promptam emptionem annui census, quando sunt moderatæ, & licitæ vt penes Leotard. *de vsur*. *q*. 72. *n*. 4. tunc necessaria etiam sit depositio, & consignatio ex Castr. *vbi sup*. & Merlin. *d. q* 88. *nu*. 4. & d. Autores reprobare videntur D. meum requirentem depositionem ad impediendum interesse rei iudicatæ inchoatum viuente creditore, quod interesse debetur condictione ex lege Sanfelic. *decis*. 124. *n*. 7. Reg. Latr. *decis*. 108. *nu*. 10.

FINIS.

Primæ Partis Decisionum Sacri Regij Consilij Neapolitani à Vincentio de Franchis eiusdem Sacri Consilij, Consiliario, collectarum, & additionum ad easdem DD. Visconti, Amendolæ, Ricij & Nouarij: ac Obseruationum I. C. D. Caroli Antonij de Luca Melphictensis ad easdem Decisiones in hac nouissima editione additarum.